THESAURUS

GRAECAE LINGUAE.

CLEVECVE FLACIEVE

ΘΗΣΑΥΡΟΣ
ΤΗΣ ΕΛΛΗΝΙΚΗΣ ΓΛΩΣΣΗΣ.

THESAURUS
GRAECAE LINGUAE,

AB

HENRICO STEPHANO

CONSTRUCTUS.

POST EDITIONEM ANGLICAM NOVIS ADDITAMENTIS AUCTUM, ORDINEQUE ALPHABETICO DIGESTUM TERTIO EDIDERUNT

CAROLUS BENEDICTUS HASE,
GUILIELMUS DINDORFIUS,

ET

LUDOVICUS DINDORFIUS,

SECUNDUM CONSPECTUM AB ACADEMIA REGIA INSCRIPTIONUM ET HUMANIORUM LITTERARUM DIE 29 MAII 1829 APPROBATUM.

Volumen Octavum.

GRADUATE THEOLOGICAL UNION
LIBRARY
1962

ALMA COLLEGE
483
LIBRARY
SC44
Alma, California

PARISIIS,
EXCUDEBAT AMBROSIUS FIRMIN DIDOT,
INSTITUTI FRANCIÆ TYPOGRAPHUS.
VENIT APUD FIRMIN DIDOT FRATRES,
VIA JACOB, N° 56.

1865.

35349

Size 3
44
E 8
1851
v. 8

HF
153.

THESAURUS GRAECAE LINGUAE

AB

HENRICO STEPHANO

CONSTRUCTUS.

NOVA EDITIO AUCTIOR ET EMENDATIOR.



ALEXANDER I Imperator anno MDCCCXIV visit et curiose perlustrat typographeum FIRMINI DIDOT, cui duos juvenes Russos tradens typorum sculpendorum, fundendorum et imprimendorum ad artem instituendos, « Prela vestra, inquit, atque typi tela sunt formidolosiora pyrobolis meis. »

Υ [nota vigesimæ apud Græcos literæ, quam vocant ὖ, ut Callias ap. Athen. 10, p. 453, D : Νῦ, ξῦ, τὸ οὖ, πῖ, ῥῶ, τὸ σὰν, ταῦ, ὖ παρόν· Plato Crat. p. 393, D : Πλὴν τοῦ ὖ], una ex vocalibus est, a cujus figura os quoddam ad radicem linguæ situm vocatur ὑοειδὲς, a quibusdam et ὑψιλοειδές. Quæ vocabula suis locis vide. [|| Υ ab Æolibus in vocabulis quibusdam inter vocales inseritur, ut in αὔηρ, αὔως aliisque in quibus omnibus υ ex antiquo digammo ortum, de quo dixit post alios Ahrens. De dial. Æol. p. 35 seqq.] Υ ab Æolibus ponitur pro ο, dicentibus ὄνυμα pro ὄνομα : unde est ὀνυμαίνω. [De usu literæ υ Æolico v. Ahrens. l. c p. 97 seqq. || Est etiam numeri nota, υ′ = 400, sed ,υ = 40,000. Myrinus Anth. Pal. 11, 67 : Ὑ τετρηχόσι' ἐστίν· ἔχεις δὲ σὺ τοὺς ἐνιαυτοὺς δὶς τόσσους, τρυφερὴ Λαΐ χορωνεχάβη· ubi Jacobs. vol. 8, p. 283 : « Ὑ est interjectio admirantium, docente schol. Aristoph. Pl. 896. Jam finge tibi vetulam, infantium in morem omnia admirantem, ore balbutiente et blæso. Quæ quum frequenter illa interjectione ὗ ὗ utatur, poeta hoc maligne interpretatur sic ut eam annorum suorum numerum clamare dicat. » Non constat aliunde ὗ ὗ aliter dictum esse quam ab olfacientibus.]

Ὑ, Ὑ, apud Aristoph., ad exprimendum sonum quem quis olfaciens edit, spiritum naribus attrahendo. A Nam in Pl. [896] carnes suillas olfaciens sycophanta, dicit, Ἔνδον ἐστὶν ὦ μιαρωτάτω Πολὺ χρῆμα τεμαχῶν καὶ κρεῶν ὠπτημένων· subjungens, ὗ ὗ. ὗ ὗ. ὗ ὗ. ὗ ὗ. ὗ ὗ. ὗ ὗ. Cui Carion respondet, Κακόδαιμον ὀσφραίνει τί; Sed schol. aliam quoque expos. affert : ut sc. sit ἐπίῤῥημα θαυμαστικὸν, [ὅπερ ἐν τῇ συνηθείᾳ λέγομεν· ὡς ὀσφραινόμενός τοῦτό φησι· quæ Suidas sic vel in codice suo scripta invenit vel mutavit, λέγομεν ὀσφαινόμενοί τινος κνίσης. Brunck. edidit : ὗ ὗ, ὗ ὗ, ὗ ὗ, ὗ ὗ, ὗ ὗ, ὗ ὗ, ut sexies repetita interjectio ὗ ὗ senarium efficiat.]

[Ὑα. V. Ὑάμπολις.]

[Ὑαγνις, ιδος, ὁ, Hyagnis, Marsyæ pater, Phrygiæ harmoniæ inventor. Athen. 14, p. 624, F, ex Aristoxeno; Plutarch. Mor. p. 1132, F, Suid. s. v. Ὄλυμπος (ubi codices Οἰάγνιδος), Antip. Thess. et Dioscor. in Anth. Pal. 9, 266, et ubi falso accentu Ὑαγνίδος 340. ὕ]

Ὑάγχη, ἡ, Angina porcina, Anginæ species qua sues corripi solent : ut et Plin. 8, 51, testatur suillum genus morbis esse obnoxium, anginæ maxime et strumæ. Alii interpretantur Angina, quæ cum tumore exteriores faucium partes occupat, eo quod suum colla sæpius hac inflammatione afficiantur. Item a canibus κυνάγχη vocatur. Vide Συνάγχη. B

[Ὑαγὼν, όνος, ἡ. Athen. 3, p. 94, F, ubi de v. σιαγὼν agit : Οἱ δὲ διὰ τοῦ υ στοιχείου ἐκφέροντες κατ' ἀναλογίαν λέγουσιν ἀπὸ τοῦ ὑός. Hoc est, qui συαγόνα scri-

bunt, non ὑαγόνα quod pro arbitrio posuit epitomæ auctor, ὅτι τὴν σιαγόνα ὑαγόνα τινὲς φασὶ, quod repetivit Eustath. p. 842, 52. G. Dind.]

[Ὑάδες. V. Ὑάς.]

[Ὑαία, ἡ, Hyæa. Steph. Byz.: Ὑ., πόλις Λοκρῶν τῶν Ὀζολῶν. Τὸ ἐθνικὸν Ὑαῖος. Θουκυδίδης τρίτῃ. Locus est c. 101. Videtur autem ex hoc loco Ὑαίαν nobis urbem conflasse auctor. Holst.]

Ὕαινα, ἡ, itidem [ut ὗς. Hesych.: Ὕ., τετράπουν ζῷον· καὶ ἰχθύς] Sucula, Porcella. Piscis nomen est, quem supra appellari σύαιναν dixi: vocatur etiam ὗς, ut innuit Athen. 7, [p. 326, F] ex quo attuli quædam in illo ipso vocabulo. Numen. ap. eund. Athen. [l. c.]: Καινθαρίδα προφανεῖσαν ὕαινάν τε τρίγλην τε. Plin. in fine l. 32: Et hyænam piscem vidi in Ænaria insula captum, caput exerentem. [Ælian. N. A. 13, 27.] ‖ Est ὕαινα Feræ etiam nomen, de qua vide Plin. 8, 30, [Herodot. 4, 192,] Oppian. [Cyn.] 3, [263]; Aristot. H. A. 6, c. 31; 8, c. 5. [Diodor. Exc. p. 522, 45; Ælian. N. A. 1, 25; 3, 7; 6, 14, 22, 46; 7, 22. Vitiose vero ὕαιναι 15, 15, ubi v. Schneid.] Rursum Plin. hyæniæ gemmæ meminit, 38, 11: Hyæniæ ex oculis hyænæ, et ob id in vase inveniri dicuntur, et, si credimus, linguæ hominis subditæ futura prædicere. Certe multos usus magicos præstare hyænam Idem tradit, necnon Plutarch. aliquot in locis. [Ὑαίνης χολὴ Plut. Mor. p. 552, F (ubi v. Wyttenb. annot.) et 1065, B. ‖ Ὕαιναι, αἱ, Mulieres Mithræ cultui devotæ, quarum viri λέοντες. Porphyr. De abst. 4, 16, p. 350, 10: Ὡς τοὺς μὲν μετέχοντας τῶν αὐτῶν ὀργίων μύστας λέοντας καλεῖν, τὰς δὲ γυναῖκας, ὑαίνας, τοὺς δὲ ὑπηρετοῦντας, κόρακας. Unde adj. Ὑαινικὸς, ἡ, ὸν, auctore Salmas. In hist. Aug. p. 117, D, de iisdem sacris: «Sic et ὑαινικὰ, quod mulieres hyænas appellabant, ut viros Leones.» Hase.]

Ὑαινὶς, ίδος, ἡ, Hyænula, piscis per dimin. dictus qui et ὕαινα. Epicharm. ap. Athen. 7, [p. 326, E]: Ὑαινίδες βούγλωσσοί τε.

Ὑακίζω, Pluo, Madefacio, Rigo. Hesych. enim ὑακίζει exp. ὕει, ὑετίζει, βρέχει: apud quem legitur etiam, ὑακίζει οἱ εἰς τὰ αὐχένια. [Verba οἱ εἰς τὰ αὐχ. male huic glossæ affixa esse monuerunt interpretes. ῠ̄]

Ὑακίνθια, τὰ, Festum Lacedæmone in Hyacinthi honorem agitari solitum: quod et Ὑακινθόκωμον nominatum fuisse Hesych. videtur innuere. Athen. 4, [p. 139, D] ex Didymo et Polycrate: Τὴν τῶν ὑακινθίων θυσίαν οἱ Λάκωνες ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας συντελοῦσι, καὶ διὰ τὸ γενόμενον περὶ τὸν Ὑάκινθον, οὔτε στεφανοῦνται ἐπὶ τοῖς δείπνοις, οὔτε ἄρτον εἰσφέρουσιν, ἀλλὰ πέμματα καὶ τὰ τούτοις ἀκόλουθα διδόασι, καὶ τὸν εἰς τὸν θεὸν παιᾶνα οὐκ ᾄδουσιν, ἀλλὰ μετ' εὐταξίας πολλῆς δειπνήσαντες ἀπέρχονται. Meminit ejusdem festi [Herodotus 9, 6 et 11, Thucyd. 5, 25, Pausan. 3, 10, 1 et 3; 4, 19, 4,] Xen. Hell. 4, [5, 11, ubi v. Schneid.], et Ovid. Met. 10, [162 seqq.] ubi canit, Nec genuisse pudet Sparten Hyacinthon: honorque Durat in hoc ævi, celebrandaque more priorum Annua prælata redeunt Hyacinthia pompa. [Hyacinthia Hecatombæone mense esse celebrata ostendit C. Fr. Hermann. in comment. De mensibus p. 79, 80. Conf. Ὑακίνθιος, quod Hecatombæonis mensis nomen est.]

Ὑᾰκινθίζω, Hyacinthum refero, Hyacinthum imitor, Hyacinthino sum colore. De gemma dictum ap. Areth., ut et ap. Plin. 37, 5: Quarto loco numerantur ὑακινθίζοντες. [Andreas Cret. p. 993, C. Hase. ῠ̆]

[Ὑακινθικός. V. Ὑακινθίς.]

Ὑᾰκινθινοβαφὴς, ὁ, ἡ, Hyacinthino tinctus colore, Imbutus colore qui hyacinthi in modum purpurat et suave rubet. Xenoph. Cyrop. 6, [4, 1]: Χιτῶνα πορφυροῦν ποδήρη, στολιδωτὸν τὰ κάτω, καὶ λόφον ὑακινθινοβαφῆ. [Arrian. Anab. 6, 29, 9: Στολαὶ ὑ. Wakef.]

Ὑᾰκίνθινος, [η, ον, et ὁ, ἡ] itidem Hyacinthinus, Purpureus vel Subniger in modum hyacinthi: ut ὑακίνθινον χρῶμα. [Licet πορφυρέη passim nominetur ὑάκινθος, ap. Athen. 15, p. 677, F, et schol. Theocr. 10, 28; color tamen hyacinthinus, quippe ad nigrum vergens, distinguitur a purpureo ap. eund. Athen. 12, p. 525, E. Cœruleum esse colorem multis variorum auctorum testimoniis ostendere conatus est Bochartus Hieroz. col. 729. Schweigh. Ferrugineus, Gl. Hesych. et Phot.: Ὑ., ὑπομελανίζον, πορφυρίζον. Hom. Od. Z, 231: Κόμας ὑακινθίνῳ ἄνθει ὁμοίας· et Ψ, 153. Ὑακινθίνους κόμας Philostr. p. 694, ubi Olear. —ίνας. Ὑακινθίνας τρίχας Lucian. Pro imag. c. 5. Ὑ. ἄνθεα Eurip. Iph. A. 1298. Ὑ. ὤϊον Sappho ap. Etym. M. p. 282, 39. Ὑ. φύλλα Theocr. 11, 26. Καλασίρεις ὑακίνθιναι Democrit. Ephes. ap. Athen. 12, p. 525, E, si recte correxit Epitomes auctor quod in cod. Ven. scriptum est ὑάκινθοι, quod ὑακίνθινοι potius est, nisi quis ὑακινθινοβαφεῖς scribi velit cum Dorvillio ad Charit. p. 545 (533).] Et ὑακίνθινα δέρματα, Exod. 25, [5] Pelles hyacinthini coloris, Pelles hyacinthinæ, ut Persius [1, 32]: Cui circum humeros hyacinthina læna. [Protevang. Jacobi min. p. 212, 5, et Thilo ad h. l. p. 213. Galen. vol. 14, p. 166, 5: Ὑακινθίνου σπέρματος. Hase.]

[Ὑακίνθιος, ὁ, Hyacinthius, nomen mensis (quem Attico Hecatombæoni respondere ostendit C. Fr. Hermann. in comment. De mens. p. 79, 80) apud Rhodios (v. inscrr. ap. Bœckh. n. 2525, 68 et 85, ubi v. Bœckh. p. 392), Theræos (v. inscr. ap. Bœckh. vol. 2, p. 1086) et in civitatibus quibusdam Siciliæ: v. Herm. l. c. p. 110. Nomen in *Iathios* corruptum in Vocabulario Papiæ, ut conjicit Herm. in Schneidew. Philol. vol. 2, p. 263. G. Dind.]

Ὑακινθὶς, ίδος, ἡ, Hyacinthis. Athen. 4, [p. 173, F]: Ἐν τῇ Λακωνικῇ ἐπὶ τῆς ὁδοῦ τῆς καλουμένης Ὑακινθίδος, Quæ ab interempto ibi Hyacintho dicta est Hyacinthis; nam in agro Laconico periisse Hyacinthum, patet ex Ovidio Metam. lib. 10, et ex verbis Nicandri in Ὑάκινθος afferendis. [Hesych.: Ὑακινθίδες, ἐπώνυμοι Ἀπόλλωνος, ἀπὸ Ὑακίνθου.] Sed et Erechthei filias vocatas fuisse Ὑακινθίδας testatur [Pseudo-] Demosth. [p. 1397. Diodor. 17, 15: Τὰς Λεὼ κόρας καὶ τὰς Ὑακινθίδας· ubi Wessel.: «*Hyacinthi filiæ* ab interprete redduntur, prave, si Demosthenem (l. c.) audias, nomen hoc Erechthei filiabus tribuentem, quæ sic dictæ fuerunt a pago Hyacintho, in quo mactatæ fuerunt, teste Phanodemo ap. Suid. s. v. Παρθένοι. Sed salva res: Interpretem tuentur Harpocration (exscriptus ab Photio et Suida), qui Ὑακινθίδας filias fuisse ait Hyacinthi Lacedæmonii, et præter ceteros Apollod. Bibl. 3, 14, 8, p. 236. Videntur autem Hyacinthides et Erechthei filiæ ab Athenicnsibus consulto confusæ, gloriosius arbitratis, si puellæ indigenæ pro salute patriæ sese devovisse traderentur. Plura vide ap. Vales. ad Euseb. Or. de laude Const. c. 13, p. 284, et ad Harpocr.» ‖ Ὑακινθὶς, tribus Teniorum, in inscr. ap. Ross. Inscrr. 2, p. 14; unde ib. p. 15: Τὰ χωρία τὰ ἐν Ὑακινθικῷ, et p. 16: Ἐν Οἴῳ Ὑακινθικῷ. ‖ Ὑα... navis Atticæ nomen in inscr. navali I, a, 24, p. 262 ed. Bœckh., fortasse ex Ὑακινθὶς decurtatum. G. Dind.]

[Ὑακινθόκομον, τό. Hesych.: Ὑάκινθος, πόας εἶδος τὸ ὑακινθόκωμον. Ὑακινθόκομον Palmer., ut est ap. Cyrill.]

Ὑάκινθος, ἡ, vel ὁ, Hyacinthus, nomen pueri cujusdam [Pieri et Clius filii: v. Apollod. 1, 3, 3; aut Amyclæ et Diomedæ, ut ibid. 3, 10, 3. De Amycla consentit Pausan. 3, 1, 3], quem Apollo usqueadeo dilexit, ut quum inter ludendum disco eum imprudens occidisset, herbam et florem quendam ex cruore effuso in terram produceret, et ejus nomine ornaret, in perpetuam memoriam: unde ap. Ovid. Met. 10, [211] ubi infortunatus ille casus describitur: Te (Hyacinthe, inquit Apollo,) lyra pulsa manu, te carmina nostra sonabunt, Flosque novus scripto gemitus imitabere nostros: (ita enim in eo discurrunt venæ, ut Græcarum literarum AI figura legatur inscripta: quod αἰ αἰ est dolentis et gementis:) Tempus et illud erit, quo se fortissimus heros (Ajax sc.) Addat in hunc florem, folioque legatur eodem. Talia dum vero memorantur Apollinis ore, Ecce, cruor, qui fusus humi signaverat herbas, Desinit esse cruor; Tyrioque nitentior ostro Flos oritur, formamque capit quam lilia, si non Purpureus color his, argenteus esset in illis. Non satis hoc Phœbo est, (is enim fuit auctor honoris,) Ipse suos gemitus foliis inscribit, et AI AI Flos habet inscriptum, funestaque litera dicta est. Sic et Plin. 21, 10: Hyacinthum comitatur fabula duplex, luctum præferens ejus quem Apollo dilexerat, aut ex

Ajacis cruore editi, ita discurrentibus venis, ut Græcarum literarum figura AI legatur inscripta. Unde et γραπτὰ ὑάκινθος a Theocr. dicitur, cujus verba paulo post afferam. Euphorion quoque cecinit: Πορφυρέη ὑάκινθε, σὲ μὲν μία φάτις ἀοιδῶν Ῥοιτείης ἀμάθοισι δεδουπότος Αἰακίδαο Εἴαρος ἀντελλομένου γεγραμμένα κωκύουσαν. [Sic etiam Meleag. Anth. Pal. 5, 147. Pausan. 1, 35, 4; 2, 35, 5.] Nicander eandem ob causam πολύθρηνον ὑάκινθον nominavit Ther. 902, quoniam Apollo, quum Ὑάκινθον Παῖδα λαβὼν προπάροιθεν Ἀμυκλαίου ποταμοῖο Ηρωθήβην, ... ἀεκούσιος ἔκτα, ... ἐπεὶ σόλος ἔμπεσε κόρσῃ Πέτρου ἀφαλλόμενος, νέατον δ' ἤραξε κάλυμμα, eum πικρῶς θρήνησεν, ut ibid. canit idem poeta. Nota vero πορφυρέη ὑάκινθε in Euphorionis loco, ut Maroni quoque dicitur Purpureus hyacinthus, et Suave rubens hyacinthus. Sic vero et Diosc. 4, 63, in hyacinthi herbæ descriptione, inter alia dicit eam habere κόμην ἐπικειμένην κυρτὴν ἄνθους πλήρη πορφυροειδοῦς. Et ab Ovid. in præcedente l. is flos esse dicitur Purpureus Tyrioque nitentior ostro: unde sunt qui hyacinthum esse dicant lilium purpureum aut rufum. Rursum a Virg. [Ecl. 4, 183] Ferrugineus vocatur hyacinthus, qui pro ὑάκινθον μέλαιναν ap. Theocr. dixit Vaccinia nigra. Nam hoc distichon ejus ex Id. 10, [28]: Καὶ τὸ ἴον μέλαν ἐντὶ, καὶ ἃ γραπτὰ ὑάκινθος, Ἀλλ' ἔμπας ἐν τοῖς στεφάνοις τὰ πρᾶτα λέγονται, sic vertit, (vel potius repræsentavit, aut certe ad ipsum respexit,) Ecl. 10, [39]: Quid tum si fuscus Amyntas? Et nigræ violæ sunt, et vaccinia nigra. Et Ecl. 2, [18]: O formose puer, nimium ne crede colori, Alba ligustra cadunt, vaccinia nigra leguntur. [*Ferrugineas hyacinthos* etiam ap. Columell. 10, 305. Ib. 9, 4, 4: *Cœlestis luminis hyacinthum*, iridis cæruleæ speciem significans.] Ajunt esse hyacinthos etiam ex candido pallidos, quos dicendos potius esse bulbos sylvestres; atque adeo hyacinthum, qui a quibusdam pingitur, frequentem in segetibus et pratis, a nonnullis verum esse Dioscoridis bulbum existimari. Diosc. delphinii etiam speciem quandam scribit ὑάκινθον nominari, 3, 85. Notandum vero, quum de herba et flore usurpatur, non modo feminino genere dici ἡ ὑάκινθος, ut in illo Euphorionis et Theocr. loco, sed etiam masculino: quo modo Philo usurpavit V. M. 3, et Latini. [De hyacintho flore multa disputat Athen. 15, p. 677, 680, 683, 685. Conf. Bochart. Hieroz. part. 2, lib. 5, 10. Schweigh. Sec. Fraas. Syn. pll. floræ cl. p. 293 et 133 hyacinthus poetarum est noster Gladiolus triphyllus; δελφίνιον, quod Diosc. 3, 77 a quibusdam ὑάκινθον vocari ait, est Delphinium ajacis L. Hase. V. Voss. ad Virgil. Ecl. 2, 18, 50; 3, 106; 10, 39. De viribus medicis Galen. vol. 13, p. 237. Memoratur primum ab Hom. Il. Ξ, 348: Κρόκον ἠδ' ὑάκινθον, πυκνὸν καὶ μαλακὸν, et Hymn. Cer. 7: Υ. νάρκισσόν τε.] ‖ Ὑάκινθος est etiam Gemmæ nomen ap. [Galen. vol. 13, p. 970,] Lucian. [?] Epigr. quodam, et Jo. Apoc. 21, [20]. A colore hyacinthi flori simili id nomen invenit; nam scribit Plin. 37, 10, huic gemmæ velut ex carbunculo refulgere quendam in purpura leviter roseum colorem, et fulgorem violaceum dilutum. [Itaque quam hodie *hyacinthe* vocamus, non est ὑάκινθος gemma veterum, quæ videtur fuisse species amethysti. Millin *Introd. à l'ét. des pierres gr.* p. 23. Alii sapphirum nostram putant. De ὑακίνθοις veterum Heliod. Æth. 2, 30: Αἱ δὲ ἀπεμιμοῦντο χροιὰν ἀκτῆς θαλαττίας ὑπ' ἀγχιβαθεῖ σκοπέλῳ μικρὸν ὑποφριττούσης, καὶ τὸ ὑποκείμενον ἰαζούσης. Joseph. Ant. Jud. 3, 7, 7. Philo vol. 1, p. 536, 16. Idem vol. 2, p. 148, 40: Ὁ δὲ ὑάκ. ἀέρι ὁμοιοῦται· φύσει γὰρ μέλας οὗτος. Hase. Themist. Or. 21, p. 247, B: Ὑακίνθων βασανιστήρια.] ‖ Ὑάκινθος dicitur præterea Lana s. Fila hyacinthino colore imbuta. Exod. 28, [19]: Λήψονται τὸ χρυσίον καὶ τὴν ὑάκινθον καὶ τὴν πορφύραν καὶ τὸ κόκκινον καὶ τὴν βύσσον. Ibid.: Ὑακίνθου κεκλωσμένης. [‖ Ὑάκινθος, n. pr. lenonis in fabula Anaxilæ Ὑάκινθος ἢ Ὀρνοβοσκὸς inscripta ap. Athen. 9, p. 385, F; 14, p. 623, E. G. Dind. Alius in inscr. Sciath. ap. Bœckh. vol. 2, p. 178, n. 2154, 5, et Franz. El. epigr. gr. p. 299, n. 138: Ἐπιμελησαμένου Ὑακίνθου Πίστου. Idem memoratur in alio tit. Sciath. ap. Ph. Le Bas *Inscr. de la mer Égée* p. 229, n. 288, 10. Hase.]

Ὑακινθώδης, ὁ, ἡ, Hyacinthinus, i. e. Hyacintho similis.

[Ὑαλεὶς vitiose pro ὑαλόεις, quod v.]

Ὑάλεος [non Ὑαλέος, quod quibusdam placuit, quorum errorem notavit Lobeck. Pathol. p. 101], et per contr. Ὑαλοῦς, Vitreus, Ex vitro confectus. Lucian. De hist. conscr. [c. 25]: Παμμεγέθη ἐκπώματα ὑαλᾶ τῆς καλλίστης ὑάλου, Prægrandia pocula vitrea ex vitro pulcerrimo. [Mæcius Anth. Pal. 6, 33: Ὑαλέην κύλικα. ‖ Vitro similis. Strato Anth. Pal. 12, 249: Παιδὸς ἐφ' ὑαλέην ὄψιν. « Photius: Ὕαλος ... καὶ ὕαλα σκεύη, lege ὑαλᾶ, quam adjectivi formam, Atticis, si satis memini, ignotam recentiores adamant: ὑαλᾶ σκεύη, Strabo 4, 5, p. 69; Dio Cass. 57, 21, p. 869; λιθία ὑαλῆ, Arrian. Peripl. Erythr. p. 145, Geopon. 9, 19, p. 616. Itaque ap. Hesych. s. v. Τριόπιος pro ὑάλους non ὑαλίνους, neque ὑάλου, ut Salmasio visum, sed ὑαλοῦς reponendum. » Lobeck. ad Phryn. p. 309.]

‖ Ὑέλεος [quæ recentior forma pro ὑάλεος. Conf. Ὕαλος], et per contr. Ὑελοῦς, Vitreus, Ex vitro confectus: ut ὑελοῦν ἀγγεῖον ap. Diosc., Vas vitreum [s. Crystallinum. Sic ap. Athen. quidem 4, p. 129, D, ὑελοῦς πίναξ rectius Crystallinus discus quam Vitreus intelligetur. Schweigh. Clem. Al. p. 191: Ἀμίδας ὑελᾶς. Ὑελοῦν ἀγγεῖον Oribas. p. 63, 218 ed. Matth., Geopon. 5, 7, 2; 9, 19, 9.]

Ὑελέψης, ὁ, Qui vitra coquit; coquitur enim vitrum, ut prolixe docet Plin. etiam 36, 26. Legitur ap. Hesych., et exp. per Ὑελοτέχνης, quod ad verbum sonat Artifex vitri, coquendi sc. et conficiendi. [Ὑελλέψης Olympiod. In Aristot. Meteor., citatus ab Hemst. ad Thom. M. p. 863. Schæf. Vita Simeon. Sali Actt. SS. Julii t. 1, p. 168, 16: Τινὸς ἀπὸ Ἑβραίων ὑελεψοῦ. Ibid. p. 164. 52: Πλησίον τοῦ καμινίου τοῦ ὑελ. Non eliso o Niceph. Blemmyd. De fabr. auri cod. Reg. 2329, f. 159 verso: Εἰς κάμινον ὑελοεψοῦ. Hase. Ὑελεψὸς ap. Michael. Glyc. Annal. p. 272, D. ‖ Alia forma ap. Herodian. Epim. p. 138, ὕελλος ὑελλοψὸς, quæ simplici λ scribenda. Recte ap. schol. Luciani Lexiph. c. 7: Μέντορος ὑαλοψοῦ. G. D. Jo. Moschus Prat. spir. p. 1086, C: Ὑαλοψὸς ἦμην τὴν τέχνην. Hase.]

[Ὑάλη. V. Ὑάλομαι et Ὕαλος.]

[Ὑαλίδιον, τὸ, Vitriolum, Gl.]

Ὑαλίζω, Vitrum imitor colore et pelluciditate, Pellucidus sum in modum vitri, Vitreo sum colore, Hesych. in Ὑαλείς. [Dioscor. 1, 91, de resina terebinthi: Ὑαλίζουσα τῷ χρώματι. Id. ibid. 133: Ὑελίζον (sic), διαυγές. Hase. Et infra:] Ὑελίζω, Vitrum imitor colore et pelluciditate, Vitri in modum pelluceo.

[Ὑαλίης, ἢ Ὑαλιεύς· εἰκαῖος, βλοσυρὸς, Hesych. Sic etiam Theognost. Can. p. 18, 29, sed omisso ἢ Ὑαλιεύς.]

[Ὑάλικος κώμη (κῶμος Musurus) Διονύσιος, gl. obscura Hesychii. Ὑάλιος· κῶμος, Διόνυσος, Guyetus.]

[Ὑαλικὸς, ἡ, ὸν, Ad vitrum conficiendum aptus. Joseph. B. J. 2, 10, 2: Ἀναδίδωσιν (ὁ τόπος) τὴν ὑαλικὴν ψάμμον.]

[Ὑελινοποιὸς, ὁ, Vasorum vitreorum fabricator. Inscript. Spartana ap. Welcker. in *Bullettino dell' Instituto* 1844, p. 147, 24. G. Dind.]

Ὑάλινος, ίνη, ινον, idem quod ὑάλεος: ut ὑαλίνη θάλασσα ap. Joann. Apoc. 4, [6], Vitreum mare. Horat. quoque dicit Vitreo daturus Nomina ponto: sed paulo aliter. [Inscr. Att. ap. Bœckh. vol. 1, p. 233, n. 150, B, 34, et Franz. El. epigr. gr. p. 157, n. 58: Σφραγῖδε ὑαλίνα ποικίλα· et ib. lin. 37: Σφραγὶς ὑαλίνη περικεχρυσωμένη. Pausan. 2, 27, 3: Μέθη, ἐξ ὑαλίνης φιάλης πίνουσα. Damocrat. ap. Galen. vol. 14, p. 99, 5: Ἀγγείοις ὑαλίνοις. Hase. Phrynich. p. 309, καὶ ἡ Κόριννα « τὸν ὑάλινον παῖδα θήσεις. » De verbo θήσεις alii alia conjecerunt. Mihi παῖδα quoque suspectum. Aristoph. Ach. 74: Υ. ἐκπωμάτων. Lucian. V. H. 1, 42: Ἀγκύραις ὑαλίναις.]

‖ Ὑέλινος [forma recentior], idem: unde ὑέλινα κάτοπτρα ap. Alex. Aphr., Vitrea specula. [Ælian. V. H. 13, 3: Πύελον ὑελίνην. Vox ὑελίνη Ionem auctorem, unde hæc Æliani descripta, monstrat: v. Hedyl. ap. Athen. 11, p. 486, B. Suid. s. v. Ἔνδιος. Ὑέλινον σκεῦος et ὑάλινα σκεύη reperies utraque in Paul. Æg. p. 268,

277, ὑαλίνη φιάλη in Pausan. 2, 27, 3. Hæc enim adjectivi flexio Etymologo M. præferenda videtur alteri ὑαλέος ὑαλοῦς· apud eum enim p. 774, 5, scribi debet ὑάλινον ἀντὶ τοῦ ὑαλοῦν. Hemst. ad Thom. M. p. 863. Anth. Pal. 14, 52 : Ὑελίνῳ κείμενον ἐν δαπέδῳ. Ὑέλινον ποτήριον et ὑέλινα σκεύη Geopon. 10, 56, 6; 9, 19, 11.]

[Ὑέλιον, τὸ, Speculum. Suidas : Σπέκλον, τὸ ὑ. Ὑάλιον Damasc. Studita Homil. 25 ab Ducang. cit. : Ἐκήταζα εἰς τὸ ὑάλιον τὸ πρόσωπόν μου.]

[Ὑάλιος, πολέμιος, καὶ Ἐνυάλιος, Suidas. « Mihi videtur καὶ Ἐνυάλιος (quod non habet Photius p. 613, 20) ab homine docto profectum fuisse, qui monstrum vocis ὑάλιος animadversum corrigeret. » Bernhardy. Eadem gl. in Lexico cod. Upsal. apud Aurivillium p. 125, sed omisso καὶ Ἐνυάλιος. G. Dind.]

[Ὑαλῖτις, ἡ, Vitrea. Ὑ. ἄμμος Strabo 6, p. 758. Ὑελῖτις ap. Theophr. De lapid. § 49 : Ἔτι δὲ καὶ ὁ ὕελος ἐκ τῆς ὑελίτιδος. Nam sic vulgatum ὑελίδος ex Strabone correxit Schneiderus.]

[Ὑαλκάδαι, χορὸς παίδων. Λάκωνες, Hesych.]

Ὑᾰλοειδής, ές, ἡ, Vitri formam habens, figuram referens, modo pellucidus [De sole Theodoret. Græc. aff. cur. p. 59, 26 ed. Sylb. Ὑ. λίθος Theophr. De lap. § 30, et ὑαλοειδέες λίθοι Orph. Lith. 277, ubi syllaba prima metri caussa producta, ut in ὑαλόεις aliisque hujus stirpis vocabulis in versibus dactylicis], ut ὑαλοειδὴς χιτὼν τοῦ ὀφθαλμοῦ ap. Medicos, quæ et κρυσταλλοειδὴς, teste Polluce [2, 71], quanquam alii inter eos distinguant. Gorr. enim, Ὑαλοειδὲς ὑγρὸν, inquit, Vitreus humor, est Humor oculi a tergo crystallini humoris situs, vitro fuso similis : non ambiens universum crystallinum, sed dimidium tantum posteriore parte, ut qui ejus diametrum non excedat, qui a dextra ejus parte in sinistram ducitur. [Galen. vol. 4, p. 160, 7; vol. 6, p. 789, 2. Id. vol. 14, p. 712, 11 : Ὑγρὰ, τό τε ὑδατοειδὲς, καὶ τὸ ὑαλοειδὲς καὶ τὸ κρυσταλλοειδές. Hase. Rufus p. 36, 37, 55 ed. Clinch. Ὑελοειδὲς ὑγρὸν ap. Cassium Probl. 27, Theophil. Protosp. p. 152, 3; 159, 8, 10 ed. Greenhill.]

Ὑαλόεις, εσσα, εν, idem quod ὑαλώδης. Ὑαλόεν Hesychio διαφανὲς, λαμπρὸν, Pellucidum, Splendidum. [Rufin. Anth. Pal. 5, 48 : Ὑαλόεσσα παρειή.] Ὑαλεὶς, idem. Affert enim idem Hesych. ὑαλὲν pro λαμπρὸν, ὑαλίζον, Splendidum, Vitrum pelluciditate referens. Sed suspecta mihi est ea scriptura. [Vitiose pro ὑαλόεν, quod restituendum ex Theognosto, cujus locum apponimus s. v. Ὕαλος. G. Dind.]

[Ὑαλοχέρας ap. Olympiod. In Plat. Alcib. p. 223. Vitiose pro ὕαλον ἢ χέρας.]

Ὑάλομαι, significans σκωληκιῶ, Vermiculor, A vermibus infestor s. erodor. [Hesych. : Ὑάλεται, σκωληκιᾷ. Mox, Ὑάλη, σκώληξ. Fortasse alicubi ὑάλεται pro εὐλᾶται et ὑάλη pro εὐλὴ corrupte scriptum reperit. Supra : Εὐλάζει, σκωληκιᾷ. Ruhnk.]

Ὑαλὸς, idem quod ὑάλινος. Affert enim Hesych. ὑαλὸν pro λαμπρὸν et τίμιον : exponens tamen et πρᾶον, ἠλίθιον. Quæ postrema expositio si vera est, ὕαλος idem foret cum ὑηνὸς, et derivatum ab ὗς. [Recte Scaliger ἢ λίθον τίμιον, pro ἠλίθιον, τίμιον. Priores vero interpretationes ad ὑαλόεν spectare videntur. G. Dind.]

Ὕαλος sive Ὑελὸς, ἡ [et ὕελος, ὁ, ap. Theophr. De lap. § 49. Inter nomina masculina, sed quæ apud Atticos feminina sint, refert schol. Pind. Ol. 1, 10. V. Lobeck. Pathol. p. 24], Vitrum. [Hæc recentior vocabuli significatio est, cujus exemplum primum reperitur ap. Plat. Tim. p. 61, B.: Τὸ ... περὶ τὴν ὕαλον γένος ἅπαν ὅσα τε λίθων χυτὰ εἴδη καλεῖται. Λίθινα χυτὰ dicere videtur Herodot. 2, 69 : Ἀρτήματα λίθινα χυτὰ καὶ χρύσεα. Σκύφον χυτῆς λίθου dixit Epinicus ap. Athen. 10, p. 432, C, Mnesiptolemi ridens abstrusum genus scribendi. Videtur igitur ὑάλου nomen Vitri significatione post Herodoti demum tempora in usum esse receptum, Græca, ut opinor, origine, ab ὕω pro χύω derivatum, ut ex eo colligi potest quod ὕαλος nonnisi de fossilibus dicitur quæ in ignem conjecta solvuntur. Inter ξηραντικὰ est ap. Paul. Æg. 6, 22 : Ὕαλος χνοώδης ἐπιπαττομένη. Schneid. De ὑάλῳ veterum disseruit Salmas. Exerc. Plin. p. 770—3.] Lucian. De hist. conscr. [c. 25] : Παμμεγέθη ἐκπώματα ὑαλᾶ, τῆς καλλίστης ὑάλου, Ex pulcerrimo vitro. Ubi etiam subjungit, quendam κατάξαντα τὸν μέγιστον τῶν σκυφῶν, ἐνὶ τῶν θραυσμάτων χρήσασθαι εἰς σφαγὴν, ἐντεμόντα τῇ ὑάλῳ τὸν λαιμόν. Alex. Aphr. : Ὥσπερ δι' ὑέλου ἐμφαίνει τὸ εὐανθὲς τοῦ χρώματος· Probl. 1 : Αἱ ὕελοι ἐν τῷ χειμῶνι θερμοῦ σφόδρα τινὸς ἐμβληθέντος ῥήγνυνται. Et rursum, Ῥῆξιν ἐργάζεται τῷ τῆς ὑέλου σώματι. [Athen. 11, p. 487, C : Κατασκευάζουσι δὲ οἱ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ τὴν ὕαλον μεταρρυθμίζοντες πολλάκις πολλαῖς ἰδέαις ποτηρίων, παντὸς τοῦ πανταχόθεν κατακομιζομένου κεράμου τὴν ἰδέαν μιμούμενοι. Schweigh. || Ὕαλος dicitur etiam Crystallus [Sic illud ἐξ ὑάλου s. ὑέλου ap. Herodot. 3, 24 : Περιιστᾶσι (τῷ νεκρῷ) στήλην ἐξ ὑέλου πεποιημένην κοίλην, rectius E crystallo, quam E vitro interpretaberis. Schweigh. Videtur de alabastro orientali esse intelligendum. V. Belzoni *Researches* p. 236. Liddell. De crystallo ὑάλου γλαυκῆς Antiphil. Anth. Pal. 6, 250. Schneid.]; idque ab antiquis. Schol. Aristoph. : Ὕαλον ἡμεῖς μὲν ἀρτίως τὸ ἐκ βοτάνης τινὸς κεκαυμένον καὶ διὰ πυρὸς τηκόμενον εἰς κατασκευὴν ἀγγείων τινῶν λέγομεν (quibus verbis Vitrum intelligit)· οἱ παλαιοὶ δὲ, τὸν διαφανῆ λίθον, τὸν ἰδιωτικῶς λεγόμενον κρύον, ἐοικότα δὲ ὑάλῳ. Ubi etiam obiter nota, Κρύος a vulgo usurpatum fuisse pro κρύσταλλος : si tamen κρύον eum scripsisse putandum est, et non potius κρύσταλλον. Annotat autem hæc in Nub. [768], ubi Strepsiadi dicenti, Ἤδη παρὰ τοῖσι φαρμακοπώλαις τὴν λίθον Ταύτην ἑώρας τὴν καλὴν τὴν διαφανῆ, Ἀφ' ἧς τὸ πῦρ ἅπτουσι; respondet Socrates, Τὴν ὕαλον λέγεις; Et rursum schol. hanc ὕαλον esse dicit κατασκεύασμα ὑάλου τροχοειδὲς παχὺ, ὅπερ ἐλαίῳ χρίοντες καὶ θερμαίνοντες, προσάγουσι θρυαλλίδα, καὶ οὕτως ἅπτουσι. [Theophr. De igne § 77 : Ἐξάπτεται δὲ (τὸ πῦρ) ἀπό τε τῆς ὑέλου καὶ ἀπὸ τοῦ χαλκοῦ καὶ τοῦ ἀργύρου τρόπον τινὰ ἐργασθέντων, οὐχ ὥσπερ Γοργίας φησὶ καὶ ἄλλοι δέ τινες οἴονται, διὰ τὸ ἀπιέναι τὸ πῦρ διὰ τῶν πόρων. Conf. Philem. Lex. § 248, p. 171. Schneid.] || Quo pertinent etiam hæc Plinii 36, 26 : Addita aqua vitreæ pilæ sole adverso in tantum excandescunt ut vestes exurant. Ut nostra quoque ætate quædam crystallina et chalybea specula eadem sunt vi prædita. Idem schol. ὑάλου nomen Homero et antiquioribus ignotum esse ait, usurpatum autem pro eo esse ἤλεκτρον. || Gorr. certe et ipse tradit ὕαλον a quibusdam dici speciem Succini fulvi et pellucidi vitri instar : qua de re plura in Ἤλεκτρον. Præterea notandum esse ait, fem. genere et per α dici ἡ ὕαλος : nam Atticam esse illam generis usurpationem et scripturam tradunt tum alii, tum Eust. [p. 1390, 52], et Lex. meum vetus, atque Etym. [M. p. 774, 4.] Quibus facile assentior, quum ap. Aristoph. reperiatur, scriptorem per omnia Ἀττικόν. Alterius autem scripturæ meminere Hesychius quoque et Suidas, nec non ipse Etym. : quam tamen rejicit. || Hesychio vero ὕελος est etiam βόρβορος, Lutum, Cœnum. [Theognost. Can. p. 18, 29 : Ὕαλος ὁ βόρβορος, ἐνίοτε δὲ καὶ τὸ λαμπρόν· ὑαλόεν τὸ διαφανὲς, ubi verba ἐνίοτε ... λαμπρὸν transponenda sunt post διαφανές. G. D.] Quod vocab. ex ὕω derivari posset, quoniam sc. pluviis cœnosiores fiunt viæ. [De formis per α et ε Phrynich. p. 309 ed. Lob.: Ψίεθος, μιερός, ὕελος, ἁμαρτάνουσιν οἱ διὰ τοῦ ε λέγοντες· ἀδόκιμον γάρ. Idem in Bekk. Anecd. p. 68, 22 : Ὑάλινα καὶ ὕαλος· διὰ τοῦ α, οὐ διὰ τοῦ ε. Mœris p. 73 : Ὕαλος ἐν τῷ α Ἀττικοί· ἐν τῷ ε Ἕλληνες· ubi Sallier. : « In eadem cum Mœride sententia sunt Dionysius apud Eustath. p. 1390, schol. Aristoph. Nub. 768, Phrynichus, Thomas M. p. 862, Etym. M. et Photius, quem ea de re disserentem audire juvat : Ὕαλος, οὐχὶ ὕελος. Καὶ θηλυκῶς ἡ ὕαλος καὶ ὑάλιον. Ἀριστοφάνης Ἀχαρνεῦσι « ἐξ ὑαλίνων ποτηρίων καὶ χρυσίδων. » Πάντα δὲ τὰ τοιαῦτα διὰ τοῦ α λέγεται. Quam ob rem si illorum judicio standum est, vox ὕελος est repudianda : quibus tamen ne assensum præbeamus, facit auctoritas Theophrasti, in cujus scriptis ὕελος semper, ὕαλος nunquam reperias. Sic lib. De lapid. c. 59 : Εἰ δὲ καὶ ὁ ὕελος ἐκ τῆς ὑελίδος, ὡς τινές φασι, καὶ αὐτῇ πυκνώσει γίνεται· ubi prætera illud est animadvertendum, nomen illud masculino genere efferri : alibi tamen, libro nempe De igne c. 122, femininum facit. Unde colligas, Atticos nulla lege constrictos, quam ipsis sequi necesse foret. Femininum tamen magis obvium. Ita (Pseudo-)Lucianus qui, ut et Theophra-

stus ὕελος, scribere non dubitavit, Amor. c. 26 : Τὸ δ' ἄλλο σῶμα, inquit, μηδ' ἀχαρῆ τριχὸς αὐταῖς ὑποφυομένης ἠλέκτρου φασὶν ἢ Σιδωνίας ὑέλου διαφεγγέστερον ἀπαστράπτει. Quodsi ὕαλος etiam in ejusdem scriptis occurrit, ex eo illud tantum sequitur, nomen ὕαλος et ὕελος nullo discrimine ab Atticis usurpatum.» Frustra Theophrasti (cui add. Aristot. Analyt. postt. 1, 31) recentiorumque scriptorum exempla opponit grammaticis, quorum præceptum ad solos Atticos veteres spectat. Iones utrum dixerint dubitari potest : nam in loco uno Herodoti 3, 24, libri aliquot optimi ὑάλου præbent pro vulgato ὑέλου. Syllaba prima brevis est : producitur tamen in derivatis polysyllabis in versibus dactylicis, ut s. v. Ὑαλοειδὴς diximus. G. D. || Ὕαλος fortasse ortum ex Ægyptiaco ουαλ s. ουιαλ, quod Lapidem pellucidum, non vero proprie Vitrum nostrum significat. Jablonsk. Opusc. 1, p. 250.]

|| Sed et Ὑάλη dicitur pro ὕαλος, teste Hesychio et Suida : ut τύλη pro τύλος. Id ipsum tamen ὑάλη Hesychio est etiam βόμβυξ, σκώληξ, Vermiculus quidam qui βόμβυξ nominatur : itidemque ὑάλεται affert Idem, et exp. σκώληκιᾷ, a them. ὑάλομαι [quod v. || Ὑάλη, vas vitreum colli angustioris, nostris inde *Fiole*. Interpolator Dioscoridis Parab. 1, 170. Ducang. Arrian. Peripl. maris Er. p. 4, 9 Huds. : Λιθίας ὑαλῆς πλείονα γένη. Interpr., Omnis generis vasa vitrea. Ib. p. 6, 1 : Ὑαλὴ λιθία σύμμικτος. Hase.]

[Ὑαλοξύστης, ὁ. Excerpta Moschop. ms. in Agapetum ap. Fabric. B. Gr. vol. 12, p. 306 : Βίκος· εἶδος ὀσπρίου καὶ ὁ λεγόμενος ὑαλοξύστης.]

Ὑαλοτέχνης, ὁ, Vitri artifex. [Ὑελοτέχνης ap. Hesych. s. v. Ὑελέψης.] Idem et Ὑελέψης.

[Ὑαλότυπος, ὁ, ἡ, Vitri speciem habens. Lexicon Ms. ap. Salmas. Exerc. Plin. p. 1081, E : Ἤλεκτρος, χάλκωμα καθαρὸν, ἢ ὑαλότυπον χρυσίον. Hase.]

Ὑαλουργεῖον, τὸ, Locus ubi vitra fiunt, Vitriaria officina. [Vitrarium, Gl.] || Ὑελουργεῖον, τὸ, Officina vitriaria. [Diosc. 5, 181.]

[Ὑαλουργία, ἡ, i. q. præcedens. Paul. Ægin. De re med. fol. 106 verso, 10, ed. Ald. : Λαμβάνεται μὲν ἐκ τῶν ὑαλουργιῶν. Nisi tamen hic quoque scribend. ὑαλουργείων. Hase.]

[Ὑελουργικὸς, ἡ, όν. Ὑ. κάμινος, Caminus vitriarii, Geopon. 20, 7. « Ὑαλουργικὴ ἐστι τέχνη καταγινομένη περὶ τὴν ὕαλον, Niceph. Blemm. Logica p. 11. Similiter David Armenus Expos. in Porphyr. ap. Krabing. ad Synes. Calv. p. 156. » Boiss.]

Ὑαλουργὸς, ὁ, Qui vitra conficit, Vitriarius, ὑελέψης. [Strabo 16, p. 758.] || Ὑελουργὸς, ὁ, Vitriarius, Qui vitra conficit. Bud. ex Dioscor. [5, 181, ubi hodie ex correct. Sarac. et J. G. Schneideri legitur ἐκ τῶν ὑελουργείων, quod v. Hase.]

[Ὑαλοῦς, Ὑελοῦς. V. Ὑάλεος.]

[Ὑαλόχροος, ὁ, ἡ, et contr. Ὑαλόχρους, Vitri colorem habens. Leonid. Tar. Anth. Pal. 6, 211 : Μηλοῦχον ὑαλόχροα· ubi notandum υ metri caussa productum in versu iambico. || Aliam formam Ὑελοχρώδης, ὁ, ἡ, Crinagoræ Anth. Pal. 6, 232, restitui voluit Brunckius : Καὶ πότιμοι γέλγιθες ἰδ' ὑελοχρώδεες ὄγχναι, conjectura parum probabili. Codex ὑελαχυκάδες, de quo alii alia conjecerunt : v. Jacobs. vol. 8, p. 383, qui ipse in ed. altera proposuit εὖ μάλα κυκλάδες, quod ipsum quoque non satisfacit.]

[Ὑαλοψός. V. Ὑαλέψης.]

Ὑαλόω, In vitrum converto. Pass. Ὑαλόομαι, Vitrum fio, In vitrum convertor, abeo.

Ὑαλώδης, ὁ, ἡ, i. q. ὑαλοειδὴς, Vitro similis, Vitreus. [Ὑαλῶδες οὖρον, Vitrea urina dicitur, quæ multam pituitam vitream, frigidam, albam, viscidam deponit, morbosque ex hujusmodi crudis humoribus ortos judicatione liberat, et inter solutionis caussas et signa reponitur ab Hippocr. p. 140, E. Eadem autem videtur dici ὑαλώδης urina, quæ postea γονοειδὴς, et ab Hippocr. sæpius hoc nomine usurpatur, quæ pituitam vitream multam, et confertum quiddam ac compactum, album, consistentia et colore genitali semini simile continet. Nam ibidem p. 173, E, Ὑαλοειδὴς οὔρου διέξοδος, Urinæ exitus vitri speciem referens, ponitur in universaliore convulsionis solutione, urinam significans multam pituitam vitream, albumineam, crassam et glutinosam continentem, certissimam convulsionis materiam : quas postea in singulari opisthotoni judicatione γονοειδέας οὐρήσιας vocat. Et Galen. Comm. 2 in Epid. 6, p. 469, 17, γονοειδὲς οὖρον non aliter exponit, quam urinam quæ multum vitreum humorem deponit, his verbis : Τὸ γονοειδὲς δὲ οὖρον ἢ καὶ διαχώρημά γένοιτ' ἄν ποτε κρίσιμον, ὅταν ὁ καλούμενος ὑπὸ Πραξαγόρου χυμὸς ὑαλώδης ἐκκενοῦται. Hanc autem pituitam vitream ὑαλώδη χυμὸν Praxagoræ dictum agnoscit etiam Galen. lib. 1 De præsag. ex puls. p. 124, 42 ed. Bas. Est et ὑαλοειδὴς χυμὸς, Vitreus humor in oculo, de quo Gorræus. Foes. Pallad. De febr. p. 26, 90. Kall. Dioscor. 3, 86 : Τὸ δέ τι ἐν ταῖς κοιλίαις ὑελῶδες. Hase. Ὑαλῶδες φλέγμα Theophan. Nonn. vol. 2, p. 48.] || Ὑελώδης, Vitreus, Vitro similis [Gl.].

Ὑάλωμα, τὸ, Vitium in oculis equorum, sicut γλαύκωμα. Apsyrtus in Hippiatr. 1 [p. 43, 11] : Συμβαίνει δὲ ἐκ τούτου, ὃ καλεῖται ὑάλωμα, ὅμοιον ψηφῖδι λευκῇ.

[Ὑαλῶπις, ιδος, ἡ, Quæ vitreum colorem habet. Ὑ. ἴασπιν Orph. Lith. 607.]

[Ὑάλωψ, ὁ, i. q. ὑαλέψης, Vitriarius. Pallad. schol. Hippocr. vol. 2, p. 222 ed. Dietz. V. Lobeck. Paralip. p. 201.]

[Ὕαμα (?), βάθος, Hesych.]

[Ὑάμεια, ἡ, Hyamea. Steph. Byz. : Ὑ., πόλις Μεσσήνης, τῶν πέντε μία. Ὁ πολίτης Ὑαμείτης διὰ διφθόγγου. Unde Pausan. 4, 14, 3, Ὑάμειαν pro Ὑαμίαν restituendum esse animadvertit Holstenius.]

[Ὑάμιον, τὸ, Hyamium. Steph. Byz. : Ὑ., πόλις Τρωϊκή. Τὸ ἐθνικὸν Ὑάμιος, ὡς Βυζάντιος, καὶ Ὑαμιεὺς, ὡς Δουλιχιεύς.]

[Ὕαμος, ὁ, Hyamus, Lycori filius. Pausan. 10, 6, 3.]

[Ὑάμπεια, ἡ, Hyampea, vertex Parnassi. Herodot. 8, 39 : Ὑπὸ τῇ Ὑαμπείῃ (Ὑαμπέῃ, forma Ionica, Valck.) πέτρῃ. Plut. Mor. p. 557, A : Ὑάμπειαν πέτραν. Strabo 9, p. 424. Conf. Wessel. ad Diodor. 16, 28, Perizon. ad Ælian. V. H. 11, 5.]

[Ὑάμπολις, ιδος, ἡ, Hyampolis (hodie Bogdana : v. Ross. Inscrr. 1, p. 37). Steph. : Ὑ., πόλις Φωκίδος. Ὁ οἰκήτωρ Ὑαμπολίτης. Homer. Il. B, 521 ; Herodot. 8, 28 (unde Polyæno 6, 18, 2, Ὑάμπολιν a Koenio restitutum pro τὴν πόλιν), 33; Strabo 9, p. 401, 416; Pausan. 10, 1, 2; 10, 3, 1; 35, 5; Plut. Mor. p. 660, D. Ap. Strabonem loco priore divisim Ὕαν πόλιν in codd. et ap. Eustath. p. 275, 11. Quod non fuisse cur in Ὑάμπολιν mutaretur apparet ex tertio loco p. 424 : Εἶθ' Ὑάμπολις, Ὕα μετὰ ταῦτα ἐκλήθη ὑπό τινων. « Schol. Hom. Il. B, 521 : Ὑάμπολιν, οὕτως ἀνεγνώσθη ὡς φιλόπολις· ἓν γάρ ἐστι. Fuerunt ergo qui Ὕαν πόλιν scriberent, ut non solum in schol. Eurip. Orest. 1087, quem Matthiæ falso corrigit, sed etiam in codd. Strabonis p. 401 legitur. Si vero Ὕα πόλις utrinque ut Μεγάλη πόλις declinatum est, usitatum Ὑάμπολις ex accusativo reclinatum esse videtur ut neotericum *Stalimene* et similia. ... Scholiastæ Homerici addunt Hyampolin ab incolis appellari διὰ τοῦ σ Ὑσάμπολιν. Num forte Συάμπολιν? Nonnus 13, 124, a sue denominatam dicit, quæ cum Minerva contendit. » Lobeck. ad Soph. Aj. p. 367. Eustathii errorem tres hujus nominis urbes ex una facientis notavit Müller. in libro de Orchomeno p. 496, qui hodiernum ejus nomen *Hiapoli* ex Meletio memorat. Ὑαμπολιτῶν τὸ προάστειον memorat Xenoph. Hell. 6, 4, 27, i. e. Cleonas, quas Κλεωνὰς τῆς Ὑαμπόλιδος vocat Plut. Mor. p. 244, D.]

Ὑάνεος [codex ὑανέοος], Aspectu terribilis. Vide alias exposs. ap. Hesych. [εἰκαῖος, βλοσυρὸς, χαλεπὸς, ὕπτιος], qui habet etiam [cum iisdem exposs., ut indicatur verbis τὰ αὐτά] Ὑάνεως [codex ὑανεῶς]. || Est et Ὑανία ap. Eund., expositum τύρβη, μάχη, ὕβρις, ἀγερωχία. [Conf. Συανία et Ὑηνία.]

[Ὑανθίδας, ὁ, Hyanthidas, Propodæ filius. Pausan. 2, 4, 3.]

[Ὕαντες, Ὑαντία, Ὑάντινος, Ὑάντιος. V. Ὕας.]

[Ὕαξ vitiose pro Οἴαξ ap. Hesych.]

[Ὑάπεια, ἡ, Hyapea. Steph. Byz. : Ὑ., πόλις Φωκίδος, ἀπὸ Ὑάπου. Ὁ πολίτης Ὑαπεύς. Nomen non diversum ab Ὑάμπεια, quod v.]

[Ὑαργίδες. V. Ὑάς.]

[Ὑάρωτις, ιδος, ἡ, Hyarotis, fl. Indiæ ap. Strab. 15, p. 694; qui genitivo utitur Ὑαρώτιδος ib. p. 699. Ὑδραώτης est ap. Arrian. Anab. 5, 4, 4, et Phot. Bibl. p. 325, 5.]

Ὑὰς, άδος, ἡ, Sucula, itidem ut συὰς supra. Ὑάδες, ut Eust. [p. 1155, 58] ex Lex. quodam rhetorico annotat, dicuntur Βάκχαι τιθῆναι τοῦ Διονύσου, atque adeo ipse Bacchus ab eis denominatur Ὕης secundum quosdam, qui Ὕην dicunt esse ἐπίκλησιν τοῦ Σαβαζίου. [Etym. M. p. 775, 5 : Ὁ Φερεκύδης τὴν Σεμέλην Ὕην λέγει καὶ τὰς τοῦ Διονύσου τροφοὺς Ὑάδας. V. Sturz. ad Pherec. p. 114. Schol. Arati Phæn. 172 : Ἡ δὲ προσωνυμία ἐστὶ ταῖς Ὑάσιν, ὅτι τὸν Διόνυσον ἀνεθρέψαντο. Ὕης δὲ ὁ Διόνυσος. « Hyades Liberi nutrices primus, opinor, omnium Pherecydes dixerat ap. schol. ad Germanici Arat. p. 55 ed. Buhl. et ap. Hygin. Astron. Poet. 2, 21, correctum ab Hemst. ad Lucian. vol. 1, p. 312. » Meinek. ad Euphor. p. 49. Hesych. s. v. Ἔναστρος, τὰς Βάκχας Ὑάδας ἔλεγον. Quocum alia ejusdem gl. est comparata, Ὑαργίδες, αἱ εὐειδεῖς Βάκχαι αἱ Ἀργεῖαι (ἄργιαι codex).] Et sic ὑάδες eædem fuerint quæ θυάδες et μαινάδες : et ὕης idem qui et μαινόλης. Ac revera ferebantur quodam furore Thyades s. Bacchæ, (de quibus Ovid. : Nunc feror ut Bacchi furiis Eleides actæ, Quæque sub Idæo tympana colle movent :) quemadmodum et sues plerumque, præcipue feri. Itidem ab ὗς quidam Latinorum ὑάδας denominatas putarunt, et interpretati sunt Suculæ : sunt autem ὑάδες Stellæ quædam, quæ tauri caput constituunt. Quorum ignorantiam his verbis reprehendit Tullius Tiro ap. Gellium 13, 9 : Adeo veteres Romani literas Græcas nesciverunt, et rudes Græcæ linguæ fuerunt, ut stellas, quæ in capite tauri sunt, propterea Suculas appellarint, quod eas ὑάδας Græci vocant : tanquam id verbum Latinum Græci verbi interpretamentum sit, quia Græce ὗες, Sues Latine dicantur. Sed ὑάδες οὐκ ἀπὸ τῶν ὑῶν, ita ut nostri opici putarunt, sed ab eo, quod est ὕειν, appellantur : nam et quum oriuntur et quum occidunt, tempestates, pluvias, largosque imbres cient. Pluere autem Græca lingua ὕειν dicitur. Gell. tamen aliquo modo eos excusat, ut ibi videbis. Itidem Cic. De nat. Deor. 2, [43] : Tauri caput stellis conspersum est frequentibus. Has Græci stellas ὑάδας vocitare suerunt, a pluendo, (ὕειν enim est Pluere ;) nostri imperite Suculas, quasi a suibus essent, non ab imbribus, nominatæ. Similiter Plin. 18, 29 : Hoc est vulgo appellatum sidus Palilicium, quoniam XI Cal. Maii, urbis Romæ natalis, quo fere serenitas redditur, claritatem observationi dedit : nimborum argumento ὑάδας appellantibus Græcis has stellas. Quod nostri a similitudine cognominis Græci, propter sues impositum arbitrantes, imperitia appellavere suculas. Hoc sidus vehemens est, et terra marique turbidum : tam in ortu suo quam occasu tempestates, pluvias, largosque imbres concitat. Plura lege ap. Eund. 2, 42 ; Vitruv. 6, 10 ; Hygin. 2, et ap. Græcos, Hesiodum, Proclum, Galen. in lib. 1 in Hippocr. 1 Epidem. Idem etymon confirmant doctissimi etiam quique Latini poetæ. Virg. enim [Æn. 1, 744 ; 3, 516] Pluvias appellat, Horat. [Od. 1, 3, 14] Tristes, et Ovid. Fast. 5, [166] : Navita quas hyadas Graius ab imbre vocat. Sic Statio [Silv. 1, 6, 22] Inserena hyas dicitur ; Claudiano, Nimbosa. Necnon et Hesych. ita dictas innuit, quoniam κατὰ τὴν ἀνατολὴν αὐτῶν ὑετὸς γίνεται. Eust. quoque istius etymi meminit, qui tamen ait fortassis etiam sic nominatas esse, quoniam literæ υ sunt παρεμφερεῖς, vel ab ipsorum fratre Hyante : de quo, sicut et de ipsis hyadibus, vide quæ refert Il. Σ, enarrans hunc versum 486 : Πληϊάδας θ' ὑάδας τε, τό, τε σθένος Ὠρίωνος. [Et alibi :] Ὑάδες, Hyades ; stellæ quædam a pluendo sic dictæ, quoniam ortu occasuque suo pluvias largosque imbres concitant, ut Cic. et Plin. [2, 39] testantur. [Hesych. : Ὑάδας, τὰ ἐπὶ τοῦ μετώπου κέρατα τοῦ ταύρου τοῦ ἐν οὐρανῷ ἄστρου. Εἰσὶ δὲ ἀστέρες ἑπτὰ, ὧν κατὰ τὴν ἀνατολὴν ὑετὸς γίνεται.] Alii Suculas vocarunt Latine, ab ὗς derivantes, ut supra docui.

‖ At Ὕας, gen. Ὕαντος [Chœrob. In Theod. p. 91, 15 ; 94, 3 ; Theognost. Can. p. 18, 27], filius Atlantis et Æthræ, frater hyadum, Eust. p. 1155. || Pindari schol. [et Chœrob. l. c. p. 27, 24] scribit Ὕαντας priscis temporibus dictos fuisse, qui Bœotiam incolebant ; gentem barbaram agrestemque : proinde a quibusdam depravata voce Ὕας nuncupatos fuisse scommatice, sc. ob porcinos et insulsos mores : quo pertinet proverb. Bœtica sus. [V. Strabon. 9, p. 401, 424, et schol. Apoll. Rh. 3, 1242.] Steph. B. tradit fuisse gentem finitimam Alalcomeniæ : alio nomine dictos Ὑαντίους et Ὑαντίνους. [Apoll. Rh. 3, 1242 : Ὑαντίου Ὀγχηστοῖο· ubi schol. : Τοῦ Βοιωτίου· Ὕαντες γὰρ τὸ πρὶν ᾤκουν τὴν Βοιωτίαν.] Ubi affert et fem. Ὑαντία et Ὑαντίνη : addens, Ὑαντίαν nominatam fuisse et Locrorum quoddam oppidum. Ibi igitur nota Ὕαντες et Ὑάντιος sive Ὑάντινος : item Ὑαντία. [Ὕας, Bœotius, Tzetz. ad Lyc. 433. Kall.]

[Ὕασις, εως, ἡ, Hyasis. Steph. Byz. : Ὕ., πόλις Λιβύης. Λέγεται καὶ Ὄασις. Καὶ ὁ πολίτης Ὀασίτης, ὁ ποιητὴς Σωτήριχος ὁ καὶ τὰ πάτρια γεγραφὼς αὐτοῦ. Ὁ πολίτης Ὑασίτης. Conf. Ὄασις.]

[Ὕᾶται, οἱ, Hyatæ. HSt. s. v. Ὗς :] Item Ὑάται a sue vocabantur Tribules quidam Sicyone, teste Herodoto 5, [68] ubi scribit Clisthenem Sicyonios mutatis tribuum cognominibus derisisse, quoniam sc. ἐπὶ ὑός τε καὶ ὄνου τὰς ἐπωνυμίας μετατιθεὶς, αὐτὰ τὰ τελευταῖα ἐπέθηκεν, sua tribu excepta, cujus tribules vocabat ἀρχελάους, ceterarum vero quosdam ὑάτας, quosdam ὀνεάτας, quosdam χοιρεάτας.

[Ὑβάδαι, οἱ, Hybadæ. Harpocr. (et partim Photius, Suidas, Etym. M.) : Ὑβάδαι· Λυσίας ἐν τῷ περὶ τῆς Ὀνομακλέους θυγατρός. Ἔστι δὲ δῆμος τῆς Λεοντίδος. Steph. Byz. : Ὕβα· οὕτως ὁ δῆμος τῆς Λεοντίδος φυλῆς. (Hæc nominis forma nullo exemplo probata est.) Τινὲς δὲ τὸν δῆμον Ὑβάδαι λέγουσιν. Τὰ τοπικὰ ἐξ Ὑβάδων, εἰς Ὑβάδων, ἐν Ὑβάδων. Ubi cod. Vratisl. ter ὑβάδω. Scribendum vero Ὑβαδῶν. Nulla tamen horum τοπικῶν exempla innotuerunt. Adj. gentile Ὑβάδης est in inscrr. ap. Bœckh. vol. 1, n. 779, 780, et in duabus aliis ap. Rossium in libro De demis p. 99. G. D. Λύσανδρος Ὑβάδης ap. Diog. L. 5, 57. Hase.]

[Ὑβάζω.] Invenitur et verb. Ὑβάζω, de incurvatione. Sed Suidas ὑβάζειν exp. ἐμεῖν : quoniam qui vomunt, ἀπὸ τῆς βίας κυρταίνειν ἐοίκασιν.

[Ὑβαλλὴν, ὁ, per λάγνος exp. Theognost. in Cram. Anecd. Oxon. vol. 2, p. 18, 33, ubi de nominibus agit ab υβ incipientibus. Quocum Hesychii glossæ sunt comparandæ, Ἥβαλὴς, καταφερὴς, λάγνος. Συβάλλας, ὁ καταφερὴς πρὸς τὰ ἀφροδίσια. G. Dind.]

[Ὑββάλλω. V. Ὑποβάλλω.]

[Ὑβέλη, ἡ, Hybela, πόλις περὶ (παρὰ cod. Vrat. recte) Καρχηδόνα ap. Steph. Byz. ex Hecatæi Asia. Idem adj. gentile posuit Ὑβελίτης, ὁ.]

[Ὑβιός. V. Ὑβός.]

[Ὕβλα, ἡ, Hybla. Steph. Byz. : Ὕβλαι, τρεῖς πόλεις Σικελίας· ἡ μείζων, ἧς οἱ πολῖται Ὑβλαῖοι· ἡ μικρὰ, ἧς οἱ πολῖται (Ὑβλαῖοι addit cod. Vrat.) Γαλεῶται Μεγαρεῖς· ἡ δὲ ἐλάττων Ἥρα καλεῖται. Ἔστι καὶ πόλις Ἰταλίας. Τὴν Ὕβλαν ἀπὸ Ὕβλου (ὕλαν ἀπὸ ὕλου cod. Vrat.) τοῦ βασιλέως, διὰ τὸ (sic cod. Vrat. : vulgo διὰ τοῦτο) πολλὰς Ὕβλας καλεῖσθαι τῶν Σικελῶν πόλεων. Τοὺς ἐνοικοῦντας Μεγαρέας ἐκάλουν. Μία δὲ τῶν Ὑβλῶν (scr. Ὑβλῶν) Τίελλα (hanc eandem esse videri quæ Στύελλα vocatur ab Steph. Byz. s. h. v. monuit Cluverius) καλεῖται, ὡς Φίλιστος τετάρτῳ Σικελικῶν. Nonnulla in his sive epitomatoris sive librariorum culpa perturbata, de quo post Cluverium aliosque dixerunt Tzschuck. ad Pomp. Mel. vol. 3, 2, p. 850 et Gœller. ad Philistum p. 159 seqq. Duas tantum Hyblas Siculas memorat Pausan. 5, 23, 6 : Πρὸς δὲ τῷ ἅρματι τῷ Γέλωνος Ζεὺς ἕστηκεν ἀρχαῖος, ἔχων σκῆπτρον. Ὑβλαίων δέ φασιν εἶναι ἀνάθημα. Αἱ δὲ ἦσαν ἐν Σικελίᾳ πόλεις αἱ Ὕβλαι, Γερεᾶτις (Γελεᾶτις ap. Thucyd. 6, 62) ἐπίκλησιν, τὴν δὲ, ὥσπερ γε καὶ ἦν, ἐκάλουν μείζονα. Ἔχουσι δὲ καὶ κατ' ἐμὲ ἔτι τὰ ὀνόματα. Ἐν τῇ Καταναίᾳ δὲ ἡ μὲν ἔρημος ἐς ἅπαν, ἡ δὲ κώμη τε Καταναίων ἡ Γερεᾶτις, καὶ ἱερόν σφισιν Ὑβλαίας ἐστὶ θεοῦ, παρὰ Σικελιωτῶν ἔχον τιμάς. Pariter Strabo 6, p. 267 : Τοὺς μὲν οὖν Χαλκιδέας κτίσαι Νάξον, τοὺς δὲ Δωριέας Μέγαρα, τὴν Ὕβλαν πρότερον καλουμένην. (Μεγαρέας Ὑβλαίους memorat Thucyd. 6, 4.) Αἱ μὲν οὖν πόλεις οὐκέτ' εἰσὶ, τὸ δὲ τῆς Ὕβλης ὄνομα

συμμένει διὰ τὴν ἀρετὴν τοῦ Ὑβλαίου μέλιτος. Ταυρομένιον, κτίσμα τῶν ἐν Ὑβλῃ Ζαγκλαίων ib. p. 268. Syllabam priorem corripuit Scymnus v. 277. Οἱ Χαλκιδεῖς | κτίζουσι Νάξον, οἱ Μεγαρεῖς δὲ τὴν Ὑβλαν. || Nomen regis, quem Ὕβλον appellat Steph. Byz., Ὕβλων, ωνος, ὁ, est ap. Thucyd. 6, 4 : Οἱ δ' ἄλλοι ἐκ τῆς Θάψου ἀναστάντες Ὕβλωνος βασιλέως Σικελοῦ προδόντος τὴν χώραν καὶ καθηγησαμένου Μεγαρέας ᾤκισαν τοὺς Ὑβλαίους κληθέντας.]

[Ὑβλήσιος, ὁ, Hyblesius, n. pr. viri in documentis ap. Demosth. p. 926, 8; 934, 15.]

[Ὑβλιός. V. Ὑβός.]

[Ὕβλος, Ὕβλων. V. Ὕβλα.]

[Ὑβλήτης, μάντις (μάντης codex), Hesych. Idem quod Γαλεὸς vel Γαλεώτης esse videri annotavit Albertus. Γαλεοὶ autem vel Γαλεῶται vatum genus erant Hyblæorum, de quibus v. quæ s. v. Γαλεώτης dicta sunt.]

Ὑβός, ἡ, ὸν, Curvus, Inflexus. Item Gibbosus, Cui spina incurvata est et fornicata. [Ὑβοὶ sunt qui κυφοὶ dicuntur sæpius ab Hippocr. De art., aut κυρτοὶ, Gibbosi, quum foras seu in posteriorem spinæ partem vertebræ convertuntur ac tendunt, quibus λόρδωσις opponitur, Aph. 6, 46; ubi scribit Galen., Ὑβοὺς καὶ κυφοὺς εἴωθεν ὀνομάζειν ὁ Ἱπποκράτης, οὓς ἅπαντες οἱ νῦν ἄνθρωποι προσαγορεύουσι κυρτούς· καὶ γὰρ καὶ ὄντως ἡ ῥάχις αὐτοῖς εἰς τοὐπίσω γίνεται κυρτή. Τῷ μὲν οὖν κυρτῷ τὸ κοῖλον ἀντικειμένως λέγεται, τῷ δ' ὑβῷ τε καὶ κυφῷ, τὸ λορδόν. Idem ὑβοὶ per κυρτοὶ exponit in Lex. (p. 82). Foes. Sic etiam Phot. et Suid. In ἠβὸς corruptum ap. Suidam s. v. Ἠβός.] Apud Theocr. 5, [43] habetur hic versus : Μὴ βάθιον κείνου [τήνω] πυγίσματος ὑβὲ ταφείης, ubi schol. annotat ὑβὸς esse a nomine κυφὸς, abjectione literæ κ, et mutatione literæ φ in β. [Eadem fere in Etym. M. p. 774, 8.] At vero Ὕβος paroxytone subst. de Tubere in cameli dorso, ex Gaza ap. Aristot. [H. A. 2, 1. Serv. ad Georg. 1, 138. Koen. ad Greg. Cor. p. 285 ed. Schæf. Schneid.] Pro adj. autem ὑβὸς affertur etiam Ὑβιὸς, et Ὑβλιός : sed ex his duobus alterum duntaxat habet Hesych., qui ὑβλιὸν esse dicit τὸν κυρτὸν, καμπύλον, γυρόν : additque, οἱ δὲ ὑβὸς, κυρτὸς, ὑβριστής.

[Ὑβόω. V. Ὕβωμα.]

[Ὑβραγόρας, ὁ, Hybragoras, n. pr. Chœrob. In Theodos. p. 13, 4 et Greg. Cor. p. 603 : Οἱ αὐτοὶ (Æoles) πολλάκις εἰς α ποιοῦσι τὰς εὐθείας. Ὁ Ἀρχύτα γὰρ λέγουσι ἀντὶ τοῦ ὁ Ἀρχύτης, ὁ Ὑβραγόρα ἀντὶ τοῦ ὁ Ὑβραγόρας. Nomen pr. Ὑβραγόρας aliunde mihi nondum innotuit. Koen. Pro eo Letronn. *Journ des Sav.* 1845, p. 729, conjicit scribend. Ἀβραγόρας. Hase.]

[Ὑβρέας, ὁ, Hybreas, rhetor Mylasensis. Strabo 14, p. 630, 659, 660.]

[Ὑβριᾶνες, οἱ, Hybrianes, gens Illyrica ap. Strabon. 7, p. 318, nusquam alibi memorata : unde nomen suspectum fuit Casaubono, qui Ἀγριᾶνες conjecit.]

[Ὑβρίας, ὁ, Hybrias, poeta Cretensis. Athen. 15, p. 695, F. || Ὑβρίας Πρατίχω in inscr. Megarica ap. Keil. Inscrr. Bœot. p. 19 et 20. Alii in inscrr. Delphicis ap. Ross. 1, p. 23, 6 (ubi genit. Ὑβρία) et Curt. Anecd. Delph. p. 66, 71. G. Dind.]

[Ὑβρίγελως, ωτος, ὁ, ἡ, Petulans s. Contumeliosus irrisor. Manetho 4, 280, 446.]

Ὑβρίζω, [Dor. Ὑβρίσδω,] f. ὑβρίσω, vel etiam ὑβριῶ [et forma med. ὑβριοῦμαι, Aristoph. Eccl. 666 : Οὐχ ὑβριεῖται φαύλως οὐδεὶς οὕτως τῇ γαστρὶ κολασθείς, Non facile deinceps injuriam faciet, sic ventre multatus. Seag.] Attice, Injurius sum, vel Protervus sum et insolens, Insolesco, Contumeliosus sum; ὕβριν ἔχω, ut Hom. loquitur. Idem Od. Σ, [380] : Οὐδ' ἄν μοι τὴν γαστέρ' ὀνειδίζων ἀγορεύοις· Ἀλλὰ μάλ' ὑβρίζεις, καίτοι νόος ἐστὶν ἀπηνὴς, Injurius es et contumeliosus. [Herodot. 1, 100 : Εἴ τινα πυνθάνοιτο ὑβρίζοντα. Æsch. Prom. 82 : Ἐνταῦθα νῦν ὕβριζε. Soph. Aj. 971 : Πρὸς ταῦτ' Ὀδυσσεὺς ἐν κενοῖς ὑβριζέτω.] Dem. [p. 32, 15] : Οὔτε Φίλιππος τοσοῦτον ὑβρίκει χρόνον· et [p. 549, 16] : Προσχυνεῖν τοὺς ὑβρίζοντας, οὐκ ἀμύνεσθαι. Aristot. Rhet. 1 : Οὐ γὰρ, εἰ ἐπάταξεν, πάντως ὕβρισεν, Non protinus injurius fuit et contumeliosus. Nec enim omnes ictus ἐφ' ὕβρει ingeruntur, sed quidam ἐπὶ τιμωρίᾳ etiam. [Ib. 2, c. 2.] Et Xen. Cyrop. 8, [6, 16] : Ἤν δέ τις ὑβρίζῃ, σωφρονίζει. Et aliquanto ante [8, 1, 30] : Ὅταν ὁρῶσιν ᾧ μάλιστα ἔξεστιν ὑβρίζειν, τοῦτον σωφρονοῦντα. Ubi observa etiam opponi sibi ὑβρίζειν et σωφρονεῖν, sicut [ap. Antiphont. p. 128, 16, et] infra ex eod. Xen. habebimus ὕβριν et σωφροσύνην sibi opposita, i. e. Insolentiam et moderationem, Injuriosam petulantiam et modestiam. Rursum Od. Σ, 245 : Τὰς νῦν ὑβρίζων φορέεις, pro ἐφ' ὕβρει, s. δι' ὕβριν, Per injuriam. Interdum additur accus. ὕβριν, diciturque aliquis ὕβριν ὑβρίζειν pro simplici ὑβρίζειν : quo modo et ὕβριν ἐνυβρίζειν ap. Herodian. legi, infra docebo. Sic Æschyl. ap. Athen. 15, [p. 667, C] : Οὐδὲν ἧσσονας Ὕβριζ' ὑβρισμοὺς, Non minus erat injurius et contumeliosus. [Alia exx. v. s. Ὕβρις.] Passive vero Aristoph. Pl. [1045] : Τάλαιν' ἐγὼ τῆς ὕβρεως, ἧς ὑβρίζομαι, O miseram me injuria illa et contumelia, qua afficior. Plut. Pericle [c. 12] : Δοκεῖ δεινὴν ὕβριν ἡ Ἑλλὰς ὑβρίζεσθαι, Insignem pati injuriam et Atroci affici contumelia. [V. Ὕβρις.] Additur vero et accus. personæ; et tunc significat Injuria afficio, Injuria et contumelia afficio, Insolente et proterva injuria afficio, Petulanter injuriam facio. Hom. Il. Λ, [694] : Ταῦθ' ὑπερηφανέοντες Ἐπειοὶ χαλκοχίτωνες Ἡμέας ὑβρίζοντες ἀτάσθαλα μηχανόωντο. Dem. : Ἐὰν ἰδιώτην τινὰ ὑβρίσῃ τις. Isocr. Symm. [p. 179, B] dicit etiam Ἐπόρθουν μὲν τὴν ἤπειρον, ὕβριζον δὲ τὰς νήσους. Et pass. Ὑβρίζομαι, Injuriam accipio, Contumeliosa afficior injuria, Insolens et petulans injuria mihi fit. Dem. [p. 516, 5] : Πληγὰς εἰληφὼς καὶ ὑβρισμένος. Ibid. : Ὕβρισμαι μὲν ἐγὼ, καὶ προπεπηλάκισται τὸ σῶμα τοὐμὸν τότε. Et [p. 126, 9] : Ὡς ὑβρίζετο καὶ προεπηλακίζετο ὑπὸ τοῦ δήμου τοῦ τῶν Ὠρειτῶν. Et Herodian. 5, [4, 12] : Φοβηθεὶς μὴ αἰχμάλωτος ληφθεὶς αἰσχίστως ὑβρισθείη, Ne captivus ageretur, nihil non passurus contumeliæ. Itidemque 4, [6, 11] : Οἰηθεὶς ὑβρίσθαι, Injuriam et contumeliam passum se esse. [Plato Leg. 9, p. 874, C : Νηποινεὶ τεθνάτω ὑπὸ τοῦ ὑβρισθέντος βίᾳ.] Nonnunquam accus. illi personæ vel etiam rei quæ ad illam pertinet, præmittitur præp. εἰς s. περὶ, et tunc significat Injurius sum in, Contumeliosus sum in : et differt hoc ὑβρίζω εἴς σε ab ὑβρίζω σε, ut testatur Lucian. Solœc. [c. 10], his verbis : Τὸ μέν σε ὑβρίζειν, τὸ σῶμά ἐστι τὸ σὸν ἤτοι πληγαῖς, ἢ δεσμοῖς, ἢ καὶ ἄλλῳ τρόπῳ· τὸ δὲ εἴς σε, ὅταν εἴς τι τῶν σῶν γίγνηται ἡ ὕβρις· καὶ γὰρ ὅστις γυναῖκα ὑβρίζει τὴν σὴν, εἰς σε ὑβρίζει, καὶ ὅστις παῖδα καὶ φίλον, καὶ ὅστις γε οἰκέτην. Id tamen discrimen non perpetuum est, nec semper verum. Invenio enim pro uno eodemque posita ὑβρίζω τινὰ. et ὑβρίζω εἴς τινα : ut in hac Lege ap. Dem. [p. 529, 14] : Ἐάν τις ὑβρίζῃ εἴς τινα, ἢ παράνομόν τι ποιήσῃ εἰς τούτων τινά. Sic Aristoph. Nub. [1508] : Ὑβρίζετόν γ' εἰς τοὺς θεοὺς, In deos estis contumeliosi, Deos contumelia afficitis. Idem [Pl. 900] : Ταῦτ' οὖν ἀνασχέτ' ἐστὶν, ὦ Ζεῦ καὶ θεοὶ, Τούτους ὑβρίζειν εἰς ἐμέ; [Plato Leg. 11, p. 927, D : Μηδὲν εἰς ὀρφανὸν ὑβρίσας.] Et Dem. : Εἰς ἐμὲ καὶ τοὺς ἐμοὺς ᾤετο δεῖν ὑβρίζειν. Idem dixit etiam, Ἐμοῦ μὲν ὕβρισεν εἰς τὸ σῶμα· nec non [p. 523, 1] : Ὧν εἰς τὸ σῶμα ὑβρίζεσθαί φημι. Sic Herodian. 4, [5, 12] de Romulo : Οὐκ ἤνεγκεν ἀδελφὸν ὑβρίσαντα μόνον εἰς τὰ ἐκείνου ἔργα, Operibus suis illudentem, Opera sua afficientem contumelia. Fama enim est Remum, quum in ludibrium fratris novos transiliisset muros, ab illo irato interfectum. Eadem constr., sed paulo alia signif., dixit Plato Symp. [p. 174, B], de Homero : Κινδυνεύει οὐ μόνον διαφθεῖραι, ἀλλὰ καὶ ὑβρίσαι εἰς ταύτην τὴν παροιμίαν. Ubi pro Violasse accipi potest : ut ex Plut. Solone affertur, Ὑβρίζοντες εἰς τὸ μαντεῖον pro Violantes vaticinium. Verum huic præp. εἰς et περὶ præmittitur interdum alius accus., ut est ὕβριν, aut τὶ, aut τοῦτο, aut similes. Dicit enim Plato Leg. [6, p. 777, D], Ὕβριν ὑβρίζειν εἰς τοὺς οἰκέτας. Itidemque ὑβρίζω τι περὶ τούτους, In hos aliquid contumeliose admitto : ut ὑβρίζω ταῦτα περὶ θεοὺς, Hæc in Deorum contemptum et contumeliam ago, ap. Eund. itidem. [Leg. 9, p. 885, B : Ὅσα ... λόγῳ καὶ ὅσα ἔργῳ περὶ θεοὺς ὑβρίζει τις λέγων ἢ πράττων· 6, p. 761, E : Ἐὰν ὑβρίζωσί τι περὶ τοὺς ὧν ἐπιμελοῦνται.] Sine præpositione accusativo personæ itidem ejusmodi accusativi solent adjungi : ut quum

Xen. dicit Cyrop. 5, [2, 27] : Ἀλλὰ τοὺς μὲν ἀσθενοῦντας οἷα ὑβρίζει, τί δεῖ λέγειν; [Soph. El. 613 : Ὅτις τοιαῦτα τὴν τεκοῦσαν ὕβρισεν. Plato Symp. p. 222, A : Ἅ με ὕβρισε.] Qui accus. personæ in verbo passivo transit in nominativum, altero accus. manente immutato, ut ap. Dem. [p. 516, 6] : Ὑβρισμένος οἷα οὐκ οἶδ' εἴ τις ἄλλος πώποτε χορηγὸς ὑβρίσθη. Ac rursum, Ἐξελέγξω δὲ πρῶτον ὅσα αὐτὸς ὑβρίσθην, ἔπειθ' ὅσα ὑμεῖς ἠδικῆσθε, Quanta affectus sim injuria, ac contumelia. Idem rursum, Τῷ τὸ σῶμα ὑβρισμένῳ. [Aristoph. Thesm. 903 : Αἰσχύνομαί σε τὰς γνάθους ὑβρισμένη. ‖ Ad vestitum τοῦ ὑβρίζοντος transtulit Xenoph. Cyrop. 2, 4, 5 : Εἰσήει ἐν τῇ Περσικῇ στολῇ οὐδέν τι ὑβρισμένη, i. e. non magnifica et delicata, qualis Medorum est, sed modesta et vili. Similiter Eurip. Phœn. 1119 : Οὐ σημεῖ' ἔχων ὑβρισμένα.] ‖ Suid. ὑβρίζειν dicit usurpari etiam ἐπὶ τοῦ αἰσχρῶς διαιτᾶσθαι, ejus signif. hoc afferens exemplum ex anonymo : Ὑπέλαβε πονηροὺς ὄντας ὑβρίζειν καὶ ῥᾳστωνεύεσθαι. ‖ Porro sicuti ὕβριν dicam restringi etiam ad Stuprum ac vim quæ uxori alicujus aut liberis infertur ; ita et ὑβρίζω sciendum est accipi pro Stupro, Constupro, Violo, Pudicitiæ vim infero. Quomodo accipi potest ap. Lucian. l. c. : Ὅστις ὑβρίζει γυναῖκα τὴν σήν· et ap. Thuc. 8, p. 286 [c. 74] : Ὡς πληγαῖς τε πάντας ζημιοῦσι, καὶ ἀντειπεῖν ἐστὶν οὐδὲν πρὸς τοὺς ἔχοντας τὴν πολιτείαν, καὶ ὅτι αὐτῶν καὶ παῖδες καὶ γυναῖκες ὑβρίζονται. [Lysias p. 93, 12 : Ὁ ἀνὴρ ὁ ὑβρίζων εἰς σὲ καὶ τὴν σὴν γυναῖκα· 142, 12 : Ὑβριζεν αὐτὸν ὡραῖον ὄντα.] Bud. certe pro Stupro contamino accipit in hoc l. Æschinis C. Timarch. : Τίς οὐκ ἀπαίδευτος εἶναι δόξει, τῇ μὲν γυναικὶ κατὰ φύσιν ἁμαρτανούσῃ χαλεπαίνων, τῷ δὲ παρὰ φύσιν ἑαυτὸν ὑβρίσαντι συμβούλῳ χρώμενος; exponens, ἐπὶ πορνείᾳ ἑαυτὸν μισθώσαντι. Recte; objicit enim Timarcho orator quod τὴν ὕβριν τὴν εἰς τὸ ἑαυτοῦ σῶμα ὑπερεώρακε, i. e. Stuprum : et quod ἡταίρηκε, i. e. Se prostituit. [De eo qui eunuchus factus erat, Xenoph. Cyrop. 5, 4, 35.] ‖ Bruta etiam animantia ὑβρίζειν dicuntur Quum petulantia sunt et lasciva, ut quum taurus petulcus cornu ferit, et asinus aut equus calce. Quo refer ὑβρίζοντες, quod Suid. ex Herodoto affert pro σκιρτῶντες : ut et Corinthus [Greg. Corinth. p. 542] Ionas tradit ὑβρίζειν usurpare pro σκιρτᾶν, quod frequenter accipitur pro Lascivire exiliendo, et Ludere exultim, ceu loquitur Flaccus, ut bene pasti boves et equi. Et sic accipiendum non dubito quod ex Herodoto [4, 129] affertur, Ὑβρίζοντες οἱ ὄνοι· quod tamen alii interpr. Rudentes asini. [Xenoph. Cyrop. 7, 5, 62, de equis : Τοῦ δάκνειν καὶ ὑβρίζειν παύονται. Similiter ὕβρις de brutis animantibus dicitur : quod v.] At ὕβριζε, quod ex Eur. afferunt pro Quiesce, satis mirari non possum. [Legebatur Rhes. 730, ὕβριζε, corruptum ex ὕφιζε, quod restituit Reiskius.] Vide etiam Ὑβριστὴς et Ἐξυβρίζω. ‖ Plantæ quoque ὑβρίζουσι Quum frondibus luxuriant et ὑλομανοῦσι : quod et τραγᾶν dicitur, ut supra docui. Utitur Theophr. H. Pl. 3, [15, 4] et 2, teste Bud. In quorum locorum illo dicit philosophus arbores ὑβρίζειν Quum διὰ πλῆθος ὑγροῦ οὐ πέττουσι. Hic autem sic habet 2, 8 : Ἀμυγδαλῇ δὲ καὶ πάτταλον ἐγκόψαντες σιδηροῦν, ὅταν τετράνωσιν, ἄλλον ἀντεμβάλλουσι δρύϊνον, καὶ τῇ γῇ κρύπτουσιν· ὃ καλοῦσί τινες κολάζειν ὡς ὑβρίζον τὸ δένδρον. Sic et ἐξυβρίζειν δένδρα Idem dicit, et arbores ὑβριστικάς. Obiter vero eo in loco nota κολάζειν dictum de arboribus luxuriantibus et velut insolentia quadam et improbitate fructum non ferentibus. [Ἐξυβριζούσας παραφυάδας ap. Clem. Al. p. 138 comparat Wakef.]

[Ὑβρίκτας, ὁ, i. q. ὑβριστής. Incerta conjectura Valckenarii Epist. ad Rœv. p. xxxiv in loco Theocriti 23, 14 : Φεῦγε δ' ἀποπρὸ ὑβρίκτα, ὀργὰν περικειμένῳ· ubi libri φεῦγέ δ' ἀπὸ χρὼς ὕβριν τᾶς ὀργᾶς π. Similiter Bernhard. Syntax. p. 51, φεῦγε δ' ἀπόχρως, ὑβρικτὰς ὀργὰς περικείμενος, masculino ὑβρικτὰς cum femin. ὀργὰς juncto, ut in πατροφόντου μητρὸς ap. Soph. Trach. 1127, similibusque exemplis.]

[Ὑβρικῶς, Contumeliose, Injuriose. Jo. Chrys. In 2 Tim. serm. 7, vol. 4, p. 360, 8 : Ὅρα πῶς ὑβρικῶς ἀποκρίνεται πρὸς τὸν Θεὸν, Μὴ φύλαξ εἰμὶ τοῦ ἀδελφοῦ μου; Idem In Ep. ad Hebr. serm. 34, vol. 4, p. 604, 16 : Τίς γὰρ, φησὶν, ὑβρικῶς δύνατάι φυλάξαι τὴν χάριν, καὶ οὐκ ἀπόλλυσιν αὐτήν; Seager.]

[Ὑβριλίδης, ὁ, Hybrilides, archon Atheniensis eponymus olymp. 72, 2 ap. Pausan. 6, 9, 2, Dionys. A. R. 7, 1, p. 1313.]

Ὑβριοπᾰθέω, Injuriam patior, Injuria et contumelia afficior, Bud. ex Hermog., sed sine interpretatione. [Hermog. De invent. 4, p. 228 : Ὑβριοπαθῶν (δεινοπαθῶν Greg. Cor. in Comment. p. 930) ἐπὶ τῇ βουλῇ. Hemst. Est verbum frequens apud scriptores inferiorum temporum. Ex schol. Apoll. Rh. 1, 609 (?) citat Schneid., ex Niceph. Greg. Hist. Byz. p. 27, C, Anna Comn. p. 402, B, Eustath. p. 1227, 44, Lobeck. ad Phryn. p. 620. Boisson. addit Const. Manass. Chron. 765, 827, Pachymerem Declam. 2, p. 19, 7.]

Ὕβρις, εως, ἡ [Grammaticorum de origine vocabuli ineptias exponunt Etym. M. p. 774, 18, et Suidas. Ab ὑπὲρ derivat Schneiderus, collato Latino *superbia*], Injuria; sed ea gravior : quare nonnunquam reddi potius debet Injuria contumeliosa, Injuria simul et contumelia, Injuria petulanter et proterve illata, Petulans et insolens injuria. [Plato Phædr. p. 238, A : Ἐπιθυμίας ... ἀρξάσης ἐν ἡμῖν τῇ ἀρχῇ ὕβρις ἐπωνομάσθη· ὕβρις δὲ δὴ πολυώνυμον. Definitt. Plat. p. 415, E : Ὑ. ἀδικία πρὸς ἀτιμίαν φέρουσα.] Ab insolentia certe potissimum proficiscitur ὕβρις : unde [ab Theognide 153 et Solone ap. Clem. Alex. p. 740] dicitur κόρος τίκτειν ὕβριν : qui κόρος facit ut homines insolescant. [Orac. ap. Herodot. 8, 77 : Δῖα Δίκη σβέσσει κρατερὸν Κόρον, Ὕβρις υἱόν. Pind. Ol. 13, 12 : Ὕβριν κόρου ματέρα θρασύμυθον· ubi v. schol. Hippodam. ap. Stob. Flor. 98, 71 : Κόρου καὶ ὕβρις πέρα, ὄλεθρος· quod omisso κόρου nomine dixerunt Phintys ib. 74, 61 med., et Callicrat. 85, 16. Æsch. Eum. 534 : Δυσσεβίας μὲν ὕβρις τέκος. Soph. OEd. T. 873 : Ὑβρις φυτεύει τύραννον. Æsch. Pers. 821 : Ὑβρις γὰρ ἐξανθοῦσ' ἐκάρπωσε στάχυν ἄτης. Ὑβριν inter εἰδωλοποιίας δαιμονιώδεις memorat Eustath. p. 603, 37. Ὕβρις Anaxandridis comœdia inscripta fuit.] Et Dem. C. Mid. [p. 529, 9] : Οὐκ εἶναι τῶν πάντων οὐδὲν ὕβρεως ἀφορητότερον· appellans ὕβριν, quod quum choragus esset festo quodam solemni, Midias ipsi pugnum incussisset. Itidemque aliquis quæritur quidpiam esse ὕβριν, quum injuriam et contumeliam esse interpretatur quod quis fecit, sive quum injuria et contumelia se affectum esse dicit. Lucian. Nigrino [c. 22], de salutatoribus et cœnipetis minus laute exceptis quam sperassent : Πόσα μὲν ἐμφαγόντες, πόσα δὲ παρὰ γνώμην ἐμπιόντες, ἀπίασι διαβάλλοντες τὸ δεῖπνον, ἢ ὕβριν ἢ σμικρολογίαν ἐγκαλοῦντες. Dem. [p. 402, 27] : Ἀδημονούσης δὲ τῆς ἀνθρώπου, καὶ οὔτε ἐθελούσης ᾄδειν οὔτ' ἐπισταμένης; ὕβριν τὸ πρᾶγμα ἔφασαν, καὶ οὐκ ἀνεκτὸν εἶναι. Aristoph. Pl. [886] : Ἆρ' οὐχ ὕβρις ταῦτ' ἐστὶ πολλή; Injuria proterva, et Immanis improbitas. At quum Socrates ap. Aristot. Rhet. 2, [23] dicit, Ὕβριν εἶναι τὸ μὴ δύνασθαι ἀμύνασθαι ὁμοίως εὖ παθόντα ὥσπερ καὶ κακῶς, reddideris potius Contumeliosum et probrosum esse. Dicitur porro aliquis ὕβριν ἔχειν et ὀφέλλειν, nec non ὕβρει εἴκειν. Hom. Od. A, [368] : Μητρὸς ἐμῆς μνηστῆρες ὑπέρβιον ὕβριν ἔχοντες· Π, [86] : Λίην γὰρ ἀτάσθαλον ὕβριν ἔχουσι. Et rursum [418] : Ἀντίνο' ὕβριν ἔχων, κακομήχανε. Sic Soph. El. [523] : Ἐγὼ δ' ὕβριν μὲν οὐκ ἔχω, Injuriosa et contumeliosa non sum, Injuria et contumelia non afficio. Hesiod. [Op. 211] : Σὺ δ' ἄκουε δίκης μηδ' ὕβριν ὄφελλε. Ubi ὕβριν ὀφέλλει is, cui ὕβριος μέλει, ut paulo ante dicit, οἵσιν Ἄρηος Ἔργ' ἔμελε στονόεντα καὶ ὕβριες. Rursum Hom. ὕβρει εἴκειν dicit eum, quem immanis improbitas et protervia ad flagitium aliquod perpetrandum impellit, Od. Ξ, 262 : Οἱ δ' ὕβρει εἴξαντες, ἐπισπόμενοι μένεϊ σφῷ, Αἶψα μάλ' Αἰγυπτίων ἀνδρῶν περικαλλέας ἀγροὺς Πόρθεον, ἐκ δὲ γυναῖκας ἄγον καὶ νήπια τέκνα, Αὐτούς τ' ἔκτεινον. In prosa vero aliquis dicitur πόῤῥω ὕβρεως προάγειν, προελθεῖν, et ἐλθεῖν. Athen. [12, p. 515, F] : Καὶ τέλος πόῤῥω προαγαγόντες ὕβρεως, τὰς τῶν ἄλλων γυναῖκας ὕβριζον, Eo petulantiæ evaserunt. Id. 12, [p. 524, D] : Εἰς τοῦτο προῆλθον ὕβρεως, ὥστε πάντων ἀνθρώπων, εἰς οὓς ἀφίκοιντο, ἡκρωτηρίαζον τὰς ῥῖνας. Dem. [p. 51, 1] : Εἰς τοῦθ' ὕβρεως ἐλήλυθεν ὥστ' ἐπιστέλλειν Εὐβοεῦσιν ἤδη τοιαύτας ἐπιστολὰς, Eo proterviæ et immanis improbitatis devenit. Quibus adde

hoc Herodiani 1, [9, 15] : Βαρὺς γὰρ καὶ ἀφόρητος ἦν ὑπεροψία καὶ ὕβρις, Superbia ejus et contumelia erat intoleranda. Item aliquis ὕβριν ὑβρίζειν vel ἐνυβρίζειν dicitur. [Eurip. Bacch. 247. Herc. F. 741 : Ὕβρεις ὑβρίζειν· ubi notandus usus numeri pluralis, quem eidem Suppl. 494 restituit Marklandus : Οὓς ὕβρεις ἀπώλεσαν, ubi libri οὓς ὕβρις ἀπώλεσεν. Sed rectius fortasse Barnes. ὕβρις οὓς ἀπώλεσεν.] Plut. Symp. sept. sap. [p. 148, E] : Οἵαν ὕβριν πρὸς ἡμᾶς ὕβρικε, pro Insignem nobis fecit injuriam, Insigni nos affecit injuria et contumelia. Herodian. 1, [13, 11] : Σύραντές τε τὰ σώματα, καὶ πᾶσαν ὕβριν ἐνυβρίσαντες, Tracta per urbem cadavera, et contumeliosissime habita, Contumeliis affecta. Idem 8, [8, 14] dicit, Γυμνοὺς τῆς βασιλείου αὐλῆς ἐξέλκουσι μετὰ πάσης αἰσχύνης καὶ ὕβρεως, Per omnem ignominiam et contumeliam. Itidemque 4, [6, 2] : Τὰ πτώματα φερόμενα μεθ' ὕβρεως πάσης, καὶ ἁμάξαις ἐπιτεθέντα. Nec non ὕβριν ἀνταποδιδόναι, dicitur qui vicissim injuria et contumelia afficit. Plut. Polit. præc. [p. 825, C] : Ὁ δὲ ἐκείνῳ πάλιν ὥσπερ ἀνταποδιδοὺς ὕβριν, ἐμοίχευσε τὴν γυναῖκα. Præterea δι' ὕβριν, εἰς ὕβριν, πρὸς ὕβριν, [ἐφ' ὕβρει] et ὕβρει aliquis facere aliquid dicitur pro Per summam injuriam, Per contumeliam a protervia quadam et improbitate profectam. [Soph. El. 381 : Οὐχ ὕβρει λέγω τάδε. Philostr. p. 36 : Μηδὲν ὕβρει πράττοντα· et Her. p. 674 : Ὕβρει οὐδὲν πράττει, ubi schol. ap. Boiss. p. 384 : Σὺν, Ἀττικὴ ἡ σύνταξις. Eurip. Or. 1581 : Ἐφ' ὕβρει λέγεις τάδε. Dio Chr. vol. 1, p. 369 : Ἐκάβην Ὀδυσσεῖ δοθῆναι ἐπὶ ὕβρει.] Dem. [p. 527, 26] : Ὅσῳ μείζονος ὀργῆς καὶ ζημίας ἀξιοῦσι τοὺς ἑκουσίᾳ καὶ δι' ὕβριν πλημμελοῦντας. Xen. Hell. 2, [2, 10] : Ἃ διὰ τὴν ὕβριν ἠδίκουν ἀνθρώπους μικροπολίτας. Nam τῶν ἀδικημάτων τὰ μὲν γίνεται δι' ὕβριν, τὰ δὲ διὰ κακουργίαν, inquit Aristot. Polit. 4. Et quidam ἀδικήματα ἀδικοῦσιν εἰς ὕβριν, καὶ οὐ κακουργίαν, teste Eod. in Rhet. 2, [c. 18 fin.]. Ubi εἰς ὕβριν possumus ex illo ipso exponere δι' ὕβριν, aut ὕβρεως ἕνεκα. Secus vero ap. Herodian. 5, [8, 1] : Εἰς ὕβριν καὶ παροινίαν ἐκβεβακχευμένων· hic enim præp. εἰς consuetam signif. obtinet : quum εἰς ὕβριν ἐκβεβακχευμένοι sint Qui velut bacchico quodam furore perciti ad contumeliosissima quæque facinora proruperunt. Item πρὸς ὕβριν adverbialiter sæpe, sicut πρὸς βίαν, pro Injuriose, Contumeliose. Plut. Coriol. [c. 17] : Πρὸς ὕβριν τοὺς πεμφθέντας ἐξήλασεν ὑπηρέτας, Injuriose et contumeliose expulit, Injuria et contumelia affectos. [Id. V. Alcib. c. 37.] Alcib. : Ἔλεγεν οὐχ ὕβρει τοῦτο πράττειν οὐδὲ κρατούμενος ὑφ' ἡδονῆς. Dem. [p. 537, 25] dicit etiam ἐφ' ὕβρει τύπτειν, Per contumeliam cædere. [Dio Chrys. Or. 11, p. 193, B. Wytt.] At μεθ' ὕβρεως ἕλκειν habuisti paulo ante. Oppositum superioribus est ὕβριν ἀπέχειν s. ὕβρεως ἀπέχεσθαι, et ὕβρεως παύσασθαι. Hesiod. [Op. 133] : Ὕβριν γὰρ ἀτάσθαλον οὐκ ἐδύναντο Ἀλλήλων ἀπέχειν, Abstinere a mutuis injuriis, a mutuo inferenda sibi injuria. Dem. [p. 564, 2] : Ὅσον καταθεὶς παύσεται τῆς ὕβρεως, Quanta pœna depensa injuriam postea inferre desinet. Sic Herodian. 2, [4, 2] : Τοὺς στρατιώτας ἐκέλευσε παύσασθαι τῆς πρὸς τοὺς δημότας ὕβρεως, Ne quem in posterum ex populo ulla vel injuria vel contumelia afficerent. Sicut vero παύεται aliquis τῆς ὕβρεως, ita vicissim alium παύει : ut κἀκεῖνον τῆς ὕβρεως ἔπαυσαν, ap. Isocr. Paneg. [p. 89, A] ; qui in Hel. Enc. dicit, Εὐθὺς αὐτῶν τὴν ὕβριν ἔπαυσεν, pro ἔπαυσεν αὐτοὺς τῆς ὕβρεως. Cui ὕβρεως παύειν oppositum est εἰς ὕβριν τρέπειν ap. Thuc. 3, [39]. Porro ut aliquis ὕβριν ὑβρίζει, ita vicissim ὕβριν ὑβρίζεται, quum afficitur injuria et contumelia. [Eurip. Bacch. 1296 : Ὕβριν γ' ὑβρισθείς.] Aristoph. Pl. [1044] : Τάλαιν' ἐγὼ τῆς ὕβρεως [ὕβρεος, de qua forma genitivi dixi ad Nub. 1075 in ed. Oxon. G. Dind.] ἧς ὑβρίζομαι, O miseram me ob insignem illam injuriam ac contumeliam qua afficior. [Demosth. p. 660, 20 : Καλήν γε ὕβριν ἦμεν ἂν ὑβρισμένοι. Plut. V. Pericl. c. 12 : Δοκεῖ δεινὴν ὕβριν ἡ Ἑλλὰς ὑβρίζεσθαι.] Sic et γίνεσθαι ὕβρις εἴς τινα dicitur. Lucian. Solœcista [c. 10] : Τὸ δὲ εἴς σε ὑβρίζειν ἐστὶν ὅταν εἴς τι τῶν σῶν γίγνηται ἡ ὕβρις· καὶ γὰρ ὅστις γυναῖκα ὑβρίζει τὴν σὴν, εἴς σε ὑβρίζει, καὶ ὅστις παῖδα καὶ φίλον, καὶ ὅστις γε οἰκέτην. Sic vero dicitur ἡ εἰς vel πρός τινα ὕβρις, pro ὕβρις ἡ εἰς τινὰ γινομένη. [Eurip. Bacch. 9 : Ἀθάνατον Ἥρας μητέρ' εἰς ἐμὴν ὕβριν.] Herodian. 1, [3, 6] : Αἱ τῶν Ἀλεξάνδρου διαδόχων εἰς τοὺς ὑπηκόους ὕβρεις τε καὶ βίαι, δι' ὧν τὴν ἐκείνου ἀρχὴν κατήσχυναν, Alexandri successorum, qui contumeliose violenterque dominati sunt. Id. 2, [4, 2] : Παύσασθαι τῆς πρὸς τοὺς δημότας ὕβρεως. [Cum κατὰ Soph. fr. 337 : Τὴν κατ' Ἀργείους ὕβριν· ubi Ἀργείων restituit Ellendtius, de raptu Helenæ intelligens.] Nonnunquam vero pro ἡ εἴς τινα ὕβρις s. ἡ πρός τινα ὕβρις, dicitur ὕβρις τινός, omissa præp., et accus. converso in genitivum patientis, ut loquuntur grammatici. Herodian. 2, [4, 9] : Ὕβριν αὐτῶν καὶ ἀτιμίαν νομίζοντες, In contumeliam suam ac dedecus accipientes. Id. 1, [8, 9] : Τὴν ἐκείνης τιμὴν, ἑαυτῆς ὕβριν νομίζουσα, Illius honorem in suam contumeliam vertens, Polit. Itidem Lucian. [Herc. c. 1] dixit, Ἐφ' ὕβρει τῶν Ἑλληνίων θεῶν τοιαῦτα παρανομεῖν τοὺς Κελτοὺς ἐς τὴν μορφὴν τοῦ Ἡρακλέους, Commentum esse illud Gallicum ludibriumque quoddam hominum Herculis Græci divinitatem sugillare volentium, Bud. Sic Plut. Lycurgo [c. 7] : Ὕβρει μὲν τῶν βασιλέων, οὐκ εὐπειθίᾳ δὲ τῶν ὄχλων τὰ καθεστῶτα συνταράξαντες. Non semper tamen gen. ille patientis est, verum etiam agentis, i. e. non semper ejus qui ὕβριν patitur, sed ejus etiam qui eam infert. Hom. Od. P, [581] : Ὕβριν ἀλυσκάζειν ἀνδρῶν ὑπερηνορεόντων· O, [328] : Τῶν ὕβρις τε βίη τε σιδήρεον οὐρανὸν ἵκει· ut et ex Herodiano paulo ante attuli, Αἱ τῶν Ἀλεξάνδρου διαδόχων εἰς τοὺς ὑπηκόους ὕβρεις τε καὶ βίαι, Contumeliosa et violenta dominatio. [Soph. Aj. 197 : Ἐχθρῶν δ' ὕβρις ἀτάρβητος ὁρμᾶται ἐν εὐανέμοις βάσσαις. Eur. Bacch. 555 : Φονίου δ' ἀνδρὸς ὕβριν κατάσχες.] Rursum Od. P, [487] : Ἀνθρώπων ὕβριν τε καὶ εὐνομίην ἐφορῶντες. Quo in loco [et ap. Plat. Soph. p. 246, B] nota etiam τῇ ὕβρει opponi τὴν εὐνομίην, ut ap. Hesiod. Op. [215] δίκη et ὕβρις sibi opposita leguntur : Δίκη δ' ὑπὲρ ὕβριος ἴσχει. Et aliquanto ante [211] : Ὦ Πέρση, σὺ δ' ἄκουε δίκης, μηδ' ὕβριν ὄφελλε. Uterque enim iis in ll. ὕβρις generaliter accipiunt pro ἀνομία et ἀδικία, Injustitia, Iniquitas. Alioqui, ut supra dixi, magis restricta signif. interdum redditur Injuria proterva et insolens, contumeliosa et violenta, Injuria petulans; interdum etiam Injuria, Contumelia, Insolentia, Petulantia, Protervia; nec non et Superbia. Quarum exposs. exempla satis multa suppeditabunt tibi antedicta. Quibus adde [Herodot. 1, 106 : Ὕβριος καὶ ὀλιγωρίης. Plato Leg. 10, p. 906, A : Ἀδικία καὶ ὕβρις μετὰ ἀφροσύνης· Gorg. p. 525, A : Τρυφῆς καὶ ὕβρεως· Leg. 10, p. 884 : Αἱ τῶν νέων ἀκολασίαι καὶ ὕβρεις· Leg. 1, p. 627, A : Μεγίσταις προσπίπτουσιν ἡδοναῖς καὶ ὕβρεσι. Isocr. p. 183, C : Τὴν ἀκολασίαν καὶ τὴν ὕβριν· Polyb. 10, 37, 8 : Ἀδικίαι καὶ ὕβρεις· 11, 6, 7 : Ὕβρεις καὶ παρανομίαι. Ὕβρις καὶ φρύαγμα Plutarch. Mor. p. 745, C; ὕβρις καὶ χλευασμὸς 741, A,] et hunc Xen. locum, in quo ὕβρει opponitur σωφροσύνη, Cyrop. 8, p. 132 [c. 4, 14] : Δοκεῖ δέ μοι χαλεπώτερον εἶναι εὑρεῖν ἄνδρα τἀγαθὰ καλῶς φέροντα ἢ τὰ κακά· τὰ μὲν γὰρ ὕβριν τοῖς πολλοῖς, τὰ δὲ σωφροσύνην τοῖς πᾶσιν ἐμποιεῖ· ut et Thuc. 3, [39] dicit, solere ἀπροσδόκητον εὐπραξίαν εἰς ὕβριν τρέπειν· insolescimus enim rebus secundis, adversis autem moderatiores evadimus : unde idem Thuc. 1, [28] : Ὕβρει δὲ καὶ ἐξουσίᾳ πλούτου πολλὰ ἐς ὑμᾶς ἡμαρτήκασι, Petulantia et licentia, quam opum magnitudo animis eorum invexit, multa in nos admiserunt. Proficiscitur autem illa ὕβρις ex despicientia et contemptu quodam ejus cui infertur, ut docet Aristot. Rhet. 2, [2] ubi quum tres esse ὀλιγωρίας species dixisset, sc. καταφρόνησιν, ἐπηρεασμὸν, et ὕβριν, subjungit aliquanto post, Καὶ ὁ ὑβρίζων δὲ ὀλιγωρεῖ· ἔστι γὰρ ὕβρις, τὸ βλάπτειν καὶ λυπεῖν ἐφ' οἷς αἰσχύνη ἐστὶ τῷ πάσχοντι· μὴ ἵνα τι γένηται αὐτῷ ἄλλο ἢ ὅ,τι ἐγένετο, ἀλλ' ὅπως ἡσθῇ· docens finem τῶν ὑβριζόντων eum esse, ut eum cui injuriam faciunt, simul afficiant contumelia, ipsi autem voluptatem inde capiant, et videantur eo esse superiores; ait enim, Αἴτιον τῆς ἡδονῆς τοῖς ὑβρίζουσιν, ὅτι οἴονται κακῶς δρῶντες αὐτοὺς, ὑπερέχειν μᾶλλον. Itidem cum ὀλιγωρίᾳ quadam conjuncta est, vel potius ex ὀλιγωρίᾳ oritur hæc ὕβρις, ap. Aristoph. Ran. [21] : Εἶτ' οὐχ ὕβρις ταῦτ' ἐστὶ καὶ πολλὴ τρυφή; Annon insolentia hæc est proterviaque maxima, et deliciæ intolerandæ? Annon

immanis improbitas, et mollities detestanda? vel etiam Insolentes et protervæ deliciæ, Insolens et immanis mollities: quod nimirum ego, quum Bacchus sim, pedes eo et me fatigo, hunc autem asino invehi sino, ne prematur ab onere. [Soph. OEd. C. 883: Ἆρ' οὐχ ὕβρις τάδε; || De clade bellica Pind. Pyth. 1, 140: Ναυσίστονον ὕβριν ἰδὼν τὰν πρὸ Κύμας.] Dicitur vero peculiariter et de injuria et vi quæ corpori infertur, idque vel plagis vel stupro. Plagis, ut ap. Dem. Mid. et alios passim. [Contra duas has injuriarum species, τὴν δι' αἰσχουργίας et τὴν διὰ πληγῶν in jure Attico γραφὴ τῆς ὕβρεως data fuit, de qua v. Herald. Adv. Salmas. p. 117, 122, et Meier. Proc. Att. p. 321 seqq. Isocr. p. 396, A: Περὶ τῆς ὕ. ἔξεστι ... γραψαμένῳ πρὸς τοὺς θεσμοθέτας εἰσελθεῖν. Τοὺς νόμους τοὺς τῆς ὕβρεως memorant Demosth. p. 529 et Æschines C. Timarch. p. 3, 14. Ab αἰκία distinguunt grammatici ita ut ὕβρις sit ἡ μετὰ προπηλακισμοῦ καὶ ἐπηρείας, αἰκία δὲ πληγαὶ μόνον. V. Ammon. p. 91, Phot., Suid. et Etym. M. De lascivia venerea Plut. Mor. p. 654, E.] De stupro autem, ut ap. Æschin. p. 20 [16, 25]: Τὴν ὕβριν τὴν εἰς τὸ ἑαυτοῦ σῶμα ὑπερεώρακε· nam sese prostituerat et ἡταιρήκει. Itidem Isocr. Paneg. [p. 64, D], sed cum genit.: Παίδων ὕβρεις καὶ γυναικῶν αἰσχύνας καὶ χρημάτων ἁρπαγάς. Aristot. Rhet. 1: Γυναικῶν οἰκείων ὕβρεις, ἢ εἰς αὐτοὺς ἢ εἰς υἱούς. [Polyb. 6, 8, 5: Αἱ τῶν γυναικῶν ὕβρεις. || De brutis animantibus, ut ὑβρίζειν, quod conf., Pind. Pyth. 10, 56: Γελᾷ (Apollo) δρῶν ὕβριν ὀρθίαν κνωδάλων· Nem. 1, 76: Ἄμυνεν ὕβριν κνωδάλων. Ælian. N. A. 11, 18: Παύεται (ἡ ἵππος) τῆς ὕ. καὶ τοῦ σκιρτήματος τοῦ πολλοῦ.] || Ὕβρις ἀνὴρ dixit Hesiod. pro ἀνὴρ ὑβριστὴς, adjective accipiendo hoc nomen substantivum [Op. 190]: Μᾶλλον δὲ κακῶν ῥεκτῆρα, καὶ ὕβριν Ἀνέρα τιμήσουσι. [V. Lobeck. Paralip. p. 41.] At vero Ὑβρὶς, Hesychio est ὄρνεον νυκτερινὸν, Avis quædam nocturna. [Aristot. H. A. 9, 12. || Ὕβρις canis nomen est ap. Xenoph. Cyneg. 7, 5, fortasse a petulantia ductum ut ὄνοι ὑβρίζοντες ap. Herodot. 4, 129, nec dissimile andronymicis Πρᾶξις, Τίσις, Λύσις, Ἴσχυς. Lobeck. Paralip. p. 41. || Ὕβρις n. pr. Satyri scriptum in fictili antiqui operis apud de Witte *Descr. d'une coll. de vases peints* p. 52, n. 96. Hase.]

[Ὑβρίσδω. V. Ὑβρίζω.]

Ὕβρισμα, τὸ, i. q. ὕβρις, Injuria et contumelia, qua quis affectus est, s. Injuria contumeliosa et proterva; vel etiam Insolentia, Petulantia: nam et has signiff. ὕβρις habet. [Herodot. 3, 48: Ὕβρισμα ἐς τούτους εἶχε ἐκ τῶν Σαμίων γενόμενον· et plur. 7, 160: Ἀποδεξάμενος ὑβρίσματα ἐν τῷ λόγῳ. Frequens ap. Eurip., ut Bacch. 778: Ὕβρ. Βακχῶν· Herc. F. 181: Τετρασκελὲς ὕβρισμα, Κενταύρων γένος· Or. 1038: Ὕβρισμα θέμενος τὸν Ἀγαμέμνονος γόνον· Heracl. 18: Τόδ' ὕβρισμα ἐς ἡμᾶς ἠξίωσεν ὑβρίσαι. Xenoph. Rep. Ath. 3, 5: Ἐὰν ὑβρίσωσί τινες ἄηθες ὕβρισμα. Dionys. A. R. 9, 9.] Dem. C. Mid.: Τὰ μὲν δὴ τότε ὑβρίσματα τούτων εἰς ἐμὲ ταῦτ' ἐστὶ, i. e. ἃ ὕβρισμαι, ut paulo post loquitur, s. ὕβρεις ἃς ὕβρισμαι. Plato Epist. [3, p. 319, B]: Διὸ τὸ τότε σοι ὕβρισμα, νῦν ὕπαρ ἀντ' ὀνείρατος γέγονε. Plut. Alcib. [c. 16]: Περὶ πότους καὶ ἔρωτας ὑβρίσματα, καὶ θηλύτητας. [Christus patiens v. 2228: Ἤδη τόδ' ἐγγὺς ὥστε πῦρ ὑφάπτεται Ὕβρισμ' Ἰησοῦ, Injuria Jesu facta. Hase.]

Ὑβρισμὸς, ὁ, i. q. ὕβρισμα. Æschylus [fr. 165] ap. Athen. initio fere libri 15, [p. 667, C]: Οὐδὲν ἧσσονας Ὕβριζ' ὑβρισμοὺς, οὐκ ἀνοιστέους ἐμοὶ, Non minoribus me afficiebat injuriis et contumeliis, mihi intolerandis. Repono enim ibi ἀνοιστέους pro αἰνεσίους· nisi forte malis ἀνοισίμους vel ἀνεκτέους. [Recte nunc ἐναισίους. Vocabulum memoratum a Pseudo-Herod. Epim. p. 179, reprehensum a Thoma M. p. 863: Ὕβρις λέγε καὶ μὴ ὑβρισμός.]

[Ὑβριστέος, α, ον, Injuria afficiendus. Demosth. p. 1271, 6: Οὐ τυπτητέοι οὐδ' ὑβριστέοι δήπου ἐσμέν. « Greg. Naz. Carm. iamb. 20, 27: Ἢ καὶ σεβαστὸν καί τι καὶ ὑβριστέον; » Hase.]

Ὑβριστὴρ, ὁ, Injuriosus, Injurius, Contumeliosus, Insolens et protervus, Petulans, Qui insolescere consuevit, petulantibus et contumeliosis injuriis lacessere solet. Exp. specialius etiam Convitiator et Stuprator. [Meleag. Anth. Pal. 7, 352: Ὑβριστῆρας ἰάμβους. Oppian. Cyn. 1, 416: Σύας ὑβρ. Nonn. Dion. 46, 5: Ὑβριστῆρι χόλῳ. Apollin. Metaphr. Psalm. 21, 40: Κυνὸς ὑβρ. Pro ὑβριστῆσι Hom. Il. N. 633, in cod. Lips. ὑβριστῆρσι scriptum.]

Ὑβριστὴς, ὁ, i. q. ὑβριστήρ. Sed usitatius, idque tam in prosa quam in carmine. Hom. Od. I, [175], N, [201]: Τῶνδ' ἀνδρῶν πειρήσομαι οἵτινές εἰσιν. Ἦ ῥ' οἵ γ' ὑβρισταί τε καὶ ἄγριοι, οὐδὲ δίκαιοι, Ἦὲ φιλόξεινοι, καί σφιν νόος ἐστὶ θεουδής. Ubi nota ὑβριστὰς opponi τοῖς δικαίοις, ut ὕβριν opponi τῇ δίκῃ et εὐνομίῃ supra docui: generaliterque accipi pro Injusti, Qui peregrinos et hospites ad se appellentes afficiunt injuriis. Et Od. Ω, [281]: Ὑβρισταὶ δ' αὐτὴν καὶ ἀτάσθαλοι ἄνδρες ἔχουσι, Injusti et improbi. Ubi nota copulari cum ἀτάσθαλος ut in præcedente l. cum ἄγριος. Verum et cum aliis copulatur. [Cum ἄδικος Plato Leg. 1, p. 630, B; 2, p. 662, A; cum ἀκόλαστος Apol. p. 26, E; cum ἄφρων Phileb. p. 45, E; cum βίαιος Lysias p. 169, 32.] Dicit enim Aristot. Rhet. 2, [16]: Ὑβρισταὶ καὶ θρασεῖς· et rursum, Ὑβρισταὶ καὶ ὑπερήφανοι. Polit. 4, [11]: Γίγνονται ὑβρισταὶ καὶ μεγαλοπόνηροι· Eth. 4, 3: Ὑπερόπται καὶ ὑβρισταὶ γίγνονται. Plut. Symp. 8, [6, p. 726, D]: Ὑβριστὴς ὢν καὶ φιλογέλως φύσει. Plato Apol. [p. 26, E]: Ὑβριστὴς καὶ ἀκόλαστος. Æschin. vero C. Tim. ὑβριστὴς καὶ ἀπαίδευτος: Τὸ δὲ ἀσελγαίνειν ἀργυρίου μισθούμενον, ὑβριστοῦ καὶ ἀπαιδεύτου ἀνδρὸς εἶναι ἡγοῦμαι· petulantis enim hominis est quæstum corpore facere, et παρὰ φύσιν ἑαυτὸν ὑβρίζειν, ut idem Æschin. loquitur. [Idem p. 3, 24: Τὸν εἰς ὀτιοῦν ὑβριστήν.] Opponitur vero ei σώφρων ap. Xen. Apol. [19], ut supra ap. Eund. opponi sibi ὕβρις et σωφροσύνη, ὑβρίζειν et σωφρονεῖν, docui. Rursum Aristot. Polit. 7, [3] dicit τὴν τῆς εὐτυχίας ἀπόλαυσιν ὑβριστὰς ποιεῖν, ut et Thuc. 3, [c. 39] τὴν ἀπροσδόκητον εὐπραξίαν solere homines εἰς ὕβριν τρέπειν· contra autem Xen. res adversas σωφρονίζειν· tristia enim et adversa moderatiores nos reddunt, res prosperæ, insolentiores et petulantiores: ut jumenta etiam copiosiore pastu lascivire consuevere. [Herodot. 1, 89: Πέρσαι φύσιν ἐόντες ὑβρισταί· 2, 32: Ἀνδρῶν ... παῖδες ὑβρισταί. Æsch. Suppl. 30: Ἐσμὸν ὑβριστὴν Αἰγυπτογενῆ. Sic λαὸν ὑβρ. Eurip. Suppl. 728. Νάρθηκας ὑβριστὰς Bacch. 1131, i. e. ferulas quas ferunt ὑβρισταί.] Item Soph. Aj. [1088: Αἴθων ὑβρ., et 1092]: Ἐν θανοῦσιν ὑβριστὴς γένῃ, Inter mortuos injurius et contumeliosus. Quo fere modo Onestus [Onestes] Epigr. 2 [Anth. Pal. 11, 45] dicit πότον, qui ἀνάγκῃ fit, ὑβριστὴν οἴνῳ τ' εἶναι καὶ οἰνοπότῃ, i. e. ὑβρίζειν καὶ εἰς τὸν οἶνον καὶ εἰς τὸν οἰνοπότην· est enim ὕβρις vel sese vel alium cogere ad potandum. At Epigr. [Palladæ Anth. Pal. 9, 172] cum gen.: Ὑβριστὴν πενίης πλοῦτον ἀποστρέφομαι· solent enim plerique divites εἰς τοὺς πένητας ὑβρίζειν. Porro ut ἀνὴρ ὑβριστὴς dicitur, ita βασιλεὺς, στρατός: nec non ἵππος: itemque ἄνεμος et οἶνος. Hesiod. Theog. [996] de Pelia: Βασιλεὺς ὑπερήνωρ Ὑβριστὴς ... καὶ ἀτάσθαλος ὀβριμοεργός. Soph. Trach. [1098]: Διφυῆ τ' ἄμικτον ἱππο-βάμονα στρατὸν Θηρῶν, ὑβριστὴν, ἄνομον, ὑπέροχον βίαν, Insolentem, Petulantem. [Plato Phædr. p. 254, E: Τοῦ ὑβρ. ἵππου.] Xen. Cyrop. 7, [5, 62]: Οἵ τε ὑβρισταὶ ἵπποι ἐκτεμνόμενοι, τοῦ μὲν δάκνειν καὶ ὑβρίζειν ἀποπαύονται· dicuntur enim et equi ὑβρίζειν, qui insolentiores sunt et petulantiores, et calcibus impetunt eos qui accedunt. [Eur. Bacch. 742: Ταῦροι ὑβρισταὶ κὰς κέρας θυμούμενοι. || De fluvio violento Æsch. Prom. 723: Ἥξεις δ' ὑβριστὴν ποταμὸν οὐ ψευδώνυμον. Araxen intelligit scholiasta: quod barbarum quidem nomen est, sed simile nomini ab ἀράσσειν derivato, unde οὐ ψευδώνυμον dixit poeta. Similiter ποταμὸν ὑβρίσαντα (Gyndem) dixit Herodot. 1, 189, ποταμὸν ἀλαζόνα Themist. Or. 18, p. 221, D. G. Dind.] Rursum Hesiod. Theog. [307]: Δεινόν θ' ὑβριστήν θ' ἄνεμον, de typhone: ut et ap. Polluc. 1, [111] legitur ὑβριστὴς ἄνεμος· quem eundem putat esse cum eo, quem Eupolis ἀσελγῆ ἄνεμον nuncupavit, i. e. βίαιον, Violentum. Apud Ælian. autem in Epist.: Οἶνος ὑβριστὴς διὰ νεότητα. [De placenta, quam mel additum superbam facit, Archestr. ap. Athen. 3, p. 101, E: Μέλι ζήτησον ἀπελθὼν Ἀττικὸν, ὡς τοῦτ' ἔστιν ὃ ποιεῖ κεῖνον ὑβριστήν.] || Ὑβριστὴς dicitur etiam Qui virgini aut adolescenti vim ac stuprum infert, Stuprator: ut ὑβρίζω dictum est

accipi etiam pro Stupro, Violo, Vim s. Stuprum infero. Æschin. C. Tim. p. 23 [20, 3]: Ὅσον κεχωρίσθαι ἐνόμισαν τοὺς σώφρονας καὶ τῶν ὁμοίων ἐρῶντας, καὶ τοὺς ἀκρατεῖς ὧν οὐ χρὴ, καὶ τοὺς ὑβριστὰς, i. e. eos, qui ὑβρίζουσιν εἰς τὰ τῶν νέων σώματα, cinædi sc. execrandi. [Aristoph. Nub. 1068: Οὐ γὰρ ἦν ὑβριστὴς οὐδ' ἡδὺς ἐν τοῖς στρώμασιν τὴν νύκτα παννυχίζειν.]

|| Inde et fem. Ὕβριστις, Injuriosa, Contumeliosa, Insolens, Petulans. Suidæ tamen ὕβριστις est substantivum nomen; exp. enim ἡ ὕβρις καὶ ἡ ἀτιμία, Injuria, Contumelia, Ignominia. Si adjectivum sit, significare poterit etiam Convitiatrix: ut sc. Idem ὑβριστὰς exp. θρασεῖς et λοιδόρους. Legitur ap. Etym. quoque [M. p. 774, 22] et in Lex. meo vet., sed sine expositione; tantum enim ibi dicitur esse παράγωγον ab ὑβριστής. [Ab ὑβριστὸς derivatur ib. p. 697, 57. De accentu v. Lobeck. ad Phryn. p. 256, et Paralip. p. 443.] Possumus inde derivare et superl. Ὑβριστότατος, qui legitur ap. Xen. Mem. 1, [2, 12] de Alcibiade, et significat Petulantissimus, Procacissimus, Insolentissimus. Seu Supra modum pronus ad lacessendum dictis factisve petulantibus: ut οἱ σκωπτικοὶ καὶ φιλογέλωτες ὑβρισταὶ dicuntur. Legitur et ap. Aristoph. Vesp. [1294]: Τούτων ἁπάντων ἦν ὑβριστότατος μακρῷ, Istorum omnium erat multo petulantissimus. [Ὑβρ. θηρίων Plato Leg. 7, p. 808, D. Ζῷον ὑβριστότατον Lucian. Prom. c. 5.] Nec non compar. Ὑβριστότερος, Injuriosior, Pronior ad afficiendum injuriis et contumeliis, Protervior, Petulantior, Insolentior. [Plato Leg. 1, p. 641, C. Herodot. 3, 81 (ab Antiatt. in Bekk. Anecd. p. 115, 15 citatus): Ὁμίλου ἀχρηίου οὐδὲν ... ὑβριστότερον· ubi var. lect. ὑβριστικώτερον. Eadem scripturæ diversitas etiam in locis Xenophonteis. Suidæ, qui s. v. Ὑβριστότερος post locum Xenophontis Cyrop. 5, 5, 41, addit exemplum aliunde sumtum, quocum Herodoti verba modo allata comparari possunt, Οὐδὲν ὑβριστικώτερον ὄχλου πρὸς ὀργὴν καὶ παρανομίαν ὁρμήσαντος, non dubito quin ipsi quoque ὑβριστότερον restituendum sit. G. D.] Suidas e Xen. [Cyrop. 5, 5, 41]: Οἱ ἀμελεῖσθαι δοκοῦντες στρατιῶται, οἱ μὲν ἀγαθοὶ, πολὺ ἀτιμότεροι γίνονται, οἱ δὲ πονηροὶ, πολὺ ὑβριστότεροι. [Idem Anab. 5, 8, 3: Τῶν ὄνων ὑβριστότερος. Dionysio Art. rhet. vol. 5, p. 327, ὑβριστότερος restituendum ex codd. pro ὑβριστικώτερος. Ex Aristide vol. 1, p. 339, attulit Thomas M. p. 864, de utroque adjectivo agens.] Nisi forte hunc compar. ὑβριστότερος, et superl. illum ὑβριστότατος per syncopen factos quis existimet ex ὑβριστικώτερος et ὑβριστικώτατος, derivatis ex adj. Ὑβριστικός. [De quo non cogitandum. Ceterum comparativum et superlativum non ab ὑβριστής esse derivandos, sed ab ὕβριστος, nunc constat e Lex. rhet. in Bekk. Anecd. p. 368, 12, cujus auctor ipse quoque ad illud de syncope commentum aberravit, sic scribens: Ἀκόλαστον καὶ ὕβριστον πρᾶγμα· διττὴν δ' ἔχει τὴν θεωρίαν, μίαν μὲν ὅτι ἐχρήσατο τῷ ὕβριστον ἀντὶ τοῦ ὑβριστικὸν (scrib. ὑβριστότατον cum Bernhardyo), ὅμοιον ὂν τῷ τύπῳ τοῖς τοιοῖσδε τῶν ὑπερθετικῶν, βέλτιστον κάλλιστον κράτιστον καὶ τοῖς ὁμοίοις, ἑτέρων δὲ διότι συμπέπλεκται τὸ ὑβριστικὸν (ὕβριστον Lobeck. Paralip. p. 41) τῷ ἀκολάστῳ. Quibus duo addit exempla, alterum Platonis comici, in quo mulier ὕβριστον χρῆμα κἀκόλαστον dicitur, alterum Pherecratis, Ὕβριστον ἔργον καὶ κόβαλον εἰργάσω. Quas συγγραφικὰς συνθήκας esse, i. e. in soluta oratione usitatas, ut interpretatur Meinek. Com. vol. 2, p. 649. Συνθήκας disparium graduum conjunctiones intelligit Lobeck. Paralip. p. 41. Rectius Bernhardyus in censura libri Lobeckiani, quæ inserta est Annalibus Berolin. a. 1838, m. Sept., de nominum prope synonymorum conjunctione intellexit. Ὕβρις cum ἀκολασία similibusque nominibus conjuncti exempla v. s. h. v. Ὑβριστὸς oxytonum scribitur in Etym. M. p. 697, 57, ubi ὕβριστις ab eo derivatur, ut πύστις a πυστός. G. Dind.]

[Ὑβριστὴς, ὁ, Hybristes, n. pr. medici ap. Galen. vol. 13, p. 923: Ὑβριστοῦ Ὀξυρρυγχίτου.]

Ὑβριστικὸς, ἡ, ὸν, Pronus ad afficiendum injuria et contumelia, Qui solet esse injuriosus, contumeliosus, insolens, petulans. Interdum etiam simpliciter Injuriosus, Contumeliosus, Insolens, Petulans, ut ὑβριστὴς, ex quo derivatum est. [Plato Crat. p. 396, B: Κρόνου υἱὸν ὑβρ. Ἔπος ὑβρ. πάνυ καὶ οὐ σφόδρα τι ἔμμετρον Phædr. p. 252, B. Ὑβρ. καὶ γελοῖα Crat. p. 426, B. Ὑβρ. καὶ μανικὰ λέγειν Polit. p. 307, B.] Plut. Symp. sept. sap. [p. 147, A]: Καί τινες ὑβριστικαί σου περὶ τυράννων ἀποφάσεις ἀνεφέροντο πρὸς αὐτὸν, Sententiæ contumeliosæ de tyrannis. Æschin. [p. 87 extr.]: Κατέπεμψε τῷ δήμῳ καὶ μάλα ὑβριστικὴν καὶ βάρβαρον ἐπιστολήν. [Demosth. p. 1101, 2: Ὑβρ. καὶ δεινὰ παθών· 218, 27: Τὸ ὑβριστικώτατον καὶ ὑπεροπτικώτατον τῶν Μακεδόνων.] Aristot. Rhet. 2, [18 extr.]: Ἀδικήματα ἀδικοῦσιν οὐ κακουργικὰ, ἀλλὰ τὰ μὲν, ὑβριστικὰ, τὰ δὲ, ἀκρατευτικά· ubi ἀδικήματα ὑβριστικὰ philosophus appellat Ea quæ ab insolentia et petulantia proficiscuntur, qualia αἰκίας esse dicit: ἀκρατευτικὰ autem, Ad quæ ἡ ἀκρασία impellit, ut μοιχεία est. Eod. l. legitur ἡδονὴ ὑβριστικὴ, et διαθέσεις ὑβριστικαί. Xen. vero Cyrop. 7, dicit, Οὐδὲν ὑβριστικὸν ποιοῦντες φανεροὶ εἶναι. [Marc. Anton. 11, 18. Kall. Philostr. Her. p. 170, 13 Boiss.: Ἀκόλαστον δὲ οὐδὲν οὐδὲ ὑβρ. ἐφθέγξατο. Hase.]

|| Sed et vites quædam ὑβριστικαὶ dicuntur, quæ sc. solent ὑβρίζειν, i. e. Luxuriare frondibus, nec fructum ferre. Theophr. C. Pl. 3, [15, 4]: Τὰς δ' ἐν τοῖς ἐφύδροις, καὶ ὅσα τῶν γενῶν ὑβριστικὰ, τοῦ ἦρος δεῖ τμηθῆναι, Quæque eluxuriare et lascivire solent, Bud.

|| At Ὑβριστικὰ, τὰ, Festum quoddam Argivorum, quo mulieres insolentius in maritos agebant, virilibus indutæ vestimentis, in memoriam patriæ ab hostibus sua fortitudine vindicatæ. Meminit Plut. De virt. mul. in Argivis, ubi inter alia dicit [p. 248, E]: Καθ' ἣν μέχρι νῦν τὰ ὑβριστικὰ τελοῦσι, γυναῖκας μὲν ἀνδρείοις χιτῶσι καὶ χλαμύσιν, ἄνδρας δὲ πέπλοις γυναικῶν καὶ καλύπτραις ἀμφιεννύντες. [Polyæn. Strateg. 8, 33. Conf. Car. Fr. Hermann. De anno Delph. p. 22; Car. O. Müller *Dorier* vol. 1, p. 173, et Ph. Le Bas *Expéd. scientif. de la Morée* vol. 2, p. 108 (19). Hase.]

Ὑβριστικῶς, More eorum qui ὑβριστικοὶ dicuntur, Injuriose, Contumeliose, Insolenter, Petulanter. [Plato Charm. p. 175, B. Ὑβρ. εἰς ἐμέ· Epist. 3, p. 319, B. Demosth. p. 87, 17: Ὑβρ. ὑμῖν κέχρηται· et compar. ὑβριστικώτερον p. 610, 1.] Plut. [Mor. p. 762, C]: Ὑβρ. σοι κέχρηται καὶ ὑπερηφάνως τὸ μειράκιον. Xen. Cyrop. 8, [1, 33]: Οὔτε χαίροντα ὑβριστικῶς [ὑβριστικῷ Reisk.] γέλωτι. [Lysias apud] Athen. 12, [p. 552, A]: Τοῖς λίαν ὑβρ. πρὸς τὰ θεῖα διακειμένοις. [Philodem. De poemat. p. 17, 14, ex restit. Dübneri: Κατηγορεῖν τῶν μὲν μετρίως, τῶν δὲ καὶ ὑβριστικῶς. Hase. Polyb. 1, 70, 5; 10, 6, 3.] Unde compar. Ὑβριστικώτερον, Contumeliosius, Insolentius, Petulantius. Ap. Suid.: Οὐδὲν ὑβριστικώτερον ὄχλου πρὸς ὀργὴν καὶ παρανομίαν ὁρμήσαντος. [Huic ὑβριστότερον restituendum esse diximus s. v. Ὑβριστής.]

[Ὕβριστις. V. Ὑβριστής.]

Ὑβριστοδίκαι, οἱ, dicuntur οἱ τὰς δίκας ὑβρίζοντες, i. e. οἱ μὴ θέλοντες εἰσάγειν τὰς δίκας, ut Hesych. [et Phot.] annotavit, qui Atticam esse vocem ait. Sic vero et Pollux 8, [126] scribit, si Cratero, qui ψηφίσματα collegit, credendum sit, ὑβριστοδίκας nominari τοὺς μὴ θέλοντας τὰς δίκας εἰσαγαγεῖν, Qui causas et crimina in judicium pertrahere nolunt. Illi enim aliquo modo ipsas δίκας ὑβρίζουσι. [Addit Pollux: Ἐπεπόλασε δὲ τὸ τοιοῦτον ἐν Σικελίᾳ. Ὑβρ. inscripta fuit Eupolidis comœdia quæ memoratur a Ptolemæo ap. Phot. Bibl. p. 151, 10. HSt. alibi:] Ὑβριστοδίκαι, οἱ, dicebantur Qui criminum reos in judicium protrahere nollent, οἱ μὴ βουλόμενοι τὰς δίκας εἰσαγαγεῖν, si Cratero credendum est, a quo psephismata congesta sunt, Pollux: eadem ap. Hesych. expos. est, addentem Atticum hoc vocab. esse.

[Ὕβριστος. V. Ὑβριστής.]

Ὑβρίστρια, ἡ, exp. non solum Convitiatrix, verum etiam Invectiva. [Jerem. 50, 31, ubi זדון, Superbia, per metonymiam Superbum notat. Schleusner. Lex. Macar. Philadelph. In exalt. crucis p. 178, A: Ὑβρίστριαν καὶ φρένα καὶ γλῶσσαν. Hase.]

Ὕβωμα, τὸ, Curvamen. [Per κύρτωμα exp. Galen. Lex. p. 582.] Vox generalis est ap. Hippocr. [frequenter in libro De articulis, velut p. 816, C, ubi v. Galen.], significans Omnem vertebrarum eversionem præter naturam, ut scribit Gorr. ex Galeno. At in VV. LL. dicitur esse Gibbus vel Gibber: additurque

tamen ex Galeno, itidem esse Quamvis spinæ verticulorum conversionem mutationemve præter naturam. Ibid. Ὕβωσις, Affectus spinæ dorsi incurvatæ et fornicatæ, quo gibberes s. gibbosi fiunt. Cui opp. λόρδωσις. Quidam autem λόρδωσιν esse in corpore adverso dixerunt, ὕβωσιν cervicis, dorsi κύρτωσιν, ut ibid. annotatur. [Schol. Theocr. 5, 43 : Λόρδωσίς ἐστι τὸ ἔμπροσθεν, ὕβωσις τὸ κατὰ τὴν κεφαλὴν πρὸ τῆς ῥάχεως πάθος, κύρτωσις δὲ τὸ μέσον τῆς ῥάχεως. Eadem fere in Etym. M. p. 774, 11.] Sunt porro illa Ὕβωμα et Ὕβωσις tanquam verbalia ab Ὑβοῦσθαι, q. e. a nomine Ὑβός.

[Ὕβωσις. V. Ὕβωμα.]

[Ὕγασσος, ἡ, Hygassus. Steph. Byz. : Ὕγ., πόλις Καρίας, ὡς Βούβασσος, Καρύασσος. Τὸ ἐθνικὸν Ὑγάσσιος, ὡς Βουβάσσιος. Λέγεται καὶ Ὑγάσσειον πεδίον διὰ διφθόγγου, ἀφ' οὗ καὶ Ὑγασσεύς. Pro Βούβασσος et Βουβάσσιος scribendum Βύβασσος et Βυβάσσιος, quæ ipsa quoque Cariæ urbs fuit, de qua v. Steph. Byz. s. v. Βύβασσος. De Caryasso nihil constat. G. Dind.]

[Ὕγγεμος (?), συλλαβή. Σαλαμίνιοι, Hesych.]

[Ὑγεία. V. Ὑγίεια.]

[Ὑγείδιον, τὸ, nomen collyrii ap. Galen. vol. 13, p. 443.]

[Ὑγειλὸς HStephani conjectura. V. Ὑγιόω.]

[Ὑγεινός. V. Ὑγιεινός.]

[Ὑγεῖνος, ὁ, Hyginus, n. pr. viri in inscr. Att. ap. Franz. El. epigr. gr. p. 257, n. 103, 2, 21. Alii ap. Bœckh. vol. 2, p. 923, n. 3664, 41, et vol. 1, p. 377, n. 272, 9, ubi per compendium ΥΓΕ. V. Ὑγῖνος. Hase.]

[Ὑγείωσις. V. Ὑγιόω.]

[Ὑγεννεῖς et Ὑτεννεῖς, vitiose pro Ἑτεννεῖς. Vid. Ἕτεννα et Ὕτεννα.]

[Ὑγία. V. Ὑγίεια.]

Ὑγιάζω, άσω, Sanum reddo, Sanitatem restituo, Curo ut sanescat. Aristot. Polit. 3, [16] : Ἄρνυνται τὸν μισθὸν τοὺς κάμνοντας ὑγιάσαντες, Ægris sanatis et pristinæ valetudini restitutis. Sic Eth. 3, 3 : Οὐ γὰρ ἰατρὸς βουλεύεται εἰ ὑγιάσει, οὔτε ῥήτωρ εἰ πείσει. [Idem Metaphys. 1, 1, p. 981, 18. Boiss. Timæus Locr. p. 104, D : Τὰ σώματα νοσώδεσί ποκα ὑγιάζομες.] Pass. Ὑγιάζομαι, Sanor, Sanitati restituor, etiam Sanesco, Convalesco [Aristot. Anal. postt. 1, 13, Rhet. 2, 19, Phys. ausc. 5, 5] : ut ὑγιαζόμενα ἕλκη ap. Alex. Aphr. Probl. 1, Ulcera quæ sanantur; itidemque ap. Eund., Ὑγιασθὲν μόριον. [Polyb. 3, 70, 5. Diodor. 17, 112 : Ὡσπερεὶ τετρωμένος τὴν ψυχὴν καὶ τοῖς τῶν φιλοσόφων λόγοις ὑγιασθείς. Ammon. p. 107 : Ὑγιασμένη σὰρξ ἐκ παλαιοῦ τραύματος. Cum genit. simplici, nisi ἐκ excidit, apud Suidam, qui s. v. Ὑγιασθεὶς verba posuit scriptoris non nominati : Ὁ δὲ ὑγιασθεὶς τοῦ τραύματος. G. D. Sext. Emp. p. 727, 19. Id. p. 726, 35 : Τὸ ὑγιάζειν κοινόν ἐστι τοῦ τε ἰατροῦ καὶ ἰδιώτου· τὸ δὲ ἰατρικῶς ὑγιάζειν, τοῦ τεχνίτου ἴδιον. Basil. t. 2, p. 962, B : Τὸ μὲν νενοσηκὸς ὑγιάζοντες, τὸ δὲ ὑγιαῖνον ἀλείφοντες. Hase.] || Neutraliter etiam accipitur ὑγιάζω, ut ὑγιαίνω, pro Sanus sum, Salubri sum corpore, Bene valeo. Xen. OEc. [20, 18] : Ὥσπερ καὶ ἐν ταῖς ὁδοιπορίαις παρὰ στάδια διακόσιά ἐστιν ὅτε τοῖς ἑκατὸν σταδίοις διήνεγκαν ἀλλήλων ἄνθρωποι τῷ τάχει, ἀμφότεροι καὶ νέοι ὄντες καὶ ὑγιάζοντες [Legitur ibi ὑγιαίνοντες], Quum æquales sint, amboque valentes, Bud. p. 247, in Παρά.

Ὑγιαίνω, Sanus sum, Sano sum corpore, Valeo, Recte s. Bene valeo, Bona sum valetudine, Prospera utor valetudine. [Herodot. 1, 153. Aristoph. Av. 605. Plato Gorg. p. 495, E : Οὐ γὰρ ἅμα ὑγιαίνει τε καὶ νοσεῖ ὁ ἄνθρωπος. Demosth. p. 1256, 4 : Ὑγιάνας καὶ σωθείς· et alii quivis.] Athen. 7 : Σὺ μὲν ὑγιαίνοντας δύνασαι, ὅταν βουληθῇς, ἀπολλύναι· ἐγὼ δὲ τοὺς νοσοῦντας σῶσαι. Ubi nota sibi opponi ὑγιαίνειν et νοσεῖν, ut et in hoc titulo libri cujusdam a Diphilo Siphnio conscripti [ap. eund. 3, p. 82, F], Περὶ τῶν προσφερομένων τοῖς ὑγιαίνουσι καὶ τοῖς νοσοῦσι. At ap. Lucian. Pro lapsu in salut. [c. 6] ad imitationem Pindarici illius, Ἄριστον μὲν ὕδωρ, legimus, Ὑγιαίνειν μέν, ἄριστον· τὸ δεύτερον, καλὸν γενέσθαι· τρίτον δὲ, πλουτεῖν. [Carmen ab aliis Simonidi aliisve poetis tributum : v. Athen. 15, p. 694, E. « Hippocr. Aphor. 6, 2 : Ὑγιαίνειν νοσηλότερον ἢ ὑγιεινότερον, Minus prospera sanitate frui aut salubrius degere. » Foes. De convalescentibus Hippocr. De morb. mul. 1, p. 625 et 655, et De nat. mul. p. 541 : Μελεδαινομένη ἐν τάχει ὑγιαίνει. Philostr. V. Apoll. 1, 10, 11 : Ὑγιάνας, Sanatus. Artemid. 3, 39, p. 180 : Οὐδὲ τῷ ὑγιαίνοντι λέγει τις, ἀναρρώσεις (ἀναρρώσει) καὶ ὑγιανεῖς. Active Dicæarch. Descr. Pelii p. 30 ed. Huds.: Ὁ φλοιὸς τοὺς κοιλιακοὺς ὑγιαίνει· et Clem. Alex. Cohort. 1, 8. Lobeck. ad Soph. Aj. p. 383.] In salutationibus etiam usurpatur ὑγίαινε, Vale, Bene vale, quum sc. alicui prosperam optamus valetudinem, s. quum alicui salutem dicimus, idque vel in colloquio, vel in epistola. Alexis : Ὦ δέσποθ' ὑγίαιν', ὡς χρόνιος ἐλήλυθας, Salve here, s. Salvere te jubeo, Plurimam tibi salutem precor. Achæus : Ἥκω πεπραγὼς δεινά· σὺ δ' ὑγίαινέ μοι, Tu vero mihi salve. Tale est ap. Hom. in Od. Ω, circa finem, Οὔλέ τε καὶ μέγα χαῖρε· θεοὶ δέ τοι ὄλβια δοῖεν· nam hoc οὔλε æquivalet illi ὑγίαινε, teste etiam Luciano. Sed postea usus obtinuit ut amicum accedentes dicerent potius χαῖρε, ab eo autem discedentes juberent ὑγιαίνειν : sicut et ap. Latinos salutationem et colloquium exordiebantur verbo Salve, claudebant autem verbo Vale. Sic ap. Aristoph. Ran. [164] quum Hercules et Bacchus discedere a se invicem vellent, dixissetque Baccho Hercules, Καὶ χαῖρε πόλλ', ὦ δελφὲ, Vale, frater, et plurimum lætare, respondet ille, Νὴ Δία καὶ σύ γε Ὑγίαινε, Vale et tu. [Id. Eccl. 477.] Sic ex nostratibus nonnulli discedentes ab aliquo dicunt, *Portez-vous bien*, commendantes ei suæ valetudinis curam : perinde ac si dicerent, *Faictes que vous vous portiez bien*. Huc pertinet et quod in quibusdam Italiæ locis dicitur, *State allegro*. Eadem in epistolis ratio erat; eas enim a χαίρειν s. εὖ πράττειν inchoabant : claudebant autem verbo ὑγίαινε s. ἔρρωσο : ut et Cic. Epist. suis præmittere solet S. vel S. P. D. i. e. Salutem, et, Salutem plurimam dicit; claudere autem eas his a se usitatis, Vale, Etiam atque etiam vale, Cura ut valeas, Valetudinem tuam cura diligenter. Hoc tamen sciendum est, ut Cic. in Epist. cujusdam fine dicit, Vale et salve; nec non et Salve : ita χαίρειν et εὖ πράττειν, non tantum exordiis epistolarum servire, sed etiam clausulis; ut in Epist. quadam Aristotelis ad Philipp. : Τὰ δ' ἄλλ' εὖ πράττε [πρᾶττε] ψυχὴν πρὸς φιλοσοφίαν, σῶμα δὲ πρὸς ὑγείαν ἄγων καὶ ἐπιμελούμενος. Diogenes vero suæ ad Dionysium Epist. hanc attexuit clausulam : Οὐκ ἔστιν οὖν σοι οὔτε χαίρειν οὔτε ἐρρῶσθαι, ὦ φίλτατε. Plato ut initio solet uti verbo εὖ πράττειν, ita in fine nonnunquam εὐτύχει : ut et Dem. sic exordiens, Δημοσθένης τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ χαίρειν, fini adjicit, εὐτυχεῖτε : idque non semel. Certa autem de causa Ptolemæus Lagi in Epistola ad Seleucum inverso ordine, Ἐν ἀρχῇ μὲν τῆς ἐπιστολῆς ὑγιαίνειν αὐτὸν προσειπὼν, ἐπὶ τέλει ἀντὶ τοῦ ἐρρῶσθαι ὑπέγραψε τὸ χαίρειν· ut et Hephæstion mane in tentorium Alexandri ingressus, eum sic compellavit, Ὑγίαινε, βασιλεῦ· καιρὸς ἤδη ταράττεσθαι· forsan quoniam in nuntio tristi non quadrabat consueta salutatio χαῖρε. Eadem propemodum ratio est, quum ὑγιαίνειν usurpant homonymos : veluti quum Agesilaus Menecrati ad hoc exordium epistolæ, Μενεκράτης Ζεὺς βασιλεῖ Ἀγησιλάῳ χαίρειν, rescripsit, Βασιλεὺς Ἀγησίλαος Μενεκράτει ὑγιαίνειν· optans ei saniorem mentem, qui se Jovem cognominare non erubesceret. Quomodo et Cæsar ap. Plut. De loquacitate [p. 508, B], quum Fulvius ei more solito in salutatione matutina dixisset, Χαῖρε, Καῖσαρ, respondit, Ὑγίαινε, Φούλβιε· etiam ipse saniorem mentem Fulvio optans, qui secreta quædam ex ipso audita, uxori loquacissimæ commisisset. Procul dubio Lucian. quoque in homonymia ludere voluit, Ὃς ἀφικόμενος πρός τινα, ὡς προσείποι τὸ ἑωθινὸν, δέον τὴν συνήθη ταύτην φωνὴν ἀφεῖναι καὶ χαίρειν κελεύειν, ὑγιαίνειν αὐτὸν παρακελεύεσθαι ἠξίου. Qua de re vide quæ scribat in Apologia Ὑπὲρ τοῦ ἐν τῇ προσαγορεύσει πταίσματος. [Ubi c. 1 leguntur verba ab HSt. allata.] Vide etiam quæ supra de εὖ πράττειν dixi, s. v. Πράσσω. Sequitur nunc ut dicam de ὑγιαίνω ad animum s. mentem translato, cujus jam aliqua mentio facta est. Sciendum itaque est, ut Latini dicunt Homo sanæ mentis, et Homo sanæ mentis compos, poetæ autem et Sanus mentis, ita Græcos dicere ὑγιαίνων. [Aristoph. Nub. 1275, Av.

1214; Plato Theæt. p. 190, C, Phileb. p. 29, D.] Plut. in suo Περὶ φιλαδελφίας libello [p. 479, D]: Ὡς γὰρ εἰκόνα κοσμεῖν ἀδελφοῦ, τὸ δὲ σῶμα τύπτειν καὶ ἀκρωτηριάζειν, μανικόν· οὕτως τοὔνομα σέβεσθαι καὶ τιμᾶν ἐν ἑτέροις, αὐτὸν δὲ μισεῖν καὶ φεύγειν, οὐχ ὑγιαίνοντός ἐστι. Ubi μανικὸν id esse dicitur Quod fit ab eo qui non ὑγιαίνει. Sic λῆρεῖν et ὑγιαίνειν sibi opposita sunt ap. Dem. [p. 116, 7]: Ἂν δὲ λῆρεῖν καὶ τετυφῶσθαι δοκῶ, μήτε νῦν μήτ' αὖθις ὡς ὑγιαίνοντί μοι προσέχητε. Aristoph. quoque sic usus est [Pl. 1066]: Γέρων ἀνὴρ ὢν, οὐχ ὑγιαίνειν μοι δοκεῖς. Plut. vero De aud. poem. [p. 21, F] dixit etiam, Αὗται γάρ εἰσιν ὑγιαίνουσαι περὶ θεῶν δόξαι καὶ ἀληθεῖς· i. e., Sunt hominum ὑγιαινόντων, qui sanæ mentis sunt, s. sapiunt, et recte sentiunt. [Ὑγ. φρένας Herodot. 3, 33. Τὸ ὑγιαῖνον τῆς Ἑλλάδος 7, 157. Apud Polyb. 28, 15, 13, οἱ ὑγιαίνοντες oppositi τοῖς κινηταῖς καὶ καχέκταις, hominibus turbulentis.] Transfertur vero et ad alia verbum ὑγιαίνω, et modo significat Salubris s. Salutaris sum, modo Recte habeo. Prioris signif. hoc exemplum legitur ap. Synes. Ep. 114: Γῆς ὑγιαινούσης χυμοί, Terræ salubris succi. Et hoc ap. Plut. De educ. lib. [p. 5, A]: Τοῦ ὑγιαίνοντος καὶ τεταγμένου βίου καταφρονεῖν, Salutarem et modestam vitam contemnere. Posterioris autem, hoc Demosthenicum [p. 434, 9]: Τὰ παρ' ὑμῶν ὑγιαίνει. Ubi ὑγιαίνειν potest accipi etiam pro Salvum et incolumem esse: ut accipiunt ap. Synes. quoque Ep. 79: Ἀλλ' οὐχ ὑγιανεῖ ὁ μέγας Ἀνθέμιος, οὐδὲ παύσεται πυρέττων ὁ Ῥωμαίων ὕπαρχος, ἂν μὴ Μαξιμῖνος καὶ Κλεινίας ἀπόλωνται. Nisi forte ibi accipiendum pro Convalescet, Sanus evadet, præsertim quum verbale Ὑγίανσις significet q. d. Convalescentia, ut patet ex Themistio In Phys. 2: Ὑγίανσις, ὁδὸς εἰς ὑγίειαν· ὡς θέρμανσις, ὁδὸς εἰς θερμότητα. [Formulam sollennem in epistolis Romanorum, S.V.V.B.E.E.Q.E.E.V., sic vertit M. Antonius triumvir in tit. Aphrodis. ap. Bœckh. vol. 2, p. 493, n. 2737, 9: Εἰ ἔρρωσθε, εὖ ἂν ἔχοι, ὑγιαίνω δὲ καὶ αὐτὸς μετὰ τοῦ στρατεύματος. Hase.]

[Ὑγιαίνων, οντος, ὁ, Hygiænon, n. pr. Aristot. Rhet. 3, 15: Εἰ γέγονε κρίσις, ὥσπερ Εὐριπίδης πρὸς Ὑγιαίνοντα ἐν τῇ ἀντιδόσει κατηγοροῦντα ὡς ἀσεβής. ‖ Ὑγιαίνων, ὄνομα ἰατροῦ ap. Theognost. Can. p. 37, 15.]

[Ὑγίανσις et Ὑγιαντὸς vitiose pro Ὑγίασις et Ὑγιαστὸς, quæ v.]

[Ὑγίᾱσις, εως, ἡ, Sanitatis restitutio. Cum ἰάτρευσις conjunctum ap. Aristot. Eth. Eudem. 2, 1, p. 1219, 15. Male ὑγίανσις ap. eund. Ausc. phys. 5, 5, p. 229, 26: Ὑγίανσις ἡ εἰς ὑγίειαν (μεταβολή), νόσωσις δ' ἡ εἰς νόσον, et ap. Hermiam In Plat. Phædr. p. 66.]

[Ὑγίασμα, τὸ, Sanatio. Gramm. in Bekk. Anecd. p. 364, 12, et « Suid. s. v. Ἀκέσματα. » Kall.]

[Ὑγιαστήριον, τὸ, Valetudinarium, Gl.]

Ὑγιαστικὸς, ἡ, ὸν, Sanandi vim habens, Cui inest vis sanandi. [Aristot. De anima 2, 2, Phys. ausc. 8, 5, p. 257, 17. « Schol. in Hermog. ap. Walz. vol. 4, p. 26, 26: Ἰατρὸς, κἂν μὴ ὑγιάσῃ, ταῖς δὲ ὑγιαστικαῖς χρήσηται μεθόδοις. » Hase.]

[Ὑγιαστὸς, ἡ, ὸν, Sanabilis. Aristot. l. c. et De cœlo 4, 3. Male ὑγιαντὸν Phys. ausc. 5, 1, p. 224, 30, errore ex adjuncto θερμαντὸν orto. Ab ὑγιάζω derivantur ὑγίασις et ὑγιαστὸς, non ὑγίανσις et ὑγιαντὸς, quæ ad ὑγιαίνω referenda forent, quod non habet significationem transitivam. G. Dind.]

[Ὑγιάτης, ὁ, cognomen Bacchi, i. q. ἰατρός. Athen. 2, p. 36, B: Ἡ Πυθία εἴρηκέ τισι Διόνυσον ὑγιάτην καλεῖν.]

Ὑγίεια, [Ὑγιεία paroxytonum producta syllaba ultima, quod Atheniensibus tribuit Chœrob. in Cram. Anecd. vol. 2, p. 270, 9, interdum a poetis Atticis metri caussa (ut ἀγνοία παρανοία et similia) dictum. Sic in anapæstis Aristoph. Av. 604: Οὐχ ὑγιεία μεγάλη τοῦτ' ἐστί; (et in composito πλουθυγιείαν ib. 731.) In senario Menandri Monost. 522: Ὕπνος δὲ πάσης ἐστὶν ὑγιεία νόσου], ἡ, Sanitas, Bona valetudo: cui opp. νόσος, Morbus. [Aristot. Rhet. 1, 5: Σώματος ἀρετὴ ὑγίεια. Ὑγίειαν duplicem, τὴν μὲν ἐν τῷ ἰατρῷ, τὴν δὲ ἐν τῷ ὑγιαζομένῳ σώματι distinguit anon. ap. Suid. s. v. Ὑγεία. Idem s. v. Ὑγίεια anonymi definitionem posuit συμμετρία τῶν πρώτων σωματικῶν δυνάμεων, ἅ ἐστι θερμότης, ψυχρότης, ὑγρότης, ξηρότης. Herodot. 2, 77: Ἐμέτοισι θηρώμενον τὴν ὑγιείην, quod ὑγίειαν scribendum ostendi in Comment. de dial. Herodoti p. xi. Pind. Pyth. 3, 128: Ὑγ. χρυσέαν. Eurip. Or. 235: Δόξαν γὰρ τόδ' ὑγιείας ἔχει.] Plat. Rep. 1, [p. 332, D: Πρὸς νόσον καὶ ὑγ.]: Τῆς ὑγείας ἐκ συμμέτρου κράσεως οὔσης, τῆς δὲ νόσου ἐξ ἀμέτρου δυσκρασίας. [Qui l. in Lex. Septemv. non ex Plat., sed ex Alex. Aphr. Probl. 1 affertur.] Xenoph. Cyrop. 1, [6, 17]: Οὕτω γάρ μοι δοκεῖ ἥ τε ὑγίεια μᾶλλον παραμένειν, καὶ ἰσχὺς προσγίνεσθαι. Isocr. Ad Dem. [p. 9, E]: Τῆς ὑγιείας πλείστην ἐπιμέλειαν ἔχομεν, Valetudinem omnium rerum maxime curamus. [Isocr. p. 234, B: Μετεσχηκὼς τῆς περὶ τὸ σῶμα καὶ τὴν ψυχὴν ὑγ.] Inde Cic. in Epist. suis toties usurpat clausulam illam, Valetudinem tuam cura diligenter, Cura ut valeas. Inde et tot Medicorum συγγράμματα περὶ ὑγιείας τῶν καμνόντων, quorum mentio ap. Plat. Minoe, et Galeni ac Plutarchi Ὑγιεινὰ παραγγέλματα. Porro dicitur medela aut cibus aut exercitatio ὑγίειαν παρέχειν, s. παρέχεσθαι, ποιεῖν, et παρασκευάζειν: ut, Ἰατρικὴ μὲν ὑγίειαν παρέχεται· versatur enim περὶ ὑγιεινὸν καὶ νοσερὸν, ut Aristot. [Rhet. 1, 2] ait. Idem Rhet. 1: Τὸ γυμνάζεσθαι ὡς ἐπιπολὺ ποιεῖ ὑγίειαν· ut et Xen. scribit [Ven. 12, 1] venaticos labores ὑγίειαν τοῖς σώμασι παρασκευάζειν. Item potus aut cibus dicitur πρὸς ὑγίειαν πρόσφορος εἶναι, vel διαφέρειν, Athen. 1, [p. 26, A]: Παλαιὸς οἶνος πρὸς ὑγίειαν προσφορώτερος· 12: Πρὸς ὑγίειαν διαφέρειν τοὺς ποταμούς. Præcedens autem ποιεῖν ὑγίειαν ad verbum reddere possumus Facere bonam valetudinem, Plinii exemplo, dicentis, Meliorem valetudinem senibus faciunt fici. [Plato Leg. 12, p. 960, D: Ὑγ. καὶ σωτηρίαν τοῖς σώμασι παρασκευάζειν· et alii quivis. Numero plurali Plato Tim. p. 87, C: Ὑγιείας καὶ νόσους· Protag. p. 354, B, Rep. 9, p. 618, B. Aristot. H. A. 8, 18. Georg. Pachym. Mich. Pal. p. 150, A: Περὶ τῶν βασιλικῶν ὑγειῶν μαθησόμενος· Andron. Pal. p. 103, C: Ἐρωτᾶν ὅπως ἔχοι τῶν ὑγειῶν ὁ νέος βασιλεύς.] In conviviis memoratur etiam μεταντιπτρὶς τῆς ὑγιείας, qui calix est s. πόσις, quam post ablutas a cœna manus sibi mutuo propinabant convivæ, ὑπειπόντες τὸ τῆς ὑγιείας ὄνομα, ut patet ex Philetæro ap. Athen. 11, [p. 487, 488]: Ἐνέσεισε μεστὴν ἴσον ἴσῳ μεταντιπτρίδα Μεγάλην, ὑπειπὼν τῆς ὑγιείας τοὔνομα. Ibid. Nicostratus dicit, Μετραντιπτρίδ' αὐτῷ τῆς ὑγιείας ἔγχεον. Et Callias: Καὶ δέξαι τηνδὶ μεταντιπτρίδα τῆς ὑγιείας. Sicut vero ὑγιείας, ita et Διὸς Σωτῆρος et Ἀγαθοῦ Δαίμονος erat μεταντιπτρίς: ex qua post ablutas manus videntur libasse Jovi Servatori et Bono Genio, sicut et Ὑγιείᾳ, Sanitatis deæ, ut propitium eorum numen haberent. Ἀρχίλοχε, inquit Diphilus ibid., δέξαι τήνδε τὴν μεταντιπτρίδα Μεστὴν, Διὸς Σωτῆρος κἀγαθοῦ Δαίμονος. Et rursum, Δαίμονος ἀγαθοῦ μετάντιπτρον. Pertinent huc quæ Pollux scribit, 6, c. 16 [§ 100] itidem de hac metaniptride loquens: Ἦν δὲ καὶ ὑγίεια ἱερὰ, ὥσπερ καὶ Διὸς Σωτῆρος κρατὴρ ἱερὸς ἦν· Ἀγαθοῦ δὲ Δαίμονος, ὁ μετὰ τὰς τραπέζας ἄκρατος. Ubi forsan pro ὑγίεια ἱερὰ scrib. est ὑγιείας ἱερὰ, et μεταντιπτρὶς subaudiendum ex præcedentibus. Nisi forte illa ipsa μεταντιπτρὶς κύλιξ putanda sit nominata fuisse ὑγίεια ἱερὰ pro μεταντιπτρὶς ὑγιείας ἱερὰ [Sic nunc legitur ex cod.], Calix s. Poculum sanitatis præsidi deæ consecratum. Nam et ipsam ὑγίειαν inter divina numina posuerunt: unde eam Critias ap. Athen. 10, [p. 433, A] vocat τερπνοτάτην θεῶν θνητοῖς: inde et Ariphron Sicyonius in Pæane quodam ap. eund. Athen. sub finem l. 15 cecinit: Ὑγίεια πρεσβίστα μακάρων, μετὰ σεῦ ναίοιμι τὸ λειπόμενον βιοτᾶς. Σὺ δέ μοι πρόφρων σύνοικος εἴης· quem Pæanem sic claudit, Μετὰ σεῖο, μάκαιρ' ὑγίεια, τέθαλε πάντα, καὶ λάμπει χαρίτων ἔαρ· σέθεν δὲ χωρὶς οὔτις εὐδαίμων. Sed et Orpheus Hymnum conscripsit in Ὑγίειαν [67], quem vide. [Theo in Walzii Rhett. vol. 1, p. 233: Καθάπερ εἴ τις φαίη τὴν Ὑγίειαν Ἀπόλλωνος εἶναι θυγατέρα, ἐπειδὴ ἰατρὸς ὁ θεός. ‖ De sanitate mentis, Æsch. Eum. 535: Ἐκ δ' ὑγιείας φρενῶν ὁ πᾶσιν φίλος ... ὄλβος. Isocrates l. supra cit.] ‖ Porro notandum est, pro ὑγίεια facta syncope dici etiam Ὑγεία. Plut.: Ποθεινόν ἐστι νοσοῦσιν ὑγεία, καὶ πολεμουμένοις εἰρήνη. Passim ap. Lucian. ita scriptum legitur, et quum alibi, tum De lapsu in sal. [c. 13]: Τί δ' οὐχὶ καὶ ἐν τῷ τῶν ἐντολῶν βιβλίῳ τοῦτο πρῶτον ὑμῖν ἐστι παράγγελμα, τῆς ὑγείας τῆς ὑμετέρας αὐτῶν ἐπιμελεῖσθαι,

Valetudinem vestram curare diligenter, Curare ut valeatis. Quibus clausulis Cic. uti solet in Epistt. Idem Lucian. [ibid. c. 6] ex Philemone: Αἰτῶ δ' ὑγείαν πρῶτον, εἶτ' εὐπραξίαν, Τρίτον δὲ χαίρειν, εἶτ' ὀφείλειν μηδενί. [Mœris p. 380: Ὑγίεια Ἀττικοί· ὑγεία Ἕλληνες· ubi Pierson.: « Etym. M. p. 774, 32: Ὑγίεια καὶ κράσει ὑγεία, ὥσπερ Ἀπολλωνίεια, τὰ Ἀπολλώνεια. (Conf. Chœrob. in Cram. Anecd. vol. 2, p. 270, 11.)... Ἰστέον δὲ ὅτι τὸ ὑγεία τρισύλλαβον οὕτως ἐν τῇ κωμῳδίᾳ, οὕτως ἐν τῇ τραγῳδίᾳ αὐτὸ εὕρηται. Καὶ οἱ ῥήτορες δὲ τετρασυλλάβως προφέρουσι. Par ratio in ἁλιεία et ἁλεία. Vid. Hemst. Obs. Miscell. vol. 6, p. 339. In MSStis ὑγίεια et ὑγεία ubique videas permisceri; Davis. ad Max. Tyr. p. 554, et Jebb. ad Aristid. vol. 1, p. 38. Aliquando ὑγεία cum damno metri scriptum apud Comicos, ut in Philemonis Pyrrho v. 10: Πλοῦτον, ὑγείαν, σῖτον, οἶνον, ἡδονήν· in Eubuli fragmento apud Suidam v. Οἶνος. Contra in Orphei Hymno 28, 18, pro Εἰρήνῃ θάλλουσα καὶ ἠπιόχειρ' ὑγιείᾳ, præstat ἠπιοχείρῳ ὑγείᾳ, ut H. 84: Ὄλβον ἐπιπνείουσα καὶ ἠπιόχειρον ὑγείαν. » Quum constans in his hymnis formæ quadrisyllabæ B usus sit, non dubitandum quin in priore loco vulgata scriptura recte habeat, in altero autem ἠπιόχειρ' ὑγίειαν restituendum sit cum Porsono ad Eurip. Or. 229. Atticos forma trisyllaba (cujus frequentia sunt in inscriptionibus recentioribus exempla, velut ap. Bœckh. Corp. Inscrr. vol. 2, n. 2069—2077) nusquam usos esse constat, licet ab librariis non raro codicibus illata sit, nec posteriorum temporum scriptores quorum quidem purior dialectus est, velut Plutarchus, Aristides, Lucianus, usquam ea usi esse videntur. V. Lobeck. Paralip. p. 28. Accentum vitiosum ὕγεια, qui quibusdam placuit, notavit Lobeck. ad Phryn. p. 493. Corrupta Etymologici verba quæ Piersonus apposuit plus uno modo corrigi possunt. Chœroboscum manifestum est nihil aliud dicere voluisse quam Comicos pariter ac Tragicos et rhetores quadrisyllaba omnes uti forma, quod clarius expressum est in lectione cod. Sorbon. τετρασυλλάβως ὡς καὶ ἐν τῇ κωμῳδίᾳ « Αὖται γὰρ ἐπιθυμοῦσιν ὑγιείας φαγεῖν »· ubi ὑγιείας Mazas significare videtur. G. D.] Est Ὑγεία C Minervæ etiam epitheton, teste [Harpocrat. et] Etym., [M. p. 774, 23], forsan quod sanitatis esse præses existimaretur. Cujus meminit Plut. Pericle [13], τῆς Ὑγείας Ἀθηνᾶς ἄγαλμα, a Pericle erectum fuisse Athenis scribens. Meminit et Pausan. Att. p. 23 [c. 34, 2], ubi dicit apud Ἀχαρνὰς esse Ἀθηνᾶς βωμὸν Ὑγείας. Sunt qui Salubrem Minervam Latine appellent. Alioqui Ὑγεία est etiam una ex filiabus Æsculapii, quæ et ipsa Sanitatis esse præses dea credita est. Pausan. Attic. p. 25 [c. 34, 3]: Τετάρτη δέ ἐστι τοῦ βωμοῦ μοῖρα Ἀφροδίτης καὶ Πανακείας· ἔτι δὲ Ἰασοῦς καὶ Ὑγείας, καὶ Ἀθηνᾶς Παιωνίας. Hippocr. Juram.: Ὄμνυμι, Ἀπόλλωνα ἰητρὸν, καὶ Ἀσκληπιὸν, καὶ Ὑγείαν, καὶ Πανάκειαν, καὶ θεοὺς πάντας καὶ πάσας, ἵστορας ποιούμενος. Sic Plin. 35, 11: Talesque sunt ejus picturæ, cum Æsculapio filiæ, Hygia, Ægle, Panacea, Iaso. Ubi etiam nota hæc nomina ab effectu indita, nimirum Πανάκεια, et Ἰασὼ, et Ὑγεία. Nam primam Æsculapius Πανακείας nomine vocavit παρὰ τὸ πᾶν νόσημα ἀκεῖσθαι, quod omnibus mederi morbis posset; secundam vero Ἰασὼ nuncupavit, quod nosset ἰᾶσθαι et medicari; tertiam vero Ὑγείαν vocavit, quod sanitatem vel præsentem conservare, vel amissam restituere hominibus posset. [Ὑγίεια, sive est Minervæ cognomen sive nomen deæ Æsculapio natæ, sine dubio Salutem significat. Mulieris nomen est Ὑγίεια in epigr. quod Jacobs. vol. 3, p. 967 edidit, Ὑγείη Append. n. 153. *Julia Hygie* in Gruteri Inscriptionibus. Lobeck. Pathol. p. 234.] ‖ Ὑγεία vocatur etiam ἡ διδομένη ἐν ταῖς θυσίαις μάζα [μᾶζα] ἵνα ἀπογεύσωνται, Athen. 3, [p. 115, A] Maza quæ in sacrificiis degustanda præbetur. Pro quo ὑγεία ap. [Phot. p. 614, 19,] Etym. et Hesych. legitur ὑγίεια: utroque enim modo scribi jam dictum est: ii vero tradunt ὑγίειαν Atticis nominari ἄλφιτα οἴνῳ καὶ ἐλαίῳ πεφυραμένα, καὶ πᾶν τὸ ἐκ θεοῦ (Etym. habet ἐξ ἱεροῦ) φερόμενον, εἴτε μύρον, εἴτε θαλλός. [Apud Phot., πᾶν ὅτι ἐξ ἱεροῦ φέρει, οἷον θαλλόν τινα ἢ ἄλφιτα. Lex. rhet. in Bekk. Anecd. p. 313, 13: Ὑγεία τί ἐστι; μαζίον τι ψαιστῶδες, ὅπερ ἐδίδοτο τοῖς θυομένοις.]

[Ὑγεία, medicamenti nomen ap. Alex. Trall. 9, p. 78 (?). Theoph. Nonnus c. 220. ‖ Ὑγίεια, nomen navis Atticæ in inscrr. nav. a Bœckhio editis II, 59; IV, b, 34, et ubi vitiose Ὑγεία IV, e, 28.]

Ὑγιεινὸς, ἡ, ὸν, i. q. ὑγιὴς [Gramm. Hermanni p. 318: Ὑγιεινὸν σῶμα τὸ μὴ ῥᾳδίως τρεπόμενον πρὸς νόσον, ὑγιὲς δὲ τὸ ἤδη μὴ νοσοῦν], Sanus, Qui bene valet, prospera valétudine utitur, sano corpore est, aut etiam salubri: ut dixit Sallust., Genus hominum salubri corpore. Sic [Plato Rep. 3, p. 408, E: Πάνυ ὑγ. φύσει· 4, p. 438, E: Τῶν ὑγιεινῶν καὶ νοσωδῶν· Leg. 5, p. 728, E: Τὸ ὑγ. σῶμα·] Aristot. Eth. 3, 4, dicit τοῖς εὖ διακειμένοις esse ὑγιεινὰ σώματα, Sana s. Salubria corpora, Bene valentia corpora. Et ap. Plat. Leg. [5, p. 734, B] ὑγιεινὸς βίος, Sana s. Salubris vita. At Plut. Lycurgo [c. 16], ὑγιεινὰ βρέφη, Infantes sani et salubri corpore: quibus ib. opponit τὰ νοσώδη καὶ ἐπιληπτικὰ βρέφη, Infantes morbosos et comitiales. Ex Aristot. autem OEcon. 1, Πρὸς τὰς κινήσεις ὑγιεινὸν, affertur pro Valens ad motus ferendos. [Plato Charm. p. 165, C: Ἰατρικὴ ἐπιστήμη ἐστὶ τοῦ ὑγιεινοῦ· Polit. p. 299, B: Τότε ἰατρικὸν καὶ τὸ ὑγ.] ‖ Cibus etiam et potus aut locus aliquis esse ὑγιεινὸς dicitur, Qui ad sanitatem corporis confert vel tuendam vel recuperandam, πρὸς ὑγίειαν πρόσφορος, ut Athen. loquitur. Latini ea signif. Saluber potius dicunt quam Sanus. [Plato Phileb. p. 61, C: Ὑγ. ὕδατος· Gorg. p. 504, C: Ὑγ. τόπῳ.] Isoer. [p. 12, A]: Τῶν σιτίων τοῖς ὑγιεινοτάτοις χαίρειν, Cibis saluberrimis. [Adde Plat. Ion. p. 531, C.] Aristot. Polit. 7 [c. 11]: Ὕδασιν ὑγιεινοῖς χρῆσθαι. Xen. Cyrop. 1, [6, 16]: Περί τε τῶν νοσηρῶν χωρίων καὶ τῶν ὑγιεινῶν. Sic ὑγιεινὴ οἰκία, Domus salubris. Aristot. Polit. 7, [c. 11 init.]: Αἱ πρὸς ἕω τὴν ἔγκλισιν ἔχουσαι, καὶ πρὸς τὰ πνεύματα τὰ πνέοντα ἀπὸ τῆς ἀνατολῆς, ὑγιεινότεραι. Plut. De curiositate [init.]: Λαμπροτέραν, εὐπνουστέραν, ὑγιεινοτέραν ποιήσασθαι τὴν οἰκίαν. Item ὑγιεινὴ dicitur Medicinæ quædam pars, cui sanitatis cura incumbit: ea autem dignitate ceteras antecellit, duobusque summis præceptis continetur: sc., optime valentia corpora similibus conservanda esse: quæ C parum ab optima constitutione desciscunt, aut quodammodo ad neutrum statum accedunt, medico contrariorum usu esse revocanda ad mediocritatem. Ad quam pertinent Dioclis et Galeni Ὑγιεινὰ, nec non Ὑγιεινὰ παραγγέλματα Plutarchi. Aristot. Metaphys. 3, enumerans quædam πολλαχῶς λεγόμενα, ὑγιεινὸν dici scribit, τὸ μὲν, τῷ φυλάττειν· τὸ δὲ, τῷ ποιεῖν· τὸ δὲ, τῷ σημεῖον εἶναι ὑγιείας· τὸ δὲ, τῷ δεκτικὸν εἶναι ταύτης. [Galen. vol. 2, p. 195: Ἁπάσης τῆς ὑγιεινῆς πραγματείας. Id. vol. 6, p. 83: Ὁ τὴν ὑγ. τέχνην μετερχόμενος ὑγιεινὸς ἂν εὐλόγως προσαγορεύοιτο. Forma vitiosa Ὑγεινὸς, Salubris, in Gl.]

[Ὑγιεινὸς, ὁ, Hygienus, n. pr. medici ap. Galen. vol. 13, p. 354, 452, 636, 688, 765.]

Ὑγιεινῶς, Sane, Salubriter, ἀνόσως, ἀπόνως, ἐῤῥωμένως: synonymos enim hæc ponit Pollux [3, 107]. Plato Rep. 9, [p. 571, D]: Ὅταν δὲ ὑγ. τις ἔχῃ αὐτὸς αὑτοῦ καὶ σωφρόνως, καὶ εἰς τὸν ὕπνον ἴῃ, At qui salubri et moderato cultu atque victu quieti se tradiderit, Cic. [Id. Gorg. p. 522, A: Ταῦτα πάντα ἐγὼ ἐποίουν ὑγ., D i. e. ratione ad sanitatem tuendam accommodata.] Aristot. Eth. 5, 1: Λέγομεν γὰρ ὑγ. βαδίζειν, ὅταν βαδίζῃ ὡς ἂν ὁ ὑγιαίνων. [Hippocr. t. 4, p. 182, 2 Littr.: Πολλοὶ μέντοι ἤδη καὶ εὐφόρως ἤνεγκαν καὶ ὑγ. τὴν κύφωσιν ἄχρι γήρως. Figurate Alex. Comn. Nov. ap. Zachar. Hist. juris græco-rom. p. 123, 21, de re publica: Οὔθ' ὑγ. ἂν σχοίη καὶ καθαρῶς. Hase. Xen. Rep. Lac. 2, 6: Ὑγιεινοτέρως διάγειν· Mem. 3, 13, 2: Ὑγιεινότερον διάξειν· 4, 7, 9: Πῶς ὑγιεινότατ' ἂν διάγοι. Aristot. De sens. c. 5: Ὑγιεινοτέρως ἔχει τὰ περὶ τὸν τόπον τοῦτον.]

[Ὑγίεις, εσσα, εν, Sanus, Bene valens. Pind. Ol. 5, 53: Ὑγίεντα ὄλβον· quod schol. exp. τὴν μεθ' ὑγείας εὐδαιμονίαν. Annotavit Chœrob. In Theodos. p. 204, 24.]

[Ὑγιηρὸς, ἡ, όν. Saluber, Ad bonam valetudinem faciens.] Apud Hippocr. [p. 289, 45; 303, 53, ex eoque ap. Erotian. p. 374] habetur etiam Ὑγιηρός: ut ὑγιηρὸς γόνος: forsan ut non solum σιωπηλὸς dicitur, sed etiam σιωπηρός. [Pind. Nem. 3, 29, ubi laus victoriæ dicitur ὑγιηρὸν ἄχος πλαγᾶν. De homine Herodot.

4, 187 : Οἱ Λίβυες ἀνθρώπων πάντων ὑγιηρότατοι· unde eidem 2, 77, ubi eadem fere verba leguntur, ὑγιηρότατοι restituendum pro vulgato ὑγιηρέστατοι, quod ex ὑγιέστατοι ad ὑγιηρότατοι adscripto ortum, in aliis codicibus in ὑγιέστεροι depravatum. Rectam scripturam in codice suo habuit Antiatt. in Bekk. Anecd. p. 115, 7, qui ὑγιηρότατος ex Herodoti libri secundo attulit. G. D. Apud Hippocr. De aere et locis § 58 recte Coraes ὑγιηρὴ restituit pro ὑγιηρής. Schneid. || Adv. Ὑγιηρῶς, Hippocr. p. 675.]

Ὑγιὴς, ὁ, ἡ, [Etymologiam ineptam ὁ ἐν ὑγρῷ ὢν καὶ ζῶν, οἷον ὑγρὶς exponunt Etym. M. p. 774, 25, Suid.] Sanus, Bene valens, Integræ et incolumis valetudinis, [Salvus, Incolumis]. Prov. [Ὑγιέστερος ὄμφακος ap. Phot. p. 614, 22. Et] Ὑγιέστερος Κρότωνος, ap. [emnd. et] Suidam [ex Zenob. 6, 27], quod dici scribit ἐπὶ τῶν πάνυ ὑγιαινόντων. [Adde schol. recens ad Aristoph. Eq. 1089, quod compositum est ex Suida s. v. Ἀρχίας et Eustathio ad Dionys. P. 369, ut monui s. v. Παμπλούσιος. G. D.] Quo modo Epicharm. ap. Athen. 2, [p. 59, C] : Ὑγιέστερον κολοκύντας πολύ. [Et sine Epicharmi nomine omissoque πολὺ ap. Zenob., Phot., Suid.] Item ap. Stob. e Xen. [Mem. 1, 3, 13] : Μόλις γὰρ ἂν ἐν τοσούτῳ χρόνῳ τὸ δῆγμα ὑγιὲς γένοιτο, Sanetur. Ubi alii legunt ὑγιὴς γένοιο, Saneris. [Herodot. 4, 76 : Ἦν σῶς καὶ ὑγ. ἀπονοστήσῃ, ut σῶν καὶ ὑγιὲς μένειν ap. Plat. Tim. p. 82, B. Idem Symp. p. 186, B : Τὸ ὑγιὲς τοῦ σώματος καὶ τὸ νοσοῦν· Leg. 3, p. 684, C : Εὐεκτικά τε καὶ ὑγιῆ σώματα ἀπεργάζεσθαι· Theæt. p. 179, D : Εἴτε ὑγιὲς εἴτε σαθρὸν φθέγγεται.] In accus. casu regulariter [et ap. Iones] ὑγιέα habet [ut Herodot. 3, 130 : Ὅτι μιν ὑγιέα ἐποίησε· et 134], pro quo Attici contractione facta dicunt ὑγιᾶ, ut εὐφυᾶ pro εὐφυέα. [Mœris p. 375 : Ὑγιᾶ Ἀττικοί· ὑγιῆ Ἕλληνες. Similiter Greg. Cor. p. 163, Thom. M. p. 864, aliique grammatici. Forma vulgaris Platoni (velut Gorg. p. 478, C) aliisque veterum Atticorum interdum illata ab librariis.] Aristot. Rhet. 1, [c. 1, 4] : Οὐδὲ γὰρ ἰατρικῆς τὸ ὑγιᾶ ποιῆσαι, ἀλλὰ μέχρις οὗ ἐνδέχεται, μέχρι τούτου προαγαγεῖν. Sic Thuc. 3, [34] : Πάλιν αὐτὸν καταστήσειν εἰς τὸ τεῖχος σῶν καὶ ὑγιᾶ. [Plato Charm. p. 156, B : Τὴν κεφαλὴν ὑγιᾶ ποιεῖν. Hesych. : Ὑγιᾶ, σῶον, νεαρόν. Κρῆτες. || Improprie Thucyd. 8, 107 : Τῶν νεῶν ὅσαι ἦσαν ὑγιεῖς. Plato Gorg. p. 493, D : Πίθοι ὑγιεῖς καὶ πλήρεις ὁ μὲν οἴνου, ὁ δὲ μέλιτος. « Lysias p. 104, 16 : Τὸν Ἑρμῆν ὑγιᾶ τε καὶ ὅλον εἶναι. Aristot. De mirab. ausc. p. 113, 3 : Τὸ ἔδαφος καὶ τοὺς τοίχους ὑγιεῖς. Sextus Emp. p. 481, 45, contraria junxit ὑγιὲς ἱμάτιον et διερρωγός. In Pind. Pyth. 5, 66, ὅλον δίφρον schol. exp. ἄθραυστον καὶ ὑγιᾶ. Add. Hesych. s. v. Αινοτόμος. » Hemst. ad Thom. M. p. 26. Dio Chrys. p. 438, D : Μηδὲν τῶν ἀγαλμάτων ὑγιές. Eurip. Or. 589 : Μένει δ' ἐν οἴκοις ὑγιὲς εὐναστήριον, Castum cubile, ut alibi ἀκήρατον λέχος. Valck. Phot. Lex. p. 232, 7 : Ὑγ. τὰς τρίχας τῶν λόφων.] Metaphorice quoque usurpatur pro Non vitiosus s. vitiatus, ut et ὁ οὐ νοσῶν, i. e. pro Incorrupto, Integro, Probo, Sincero. Quo fere modo et Cic. dixit, Rhodii oratores saniores et Atticorum similiores. [Simonid. ap. Plat. Prot. p. 346, C : Ὑγ. ἀνήρ. Eurip. Bacch. 948 : Τὰς πρὶν φρένας οὐκ εἶχες ὑγιεῖς. Plato Gorg. p. 526, D : Ὅπως ἀποφανοῦμαι ... ὡς ὑγιεστάτην τὴν ψυχήν.] Longin. [44, 9] : Οὐκ ἂν ἐπὶ τῶν δικαίων καὶ καλῶν ἐλεύθερος καὶ ὑγιὴς ἂν κριτὴς γένοιτο. Id. [33, 1] : Ὑγιὲς πάντη καὶ ἀδιάπτωτον. Plato Ep. 6 [p. 322, D] : Φίλοι βέβαιοί τε καὶ ἦθος ἔχοντες ὑγιές, Probis moribus præditi, Bonis moribus, etiam Sanis et incorruptis ac minime vitiosis moribus [Leg. 5, p. 735, C : Τὸ τῶν ὑγιῶν καὶ ἀκηράτων ἠθῶν τε καὶ σωμάτων γένος] : ut Idem ὑγιᾶ πόλιν dicit Rep. 2, [p. 372, E] opponens ei τὴν φλεγμαίνουσαν. [Menex. p. 245, C : Τὸ τῆς πόλεως βέβαιόν τε καὶ ὑγ. ἐστι· Leg. 1, p. 630, B : Πιστὸς καὶ ὑγιής· Soph. p. 232, A : Τὸ φάντασμα τοῦτο ὡς οὐκ ἔσθ' ὑγιές· Rep. 9, p. 584, E : Περὶ πολλῶν μὴ ὑγιεῖς δόξας ἔχουσι. Sopater com. ap. Athen. 4, p. 160, F : Τὴν πεῖραν ὑγιῆ λήψομαι τῶν δογμάτων.] Sæpe occurrit οὐδὲν ὑγιὲς, ubi ὑγιὲς itidem significat Vitio carens, Probum, Sincerum, Integrum; nonnunquam et Rectum. [Soph. Phil. 1006 : Ὦ μηδὲν ὑγ. μηδ' ἐλεύθερον φρονῶν. Eurip. Andr. 449 : Μηχανορράφοι κακῶν, ἕλικτὰ κοὐδὲν ὑγιές· 953 : Ὑγ. γὰρ οὐδὲν αἱ θύραθεν εἴσοδοι δρῶσιν γυναικῶν. Cum genit. Bacch. 262 : Οὐχ ὑγ. οὐδὲν ἔτι λέγω τῶν ὀργίων. Et Helen. 752 : Οὐδ' ἦν ἄρ' ὑγ. οὐδὲν ἐμπύρου φλογός.] Synes. : Μηδὲν ἀσκεῖν ὑγιὲς ἐν τῷ βίῳ, Simplex et candidum, Non fucatum, sed sincerum. (Quæ verba procul dubio mutuatus est ex Aristoph. Pl. [50] : Τὸ μηδὲν ἀσκεῖν ὑγιὲς ἐν τῷ νῦν χρόνῳ, ubi μηδὲν ὑγιὲς ἀσκεῖν Bud. interpr. Improbos mores colere.) Idem [p. 286, B] de foro loquens : Ἀνθρώπια παρεχομένη ἀναιδῆ καὶ παμπόνηρα, καὶ οὐδὲν ὑγιὲς, ἀλλὰ λοίδορα καὶ κακορράφειν εἰδότα. Et rursum [Aristoph. Pl. 362] : Ὡς οὐδὲν ἀτεχνῶς ὑγιές ἐστιν οὐδενὸς, Ἀλλ' εἰσὶ τοῦ κέρδους ἅπαντες κρείττονες [immo ἥττονες]. Sic Plato Phædro, Οὐδὲν οὐδενὸς ὑγιὲς ἡγεῖται εἶναι. Et rursum [Phædon. p. 90, C] : Ὅτι τῶν πραγμάτων οὐδὲν οὐδενὸς ὑγιὲς τὸ παράπαν, οὐδὲ βέβαιον, οὔτε τῶν λόγων· quibus verbis significat nulla cujusquam vel dicta vel facta carere vitio. Rursum Aristoph. Pl. [355] : Ἀνδρὸς οὐδὲν ὑγιὲς εἰργασμένου· ut et Dem. Pro cor. [p. 307, 23] : Ἀνθρώπιον οὐδὲν ἐξ ἀρχῆς ὑγιὲς πεποιηκός. Et Thuc. 3, [65] : Ὡς οὐδὲν αὐτῶν ὑγιὲς διανοουμένων τῇ τοῦ μὴ ξυμπλεῖν ἀπιστίᾳ, Nihil sanum et quod conveniret ac æquum esset : ut et 4, p. 129 [c. 22], οὐδὲν ὑγιὲς et οὐδὲν δίκαιον pro eod. posuit. [Dionys. A. R. 5, 42 : Ὕποπτα καὶ οὐδὲν ὑγ. ἀπεκρίναντο.] Apud Lucian. autem [Demonact. c. 17] : Ἐπεὶ οὐδὲν ὑγιὲς ἔλεγεν, reddideris potius, Quum non nisi futilia loqueretur. [Οὐδὲν ὑγιὲς βούλευμα Herodot. 6, 100. Ἐπὶ μηδενὶ ὑγιεῖ Lysias p. 114, 32. Τὸν ἐπὶ οὐδενὶ ὑγιεῖ γέλωτα Pausan. 10, 17, 13.] || Item ὑγιὴς accipitur pro Verus, teste Bud., qui itidem ap. Dem., Ταύτης τοίνυν ἐπιστολῆς οὐδέν ἐστι ὑγιὲς, interpr. Nihil verum et simplex, sed omnia subdola. Ac rursum, Οὐδ' ὁτιοῦν ὑγιὲς ἀπαγγέλλοντες, ap. Eund., Nihil quicquam veri renuntiantes atque sinceri. [Et p. 1333, 22 : Δεινὸς ψεύσασθαι καὶ μηδὲν ὑγ. εἰπεῖν. Eurip. Cycl. 258 : Οὗτος ὑγ. οὐδὲν ὧν φησιν λέγει.] Apud Hom. autem ὑγιὴς λόγος Eustathio [p. 727, 39] est ὁ ἀπαραποίητος καὶ ἀκολόβωτος, Il. Θ, [524] : Μῦθος δ' ὃς μὲν νῦν ὑγιὴς εἰρημένος ἔστω. In quo etiam obiter nota hyperbaton esse; sic enim accipienda ea verba, Μῦθος δ' ὃς μὲν νῦν εἰρημένος, ὑγιὴς ἔστω. [Herodot. 1, 8 : Λέγεις λόγον οὐχ ὑγιέα. Aristid. vol. 2, p. 95 extr. : Οὔτε ταῦτα ἔχει λόγον ὑγιᾶ. Polyb. 10, 2, 4 : Οὐχ ὑγιές ἐστι τὸ λεγόμενον. Dionys. A. R. 6, 16 : Οὐδὲ τὸ προσποίημα τῆς ἀφίξεως ὑγ. ἐστιν, ἀλλὰ μεστὸν δόλου καὶ ἀπάτης· 6, 59 : Οὐδὲν ἀληθὲς οὐδ' ὑγ. Id. De Thuc. jud. c. 29, p. 886, 6 : Ὑγιέστερον ἦν εἰπεῖν ...] || Facit et irregularem compar., nimirum Ὑγιώτερος, pro ὑγιέστερος : ut ap. Etym. [M. p. 774, 42, ex Philoxeno] et in Lex. meo vet. ex Sophrone, Ὑγιώτερον κολοκύντας. [Addit Etym. : Ῥητέον ὅτι ἑκοντὶ ἥμαρτε τὸ ἄκακον τῆς γυναικείας ἑρμηνείας μιμούμενος, ὃν τρόπον κἀκεῖ ἐσολοίκισε κτλ.] Apud Athen. vero [2, p. 59, C] ex Epicharmo, ὑγιέστερον κολοκύντας πολὺ, ut supra etiam dictum est.

[Ὑγῖνος, ὁ, Hyginus, n. pr. frequens ap. Latinos. Inscr. ap. Bœckh. vol. 1, p. 393. Hyginus, Augusti libertus, fabularum librique astronomici scriptor. De mensura nominis Ὑγῖνος, non Ὑγινὸς scribendi, v. Lobeck. Pathol. p. 190. V. Ὑγεῖνος.]

[Ὑγιοζυγία, ἡ, Sana conjunctio. Schol. Æsch. Pers. 540.]

[Ὑγιοποιέω, Sanum reddo, Sanitati restituo. Diodor. fr. vol. 2, p. 521 (ap. Phot. Bibl. p. 378, 29). Schneid. Pseudo-Chrys. t. 9, p. 951, A : Ὑγιάσας καὶ ὑγιοποιήσας. Hase.]

[Ὑγιόπους, ὁ, ἡ, Sanos pedes habens. Hesych. s. v. Ἀρτίπους.]

[Ὕγιος, Integer, Gl. Vitiose pro ὑγιής.]

[Ὑγιότης, ητος, ἡ, Sanitas. Sext. Emp. p. 480 : Πρὸ παντὸς δεῖ ἐπικριθῆναι τὴν περὶ τῆς ὑγ. αὐτοῦ τῶν διαλεκτικῶν διάστασιν.]

Ὑγιόω, Sano, Sanitati restituo [Hippocr. De vet. med. p. 15], vel etiam Sanor, Convalesco, ut patet ex Hesych., ὑγιοῦν exponente θεραπεύεσθαι : pro quo puto scrib. θεραπεύειν. [Symeon Metaphr. V. Lucæ p. 54, Boiss. Eustath. Opusc. p. 153, 30 : Θεοῦ ... τοῦ ἡμᾶς ὑγιοῦντος καὶ ἁγιάζοντος· 199, 90 : Πολλὰ τῶν ἐθνῶν πλεονεξίαν νενοσηκότα ὑγιοῦντο σωφρονιζόμενα. Ab hac forma derivatum est subst. Ὑγείωσις, ἡ, quo utitur Nicetas Paphl. in Combefis. Auct. Patrum noviss. vol. 1, p. 388, D, quod Ὑγίωσις scribendum

ὑγρᾶς τὸν ἀγρευτῆρα λίνον ἀνέσπασε. Lobeck. Paralip. p. 350. Adde Joann. Cinn. Hist. p. 98, B; 135, C.] ‖ Dictum est supra ὑγρὸς interdum reddi potius Liquidus quam Humidus: quomodo accipitur ap. Diosc. ὑγρὰ πίσσα, Pix liquida: quæ et ὑγρόπισσον voce composita nominatur: et ὑγρὰ ῥητίνη, Resina liquida: quæ omisso substantivo simpliciter dici Ὑγρὰ solet a medicis. Sic enim Gorr., Ὑγρὰ, inquit, s. ὑγρὰ ἡ ἐκ τῶν κεραμίων dicta est veteribus Resina pinea quæ liquida esset. Ejus enim duas differentias, unam frixæ tostæque, alteram liquidæ s. humidæ, φρυκτῆς et ὑγρᾶς nominibus, citra ῥητίνης adjectionem designabant κατ' ἐξοχήν, quod pinea resina, ut ait Diosc., omnium præstantissima haberetur, vel quod esset omnium maxime parabilis, ut ait Galen. Ceterum humida in Græciam apportabatur fictilibus et doliis, unde ἡ τῶν κεραμίων ὑγρὰ dicta est, ex Colophone et Gallia et Tyrrhenia. Galen. 6 Meth. med.: Καὶ μέντοι καὶ μὴ παρούσης τερμινθίνης, ἥ τ' ἐκ τῶν κεραμίων ὑγρὰ καὶ ἡ φρυκτὴ καλῶς ἂν μιχθεῖεν. Id. lib. 4 De sanit. tuenda: Ἀπορῶν δὲ τούτων, ἤτοι τὴν ἐκ τῶν κεραμίων μιγνύναι πιτυΐνην, ἢ καὶ τὴν φρυκτὴν ὀνομαζομένην. Itidem pro Liquidus accipitur ὑγρὸς, quum Plato Leg. [5, p. 746, D] dicit ὑγρὰ μέτρα, Mensuræ rerum liquidarum, ut vini, olei: quibus opp. τὰ ξηρὰ μέτρα, Mensuræ rerum aridarum, ut frumenti, tritici.

‖ Metaphorice quoque accipitur ὑγρὸς interdum pro Tener, Mollis, in qua signif. tam de re animata quam inanimata dicitur. [« Ὑγρὸν dicitur quidquid molliter leniterque movetur, *undulatum*, *quod motum quasi undis fluit*. Sic ap. Pind. Pyth. 1, 17, accipe ubi ὑγρὸν νῶτον αἰωρεῖν aquila dicitur, ut intelligas obversari poetæ motum avium dormientium, quæ, ut aquila sceptro, alicui ligno insidentes, dum dorsum librant, ejus plumas molliter movent. Hinc εὐδιάχυτον pulcre schol. exponit. Deinde transfertur ad flexile quidvis vel leniter inflexum et incurvum, sive motum sive quietum. Huc refer ὑγρὰν ῥάχιν, equi spinam dorsualem, ap. Tryphiod. 80. (Philostr. Imag. p. 883: Σκολιοῦ καὶ ὑγροῦ τοῦ αὐχένος τοῦ κήτους.) Κέρας ὑγρὸν ap. Theocr. 25, 206; ὑγρὸν ἄκανθον ib. 1, 55 (εὐκαμπὴς ἢ νεόφυτος schol.), qui Virgilio Ecl. 3, 45, *mollis acanthus* est, et vocem ὑγροτράχηλος. Postremo ὑγρὸν dicitur *molle* quidquid *et languens*, partim adjuncta motus vel flexus notione, partim absque motu, ut ὑγρὰ ὄμματα sunt Natantia et languentia libidine et desiderio, unde ὑγρόφθαλμος, ὑγρὸν δρᾶν, ὑγρὸν βλέμμα, ὑγρὸς πόθος et similia, et de languore ὑγρὰ χεὶρ, ὑγρὸς ἀγκών.» Boeckh. Explic. Pindar. p. 227 seq.] Plut. Erot. [p. 751, A]: Τὸν ὑγρὸν τοῦτον καὶ οἰκουρὸν, ἐν κόλποις διατρίβοντα καὶ κλινιδίοις γυναικῶν, Mollem hunc. Aristoph. Vesp. [1208]: Τὰ γόνατ' ἔκτεινε, καὶ γυμναστικῶς Ὑγρὸν χύτλασον σεαυτὸν ἐν τοῖς στρώμασιν, Colloca te mollem in stragulis. Sic ὑγραὶ ἀγκάλαι dicuntur Molles et teneri lacerti. Eur. Theseo: Καὶ γῆν πέριξ ἔχονθ' ὑγραῖς ἐν ἀγκάλαις, Qui terram tenero circumjectu amplectitur, Cic. p. 110 mei Lex. Cic. Nisi forte hanc interpret. ex alio sumpsit. Sed et ap. Hom. [Od. E, 478, T, 440], Ὑγρὸν ἀέντων, exp. μαλακῶς πνεόντων, Molliter spirantium, de ventis. [Hesiod. Op. 623, Theog. 869.] Pro Mollis, Tener, accipitur et in paulo alia signif., ut quum Plut. De educ. lib. [p. 3, E] dicit, Εὔπλαστον γὰρ καὶ ὑγρὸν ἡ νεότης. Significat enim puerilem ætatem esse mollem adhuc in modum ceræ vel argillæ, et fingi formarique posse, prout vult ille qui mores eorum informare conatur. [Plato Symp. p. 196, A: Ὑγρὸς (ὁ Ἔρως) τὸ εἶδος· Theæt. p. 162, B: Τῷ νεωτέρῳ τε καὶ ὑγροτέρῳ ὄντι προσπαλαίειν. Rufin. Anth. Pal. 5, 60: Ὕδατος ὑγροτέρῳ χρωτὶ σαλευόμεναι. Ὑγροὶ καὶ ἁπτῆνες νεοσσοὶ Ælian. V. H. 9, 2. Ὑγρὸν βρέφος ἡμιτέλεστον ἀμαιεύτοιο τεκούσης de Baccho Semelæ filio Nonn. Dion. 1, 4.] Ad quam signif. hujus vocab. proxime accedit ea, qua ponitur pro Flexibilis et Agilis. Xen. De re eq. [1, 6]: Τὰ σκέλη ὑγρὰ μετεωρίζει, de equo loquens. [Pollux 1, 89. Ὑγρὸς ὀρχηστὴς 4, 96, quod annotavit Antiatt. in Bekk. Anecd. p. 115, 13: Ὑγρόν· τὸ ἁπαλὸν, ὡς τοὺς ὀρχηστὰς ὑγροὺς λέγομεν.] Itidem pro Flexibilis accipi potest quum Longin. [c. 34, 3] dicit Demosthenem esse ἀδιάχυτον, ἥκιστα ὑγρόν. Sic certe τὸ ὑγρὸν in moribus dicitur Flexibilitas, i. e. Ingenium flexibile modo in hanc, modo in illam partem, ut se cuivis accommodet. Plut. Pericle [c. 5]: Ἐπαινεῖ δὲ τὸ Κίμωνος ἐμμελὲς καὶ ὑγρὸν καὶ μεμουσωμένον ἐν ταῖς περιφοραῖς. [Aristot. De partt. anim. 2, 9: Ὑγροτέραν κίνησιν.] Exp. vero etiam Laxus, Remissus, ut Bud. quoque annotat Xen. ὑγρὸν et χαλαρὸν pro eod. ponere, i. e. pro Lento, laxo, et non contento. [Pollux 1, 215: Εἰ ἐγκαθίζεις ἵππῳ, μὴ τοὺς μηροὺς πιέζειν, ἀλλ' αἰωρεῖν ὑγροὺς τοὺς πόδας, Laxos pedes. De languente Soph. Antig. 1236: Ἐς δ' ὑγρὸν ἀγκῶνα ... παρθένῳ προσπτύσσεται. Similiter Eurip. Phœn. 1448, de Eteocle morituro: Ἥκουσε μητρὸς κἀπιθεὶς ὑγρὰν χέρα, quocum comparatum est quod Tibullus dixit 1, 1, 60: « Te teneam moriens deficiente manu. »] Itidemque ὑγρὸν βίον accipiunt pro Fluxo ac remisso vitæ genere. Meminit vero hujus ὑγροῦ βίου Athen. 6, [p. 258, B] de adulatoribus s. assentatoribus loquens, ubi ὑγρὸν βίον videri posset nominare τὸν τῶν κολάκων, qui sese in omnem partem flectere possunt: sc. a flexibilitate; sicut et Plut. De discern. amico et adul. [p. 51, C] dicit adulatorem esse ὑγρὸν καὶ πιθανὸν μεταβάλλεσθαι ἐπὶ τὰς ἐξομοιώσεις, ut videbis p. 88 meæ ed.: sed itidem de aliis quibuslibet ὑγρὸς βίος dictum, Voluptariam vitam significat. [Ὑγρὸν δέος Archilocho ap. Stob. Flor. 110, 10, restituit Valck. ad Eurip. Phœn. 1448: Ὑγρὸν (libri λυγρὸν vitiato metro) δ' ἦλθ' ἐπ' ἀνθρώπους δέος.] Hesychio vero et Suidæ ὑγρὸς est εὐκαταφερὴς s. εὐκατάφορος εἰς τὰς ἡδονάς. Affertur autem et ὑγρὸς πρὸς τὴν δίαιταν, ex Plut. Solone [c. 3. Id. Mor. p. 1101, A: Ὑγροί τινες εἶναι καὶ φιλικοὶ δοκοῦσι. Ὑγρὸς κίναιδος Pollux 6, 126.] Exp. et Fluxus, item Lubricus, ut a Plut. copulatur ὑγρὸς et περιολισθαίνων, De fort. Rom. [p. 321, E], ubi de trireme recens compacta loquens ait, Ἐὰν δὲ ὑγροῖς ἔτι καὶ περιολισθαίνουσι τοῖς ἁρμοῖς κατασπασθῇ, πάντα χαλάσει διατιναχθέντα, καὶ δέξεται τὴν θάλασσαν. Ubi etiam nota τῆς ὑγρότητος consequens esse τὸ χαλάσαι. Idem Symp. 7 [p. 713, A] dicit, Τὴν διάνοιαν ὑγρὰν ὑπὸ τῆς μέθης καὶ ἀκροσφαλῆ γεγενημένην. [‖ Pronus. Anon. ap. Suid. s. v. Αὐτοπολίτης: Πρὸς τὰς δωρεὰς ὑγρὸς καὶ καταφερής. Valck. Appian. Civ. 5, 8: Λεγόμενος ὑγρότατος ἐς ταῦτα ἀεὶ φῦναι. ‖ Mollis, Mobilis. De oculis natantibus desiderio vel libidine Lucian. Imag. c. 6, de statua Veneris: Τῶν ὀφθαλμῶν τὸ ὑγρὸν ἅμα τῷ φαιδρῷ. Dio Chrys. Or. 4, p. 77, D: Ὑγροῖς τοῖς ὄμμασι μάχλον ὑποβλέπων. Anacreont. 28, 21: Βλέμμα ὑγρὸν ὡς Κυθήρης. Hinc ὑγρὰ δρᾶν s. δέρκεσθαι, ut ap. Leonid. Tar. Anth. Plan. 306: Λίχνοισιν ἐπ' ὄμμασιν ὑγρὰ δεδορκώς· et similiter Antip. Sid. Anth. Pal. 7, 27. Et πόθος ὑγρὸς Hymn. Hom. in Panem (18) v. 33.] Rursum pro Mollis et Flexilis accipitur ap. Xen., in signif. paulum diversa a superiore, ut quum De re eq. p. 554 [c. 10, 10] scribit τὸν χαλινὸν vocari ὑγρὸν, quando οἱ ἄξονες εὐρείας καὶ λείας ἔχουσι τὰς συμβολὰς, ὥσπερ ῥᾳδίας κάμπτεσθαι: contra vero, ἢν χαλεπῶς ἕκαστα τοῦ χαλινοῦ διατρέχῃ καὶ συνθῇ, hoc dici σκληρὸν εἶναι. Quæ verba Cam. sic interpr.: Molle frænum est, quum axes commissuras habent læves atque latas. In quo vero omnes particulæ fræni graviter discurrunt atque colliduntur, illud frænum rigidum erit. Ubi nota iterum sibi opponi ὑγρὸν et σκληρὸν, Molle et Durum s. Rigidum: ut ap. Eund. in eod. l. [immo De venat. 4, 1]: Μήτε ὑγρὰς λίαν μήτε σκληρὰς λαγόνας, Nec molles nimium nec duras. [Hinc Pollux 5, 69. Ὑγρ. μηρίδια ib. 63. Ælian. V. H. 14, 7: Εἴ τι τῶν μελῶν ὑγρότερον. Appian. Civ. 1, 106: Ὑγρότατα καὶ πένθιμα μελῳδούντων. ‖ « Ὑγρὸν σῶμά Corpus molle, molliter positum, aut molliter affectum et flexibile, ut extenso opponatur, significat ap. Hippocr. in Prognost. p. 37, 37: Τὸ ξύμπαν σῶμα ὑγρὸν κείμενον. Corpus enim integrum molliter inflexum esse debet, ac intra figuras extremas consistere, ut neque nimis tensum, aut immodice inflexum sit, ut illic exponit Galen., ubi etiam scribit, Τὸ ὑγρὸν κεῖσθαι τὸ σῶμα πρὸς ἀντίθεσιν αὐτῷ λέγεται τοῦ τεταμένου. Sic figuram corporis mediam, quæ sine tensione est, mollem aut humidam vocat Hipp., ut ibidem scribit Galen.: Τὸ δ' ἐν τῷ μέσῳ τῶν ὑπερβολικῶν ἄνευ τάσεώς ἐστι, διὸ καὶ προσηγόρευσεν αὐτὸ ὑγρὸν, τῶν ὑγρῶν σωμάτων οὐ πεφυκότων τείνεσθαι. » Foes. ‖ Liquidus. De vocalibus ancipitibus Sext. Emp.

p. 238 : Τρία κοινὰ μήκους τε καὶ βραχύτητος, α ι υ, ἅπερ δίχρονα καὶ ὑγρὰ καὶ ἀμφίβολα καὶ μεταβολικὰ καλοῦσιν.] || At ὑγρὰ ὄρχησις dictum est quoddam ὄρχημα Περσικὸν καὶ σύντονον, quod et ὄκλασμα, Pollux 4, c. 14 [§ 100], forsan a molli aut agili crurum motu. [|| Ὑγρὰ λέξις Dionysio De vi dic. Dem. 20, p. 1013, est Dictio fluida, quæ molliter aures tangit : itaque addit, Ὁμαλὴ, καὶ ὥσπερ ἔλαιον ἀψοφητὶ διὰ τῆς ἀκοῆς ῥέουσα, Instar olei sine strepitu et remora in aures influens. Opposita est γενναία, τραχεῖα, πικρή. Longino 34, 3, Demosthenes dicitur ὑγρὸς, h. e. Moro interprete, Mollis, Tractabilis, vel ut Cic. dixit De orac. 2, 15 : Cujus oratio fusa et tracta est, et cum lenitate æquabili profluit. Plut. Pericle c. 5, τὸ ἐμμελὲς καὶ ὑγρὸν καὶ μεμουσωμένον ἐν ταῖς περιφοραῖς jungit. Ernest. Lex. rhet. Apud Longin. ib. § 2 : Ἐν ὑγρῷ πνεύματι διεξοδεῦσαι.]

[Ὑγροσαίτης, ὁ, Mensura liquidorum continens sextarios quinquaginta. Ex Euchologio p. 833 citat Ducang. Conf. Σαίτης.]

Ὑγρόσαρκος, ὁ, ἡ, Cui humida est caro. [Aristot. H. A. 8, 21.] Et compar. ὑγροσαρκότερος, Cui caro est humidior. [Arist. ib. 4, 11.]

[Ὑγροσκελὴς, ὁ, ἡ, Tenera crura habens. Liban. Epist. 585, b, p. 283 : Ἵππον ὑγρ. Anna Comn. p. 119, A. Theodor. Prodr. in Notitt. Mss. vol. 8, p. 184.]

[Ὑγρόστομος, ὁ, ἡ. Theodor. Prodr. p. 237 : Ξίφος ὑγρ., Acutum. Kall.]

Ὑγρότης, ητος, ἡ, Humiditas, Humor. [Eurip. Phœn. 1262. Plato Phileb. p. 32, A : Ἡ τῆς ὑγρ. πῆξις. Dor. ὑγρότας et ὑγρότατα Tim. Locr. p. 100, D; 102, C. Ὑγρ. χολώδης, ἰχωροειδὴς, ὑδατώδης, αἱματώδης Aristot. H. A. 2, 16; 6, 3; 7, 7.] Lucian. De saltat. [c. 19] : Ὕδατος ὑγρότητα μιμεῖσθαι, ut et Plut. 2 De fort. Alex. [p. 335, B] : Τῶν ὀμμάτων τὴν διάχυσιν καὶ ὑγρότητα μιμεῖσθαι θέλοντες. [At hic Agilitatem significat, ut in exx. infra ex Plut. afferendis. « Plur. ὑγρότητες, αἱ, Fluida. Athen. p. 62 (?). » Schweigh. Aristot. De gen. anim. 3, 10; Meteor. 1, 14 : Ἀενάους ποιεῖν τὰς ὑγρ. τῶν τόπων μᾶλλον.] Item Flexibilitas, [Agilitas, Volubilitas,] ut ap. eund. Lucian. [De salt. c. 73] : Ἰσχύν τε ἅμα καὶ ὑγρότητα τῶν μελῶν ἐπιτηδεύειν. [Plut. V. Pomp. c. 2 : Τῶν περὶ τὰ ὄμματα ῥυθμῶν ὑγρ. V. Alex. c. 4 : Τὴν ὑγρότητα τῶν ὀμμάτων διατετήρηκεν ἀκριβῶς ὁ τεχνίτης (Lysippus in statua Alexandri)· Moral. p. 67, E : Ὑγρότητα καὶ περιεργίαν τῆς χειρός.] Affertur et τοῦ ἤθους ὑγρότης pro Morum facilitas. [Crobylus ap. Athen. 6, p. 258, C : Τὴν ἀσωτίαν ὑγρότητα νῦν προσαγορεύουσί τινες. Lycurg. C. Leocr. p. 152, 12 : Τὴν ὑγρότητα αὐτῶν τοῦ ἤθους τοῖς δακτύλοις εἰς ἔλεον προαγαγέσθαι. Plut. V. Cimon. c. 3 : Περὶ τὰς ὑποδοχὰς ὑγρότης καὶ δαψίλεια.]

[Ὑγροτόκος, ὁ, ἡ, Humorem s. Aquam generans. Nonn. Dion. 22, 102 : Ῥεέθρων ὑγροτόκους ὠδῖνας· 32, 295 : Ὑγρ. ὑπὸ πίδακας.]

Ὑγροτράχηλος, ὁ, ἡ, Mollem et flexilem cervicem habens : ut Aristot. ὑγροτράχηλα ζῶα vocat Quæ colla s. cervices suas facile queunt λυγίζειν, et versare huc illuc, velut aves et cameli.

Ὑγροτροφικὸς, ὴ, ὸν, Qui in humido ali solet et nutriri : ut Ξηροτροφικὸς dicitur ὁ ἐν ξηρῷ τρεφόμενος : veluti ξηροτροφικὰ καὶ ὑγροτροφικὰ ζῶα ap. Athen. 3, [p. 99, B] ex Plat. Politico [p. 264, D], ubi et ξηροβατικὰ et ὑγροβατικὰ ζῶα memorantur, quæ sc. sicca et humida permeant : quorum illa sunt τὰ ὑγρόβια, Quæ in aquis degunt; hæc τὰ χερσαῖα, Terrestria.

Ὑγρουσία, ἡ, pro Humecta substantia, sine auctoris nomine affertur : videndumque ne pro eo scrib. sit ὑγρασία. [Legitur ap. Chalcid. In Plat. Timæum fol. xxxvj verso ed. Ascens. Osann.] Non minus mendosa est vox Ὑγροσία, quæ non solum exp. Humiditas, sed etiam Flexibilitas.

[Ὑγροφανὴς, ὁ, ἡ, Humidam speciem habens. Galen. vol. 8, p. 662, 12; 674, 17. Hase.]

Ὑγρόφθαλμος, ὁ, ἡ, Qui humidis est oculis, Cui oculi fluunt : cui opp. ξηρόφθαλμος. Ac sicut a ξηρόφθαλμος fit ξηροφθαλμία, ita ab hoc formari potest Ὑγροφθαλμία, Lippitudo. [Aristot. De partt. anim. 2, 2 : Τὰ μέν ἐστι σκληρόφθαλμα, τὰ δ' ὑγρόφθαλμα. Ib. 13 : Οἱ ἰχθύες ὑγρ.]

Ὑγρόφθογγος, ὁ, ἡ, In quo τὰ ὑγρὰ φθέγγονται. In Epigr. [Marci Argent. Anth. Pal. 6, 248] poculum ὑγρόφθογγον dici ajunt, In quo liquores resonabant. Camerar.

[Ὑγρόφλοιος, ὁ, ἡ, Mollem corticem habens. Geopon. 9, 6, 2.]

Ὑγροφοῖνιξ, ἡ, ap. Ælian. esse dicitur nomen Avis, forsan quod τὰ ὑγρὰ sectaretur. [Ap. Ælian. N. A. 12, 24, legitur ὑγρὸς φοῖνιξ.]

[Ὑγρόφοιτος, ὁ, ἡ, i. q. ὑγροπόρος. Lycophr. 88 : Ὑγρ. τόργος, Cantero Undivagus.]

[Ὑγροφόρητος, ὁ, ἡ, Per aquam vectus. Nonn. Dion. 15, 372; 43, 356, Βασσαρίς.]

[Ὑγροφόρος, ὁ, ἡ, i. q. ὑδροφόρος. Maximus Π. καταρχ. 283 : Ὑγροφόροιο κατ' αἰγοκερῆος. « Theolog. arithm. p. 48, 13 : Ἡ τοῦ ὑγροφόρου ὑμένος σύστασις. » Hase.]

[Ὑγροφυὴς, ὁ, ἡ, Flexibilis, Agilis. Schol. Theocr. 1, 47 : Παρθένος ὑγρ. καὶ τρυφερά. Boiss. || Adv. Ὑγροφυῶς, Aristæn. Ep. 1, 1, p. 6 : Τὰ ὀστᾶ ὑγρ. λυγίζεσθαι.]

[Ὑγρόχερσος, ὁ, ἡ, In mari et terra degens. Pisid. Opif. p. 411. Angl. Const. Manass. Chron. 3933, 5659.]

[Ὑγροχεύμων, ὁ, ἡ, Aquam profundens. Const. Manass. Chron. 150 : Ὑγρ. ῥοάς. Boiss.]

[Ὑγροχίτων, ὁ, ἡ, Humidam tunicam habens. Nonn. Dion. 23, 112, βυθόν· 312, Βοώτην.]

[Ὑγρόχροος, ὁ, ἡ, Qui humido corpore est. Jo. Gazæus Ecphr. 278, ap. Rutgers. VV. LL. 2, 7. Osann.]

[Ὑγρόχυτος, ὁ, ἡ, Aqua perfusus. Nonn. Dion. 8, 277, ὄμβρος· Jo. c. 2, 46.]

[Ὑγρύνω, i. q. ὑγραίνω. Casii Probl. 5. Voc. suspectum. Schneider.]

[Ὑγρῶπις, ἡ, Teneram faciem habens. Tzetz. Anteh. 118.]

Ὑγρῶς, Humide, Liquide, Fluide. Significat etiam Molliter. Athen. 11, [p. 479, E] : Ὑγρ. ἀφεῖναι τὴν λάταγα. Item, Flexibiliter, Agiliter. [Alcidamas p. 84 ed. Reisk. : Ὑγρ. (i. e. promte, expedite) καὶ φιλανθρώπως μεταχειρίζεσθαι τοὺς λόγους.] Unde Ὑγροτέρως, compar. gradu, Mollius, Flexibilius. Xenoph. De re eq. [1, 6] : Πάντες γὰρ προϊόντος τοῦ χρόνου ὑγροτέρως κάμπτουσιν ἐν τοῖς γόνασι. Ibid. dixerat, Τά γε μὴν γόνατα ἢν βαδίζων ὁ πῶλος ὑγρῶς κάμπτῃ, εἰκάζοις ἂν καὶ ἱππεύοντα ὑγρὰ ἕξειν τὰ σκέλη. [Philostr. Epist. 24, p. 10, 19 Boisson. : Τὸ βλέπειν ὑγρῶς. Hase.]

[Ὑγρώσσω, Madeo. Æsch. Ag. 1329 : Βολαῖς ὑγρώσσων σπόγγος ὤλεσεν γραφήν.]

[Ὑγυλὸς lectio vitiosa. V. Ὑγιόω.]

[Ὑδαῖος. V. Ὕδη.]

Ὑδαλέος, α, ον, i. q. ὑδατώδης, Aquosus, Aqueus. [Hippocr. p. 84, A : Ἀχρόους καὶ ὑδαλέους.] Galen. : Καὶ ἡ χροιὰ ἐς τὸ λευκότερόν τε καὶ ὑδαλεώτερον ἐκτέτραπται τοῦ κατὰ φύσιν. [Paul. Ægin. p. 45, 16.] || At Ὑδαλὶς ap. Hesych. legitur exponiturque ὑδροπιῶν. [Corrigitur Ὑδαλὴς, ὑδρωπιῶν. Suspectum tamen est ὑδαλής.]

[Ὑδαλεώδης, ὁ, ἡ, i. q. ὑδαλέος. Joann. Actuar. in Ideleri Phys. Gr. vol. 2, p. 376, 6. G. Dind.]

[Ὑδάλη, ἡ, Hydale, n. pr. Suidas : Σίβυλλα ... κατά τινας Ἀριστοκράτους καὶ Ὑδάλης. Sic codd. : ed. Mediol. Ὑδώλης.]

[Ὑδὰν (?), ἀγορασθεῖσαν (ὑγρανθεῖσαν Salmas.), Hesych. et Cyrillus.]

[Ὕδαρα, τὰ, Hydara, castellum Armeniæ. Strabo 12, p. 555.]

[Ὑδᾰρεύω, Aquosum reddo, Diluo. Metaph. Epiphan. vol. 1, p. 509, D : Μή τινες ὑδαρευόμενοι νομίσωσιν ... Interpres, Diluti nimium et insipidi. Id. p. 511, D : Τοὺς ὑδαρευομένους ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ. Interpres, Qui in ecclesia molliores quodammodo sunt.]

Ὑδᾰρὴς, ὁ, ἡ, Aquosus, Aqueus, ut ὑδατώδης et ὑδαλέος. Sic ὑδαρὲς ὀξύκρατον ap. Galen. Ad Glauc., Posca aquosa, quæ sc. a mediocritate sui generis deficiens, ad aquam proxime accedit, ut ex Gorr. in Ὑδατώδης docebo. Sic ap. Eund. 1 Ad Glauc. ὑδαρὴς οἶνος, Vinum aquosum s. aqueum, imbecillimum sc. et minimam sustinens aquæ mistionem, Hippocrati ὀλιγοφόρον. Alii tamen interpr. non solum Aquam sapiens, sed etiam Dilutius, Immodice dilutum : sicut vulgo de vino nimium diluto dicimus, *Ce n'est*

qu'eau; quod alioqui et de vino imbecillimo s. tenuissimo interdum dicitur. [Ἰχῶρες ὑδ. Aristot. H. A. 8, 9.] Opponitur certe ὑδαρὲς τῷ ἀκράτῳ, ut Xen. [Rep. Lac. 1, 3] : Οἴνου γε μὴν ἢ πάμπαν ἀπέχουσαι, ἢ ὑδαρεῖ χρώμεναι. Et ap. Athen. 10, [p. 431, B] ubi de οἴνου κράσει disputatur, Alexis dicit, Μὴ παντελῶς αὐτῷ δίδου Ὑδαρῆ, sed ἴσον ἴσῳ, paribus portionibus aquæ vinique mixtum dari jubens, non nimis dilutum et aquosum. Ibid. Lysander Lacedæmonius : Τὸν οἶνον ὑδαρῆ πωλούντων τῶν καπήλων ἐν τῷ στρατοπέδῳ κεκραμένον, ἐκέλευσεν αὐτὸν πωλεῖν, ἵνα τὸν ἀκρατέστερον ὠνοῖντο. Ubi quum addat κεκραμένον, videtur οἶνον ὑδαρῆ dicere eum qui natura sua talis est, tenuis sc. et ὀλιγοφόρος. Antiphanes ap. Eund. [p. 441, C] : Ὡς γέ μοι κεράννυται Οὔθ' ὑδαρὲς, οὔτ' ἄκρατον. [Κυλίκιον ὑδ. Lycophron ib. p. 420, C.] Idem Athen. rursum 4, [p. 143, C] de Cretensium conviviis, Εἶτα ποτήριον ἐν ἑκάστῃ τραπέζῃ παρατίθεται κεκραμένον ὑδαροῦς. [Figurate Clem. Alex. p. 184 : Εἰ γὰρ καὶ τὸ ὕδωρ οἶνον ἐν τοῖς γάμοις πεποίηκεν, οὐκ ἐπέτρεψε μεθύειν, τὸ δὲ ὑδ. τοῦ φρονήματος ἐζωοποίησε τοῦ νόμου τὸν ἐργάτην ἐξ Ἀδάμ etc.] Nec non ὑδαρεῖς ἰχῶρες ex Aristot. H. A. 7, affertur pro Diluta sanies. [Ibid. cap. ult., οἶνος ὁ μὴ ὑδαρής. Ὑδ. ὄμμα προβάτων id. De gen. anim. 5, 1, ubi de colore dictum. Ὑδ. κολλούριον Alex. Trall. 2, p. 47.] ‖ Translate vero ὑδαρὴς φιλία Eidem dicitur Fluxa amicitia, Bud., s. Non sincera, nec firma, et quasi diluta, ut alii. Aristot. Politic. 2, [4] : Ἐν δὲ τῇ πόλει τὴν φιλίαν ἀναγκαῖον ὑδαρῆ γίνεσθαι, διὰ τὴν κοινωνίαν τὴν τοιαύτην. [Similiter Æsch. Ag. 798 : Τὰ δοκοῦντ' εὔφρονος ἐκ διανοίας ὑδαρεῖ σαίνειν φιλότητι. De oratione Aristot.] De poetica [c. 27, 13] ὑδαρῆ μῦθον dicit. [Ὑδαρὴς χαρακτὴρ, Ratio dicendi *diluta*, *infirma*, Dionys. Jud. Din. c. 11, p. 659, 12, jungitur τῷ ἀσθενεῖ et ψυχρῷ, et mox τῷ κεχυμένῳ, qui et ipse dilutus et invalidus est. Sic Aristot. Poet. c. 26, ὑδαρῆ μῦθον vocat Fabulam nimis latam et productam, τῷ τοῦ μέτρου μήκει. Huic omni generi oppositum est, quod Cicero in Bruto c. 84, *solidum* et *exsiccatum* orationis genus dixit, metaphora ducta, ut Ernestius docuit, a cibo solido et sicco, qui opponitur molli et jurulento, estque saluber inprimis. Hinc et Quintil. 2, 4, 5, *sicca* et *severa* conjungit, h. e. solidiora. Ernest. Lex. rhet. Greg. Naz. vol. 1, p. 687, B : Ὡς ἂν μηδὲν ἀθεώρητον μηδ' ὑδ. ὁ λόγος ἡμῖν ἔχῃ. De mensura vocabuli mira est Mœridis observatio p. 379 : Ὑδαρὲς, βραχὺ τὸ α Ἀττικοὶ, μακρῶς Ἕλληνες. Producti α nullum usquam exemplum exstat.]

[Ὑδαριάω. V. Ὑδεριάω.]

[Ὑδάρναι, οἱ, Hydarnæ. Steph. Byz. : Ὑδ., ἔθνος Ἰνδικὸν ἀντιταξάμενον Διονύσῳ, ὡς Διονύσιος Βασσαρικῶν τρίτῳ.]

[Ὑδάρνης, δ, Hydarnes, n. pr. Persarum trium ap. Herodot. 3, 70; 6, 133; 7, 65, 83, 135, 211; Strabon. 12, p. 531. Genitivus apud Strabonem et Pausan. 3, 4, 8, est Ὑδάρνου : apud Herodotum vero Ὑδάρνεος, accus. Ὑδάρνεα, et vocativus (7, 135) Ὕδαρνες.]

[Ὑδαροειδὴς, ὁ, ἡ, Aquosus. Alexandro Trall. 11, p. 643, restituendum pro ὑδεροειδής. Neque enim ibi de hydropico, sed de aquoso agitur. Et sic interpres Latinus. Struv.]

[Ὑδαρόπιστος, ὁ, ἡ, vertitur Qui est fluxa fide : Giacomelli proponit ὑδατόπιστος. Boiss. Ex Philonis Carpasii Enarratione in Canticum canticorum, quam Giacomellus edidit Romæ a. 1772.]

[Ὑδαρὸς, ὰ, όν.] Ὑδαρὸς, idem quod ὑδαρής. Hesych. enim ὑδαρὲς exp. per ὑδαρὸν veluti notius. [Videtur hoc sequioris ævi fuisse; unde pro ὑδαρῆ, accus. sing., subinde ὑδαρὸν aut ὑδαρὴν scripsere librarii (ut codex Venet. Athen. 10, p. 426, D; 430, E, F). Schweigh. Suidas s. v. Ἄγευστος θοίνης : Τὰ ὑδαρὰ τῶν ῥοφημάτων. G. D. Theod. Prodr. p. 257. Elberling. Hippocr. De hominis fabr. p. 295, 18 Ermerins. : Χρῶ δὲ τοῖς γλυκέσι καὶ ὑδαροῖς. Hase. V. Lobeck. Pathol. p. 282.]

[Ὑδαρότης, ητος, ἡ, Mollitudo, Imbecillitas. Clem. Alex. p. 169. Wakef. Epiphan. t. 1, p. 917, D. Pallad. Vita Chrys. p. 106, 28 : Τῇ ὑδ. τῶν λογισμῶν τὴν ἄκρατον ἐξαφανίζων γνῶσιν. Hase.]

A Ὑδαρόω, Reddo ὑδαρὸν, i. e. Aquosum s. Aqueum et dilutum : unde ὑδαρωθεὶς οἶνος, Bud. ex Pand.

[Ὑδαρώδης, ὁ, ἡ, Aquosus. Psell. In Cantic. Cant. 2, 3. Boiss. Alex. Trall. 8, p. 429. Pseudo-Aristot. De plantis 2, 6. Vita Maximi Confess. vol. 1, p. VIII.]

[Ὑδαρῶς, Aquose. Alex. Trall. De lumbr. Angl. Basil. t. 1, p. 851, A : Τὸ μὲν φοινικοῦν ὑδ. πεφοίνικται, Dilutiore rubore. Figurate Epiphan t. 1, p. 917, B : Ὑδ. τὰ πάντα καὶ κακῶς ἐδίδασκε, Dissolute. Compar. Moschion De mul. pass. p. 26, 21 Dewez. : Οἴνῳ ὑδαρεστέρως συγκεκραμένῳ, Cum plurima aqua. Hase.]

[Ὑδασιστεγὴς, ὁ, ἡ, Aquam arcens, Aquæ impervius. Philipp. Thess. Anth. Pal. 6, 90 : Καὶ πῖλον ἀμφίκρημνον ὑδασιστεγῆ, ubi syllaba prima metri caussa producta. De forma vocabuli v. Lobeck. ad Phrynich. p. 688.]

[Ὑδάσπης, ὁ, Hydaspes, fl. Indiæ. Strabo 15, p. 686, 691, 696; Arrian. Anab. 6, 3; Lucian. Quom. hist. conscr. c. 12; Athen. 13, p. 595, E; Dionys. P. 1139. Genitivus est Ὑδάσπου, et Ion. Ὑδάσπεω ap. Arrian. Ind. c. 18, 1. G. D. Nomen sanscritum est Vitastâ, sec. Schlegel. *Ind. Bibl.* vol. 2, p. 295 seqq. et Lassen. *Ind. Alterthumskunde* vol. 1, p. 44 sqq. Unde scriptura Βιδάσπης ap. Ptol. Geogr. p. 412, 17 ed. Basil. Hase.]

Ὑδαταίνω, Aquosus fio, Aquesco, etiam Aquosum reddo, In aquam converto. Galen. certe [Lex. p. 582] ap. Hippocr. ὑδαταινούσῃσιν exp. non solum ὑδερώδεσιν, Hydropicis, sed etiam ἐξυδατούσαις τὸ αἷμα, καὶ ὑδατώδη καθαιρομέναις : sicut Erot. quoque [p. 312] ὑδαταινούσῃσι exp. ὑδρωπιώσαις : ut ὑδαταίνουσα hic sit, quod alibi ὑδατώδεα appellat. [Hippocr. p. 1008, ὑδαταινόμενοι.]

[Ὑδάτεινος vitiose pro ὑδάτινος, quod v.]

Ὑδατηγὸς, ὁ, i. q. ὑδραγωγὸς et ὑδροφόρος. Suidæ ὑδατηγὸς ἀνὴρ est ὁ ἀντλῶν : quum potius sonet, Qui aquam haustam aliquo fert vehitve. [Est ex Callimacho, cujus fragm. (42) apposuit Suidas s. v. Ἰμαῖον ἅσμα.]

[Ὑδατηρὸς, ὁ, ἡ, Aquarius. Æschylus (fragm. 91) C ap. Polluc. 6, 23 : Κρωσσοὺς μήτ' οἰνηροὺς μήθ' ὑδατηρούς. Nisi ὑδρηροὺς scripsit : nam ὑδρηροὺς πίθους καὶ οἰνηροὺς ex Æschyli Cabiris affert Phrynichus in Bekk. Anecd. p. 115, 3. G. D. ‖ Aquosus. Tzetz. Exeg. Il. p. 9, 4 : Τὴν ὑδατηρὰν τῶν ποταμῶν οὐσίαν.]

[Ὑδατιαῖος, αία, αῖον, Aquatilis. Hesych. Wakef.]

Ὑδατικὸς, ἡ, ὸν, Aquarius, Ad aquam pertinens : ὑδατικὸν σημεῖον Theophr. Progn. [s. De signis 1, 17 et 19, p. 787 ed. Schneid.] vocat Signum et indicium pluviæ futuræ : Ὕδατος σημεῖον id ipsum nominans, ut in Ὕδωρ docebo : Αἱ δὲ βρονταὶ, inquit, αἱ μὲν ἑωθιναὶ πνεῦμα σημαίνουσιν· αἱ δὲ μεσημβρίας βρονταὶ, ὑδατικὸν σημεῖον. Unde Plin. : Tonitrua matutina ventum significant, imbrem meridiana. [Ὑδ. νεφελῶν Theophr. ib. § 11, p. 785. Ὑδ. πόρος schol. Aristoph. Pl. 521, ex eoque Suidas s. v. Ἔμπορος. G. D. Paul. Alex. Apotelesm. p. 44, 4 : Ὑδ. τόπων. Theol. arithm. p. 45, 26 : Τῇ ὑδ. σφαίρᾳ. Hase.]

Ὑδάτινος, ίνη, ινον, Aqueus, [Aquosus. De ventis Hippocr. p. 283, 28 (vol. 2, p. 26 ed. Littr.) : Πνεύματα ὑδατεινότατα, quod ὑδατινώτατα scribendum. Νότοι ὑδάτινοι Theophr. De vent. § 57, p. 780 : unde ib. § 7, p. 760, ἄνεμος ὑδάτινος restituendum pro ἄν. ὑδάτιος. Ὑδατίνη νάρκισσος Anth. Pal. App. 120, ut alibi φίλομβρος et ὑγρὸς dicitur : v. Jacobs. ad Anthol. vol. 6, p. 105. ‖ « Ὑδάτινον, τὸ, nomen est medicamenti ocularii ap. Galen., quod ex aqua pluvia conficiebatur, velut aqueum dixeris. Galen. ubi de aqua pluvia loquitur (vol. 9, p. 496) : Εἴς τε γὰρ ὀφθαλμῶν φαρμάκων κατασκευὴν ὕδατι τοιούτῳ χρώμεθα καὶ τὸ καλούμενον ὑδάτινον ἐξ αὐτοῦ σκευάζομεν. » Foes. ‖ De colore thalassino, Theocr. 28, 11 : Πολλὰ δ' οἷα γυναῖκες φορέοισ' ὑδάτινα βράκη. Callim. fr. 295 : Ὑδ. καίρωμ' ὑμέννεσσιν ὅμοιον. ‖ Ex Epigr. [Antipatri Thess. Anth. Pal. 9, 567] ὑδατίνους βραχίονας affertur pro Rosida [Sic Lexicon septemv. fortasse typothetæ errore pro Roscida] brachia. [Immo Mollicula, Tenera : quo sensu etiam ὑγρὸς dicitur, et IISt. ipse est interpretatus in annot. ad Anacreont. 29, 9. Syllaba prima brevis est, sed producitur in versibus dactylicis. Penultima produci

videtur a Matrone ap. Athen. 4, p. 136, C, ubi versus finitur verbis θυάδας θ' ὑδατίνους, loco etiam propter θυάδας suspecto. Adjectivum si recte legitur, ὑδατεινοὺς scribendum erit, quo tamen non utar ad ὑδατεινότατα defendendum in loco Hippocratis, quem probabilius est vulgata forma ὑδάτινος usum esse. Conf. Lobeck. Pathol. p. 189, 242. G. Dind.]

Ὑδάτιον, τὸ, Aquula, ut Cic. loquitur, Suidæ νᾶμα. Simpliciter pro Aqua etiam usurpatur, s. Aquis, et specialiter pro Aquis pluviis. Affertur enim ex Theophrasto C. Pl. 2, 3 [9, 9] : Ὑδατίων ἐπιγινομένων, pro Pluviis supervenientibus. Utitur Aristot. quoque H. A. 8, nec non Plato [Phædr. p. 229, A : Κατὰ τὸ ὑδ. ἰέναι· B : Καθαρὰ καὶ διαφανῆ τὰ ὑδ. φαίνεται. « Julian. Orat. 7, p. 222, B. » Jacobs. Apoll. Dysc. p. 45 ed. Teuch. Schæf. Hero Spirit. p. 169, 5 et 12; 200, 28; 211, 23; 213, 28; 217, 24; 224, 26, μικρὸν ὑδ. Antig. Caryst. Hist. mir. p. 99, 12 Westerm. Apollon. ibid. p. 105, 16 : Ὑδ. αἰτῆσαι παρά τινος τῶν γνωρίμων. Διαυγὲς ὑδ. Aristænet. Epist. p. 14, 10 Boiss.; παραρρέον ὑδ. Synes. Epist. 113, p. 255, A. Hase.]

[Ὑδάτιος, ία, ιον, i. q. ὑδάτινος. Æneas Gaz. Theophrast. p. 65, 7. Boiss. Nisi huic altera forma restituenda ut Theophrasto, de quo v. s. Ὑδάτινος. Nihilo certius Const. Manass. Chron. 43 exemplum est, Τὴν παντόχυτον φύσιν τὴν ὑδατίαν | καὶ τὰς ἀβύσσους διελών· ubi alius codex τὴν ὑδατείαν, alius, quod verum videtur, τῶν ὑδατίων. G. Dind.]

Ὑδατὶς, ίδος, ἡ, Aquula : Medicis est Pinguetudinis superiori palpebræ substratæ extima parte incrementum : nam quum palpebra superior duabus membranis constet, earum medium viscosa quædam atque unctuosa occupant, quæ palpebras alioqui siccas sua pinguedine emolliant. [V. Definitt. med. vol. 2, p. 271, et Galen. vol. 2, p. 395; 10, p. 343.] Pinguis autem ea substantia palpebræ cuti naturaliter substrata in aliquibus, et præsertim pueris, ceu natura humidioribus, augescens supramodum ὑδατίδα parit, quæ oculum pondere suo gravans, fluxionem in eo excitat, facitque ut ab oculis humor præter naturam stillet. Palpebræ igitur hoc vitio detentis infra supercilia aquam intercutem repræsentant, nec sursum attolli possunt : si vero digitis ipsas deprimamus, inde digitos quod medium intercedit, inflatur. Horis autem antelucanis potissimum defluxione tentantur, neque contra solis splendores cernere sustinent, sed illacrymant continuisque lippitudinibus infestantur. Gorr. [Paul. Æg. 6, 14 : Ἡ ὑδ. οὐσία τίς ἐστι πιμελώδης ὑπεστρωμένη τῷ τοῦ βλεφάρου δέρματι παρὰ φύσιν. G. D. Leo phil. Consp. med. p. 151, 14 Ermerins. : Ὑδ. ἐστιν, ὅταν τὸ ἄνω βλέφαρον πιμελὴν πολλὴν ὑποθρέψαν ὀγκωθῇ καὶ βαρῇ τοὺς ὀφθαλμούς. Galen. vol. 14, p. 712, 15 : Πιμελή, ἥτις ἐπὶ τὸ πολὺ πλεονάζουσα τὰς ὑδ. ποιεῖ. || De ulceribus nominatis παραπρίσματα, μελιχηρίδες s. ὑατίδες, quæ nascuntur in talis calcibusque equorum, Hippiatr. p. 205, 23; 229, 5; 230, 16. Hase. || De hydatibus hepatis Galen. vol. 9, p. 323 : Ἐπιτηδειότατόν ἐστι τὸ ἧπαρ ὑδατίδας γεννῆσαι κατὰ τὸν ἔξωθεν αὐτῷ περικείμενον ὑμένα. Φαίνεται γοῦν ἐπὶ τῶν σφαττομένων ζώων ἐνίοτε μεστόν. Ἐὰν οὖν ποτε συμβῇ ῥαγῆναι τὰς ὑδ., ἐκχεῖται δηλονότι τὸ ὕδωρ εἰς τὴν κατ' ἐπιγάστριον περιτοναίου χώραν. || Photio,] Suidæ et Hesychio ὑδατίδες sunt σταγόνες, Stillæ, Guttæ. [Ὑδατὶς, Vesicula, Gl.]

[Ὑδατισμὸς, ὁ, ab Cælio Aurel. M. Chr. 5, 8, dicitur Sonus collisi et conclusi humoris in internis vomicis ac collectionibus, velut in membranæ succingentis suppuratione. Foes.]

[Ὑδατοδόχος, ὁ, ἡ, Aquas excipiens. Const. Manass. Amat. 9, 35. Boiss. Suidas : Φακὸς ὕδατος, εἶδος ὑδατοδόχου ἀγγείου. Cod. Paris. ὑδατόδους, quasi ὑδατώδους voluerit.]

[Ὑδατοειδὴς, ὁ, ἡ, Aquosus, Aqueus. Diog. L. 10, 106 : Ὑδατοειδῶν τινῶν ὁμοῦ ῥῆξιν. Theoph. Nonn. c. 272; Eudocia p. 178. G. D. Nemes. p. 175, 2. Galen. vol. 14, p. 712, 11 : Τό τε ὑδατοειδὲς καὶ τὸ ὑαλοειδές. Hase. Conf. Ὑδατώδης.]

Ὑδατόεις, εσσα, εν, i. q. ὑδατώδης, Aquosus, Aqueus. Dionys. P. [782] fem. gen. ὑδατόεσσαν ἴασσαν dicit quam eodem in libro χλωρὰ διαυγάζουσαν ἴασπιν, a cæruleo et pellucido aquæ colore. Cumatilem s. Cymatilem reddere queas; hic enim color imitatur aquas, habet quoque nomen ab undis, ut canit Ovid. [Inscr. Mytil. ap. Bœckh. vol. 2, p. 190, n. 2169, 1 : Σοὶ πλάκ' ἀν' ἦ[μαρ] ἀνῆκε κόρη Διὸς ὑδατόεσσα Πηγή. Hase. Nicias Anth. Pal. 6, 270 : Ὑδατόεσσα καλύπτρη. Hermocreon ib. 9, 327 : Ὑδ. δόμον. Nonn. Dion. 1, 86 : Ὑδ. ὁλκῷ. Syllaba prima longa est in versibus dactylicis.]

Ὑδατοθρέμμων, ὁ, ἡ, Aquæ alumnus, In aqua nutritus et altus, Aquatilis s. Aquaticus : ὑδ. ἰχθῦς, Plutarch. ex Empedocle [v. 78 et 88].

Ὕλη, ἡ, Materia s. Materies : Philosophis dicitur ἡ μὴ τόδε τι οὖσα ἐνεργείᾳ, δυνάμει ἐστὶ τόδε τι : cujus comes est μορφὴ, Forma : omnia ex illis duabus constant, ut Aristoteles docet in Phys. et Metaphys. 4 init. Nec non Macrob. Somn. Scip. 1, 12 : Ὕλη, inquit, omne corpus mundi, quod ibicunque cernimus, ideis impressa formavit. Quam ὕλην paulo ante interpr. Sylvestrem tumultum, Anima ergo, inquit, quum trahitur ad corpus, in hac prima sui productione, sylvestrem tumultum, i. e. ὕλην influentem sibi incipit experiri. Innuens, primam signif. vocis ὕλη esse eam qua pro Sylva accipitur : nec immerito fortassis, quum ab Hom. omnium antiquissimo ita usurpetur, uti paulo post docebo. Rursum Aristot. Polit. 1, [5] ὕλην esse dicit τὸ ὑποκείμενον, ἐξ οὗ τι ἀποτελεῖται ἔργον, Subjectum et rem propositam ex qua aliquid efficitur : ut textoris ὕλη esse dicitur lana, statuarii autem, æs, marmor, aut lignum, unde statuam fabricatur : architecti et fabri lignarii, ligna : ferrum, ferrarii : itidemque in ceteris artibus et disciplinis. [Sext. Emp. p. 33 : Ὑλῶν ὑποκειμένων. De Protagoræ sententia τὴν ὕλην ῥευστὴν εἶναι id. p. 56.] Atque hæc ὕλη λόγον ἔχει πρὸς τὰ γινόμενα, μητρὸς καὶ τιθήνης, ut ex Platone tradit Plutarch. Symp. lib. 2 [Mor. p. 882, C ; 884, A] ; qui et lib. 8, ait, Τὸ πῦρ τὴν ὕλην, ἐξ ἧς ἀνήφθη, μητέρα καὶ πατέρα οὖσαν, ἤσθιε· unde Latini istam ὕλην non sine causa Materiem dixere, quasi rerumomnium matrem.

[Conf. ib. p. 718—720.] Sic Herodian. 7, [3, 13] : Ὕλη νόμισμα ποιῆσαι δυναμένη, Materia ex qua numi possunt cudi. Id. 4, [10, 2] : Δῶρα ὕλης πολυτελοῦς καὶ τέχνης ποικίλης. Et Plut. [Mor. p. 802, B, ex Sophocle] : Παρ' ἄκμονι τυπάδι βαρείᾳ καὶ πληγαῖς ὑπακούουσαν ὕλην ἄψυχον δημιουργοῦντες. Et Longinus [?] χαρίτων ὕλην esse dicit νυμφαίους κήπους et ἔρωτας : γέλωτος autem, Irum et Thersiten Homericum ; ejusmodi enim monstra deformia risus Materiam præbent spectanti. [Polyb. 2, 16, 14 : Ὕλη τραγική, i. e. fabulæ a tragicis tractatæ. Schweigh. Longin. De subl. 13, 4 : Εἰς ποιητικὰς ὕλας συνεμβῆναι καὶ φράσεις· 43, 1 : Παρὰ Ἡροδότῳ ... δαιμονίως ὁ χειμὼν πέφρασται, τινὰ δὲ περιέχει τῆς ὕλης ἀδοξότερα· fragm. 3, 5 : Ὕλη τοῖς μέτροις ἡ συλλαβή. Philo vol. 2, p. 250, 22 : Ὕλη φλογὸς ἱερᾶς. Hippocr. Epist. p. 1278, 8 : Ὁ θεραπεύων θεὸς ἀπέστη ὡς οὐκ ἔχων ὕλην θεραπείης. Heraclid. Alleg. Hom. p. 463 : Ὕλην τινὰ δαψιλῆ τῆς ἀθέου πρὸς Ὅμηρον μανίας. Ὕλη φλυαρίας Eunap. Hist. Exc. p. 69, 6. || Ὕλη ἰατρική, de qua Galen. vol. 9, p. 494 : Οἷς χρώμεθα κατὰ τὴν ἰατρικὴν οὐ μόνον ἐπὶ τῶν νοσούντων, ἀλλὰ καὶ τῶν ὑγιαινόντων σωμάτων, ὕλαι τῆς τέχνης εἰκότως ὀνομάζονται καὶ γέγραπταί γέ τισι τῶν ἰατρῶν βιβλία τὴν ἐπιγραφὴν ἔχοντα περὶ ὕλης. Dioscoridis exstant libri quinque περὶ ὕλης ἰατρικῆς.] || Ὕλη peculiariter vocatur Materies illa ex qua vel struuntur ædificia vel ignis accenditur, i. e. Ligna : ut Latini quoque Materiam vocant arbores destinatas ædificiis, sed non dolatas. De fabrili materia et lignis quæ ad ædificia cæduntur, ap. Theophr. tum alibi, tum H. Pl. 5, [7, 1] : Ὅλως δὲ πρὸς ποῖα τῆς ὕλης ἑκάστη χρησίμη, καὶ ποία ναυπηγήσιμος καὶ οἰκοδομική, πειρατέον εἰπεῖν, Quæ materies navibus, quæ item ædificiis extruendis apta sit. [Plato Leg. 4, p. 705, C : Ναυπηγησίμης ὕλης· et Theophr. H. Pl. 4, 5, 5.] Itidemque ex Thuc. 4, [69] : Κόπτοντες τὰ δένδρα καὶ ὕλην, affertur pro Cædentes arbores aliamque materiam. Schol. enim subaudit ibi ἄλλην. Et Xen. Hell. 1, p. 252 [c. 1, 17] : Ἐκέλευσε ναυπηγεῖσθαι τριήρεις, χρήματά τε διδοὺς, καὶ ὕλην ἐκ τῆς Ἴδης κομίζεσθαι φράζων· paulo ante παρακελευσάμενος μὴ ἀθυμεῖν ἕνεκα ξύλων. [Theophr. H. Pl. 5, 21 : Φασὶν ἀρίστην εἶναι ὕλην πρὸς τὴν τεκτονικὴν χρείαν ... τὴν Μακεδονικήν.] Sic ὕλη παντοίη, affertur [ex Herodoto 4, 21] pro Omne arborum genus. [Strabo 12, p. 570 : Δρυμοὶ ποικίλης ὕλης. Soph. Ant. 420 : Φόβην ὕλης πεδιάδος. Eurip. Bacch. 1136 : Ὕλης ἐν βαθυξύλῳ φόβῃ.] De ea autem materia ex qua ignis accenditur, ut sunt non solum ligna ex arboribus fissis, sed etiam virgulta et sarmenta, passim ap. Hom., ut Il. Η, [418] : Ἕτεροι δὲ μεθ' ὕλην, sc. ὥπλίζοντο, Accingebantur ad convehenda cremandis mortuis ligna. Ω, [662] : Τηλόθι δ' ὕλη Ἀξέμεν ἐξ ὄρεος· Od. Κ, [104] : Ἀστυδ' ἀφ' ὑψηλῶν ὀρέων καταγίνεον ὕλην· Ι, [234] de Polyphemo pransum eunte : Φέρε δ' ἄχθος Ὕλης ἀζαλέης ἵνα οἱ ποτιδόρπιον εἴη. Sic Il. Ψ, [163] : Κηδεμόνες δὲ παρ' αὖθι μένον, καὶ νήεον ὕλην, Ligna construebant Patroclo cremando : paulo ante, Αἶψα δέ οἱ μενοεικέα νήεον ὕλην. [Herodot. 4, 164 et 6, 80 : Ὕλην περινήσας (incendii caussa). Æsch. Ag. 496 : Δαίων φλόγα ὕλης ὀρείας. Soph. Trach. 1195 : Πολλὴν ὕλην τῆς βαθυρρίζου ὀρυός. Demosth. p. 1048, 16 : Τὴν ὕλην τὴν τετμημένην. « Polyæn. 4, 3, 32, p. 359 : Ξύλων διακόσιαι ἅμαξαι, ὕλης ἑκατὸν ἅμαξαι. » Hemst.] Et ap. Plat. Leg. [6, p. 761, C] : Ὕλη αὖη, Ligna arida : et ὕλη καύσιμος, Ligna quæ comburi apta sunt, Materies et fomes ignis. [Ὕλη ξηρὰ καὶ παντοδαπὴ, e qua factæ lampades, Polyb. 3, 93, 4. Ὕλη ἐμπιπραμένη 34, 2, 16. Schweigh.] Nec non ὕλη vocantur Virgulta et frutices quibus aves suos nidos vel construunt vel muniunt. Aristot. H. A, 6, [1] de coturnicibus et perdicibus : Ἐν τῇ γῇ ἐπηλυγαζόμενα ὕλην. Ib. 9, [8] de iisdem : Ἐπηλυγασάμενοι ἄκανθάν τινα καὶ ὕλην, τῆς περὶ τοὺς ἱέρακας ἕνεκα καὶ τοὺς ἀετοὺς ἀλεώρας, ἐνταῦθα τίκτουσιν. Unde Plin. : Perdices spina et frutice sic muniunt receptaculum, ut contra feras abunde vallentur. [De virgultis quibus terra ingeritur Herodot. 7, 36 : Ὕλην ἐπεφόρησαν.] Præterea Frutices stirpesque parvulæ quæ in segete nascuntur, vel etiam Herbæ quæ in frutices assurgunt, ὕλη nominantur. Xen. OEc. [17, 14] : Τί γὰρ ἦν ὕλη πνίγῃ συνεξορμῶσα τῷ σίτῳ, καὶ διαρπάζουσα τοῦ σίτου τὴν τροφήν ;

Et rursum [12] : Ἡ ὕλη δὲ πολλάκις ὑπὸ τῶν ὑδάτων συνεξορμᾷ τῷ σίτῳ. Et sic sæpe, ubi Bud. ὕλην interpr. Frutices, Virgulta, Arundines. [Sic ap. Polyb. 3, 93, Asdrubal suos jubet λαμπάδας δεσμεύειν ἐκ τῆς ξηρᾶς καὶ παντοδαπῆς ὕλης. » Schweigh.] Ipsæ etiam arbores, fruticesque nondum succisi, sed simul adhuc stantes, ὕλη nominantur, Lat. Sylva. [Hesych.: Ὕλη, πόλις. Δηλοῖ δὲ καὶ τὸ σύνηθες καὶ ξύλα τὰ ἤδη κεκομμένα· ἢ σύμφυτος τόπος, ἐξ οὗ ἀποτελεῖται τὸ ἔργον.] Hom. Od. E, [63] : Ὕλη δὲ σπέος ἀμφιπεφύκει τηλεθόωσα, Virens sylva; cui versui hunc subjungit, Κλήθρη τ' αἴγειρός τε καὶ εὐώδης κυπάρισσος, declarans quid ὕλης vocabulo intellexerit. Et Il. Λ, [155] : Ὡς δ' ὅτε πῦρ ἀΐδηλον ἐν ἀξύλῳ ἐμπέσῃ ὕλῃ, Πάντῃ δ' εἰλυφόων ἄνεμος φέρῃ, In sylva lignis abundante. Υ, [491] : Ὡς δ' ἀναμαιμάει βαθέ' ἄγκεα θεσπιδαὲς πῦρ Οὔρεος ἀζαλέοιο, βαθεῖα δὲ καίεται ὕλη· Od. P, [316] : Φύγεσκε βαθείης βένθεσιν ὕλης Κνώδαλον ὅ, τι ἴδοιτο· Il. Λ, [118] : Καρπαλίμως ἤϊξε διὰ ὀρυμὰ πυκνὰ καὶ ὕλην. [Soph. OEd. T. 477 : Φοιτᾷ γὰρ ἀν' ἀγρίαν ὕλαν· et OEd. Col. 349. Eurip. Hec. 631 : Ἰδαίαν ὕλαν· Bacch. 874 : Σκιαροκόμου ἔρνεσιν ὕλας.] Prosæ etiam scriptores sic usurpant. [Aristot. H. A. 9, 11 : Ἐν τοῖς ὄρεσι καὶ τῇ ὕλῃ· et c. 32.] Herodian. 8, [1, 2] : Μήτινες ἐνέδραι ἐν κοιλάσιν ὀρῶν ἢ λόχμαις ὕλαις τε κρύφιοι εἶεν, In convallibus et densissimis sylvis. 7, [2, 10] : Ἐν ταῖς ὕλαις ἐκρύπτοντο. Ibid. [8] : Ὕλαι δὲ εὔδενδροι· ὅθεν ξύλων οὔσης ἐκτενείας, συμπηγνύντες αὐτὰ καὶ ἁρμόζοντες σκηνοποιοῦνται. Sic Xen. Cyneg. aliquoties. [Eandem in sententiam Herodotus singulari numero collective utitur, ut 3, 112 : Τῶν αἰγῶν τῶν τράγων ἐν τοῖσι πώγωσι εὑρίσκεται ἐγγινόμενον (τὸ λάδανον), οἷον γλοιὸς, ἐκ τῆς ὕλης, E sylvis; nisi malueris E frondibus, aut fruticibus. Apud eund. 9, 37, memoratur aliquis in fuga τὰς ἡμέρας καταδύνων ἐς ὕλην, Interdiu sese occultans in sylvis, s. in fruticetis. Ap. Athen. 4, p. 138, F, memorantur στιβάδες ἐξ ὕλης, Strata ex fronde, s. ex arborum foliis, super quibus discumbunt hospites. Ap. eund. 4, p. 135 (?), σχεδία χλωρᾷ πεπυκασμένη ὕλῃ, Tugurium viridi fronde contectum. Schweigh. || Ὕλης μήτηρ. V. Ὑλομήτρα.] || Porro ut ὕλη dicitur Materia qua ignis alitur, i. e. Ligna, ita etiam aliqua quibus corpus alitur et vita sustentatur, ὕλης nomine appellantur. Quem usum habet ap. Aristot. H. A. 8, nec non Herodot. [1, 203] : Ἐξ ὕλης ἀγρίης ζώοντα ἔθνεα, ubi de iis loquitur, quæ in locis sylvestribus proveniunt. Cui adde Plut. Symp. 6, 2 : Τὰ γὰρ ὀξέα καὶ δριμέα καὶ ἁλμυρὰ θρύπτοντα τὴν ὕλην διαφέρει καὶ σκίδνησιν. Ubi tamen ὕλης nomine vocantur potius Fæces cibi concocti, vel etiam ipsi Cibi concocti : unde etiam crassa materia gigni in corporibus dicitur ex cibis crassi succi. [|| Sordes s. fæx (vini). Photius p. 617, 20 : Ὕλην, τὸ καθίζον τοῦ οἴνου ἢ τοῦ ὕδατος· οὕτως Ἀριστοφάνης (fragm. 697), quod non debuisse ex ἰλὺν corruptum haberi ab Lobeckio ad Phryn. p. 73, rationibus et exemplis ostendit L. Dindorfius s. v. Εἰλὺς vol. 3, p. 249.] Theologi vero ὕλην interdum nominant Fæces sordesque mundanas, quibus involuti sunt ii qui res divinas negligunt. In qua signif. passim usurpavit Synes. in Hymnis suis, ut 3 : Σχολιᾶς δ' ἀπάτας Ἀνέχεις ὁσίας Ἡραπίδας μερόπων, Ἐς ζόφον ὕλας Μὴ καταδῦναι. Et aliquanto post, Ἀνοφερὰν ὕλας Κηλῖδα φέρω. Item ; Τὰν πολλάκι δὴ Νοεραῖς ἀνόδοις Ἐπιβαλλομέναν, Λαμυρᾶς ὕλας Ἵμερος ἄγχει. Quibus adde hoc, quod ex Greg. Naz. affertur, Ἀπὸ τῆς ὕλης καὶ τῶν ὑλικῶν, pro Crassis terrenæ molis impedimentis. [Agathias Hist. p. 54, A : Τοῦτο δὴ τὸ τῆς ὕλης χωρίον ποικίλα παθήματα ὑποδέχεσθαι πέφυκεν· 151, C : Τῶν τῆς ὕλης ἁμαρτημάτων.] || Est et urbis nomen ap. Etym. [M. p. 776, 35] et Diog. L. [9, 28, ubi nunc recte legitur Ὑέλη. Steph. Byz. : Ὕλη, πόλις Κύπρου, ἐν ᾗ Ἀπόλλων τιμᾶται Ὑλάτης. Λυκόφρων (448) « Καὶ Σάτραχον βλώξαντες Ὑλάτου τε γῆν. » (Ὑλ. Ἀπόλλων memoratur etiam ap. Steph. Byz. s. v. Ἀμαμασσὸς, Ἐρύσθεια et Τέμβρος, et ab Eustath. p. 596, 45.) Ἔστι καὶ πόλις Λοκρῶν τῶν Ὀζολῶν, ἧς τὸ ἐθνικὸν Ὑλαῖος. Δῆλον δ' ὅτι καὶ Βοιωτίας ἦν ἡ Ὕλη. Ὅμηρος (Il. B, 500)· « Οἵ τ' Ἐλεῶν' εἶχον ἠδ' Ὕλην καὶ Πετεῶνα. » Εἰρῆσθαι δ' αὐτὴν ἀπὸ Ὕλης τῆς Θεσπιέως, ἢ ὅτι ὑλώδης. In versu Homeri syllabam primam ποιητικῶς produci annotavit Strabo 9, p. 408. Nam alibi corripitur, ut E, 708 : Ὅς ῥ' ἐν Ὕλῃ ναίεσκε, et H, 221 : Σκυτοτόμων ὅχ' ἄριστος, Ὕλῃ ἔνι οἰκία ναίων. Quibus in locis Ὕδῃ, quod est Lydiæ urbis nomen, male a quibusdam illatum notat Strabo. Dixit de mensura etiam Eustath. p. 260, 8, 16; 596, 44. Numero plurali ap. Strabon. p. 407, qui Homericum Ὕλη κώμην appellat, ἣν καλοῦσιν Ὕλας, et Βοιωτίδες Ὕλαι ap. Moschum 3, 89. Denique Steph. Byz. addit, Ἔστι καὶ Ὕλη χωρίον μεταξὺ τῆς Σαβίνων καὶ Ῥωμαίων πόλεως· de quo Holsten : « Puto auctorem legisse aliquid de Sylva malitiosa, ubi Romani a Gallis cæsi : inde ex sylva fecisse oppidum. Vide Ortelium s. v. *Lucus.* » G. D. De Apolline Ὑλάτῃ conf. Lenormant. *Trésor de numism.* p. 32 (5). Hase. || Pausan. 10, 32, 6 : Ἔστι δὲ καὶ τοῖς ἐπὶ ποταμῷ Ληθαίῳ Μάγνησιν Ὕλαι καλούμενον χωρίον.]

[Ὕλη, ἡ, Hyle, Thespiei filia. Steph. Byz. s. v. Ὕλη. || Mulier ap. Alciphr. 3, 25. G. D. || Alia in tit. ap. Welcker. Syll. epigr. Gr. p. 103, n. 101, 1. Hase.]

Ὑληβάτης, ὁ, Sylvigradus, (si ita loqui liceat, ut Pontigradus dicitur, i. e. Qui per sylvas graditur,) Qui sylvas pervadit s. pererrat. Clitomachus [immo Antiphanes] ap. Athen. 9, [p. 402, E] : Τῶν χερσαίων δ' ἡμῖν ἥξει παρ' ἐμοῦ ταυτί· Βοῦς ἀγελαῖος, τράγος ὑληβάτας, αἶξ οὐρανία, Κριὸς τομίας, κάπρος ἐκτομίας. Ubi tamen scriptum Ὑλιβάτας per ι : de qua scriptura dicam in Ὑλιουργός. [In Epitome ὑληβάτας, ex quo Eustath. p. 1753, 24, ἠλιβάτας sive casu sive consilio fecit : quæ vera scriptura videtur. V. Meinek. vol. 3, p. 73. Eodem modo erratum in fragm. Anaxilæ ib. p. 374, F, ubi codex δέλφακας ἠλιβάτους, Epitome iterum ὑληβάτας, Meinekius (vol. 3, p. 314) ἠλιβάτους vel ἠλιβάτας. Formam ὑλιβάτης merito suspectam habet Lobeck. ad Phryn. p. 637.] Catullus dicit Ubi cerva sylvicultrix, ubi aper nemorivagus. Ovid., Sylvicolæ viri.

[Ὑλιγενὴς, ὁ, ἡ, In silvis natus. Synes. H. 3, 4. Boiss.]

Ὑλήεις, εσσα, εν, Sylvosus, Arboribus densus et opacus. [Per δασὺς, ξυλώδης, σύμφυτος, ὕλας ἔχων explicatur in glossis Hesychii, per σύνδενδρος ab Phot. et Suida.] Hom. [Il. P, 848 : Ὑπὸ Νηΐῳ ὑλήεντι] Od. I, [191] de Polyphemo : Ἐώκει ῥίῳ ὑλήεντι Ὑψηλῶν ὀρέων. [Hinc Theocr. 25, 228 et Callistrat. Stat. c. 12, ubi v. Jacobs. p. 721.] A, [246] : Καὶ ὑλήεντι Ζακύνθῳ, ut Virg. quoque dixit, Nemorosa Zacynthus. Itidem Hesiod. Theog. [484] : Ἀργαίῳ ἐν ὄρει πεπυκασμένῳ ὑλήεντι. [Antimach. ap. Lucian. V. H. 2, 42 : Ὑλήεντα διὰ πλόον ἐρχομένοισι.] Fem. gen. facit ὑλήεσσα. Il. X, [479] : Ὑποπλάκῳ, ὑληέσσῃ. Itidemque in Epigr. ὑλήεσσα χώρα legitur. [Hesych. : Ὑληέσσης, συμφύτου, ἢ ὕλας ἐχούσης.] Neutr. Ὑλῆεν ap. Hesych. δασὺ, ξυλῶδες. [|| Forma Dorica Ὑλάεις, Soph. Aj. 1218 : Ὑλᾶεν πρόβλημα πόντου. Bianor Anth. Pal. 10, 22 : Ὑλάεσσαν ἀταρπόν. Et contracte Eurip. Hel. 1319 : Ἀν' ὑλᾶντα νάπη. || In silvis degens. Ὑλήεντα inter Dionysi epitheta posuit scriptor hymni Anth. Pal. 9, 524, 21. || Formam poeticam ὑλήειν pro ὑλᾶεν annotavit Chœrob. In Theodos. p. 717, 23.]

Ὑληκοίτης, ὁ, Cubile in sylvis habens : de feris dicitur ab Hesiodo, θῆρες ὑληκοῖται παρ' Ἡσιόδῳ, inquit Eust. [p. 1031, 45], intelligens de eo l., qui legitur ap. eum [Op. 529] : Καὶ τότε δὴ κεραοὶ καὶ νήκεροι ὑληκοῖται Αὐγὸν μυλιόωντες ἀνὰ δρία βησσήεντα Φεύγουσιν, Feræ cubilia habentes in sylvis, quæ stabulantur in sylvis. [ISt. alibi :] Ὑληκοίτης, Cubilia sua in sylvis habens, In sylvis cubans, ὁ ἐν τῇ ὕλῃ καὶ ὄρεσι κοιμώμενος, schol. Hesiodi Op. 2 : Καὶ τότε δὴ κεραοὶ καὶ νήκεροι ὑληκοῖται Αὐγὸν μυλιόωντες ἀνὰ δρία βησσήεντα Φεύγουσιν, Animantes sylvicolæ.

Ὕλημα, τὸ, i. q. ὕλη, in ea quidem signif. qua accipitur pro Fruticibus et stirpibus humilioribus, mediis inter arbores et herbas, propius tamen accedentibus ad genus herbaceum. Theophr. [H. Pl. 1, 6, 1] : Ἐν δὲ τοῖς θαμνώδεσι καὶ ὅλως τοῖς ὑλήμασιν, οἷον καλάμῳ, νάρθηκι καὶ τοιούτοις, Fruticosis et omnino materie humili, Gaza. Et rursum [4, 5, 1], Ἀλλὰ μᾶλλον τῶν ἄλλων ὑλημάτων ἔνια τοὺς ψυχροὺς ἐζήτει τόπους, οἷον κενταύρειον, ἀψίνθιον. Idem de India loquens [4, 4, 5],

Σχεδὸν γὰρ οὐδὲν ὅλως τῶν δένδρων οὔτε τῶν ὑλημάτων, οὔτε τῶν ποωδῶν, ὅμοιόν ἐστι τοῖς ἐν τῇ Ἑλλάδι. Ubi nota tres φυτῶν species, δένδρα, ὑλήματα, ποώδη. Ita ut ὑλήματα eadem fere sint, quæ τὰ θαμνώδη: nam θάμνον itidem medium statuit inter arboracea et herbacea. H. Pl. 1, 5 : Πρῶτα δ' ἐστὶ καὶ μέγιστα καὶ σχεδὸν ὑφ' ὧν πάντη τὰ πλεῖστα περιέχεται, τάδε, δένδρον, θάμνος, φρύγανον, πόα· c. 10 ejusdem libri : Πλείους αἱ διαφοραὶ τῶν ῥιζῶν ἐν τοῖς ὑλήμασι καὶ λαχανώδεσι. Ubi sicut ὑλήματα et λαχανώδη copulat, ita φρυγανώδη et λαχανώδη, c. 5. Gaza vocare solet Stirpes humiles. H. Pl. 1, 5, 3 : Φρυγανικὰ καὶ θαμνώδη καὶ ὅλως τὰ ὑλ. et 1, 6, 1. Φλοὸς ἐκ τῶν ὑλῶν ὀξυτάτη 5, 9, 3. Ὑλ. ἴδιον περὶ Μέμφιν 4, 2, 11. Plut. Mor. p. 51, D : Συναφομοιοῦται (polypus) τοῖς ὑποκειμένοις ὑλ. καὶ χωρίοις. Φυτὰ et ὑλ. p. 911, E; 917, E.]

Ὑλημᾰνέω, Inutili fruticatione insanio, Sylvesco. Infra Ὑλομανέω.

[Ὑλημᾰτικὸς, ἡ, ὸν, Fruticosus. Theophr. C. Pl. 6, 11, 10.]

[Ὑληνόμος, ὁ, ἡ, i. q. ὑλονόμος. Sext. Emp. p. 16. V. Lobeck. ad. Phryn. p. 636.]

[Ὑληουργία, ἡ, i. q. ὑλουργία. Schneid. Fictum fortasse ex forma adjectivi poetica ὑληουργός.]

Ὑληουργὸς, ὁ, Qui circa materiem vel cædendam vel dolandam occupatur, ξυλουργὸς, Materiarius faber, ut Vitruv. loquitur. Apoll. Arg. 2, [80] : Ὡς δ' ὅτε νήϊα δοῦρα θοοῖς ἀντίξοα γόμφοις Ἀνέρες ὑληουργοὶ ἐπιβλήδην ἐλάοντες Θείνωσιν σφύρῃσιν, Fabri lignarii, τέκτονες. Schol. exp. ξυλουργοὶ, et ὑλοτόμαι καὶ τὰς ναῦς ἐργαζόμενοι.

[Ὑληρεὺς, Ὑληρός. V. Ὑλωρός.]

[Ὑλησκόπος vitiose pro ὑλοσκόπος, quod v.]

[Ὑλήτης· οἴνου εἶδος, Hesych. Hinc γλεῦκος ὑλητήριον ap. Plut. Mor. p. 1109, E : Κρᾶμα παντοδαπῶν ποιοτήτων ἀποφαίνουσι σύμμικτον ὥστε γλεῦκος ὑλητήριον. Ita legendum pro αὐλητήριον. Toup. Emend. vol. 3, p. 332. Verba illa inde ab σύμμικτον poetæ esse videri annotavit Wyttenb.]

Ὑλητόμος, ὁ, ἡ, Sylvas et ligna cædens, Utilis lignis s. sylvis cædendis. Infra ὑλοτόμος. [Forma Dor. ἀνὴρ ὑλατόμος Theocr. 17, 9.]

[Ὑληφορέω, Ὑληφόρος. V. Ὑλοφ—.]

[Ὑληωρὴς, Ὑληωρός. V. Ὑλωρός.]

Ὑλίαι, αἱ, Præsegmina coriorum, VV. LL. Extat ap. Hesych. duobus in locis. [Hesychii gl. sunt, Ὕλλει, τὰ πρὸς κάσσωσι δέρματα· ex qua Musurus fecit Ὑλίαι, τὰ πρὸς καττύμασι δ., et Ὑλίας, τοὺς καρπατίμους (καρπατίνους Soping.) τόμους. Latinum *solea* comparavit Salmas. ad Trebell. Poll. p. 290. Lobeckio Paral. p. 34 et 338, ὑλίαι Æolicum videtur pro ὅλαι, soleæ. Quæ omnia valde incerta. Ὕλις ἡ ὑλία (?) ap. Arcad. p. 31, 1.]

[Ὑλίας, ὁ, Hylias, fl. Italiæ inferioris. Thucyd. 7, 35.]

[Ὑλιβάτης vitiose pro ἠλιβάτης et ὑλοβάτης. V. Ὑληβάτης et Ὑλοβάτης.]

[Ὑλιγενὴς vitiose pro ἠλιτενὴς, ut videtur Meinekio, in fragm. Nicæneti ap. Parthen. Erot. c. 11.]

Ὕλιγξ, Lancea : ὕλιγγες [?], λόγχαι, Hesych.

Ὑλίζω, Defæco, Fæcibus expurgo, Percolo ut fæcibus expurgem, Per colum transfundo defæcandi causa. [Liquo, Colo, Sacco, Gl. Plut. Mor. p. 897, A : Τὰ διὰ τῆς τέφρας ὑλιζόμενα.] Diosc. 3, 9 : Ὑλίζεται δι' ὀθονίου. Id. [3, 80], de sphondylio loquens : Ἀποτίθεται δὲ ὑλιζόμενος, ὡς τὰ λοιπὰ χυλίσματα. Cratinus autem Ὕλιζε τὰς ῥῖνας, Muco expurga nares, dixit, pro ἀπόμυττε, Emunge, Pollux 2, [78 : Τὸ δὲ ἀπεμύττετο «ὕλιζε τὰς ῥῖνας» ἔφη Κρατῖνος. Sed cod. Oxon. ap. Cramer. Anecd. Ox. vol. 2, p. iv, ἔλυζε : unde Cramerus recte ἔκλυζε.]

[Ὑλικὴ, ἡ (sc. λίμνη), lacus Bœotiæ, ab Homero Il. E, 709, Λίμνη Κηφισὶς dicta. V. Strabo 9, p. 407.]

Ὑλικὸς, ἡ, ὸν, Materialis, ὑλαῖος. [Aristot. De partt. anim. 1, 1 : Ὑλ. ἀρχή. Ib. : Ἡ κατὰ τὴν μορφὴν φύσις κυριωτέρα τῆς ὑλ. φύσεως. Theophr. C. Pl. 6, 6, 5; 6, 11, 1. Marc. Anton. 4, 21.] Philo V. M. 3 : Τὸ δὲ ἀποτέλεσμα πρὸς τὸν τύπον ἐδημιουργεῖτο, ἐναποματτομένου τὰς σφραγῖδας τοῦ τεχνίτου ταῖς προσφόροις ἑκάστῳ ὑλικαῖς οὐσίαις, Artifice illa simulacra in idonea materia imprimente. Plut. Symp. 8, [p. 720, E] : Ἡ πρὸς τὰς ὑλικὰς καὶ ὀργανικὰς ἀρχὰς πραγματεία. [Galen. vol. 4, p. 512, 2; 544, 16; 613, 10; 615, 6 : Τὴν ὑλ. ἀρχήν. Didym. ap. Stob. Floril. 101, 28 : Τῶν ὑλ. ἀρχῶν. Porphyr. De antro nymph. p. 30, 14 : Ὑλ. σύστασις Ptol. Almag. t. 1, p. 4, 11; 2, 28 : Τῆς ὑλ. καὶ ἀεὶ κινουμένης ποιότητος· ubi Halma : *La qualité matérielle est toujours variable.* Hase. Sext. Emp. p. 128 : Τῶν ἀρχῶν τὰς μὲν ὑλικὰς εἶναι, τὰς δὲ δραστικάς (et similiter Theophil. De corp. hum. fabr. p. 227 ed. Greenhill.)· et p. 143, 395. Ὑλ. αἴτιον Theophil. p. 105, 106.] || Crassus, Mundanis sordibus inquinatus, Carnalis, in qua signif. a Theologis solet usurpari. Greg. Naz. : Ὑλικοὶ τὴν διάνοιαν, Quorum mens crassis et terrenis tenebris obruta est. Idem Diabolum vocat ἀκάθαρτον καὶ ὑλικὸν πνεῦμα. [Clem. Al. Strom. 5, 4, 19 : Ἄτακτον καὶ ὑλ. Superl. Synes. p. 14, D : Ἡδονὰς, καὶ τούτων γε τὰς ὑλικωτάτας. Hase.]

[Ὑλικῶς, Quantum ad materiam pertinet. Greg. Nyss. t. 1, p. 40, D. Id. t. 2, p. 1065, B : Οὐχ ὁ αὐτός ἐστι τῷ χθιζῷ ὁ σήμερον ἄνθρωπος, κατὰ τὸ ὑλ. ὑποκείμενον. Hase.]

[Ὑλίμη, μάχη τις, Hesych. Ex ὑσμίνη corruptum.]

[Ὕλιμος, ὁ, ἡ, Frondosus. Christus patiens 2260 ed. Dübn. : Ὕλ. νάπη. Hase.]

[Ὕλινος, ίνη, ινον, Greg. Nyss. Antirrh. adv. Apoll. 15, p. 154.]

Ὑλιουργὸς, ὁ, Lignarius faber, ex Eur. Herc. F. [241, ubi recte ὑλουργός.] Legitur et in Lex. meo vet. et ap. Etym. [M. p. 776, 29], ubi etiam expressa fit mentio hujus scripturæ. [In Etym. M. vulgo solum legitur subst. ὕλις cum genit. ὕλιος : sed in cod. Vossiano ap. Gaisf. p. 2173, cujusmodi codice etiam HSt. usus esse videtur, plenius : Τὸ δὲ ὑλιουργοί ἀπὸ τοῦ ὕλις ὕλιος διὰ τοῦ ῑ· τὸ δὲ ὕλις ἀπὸ τοῦ ὕλη κατὰ μεταπλασμόν. Quibuscum si comparentur quæ ex aliis codd. edidit Gaisfordius p. 1347, non dubium videbitur quin in postremis Etymologi verbis ἀπὸ τοῦ ἴλύς scribendum totumque illud ὕλις, vel potius ὑλὶς, fictum a grammaticis sit in originem voc. ἰλὺς inquirentibus. Nam fuerunt qui ab verbo ὕω derivarent ὕλη et ἐν ὑπερβιβασμῷ ἰλύς. G. D.] Atque ita mendo carebit etiam Ὑλιβάτας ap. Athen. [V. Ὑληβάτας.]

Ὕλις, εως, ἡ, i. q. ὕλη [Ὕλις ἡ ὑλία (?) inter disyllaba in λις ap. Arcad. p. 31, 1]: unde deriv. Ὑλιουργὸς in Lex. meo vet. Nullum tamen hujus vocab. usum esse puto, aut certe valde [« valde » delevit HSt. in Ms. Vindob.] perrarum.

[Ὑλισκόπος vitiose pro ὑλοσκόπος, quod v.]

[Ὑλισμὸς, ὁ, Fusio, Gl. Clem. Alex. Pæd. 1, p. 116; Iren. 14, 8, p. 73. Kall.]

Ὑλιστὴρ, ῆρος, ὁ, Colum, Cribrum, Saccellus per quem aliquid transfunditur, ut a fæcibus repurgetur. [Saccus vinarius, Gl. Phrynich. p. 303 ed. Lob. : Ὑλιστήρ· τρύγοιπον τοῦτο καλοῦσιν οἱ δοκίμως διαλεγόμενοι. Τρύγοιπος per ὑλιστὴρ exp. Phot. et Suidas, per ὑλ. σάκκινος schol. Aristoph. Pl. 1088.] Pollux 6, c. 2 [§ 19, et 10, 75] : Ὅτῳ δὲ διηθεῖται (ὁ οἶνος), ὑλιστὴρ καὶ τρύγοιπος. Utitur et Diosc. 2, [123, p. 102. Oribas. p. 54 ed. Matth.; Geopon. 7, 37; 20, 46. Tzetz. Hist. 13, 420 : Τρύγοιπος ὑλ. τε.]

Ὑλιστήριον et Ὑλίστριον, τὸ, pro eodem. Schol. Nicandri Al. 493, exponens hæc verba, Οἰνοβρῶτα βορὴν ἐν κυρτίδι ὀλίψαις, Κυρτὶς, inquit, κατασκεύασμά τι ἐκ λεπτῶν σχοινίων γεγονὸς, ᾧ καὶ οἱ μυρεψοὶ χρῶνται περὶ τὴν τῶν μύρων ἔκθλιψιν, ὑλιστήριον αὐτὸ καλοῦντες ἢ καὶ ὑλίστριον.

[Ὑλιστικὸν, τὸ, Fusionaticum, Gl.]

[Ὑλιστὸς, ἡ, ὸν, Colatus. Diosc. Parab. 2, 34 : Κονίας ὑλιστῆς.]

[Ὑλίστριον. V. Ὑλιστήριον.]

[Ὑλιχίδης. V. Ὕλλιχος.]

[Ὑλιωρός. V. Ὑλωρός.]

[Ὑλλαϊκὸς λιμὴν, Portus Corcyræ. Thucyd. 3, 72 et 81, simplici λ scriptum ap. Dionys. De Thucyd. jud. c. 28, p. 884, 1. Sed vera nominis scriptura haud dubie Ὑλλικὸς est, de qua constat ex Apoll. Rh. 4, 1125 : Ὑλλικῷ ἐν λιμένι, ubi schol. : Ὑλλικὸς λιμὴν ἀπὸ Ὕλλου τοῦ Μελίτης καὶ Ἡρακλέους. Ὑλλικὸς nomen fluvii est ap. Pausan. 2, 32, 7 : Ἰοῦσι δὲ τὴν διὰ τῶν ὀρέων

ἐς Ἑρμιόνην πηγή τέ ἐστι τοῦ Ὑλλικοῦ ποταμοῦ, Ταυρέου δὲ τὸ ἐξ ἀρχῆς καλουμένου.]

[Ὑλλάριμα, τά, Hyllarima. Steph. Byz. : Ὑλλ., πολίχνιον Καρίας ὑπὲρ τῆς Στρατονικείας (ὕπερθε Στρ. Voss. ad Pomp. Mel. 1, 16)· ὅθεν ἦν Ἱεροκλῆς ὁ ἀπὸ ἀθλήσεων ἐπὶ φιλοσοφίαν ἀχθείς. Ὁ πολίτης Ὑλλαριμεύς. In Ὑλάρημα corruptum ap. Hierocl. Synecd. p. 688, ubi Wessel. : « Ὑλάριμα Conciliorum Acta probant : ut Georgius πόλεως Ὑλαρίμων ἐπαρχίας Καρίας Constant. 3, p. 673, et Anthemius episcopus πόλεως Ὑλαρίμων Nicæn. 2, p. 52. » Apud Stephanum duplex λ tuetur literarum series.]

[Ὕλλειοι. V. Ὑλλεῖς.]

[Ὑλλεῖς, οἱ, Hyllenses, tribus Sicyonia. Herodot. 5, 68. Steph. Byz. s. h. v. : Ἔστιν Ὕλλις (scr. Ὑλλίς) καὶ φυλὴ Ἄργους καὶ Δωριέων καὶ Τροιζηνίων. Ὁ φυλέτης Ὑλλεύς. (V. duo exempla in inscr. Corcyræa ap. Bœckh. vol. 2, p. 22.) Χάραξ θ', « Καὶ Παμφύλιοι καὶ Ὑλλεῖς. » Ὑλλεῖς Agrigentinorum tribus in marmore ap. Gruter. p. 401. || Gens Illyrica, sic appellata ab Hyllo Herculis et Melitæ filio, secundum Steph. Byz., Etym. M. p. 776, 38, et schol. Apoll. Rh. 4, 524, ubi forma epica Ὑλλήων, et Ὑλλῆας ib. 527. Idem feminino utitur Ὑλληΐς ib. 562 : Γαίης Ὑλληΐδος, et 535 : Πόλιν Ὑλληΐδα. Ὑλλὶς, ίδος, ex Callimacho memorat Steph. Byz. et Ὑλλὶς (male Ὕλλις scriptum) Χερσόνησος ex Apollodoro. Pro quo Χερρόνησος Ὑλλικὴ dixit Scymnus 405. Vitiose Ὑλλείων χθόνα ap. Dionys. Per. 386, ubi veram scripturam Ὑλλήων in libro suo habuit Eustathius : Τὸ δὲ Ὑλλήων τὸ παρὰ τῷ Διονυσίῳ πολλὰ τῶν ἀντιγράφων διὰ διφθόγγου γράφουσι πλεονασμῷ τοῦ ἰῶτα. Certior est forma Ὕλλοι, οἱ, ap. Scylac. p. 7, in fragm. Apollodori ap. Steph. Byz. (ex eoque ap. Eustath. l. c.) emendato ab Meinek. ad Scymn. p. 29. Ab Apollodoro sumsit Scymnus v. 408. Apud Scylacem l. c. etiam Ὑλλινοί. Urbis nomen Ὕλλη, ἡ, ap. Steph. Byz. et Eustath.]

[Ὑλληΐς. V. Ὑλλεῖς.]

[Ὑλλίδης, ὁ, Hylli filius, sine interpretatione positum ap. Suidam. Corruptum ex Ὑλαχίδης videtur Bernhardyo.]

[Ὑλλικός. V. Ὑλλαϊκὸς et Ὑλλεῖς.]

[Ὑλλὶς, ίδος, ἡ, Hyllica, Ab Hyllo (Herculis filio) originem ducens. Pind. Pyth. 1, 120, de institutis Doricis : Ὑλλίδος στάθμας ἐν νόμοις, ubi v. Bœckh. Explic. p. 234. || V. Συλλὶς et Ὑλλεῖς.]

[Ὕλλιχος, ὁ, Hyllichus, n. pr. viri. Callim. fr. 77 (ap. schol. Pind. Isthm. 2, 9) de Simonide : Ὁ Κεῖος Ὑλλίχου νέπους. || Hinc patronym. Ὑλλιχίδης, ὁ, simplici λ scriptum in inscr. Cea ap. Ross. in Ephemerid. Halens. a. 1838 (*Intelligenzbl.*) nr. 18, ubi Dionysius quidam Ὑλ. memoratur.]

[Ὕλλος, ὁ, dimin. ab ὕδρος. Sic dicitur Ichneumon, Pisid. (Cosm. 951), Latine Sullus, Dracontius ap. Isidor. : Salmas. Exerc. p. 446, Vales. ad Ammian. 22, 5, Fabric. Bibl. Gr. vol. 12, p. 662. Anonymus Augustanus Ms. cap. 42, 43. Schneid.]

[Ὕλλος, ὁ, Hyllus, Terræ filius, unde secundum Pausan. 1, 35, 8, Hercules filio ex Dejanira suscepto nomen fecit, qui memoratur ap. Herodot. 6, 52; 7, 204; 8, 131; 9, 26, Sophoclem in Trachiniis, Apollod. 2, 8, 4, aliosque. G. D. Idem in fictili, ascripto nomine HVLLOS. De Witte *Cab. de Durand* p. 110, n. 318. Hase. || Herculis et Melitæ filius. V. Ὑλλεῖς. || Atheniensis in inscr. ap. Bœckh. vol. 1, p. 492. || Hesych. : Ὕλλος, ποταμὸς Λυδίας. Homer. Il. Υ, 392 : Ὕλλῳ (male Ὕλῳ ap. Hesych.) ἐπ' ἰχθυόεντι. Herodot. 1, 80. Pausan. 1, 38, 5 : Ἡρακλέα διὰ τὴν παρ' Ὀμφάλῃ ποτὲ ἔφασαν δίαιταν Ὕλλον ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ καλέσαι τὸν παῖδα. Recentius fluvii nomen Φρύγιος memoratur ab Strabone 13, p. 626, quod Ὀρρύγιος scriptum ap. schol. Homeri l. c. De accentu Arcad. p. 53, 15.]

[Ὑλλούαλα, Hylluala. Steph. Byz. : Δῆμος Καρίας. Ἀπολλώνιος ε' Καρικῶν· « Κᾶρες δὲ τὸν τόπον ἐκεῖνον, ἔνθα Ὕλλος ἀπώλετο, Ὑλλούαλαν ὠνόμασαν καὶ ἕδος ἐνταῦθα ἐδείμαντο Ἀπόλλωνος· καὶ νῦν ἔτι περὶ τὸ ἕδος δῆμός ἐστιν Ὑλλούαλα λεγόμενος· ἄλα γὰρ οἱ Κᾶρες τὸν ἵππον ἔλεγον, ὡς καὶ πρότερον εἴρηται (s. v. Ἀλάβανδα).]

[Ὑλοβαρέω, Materia impura onero. Ammon episc. Vita Pachom. Actt. SS. Maii t. 3, p. 69, 31 : Οὕτως ὑλοβαρῶν. Hase.]

[Ὑλοβάτης, ὁ, Qui silvas pervadit. Dor. ὑλοβάτας Agathias Anth. Pal. 6, 32, et Theæt. Anth. Plan. 233. Vitiose ὑλιβάτην ap. Mucium Sc. Anth. Pal. 9, 217, cui ὑλοβάτην restituit Brunckius.]

[Ὑλόβιος, ὁ, ἡ, In silvis vivens. Ὑλόβιοι gens Indica ap. Strabon. 14, p. 713. Scott. De eadem Sarmanarum secta Clem. Al. Strom. 1, 71 : Τῶν Σαρμανῶν οἱ ἀλλόβιοι προσαγορευόμενοι οὔτε πόλεις οἰκοῦσιν οὔτε στέγας ἔχουσιν· ubi E. A. Schwanbeck. Megasthenis Ind. Bonnæ 1846 editis p. 46 legend. censet οἱ ὑλόβιοι. Hase.]

Ὑλογενὴς, ὁ, ἡ, In sylvis s. frutectis natus. Apud Athen. 2, [p. 63, B] in Gripho quodam de cochlea : Ὑλογενὴς, ἀνάκανθος, ἀναίματος, ὑγροκέλευθος. [Orph. fr. 2, 36.]

[Ὕλογος, στρατός. Περγαῖοι, Hesych. Ex Σύλλογος corruptum, ut videtur Guyeto.]

[Ὑλογραφέω, In ligno pingo. Vita Ms. Theodori Syceotæ ap. Ducang. Gloss. vol. 1, p. 651 : Ἰδὼν τὸ αὐτοῦ ἀφομοίωμα ὑλογραφημένον. G. D. Epiphan. Presb. Vita S. Andreæ, ab Alb. Dressel. 1843 edita, p. 47, 25 : Εἰκόνα εἰς μάρμαρον ὑλογραφουμένην. Hase.]

[Ὑλογραφία, ἡ, Pictura in ligno expressa. Constantin. De admin. imp. c. 29, p. 93 (139, 21 ed. Bekk.) : Εἰκονισμένος ἐξ ὑλ. ἀρχαίας, ex emend. Salmasii (Exercit. p. 1219) pro ἠλιγραφίας.]

[Ὑλογράφος, ὁ, Qui in ligno pingit. Manetho 4, 342.]

[Ὑλοδίαιτος, ὁ, ἡ, In silvis degens. Synes. H. 3, 381; ζωᾶς, 730.]

[Ὑλοδρόμος, ὁ, ἡ, In silva currens, degens. Aristoph. Thesm. 47 : Θηρῶν ἀγρίων πόδες ὑλοδρόμων. Etym. M. p. 776, 35, in additamento Turrisani : Ὑλ. ὁ ἐν ταῖς ὕλαις ἐνοικῶν.]

Ὑλόεις quoque affertur pro Sylvosus, Nemorosus, Arboribus densus et opacus; sed sine exemplo. [Fortasse pro ὑλάεις.]

[Ὑλοκάτοικος, ὁ, Sylvicola, Gl.]

Ὑλόκομος, Sylvis s. Arboribus comans, Arboribus sylvosus, ut Plin., Insula cedri genere sylvosa. Vel Sylviger, ut Idem dicit Sylvigeri montes. Aliis Frondosus, afferentibus ex Eur. [Andr. 283], ὑλόκομον νάπος. Legitur et in Epigr.

[Ὑλοκοπέω, Aristot. H. A. 9, 17. Vide Σφυροκοπέω.]

[Ὑλοκουρὸς, ὁ, ἡ, i. q. ὑλοτόμος. Lycophr. 1111. De accentu v. Arcad. p. 73, 2, qui exp. ὁ τὴν ὕλην τέμνων et cum νομοουρὸς composuit : nam sic ex cod. Havn. scribendum pro νομίουρος, de quo moneri debebat supra vol. 5, p. 1547. G. Dindorf.]

Ὑλομᾰνέω, Sylvesco, Inutili fruticatione luxurio et fere insanio, Frondibus ac sarmentis luxurio. [Etym. M. p. 776, 36 : Ὑλομανούντων, μεμηνότων περὶ τὴν ὕλην, τῇ ὕλῃ χαιρόντων. Theophr. C. Pl. 3, 1, 5 : Καθάπερ ὑλομανῶν ὁ θέρμος. Strabo 14, p. 684 : Ὑλομανούντων τῶν πεδίων. « Clem. Alex. p. 320, 30 : Τὴν ὑλομανοῦσαν χώραν. » Valck. Ὑλομανοῦσαι ἐλαῖαι Geopon. 9, 10, 7.] Const. Geopon. 5, [40] : Τὰς ὑλομανούσας ἀμπέλους μακροτομεῖν δεῖ· ἐκκλιματούμεναι γὰρ λωφῶσι· ut Pallad. in Novembri, c. 9 : Locis calidis et apricis vites quæ fructu carent, fronde luxuriant, et pauperiem fœtuum compensant ubertate foliorum, nunc putare pressius conveniet. Et Colum. : Nec pati vitem supervacuis frondibus luxuriantem sylvescere. Et ante hos Cic. De senect. : Quam multiplici serpentem lapsu et erratico, ferro amputans coercet ars agricolarum, ne sylvescat sarmentis, et in omnes partes nimia fundatur. Synonyma huic ὑλομανεῖν sunt τραγᾶν et ἐξυβρίζειν, de quibus suo loco dictum est. Ab arboribus vero ad homines et res inanimas etiam translatum est, significans itidem Luxurio s. Eluxurio. [Diodor. Exc. p. 533, 49 : Γυναικείαις θεαῖς ὑλομανοῦντα. Sic Wessel. pro vulgato αὐλομανοῦντα. Joann. Chrys. vol. 2, p. 472, D : Τὴν ἐν ὑμῖν ὑλομανήσασαν τῆς ἁμαρτίας ἄκανθαν. Et proprie ibid. Basil. M. vol. 1, p. 46, B : Μὴ ὑλομανεῖν proverb. idem est μὴ ἐπιδεικτικῶς πολιτεύεσθαι. Valck.] Chrysost. [vol. 1, p. 718, D] : Ἵνα καθάπερ δρεπάνῃ τῷ λόγῳ τὰ ὑλομανοῦντα πάθη τῆς διανοίας περικόπτοντες, ἔγκαρπα δένδρα γενώμεθα. Plut.

[Mor. p. 15, E] : Ἐξυβρίζει καὶ ὑλομανεῖ τὸ μυθῶδες τῆς ποιητικῆς τε καὶ θεατρικόν. [Quem l. expressit Isidor. Pelus. Epist. 2, 228.] Synes. De insomn. [p. 150, B] : Τὴν ὅλην κατασκευὴν τῆς γλώττης ὑλομανοῦσάν τε καὶ φλεγμαίνουσαν ὀνομάτων καινότητι. [OEcum. Comm. in Apoc. p. 398, 18 Cramer. : Θερισμὸς ὑλομανήσας. Gregor. Thaumaturg. p. 62, B. Athanas. t. 2, p. 222, D. Jo. Chrysost. t. 3, p. 157, C : Καθάπερ γὰρ γῆ, γεωργικῶν οὐκ ἀπολαύουσα χειρῶν, χερσοῦται καὶ ὑλομανεῖ. Figurate Philostrat. Vit. soph. p. 119, 5 Kayser. : Τὸν ἑαυτοῦ λόγον τέως ὑπομενοῦντα· ubi Alb. Jahn. Symbol. ad Philostr. p. 29 et 82 sq. probabiliter emendat, ὑλομανοῦντα. Hase.]

Ὑλομᾰνής, ὁ, ἡ, Insano sylvarum amore captus, i. e. Qui mirum in modum gaudet sylvis ; ὁ ταῖς ὕλαις χαίρων, Hesych.

[Ὑλομανία, ἡ, Fruticatio inutilis. Epiphan. t. 1, p. 845, A : Τῆς ἐξ αὐτοῦ φυείσης ὑλ. Id hodie πολυκλαδιὰν vocant Græci. Fraas. Synops. pll. floræ cl. p. 34. Hase.]

[Ὑλομᾰχέω, In silva pugno. Appian. Mithr. 103.]

Ὑλομήτρα sive Ὕλης μήτηρ, σκώληκος εἶδος, Hesych. Sunt qui βόμβυκα eo nomine intelligant. [Hesychii glossæ duæ sunt, Ὕλης μητέρα· εἶδος σκώληκος, ὃ καλεῖται ὑλομήτρα· ἄλλοι δὲ βόμβυκα. Ὑλομήτρα, εἶδος σκώληκος. Vitiosum videtur Ὑάλη, quod idem exp. ὕαλος, βόμβυξ, σκώληξ. G. Dind.]

[Ὑλονόμος, ὁ, ἡ, In silvis degens. Simonid. Anth. Pal. 6, 217; Archias ib. 179; Hymn. Orph. 50, 9; Aristot. H. A. 7, 40; Nonn. Dion. 21, 105.]

[Ὕλοι, σπόνδυλοι (σφόνδυλοι Albert.), Hesych. Vox nihili.]

[Ὑλοσκόπος, ὁ, ἡ, Silvas custodiens. Philipp. Anth. Pal. 6, 107 : Ὑλοσκόπῳ Πανί· nam sic scripturam codicis ὑλισκόπῳ, ab aliis in ὑλησκόπῳ mutatam, recte correxit Kuster. ad Suid. vol. 1, p. 525.]

[Ὑλότης, ητος, ἡ, q. d. Materietas, Materiæ habitus. Merc. Trism. p. 23, 49, et 35, 18 : Ὕλη ἐνεργεῖ τὴν ὑλότητα. Hase.]

Ὑλοτομέω, Materiem cædo s. succido, Ligna in sylvis cædo, ὕλην τέμνω. [Pollux 7, 109.] Hesiod. Op. [420] : Τῆμος ἄρ' ὑλοτομεῖν, μεμνημένος ὥριον ἔργον, Tunc materiam cædito, memor id opus esse tempestivum. [Dionys. A. R. 4, 44.] Joseph. C. Apion. 1, [c. 17] : Ἀναβὰς δὲ εἰς τὸν Λίβανον, ὑλοτόμησε πρὸς τὴν τῶν ναῶν κατασκευήν. [Quæ sumpta sunt ex Dio s. Dione historico. Idem Ant. Jud. 8, 5, 3; Georg. Syncell. Chron. vol. 1, p. 344, 8 ed. Bonn. Hase.]

[Ὑλοτομία. V. Ὑλοτομικός.]

Ὑλοτομικὸς, Ad materiarium pertinens, Aptus ad ὕλης τομὴν, ut ὑλ. ἐργαλεῖα : quales sunt ὑλοτόμοι πελέκεις ap. Hom. [Athanas. vol. 2, p. 1132. Diog. L. 3, 100.] Item ὑλοτομικὴ τέχνη, Ars cædendi materiem, Scientia cædendi ligna; artis enim est cædere ligna ædificiis apta, et cædere suo tempore, quam sub τῇ ναυπηγικῇ comprehendit Themistius. Vocatur eadem et Ὑλοτομία, ἡ, quum tamen id proprie sit potius ἡ τῆς ὕλης τομὴ, Materiæ succisio. Aristot. Polit. 1, 7 [11], mechanicas quasdam recensens artes : Ὑλοτομία τε καὶ πᾶσα μεταλλευτική. Pollux 7, c. 24 [§ 101] : Καὶ ἡ πρᾶξις, ὑλουργία, ὑλοτομία, ὑλαγωγία, ξυλουργία. [Aristot. Polit. 1, 11; Ælian. N. A. 3, 21. « Procl. schol. ad Hesiod. Op. 805. » Hase.]

Ὑλοτόμιον, τὸ, ex Strab. 13, [p. 606 : Τὸ ὑλ. τῆς Ἰδαίας ὕλης] pro Cædua sylva.

Ὑλοτόμος, ὁ, Qui arbores in sylvis succidit, Cæsor materiæ. [Per ξυλοτόμος exp. Hesych.; ὁ δρυμὸν ἐκκαθαίρων, Cyrill. Lex.] Hesiod. [Op. 805] : Ὑλοτόμον τε ταμεῖν θαλαμήϊα δοῦρα, Νηϊά τε ξύλα πολλὰ, τά τ' ἄρμενα νηυσὶ πέλονται. Itidemque ap. Polluc. ὑλοτάμοι, ὑλαγωγοὶ, ξυλουργοὶ, 7, c. 24 [§ 101], ubi nomina quædam recenset τῶν τὰς ὕλας παρασκευαζόντων. [Diodor. 19, 58 : Ἀθροίσας ὑλοτόμους καὶ πρίστας.] Hom. vero ὑλοτόμους vocat Lignatores qui in sylvis ligna cædunt cremanda : Il. Ψ, [123] : Πάντες δ' ὑλοτόμοι φιτροὺς φέρον, Qui in sylvas abibant, ut cæderent ligna struendo rogo Patrocli. Idem adjective ὑλοτόμους πελέκεας dixit Secures aptas materiæ cædendæ, Aptas ad succidendas arbores. Ib. [114] : Οἱ δ' ἴσαν ὑλοτόμους πελέκεας ἐν χερσὶν ἔχοντες. [Soph. El. 98 : Ὅπως δρῦν ὑλοτόμοι σχίζουσι κάρα φονίῳ πελέκει. Theophr. H. Pl. 3, 9, 3. Plutarch. V. Luculli c. 26. LXX Sap. 13, 11 : Ὑλ. τέκτων. G. D. Strabo p. 707, C. Theodoret. Gr. aff. cur. p. 176, 15 Gaisf. Pseudo-Chrys. t. 10, p. 983, D. Hase. || Ὑλότομον, τὸ, Herba succisa. Hom. H. in Cer. 229 : Ἀντίτομον μέγα φέρτερον ὑλοτόμοιο. Scriptura suspecta. Οὐλοτόμοιο, herbæ ad pernicïem excisæ, Vossius. G. D. De Dioscoride herbario Epiphan. t. 1, p. 3, B : Διοσκουρίδης ὁ ὑλ. Hase.]

[Ὑλοτρᾰγέω, Fructibus silvestribus vescor. Ælian. N. A. 16, 21.]

[Ὑλοτρᾰφὴς, ὁ, ἡ, In silvis nutritus. Proclus H. in Mus. 9 (ap. Brunck. Anal. vol. 2, p. 443) : Ὑλοτραφέσσι περὶ κλήροισι μανεῖσαν.]

[Ὑλότροφος, ὁ, ἡ, idem. Poetaster in Supplem. Theocr. Id. 24. Boiss.]

[Ὑλουργέω, Ligna cædo. Ælian. N. A. 7, 22.]

Ὑλουργία, ἡ, Opus materiarium, Ars lignaria, ut ξυλοτομία dicitur non solum Materiei s. Lignorum succissio, verum etiam Ars et scientia ea succidendi. Ambo ap. Polluc. 7, c. 24 [§ 101], et supra in Ὑλοτόμος et Ὑλοτομία.

Ὑλουργὸς, ὁ, i. q. ὑληουργὸς s. ὑλιουργὸς, Materiarius s. Lignarius faber; ξυλουργὸς, Pollux [7, 101. Etym. M. p. 776, 28. Eurip. Herc. F. 241 : Ὑλ. δρυὸς κορμούς (τέμνει). « Joseph. A. Jud. 8, 2, 6 : Μισθὸν ἐγὼ τοῖς ὑλ. παρέξω. » Hase. Adject. Dionys. A. R. 3, 73 : Δρεπάνοις καθοπλίσαντες ὑλουργοῖς· nisi ὑλουργικαῖς scripsit. G. Dind.]

Ὑλοφάγος, ὁ, ἡ, Qui sylvas depascitur, in sylvis pascitur s. degit. Hesiod. Op. [589] : Καὶ βοὸς ὑλοφάγοιο κρέας μήπω τετοκυίης, i. e. νομάδος, s. ἀγρίου καὶ ἀδαμάστου, ut quidam exponunt. [Agatharch. ap. Phot. Bibl. p. 452, 12, de Æthiopibus : Τὸ τῶν ὑλ. γένος. De quibus v. Diodor. 3, 23.]

[Ὑλοφορβὸς, ὁ, In silvis pascens. Βοῦς ὑλ. Eurip. Iph. T. 260.]

Ὑλοφορέω, Materiem comporto. [Pollux 7, 130.] Philo V. M. 1 [vol. 2, p. 86] : Ὑλοφοροῦντες αὐτοὶ μεθ' ἡμέραν καὶ νύκτωρ ἄνευ διαδοχῆς, Materiam ipsi noctu juxta interdiuque absque successione comportantes. [|| Ὑληφορέω. Phrynich. in Bekk. Anecd. p. 67, 19 : Ὑληφορεῖν, ἀντὶ τοῦ φορτία φέρειν.]

Ὑλοφόρος, sive Ὑληφόρος, ὁ, Qui materiam et ligna comportat. [Ὑλοφόροι inscripta fuit Aristomenis comœdia memorata ab scriptore argumenti Aristoph. Equitum.] Ambo in Lex. meo vet. et ap. Etym. [M. p. 776, 28], posterius ap. [Phot. p. 617, 19, et] Suid. etiam, a quo exp. ξυλοφόρος. [Ὑλοφ., Leon. Tar. Anth. Pal. 9, 335. Ὑληφόρος, ἡ, Lignatrix, Aristoph. Ach. 272 : Ὡρικὴν ὑλ. || Ὑλοφόρος, ὁ, ἡ, Silvas progignens, Silvosus. Mons ὑλ. καὶ δενδροφόρος ap. Polyb. 3, 55, 9. HSt. alibi :] Ὑληφόρος, Sylviger, ut Plinius dicit Sylvigeri montes. Item Lignifer s. Lignator.

[Ὑλοχαρέω, Ramis luxurior. Aq. Esai. 35, 2 : Ὑλοχαρήσει. (Pseudo-Chrys. t. 10, p. 886, D. Hase.) Est igitur idem quod ὑλομανήσει, si recte scriptum.]

Ὑλώδης, ὁ, ἡ, Sylvosus, Nemorosus. [Thucydides 4, 8, 29.] Xenoph. Cyneg. [5, 15] : Ὅσοι δὲ μὴ ἔρχονται αὐτῶν εἰς τὰ ἐργάσιμα, τοὺς λειμῶνας, τὰς νάπας, τὰ ὑλώδη. Et rursum [7] : Ἐν δὲ τοῖς ὑλώδεσι μᾶλλον ἢ ἐν τοῖς ψιλοῖς ὄζει, In locis sylvosis. [Strabo 10, p. 458. Plutarch. V. Marcelli c. 29 : Λόφου ὑλ. καὶ συνηρεφοῦς. Dio Cass. 39, 3 : Ὄρη ὑλωδέστατα. Geop. 2, 10, 2 : Μεγάλα καὶ ὑλ. δενδρα. || « Improprie Jobus 29, 5 : Ὅτε ἤμην ὑλ. λίαν, Quum omnium rerum copia valde abundarem. » Schleusn.] Ὑλώδης significat etiam Qui crassæ est materiæ, Fæculentus, quoniam ὕλη interdum pro Fæce et ὑποστάθμη usurpatur. Ex Diosc. 5, 87 : Ὕδωρ γένηται ὑλῶδες, ἢ χυλῶδες, ἢ πηλῶδες, Aqua succi modo crassescat, aut cœnosa reddatur. [Geopon. 7, 4, 2 : Μένει ἐν τῷ πυθμένι πᾶν τὸ ὑλ. Moschopul. Περὶ σχ. p. 92 : Τρὺξ, τὸ ὑλῶδες τοῦ οἴνου. Thom. M. p. 790 : Σαπρὸς οἶνός ἐστιν ὁ πρὸς τῷ τέλει ὑλώδης. De fluvio palustri Plutarch. V. Pyrrhi c. 21 : Ποταμὸν ὑλ. καὶ τραχύν· Bruti c. 51 : Ῥεῖθρον ὑλ. καὶ παράκρημνον· Sullæ c. 20 : Λίμνας τυφλὰς καὶ ὑλ.]

[Ὑλῶος, ώα, ῶον, Materialis. Olympiod. In Plat. Alcib. p. 19 : Ὑλῶοι λέγονται οἱ τήνδε τὴν ὕλην ἐξάπτοντες τῆς τῶν οὐρανίων κτλ.]

Ὑλωρὸς, ὁ, Sylvæ custos, [ὕλην φυλάσσων exp. Hesych.] Cui sylvarum custodia demandata est, Qui observat quæ per sylvas et nemora fiunt: ut principes quibusdam suis ministris sylvarum custodiam committunt, qui curent ne vel arbores succidantur vel feræ interficiantur a rusticis. Pompon. JCtus Saltuarios vocat, qui ejusmodi munus obeunt. Aristot. Polit. 6, 8, quum de ἀστυνομίᾳ et præfectura urbana locutus esset, eique subjecisset τειχοποιοὺς, κρηνῶν ἐπιμελητὰς, λιμένων φύλακας, subjungit, Ἄλλη δ' ἀναγκαία τε καὶ παραπλησία ταύτῃ (sc. ἐπιμέλεια), περὶ τῶν αὐτῶν μὲν γὰρ, ἀλλὰ περὶ τὴν χώραν ἐστὶ καὶ τὰ περὶ τὰ ἔξω τοῦ ἄστεος· καλοῦσι δὲ τοὺς ἄρχοντας τούτους, οἱ μὲν, ἀγρονόμους, οἱ δ' ὑλωρούς. Itidemque 7, 13, quum de ἀστυνομίᾳ et ἀγορανομίᾳ verba fecisset, Μεμιμῆσθαι δὲ χρὴ, inquit, τὴν εἰρημένην τάξιν καὶ τὰ περὶ τὴν χώραν· καὶ γὰρ ἐκεῖ τοῖς ἄρχουσιν, οὓς καλοῦσιν οἱ μὲν, ὑλωροὺς, οἱ δ' ἀγρονόμους, καὶ φυλακτήρια καὶ συσσίτια πρὸς φυλακὴν ἀναγκαῖον ὑπάρχειν. Dicitur et Ὑληωρὸς, sed in metro potius quam in prosa, itidem pro τὴν ὕλην φυλάσσων: ut et Suidæ ὑληωροὶ sunt οἷς τὰ διὰ τῆς ὕλης ἔργα ἐν φροντίδι ἐστὶ, s. οἱ τοῦ ὄρους φύλακες. [Apoll. Rh. 1, 1227, ubi Νύμφαι ὑλήωροι (corrigo, ὑληωροὶ), quod schol. exp. αἱ ἐν τοῖς ὄρεσι διατρίβουσαι. Oxytonum Πᾶνα ὑληωρὸν ap. Leonid. Tar. Anth. Pal. 9, 337, recto accentu, ut docet Arcad. p. 72, 23, qui ὑλιωρὸς (nam sic scriptum) exp. ὁ γνήσιος φύλαξ.] Nec non Ὑληρὸς et Ὑληρεὺς dicitur pro ὑλωρὸς s. ὑληωρός. Affert enim Hesych. ὑληρεὺς pro νομεὺς ἐν ὕλῃ φυλάττων: Lexicum autem meum vetus ὑληροὶ ἁμαδρυάδες, Sylvarum custodes vel etiam Sylvicolæ Hamadryades. Ap. Nicandr. Ther. 55, legimus etiam χείραμα κοῖλα καὶ ὑληώρεας εὐνάς· quod potius est a nomine ὑληωρὴς quam ὑληωρεύς: sunt autem ὑληωρέες εὐναὶ, Cubilia et latibula sylvestria. [Ὑληώρης cum genit. ὑληώρους ap. Chœrob. In Theodos. p. 54, 6. Scribendum igitur apud Nicandrum ὑληώρεας. G. Dind.]

[Ὑμᾶς. Ὑμέας. V. Σύ.]

[Ὑμέας, ὁ, Hymeas, Darii gener. Herodot. 5, 116, 122, ubi forma Ion. Ὑμέης.]

[Ὑμεδαπὸς, ἡ, όν. HSt. s. v. Ἡμεδαπός:] Compositum Ὑμεδαπὸς illi Ἡμεδαπὸς proxime subjungendum est, utpote ei respondens, sicut Latine sibi respondent Nostras et Vestras. Est igitur Ὑμεδαπὸς itidem Qui est ex vestro solo, Vestras. [Arcad. p. 179, 21.] Hesych. ὑμεδαπῶν exp. τοῦ ὑμετέρου ἐδάφους. Suidas τῶν ἐκ τοῦ αὐτοῦ ἐδάφους ὑμῖν συγγενῶν· ἢ τῆς αὐτῆς χώρας· ubi pro ἢ credo reponendum ἤγουν, aut ἤτοι: ut genitivo χώρας exponatur ille ἐδάφους. At in VV. LL. legitur Ὑμεδαπὴς, quod interpr. Conterraneus, Vestras, quasi Eodem vobiscum loco natus. Hisque subjungitur nomen Suidæ, tanquam testis. Unde apparet eum, qui hæc scripsit, existimasse ὑμεδαπῶν, quod ap. Suid. legitur, esse a nomin. contracto ὑμεδαπής. Sed miror cur potius ab ὑμεδαπὴς quam ab ὑμεδαπὸς esse putarit: præsertim quum non ἡμεδαπὴς in iisdem, sed ἡμεδαπὸς duntaxat legatur. Quod si usquam ὑμεδαπὴς extaret, et quidem apud idoneum quempiam auctorem, non dubium est quin et ἡμεδαπὴς itidem dici posset: quin etiam reliqua compp. fortasse eandem accipere formam possent. Inveniri quidem certe et παντοδαπὴς, in illo docui. [HSt. alibi:] Ὑμεδαπὸς, Ex vestro solo oriundus, Vestras, Conterraneus vester: [Phot. et] Suid. ὑμεδαπῶν, τῶν ἐκ τοῦ αὐτοῦ ἐδάφους ὑμῖν συγγενῶν, s. τῆς αὐτῆς χώρας: Hesych. τοῦ ὑμετέρου ἐδάφους. Eadem comp. forma dicitur ἡμεδαπὸς, Nostras: ἀλλοδαπὸς, Ex alieno solo oriundus, Alienigena. [Athen. 9, p. 366, A: Οὐχ ὡς ὑμεδαποὶ Ἀθηναῖοι. Clem. Alex. p. 35: Τῆς δὲ ὑμεδαπῆς ἀπωλείας ἐχόμενοι.]

[Ὑμέες. Ὑμείων. V. Σύ.]

[Ὑμέης. V. Ὑμέας.]

Ὑμέλη, Sterilis, στείρα, ἄγονος, explicatur a Suida. [Qui accusativum posuit ὑμέλην. Sed vitii suspecta est glossa.]

[Ὑμεναιέω. V. Ὑμεναιόω.]

Ὑμέναιος, ὁ, Hesychio ἐπίπλους, et τὸ διαφανές. Quibus verbis haud scio quid sibi velit, nisi ὑμεναίου nomine accipiat τὸν ἐπίπλουν ὑμένα, qui ventri et intestinis incumbit: item Quod pellucidum est in modum tenuis membranæ. Idem ὑμέναιον dici scribit τὸ τοῖς γαμοῦσιν ἐπαυλούμενον [ἀπὸ τοῦ ὁμοῦ ναίειν, et similiter Etym. M. p. 776, 41], ut ex Polluce etiam docebo ὑμένα et ὑμέναιον dici τὸ γαμήλιον ᾆσμα, quod γαμικὸν ὕμνον ab Athen. nominari. Idem rursum Hesych. ὑμεναίων exp. γαμικῶν ᾀσμάτων: ut et Suidas, γαμικῶν ὕμνων, afferens ex Epigr. [Leonidæ Tar. Anth. Pal. 7, 19]: Τὸν χαρίεντ' Ἀλκμᾶνα, τὸν ὑμνητῆρ' ὑμεναίων Κύκνον, τὸν μουσῶν ἄξια μελῳάμενον. Sic Athen. quoque 14, [p. 619, B] ὑμέναιον dici scribit τὴν ἐν γάμοις ᾠδὴν, ut rursum Hesych. ᾠδὴν ἐπιγάμιον. Hom. Il. Σ, [493]: Νύμφας δ' ἐκ θαλάμων δαΐδων ὑπὸ λαμπομενάων Ὑμέναιον ἀνὰ ἄστυ, πολὺς δ' ὑμέναιος ὀρώρει· quoniam sc. γάμοι ἔσαν, ut ibid. loquitur, i. e. διεγείρετο πλείστη γαμήλιος ᾠδὴ, ut brevium scholiorum auctor exp., quem consule de etymo hujus vocabuli, ipsiusque verba conf. cum iis quæ ex Servio in Ὑμὴν afferam. Itidem Hesiod. Sc. [274]: Ἐὐσσώτρου ἐπ' ἀπήνης Ἤγοντ' ἀνὸρὶ γυναῖκα, πολὺς δ' ὑμέναιος ὀρώρει. [Apoll. Rh. 4, 1160, 1197. Æsch. Ag. 707: Τὸ νυμφότιμον μέλος ἐκφάτως τίοντας ὑμέναιον, ὃς τότ' ἐπέρρεπε γαμβροῖσιν ἀείδειν. Eurip. Herc. F. 10: Ἦν πάντες ὑμέναιοισι Καδμεῖοί ποτε λωτῷ συνηλάλαξαν· Alc. 922: Ὑμεναίων γόος ἀντίπαλος· Iph. T. 367: Ἀργεῖαί νιν ὑμνοῦσιν ὑμεναίοισι.] Plutarch. Symp. 4 [p. 666, F]: Ἡ δὲ γαμήλιος τράπεζα κατήγορον ἔχει τὸν ὑμέναιον μέγα βοῶντα, καὶ τὴν ᾠδὴν καὶ τὸν αὐλόν. Athen. 1, [p. 6, A] de Philoxeno: Λουσάμενος παρῆν ἄκλητος ὡς τὸν νυμφίον, καὶ μετὰ τὸ δεῖπνον ᾄσας ὑμέναιον, οὗ ἡ ἀρχὴ, Γάμε θεῶν λαμπρότατε, πάντας ἐψυχαγώγησε. Ubi ut ὑμέναιον ᾄδειν dicit, ita alibi γαμικὸν ὕμνον ᾄδειν: itidemque Virg., Natæ Turnique canit hymenæos, i. e. nuptiale carmen in honorem natæ suæ et Turni compositum. Et Plaut., Suavi cantu concelebra omnem hanc plateolam hymenæo. [Lucian. D. mer. 2: Ὑμέναιον ᾄδειν.] Hesychio ὑμέναιος est non solum ἡ ἐπιγάμιος ᾠδὴ, Nuptiale carmen, sed etiam ipse γάμος. Quo modo Virg. hanc vocem (sed in plur. num.) usurpavit, ut quum dixit Vetitos hymenæos invadere, Inconcessos hymenæos exercere. Nisi pro Concubitu in hisce ll. accipere malis. [Soph. OEd. T. 422: Ὅταν καταίσθῃ τὸν ὑμ., ὃν δόμοις ἄνορμον εἰσέπλευσας· Antig. 813: Οὔθ' ὑμεναίων ἐπίκληρον. Eurip. Iph. A. 123: Παιδὸς δαίσομεν ὑμεναίους· Hel. 728: Νῦν ἀνανεοῦμαι τὸν σὸν ὑμ. πάλιν· 1451: Ὑμέναιον Ἑλένης κἀμόν. Liban. vol. 4, p. 611, 5: Τάφος ἦν ὁ γάμος, καὶ Πυριφλεγέθων αἱ δᾷδες καὶ Κωκυτὸς ὁ ὑμέναιος.] Rursum ὑμέναιος, ipse Nuptiarum præses s. antistes deus. [Eurip. Tro. 311: Ὦ Ὑμὴν Ὑμέναι' ἄναξ· et Ὑμὴν, ὦ Ὑμέναιε ib. 314, 322, et Ὑμὴν ὦ Ὑμέναι', Ὑμὴν 335. Aristoph. Av. 1742: Ὑμὴν, Ὑμέναι' ὦ.] Lucian. [Herodoto c. 5]: Πάροχος δὲ καὶ νυμφαγωγὸς Ἡφαιστίων συμπαρέστη, δᾷδα καιομένην ἔχων, μειρακίῳ πάνυ ὡραίῳ ἐπερειδόμενος. Ὑμέναιος, οἶμαι, ἐστίν· ἑτέρωθι δὲ τῆς εἰκόνος ἄλλοι Ἔρωτες παίζουσι. Vide et Ὑμὴν, nec non schol. Homeri in l. supra cit. [Procl. ap. Phot. Bibl. p. 321, 19: Ὑμέναιον ἐν γάμοις ᾄδεσθαί φασι κατὰ πόθον καὶ ζήτησιν Ὑμεναίου τοῦ Γερψιχόρης, ὃν φασι γήμαντα ἀφανῆ γενέσθαι· οἱ δὲ κατὰ τιμὴν τοῦ Ἀττικοῦ Ὑμεναίου· τοῦτον γάρ φασί ποτε διώξαντα ἀφελέσθαι κόρας Ἀττικὰς λῃστῶν. Ἐγὼ δὲ βίου τινὰ εὐτυχοῦς προαναφώνησιν ὑπάρχειν καὶ συνεύχεσθαι τοῖς συνιοῦσι πρὸς γάμου κοινωνίαν μετὰ φιλοστοργίας, Αἰολικῇ παραπλέκοντας τὴν εὐχὴν διαλέκτῳ, οἷον ὑμεναίειν καὶ ὁμονοεῖν τούτους ἀεὶ ὁμόσε ναίοντας. Lex. rhet. in Bekk. Anecd. p. 312, 17: Ὑμέναιος ὁ ἐν τοῖς γάμοις ᾀδόμενος ὕμνος. Ὑμέναιος γάρ ἐστι πρόπολος Ἀφροδίτης καὶ Ἐρώτων. || Hymenæus, puer amatus ab Argynno. Athen. 13, p. 603, D. || Ὑμέναιος, pater Tantali et Ascali. Xanthus ap. Steph. Byz. s. v. Ἀσκάλων. || Atheniensis, in inscr. apud Bœckh. vol. 1, p. 394. Aliique in aliis inscriptt.: v. Keil. Anal. epigraph. p. 145. || Alius in Pauli Epist. ad Timoth. 1, 1, 20; 2, 2, 17. || Ὑμέναιος inscripta fuit Ararotis comœdia. || Ὑμήναος, forma Æolica. Sappho apud Hephæst. p. 129: Ὕψοι δὴ τὸ μέλαθρον, Ὑμήναον, | ἀέρρετε, τέκτονες ἄνδρες, Ὑμήναον. Epigr. sepulcrale in Petronium Capitonem ap. Welcker. Syll. p. 71: Οἳ θρήνοισι βοητὸν ὑμήναον, οἳ προκελεύθους ...]

Ὑμεναιόω, sive Ὑμεναιάω, Hymenæum canto, Hy-

menæo jungo, Connubio jungo. Utriusque verbi meminerunt Etym. [M. p. 776, 45] et Lex. meum vetus: afferuntque ὑμεναιώσουσι pro ἅσουσι τὸν ὑμέναιον καὶ συνάψουσι γάμῳ [ex Theocr. 22, 179], et ὑμεναιοῦν pro συνάπτειν γάμῳ, καὶ ἅδειν τὸν ὑμέναιον. [Sic Phot. Lex. p. 618, 16. Æsch. Prom. 557 : Μέλος ... ὅτ' ἀμφὶ λουτρὰ καὶ λέχος σὸν ὑμεναίουν.] Aristoph. quoque schol. ὑμεναιοῖ exp. ἐς γάμους ἄγοιτο. [Pac. 1076, 1112 : Πρίν κεν λύκος οἶν ὑμεναιοῖ. Hesych. : Κουριζομέναις, ὑμενοιουμέναις. Apud Polluc. 3, 37 : Ὑμνῆσαι τὸ τὸν ὑμέναιον ᾆσαι, libri alii ὑμένα ᾆσαι, ex quo Jungermannus fecit ὑμεναιῆσαι. Debebat ὑμεναιῶσαι. Neque enim fides habenda Etym. M. p. 776, 42, qui ὑμεναιῶ non solum τῆς τρίτης, sed etiam τῆς πρώτης συζυγίας esse affirmat. Æolicum verbum ὑμεναίειν a Proclo fictum vid. s. v. Ὑμέναιος. G. Dind.]

Ὑμένειον, τὸ, pro Membranula affertur. Pro quo tamen existimo scrib. esse potius Ὑμένιον, sine diphthongo. [Sic ap. Aristot. H. A. 1, 17, Ruf. p. 113 ed. Matth., Clem. Alex. s. v. Ὑμένινος citandum.] Ὑμενήϊος, adjectivum : ut ὑμενήϊος βάκχος, VV. LL. ex Epigr. [Anth. Pal. 9, 524, 21], Bacchus nuptialis : quia in nuptiis potationi indulgetur. [Ad venereos amplexus provocans, exp. Jacobs. vol. 10, p. 410. De forma nominis v. Lobeck. Pathol. p. 474.]

Ὑμένινος, η, ον, Membranaceus, s. potius Membraneus, ut Ulpian. loquitur, i. e. Ex membrana factus : ὑμ. περιγλωττὶς [Athen. 1, p. 6, C], Linguæ involucrum ex membrana s. tenui pellicula. Vide Περιγλωττίς. [Clem. Alex. p. 235 : Τῶν ὑμ. τῶν περιόπτων, ubi nunc ὑμενίων ex codd.]

Ὑμένιος, Membranaceus, Membranæ in modum tenuis. Hesych. vero simpliciter ὑμένιον exp. λεπτόν : ut ὑμενῶδες Eidem est itidem λεπτὸν, nec non ἀεροειδές. [V. Ὑμένειον.]

Ὑμενοειδὴς, ὁ, ἡ, Membranæ speciem gerens, Membranaceus, etiam Membrana constans, ut Plin. vertit, qui hæc Aristot. verba [H. A. 3, 15] : Ἔστι δὲ καὶ κύστις ὑμενοειδὴς, διακοπεῖσα δὲ οὐ συμφύεται, sic Latine expressit : Vesica membrana constat, vulnerata cicatrice non solidescit. Ubi nota Membranam diserte ab eo vocari, quod Græci ὑμένα appellant : ut rursum pro his ejusd. Aristot. [H. A. 5, 22], Τὸν ὑμένα περιῤῥήξας ἐκπέταται, ipse habet, Ruptis membranis emergit, de apum fœtu loquens. Iterumque pro his, Περιτέταται δὲ ὥσπερ ὑμὴν περὶ τὰ κάτω, Subesse membrana quædam radicibus spongiarum intelligitur. [Diosc. 1, 142; Hippocr. p. 1013. « Aristid. Quint. p. 105. » Wakef. Herophil. ap. Galen. vol. 4, p. 596, 14 : Λεπτῷ τινὶ καὶ ὑμενοειδεῖ ὑμένι. Theodoret. Hist. eccl. p. 894, D : Λεπτότατον τὸ δέρμα καὶ ὑμ. Hase. Ὑμενοειδέα ἐπιμήνια v. s. v. Ὑμενώδης.]

Ὑμενόπτερος, ὁ, ἡ, Alas membranaceas habens, ut vespertiliones et cicadæ. Plin. 11, 18 : Membranis et cicadæ volant. 39 : Membranis volant fragilibus insecta, humentibus hirundines in mari, siccis inter tecta vespertilio. Utitur autem Græco vocabulo Lucian. [Muscæ enc. c. 1. Strabo 15, p. 703 : Ὄφεις ὑμ.]

Ὑμενόστρακος, ὁ, ἡ, Testa constans tenui et subtili in modum membranæ. Lucian. [Lexiph. c. 7] : : Ἀνεμοφόρητα καὶ ὑμενόστρακα ποτήρια.

[Ὑμενόω, In membranam converto, Membrana includo. Hippocr. p. 236, 14 : Ἡ γονὴ ὑμενοῦται. Schneid. Galen. vol. 4, p. 526, 14; 527, 10. Id. ib. p. 625, 4 : Τὸ μὲν ὑμενοῦσθαι τῆς οὐσίας αὐτοῦ. Hase.]

Ὑμενώδης, ὁ, ἡ, Membranaceus, Tenui membrana constans, In modum membranæ tenuis, Membranæ speciem gerens. [Phot. et Suid. et Etym. M. p. 776, 50 : Ὑμενῶδες, λεπτότατον καὶ οἷον εἰπεῖν ἀερῶδες. Hesych., λεπτὸν, ἀεροειδές. Schol. Plat. p. 373 : Ἥτριον, ἔνδυμα ὑμ.] Gaza ap. Aristot. [H. A. 1, 16] ὑμενώδεσι δεσμοῖς vertit Fibrarum nexu. [Id. De partt. anim. 3, 6 : Ὑμ. πλεύμων. Theophr. C. Pl. 1, 7, 4 : Δερματικὰ καὶ ὑμ. 1, 19, 1 : Σπέρμα ὑμ. καὶ ἀμενηνόν. « Ὑμενώδεες οὐρήσιες et ὑμ. οὖρον, Urina membranosa aut pelliculosa, multam crudam, frigidam, crassam et flatulentam materiam continens, Hippocr. p. 213, F. Ὑμ. ἐπιμήνια, Menses in quibus multa pituita viscida abundat, p. 594, 33; 595, 38 (ὑμενοειδέα ibid. v. 42). Ὑμ. ἐμμήνια p. 594, 33. Foes. Jo. Philop. De cr. mundi p. 192, 17. Nemes. p. 256, 13 Matth. : Ὑμ. δεσμοί. Galen. vol. 2, p. 233, 12 : Μῦς λεπτὸς ὑμ.· 235, 2 et 263, 12, ὑμ. σύνδεσμος· 265, 18, ὑμ. τένων. Compar. ib. 303, 17 : Τὸ πέρας ὑμενωδέστερον. Hase.]

[Ὑμές. V. Ὑμεῖς s. v. Σύ.]

[Ὑπερφίαλος, ὁ, ἡ. HSt. s. v. Φιάλη :] Hinc secundum quosdam et nomen comp. Ὑπερφίαλος, quod alicubi exp. Fœdifragus. Hom. Il. Γ, [106] : Ὄφρ' ὅρκια τάμνῃ Αὐτὸς· ἐπεί οἱ παῖδες ὑπερφίαλοι καὶ ἄπιστοι. Proprie, ut quidam volunt, Qui transgreditur jusjurandum quod per phialas datum est. Alicubi vero ὑπερφίαλος existimatur dici Superbus, Arrogans, Insolens, Impotens animi, Ferox. [Per ὑπερήφανος, ὑβριστὴς, παράνομος exp. Hesych.] Sic et ὑπερφίαλον ἔπος, ex Hom. Interdum vero in laude pro μεγαλοφυής. Atque adeo pro Immensus quoque. Vide Eust. et Suid. [Grammaticorum de origine hujus vocabuli opiniones expositæ sunt in Etym. M. p. 780, 3, schol. Hom. Il. B, 169, Eustath. p. 389, 20; 1400, 37; 1608, 12; schol. Apoll. Rh. 2, 54, schol. Oppiani Hal. 2, 10. Eorum alii derivarunt ab verbo φῶ, i. e. φαίνω, ut sit ὁ ὑπερφαίνοντα τῶν ἄλλων ἑαυτὸν ἐπιχειρῶν ἐπιδείξαι, alii a φῶ, i. e. λέγω, ut sit ὁ ὑπὲρ τὴν ἑαυτοῦ δύναμιν λέγων καὶ ἐπαγγελλόμενος. Alii ab φιάλη ortum esse putarunt, ut significet τὸν παραβαίνοντα τοὺς διὰ φιαλῶν γενομένους ὅρκους, aut ut ὑπερφίαλον intelligatur τὸ πλῆθυον τῆς φιάλης, i. e. τὸ ὑπέρμετρον. Quarum opinionum nullam probabilem esse ostendit Buttmann. Lexil. vol. 2, p. 212, qui Dammio assentitur ab ὑπερφυὴς derivanti : cui tamen opinioni nihil ponderis accedere ab ὑπερφυάλοισι per υ scripto in schol. Od. B, 320, Buttmannus ipse intellexit. Ab ὑπέρβιος derivat Lobeck. Pathol. p. 91. Ad significationem quod attinet, eodem fere modo dicitur quo ὑπέρβιος et ὑπέροπλος de iis qui aliorum hominum aliarumve rerum rationem parum habentes nimium se efferunt, poniturque plerumque in vituperio, ut in l. Homeri ab HSt. allato, et frequenter Τρῶες ὑπ., ut Il. N, 621, Φ, 224, 414. Μνηστῆρες ὑπ. Od. A, 134, B, 310, N, 373, Ξ, 27, O, 315, 376, Π, 271, Υ, 12, al. Ib. I, 106 : Κυκλώπων ἐς γαῖαν ὑπερφιάλων, ἀθεμίστων· Z, 274 : Μάλα δ' εἰσὶν ὑπερφίαλοι κατὰ δῆμον. Porro θυμὸς ὑπ. καὶ ἀπηνὴς Il. O, 94, Ψ, 611; μύθους ὑπ. Od. Δ, 774. Sine opprobrio dictum est Od. Φ, 289, ubi Antinous, unus ex primariis procis, Οὐκ ἀγαπᾷς, inquit, ὃ ἕκηλος ὑπερφιάλοισι μεθ' ἡμῖν δαίνυσαι; (licet eadem fere verba ὑπ. μεθ' ὑμῖν δαίνυσθαι contra procos dicta sint B, 310). Quod notarunt grammatici, Apollon. Lex. : Ὑπερφίαλοι, ὑπερήφανοι. Λέγονται δὲ οὕτως καὶ οἱ κατ' ἀρετὴν διαφέροντες, οἷον ὅταν τις τῶν μνηστήρων λέγῃ « Ὑπ. μ.

ἡμ.» οὐ γὰρ ἂν ἑαυτοὺς κακῶς ἔλεγον· schol. Il. O, 94, et Suidas, qui eodem loco usus ἐπὶ ἐγκωμίου ἀντὶ τοῦ ἀγαθοῖς dictum observant. Quo defenditur Aristarchi lectio Il. E, 881 : Ὑπερφίαλον Διομήδεα, ubi αἱ δημώδεις ἐκδόσεις præbent ὑπέρθυμον. Post Homerum Pind. Ol. 10, 42 : Μολίονες ὑπ. Pyth. 4, 198 : Ὑπερφιάλου ἀγεμόνος δείσαντες ὕβριν· 2, 79 : Τέκεν γόνον ὑπ. et similia passim apud recentiores Epicos, ut Βέβρυκες ὑπ. Apoll. Rh. 2, 758, Orph. Arg. 657. Παῖς Ποσειδῶνος ὑπ. Theocr. 22, 97. Ἔπη ὑπ. Apoll. Rh. 2, 54. Pind. vero fr. 93 de immani vinculo dixit : Κείνῳ μὲν Αἴτνα δεσμὸς ὑπ. ἀμφίκειται. De labore ingenti Apoll. Rh. 3, 428 : Τὸν ἄεθλον ὑπ. περ ἐόντα τλήσομαι. De vino immodice sumto Ion ap. Athen. 11, p. 495, B : Ἐκ ζαθέων πιθακνῶν ἀφύσσοντες ὄλπαις οἶνον ὑπερφίαλον κελαρύζετε.]

‖ Hinc adv. Ὑπερφιάλως, Fœdifrage, More eorum qui sunt fœdifragi; Superbe, Arroganter. Et pro μεγάλως atque ὑπερφυῶς, ap. Hom. Vide Eust. [p. 1829, 21. Legitur Il. N, 293 : Μή πού τις ὑπ. νεμεσήσῃ (et eodem cum verbo Od. P, 281)· Σ, 300 : Ὅς κτεάτεσσιν ὑπ. ἀνιάζει· Od. A, 227 : Ὑβρίζοντες ὑπ. Δ, 663 : Ἦ μέγα ἔργον ὑπ. ἐτελέσθη· et sim. Π, 346. Damn. Cyrill. Al. t. 5, p. 689, D, ὑπ. ἐπιτιμᾶν. Hase.]

Ὑπερφιλέω, Supramodum amo, Amo supra quam dici queat. Redditur et uno verbo Adamo; sed hoc non tam significans est : sicut nec Deamo, quod alioqui esse etiam significantius illo existimo. [Pollux 5, 113.] Xenoph. Cyrop. [1, 4, 6;] 3, [1, 36] : Ὁ δὲ ἐτύγχανε νεόγαμος ὢν, καὶ ὑπερφιλῶν τὴν γυναῖκα· Hell. 7, [1, 13] : Καὶ ὑπερεφίλουν τὸν Λυκομήδην, καὶ μόνον ἄνδρα ἡγοῦντο. Utitur et Aristoph. Pl. [1072. Aristot. Eth. Nic. 9, 1 : Ὁ ἐραστὴς ἐγκαλεῖ ὅτι ὑπερφιλῶν οὐκ ἀντιφιλεῖται.]

[Ὑπερφιλονεικέω, Supra modum contendo. Ὑπερδιατείνεσθαι per ὑπ. exp. schol. Luciani Eunuch. c. 2. Boiss.]

[Ὑπερφιλοσοφέω, Nimio studio philosophor. Hippocr. Epist. p. 1279, 38 : Ὁ δὲ Δημόκριτος μετ' ἀκριβείης τότε ὑπερεφιλοσόφεε.]

[Ὑπερφιλοτίμως. HSt. s. v. Ἀφιλότιμος :] Ὑπερφιλότιμος, Qui supra modum honoribus studet, Nimium ambitiosus. A quo est adverbium Ὑπερφιλοτίμως, Nimio honoris studio, Summa cum æmulatione et contentione : ut ὑπερφιλοτίμως ἔχειν πρὸς ἀλλήλους dicuntur aliqui, inter quos summa est æmulatio et contentio, sc. de honore et laude. Athen. 12, [p. 531, C] : Ἔτι δὲ μᾶλλον πρὸς Νικοκλέα φιλοτιμούμενος· ἐτύγχανον γὰρ ὑπ. ἔχοντες πρὸς ἀλλήλους· i. e. supramodum enim φιλοτίμως εἶχον πρὸς ἀλλήλους.

[Ὑπερφλεγμαίνω, Nimia pituita laboro. Hippocr. p. 411, 41; 417, 50 : Ὅταν τοῦ σώματος ὑπερφλεγμήναντος αἱ σάρκες ἀνοιδήσωσιν.]

[Ὑπερφλέγω, Nimis uro. Theod. Prodr. Rhod. p. 230 : Ὑπερφλέγοντος τοῦ θυμοῦ τὴν καρδίαν. Kall. Galen. vol. 19, p. 514, 12 : Ὅταν ἐν ἡλιοκαΐᾳ ὑπερφλεχθείη ἡ κεφαλή. Hase.]

[Ὑπέρφλοιος, ὁ, ἡ, Supra modum vigens s. virens. Ὑπέρφλοια μῆλα quo sensu dixerit Empedocles quæritur ap. Plutarch. Mor. p. 683, D, qui grammaticos quosdam refert ὑπέρφλοια dici credidisse διὰ τὴν ἀκμήν· τὸ γὰρ ἄγαν ἀκμάζειν καὶ τεθηλέναι φλοίειν ὑπὸ τῶν ποιητῶν λέγεσθαι· Lampriam vero observasse ὅτι ὁ τοῦ μήλου φλοιὸς ἐντός ἐστι κολλώδης χιτὼν καὶ λιπαρὸς, ᾧ προσίσχεται τὸ σπέρμα· τὸ δὲ ἐδώδιμον ἔξωθεν αὐτῷ περικείμενον εἰκότως ὑπέρφλοιον ὠνομάσθαι. Apparet priorem interpretationem multo probabiliorem esse quam alteram. Ceterum in versu ipso, Οὕνεκεν ὀψίγονοί τε σίδαι καὶ ὑπέρφλοια μῆλα, nihil caussæ erat cur diphthongum corripere quam ὑπέρφλοα scribere mallet poeta. Hoc igitur recte restituit Karsten. Attigit hoc vocab. HSt. s. v. Φλέω. G. Dind.]

[Ὑπερφλυᾱρέω, Supra modum nugor. Per σφόδρα φλυαρεῖν exp. Phrynich. in Bekk. Anecd. p. 68, 27.]

Ὑπερφλύζω, Effervesco, Inundo, VV. LL. Fortasse rectius Effervescendo exundo. [Hesych. : Ὑπερφλύζει, ἀναρρεῖ, ἐκφυσᾷ.]

Ὑπερφοβοῦμαι, Timeo supra quam dici possit, In summo metu versor, s. Vehementissimo [Æschylus Sept. 238 : Ἕκηλος ἴσθι μηδ' ἄγαν ὑπερφοβοῦ], e Xen. OEc. [8, 17; Cyrop. 1, 4, 2.] Ex Phalar. autem Epist. affertur ὑπερφοβοῦμαί σου, pro φοβοῦμαι ὑπὲρ σοῦ, Tibi metuo. Cetera autem compp. verba vide supra.

[Ὑπέρφοβος, ὁ, ἡ, Supra modum timidus. Pollux 5, 124. Ἵππος ὑπ. ib. 1, 198, et Xenoph. De re eq. 3, 9. G. D. Hippiatr. p. 262, 24, ὑπόπτας φύσει καὶ ὑπ., ubi perperam cusum, ὑπερβόφους. Hase. Τὸ ὑπέρφοβον, Nimius timor, Dio Cass. 58, 6. Ὑπέρφοβα pro ὑπὲρ φόβον codex Paris B in versu Mimnermi ap. Stob. Flor. 102, 3.]

[Ὑπερφορὰ, ἡ, Elatio. Theodor. Prodr. in Notitt. Mss. vol. 6, p. 564 : Οἵ τε τῇ καταφορᾷ αὐτῆς (τῆς ῥητορικῆς) πυρπολούμενοι, καὶ τῇ ὑπ. φωτιζόμενοι. Kall.]

[Ὑπερφορέω, Fero super. Xenoph. Cyneg. 8, 4 : Τὰ πνεύματα ὑπερφορεῖ τὴν χιόνα ὑπὲρ τῶν τοιούτων. Nisi ὑπερφέρει scripsit, quod legitur OEc. 18, 7 et 8. G. D.]

[Ὑπέρφορτος, ὁ, ἡ. Ὑπ., τὸ, Nimium onus. Eustath. Opusc. p. 209, 30 : Οὔτε γὰρ ἐκεῖνος ἐπισάττοι ἂν τὸ ὑπ.]

[Ὑπερφορτόω, Nimium onero. Pass. Antioch. Homil. p. 1032, B : Ἔοικε νηὶ ὑπερφορτουμένῃ. Hase.]

[Ὑπερφρίσσω s. Ὑπερφρίττω, Supra modum horreo. Maxim. Planud. Ovid. Met. 13, 877 : Ἡ δ' Αἴτνη τῇ βοῇ ὑπερέφριξεν. Boiss. Ὑπερέφριττεν vitiose pro ὑπέφριττεν olim ap. Lucian. Jov. confut. c. 4.]

Ὑπερφρονέω, Supra modum de me sentio, Insolesco [Æsch. Ag. 1039 : Μηδ' ὑπερφρόνει. Cum dat. Herodot. 1, 199 : Ὑπ. πλούτῳ. Plato Alc. 1 p. 104, A : Τὸν δὲ λόγον ᾧ ὑπερπεφρόνηκας ἐθέλω διελθεῖν. Polyb. 6, 18, 7 : Οὐδὲν ἐξοιδεῖ τῶν μερῶν οὐδ' ὑπερφρονεῖ. Dio Cass. 68, 7 : Ἐξογκοῦσθαί τε καὶ ὑπ.], ap. Bud. Paul. Epist. ad Rom. 12, [3] : Μὴ ὑπερφρονεῖν παρ' ὃ δεῖ φρονεῖν, ἀλλὰ φρονεῖν εἰς τὸ σωφρονεῖν. Sed alii non male interpr. Ne sapiat supra quam oportet sapere. Idem certe ὑπερφρονοῦντες existimavit sonare Plus sapientes, ap. Æschin. [p. 19, 42] : Ὑμεῖς δὲ εὐσχήμονές τινες προσποιεῖσθε εἶναι, ὡς ὑπερφρονοῦντες [nunc ex aliis libris περιφρονοῦντες] ἱστορίᾳ τὸν δῆμον. [Hippocr. p. 1279, 28 : Οὐ παρέκοπτε Δημόκριτος, ἀλλὰ πάντα ὑπερεφρόνεε καὶ ἡμᾶς ἐσωφρόνιζε. Similiter ibid. paullo post dictum est ὑπερφιλοσοφεῖν.] Solet alioqui hoc verbum poni pro Contemno, Despicio; et quidem vel accusativo junctum, vel etiam gen. [Æsch. Pers. 825 : Ὑπερφρονήσας τὸν παρόντα δαίμονα.] Thuc. [3, 39] : Πέφυκε γὰρ καὶ ἄλλως ἄνθρωπος τὸ μὲν θεραπεῦον ὑπερφρονεῖν, τὸ δὲ μὴ ὑπεῖκον θαυμάζειν. Eandem construct. dedit huic verbo Plutarch. [V. Pomp. c. 21] : Αὐτόν τε τὸν Πομπήϊον ὑπερφρονῶν καὶ τοὺς ἄλλους ἅπαντας. [V. Phoc. c. 20 : Ὡς ὑπερορῶντος καὶ ὑπ. τὰ οἰκεῖα.] Idem alioqui huic ipsi aliam constr. dedit alicubi, sc. cum gen., ut in Apophth. Lac. [p. 227, E] : Δόξης ὑπερφρονῶσι. Aristoph. quoque utraque constr. est usus Nub. [226] dicens, Τοὺς θεοὺς ὑπερφρονεῖς· item [1402], Τῶν καθεστώτων νόμων ὑπερφρονεῖν. [Eurip. Bacch. 1324 : Δαιμόνων ὑπ. Plato Phædr. p. 258, B : Ὑπ. τοῦ ἐπιτηδεύματος.] Lucian. [Char. c. 13], cum genit. : Τῶν ἄλλων ὑπερφρονοῦντες. [Passiv. Thucyd. 6, 16 : Ὑπὸ τῶν εὐπραγούντων ὑπερφρονούμενος.]

[Ὑπερφρόνησις, εως, ἡ, Contemtus. Pollux 9, 146. Ὑπ. θανάτου Plut. Mor. p. 238, B. Suidas s. v. Καταφρόνησις. Theodor. Stud. p. 21, C.]

[Ὑπερφρονητὴς, ὁ, Contemtor. Niceph. Chumn. in Anecd. meis vol. 5, p. 340. Boiss.]

[Ὑπερφροντίζω, Supra modum curo. Heliodor. Æth. 9, 3; 10, 29.]

Ὑπερφρόνως, Superbe, Arroganter. Pollux [9, 147] τραχύτερον hoc adverb. esse censet, sicut et ὑψηλοφρόνως. Utitur tamen eo quidam ἀνώνυμος ap. Suid. [Adde Dion. Cass. 37, 5 et 50.]

[Ὑπερφροσύνη, ἡ, Contemtus, Fastus, Superbia. Plut. Mor. p. 19, D; 827, A, V. Crass. c. 21. Theodor. Metoch. Miscell. p. 337.]

[Ὑπερφρύγιος, ὁ, ἡ, Super-Phrygius, nomen modi musici ap. Heraclid. Athen. 14, p. 625, D, de quo loco v. Bœckh. De metris Pind. p. 225. G. D. Idem esse quod Hypermixolydium opinatur Bellermann. ad Bacchii sen. Introd. artis mus. p. 4, 22; 14, 1; conf. A. J. H. Vincent. *Notices et extr. des man.* t. 16, part. 2, p. 256, 34. Hase.]

Ὑπέρφρων, ὁ, ἡ, (q. d. Cujus mens modum superat, i. e. Cujus mens supra modum de se sentit,) Super-

bus, Arrogans. [Hesych.: Ὑπ., ὑπερήφανον, ἀγνώμονα, ὑψηλόφρονα. Λέων ὑπ. et συμπότης ὑπ. ap. Polluc. 5, 83; 6, 29. Æsch. Sept. 410 : Στυγοῦνθ' ὑπέρφρονας λόγους· 380 : Ἔχει δ' ὑπέρφρον σῆμ' ἐπ' ἀσπίδος τόδε. Eurip. Heracl. 389 : Τῶν φρονημάτων ... τῶν ἄγαν ὑπερφρόνων.] Soph. [Aj. 1236] : Ποίου κέκραγας ἀνδρὸς ὦδ' ὑπέρφρονα; Ap. Thuc. 2, [62] τὸ ὑπέρφρον redditur Superior animi magnitudo, vel major. Vulgo, Altitudo mentis. [Thucydidis verba sunt : Τὴν τόλμαν ἡ ξύνεσις ἐκ τοῦ ὑπέρφρονος ἐχυρωτέραν παρέχεται. Ab Thucydide sumsit Dio Cass. Exc. p. 22, 28 : Ὥστε τοὺς μὲν εὐνοιαν αὐτοῦ, τοὺς δὲ δέος ἔκ τε τοῦ ὁμοδιαίτου καὶ ἐκ τοῦ ὑπ. παμπληθεῖς ἔχειν· et l. 45, 3 : Ὥσπερ τοὺς οἰκέτας τοὺς ἀποδιδράσκοντας καὶ μετιέναι καὶ κολάζειν ἐκ τοῦ ὑπ., ubi vertitur *pro imperio*.]

[Ὑπερφῠὴς, ὁ, ἡ. Accus. ap. Atticos non ὑπερφυῆ, sed ὑπερφυᾶ, ut in aliis hujusmodi adjectivis : v. intt. ad Greg. Cor. p. 163. HSt. s. v. Φύω :] Comp. Ὑπερφυὴς, multo præcedentibus [διφυὴς, τριφυὴς et aliis] usitatius, uti dixi, sonat q. d. Supernaturalis, si tamen hoc adjectivum fingere mihi liceat pro eo, quod est Naturalem modum excedens, s. Naturæ modum. Sed redditur Mirum in modum s. Supra modum excellens, insignis, Valde admirandus, Mirificus. Aut etiam simpliciter, Excellens, Insignis, Eximius. [Diog. L. 1, 100 : Τοὺς ὑπερφυέας τῶν ἀσταχύων ῥάβδῳ παίων ἀπεθέριζον. Æsch. fragm. 212 : Σμίνθος ὑπ. Herodot. 2, 175 : Λίθους ὑπερφυέας τὸ μέγαθος.] Aristoph. Pl. [734] : Ὑπερφυεῖς τὸ μέγεθος δύο δράκοντε, Mirifica quadam magnitudine, Mirum in modum magni, Magni supramodum, Incredibili quadam magnitudine, aut, Immensa magnitudine. Sic ὑπερφυὴς μεγέθει, Plut. Rom. [c. 28.] Ibid. : Ὑπερφυᾶ ῥώμῃ γενόμενον. [Ὑπ. μεγέθει καὶ κάλλει Dio Chr. Or. 12, p. 202, D; 209, C. Ὑπερφυές τι χρῆμα εἰς κάλλος Lucian. Adv. ind. c. 8. Ὑπ. βία τῶν ἐλεφάντων Polyb. 1, 34, 7.] Et sine hujusmodi adjectione, ut μισθὸς ὑπερφυὴς, ap. Gregor. Naz., Merces immensa. Item et quemadmodum dicitur θαυμαστὸς ὅσος, sic etiam ὑπερφυὴς ὅσος, ab Aristoph. Pl. [750] : Ὄχλος ὑπερφυὴς ὅσος. [Cum ὡς Plato Gorg. p. 477, D : Ὑπερφυεῖ τινι ... ὡς μεγάλῃ βλάβῃ.] Idem δαιμονίως ὑπερφυᾶ dixit [Nub. 76] : Μίαν εὗρον ἀτραπὸν δαιμονίως ὑπερφυᾶ. [Eq. 141, de isiciario : Ὑπερφυᾶ τέχνην ἔχων, i. e. Admirabilem, singularem artem.] Hesych. ὑπερφυᾶ exp. ὑπὲρ φύσιν μέγαν, quum alioqui videatur pro hac signif. addendum τὸ μέγεθος, vel τῷ μεγέθει, ut in præcedentibus vides exemplis. Sic etiam ipsum μέγεθος dicitur ὑπερφυὲς, ubi ὑπερφυὲς apte reddi potest τὸ ὑπὲρ φυὴν, i. e. ὑπὲρ φύσιν, quasi Naturam humanam excedens, i. e. Modum s. Mensuram staturæ quam natura homini dare solet. Idem Hes. ὑπερφυὲς exp. ὑπερμέγεθες, item μεῖζον : sed post hoc μεῖζον non dubito quin verba quæpiam desiderentur : itidemque ap. Suid. post μείζων, ubi ὑπερφυὴς exp. μεγαλοφυὴς, et μείζων. [Nimis sublimis, Nimis elatus. Longin. De subl. 1, 4 : Οὐ γὰρ εἰς πειθὼ τοὺς ἀκροωμένους, ἀλλ' εἰς ἔκστασιν ἄγει τὰ ὑπερφυᾶ· 9, 4 : Εἰς τοὺς μάλιστα φρονηματίας ἐμπίπτει τὰ ὑπερφυᾶ· ὑ : Ὑπερφυᾶ καὶ τὰ τῆς θεομαχίας φαντάσματα· 16, 2 : Ξένων καὶ ὑπ. ὅρκων.] Denique ὑπερφυὴς ab eo exp. etiam μεγαλοπρεπὴς, quæ expos. convenire potest huic adjectivo juncto nomini τιμὴ, aut alii hujusmodi, veluti ap. Plutarch. Cæsare, Τιμάς τινας ὑπερφυεῖς ψηφισάμενοι· ubi tamen non simpliciter sonat μεγαλοπρεπεῖς, sed aliquid amplius. Ideoque τιμὰς ὑπερφυεῖς interpretandum censuerim, Honores humanum fastigium excedentes, vel Honores humano fastigio majores. [Ἔργον ὑπ. de facinore quod omni laude majus est, Herodot. 9, 78 : Ἔργον ἔργασταί τοι ὑπερφυὲς μέγαθός τε καὶ κάλλος. Contra de facinore immani 8, 116 : Ὁ βασιλεὺς ἔργον ὑπ. εἰργάσατο. || Ὑπερφυὴς vel ὑπερφυεστάτη σύγκλητος, titulus honorarius Senatus Cpolitani : v. quæ ex Actis Concilii Cpol. et aliunde collegit Ducang.] || Ὑπερφυὲς redditur etiam Absurdum, Atrox. Verum si his verbis reddatur (quod mihi non satis placet), fuerit illis aliquid addendum, nec simpliciter dicendum Absurdum, s. Atrox; sed Mirum in modum absurdum, aut atrox. [Plato Gorg. p. 467, B : Σχέτλια λέγεις καὶ ὑπερφυῆ. Phryn. in Bekk. Anecd. p. 68, 21 : Ὑπ. Κρόνος· ἐπ' ἀρχαιότητι καὶ εὐηθείᾳ.] Affertur autem ex Dem. pro illa signif., non indicato tamen loco. Sed ego hunc esse puto, qui extat in Or. κατὰ Μειδίου, debetque altius repeti ut magis hujus vocis ὑπερφυὲς signif. pateat [p. 543, 2] : Δεῖ δὴ τοῦτο τὸ πρᾶγμα ὑμᾶς οὕτωσὶ σκέψασθαι, καὶ λογίσασθαι τί ποτ' ἐστὶν ὃ παθὼν Μειδίας οὕτως ὠμὸν, τηλικαύτην ἐπεβούλευσε λαβεῖν τῶν πεπραγμένων παρ' ἀνδρὸς πολίτου δίκην· κἂν μὲν ᾖ τι δεινὸν ὡς ἀληθῶς καὶ ὑπερφυὲς, συγγνώμην ἔχειν. Huic certe loco minime interpr. illa convenit, meo judicio, qua ὑπερφυὲς redditur Absurdum, quum ei adjungatur δεινὸν, et præcedat eadem de re vocabulum ὠμόν. At vero Atrox quum respondeat voci δεινὸν, cur eo alteram illam vocem ὑπερφυὲς interpretandam putem? Dico itaque ὑπερφυὲς subjungi illi δεινὸν, ut declaretur facinus non solum atrox, sed tale ut vix in humanam cadere naturam possit. Vel, Facinus naturam aliquo humanitatis sensu præditam transcendens; brevius, Facinus omnem humanitatis sensum exuperans; Facinus quod ab eo proficiscitur cui nullus est humanitatis sensus. Atque ita, præsertim primam illam interpr. sequendo, maxime convenientem etymo suo signif. hic obtinebit vox ὑπερφυές. Gallice rem talem vocare solemus *Une chose enorme* : pro quo *Enorme* vulgus pronuntiat *Inorme*. At vero ap. Isocr. ὑπερφυὲς crediderim posse reddi sermone nostro, magis respondente interpretatione illius etymo, *Une chose contre nature*, in Trapez. [p. 364, D] : Ἔπειτα καὶ τοῦθ' ὑπερφυὲς, εἰ πρὶν μὲν συγγράψαι τὸ γραμματεῖον, οὕτω σφόδρ' ἠπίστησα τοῖς πράγμασιν, ὥστε μὴ μόνον ἀφεῖναι Πασίωνα τῶν ἐγκλημάτων, ἀλλὰ καὶ συνθήκας ποιήσασθαι περὶ αὐτῶν· ἐπειδὴ δὲ τοιοῦτον ἔλεγχον κατ' ἐμαυτοῦ συνεγραψάμην, τηνικαῦτα ἐπεθύμησα εἰς ὑμᾶς εἰσελθεῖν. [Demosth. p. 848, 23 : Πῶς οὐχ ὑπερφυὲς αὐτὸν μὲν δεινὰ πεπονθέναι φάσκειν ... τοὺς δὲ μάρτυρας οὐ δεινὰ πάσχειν νομίζειν, κτλ. Lysias p. 178, 40 : Τὸ δὲ πάντων ὑπερφυέστατον ὅτι ... Aristides vol. 1, p. 421, 5 : Πῶς οὐκ ἄτοπον καὶ ὑπ.; vol 2, p. 113, 18 : Γελοῖον ἂν εἴη, μᾶλλον δὲ ὑπ. Αἰσχρὸν καὶ ὑπ. ib. p. 221, 12. Cujusmodi in locis ὑπ., ut rei natura fert, nusquam primo, sed altero loco ponitur, ut monuit Lobeck. Paralip. p. 541.] Dicimus enim interdum, *Cela seroit bien contre nature*, de re quæ nullo modo rationi consentanea est, atque adeo sensui humano velut repugnat. Quod si voce Absurdum nobis utendum esset, non dubium est quin magis huic Isocratico quam illi Demosthenico loco conveniat. De quo hoc addam, posse fortassis δεινὸν καὶ ὑπερφυὲς resolvi in δεινὸν ὑπερφυῶς : talem enim duorum adjectivorum usum alibi observasse mihi videor. [|| Supra terram crescens. Lucian. Lexiph. c. 6 : Τῶν λαχάνων τά τε ὑπόγεια καὶ τὰ ὑπερφυῆ.]

|| Adverb. Ὑπερφυῶς, q. d. Excedendo consuetum naturæ modum. [Per ὑπεραγόντως exp. Hesych.] Sed redditur simpliciter, Supra modum, Mirum in modum, Mirifice, etiam Eximie, Egregie, Supra quam dici possit. [Aristoph. Ach. 142 : Φιλαθήναιος ἦν ὑπ. Plato Protag. p. 358, A : Ὑπ. ἀληθῆ· Gorg. p. 481, B : Ὑπ. σπουδάζειν. In responsione graviter affirmante Rep. 7, p. 525, B : Ὑπ. μὲν οὖν.] Herodian. 5, [8, 14] : Τὸν μὲν Ἀλέξανδρον ὑπ. ἠσπάζοντό τε καὶ εὐφήμουν. Itidemque alibi [ib. 15] eodem cum verbo εὐφημεῖν junxit. Alicubi [5, 6, 8] dixit et ὑπερφυῶς σέβειν τινά : item [6, 1, 16] ὑπερφυῶς ἐσπουδακέναι περί τι. Ap. Plutarch. autem [V. Dion. c. 7] ὑπ. θαυμάζειν τινὰ legitur. [Cum ὡς Plato Theæt. p. 155, C : Ὑπ. ὡς θαυμάζω· Symp. p. 173, C : Ὑπ. ὡς χαίρω. De oratione splendida Longin. De subl. 43, 2 : Θεόπομπος ὑπ. κατασκευάσας τὴν τοῦ Πέρσου κατάβασιν. || Substant. Ὑπερφυία, ἡ, sine interpretatione positum in Suidæ cod. Leidensi. G. D. Approbante Franzio C. I. vol. 3, p. 344, n. 4699, 26, in inscr. Busir., ubi erat in apographo ΥΠΕΡΟΥΓΑ, Letronn. *Rech. pour servir à l'hist. de l'Ég.* p. 392, 26 et p. 406 legit, τῇ τε τῶν πυραμίδων μεγαλειότητι καὶ ὑπερφυΐα τερφθεὶς, vertitque, *ayant été ravi de l'aspect majestueux et gigantesque des pyramides*. HASE.]

[Ὑπερφύομαι, cum perf. ὑπερπέφυκα et aor. 2 ὑπερέφυν, Cresco super, Succresco. Hesych. : Ὑπερφὺς, ὑπεργεννηθείς. Aristæn. 1, 6, p. 30 : Ηὐξάνετο (ὁ ἔρως) τῇ μελλήσει, καὶ ὡς φυτὸν ἐν τῇ γῇ, οὕτως ἔνδον τῆς ἐμῆς

ὑπερεφύετο ψυχῆς. Hemst. Cum dativo Galen. Comm. in Tim. Platonis p. 6, 15 Daremberg. : Ταῖς ὑποκειμέναις φλεψὶν ὑπερφύονται σαφῶς οἱ ὄνυχες. Hase. || Supero, Excello. Aristid. vol. 2, p. 375 : Μεθ' ὅσης ὥρας ἐν σώματι καὶ κάλλους ὁπόσου τινὸς ἀντάξιον ἡ τῶν λόγων χάρις καὶ τὸ ταύτης (ταύτῃ Reisk.) κάλλος ὑπερπέφυκεν. Cum genit. ib. p. 151 : Ἄρχειν ἐπιτηδειότατον καὶ ἱκανώτατον καὶ πάντων ὑπερπεφυκότα τῶν ἄλλων. Cum accus. Herodot. 6, 127 : Ὑπερφὺς Ἕλληνας ἰσχύϊ. Dio Cass. 56, 2 : Πάντας ἀνθρώπους εὐανδρίᾳ ὑπερέφυμεν.]

[Ὑπερφῡσάω, Supra modum inflo. Lucian. Char. c. 19 : Αἱ φυσαλίδες ὑπερφυσώμεναι ἐς μέγιστον ὄγκον αἴρονται.] Ὑπερφυσόομαι, quo utitur Basil. Hom. 10 : Μὴ ὑπερφυσοῦ ἐπαινούμενος, μὴ δόξαζε σεαυτόν. [Non sunt hæc Basilii, sed Greg. Nyss. t. 1, p. 152, C. Basilius contra semper forma utitur ὑπερφυσάω : t. 1, p. 347, D, ὑπερφυσῶνται· 824, D, ὑπερφυσᾶσθαι· 32, C, ὑπερφυσωμένης· 1050, A, ὑπερφυσηθεῖσα. Marcus Erem. quoque Disp. p. 970, A : Ὑπερφυσῶνται ψιλοῖς τοῖς νοήμασιν. Hase.] Est autem ὑπερφυσοῦμαι, Supra modum inflor et efferor, vel Immodice. Nisi quis malit, Inflor supra quam dici possit : ne quis hoc ita dici existimet, quasi nobis inflari liceat, sed infra modum. In VV. LL. est Ὑπερφυσάω, quod redditur Supra modum inflatus sum. Sed duplex error eo in verbo committitur; unus, quod voci activæ datur passivæ signif., quem errorem Eadem et in Ἐπιφυσάω committere, supra admonui; alter, quod secunda conjugatio circumflexa pro tertia ponitur.

Ὑπερφωνέω, Voce elatiore utor. [Philostr. p. 484 : Τῶν ῥητόρων τοὺς ὑπερφωνοῦντας. LXX Judith. 15, 17 : Ὑπερεφώνει πᾶς ὁ λαὸς τὴν αἴνεσιν ταύτην, i. e. Elata voce cantabant. Greg. Naz. vol. 1, p. 492, D : Μὴ ταὐτὸ πάθω ταῖς φωναῖς, αἳ τῷ ὑπερφωνεῖσθαι παντελῶς διαπίπτουσιν. G. D. Greg. Nyss. t. 2, p. 1020, D : Οὐκ ἐφικνοῦμαι τοῦ πάθους, κἂν ὑπερφωνήσω τῷ λόγῳ. Georg. Pachym. ap. A. J. H. Vincent. *Notices et extr. des man.* t. 16, part. 2, p. 444, 6 : Μὴ πεφυκυίας τῆς τάσεως ἢ τῆς φωνῆς ἢ τῆς χορδῆς ἐπέκεινα τούτων ὑπερφωνεῖν. Hase. || Voce supero. Lucian. Rhet. præc. c. 13 : Ἐμὲ τούς γε ἄλλους τοσοῦτον ὑπερφωνοῦντα εὑρήσεις ὁπόσον ἡ σάλπιγξ τοὺς ἄλλους. Greg. Naz. vol. 1, p. 891, B : Τάχα ἂν καὶ τὰς Τυρρηνικὰς ὑπερεφώνησα σάλπιγγας. || Improprie i. q. ὑπερβάλλω, Supero. Philostr. p. 194 : Τὸ περὶ τὴν τομὴν ἔργον ὑπερφωνεῖν (edd. vet. ὑπερφρονεῖν) δοκεῖ τὰ Νέρωνος πάντα. Himer. Ecl. 2, 4, p. 42 : Τὸ Θηβῶν πάθος ὑπερεφώνει τοὺς Ἕλληνας. Julian. Or. 6, p. 182, B : Ὑπερφωνοῦντες τὸν ἡμέτερον λόγον οὔ τι τοῖς ῥήμασιν, ἀλλὰ τοῖς ἔργοις. G. D. Synes. p. 127, A : Ἐν δὲ τοῖς τὴν φύσιν ὑπερφωνήσασιν. Hase.]

[Ὑπέρφωτος, ὁ, ἡ, Prælucidus. Dionys. Areop. Theol. myst. p. 708 : Ὑπ. γνόφος, Caligo plus quam luceus. Suicer. Sic etiam Andr. Cret. p. 50, B. Idem p. 124, D : Τὴν ὑπ. θεωνυμίαν. Kall. Niceph. Cpol. in Actis Synodi Ephes. p. 307, de Trinitate : Φῶς ἀειλαμπὲς, ὑπ. (It. de Trinitate Nic. David. In Greg. Naz. p. 116, 11 Dronk.; Anon. De prima transl. corporis ejusd. Actt. SS. Maii t. 2, p. 771, 42; Jo. Docian. Orat. p. 12, 6 Tafel. Hase. De eadem Jo. Eugenicus Ecphr. p. 340, 7 meæ ed., de Deipara p. 336 fin. Boiss.) Eust. Opusc. p. 217, 70; 238, 80. G. D. Max. Mart. Comp. eccl. p. 335, C : Τὸ πάμφωτον αὐτοῦ (Christi) καὶ ὑπ. βάπτισμα. Hase.]

Ὑπερχαίρω, Supra modum lætor, Nimia lætitia efferor, Gaudio ultra modum exulto, ut περιχαίρω. [Eur. Med. 1165 : Δώροις ὑπερχαίρουσα. Xen. Hell. 4, 1, 5 : Ὑπ. ὅταν ἐχθρὸν τιμωρῶμαι· Cyneg. 4, 4 : Ὑπερχαίρουσιν (canes) ὅτι λαγὼ ἐγγύς εἰσι· Cyrop. 1, 3, 3, cum particip. : Ἱππεύειν μανθάνων ὑπερέχαιρε. Plut. Mor. p. 1098, B : Ὑπερέχαιρον ἐπὶ τοῖς γάμοις αὐτοῦ. Lucian. Nec. c. 12, V. H. 1, 30. Dio Cass. 56, 43; 59, 10.]

[Ὑπερχαλάω. Leon. Alex. Anth. Pal. 11, 200 : Ζηνογένους οἶκος κατεκαίετο, πολλὰ δ' ἐμόχθει ἐκ θυρίδος ζητῶν αὐτὸν ὑπερχαλάσαι. Scribendum ὑπεκχαλάσαι cum Scaligero. Similiter ἐκχαλᾶν, Demittere, dictum ab Agathia ib. 11, 354.]

[Ὑπερχἄρὴς, ὁ, ἡ, Supra modum lætus. Polyb. 1, 44, 5; 8, 19, 2. Schweigh. Maccab. 3, 7, 20; Esth. 5, 9. Schleusn. Manetho ap. Joseph. C. Apion. vol. 2, p. 359, 53 Dindorf. : Οἱ δὲ ὑπερχαρεῖς γενόμενοι. Hase.]

[Ὑπερχειλέω, Labra excedo. De fluvio ripas excedente Anna Comn. p. 90, A : Ὑπερχειλήσαντος τοῦ ὕδατος θάλασσαν ἦν ὁρᾶν ἅπαν τὸ πεδίον.]

[Ὑπερχειλὴς, ὁ, ἡ.] Ὑπέρχειλος [forma vitiosa] sive Ὑπερχειλὴς, Qui supra labia est, labra excedit [Hesych. : Ὑπερχειλές, ὑπερμεμετρημένον. Ὑπέρχειλον, ὑπέρμεστον. Quod fortasse corruptum ex Ὑπερχειλῶν, ὑπερμέστων. G. D.] : ut ὑπερχειλὲς μέτρον dicitur Mensura quæ modii labra s. oras excedit, i. e. Ultra modum plena, ὑπέρπλεως. Cui oppos. ἐπιχειλὴς, ut supra ex Polluce [2, 89; 5, 133] docui. Itidemque ὑπερχειλεῖς κρατῆρες dicuntur Crateres qui supra labra implentur et exuberant, i. e. Summe pleni. Athen. [1, p. 13, D] : Ἐπιστέφονται δὲ ποτοῖο οἱ κρατῆρες, ἤτοι ὑπερχειλεῖς οἱ κρατῆρες ποιοῦνται, ὥστε διὰ τοῦ ποτοῦ ἐπιστεφανοῦσθαι. [Adde Suid. s. v. Ἐπιστεφέας. Eumath. p. 228 ed. Teuch. : Ὑπερχειλῆ (nam sic duo codd. Monac. pro ὑπερέχει) τὸν τῆς εὐδαιμονίας τριπλοῦν κρατῆρα κεκερακώς. Ὑπ. ποτήριον ib. p. 236.] In præcedenti loquendi genere ὑπερχειλὲς demensum interpretari possumus etiam Sine radio cumulatum, ut Plaut.: Dii deæque omnes tantam nobis lætitiam, tot gaudia sine radio cumulent. [Themist. Or. 18, p. 221, B : Σιτοθῆκαι ὑπ. καὶ ὑπέραντλοι. Ταμεῖον ὑπ., i. e. Immensis opibus refertum, id. Or. 23, p. 291, C. Πίθοι ὑπ. ζωῆς καὶ ὄλβου καὶ πλούτου 15, p. 194, B.]

[Ὑπερχειρία, ἡ, Defenstrix (ut cum Cicerone loquar), Custos, cognomen Junonis. Pausan. 3, 13, 6 : Ἥρας δὲ ἱερὸν Ὑπερχειρίας κατὰ μαντείαν ἐποιήθη, τοῦ Εὐρώτα πολὺ τῆς γῆς ἐπικλύζοντος· quod ex locutione τὴν χεῖρα ὑπερέχειν explicandum esse vidit Siebelis. Conf. C. O. Müller. *Handb. der Arch.* § 335, 6. Hase.]

Ὑπερχέω, Superfundo. [Hesych. : Ὑπερχέων, ὑπερέχων.] Pass. Ὑπερχέομαι, Superfundor, i. e. Superfusione obruor : ut Seneca dicit, Insula superfusa, pro Aquis superfusis obruta, ὑπερχυθεῖσα καὶ κατακλυσθεῖσα. Vel Supra modum excresco et exubero. Plut. [Mor. p. 590, C] : Πολλαχῆ δὲ καὶ ὑπερχεῖσθαι, καὶ ἀπολιπεῖν αὖθις, de mari, et lacubus s. paludibus. [Id. V. Rom. c. 5 : Ὑπερχεῖται ὁ ποταμός. Dio Cass. 66, 16 : Οἶνος ὑπὲρ τὸ ἀγγεῖον ὑπερεχύθη. Geopon. 6, 12, 2 : Ὥστε μὴ ὑπερχεῖσθαι (τὸ γλεῦκος). Suidas s. v. Λουτρὰ ex anonymo : Τὰ ἐκ τῶν κόλπων τῆς γῆς ἀναβρύοντα καὶ ὑπερχεόμενα. De crinibus Alciphr. fragm. vol. 2, p. 222 W. : Τρίχες τῶν ἀκρωμίδων ὑπερκεχυμέναι. De effusa hominum multitudine Plut. V. Cat. maj. c. 14 : Εἰς ταῦτα διὰ τῶν στενῶν ὑπερχεόμενοι καὶ συνωθοῦντες ἀλλήλους. G. D. Activ. Dosith. Mag. Interpr. p. 31, 7 Bœcking. : Τὸ ὕδωρ ἄνω ὑπερέχεε. Passiv. Cleomed. Circ. doctr. p. 3, 8 Bake; Galen. vol. 19, p. 265, 16. De piscibus inundationem sequentibus Ælian. Hist. an. 16, 12 : Καὶ αὐτοὺς ὑπερχεῖσθαι. Hase.] || Ὑπερχύω [forma ficta propter aor. ὑπερχυθῆναι], Superfundo s. Fundo super, Supra modum fundo : unde partic. ὑπερχυθεὶς, quod tamen interpr. Diffusus.

[Ὑπερχθόνιος, ὁ, ἡ, Qui supra terram est. Manetho 2, 26.]

[Ὑπερχλίω.] Ὑπερχλιδάω, Supramodum luxuriosus sum, In deliciis modum excedo. Item, Insolentia et petulantia modum supero. Soph. Tr. p. 341 [285]: Κεῖνοι δ' ὑπερχλιδῶντες [scribendum ὑπερχλίοντες ex cod. Laur. A] ἐκ γλώσσης κακῆς, Αὐτοὶ μὲν ᾄδου πάντες εἴσ' οἰκήτορες, Πόλις δὲ δούλη, schol. ὑπερεντρυφήσαντες τῇ καθ' Ἡρακλέους λοιδορίᾳ, et ὑπερηφάνως λοιδορησάμενοι τῷ Ἡρακλεῖ.

Ὑπερχολάω, Valde biliosus sum, Vehementer irascor. [Galen. Gloss. Hippocr. p. 584 : Ὑπερχολήσει, πολλῆς πληρώσει χολῆς. Phrynich. in Bekk. Anecd. p. 69, 21 : Ὑπερχολᾶν, οἷον μεγάλως μελαγχολᾶν, καὶ ὑπερχολῶ τῷδε ἀντὶ τοῦ διὰ τόδε. Sine casu Aristoph. Lys. 694 : Ὑπερχολῶ γάρ· et Philostr. p. 828.]

Ὑπέρχολος, ὁ, ἡ, Supra modum iratus; [Photius p. 624, 16, et] Suidas ex Antiphonte [Antiphane] affert, Ὑπέρχολος γενόμενος, pro ὑπεραγανακτήσας. [Omisso Antiphanis nomine Antiatt. in Bekk. Anecd. p. 115, 2. Hesych. : Ὑπ., ὑπερβαλλόντως ὀργιζόμενος.]

Ὑπέρχομαι, Subeo. [Hom. Od. E, 476 : Ὑπήλυθε θάμνους· M, 31 : Ὑπήλθετε δῶμ' Ἄϊδαο· Σ, 150 : Ἐπεί

κε μέλαθρον ὑπέλθῃ. Æsch. Eum. 339 : Ὅφρ' ἂν γᾶν ὑπέλθῃ. Ælian. V. H. 9, 18 : Ἐκείνας (τὰς δρῦς) ὑπέρχονται οἱ ἄνθρωποι ... ὅταν ὕῃ. Parthen. c. 7 : Κρύφα τὸ φρούριον ὑπελθών. Addito ὑπὸ, Antiphon p. 121, 35 : Ὑπὸ τὴν φορὰν τοῦ ἀκοντίου ὑπελθόντος· quemadmodum ib. 30 ὑποδραμὼν dictum est. || Procedo. Xenoph. Anab. 5, 2, 30 : Ἡ δὲ στρατιὰ ἐν τούτῳ κατέβαινεν. Ἐπεὶ δὲ ἐδόκει ἤδη ἱκανὸν ὑπεληλυθέναι ... || De affectibus animum subeuntibus Hom. Il. H, 215 : Τρῶας δὲ τρόμος αἰνὸς ὑπήλυθε γυῖα ἕκαστον· et Υ, 44. Herodot. 6, 134 : Φρίκης αὐτὸν ὑπελθούσης.] Soph. [OEd. C. 1465 : Ἐς δ' ἄκραν δεῖμ' ὑπῆλθε κρατὸς φόβαν, constructione eadem Æschylus fr. 155 : Ἐκ ποδῶν δ' ἄνω ὑπέρχεται σπαραγμὸς εἰς ἄκρον κάρα. Philoct. 131 : Ὥς μ' ὑπῆλθέ τις φόβος· El. 928] : Θαῦμά τοί μ' ὑπέρχεται, Subit me admiratio. [Eur. Hipp. 1089 : Οὔτις οἶκτος σῆς μ' ὑπέρχεται φυγῆς· Med. 57 : Ἵμερός μ' ὑπῆλθε γῆ τε κοὐρανῷ λέξαι μολούσῃ δεῦρο δεσποίνης τύχας· ubi libri nonnulli et Pseudo-Gregor. v. 57 μολοῦσαν. Sed dativum agnoscit scholiasta : Τὸ σχῆμα σολοικοφανὲς διὰ τὴν ἐναλλαγὴν τῆς πτώσεως, et qui Euripidem est imitatus Philemo ap. Athen. 7, p. 288, D : Ἵμερός μ' ὑπ. γῇ τε κ. λέξαι μολόντι τοὔψον ὡς ἐσκεύασα, similibusque nonnullis aliorum verborum exemplis defendit Elmslejus. Minus probabiliter Meinck. Com. vol. 4, p. 27, apud utrumque poetam μοὐπῆλθε scribi voluit, i. e. μοι ὑπῆλθε, ut ἐμοὐποδύνει, quod ex ἐμοὶ ὑποδύνει contractum memorat Chœrob. In Theodos. p. 846, 18. Plato Phæd. p. 251, A : Καί τι τῶν τότε ὑπῆλθεν αὐτὸν δειμάτων.] Τὸ ὑπελθὸν Lucian., Quod mentem subit, in mentem venit. Sic vereor ne male pro ἐπελθόν scriptum sit [quod nunc ex libris restitutum Alex. c. 49]. || Subeo, Induo, Simulo, Bud., afferens ex Basil., de polypode : Ὅς ὁποίᾳ ποτ' ἂν ἑκάστοτε πέτρᾳ περιπλακῇ, τὴν ἐκείνης ὑπέρχεται χρόαν. || [Subeo, Obrepo, i. e. Clam me insinuo doli vel fraudis caussa.] Et ut Quintil. dicit, Interim fallendus judex et variis artibus subeundus est, sic etiam ὑπέρχομαι assentationem significare ait et obreptionem sese alteri captiose submittentis (nam huc pertinere dictum illud Fabii, ideoque in Bud. Comm. p. 389, suo loco motum esse existimo), et affert ex Luciano [D. deor. 9, 2] : Τὴν μὲν γὰρ Σεμέλην ὑπελθοῦσα ἡ Ἥρα κτλ. Item [D. mar. 13, 1] : Ὑπελθών μου τὴν ἐρωμένην. Existimo autem posse hic reddi Obrepere simpl. vel Blanditiis obrepere. [Soph. OEd. T. 386 : Εἰ ταύτης (τῆς ἀρχῆς) Κρέων λάθρα μ' ὑπελθὼν ἐκβαλεῖν ἱμείρεται· Phil. 1007 : Οἵ' αὖ μ' ὑπῆλθες. Eurip. Suppl. 138 : Φοίβου μ' ὑπῆλθε δυστόπαστ' αἰνίγματα· El. 748 : Ἢ δοκῶ κενὴ ὑπῆλθέ με. Epicrates ap. Ælian. N. A. 12, 10 : Τελέως μ' ὑπῆλθεν ἡ ... μαστροπός.] Eur. certe dat. etiam addit [Andr. 436], ὑπέρχεσθαι δόλῳ· item [Iph. A. 67,] ὑπέρχεσθαι πυκνῇ φρενί. [Pausan. 7, 11, 5 : Ὑποσχέσεσι καὶ δώροις ὑπελθόντες Ὡρωπίους ὑπάγονται σφᾶς ἐς ὁμολογίαν.] || Obsequiose colo, Alicui me vendito et eum observo : ut ὑπ. καὶ θεραπεύειν, Dem. [p. 623, 22.] V. Bud. p. 389. Cam. quoque, Ὑπέρχεσθαι, inquit, significat et Insidiosam aggressionem et Blandam submissionem. Plato Crit. [p. 53, E] : Ὑπερχόμενος πάντας ἀνθρώπους βιώσῃ καὶ δουλεύων, Omnibus mortalibus obnoxius et subjectus vitam deges. [Aristoph. Eq. 269 : Εἶδες οἵ' ὑπέρχεται ... ἡμᾶς· quod schol. exp. : Ὡς ὑπάγεται τὸν δῆμον ὑποτρέχων καὶ κολακεύει καὶ καταπραΰνει ἀπάγων τὴν ὀργὴν ἅπασαν τὴν πρὸς αὐτόν. Andocid. p. 31, 43 : Εἰκότως δέ μοι δοκοῦσιν οἱ κριταὶ ὑπέρχεσθαι Ἀλκιβιάδην. Pausan. 7, 10, 7 : Ἥκοντας ... ὑπήρχετο ὁ Καλλικράτης, οὔτε ἔργον τῶν ἐς τὴν κολακείαν οὔτε λόγον οὐδένα ἐς αὐτοὺς παριείς. || Submitto me, Revereor, Timeo. Xenoph. Rep. Ath. 2, 14 : Οἱ γεωργοῦντες καὶ οἱ πλούσιοι Ἀθηναίων ὑπέρχονται τοὺς πολεμίους μᾶλλον, ὁ δὲ δῆμος ... ἀδεῶς ζῇ καὶ οὐχ ὑπερχόμενος αὐτούς· Rep. Lac. 8, 2 : Ἐν μὲν ταῖς ἄλλαις πόλεσιν οἱ δυνατώτεροι οὔτε βούλονται δοκεῖν τὰς ἀρχὰς φοβεῖσθαι ... ἐν δὲ τῇ Σπάρτῃ οἱ κράτιστοι καὶ ὑπέρχονται τὰς ἀρχὰς καὶ τῷ ταπεινοὶ εἶναι μεγαλύνονται.]

[Ὑπερχράομαι, Supra modum utor. Eustath. Opusc. p. 221, 10 : Δοτέον ὄχημα τῷ μεγαλοσχήμονι, ὥστε χρᾶσθαι, οὐ μὴν ὑπερχρᾶσθαι, εἴτ' οὖν παραχρᾶσθαι.]

Ὑπέρχρεως, ὁ, ἡ, Qui supra facultates est obæratus, s. ære alieno premitur. [Per κατάχρεως exp. Phot. p. 624, 15.] Hesych. dicit non solum ὁ πλείω τῆς οὐσίας ὀφείλων, sed πολλῷ πλείω. Legitur hoc nomen ap. Pollux. [3, 85] post ὑπόχρεως et κατάχρεως, sed absque expositione. [Demosth. p. 821, 14.]

[Ὑπερχρήματος. V. Περιχρήματος.]

Ὑπερχρονίζω, Supra modum χρόνιος sum. Utitur hoc verbo Hesych. compar. χρονιώτερον exponens per partic. ὑπερχρονίζον.

Ὑπερχρόνιος, ὁ, ἡ, Valde longævus. [Zenob. Prov. 6, 30, Diogenian. 8, 63 : Ὑπερβερεταῖος· ἐπὶ τῶν ὑπ. « Stylian. ap. Montfauc. Bibl. Coisl. p. 90, 11. » Hase.]

Ὑπέρχρονος, ὁ, ἡ, Qui super omne tempus est, Omne tempus exuperans, ut Deus, qui ante omnia tempora fuit, et erit post omnia sæcula. [Theodoret. Gr. aff. cur. p. 92 Gaisf. : Τρία ὑπ. καὶ ἄϊδια. « Greg. Naz. Or. 20 et 42, ubi var. lect. ὑπερχρόνιος. » Schneid. Sine var. lect. ap. eundem Greg. p. 204, D. G. Dind. Greg. Nyss. t. 1, p. 431, A. Epiphan. t. 2, p. 23, B. Basil. t. 1, p. 7, A : Κατάστασις ἡ ὑπ., ἡ αἰωνία, ἡ ἀΐδιος. Hase. Cæsarius Quæst. 3, p. 14; 18, p. 32.]

[Ὑπέρχρυσος, ὁ, ἡ, Pretiosior auro. Anon. Enc. capitis Jo. Baptistæ Actt. SS. Junii t. 4, p. 738, 37 : Τοῖς ὑπ. τῶν ἐγκωμίων ἄνθεσιν. Hase.]

Ὑπέρχυσις, εως, ἡ, Immodica effusio, Profusio. [Strabo 16, p. 743 : Ἡ πηγὴ ὑπέρχυσιν εἰς τὸν ποταμὸν λαμβάνει. Ὑπ. ὑγρῶν Plut. Mor. p. 502, A; 1094, B. Figurate de tyrannide et plebis licentia p. 826, F.] Greg. Naz., ὑπέρχυσις ἀγαθότητος, Profusa bonitatis abundantia, Profusa bonitas et benignitas.

[Ὑπερχωρέω libri deteriores Thucyd. 4, 43, vitiose pro ὑποχωρέω. G. D. Aristot. p. 813, 33, de motibus, si sane lectio : Οὗσαί τε οὐ κατὰ μικρὸν ὑπερχωροῦσιν. Interpr. : Nec etiam paulatim exsistentes procedunt. Hase.]

[Ὑπέρψῡχος, ὁ, ἡ, Animo superior. Plato Tim. p. 88, A : Σῶμα ... μέγα καὶ ὑπ. Sic nunc ex libris melioribus legitur pro ὑπέρψυχρον.]

Ὑπέρψυχρος, ὁ, ἡ, Supra modum frigidus, Modum frigiditate excedens. [Lucian. Hist. conscr. c. 16.]

[Ὑπερψύχω, Nimis refrigero. Hippocr. p. 446 extr.: Τοῦ ψυχροῦ καὶ ὑπερψύχοντος. Id. p. 459, 42, et passivo ὑπερψύχηται p. 516, 17. Galen. vol. 6, p. 509. G. D. Id. vol. 19, p. 705, 16 : Ποτὲ μὲν ὑπερθερμαινόμενος, ποτὲ δὲ ὑπερψυχόμενος. Hase.]

[Ὑπερῶ. V. Ὑπείρηκα.]

Ὑπερῴα, ἡ, s. Ὑπερῴη Ionice, dicitur Palatum : alio nomine οὐρανὸς s. οὐρανίσκος, quoniam summum in ore locum occupat. [Hesych. : Ὑπερῴα, ἡ τοῦ στόματος. Pollux 2, 98, 106. Aristot. H. A. 1, 11. Theophil. De corp. hum. p. 119, 12; 136, 1; 145, 9 ed. Greenh.] Hom. Il. X, [495] : Χείλεα μέν τ' ἐδίην', ὑπερῴην δ' οὐκ ἐδίηνε. Plut. [Mor. p. 14, D] : Οἷς ὁ Κάτων ἔφη τῆς καρδίας τὴν ὑπερῴαν εὐαισθητοτέραν ὑπάρχειν. Galen. Ad Glauc. 1 : Διὰ ῥινῶν καὶ ὑπερῴας καθαίρειν, Per nares et palatum purgare. [Leo Phil. Consp. med. p. 157, 8 Ermerins. Galen. vol. 14, p. 721, 17 : Ὀστᾶ δὲ προσώπου δώδεκα· ῥινὸς δύο· ὀφθαλμῶν δύο· μήλων δύο· ὑπερῴας τέσσαρα. Hase.] Utitur item Aristoph. [non legitur ap. Aristoph.] et Lucian. [versum Homericum citans Apol. pro merc. cond. c. 6.]

[Ὑπερωδυνέω, Vehementer doleo. Hippocr. p. 1175, C : Ὑπὲρ ὀδυνέων κατακείμενος. Scribendum ὑπεροδυνέων vel ὑπερωδυνέων. Per περιοδυνεῖν exp. Galenus. Struv.]

Ὑπερωδυνία, ἡ, Dolor vehementissimus, vehemens supra quam dici possit. In VV. LL. male redditur Calamitas; afferturque et Græca expositio λύπη, quæ vim illius vocab. non assequitur. [Anon. ap. Suid. s. v. Ἀκληρούντων et Παρεκστῆναι : Συμπάσχοντας τῇ τῶν ἀκληρούντων ὑπερωδυνίᾳ.]

[Ὑπερωέω.] Ὑπερώησαν, Retrocesserunt. [Hom. Il. Θ, 122, 314, et O, 452 : Ὑπερώησαν δέ οἱ ἵπποι. Per ὑπεχώρησαν exp. Apollon. Lex., Phot. et Suid., per ὑπανεχώρησαν Hesych.] Exp. et aliter, ut te docebit Eust. [p. 703, 3 : Ὅτι τὸ ὑπ... δύναται μὲν ὡς ἐκ τοῦ ὑπερῴου νοηθῆναι ἀντὶ τοῦ ὀρθοὶ ἔστησαν ὡς εἰς ὕψος καὶ ὡς εἰπεῖν ἀνεπάλθησαν κατὰ τὸ « ὁ δ' ἀλγήσας ἀνέπαλτο· » ἀρέσκει δὲ μάλιστα δηλοῦν τὸ ἀφώρμησαν, ἀνεχώρησαν, ἀνεπόδισαν, ἀπὸ τοῦ ἐρωή ἡ ὁρμή, ὅθεν ἐρωῶ τὸ ὁρμῶ.]

Ὑπερωϊόθεν, Ex summa ædium parte. Hom. Od. A,

[328] : Τοῦ δ' ὑπερωϊόθεν φρεσὶ σύνθετο θέσπιν ἀοιδὴν Κούρη Ἰκαρίοιο περίφρων Πηνελόπεια, exp. Ex cœnaculo. Sed malim Ex conclavi supremæ domus, superioris ædium partis. [V. Eustath. p. 1409, 49; 1790, 13. « De monte superpendente Anon. Vita Eliæ Spelæotæ Actt. SS. Sept. t. 3, p. 864, 67, ἐκ τοῦ ὑπ. βουνοῦ. » Hase.]

[Ὑπερώϊον. V. Ὑπερῷον.]

[Ὑπερωκεάνιος, ὁ, ἡ, Plus quam Oceanius, i. e. Ingens. Philo vol. 1, p. 425, 6 : Ὑπ. καὶ μετακόσμιος ὡς ἔπος εἰπεῖν ἀσέβεια. Wakef. Id. vol. 1, p. 629, 1; 675, 45, ὑπ. μὲν οὖν ἡ μεταχ. τι καινὸν κακόν· vol. 2, p. 547, 22, τήν τε ἐντὸς ὠκεανοῦ καὶ ὑπ. Hase.]

Ὑπερωμία, ἡ, Excellentia humerorum : ut quidem hac voce usus esse fertur Chrysost. De sacerd. [2, vol. 6, p. 8, 42.] Sed fortassis Eminentia humerorum dicendum potius fuerit. [lxx Sam. 1, 9, 2 : Ἀνὴρ ἀγαθὸς, καὶ οὐκ ἦν ἐν υἱοῖς Ἰσραὴλ ἀγαθὸς ὑπὲρ αὐτὸν, ὑπερωμίαν καὶ ἐπάνω ὑψηλὸς ὑπὲρ πᾶσαν τὴν γῆν· et 10, 23 : Ὑψώθη ὑπὲρ πάντα τὸν λαὸν ὑπερωμίαν καὶ ἐπάνω. Recte utrobique corrigitur ὑπὲρ ὠμίαν. || Subst. Ὑπερωμίας, ὁ, ap. Annam Comn. p. 350, A : Κελτός τις ὑπ. ἰθύνας τὸ δόρυ· 450, B : Τὸν Ῥωμαῖον Φίλιππον, ὃς ὑπ. γέγονεν ἀνὴρ καὶ τὴν ἰσχὺν καὶ τὸ σῶμα ἀνυπόστατος. Michael Glyc. Annal. p. 177, B : Σαοὺλ ὑπερωμίας ὢν παντὸς τοῦ Ἰσραὴλ· 255, D : Οὐχ εὕρισκεν ἰσομήκη αὐτοῦ διὰ τὸ ὑπερωμίαν εἶναι. Zonar. Annal. vol. 1, p. 39. Theophan. Chron. p. 120, A. Alia forma ap. Theophan. continuat. p. 247, A : Ἄνδρα ὄντα ὑπερώμιον· nisi ὑπερωμίαν scribendum. G. Dind.]

[Ὑπερωνέομαι, Pluris liceor. V. Πλειστηριάζω.]

[Ὑπερώνυμος, ὁ, ἡ, Qui est supra omne nomen, Qui exprimi verbis non potest. Dionys. Areop. De div. nom. 7, p. 385, ubi Deus vocatur ἀγαθότης ὑπ. Suicer. Gregor. in Matthæi Lectt. Mosq. 2, p. 18, 30. Osann.]

Ὑπερῷος, ὁ, Qui in summa ædium parte est : ὑπ. θάλαμος, Plut. in Pelop. [c. 35] : Θάλαμος, ἐν ᾧ καθεύδειν εἰώθεσαν, ὑπερῷος ἦν. Et ὑπ. οἴκημα [ap. Polluc. 1, 81], Domicilium in summa ædium parte; vide Ἐπιῤῥακτός. Itidem Philo V. M. 2 : Συνεχῆ κατασκευασάμενος ἔνδον οἰκήματα, ἐπίπεδα καὶ ὑπερῷα, τριώψορα καὶ τετρώροφα, Non solum in plano, sed etiam in edito, Turn. [Ὑπ. οἶκος Etym. M. p. 780, 19. Στοαὶ ὑπερῷοι Dionys. A. R. 3, 68. Ὑπερῷοι περίπατοι Oribas. p. 109 ed. Matth. Ἐν ὑπ. τόπῳ καὶ καταψύχρῳ Geopon. 10, 21, 1.] Sed plerumque absolute dicitur Ὑπερῷον pro ὑπερῷον οἴκημα, vel ὑπερῷον τῆς οἰκίας μέρος, aut tale quid. [Hom. Il. Π, 184 : Εἰς ὑπερῷ' ἀναβὰς παρελέξατο λάθρη Ἑρμείας· Od. A, 362 : Ἐς δ' ὑπερῷ' ἀναβᾶσα (Penelope) σὺν ἀμφιπόλοισι γυναιξίν· et alibi non raro ap. Homer. quum hac forma tum ὑπερώϊον, de quo infra. Pind. fragm. 25 : Ἐξ ὑπερῴου.] Aristoph. [Eq. 1001 : Ἐμοὶ δ' ὑπερῷον (plenum oraculis) καὶ ξυνοικία δύο· Eccl. 698 : Ἄνωθ' ἐξ ὑπερῴου·] Pl. [811] : Αἱ δὲ λήκυθοι μύρου γέμουσι, τὸ δ' ὑπερῷον, ἰσχάδων. Plut. [Mor. p. 684, A] : Οὕτω γὰρ ὑπέρθυρον καὶ ὑπερῷον καλεῖν ἡμᾶς· sc. ex ὑπὲρ, τὸ ἄνωθεν. Ita ὑπερῷον significat τὸ ἀνώγαιον οἴκημα [ut exp. Hesych., Suidas aliique gramm.], ut est Cœnaculum, Tabulatum, et alia in editiore domus parte conclavia. [Ὑπερῷα ἐγεῖραι, ὑπ. ποιεῖν Pollux 7, 125, 119.] Improprie autem Psalm. 104 [?] τὰ ὑπερῷα τοῦ οὐρανοῦ dicuntur Supremæ cœli partes. Eust. p. 1420, ὑπερῷον esse dicit τὸ ὑπερκείμενον οἴκημα : quoniam ᾧα κατὰ γλῶσσαν τὰ οἰκήματα· quæ verba non consentiunt cum iis quæ supra [s. v. Ὦα] ex Eod. [p. 1054, 3] citavi. [De accentu et de iota subscr. in ὑπερῷον idem p. 272, 13. Mœris p. 131 : Διῆρες Ἀττικοί· ὑπερῷον κοινόν.] Ceterum pro ᾧα dicitur etiam Ὦϊα tribus syllabis; itidemque pro ὑπερῷος legitur Ὑπερώϊος. Athen. [2, p. 57, E] ubi de Ὠὸν sermo est : Ἐκάλουν δὲ καὶ τὰ νῦν τῶν οἰκιῶν παρ' ἡμῖν καλούμενα ὑπερῷα, ὤϊα, φησὶ Κλέαρχος ἐν Ἐρωτικοῖς· τὴν Ἑλένην φάσκων ἐν τοιούτοις οἰκήμασι τρεφομένην, δόξαν ἀπενέγκασθαι παρὰ πολλοῖς ὡς ἐξ ὠοῦ εἴη γεγενημένη. Nisi quis etiam ibi ᾧα scrib. existimet : quod ᾧον vicinius sit vocabulo ὠόν. Altero autem Ὑπερώϊον pro Ὑπερῷον [de quo Eustath. p. 1409, 49], Summa ædium pars, utitur Hom. Od. O, [515] de Penelope : Οὐ μὲν γάρ τι θαμὰ μνηστῆρσ' ἐνὶ οἴκῳ Φαίνεται, ἀλλ' ἄπο τῶν ὑπερῳΐῳ ἷστὸν ὑφαίνει, In summa ædium parte. Sic Il. B, [514] : Παρθένος αἰδοίη ὑπερώϊον εἰσαναβᾶσα Ἀρηϊ κρατερῷ. [Od. Σ, 206 : Ὑπερώϊα σιγαλόεντα· et alibi sæpe ap. Hom.]

Ὑπέρωρος, ὁ, ἡ, i. q. ἔξωρος, Qui excessit tempus legitimum, Exoletus. Atque ut dicitur ἔξωρος παῖς pro ἔξωρος τῶν ἐρωτικῶν, Qui egressus est ætatem amabilem, ita ὑπέρωρος παῖς s. παρθένος Puella exoleta et quæ nubilem ætatem excessit. Æschin. Ep. [10] : Ἐγὼ δὲ οὐκ ἐπαιδοποιησάμην, ἔφη, ἅπαξ δὲ διελέχθην παιδὶ ὑπερώρῳ τε ἤδη. [Nicet. Chon. Hist. p. 178, B : Ὁ ὑπ. τὴν ἡλικίαν.] Itidem ap. Diosc. 1, 78, de myrrha caucalide : Ὑπέρωρος, μέλαινα, κάτοπτος, Marcell. vertere maluit Eorum modo qui exoleverunt arescens, colore nigro, et velut ab igne torrida : quam cum Hermolao, Maturitate insignis, vel Admodum speciosa. Subjungitque, ὑπέρωρον nihil aliud significare quam Eum qui ultra tempestivitatem suam productus speciem et bonitatem amisit : ut cucumerem ὡραῖον dici Quum in cibo gratus et idoneus est : ὑπέρωρον autem, Quum transeunte in lignum cortice duratisque intus seminibus et carne, alium quam in cibis usum habere incipit. Qua similitudine hic myrrham istam ὑπέρωρον dici, sc. eorum modo qui jam exoleverunt, scabram, aridam et lignosam. [Pollux 6, 54 : Τὸ ὑπέρωρον γενέσθαι ἐξορμενίσαι. « Pseudo-Chrys. t. 2, p. 945, D : Τὸν ὑπ. τοκετὸν δυσχεραίνει· ubi ed., ὑπερώριον. » Hase. || I. q. ὑπερήμερος (de debitore dictum) ex conjectura illatum schol. Aristoph. Nub. 1132 : Μὴ ταχέως ἀποδιδόντας τοὺς τόκους ἢ τὰ δάνεια ἀπήτουν ὡς ὑπερώρους, ubi libri et Suidas ὑπερόρους, Ernestius ὑπερημέρους.]

[Ὑπερωρόφιος, ὁ, ἡ.] Ὑπεροróφιος, ὁ, ἡ, Qui supra tectum s. cameram est. [Ex Polluce 1, 80, ubi recte scriptum ὑπερωρόφιον.]

[Ὑπερώσιος, ὁ, ἡ.] Ejusdem cum Περιώσιος significationis est Ὑπερώσιος [ut observat Etym. M. p. 665, 29]. Suidas ὑπερώσιον [Cod. Leid. ὑπερόσιον, contra seriem] exp. τὸ ὑπὲρ μοῖραν, [Quod est ultra fas. « Ὑπερόσιος, Hermes Pœmand. 1112 ed. 1554. » Boiss. || Sequitur ap. Suidam in cod. Leid. gl. sine interpret. posita Ὑπέρωσις. Porro Suidæ edd. vet. post Ὑπεύθυνοι habent Ὑπερώσιον, ἄπειρον, quæ gl. abest a codd.]

[Ὑπερώτατος. V. Ὑπέρτατος.]

Ὑπερωτάω, q. d. Subinterrogo. [Plato Gorg. p. 483, A : Κακουργεῖς ἐν τοῖς λόγοις, ἐάν ... τις κατὰ νόμον λέγῃ, κατὰ φύσιν ὑπερωτῶν etc.] In VV. LL. redditur Clam interrogo, et ascribitur hic verbi istius usus Demostheni Olynth. 1. Sed videndum est ne falso nominetur Demosth. pro Libanio in Argumento illius Olynth. 1. Is enim ibi hoc verbo s. potius hujus verbi participio usus est, circa finem : Διὸ ὁ Δημοσθένης εὐλαβῶς ἅπτεται τῆς περὶ τούτου συμβουλῆς· καὶ ὑπερωτήσας ἑαυτὸν, ὅτι σὺ γράφεις ταῦτα εἶναι στρατιωτικά; ἐπιφέρει, μὰ Δί' οὐκ ἔγωγε. Cui tamen loco interpretatio illa parum convenire videtur.

[Ὑπεσθίω, Subedo. Homericum ὑπέρεπτε Il. Φ, 271, per ὑπήσθιε exponit schol., quod Hesychio, qui per simplex ἤσθιε exp., restitui voluit Heynius. Ap. Apollon. Lex. Hom. est ὑποκατήσθιε. G. Dind.]

Ὑπεσταλμένως, redditur Remisse, Non contente. [Heraclid. Alleg. c. 29.] Potest et aliter reddi, sequendo interpretationes verbi ὑποστέλλομαι. [Joann. Chrys. In Rom. serm. 30, vol. 3, p. 227. Seager. Schol. Soph. Aj. 82, 1080. « Dubitanter. Cyrill. Alex. Glaph. 1, p. 54. » Mendham. Idem t. 5, p. 496, B, et 620, D, ubi est Moderate, Timide, sicut ap. Jo. Chrys. In Matth. p. 233, A; t. 8, p. 389, E; 396, C; t. 10, p. 409, A; 531, E; t. 9, p. 183, B : Οὐκ ἀναισχύντως προσῆλθεν, ἀλλ' ὑπ. Hase.]

[Ὑπέσχεθον. V. Ὑπέχω.]

[Ὑπετυμολογέω, Etymologiam subindico. Schol. Aristoph. Av. 181, ubi poeta verbo πολεῖται utitur : Ὑπετυμολογεῖν βούλεται τὸν πόλον. Nam sic correxi pro ὑφετυμολογεῖν. G. Dind.]

Ὑπεύδιος, ὁ, ἡ, Qui est sub dio, Serenus, Tranquillus, VV. LL. ex Apoll. [Rh. 3, 1202], ὑπεύδιος ἀκτὴ, pro ὁμαλὴ, καὶ οὐ τραχεῖα οὔτε πετρώδης. [Aratus 1012 : Οὐδὲ παλιρρόθιοί κεν ὑπεύδιοι (αἱ γέρανοι) φορέοιντο, ubi syllaba penultima metri caussa producta, quemadmodum idem alibi εὔδιος litera ι modo producta

modo correpta dixit.] Ex Plut. Themistocle [c. 32]: A Ἢ ὑπεύδιον τῆς θαλάσσης, κρηπίς ἐστιν εὐμεγέθης, Qua mare tranquillum est, crepido est eximia magnitudine. Sed hæc controversia non carent. [Ælian. N. A. 1, 41: Γαληνά τε τὰ τοῦ πελάγους καὶ ὑπ. Id. 3, 13; 9, 57. Etym. M. p. 103, 53: Τὰ ὑπ. καὶ κατασκιαζόμενα τῶν δένδρων. Hemst. Ap. Xenoph. Cyrop. 6, 1, 16, libri nonnulli ὑπεύδια pro ὑπ' εὐδίαν.]

Ὑπεύθῡνος, ὁ, ἡ, Obnoxius reddendæ rationi, Qui liberam non habet rerum administrationem. [Hesych.: Ὑπ., ἔνοχος, ὑποκείμενος. Æsch. Prom. 324: Τραχὺς μόναρχος οὐδ' ὑπεύθυνος κρατεῖ. Plato Epist. 8, p. 355, E: Τοῖς δὲ ἀρχὴ ὑπ. βασιλική. Demosth. p. 263, 24: Ἅπαντα τὸν βίον ὑπ. εἶναι ὁμολογῶ· 1105, 16: Ὑπεύθυνον ἐλάμβανον, i. e. Ea conditione hunc testem admisissem ut de quibus testaretur, ea is periculo suo præstaret, ut exp. Reisk.] Interdum cum dat. [Æsch. Pers. 213: Οὐχ ὑπεύθυνος πόλει.] Demosth. p. 127 [306, 4]: Ὑπ. ὧν οὐδενί. [Id. p. 291, 19: Ὑπεύθυνον ἑαυτὸν δίδωσιν ὁ σύμβουλος τοῖς πεισθεῖσι, τῇ τύχῃ, τοῖς καιροῖς, τῷ βουλομένῳ. Æschin. p. 51, 3: Ὑπ. τῷ συκοφάντῃ μάρτυς.] Apud Aristoph. [Eq. 259] ὑπεύθυνοι exp. a schol. Qui rerum in magistratu gestarum rationes nondum retulerunt. [Antiphon p. 146, 21: Ἑτέρους τῶν ὑπ. ἔσειε. Æschin. p. 56, 38: Καθιεροῦν τὴν οὐσίαν οὐκ ἐᾷ ὁ νόμος τὸν ὑπ. Addito gen. Demosth. p. 747, 1: Οὐδ' ἀρχὴν καταστήσω, ὥστ' ἄρχειν ὑπεύθυνον ἀρχῆς ἑτέρας ὄντα· 1114, 21: Ὡς προκλήσεώς ἐστιν ὑπ., οὐχὶ μαρτυρίας. De servis quos scelera corpore luere oportet p. 610, 15: Τοῖς δούλοις τὸ σῶμα τῶν ἀδικημάτων ἁπάντων ἐστὶν ὑπ.] Dicitur et res aliqua esse ὑπεύθυνος, sicut contra ἀνεύθυνος. Thuc. 3, [43]: Ἄλλως τε καὶ ὑπεύθυνον τὴν παραίνεσιν ἔχοντας πρὸς ἀνεύθυνον τὴν ὑμετέραν ἀκρόασιν, ubi quidam Obnoxiam et Non obnoxiam interpr. pro Cujus reddenda ratio est, non est. Et ὑπ. ἀρχὴ Herodot. [3, 80.] Item Δίαιτα κεκολασμένη καὶ ὑπ., Plut. Lycurgo [c. 22], ubi quidam interpr. Victum astrictum; ego malim Legibus quibusdam obnoxium, et minime liberum: q. d. Cujus reddenda sit ratio ipsis legibus. At Chrysost. dixit aliquem ὑπεύθυνον τιμωρίᾳ, Obnoxium pœnæ: Ἐννόει ὅσων κεφαλῶν ὑπ. εἶ τιμωρίᾳ. [Lycurg. p. 169, 8: Ὑπ. τῇ παρὰ τῶν θεῶν τιμωρίᾳ· 166, 17: Ὑπ. κινδύνῳ.] ‖ Reus, Obnoxius crimini. Sed Lucian. genitivo junxit [De salt. c. 27]: Καὶ μόνης τῆς φωνῆς ὑπ. παρέχων ἑαυτὸν, exp. Sola voce semetipsum reprehendendum exhibens. Ego malim Seipsum crimini obnoxium reddens, quod ad solam vocem attinet. [‖ Adverb.] Ὑπευθύνως, Ita ut rationem reddere tenearis, crimini sis obnoxius. [Pollux 3, 139.]

[Ὑπευθύνω, Pœnæ obnoxium facio. Schol. rec. Soph. OEd. T. 104: Ἀπευθύνω τὸ ἀπὸ εὐθύνης ποιῶ, ἤτοι ἀνεύθυνον· ὑπευθύνω δὲ τὸ τιμωροῦμαι, τὸ ὑπεύθυνον ποιῶ. Fictum, ut videtur, ab grammatico verbum. G. Dindorf.]

[Ὑπευλαβέομαι, Subvereor. Restituendum Maccab. 2, 14, 18, ex cod. Alex. et Methodio Conv. Virg. p. 86, pro ἐπευλαβεῖτο. V. Ἐπευλαβέομαι.]

[Ὑπευνάομαι, Suppositum mihi habeo, Sedeo super. Nicand. Al. 294: Ὀρταλὶς νεοσσοῖς ὑπευνηθεῖσα. Sed recte ὑποδμηθεῖσα corrigi videtur a Spitzner. De versu her. p. 64. Sic ὑπευνηθεῖσα var. l. pro ὑποδμηθεῖσα ap. Hesiod. Theog. 374. G. D. Porphyr. ap. Euseb. Pr. ev. p. 124, A, ubi de se ipso Æsculapius: Ἥκω θεὸς, ὃν ποτε μήτηρ Φοίβῳ ὑπευνηθεῖσα κυεῖ, cum var. l. ὑπευνασθεῖσα. Hase.]

[Ὑπευρύνω, q. d. Subdilato. De maledictis latius divulgatis Excerpta ex Menandri Hist. p. 432, 4 ed. Nieb.: Ὅτι τῇ κακηγορίᾳ ἔνεστιν ὡς τὰ πολλὰ ἐπιχαιρεκάκῳ οὔσῃ ἀόκνως περινοστεῖν τε καὶ ὑπευρύνεσθαι.]

[Ὑπευτρεπίζω, q. d. Subinstruo, Præparo. Greg. Nyss. t. 2, p. 370, C: Κατασκευὴ τὴν ἀκολουθίαν ὑπευτρεπίζουσα. Hase.]

[Ὑπευφραίνομαι, Intus gaudeo. Greg. Naz. t. 1, p. 834, D. Id. ib. p. 194, D: Τοῖς ἀλλήλων κακοῖς ὑπευφραίνεσθαι. Hase.]

[Ὑπεύχομαι, Apprecor. Greg. Naz. t. 1, p. 853, C; 860, B; 879, A. Id. ibid. p. 853, A: Τί οὖν ἀντὶ τούτων ὑπεύξομαί σοι· et 306, B, ὑπευξάμενόν τε αὐτοῖς. Hase.]

[Ὑπεφηβαρχέω, Princeps epheborum sub alio sum. Inscr. Cumana ap. Caylum *Recueil* vol. 2, pl. 60.]

[Ὑπεφίημι, q. d. Subimmitto, si recte habet scriptura ap. Alex. Mon. De inv. crucis p. 19, C Grets.: Μάστιγα κατ' αὐτοῦ ὑπεφιεῖσα. Hase.]

[Ὑπεχθέσιμος, ὁ, ἡ, forma Cretica pro ὑπέκθεσιμος. Inscr. Cretica ap. Bœckh. vol. 2, p. 413, 22: Εἰ δέ τι κα ὁ Ἱεραπύτνιος ὑπέχθηται (i. e. ὑπέκθηται) ἐς Πριάνσιον ἢ ὁ Πριανσιεὺς ἐς Ἱεραπύτναν ὁτιοῦν, ἀτελέα ἔστω καὶ ἐσαγομένῳ καὶ ἐξαγομένῳ αὐτὰ καὶ τούτων τὸς καρπὸς καὶ κατὰ γᾶν καὶ κατὰ θάλασσαν· ἐξ ὧν δέ κα ἀποδῶται, κατὰ θάλατταν ἐώσας ἐξαγωγᾶς τῶν ὑπεχθεσίμων ἀποδότω τὰ τέλεα. « Ὑπεκτίθεσθαι est *subductum et subtractum aliquid in loco tuto ponere.* Cretenses quum ea ætate piraticam maxime exercuerint, consentaneum est haud raro prædam captam, quæ non posset statim domum deduci, in propiorem urbem esse delatam, donec secure deduci posset: hæc proprie fuerunt ὑπεκθέσιμα. Sed potuerunt deinceps etiam merces et res omnes hoc vocabulo designari, quæ in alienæ urbis emporio deponerentur ea condicione ut rursum exportarentur. » Boeckh. p. 414.]

Ὑπέχω, q. d. Habeo, Teneo sub, pro Suppono; nam Eust. [p. 236, 8; 675, 47; 983, 5] ὑπέσχεθε χεῖρα, κεφαλήν, ἀκοήν, vult esse ὑπέθετο. [Hom. Il. Π, 188: Ὑπέσχεθε χεῖρα. Demosth. p. 421, 18: Προτείνας τὴν χεῖρα καὶ ὑποσχών (muneris accipiendi caussa). Similiter Menand. ap. Stob. Flor. 10, 20: Ὅστις ὑπέχει χρυσίῳ τὴν χεῖρα· et Plutarchus Mor. p. 10, B, Comp. Arist. cum Catone c. 3 extr. Aristoph. Pac. 908: Ἀλλ' οὐκ ἂν εἴ τι προσαγαγεῖν σ' ἔδει, ἀλλ' εὗρον ἄν σ' ὑπέχοντα τὴν ἐκχειρίαν· quod exp. schol.: Ἀλλὰ κατέλαβόν σε ὑπέχοντα τὴν χεῖρα ἑτοίμην πρὸς τὸ λῆμμα. Ἐπειδὴ ἐκχειρίαι τότε πρὸς τοὺς Λάκωνας ἦσαν αὐτοῖς, πρὸς τοῦτο ἔπαιζεν, ἅμα καὶ σκώπτων αὐτοὺς ὡς ἥττους λήμματος. Ὑπ. κυνέην (ἀντὶ φιάλης) Herodot. 2, 151; τὴν φιάλην Aristoph. Pac. 431; τοὐξάλειπτρον Ach. 1063; τὸν θύλακον Eccles. 820. Ὑπ. ἀκοήν, Aurem præbere, Dio Chr. vol. 1, p. 661: Μηδέποτε σωφρονοῦντι λόγῳ τὰς ἀκοὰς ὑπέχοντες. Aristid. vol. 2, p. 230, 8: Τὴν ἡμέραν ἐν ᾗ σοι τὰ ὦτα ὑπέσχον. Procop. Hist. p. 94: Οὐδὲ τὴν ἀκοὴν ὑπέσχε τοῖς διαβάλλουσιν. Ælian. N. A. 12, 44: Ὑπέχει τὰ ὦτα καὶ θέλγεται. Themist. Or. 15, p. 184, D, ubi cum κηλεῖσθαι conjunctum. Synes. p. 90, A: Τῷ πατρὶ ὑπεῖχε τὰ ὦτα. Numero singul. Procl. H. in Minerv. 33: Κέκλυθι καί μοι μείλιχον οὖας ὑπόσχες. Simonid. ap. Dionys. De comp. verb. c. 26: Ἐμῶν ῥημάτων λεπτὸν ὑπεῖχες οὖας; ubi cum genitivo constructum est ut ὑπακούειν.] Exp. et Summittere. Hom. Il. E, [269]: Ὑποσχὼν θηλέας ἵππους. Sic autem et ap. Plut. Rom. [c. 21]: Ὑπέσχε θηλὴν νηπίοις, redditur, Infantibus mammam summisit. [Eur. Ion. 1372: Μαστὸν οὐχ ὑπέσχον. Callim. Del. 51, ad insulam quæ natale solum præbuit Apollini: Ἠνίκα δ' Ἀπόλλωνι γενέθλιον οὖδας ὑπέσχες, τοῦτό σοι ἀντημοιβὸν ἀλίπλοοι οὔνομ' ἔθεντο· ubi libri partim ἐπέσχες.] Atque ita fortasse et ὑπέχειν τὴν χεῖρα a Luciano [D. mar. 14, 3] dicitur pro Summittere, ut manus subduci ferulæ dicitur, quam quis prius ei submiserit; exp. tamen Præbere, Porrigere. At τὴν κεφαλὴν ὑπέχειν τοῖς λίθοις, ex Philostr. Her. [p. 715], pro Objectare caput lapidibus. [Subtendo, Æsch. fr. 182: Νεφέλην δ' ὑποσχὼν νιφάδι γογγύλων πέτρων ὑπόσκιον θήσει χθόνα. Suppono, Subjicio. Plato Theæt. p. 191, D: Ὑπέχοντες αὐτὸ ταῖς αἰσθήσεσι καὶ ἐννοίαις. ‖ Suggero. Pind. Ol. 2, 99: Ὁ πλοῦτος.... βαθεῖαν ὑπέχων μέριμναν· quod schol. exp. per ὑποτιθεὶς et προπαρασχών. ‖ Præbeo. Xenoph. Cyrop. 7, 5, 44: Εἴ τις τούτοις ὑφέξει ἑαυτόν. Plato Rep. 3, p. 399, B: Ἄλλῳ δεομένῳ ἢ διδάσκοντι ἢ μεταπείθοντι ἑαυτὸν ὑπέχοντα· ubi libri plerique ἐπέχοντα, duo παρέχοντα. Appian. Civ. 4, 26: Τὸν προδότην μόνον ἀποκτείνας ἑαυτὸν τοῖς σφαγεῦσιν ὑπέσχεν. Addito infinitivo Plato Gorg. p. 497, B: Ὑπόσχες Σωκράτει ἐλέγξαι ὅπως ἂν βούληται, i. e. Permitte.] Quinetiam pro Offerre et subministrare accipi tradit Cam., sed exemplo nullo id confirmans. Hoc certe constat, in his usitatissimis loquendi generibus, ὑπέχειν αἰτίαν, δίκην, respondere Latino Sustinere, quod ex Teneo compositum est, i. q. ἔχω, primitivum τοῦ ὑπέχω. Sed Sustineo dici putatur quasi Sursum teneo.

Dici autem a Cic. Sustinere causam, culpam, quod Græcis est αἰτίαν ὑπέχειν, docet Bud. p. 8 et 1038. Ibid. αἰτίαν ὑπέχειν, sicut et ἔχειν, interpr. etiam, Crimine premi, Suspectum esse. [Plato Apol. p. 33, A : Τούτων ἐγὼ οὐκ ἂν δικαίως τὴν αἰτίαν ὑπέχοιμι. Antiphon p. 137, 18 : Εἰ τούτων δέοι τὰς αἰτίας ὑποσχεῖν τοῖς συγγενομένοις. Xenoph. Cyrop. 6, 3, 14.] Itidem ὑπέχειν δίκην [vel δίκας] reddere possumus Sustinere pœnam, sicut et Subire pœnam, ex Cic.; fateor tamen frequentius esse Subire. [Soph. OEd. T. 552 : Εἴ τοι νομίζεις ἄνδρα συγγενῆ κακῶς δρῶν ὑφέξειν τὴν δίκην, οὐκ εὖ φρονεῖς· ubi cum articulo, qui plerumque omittitur. Eur. Andr. 358 : Αὐτοὶ τὴν δ. ὑφέξομεν ἐν σοῖσι γαμβροῖς. Plato Phædr. p. 98, E : Παραμένοντα ὑπέχειν τὴν δίκην ἣν ἂν κελεύσωσιν. Thuc. 3, 53, 81. Demosth. p. 637, 22 : Οὐ δίκην ὑπέχειν, ἀλλὰ συγγνώμης τυχεῖν· 646, 14 : Τὴν ἐπὶ τῷ προτέρῳ φόνῳ δίκην ὑπέχει.] Sed notandum, dici ὑπέχω δίκην, σοι δίκην, τούτου δίκην, aut cum utroque casu, σοι δίκην τούτου : ut Lat. Do pœnas, tibi pœnas, hujus rei pœnas, tibi hujus rei pœnas. [Herodot. 4, 118 : Δίκας ὑπέχειν τῶν Πρωτεὺς ... ἔχει.] Eur. Hec. [1253] : Ὑφέξω τοῖς κακίοσι δίκην. [Or. 1649 : Δίκην ὑπόσχες αἵματος μητροκτόνου Εὐμενίσι τρισσαῖς· El. 1318 : Ἐπ' ἀλλοτρίαις ψήφοισι φόνον (i. e. φόνου δίκην) μητρὸς ὑφέξω. Plato Leg. 6, p. 754, E : Δίκην ὑπεχέτω τῷ βουλομένῳ μετιέναι· 9, p. 872, C : Εἰ πολίτην κτείνας ὑπεῖχε φόνου δίκας· 11, p. 921, A : Δίκην τῷ θεῷ ὑφέξει. Xenoph. Anab. 5, 8, 1 : Δίκην ὑποσχεῖν τοῦ παρεληλυθότος χρόνου. Pausan. 7, 10, 12; 7, 11, 6. Δίκας λαγχάνειν ... καὶ τοῖς ἐγκαλοῦσιν ὑπ. Dionys. A. R. 2, 10. Cum dativo rei qua crimen luitur, Isocr. p. 398, C : Οἵτινες εἰς τὰ σώματα ἐξαμαρτάνοντες τοῖς χρήμασι τὰς δίκας ὑπέχωσιν.] Dem. In Conon.: Τίνα ἂν οὗτος ἀξίαν τῶν πεπραγμένων ὑπόσχοι δίκην; Sed et ὑπέχειν τιμωρίαν, κόλασιν, pro eod. dicitur. [Thucyd. 6, 80. Æschin. p. 85, 23 : Ὑπ. τιμωρίαν ἀδικημάτων. Plato Leg. 4, p. 716, B : Ὑποσχὼν τιμωρίαν οὐ μεμπτὴν τῇ δίκῃ. Lycurg. p. 159, 15; Isocr. p. 320, C. Plut. Mor. p. 198, D : Ὑποσχεῖν κόλασιν ἀδικήσας. Addito dativo Athen. 7, p. 283, B : Ἁλιέα ... τῷ ἰχθύϊ τούτῳ κόλασιν ὑποσχεῖν. Ὑπ. ζημίαν Eur. Ion. 1308.] Verum ὑπ. δίκην interdum exp. etiam, Subire judicium, Causam dicere : vide Bud. p. 173; et ibid. λόγον ὑπέχειν, [Rationem reddere. Plato Leg. 6, p. 774, B : Ἐν ταῖς εὐθύναις τοῦ τοιούτου λόγον ὑπεχέτω πᾶς· Prot. p. 338, D : Ἐμοὶ λόγον ὑποσχέτω. Xen. Mem. 4, 4, 9. Andocid. p. 34, 8 : Ὑποσχεῖν τῇ πόλει περὶ τοῦ βίου λόγον. Aristot. Rhet. 1, 1, Anall. Pr. 2, 19, Top. 8, 5. Λόγον ὑπ. τῷ ἐγκλήματι schol. Aristoph. Pl. 385, ubi nunc ex codd. restitutum ἐλευθερωθῆναι τοῦ ἐγκλήματος. Ὑπ. αἰτίαν Apoll. De synt. p. 63, 29.] Sed et ὑπέχειν τὰς εὐθύνας dicitur [ab Lysia p. 115, 11, Longino 14, 4, Babrio Fab. 102, 7]; τὴν κρίσιν, a Plat. [Leg. 9, p. 861, D. Pausan. 7, 10, 10 : Ἐν δικαστηρίῳ κρίσιν τῷ Ῥωμαίων ὑφέξοντας. Et de malo quovis quod quis sustinet, ut Soph. Tr. 1274 : Τῷ τήνδ' ἄτην ὑπέχοντι. Aristoph. Lys. 841 : Πάνθ' ὑπέχειν· Thesm. 196 : Τὸ σὸν κακὸν ἡμᾶς ὑφέξειν. Plato Rep. 3, p. 403, C : Ψόγον ἀμουσίας ὑπ. Pausan. 8, 40, 3 : Ἀνὰ μέρος τὸν ἕτερον ὑποσχεῖν αὐτῶν τῷ ἑτέρῳ πληγήν.] ‖ Ὑπεσχόμην, Promisi, Pollicitus sum, tanquam ab Ὑπέχομαι, s. potius inusitato Ὑποσχέομαι, vide in Ὑπίσχομαι post Ἴσχω. [V. Ὑπισχνέομαι.]

[Ὑπήβολος. V. Ὑπώβολος.]

[Ὑπηγμένως vitiosa lectio ap. Jo. Damasc. t. 2, p. 896 B, pro ἠπειγμένως, quod v. Hase.]

[Ὑπηγορία, ἡ, Enarratio. Greg. Nyss. t. 1, p. 473, C. Greg. Naz. t. 1, p. 718, B : Τῇ τῶν ὀνομάτων ὑπ. Pallad. Vita Chrys. p. 70, 1 : Ἀναγνῶναι τὴν ὑπ., ubi interpr., Dictata illa. Hase.]

[Ὑπηέριος. V. Ὑπαέριος.]

[Ὑπηθέω, Subcolo. Hesych. s. v. Ὑποσαχίζειν. Nam sic ὑπωθεῖν, quod est in codice, correxit Musurus.]

[Ὑπήκοον, τὸ, planta, Diosc. 4, 68. Paul. Æg. 7, p. 249, 12, ex Galeno vol. 13, p. 238 : Ὑπήκοον· ψύχει κατὰ τὴν τρίτην τάξιν ἐγγὺς ὂν μήκωνος. Plin. H. N. 27, 11. Hypecoum procumbens Linnæi. Conf. Ὑπνικόν, τό.]

Ὑπήκοος, ὁ, ἡ, Morigerus, Qui paret, Subjectus, Qui imperio alicujus subest. [Xenoph. Hell. 4, 1, 36 : Ὥστε σοὺς ὑπηκόους εἶναι. Cum dat. Eurip. Heracl. 288 : Οὐ γὰρ Ἀργείων πόλει ὑπήκοον τήνδ', ἀλλ' ἐλευθέραν ἔχω· ubi non opus ut πόλιν scribatur cum Elmsl.] Aristoph. Pl. [146] : Ἅπαντα τῷ πλουτεῖν γὰρ ἔσθ' ὑπήκοα. [Xenoph. Cyrop. 2, 4, 22 : Σύμμαχος ἦν καὶ ὑπ. Κυαξάρῃ. Plut. Mor. p. 234, C : Ὑπ. ἦν τῷ πριαμένῳ· 90, B : Γλῶσσαν ὑπ. τῷ λογισμῷ. Clem. Alex. p. 839 : Ταῖς ἐντολαῖς ὑπ.] Frequentius cum gen., ut [Æsch. Pers. 242 : Οὔτινος δοῦλοι κέκληνται φωτὸς οὐδ' ὑπήκοοι· Choeph. 304. Plato Rep. 8, p. 549, A : Ἀρχόντων ... σφόδρα ὑπ. Leg. 3, p. 701, B : Νόμων ὑπ. 9, p. 875, C : Νοῦν οὐδενὸς ὑπ. οὐδὲ δοῦλον. Aristot. Eth. Nic. 1, 13 : Πολίτας τῶν νόμων ὑπηκόους.] Plut. Solone [c. 12] : Ὑπήκοον τοῦ δικαίου [καὶ μᾶλλον εὐπειθῆ πρὸς ὁμόνοιαν τὴν] πόλιν κατέστησε, Æquitati morigeram. Apud Herodot. [4, 167, et Æsch. Pers. 234], ὑπήκοος τοῦ βασιλέως, Qui est in ditione et potestate regis. Sic πόλις ὑπήκοος Ἀθηναίων, Civitas quæ est in ditione vel sub ditione Atheniensium, Civitas Atheniensibus subjecta. [Thucyd. 7, 57 : Τῶν ὑπ. καὶ φόρου ὑποτελῶν. Ibid. : Ναυσὶ καὶ φόρῳ ὑπήκοοι.] Ap. Xenoph. [Cyrop. 1, 5, 2], ὑπήκοον ἔχειν, Habere in vel sub potestate, sicut [ibid.] ὑπήκοον ποιεῖσθαι, In potestatem redigere. [Ὑπήκοος, ἡ, sc. χώρα, Terra imperio subjecta ap. Dion. Cass. 36, 19 extr.; 53, 26, Agath. Hist. p. 110, B; 121, B. ‖ Τὸ ὑπήκοον, Subditi, sæpissime ap. Dion. Cass., ut 37, 25; 38, 10; 40, 30. Theophyl. Epist. 10, p. 36 : Οὐκ ἀρχαῖς καὶ προσφόροις τὸ ὑπ. ἐκεκόσμητο· ubi alia ejusdem exx. indicavit Boiss. p. 23. ‖ Ἐς ὑπήκοον pro ἐς ἐπήκοον, i. e. In locum unde quis exaudiri possit, de qua formula dictum est s. v. Ἐπακουὸς vol. 3, p. 1386, A, legitur aliquoties ap. Theophyl. Hist. sive scriptoris sive, quod probabilius, librarii culpa, p. 101, A : Ὁ τοῦ Περσικοῦ βασιλεὺς εἰς ὑπ. τῶν συνεληλυθότων παρεγύμνου τὰ ... γεγραμμένα· 120, B : Καθίσας συνέδριον ἐς ὑπ. τῶν συνεληλυθότων προσέταττε τοὺς ἀγγέλους ὅ τι ἂν εἴη αὐτοῖς ἡ ἀξίωσις ... ἐκτίθεσθαι· 176, C : Εἰς ὑπ. τῶν σ. τὰ τοῦ βασιλέως ποιήσασθαι λόγια· 197, C : Ὁ Περσῶν βασιλεὺς τῶν σατραπῶν εἰς ὑπ. τάδε διείλεκται. Denique p. 43, A : Βλασφημοῦσι τὸν στρατηγὸν αἱ δυνάμεις καὶ ἐς (male excusum ὡς) ὑπήκοον ἐκωμῴδουν αὐτόν. ‖ De dea preces exaudiente Antipater Anth. Pal. 9, 46 : Ἄρτεμις ἀμφοτέροισιν ὑπήκοος. Quod etsi dici potuit, probabilius tamen videtur quod Brunck. restituit ἐπήκοος, ut ap. Addæum ib. 303 : Μούναις οὔ τι γυναιξὶν ἐπήκοος. De discipulis Pollux 4, 44 : Τοὺς μαθητὰς ὀνομάσαις ἂν ... ὑπηκόους, κατηκόους, συνηκόους. Verum hic quoque ἐπηκόους corrigendum. G. Dind.]

[Ὑπήλᾰτος, ὁ, ἡ.] Ὑπήλατα φάρμακα, Medicamenta quæ alvum subducunt. [Rufus p. 248 ed. Matth. Erotian. p. 376 : Ὑπηλάτῳ· τῷ τὴν κάτω κοιλίαν καθαίροντι· παρὰ τὸ ὑπελαύνειν εἰρημένον. Legitur ap. Hippocr., sed numero plurali, p. 387, 39, 41; 514, 1; unde Foes. ap. Erotian. corrigit Ὑπηλάτων· τῶν ... καθαιρόντων. Ὑπήλατον, φάρμακον καθαρτικὸν τῆς κοιλίας, Eustath. p. 1163, 40, et de derivatione ab ὑπελᾶν p. 1635, 42.] Ὑπήλατα τὸ φλέγμα κενοῦντα, Purgationes pituitam elicientes, Galen. Ad Glauc. 1. [Id. vol. 10, p. 178 : Τῶν ὑπ. τε καὶ κατωτερικῶν ὀνομαζομένων.] Ὑπηλάτων τὶ τῶν ἐπιεικῶν, ap. Eund., Aliquod ex iis quæ blande purgant, Aliquod ex blandis medicamentis, quæ ventrem tantum, intestina et primas venas sine vehementia expurgant, non autem ex toto corpore trahunt. VV. LL. [Theodoret. vol. 4, p. 584 : Τῶν κάτωθεν ἐνιεμένων ὑπ.]

[Ὑπηλῐφὴς, ὁ, ἡ, Unctus pice. Etymol. M. p. 61 : Οἷον ὑπηλιφὴς, ἀνυπηλιφὴς, σημαίνει δὲ τὴν ναῦν τὴν μὴ ἀλιφθεῖσαν πίσσῃ.]

[Ὑπηλλαγμένως, Commutate, Mutatione facta. Pseudo-Chrys. t. 9, p. 927, D. Hase.]

[Ὑπημάτιος, ία, ιον, pro ὑπηοῖος, Matutinus, dixisse creditur Oppian. Hal. 4, 640 : Τοὺς μὲν ὑπηματίους, τοὺς δ' ἕσπερος εἶλε δαμέντας· si hæc vera scriptura est. Scholiastæ explicationi, κατὰ τὴν ἡμέραν· πολλάκις γὰρ τῷ φωτὶ ἀγρεύονται οἱ ἰχθύες, melius conveniret ἐπημάτιους, quo adj. utitur Oppian. ib. 3, 229 : Ἔνθεν ἔπειθ' ὁ μὲν αἰὲν ἐπημάτιος ποτὶ πέτρην στέλλεται· ubi pariter aliquot libri ὑπημάτιος. G. Dind.]

[Ὑπημύω, Demitto (caput vel vultum). Coluth. 331 (338) : Γοεραὶ μὲν ὑπημύουσι παρειαὶ, πυκνὰ δὲ μυρομένοις θαλεραὶ μινύθουσιν ὀπωπαί. Ad hoc verbum recte referri videtur inventum uno in loco Homeri, quem ante oculos habuit Coluthus, præteritum ὑπεμνήμυκε Il. X, 491 : Ἦμαρ δ' ὀρφανικὸν παναφήλικα παῖδα τίθησιν· πάντα δ' ὑπεμνήμυκε, δεδάκρυνται δὲ παρειαί. De quo diversæ fuerunt veterum interpretum opiniones. Apoll. Lex. (et similibus verbis schol. ad l. Homeri) : Ὑπεμνήμυκεν ἐν τῇ X ῥαψῳδίᾳ τῆς Ἰλιάδος ἐν ἀθετουμένοις στίχοις « π. δ' ὑπ. » ὁ Ἀρίσταρχος ἀποδίδωσιν ὑποκατανένυκται· ὅθεν Ἀπίων φησὶν ὑπομέμυκε καὶ κλαίει· ἐπιφέρει γὰρ « δ. δὲ π. » ἐκ δευτέρου δὲ ἀποδιδοὺς, ἵνα ᾖ ἀνάμνησιν εἴληφεν. Βέλτιον δὲ τὸ πρῶτον. Ubi pro ὑποκατανένυκται, quod κατανένευκεν scriptum ap. schol., corrigendum κατανένυκται ex Apollonio ipso s. v. Ἐμνήμυκε· συνθέτως λέγεται μετὰ τῆς ὑπό, « π. δ' ὑπ. » μεταφράζεται δὲ εἰς τὸ κατανένυκται. De formatione verbi Epim. Hom. in Crameri Anecd. Oxon. p. 416 : Ὑπ. οὐ παρὰ τὸ μνῶμαι δύναται εἶναι· οὐ γὰρ συνᾴδει τῷ νοουμένῳ. (Hæc observatio spectat ad interpretationem etiam ab Apoll. Lex. H. merito rejectam ἀνάμνησιν εἴληφεν, vel εἰς ἀνάμνησιν ἔρχεται ap. schol. Hom., vel εἰς ὑπόμνησιν ἤνεγκεν, ut Hesych. s. v. Ἐμνήμυκεν.) Δῆλον γὰρ ὅτι « πάντα » ἐν καταπτώσει αὐτῷ καὶ ἐπικλίσει ἐστὶν, οἷον, οὐδὲν ὀρθὸν ἔχει οὐδὲ εὐτυχές. Γίνεται δὲ παρὰ τὸ μύω, τὸ ἐπικλίνω καὶ καταπίπτω, οὗ ὁ παρακείμενος ἤμυκα, ὁ Ἀττικὸς ἀναδιπλασιασμὸς ὤφειλεν εἶναι ἠμήμυκα· ἀλλ' ἐπειδὴ οἱ Ἀττικοὶ παρακείμενοι πάντως ἀπὸ βραχείας ἄρχεσθαι βούλονται ὡς ἐν τῷ ἀρήρυκα ἐλήλυθα ὀμώμοκα ἐλήλακα, κἀνταῦθα τὸ η συστείλας εἰς ε ἐποίησε τὸ ἐμήμυκα, ὅπερ ὁ ποιητὴς ἴσως διὰ τὸ μέτρον πλεονάσας τὸ ν πεποίηκε τὸ ὑπεμνήμυκε, etc. Similiter Etym. M. p. 777, 46, et Eustath. p. 1282, 24, qui exp. κατὰ πάντα ἐστύγνακε, ἢ μᾶλλον τεταπείνωται, καταβέβληται. Hesych. per ὑπομέμυκε, κλαίει, στενάζει, στυγνάζει. Ἐμμέμυκεν, καταμέμυκται (imo κατανένυκται, quod Albert. restituit ex Apoll. Lex. Hom.), ἢ ἐπικέκλιται, παρὰ τὸ μεμυκέναι. Τινὲς δὲ ἐμνήμυκεν. Neque aliunde petita quæ idem posuit, Μνημύει, σκυθρωπάζει. Μνήμυκεν, ὑποπτήσσει, δυσχεραίνει. G. Dind.]

[Ὑπήνεικα. V. Ὑποφέρω.]

Ὑπηνέμιος [Dor. Ὑπανέμιος Theocr. 5, 115], ὁ, ἡ, Ventosus, Subventaneus, si Lat. dici potest, Cui subest ventus. [Arat. 839 : Καί κεν ὕδωρ φορέοι καὶ ὑπ. τανύοιτο, Ventis obnoxius.] Usitatissima signif. dicitur hoc v. de ovis irritis et ex quibus nihil gignitur, quæ feminæ mutua inter se libidinis imaginatione concipiunt. Plin. lib. 10 c. 58 ita claudit : Et ipsæ autem inter se, si mas non sit, feminæ æque saliunt, pariuntque ova irrita, ex quibus nihil gignitur, quæ ὑπηνέμια Græci vocant. Idem Plin. 10, 60, itidem de ovis : Quidam et vento putant ea generari; qua de causa etiam Zephyria appellantur. [Hesych. : Ὑπ., ᾠὰ τὰ δίχα τοῦ ὀχευθῆναι γεννώμενα. Idem Ζεφύρια, ὑπ. ᾠά.] Vide et οὔρινα ᾠὰ, item κυνόσουρα ᾠά. Aristoph. ap. Athen. 9, [p. 374, C] : Πολλαὶ τῶν ἀλεκτρυόνων βίᾳ Ὑπηνέμια τίκτουσιν ᾠὰ πολλάκις. [Et iisdem fere verbis Plato com. ap. schol. Aristoph. Nub. 659. Aristophanis loco utitur Photius p. 624, 24 (ab Suida exscriptus), qui Ὑπηνέμια, inquit, λέγουσιν (sc. οἱ Ἀττικοὶ) ὡς ἡμεῖς. Quæ observatio ad Atticistarum præceptum spectat ab Mœride servatum p. 73 : Ἀνεμιαῖον Ἀττικοὶ, ὑπηνέμιον Ἕλληνες, et Thom. M. p. 68.] Legitur et ap. Aristot. aliquoties. [Vid. H. A. 6, 2; 10, 6, De gen. anim. 3, 1.] Huc autem Lucian. [Sacrif. c. 6] alludens dixit Junonem sine congressu virili concepisse Vulcanum ὑπηνέμιον παῖδα. [Similiter Aristoph. Av. 695 : Τίκτει πρώτιστον ὑπηνέμιον Νὺξ ... ᾠὸν, ἐξ οὗ ... ἔβλαστεν Ἔρως. Ὑπ. γεννήματα Dio Chr. vol. 1, p. 499. Theophyl. Quæst. phys. p. 16, ὑπηνέμια ex codd. restituit Boiss. pro ὑπήνεμα.] Ab illis denique ovis ducta metaph. dicitur ὑπηνέμιον Quicquid est inane, vanum et futile : unde ὑπηνέμιος λόγος, Plut. [Mor. p. 38, E] pro Inani, et Ex quo nullus gignitur mentis conceptus aut editur, quique audienti non prodest, ut inquit Bud. Sic [Plut. Mor. p. 1000, E : Ὑπ. τε καὶ ψευδῆ καὶ ἀβέβαια γεννᾶν· 735, E : Ὑπ. τε καὶ ψευδῶν ὀνείρων·] Lucian. [Harm. c. 4] ὑπηνέμια ὀνείρατα dixit Futilia. || At Græci poetæ ὑπηνέμιον varie usurpant eod. fere modo, quo Latini poetæ suum Ventosum : unde ap. Nonn. [Dionys. 8, 177] : Ὑπηνέμιος ποῦς [πούς], et ὑπηνέμιον πνεῦμα. [Ὑπ. λίνον, de reti, idem Joann. c. 21, 18. Πέταλα ὑπ., Levia folia, Nicand. Al. 425. De hominibus veloci pede fugientibus Plut. V. Sertor. c. 12 : Διώξεσι καὶ φυγαῖς ἀπαύστοις ἀνθρώπων ὑπ. De scarabæis qui vento sublevati feruntur Theocr. 5, 115 : Σῦκα κατατρώγοντες ὑπανέμιοι φορέονται. De divitiis dissipatis Lucian. Gall. c. 12 : Τὸν πλοῦτον ἐκεῖνον διασκεδάσας ὑπηνέμιον φέρεσθαι παρεσκεύασας.]

Ὑπήνεμος, ὁ, ἡ, inquit Bud., Auræ patens, i. e. Vento expositus : ut ὑπήνεμος νεοττία, Vento expositus nidus, h. e. Non occultus et in terra defossus, Aristot. H. A. [6, 1 : Ὑπ. ποιεῖται τὰς νεοττεύσεις. Ib. 14 : Πρὸς τοῖς αἰγιαλοῖς ἐν ὑπηνέμοις.] Ὑπήνεμος tamen nonnunquam προσηνέμῳ opponitur, ut ap. Xen. OEc. [18, 7] : Ἤν δέ τις, ἔφη, λικμᾷ ἐκ τοῦ ὑπηνέμου ἐρχόμενος, δῆλον, ἔφην ἐγὼ, ὅτι εὐθὺς ἐν τῇ ἀχυροδόκῃ ἔσται τὰ ἄχυρα, Ita ventilare incipiat, ut primum id ventiletur quod ab adverso vento longissime distat, ut scilicet progrediatur ventilatio sursum versus et in adversum ventum, ad eam partem videlicet, quæ προσήνεμον μέρος τῆς ἅλω dicitur, Gallice, *Au-dessus du vent*. Hæc Bud. in suo Lex., addens etiam opponi sic et ap. Theophr. ὑπήνεμος et προσήνεμος : quod Theodor. non intellexerit. Idem certe Theodor. ὑπήνεμον τόπον ap. Theophr. C. Pl. 3, [6, 9] vertit Locum tranquillum. Soph. Ant. [418] : Καθήμεθ' ἄκρων ἐκ πάγων ὑπήνεμοι, pro A vento aversi. [Per ὑπὸ τὸν ἄνεμον exp. schol., quæ expos. ap. Phot. et Suidam et in Etym. M. glossæ ὑπηνέμιοι adscripta est, ubi Kust. recte corrigere videtur ὑπήνεμοι. Apud Zonar. ὑπηνέμιον. In Hesychii gl., quæ post Ὑπηνέμους legitur, Ὑπηνέμιον, ἄνεμον, ὑετὸν καὶ τὰ ὅμοια, Toup. in Add. ad Theocr. p. 403, corrigit Ὑπήνεμον· ὑπὸ τὸν ἄνεμον, ὑετὸν καὶ τὰ ὅμοια, quo non multum proficitur, nisi quis reliquam glossæ partem explicet.] Quam interpret. quum locus aperte poscat, contrariam tamen vulg. Interpr. habet, sed a me emendatam in Editione Tragœdiarum selectarum Græco-Lat. [Theocr. 22, 32 : Ὑπ. ἀκτήν. Eodem modo ὑπ. αὔρα de leni aura dixit Eurip. Cycl. 44. Ὑπ. λιμὴν Pollux 1, 100. Hesych. : Ὑπηνέμους, σκεπηνούς. Et paullo post, Ὑπήνεμος, σκέπη, ubi σκεπηνὸς corrigitur. || Ventosus, Vanus. Dio Chr. vol. 1, p. 499 : Ἄνοιαί τε καὶ ἐπιθυμίαι ὑπ. τε καὶ ἀδρανεῖς. Alciphro 2, 2, p. 220 : Καθυμνεῖν τὰς ὑπ. αὐτοῦ δόξας. Nisi hujusmodi in locis ὑπηνέμιος scribi malis. || Anth. Plan. 54 : Φεύγων τὸν ὑπήνεμον ... Θῦμον· ubi de celeritate qualis venti est intellexit Grotius, qui per *Alipes* expressit. Similiter ὑπηνέμιος dictum supra notavimus.]

Ὑπήνη, ἡ, Barba, sed Ea proprie quæ est circa labia : unde a Gaza ap. Aristot. redditur Mustax. [Hesych. : Ὑπ., τὸ γένειον, ἤτοι πώγων· ἄλλοι μύσταξ, ἄλλοι ὑπήνη, ὅς ἐστιν ὑπὸ τὴν ῥῖνα τόπος. Phot. et Suidas : Ὑπ., μύσταξ, τὸ γένειον, πώγων· ἡ τοῦ ἄνω χείλους τρίχωσις, τὸ δὲ κάτω πάππος. Postrema τὸ δ. κ. π. om. Photius. Μύσταξ et πάππος eodem modo definiuntur ab schol. Hom. Il. Ω, 348, qui addit : Τὸ δὲ ἐξ ἀμφοῖν ὑπήνη. Galen. vol. 2, p. 369 : Μύσταξ τὸ ὑπεράνω τοῦ χείλους ὑπὸ τοὺς μυξωτῆρας, ὅπερ Ὅμηρος ὑπήνην ἐκάλεσε. Grammaticorum de etymologia opiniones exp. Etym. M. p. 780, 29, et Suidas. Æschyl. fr. 27 : Δαῦλος δ' ὑπήνης καὶ γενειάδος πυθμήν. Aristoph. Vesp. 477 : Τὴν ὑπ. ἄκουρον τρέφων· Lys. 1072 : Ἕλκοντες ὑπήνας. Qua locutione utuntur Aristid. vol. 2, p. 212, Greg. Naz. Stel. 1, p. 112, A, addito βαθείας.] Plut. Camillo [c. 22] : Ἥψατο τοῦ γενείου, καὶ κατῆγε τὴν ὑπήνην βαθεῖαν οὖσαν. Greg. Naz. [l. c.], de philosophis : Οἱ τὰς βαθείας ὑπήνας ἕλκοντες, καὶ τὸ κομψὸν περισύροντες ἡμῖν τριβώνιον. [Philostr. p. 552 : Νεανίας ἦν ἐν ὑπήνῃ πρώτῃ. Diodor. 5, 28 : Τὰς ὑπ. ἀνειμένας ἐῶσιν. Plato com. ap. schol. Aristoph. Eccl. 71, de Epicrate immensam barbam alente : Ἄναξ ὑπήνης Ἐπίκρατες σακεσφόρε.] Ex Epigr. autem [Christod. Ecphr. 194] affertur ἄχνους ὑπήνη pro Malæ imberbes. [Ib. 136 : Ἀνίουλον ἐδείκνυε κύκλον ὑπήνης.] Vide et s. v. Πώγων. [HSt. in Indice :] De ὑπήνη lege Polluc. [2, 80] et alios lexicographos.

Ὑπηνήτης, δ, Juvenis, utpote cui ὑπήνη suboriri incipiat. [Pollux 2, 10. Phot. et Suid.: Ὑπηνήτῃ, ἀκμαίῳ, ἄρτι γενειῶντι. Hom. Il. Ω, 348: Κούρῳ ... πρῶτον ὑπηνήτῃ· et sim. Od. K, 279. Plato Protag. p. 309, B: Ἥβην ... τοῦ ὑπηνήτου.] Lucian. De sacrif. [c. 11]: Ἀναπλάττουσι γενειήτην μὲν τὸν Δία, παῖδα δ' ἐς ἀεὶ τὸν Ἀπόλλωνα, καὶ τὸν Ἑρμῆ ὑπηνήτην. [Philostr. Epist. p. 38, 3 Boisson. Agath. Hist. p. 324, 7 Bonn. Himer. ap. Phot. Bibl. p. 367, 39: Ὁ μὲν ὑπ. ἔτι, πρωΐτερον τῆς ἡλικίας βλαστήσας ἴουλον. De Mercurio ὑπηνήτῃ C. O. Müller. *Handb. der Arch.* § 379, 3. Hase. De hirco Agath. Anth. Pal. 6, 32: Κνακὸν ὑπηνήταν ... τράγον. ‖ Femin. Ὑπηνῆτις, Theod. Prodr. in Boiss. Anecd. vol. 4, p. 431: Κεῖρε τὴν ὑπηνῆτιν τρίχα, i. e. τὴν τῆς ὑπήνης τρίχα.]

[Ὑπηνόβιος, ὁ, ἡ, Qui barbam alens vivit. Plato com. ap. Aspas. ad Aristot. Eth. Nic. 4, 7: Τὸν ὑπ. σπαρτιοχαίτην.]

[Ὕπηνος, ὁ, Hypenus, Pisæus, victor Olympicus. Pausan. 5, 8, 6.]

[Ὑπήνωρ, ὁ, Hypenor, Trojanus. Tzetz. Hom. 65.] B

Ὑπηοῖος, οἷα, οἷον, Matutinus, quasi ὑπὸ τὴν ἠῶ, Hom. [Il. Θ, 530, Σ, 277: Ἠρωῒ δ' ὑπηοῖοι (libri plerique ὑπ' ἠοῖοι, nonnulli ὑπ' ἠοῖ: v. Eustath. p. 727, 52) σὺν τεύχεσι θωρηχθέντες· Od. Δ, 656: Ἴδον ... Μέντορα δῖον ὑπηοῖον, i. e. Hesterno die mane. P, 25: Στίβη ὑπηοίη. Per ῳ scriptum ὑπηῷοι ap. Apoll. Rh. 4, 841, et αὔρῃ ὑπηῴῃ Quint. Sm. 4, 111. Ὑπηῷοι Orph. Arg. 656 restitutum pro ἐπ' ἠῷοι.]

[Ὑπήρατος (?), λογομάχος, ὑπέρλαμπρος, Hesych.]

[Ὑπηρέμα, Leniter, Aliquantulum. Dionys. Per. 1122: Ἀμέθυστον ὑπηρέμα πορφυρέουσαν· nisi ὑπ' ἠρέμα π. scribendum præpositione ad verbum referenda: quod posuit Brunck. in annot. ad Anal. vol. 3, p. 31.]

[Ὑπηρεσία, ἡ.] Ὑπηρεσίαι ap. Thucyd., Naves administræ earum quæ armatos portant [Fallitur. Naves ipsæ nusquam ὑπηρεσίαι dicuntur]: etiam Servitia earum [i. e. Remiges et quidquid ad ministerium nauticum pertinet], Bud. [Sic Thucyd. 6, 31: Ναῦς ὁπλιταγωγοὺς καὶ ὑπηρεσίας ταύταις. Ib.: Τοῖς θρανίταις τῶν ναυτῶν καὶ ταῖς ὑπ. 8, 31: Ὑπηρεσίαι ταῖς ναυσίν. Isocr. p. 70, B: Χρώμενος ταῖς ὑπ. ταῖς παρ' ἡμῶν. Polyb. 1, 25, 3: Ναῦς ταῖς ὑπ. ἐξηρτυμένη. Numero singulari ‖ Thucyd. 1, 143: Κυβερνήτας καὶ τὴν ἄλλην ὑπ. Polyb. 5, 109, 1: Ἡ κατὰ θάλατταν ὑπ.] Sed addit, Arrianum videri accipere pro Remigibus: quod et ὑπηρεσίαν sing. significare Demostheni, quum alibi, tum [p. 1214, 23]: Διεξιὼν τούς τε μισθοὺς τοὺς τῇ ὑπ. καὶ τοῖς ἐπιβάταις κατὰ μῆνα διδομένους. [Id. p. 1216, 13, et 1217, 2: Οἵ τε ναῦται καὶ οἱ ἐπιβάται καὶ ἡ ὑπ. Et p. 1208, 20: Ὑπ. κρατίστην ἐμισθωσάμην. Lysias p. 162, 25: Τὸ πλήρωμα καὶ τὴν ἄλλην ὑπ.] Sic autem ὑπηρετικὰ πλοῖα dicta fuerunt Actuaria quædam navigia, quæ majoribus navibus inserviebant. [Εἰς ναυτικὰς ὑπηρεσίας, Ad usus nauticos, Geopon. 18, 9, 3.] Sed ὑπηρεσία frequenter ponitur pro quolibet Ministerio, et pro Opera, quæ navatur quapiam in re. Synes. Ep. 145: Ὑπέστη δὲ τὴν ὑπ. αὐθαίρετος. [Aristoph. Vesp. 600: Δουλείαν καὶ ὑπ. Plato Leg. 4, p. 717, C: Πρὸς τὸ παρέχειν αὐτὰ εἰς ὑπηρεσίαν ἐκείνοις· 12, p. 961, E: Ἰατρικὴ ὑπ. πᾶσα· Tim. p. 33, D: Οὐδὲ ποδῶν οὐδὲ ὅλως τῆς περὶ τὴν βάσιν ὑπ. Epist. 7, p. 333, C: Τῆς πρὸς τὴν κάθοδον ὑπ. Demosth. p. 1458, 18: Τοσαῦται τέχναι καὶ γοητεῖαι καὶ ὅλως ὑπηρεσίαι τινὲς (i. e. Studium quovis modo aliis inserviendi) ἐφ' ὑμᾶς εἰσι κατεσκευασμέναι. Aristot. Polit. 1, 13: Τὰς σωματικὰς ὑπ. Plut. Mor. p. 780, D: Πολέμων ἔλεγε τὸν ἔρωτα εἶναι θεῶν ὑπηρεσίαν εἰς νέων ἐπιμέλειαν. Quam definitionem memorat etiam in Comp. Thesei c. Romulo c. 1, et V. Alcib. c. 4. Heraclit. De incred. c. 15: Δύο πρὸς ὑπηρεσίαν ἀδελφοὺς εἶναι. De ministerio apparitorum Pollux 8, 131: Σκύθαι ἐκαλοῦντο (οἱ δημοσίου ὑπηρέται) ... καὶ σπευσίνιοι ἀπὸ τοῦ πρώτου συντάξαντος τὴν περὶ αὐτοὺς ὑπ. De bestiis Plut. V. Sullæ c. 12: Ζεύγεσιν ὁρικοῖς καθ' ἡμέραν ἐνεργοῖς οὖσι πρὸς τὴν ὑπ. Axion. ap. Polluc. 10, 122: Ὑπηρεσία σοι παντελὴς κεραμίων. ‖ Cultus. Plato Apol. p. 30, A: Τὴν ἐμὴν τῷ θεῷ ὑπ. (quam τὴν τοῦ θεοῦ λατρείαν dicit p. 23, D.) Euthyphr. p. 14, D: Τίς αὕτη ἡ ὑπ. ἐστὶ τοῖς θεοῖς. ‖ Obsequium, Obedientia. Plato Leg. 5, p. 729, D: Ὑπηρεσίας τῶν οἴκοι νόμων.] Bud. accipi etiam tradit pro Ministris, ut Lat. Ministerium. [Plato Leg. 12, p. 956, E: Ὑπηρεσιῶν ἑκάσταις τῶν ἀρχῶν καταστάσεις· 5, p. 729, D: Σεμνοτέρας τὰς ἐκείνων ὑπ. εἰς αὐτὸν ἡγούμενος ἢ 'κεῖνοι· Ep. 7, p. 350, A: Οἱ τῶν ὑπ. ὄντες Ἀθήνηθεν.]

Ὑπηρέσιον, τὸ, Pellis aut Aliud quidpiam, quod remiges sibi substernebant. Pollux [1, 88, 94; 6, 9; 10, 40, 134. Hesych.: Ὑπηρέσια· τῶν κωπηλατούντων δέρματά τινα ὡς προσκεφάλαια, ἐφ' ὧν καθέζονται. Photius p. 625, 16: Ὑπηρέσιον (male Ὑπειρέσιον ap. Suid.), ὑπαγκώνιον τῶν ἀρετῶν ἤγουν κωπηλατῶν ἐφ' οὗ καθίζουσιν (ἐρέσσοντες, διὰ τὸ μὴ συντρίβεσθαι αὐτῶν τὰς πυγάς addit Suidas)], Hesych. Schol. Thuc. 2, p. 79 [c. 93]: Λαβόντα τῶν ναυτῶν ἕκαστον τὴν κώπην καὶ τὸ ὑπ. καὶ τὸν τροπωτῆρα. [Isocr. p. 169, A: Ὑπηρέσιον ἔχοντες ἐκβαίνουσιν. Plut. V. Themist. c. 4: Εἰς ὑπηρέσιον καὶ κώπην συνέστειλε τὸν τῶν Ἀθηναίων δῆμον. Themist. Or. 1, p. 7, A: Ὅ τε πηδάλιόν τι κατέχων ὅ τε ὑπηρέσιον εἰληχώς. ‖ I. q. πλοῖον ὑπηρετικόν. Eratosth. ap. Strab. 2, p. 79: Τὸ σχῆμα τῆς Μεσοποταμίας, ὃ ποιοῦσι συμπίπτοντες εἰς ἓν ὅ τε Τίγρις καὶ ὁ Εὐφράτης ὑπηρεσίῳ παραπλήσιον. Pro quo Strabo ipse 16, p. 746, dixit πλοίῳ ἐώκει. ‖ Stragulum cui eques insidet. Diodor. 20, 4: Τοῖς ἵπποις διακελευόμενος ἔχειν μεθ' ἑαυτῶν ... ὑπηρέσιον καὶ χαλινόν. ‖ Suidas: Ὑπ., τὸ παρ' ἡμῖν, ᾧ χρώμεθα εἰς ἀπόπατον· ubi edd. vett. ὑπηρετήσιον· unde HSt.:] Sed Ὑπηρετήσιον habet Suidas, in ead. significatione, itemque pro Lasano. [‖ Merces ministrorum (nauticorum). Phot. p. 625, 16: Ὑπ., ὁ διδόμενος μισθὸς τοῖς ὑπηρετοῦσι, τοῖς στρατευομένοις καὶ ἐρέσσουσι καὶ δουλεύουσιν, τοῦ ὀνόματος ἀπὸ τοῦ ὑπηρετεῖν κληθέντος· et brevius in Lex. rhet. Bekk. Anecd. p. 312, 27.]

Ὑπηρετέω, Ministro. [De remige Ælian. N. A. 23, 2: Ὁ θηρατὴς ... κάθηται ἐπὶ τῇ πρύμνῃ ... ὑπηρετεῖ δέ οἱ καὶ παῖς ἡσυχῇ προμαθὼν τῆς ἐλάσεως τὸ σχολαῖον ἐπιτηδές. Diodor. 2, 55: Πλοιάριον ῥᾳδίως ὑπὸ δυοῖν ἀνθρώπων ὑπηρετεῖσθαι δυνάμενον. ‖ Servio. Aristoph. Vesp. 618: A. Ὅστις ἄρχω τῶν ἁπάντων. B. Οὐ σύγ', ἀλλ' ὑπηρετεῖς. ‖] Inservio, Operam navo alicui. [Herodot. 1, 109: Οὔ οἱ ἐς φόνον τοιοῦτον ὑπηρετήσω. Soph. Phil. 990: Ζεὺς ἔσθ'... ᾧ δέδοκται ταῦθ' (abduci Philoctetam), ὑπηρετῶ δ' ἐγώ· El. 996: Αὐτή θ' ὁπλίζει κἄμ' ὑπηρετεῖν καλεῖς· Phil. 15: Ἔργον ἤδη σὸν τὰ λοίφ' ὑπηρετεῖν· OEd. Col. 283: Ἔργοις ἀνοσίοις ὑπηρετῶν. Euripid. Phœn. 1702: Τυφλῷ τῷδ' ὑπηρέτει πατρί· Suppl. 381: Ὑπηρετεῖς πόλει τε κἀμοί· Bacch. 223: Εὐναῖς ἀρσένων ὑπ. Plato Rep. 5, p. 467, A: Διακονεῖν καὶ ὑπ. τὰ περὶ τὸν πόλεμον. Quæ verba pariter conjuncta ap. Lucian. Philops. c. 35: Ἐς πάντα δεξιῶς ὑπηρέτει καὶ διηκονεῖτο ἡμῖν· et alio modo ap. Athen. 14, p. 639, C, in narratione ex Carystio excerpta: Εὐωχουμένων τῶν οἰκετῶν οἱ δεσπόται ὑπηρετοῦσι πρὸς τὰς διακονίας.] Dem. Pro cor.: Τοῖς μὲν ἐχθροῖς ὑπηρετῶν, ἐμοὶ δ' ἐπηρεάζων εὑρέθη. Et Ὑπηρετεῖν τοῖς ἐπιτασσομένοις, ibid. Dicitur etiam Ὑπηρετῶ σοι τοῦτο. [Soph. Phil. 1024: Οἷς σὺ ταῦθ' ὑπηρετεῖς. Eur. Rhes. 153: Πάντα ... πόλει πατρῴᾳ ... ὑπ. Plato Symp. p. 185, A: Ὅτι ἕνεκα χρημάτων ὁτιοῦν ἂν ὁτῳοῦν ὑπηρετοῖ.] Xen. [Mem. 2, 4, 7]: Ἃ αἱ χεῖρες ἑκάστῳ ὑπ. Idem Cyrop. 4, [6, 3]: Σὺ ἡμῖν τί ἀντὶ τούτων ὑπηρετήσεις; [Passiv. Herodot. 4, 139: Τὰ ἀπ' ἡμέων ἐς ὑμέας ἐπιτηδέως ὑπηρετέεται· et 1, 108: Εἴ τοι φίλον τοῦτο ..., χρὴ δὴ τό γ' ἐμὸν ὑπηρετέεσθαι ἐπιτηδέως, i. e. Oportet ut mea tibi navetur opera, ut exp. Schweigh. Isocr. p. 39, E: Ἦν τὰ παρ' ὑμῶν ὁμοίως ὑπηρετῆται. ‖ Obsequor, Obtempero, Accommodo me. Herodot. 8, 41: Τῷ χρηστηρίῳ ὑπ. Plato Leg. 11, p. 914, A: Τοῦτο ἡ πόλις ὑπηρετοῦσα ταῖς μαντείαις δράτω τοῦ θεοῦ. Τῇ δίκῃ ὑπ. Eurip. Hec. 844; τῷ λόγῳ Med. 585, Plato Tim. p. 70, D; τοῖς τρόποις Aristoph. Ran. 1432; τῷ δαίμονι Soph. El. 1306; τῇ νόσῳ OEd. T. 217; τοῖς νόμοις Plato Leg. 5, p. 729, D; 7, p. 822, E, Lysias p. 192, 10; τοῖς θεοῖς Xenoph. Cyrop. 8, 2, 22. Idem Mem. 2, 1, 28: Τῇ γνώμῃ ὑπηρετεῖν τὸ σῶμα ἐθιστέον· OEc. 17, 17: Τοῖς κιθαρισταῖς ἡ χεὶρ, ὅπως δύνηται ὑπηρετεῖν τῇ γνώμῃ. Isocr. De antid. p. 465 ed. Bekk.: Τοῦ σώματος ἔργον ἐστὶν ὑπηρετεῖν τοῖς ὑπὸ τῆς ψυχῆς γνωσθεῖσιν.] Bud. ab Isocr. accipi ait pro Obsequor, Impendo obsequium. [Isocr.

p. 33, D: Τῷ βασιλεῖ προθύμως ὑπηρετῶν.] Idem ap. Aristot. Eth. 8: Καὶ οὔτε δέονται φίλων, οὔθ' ὑπηρετοῦσι τοιαῦτα, vertit, Non obsequuntur amicis in talibus. A Thuc. autem et pro Suppeditare, Subministrare sumi ait. Et ὑπηρετοῦμαι quoque act. interdum: ut Xen. Hell. 5, [2, 34]: Ὥστε ἐκείνους πάντα ὑπηρετεῖσθαι ὅσων ἂν δέησθε. Alioqui ὑπηρετοῦμαι, est Gall. *Je suis servi*, Mihi ministratur, præstatur ministerium. Bud. p. 333. [Xenophonti pro ἐκείνους recte ex aliis libris restitutum ἐκεῖθεν, ex quo sequitur ὑπηρετεῖσθαι passive accipiendum esse. Neque ulla alia formæ mediæ exempla apud scriptores antiquiores reperiuntur. Nam Sophocli El. 1306 Elmslejus certissima emendatione restituit ὑπηρετοίην pro ὑπηρετοίμην, de quo vanum est recentissimi cujusdam commentum scholiastæ ὑπηρετεῖν κοινῶς, ὑπηρετεῖσθαι Ἀττικῶς dici scribentis. Galenus vol. 10, p. 206: Λεγόντων καὶ τῶν ὑπηρετουμένων αὐτῷ βαθὺν οὕτως εἶναι τὸν ὕπνον, utrum hoc an ὑπηρετούντων scripserit dubitari potest. Certius Alciphronis exemplum est 1, 11: Ὁπλομάχοις ἀνδράσιν ὑπηρετεῖσθαι· ubi Bergler. Heliodori locos collegit 1, B 4: Δουλεύειν ... καὶ ὑπηρετεῖσθαι· 7, 25: Δουλείαν τὴν ἐσχάτην ὑπηρετησόμενοι· 27: Ὑπηρετησόμενος ταῖς τραπέζαις· 9, 25: Τῶν δή τις ὑπηρετουμένων εὐνοῦχος. Joann. Cinnamus Hist. p. 157, B: Παιδάριόν τι τῶν ἐπὶ σκηνῆς αὐτῷ ὑπηρετουμένων. Adde schol. Soph. Trach. 862: Κύπρις ... ἡ ὑπηρετησαμένη τῷ Ἡρακλεῖ πρὸς τὸν ἔρωτα. Composita διυπηρετεῖσθαι et ἐξυπηρετεῖσθαι frequentia in scriptoribus Byzantinis. G. Dind.]

Ὑπηρέτημα, τὸ, Ministerium. Soph. [El. 1358: Ὦ φίλταται μὲν χεῖρες, ἥδιστον δ' ἔχων ποδῶν ὑπ.] et Plato [Alc. 1 p. 106, B: Χαλεπὸν ὑπ. Euthyd. p. 282, B: Ὅτιοῦν ὑπηρετεῖν τῶν καλῶν ὑπ. Leg. 6, p. 763, A. Plut. V. Luculli c. 4. Dio Cass. 77, 13: Διακονικὰ ὑπ. 78, 28: Στρατιωτικὰ ὑπ. Hierocli ap. Stob. Flor. 79, 53 extr. restituit Gesnerus pro ὑπὲρ αἰτημάτων.] Bud. ὑπηρέτημα ait esse Ministerium, i. e. Functionem, in hoc Antiphontis l. [p. 113, 10]: Αὐτῆς μὲν εἶναι τὸ εὕρημα, ἐκείνης δὲ τὸ ὑπηρέτημα. Addit significare et Obsequium. [Cyrill. Hieros. Catech. p. 218, C. Porphyr. De abst. p. 319, 2: Πολλὰ κατὰ τὰς ἱερουργίας C βάρη καὶ ὑπ. Hase.]

Ὑπηρέτης, ὁ, Minister, Famulus. [Proprie de iis qui in navi serviunt, ut ap. Demosth. p. 1209, 11, 14, ubi ὑπηρέται, ἐπιβάται et ναῦται memorantur. De ministris qui ὁπλίτας comitabantur ut σκευοφόροι, Thucyd. 3, 17: Ποτίδαιαν δίδραχμοι ὁπλῖται ἐφρούρουν· αὐτῷ γὰρ καὶ ὑπηρέτῃ δραχμὴν ἐλάμβανε τῆς ἡμέρας.] Οἱ ἀμφὶ τὸ στράτευμα ὑπηρέται, Xenoph. Cyrop. 2, [1, 31. Ibid. 2, 4, 4; 5, 3, 52; 6, 3, 14, et alibi de cujusvis ordinis ministris qui duci exercitus adsunt mandata ejus accepturi. Sensu latiore de ministro quovis vel adjutore dicitur. Herodot. 3, 63: Σμέρδις ἢ τῶν τις ἐκείνου ὑπηρετέων· 5, 111, in oratione ὀπάονος, i. e. armigeri (qui paullo ante ὑπασπιστὴς appellatur): Ἡμέας τοὺς ὑπηρέτας. Æsch. Prom. 954, de Mercurio: Θεῶν ὑπ. Eurip. Tro. 426: Οἱ περὶ τυράννους καὶ πόλεις ὑπ. El. 821: Πυλάδην εἷλετ' ἐν πόνοις ὑπηρέτην· 892: Τὸν τῶν θεῶν τε τῆς τύχης θ' ὑπηρέτην· Hel. 560: Ὑπηρέται κακῶν. Plato Rep. 8, p. 552, B: Οὔτε ἄρχων οὔτε ὑπ. αὐτῆς (τῆς πόλεως)· Leg. 12, p. 968, A: Ὑπηρέτης ... ἄλλοις ἄρχουσιν· 4, p. 720, A: Ὑπηρέται τῶν ἰατρῶν· 9, p. 873, B: Οἱ τῶν δικαστῶν ὑπ. 4, p. 715, C: Τοὺς ἄρχοντας λεγομένους νῦν ὑπηρέτας τοῖς νόμοις ἐκάλεσα· 6, p. 773, E: Τῷ θεῷ ὑπηρέτας· Theæt. p. 173, C: Τῶν λόγων ὑπηρέται. Isocr. p. 2, B: Πλοῦτος κακίας μᾶλλον ἢ καλοκαγαθίας ὑπ. Demosth. p. 690, 11: Τότε μὲν ὁ δῆμος δεσπότης ἦν τῶν πολιτευμένων, νῦν δὲ ὑπ. ἐστίν· 37, 4: Ἐν ὑπηρέτου καὶ προσθήκης μέρει· 1285, 2: Ὑπ. καὶ συνεργοὶ Κλεομένους.] Οἱ περὶ τράπεζαν ὑπηρέται, Plut. Π. ἀοργησίας. Aristot. Pol. 1, [c. 3]: Ὁ γὰρ ὑπ. ἐν ὀργάνου εἴδει ταῖς τέχναις ἐστίν. Interdum Minister publicus, Apparitor. [Pollux 8, 131: Οἱ πρὸ τῶν δικαστηρίων καὶ τῶν ἄλλων συνόδων δημοσίου ὑπηρέται... Σκύθαι ἐκαλοῦντο καὶ τοξόται.] Æschin. p. 42. Sic Xen. Hell. 2, [4, 8]: Τὸν δ' ἐξιόντα ἀεὶ οἱ ὑπηρέται ξυνέδουν. [De apparitoribus undecimvirorum ib. 2, 3, 54, et Plat. Phædon. p. 116, B. ‖ In ecclesia ὑπηρέται dicuntur Subdiaconi, qui Episcopis, Presbyteris et Diaconis ministrant. V. Zonar. ad Can. 21 Laod. p. A 346, Balsamon. ad eund. p. 837, et quæ ex Actis Conciliorum collegit Suicerus.]

[Ὑπηρετήσιον vitiose pro ὑπηρέσιον, quod v.]

Ὑπηρέτησις, εως, ἡ, Ministerium. Aristot. Rhet. 2, [6]: Ὅσα εἰς ὑπηρετήσεις ἢ σώματος ἢ ἔργων αἰσχρῶν.

[Ὑπηρετητέον, Ministrandum. Aristot. Eth. Nic. 9, 2.]

[Ὑπηρετικὸς, ἡ, όν.] Ὑπηρετητικὸς, q. d. Ministratorius, i. e. Ad ministrandum aptus, Ad obeunda ministeria. [Vitiose pro] Ὑπηρετικὸς, i. q. ὑπηρετητικὸς, Bud. In VV. LL. ὑπηρετικὸς ψυχῆς affertur ἀδεσπότως pro Vim habens ministrandi animæ. [Plato Polit. p. 290, C: Ἐν ὑπ. μοίρᾳ τινί· Leg. 12, p. 942, E: Τὸ μὲν ὑπηρετικώτατον ἅπαντι τῷ σώματι, τὸ δὲ ἀρχικώτατον. Aristot. Polit. 1, 13: Ἡ μὲν ἀρχικὴ ἀνδρεία, ἡ δ' ὑπ. Dionys. A. R. 6, 90: Τὴν ἐξουσίαν οὐκέθ' ὑπηρετικὴν ἑτέρων ἔχουσιν. Plut. Mor. p. 797, E: Οὐ τοσούτων τῶν ὑπ. παραιρούμενον δυνάμεων ὅσον ταῖς ἡγεμονικαῖς καὶ πολιτικαῖς προστίθησι] : et ὑπηρετικὴ ex Aristot. pro Scientia ministrandi. [Plato Euthyphr. p. 13, D: Ἡ ἰατροῖς ὑπ. εἰς τίνος ἔργου ἀπεργασίαν τυγχάνει οὖσα ὑπ.; Ὑπ. θεοῖς ib. De homine aliorum consiliis inserviente Polyb. 13, 5, 7: Δαμοκλῆς ... πεμφθεὶς κατάσκοπος ... ὑπ. ἦν σκεῦος εὐφυές· quod male ὑπειρετικοῖς scriptum ap. Suidam s. v. Ὑπειρετικοῖς.] Est tamen ὑπηρετικὸς ab ὑπηρέτης potius, sicut ὑπηρετητικὸς ab ὑπηρετῶ. At vero ap. Dem. [p. 262, 6]: Ἕως τριῶν πλοίων καὶ ὑπηρετικοῦ, pro Usque ad navigia terna et eorum remigium. [Immo ad ὑπηρετικοῦ intelligendum πλοίου, quod recte exp. Reisk., Navicula ad peragenda cita quædam, subitanea et minuta negotia vel ministeria, quasi dicas navicula ministerialis. Sic iterum p. 1220 extr.: Ἀφικνεῖται ἐκ Μεθώνης ὑπηρετικὸν εἰς Θάσον ἄγον ἄνδρα καὶ ἐπιστολάς. Æschin. p. 37, 31: Ἐπὶ τῶν ὑπ. Diodor. 13, 14: Τὰς ὑπ. ναῦς· ubi Wessel: « Minora sunt navigia ad varia in præliis ministeria apta. Τὰ ὑπ. 14, 60; 15, 50, et ὑπηρετικαὶ 20, 83, quemadmodum et Arrianus atque Appianus ap. Scheffer. De nav. milit. 2, 2. » Plut. V. Lys. c. 10: Πέμπων ὑπηρετικὰ παρὰ τὰς πρώτας τῶν νεῶν. Τῶν ὑπηρετίδων νεῶν schol. Aristoph. Ran. 206, de Paralo et Salaminia. ‖] Ὑπηρετικὸς, ut Famularis a Famulus, et a Servus dicitur Servilis, Xen. Cyrop. 2, [1, 18]: Ὅτῳ δ' ἀρκεῖ ἐν μισθοφόρου χώρᾳ εἶναι, καταμενέτω ἐν τοῖς ὑπ. ὅπλοις· ubi Phil. Ministratoria arma interpr., male meo judicio. Vide Ὑπηρετητικός. [Intelliguntur milites mercenarii. ‖ Adverb. Ὑπηρετικῶς. Theodor. Metoch. Miscell. p. 599, 600. G. D. Basil. t. 2, p. 125, A. Epiphan. t. 1, p. 784, C, ubi tamen corrigend. videtur, ἀποκριτικῶς. Hase.]

Ὑπηρέτις, ιδος, ἡ, Ministra. [Eurip. Iph. A. 322: Τήνδ' ὁρᾷς δέλτον κακίστων γραμμάτων ὑπηρέτιν; Plato Politico p. 305, C: Νόμων φύλακα καὶ ὑπ. ἐκείνης. Synes. p. 138: Ὄψις καὶ ἀκοὴ ... αἰσθήσεως ὄργανα τῆς κοινῆς καὶ ὑπηρέτιδες· et p. 103. G. D. Galen. vol. 2, p. 16, 9: Βοηθοὶ δ' αὐτῆς (facultatis auctricis) καὶ οἷον ὑπ. ἥ τ' ἀλλοιωτικὴ δύναμίς ἐστι καὶ ἡ θρεπτική. Philo vol. 2, p. 147, 34; vol. 1, p. 540, 13; p. 170, 9, ὄσφρησιν ὑπηρέτιν γεύσεως. Hase.]

[Ὑπηρέτρια, ἡ, i. q. præced. Moschion De mul. pass. c. 51. Boiss. Id. ibid. c. 52: Αἱ δὲ ἐκ πλαγίου ὑπ. Hase.] D

[Ὑπήριπε. V. Ὑπερείπω.]

[Ὑπήσω Ionice pro ὑφήσω. V. Ὑφίημι.]

Ὑπήτριον, τὸ, Sumen, Abdomen, in VV. LL. Vide Hesych. [qui per ὑπογάστριον et ἐφήβαιον exp.] et Suid. [Ὑπήτρια· τὰ οὔθατα, οἱ μασθοί. Athen. 9, p. 399, D: Θεόπομπος Καλλαίσχρῳ « Ἰχθύων ὑπογάστρια· » ἐν δὲ Σειρῆσιν ὑπήτρια καλεῖ τὰ ὑπογάστρια λέγων « Θύννων τε λευκῶν Σικελικῶν ὑπήτρια. » In Gl. Ὑπήτιον, Subucula, pro Ὑπήτριον vel Ὀπήτιον, quod v.]

Ὑπηχέω, Resono, Sono. Hesiod. [Th. 835]: Ὑπὸ δ' ἤχεεν οὔρεα μακρά. [Eurip. Suppl. 710: Ὥσθ' ὑπηχῆσαι χθόνα.] Athen. 6, [p. 263, B] ex Pherecrate comico: Ἥλων ὄρθριαι τὰ σιτία, Ὥστε τὴν κώμην ὑπηχεῖν θιγγανουσῶν τὰς μύλας, Ut molarum, quas circumagebant, sonitu vicus resonaret. [Plato Phædr. p. 230, C: Θερινὸν ... ὑπηχεῖ τῷ τῶν τεττίγων χορῷ. Philostr. Her. p. 32, 13 Boiss.: Ἡ γῆ δὲ ὑπήχησε τοῖς

ὀρύττουσιν οἷον κενή. Jo. Damasc. t. 2, p. 871, B : Ἀὴρ ὑπηχείτω τοῖς ἄσμασι· prope ut Niceph. Basilac. ap. Walz. Rhett. Gr. vol. 1, p. 437, 12 : Μηδὲν μελιχρὸν ὑπηχεῖτε τοῖς ἄσμ. Hase.] Plut. [Mor. p. 64, D] : Κἂν διαπειρώμενος κρούσῃς, σαθρὸν ἔκ τινος προφάσεως ὑπηχεῖ καὶ ἀγεννές. [Id. p. 827, A : Ὡς πέφυκεν ἐμμελὲς ὑπηχεῖν (τὸ ὄργανον). Aristot. Probl. 19, 42; Ælian. N. A. 13, 23. Callistr. Stat. p. 892 : Τῷ θεῷ εἰσιόντι τὰ ἔνδον ὑπήχει.] ‖ Succino. Philo V. M. : Ἐμοῦ τε λεκτέα ὑπηχοῦντος ἄνευ τῆς σῆς διανοίας, Me, quod dicto opus est, sine tua mente succinente. [Idem vol. 1, p. 448, 44 : Ὑπηχήσεις αὐτῷ τὰ ἐνθυμήματα.] Bud. ὑπηχεῖν interpr. Succinere, Respondere τῷ κατάρχοντι, ap. Basil. p. 563. Quo significatu συνεπηχεῖν accipi supra annotatum est. Basil. : Ἔπειτα ἐνὶ ἐπιτρέψαντες κατάρχειν τοῦ μέλους, οἱ λοιποὶ ὑπηχοῦσι. [Anon. Vita Marthæ Actt. SS. Maii t. 5, p. 420, 57 : Ἄλλους ὑπηχοῦντας αὐτοῖς, Respondentes. Greg. Naz. t. 1, p. 61, B, de fontibus, ὑπηχοῦσι κάτωθεν. Id. ib. p. 86, C, φοβερὸν ὑπηχεῖν. Arcad., ut ferunt, ap. Nauck. Fragm. Aristoph. Byz. p. 13, 19 : Τὴν φωνὴν ὀξύ τι ὑπ. Hase.] B

[Ὑπήχησις, ἡ, Resonantia, Vox repercussa. Greg. Nyss. t. 2, p. 890, C. Joann. Chrys. t. 5, p. 379, B : Ἀπὸ τοῦ στίχου τῆς ὑπ., ubi interpr., A versu qui succinitur. Hase.]

[Ὑπηῶος. V. Ὑπηοῖος.]

[Ὑπιάχω. V. Ὑποϊάχω.]

[Ὑπίημι Ion. pro Ὑφίημι, quod v.]

[Ὕπικμος, ὁ, ἡ, Humidus. Aquosus. Pallad. Hist. Laus. p. 926, D, τόπος. Hase.]

[Ὑπίλλω, Subjicio. De Sphinge caudam premente Eurip. ap. Erotian. p. 378 : Ὑπείλλει, ὑποστρέφει, ὡς καὶ Εὐριπίδης ἐν Οἰδίποδί φησιν «Οὐρὰν ὑπίλασ' ὑπὸ λεοντόπουν βάσιν | καθέζετο.» In versu Euripidis ὑπείλλει scriptum ap. Erotian., ὑπήλλασα vel ὑπίλλασα ap. Ælian. N. A. 12, 7, ὑπήλασ' ap. Athen. 15, p. 701, B : unde ὑπίλασ' restituit Valcken. Diatr. p. 193. ‖ Metaph. de eo qui linguam subjicit alii, i. e. vocem premit præ metu, dixit Sophocles : de quo HSt. s. v. Ἴλλω :] Comp. Ὑπίλλω extat ap. Soph. Ant. p. 234 meæ ed. [599] : Ὁρῶσι χ' οὗτοι, σοὶ δ' ὑπίλλουσι στόμα· C quo in l. Eust. [p. 1834, 34] vult hoc verbo includi itidem [ut verbo ἴλλω] signif. τοῦ κλείειν : exp. enim, ὑποβάλλουσι κλείοντες, οἷα ὀδὰξ ἐν χείλεσι φύντες. [Eustath. Opusc. p. 156, 10 : Μωκωμένους., εἰ καὶ τὸ στόμα κατὰ τὸν εἰπόντα ὑπίλλουσι ...] At ipsius Soph. schol. putat significare, διά σε τὸ στόμα συστέλλουσι, καὶ σιωπῶσι, vel, στρέφουσι τοὺς διὰ τοῦ στόματος λόγους. Verbum ἴλλειν, inquit Cam., est Connivere oculis : ita nunc translate dixit, illos quidem intelligere furere Creontem, sed non audere proferre : verum in illius gratiam os continere. Idem alibi scribit ὑπίλλειν huic poetæ significare Mussitare, (sed addendum est nomen στόμα ipsi verbo, ut conveniat illa interpretatio,) additque has exposs. : Tua gratia os comprimunt. Vel, Tibi perverso sermone assentantur : quod aliquos maluisse dicit. Mihi simplicissima omnium videtur illa Claudendi signif., et maxime tuta, quum et ipsum simplex alicubi eam habere dictum sit. [‖ Passivi forma vitiosa ap. Galen. Lex. Hippocr. p. 582 : Ὑπιλληθέωσιν, ὑποσυστραφῶσιν. Scrib. ex codd. Ὑπειληθέωσιν.]

[Ὕπιος, ὁ, Hypius. Steph. Byz.: Ὕπ., ποταμὸς καὶ πόλις ὑπὸ τὴν Ποντικὴν Ἡράκλειαν, ὡς Δομίτιος Καλλίστρατος ἐν ς' τῶν περὶ Ἡρακλείας. Λέγεται καὶ ἀρσενικῶς καὶ θηλυκῶς. Fluvium memorant Memno ap. Phot. Bibl. p. 234, 34, Apoll. Rh. 2, 795 : Βαθυρρείοντος ὑφ' εἱαμεναῖς Ὑπίοιο· ubi schol. : Ὤχισται παρὰ τῷ ποταμῷ ἐν τῇ Θυνίᾳ καὶ πόλις Ὑπαί λεγομένη. Ὁ δὲ Ὕπιος ὠνόμασται ἀπὸ τοῦ καταφέρεσθαι ἀπὸ τῶν Ὑπίων ὀρῶν. Ὕπιος ab ὑπὸ derivat Eustath. p. 72, 12; 1081, 53, et p. 532, 46, ex Arriano citat, cujus in Periplo Ponti Euxini c. 13, 2, nunc male scribitur Ὕππιος duplici π. Ὕπια ὄρη ex Nymphidis libro de Heraclea memorat Steph. Byz. et adj. gentile ponit Ὑπιανὸς, Ὑπιανὴ, ut Κιανὸς et Τιανὸς ab Κίος et Τίος. Nihili est ὕπιος Ζεὺς in Etym. M. p. 93, 1; 110, 42, ubi Ζεὺς, quod altero loco omittunt duo libri optimi, utrobique delendum. G. Dind.]

[Ὕπισθα Æol. pro ὄπισθεν, quod v.]

[Ὕπισχλοι ap. Polluc. 7, 89, vitiose pro Ἔπτυσχλοι. De quo loco dicere debebamus s. v. Ἔπτυσκλος.]

[Ὑπισχνέομαι et Ὑπίσχομαι. Prior forma Atticæ et vulgaris dialecti est : altera sola utuntur Epici et Herodotus (nam 8, 106, ὑπισχνεύμενος librarii culpa legi videtur), raro et fortasse nonnisi metro postulante poetæ Attici, de quibus Phot. et Suidas s. v. Πρόσισχε : Οὕτως καὶ ὑπίσχομαι οἵ τε τραγικοὶ καὶ Ἀριστοφάνης (fr. 516) « Τὸ πρᾶγμα τοῦτο συλλαβεῖν ὑπίσχομαι.» Adde Æsch. Eum. 804 : Ἐγὼ γὰρ ὑμῖν πανδίκως ὑπίσχομαι. Rarum vero est ὑπέχομαι, quod Polluci 6, 117, ex cod., ut videtur, restituit Bekkerus pro vulgato ὑπόσχομαι, quod ex ὑπίσχομαι corruptum videbatur Jungermanno. Neque enim de barbaro ὑπόσχομαι cogitandum, notato ab Thoma M. p. 871 : Ὑπισχνοῦμαι· τὸ δὲ ὑπόσχομαι βάρβαρον· ἐὰν ὑπόσχωμαι δὲ ἐν χρήσει. Eo utuntur Georg. Phrantzes p. 49, A, ubi ὑπόσχομαι, Ducas Hist. Byz. p. 96, A : Ἥν μοι ὑπόσχεται δοῦναι ἡγεμονίαν· C : Ὑπόσχομαι ὡς ἵνα ἔσομαι ... φίλος· et signif. passiva p. 66, A : Θαρσήσαντες ἐπὶ τούτοις τοῖς ὑποσχομένοις. Idem ap. Appian. Mithr. c. 16 libri præbent omnes præter cod. Aug., ex quo ὑπέχομαι restitutum, qua forma utitur Appian. ib. c. 20 : Μιθριδάτης ὑπέχεται Ἀαοδικεῦσιν ἄδειαν. De reliquis temporibus usitata sunt imperf. ὑπισχνούμην, perf. ὑπέσχημαι, aoristi forma media ὑπεσχόμην (nam passiva ὑποσχέθητι temere illata Platoni Phædr. p. 235, D, ubi codd. ἑτέρᾳ ὑποσχέσει); futur. ὑποσχήσομαι.] Ὑπίσχομαι, Polliceor, Promitto [Hesych. : Ὑπίσχεται, ἀναδέχεται, ὑπισχνεῖται] : unde autem istam signif. acceperit, multis docet Eust. p. 236. [Apud Homerum, qui pariter atque Herodotus, duobus tantum hujus verbi temporibus utitur, præsenti et aoristo, non raro cum κατανεύειν conjungitur, ubi quis petenti annuere dicitur, ut, de quo HSt. infra, Il. B, 112 : Ζεὺς ... ὃς πρίν μέν μοι ὑπέσχετο καὶ κατένευσεν Ἴλιον ἐκπέρσαντ' ... ἀπονέεσθαι· et cum tmesi N, 368 : Τῷ ὃ' ὁ γέρων Πρίαμος ὑπό τ' ἔσχετο καὶ κατένευσεν δωσέμεναι (θυγατέρα)· I, 576 : Ὑποσχόμενοι μέγα ἔργον· K, 39 : Δείδω μὴ οὔτις τοι ὑπόσχηται τόδε ἔργον· Ψ, 209 : Ὑπίσχεται ἱερὰ καλά, ut ὑποσχέσθαι βοῦς vel ἑκατόμβας Z, 93, 274, 115.] Od. B, [91] : Ὑπίσχεται ἀνδρὶ ἑκάστῳ. Apoll. Arg. 2, [24] : Ὑπίσχομαι ἀντιάσθαι. Item cum accus. ap. Herodot. [5, 30], ὑπίσχεσθαι δῶρα. [4, 158 : Ταῦτα ὑπίσχομαι· et 9, 120. Idem 7, 168 : Ὑπίσχοντο πέμψειν· 8, 106 : Δεύτερα δέ οἱ ὑπισχνεύμενος ἀντὶ τούτων ὅσα μιν ἀγαθὰ ποιήσει, ubi ὑπισχόμενος restituendum esse supra dicebam. G. D.] ‖ Ὑπεσχόμην etiam dicitur ab utrisque scriptt., quod ad ὑπέχομαι refertur, licet irregulariter formatum; ut ἐσχόμην ad ἔχομαι : unde ὑπέσχετο. Hom. Il. B, [112] : Πρὶν μέν μοι ὑπέσχετο καὶ κατένευσεν. Sed et ὑπεσχῆσθαι pro Promisisse, ex [Thuc. 8, 48, Xen. OEc. 3, 1,] Dem. [p. 626, 13. Joseph. A. J. p. 69, 35 (ubi al. ὑπέσχηκα); 157, 44. Ὑπέσχητο Appian. Civ. 1, 121; 2, 13.]

‖ Ὑπισχνέομαι [in dialecto Attica] in [poesi et] prosa i. q. ὑπίσχομαι [apud Epicos] in versu. [Hesych. : Ὑπισχνεῖται, ὁμολογεῖ, συντίθεται, ἐπαγγέλλεται. Aristoph. Vesp. 748 : Μή μοι τούτων μηδὲν ὑπισχνοῦ. Plato Rep. 8, p. 566, E : Ὑπισχνεῖται πολλὰ καὶ ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ· Phædr. p. 235, D : Καί σοι ἐγὼ ὑπισχνοῦμαι χρυσῆν εἰκόνα ἀναθήσειν.] Xen. [Cyrop. 3, 1, 33] : Ὑπισχνοῦμαι ... εὐεργετήσειν. Interdum et cum accus. [ut Anab. 7, 6, 5 : Ἐὰν ὑπόσχησθε τὸν μισθόν. Soph. OEd. C. 227 : Ἃ δ' ὑπέσχεο ποῖ καταθήσεις· Ph. 615 : Ὑπέσχετο δηλώσειν. Eur. Tro. 930 : Δώσειν ὑπέσχετο. Et sic alibi modo cum accusativo modo cum infinitivo, plerumque futuri, rarius aoristi, ut ὑποσχέσθαι sequente παύσασθαι vel βουλεύσασθαι ap. Xenoph. Anab. 1, 2, 2; 2, 3, 20, cujusmodi tamen locis non multum tribuendum quum una litera mutata futurum restitui possit. Sequente ἢ μὴν Xenoph. Cyrop. 6, 2, 3 : Ὑποσχόμενοι ἢ μὴν μαθόντες ... ἥξειν. ‖ Profiteor. Herodot. 2, 28 : Οὐδεὶς ὑπέσχετο εἰδέναι· 7, 104 : Ἐγὼ οὐδὲ δέκα ἀνδράσι ὑπίσχομαι οἷός τε εἶναι μάχεσθαι. Plato Soph. p. 234, C : Τὸν ὑπισχνούμενον δυνατὸν εἶναι μιᾷ τέχνῃ πάντα ποιεῖν· Theæt. p. 178, E : Τοῦτό γε σφόδρα ὑπισχνεῖτο πάντων διαφέρειν αὐτός· Leg. 10, p. 909, B; Protag. p. 319, A. Epistola Pherecydi adscripta ap. Diog. L. 1, 122 : Οὐδ' ὑπισχνέομαι τὸ ἀληθὲς εἰδέναι.]

Ὑπισχνος, ὁ, ἡ, Aliquantum macer, Subgracilis.

[Ὑπίσχομαι. V. Ὑπισχνέομαι.]

[Ὑπίχνιον ap. Quint. Sm. 9, 383, vitiose pro ὑπ' ἰχνίου. Struv. || Ὑπίσχιος, ὁ, ἡ, Pedibus subjectus. Figurate Greg. Nyss. t. 1, p. 539, D : Πᾶσαν τὴν ἀποστατικὴν δύναμιν ὑπ. ἑαυτῷ ποιῶν· conf. p. 540, B : Πᾶσιν ἐπιβάλλει τὸ ἴχνος. Hase.]

[Ὑπιωγή. Hesych. : Ὑπιωγαὶ, ὑπαγωγαὶ, ὑποδρομαὶ τῆς πέτρας διὰ σκέπην, σκεπηνὰ μέρη. Per ὑπαγωγαὶ καὶ σκέπαι exp. etiam Etym. M. p. 418, 22. Absurde vero ap. Suidam, Ὑπιγή (sic), ἡ ἀπόκλεισις· ὑπιωγὴ δὲ ἡ σκέψις. Voc. sumtum ex Hom. Od. E, 404, ubi libri recte ἐπιωγαί. V. Ἐπιωγή. Illam scripturam sequitur Leo Diac. Hist. p. 37, 7 : Ὡσανεὶ φωλεοῖς καὶ ὑπιωγαῖς.]

[Ὑπιώνιος, ὁ, ἡ. V. Ὑπερμιξολύδιος.]

Ὑπναλέος, α, ον, i. q. ὑπνηλὸς, [Somnolentus. Aretæus p. 69, 41. Bianor Anth. Pal. 9, 227 : Κεῖτο γὰρ ὑπ.] Nicand. Alex. [85], de eo qui cerussam hauserit : Ἄλλοτε δ' ὑπναλέος ψύχει δέμας, i. e., inquit schol., ἄλλοτε δὲ ὥσπερ κοιμώμενος ἀποψύχεται τὸ σῶμα, καὶ ψυχροῦται ὅλος καταβαρυνόμενος ὕπνῳ. At Ὑπναλὴ dicitur esse Aspidis genus somno necantis. Nisi potius epith. sit, et scrib. sit ὑπναλέη : aspis enim, ut docet Nicand. Ther. 162, ἓν κελεύθῳ Νωχελὲς ἐξ ὁλκοῖο φέρει βάρος, ὑπναλέοις δὲ Αἰὲν ἐπιλλίζουσα φαείνεται ἐνδυκὲς ὄσσοις. Ἀλλ' ὅταν ἢ δοῦπον νέον οὔασιν ἠέ τιν' αὐδὴν Ἀθρήσῃ, νωθρὸν μὲν ἀπὸ ῥέθεος βάλεν ὕπνον, Ὅλκῳ δὲ τροχόωσαν ἅλων' εἱλίξατο γαίῃ. Eadem vero morsu suo, ut ibid. [189] tradit, Ὑπνηλὸν ἐπὶ νῶκαρ ἄγει βιότοιο τελευτὴν, i. e. Ad somnolentum soporem. [||Active, Somnum afferens, Soporifera vi præditus. Rufin. Anth. Pal. 5, 47 : Ὑπναλέῳ γυῖα κέκμηκα κόπῳ. Macedon. ib. 243 : Ὑπν. ὀνείροις.]

[Ὑπναπάτης, ὁ, Qui in somno fallit, i. e. Somnum suavem et jucundum reddit, ut exp. Jacobs. ap. Meleagr. Anth. Pal. 5, 165 : Ὑπναπάτῃ χρωτὶ χλιαινόμενος· et 197 : Δημοῦς χρῶτα τὸν ὑπν.]

Ὑπνάω sive Ὑπνέω, Dormio, Somnum capio. [Ὑπνάω nusquam legitur. Ὑπνέω fortasse fictum ex participio ὑπνοῦντες. Id vero ab Ὑπνόω est, quod v.]

[Ὑπνηλία, ἡ, Somnolentia. Nilus Epist. p. 131. G. Dindorf.]

Ὑπνηλὸς, ἠ, ὸν, i. q. ὑπνώδης. Athen. 15 : Ὑπεξῆλθεν ἐκ συμποσίου ὑπνηλὸς κάρτα γενόμενος. [Aristid. vol. 1, p. 424, 9 : Ὑπνηλὸν ἴσως δόξει. Philostr. p. 819. Theodoret. vol. 4, p. 1108. Thom. M. p. 871.] A Suida exp. ῥάθυμος. [Hippocr. ap. Galen. vol. 4, p. 802, 13 : Τό γε ῥάθυμον καὶ τὸ ὑπνηλὸν ἔνεστιν ἐν αὐτοῖς ἰδεῖν. Sed ap. Hippocr. t. 2, p. 92, 1 Littr. legitur ὑπνηρὸν, quod v. Diog. L. 6, 77, νυσταλὸς καὶ ὑπνηλός. Hase.] Vide Ὑπναλέος. [||Adverb. Ὑπνηλῶς, Philostorg. H. E. 2, 3.]

[Ὑπνηρὸς, ὰ, ὸν, i. q. ὑπνηλός. Hippocr. p. 295, 23.]

[Ὑπνητικὸς vitiose pro ὑπνωτικὸς, quod v.]

[Ὑπνία vitiose pro ὑηνία, quod v.]

[Ὑπνιακὸς, ἡ, ὸν, i. q. ὑπνικὸς, ap. Hesych. s. v. Μυστικός : nisi ὑπνικὸς restituendum.]

[Ὑπνίδιος, ία, ιον, Somnum adducens. Leonid. Tar. Anth. Pal. 7, 198 : Ὑπνιδίῳ πατάγῳ (locustæ)· si scripturam codicis ὑμνιδίῳ recte mutavit Brunck.]

[Ὑπνίζω, Dormire facio. Phryn. in Bekk. Anecd. p. 68, 25 : Ὑπνίσαι, κατακοιμῆσαι, εἰς ὕπνον ἀγαγεῖν.]

[Ὑπνικὸν, τὸ, plantæ nomen, ap. Oribas. p. 346 ed. Matth., qui ὑπήκοον corrigit.]

[Ὑπνικὸς, ἡ, ὸν, i. q. ὑπνωτικός. Hippocr. p. 424, 6 : Ὑπν. καὶ κατὰ κεφαλῆς καὶ ἄλλων. Aretæus p. 93, 4 : Φάρμακον λεῖον καὶ ὑπνικόν. Sed ὑπνωτικὸν p. 95, 17.]

Ὑπνοδότειρα, ἡ, Somni largitrix. Ὑπν. νὺξ ap. Eurip. [Or. 175. Male νὺξ ὑπνοδοτείρη in epigr. ap. Reines. Inscr. p. 854 (sive Anth. Pal. Append. 261).]

[Ὑπνοδότης, ὁ, Somni largitor. Æsch. Prom. 574 : Ὀτοβεῖ δόναξ ὑπνοδόταν νόμον.]

Ὑπνοδότις, ιδος, ἡ, Somni largitrix, i. e. Quæ somnos præbet s. affert, Somnifera, ἡ ὕπνον ἐπὶ βλεφάροισι βάλλουσα, ut Hom. loquitur. [Ὑπνοδῶτις Orph. Hymn. 56, 7, restitutum : Εὐιέρῳ ῥάβδῳ θέλγων ὑπνοδώτιδι πάντα, ubi libri ὑπνώτιρα.]

Ὑπνομαχέω, Cum somno pugno, Somno me opprimere conanti reluctor. [Xenoph. Cyrop. 2, 4, 26 : Τὸ μέτριον ἀποκοιμηθῆναι, ὡς ἂν δύνωνται ὑπνομαχεῖν. Ex quo l. annotarunt Mœris p. 376, Thom. M. p. 871. A Xenoph. sumserunt Dio Cass. 72, 8, et] Synes. Ep. 130 : Ἐγὼ δὲ ὑπὸ μεσοπυργίῳ τεταγμένος ὑπνομαχῶ, Cum somno belligero.

[Ὕπνον, τὸ, i. q. σφάγνον. Aet. Serm. 12, 44; 13, 117, 118. Cornar. ad Galen. Comp. med. sec. loca p. 290; Schneider. ad Theophr. H. Pl. 3, 8, 6, p. 179.]

[Ὑπνοποιέω, Somnum facio s. affero. Alex. Trall. 1, p. 37.]

Ὑπνοποιὸς, ὁ, ἡ, Somnificus (ut Plinius dicit Somnifica medicamenta), i. e. Somnum faciens, afferens, concilians, concitans, pariens; sic enim loquuntur Latini. [Ælian. N. A. 16, 27, φάρμακον. Ὑπν. οἶνος Geopon. 8, 3. « Galen. vol. 19, p. 382, 1, ὕλη. » Hase.]

Ὑπολύω, q. d. Subsolvo, Subter solvo : unde dicitur de calceis, ut ἐμβάδας ὑπολύειν, Aristoph. [Nub. 152], Solvere calceos, Discalceare. [Æsch. Ag. 944 : Ὑπαί τις ἀρβύλας λύοι τάχος πρόδουλον ἔμβασιν ποδός.] Sed dicitur et sine adjectione, ut [Aristoph. Thesm. 1183 : Τὼ πόδε πρότεινον, ἵν' ὑπολύσω. Plato Symp. p. 213, B : Ὑπολύετε, παῖδες, Ἀλκιβιάδην·] Plutarch. [V. Pomp. c. 73] de Pompeio : Ἰδὼν Φαώνιος οἰκετῶν ἀπορίᾳ τὸν Πομπήϊον ἀρχόμενον αὐτὸν ὑπολύειν, προσέδραμε καὶ ὑπέλυσε, καὶ συνήλειψε. Aristoph. autem sic usus est voce pass. [media], Pl. [928] : Κατάθου ταχέως θοιμάτιον ... Ἔπειθ' ὑπόλυσαι. [Id. Lys. 950 : Ὑπολύομαι γοῦν. Xenoph. Anab. 4, 5, 13. Addito accus. Aristoph. Vesp. 1157 : Ὑπολύου τὰς καταράτους ἐμβάδας. Τὰς κρηπῖδας ὑπολύεσθαι Plutarch. V. Arati c. 21. De armis exuendis Ælian. V. H. 14, 49 : Ὅτι προστάξαντος αὐτοῦ ἐν τοῖς ὅπλοις συνέχειν ἑαυτὸν, ὅδε ὑπελύσατο.] Sed Bud. affert et hæc, non addens auctoris nomen : Ὑπολύω τὸν πόδα, καὶ τὸν βοῦν. [Sumta hæc ex Thoma M. p. 875 : Ὑπ. τὸν π. καὶ ὑπ. τὸν βοῦν, ἤγουν ὑπὸ τὸν ζυγὸν ὄντα δεδεμένον λύω. Θουκυδίδης ἐν τῇ τετάρτῃ (c. 128), Τὰ μὲν (βοεικὰ ζεύγη) ὑπολύοντες κατέκοπτον, τῶν δὲ (σκευῶν) οἰκείωσιν ἐποιοῦντο.] At Ἐξυπολύω, ἐπὶ ὑποδημάτων. Quibus subjungit, Dionys. Areop. usum esse pro Discingere, Discalceare. Hæc ille : quibus addo, quod de ὑπολύειν βοῦν dicitur, ex Thuc. sumptum esse.

|| Ὑπολύω et Ὑπολύομαι, pro simpl. λύω et λύομαι. Hom. [Il. O, 581 : Θηρητὴρ ... ὑπέλυσε ... γυῖα (νεβροῦ)· Z, 27 : Τῶν ὑπέλυσε μένος καὶ φαίδιμα γυῖα·] Od. Ξ, [236] : Πολλῶν ἀνδρῶν ὑπὸ γούνατ' ἔλυσε, pro quo aliis plerisque Il. dicit λύειν γούνατα, i. e. Solvere genua, pro Viribus privare, atque adeo vita. [Passiv. Il. H, 6 : Καμάτῳ δ' ὑπὸ γυῖα λέλυνται· Π, 341 : Ὑπέλυντο (i. e. ὑπελύοντο) δὲ γυῖα· 805 : Λύθεν δ' ὕπο φαίδιμα γυῖα. Aristoph. Lys. 216 : Ὑπολύεταί μου τὰ γόνατα. Aretæus p. 89, 51 : Ὑπολύουσι τὰς δυνάμεις.] At Il. A, [401] : Ὑπελύσαο δεσμῶν, pro ἐλύσαο, Solvisti vinculis, Liberasti. [De locutionibus λύειν ἵππους ὑπὸ ζυγοῦ, λύεσθαι ὑπ' ἀρνειοῦ et aliis a quibusdam ad Ὑπολύω relatis, v. s. v. Ὑπό.]

[Ὑπολωΐς vitiose pro Ὑπολαΐς, quod v.]

[Ὑπολωφάω, Paullatim desino. Nicet. Paphl. Laud. S. Eustath. p. 60. Const. Manass. Chron. 430 : Ὑπελώφησεν ἡ καταφορὰ τῶν ὄμβρων. Eustath. p. 45, 18 : Τὸ κακὸν δέον ὑπολωφῆσαι. G. D. || De personis, Paullulum requiesco a, liberor a. Epiphan. t. 1, p. 1078, C : Ἤδη μὲν παντὸς φόβου ὑπολωφῶντες. Pallad. Hist. Laus. p. 923, D : Ὑπελώφησε τοῦ δεινοῦ πάθους. Hase.]

[Ὑπομαζίδιος, ὁ, ἡ, Subrumus, Gl.]

Ὑπομάζιος, ὁ, ἡ, Submamillaris, Qui adhuc est sub mamilla, mamma. Quod mollius Gallice sonat, *Qui est encore sous la tette*, Adhuc lactens, Infans adhuc lactens. Theophyl. Ep. 62 : Ἄλλος μὲν γάρ ἐστιν ὑπομάζιος (subaud. παῖς, i. e. Filius), ἄλλος τῆς γαλουχίας ἐπαύσατο· ἕτεροι δὲ ἕρπουσι, μήπω τῆς ὀρθῆς βαδίσεως ἀπαρξάμενοι. Alibi autem, sc. Epist. 7, vocavit etiam ἵππον, Equam, ὑπομάζιον, scribens de equarum natura, Τὴν ὑπομάζιον ἵππον ὅταν ἐνδεᾶ τῆς θρεψαμένης θεάσοιντο [Ducas Hist. Byz. p. 11, A : Ὑπ. βρέφει.] Hesych. habet Ὑπομάζιον, quod videtur substantivum facere, quum exponit θηλάζον παιδίον : nisi forte cum ὑπομάζιον subaudiri voluit illud παιδίον, aut tale quid. [Diodor. Ecl. p. 527, 54 : Οὐδὲ αὐτῶν τῶν ὑπομαζίων φείδεσθαι· ubi Wess. : « Basil. Hom. de fam. p. 65, B : Παιδίον ἐπιμάζιον οὐκ ἐν ταῖς τῆς τεκούσης ἀγκάλαις· ubi in marg. ὑπομάζιον, ut sæpe ap. Jo. Chrys. vol. 2, p. 549, D; vol. 3, p. 114, E, etc. » Theophyl. Hist. p. 212, A : Πρὸς ἀποσφαγὴν τὸ ἑαυτῆς ὑπ. παραδούσης.] || Ὑπομάζιον, Mamillare : ut quidem in VV. LL. exp. ex Martiale, qui ita vocat Fasciam tegentem mamillas, quam possumus et ταινίην μαζῶν appellare, sicut Anacr. ταινίην μαστῶν vocavit, in Ode cujus initium, Ἢ Ταντάλου ποτ' ἔστη Λίθος Φρυγῶν ἐν ὄχθαις. [Aristæn. 1, 25 : Ὑπομάζιόν τε καὶ ἀμφωλένια.] Sed Hesych. nullam hujus signif. nominis ὑπομάζιον mentionem facit : Suidæ autem verba, ex quibus expositio illa sumpta fuit, si quidem aliunde etiam non est, aliter potius intelligenda videntur; ait enim ille Ἐπιτίτθιον, i. esse q. ὑπομάζιον, et ὑπὸ τὴν τιτθόν : at ἐπιτίτθιον illa ipsa VV. LL. non afferunt pro Mamillari, sed pro Lactente : junctum sc. cum substantivo παῖδα. Afferunt autem ex Epigrr., unde multa poetica verba collegisse ipsum Suid. satis notum est. Quinetiam apud eund. gramm. leguntur, Ὑποτίτθια, ὑπομάζια παιδία· καὶ Ὑπότιτθον ὁμοίως, τὸ ὑπομάζιον. [Gregor. Nyss. t. 2, p. 805, D; 807, B, βρέφος ὑπ. Id. ib. p. 861, A, τὸ παιδίον τὸ ὑπ. Orac. Sibyll. 2, 300 : Μητέρες, ἠδέ γε τέκν' ὑπομάζια δακρυόεντα. Hase. Etym. M. p. 219, 56 : Γαλαθηνὸς ὁ ὑποτίτθιος καὶ ὑπομάζιος.]

[Ὑπομαζοὶ ap. Bion. 1, 26 : Οἱ δ' ὑπομαζοὶ χιόνεοι ... πορφύροντο, lectio vitiosa pro οἱ δ' ὑπὸ μαζοὶ ... πορφύροντο, i. e. ὑποπορφύροντο, ut οἷς ὑπὸ κόρση γυμνοῦται pro οἷς κόρση ὑπογυμνοῦται in loco Greg. Naz. s. v. Ὑποκόρση memorato. De utroque recte judicavit Lobeck. Paralip. p. 384.]

[Ὑπομαίνομαι, q. d. Subfurio, Nonnihil furio. Hippocr. p. 352, 36.]

[Ὑπόμακρος, ὁ, ἡ, Longiusculus. Aristoph. Pac. 1242 : Ῥάβδον ὑπ. Antiatt. in Bekk. Anecd. p. 115, 14 : Ὑπόμακρον, τὸ ὑπόμηκες. Ἄλεξις. Aristot. Physiogn. c. 3. Hesych. s. v. Ἀρτιχείλης. Geopon. 10, 68, 2.]

[Ὑπομακρύνω, Prolongo. Nicet. Chon. Hist. p. 811, 25 ed. Bekk. in cod. Græco-barbaro.]

[Ὑπομᾰλᾰκίζομαι, Animo nonnihil remisso sum, Timidior sum. Xenoph. Anab. 2, 1, 14.]

[Ὑπομάλακος, ὁ, ἡ, Aliquatenus mollis. Ptolem. Tetrab. p. 166, 21 : Καλλωπιστὰς, ὑπ. Hase.]

[Ὑπομαλάσσω s.] Ὑπομαλάττω, Subtus mollio, Aliquatenus mollio. [Aristæn. 1, 3 : Ὑπεμάλαττον (τὸ φύλλον) τοῖς δακτύλοις. Lucian. D. mer. 4, 2 : Ὑπεμαλάχθη. « Planud. Ovid. Met. 14, 121. » Boiss. Oribas. t. 1, p. 398, 8 Daremberg. Diosc. 5, 15, de vino melitite, ὑπομαλάττει γὰρ τὴν κοιλίαν. Figurate Theophyl. Simoc. Hist. p. 118, 19 Bonn. : Ὑπομαλάττει τὸ τῆς τυραννίδος ἀτίθασσον. Id. ib. p. 53, 18, de restinguentibus aliquatenus incendium : Ὀψὲ ὑπομαλάττουσι τὸ πῦρ. Hase. Georg. Pachym. V. Andron. p. 105, E.]

[Ὑπομανιώδης, ὁ, ἡ, Furiosus. Schol. Aristoph. Av. 989 : Σύμμαχος ὅτι Διοπείθης ὁ ῥήτωρ ὑπ. ἦν· ubi vulgo μανιώδης.]

[Ὑπομαντεύομαι, Vaticinor, Prædico. Eust. p. 777, 49 : Ὑπομαντεύεται προαναφωνητικῶς ἀκροατῇ συνετῷ ὡς ... || Quodammodo divino. Plato Sisyph. p. 338, B : Ὥσπερ γὰρ ἂν καὶ αὐτὸς ὑπομαντεύεσθαί μοι δοκῶ τὴν διάνοιάν σου.]

[Ὑπόμαντις, ὁ, i. q. ὑποφήτης, cujus explicandi caussa fictum est ab schol. Hom. Il. Π, 235.]

[Ὑπομᾰραίνομαι, q. d. Submarcesco, Paullatim evanesco. Plutarch. Mor. p. 411, E : Ἡ παλαιὰ δόξα δοκεῖ ὑπομαραίνεσθαι. Philo vol. 2, p. 252, de igne; Asterius p. 45, E ed. Combef. Theophyl. Sim. Hist. p. 65, A; 206, C. G. Dind. Phot. Epist. p. 37, 32. Id. ib. p. 121, 25 : Καταρρεῖν καὶ ὑπομαραίνεσθαι. Hase.]

[Ὑπόμαργος, ὁ, ἡ.] Ὑπέρμαργος, ὁ, ἡ, Insanus supraquam dici potest, Vehementer insanus. Suid. autem habet compar. ὑπερμαργότερος, quod exp. ὑπερμαινόμενος : de quo Suidæ l. mox dicam. [Ubi hæc dixit :] Alterum comp., quod est Ὑπόμαργος, sonat q. d. Subinsanus, Substolidus, Subvecors. A quo est compar. ὑπομαργότερος, Herodot. 3, [145] : Μαιανδρίῳ δὲ τῷ τυράννῳ ἦν ἀδελφεὸς ὑπομαργότερος, ubi redditur Vecordiusculus. Crediderim autem et de Aliquantum protervo s. petulante intelligi posse, quum sequatur, Οὗτος ὅ, τι δὴ ἐξαμαρτὼν, ἐν γοργύρῃ ἐδέδετο. [Duo alia comparativi exx. ap. eund. 3, 29; 6, 75, et ap. Dion. A. R. 3, 2 : Φύσει τε αὐθάδης καὶ ὑπομαργότερος ὤν. Appian. Civ. 5, 49.] Non abs re autem fortasse suspicetur aliquis ap. Suid. legi perperam ὑπερμαργότερος pro hoc ὑπομαργότερος, itidemque ὑπερμαινόμενος [quo illud explicat] pro ὑπομαινόμενος, sive Suidæ sive exemplarium ejus errore. Nam ὑπὲρ comparativo diminutionem significanti additum videre me non memini.

[Ὑπομαρμαίρω, Subsplendeo. Oppian. Cyn. 3, 70; Quint. Sm. 8, 48.]

[Ὑπομαρτυρέω, Subtestor, Subindico. Eust. Opusc. p. 282, 10 : Ἱππότην δεξιὸν ... ὡς καὶ ὁ εὐγενὴς ἵππος ὑπομαρτυρεῖν ἐώκει. G. D. Imperat. Georg. Alex. Vita Chrys. t. 8, p. 225, 35 : Ὑπομαρτύρει τοῖς κανόσιν. Hase.]

[Ὑπομάσθιος, ὁ, ἡ, i. q. ὑπομάζιος. Maccab. 3, 3, 20 : Ἀπὸ γηραιοῦ μέχρι νηπίου, μέχρι τῶν ὑπομασθίων· ubi hæc posteriora verba librarii additamentum esse arbitror. Schleusn. In cod. ὑπομαστιαίων, quod ὑπομασθιδίων scribi debuisse monet Lobeck. ad Phryn. p. 557. Παῖδα ὑπομάσθιον ap. Theophyl. Sim. Dial. p. 20 ed. Boiss., ubi vulgo ὑποτίτθιον. G. D. Euseb. Hist. eccl. p. 80, A. Παῖς ὑπομάστιος adhuc legitur ap. Joseph. B. Jud. 6, 3, 4. Hase.]

[Ὑπομάσσω s. Ὑπομάττω, Conspergo, Illino. Theocr. 2, 59 : Λαβοῖσα τὺ τὰ θρόνα ταῦθ' ὑπόμαξον. Ὑπομεμαγμένη per ἀναπεφυρμένη exp. Suidas, addito loco scriptoris non nominati (Byzantini, ut opinor), in quo est, Ἡ τοῦ τόπου θέσις ὑπομεμαγμένη ταῖς πέτραις, ἀόρατον αὐτοῖς ἐποίει τὴν ὑπερκειμένην κορυφήν.]

[Ὑπομάσχαλον, τό. Ὑπομάσχαλον, Lateralinum (?), Gl. « Liber Miraculorum Cosmæ et Damiani : Ὃ εἶχεν ἐν τῷ ὑπ. αὐτοῦ ... ἐν εἰκονιδίῳ ἐκτύπωμα, ubi vetus interpres *sub axilla sua*. Sed hic arcam potius aut simile quod significat. Pro Pera s. Mantica ad vestes viatorias sub alis equi succincta videtur usurpari in Narratione Ms. de uxore Constantini Laodicensis et in Basilic. 57, tit. 17. » Ducang.]

[Ὑπόμαυρος, ὁ, ἡ, Obscurus, Subluculus, Gl.]

Ὕπομβρος, ὁ, ἡ, q. d. Subtus madidus, Cui subest humiditas ex imbre. Et generalius Subtus humidus. Nam Galen. [Lex. p. 584] ap. Hippocr. ὕπομβρον vult significare ὕφυγρον [Mss. ἔφυγρον] et ὑπόπυον. [Erotian. p. 376 : Ὑπ. ὀστέον· ὑπονόμον καὶ κάθυγρον γεγονός· ubi ὑπονόμον in ὑπόπυον mutat Foes., quod nunc legitur ap. Hippocr. p. 911, F; 913, D, ex glossemate, ut Foesio videtur. Plut. Mor. p. 438, A : Ἱερεῖον ὑπ. γενόμενον καὶ κατακλυσθέν.] Affertur autem et ὕπομβρον θέρος ex Plutarcho in Cam. [c. 3] pro Æstas imbribus molesta; sed vereor ne leg. sit ἔπομβρον θέρος, quod supra ex Aristot. protuli [et nunc legitur ex cod. Paris. Sed ἔαρ ὕπομβρον etiam in Geop. 1, 12, 21. Νὺξ ὑπ. Etym. M. 450, 49. Philostr. p. 30 : Ὑπ. ἡ γῆ ἀσφάλτῳ· et p. 775. Ὑπ. τόπος Philo in Math. vett. p. 97.]

[Ὑπομεθύω, Subebrius sum. Hesych. s. v. Βεβρεγμένος.]

[Ὑπομειδίαμα, τὸ, Subrisio, Risus clandestinus. Man. Palæologus Declamat. in Anecd. meis vol. 2, p. 302. Boiss.]

Ὑπομειδιάω, Subrideo, aut certe Clam subrideo, quum etiam simplex μειδιῶ suo loco dictum sit poni pro Subrideo, Leniter rideo. [Pollux 6, 190. Hesych.: Ὑπομειδιῶντι, γελῶντι. Polyb. 17, 7 6, ὑπ. Σαρδώνιον. Plutarch. Mor. p. 101, B; 583, D. Luc. Rhet. præc. 22 : Ὑπομειδιάσας τὸ γλαφυρὸν ἐκεῖνο καὶ ἁπαλόν· et alibi. Alciphro 1, 39, p. 192. Anacreont. 45, 14 : Ὑπεμειδίασε Κύπρις. Ἡρέμα ὑπ. Ælian. V. H. 4, 9. G. D. Vita Isaacii Confess. Actt. SS. Maii t. 7, p. 251, C, ὑπομειδιάσας σεμνόν. Menand. Hist. p. 420, 8 Bonn., ὑπομειδιᾶσαι. Philo vol. 2, p. 531, 37, ὑπομειδιῶν καὶ γεγανωμένος· 552, 15, μὴ ὑπομειδιῶντα σεμνότερον, ἀλλὰ μειρακιωδέστερον καγχάζοντα. Id. ib. p. 23, 8, de oculis lætificati, ὑπομειδιῶσι καὶ γεγήθασιν. Hase.]

[Ὑπομειόω, Nonnihil imminuo. Galen. vol. 19, p. 375, 1 : Ὑπομειοῦται καὶ ὑπολείπει τὸ ζῷον. Hase.]

[Ὑπομείων, ονος, ὁ, ἡ, Qui inferior sive ordine sive conditione est. Ὑπομείονες, οἱ, Xenoph. Hell. 3, 3, 6 (ubi cum εἴλωσι, νεοδαμώδεσι et περιοίκοις memorantur) apud Lacedæmonios Altera classis civium, inferior ὁμοίοις, tum ob alias caussas tum fortasse quia magistratus capere non poterant et quia ea quæ legibus præscripta erant obire non poterant, fere ut libertinus apud Romanos non omnia civis jura habebat. Sic Cragius De rep. Laced. 1, 10. Apud Dionem Cass. sæpius de inferioris ordinis præfectis militum dictum reperitur. Sic 38, 35 : Τοὺς ὑπάρχους καὶ τοὺς ὑπομείονας· 42, 51 extr. : Τοὺς ἑκατοντάρχους καὶ τοὺς ὑπ. 47, 42 : Τῶν θ' ὑποστρατήγων τῶν θ' ὑπ.]

[Ὑπομέλαθρα (hoc accentu, quasi ὑπὸ μέλαθρα voluerit)· Ἀρτέμιδος ἐπίθετον, ὡς ὁ Μύνδιος, gl. obscura Hesychii. Myndium Zenonem intelligit Rœperus in Schneidew. Philologo vol. 3, p. 33.]

Ὑπομελαίνω, Fio subniger, Nigrico, ap. Pausan. : Καὶ τὸ μὲν ὑπομελαίνει, τὸ δὲ ἕτερον λευκόν ἐστι. [Rufus p. 11 ed. Matth. : Χροιὰ ὑπομελαίνουσα. Geopon. 15, 2, 16 : Οἱ βασιλεῖς τῶν μελισσῶν ... ποικίλοι, ὀλίγον ὑπομελαίνοντες. G. D. Passiv. Greg. Nyss. t. 1, p. 26, A, τοὺς μυκτῆρας τῶν ἀναπνεόντων ὑπομελαίνεσθαι. Hase. Metaph. Obscuro. Nicet. Chon. Hist. p. 137, C : Ὅσαι τῶν ἀποστολικῶν ῥήσεων τῇ ἀσαφείᾳ ὑπομελαίνονται.]

[Ὑπομελανδρῠώδης, ὁ, ἡ, Salsamento thunnino similis. Epicharm. ap. Athen. 3, p. 121, B : Τὸ τέμαχος ἧς ὑπ. Ap. Hesych. : Ὑπομαλανδριῶδες, εἶδός τι ταρίχου.]

Ὑπομελᾰνίζω, Fio subniger, Nigrico. [Aret. p. 39, 37 : Τεφροειδέα ἢ ὑπομελανίζοντα. Geopon. 2, 6, 38 : Πέτρας ὑπομελανιζούσας. Suidas s. v. Ὑακίνθινον.]

Ὑπόμελας, [αινα, αν], Subniger, Nigricans. [Hippocr. p. 969 : Οὖρα ὑπομέλανα. Aret. p. 46, 16 : Διαχωρήματα ὑπ. 70, 37 : Ὀδόντες ὑπ. Schol. Hom. Il. Δ, 259.]

[Ὑπομέλπω, Succino, Concino. Jo. Damasc. t. 2, p. 836, E. Hase.]

[Ὑπομέμφομαι, Nonnihil vitupero. Plutarch. V. Cat. min. c. 15 : Ἐνίους τῶν φίλων μαλασσομένους καὶ ὑπομεμφομένους ὁρῶν. Nonn. Dion. 15, 288 : Ἐῇ δ' ὑπεμέμφετο σιγῇ. Eustath. Opusc. p. 268, 6. G. D. Gregor. Nyss. t. 3, p. 212, D : Ὑπομεμψάμενος τῇ μητρὶ, ὅτι μὴ εἰς ἄλλον καιρὸν ὑπερέθετο τὴν πανήγυριν. Hase.]

[Ὑπομεμψίμοιρος, ὁ, ἡ, Qui de sorte sua paullum queritur. Cic. Ep. ad Att. 6, 1.]

[Ὑπομενετέον, Sustinendum, Tolerandum. Thucyd. 2, 88; Plato Leg. 6, p. 770, E, Phædr. p. 250, C. Aristot. Eth. Nic. 3, 1; Polyb. 3, 112, 5. In Gl. Ὑπομενητέα, Subeunda. Et sic passim in libris per η scriptum, ut ap. Sext. Emp. p. 335, minus bene : v. Lobeck. ad Phryn. p. 446, et Eustath. p. 1558, 30; 1680, 56. Isocrati p. 117, C, ὑπομενετέον (ut legitur p. 133, E) restitutum ex cod. Urbin. pro vulgato ὑπομονητέον, quod ὑπομενητέον scriptum in cod. Flor. Ὑπομονητέον ex Orig. C. Celsum 8, p. 791, C, indicat Lobeck. Paral. p. 494. Quod scribendum ὑπομενετέον, pariterque ex codd. corrigendus Diog. L. 7, 126.]

Ὑπομενετικὸς, ἡ, ὸν, Qui sustinere et sufferre ac tolerare potest. Aristot. Eth. 3, 6 : Οὐδεὶς γὰρ ὑπομενετικώτερος τῶν δεινῶν. [Marc. Anton. 1, 16. Per η in Gl., ubi ὑπομενητικὸς, Perpessitius. Sic Definitt. Plat. p. 412, B : Δύναμις ὑπομενητικὴ λύπης· 416 : Ἕξις ψυχῆς ὑπομενητική. Utrobique var. lect. ὑπομονητ—. Aut hoc verum (nam η proprium est formis ab ὑπομονὴ derivatis) aut ὑπομενετικὸς per ε scribendum. Eustath. Opusc. p. 209, 17 : Εἰς τὸ ὑπομενετικὸν ἑαυτὸν ἐκπονούμενος. Ὑπ. ἄνθρωπος apud eundem ad Hom. p. 1093, 4.]

[Ὑπομένη vitiose pro ὑπομονὴ, quod v.]

[Ὑπομενητός. V. Ὑπομονητός.]

Ὑπομένω, [(fut. ὑπομενῶ, aor. 1 ὑπέμεινα, perf. ὑπομεμένηκα ap. Diodor. 19, 56,) Remaneo. Hom. Od. K, 232 : Εὐρύλοχος δ' ὑπέμεινεν, i. e. Non processit ulterius, et ib. 258 : Αὐτὰρ ἐγὼν ὑπέμεινα. Herodot. 6, 51 : Ἐν τῇ Σπάρτῃ τοῦτον τὸν χρόνον ὑπομένων· 7, 109 : Τὸ ὑπομένον (sc. μέρος τῶν Λακεδαιμονίων) ἐν Σπάρτῃ. Dionys. A. R. 6, 87 : Τοὺς ὑπομενοῦντας ἐν τῇ πόλει· 11, 9 : Ὑπομένουσιν ἐντὸς τείχους. Dio Cass. 40, 24 : Ἐν τῇ πόλει ἀσφαλῶς ὑπομεῖναι. Ælian. V. H. 5, 5 : Ὑπέμενεν οἴκοι δι' ἀπορίαν τρίβωνος. De eo qui in vita manet Herodot. 4, 149 : Οὐ γὰρ ὑπέμεινε τὰ τέκνα. || Permaneo. Aristot. Categ. 6, p. 5, 33 : Οὐδὲν γὰρ ὑπομένει τῶν μορίων αὐτοῦ. Appian. Civ. 5, 54 : Τῇ Ἀντωνίου γνώμῃ ὑπομεμενηκὼς, quod sine ἐν dictum est, ut ib. 4, 3 : Τῇ πόλει ὑπομένειν, In urbe manere. Sed non dubitandum quin his locis omnibus ἐπιμένειν sit restituendum, quod partim vidit Schweigh. v. s. v. Ἐπιμένω vol. 3, p. 1695, D.] || Sustineo : q. d. Subtus maneo et expecto : plerumque accipitur pro Impetum hostilem sustineo et irruentem accipio. Hom. Il. [O, 312]: Ἀργεῖοι δ' ὑπέμειναν· Π, [814] : Οὐδ' ὑπέμεινε Πάτροκλον γυμνόν περ ἐόντ'· qua signif. utitur et simplici verbo μένω. [P, 25 : Καί μ' ὑπέμεινεν· Ξ, 488 : Ὅ δ' οὐχ ὑπέμεινεν ἐρωὴν Πηνελέοιο. Eur. Rhes. 463 : Πῶς ... τὸ σὸν ἔγχος ἂν δύναιτο ... ὑπομεῖναι;] In prosa quoque in eo loquendi genere usitatum, ut ap. [Herodot. 3, 9 : Ἧλασε ἐς τὴν ἄνυδρον καὶ ὑπέμενε ἐνταῦθα τὸν Καμβύσεω στρατόν· 7, 209 : Οὐδὲν ἔθνος τὸ σὲ ὑπομενέει χεῖρας ἀνταειρόμενον· quod omisso accus. personæ dixit 7, 101. Et 4, 3 : Ἐπεὰν ἴδωνται μάστιγας ἀντ' ὅπλων ἔχοντας ... οὐκ ὑπομενέουσι· 9, 23 : Οὐκέτι οἱ ἵπποται ὑπέμενον. Thucyd. 3, 108 : Ὥστε μήτε ἐς ἀλκὴν ὑπομεῖναι φοβηθέντας τε ἐς φυγὴν τὸ πλέον τοῦ στρατεύματος καταστῆσαι·] Plutarch. in Alcib. [c. 39] : Οὐδεὶς γὰρ ὑπέμεινεν αὐτὸν, οὐδ' εἰς χεῖρας συνῆλθεν, ἀλλ' ἀποστάντες ἔβαλλον ἀκοντίοις καὶ τοξεύμασι. Thuc. : Καὶ ᾗ μὲν προσπέσειαν, οὐδεὶς ὑπέμεινε, Qua irruerunt et quacunque impetum fecerunt, nullus subsistebat, Bud. Herodian. 7, [9, 14] : Ῥᾷστα οὖν ἐτρέψαντο τῶν Καρχηδονίων τὸ πλῆθος, οἵπερ οὐχ ὑπομένοντες αὐτῶν τὴν ἐμβολὴν, πάντα ῥίψαντες ἔφυγον· 3, [6, 13] : Οὐδὲ γὰρ ὑπομενεῖ ὁ ἐκείνου στρατὸς, ὀλίγος ὢν καὶ νησιώτης, τὴν ὑμετέραν δύναμιν, Sustinere non poterit vires vestras. [Dio Cass. 41, 20 : Ἐνταῦθα τοὺς ἐπιόντας ὑπέμενον· et 68, 22.] Pericula quoque et molestias ὑπομένειν dicimur, itidem pro Sustinere, Subire, Perferre, Suscipere. [Pind. Pyth. 2, 48 : Οὐχ ὑπέμεινεν ὄλβον. Plato Gorg. p. 507, B : Ἡδονὰς καὶ λύπας φεύγειν καὶ διώκειν καὶ ὑπομένοντα καρτερεῖν ὅπου δεῖ· ut in Lach. p. 193, B, ὑπομένειν τε καὶ καρτερεῖν. Cum accus. Herodot. 6, 12, et Thucyd. 1, 8 : Ὑπ. δουλείαν. Plato Leg. 6, p. 770, C : Δούλειον ὑπομεῖναι ζυγόν. Ὑπ. ἀλγηδόνα Gorg. p. 478, C; λόγον Hipp. maj. p. 298, D. Plutarch. Mor. p. 44, A, qui cum προσέχειν conjunxit.] Isocr. Archid. [p. 130, D] : Πάντας ἂν τοὺς ἐκ τοῦ πολέμου κινδύνους ὑπομείναιμι· et [p. 133, E] : Δεινοτέρας συμφορὰς ὑπομενετέον ὑμῖν. Plutarchus in libro qui Περὶ φιλοπλουτίας inscribitur : Τὰ δυσχερῆ πάντα ὑπομένεις, ut Cic. Casus fortuitos magno animo sustinere. Demosth. C. Mid. [p. 515, 17] : Πολλὰς ἀπειλὰς ὑπομείνας. Idem Pro cor. : Ἐγὼ μὲν τὰ ἔργα τῶν ὑπὲρ ὑμῶν πόνων ὑπέμεινα, ὑμεῖς δὲ μηδὲ τοὺς λόγους αὐτῶν ἀνέξεσθε, ubi videtur ὑπομένειν esse significantius quam ἀνέχεσθαι : licet plerumque synonymœs usurpentur; nam et Isocr. Symm. [p. 172, C] dicit, Ἐπειδήπερ ὑπεμείνατε καὶ τοὺς ἄλλους λόγους, quod ipsum præcedit ἀνεκτὰ λέγειν : ut ὑπομένειν λόγους sit Patienter eum audire, qui videtur ἀνεκτὰ λέγειν. Idem Isocr. in Paneg. : Οὐ γὰρ σμικροὺς οὐδὲ ὀλίγους οὐδὲ ἀφανεῖς ἀγῶνας ὑπέμειναν· Ad Demon.

[p. 2, C] : Τὰ τῷ πλήθει φοβερὰ θαρσαλέως ὑπομένουσα· Archid. [p. 133, C] : Τὰ προστάγματα τούτων ὑπομεῖναι, ut Cæsar, Non posse ejus imperia diutius sustineri. [Id. p. 60, C : Οὐχ ὑπέμειναν τὰς παρ' ἐκείνου δωρεάς· 183, D : Ὑπ. τιμωρίας.] Aristot. Polit. [2, 5 : Ἢ τί μαθόντες ὑπομενοῦσι τὴν ἀρχήν;] 4 : Οὐδεὶς γὰρ ἑκὼν ὑπομένει τῶν ἐλευθέρων τὴν τοιαύτην ἀρχήν, Nemo enim liber volens perfert hujusmodi principatum, Bud. [Et 4, 13 : Ὑπ. τὸ ἄρχεσθαι.] Item ὑπομένειν παιδείαν, Sustinere vel Sufferre castigationem, Ad Hebr. 12, [7] : Εἰ παιδείαν ὑπομένετε, ὡς υἱοῖς ὑμῖν προσφέρεται ὁ Θεὸς, ubi Bud. interpr. Si disciplinam sustinetis : ὑπομένειν διαβολὰς, in Epist. Plat. [1, p. 309, A], Calumniis se opponere et eas sustinere. Et ὑπομένειν κρίσεις, Judicium subire, Causam dicere. Sic Cic., Sustinere causam publicam, pro Defendere. [Dio Cass. 59, 18 : Οὐχ ὑπέμειναν τὴν κρίσιν, ἀλλ' ἑαυτοὺς προανάλωσαν· 54, 3 : Οὐ γὰρ ὑπέμειναν τὸ δικαστήριον.] At pro Toleranter ferre et patienter sustinere accipitur in Dem. [p. 544, 26] : Ἐπειδὴ οὐχ ὑπεμείναμεν προσαπειλήσαντα. [Ælian. V. H. 4, 17 : Τὸν ἀετὸν κατέψησεν ὑπομείναντα αὐτὸν, i. e. Aquilam contactus patientem. Quocum Kuhn. comparavit N. A. 16, 18, ψηλαφήσειε, ὁ δὲ ὑπέμεινεν. Id. V. H. 11, 7 : Σπάρτην μὴ ἂν ὑπομεῖναι δύο Λυσάνδρους. Cum genit. participii ib. 12, 1, p. 713 : Ἀπτομένου μὴ δυσχεραῖναι καὶ φιλοῦντος ὑπομεῖναι.] Quum vero turpe aliquid dicimur ὑπομένειν, redditur potius Admittere. Xenoph. [Mem. 2, 6, 32] : Οἱ καλοὶ τὰ τοιαῦτα οὐχ ὑπομένουσι, Talia non admittunt, οὐ προσίενται. Et Plato [Apol. p. 28, C] : Αἰσχρόν τι ὑπομένειν, Turpe aliquid admittere. [Cum participio, Soph. OEd. T. 1323 : Ὑπομένεις με τὸν τυφλὸν κηδεύων· ubi Schæfer. comparavit Xenoph. Cyrop. 4, 5, 22 : Ὑπόμεινον προστάξας· et Diod. 19, 12 : Μηδέποθ' ὑπομένειν ποιοῦντας τὸ προσταττόμενον. Plato Gorg. p. 505, C : Οὗτος ἀνὴρ οὐχ ὑπομένει ὠφελούμενος. Aristot. Polit. 4, 11 : Ἢ ἄρχειν ζητεῖν ἢ κρατουμένους ὑπομένειν· 5, 12 : Φασὶ τὸν Πεισίστρατον ὑπομεῖναί ποτε προσκληθέντα δίκην εἰς Ἄρειον πάγον.] Ὑπομένειν eleganter cum infin. aliquando construitur, ut et Lat. Sustineo pro Audeo (ut Ovid. : Sed non attollere contra Sustinet hæc oculos. Suet. : Eos, qui spectare sustinuissent, execratus); aut pro Possum, ut ap. Plin. Jun. in Epist. : Non sustinui inducere in animum. [Hom. Od. A, 410 : Οὐδ' ὑπέμεινε γνώμεναι.] Dem. Epitaph. [p. 1391, 8] : Οὓς οἱ πρὸ ἡμῶν οἰκοῦντες πρὸς ἑσπέραν πάντες οὐδ' ὑπέμειναν οὔτ' ἐδυνήθησαν κωλῦσαι. Plutarch. De propria laude [p. 540, E] : Οὐδὲ τὰς ψήφους ἀναλαβεῖν ἐπ' αὐτὸν ὑπέμειναν. Rursum Dem. Pro cor. [p. 296, 6] : Οἳ καὶ τὴν χώραν καὶ τὴν πόλιν ἐκλιπεῖν ὑπέμειναν, Animum vel Cor habuerunt : ab Italis, Satis animi fuit. Galli enim dicunt, *J'ay le courage de faire cela;* vel, *J'ay bien le courage.* Itali, *Mi basta l'animo.* || Expecto, Præstolor, e Xen. [Mem. 2, 6, 31] : Τὰς σειρῆνας πάντας φασὶν ὑπομένειν, Sirenas cunctos præstolari ferunt. Plato [Tim. p. 49, E] : Φεύγει γὰρ οὐχ ὑπομένων, Fugit enim non expectans. [Appian. Civ. 5, 81 : Ὑπέμεινεν ἐν Μεσσήνῃ τὸν Καίσαρα. Cum dativo pleonastico id. Annib. 46 : Σὺ δ' ὑπομένειν μοι δεῦρο καὶ τὰ ἔνδον ἐπιτηρεῖν.] || Οἱ ὑπομένοντες, Qui remanserunt, Reliqui, οἱ ὑπόλοιποι, ut Thuc. schol. exp. in hoc l. 5, p. 169 [c. 14] : Ἀεὶ προσδοκίας οὔσης μή τι καὶ οἱ ὑπομένοντες, τοῖς ἔξω πίσυνοι, πρὸς τὰ παρόντα σφίσιν, ὥσπερ καὶ πρότερον, νεωτερίσωσι. Huc pertinet ὑπομεῖναι, quod a Suida exp. καταλειφθῆναι.

Ὑπομερίζω, Subdivido. Unde Ὑπομερισμὸς, ὁ, Subdivisio, Hermogeni i. q. ὑποδιαίρεσις. [V. schol. Hermog. vol. 7, p. 772. Schol. Demosth. p. 140, 30 ed. Oxon. : Τὸ σχῆμα οἱ μὲν καλοῦσι διπλοῦν μερισμὸν, οἱ δὲ μερισμόν τε καὶ ὑπ. G. D. Procl. Diad. Hypotyp. p. 89, 13 : Καὶ μέχρι τοσούτων προάγουσι τὸν ὑπ. τῶν ἑξηκοστῶν. Vertit Halma : *Ils ne poussent la subd. des soixantièmes que jusque là.* Nicom. Geras. Arithm. p. 76, 3, ἡ τῶν ἀεὶ ὑπ. διαίρεσις. Greg. Nyss. t. 3, p. 222, B : Ὡς γενικώτερον τέως χωρὶς ὑπ. διελθεῖν. Hase.]

[Ὑπόμεστος, ὁ, ἡ, Refertus. Eunap. V. Soph. p. 42=471 : Σακκία ὑπόμεστα βιβλιδίων. « Id. Ædes. p. 61. Philo De Joseph. p. 552. » Anon.]

[Ὑπομετρέω, q. d. Submetior. Basil. t. 2, p. 187, D : Οὐδὲ ὑπομετροῦμεν τὰ μετρητά. Hase.]

A [Ὑπομηκάομαι vitiose pro ὑπομυκάομαι, quod v.]

Ὑπομήκης, ὁ, ἡ, velut opponitur illi ὑπερμήκης. Sonat enim Ὑπομήκης, q. d. Sublongus. Exp. autem Longiusculus, Oblongus. Plin. autem appellavit Longius quadantenus, quod Dioscor. [4, 118] ὑπόμηκες vocarat. [Diog. L. 7, 1. Hippiatr. p. 253, 16, ὑπ. ὀπλή. Hero Autom. in Mathem. vett. p. 273, 24, σανίδιον λεπτὸν καὶ ὑπ. Hase. Ὑπόμακρον per ὑπόμηκες exp. Antiatt. in Bekk. Anecd. p. 115, 14.]

[Ὑπομηλαφάω, Clam. s. Leniter contracto. Ὑπομηλαφῆσαι per ψηλαφῆσαι exp. Hesych., per ὑποψηλαφῆσαι Phot. et Etym. M. p. 783, 12. Conf. Μηλαφέω.]

Ὑπομηλίζω, Sum colore in luteum vergente. [Dioscor. 3, 79 : Φύλλα ... ὑπομηλίζοντα τῇ χρόᾳ.] Nam Ὑπομήλινος redditur Subluteus. [Hujus adjectivi exemplum desideramus.]

[Ὑπομηνύω, q. d. Subindico. Moschion De pass. mul. p. 16, 13. Hase.]

[Ὑπομήτριος, ὁ, ἡ, Qui est in utero. Maximus Περὶ κατ. 186 : Ἦν δὲ γυνὴ ... ὑπομήτριον υἱέα ἀμβλώσῃ.]

B [Ὑπομηχανάομαι, Subter machinor. Phot. Epist. p. 352, 20. Hase.]

[Ὑπομίαρος, ὁ, ἡ, Paullum impurus. Pollux 9, 143 : Ὑπομίαρον τὸ πασσυρεί.]

[Ὑπόμιγμα, τὸ, Submixtio. Plutarch. Mor. p. 934, D : Ὑπ. καὶ λεῖμμα τοῦ φωτός.]

Ὑπομίγνυμι, vel Ὑπομιγνύω, q. d. Submisceo, Clam s. Paulatim misceo. [Plato Tim. p. 71, B : Κατὰ πᾶν ὑπομιγνῦσα τὸ ἧπαρ· 74, D : Ὑπομίξας αὐτοῖς· Phil. p. 47, A : Τὸ ὑπομεμιγμένον τῆς λύπης.] Plutarch. Symp. p. 1147 meæ ed. [p. 676, B] : Τοῦ καλοῦ Ἀγάθωνος, ὃν πρῶτον εἰς τραγῳδίαν φασὶν ἐμβαλεῖν καὶ ὑπομίξαι τὸ χρωματικόν. [|| Intransit. et metaph. Thucyd. 8, 102 : Ὡς εἶχον τάχους ὑπομίξαντες τῇ Χερσονήσῳ παρέπλεον κτλ.]

[Ὑπομιλτόω, Rubrica tingo. Schol. Hom. Od. E, 245 : Ὑπομεμιλτωμένον σχοινίον.]

[Ὑπομῑμέομαι, ap. Diod. 13, 95, vitiose pro ἀπομιμέομαι, quod restituit Reisk.]

[Ὑπομιμνήσκω, fut. ὑπομνήσω, aor. 1 ὑπέμνησα, ex quo grammatici finxerunt præsens] Ὑπομνάω, pro C quo Ὑπομιμνήσκω, i. q. ἀναμιμνήσκω, Reminisci facio s. Recordari, Memoriam renovo, refero. At Revoco in memoriam s. Redigo, magis convenit constructioni hujus verbi cum accus. rei, ut paulo post docebo. Vel Commonefacio, Admoneo. Hom. Od. O, [3] : Ὀδυσσῆος μεγαθύμου φαίδιμον υἱὸν Νόστου ὑπομνήσουσα, καὶ ὀτρυνέουσα νέεσθαι, ubi Eustath. ait tale esse, quale τὸν δεῖνα ἀναμιμνήσκειν τοῦδέ τινος. Affertur vero ex eodem poeta [Od. A, 321], ὑπέμνησε, quod schol. exp. ἐπιμνησθῆναι ἐποίησε. [Isocr. p. 383, C : Οἱ μὲν γὰρ ἄλλοι τοὺς εἰληφότας τὰς δωρεὰς ὑπομιμνήσκουσιν, ἡμεῖς δ' ὑμᾶς τοὺς δεδωκότας ἀξιοῦμεν μνημονεύειν. Plato Lach. p. 181, C : Ἡμεῖς σὲ καὶ αὖθις ὑπομνήσομεν· Phædr. p. 266, D : Καλῶς γε ὑπέμνησας· 277, B : Πάλιν δὲ ὑπόμνησόν με πῶς· 275, D : Τὸν εἰδότα ὑπομνῆσαι περὶ ὧν ἂν ᾖ τὰ γεγραμμένα· Phil. p. 31, C : Ὑπομίμνησκε ἡμᾶς τί ... βούλει ὀηλοῦν. Cum ὅτι Rep. 5, p. 452, C : Ὑπομνήσασιν ὅτι ... et Lach. p. 179, B. Cum genit. rei] Thuc. : Ὑπομιμνήσκειν τῶν ὁρκίων. [Ὑπ. κακῶν Æschin. p. 75, 42.] Plutarch. : Ὑπομιμνήσκουσα χωρίων ἱερῶν. [Theocr. 21, 50 : Ὑπομιμνάσκων τῶ τρώματος.] Herodian. 3, [13, 8] : Μύθων τε ἀρχαίων καὶ δραμάτων ὑπεμίμνησκε. Item cum accus. rei [Herodot. 7, 17 : Ἡ Πυθίη ὑπομνήσασα ταῦτα. Soph. Phil. 1170 : Παλαιὸν ἄλγημ' ὑπέμνασας. Plato Phædr. p. 241, A : Ὑπομιμνήσκων τὰ παραχθέντα καὶ λεχθέντα.] Ὑπομνῆσαι τοὺς νόμους, Æschin., In memoriam revocare leges. [Τοὺς καιροὺς idem p. 62, 15.] Nam, uti dixi, ad servandam Græcam construct., ὑπομνῆσαι aptius redditur In memoriam revocare, redigere, reducere, in hujusmodi ll. Sunt porro et qui reddant, Ante oculos ponere; sed vicinius est quod Cic. dixit, Memoriam sibi proponere : ac tum accus. Græcus in genitivum Latinum mutandus esset. Interdum jungitur etiam duplici accus., rei sc. et personæ. Thuc. [7, 64] : Τοὺς δὲ Ἀθηναίους πάλιν αὖ καὶ τάδε ὑπομιμνήσκω. [Plato Critia p. 107, E : Ταῦτα βουλόμενος ὑμᾶς ὑπομνῆσαι.] Sic Dem. p. 146, [348, 25] : Τοῦ χάριν δὲ ταῦθ' ὑπέμνησα νῦν ὑμᾶς; Sic utitur et Xenoph. [Cyrop. 3, 3,

37.] Sed videndum est quibus in ll. ὑπομιμνήσκω σε τοῦτο reddatur aptius Admoneo te hujus rei, Commonefacio, quam Revoco tibi in memoriam. Cum participio etiam invenitur : ap. Isocr. autem præcedente etiam ὡς, Ad Dem. [p. 6, D] : Καὶ σεαυτὸν ὡς ἄνθρωπος ὢν ὑπομιμνήσκῃς. || Ὑπομνῆσαι, In judicium vocare, Bud. ex Pand. et ex Authent. Alicubi vero redditur etiam Ante oculos pono. [Interrogo, Sciscitor. Constant. De cerim. p. 6, 1 : Ὑπομιμνήσκουσι τοὺς δεσπότας περὶ τῆς ἑορτῆς· et sic sæpe apud scriptores Byzant. : v. Reisk. vol. 2, p. 25.] || Ὑπομιμνήσκομαι, Commonefio, In memoriam mihi revocatur, etiam Reminiscor, Recordor. [Æsch. Pers. 329 : Τοιῶνδε ... νῦν ὑπεμνήσθην πέρι. Plato Lach. p. 188, A : Οὐδὲν οἶμαι κακὸν εἶναι τὸ ὑπομιμνήσκεσθαι ὅ τι ... Phil. p. 47, E : Ἢ δεόμεθα ὑπομιμνήσκεσθαι τὸ ... Xenoph. Cyrop. 6, 1, 24 : Ὅπως ἐν ταῖς ἀγωγαῖς ὑπομιμνήσκοιντο τὰς τάξεις.] Alex. Aphr. : Φύσις ὑπομιμνησκομένη τοῦ ἀνιαροῦ. [Eunap. p. 48=473 : Τοῦ γένους ... ὑπομιμνήσκεσθαι. Boiss. Lucian. Catapl. c. 4 : Ὑπεμνήσθην τῶν κατὰ τὴν ὁδόν.]

Ὑπομισέω, Aliquatenus odi, Leviter odi, Bud. [nullo allato exemplo.]

Ὑπόμισθος, ὁ, ἡ, Conductus mercede. Lucian. [Tim. c. 6] : Ἐργάζομαι τὴν γῆν, ὑπόμισθος ὀβολῶν τεσσάρων, i. e., τέσσαρας ὀβολοὺς μισθὸν λαμβάνων. [De eo qui tributum aliquod pendit, Lucian. Pseudol. 27, ubi de oraculorum interpretibus dicit, Καὶ τοῦτο αὐτῶν τὸ ἔργον ὑπόμισθον ἦν· ἐτέλουν γὰρ οἱ ἐξηγηταὶ τῷ Ἀλεξάνδρῳ τάλαντον Ἀττικὸν ἑκάτερος. Brunck.]

Ὑπομνάομαι, ap. Hom. [Od. X, 38] exp. Clam ambio nuptias, s. affecto, sicut et brevium scholl. auctor exp. λεληθότως μνηστεύομαι. At Eustath. [p. 1918, 48] ὑπούλως καὶ ψευδῶς καὶ οὐ κατὰ νόμον μνηστεύομαι. Sed idem ille enarrator quem brevium scholl. auctorem voco, exp. etiam ὑποφθείρω. Apud Aristot. tamen in ὑπομνηστεύομαι, quod eadem forma dicitur, vacat præpos.

[Ὑπόμνεια, ἡ, Memoria. Tit. Athyr. ap. Bœckh. vol. 2, p. 69, n. 2032, 3, ὑπομνείας χάριν. Hase.]

Ὑπόμνημα, τὸ, Quod rei alicujus recordari s. reminisci facit, et q. d. Reminiscimentum, ut supra in aliis quibusdam synonymis dixi; Monumentum. [Xenoph. Anab. 1, 6, 3 : Ἐνῆν ἐν τῇ ἐπιστολῇ τῆς πρόσθεν φιλίας ὑπομνήματα.] Isocrates [p. 22, A, et similiter Demosth. p. 247, 22; 1377, 8] : Τῆς ἀρετῆς ὑπόμνημα καταλιπεῖν. [Id. p. 73, C : Ἵν' ὑπ. τοῖς ἐπιγιγνομένοις ᾖ τῆς ... ἀσεβείας. Demosth. p. 690, 20 : Ὑπομνήματα πολλῶν καὶ καλῶν ἔργων· 121, 25 : Ἵν' ὑμεῖς ἔχητε ὑπομνήματα καὶ παραδείγματα.] Et in malam partem, Ἀδικίας ὑπομνήματα, in Epist. Philippi, ap. Demosth. [Id. p. 1412, 8 : Τῆς ἑαυτῶν ἀγνωσίας ὑπομνήματα ἔχουσι· 1489, 18 : Ὑπ. τῶν ἑαυτοῦ κακῶν.] Apud Thuc. autem 2, [c. 42] : Ὧν καὶ πολλάκις ἔξετε ὑπομνήματα ἐν ἄλλων εὐτυχίαις, quidam interpr. etiam Recordationem. In VV. LL. ex Plat. Epist. [p. 344, D] : Ὑπομνημάτων χάριν ταῦτ' ἔγραψε, In memoriæ subsidium hæc scripsit. || Quod quis sibi scribit, subsidio futurum memoriæ; Scriptum quo res aliqua in memoriam revocatur. [De libris trapezitarum Demosth. p. 1186, 7 : Οἱ τραπεζῖται εἰώθασιν ὑπομνήματα γράφεσθαι ὧν τε διδόασι χρημάτων καὶ εἰς ὅ τι καὶ ὧν ἄν τις τιθῆται, ἵν' ᾖ αὐτοῖς γνώριμα τά τε ληφθέντα καὶ τὰ τεθέντα πρὸς τοὺς λογισμούς. Conf. ib. 1186, 25; 1193, 2, ubi ὑπόμνημα γράψασθαι.] Denique tale scriptum, quale id quod Latini proprie Commentarium vocant, i. e. Scriptum in quo capita tantum et summas rerum attingimus, utpote memoriæ solum gratia, non ad plenam rerum narrationem. Peculiariter ὑπομνήματα vocari scribit Bud. Quæ unusquisque studiosorum ex auctorum lectione sibi conficit. Et paulo post, ὑπομνήματα esse dicit Quæ ex tempore et sine cura scripta sunt, eoque differre ἀπὸ τῶν συνταγμάτων. Redditur certe ὑπομνήματα plurali itidem nomine Commentarii; nam et de Cæsaris Commentariis ex Plut. affertur. Ac certe non semper videtur dici hoc nomen de iis quæ ex tempore et sine cura scripta sunt, ut tamen vult Bud., sed generaliter etiam usurpari pro συγγράμματα, ut quum dicit Athen. : Ἐξαναγνοὺς αὐτοῦ πάντα τὰ ὑπομνήματα. [Longin. 44, 12 : Τὰ πάθη, περὶ ὧν ἐν ἰδίῳ προηγουμένως ὑπεσχόμεθα γράφειν ὑπ. Ib. 36, 12, fragm. 6, 3.] Sed et de Scholiis, quibus etiam tribuitur commentariorum appellatio, dictum invenitur ὑπομνήματα, idque ap. recentiores præsertim. [De Hypomnematis Græcis disseruit Ern. Kœpkius in commentatione Berolini edita a. 1842. Cujus disputationis summa hæc est : « Ὑπομνήματα scriptoribus bonæ notæ cum monumenta erant ipsa tum omnia, quæ alicujus rei memoriam afferrent et recolerent. Inprimis igitur libros ad memoriæ studium confectos et historicos et philosophicos et alios Græci ὑπομνήματα vocabant. Atque etiam Romanis *monumenta* hoc sensu valebant (Cicer. De or. 2, 12; Liv. 7, 3; Tacit. Hist. 2, 101), quamvis alibi Græcam vocem interpretentur *commentarios*. Ut vero et libri ὑπομνήματα vocarentur ideo factum est quod reminiscentiæ et recordationis caussa conscripti sunt (ὑπομνημάτων χάριν αὐτὰ ἔγραψεν Pseudo-Plato Epist. p. 344, D). Hanc significationem scriptores inferioris ætatis non semper tuebantur : nam omnia philosophica et historica scripta et ab Juliano in Cæsar. c. 20, et a Diogene L. in enumerandis philosophorum opusculis ὑπομνήματα (4, 4; 47; 8, 89), alias tamen συγγράμματα vel βιβλία promiscue vocata sunt. Aliter tamen statuendum est de Diog. L. 8, 80, 81. A principio ὑπομνήματα ista composita esse ad labantem memoriam sustentandum et Antisthenes apud Diog. L. 6, 5, et Plato in Phædro p. 276, D, docent : Ὅταν γράφῃ ἑαυτῷ τε ὑπομνήματα θησαυριζόμενος εἰς τὸ λήθης γῆρας ἐὰν ἵκηται καὶ παντὶ τῷ ταυτὸν ἴχνος μετιόντι. Eodem modo Euclides Platonicus Theæt. p. 143, A : Ἐγραψάμην οἴκαδ' ἐλθὼν ὑπομνήματα.... Est autem genus commentariorum duplex. Alteri generi illos adnumero commentarios qui sicut commentarii Cæsaris eam ob caussam conscripti sunt ut earum rerum, quibus auctor ipse interfuit gerendis, memoria conservaretur et instauraretur; nam talium commentariorum scriptores *voluerunt alios habere parata unde sumerent qui vellent scribere historiam* (Cic. Brut. c. 75, Ad Attic. 2, 1). Alterum commentariorum genus complectitur eos libros qui ex aliorum scriptis derivati sunt. Horum commentariorum prorsus duo genera distinguenda sunt, quorum alterum illud dixerim cujus auctores interpretes agunt vel censores scriptorum (cujusmodi sunt commentarii grammaticorum in Homerum, poetas scenicos, oratores), alterum cujus auctores excerptores nominaverim, cujusmodi sunt plurimorum scriptorum ὑπομνήματα ἱστορικὰ, vel τακτικὰ, vel συμποτικὰ etc. » Quæ deinceps enumerata ab Kœpkio vide apud ipsum. De commentariis historicis frequenter legitur ap. Polybium, Plutarchum, Dionem Cassium aliosque recentiores. Interdum Annales significat, velut ὑπ. βασιλικὰ ap. Diodor. 3, 38, quos *commentarios regios* appellat Livius 33, 11. Philippi Macedonis Μακεδονικὰ τῆς βασιλικῆς οἰκίας ὑπομνήματα ap. Lucian. Dem. enc. c. 26, quæ Valck. indicavit. Diodor. 1, 4 : Τὰς πράξεις ἀκριβῶς ἀνελάβομεν ἐκ τῶν παρ' ἐκείνοις (Siculis) ὑπομνημάτων ἐκ πολλῶν χρόνων τετηρημένων. Scholiastarum commentarii aut ὑπόμνημα appellantur ubi de una aliqua scholiorum collectione agitur, aut ὑπομνήματα, ubi de pluribus : v. quæ dixi ad schol. Aristoph. vol. 3, p. 389 sq. Ἕνια τῶν σχολικῶν ὑπομνημάτων dixit schol. Aristoph. Av. 1242.] || Ὑπομνήματα, quæ Lat. Acta, inquit Bud., qui tamen affert hunc Appiani l., ubi non sine adjectione ponitur, B. C. 3, [5] : Ὑπομνήματα τῶν Καίσαρι βεβουλευμένων καὶ πεπραγμένων. [De actis publicis Plut. V. Sol. c. 12 : Ἐν τοῖς Δελφῶν ὑπ. Mor. p. 867, A : Ἐκ τῶν κατ' ἄρχοντας ὑπ. ἱστόρησε. Dio Cass. 78, 22 : Τὰ τῆς βουλῆς ὑπ. διὰ χειρὸς ἔχων. Ὁ ἐπὶ ὑπομνημάτων Joseph. A. J. 7, 5, 4.] Idem alibi scribit ὑπομνήματα in Pand. vocari Acta, i. e. Scripturam actuarii.

Ὑπομνηματίζω, Commentariis scriptis interpretor. [Steph. Byz. s. v. Δωδώνη : Φιλόξενος ὁ τὴν Ὀδύσσειαν ὑπομνηματίζων· et ib. Ἐπαφρόδιτος ὑπομνηματίζων τὸ β' Αἰτίων· s. v. Ἐρυθραί : Ναυκράτης ὁ τὸν Ὅμηρον ὑπομνηματίσας· et alibi. Schol. Hermog. vol. 7, p. 41, 7; 592, 20. Etym. M. p. 273, 41. Passiv. Esdr. 3, 6, 22 : Ἐν ᾧ ὑπεμνηματίστο τάδε, In quo hæc commen-

tariis scripta s. literis consignata erant. Frequentior formæ mediæ usus est. De commentariis historicis Polyb. 5, 33, 5 : Οἱ τὰ κατὰ καιροὺς ἐν ταῖς χρονογραφίαις ὑπομνηματιζόμενοι. De rhetoricis Longin. 1, 2 : Ἐπεὶ ἐνεκελεύσω ἡμᾶς τι περὶ ὕψους εἰς σὴν ὑπομνηματίσασθαι χάριν. De philosophicis Plut. Mor. p. 120, D : Τὰ ἐν τῷ περὶ ψυχῆς διαλόγῳ ῥηθέντα κατ' ἰδίαν ὑπομνηματισάμενός σοι παρέξομαι. Stob. Ecl. vol. 2, p. 212 : Τὸν προθύμως ἀκούοντα καὶ ὑπομνηματιζόμενον τὰ λεγόμενα ὑπὸ τῶν φιλοσόφων. Sext. Emp. p. 367 : Περὶ ὧν ἐν τοῖς Πυρρωνείοις ὑπομνηματιζόμενοι διεξήειμεν. Sæpissime de commentariis scholiastarum, præsertim in aor. ὁ ὑπομνηματισάμενος vel οἱ ὑπομνηματισάμενοι, ut ap. Apoll. De synt. p. 158, 4, scholl. Hom. Il. Π, 21, Æschyli Pers. 1, Sophoclis OEd. Col. 388, 390, 681. Eustath. Opusc. p. 61, 47.]

Ὑπομνηματικός, ἡ, όν : ut ὑπ. συγγράμματα, Scripta ad memoriæ tantum subsidium : ὑπομνηματικὰ, inquit Ammon. in Prædicamenta Aristot., ἐκεῖνα καλοῦσιν, ὅσα πρὸς οἰκείαν ἀπεσημειοῦντο ὑπόμνησιν. His ap. Eund. opp. τὰ συνταγματικὰ, de quibus et Bud. p. 179. [Diog. L. 4, 5 : Ἀριστίππου ὑπομνηματικοὶ διάλογοι, i. e. ὑπομνήματα in dialogorum formam redacta. Eustath. Opusc. p. 61, 54 : Ὑπ. ἐξήγησιν. || Adverb. Ὑπομνηματικῶς, In modum commentarii. Galen. vol. 12, p. 380 : Ὑπ., οὐ συγγραφικῶς ἐν τῷ β' τῶν ἐπιδημιῶν ὑπ' αὐτοῦ λέλεκται. Pappus Alex. in Bredov. Epist. Par. p. 190 : Ὑπομνηματικώτερον συνταχθείη ἂν τὸ αὐτὸ πρόβλημα οὕτως. Similiter ὑπομνηστικώτερον dicitur, de quo v. s. Ὑπομνηστικός.]

[Ὑπομνημάτιον, τὸ, Commentariolus. Schol. Ven. Hom. Il. Σ, 616. « Pallad. V. Chrys. p. 23. » Boiss. Id. ib. p. 74, 4 : Πράξαντες ὑπ. ἀράχνης ἀσθενέστερα. M. Anton. Ad seips. 3, 14 : Οὔτε γὰρ τὰ ὑπ. σου μέλλεις ἀναγινώσκειν. Hase.]

[Ὑπομνημάτισις, εως, ἡ, i. q. seq. Niceph. Blemm. Logica p. 3, 2. Boiss.]

[Ὑπομνημάτισμα, τὸ, vitiose pro Ὑπομνηματισμὸς, quod vide.]

Ὑπομνηματισμὸς, ὁ, [Scriptum quodcunque memoriæ caussa consignatum. Polyb. 24, 2, 4 : Ἤρετο εἴ τινα περὶ τούτων ὑπ. ἔχουσι παρὰ τοῦ βασιλέως, ubi mox eodem sensu βιβλίδιόν τι οὐ μέγα. 26, 7, 5 : Τῶν ὑπ. ἀναληφθέντων ὧν οἱ δέκα πρέσβεις ἐποιήσαντο κατὰ τὴν Ἀσίαν.] Interpretatio quæ fit commentariis scriptis. [Eustath. p. 746 : Ὁ κωμικὸς καὶ ὁ κατ' αὐτὸν ὑπ.] Sed ὑπομνηματισμοὶ pro Commentariis etiam, quales sunt Cæsariani : ut ex Polyb. [2, 40, 4] Bud. docet ibid. [De commentariis historicis Dionys. A. R. 1, 7 : Βέλτιον ἀφ' ὧν ὡρμήθην λόγων τε καὶ ὑπ. διελθεῖν. Esdr. 4, 15 : Ἐν βιβλίῳ ὑπομνηματισμῶν (ubi alii vitiose ὑπομνηματισμάτων). Maccab. 2, 2, 13 : Ἐν τοῖς ὑπ. ἐξηγοῦντο· et 2, 4, 13. Cyrillus Lex. : Ὑπομνηματισμούς· γραφὰς ἔμπροσθεν εἰρημένας περὶ τινῶν πράξεων.] Qui alibi annotat Dionys. H. appellare ὑπομνηματισμοὺς Ea quæ de antiquis rhetoribus scripsit. [Ὑπομνηματισμοὶ, Excerpta, Compendium doctrinæ, Stob. Eclog. p. 166, A; 184, D; 180, 2. Valck. Id. vol. 2, p. 90 ed. Heer. : Περὶ τῶν ἠθικῶν ἑξῆς ποιήσομαι τὸν ὑπ.] Apud Cic. autem Ep. ad Fam. 3, 1, legimus : Quamobrem peto a te ut scribas ad tuos, posse tua voluntate decretum illud Areopagitarum, quem ὑπομνηματισμὸν illi vocant, tolli.

Ὑπομνηματιστὴς, ὁ, Qui commentariis scriptis interpretatur, Interpres, Enarrator. [Οἱ ὑπ. Steph. Byz. s. v. Ἄβιοι, scholl. Soph. Ant. 45, Aristoph. Lys. 486.] Vulgo autem et Commentator. Bud. ex Eust. [p. 1381, 19. Id. Opusc. p. 61, 4 : Οἱ τῆς ῥητορικῆς τέχνης ὑπ. G. D. Id. Odyss. p. 1397, τοὺς Πλάτωνος ὑπ. Petr. Sic. Hist. Manich. p. 22, 9 Gieseler., ἐξηγηταὶ καὶ ὑπ. Hase.] In VV. LL. exp. etiam Commentariensis. [Tatianus Orat. c. Græc. c. 38 : Φόνου ὑποκριτὴν, μοιχείας ὑπομνηματιστήν.] Ab Hesych. ὁ ὑπόμνημα λέγων.

[Ὑπομνηματογραφέομαι, Memoriæ caussa perscribo. Theano Epist. p. 748 ed. Gal. (p. 59 Or.) : Μαστίζουσι τὰ τῶν θεραπαινῶν σώματα ... οἷον ὑπομνηματογραφούμεναι τὴν ὑπερβολὴν τῆς πικρίας. Forma activa ap. Maximum Conf. vol. 1, p. 118, C.]

Ὑπομνηματογράφος, ὁ, Commentariorum scriptor, Scriptor eorum operum quæ ὑπομνήματα vocantur, Julian. Imper. Porphyrio [p. 411, C] : Πολλὴ ἦν πάνυ καὶ μεγάλη βιβλιοθήκη Γεωργίου παντοδαπῶν μὲν φιλοσόφων, πολλῶν δ' ὑπ. [Stob. Ecl. vol. 1, p. 950 : Ἑρμοῦ τοῦ πάντων ὑπ.] In VV. LL. Qui est a commentariis. Sed et Magistratus quidam Alexandriæ hoc nomine vocatus fuit a Strab. [Ὑπ., Commentariorum scriba, Commentariensis. Fuit magistratus Ægyptius : v. Strab. 17, p. 797, ibique Casaub., qui ad Sueton. Aug. c. 79 ostendit Latine etiam dici *a memoria*. Commemorantur hypomnematographi in Cod. l. 10 tit. 31, l. 59, ubi de Alexandrinis agi videtur. (De iisdem in Ægypto, sub Ptolemeis, cogitavit Bernard. Peyron *Pap. greci del mus. Brit.* p. 31, 2, 124 : Καὶ ἐκομισάμην τὸ πρόσταγμα Πτολεμαίῳ τῷ ὑπ.· ubi papyrus, του υπομνηματοφος (sic). Hase.) Unde idem nomen venit in versionem Alex., ut Paral. 1, 18, 15, Jes. 36, 3, ubi Hieronymus Oper. vol. 5, p. 121, Latine reddit *a commentariis*. Conf. Budæi Annotatt. reliq. in Pandectas p. 339, B, et Salmas. ad Spartiani Adrian. 11, p. 107, qui interpretatur *optionem* (v. Digest. l. 48 tit. 20, l. 6, ubi *commentariensis* synonymum est), h. e. carceris præpositum. Eodem modo Scaliger ad Manil. 5, 538. Sturz. De dial. Maced. p. 82. Exx. scriptorum Byz. v. ap. Ducang.]

[Ὑπομνημόνευμα, τὸ, ap. Eustath. p. 924, 7 : Ξενοφῶν ἐν τοῖς κατ' αὐτὸν ὑπομνημονεύμασιν, vitiose pro ἀπομνημονεύμασιν. Notæ non melioris est verbum Ὑπομνημονεύω, quod librarii passim intulerunt pro ἀπομνημονεύω, ut ap. Galen. vol. 9, p. 423, Joseph. A. J. 15, 10, 5, ubi recte ἀπομν— in aliquot libris. G. Dind.]

[Ὑπομνημύω. V. Ὑπημύω.]

Ὑπόμνησις, εως, ἡ, Revocatio in memoriam, ipsa Actio revocandi in memoriam s. suggerendi : unde et Suggestio a quibusdam redditur, Commonefactio, Admonitio, [Recordatio. Plato Phædr. p. 275, A : Οὔκουν μνήμης, ἀλλ' ὑπομνήσεως φάρμακον εὗρες· Leg. 5, p. 732, D : Ταῖς ὑπομνήσεσι πάντων τῶν τοιούτων. Xenoph. Cyrop. 3, 3, 38 : Ὁ τὴν τούτων ὑπ. ἔχων. Plut. V. Artox. c. 22 : Ὀνειδισμὸς μᾶλλον ἢ χάριτος ὑπ.] Apud Thuc. [1, 72 : Ὑπόμνησιν ποιήσασθαι τοῖς πρεσβυτέροις ὧν ἤδεσαν· et 2, 88] cum verbo ποιήσασθαι, sequente gen. redditur per ipsum verbum Commonefacere : ap. Galen. autem In memoriam redigere. Sed et pro Mentionem facere, Thuc. [3, 54 : Τῶν εὖ δεδραμένων ὑπ. ποιησόμεθα. Eur. Or. 1032 : Ἐς δάκρυα πορθμεύουσ' ὑπόμνησιν κακῶν. Polyb. 1, 1, 2 : Ἐναργεστάτην διδάσκαλον ... τὴν τῶν ἀλλοτρίων περιπετειῶν ὑπ. 3, 31, 6 : Τῆς τῶν προγεγονότων περὶ ἑκάστους ὑπ. Sext. Emp. p. 95 : Ἐξῆς δὲ καὶ τὰς ὑπ. τοῦ εἶναί τι σημεῖον ἐκθησόμεθα· 520 : Βραχείας τινὸς καὶ προχείρου ὑπ. Sequente infin. Aret. p. 73, 5 : Ὡς μὴ κροκυδίζειν ὑπ. ἴοι, Ne in mentem veniat. Idem p. 121, 6 : Φυγὴ ἐπιπόνου πάθεος καὶ κινδυνώδεος ἐφ' ἑκάστης ὑπομνήσιος, i. e. In quaque accessione. Non minus singulare quod p. 78, 30 legitur : Ἀθρόον δὲ μὴ ἀσιτέειν· ὑπομνήσιός τε γὰρ ἠδ' ἀλέης τῷ στομάχῳ χρέος ἀνὰ πᾶσαν τὴν ἡμέρην, i. e. Stomachus refectione et calore opus habet. Ὑπόμνησις quomodo ab ἀνάμνησις differat docet Ammon. p. 16 : Ἀν. γάρ ἐστιν ὅταν τις ἔλθῃ εἰς μνήμην τῶν παρελθόντων, ὑπ. δὲ, ὅταν ὑφ' ἑτέρου εἰς τοῦτο προαχθῇ. || Ἐπαφρόδιτος ἐν ὑπομνήσει Ἡσιόδου citatur in Etym. Ms. ap. Ruhnk. Epist. cr. p. 104, vitiose pro ὑπομνήματι.]

[Ὑπομνήσκω, i. q. ὑπομιμνήσκω. Orph. Hymn. 76, 6 : Μνημοσύνη ... φιλάγρυπνος ὑπομνήσκουσά τε πάντα.]

[Ὑπομνηστέον, Admonendum est. Euseb. ap. Clem. Alex.; Aristot. Rhet. ad Alex. Wakef. Sext. Emp. p 147 : Ὑπ. αὐτὸν τῆς ... διαφωνίας. G. D. || Memorandum. Jo. Philop. De creat. mundi p. 162, 21 : Ὑπ. δὲ κἀκεῖνο καλῶς εἰρημένον. Hase.]

Ὑπομνηστεύω et Ὑπομνηστεύομαι, sicut Προμνηστεύω supra ex Προμνῶμαι, Despondeo. Aristot. Polit. 5, [4] : Ὑπομνηστευσάμενος γάρ τις θυγατέρα, ὡς ἐζημίωσεν αὐτὸν ὁ τοῦ ὑπομνηστευθέντος πατὴρ, γενόμενος τῶν ἀρχόντων ἄτερος, συμπαρέλαβε τοὺς ἐκτὸς τῆς πολιτείας, ὡς ἐπηρεασθείς. Ubi animadverte, ut ὑπομνηστευσάμενος dicitur active Qui despondit, sic ὑπομνηστευθεὶς passive Sponsus.

Ὑπομνηστικὸν, τὸ, Commentarius, et q. d. Memoriale, Bud. ex Basil. p. 554. [Commonitorium, Commentarium, Gl. Epiphan. vol. 2, p. 158 : Εἴ τις θέλει ... τούτῳ τῷ ὑπ. (libro de ponderibus et mensuris) ἐντυγχάνειν. Theodoret. vol. 4, p. 1134 : Ὑπ. τῇ βασιλικῇ γεγραμμένον χειρί. Ex Palladii V. Chrys. p. 31, Actis Conciliorum et scriptoribus Byzantinis citat Ducang. « Suggestio. Georg. Alex. Vita Chrys. p. 244, 13. Vita Mariæ Antioch. Actt. SS. Maii t. 7, p. 56, E. Cyrill. Hieros. Catech. p. viij, D. Zachariæ Hist. juris græcorom. p. 120, 10 : Κατεστρώθη ὑπ. ... πρὸς τὸν βασιλέα. » Hase. Joann. Malal. p. 477, 5 : Ἐξῆλθε Ῥουφῖνος μετὰ θείων ὑπομνηστικῶν, Cum imperatoriis mandatis. Chron. Pasch. p. 399, D; 401, A; 402, A.]

[Ὑπομνηστικὸς, ἡ, ὸν, Commonitorius. Sext. Emp. p. 495 : Τοῦ ὑπ. σημείου· 89 : Τῶν σημείων τὰ μέν ἐστιν ὑπ., τὰ δὲ ἐνδεικτικά· et alibi. Clem. Al. p. 736 : Γραφὴ ὑπ. « Cyrillus Catech. 6, p. 57, C. » Boiss. ‖ Adverb. Ὑπομνηστικῶς, Galen. De opt. secta c. 11, Sext. Emp. p. 513. Compar. ib. p. 309 : Ἀκριβέστερον δείκνυται ἐν τοῖς Σκεπτικοῖς ὑπομνήμασιν, ὑπομνηστικώτερον δὲ καὶ νῦν παρασταθήσεται, i. e. Brevius revocando in memoriam.]

[Ὑπομνήστρια, ἡ. Lex. rhet. Bekk. An. p. 312, 11 : Ὑπομνήστριαι τίνες εἰσίν; αἱ ὑμνοῦσαι τὴν θεὸν ἱέρειαι.]

[Ὑπόμνῡμι, Jurejurando addito affirmo. Soph. fragm. 313 : Ἦ φῆς ὑπομνὺς ἀνθυπουργῆσαι χάριν; Med. Demosth. p. 1006, 3 : Ἐξ ἀρχῆς ἠντιδίκει καὶ ὑπώμνυτο ὡς ὢν Βοιωτός. Longe frequentius ὑπόμνυσθαι alia signif. dicitur, de qua HSt.:] Ὑπόμνυμι, vel potius passiva voce [immo media, quæ sola hoc sensu usitata est] Ὑπόμνυμαι, Prorogo rem cum jurejurando, Dilationem peto : quibus modis exp. Bud., sed malo, Excusans me cum jurejurando, dilationem peto, vel, ut res prorogetur s. comperendinetur postulo. [Grammaticorum explicationes v. s. v. Ὑπωμοσία. Xenoph. Hell. 1, 7, 34 : Ὑπομοσαμένου Μενεκλέους.] Demosth. [p. 1151, 2] : Οὐ παραγραφομένου ἐμοῦ, οὐδ' ὑπομνυμένου. [Id. p. 1174, 6 : Ὑπωμοσάμεθα Ὀλυμπιόδωρον ἀπεῖναι δημοσίᾳ στρατευόμενον· 1336, 10 : Ὑπωμόσατό τις τὸν Δημοσθένην ὡς νοσοῦντα. Pseudo-Plut. Mor. p. 848, C : Ὑπωμόσατο Διώνδας. Aristoph. Pl. 725 : Ἵν' ἐπομνύμενον παύσω σε τῆς ἐκκλησίας, ubi ὑπομνύμενον corrigitur. Ὑπομόσασθαι τὸ γραφὲν Pollux 8, 44; ὑπ. ἀποδημίαν, νόσον ib. 60. Passiv. Hyperid. ap. schol. Aristoph. l. c.: Ἐμοὶ συμβάσης ἀρρωστίας καὶ ὑπομοσθείσης ταύτης τῆς γραφῆς ἀνεβλήθη ὁ ἀγών. Sine litera σ, inter quas formas etiam in verbo simplici aliisque compositis variatur, Demosth. p. 1174, 8 : Ὑπομοθέντος δὲ τούτου.]

[Ὑπομονὴ, ἡ, Remansio. Dionys. A. R. 1, 44 : Πελοποννησίων ὑπομονῆς ἐν Ἰταλίᾳ.] Ὑπομένη in VV. LL. pro Sustentatio, ὑπομονὴ, sine dubio mendosum est. Ὑπομονὴ, Sustentatio : qua sc. impetus et incursus alicujus rei sustinetur. [Per καρτερία exp. Hesych.] Aristot. Rhet. 3, [c. 9] periodi ἀνακειμένης [ἀντικ.] exemplum afferens : Ἀμφοτέρους δ' ὤνησαν, καὶ τοὺς ὑπομείναντας καὶ τοὺς ἀκολουθήσαντας· τοῖς μὲν γὰρ πλείω τῆς οἴκοι προσεκτήσαντο, τοῖς δὲ ἱκανὴν τὴν οἴκοι κατέλιπον· subjungit, ἐναντία, ὑπομονὴ, ἀκολούθησις· ἱκανὸν, πλεῖον. Item Tolerantia, Patientia : qua aliquis plagas aut injuriam patitur, non propulsans et ulciscens inimicum. Aristot. Rhet. 2, [c. 6] : Ἀπὸ ἀνανδρίας γὰρ ἡ δειλίας ἡ ὑπομονὴ καὶ τὸ μὴ ἀμύνεσθαι. [Defin. Plat. p. 412, C : Ὑπ. λύπης. Ὑπ. πολέμου Polyb. 4, 51, 1. Ἡ τῆς μαχαίρας ὑπομονὴ τῶν πληγῶν 15, 15, 3, de gladio qui ictibus non frangitur. Ὑπ. θανάτου Plut. V. Pelop. 1. Αἰσχρῶν λόγων καὶ πράξεων ὑπ., Sustinere turpia dicere et facere, Theophr. Char. c. 6.] In N. autem T. ὑπομονὴ non simpliciter sonat Patientiam qua toleramus mala, sed Patientem expectationem, quum spe præmii duramus in malis, et nos rebus melioribus servamus, Erasm. Alicubi redditur etiam Perseverantia. [Sic ap. Plut. V. Crassi c. 3, et alibi. De plantis quæ perdurant, Theophr. C. Pl. 5, 16, 3 : Τῆς ὑπ. αἴτιον ἡ ὑγρότης καὶ ἡ φύσει μανότης. G. D. ‖ Ὑπομονὴ nomen proprium monasticum erat imperatricis Irenes vel Helenæ Palæologinæ ap. Frantz. 3, c. 1, p. 47 Alter.; in lemmate orationis funebris in eam scriptæ ab Gemisto Plethone. Boiss.]

[Ὑπομονητέον vitiose pro ὑπομενητέον vel ὑπομενετέον, quod v.]

Ὑπομονητικὸς, et [vitiose] Ὑπομονικὸς, Patiens, VV. LL. Prius citatur ex Can. Conc. 20 Sardicensis. [Hippocr. p. 22, 3; Aristot. De virt. et vit. c. 5. Galen. vol. 5, p. 149. Olympiod. In Plat. Alcib. vol. 2, p. 188, scholiastæ Aristoph. Ach. 963, Pac. 240, Euripidis Hec. 775, aliique recentiores non raro. Conf. quæ s. v. Ὑπομενετικὸς dicta sunt. ‖ Adverb. Ὑπομονητικῶς apud Suid. s. vv. Ἀνθρωπίνως, Ἀντέχει et Ὑποστατικῶς. G. D. Jo. Climac. p. 13, 9, ὑπ. καθέζεσθαι. Macar. Homil. p. 85, 31 : Ἀνδρείως καὶ ὑπ. φέρει τὸν προσφερόμενον πόνον. Hase.]

[Ὑπομονητὸς, ἡ, ὸν, Ferendus. Herodian. Epimer. p. 141 : Οἰστὸν τὸ ὑπ. Hesych. : Τᾶς οὐ τλατᾶς, τᾶς οὐχ ὑπομονητᾶς. Schol. rec. Æsch. Prom. 1062 : Τλητὸν καὶ ὑπ. Ἀνασχετὸς per ὑπ. exp. glossator Aristoph. Pl. 419, 899. Apud Joseph. A. J. 17, 6, 5, libri alii ἰσχὺν οὐχ ὑπομονητὴν, alii iique, ut videtur, meliores ὑπομενητήν. Antiquiores scriptores non dubitandum videtur quin ὑπομενετός et ὑπομενετικός potius dixerint quum ὑπομονητικός et ὑπομονητός. G. Dind.]

[Ὑπομονικὸς vitiose pro ὑπομονητικὸς, quod v.]

[Ὑπομορφάζω ap. Philon. vol. 1, p. 604, 13, vitiose pro ἐπιμορφάζω, quod restituit Mangeius.]

[Ὑπομοσία vitiose pro ὑπωμοσία, quod v.]

Ὑπομοσχεύω, metaphorice pro Clanculum et latenter propago, Clanculum novellos surculos sero, Clam veluti per plantaria propago. Eunap. ap. Suid. [s. v. Μοσχεύω] : Οὗτοι μὲν ᾧδε μένοντες ὑπεμόσχευον τὸν πόλεμον, ubi ipse exp. ὑπεφύτευον, ὑπέτρεφον.

Ὑπομόχθηρος, ὁ, ἡ, Subimprobus. Item Subineptus, etc., sequendo signif. τοῦ μοχθηρός. [Comicus ap. Lucian. Jov. trag. c. 38 : Τουτὶ μὲν ὑπ., ἄλλο μοι λέγε. Quod schol. exp. ἀνόητον. Eustath. Opusc. p. 73, 33 : Ἄγαλμα ὑπ. καὶ κίβδηλον. Const. Manass. 1939 : Γνώμην ὑπ. De vocabulo deterioris notæ Pollux 2, 109 : Ὑπ. ὁ ἀθυρόγλωσσος παρ' Εὐριπίδῃ.]

[Ὑπομόχθως in edd. vet. Appiani Civ. 4, 79, vitiose pro ἐπιμόχθως, quod restitutum ex cod.]

[Ὑπομοχλεύω, Vectis instar sum. Hippocr. p. 865, B : Στυλίσκος, ὃς ἐὼν ὑποχάλαρος ὑπομοχλεύσει.]

Ὑπομόχλιον, τὸ, Quod vecti subjicitur, Cui vectis innititur, Lat. Pressio. Vitruv. 10, 8 : Quemadmodum etiam ferreus vectis, quum est admotus ad onus quod manuum multitudo non potest movere, supposita uti centro cito porrecta pressione, quod Græci ὑπομόχλιον appellant, et vectis lingua sub onus subdita, caput ejus, unius hominis viribus pressum, id onus extollit. Utitur hoc vocab. Aristot. Mechan. Quæst. 4, ubi quærit Διὰ τί κινοῦσι μεγάλα βάρη μικραὶ δυνάμεις τῷ μοχλῷ. [Id. Probl. 4, 24 : Ὑπομόχλιον οἱ ὄρχεις γίνονται. Schneid. Philo Belop. in Mathem. vett. p. 59, 21 : Καὶ τοῖς μοχλοῖς ῥᾷον κινοῦσι τὰ βάρη, ὅταν εἰς ἐγγύτατα τοῦ βάρους τὸ ὑπ. θῶσιν. Hase.]

Ὑπομῡθέομαι, Prædico : unde ὑπομυθεῖσθαι, Apoll. Arg. 2, [460] pro προειπεῖν, schol., annotans ibi accipiendam præp. ὑπὸ pro πρὸ, ut et ὑπειπὼν pro προειπών.

[Ὑπομῡκάομαι, Submugio. Æsch. fragm. 55 (ap. Strab. 10, p. 470) : Ταυρόφθογγοι δ' ὑπομυκῶνται ποθὲν ἐξ ἀφανοῦς φοβεροὶ μῖμοι.]

[Ὑπομυκτηρίζω, Subsanno. Nicol. com. ap. Stob. Flor. 14, 7.]

[Ὑπόμυξος, ὁ, ἡ, Muco redundans. Hippocr. p. 785, E; 817. Rufus p. 36 ed. Matth. G. D. Galen. vol. 2, p. 905, 5; vol. 4, p. 233, 17. Hase.]

[Ὑπέμυξα. Diphil. ap. Athen. 7, p. 292, B : Ἀλλ' ἕτερος εἰσπέπλευκεν ἐκ Βυζαντίου ... ἐπὶ τοῦτον ὑπέμυξ' εὐθὺς ἐκβεβηκότα, τὴν δεξιὰν ἀνέβαλον, etc. Lectio corrupta.]

[Ὑπομυξώδης, ὁ, ἡ, i. q. ὑπόμυξος. Galen. vol. 18, part. 1, p. 363, 14 : Ὑπ. τὰς σάρκας ἐργάζεται. Hase.]

Ὑπομύσαρος, ὁ, ἡ, Qui talis est propemodum ut μυσαρὸς dici possit : cujus nominis signif. vide. Item Fœtidus, Subfœtidus, δυσώδης, καὶ ἄξιος τοῦ μυσάττεσθαι, Galen. [Lex. p. 585] ap. Hippocr. [p. 1234, D. Philo vol. 1, p. 581, 2 : Τὸ ... λέγεσθαι ὑπ. οὐχ ὡς ... ἀλλ' ὡς. Hase.]

[Ὑπομύω, Paululum conniveo. Alciphr. 3, 55, p

‖ Ac primum quidem φάρμακον dictum in bonam partem, ut quidem vulgo loquuntur grammatici, pro Medicamento (s. Medicamento salutari, quum Medicamentum de veneno quoque dictum fuerit, ut docet Nonius), ut ap. [Herodot. 4, 160 : Κάμνοντά τε καὶ φάρμακον πεπωκότα. Pind. Nem. 5, 93 : Φαρμάκων νόμον. Æsch. Prom. 249 : Τὸ ποῖον εὑρὼν τῆσδε φ. νόσου; 473 : Ὁποίοις φ. ἰάσιμιος· 606 : Τί μῆχαρ ἢ τί φ. νόσου; Ag. 848 : Φ. παιωνίων. Soph. fragm. 514 : Μεῖζον προσάπτει τῆς νόσου τὸ φ., ut in versu ap. Plutarch. Mor. p. 523, C : Τὸ φ. σου τὴν νόσον μείζω ποιεῖ. Plato Charm. p. 158, C : Πρὸ τῆς τοῦ φ. δόσεως· Rep. 3, p. 406, D : Παρὰ τοῦ ἰατροῦ φάρμακον πιών.] Xenoph. Cyrop. 8, [2, 24] : Τούς τε ἰατροὺς τοὺς ἀρίστους συνεC κομίσατο πρὸς αὑτὸν, τῷ τε λέγειν ἐθέλειν, καὶ ὁπόσα ἢ ὄργανα χρήσιμα ἔφη τις ἂν αὐτῶν γενέσθαι, ἢ φάρμακα, ἢ σῖτα, ἢ ποτὰ, οὐδὲν τούτων ὅ, τι οὐχὶ παρασκευάσας ἐθησαύριζε παρ' αὑτῷ· sed quamvis hic χρήσιμα non magis ad φάρμακα pertineat quam ad cetera illa substantiva, possit tamen videri non satis luculentum ex hoc l. testimonium posse peti. Isocr. Busir. Enc. [p. 225, D] : Τοῖς μὲν σώμασιν ἰατρικὴν ἐξεῦρον ἐπικουρίαν, οὐ διακεκινδυνευμένοις φαρμάκοις χρωμένην. Plutarch. An seni administr. resp. [p. 796, C] : Καθάπερ τὰ φάρμακα δάκνει παραχρῆμα καὶ λυπεῖ, τὸ δὲ καλὸν καὶ λυσιτελὲς ὕστερον ἀποδίδωσι· De S. N. V. [p. 562, E] : Ὥσπερ ἀμέλει καὶ φάρμακα ἐνίοις μὲν οὐχ ἁρμόζει νοσοῦσιν, ἐνίοις δὲ λυσιτελεῖ καὶ μὴ νοσοῦσιν, ἐπισφαλέστερον ἐκείνων ἔχουσιν· Pericle [c. 15] : Δημοὺς καὶ φάρμακα προσφέρων τῇ σωτηρίᾳ. Idem, Ὥσπερ διὰ μέλιτος φάρμακον λαμβάνοντες. At quum de certo quopiam medicamenti genere loquendum est, adjectivum additur, et aliud quidem καθαρτικὸν φάρμακον, aliud vero καθαιρετικὸν, aliud ὑπνωτικὸν, aliud ἴσχαιμον, alitud alio nomine vocatur. Plutarch. [Mor. p. 999, E], de Socrate : Ἐλεγκτικὸν λόγον ὥσπερ καθαρτικὸν ἔχων φάρμακον, Oratione refutatrice, tanquam purgante medicamento, utens. Id. [p. 973, E] : Καὶ φαρμάκου ποιουμένων ἐν αὐτῷ πεῖραν ὑπνωτικοῦ μὲν, ὑποκειμένου δὲ εἶναι θανασίμου. Et [p. 652, C] : Ψυκτικὰ καὶ τὰ πλεῖστα τῶν ὑπνωτικῶν φαρμάκων ἐστί. Lucian. [Tim. c. 46] : Ἀλλὰ σύ γε πάντως τὸ τραῦμα ἴασαι, μικρὸν ἐπιπάσας τοῦ χρυσίου· δεινῶς γὰρ ἴσχαιμόν ἐστι τὸ φάρμακον. Generalis autem φαρμάκων divisio est in tria genera, sc. in ἐπίπαστα, et χριστὰ, et πιστά. Sed χριστὸν vocatur etiam ἔγχριστον a Theocr. et quidem duo tantum genera recensente, initio Idyllii quod inscribitur Cyclops : Οὐδὲν ποττὸν ἔρωτα πεφύκει φάρμακον ἄλλο, Νικία, οὔτ' ἔγχριστον, ἐμοὶ δοκεῖ, οὔτ' ἐπίπαστον, Ἢ ταὶ Πιερίδες· ubi schol. ποτὰ vocat quæ alii πιστά. Æsch. autem Prom. p. 32 meæ ed. [178] meminit ἀλεξήματος (i. e. φαρμάκου) βρωσίμου, et χριστοῦ, atque πιστοῦ. Ibid. dicit et φάρμακα, nec non ἀκέσματα ἤπια : quod ap. Hom. est

A itidem φαρμάκων quorundam epitheton. Il. Δ, [218] : Αὐτὰρ ἐπεὶ ἴδεν ἕλκος ὅθ' ἔμπεσε πικρὸς ὀϊστὸς, Αἷμ' ἐκμυζήσας, ἐπ' ἄρ' ἤπια φάρμακα εἰδὼς Πάσσε· in quo l. annotat Eustath. tria illa φαρμάκων genera fuisse Homero nota, ἐπίπαστα quidem, ut hic : χριστὰ autem, ut quum dicit ἰοὺς χρίεσθαι : at πιστὰ, ut vocat Æschylus (i. e. ποτὰ, s. πότιμα), ut quum Helenam dicit crateri infundere φάρμακα. Legimus porro et καταπλαστὸν φάρμακον ap. Aristoph. Pl. [717] : Πρῶτον δὲ πάντων τῷ Νεοκλείδῃ φάρμακον Καταπλαστὸν ἐνεχείρησε τρίβειν. Ponitur autem φάρμακον et cum gen., ut φ. νόσου, et βηχὸς, ap. Athen. 2, [p. 53, A] : Ἀμυγδαλῆ, τῆς βηχὸς ἀγαθὸν φάρμακον. Et φάρμακον μέθης, ap. Eund. 1. Item, Ἴαμα καὶ φάρμακον τοῦ πάθους, Plut. [Mor. p. 510, E.] Sed et metaphora generali pro quovis Remedio. Aristot. Polit. 6, [7] : Δεῖ δὲ πρὸς τοῦτο φάρμακον παρὰ τῶν πολεμικῶν λαμβάνειν στρατηγῶν, οἳ συνδυάζουσι πρὸς τὴν ἱππικὴν δύναμιν, καὶ τὴν ὁπλιτικὴν, τὴν ἁρμόττουσαν τῶν ψιλῶν. Herodian. 6, [6, 6] : Τοῦτο γὰρ μόνον εἰς εὐνοίας ἀνάκτησιν στρατιωτῶν ἐνόμιζε φάρμακον. Quin etiam Hesiod. metaphorice usus est Op. [485] : Εἴ δέ κεν ὄψ' ἀρόσεις, τόδε κέν τοι φάρμακον εἴη. Ἧμος κόκκυξ κτλ., ubi φάρμακον exp. βοήθημα. [Herodot. 3, 85 : Τοιαῦτα ἔχω φάρμακα· ubi respondet Darius rex designari cupiens : Οὐ τοίνυν τι τοιοῦτον ἔχεις φ. Schweigh. Pind. Ol. 9, 147 : Ψυχρᾶν εὐδιανὸν φ. αὐρᾶν· 13, 120 : Φ. πραὺ τεύνων ἀμφὶ γένυι (habenam circa maxillam equi). De solatio ex virtute capiendo Pyth. 4, 332 : Φ. κάλλιστον ἓᾶς ἀρετᾶς ἄλιξιν εὑρέσθαι σὺν ἄλλοις. Æsch. Ag. 548 : Πάλαι τὸ σιγᾶν φ. βλάβης ἔχω. De pœna imminente Soph. Aj. 1255 : Καὶ σοὶ προσέρπον τοῦτ' ἐγὼ τὸ φ. δρῶ. Eurip. Andr. 271 : Οὐδεὶς γυναικὸς φάρμακ' ἐξεύρηκέ πω κακῆς· Heracl. 596 : Τὸ θανεῖν κακῶν μέγιστον φ. νομίζεται· et φ. πόνων Bacch. 283; φόβου id. fr. inc. 59 (et Plato Leg. 1, p. 647, E); λύπης ib. 75. Plato Phædr. p. 230, D : Δοκεῖς μοι τῆς ἐμῆς ἐξόδου τὸ φ. εὑρηκέναι. « Ceterum φάρμακόν τινος utroque modo usurpatur, ut sit medicamentum vel *efficiendo bono* destinatum, vel *avertendo malo*. Sic φ. σαφηνείας ap. Eunap. p. 9, *medicamentum ad efficiendam perspicuitatem*. Τὰ γράμματα Eurip. Palamed. fragm. 2 vocavit λήθης φάρμακα. Plato Phædr. p. 274, E : Μνήμης καὶ σοφίας φάρμακον. Aristides vol. 2, p. 57, φ. θανάτου, Remedium contra mortem, et p. 357, φ. ὕπνου, quod somnum facit : vol. 1, p. 11, φ. ὑγιείας, quo sanitas servatur : ubi vid. Reisk. Plutarch. Mor. p. 59, F : Ἡ τροφὴ λιμοῦ φ. προσάγεται· et anon., fortasse Appian., apud Suidam s. v. Ἀγείρειν. Plutarch. ibid. p. 544, C : Φάρμακα τῆς περιαυτολογίας. Muson. ap. Stob. Flor. 18, 38 : Ζωῆς φ. ἡ τροφὴ τῷ ἀνθρώπῳ ἐστί. Alio sensu cibi φάρμακα dicuntur ap. Porphyr. De abstin. 1, 34, p. 57. » Wyttenb. ad Eunap. vol. 2, p. 9. Plerumque autem cum genitivo conjungitur, rarius cum præpos., ut ap. Aristid. vol. 2, p. 385 : Ἰφικράτους ὄνομα, ὃ πρὸς τοὺς ... κινδύνους μέγιστον εἶναι φ. αὐτῷ.]

‖ Φάρμακον in altera, et quidem contraria, signif., sc. pro Veneno, sine adjectione itidem poni frequenter, scriptorum lectio docet. [Soph. Tr. 685 : Τὸ φ. τοῦτ' ἄπυρον. Eurip. Med. 385 : Κράτιστα ... φαρμάκοις αὐτοὺς ἑλεῖν.] Thuc. 2, [48] : Ὡς οἱ Πελοποννήσιοι φάρμακα ἐσβεβλήκοιεν ἐς τὰ φρέατα. Xenoph. Cyrop. 8, D [8, 14] : Οὐδαμοῦ γοῦν πλείους ἢ ἐκεῖ οὔτε ἀποθνήσκουσιν, οὔτε διαφθείρονται ὑπὸ φαρμάκων. [Plato Phædon. init., de Socrate : Ἧ (ἡμέρᾳ) τὸ φ. ἔπιεν ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ· p. 63, D : Ὁ μέλλων σοι δώσειν τὸ φ.] Lucian. [D. mort. 7, 2] : Σφαλεὶς, οὐκ οἶδ' ὅπως, ἐμοὶ μὲν τὸ φάρμακον, Πτοιοδώρῳ δὲ τὸ ἀφάρμακτον ἐπέδωκεν. Ibid. [§ 1] : Πριάμενος γὰρ τὸ φάρμακον, ἀνέπεισα τὸν οἰνοχόον κτλ. Synes. : Φαρμάκου γ' ἂν θᾶττον ἢ τούτων παρ' ἡμῖν γεύσαιντο. Et apud Historicos passim, ac nominatim ap. Plutarch. Fateor tamen quum apud hunc, tum apud ceteros scriptores, interdum addi adj., vel θανάσιμον, s. θανατηφόρον, vel ὀλέθριον, vel aliud hujusmodi. Plut. Artox. [fin.] : Ὥστε φάρμακον σκευάσαντα τῶν θανασίμων, καὶ πιόντα, τοῦ ζῆν ἀπαλλαγῆναι. Sic in alio Ejusdem loco, quem paulo ante protuli, Ὑπνωτικοῦ μὲν, ὑποκειμένου δὲ εἶναι θανασίμου. Dioscor. 1, cap. 95, in quo περὶ πίσσης ὑγρᾶς agit : Ποιεῖ δὲ πρὸς θανάσιμα φάρμακα, ubi θανάσιμα φάρμακα redditur uno verbo Venena. Quidam tamen reddiderunt etiam Exitialia

medicamenta. Sed Marc. annotat, θανάσιμα φάρμακα vocare Dioscor. illa omnia Quæ in medicina usum aliquem habent, per se autem lethalia sunt: ut Apollinaris herba, cicuta, mandragora, spuma argenti, et pleraque alia. Dicit autem et θανάσιμα sine adjectione idem Dioscor. At vero φάρμακον ὀλέθριον legimus ap. Lucian. [Hermot. c. 62], cujusmodi esse dicit κώνειον et ἀκόνιτον, ita scribens: Ἦν εἴπω ὅτι φαρμάκῳ ὀλεθρίῳ ἔοικεν, οἷον κωνείῳ, ἢ ἀκονίτῳ, ἢ ἄλλῳ τῶν τοιούτων. In sequentibus autem θανατηφόρα vocat quæ modo dicta fuerunt ab aliis θανάσιμα. Subjungit enim, Οὐδὲ γὰρ ταῦτα, ἐπείπερ θανατηφόρα ἐστὶν, ἀποκτείνοι ἂν, εἴ τις ὀλίγον ὅσον ἀκαριαῖον ἀποξύσας αὐτῶν, ἄκρῳ τῷ ὄνυχι ἀπογεύσαιτο. Dicitur etiam δηλητήριον φάρμακον, quæ duo nomina plerumque copulantur ab Herodiano, 1, [17, 17]: Ἀρέσκει δὴ δοῦναι φάρμακον δηλητήριον τῷ Κομμόδῳ· 3, [5, 9]: Ἔδωκε δὲ αὐτοῖς καὶ δηλήτηρια φάρμακα· 4, [5, 7]: Τὰ μὲν οὖν ἄλλα, ὅσα διὰ δηλητηρίων φαρμάκων καὶ διὰ πάσης ἐνέδρας ἐπεβούλευσέ μοι. Ubi Polit. vertit Veneficia (alibi interpretans Venena), quum ita reddit hunc l.: Ac cetera quidem, quæ sæpe in me cum veneficiis, tum omni genere insidiarum intendit. Sed Δηλητήριον etiam dicit idem Herodian. sine adjectione. Legimus denique et φαρμάκων κακουργίαι ap. Dioscor. 1, cap. de Rhamno [119], ubi de ea dicit, Λέγεται δὲ καὶ κλῶνας αὐτῆς θύραις ἢ θυρίσι προστεθέντας ἀποκρούειν τὰς τῶν φαρμάκων κακουργίας, ubi rectius Veneficia quidam interpr. quam alii Venena, aut Mala medicamenta. Ceterum ut in aliis plerisque etymologiis, sic et in ea quæ datur huic nomini, ridiculi videntur esse grammatici, præsertimque in eo, quod non eandem utrique ejus significationi tribuunt: sed φάρμακον pro Medicamento salutari (quod ut potius Medicamentum, sine adjectione etiam, vocetur, usus obtinuit) dictum volunt quasi φέρον ἄκος, at pro Medicamento exitiali, si Venenum ita vocari libet, quasi φέρον ἄχος. Est φάρμακον, inquit Eustath., μέση λέξις, ἐπί τε μὴ ἀγαθοῦ λαμβανομένη, παρὰ τὸ φέρειν ἄχος· καὶ ἐπὶ ἀγαθοῦ, παρὰ τὸ φέρειν ἄκος· ideoque Hom. σαφηνείας χάριν, post φάρμακα adjicit, ἃ παύσῃ ὀδυνάων: quod est ἀκέσεται: item ἤπια, a quibus nomen accepit Ἀσκληπιός. Idem in Il. [E, 401]: Τῷ δ' ἐπὶ Παιήων ὀδυνήφατα φάρμακα πάσσων Ἤκέσατ', annotat, ὀδυνήφατα i. sonare q. ἀκεσώδυνα: esse autem hoc διασαφητικὸν τῶν φαρμάκων, quorum hic fit mentio; si enim ὀδυνήφατα sint, φέρειν ἄκος, ut ostendit verbum ἠκέσατο, non autem ἄχος: quod vocab. noxiis φαρμάκοις inest ἐτυμολογικῶς. In hunc quoque versum O, [394]: Ἐπὶ δ' ἕλκεϊ λυγρῷ Φάρμακ' ἀκήματ' ἔπασσε μελαινάων ὀδυνάων, scribit, hoc ἀκήματα conferre ad intelligendam etymologiam hujus vocis φάρμακα, qua sc. dicta sint quasi φέροντα ἄκος, non autem ἄχος. Additum autem gen. ὀδυνάων posteris occasionem præbuisse vocandi hæc Ἀκεσώδυνα: atque ita videmus hunc celebrem alioqui grammaticum omnino de hac ancipiti, ut ita dicam, etymologia persuasum fuisse; sed quæ mihi tamen ne verisimilis quidem videtur: ac certe si dignam censeamus quæ admittatur, locum et aliis plerisque merito dabimus, quæ alioqui ab omnibus rejiciuntur. ‖ At de etymo Latinæ vocis Venenum, quo traditur sic appellatum ex eo, quod cito per venas eat, aliorum esto judicium. Hoc autem fortasse in dubium a plerisque vocabitur, utrum prius sit, φάρμακον, an φαρμάσσω, s. φαρμάττω. Nam si formationis commoditatem, ut ita loquar, spectemus, videbitur potius φάρμακον a verbo derivari, quum ex πεφάρμακται in promptu sit formare φάρμακτον, et ex eo deinde φάρμακον, sublato τ, euphoniæ gratia. Sed quum videamus verbum hoc sequi potius eam signif. nominis φάρμακον, quæ velut adventitia est, quam eam quæ propria; in eam opinionem adducor, ut credam, sicut φαρμακεύω primam illam sequitur, habens regularem formationem, ita φαρμάσσω irregulari quodam fuisse modo formatum, quod alteram illam sequeretur. Hoc præterea sciendum est, ex derivatis a nomine φάρμακον quædam ancipitem ejus signif. sequi, i. e. tam eam qua pro Medicamento salutari, quam eam qua pro Veneno ponitur: quædam vero potius unam, quam alteram: nonnulla præterea esse quæ tertiam illam, qua περὶ βαμμάτων dicitur, sequantur. Verum et hoc, in superioribus a me omissum, observatione non indignum videtur, quemadmodum Græci aliquando φάρμακα sine adjectione dixerunt, aliquando contra, ut exemplis docui supra, ita etiam Latinos et Medicamenta sine adjectione dixisse, et interdum Medicamenta salutaria. Atque ita locutum esse ipsum quoque Cic. De N. D. 2: Medicamentorum salutarium plenissimæ terræ. Item tamen alioqui Medicamenta etiam dixit sine adjectione. Ac certe quamvis Medicamenta salutaria dixerit, nequaquam dicturum itidem fuisse existimo Exitialia medicamenta, aut Lethalia: quibus tamen appellationibus usi sunt quidam Dioscoridis Interprr., atque alii. Nam Medicamentum pro Veneno, sicut Medicina (de qua voce dictum supra fuit), obsoletum omnino fuisse Ciceronis quoque sæculo existimo: unde etiam derivata adjectiva Medicamentarius et Medicamentosus, videmus in bonam duntaxat partem accipi. At vocis Medicamentum pro Veneno positæ, affert ex Varrone exemplum Nonius: qui postquam dixit Medicamentum esse quo homines vel animalia cetera curantur, exemplumque hoc attulit ex M. Tullio De offic. 3, [24]: Si quis medicamentum cuipiam dederit ad aquam intercutem, subjungit, Medicamentum rursus venenum, ut Græce φάρμακον: quam signif. probat ex quodam Varronis loco, uti dixi, in quo dicitur aliquis bibisse medicamentum, i. e. venenum: sicut passim apud Græcos legimus hunc vel illum πιεῖν φάρμακον, cujus potu mortuus sit. Sed addit Nonius, de hac voce Medicamentum, Vel producta prima syllaba: quod apud Medos venefici sint plurimi, secundum Virgilium, Media fert tristes succos, tardumque saporem Felicis mali. Atque illi suum hoc commentum placuit fortasse, ut placet hodieque nonnullis; at mihi placere nullo modo potest, cui multo verisimilius videtur, Latinos veteres significationem vocabuli sui Medicamentum voluisse ad utrumque genus extendere, sicut videbant Græcos extendisse signif. sui nominis φάρμακον. Sic autem veteres illos Latinæ linguæ auctores quasdam voces suas ad Græcarum usum accommodasse, observare me memini.

‖ Φάρμακα, Colores, quibus utuntur pictores; aut generalius, quibus aliquid tingitur. [Herodot. 1, 98: Οἱ προμαχεῶνες ἠνθισμένοι εἰσὶ φαρμάκοισι. Empedocl. v. 84: Ὁπόταν γραφέες ... μάρψωσι πολύχροα φ. χερσίν. De picto insigni navis Æsch. fragm. 137: Στάζει λυθέντων φαρμάκων πολὺς πόνος. Aristoph. Eccl. 735: Τὸ φ. ... ᾧ Αυσικράτης μελαίνεται.] Pigmenta vertit Bud., qui φάρμακον exp. etiam χρωμάτων σύγκρασις, ex Plat. Politico [p. 277, C]: Ἀλλ' ἀτεχνῶς ὁ λόγος ἡμῖν, ὥσπερ ζῶον, τὴν ἔξωθεν μὲν περιγραφὴν ἔοικεν ἱκανῶς ἔχειν, τὴν δὲ οἷον τοῖς φαρμάκοις καὶ τῇ συγκράσει τῶν χρωμάτων ἐνάργειαν οὐκ ἀπειληφέναι πω. Sed hunc l. sequendo, potius pluralem φάρμακα, quam sing. φάρμακον ita debuit exponere. Nam video grammaticos etiam pluralem afferre, non sing., pro illa signif.: φάρμακα, inquit Eustath., non solum τὰ δηλητηριώδη (observa autem hic obiter et Δηλητηριώδη φάρμακα, pro δηλητήρια φάρμακα, quorum a me paulo ante facta fuit mentio), item τὰ ἀκεσώδυνα, ut sexcentis videmus in ll.; sed et βάμματα pictorum, aut simpliciter etiam βαφαί. Unde Φαρμακῶνες dicta sunt τὰ βαφεῖα. Hesych. quoque habet plur. num. φάρμακα, quod exp. χρώματα, sicut et βοτάναι, dicens præterea esse πᾶσαν πόαν. Pollux item 7, [169] ubi περὶ βαφῆς καὶ χρωμάτων agit, postquam dixit φαρμάττειν τὰ ἔρια, et μηλοῦν ac καταμηλοῦν, τὸ τῷ κινήθρῳ καταδύειν, addit et χρώματα et βάμματα, et ἄνθη, et φάρμακα. Et Φαρμακὼν, inquit, Officina in qua id fit. Est autem et Φαρμακοτρίβης, seu Φαρμακότριψ, ιβος [Forma vitiosa, notata ab Lobeck. ad Phryn. p. 611. Ficta est ex φαρμακοτρίβας, qui est accus. ab φαρμακοτρίβης], ὁ, ab hac nominis φαρμάκου signif., si quidem Etym. [M. p. 787, 59, ubi non φαρμακότριψ, sed φαρμακοτρίβαι] credimus (aut certe ei libro unde hæc petit, qui vocatur ibi Ῥητορική: quo nomine crediderim intelligendum Ῥητορικὸν Λεξικὸν, cujus et ab Eustath. sæpenumero fit mentio: nisi potius hæc ipsa verba pro illo reponendi debeant), quippe qui [φαρμακοτρίβαι]

exponat βαφεῖς, addens οἱ τὰ φάρμακα τρίβοντες, ἢ πωλοῦντες. [Sic etiam Photius p. 640, 16. Quod in Etym. M. additur ῥητορικὴ miro modo imposuit H. Stephano. Nihil aliud dicit grammaticus quam quod de vocabulis plurimis in Etym. M. monetur, λέξιν esse ῥητορικήν.] Sed existimantur φαρμακοτρίβαι a terendis et apparandis pharmacis dicti et ii, qui a Plinio vocati sunt Medicamentarii, et ii etiam, qui Seplasiarii a nonnullis appellati fuerunt. Pollux certe [7, 179 et 9, 39] post φαρμακοπῶλαι et verbum φαρμακοπωλεῖν, affert hoc nomen φαρμακοτρίβαι, et quidem ex Dem. [p. 1170 extr. Adde Ælian. N. A. 9, 62 : Φ. ἀνήρ. Φαρμακοτρίπτης est in Lex. rhet. Bekk. Anecd. p. 314, 16 : Φαρμακοτρίπται· οἱ βαφεῖς οἱ τὰ φάρμακα τρίβοντες· ἢ οἱ τὰ φάρμακα πωλοῦντες. Nisi hic librarii error est : nam ap. Phot. et Etym. M. eadem in glossa φαρμακοτρίβαι scriptum.] Ut autem φάρμακον ἀντὶ χρώματος dixisse traduntur Græci, sc. ᾧ βάπτεταί τι, vel potius φάρμακα plur. ἀντὶ χρωμάτων, sic apud Latinos Virgilius (ad hunc Græcæ vocis usum respiciens, ut opinor,) dixit Venenum pro Colore, i. e. ἀντὶ χρώματος, aut certe ἀντὶ βάμματος, Georg. 2, [465] : Alba nec Assyrio fucatur lana veneno. Hanc enim lectionem agnoscit et Serv. Alteram autem lectionem, quæ alicubi extat, habentem Colore, ex hoc ejusdem poetæ loco irrepsisse suspicor, Georg. 4, [336] : Eam circum Milesia vellera nymphæ Carpebant, hyali saturo fucata colore. [Horat. Epist. 2, 1, 207 : Lana Tarentino violas imitata veneno.] || Quidam vero φάρμακον dici etiam ἐπὶ ἄνθους tradiderunt : ex quibus est is, qui ἀφάρμακον exposuit τὸ ἄνευ ἄνθους : esse enim ἄνθη, τὰ φάρμακα, et εὐφάρμακον, τὸ εὔχροον. Vide Eustath.

[Φαρμακοπνεύστης, ὁ, Qui venenum spirat. Nic. Hydrunt. ap. Bast. Spec. Aristæn. p. 8 : Φαρμακοπνευστῶν βασκάνων Ὑδρουντίνων. Boiss.]

[Φαρμακοποιέω, Medicamenta conficio. Suidas s. v. τάψας.]

[Φαρμακοποιία, ἡ, Medicamentorum confectio. Diog. L. 7, 117 : Τῷ αὐστηρῷ οἴνῳ, ᾧ πρὸς τὴν φ. χρῶνται· ubi var. lect. φαρμακοποσίαν. Schneid. Gregor. Nyss. t. 2, p. 493, C, πικραὶ φ., ubi fort. item leg. φαρμακοποσίαι. Hase.]

Φαρμακοποιὸς, ὁ, ἡ, Qui medicamenta conficit. In VV. LL. Veneficus : quæ expositio suspecta est. [Æschylus fragm. 446 (ap. Theophr. H. Pl. 7, 15, 1) : Φαρμακοποιὸν ἔθνος.]

Φαρμακοποσία, ἡ, Medicamenti potus s. haustus [Pollux 4, 178; 6, 20], ex Plat. Rep. [Imo Leg. 1, p. 646, C : Τοὺς εἰς τὰ ἰατρεῖα αὐτοὺς βαδίζοντας ἐπὶ φαρμακοποσίᾳ. Id. Soph. p. 227, A. Xenoph. Anab. 4, 8, 21; Philostr. p. 279. « Φ. de purgantis tantum medicamenti potione dicitur ab Hippocr., ut scribit Galen. ad Aphor. 7, 25 (vol. 9, p. 304), eademque notione φαρμακοποσίαι Aphor. 4, 19. » Foes. Hippocr. t. 4, p. 576, 11; t. 7, p. 112, 5; 220, 14; t. 8, p. 256, 5; 306, 1 Littr., ubi utique de purgatione. Generatim de medicamenti potione Greg. Nyss. t. 1, p. 434, C; 777, D. Id. ib. p. 789, A, διά τινος τμητικῆς φ., Per acutorum et incidentium medicamentorum haustum. De veneni potione Lucian. Nec. c. 18. It. Hephæst. Apotolesm. p. 18, 31 et 20, 20, φαρμακοποσίᾳ τελευτήσει. Hase.]

Φαρμακοποτέω, Medicamentum bibo s. sorbeo. Theophr. H. Pl. 9, [15, 4] : Διὸ καὶ οἵγε Ἀρκάδες εἰώθασιν, ἀντὶ τοῦ φαρμακοποτεῖν, γαλακτοποτεῖν περὶ τὸ ἔαρ· τότε γὰρ φαρμακωδέστατον τὸ γάλα.

Φαρμακοπωλέω, Medicamenta vendo, Sum pharmacopola, etc. [Pollux 7, 197.] Athen. et Diog. L. [10, 8, ubi crimini datur Aristoteli eum φαρμακοπωλεῖν. Eadem ex Aristocle habet Euseb. Pr. ev. p. 791, B. Hase. Aristoph. fragm. 95 : Παῦσαι φαρμακοπωλῶν.]

Φαρμακοπώλης, ὁ, Medicamentorum venditor, item Pigmentorum. [Pollux 7, 197.] Latine etiam Pharmacopola [ap. Horat. Sat. 1, 2, 1, Cicer. Pro Cluent. c. 14, aliosque]. In VV. LL. Pigmentarius, Unguentarius. [Aristoph. Nub. 766. Theopomp. ap. Polluc. 10, 180 : Κίστην φαρμακοπώλου Μεγαρικοῦ. Æschin. p. 76, 36; Theophr. H. Pl. 9, 8, 5; Lucian. Apol. 7, Amor. 39. Lex. rhet. in Bekk. Anecd. p. 314, 20 : Φ. οἱ τοὺς ὄφεις τρέφοντες. Φαρμακοπώλης inscriptæ fuerunt Alexidis et Mnesimachi comicorum fabulæ. G. D. Apollon. Hist. mir. p. 116, 2 Westerm. Diod. Sic. Bibl. 32, 11, 2. Arrian. Diss. Epict. 3, 24, 80. Galen. vol. 18, part. 1, p. 770, 11. Diog. L. 6, 42. Sext. Emp. p. 297, 22 : Ὃν λόγον ἔχει φ. πρὸς ἰατρὸν, τοῦτον ὁ δημαγωγὸς πρὸς τὸν πολιτικόν. Invidiose de veneficis Jo. Chrys. t. 1, p. 306, C. Hase.]

Φαρμακὸς, ὁ, Veneficus, Magus, ut interpr. Bud., afferens ex Chrysost. : Κἂν μὲν ἰατρὸς δῷ τινι σιτίον, μὴ περιεργάζεσθαι, ἀλλ' ὡς ὑγιείας ποιητικὸν δέχεσθαι· ἂν δὲ φαρμακὸς καὶ γόης, ὡς δηλητήριον καὶ βλαβερὸν ἀποστρέφεσθαι· ut autem a Chrys. hic, sic a Platone Symp. [p. 203, D] duo hæc nomina copulantur; sed γόης quod hic postponitur, illic contra præponitur [neque φαρμακὸς apud Platonem legitur, sed φαρμακεύς]. Idem Annott. Post. in Pandectas hæc ex Eust. affert : Quod autem sanguine lustratio fieret, testis est historia : cujusmodi est hômicidarum lustratio, qui sanguine abluti, lustramenti loco id esse sibi ducebant. Cujus artis professores φαρμακοὺς Attici vocant, ut urbium quoque expiatores. Habes autem ap. Eustath. p. 1935, eum quem hic Bud. interpr. locum, ubi postquam dixit φαρμακοὶ ἐκαλοῦντο Ἀττικῶς, addit, Ut declarat et Demosth. [p. 794, 4.] Item, ab Ionibus scribi Φάρμακοι proparoxytone. [Hesych. : Φάρμακοι (hoc accentu)· καθαίροντες τὰς πόλεις, ἀνὴρ καὶ γυνή.] Sed φαρμακὸς, ut idem Eust. tradit p. 1415 [« et 1935. » HSt. in Ms. Vindob.], vocatur etiam τὸ κάθαρμα, ut in hoc Aristoph. versu [fragm. 532] : Πόθεν δ' ἐγώ σοι συγγενὴς, ὦ φαρμακέ; sic et a Suida exp. κάθαρμα [ex schol. Aristoph. Ran. 743, ubi est Καὶ πονηροῖς κἀκ πονηρῶν ... οἷσιν ἡ πόλις προτοῦ οὐδὲ φαρμακοῖσιν εἰκῇ ῥᾳδίως ἐχρήσατ' ἄν. Schol. Equit. 1133 : Δημοσίους τοὺς λεγομένους φαρμακοὺς, οἵπερ καθαίρουσι τὰς πόλεις τῷ ἑαυτῶν φόνῳ. Quam consuetudinem descripsit Helladius ap. Phot. Bibl. p. 534, 4 et suo modo depinxit Tzetz. Hist. 5, 726 seqq.; 8, 909.] Quem autem hominem κάθαρμα vocent Græci, vide supra suo loco. In VV. LL. φαρμακὸς exp. Sacer et devotus, Detestandus, Execrabilis. [Aristoph. Eq. 1403, de Cleone : Τὴν ἕδραν, ἵν' ἐκεῖνος ἦν ὁ φ.] Bud. huic expositioni Græcæ, qua φαρμακὸς dicitur esse ὁ ἐπὶ καθάρσει τῆς πόλεως ῥιπτόμενος, subjungit hunc Lysiæ l. ex p. 106 [108, 5] : Καὶ φαρμακὸν ἀποπέμπειν, καὶ ἁλιτηρίου ἀπαλλάττεσθαι. [De loco Lysiæ memorabilis est gl. Harpocr. : Φαρμακός (ὄνομα κύριον addit Epitome). Λυσίας ἐν τῷ κατ' Ἀνδοκίδου ἀσεβείας, εἰ γνήσιος. δύο ἄνδρας Ἀθήνησιν ἐξῆγον καθάρσια ἐσομένους τῆς πόλεως ἐν τοῖς Θαργηλίοις, ἕνα μὲν ὑπὲρ τῶν ἀνδρῶν, ἕνα δὲ ὑπὲρ τῶν γυναικῶν· ὅτι δὲ ὄνομα κύριόν ἐστιν ὁ Φαρμακὸς, ἱερὰς δὲ φιάλας τοῦ Ἀπόλλωνος κλέψας καὶ ἄλους ὑπὸ τῶν περὶ τὸν Ἀχιλλέα κατελεύσθη, καὶ τὰ τοῖς Θαργηλίοις ἀγόμενα τούτων ἀπομιμήματά ἐστιν, Ἴστρος ἐν πρώτῳ τῶν Ἀπόλλωνος ἐπιφανειῶν εἴρηκεν. Qui quod de nomine proprio dicit, fortasse nititur male intellectis oratoris verbis. Pergit Harpocr. : Δημοσθένους δὲ ἐν τῷ κατ' Ἀριστογείτονος λέγοντος « οὗτος οὖν αὐτὸν ἐξαιρήσεται ὁ φαρμακός; » Δίδυμος δὲ προπερισπᾶν ἀξιοῖ τοὔνομα, ἀλλ' ἡμεῖς οὐχ εὕρομεν οὕτω που τὴν χρῆσιν. Ubi mirum et incredibile est Didymum φαρμᾶκος scripsisse dici, quæ scriptura ne in Hipponactis quidem versibus infra memorandis, in quibus media syllaba producitur, probabilis est, nedum in scriptoribus Atticis, quos syllabam illam constanter corripuisse constat. Quamobrem vereor ne προπερισπᾶν male scriptum sit pro προπαροξύνειν, quem accentum Ionibus tribuit Eust. p. 1935, 15 : nam quæ Sylburg. in annot. ad Etym. M. p. 788, 5, proposuit, non possunt probari nitunturque errore librarii, qui in verbis Harpocrationis illic appositis περισπᾶν scripsit pro προπερισπᾶν. Alii grammatici significationis discrimen statuisse videntur inter φάρμακος et φαρμακὸς, ut colligi potest ex verbis Arcadii p. 51, 9, qui de nominibus in κος agens sic scribit : Φυλακὸς, ὁ φύλαξ, Φύλακος δὲ τὸ κύριον· φαρμακὸς ὁ ἐπὶ καθαρμῷ τῆς πόλεως τελευτῶν, φαρμακεὺς δὲ ὁ γόης· ubi quum absurdum sit nomen in ευς terminatum immisceri, manifesto scribendum φάρμακος, eodemque modo quæ apud Ammonium leguntur p. 142 : Φαρμακεύς· φαρμακὸς δὲ ὀξυτόνως, ὁ ἐπὶ

καθάρσει τῆς πόλεως ῥιπτόμενος, sic sunt corrigenda et supplenda, Φάρμακος προπαροξυτόνως ὁ γόης· φαρμακὸς δὲ ὀξυτόνως ... ῥιπτόμενος, non quod Valcken. volebat Φάρμακος προπαροξυτόνως ὄνομα κύριον, φαρμακὸς δὲ κτλ., illata illa quam supra notavi de nomine proprio opinione, de qua nihil compertum habuisse videtur Herodianus, cujus verba exhibet Arcadius et partim schol. Hom. Il. Ω, 566. Recte vero, quanquam alio consilio, φαρμακεὺς et φαρμακὸς juxta se posita sunt apud Tzetzam Hist. 5, 760 : Ὡς φαρμακεὺς ὁ χρώμενος φαρμάκοις ὡς πρὸς βλάβην, ὁ φαρμακὸς δὲ καθαρμὸς τῆς πόλεως ὡς ἔφην· et similiter 8, 912. De mensura syllabæ mediæ Phot. p. 640, 8 : Φαρμακός· τὸ κάθαρμα, βραχέως· οἱ δὲ Ἴωνες ἐκτείνοντες λέγουσι φάρμακον (hoc accentu scriptum)· οὗτοι γὰρ διὰ τὴν τῶν βαρβάρων παροίκησιν ἐλυμήναντο τῆς διαλέκτου τὸ πάτριον, τὰ μέτρα, τοὺς χρόνους· δηλοῖ καὶ Ἱππῶναξ. Hujus mensuræ exempla quattuor ex Hipponactis choliambis attulit Tzetz. Hist. 5, 745 seqq., velut κράδῃσι καὶ σκίλλῃσιν ὥσπερ φαρμακὸν, aut φαρμακὸς ἀχθεὶς ἑπτάκις ῥαπισθείη. Quintum est ap. Athen. 9, p. 370, A : Ταργηλίοισιν ἔγχυτον πρὸ φαρμακοῦ (codex φαρμάκου). Idem vero φάρμακον, τὸ, dixit constanter correpta syllaba media. Similiter idem στέφανον producta syllaba media dixisse creditur in versu ap. Athen. p. 49, E, ubi Meinekio (p. 108) probabilius videtur aliquid in versus initio omissum ab Athenæo esse, ut tetrametri trochaici habeamus reliquias. || Superlat. a φαρμακὸς derivatus est ap. Suidam s. v. Μήδεια : Φαρμακιστάτη γυναικῶν, ubi tamen libri optimi φαρμακεστάτη, quocum comparari potest quod apud Soph. Phil. 984 in cod. Laur. A et Paris. A scriptum est : Ἐμ', ὦ κακῶν κάκιστε καὶ τολμηέστατε, quod quum metro repugnet, in apographis aliis in τολμήστατε (ab τολμήεις), aliis in τολμίστατε mutatum est tanquam ab inusitato τόλμος. G. D. De alia superl. forma HSt. s. v. Φαρμακίς :] Affertur vero et superl. Φαρμακιστότατος, pro Veneficus maximus, Triveneficus. Et φαρμακιστόταται γυναῖκες ex Josepho [A. J. 17, 4, 1] : Φαρμακιστόταταί εἰσι γυναικῶν αἱ ἐκ τῆς Ἀραβίας. Sed suspecta est hæc superlativi forma. [Fortasse hic quoque φαρμακίσταται scribendum. G. D. Origen. t. 3, p. 513, D, οἱ τῶν Αἰγυπτίων ἐπαοιδοὶ καὶ φαρμακοί. De veneficis Procl. Paraphr. in Ptol. p. 224, 18; 225, 18; Jo. Chrysost. t. 1, p. 835, E; t. 11, p. 42, C; Macar. Homil. p. 461, 35. Incert. De capt. Persica p. 389, 26 Combef. Femin. Joseph. A. Jud. 9, 6, 3, φαρμακὸν καὶ πόρνην. Medicos videtur significare ap. Jo. Climac. p. 36, 16. Hase.]

[Φαρμακοτρίβης. Φαρμακοτρίπτης. V. s. v. Φάρμακον in fine.]

[Φαρμακουργὸς, ὁ, ἡ, Medicamenta conficiens. Lycophr. 61 : Αὐτὴ δὲ φ. Tzetz. Hist. 5, 759 : Φ. ἐργάτης τε καὶ πωλητὴς φαρμάκων. « Theod. Prodr. in Notitt. Mss. vol. 11, part. 2, p. 188. » Boiss. Schol. Oppiani Hal. 2, 483. Wakef.]

[Φαρμακοῦσσαι, αἱ, Pharmacussæ. Steph. Byz. : Φ. (var. lect. φαρμακοῦσσα vel φαρμακοῦσα), δύο νῆσοι πλησίον Σαλαμῖνος. (Apud Strabon. 9, p. 395 : Φ. δύο νησία, ὧν ἐν τῷ μείζονι Κίρκης τάφος δείκνυται.) Καὶ ἄλλη ὑπὲρ Μίλητον, ἐν ᾗ Ἄτταλος ἀνῃρέθη. (Φαρμακοῦσα vel Φαρμακοῦσσα ap. Plutarch. V. Jul. Cæs. c. 1, Plin. H. N. 5, 12, 23, Sueton. V. Cæs. c. 4.) Τὸ ἐθνικὸν Φαρμακουσσαῖος, ἢ Φαρμακούσσιος.]

[Φαρμακοφόρος, ὁ, ἡ, Venenum ferens. Eustath. p. 1415, 55 : Φ. ποτὲ γενέσθαι αὐτὴν (Ephyram) διὰ τὸ ἐκεῖ κατοικῆσαι τὴν Μήδειαν. « Symeon Sethi Ichnel. p. 170. » Boiss.]

Φαρμακόω, Medico [Pind. Pyth. 4, 393 : Ἐλαίῳ φαρμακώσασα], ut πεφαρμακωμένον μελίκρατον Plutarch. [Mor. p. 768, C], Medicatum. Vel Medicatum veneno (ad vitandam ambiguitatem), ut Silius dixit Tela medicata veneno. [Dioscor. Parab. 2, 140 : Τοὺς τρωθέντας ὑπὸ βέλους φαρμακωθέντος, ut βέλος πεφαρμακωμένον ap. Nilum in Cotel. Monum. vol. 3, p. 195, 1 (ubi cod. Paris. 39 ap. Boiss. πεφαρμακευμένον)· et p. 223, 1. Moschop. Σχεδ. s. v. Ἐξενεγκεῖν : Μὴ φαρμακωθεὶς ἀποθάνῃ, quod φαρμάκοις τισὶ τεθνηκέναι dixit Thom. M. s. eod. voc. p. 324. G. M. Greg. Nyss. t. 1, p. 423, C. Figurate de sermone lascivo Basil. M. t. 1, p. 719, D, λόγος πεφαρμακωμένος. Hase. || Incanto. LXX Psalm. 57, 5. Geopon. 15, 8, in lemmate capitis.]

[Φαρμακτά. V. Φαρμάκεια.]

[Φαρμακτὴρ, ῆρος, ὁ, Veneficus. Oppian. Hal. 2, 483 : Πέρσαι φ. ὀλέθρια μητίσαντο.]

[Φαρμακτήριος, ία, ιον, Tinctorius. Lycophro 1138 : Ῥέθους βαφὰς πεπαμέναι θρόνοισι φαρμακτηρίοις· quod schol. exp. ἠλειμμέναι τοῖς βαπτηρίοις τοῖς πυρροῖς, τοῖς ποικίλως κατεσκευασμένοις φαρμάκοις.]

[Φαρμάκτης, ὁ, i. q. φαρμακτήρ. Oppian. Hal. 4, 648 : Φ. οἳ λυγρὸν ἐπ' ἰχθύσι μητίσαντο φάρμακον· 693 : Ἀνδράσι φαρμάκτῃσι.]

[Φαρμακτὸς, ἡ, ὸν, Venenatus. Signif. activa Manetho 4, 52 : Ἡ διὰ φαρμακτοῖο δόλου νοσερὸν τέλος ἕξει.]

[Φαρμάκτρια, ἡ, Venefica. Const. Manass. Chron. 3770, et Amat. 4, 39. Boiss.]

Φαρμακώδης, ὁ, ἡ, itidem ut φαρμακόεις (sed hoc poeticum est), Medicamentosus, Medicamentarius, etc. Plin. interpr. Medicamentis utilis, item Medicatus; nam pro his Theophrasti, Τὸ δ' ἄνθος καὶ τῇ ὄψει καλὸν, ὥστε καὶ στεφάνους ποιεῖν ἐξ αὐτοῦ, καὶ φαρμακώδες, habet, Flos spinæ Ægyptiæ et coronis jucundus, et medicamentis utilis. Idem pro his Dioscor. de solano, Φύλλα ἔχει εὐώδη σὺν δριμύτητι καὶ φαρμακώδη, habet, Folia odore medicato, et cum quadam acrimonia jucunda. Idem, Rutam, et hederas Res medicatissimas existimatur dixisse, τὰ φαρμακωδέστατα. In VV. LL. exp. etiam Vim habens medicam, item Salubris; annotaturque, Theophr. H. Pl. 9, appellare φαρμακώδη, lac, succos, liquores, seminaque illa omnia quæ vim habent medicam, privatimque ad purgationes per inferna. [Φ. ῥίζα H. Pl. 1, 7, 3; τὰ φαρμακώδη ταῖς ῥίζαις καὶ τοῖς ὀποῖς 4, 5, 1; φαρμακωδέστατον γάλα 9, 15, 4. Φ. χῶραι 4, 5, 2; φ. τόποι 9, 15, 1; τῶν τόπων φαρμακωδέστατον τὸ Ηήλιον ibid. 4. Schneid. Φαρμακώδεις ποιότητας Athenag. p. 319, C ed. Bened. Trophil. Mirab. p. 193, 9 Westerm. Xenocr. ap. Oribas. t. 1, p. 137, 8 Daremb. Galen. vol. 6, p. 267, 3 et 17; 354, 15 et 18, ἄλλα μετρίως φ.· 424, 11, φαρμακώδους ὕδατος· 446, 17, φαρμακωδῶν φυτῶν. Compar. id. ib. p. 70, 1, φαρμακωδεστέρα τις δύναμις. De aqua marina Sext. Emp. p. 16, 10, ἀηδὲς καὶ φ. Hase.] || Ibid. φαρμακῶδες τόξευμα, Venenatum telum, Dioscor. 3, 94. [Plut. Mor. p. 974, C : Φ. ἢ ἄλλο νοσερὸν ὕδωρ. Φ. ἰὸς Pollux 1, 138. || Tinctorius. Clem. Al. p. 237 : Αἱ ῥύψεις καὶ αἱ στύψεις τοῖς φ. τῆς βαφῆς χυμοῖς ἐκτήκουσαι τὰ ἔρια τῶν ἀμπεχονῶν.]

Φαρμακὼν, ῶνος, vide in Φάρμακον, Pigmentum. [Est Officina tinctoris. V. Polluc. 7, 169, Eustath. p. 464, 40; 1278, 46; 1416, 61; 1636, 13, qui φαρμακῶνας per βαφεῖα explicat, ut Hesych. s. v. Ἀφάρμακον : Τὰ βαφεῖα φαρμακῶνας Σοφοκλῆς (fragm. 956) ἔφη. Idem, Φαρμακῶνες· τὰ βαφεῖα, διὰ τὸ τὰ βάμματα φάρμακα καλεῖσθαι.] At vero Φαρμάκων, οντος, ὁ, Qui medicamentis s. potius venenis est læsus : vide Etym. [M. p. 788, 6] in Φάρμακος. [Error ortus ex scriptura vitiosa φαρμάκοντα, quod nunc recte scriptum φαρμακῶντα (ab verbo φαρμακάω) ex Harpocr., cujus verba repetit Etym. M.]

[Φάρμαξις, εως, ἡ, Medicatio, Curatio. Plato Phileb. p. 46, A : Οὐκ ἄλλης δεόμενα φ. De tinctura ferri Plut. Mor. p. 395, B : Ἆρ' οὖν χρᾶσίς τις ἦν καὶ φ. τῶν πάλαι τεχνιτῶν περὶ τὸν χαλκόν; || Veneficium, Gl. || Incantatio. Schol. Eurip. Hipp. 519 (514) : Τὴν ὅλην φ. οὐκ ἐπὶ σκηνῆς, ἀλλ' ἔνδον ποιῆσαι μέλλουσαι, πιθανῶς ἤδη τὰ κεφάλαια ὑπέθετε τῆς φ. G. D. Numen. ap. Euseb. Pr. ev. p. 737, C : Περιερχόμενος τῇ φ. τοὺς συγκορυβαντιῶντας. Hase.]

Φαρμάσσω, de quo et antea dictum aliquid est, vel Φαρμάττω [Varios verbi usus Hesych. his gll. explicuit : Φαρμάξαι, ὀξῦναι· βάψαι. Φαρμάξασα, ἀπατήσασα. Φαρμάσσει, φαρμακεύεται, θεραπεύει, φαρμακεύει. Φαρμάσσων, βάπτων, στομῶν, στομοποιῶν, φαρμακεύων. Φαρματτόμενος, κολακευόμενος, ἀλειφόμενος. Phot. : Φαρμάξας, ἀποστήσας (corr. ἀπατήσας), γοητεύσας, ἰατρεύσας. Per ποτίσας et γοητεύσας exp. Suidas, qui addit καὶ φαρμαχθεὶς ἡ μετοχή], Veneno inficio s. noceo. Bud. exp. Veneficio afficio; Ficinus autem, Veneno noceo, in isto Plat. loco Leg. 11, [p. 933, B] : Ὡς πρῶτον μὲν τὸν ἐπιχειροῦντα φαρμάττειν, οὐκ εἰδότα τί δρᾷ, τά τε

κατὰ σώματα, ἐὰν μὴ τυγχάνῃ ἐπιστήμων ὢν ἰατρικῆς, A τά τε αὖ περὶ τὰ μαγγανεύματα, ἐὰν μὴ μάντις ἢ τερατοσκόπος ὢν τυγχάνῃ. Ubi observa duplicem modum τοῦ φαρμάττειν. Dixerat autem paulo ante, Διαλαβόντας δὲ ὁιχῇ τὸν τῆς φαρμακείας πέρι νόμον, ὁποτέρως ἄν τις ἐπιχειρῇ φαρμάττειν, πρῶτον μὲν δεῖσθαι κτλ. [Apoll. Rh. 3, 478; 4, 61. Cum accus. Plutarch. Mor. p. 978, C: Φαρμάττουσα τὸ ὕδωρ· 681, E: Πεφαρμαγμένα βέλη. Forma media Apoll. Rh. 3, 859: Οἵην ἰκμάδα ... ἀμήσατο (Medea) φαρμάσσεσθαι. De eo qui medicinam præbet salutarem Apoll. Rh. 3, 1512: Οὐδ' εἰ Παιήων ... φαρμάσσοι. Qui rarior usus est: nam plerumque in malam partem dicitur. Hinc Pollux 4, 178: Τὸ φαρμάξαι ἀμφίβολον, ὥσπερ ὁ φαρμακεὺς, καὶ ἡ φαρμακὶς ἐπὶ τῶν βλαπτόντων μᾶλλον ἀκούεται.] Ex ejusd. Plat. Symp. [p. 194, A] affert Bud. pro Afficio maleficio vel carmine: Φαρμάττειν βούλει με, ὦ Σώκρατες, ἵνα διαθορυβηθῶ, i. e., inquit, Verbis tuis quasi carmine conturbare et perterrefacere, ne eloqui possim quod meditatus sum. [Id. Menon. p. 80, A: Γοητεύεις με καὶ φαρμάττεις. Aristoph. Thesm. 534: Ἀλλ' ἢ πεφάρμαχθ' ἢ B κακόν τι μέγα πεπόνθατ' ἄλλο. Plutarch. Mor. p. 16, E: Ἂν συνταράττηται τοῖς πάθεσι καὶ κρατῆται φαρμασσόμενος. Dio Chr. vol. 1, p. 313: Παρακαλοῦσα φαρμάξαι τὸν πατέρα. Ammon. p. 112: Τοὺς οἰομένους πεφαρμάχθαι δι' ἐπῳδῶν. Figurate Æsch. Ag. 94: Λαμπὰς ἀνίσχει φαρμασσομένη χρίματος ἁγνοῦ μαλακαῖς ἀδόλοισι παρηγορίαις.] Interdum autem φαρμάσσω metaph. Lenocinio afficio, Adultero, Fuco, inquit Idem, affe-
rens ex Philostr. Ep.: Ὁ μὲν γὰρ καλλωπισμὸς, ἑταιρικὸς, καὶ πάνυ δεῖ δυσχεραίνειν τὴν φαρμασσομένην εὐμορφίαν ὡς καὶ πανουργίας ἐγγύς. Sic in hoc Plutarchi loco [Mor. p. 825, E: Καθάπερ βέλη] φαρμάσσοντες τὰ πράγματα ταῖς βλασφημίαις, possit φαρμάσσοντες itidem exponi Adulterantes, aut certe Inficientes: potius quam Admiscentes, ut habent VV. LL. Illic affertur hic l. Greg. Naz.: Ἵνα ἡ φαρμακεία παραδεχθῇ, διὰ τῆς τέχνης φαρματτομένη τοῖς χρηστοτέροις, et exp. Ut medicina alioqui acerba dulcore aliquo ad artis præscriptum temperata, æquioribus animis recipiatur. Eadem interpr. et Medicor. At illis Budæi interpretationibus, Fuco, Adultero, Lenocinio afficio, affines sunt hæ ex Hesychio sumptæ, Decipio, Assentor. ‖ Tingo, βάπτω, Hesych. et Eustath. Legimus vero et ap. Polluc. 7, cap. Περὶ βαφῆς καὶ χρωμάτων κτλ. [169]: Λέγεται δὲ καὶ φαρμάττειν τὰ ἔρια, καὶ Μηλοῦν, καὶ Καταμηλοῦν, τὸ τῷ κινήθρῳ καταδύειν· sed hanc expositionem ad duo postrema duntaxat pertinere arbitror. ‖ Φαρμάσσω τὸν σίδηρον, Intingo s. Immergo ferrum in aquam frigidam. Solet autem immergi, quum est candens, idque ut induretur ejus acies. Ita Bud. afferens Homeri locum ex Od. I, [393]: Ὡς δ' ὅτ' ἀνὴρ χαλκεὺς πέλεκυν μέγαν, ἠὲ σκέπαρνον Εἰν ὕδατι ψυχρῷ βάπτῃ μεγάλα ἰάχοντα, Φαρμάσσων· τὸ γὰρ αὖτε σιδήρου τε κράτος ἐστίν. Ubi Eustath. scribit φαρμάσσειν non esse simpliciter βάπτειν, unde φαρμακῶνες pro βαφεῖα: sed poni pro στομοῦν καὶ στερροποιεῖν. [‖ Condio. Hipponax ap. Athen. 14, p. 645, D: Τηγανίτας σησάμοισι φαρμάσσων.]

[Φαρματηνὸς, ὁ, Pharmatenus, fl. ap. Arrian. in Periplo Ponti Eux. 16, 3, p. 261 ed. Didot.]

[Φαρμουθὶ, ὁ, Pharmuthi, mensis Ægyptiacus qui cum Aprili Romanorum fere congruit. Schol. Arati 264: Τοῦ Φαρμουθὶ μηνὸς, ὅς ἐστι παρὰ Ῥωμαίοις Ἀπρίλλιος, ὅτε καὶ τοῦ θερίζειν ὁ καιρὸς παρ' Αἰγυπτίοις. Suidas (et similiter Zonaras Lex. p. 1793): Φ. παρ' Αἰγυπτίοις ὁ κατὰ Ῥωμαίους Ἀπρίλλιος. Cum Ξανθικῷ Macedonum, qui ipse quoque Aprili respondet, componit Joseph. A. J. 2, 5. Idem ibid. 2, 14, 6, auctor est interfectionem primogenitorum in Ægypto contigisse isto mense. Clem. Al. Strom. 1, p. 408: Φαρμουθὶ κε' et Φ. ιθ'. Epigr. Anth. Pal. 9, 383: Εἰαρινῶν Φαρμουθὶ ῥόδων πρωτάγγελός ἐστιν. Hæc Jablonsk. Quibus Tewater. addit inscr. apud Donium p. 23: ΑΠΡΙΛΙΩΝ ΦΑΡΜΟΥΘΙ. Angl. Φαρμουθὶ in inscrr. apud Franz. C. I. vol. 3, p. 462, n. 4986, 8; p. 539, n. 5226, 1. At ibid. p. 471, n. 520, 8, Φ. $\overline{κδ}$, κατ' ἀρχέως (i. e. ἀρχαίους, sicut scriptum est p. 462, n. 4987, 8), indicatur mensis calendarii quod erat in usu ante cal. anni fixi, vulgoque vagum vocatur. Conf. Franz. ib. p. 375, n. 4736. Hase.]

[Φαρνάβαζος, ὁ, Pharnabazus, n. pr. virile frequens in Persia: cujus exx. v. ap. Thucyd. 2, 67; 8, 6, 80, 109, Xenoph. Anab. 6, 2, 24, Isocr. p. 69, D, Arrian. Anab. 2, 1, 3, Diodor. 13, 37, aliosque.]

[Φάρναγος, ὁ, Pharnagus, n. pr. in titulo Odessensi ap. Bœckh. 2056, c, vol. 2, p. 79: Ἡρόσοδον Φαρνάγου. Radicem Φαρν— Persicam esse monet Bœckh. p. 114.]

[Φαρναζάθρης, ὁ, Pharnazathres, dux Indorum. Herodot. 7, 65: Ἰνδοὶ προσετετάχατο ... Φαρναζάθρῃ τῷ Ἀρταβάτεω.]

[Φαρνάκεια, ἡ, Pharnacea. Steph. Byz.: Φαρνάκεια χώρα καὶ πόλις Ποντικὴ προσεχὴς τῇ Τραπεζοῦντι· τὸ ἐθνικὸν Φαρνακεὺς ἀπὸ τοῦ Φάρνακος, ὡς Ἀντίοχος Ἀντιοχεὺς, Σέλευκος Σελευκεύς. Ἔστι καὶ Φρυγίας Φαρνάκιον, ὡς Ἀλέξανδρος περὶ Φρυγίας τρίτῳ. Libri Φαρναχία, ut apud Strabonem p. 126, 320, 499, 547, 548, 549, 551, 555, 556, 677, et Ptolem. Diphthongum restituit Meinek. Et sic est apud Arrian. Periplo P. E. 16, 4, p. 261, etsi falso accentu Φαρνακεία et Φαρνακείαν. Φερνακία ap. Plutarch. V. Luculli c. 18, librarii errore, ut videtur. *Pharnacea* ap. Plin. H. N. 6, 4. G. Dindorf.]

[Φαρνάκειον, τὸ, Pharnaceum, nomen herbæ. Plin. H. N. 25, 4, 14: Quartum genus Panacis ab Chirone repertum centaurion cognominatur: sed et Pharnaceon, in controversiam inventionis a Pharnace rege deductum.]

[Φαρνάκη, ἡ, Pharnace, Megessari filia, Sandaci uxor, Cinyræ Syrorum regis mater. Apollod. 3, 14, 3, ubi libri corrupte θανάκην, quod correxit Meursius. Hesych.: Κινύρας, Ἀπόλλωνος καὶ Φαρνάκης (codex φαρνα..) παῖς, βασιλεὺς Κυπρίων· et Suidas s. v. Καταγηράσαις et Σαρδαναπάλους. In Φάρμη corruptum in Proverb. Append. 4, 68, p. 450 ed. Schneidew.]

[Φαρνάκης, ὁ, Pharnaces, Persa. Herodot. 7, 66: Ἀρτάβαζος ὁ Φαρνάκεω· sed 9, 41: Ἀρτάβαζος ὁ Φαρνάκεος. Φαρνάκῃ et Φαρνάκου ap. Aristoph. Av. 1028, C 1030. Φαρνάκου sæpius in inscrr. Anapæ repertis ap. Bœckh. vol. 2, p. 166, 167. Thucyd. 1, 129: Ξέρξης ... ἀποστέλλει Ἀρτάβαζον τὸν Φαρνάκου· 2, 67: Φαρνάκην τὸν Φαρναβάζου· 5, 1. Φαρνάκης, rex Ponti, avus Mithradatis, ap. Polyb. 3, 3, Strab. 11, p. 495. Iidem aliive apud Diodorum, Appianum, Dionem Cassium, Ciceronem, Plinium, Suetonium, aliosque. G. D. Strabo 12, p. 557, τὸ ἱερὸν Μηνὸς Φαρνάκου καλούμενον, de quo Creuzer. *Symbolik* part. 2, p. 359. Alius Φ. in tit. Telmiss. ap. Franz. C. I. vol. 3, p. 131, n. 4216, 2: Φαρνάκου Ὦλος. Nomen servorum libertorumve in inscrr. Latinis ap. Ott. Jahn. Spec. epigr. p. 45, n. 187, 1: L. Aufidius Ph.; p. 75, 14: T. Vettius T. L. Ph.; et alibi sæpe. De scalptore incertæ ætatis et patriæ Sillig. Cat. artif. p. 331; gemmis tamen plurimis nomen ΦΑΡΝΑΚΟΥ manu recenti additum esse censet Lud. Stephani, *Angebliche Steinschn. des Alt.*, diss. ed. Petropoli a. 1851, p. 60, n. 4—8. Hase.]

[Φαρνακία vitiose pro Φαρνάκεια, quod v.]

[Φαρνάκιον, τὸ, Pharnacium, oppidum Phrygiæ. V. D Φαρνάκεια.]

[Φαρνακίων, ωνος, ὁ, Pharnacio, n. pr. in inscrr. Anapæ repertis ap. Bœckh. vol. 2, p. 166 et 167, ubi genitivus Φαρνακίωνος cum nominibus filiorum Νεοκλῆς, Πάππος, Μακάριος, Φαρνάκης et aliorum, ut frequens nomen fuisse pateat.]

[Φαρνακύας, ὁ, Pharnacyas, eunuchus, Xerxis interfector. Ctesias ap. Phot. Bibl. p. 42, 11, 33.]

[Φαρναπάτης, ὁ, Pharnapates, dux Parthorum. Plutarch. V. Anton. c. 33: Φαρναπάτην, ἡγεμονικώτατον τῶν Ἡρώδου βασιλέως στρατηγῶν. Dio Cass. 48, 41.]

[Φαρνάσπης, ὁ, Pharnaspes, Cyri socer. Herodot. 2, 1, et 3, 2, 68, quibus in locis genitivus est Φαρνάσπεω.]

[Φάρνος, ὁ, Pharnus, rex Mediæ. Diodor. 2, 1.]

[Φαρνούχης, et Φαρνοῦχος, ὁ, Pharnuches, vel Pharnuchus, frequens inter Persas nomen virile. Prioris formæ exx. sunt ap. Herodot. 7, 88, Arrian. Anab. 4, 3, 7; 4, 5, 33 (ubi Ph. Lycius, dux equitatus Alexandri). Alterum, Φαρνοῦχος, ap. Æsch. Pers. 313,

Xenoph. Cyrop. 6, 3, 32; 7, 1, 22; 8, 6, 7. Ambiguum Φαρνούχου ap. Iambl. Phot. Bibl. p. 75, 12.]

[Φάρξ. Hesych. : Φάρκες, νεοσσοὶ, Pulli. V. de hoc genere monosyllaborum Lobeck. Paralip. p. 111.]

[Φάρος, ὁ. Pharus. Insula quædam prope Alexandriam, continenti adjacens, in qua turris ædificata erat in salutem navigantium. Utraque et insula et turris nomen Phari habuit. V. Steph. Byz. v. Φάρος (qui addit, Φάρος δὲ καὶ ἡ Ἀλεξάνδρεια ἐκαλεῖτο). Adde de insula illa Strab. 8, p. 536; 17, p. 791, 794, Ammian. Marc. 22, 16, Eust. in Hom. Od. Δ, 355, p. 1500, eundemque in Dionys. Perieg. 258, et imprimis Salmas. in Solin. p. 379 ed. Paris. ac Prideaux *Hist. des Juifs* vol. 3, p. 14—16. (Arrian. Anab. 7, 23, 10 : Ἡρῶον ἐν Ἀλεξανδρείᾳ τῇ Αἰγυπτίᾳ, ἔν τε τῇ πόλει αὐτῇ καὶ ἐν τῇ νήσῳ τῇ Φάρῳ, ἵνα ὁ πύργος ἐστὶν ὁ ἐν τῇ νήσῳ μεγέθει τε μέγιστος καὶ πολυτελείᾳ ἐκπρεπέστατος.) Nomen insulæ hujus deducunt nonnulli a Pharo quodam, Menelai, vel, ut alii volunt, Helenæ et Paridis nauclero aut gubernatore navis (πρῳρεὺς Μενελάου dicitur ab Steph., ut ab Herodiano Περὶ μ. λ. p. 36, 28. G. D.), qui illic ex morsu serpentis perierit. V. Steph. Byz. et (schol. Hom. l. c.) Eustath. l. c. atque Etym. M. v. Φάρος. Sed notum est vulgo, Græcos fabularum talium plenos esse. Alii nominis istius veram significationem ex Græco sermone eruere satagunt. Ita Etym. M. : Φάρος ... παρὰ τὸ φῶ, τὸ φαίνω, φάρος, παρὰ τὸ φαίνεσθαι αὐτὴν πρὸ τῆς Αἰγύπτου· ἔχει δὲ καὶ ἄλλον λόγον, καὶ ἐπὶ τοῦ προφαινομένου τοῖς πλέουσι πύργου, ἤτοι παρὰ τὸ φῶς ἀνάπτειν τοῖς πλέουσιν· ἢ παρὰ τὸ φάω· οἷον, «Φάε δὲ χρυσόθρονος ἠώς». Pariter alii quoque, et veteres et recentiores critici. Verum Phari nomen est antiquissimum, cujus Homerum jam meminisse videmus Od. Δ, 355, adeoque insulæ illi non a Græcis, verum ab ipsis Ægyptiis impositum, quare non nisi ex eorum lingua merito explicandum erit. Neque etiam difficile est ex lingua Ægyptiorum nominis illius rationem reddere. Nempe Pharus ab antiquo specula fuit, et locus munitus, φυλακὴ, qui ab Ægypto peregrinos arceret. Vid. Strabon. 3, p. 140; 17, p. 791, 792, 794. Eadem vox etiam speculam potest designare, quia in specula custodes solent esse constituti. Et ita vox Ægyptiaca usurpatur Ps. 77, 4. Quod Num. 23, 14, in Græcis est, Καὶ παρέλαβον αὐτὸν εἰς ἀγροῦ σκοπιὰν, interpretes Ægyptiaci transtulerunt ΦΑΡΕΤ. Et vero tradunt antiqui, Pharum fuisse σκοπιὰν, Speculam. Dionysius certe Perieg. ita Pharum describit v. 258, 9 : Ἠχί περ ἄκραι φαίνονται σκοπιαὶ Παλληνίδος Εἰδοθεείης. Eust. ad illa Dionysii verba hæc commentatur p. 45 : Ὅτι σκοπιὰς τῆς Εἰδοθέας λέγει τὴν κατ' Ἀλεξάνδρειαν Φάρον, ἢ τὸν Ἀντίφαρον, ὑψηλὸν ὄντα καὶ αὐτὸν, ὃς λέγεται τάφος Ὀσίριδος καὶ Εἰδοθέας τῆς τοῦ Πρωτέως, κτλ. Vide et eundem in Hom. Od. Δ, p. 1500. Jablonsk. De Pharo vid. Montefalc. Dissertatio in Commentt. Acad. Inscrr. vol. 6, p. 576—582, de Ægyptiaca voc. Φάρος origine non dubitantis. Plutarch. De Iside et Osir. p. 504 ed. Ox. observat Pharum, quam Homerus cursu unius dici ab Alexandria abesse canit, nunc partem esse Ægypti. Tewater. Plutarch. V. Alex. c. 26, post locum Homericum : Ἐβάδιζεν (ὁ Ὀδυσσεὺς) ἐπὶ τὴν Φάρον, ἣ τότε μὲν ἔτι νῆσος ἦν τοῦ Κανωβικοῦ μικρὸν ἀνωτέρω στόματος, νῦν δὲ διὰ χώματος ἀνείληπται πρὸς τὴν ἤπειρον. Eurip. Hel. 5 : Πρωτεὺς ... Φάρον μὲν οἰκῶν νῆσον, Αἰγύπτου δ' ἄναξ. Alia plurima ex aliis scriptoribus quum de insula tum de turri Pharo dicta collegit Tzschuck. ad Pomp. Melam vol. 3, 2, p. 640 seqq. || De aliis Pharis Steph. Byz. : Φάρος, νῆσος ἐν τῷ Ἀδρίᾳ, ποταμὸν ὁμώνυμον ἔχουσα· ἔστι δὲ κτίσμα Παρίων, ὡς Ἔφορος κη'. (De hac Marcian. Heracl. p. 430 : Φάρος ... Παρίων κτίσις. Diodor. 15, 13 : Πάριοι κατά τινα χρησμὸν ἀποικίαν ἐκπέμψαντες εἰς τὸν Ἀδρίαν ἔκτισαν ἐν αὐτῷ νῆσον τὴν ὀνομαζομένην Φάρον, συμπράξαντος αὐτοῖς Διονυσίου τοῦ τυράννου. Strabo 7, p. 315 : Ἡ Φάρος, Πάρος λεγομένη πρότερον· Παρίων γάρ ἐστι κτίσμα. Plin. H. N. 3, 21 : «Pharus Paros ante.» Solo æquata ab Romanis : v. Appian. Illyr. c. 7.) Ἔστι καὶ πόλις Ἰλλυρίας, ὡς Πολύβιος γ'. (Hæc non diversa a priori, sed est urbs in insula Pharo sita, de qua Polyb. 2, 11, 15; 3, 18; 5, 108, 7, ubi libri ἐν τῷ Φάρῳ, recte in τῇ mutatum ab Schweigh.; 7, 9, 13). Τὸ ἐθνικὸν Φάριοι. Tum post ea quæ de Pharo τῇ πρὸς τῇ Ἀλεξανδρείᾳ dixit, Τὸ ἐθνικὸν Φάριος καὶ Φαρία καὶ Φάριον. Ἔστι καὶ πόλις Περραιβική. Ἐθνικὸν τὸ αὐτό. G. D. Inscript. Lycopolitana ap. Clarac. *Inscrr. du Musée de Londres*, 1832, tab. lx, unde repetita in Welckeri Novo Mus. Rhen. 1, 2, p. 293 : Ἐν Φαρίῃ γαίῃ. Nonnus Synag. histor. 1, c. 2, ἡ Φαρία νῆσος. Boiss. Inscr. Hierasyc. ap. Franz. C. I. vol. 3, p. 506, n. 5119, 7 : Ὃν ἀγαπᾷ ἡ Φαρία Ἶσις. Ibid. p. 331, n. 4683, b, 1 : Εἴσιδι Φαρίᾳ. Aliud adject. Stad. maris magni in Geogr. gr. min. vol. 2, p. 434, 3 Gail. : Ἀπὸ Ἀλεξανδρείας τῆς Φαρίτιδος. Hase.]

[Φάρος, ὁ, i. q. φάρυγξ. Etym. M. p. 788, 30 : Φάρυγξ, παρὰ τὸ φέρω, δι' ἧς φέρεται τὸ πνεῦμα· φέρω, φέρος καὶ φάρος, καὶ παρώνυμον φάρυγξ, ὡς Λυκόφρων, Ἐτύμβευσεν φάρῳ, ἀντὶ τοῦ φάρυγγι. Quæ exscripsit Meletius in Cram. Anecd. Oxon. vol. 3, p. 84. Apud Lycophr. 154, nunc interpolata scriptura legitur ἐτύμβευσεν τάφῳ. Sed φάρῳ fortasse legit glossator vetus qui interpretatur κατέφαγεν τῇ φάρυγγι.]

[Φάρος, ὁ, Pharus, nauclerus Menelai. V. Φάρος, ἡ. || Fl. Ciliciæ. Suidas : Φάρος, ποταμὸς Κιλικίας, οὗ τὸ εὖρος πλέθρα τρία.]

[Φᾶρος, vel Φάρος, τὸ, Palla, Pallium, Vestis exterior, sicut χιτὼν interior. Etym. M. p. 788, 8 : Φάρος· ἱμάτιον, περιβόλαιον (sic etiam Hesych.), ἀπὸ τοῦ φέρεσθαι, οἱονεὶ φέρος τι ὄν· ἢ παρὰ τὸ τῇ ὑφῇ ἀρηρέναι. Λέγεται δὲ καὶ ἐπὶ γυναικῶν. Eadem fere apud Phot. et Suidam, ubi minus accurate, λέγεται δὲ ἐπὶ γυναικὸς, quasi proprium sit mulierum. Est autem vocabulum poeticum, nisi quod duobus in locis eo usus est Herodotus 2, 122, : Φᾶρος αὐτημερὸν ἐξυφήναντες· 9, 109 : Ἐξυφήνασα φᾶρος ποικίλον. Nam alii omnes scriptores prosaici aliis nominibus uti solent, plerumque ἱμάτιον. Hom. Il. B, 43 : Μαλακὸν δ' ἔνδυνε χιτῶνα ..., περὶ δὲ μέγα βάλλετο φᾶρος, ubi ab χιτὼν distinguitur, ut Ω, 221 : Τόσσα δὲ φάρεα καλὰ, τόσους δ' ἐπὶ τοῖσι χιτῶνας· 588 : Ἀμφὶ δέ μιν φᾶρος καλὸν ἠδὲ χιτῶνα· et Od. Z, 214 : Πὰρ δ' ἄρα οἱ φᾶρός τε χιτῶνά τε εἵματ' ἔθηκαν· et similiter H, 234. N, 67 : Τὴν μὲν φᾶρος ἔχουσαν ἐϋπλυνὲς ἠδὲ χιτῶνα· ubi quod φᾶρος et χιτὼν ordine inverso nominantur, propter solam metri necessitatem factum est. Porro Il. Θ, 221 : Πορφύρεον μέγα φᾶρος ἔχων ἐν χειρὶ παχείῃ· Od. Θ, 84 : Πορφύρεον μέγα φᾶρος ἑλὼν χερσὶ στιβαρῇσιν κὰκ κεφαλῆς εἴρυσσε· 88 : Κεφαλῆς ἄπο φᾶρος ἔλεσκεν· O, 61 : Χιτῶνα περὶ χροὶ σιγαλόεντα δῦνεν καὶ μέγα φᾶρος ἐπὶ στιβαροῖς βάλετ' ὤμοις· T, 138 : Φᾶρος ... ὑφαίνειν λεπτὸν καὶ περίμετρον. De indumento muliebri Od. E, 230 et K, 543 : Αὐτὴ δ' ἀργύφεον φᾶρος μέγα ἔννυτο νύμφη· N, 108 : Νύμφαι φάρε' ὑφαίνουσιν ἁλιπόρφυρα· Hymn. in Apoll. Del. 121 : Φάρεϊ λευκῷ, λεπτῷ, νηγατέῳ. Hesiod. Op. 198 : Λευκοῖσιν φαρέεσσι καλυψαμένω χρόα καλὸν ... Αἰδὼς καὶ Νέμεσις. De velo quo corpus mortui tegitur, Hom. Il. Σ, 353 : Ἑανῷ λιτὶ κάλυψαν ἐς πόδας ἐκ κεφαλῆς, καθύπερθε δὲ φάρεϊ λευκῷ· Od. B, 97 et Ω, 133 : Εἰς ὅ κε φᾶρος ἐκτελέσω ... Λαέρτῃ ἥρωϊ ταφήϊον : quod σπεῖρον dicitur ibid. B, 102. De velo navis Od. E, 258 : Τόφρα δὲ φάρε' ἔνεικε Καλυψὼ ... ἱστία ποιήσασθαι. Post Epicos frequenter ab Tragicis dictum est de indumento et virili et muliebri. Sic Æsch. Sept. 329 : Ἄγεσθαι νέας τε καὶ παλαιὰς ... περιρρηγνυμένων φαρέων· Choeph. 11 : Ὁμήγυρις στείχει γυναικῶν φάρεσιν μελαγχίμοις πρέπουσα. Soph. Aj. 916 : Ἀλλά νιν (Ajacem mortuum) περιπτυχεῖ φάρει καλύψω τῷδε παμπήδην· fragm. 342 : Βύσσινον φάρος. Mire idem ἀναιδείας φάρος dixit, quod Hesych. per χιτὼν explicat παρὰ τὸ (Il. B, 262), Χλαῖναν τ' ἠδὲ χιτῶνα, τά τ' αἰδῶ ἀμφικαλύπτει. De stragula Trach. 916 : Ὁρῶ δὲ τὴν γυναῖκα δεμνίοις τοῖς Ἡρακλείοις στρωτὰ βάλλουσαν φάρη, ut Bion 1, 72 : Κάτθεό νιν μαλακοῖς ἐνὶ φάρεσιν οἷς ἐνίαυεν. Eurip. Phœn. 328 : Ἄπεπλος φαρέων λευκῶν. Φᾶρος λεπτόμιτον Andr. 832; χρυσεόστολον Herc. F. 414; χρυσεοπήνητα φ. Or. 838; πολύπηνα El. 191; πολυποίκιλα Iph. T. 1150; λεπτὰ Hipp. 133; et Suppl. 286 : Τί κλαίεις λέπτ' ἐπ' ὀμμάτων φάρη βαλοῦσα τῶν σῶν; Πορφύρεα φ. Or. 1436, Hipp. 126. De velo Hec. 1081 : Ναῦς ὅπως ποντίοις πείσμασι λινόκροκον φᾶρος στέλλων. || De mensura syllabæ pri-

mæ insignis est locus Herodiani Περὶ μ. λέξ. p. 35, 36 : Τὰ εἰς ος λήγοντα οὐδέτερα δισύλλαβα, εἰ ἔχοι πρὸ τέλους τὸ α, συνεσταλμένον πάντως αὐτὸ ἔχει ... σημειῶδες ἄρα τὸ φάρος ἐκτεινόμενον τὸ α· (Hom. Od. Π, 173) Φᾶρος μέν οἱ πρῶτον κτλ.· οἱ μέντοι τραγικοὶ ἐπίσης ἐκτείνουσι τοῦ προκειμένου ὀνόματος τὸ α καὶ συστέλλουσιν, ὡς παρ' Αἰσχύλῳ ἐν Σαλαμινίαις, Εἴ μοι γένοιτο φᾶρος ἶσον οὐρανῷ· ἀλλὰ κατὰ συστολὴν παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν Τηρεῖ, Σπεύδουσαν αὐτὴν, ἐν δὲ ποικίλῳ φάρει· καὶ ἐν Κρίσει σατυρικῇ, Καὶ δὴ φάρει τῷδ' ὡς ἐμῷ καλύπτομαι. Quæ excerpserunt Draco p. 35, 5, et gramm. Hermanni p. 445. Poetæ epici α constanter produxerunt (ut Homerus locis supra citt., Apoll. Rh. 2, 30; 3, 454, 1031, 1204; 4, 187), excepto dativo φαρέεσσιν, quem correpta syllaba prima metro accommodarunt Hesiod. Op. 200, et Apoll. Rh. 3, 863. Ad Tragicos quod attinet, apud Æschylum nullum correpti, apud Sophoclem nullum producti α exemplum est, Euripides vero utraque mensura usus est. || Forma monosyllaba ap. Arcad. p. 124, 18 : Φᾶρ τὸ ἱμάτιον, ἀπὸ τοῦ φᾶρος.]

Φάρος, τὸ, Aratio, vide in derivatis ex Ἀρόω [s. v. Ἄφαρος, ubi grammaticorum loci afferuntur ἄφαρος, quo Callimachus usus erat, explicantium, de quo vide s. v. Φαρῶ. Herodian Περὶ μον. λέξ. p. 36, 30 : Καὶ οὐδέτερον (τὸ φάρος), ὁπότε σημαντικὸν τοῦ ἱματίου ἢ καὶ τοῦ ἀρότρου, ὡς καὶ παρ' Ἀλκμᾶνι· ἀλλὰ καὶ παρ' Ἀντιμάχῳ, Ἀεὶ φάρεος χατέουσιν ἔχων (χατέουσιν ἑκόντες Lehrsius, χατέουσαν Ἐχῖνον Lobeck. Proleg. Pathol. p. 62)· οὕτως ἐν τοῖς ἀντιγράφοις εὕρηται.]

[Φαρούσιοι, οἱ, Pharusii. Steph. Byz.: Φ., ἔθνος Λιβυκόν· μέμνηται αὐτῶν Διονύσιος καὶ Ἀρτεμίδωρος. Adde Ptolem. 4, 6, Strabon. 2, p. 131; 17, p. 826, 828, ubi οἱ Φ. καὶ οἱ Νίγρητες, ut ap. Dionys. Perieg. 216 : Νίγρητες, ἐξείης δ' ἐπὶ τοῖσι Φαρούσιοι· ubi libri plerique φαυρούσιοι. *Pharusii* ap. Plin. H. N. 5, 8, 4, aliosque : v. Tzschuck. ad Pomp. Melam vol. 2, 1, p. 185; vol. 3, 3, p. 416 seq.]

[Φαρρακία vel Φαρράκια ap. Dionys. A. R. 2, 25 : Ἐκάλουν δὲ τοὺς ἱεροὺς οἱ παλαιοὶ γάμους Ῥωμαϊκῇ προσηγορίᾳ περιλαμβάνοντες φαρράκια, ἐπὶ (ἀπὸ Sylb.) τῆς κοινωνίας τοῦ φαρὸς, ὃ καλοῦμεν ἡμεῖς ζέαν. « *Farracia* nusquam reperi apud Latinos, sed *confarreationem*, ad quam vocem hic alludere videtur participium περιλαμβάνοντες et nomen κοινωνία. » Sylburg. Scriptura vitii tanto magis suspecta quod in cod. Vat. φαραγχείους scriptum, quod simile est Latino *farraceos* vel *farracios*.]

[Φαρράλιος. V. Φάρσαλος.]

[Φαρσᾱλία, ἡ, i. q. Φάρσαλος, quod v. || Pharsalia, saltatrix Thessalica, ap. Athen. 13, p. 605, C.]

[Φαρσᾱλικὸς, ὁ, Pharsalicus, n. pr. viri in numo Cumano ap. Mionnet. *Descr.* vol. 3, p. 8.]

‖ Ἠμὶ, Attica aphæresi [ut tradit Etym. M. p. 416, 26] pro φημὶ [quod non ἐγκλίνεσθαι observat Jo. Charax loco supra allato], Dico : ut et ἦν, ἦς, ἦ, pro ἔφην, ἔφης, ἔφη. Aristoph. Nub. [1145] : Παῖ, ἠμὶ, παῖ, παῖ. [Et Ran. 37 : Παιδίον, παῖ, ἠμὶ, παῖ. Quod ex lingua vulgari sumtum esse ex eo colligi potest, quod παῖ, ἠμὶ cum hiatu dicere maluit poeta quam παῖ, φημὶ, sine hiatu. Tertia persona ἠσὶ, quæ sine teste memoratur in Lexico de spirit. ap. Valck. ad Ammon. p. 225 (ἠσὶν ἀντὶ τοῦ φησὶν) poetæ interdum usi sunt metri caussa. Gramm. in Cram. Anecd. Oxon. vol. 1, p. 190, 19 : Ἠσί. « Δώσομεν, ἠσὶ πατὴρ » φησὶν ἡ Σαπφώ· ἠτί δὲ λέγει Ἀλκμὰν ἀντὶ τοῦ ἠσίν. Post hos Hermippus ap. Phot., cujus verba statim apponemus, p. 62, 1 : Ὁ Ζεὺς, δίδωμι Παλλὰς, ἠσὶ, τοὔνομα· et alius nescio quis ἠσὶ δὲ, ἀντὶ τοῦ φησὶ δὲ, ut annotavit Phot. p. 76, 15. Præter ἠμὶ et ἠσὶ duæ tantum usitatæ sunt hujus verbi formæ imperfecti sive aoristi persona prima ἦν et tertia ἦ. Et prima quidem non aliter quam in formula ἦν δ' ἐγὼ, quæ similis Latinorum verbo *inquit*, verbis dicentis aut interseritur aut postponitur, ut ap. Aristoph. Eq. 631 : Ἄγε δὴ Σκίταλοι καὶ Φέναχες, ἦν δ' ἐγὼ, Βερέσχεθοί τε κτλ., et frequentissime in dialogis Platonicis, velut Reip. 1, p. 327, C : Οὐ γὰρ κακῶς δοξάζεις, ἦν δ' ἐγώ. Quod ignoravit scriptor Philopatridis, qui in initio posuit c. 22 : Ἦν δ' ἐγὼ πρὸς Κράτωνα, Μῶν κακῶς πάντα κτλ.· 23 : Ἦν δ' ἐγὼ, Ὀλίγοι γε χρηστοὶ κτλ. Persona tertia ἦ simplici utuntur poetæ Epici ἐπὶ προειρημένοις λόγοις ἐπιφέροντες (i. e. post orationem finitam), ut observant grammatici, quorum locos infra apponemus, Attici vero in sola formula ἦ δ' ὅς vel ἦ δ' ἣ, quæ ut ἦν δ' ἐγὼ verbis dicentis aut interponitur aut postponitur. De quibus insignis est glossa Photii p. 61, 23, ab Suida repetita : Ἦ δ' ὅς· οἱ μὲν περὶ Ἐρατοσθένην ἀντὶ τοῦ ἔφη δὲ ὅς· διὸ καὶ δασύνουσι τὴν ἐσχάτην· ἐντετάχθαι γὰρ ἄρθρον τὸ ὅς. Καὶ ἦ ἀντὶ τοῦ ἔφη (Plato Rep. 1, p. 327, B) « Ἀλλὰ περιμενοῦμεν, ἦ δ' ὃς ὁ Γλαύκων. » Καὶ ἦν δ' ἐγώ ἀντὶ τοῦ ἔφην δ' ἐγώ. Παρὸ δὴ καὶ Ἕρμιππος ἐν Ἀθηνᾶς γοναῖς ἠσὶν ἀντὶ τοῦ φησίν. « Ὁ Ζεὺς, Δίδωμι Παλλὰς, ἠσὶ, τοὔνομα » (nam sic Porsonus corruptam correxit codicis scripturam διδωνα πολλάς φησι, quam Suidas quoque in libro suo legit, nisi quod διδώνα habet). Ἀρίσταρχος δὲ τὸ μὲν ἦ δ' ὅς ἀντὶ τοῦ ἔφη δὲ ὅς, τὸ δὲ ἦν δ' ἐγώ, ἔφην δ' ἐγώ· τὸ δὲ ἦ τῶν ἀρχαίων ἔφη εἶναι λεξειδίων, Ὅμηρον δ' οὐ κατὰ πάντα χρῆσθαι αὐτῷ, οὐδὲ σχηματίζειν ἀπ' αὐτοῦ τὸ ἀνάλογον (μὲν vulgo additum recte delet Bernhard.), ὡς ὅταν λόγου τελευτὴν σημαίνῃ « Ἦ, καὶ κυανέῃσιν ἐπ' ὀφρύσι » (Il. A, 528)· καὶ (Od. X, 8) « Ἦ καὶ ἐπ' Ἀντινόῳ », τοὺς δὲ μεθ' Ὅμηρον ἀδιαφόρως αὐτὸ τάσσειν. Aristarchi sententiam memoravit etiam schol. Il. A, 219 : Τοῦτο τὸ ἦ ψιλῶς λεγόμενον καὶ περισπωμένως δηλοῖ ... καὶ τὸ ἔφη « Ἦ καὶ κυανέῃσιν » (Il. A, 528), καὶ σεσημείωται Ἀρίσταρχος ὅτι ὁ μὲν Ὅμηρος ἀεὶ ἐπὶ προειρημένοις λόγοις ἐπιφέρει τὸ δηλοῦν τὸ ἔφη, ὡς ἐπὶ τοῦ προκειμένου· ὁ δὲ Πλάτων μετ' αὐτὸν ἐπιφέρει τὸν λόγον· de quo scholio Lehrs. in libro De Aristarcho p. 104 : « Observandi occasionem dederat falsa lectio Zenodoti Il. Υ, 114, ἦ δ' ἄμυδις ... pro ἡ δ' ἄμυδις· quo loco Aristonicus : Ἠγνόηκε δὲ (Ζηνόδοτος) ὅτι ἐπί τισι προειρημένοις τίθεται παρ' Ὁμήρῳ τὸ ἦ, οὐκ ἐν ἀρχῇ. Idem hoc l. observat Didymus. Porphyrius qui ad Il. E, 533, et hoc idem commemorat et plures exquirit vocabulorum ἦ et φῆ differentias, non debebat omittere de ἦ nec participium nec adverbium addi posse : quare Φ, 361, legimus, Φῆ, πυρὶ καιόμενος. Omninoque illud ἦ καὶ vel ἦ ῥα καὶ tam firmum fuisse in illa antiqua oratione videtur ut nihil immutationis ferret. Quare Passovius quod semel adjunctum habet subjectum Ἦ ῥα γυνὴ ταμίη (Il. Z, 390) suspectum habuit, φῆ commendans, ut est in Hymno in Cer. 145 : Φῆ ῥα θεά· et H. in Merc. 212 : Φῆ ῥ' ὁ γέρων. Sed Apollon. Rh. ἦ ῥ' ἅμα 2, 619; ἦ ῥα μέγα φρονέων 1, 348; 2, 19; ἦ ῥα περιφραδέως 3, 947 : quanquam idem φῆ ῥα χαλεψάμενος 3, 382; φῆ ῥα πειρωμένη 3, 693, varietatem quærens. Unde non contentus formulis Homericis fecit etiam Φῆ ἄρα· Χαλκιόπη δὲ 3, 718; Φῆ· ὁ δ' ἄρ' ἀστραγάλοις ... 3,

154, et alibi ὣς ηὔδα vel, quod aeamavit, ἴσχεν, ut Nonnus ἔννεπε vel εἶπε. » Quinti Sm. locos in quibus ἦ vel ἦ ῥα est, sequente plerumque participio, collegit Kœchl. ad 1, 563, addito etiam, qui Passovium fugerat, altero loco Homeri Il. Ξ, 475 : Ἦ ῥ' εὖ γιγνώσκων. Theocr. 22, 75 : Ἦ ῥ' Ἄμυκος. Atticæ vero formulæ ἦ δ' ὅς exempla sunt ap. Cratin. Athen. 3, p. 94, F : Ὡς λεπτὸς, ἦ δ' ὅς, ἔσθ' ὁ τῆς χορδῆς τόμος. Aristoph. Vesp. 795 : Ταχὺ γοῦν καθέψεις ἀργύριον, ἦ δ' ὅς λέγων (recte, ut videtur, Tyrwhitt. γελῶν), et plurima apud Platonem, qui post ὅς interdum repetivit nomen loquentis, ut Rep. 1, p. 327, B : Ἦ δ' ὅς ὁ Γλαύκων· Charm. p. 61, C : Ἀλλὰ τί διαφέρει, ἦ δ' ὅς ὁ Χαρμίδης. Quod imitati sunt recentiores, de quibus Koen. ad Greg. Cor. p. 144 : « Ad obscuritatem omnem evitandam interdum dicentis nomen additur : a Dione Chrys. Or. 2, p. 21, B : Ἦ δ' ὅς ὁ Ἀλέξανδρος. Philostr. p. 305 : Ἦ δ' ὅς ὁ Δάμις. Ut affectata ridet ista Lucian. in Lexiph. c. 2 : Ἦ δ' ὅς ὁ Καλλικλῆς· et ibidem c. 14. Ipse tamen ita loquitur (Scyth. c. 4,) Lapith. c. 9, 32, 37. Pro his ἦ δ' ὁ Ἀπολλώνιος, ἦ δ' ὁ Νεῖλος, ἦ δ' ὁ Δημήτριος, ἦ δ' ὁ Διονύσιος, ὁ Μάρκος et similia frequentavit Philostratus in V. Apollon. et Sophist. » Femininum ἦ δ' ἣ est ap. Plat. Symp. p. 205, C. Quo magis mirandum quod de ἦ δ' ὅς pro feminino ἦ δ' ἣ et de usu numeri singularis pro plurali annotavit Phot. p. 62, 10 : Ἦ δ' ὅς· ἀντὶ τοῦ ἔφη δὲ οὗτος, καὶ ἀντὶ τοῦ ἔφη (verba ἀντὶ τοῦ ἔφη delenda, nisi aliquid excidit). Τάττεται δὲ καὶ ἐπὶ ἀνδρὸς καὶ γυναικός· καὶ ἀντὶ τοῦ ἔφασαν· καὶ ἀντὶ τοῦ ὦ φίλε. Τοῦτο Χάρης μέν φησι καὶ Κριτόλαος σημαίνει· διελέγχεται δὲ ὑπὸ πλειόνων. Quorum priora usque ad ἔφασαν leguntur etiam apud Suidam, quanquam verbis paullo aliis concepta : Ἦ δ' ὅς· ἀντὶ τοῦ ἔφη δὲ ὅς. Τούτῳ χρῶνται καὶ ἐπὶ πλήθους καὶ ἐπὶ θηλυκοῦ καὶ ἀρσενικοῦ. Καὶ παροιμία, ἦ δ' ὅς. Οὐ μόνον ἀντὶ τοῦ ἔφη, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ πολλῶν τίθεται ἀντὶ τοῦ ἔφασαν· reliqua lucem accipiunt ab schol. Platon. p. 9 (380 ed. Bekker.) : Ἐὰν μὲν ᾖ δύο μέρη λόγου, ἔσται ἔφη δὲ ὅς, τουτέστιν ἔφη δὲ οὗτος· οἱ δὲ λέγουσιν ὅτι αὐτὸ μόνον σημαίνει τὸ ἔφη· ἐὰν δὲ ᾖ ἓν μέρος λόγου, ἔσται φίλος, ὡς Ἀθηναῖοι, ἢ ὄφελος, ὡς Αἰγινῆται, ἢ ὄξος, ὡς Χαλκιδεῖς, ᾧ πρὸς τὰ ἱερὰ χρῶνται. Τάττεται δὲ ἐπὶ παντὸς προσώπου καὶ ἀριθμοῦ ὡς τὸ ὦ τάν. His inter se comparatis intelligitur ἦ δ' ὅς nunquam aliter quam numero singulari nec genere communi, sed masculino solum dictum esse, grammaticum autem, cujus verba Photius et Suidas exscripserunt, temere ad formulam ἦ δ' ὅς rettulisse additoque ἀντὶ τοῦ ἔφασαν pervertisse quod antiquior grammaticus de substantivo ἦδος vel ἧδος observaverat τάττεσθαι ἐπὶ παντὸς προσώπου καὶ ἀριθμοῦ, quod ex locis Homericis collegerunt de quibus diximus s. v. Ἦδος vol. 4, p. 99. Ejusdem erroris particeps est Etym. M. p. 416, 30 : Ἦ δ' ὅς· οἱ μὲν περὶ Ἐρατοσθένην ἀντὶ τοῦ ἔφη δὲ οὗτος· διὸ καὶ δασύνει τὴν ἐσχάτην (ἔστι γὰρ ἄρθρον ὑποτακτικὸν τὸ ὅς addit cod. Voss.)· ἐντετάχθαι γὰρ ἄρθρον τὸ ὅς. Καὶ ἦ δέ ἀντὶ τοῦ ἔφη δέ. Καὶ ἦν δ' ἐγώ ἀντὶ τοῦ ἔφην ἐγώ. Παρ' ὃ δὴ Ἕρμιππος καὶ Ἀρίσταρχος ἀντὶ τοῦ ἔφη δὲ ὅς· Χάρης δὲ καὶ Κριτόλαος, ἀντὶ τοῦ ἔφασαν καὶ ἀντὶ τοῦ ὦ φίλε, σημαίνει, φασί. Διελέγχεται (in cod. Marciano ἡ σ — διελέγχονται) δὲ ὑπὸ πλειόνων. Χαῖρε, ἔφη, παιδίον. Τί δὲ ὁ πατήρ; πῶς δὲ ἡ μήτηρ καὶ οἱ οἰκέται; Καὶ μάλ', ἦδ' ὅς, ὡς πάντες. Ἐκομίσθης δὲ πῶς; Ὡς ἂν διὰ θαλάττης, ἔφην. Et gramm. in Proverb. Append. 3, 3 : Ἦ δ' ὅς· τίθεται ἡ λέξις ἐπὶ πλήθους καὶ ἐπὶ θηλειῶν, οὐ μόνον δὲ ἀντὶ τοῦ ἔφη, ἀλλὰ καὶ ἀντὶ τοῦ ἔφασαν· ὁ δὲ Κράτης μὴ δασύνειν λέγει τὸ ὅς· ubi aut μὴ delendum aut servato eo, si hæc observatio ad ἦδος et ἧδος spectat, corrigendum λέγει τὸ ἦδος. Nam fuerunt etiam qui ἧδος scriberent, de quo suo loco dixi. Alio modo erravit schol. Aristoph. Vesp. 791, qui ad formulam ἦ δ' ὅς annotavit : Ἀντὶ τοῦ ἔφη· καὶ ἔστιν ἀπὸ τοῦ ἠμί. Κέχρηται δὲ αὐτῷ συνεχῶς ὁ Πλάτων ἐπὶ μέλλοντος μόνον· οἱ δὲ κωμικοὶ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων χρόνων· ubi antiquioris scholiastæ observatio, quæ finitur verbis κ. δὲ αὐτῷ σ. ὁ Πλάτων aucta esse videtur ab homine imperito, qui quæ de subjunctivo ἦς ἐπὶ τοῦ μέλλοντος dicto et de verbo ἦ pro ἔφη posito observata repererat ineptissime confudit, ut conjici potest ex Ammonii disputatione de ἦς et ἦ p. 67, ubi quæ de discrimine verborum ἦ et ἔφη tradita sunt : Διαφέρει δὲ τὰ ῥήματα τῇδε, ὅτι τὸ μὲν ἐπὶ τρίτου προσώπου μόνον τάσσεται, τὸ δὲ ἔφη ἐπὶ τριῶν, ὡς ἔφημεν, quomodo corrigenda sint ex Eranii notatione apparet in Append. ad Ammon. p. 169 : Ἡ ἀντὶ τοῦ ἔφη φησὶν Ὅμηρος· διαφέρει δὲ ὅτι τὸ μὲν ἦ ἐπὶ μόνου τρίτου τάσσεται προσώπου· τὸ δὲ ἔφην ἔφης ἔφη καὶ ἐπὶ πάντων. Qui nihil aliud videtur dicere voluisse quam quod verbis planioribus dici poterat, ἦ solius esse tertiæ personæ, ἔφην vero per omnes flecti personas. Similiter Porphyr. in scholio ad Il. E, 533, quod in codice Ambros. uno repetitum est inter scholia ad Odyss. Θ, 186, observat ἦ solius tertiæ personæ esse, φῶ vero κλίνεσθαι εἰς ἅπαντας τοὺς χρόνους καὶ εἰς ἅπαντας ἀριθμοὺς καὶ πρόσωπα καὶ γένη λαμβάνεσθαι καὶ τρέπεσθαι καθάπερ τῶν ἄλλων ῥημάτων τὰ παραπλήσια. Futurum ἤσω finxit Etym. M. p. 416, 30 : Ἦ ... ἔστι ῥῆμα χρόνου ἀορίστου δευτέρου. « Ἦ, καὶ ἀπὸ στομάχους ἀρνῶν. » Ἔστι φῶ τὸ λέγω· οὗ παράγωγον φημί· καὶ Ἀττικῇ ἀποβολῇ ἠμί, τὸ αὐτὸ σημαῖνον· καὶ ἔστι τὸ μὲν φημί δευτέρας συζυγίας, τὸ δὲ ἠμί πρώτης. Ἠμὶ οὖν, ὁ μέλλων, ἤσω· ὁ δεύτερος ἀόριστος ἦν, ἦς, ἦ. G. Dind.]

[Φημιάδης. V. Φήμιος.]

[Φημίαι, αἱ, Phemiæ. Steph. Byz. : Φ., πόλις τῆς Ἀρναίας ἀπὸ Φημίου τοῦ Ἄμπυκος. Ἑλλάνικος ἐν πρώτῃ Δευκαλιωνείας. Τὸ ἐθνικὸν Φημιαῖος (libri Φημαῖος) καὶ Φημιεὺς καὶ Φημιάτης, ὧν οἱ τύποι εὕρηνται.]

Φημίζω, ίσω, s. ίξω, i. q. φατίζω, Dico. Unde ἐφημίξαντο, Dixerunt. Dionys. Per. [90. Æsch. Ag. 629 : Μακρὸν δὲ πῆμα ξυντόμως ἐφημίσω· et similiter ibid. 1162, 1173.] ‖ Φημίζειν φήμην, Famam vulgare et dispergere. Hesiod. Op. [564] : Φήμη δ' οὔ τις πάμπαν ἀπόλλυται ἥντινα πολλοὶ Λαοὶ φημίξουσι [φημίξωσι. Ad quem locum alludit Eustath. p. 201, 40 : Ἡ φήμη ἀνέτοις πτεροῖς διίπταται καὶ ἡ παραδοξία τῶν φημιζομένων ἐπιστρέφειν οἶδε τοὺς φιλακροάμονας. Quint. Sm. 13, 538 : Ὁπότ' αἰζηοῖο ... λαοὶ φημίξωσι μόρον. Theo in Walzii Rhett. vol. 1, p. 222 : Μήδεια ... ἐφημίσθη τοὺς γέροντας ... νέους ποιεῖν. Hesych. s. v. Δευτερόποτμος : Ὁ φημισθεὶς ἐπὶ ξένης τετελευτηκώς. Joann. Mal. p. 455 : 10 : Φημισθέντος τούτου, ὡς ... Φημιχθεὶς in Orac. Sibyll. 5, 7 : Οὐ Διὸς, οὐκ Ἄμμωνος ἀληθῆ φημιχθέντα. ‖ Appello. Dionysius ap. Etym. M. p. 280, 17 : Θεὸν ἀρτιλόχευτον ἐφήμισαν Εἰραφιώτην. Oppian. Hal. 5, 476 : Κάλει δέ μιν οὔνομ' ἄϋσας κεῖνο τό μιν φήμιξεν ἔτι πρώτης ἀπὸ φύτλης. Orac. Sibyll. 3, 406 : Ἦν τότε φημίξουσιν ἐπωνυμίην Δορύλαον· 11, 316 : Ἔνθα με πάντες ἀληθέα φημίξουσι μάντιν. Sed ap. Theagem in Stob. Flor. 1, 67, ubi vulgo : Θέμις γε οὖν φημίζεται παρὰ τοῖς οὐρανίοις θεοῖς, ex codd. restituendum φατίζεται, quod fortasse Schowius quoque dare voluit p. 20, ubi φαμίζεται excusum. Forma med. Euphorio in Etym. M. p. 181, 28 : Τούνεκα Μυρμιδόνες μιν Ἀχιλλέα φημίξαντο.] Ex Eur. autem [Iph. A. 1356 : Τὴν ἐμὴν ... εὐνὴν ...] ἣν ἐφήμισεν πατήρ μοι, pro Quam fama mihi genitor ipse dedicasset. [Vita Eliæ Spel. Actt. SS. Sept. t. 3, p. 849, B, φημίζουσι, Nominant. Sim. Metaphr. ib. Jun. t. 5, p. 270, E, φημιζομένου. Philo vol. 2, p. 588, 17; vol. 1, p. 273, 30, ὃν ἐφήμισε Σαμουήλ, Cui nomen imposuit S. Medio Procl. apud Olympiod. Vita Plat. p. 2, 18 Westerm. : Ὅσσ' εἶδον τεκεέσσιν ἐφημίξαντο τοκῆες. Hase.] ‖ Hesych. Φημίζεται exp. non solum λέγει, sed etiam μαντεύεται. [Æsch. Choeph. 558 : Ἣ καὶ Λοξίας ἐφήμισεν. De Sibylla Orac. Sib. 3, 2 : Παναληθέα φημίξασαν. De prophetis 2, 166 : Ὅταν τινὲς ἀντὶ προφητῶν ψευδαπάται πελάσωσιν ἐπὶ χθονὶ φημίξαντες.]

[Φήμιος, ὁ, Phemius, poeta et musicus, ap. Hom. Od. A, 154, 325, 336, et alibi. ‖ Phemius Smyrnæus, præceptor Homeri, apud Herodot. V. Hom. c. 4. ‖ Phemiarum urbis conditor. V. Φημίαι. ‖ Thesei pater (qui apud alios Αἰγεὺς est) ap. Lycophr. 1324, ubi Theseus ὁ Φημίου παῖς dicitur. De quo Tzetz. : Ἀντὶ τοῦ Φημιάδης· κατὰ τοῦτον γὰρ ὁ Φημίου παῖς Θησεύς. Αἰγεὺς γὰρ Φημίου παῖς ἦν, Αἰγέως δὲ Θησεύς. Καὶ ὅτι μὲν Αἰγέως καὶ Αἴθρας ἦν υἱὸς ὁ Θησεὺς, ἀληθές· ὁ δὲ Αἰγεὺς Πανδίονος υἱὸς ἦν, ἀλλ' οὐ Φημίου.]

Φῆμις, ἡ, i. q. φάτις, Sermo, Verbum : Hesychio λόγος,

φωνή. [Hom. Il. K, 207 : Ἤ τινά που καὶ φῆμιν ἐνὶ Τρώεσσι πύθοιτο.] || Rumor, Fama. Hom. Od. Ξ, 239 : Χαλεπὴ δ' ἔχε δήμου φῆμις, sc. me quoque cum ceteris ad bellum Trojæ inferendum profecturum. Schol. exp. φήμη, λόγος. [Euphorio ap. schol. Theocr. 10, 28 : Φῆμις ἀοιδῶν. Ibycus ap. Herodian. in Walzii Rhett. vol. 8, p. 605 : Κασσάνδραν φᾶμις ἔχησι βροτῶν· ubi cod. Paris. φάτις. Manetho 3, 183 : Ὄλβον κυδήεντα καὶ εὐκλέα φῆμιν ὄπασσεν· 3, 237 : Φῆμιν ἀρίστην ἴσχοντας τεύχει.] Item in malam partem, Hom. Od. Ω, [200] de Clytæmnestra mariti sui interfectrice : Χαλεπὴν δέ τε φῆμιν ὄπασσε Θηλυτέρῃσι γυναιξὶ, καὶ ἥ κ' εὐεργὸς ἔῃσι, Infamavit fœmineum genus. || Pro Concione accipiunt ib. O, [467] : Οἳ μὲν ἄρ' ἐς θῶκον πρόμολον δήμοιό τε φῆμιν, ubi exp. ἐκκλησίαν, συνέδριον. || Item pro Omine, Od. Υ, 100, ubi Ulysses intus aliquid dici petit, quod pro fausto omine accipiat : Φῆμίν τις μοι φάσθω ἐγειρομένων ἀνθρώπων Ἔνδοθεν, schol. κληδόνα, οἰωνόν. Hesych. quoque φῆμις est κληδών.

Φημισμὸς, ὁ, i. q. φήμη, Suid. [Georg. Progymn. in Walzii Rhett. vol. 1, p. 584, 8 : Ὁ φ. τοῖς νικῶσι καὶ ἡ ἐπὶ τοῦ θεάτρου ἀνάρρησις.]

[Φημονόη, ἡ, Phemonoe, Apollinis filia, sacerdos Delphica. Strabo 9, p. 419; Pausan. 10, 5 et 6; Antip. Anth. Pal. 6, 208. Ptolem. Steph. ap. Phot. Bibl. p. 150, 5; Procl. ib. p. 319, 8. G. D. Phemonoen Apollini dona offerentem, in typo Mus. Pio-Clem. t. 1, tab. B, 12, Viscontius agnoscere sibi visus est ib. p. 97. Hase.]

[Φῆμος, ὁ, inter nomina propria in ημος est apud Arcadium p. 52, 12. Est aliunde non magis cognitum quam quæ ibidem ponuntur Κρῆμος et Πρῆμος.]

Φημὺς, ύος, ἡ, i. q. φήμη, Fama, Rumor. [Vitiose pro φῆμις.]

[Φῆν. Φημί.]

[Φηνακίζω. V. Φεναξίζω.]

[Φήνειον (?), ὄρος ap. Zonar. p. 1804. Fort. Φίκειον.]

[Φηνεὺς, έως, ὁ, Pheneus, Melanis filius. Apollod. 1, 8, 3, nisi nomen ex Φινεὺς corruptum, de quo cogitavit Heynius. Simile, sed ipsum quoque valde dubium nomen proprium est Φηνέας apud Zonaram p. 1804.]

Φήνη [De accentu Herodian. Περὶ μον. λ. p. 16, 31], ἡ, Ossifraga, [Sanqualis, Fulica addunt Gl.] Gaza ap. Aristot. [H. A. 8, 3; 9, 43.] Est autem avis major quam aquila, estque illi color ex cruore albicans. [Ἀετοῦ εἶδος exp. Hesych.] Vide Eustath. ap. Hom. [De phene ave fabulam incerto auctore narrat Antonin. c. 6. Primus phenen celebravit Hom. Od. Π, 217, ubi φῆναι et αἰγυπιοὶ lugentes pullos raptos introducuntur. Γ, 372 vero Minerva abiens comparatur cum eadem ave. Aristot. vero 8, 5, magnitudinem et colorem ita definit : Ἔστι δὲ ἡ μὲν φήνη τὸ μέγεθος ἀετοῦ μείζων, τὸ δὲ χρῶμα σποδοειδές ... Fluctuat comparatio phenæ inter ossifragam Aldrouandi (Ornithol. vol. 1, p. 226 ed. Francof.) et Buffoni (qui Gallice *orfraie* vocavit) et balbuzardum Perralti, ut annotavi ad Friderici II Reliqua p. 93. Schneid. ad Aristot. H. A. vol. 4, p. 160. Avem Minervæ sacram fuisse refert Ælian. N. A. 12, 4.] Dicitur et Φίνις. [Scriptura vitiosa. « Est Falco ossifragus L., sec. Bussemaker Schol. Nicand. p. 655. De pullo aquilino, quem nutrire solet is Ossifragus, Basil. M. t. 1, p. 106, A : Ἀλλ' οὐκ ἐᾷ τοῦτον, ὡς φασὶ, διαφθαρῆναι ἡ φ. » Hase.]

[Φηνόη, ἡ, n. pr. ap. Zonaram p. 1804, fortasse corruptum ex Φημονόη. G. Dind.]

[Φηνὸς, ὁ, ἡ, i. q. φανὸς, et Φῆνος, ὁ, Phenus. Arcad. p. 63, 18 : Τὰ εἰς ηνος κύρια ἢ προσηγορικὰ βαρύνεται, Τῆνος, Φῆνος, ὁ τόπος, Ῥῆνος· τὰ δ' ἐπίθετα ὀξύνεται, φηνὸς ὁ λαμπρὸς κτλ. Φῆνος ὄνομα ποταμοῦ ap. Zonar. p. 1804, addita eadem de φηνὸς oxytono observatione.]

[Φηνὼ, οῦς, ἡ, Pheno, Clytii filia, uxor Laomedontis. Pausan. 2, 6, 5.]

Φὴρ, ηρὸς, ὁ, Fera, Æolice [ut annotavit Hesych.] pro θήρ. Hom. Il. A, [268] : Φηρσὶν ὀρεσκῴοισι, pro Centauris, ubi tamen quidam φῆρας quasi φυῆρας dici putarunt, i. e. διφυεῖς : sed θὴρ, et μιξόθηρ, cui respondet Lat. Semifer, et θήρειος βία, de Centauris itidem dicta, commentum illud refellunt. [Il. B, 743 : Φῆρας ἐτίσατο λαχνήεντας.] Imitatus autem est Homerum Pindarus in voce φήρ. [Qui Chironem Centaurum φῆρ' ἀγρότερον νοῦν ἔχοντ' ἀνδρῶν φίλον dixit Pyth. 3, 8, et φῆρα θεῖον 4, 211. || Perispomenon φῆρ ap. gramm. in Bekk. Anecd. p. 1159, i. q. φῆρος, Latine *far*, esse conjicit Lobeck. Rhemat. p. 304.]

[Φηραὶ, αἱ, Pheræ, Ionice pro Φαραὶ, quæ est urbs Messeniæ (de qua supra diximus p. 640) apud Hom. Il. I, 151, 293, Od. Γ, 488, O, 186. Idem singulari usus est Φηρὴ, ἡ, Il. E, 543 : Ἐϋκτιμένῃ ἐνὶ Φηρῇ. De accentu Herodian. Περὶ μον. λ. p. 38, 10 : Φηρά· τὰ εἰς ρα λήγοντα δισύλλαβα μονογενῆ θηλυκὰ, εἰ παραλήγοιτο τῷ η, βαρύνεσθαι θέλει, πήρα, χήρα, θήρα· σημειῶδες ἄρα τὸ Φηρά ὀξυνόμενον. Quam observationem repetunt Eustath. p. 580, 40, et Etym. M. p. 791, 45, ubi Φηρῇ in loco Homeri κατὰ παράδοσιν περισπᾶσθαι dicitur, licet analogia Φήρῃ postulet. || Adject. Φηραῖος (pro Φαραῖος, de quo suo loco diximus) ap. Lycophr. 552 : Θαμβητὰ Φηραίοις κλύειν. Φηρήτης fingitur in gl. Suidæ Φηρὴ, πόλις. Καὶ Φηρήτης ὁ πολίτης. Nam sic ex codd. correctum pro Φερίτης. Apud Zonaram p. 1804 : Φηρὰ (Φηραὶ Tittm.) πόλις, καὶ Φηρή. Καὶ Φηρωνία. (Hæc duo verba loco alieno illata : v. s. v. Φερωνία.) Καὶ Φηρήτης τοπικόν.]

[Φηραία, ἡ, Pheræa, urbs Arcadiæ. Strabo 8, p. 357 : Ὡς εἰς Φηραίαν ἰόντων· ἡ δὲ Φηραία ἐστὶ τῆς Ἀρκαδίας· ubi Kramer. : « Ἡραίαν pro Φηραίαν scribendum esse suspicatur Tzschuck., quod sane arridet, si urbis illius situm nobilitatemque spectas, coll. Luciano De morte Peregr. c. 35. Sed Polybius quoque 4, 77, 5, Φαραίαν commemorat in his regionibus, ita ut non temere a codicibus recedere liceat. » Apud Polybium Schweigh. ἐφ' Ἡραίας scripsit pro ἐπὶ Φαραίαν.]

[Φηραῖος. V. Φαραὶ et Φηραί.]

Φήρεα, τὰ, ap. Hippocr. [p. 1175, C], Nervorum tumores et tensiones oblongiores. Sic dicti putantur a satyris, quos Iones φήρεας vocant [immo φῆρας. Ap. Galen. vol. 9, p. 445, unde hæc omnia repetivit Gorræus, legitur ἐμφέρειαν ἔχοντα φηρεῶν, quod φηρῶν scribendum cum Foesio], et pingunt finguntque habere oblongas quasdam eminentias in auribus. Sunt etiam qui ἀπὸ τῶν Φηρῶν derivent, quod ἐν ταῖς Φηραῖς, civitate Peloponnesi, tumores ii sint frequentes. Sunt item qui φέρεα scribant, ἀπὸ τῶν Φερῶν, quæ civitas est Thessaliæ. Hæc Gorr. In VV. LL. exp. Oblongæ in glandulis sub auribus eminentiæ, Prælongi sub auribus glandulosi tumores. Vide Galen. Comm. 3 in 6 τῶν Ἐπιδημιῶν [l. c.], nec non in Lex. Hippocr. [p. 586], ubi pro φηρεακτικῶς reponendum videtur φήρεα κτητικῶς. [Galeni gl. hæc est : Φήρεα· αἱ περιμήκεις ὑπὸ τὰ ὦτα ἀδενώδεις ἕξοχαὶ, οἵας καὶ οἱ σάτυροι ἔχουσι. Ἔνιοι δὲ καὶ (καὶ om. cod.) φῆρες καὶ θῆρες καλοῦνται, ἵν' ᾖ οἷον φήρεια κτητικῶς εἰρημένον. Nam sic cum Foesio corrigendum quod est in codicibus φεριακτικῶς, nisi quod Foes. φηρεῖα scripsit falso accentu, qui etiam apud Hippocr. est corrigendus. Corrupta est gl. Erotiani p. 360 : Τὰ φηρέα· οἱ μὲν συνεσταλμένως ἀναγινώσκοντες ῥίζαν φασὶν εἶναι πυκνωτικὴν, οἱ δὲ ἐξέτειναν τὸ ἔσχατον πρῶτον (τὰ φήρεια scribentes), ἵνα ᾖ ὄνομα Αἰολικὸν τοῦ ταφηρίες (fort. ἀπὸ τοῦ φήρ). Ἰδίως δὲ τὰ φήρατα (corr. φήρεα) λέγει ἀντὶ τοῦ φάρεα, ἅπερ εἰσὶν ἱμάτια.]

[Φηρεὺς, έως, ὁ, Phereus, OEnei filius. Antonin. Lib. c. 2.]

[Φηρή. V. Φηραί.]

[Φηρητιάδης. V. Φερητιάδης.]

[Φηρίον, τό.] Φηρία [ap. Hesych.], Æolice pro θηρία : ut φῆρες pro θῆρες.

Φηρομᾰνὴς, ὁ, ἡ, In feras insaniens, Qui insano ferarum amore tenetur. Affertur pro epitheto Bacchi ex Epigr. [Anth. Pal. 9, 524.]

Φῆρος, [ἡ τῶν ἀρχαίων θεῶν τροφὴ,] Antiquorum deorum cibus, Hesych. [Corrupte apud Zonaram p. 1804 : Φηρὶς, ἡ τροφὴ θεῶν. Vera scriptura est Φῆρον, τὸ, ut apparet ex Arcadio p. 122, 26 : Φῆρον, βρῶμα θεῶν. Latinum vocabulum *far* comparat Lobeck. Aglaoph. p. 866, et Paralip. p. 74, Pathol. Proleg. p. 62. Conf. Φᾶρος et Φῆρ (s. v. Φήρ). || Aliud

quid est Φηρὸς, ὁ, oxytonum cum χηρος memoratum ab Arcadio p. 68, 6.]

[Φῆς. Φῆσθα. V. Φημί.]

[Φησῖνος, ὁ, Phesinus, n. pr. in inscr. Attica ap. Bœckh. 407, vol. 1, p. 451 : Ὁ δῆμος ὁ Χίων Φησῖνον Σκυθίνου ... Nam hoc accentu, non Φήσινον, quod posuit Bœckhius, scribendum cum Lobeckio Pathol. Proleg. p. 205. Φῆστος, Φήσινος ὀνόματα κύρια ap. Zonaram p. 1804. G. D. Φησεῖνος in inscr. Hadran. ap. Franz. C. I. vol. 3, p. 671, n. 5741, 2.conf. Θισινός.]

[Φῆστοι, οἱ, Festi. Strabo 5, p. 230 : Μεταξὺ τοῦ πέμπτου καὶ τοῦ ἕκτου λίθου τῶν τὰ μίλια διασημαινόντων τῆς Ῥώμης καλεῖται τόπος Φῆστοι· τοῦτον δ' ὅριον ἀποφαίνουσι τῆς τότε (Romuli et Remi ætate) Ῥωμαίων γῆς.]

[Φῆστος, ὁ, Festus, proconsul ab Valente imperatore in Asiam missus. Suidas s. h. v. ex Eunapio, ut videtur, quem v. etiam p. 63, 64, et Zosimus 4, 15. Annotavit hoc nomen etiam Zonaras p. 1804. G. D. || Procurator Judææ, Act. Ap. 24, 27; 25, 1-24; 26, 24-32. || Alius in inscr. Att. ap. Bœckh. C. I. vol. 1, p. 436, n. 372, 3, et Franz. El. epigr. gr. p. 267, n. 109, 3 : Τὸν λαμπρότατον ἀνθύπατον τῆς Ἑλλάδος, Ῥούφιον Φ. Hase.]

[Φῆστος vitiose pro φαῖστος, quod v.]

[Φητιάλεις. V. Φιτιαλεῖς.]

Φητὼ, στρόφιγξ, Hesych. [Glossa corrupta.]

[Φθά. Φθαέ. V. Φθάς.]

[Φθάζω. V. Φθάνω.]

[Φθαίρω. V. Φθείρω.]

Φθάνω, item inusitatum thema Φθάζω [Hanc formam, ex qua grammatici (v. Etym. M. p. 792, 22, 27) tempora quædam verbi φθάνω derivant, sed qua nemo veterum usus est, ex Constant. De admin. imp. memorat Ducang. : Φθάζει ἕως τοῦ Ἅλυος ποταμοῦ· et passiv. ex Antiq. Cpolit. spectac. 7 : Φθαζόμενοι τῷ ὁρόμῳ τῷ βασιλικῷ. Adde Constant. l. c. p. 144 : Τοὺς ἐκεῖσε φθάζει· 153 extr. : Ἰδοὺ λοιπὸν φθάζει. Antiquius exemplum Hesychii est qui Οὐκ ἐφικνεῖται per οὐ φθάζει est interpretatus, cui φθάνει substituit Musurus], cujus usitatum est fut. φθάσω, et aor. 1 ἔφθασα, item præt. ἔφθακα (propter euphoniam, pro πέφθακα, ap. Atticos), aor. 2 ἔφθην, tanquam a them. Φθῆμι. [Formæ quibus Homerus usus est hæ sunt. Præsens φθάνει Il. I, 506, Φ, 262, utrobique producto, quod Attici corripiunt, α : quod Zenodotum movit ut φθανέει scriberet, improbante qui α διὰ τὸ μέτρον ἐκτετάσθαι observavit Aristarcho. Imperf. ἔφθανε ap. Bianor. Anth. Pal. 9, 272. Aor. 2 indicativus ἔφθης Od. Λ, 58, et ἔφθη Il. Π, 314, 322, et sine augmento φθῆ Il. Λ, 541, Od. X, 91. Φθὰν (ut φὰν) Il. Λ, 51, de quo Hesych. : Φθάν· ἔφθασαν δὲ πολλῷ τοὺς ἱππέας οἱ πεζοί. Subjunctivus φθήῃ pro φθῇ (ut φήῃ pro φῇ) Il. Π, 861 (in libris pluribus in φθαίῃ corruptus, ut παραφθαίῃσι in plerisque scriptum K, 346, pro παραφθήῃσι), et φθῆσιν (comparandum cum φῆσιν pro φῇ) Il. Ψ, 805. Plur. cum synizesi literarum εω Od. Π, 383 : Ἀλλὰ φθέωμεν ἐλόντες ... Ω, 437 : Ἀλλ' ἴομεν μὴ φθέωσι. Optat. φθαίη Il. K, 368, N, 815. Φθαίημεν per φθάσωμεν exp. Hesych. Et forma media φθάμενος Il. I, 119, N, 387, Φ, 576, Ψ, 779, Od. T, 449 : quod est etiam ap. Hesiod. Op. 554, 570. Futurum φθήσονται Il. Ψ, 444. Inter Tragicos hoc verbo nusquam usus est Sophocles, semel Æschylus, frequentius Euripides, Comici et prosæ orationis scriptores quivis. Hi præter præsens φθάνω, aoristum 2 ἔφθην (cujus infinit. φθῆναι est ap. Plat. Alcib. 1 p. 131, E, Isocr. p. 58, D; 75, C, participium φθὰς est ap. Herodot. 3, 71) et futurum φθήσομαι (Thucyd. 5, 10; 8, 12; Plat. Rep. 2, p. 375, C; Isocr. p. 56, D), etiam aoristo primo utuntur ἔφθασα, unde φθάσαντος ap. Æsch. Pers. 752; ἔφθασαν Isocr. p. 192, C (sed ἔφθησαν p. 354, D); φθάσωμεν Eurip. Phœn. 982; φθάσῃ Plato Eutyphr. p. 9, A, et indicativus ἔφθασα ceterique modi sæpe ap. Xenoph. Forma Dorica ἔφθαξα Theocr. 2, 115. Recte tamen Thomas M. p. 895 observat, φθῆναι κάλλιον ἢ φθάσαι. Rarum est perfectum ἔφθακα, quod legitur apud Demosth. p. 236, 9, cum plusquamperf. ἐφθάκει ap. Lucian. Philops. c. 6. Πέφθακα apud scriptores Byzantinos, ut Georg. Acrop. Annal. p. 5, D : Θεόδωρος προεξελθεῖν πέφθακεν· pariterque cum infin. p. 15, C. Pag. 62, D : Τὰς Σέρρας πέφθακεν. Πεφθακὼς Tzetz. Exeg. Il. p. 119, 14, et schol. recentissimus in Proleg. ad Aristoph. Ran. vol. 2, p. 7, 25 ed. Oxon. Notavit hoc vitium Thomas M. p. 397 : Ἔφθακα πάντες. Συνέσιος ἐν ἐπιστολῇ (93) « Ἐφθάκεις γὰρ ἄρα πυθόμενος »· τὸ δὲ πέφθακα βάρβαρον. Ὥσπερ γὰρ οὐ πέφθαρκα λέγομεν, ἀλλ' ἔφθαρκα, οὕτω καὶ ἔφθακα. Denique aoristo passivo ἐφθάσθην recentiores usi sunt, velut Dionys. A. R. 6, 25 : Παρασκευῆς ἀφορμὴ τοῖς φθασθεῖσι (Præventis) τῷ παρ' ἐλπίδα τῆς ἐφόδου. Galen. vol. 3, p. 201 : Ὡς μὴ φθασθῆναι πρὸς τῆς ἐπιφυομένης σαρκὸς κλεισθῆναι τὸ στόμα· et Philo V. Mos. p. 651, A. Quos locos collegit Lobeck. Paralip. p. 46. Joann. Mal. p. 331, 7 : Καταδιωχθέντα φθασθῆναι.] Est autem Φθάνω, Prævenio, Anteverto, Occupo. [Hesych. : Φθάνει, καταλαμβάνει, προλαμβάνει.] Herodot. [7, 161] : Φθάσας ὁ Ἀθηναίων ἄγγελος τὸν Λακεδαιμονίων. Ex Eod. affertur, Ἔφθησαν πολλῷ οἱ Σκύθαι τοὺς Πέρσας. Thuc. 3, [5] : Φθάσαι δὲ οὐ δυνάμενοι τὸν τῶν Ἀθηναίων ἐπίπλουν. Et φθάνειν τὴν φήμην, item φθάνειν τὴν ἐλπίδα, Herodian. [2, 11, 5; 15, 5.] Et φθάσαι τὸν λογισμὸν, Rationi antevertisse : de eo qui ira præcipiti aliquid egit : quod Bud. affert ex Dem. [p. 526, 18], postquam dixit φθάνω esse Occupo, Anteverto, προκαταλαμβάνω. Sed frequentissimus est hujus verbi usus cum partic. : quæ constructio non itidem respondet ei quam habent Latina verba Prævenio et Anteverto. Hom. Od. Π, 383 : Ἀλλὰ φθέωμεν ἐλόντες ἐπ' ἀγροῦ νόσφι πόληος, Ἢ ἐν ὁδῷ, ubi φθέωμεν Eustath. esse dicit pro φθῶμεν, i. e. προλάβωμεν. Reperitur certe et in aliis plerisque hujus poetæ locis cum hac constructione, eandemque et in soluta oratione sæpe habet, ut φθάνω ἀναβὰς, quod e Xenoph. affertur pro Ascendo prior. [Lysias p. 166, 8 : Ἔφθασε καταφυγὼν εἰς τὸ ἱερόν. Isocr. p. 56, D : Ὁπότεροι φθήσονται (libri deteriores ὀφθήσονται, ut φθῆναι in ὀφθῆναι corruptum legebatur p. 58, D) τὴν πόλιν ἀγαθόν τι ποιήσαντες.] Herodian. [2, 8, 18] : Καὶ φθάσαι οἰκειωσάμενον αὐτά. Sed et cum præs. temp. particip., ut φθάνω ποιῶν, quod e Xenoph. affertur. Ex Eod. [Mem. 2, 3, 14] Bud. affert, Ὃς ἂν φθάνῃ τοὺς φίλους εὐεργετῶν, quod exp. ὁ ὑπάρξας τῆς εὐεργεσίας. Additque Thuc. [3, 83] cum partic. passivo : Ἵνα μὴ φθάνωσι προεπιβουλευόμενοι, Ne insidiis occupentur. Liv. autem hoc imitatus, junxit verbum Occupo non quidem participio, sed infinitivo : Occupant bellum facere, Occupat transire. || De φθάνω autem habente infin., dicetur paulo post. Sciendum est porro interdum post participium poni particulam πρὶν, ut, Φθάνω ἀναλισκόμενος πρὶν ψοφῆσαι, ex Aristot. Probl. [10, 37 extr.] Ex Eod. : Φθάνει πηγνὺς πρὶν ἀπῶσαι. Et e Xen. [Cyrop. 2, 4, 25] : Φθάνειν δεῖ πεφραγμένους τοὺς πόρους πρὶν κτλ. It. præfixo adverbio πρόσθεν huic verbo, ex Eod. [3, 1, 19] : Πρόσθεν ἔφθασας ἐλθὼν σὺν πολλῷ στόλῳ, πρὶν τοῦτον τὴν παρ' ἑαυτῷ δύναμιν ἀθροίσασθαι. Sed et cum πρότερον, sequente ἢ, non πρὶν, ap. Herodot. 6, [91] : Ἀλλ' ἔφθησαν ἐκπεσόντες πρότερον ἐκ τῆς νήσου ἢ σφι ἵλεων γενέσθαι τὸν θεόν. [Theophr. De color. § 41 : Διὰ τὸ φθάνειν αὐτὰ (τὰ φύλλα) καταξηραινόμενα πρότερον ἢ μεταβάλλειν εἰς τὸ κατὰ φύσιν χρῶμα· et § 43.] Affertur vero et hic l., in quo pro infin., quem præcedit particula πρὶν, habetur participium præfixam habens voculam ἤ : ex Plut. Galba [c. 2] : Ἔφθησαν ἀναλώσαντες αὐτοὺς ἢ τυχόντες ὧν ἤλπισαν· si quidem hanc lect. mendo carere existimemus, et sequamur interpret. istam, Priusquam quod sperabant assecuti sunt, eos absumpserunt. Sed interdum alium usum habet hoc verbum cum partic.; nam ἔφθην ποιήσας dicitur etiam pro ἐποίησα. Athen. 12, [p. 536, F] : Περὶ δὲ Καλλίου καὶ τῶν τούτου κολάκων φθάνομεν καὶ πρότερον εἰπόντες. Sic Xenoph. [Hell. 1, 6, 17] : Ἔφθη κατακωλυθεὶς, pro κατεκωλύθη. Et Synes. : Ἐφθάκειν πυθόμενος, Audieram. Themist. Phys. 2 : Καθάπερ ἔφθημεν πολλάκις προειρηκότες. Ita Bud., qui etiam inserit exemplum ejusdem usus verbi hujus, sed juncti cum præsente, ex Aristot. De gener. 1, [18] : Νέοις δὲ οὖσιν οὐκ ἐνυπάρχει τὸ σπέρμα διὰ τὴν αὔξησιν· φθάνει γὰρ ἀναλισκόμενον πᾶν, pro ἀναλίσκεται. [Fab. Æsop. 286 Fur. : Φθάνουσι πρῶτον καταναλισκόμενοι, ubi πρῶτον abundat.] Illum autem alterum usum, quem ha-

bet cum partic., eundem habet nonnunquam et cum infin., sed præsertim particula πρὶν sequente itidem. [Antiphon p. 114, 28 : Μὴ φθάνωσι πρὶν ἀποθανεῖν.] Plutarch. Apophth. [p. 178, E] : Ἔφθη γὰρ τελευτῆσαι πρὶν ἢ παρ' ἐμοῦ χάριν ἀξίαν τῆς φιλίας ἀπολαβεῖν. [Dionys. A. R. 4, 59 : Τὴν τῶν ναῶν κατασκευὴν οὐκ ἔφθη τελέσαι· 61 : Τελειῶσαι οὐκ ἔφθασαν ἅπαν τὸ ἔργον.] Et ex Aphr. Probl. 2 : Φθάνει γὰρ σβεσθῆναι ὁ χυμὸς πρὶν γεννῆσαι τὴν διάθεσιν. Et 1 : Φθάνουσι πεφθῆναι πρὶν δράσωσι. [Georg. Acrop. Annal. p. 7, A : Τὰ ἐπὶ τῇ ἑσπέρᾳ γενέσθαι φθάσαντα· 14, D : Ἡ βασιλὶς ἔφθη πρὸ καιροῦ τελευτῆσαι· 16, D, et bis post perfectum πέφθακε, de quo supra dicebamus. Et frequenter apud alios scriptores Byzantinos. Cum infin. perfecti Theophil. Ad Autol. p. 382 ed. Wolf. : Ἔφθημεν εἰρηκέναι.] Dixi autem, sequente præsertim particula πρὶν, quoniam quum præfigitur particula οὐ verbo φθάνω, sequente infin., sicut et sequente participio, peculiarem quendam usum habet. Usum autem hujus verbi, inquit Bud., addemus, qui non minus obvius est : quare multis utar exemplis. Significat enim aliquando καταλαμβάνω καὶ παρακολουθῶ, Assequor quod efficere contendi; et aliud præterea, quod non satis uno verbo exprimi potest. Dem. [p. 1319, 9] : Οὐ γὰρ ἔφθη μοι συμβᾶσα ἡ ἀτυχία, καὶ εὐθὺς ὥσπερ φυγάδος ἤδη μου ὄντος καὶ ἀπολωλότος, τούτων τινὲς ἐπὶ τὸ οἰκίδιον ἐλθόντες, ἐν ἀγρῷ νύκτωρ ἐπεχείρησαν διαφορῆσαι τὰ ἔνδοθεν, Ut enim primum ea calamitate afflictus sum, protinus isti, tanquam jam me extorri patria facto et fortunis everso, in gurgustium agreste invaserunt, ac diripere omnia quæ intus erant et exportare aggressi sunt. Isocr. Paneg. [p. 58, B] : Οἱ δὲ οὐκ ἔφθησαν πυθόμενοι τὸν περὶ τὴν Ἀττικὴν πόλεμον, καὶ πάντων τῶν ἄλλων ἀμελήσαντες, ἦκον ἀμυνοῦντες, At isti simulac audiverunt, omnibus aliis curis posthabitis suppetias venerunt. [Et similiter p. 92, E; 354, D; 363, C, et apud alios : v. Boisson. ad Eunap. p. 273, 583.] Hanc elocutionem hoc modo, ut ego existimo, enuntiare solet Cic., ut 1 De div. : Non enim sunt dii, nec significant futura; sunt autem dii; significant ergo. Quibus subjungit interpret. Græcam, quam apud eum videndam tibi relinquo. Affert deinde hunc Dem. l. [p. 745, 4] : Εἰ οὖν μὴ τιμωρήσεσθε τούτους, οὐκ ἂν φθάνοι τὸ πλῆθος τούτοις τοῖς θηρίοις δουλεῦον, Fieri non potest quin, vel, ut non, hæc multitudo serviat his belluis. Et paulo post affert hæc Gregorii Naz., de Trinitate loquentis : Οὐ φθάνω τὸ ἓν νοῆσαι, καὶ τοῖς τρισὶ περιλάμπομαι· οὐ φθάνω τὰ τρία διελεῖν, καὶ εἰς τὸ ἓν ἀναφέρομαι, Unum animo concipere nequeo, ut non trium splendore circumfundar : tria dividere non possum quin continuo ad unum referar. Isocr. Περὶ ζεύγους [p. 354, D] : Τὸ δ' ὕστερον οὐκ ἔφθησαν ἡμᾶς καταδουλωσάμενοι, Deinde protinus nos in servitutem redegerunt. His autem subjungit locos similes illi Dem. l. citato, in quibus sc. habetur itidem optativus hujus verbi, præcedentibus particulis οὐκ ἄν. Et primum quidem ex Plat. Phædone [p. 100, C] : Ἀλλὰ μὴν ὡς διδόντος σοι οὐκ ἂν φθάνοις, Atqui omnino igitur id facies, quando ille tibi hoc quod postulas, protinus concesserit. Apud Eund. in Symp. [p. 214, E] : Οὐκ ἂν φθάνοιμι, εἰπεῖν τὸν Ἀλκιβιάδην, Omnino igitur id faciam, inquit Alcibiades. Et ex Euthyd. : Οὐκ ἂν φθάνοις ἀκούων, Jamjam audies. Sed hi loci latius ibi descripti habentur. In VV. LL. ex Plat. Euthyd., Οὐκ ἂν φθάνοις ἐστιῶν ἡμᾶς, pro Non effugies quin convivio nos excipias. [Est p. 272, D, ubi non ἐστιῶν, sed ἀκούων legitur.] Sic ex Luciano : Οὐκ ἂν φθάνοι κἀμὲ μάντιν λέγων, Nunquam effugerit quin me vatem dicat. [Herodian. p. 452 ed. Piers. : Οὐκ ἂν φθάνοις φράζων· παραφυλακτέον ὅτι τῷ φθάνω τὸ πολὺ συντάττουσιν οἱ Ἀττικοὶ τὴν μετοχὴν, φθάνω εἰρηκὼς, φθάνω πεποιηκώς. Εἰ δὲ ῥῆμα ἐπιφέρεις, ἀνάγκη τὸ φθάνω τραπῆναι εἰς μετοχήν· φθάσας ἔπραξα, καὶ φθάσας εἶπον. Ubi Pierson. locis Platonicis addit Aristoph. Eccl. 118 : Οὐκ ἂν φθάνοις τὸ γένειον ἂν περιδουμένη· Eurip. Orest. 934 : Οὐ φθάνοιτ' ἔτ' ἂν θνήσκοντες, ubi vid. schol., cum quo comparandus Thomas M. p. 893, qui eum Euripidis locum respexit. Ib. 1587, Alcest. 665, Troad. 456, Heracl. 72.] Ibid. ex Aristoph. Pl. [485] : Οὐκ ἂν φθάνοιτον τοῦτο πράττοντε, Causam dicere nullam potestis quin hoc faciatis. [« Non poteritis effugere quin hoc patiamini. » Brunck.] Sic ex Eur. [Alc. 665] : Φυτεύων παῖδας οὐκέτ' ἂν φθάνοις (sed animadverte οὐκέτ' ἄν, non οὐκ ἄν), Causam haud dices quin tibi sint gignendi liberi. Aliæ quoque afferuntur interpretationis formæ; nam rursus ex Aristophane [Plut. 875] : Σὺ μὲν εἰς ἀγορὰν ἰὼν ταχέως οὐκ ἂν φθάνοις, pro Omnino in forum te venire necesse est. [« Per interrogationem accepit Brunck., ut sensus sit, Nonne occupabis in forum ire? Conf. ejusd. notam ad Aristoph. Pl. 1133. Possis vero perinde sine interrogatione intelligere, Non nimis maturare poteris in forum abire. Ut ibi Comicus ad formulam οὐκ ἂν φθάνοις ἰὼν vocem ταχέως adjecit, sic Herodot. 7, 162, τὴν ταχίστην adjecit : Οὐκ ἂν φθάνοιτε τὴν ταχίστην ὀπίσω ἀπαλλασσόμενοι; Nonne maturabitis quantocyus domum redire? sive, Non nimis maturare poteritis quantocyus domum redire : i. e. Quantocyus hinc abite! Posteriores scriptores hujusmodi additamentum, ταχέως aut τὴν ταχίστην, utpote superfluum, omiserunt. » Schw.] Ex Luciano quoque rursum [Fugit. c. 22] : Οὐκ ἂν φθάνοις Ἐμπεδοκλεῖ ἐγκαλῶν, pro Cogeris et Empedoclem accusare, Non poteris non accusare. Ibid. οὐκ ἂν φθάνοις λέγων e Xenoph. affertur interrogative positum pro οὐκ ἂν λέγοις, ubi scribit [Mem. 2, 3, 11], Οὐκ ἂν φθάνοις λέγων εἴτι ἤσθησαι φίλτρον ἐπιστάμενον, ὃ ἐγὼ εἰδὼς λέληθα ἐμαυτόν; sed hunc l. ita exponendo, conveniet, si quis interrogationem demat, cum iis quæ paulo ante allata fuerunt, in quibus nimirum habentur ἔφθην ποιήσας pro ἐποίησα, et φθάνει ἀναλισκόμενον pro ἀναλίσκεται, atque alia. [Agathias p. 111, D : Οὐκ ἂν φθάσοιτε τὰς τιμωρίας ἐπάγοντες. Quod φθάνοιτε scribendum. G. D.] Ceterum Bud. illis superioribus subjungit, dici οὐκ ἂν φθάνοις et alia signif., sc. pro eo quod est, Propositi summam non assequeris, Voti compos non eris; affertque exemplum ex Epist. quadam Solonis ad Periandrum [Diog. L. 1, 64], in quo οὐκ ἂν φθάνοις reddit et alio modo, eodem tamen sensu, sc. Exitum res non inveniet. [|| Ὁ φθάνων, Prior, Præteritus. Dexippus Hist. p. 18, 12 : Τοῖς φθάνουσι κατορθώμασι τὸ μέλλον λαμβάνοντες· 26, 2 : Τοῖς φθάνουσιν ἔργοις. Menand. Hist. p. 305, 4 : Τεκμαιρόμενος τοῖς φθάσασιν· 339, 21 : Τὸν φθάσαντα χρόνον. Agathias p. 49, B : Ὅσῳ μείζονα τῶν φθασάντων τὰ ἐσόμενα· et alibi non raro : vide locos ab Niebuhrio collectos in Indice p. 417.]

|| Φθάνω, Pervenio. Hom. Il. I, [506] de Ate loquens : Φθάνει δέ τε πᾶσαν ἐπ' αἶαν Βλάπτουσ' ἀνθρώπους. [Etym. M. p. 26, 18 : Βοῦς χαλκῆ, ἐφ' ἣν τοῦ Ἄθω ἡ σκιὰ φθάνει. Cum μέχρι Memnon p. 36 ed. Or. et] Greg. Naz. : Κἂν μέχρι τρίτου κατὰ Παῦλον οὐρανοῦ φθάσῃς. Et ἄνω φθάνειν ap. Eund., In sublime evadere, Bud. [Schol. Platon. p. 171 (409 Bekk.) : Ὁ ἥλιος ... εἰς ἀνατολὴν φθάσας. Cum παρὰ in Proleg. ad Aristoph. Ran. vol. 2, p. 7, 25 ed. Oxon. (274, 15 ed. Par.) : Παρὰ τὴν λίμνην πεφθακὼς τὴν Ἀχερουσίαν. Poeta recens in Anth. Plan. 382 : Φθάνει πρὸς αἰθέρα. Cum accus. 384 : Πρῶτος αἰθέρα φθάνων. Georg. Acrop. Annal. p. 39 extr. : Φθάνει τὴν Φιλίππου· 60, D : Τὸν τόπον φθάσας ὁ βασιλεύς.]

[In Indice :] Ἔφθην, Præveni, Præverti, Anteverti, a φθάνω s. φθῆμι. Plutarch. Popl. : Ἔφθη πρὸ τῶν πυλῶν ἐκβοηθήσας. [V. Galbæ c. 5, etc.] Ἐφθάκει, Prævenerat, Præverterat, Anticiparat, a φθάνω. Plutarch. Galba [c. 17] : Ἐφθάκει προειληφὼς ἀῤῥαβῶσι μεγάλοις τὸν Ὀβίννιον.

Φθάρμα, τὸ, Corruptio, Corruptela. Vide Φθόρος. [Lev. 22, 25 : Ὅτι φθάρματά ἐστιν ἐν αὐτοῖς. Joseph. B. J. 5, 10, 5. Angl. Epiphan. t. 1, p. 635, B. Id. ib. p. 502, A : Τῆς ἀποθήκης τὰ φθ., τουτέστι καὶ σκώληκας καὶ σῆτας. Hase.]

[Φθάρσις, ἡ, Depravatio, Corruptela. Mich. Psellus ap. A. J. H. Vincent *Notices des manuscr.* t. 16, part. 2, p. 340, 10, ἐκ φθάρσεως διαστημάτων. Interpr., *par une altération de l'échelle*. Hase.]

[Φθαρτικὸς, ἡ, όν.] Activam signif. habet nomen Φθαρτικός : sonat enim q. d. Corruptivus, Corruptorius, i. e. Corrumpendi vim habens, Corrumpendi facultate præditus. [Definitt. Platon. p. 416 : Μανία ἕξις φθαρτικὴ ἀληθοῦς ὑπολήψεως. Diodor. 19, 33 : Χώ-

ραν φέρουσαν φθαρτικὰς δυνάμεις. Geopon. 2, 21, 6 : Φθαρτικὴ βοτανῶν κόπρος. Eustath. Opusc. p. 258, 1 : Τῷ καὶ φθαρτῷ καὶ φθαρτικῷ βίῳ καὶ κόσμῳ.] Redditur etiam Exitialis, Exitialem vim habens [Plutarch. Mor. p. 134, F : Φθ. φαρμακείας] : item Lethalis. Et τὰ φθαρτικὰ, Venena lethalia, in VV. LL. Ubi etiam τὸ φθαρτικὸν, Causa intereundi. Ibid. ex Aristot. Rhet. 2 [p. 1382, 22 Bekk.] : Φθαρτικὸν ἢ λυπηρὸν κακὸν, Malum quod aut interitum aut molestiam afferre possit. Apud Plutarchum autem [Mor. p. 947, D] φθαρτικὴ φύσις [καὶ δύναμις] Turn. interpr. Tabifica natura. [Artemidor. 3, 50, de scilla, λύκων φθαρτικήν. Galen. vol. 19, p. 504, 14, φθ. δύναμις. Id. vol. 6, p. 755, 2 : Φύσεις πολέμιαί τε ἑτέραις καὶ φθ. Jo. Damasc. t. 1, p. 290, C; 441, A; 453, A. Id. ib. p. 452, D : Οὐδέν ἐστιν ἑαυτοῦ φθαρτικόν. Antig. Caryst. Hist. mir. p. 67, 4 Westerm., τὰ φθ. τῶν ὠφελούντων. Aristot. p. 444, 30; 466, 6; 436, 21, τὰ φαῦλα καὶ τὰ φθ. Hase.] Affertur porro etiam Φθαρτικὸν ex Diosc. 6, in calce proœmii, pro Herba venenata, s. Arbore s. Frutice. Sed existimatur debere potius legi Φαρικὸν, ex Nicandro, B et Plinio : vel Φαριακὸν ex Athen. Vide Gorr., qui tradit esse Veneni deleterii genus, verum quid sit, non certo constare. [Φαρικὸν Nicandri Bussemaker. Schol. Nic. p. 665 opinatur esse Colchicum Variegatum L. vel p. 670 Boletum Laricis Jacq. Hase. Apud Hesych. : Φάρικον (hoc accentu), φάρμακον σύνθετον θανάσιμον.]

[|| Adverb. Φθαρτικῶς, Georg. Pisid. Opif. 276.]

[Φθαρτολάτρης, ὁ, Corruptibilium cultor. Sic orthodoxi ab hæreticis aphthartodocetis appellati, ut scribit Euseb. ap. Phot. Bibl. p. 106, 19 : Ματαιολογεῖ φθαρτολάτρας ὁ Ἀνδρέας ἐπιφημίζων τοὺς ὀρθοδόξους. Conf. Niceph. Callist. 18, 45. Quos locos indicavit Ducang. « Φθαρτολάτρις scriptum ap. Nicetam Chon. in Maii Spicil. Rom. vol. 4, p. 433. » Osann.]

[Φθαρτοποιὸς, ὁ, ἡ, Mortalem faciens. Amphiloch. p. 6, D : Ἡ φθ. τῆς θείας προνοίας εὐμένεια. Kall.]

Φθαρτὸς, ἡ, ὸν, (q. d. Corruptibilis, i. e. Corruptioni obnoxius aut etiam Interitui,) Mortalis. [Pollux 5, 170. Hesych. : Φθαρτὸν, θνητόν. Diodor. 1, 6 : Οἱ μὲν ἀγέννητον καὶ ἄφθαρτον ὑποστησάμενοι τὸν κόσμον, ... οἱ δὲ γεννητὸν καὶ φθαρτὸν ..., ubi Wessel. locos similes comparavit Aristotelis Analyt. Prior. 2, 22 (quibus plures ex Metaphysicis addere licet), Plutarchi Mor. p. 886, D, Philonis Jud. p. 939, D, Ocelli Luc. c. 1. Φθαρτὸν σῶμα est ap. LXX Sap. 9, 5; φθαρτὰ ζῷα 19, 20. G. D. Hipparch. ap. Stob. Floril. vol. 3, p. 340, 12, εὐαδίκητον καὶ φθ. Galen. vol. 4, p. 702, 2, ψυχὴ φθ. Achill. Tat. In Phænom. p. 129, A : Τὸ γὰρ δεόμενον (τροφῆς), φθαρτόν. Julian. Imp. Contra Christ. p. 143, C : Τὸ μὲν τῶν ἀνθρώπων ἐπίκηρόν ἐστι καὶ φθ. γένος. Phædrus Epicur. Fragm. De nat. Deor., inst. et illustrato a Chr. Petersen. (Hamburgi, 1833, *in*-4°), col. 9, 28, γεννητὰ καὶ φθ. Hase.]

[Φθὰς, ὁ, Phthas, numen ab Ægyptiis summa religione cultum, a Græcis Latinisque vulgo habitum pro Vulcano : de quo copiose dixi in Pantheo Ægypt. 1, 2. In Φθαὲ corruptum in Clement. Homil. 9, 6 : Αἰγύπτιοι δὲ ὁμοίως πράξαντες, καὶ τὸ πῦρ ἰδίᾳ διαλέκτῳ Φθαὲ καλέσαντες, ὃ ἑρμηνεύεται Ἥφαιστος, οὗ τῷ ὀνόματι καὶ ὁ παρ' αὐτοῖς πρῶτος βασιλεύσας προσαγορεύεται· ubi Φθὰς correxit Coteler. Idem redditum Ciceroni de N. D. 3, 22 : « Secundus (Vulcanus) in Nilo natus, Phthas (vulgo Opas), ut Ægyptii appellant, quem custodem esse Ægypti volunt. » Apud Suidam est Ἀφθὰς, ὁ Διόνυσος· τὸ α ἐπιτατικὸν, ὡς ἄσταχυς· καὶ παροιμία, ὁ Ἀφθάς σοι λελάληκεν· ἦν δὲ χρησμολόγος. Iterum in v. Φθὰς, ait, Οἱ δὲ Ἀφθάς φασιν· ὡς σταφὶς, ἄσταφις, στάχυς, ἄσταχυς. Διόνυσον autem quum dicit Suidas, intelligi debet Bacchus Ægyptiacus, i. e. Osiris vel Sol, cui illud nomen recte omnino tribuitur, quum sit sol rex cœli et astrorum, summusque rerum omnium gubernator et ordinator habeatur. Hinc Iamblichus De myst. Ægypt. 8, 3, testatur, Ammonis, Osiridis et Phthas diversa nomina unius numinis fuisse, et per varia ista nomina indicari distinctas virtutes ac potestates luculenter agnoscit. Eo igitur sensu Ἀφθὰς s. Φθὰς dici potuit Bacchus a Suida, quod Kusterus non videtur animadvertisse. Jablonsk. In inscr. A Rosettana lin. 4, 8, 9, 37, 49, Ptolemæus rex dicitur ἠγαπημένος ὑπὸ τοῦ Φθᾶ. Aliam declinationem secutus Chœrobosc. in Cram. Anecd. Oxon. vol. 3, p. 385 et In Theodos. p. 16, 20, ubi de oxytonis in ας agit, Φθάς Φθάντος (ὄνομα δὲ τοῦτο κύριον) posuit, eodem accentu quo verbi φθάνειν aoristus est φθάς φθάντος. Similiter Arcadius p. 125, 17, ex cod. Havn. supplendus, et Etym. M. p. 535, 11. Conf. Lobeck. Paralip. p. 78.]

[Φθαστέον, Præveniendum, Antevertendum. Oribas. p. 131 ed. Matth. (vol. 2, p. 43, 1 Daremb.) : Τὴν παντελῆ φ. ἄνεσιν.]

[Φθατέω, i. q. φθάνω. Hesych. : Φθατήσῃ, φθάσῃ. Corrupte infra Φθοατήσει, φθάσει κτήσασθαι. Similes sunt ejusdem glossæ Ψαέναι, φθάσαι, κτίσαι. Ψατᾶσθαι, προκαταλαμβάνειν. Ψατῆσαι, προειπεῖν. De composito Καταφθατέομαι, quo usus est Æschylus, suo loco diximus.]

Φθέγγομαι, fut. γξομαι, præt. ἔφθεγμαι, Loquor. Et generalius etiam Vocem edo s. emitto, Sonum edo. [Julian. Cæsar. p. 327 : Φθέγγεσθαι μᾶλλον ἢ λαλεῖν.] Hom. Il. Φ, 213 : Ἐφθέγξατο. Apud Eund. Od. I, [497] : Φθεγξαμένου ἢ αὐδήσαντος. Alicubi apud eundem poetam redditur Clamare. [Il. Φ, 341 : Ὁπότ' ἂν δὴ φθέγξομ' ἐγὼν ἰάχουσα. Contra de voce submissa Il. Ω, 170 : Τυτθὸν φθεγξάμενος· Od. Ξ, 492 : Φθεγξάμενος δ' ὀλίγῃ ὀπί με πρὸς μῦθον ἔειπεν. Post Homerum Herodotus 2, 57, de mulieribus Dodonæis : Ἐδόκεον ὁμοίως ὄρνισι φθέγγεσθαι· 8, 65 : Εἴρετο δ τι τὸ φθεγγόμενον· cui alter respondet ὅτι θεῖον τὸ φθεγγόμενον. Hippocr. p. 128, D : Ἤν φθέγξωνται (qui antea ἄφωνοι fuerant) καὶ παρ' αὐτοῖσι γένωνται. Pind. Ol. 6, 21 : Ἀπὸ γλώσσας φθέγξατο· et fragm. 238 : Χορὸς ... ἀκροσόφων διὰ στομάτων φθεγγόμενος· Pyth. 1, 157 : Καιρὸν (i. e. κατὰ καιρὸν, ut schol. exp.) εἰ φθέγξαι. Dionys. Anth. Pal. 7, 716 : Οὐδὲν ὅμοιον ἑπεσσομένοισιν ἀοιδὸς (codex ἀοιδοῖς) φθέγξεται.] Usus est frequens et in soluta oratione. Lucian. : Εἰ δὲ καὶ φθέγξοιτο μόνον. Idem [Nigrin. c. 35] : Φθέγξασθαι βουλόμενος, ἐξέπιπτόν τε καὶ ἀνεκοπτόμην. Dem. [p. 320, 3] : Εἶτα σὺ φθέγγῃ, καὶ βλέπειν εἰς τὰ τουτωνὶ πρόσωπα τολμᾷς; C Sed hic φθέγγεσθαι videtur potius esse Hiscere : sic interpretando hunc l., Itane vero hiscis? vel Itane hiscere audes? Ap. Plat. Leg. [7, p. 791, E] : Φθέγγεσθαι μετὰ βοῆς, quum tamen ap. Hom. alicubi φθέγγεσθαι, sine adjectione etiam positum, reddatur Clamare, i. e. βοᾶν. Ex eod. Plat. [Leg. 2, p. 664, C] : Φθέγγομαι λέγων. Ex Aristot. Φθέγγεσθαι διὰ ῥινῶν, ut vulgo *Parler du nez* : φθέγγεσθαι διὰ ῥινῶν dicuntur, inquit Cam., quibus vox per nares erumpens stridit. Ap. Aristot. Probl. [33, 14] : Διὰ τί οἱ κωφοὶ πάντες διὰ ῥινῶν φθέγγονται; [Locutionem φθεγγόμενος πρὸς ἀργύριον, Lucri caussa verba faciens, annotavit Pollux 3, 112; et ῥήτωρ μισθοῦ φθεγγόμενος 4, 37.] Sæpe cum accus. (sicut Loquor interdum sine adjectione, interdum cum accus.), cum quo redditur etiam Profero et Enuntio, item Dico. [Pind. Pyth. 8, 78 : Τοιαῦτα ἐφθέγξατο. Id. Ol. 1, 59 : Σὲ φθέγξομαι, i. e. Te cantu celebrabo. Æsch. Choeph. 109 : Φθέγγου χέουσα σεμνὰ τοῖσιν εὔφροσιν. Prom. 34 : Πολλοὺς ὀδυρμοὺς καὶ γόους ἀνωφελεῖς φθέγξει. Soph. OEd. C. 881 : Ἀκούεθ' οἷα φθέγγεται. Et sæpe apud Eurip., qui ἀρὰς φθέγξασθαι dixit Phœn. 478; βλασφημίαν Ion. 1189; βοὴν Iph. T. 1385; θέσπισμα Ion. 729; λόγους Med. 1307; μέλος Hipp. 880.] Demosth. : Τούτων τοίνυν οὐδὲν εἶπεν, οὐδ' ἐφθέγξατο, οὐδ' ἤκουσεν ὑμῶν οὐδείς. [Isocr. p. 288, D : Περὶ δὲ τῶν ἄλλων οὐδὲν ἐφθεγξάμην ὧν εἶπεν.] Plato Epist. 7, [p. 347, E] : Πρὸς ἐμὲ δὲ οὐδὲν ὅλως ἐφθέγγετο περὶ αὐτῶν. Ibid. [p. 342, B] : Αὐτό ἐστιν ὄνομα ὃ νῦν ἐφθέγμεθα. Ex Eod. [Epist. 5, p. 321, E] : Τὴν αὐτῆς φθέγγεται φωνήν. Et φθέγγεσθαι γράμματα, Proferre literas, ex Aristot. [De partt. an. 2, 16 et 17.] Interdum jungitur accusativo μέγα, aut etiam μέγιστον (reperitur autem cum utroque ap. Dem.), ad verbum, Magnum loqui; ut Plaut. dixit Clamare magnum, et Exclamare maximum. Bud. μέγα φθέγγεσθαι vertit Superbe loqui, in isto Dem. loco In Mid. : Πλούσιος, θρασὺς, μέγα φρονῶν, μέγα φθεγγόμενος, βίαιος. [Et p. 981, 25.] Apud Eundem alioqui [p. 405, 27] : Τίνα δὲ τῶν ἐν τῇ πόλει φήσαιτ' ἂν μέγιστον φθέγγεσθαι; Ibidemque [lin.

seq.] : Καὶ οὐδενὸς μεῖζον φθεγγομένου, Qui nullo altius loquar et exaudibilius. [Et ibid. l. 15 : Τίνα δὲ φθέγγεσθαι μέγιστον ἁπάντων καὶ σαφέστατ' ἂν εἰπεῖν κτλ.] Quamvis porro μέγα et μέγιστον, sicut Magnum et Maximum in illis Plauti locis, adverbialem quendam usum potius habeant, additur tamen particula τι, ut ap. Plutarch. [Mor. p. 303, E] : Φθεγγομένων μέγα τι καὶ διάτορον. [Eurip. Andr. 1148 : Ἐφθέγξατο δεινόν τι καὶ φρικῶδες. Et sic cum aliis quoque adjectivis, τι vel addito vel omisso. Liban. vol. 4, p. 632 : Οὐχ ὁρᾶτε ὡς ἀσθενὲς φθέγγομαι καὶ ἀπολωλός; Aristæn. Ep. 1, 22 : Φθέγγεται ταπεινόν τι καὶ σκυθρωπὸν καὶ τεθνηκὸς ἀθυμίᾳ. Similiter Dio Cass. 40, 54 : Βραχύ τι καὶ τεθνηκὸς χαλεπῶς φθεγξάμενος. Demosth. p. 449, 24 : Ὡς καλὸν φθεγγομένῳ προσέχοιτε.] Apud Xenoph. [OEc. 8, 3] legitur de choro canente. || Φθέγγομαι de brutis etiam atque adeo de inanimatis, Sonum edo; nam ap. Herodot. de equo hinniente, 3, [84] : Ὅτευ ἵππος πρῶτος φθέγξηται. [De aquila Xenoph. Anab. 6, 1, 13. De hinnuli clamore Theocr. 13, 62.] De corvis ap. Plutarch. : Φθεγγόμενοι θορυβῶδες. [De merula Aristot. H. A. 9, 49 : Φθέγγεται θορυβῶδες. De hirundine Suidas s. v. Χελιδόνειον μέλος.] De scaro [κάπρῳ] pisce ap. Athen. p. 124 [8, p. 331, D, ex Aristotele]. Quin etiam σκώληκες quidam, i. e. vermes, dicuntur φθέγγεσθαι οἷον τρισμὸν, ap. Theophr. C. Pl. 5, 14. Lyra quoque s. cithara φθέγγεται Platoni, Aristoteli, Plutarcho : per suas chordas nimirum, quæ φθέγγεσθαι dicuntur ab eodem Aristot. Probl. [Theognis 532 : Αὐλῶν φθεγγομένων ἱμερόεσσαν ὄπα· 761 : Φόρμιγξ δ' αὖ φθέγγοιθ' ἱερὸν μέλος ἡδὲ καὶ αὐλός. De tuba Xenoph. Anab. 5, 2, 14 : Ἐπεὶ ἐπαιάνισαν καὶ ἡ σάλπιγξ ἐφθέγξατο· et 6, 5, 27. De tibia Charito 4, 5 : Ἤδη δέ που καὶ αὐλὸς ἐφθέγξατο. De tonitru Xenoph. Cyrop. 7, 1, 3 : Βροντὴ δεξιὰ ἐφθέγξατο.] Denique de janua strepitum edente ap. Aristoph. Pl. [1099] : Τὸ θυρίον Φθεγγόμενον ἄλλως κλαυσιᾷ. [De manibus Anth. Pal. 9, 505, 17 : Σιγῶ, φθεγγομένη παλάμης θελξίφρονα παλμὸν, νεύματι φωνήεσσαν ἀπαγγέλλουσα σιωπήν· ubi Jacobs. comparavit Nonn. Dion. 5, 106 : Φθεγγομένη παλάμῃσι σοφὸν τύπον ἔμφρονι σιγῇ. || Appello, Nomino. Plato Theæt. p. 157, B : Κατὰ φύσιν φθέγγεσθαι γιγνόμενα καὶ ποιούμενα καὶ ἀπολλύμενα· Phileb. p. 25, C : Θερμότερον ἐφθεγγόμεθα νῦν δήπου τι καὶ ψυχρότερον· Soph. p. 262, D : Τῷ πλέγματι τούτῳ τὸ ὄνομα ἐφθεγξάμεθα λόγον· 240, A : Φθεγξάμενος εἴδωλον ἐπὶ πᾶσιν ὡς ἓν ὄν. Est autem hujusmodi in locis φθέγγεσθαι breviter dictum pro ὀνομάζοντα φθέγγεσθαι. Plene Plato Phileb. p. 34, A : Ταύτην ... τὴν κίνησιν ὀνομάζων αἴσθησιν οὐκ ἀπὸ τρόπου φθέγγοι' ἄν· Leg. 7, p. 814, E : Ἧς τὸ πλεῖστον μέρος ὄρχησίν τινά τις προσαγορεύων ὀρθῶς ἂν φθέγγοιτο. || Φθέγγεις ap. schol. rec. Eur. Hec. 178 vitiose pro φθέγγει vel φθέγγῃ, quod est in aliis codicibus.]

[Φθεγγώδης, ὁ, ἡ. Φθεγγώδης διάθεσις ab Hippocr. dici videtur Affectio magni nominis, et quæ multorum sermonibus illustris et clara est ob ægrotantis dignitatem, qualis est principum et opulentorum, quorum vel levissimæ affectiones ob nominis splendorem gravissimæ videntur. Potest et intelligi φθεγγώδης διάθεσις, Periculosus affectus et magni momenti ob vehementiam, cum multo clamore et ejulatu ac dolore. Legitur autem p. 27, 20 : Πρὸς γὰρ θεραπηίην οὐ γίνονται σκοπέοντες διάθεσιν φθεγγώδεα, Neque enim ad curationem accedunt, ubi vident miserabilem esse affectionem et clamoribus aut ejulatu plenam, hoc est difficilem et periculosam. Sic enim accepisse videtur Cornar., nisi si φθινώδεα pro φθεγγώδεα legit. Zwing. vero φθεγγώδεα διάθεσιν exponit Affectionem magni nominis et celebritatis, ut in splendida aut illustri persona : aut quæ medici improbitate et calliditate, tanquam perniciosissima, multis verbis exaggeratur. Atque hunc locum sic legit, Πρὸς γὰρ θεραπηίην οὗτοι γίνονται, σκοπέοντες διάθεσιν φθεγγώδεα, Qui quidem ad curationem accedunt, affectionem magni nominis captantes. Quam lectionem ex Calvo hausisse videtur. Verum pro φθεγγώδεα idem φλεβώδεα legisse videtur. Foes. Non satisfaciunt hæc. Legendum haud dubie φθινώδεα cum Cornario. Struv.]

[Φθεγκτικὸς, ἡ, ὸν, i. q. seq. Maxim. Tyr. Diss. 14, 2 : Εἴδωλον φθ. καὶ μαντικόν. Hase.]

Φθεγκτὸς, ἡ, ὸν, Vocalis, ex Epigrr. affertur. [Antipater Anth. Pal. 7, 427 : Διὰ φθεγκτῶν ... ἀστραγάλων· ubi nunc recte δι' ἀφθέγκτων. Plutarch. Mor. p. 1017, E : Οἰόμενοι τῶν τοῦ τόνου διαστημάτων πρῶτον εἶναι φθεγκτὸν τὸ πέμπτον, Quod sonari potest. G. D. Mich. Psellus Schol. in Or. Chald. ap. Boissonad. ad Tzetzæ Alleg. Il. Φ, 21 : Φθεγκταὶ γάρ εἰσιν αἱ ἐνέργειαι τῶν ὄντων. Hase.]

Φιλότης, ητος, ἡ, Amicitia, Amor, Benevolentia. Frequens ap. Hom., Il. Π, [282] : Μηνιθμὸν μὲν ἀποῤῥίψαι, φιλότητα δ' ἑλέσθαι· Δ, [16] : Ἣ φιλότητα μετ' ἀμφοτέροισι βάλωμεν· Η, [302] : Ἣδ' αὖτ' ἐν φιλότητι διέτμαγεν ἀρθμήσαντε. [Et in Od., velut Γ, 363 : Ἄλλοι φιλότητι ... ἔπονται· Κ, 43 : Νῦν οἱ τάδ' ἔδωκε χαριζόμενος φιλότητι Αἴολος.] Apud Eund. [Od. Ο, 55] φιλότητα παρέχειν, Benevolentiam præstare, Benevolentiam s. Comitatem exhibere aut Benevolentiæ officia, Benevolentia prosequi, Amice et liberaliter excipere. Copulat Idem aliquoties [Od. Ξ, 505] φιλότητα et αἰδῶ. Apud Eundem legimus Γ, [73] : Φιλότητα καὶ ὅρκια πιστὰ ταμόντες. Usus est Hesiodus quoque [non raro, velut Op. 710], ἡγεῖσθαι ἐς φιλότητα. Usi sunt et ceteri poetæ. [Pind. Ol. 10, 105 : Θερμαίνει φιλότατι νόον· et plur. Pyth. 4, 163 : Τᾶν ἐν δυνατῷ φιλοτάτων ἐπιψαύειν· Nem. 8, 2 : Ἀφροδίτας ἀμβροσιᾶν φιλοτάτων. Herodot. 1, 172 : Κατ' ἡλικίην καὶ φιλότητα συγγίνεσθαι.] Sed et Plato usus est in Epist. [6, p. 323, B] : Συμφῦσαι καὶ συνδῆσαι πάλιν ἐς τὴν προϋπάρχουσαν φιλότητά τε καὶ κοινωνίαν. Ibid. : Διὰ βαναύσου φιλότητος ἐγεγόνει φίλος. Habetur certe hæc vox et ap. Aristot. Eth. 9, 8, ubi quum alia verba proverbialia, tum hæc commemorat, Ἰσότης, φιλότης, Æqualitas, amicitia. Sic Plato dixit [Leg. 6, p. 757, A], Φιλότης ἰσότητα ἀπεργάζεται. Existimo autem dictum fuisse ἰσότης, φιλότης, potius quam ἰσότης, φιλία, quod majorem illa ὁμοιοτέλευτα gratiam haberent. [Φ. et νεῖκος sæpius opposita apud Empedoclem, velut v. 40 : Ἄλλοτε μὲν φιλότητι συνερχόμεν' εἰς ἓν ἅπαντα, ἄλλοτε δ' αὖ δίχ' ἕκαστα φορεύμενα νείκεος ἔχθει.] Esse enim alioqui φιλία multo usitatius in soluta oratione quam φιλότης, controversia caret. [Legitur φιλότης apud Dionysium Hal., Plutarchum aliosque, etsi rarius quam φιλία, quo alii plurimi usi sunt qui nusquam φιλότης dixerunt.] Sed est tamen in ea quidam usus hujus nominis, quem itidem in nomine φιλία observare me non memini. Ejus exemplum habemus ap. [Platon. Phædr. p. 228, D, et] Lucian. initio libelli quem Περὶ τῶν ἐπὶ μισθῷ συνόντων inscripsit : Καὶ τί σοι πρῶτον, ὦ φιλότης, ἢ τί ὕστατον (φασὶ) καταλέξω κτλ. [Et alibi ap. eund. sæpius, velut Hermot. c. 15, 72.] Ubi certe ὦ φιλότης nihil aliud est quam O amice : quod elegantius, sed eadem alioqui signif. dicitur, ὦ φίλη κεφαλή. Synes. quoque initio cujusdam Epistolæ, quæ est 143 : Οὐκ ἐμπεδοῖς τὰ ὡμολογημένα πρὸς ἡμᾶς, ὦ φιλότης. Quamvis autem ὦ φιλότης exposuerim simpliciter O amice, non ignoro tamen videri etiam posse quandam superlavi signif. habere; atque adeo Hesych. exp. ὦ προσφιλέστατε. Invenitur porro et ἐμὴ φιλότης ap. Alciphr. [2, 4, p. 268] : Ὥστε πειρῶ μᾶλλον, ἐμὴ φιλότης, θᾶσσον εἰς τὸ ἄστυ παραγενέσθαι. [Πιστὴ φ. ap. Phalar. Epist. 19, p. 92. Simplex φιλότης ap. Hippocr. Epist. p. 1277, 1 : Ἐπείγει οὖν τὸ πρῆγμα, φιλότης· ubi vulgo καὶ φιλότης, quod correxit Bergl. ad Alciphr. p. 269. Eustath. p. 1469, 58 : Ἰστέον ὅτι τὸ « καὶ σὺ φίλος » ἴσον τῷ « καὶ σὺ ὦ φίλε » Ἀττικόν ἐστι, καὶ ὅτι ἀνὴρ Ἀττικὸς ἐροῖ ἂν « καὶ σὺ, φιλότης. »] || Concubitus, Veneris opus, Venus, φιλοτήσιον ἔργον. [He-

sych. : Φ., φιλία, ἡ συνουσία.] Hom. Il. N, [636] : Πάντων μὲν κόρος ἐστὶ, καὶ ὕπνου καὶ φιλότητος. [O, 32 : Ἧν τοι χραίσμῃ φ. τε καὶ εὐνή· Ξ, 207 : Ἀλλήλων ἀπέχονται εὐνῆς καὶ φιλότητος· 353 : Ὕπνῳ καὶ φιλότητι δαμείς.] Apud Eundem aliquoties [velut Il. B, 232], μίσγεσθαι φιλότητι, et ἐν φιλότητι. Item [Il. Z, 161] : Κρυπταδίῃ φιλότητι μιγήμεναι. [Et aliæ hujusmodi locutiones, velut Il. Ξ, 237 : Παραλέξομαι ἐν φιλότητι· Od. Θ, 313 : Καθεύδετον ἐν φιλότητι· Il. Γ, 441 : Φιλότητι τραπείομεν εὐνηθέντε.] Sic et Hesiod. usus est [Theog. 405] : Κυσσαμένη δ' ἤπειτα θεὰ θεοῦ ἐν φιλότητι. Ab Oppiano feræ etiam dicuntur ἐελδόμεναι φιλότητος. [|| Nomen fontis cujusdam : v. s. v. Φιλώψ.]

[Φιλοτήσιος, ία, ιον, et ός, ή. HSt. s. v. Φιλότης :] Hinc nomen adj. Φιλοτήσιος, ός, ή, Ad amicitiam pertinens, Amicitiæ accommodatus s. conveniens, Amicitiæ conciliandæ aptus. [Soph. El. 1074 : Τὰ δὲ πρὸς τέκνων ὁιπλῆ φύλοπις οὐκέτ' ἐξισοῦται φιλοτασίῳ διαίτᾳ· ubi notanda forma Dorica.] Sic enim posse exponi videtur in isto Plutarchi loco [Mor. p. 777, D] : Ἀλλ' ἐμοίγε δοκεῖ τὰ τῶν μουσῶν ἔργα καὶ δῶρα μᾶλλον ἢ τὰ τῆς Ἀφροδίτης φιλοτήσια εἶναι. Sicut vero φιλότης pro Concubitu et Venere ponitur, ita etiam φιλοτήσιος interdum dicitur Ad concubitum s. Venerem pertinens, Venereus : ut φιλοτήσιος εὐνὴ ap. Oppian. [Cyn. 3, 375], Venereum cubile. Itidem φιλοτήσιον ἔργον ap. Eund., Venereum opus. [Hesych. : Φ. ἔργα, ἀφροδίσια, τὰ συνουσιαστικά. Plutarch. Mor. p. 654, C : Νέοι πάρεισι γεγαμηκότες, ὑφ' ὧν δεῖ φ. ἔργα τελεῖσθαι.] Ap. Hom. [Od. Λ, 245] plur. num., φιλοτήσια ἔργα. At VV. LL. φιλοτήσιος exp. Amabilis, item Illex ad propinandum. Et φιλοτήσιος κρατὴρ [ap. Eustath. p. 977, 27] ibid. ex Erasmo, q. d. Propinaticium poculum, quod conciliandæ amicitiæ ergo alteri præbibi solet. [Χορὸς φ. Aristoph. (fragm. 564) ap. Athen. 11, p. 502 : Ἑπτάπους γοῦν ἡ σκιά 'στιν ἡ 'πὶ τὸ δεῖπνον· ὡς ἤδη καλεῖ μ' ὁ χορὸς (nam sic vel χρόνος correxit Casaub. pro χρόος) ὁ φ. Φ. ἔδεσμα Eustath. Opusc. p. 47, 40 : Μύρῳ θείῳ πολυτιμήτῳ τὸ παρὸν φιλοτήσιον καὶ οὐδὲ ἀπαίσιον ἔδεσμα· quemadmodum idem in Epistola commentario in Dionysium præfixa φ. βρῶμα dixit p. 70, 8 : Βουλομένῳ σοι, πᾶν εἴ τι νόστιμον τῆς τοῦ Διονυσίου ποιήσεως, εἰς φιλοτήσιον βρῶμα συσκευάζομεν. Τὰ φιλοτήσια ἐξοσιοῦν Opusc. p. 15, 80. Αὔρα φ. ap. Oppian. Hal. 4, 114 : Οἱ δ' ὑπ' ἔρωτος αὔρῃ θελγόμενοι φιλοτησίῃ ἀμφαγέρονται. Πῦρ Niceph. in Walzii Rhett. vol. 1, p. 478, 28 : Ὅλους κρατῆρας ἐπισπένδων πυρὸς καὶ προσαναρριπίζει πῦρ φ. Δρᾶμα p. 485, 18 : Ἔρως ὁ σοφὸς ἐγὼ καὶ δρᾶμα μελετῶ φ.] Sic certe et subst. Φιλοτησία, ἡ, redditur a Bud. Propinatio [Hesych. : Φ., πρόποσίς τις μετὰ τὸ δεῖπνον ὑπὲρ φιλίας. Theognis 489 : Ἡ μὲν γὰρ φέρεται φιλοτήσιος, ἡ δὲ πρόκειται, τὴν δὲ θεοῖς σπένδεις], Invitatiuncula ad bibendum, ap. Lucian. [Gall. c. 12] : Καὶ φιλοτησίας προπίνοντα ἑκάστῳ τῶν παρόντων. Affert autem et ex Athen., apud quem aliquantum detorta habetur vocis hujus signif., utpote dicentem joculariter φαρμάκου, i. e. Veneni, φιλοτησίαν, libro 3, [p. 85, B], de Clearcho tyranno : Ὃς τοῖς πλείστοις ἐδίδου κώνειον πιεῖν· ἐπειδὴ οὖν πάντες ἔγνωσαν τὴν τοῦ φαρμάκου ταύτην φιλοτησίαν, οὐ προήεσαν τῶν οἰκιῶν πρὶν φαγεῖν πήγανον. Vulgo φιλοτησία exponitur Invitatio ad potandum. Et magis etiam peculiari significatione Propinatio post cœnam benevolentiæ ergo. Et ex Dem. [p. 380 extr.] φιλοτησίας [φιλοτησίαν scriptum ap. Athen. 11, p. 502, B] προπίνειν, Amicos ad potandum invitare. [De loco Demosthenis hæc leguntur inter Excerpta ex Phrynichi σοφιστικῇ προπαρασκευῇ in Bekk. Anecd. p. 70, 8 : Φιλοτησίας προπίνειν· διττόν ἐστι τὸ δηλούμενον· καὶ ποτὲ μὲν κατὰ γενικὴν λέγεται, ἄλλοτε δὲ κατ' ὀρθὴν καὶ εὐθεῖαν (delendum καὶ εὐθεῖαν, quemadmodum in scholio Hom. Od. E, 33, ἡ ὀρθὴ σχεδίη scribendum pro ἡ ὀρθὴ εὐθεῖα σχεδίη, et addendum fortasse hic et paullo post καὶ δοτικὴν) ἢ αἰτιατικὴν ἢ κλητικήν. Ἂν μὲν οὖν κατὰ γενικὴν, σημαίνει αὐτὴν τὴν πρόποσιν, αὐτὸ τοὔργον καὶ τὴν δεξίωσιν τὴν ἐν τῷ πίνειν· ἐκλήθη γοῦν ἀπὸ τῆς φιάλης· τὸ δὲ κατ' ὀρθὴν ἢ αἰτιατικὴν μόνως τάττεται ἐπὶ τῆς κύλικος. (Hominis inepti sententia hæc est, genitivum φιλοτησίας substantive pro φιλίας dici intellecto χάριν vel ἕνεκα, casus vero ceteros adjective dici addito intellectove κύλικος nomine.) Δημοσθένης « φιλοτησίας προὔπινε ». Τοῦτο τῆς κατὰ γενικὴν συντάξεως (καὶ διὰ) παράδειγμα· οὐ γὰρ, ὡς οἴονταί τινες, φιλοτησίας τὰς κύλικας λέγει, ἀλλὰ τῆς φιλοτησίας λέγει, καὶ ἔστιν ἐλλειπτικὸς ὁ τρόπος, οἷον χάριν ἢ ἕνεκα, ἵν' ᾖ τὸ ἐντελὲς, φιλοτησίας ἕνεκά σοι προπίνω, οἷον φιλίας. Λουκιανός. Phrynichum qui norunt facile mecum consentient, quod vel Luciani nomen docet, horum omnium ne verbum quidem ab Phrynicho scriptum esse, sed grammatici multo recentioris annotationem esse, fortasse ex scholiis in Lucianum illatam, qui sæpius φιλοτησίας nomine usus est, velut De merc. cond. c. 16, et Galli c. 12, ubi in libro Vossiano adscripta sunt Suidæ verba (ex Photii Lexico sumta), quæ affert HSt. In loco Demosthenis φιλοτησία intellecto κύλιξ recte accepit Photius p. 649, 10, addita etiam Hyperidis et Alexidis auctoritate. Alexidis versus in quibus plene dictum φ. κύλικα, ut ap. Aristoph. Lys. 203, attulit Athen. 11, p. 502, B. G. Dind.] Suidas autem φιλοτησίαν προπίνειν tradit esse, ἡνίκα τις ἐν τῷ ἀρίστῳ φιάλης τὸ μέρος πιὼν, τὸ λοιπὸν παράσχῃ φίλῳ, καὶ τὴν φιάλην χαρισάμενος· apud quem vide plura. [Suidas interpretatur etiam per φιλία et δεξίωσις cum Photio, et per φιλικὴ δεξίωσις, additis locis Æliani (in quo est τῷ δήμῳ διαμετρεῖν φιλοτησίαν τήνδε) et anonymi, Οἱ Αἰτωλοὶ ἐς Ἀθήνας τὸν οἶνον ἐκόμιζον, φιλοτησίας τῆς ἐκ τοῦ θεοῦ κοινωνῆσαι καὶ τοῖς τῆς Ἀθηνᾶς τροφίμοις βουλόμενοι· ubi Cosmam In Greg. Naz. in Maii Spicil. Romano vol. 2, p. 317, citat Bernhardyus.] Item Poculis poscere : quod tamen loquendi genus haud temere usurparim, licet Cic. dixerit Poscunt majoribus poculis. Aristoph. Ach. [985] : Πῖνε, κατάκεισο, λάβε τήνδε φιλοτησίαν. [Ubi schol. exp. τὴν φιάλην τὴν διδομένην ἐν τοῖς συμποσίοις. Athen. 3, p. 122 : Προπίνω σοι φιλοτησίαν.] Herodian. 1, [17, 19] : Ὁ δ' ὡς συνήθη φιλοτησίαν, μετὰ πολλὰ λουτρὰ καὶ γυμνάσια τὰ πρὸς θηρία, διψῶν ἔπιεν ἀναισθήτως, ubi Polit. συνήθη φιλοτησίαν vertit Poculum de more propinatum. Deesse enim existimo in vulg. edd. substantivum Poculum. Alii φιλοτησίαν interpr. Poculum ab amica temperatum, Marcia sc. Nam paulo ante de hac ipsa dixerat, Εἰώθει γὰρ αὐτὴ κιρνάναι τε καὶ διδόναι τὴν πρώτην πόσιν, ὡς ἥδιον πίοι παρ' ἐρωμένης. [Eustath. Opusc. p. 105, 10 : Συναπολαύσει φ. λαμπρᾶς. Greg. Naz. Epist. 58, p. 822, D, de Socrate : Τὸ κώνειον δέχεται ὥσπερ οὐκ ἐπὶ θανάτῳ δεχόμενος, ἀλλὰ φιλοτησίας προπινόμενος (corr. προπινομένης)· et Theodoret. Therap. 3, p. 519 : Τὴν Ἀθηναίων φιλοτησίαν ὀρρωδήσαντα, quo nomine poculum illud ab Socrate ipso appellatum esse refert Ælian. V. H. 1, 16.] Annotatur præterea, φιλοτησίαν dictam olim fuisse Diem qua reges pocula prægustata porrigebant populo, ut hac propinatione suam erga ipsum benevolentiam testarentur. Vide Suid. in Προπίνειν.

[Φιλοτιβέριος, ός, ή, Amicus Tiberio. Philo vol. 2, p. 551, 29.]

Φιλοτιμέομαι, [fut. φιλοτιμήσομαι, aor. ἐφιλοτιμήθην (annotatus in participio φιλοτιμηθεὶς a Polluce 6, 139), rarius ἐφιλοτιμησάμην. Perf. πεφιλοτίμημαι Porphyr. ap. Stob. Ecl. eth. vol. 2, p. 18, aliique infra indicandi,] Honoris consequendi gratia aliquid facio s. annitor, Ambitiosius s. Obnixe contendo, Magno studio conor et annitor : sc. more eorum qui honoris studio toti sunt aliqua in re. [Hesych. : Φιλοτιμεῖται, μεγάλα φρονεῖ, ἐπαίρεται, πλουτεῖ.] Qua in signif. cum infin. jungitur. [Diodor. 2, 7 : Ἐφιλοτιμήθη τὸν ἴσον ἀριθμὸν τῶν σταδίων ὑποστήσασθαι.] Plutarch. Numa, Φιλοτιμούμενος συναγαγεῖν. [V. Solon. c. 32, Thes. c. 25, etc.] Sic [V. Thesei c. 36], φιλοτιμοῦμαι ἐξανευρεῖν. Xenoph. [Mem. 2, 9, 3] : Εἰσὶν ἐνθάδε οἳ πάνυ ἂν φιλοτιμηθεῖεν φίλῳ σοι χρῆσθαι, Sunt hic qui magnopere vellent te amico uti, Qui magnopere ambirent amicitiam tuam. Plutarch. [V. Cicer. c. 35] de Ciceronis Oratione pro Muræna loquens : Φιλοτιμούμενος Ὁρτήσιον ὑπερβάλλειν εὐημερήσαντα· Themist. [c. 5] : Φιλοτιμούμενος πολλοὺς τὴν οἰκίαν ζητεῖν, καὶ φοιτᾷν παρ' αὐτὸν, Cupiens domum suam a multis quæri et frequentari. Itidemque Synes. Ep. 29 : Φιλοτιμηθεὶς γὰρ πᾶσι γενέσθαι καταφανὴς, Cupiens omnibus esse notus. Ita quidem nonnulli interpr., sed nequaquam hujus-

modi interpretatio mihi placet. Existimo enim, ut de præcedente loco prius dicam, Φιλοτιμούμενος πολλοὺς τὴν οἰκίαν ζητεῖν, non esse simpliciter Cupiens domum suam a multis quæri, sed Cupiens hunc honorem, Cupidus hujus honoris, ut domus sua a multis quæreretur. Et in hoc posteriore, Φιλοτιμηθεὶς γὰρ πᾶσι γενέσθαι καταφανὴς, Quum id tanquam honorificum cupisset. Vide et quæ habet Bud. p. 853. Interdum cum participio, itidem pro Ambitiosus studeo, conor, volo. Plato Rep. 1, [p. 336, C] : Μηδὲ φιλοτιμοῦ ἐλέγχων ἐπειδάν τίς τι ἀποκρίνηται. Sequente μὴ redditur Honoris mei studio ardens, vereor ne. Plato Epist. 7, [p. 338, E] de Dionysio : Δοκεῖ μοι παντάπασι φιλοτιμηθῆναι μή ποτέ τισι δόξαιμι καταφρονῶν αὐτοῦ, οὐκέτ' ἐθέλειν παρ' αὐτὸν ἀφικνεῖσθαι. || Æmulor, Æmulatione ductus contendo cum aliquo, eumque superare cupio, Æmulatione ductus certo cum aliquo. In qua signif. junctum habet πρὸς cum accus. personæ. [Plato Symp. p. 178, E : Φιλοτιμούμενοι πρὸς ἀλλήλους· Phædr. p. 234, A : Οὐδὲ οἱ διαπραξάμενοι πρὸς τοὺς ἄλλους φιλοτιμήσονται.] Isocr. Paneg. : Πρὸς ἀλλήλους φιλοτιμούμενοι. Cui loco similem [Theopompi ap. Athen. 12, p. 531, C] vide in Ὑπερφιλοτίμως. [Aristot. Rhet. 2, 10. Plutarch. V. Flamin. c. 9, Cimon. c. 4. Addito accusativo cognato Joseph. B. J. 1, 10, 5 : Πρὸς τὸν ἀδελφὸν ... Φασάηλος ἐφιλοτιμεῖτο τὴν ἀγαθὴν ἔριν.] Sic in Φιλοτιμία attuli ex Philostr., φιλοτίμως ἔχειν πρός τινα pro φιλονεικεῖν et ἀγωνίζεσθαι. Itemque Φιλοτιμεῖσθαι πρός τι pro Æmulari aliquid, ut videbis itidem in loco illo Philostr. [Φιλοτιμηθῆναι πρὸς τοῦτο τὸ μέρος Polyb. 1, 4, 2.] Apud Philon. autem V. M. 1 : Φιλοτιμηθέντων οὐ μόνον περὶ τὴν εὕρεσιν τοῦ ὕδατος, ἀλλὰ καὶ περὶ τὴν τοῦ φρέατος κατασκευὴν, Turn. vertit, Qui elaborarant. [Diodor. 3, 17 : Πτολεμαῖος ὁ φιλοτιμηθεὶς περὶ τὴν θήραν τῶν ἐλεφάντων. Lucian. Anach. c. 14 : Τὴν φιλοτιμίαν ἣν φιλοτιμούμεθα περὶ κτλ., ut Plutarch. Mor. p. 830, E : Φιλοτιμούμενοι φ. ἀκάρπους καὶ ἀχαρίστους. || Passive Joseph. Genes. p. 47, A : Περὶ πολλοῦ τῷ Καίσαρι ἡ σοφία πεφιλοτίμητο, Magnopere honorabatur. Scribendum autem ἐπεφιλοτίμητο, ut mox ἐπεφιλοχρηματήκει et alia hujusmodi dixit Genesius. G. D.] || Φιλοτιμοῦμαι cum præp. ἐπὶ et dat. rei significat i. q. σεμνύνομαι et μεγαλοφρονῶ, Glorior, Efferor, Mihi placeo. [Plato Rep. 8, p. 553, D : Φιλοτιμεῖσθαι μηδ' ἐφ' ἑνὶ ἄλλῳ ἢ ἐπὶ χρημάτων κτήσει. Lysias p. 143, 40 : Ἐπὶ μὲν τοῖς καλοῖς αἰσχύνεσθαι, ἐπὶ δὲ τοῖς κακοῖς φιλοτιμεῖσθαι.] Lucian. [Anach. c. 9] : Φιλοτιμούμενοι ἐπὶ τῇ μεγαλοδωρεᾷ, Elati munificentia, et in ea sibi placentes, Exultantes, Gaudentes; utroque enim modo Bud. interpr. p. 852, afferens et ex Isocr. Symm. : Ἐπὶ δὲ τῇ τῆς πολιτείας δικαιοσύνῃ καὶ ταῖς ἀρεταῖς ταῖς ἑαυτῶν φιλοτιμούμενοι, pro In eo decus quærentes. [Et p. 49, C : Ἑκατέρους ἔχειν ἐφ' οἷς φιλοτιμηθῶσιν.] Sic Idem in Evag. [p. 204, B] : Εἰδὼς τοὺς καλοὺς κἀγαθοὺς τῶν ἀνδρῶν οὐχ οὕτως ἐπὶ τῷ κάλλει τοῦ σώματος σεμνυνομένους, ὡς ἐπὶ τοῖς ἔργοις καὶ τῇ μνήμῃ φιλοτιμουμένους. Ubi nota synonymos poni hæc duo verba σεμνύνεσθαι et φιλοτιμεῖσθαι. Et quibusdam in locis hoc φιλοτιμεῖσθαι posset resolvi in φιλεῖν τιμᾶσθαι καὶ εὐδοκιμεῖν ἐπί τινι, Cupere honorem et gloriam sibi parere aliqua ex re. In eadem signif. cum dat. etiam solo construitur, sine præp., ut ab Greg. Naz. in Epitaph. Patr. : Τῶν ἄλλων γυναικῶν κάλλει φιλοτιμουμένων καὶ ὑψουμένων, Quum aliæ mulieres sibi placeant et efferantur formæ pulcritudine, Glorientur et superbiant formæ elegantia. [Menand. rhet. in Walzii Rhett. vol. 9, p. 281, 6 : Φιλοτιμήσεται πόλεσιν, ἀγῶνας διαθήσει κτλ. Unde ib. p. 279, 9, scribendum : Παίδων ... φιλοτιμησομένων πατρίδι, διαθησόντων ἀγῶνας, non πατρίδα, quod librarii typothetæve culpa legitur.] Interdum cum ὅτι. Lysias [p. 141, 28] : Φιλοτιμούμενοι ὅτι καὶ τοὺς φανερῶς ἡμαρτηκότας σώζειν δύνανται. Bud. p. 852, 853. [Interposito ἐνδείκνυσθαι Plato Phædr. p. 232, A : Φιλοτιμούμενος ἐνδείκνυσθαι πρὸς ἅπαντας ὅτι κτλ.] Rursum cum dat. solo Greg. Naz. : Φιλοτιμοῦμαι τῇ πατρίδι, Ob patriam mihi placeo et superbio, Jacto me ob patriæ nobilitatem, Patriæ celebritate glorior. Sed frequentius cum ἐπὶ, ut tum in præcedentibus ll., tum in hoc Dionys. H. : Φιλοτιμεῖσθαι ἐπὶ ταῖς καλλίσταις τῶν ἰδίων πράξεων, Gloriari rebus a se præclare gestis. [Cum εἰς Diodor. 1, 25 : Πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ... εἰς τὰς ταύτης τιμὰς φιλοτιμουμένην· 50 : Πάντες ἐφιλοτιμήθησαν εἰς τὴν ταύτης αὔξησιν. Schol. Pind. Nem. 7, 1 : Θεαρίωνος εἰς τοῦτο φιλοτιμηθέντος.] || Φιλοτιμεῖσθαι est etiam λαμπρύνεσθαι, Munificentia et liberalitate inclarescere, Largiri populariter. [Phot. et Suidas : Φιλοτιμεῖται, ἐπιδαψιλεύεται, μεγαλοφρονεῖ, σπουδάζει, ἀγαπᾷ. Hesych. : Φιλοτιμούμενοι, δαψιλῶς τιμῶντες.] Demosth. [p. 488, 17] : Ἔρημον ποιεῖς τὸν δῆμον τῶν φιλοτιμησομένων, προλέγων ὅτι τοῖς ἀγαθόν τι ποιοῦσιν οὐδὲν ἔσται πλέον. Aphthon. metaph. in Encom. Sapientiæ : Πᾶν ὅ, τι θάλαττα φιλοτιμεῖται, καὶ ὅσα γῆ τοῖς ἀνθρώποις παρέχει, Largitur. Itidemque alibi sæpe. [Procop. Hist. p. 320, A : Χρήμασιν αὐτοὺς φιλοτιμησάμενος· et] Theophyl. [Simoc. Ep. 49] cum accus. personæ et dat. rei instrumentali : Δυστυχεστάτῳ φιλοτιμούμενος δώρῳ τὸν Πρίαμον, Donans, Munerans : quam signif. et constructionem habet δωροῦμαι quoque, ut suo loco docui. Bud. p. 853. Vide ibid. et locum Dem. initio pag., ubi φιλοτιμοῦμαι interpr. Munifice et benigne in commune facio, et prolixe largior. [Diog. L. 4, 44 : Μή τί σε ἠδικηκὼς ἀπίω τὸν εἰς ἐμὲ ἐκτενῶς οὕτω πεφιλοτιμημένον. Recentiores etiam cum dativo personæ et accusativo rei dixerunt, ut Liban. vol. 4, p. 785, 14 : Πόλεμος ... πολλοῖς νίκας ἀδίκους φιλοτιμεῖται. Aristæn. Ep. 1, p. 6 : Ταύτην μοι πεφιλοτίμηται Ἑλένην· v. Bast. ad Aristæn. p. 356. Georg. Monachus De Theophilo p. 525, B : Φιλοτιμηθεὶς παρὰ τοῦ βασιλέως νομίσματα ἑκατόν. Φιλοτιμεῖσθαι τὴν ζωήν τινι, Vitam alicui indulgere : de quo v. Reisk. ad Const. Porphyr. Cerim. vol. 2, p. 490. || «Φιλοτιμεῖσθαι πρὸς τὴν λέξιν, h. e. Præcipuam elocutionis curam gerere, rerum minorem, Aristid. Περὶ πολ. λόγου p. 658. Ergo ibi opponitur τὸ πρὸς τὰ πράγματα ἀποβλέπειν. Hinc de quadam artis ambitione et affectione dicitur. Sic Philostr. Ep. 1 : Εἰ σχηματιοῦμεν, φιλοτιμεῖσθαι δόξομεν, φιλοτιμία δὲ ἐν ἐπιστολῇ μειρακιῶδες. A Sopatro Proleg. ad Aristidem rhetori tribuitur φιλότιμος λόγος, quem ita explicat : Τὸ τῶν πανηγυρικῶν εἶδος διόλου τετήρηκε σεμνοτάτην φράσιν διδοὺς, καὶ ὡς αὐξητικὸς ἐν πᾶσι τυγχάνει τοῖς πράγμασι, τὴν Δημοσθένους βίαν μιμούμενος.» Ernest. Lex. rhet.]

Φιλοτίμημα, τὸ, Conatus, Contentio, Studium aliquid efficiendi. Nec tamen simpliciter sonat Conatus, Contentio, Studium; sed q. d. Conatus in quo aliquis sibi placet, et ex quo honorem s. gloriam aucupatur. Itidemque Contentio in qua etc. Et, Studium in quo etc. [Lucian. Tim. c. 43 : Ἀνοήτων ἀνδρῶν φιλοτιμήματα.] Greg. Naz. Epitaph. patr. [vol. 1, p. 289, C] : Τοῦτο μὲν ἧττον θαυμάζω, ὅτι κοινὸν πρὸς πολλοὺς ἄλλους [τὸ] φιλοτίμημα. || Significat etiam Liberalitatem et Facinus liberale, Bud. p. 854. Quo modo ex Plutarchi Alcib. [c. 16] affertur, Φιλοτιμήματα πρὸς τὴν πόλιν μεγάλα [ὑπερβολὴν μὴ ἀπολείποντα], pro Magna erga civitatem magnificentia. [Id. Mor. p. 822, A, νενομισμένα φ., Largitiones. Eustath. Opusc. p. 147, 90 : Τὸ ἐκ θεοῦ φ. μετάγειν εἰς τὸ ὁμόφυλον. Niceph. in Walzii Rhett. vol. 1, p. 424, 12 : Ἦν ἄρα καὶ τοῦτο τῆς τύχης οὐδὲν ἧττον τὸ φ. Anna Comn. p. 277, A.]

[Φιλοτίμης. V. Φιλότιμος.]

[Φιλοτίμησις, εως, ἡ, Studium, Contentio, Affectatio. Epiphan. vol. 1, p. 521, B : Πεφιλοτίμηται παρ' αὐτοῖς ... ὑποκριτικὴ ἀγνεία ... φιλοτίμησις δὲ ἕως τοῦ μὴ ἐγκυμονῆσαι τὴν ὑπὸ τοῦ δοκοῦντος πεφθάρθαι γυναῖκα· ubi notanda recentior præteriti forma πεφθάρθαι (ut paullo ante πεφθαρμένοι) comparanda cum πέφθακα pro ἔφθακα. Georg. Acrop. Annal. p. 69, B : Ἐδέχθη παρὰ τοῦ αὐτοκράτορος μετὰ τῆς προσηκούσης φ., i. e. Debitos ei honores præstabat. || Liberalitas. Basil. M. vol. 3, p. 491, B : Τὰς εἰς πτωχοὺς φιλοτιμήσεις. G. Dindorf.]

[Φιλοτιμητέον, Gloriam quærere oportet, Contendendum est. Plutarch. Mor. p. 125, D : Ταῖς ἀποσχέσεσι μᾶλλον φ. «Clem. Al. p. 497 prope fin. Cyrill. Hieros. p. 240.» Kall. Origen. t. 3, p. 612, C, φ. μισθὸν κομίσασθαι. Basil. t. 1, p. 866, A, φ. τοίνυν πιστεύειν. Philo Belop. in Mathem. vett. p. 85, 50 : Περὶ οὖν ταῦτα φ. ἐστίν. Hase.]

Φιλοτιμία, ἡ, [Φιλοτειμίαις scriptum in inscr. ap. Bœckh. 126, vol. 1, p. 173, ut χεινῶν ibidem pro χι-

νῶν], Studium honoris s. honorum; interdum etiam Nimium honorum studium, Ambitio, quum sc. in vitio ponitur. [Φ. et ἀφιλοτιμία ap. Aristot. Eth. Nic. 4, 10. Herodot. 3, 53 : Φιλοτιμίη κτῆμα σκαιόν. Pindar. fragm. 229 : Φιλοτιμίαν μνώμενοι ἐν πόλεσιν ἄνδρες, nisi φιλοτιμίαν Plutarchus substituit vocabulo Pindarico. Nam φιλότιμος ejusque derivata nusquam apud Pindarum leguntur. Eurip. Phœn. 535 : Τί τῆς κακίστης δαίμονων ἐφίεσαι φιλοτιμίας; Iph. A. 527 : Φιλοτιμία γὰρ ἐνέχεται. Aristoph. Thesm. 383 : Φιλοτιμία μὲν οὐδεμιᾷ ... λέξουσ' ἀνέστην, ubi per καλλιλεξία exp. schol. Demosth. p. 18, 21 : Ὅτι μοι δοκεῖ πάνθ' ὅσ' ἂν εἴπῃ τις ὑπὲρ τούτων, ἐκείνῳ μὲν ἔχειν φιλοτιμίαν, ἡμῖν δ' οὐχὶ καλῶς πεπρᾶχθαι, Caussam gloriandi. Id. p. 729, 15 : Ὁ νόμος πολλὰς φ. περιαιρεῖται τῆς πόλεως.] Herodian. 6, [8, 9] : Πάσης προανηλωμένης φιλοτιμίας, Omni ambitione pridem consumpta. 3, [6, 10] : Ἐν μέσῳ ἐρριμμένην καὶ ἀμφήριστον οὖσαν τὴν ἀρχὴν ἑκάτερος ἐξ ἰσοτίμου φιλοτιμίας εἰς αὑτὸν ἀνθεῖλκεν, Pari uterque ambitu ad se trahebat. Aliquando significat non tam Studium honoris, quam Æmulatio, Æmula virtus, et Contentio animi ad certamen excitati, Contentiosa simultas, Livida æmulatio. [Isocr. p. 30, C : Διὰ τὰς πρὸς σφᾶς αὐτοὺς φ. λυμαίνονται τοῖς κοινοῖς. Diodor. 12, 57 : Ἐν Κερκύρᾳ μεγάλη συνέστη στάσις καὶ φιλοτιμία, ubi libri deteriores φιλονεικία. Ἡ πρὸς ἀλλήλους φιλοτιμία καὶ στάσις Polyb. 4, 87, 7. De scriptoribus partium studio ductis 3, 21, 20 : Αἱ φ. τῶν συγγραφέων.] Bud. p. 853, ap. Plutarch. [V. Pomp. c. 29], qui dicit Pompeium piratis favisse ὑπὸ φθόνου καὶ φιλοτιμίας τῆς πρὸς Μέτελλον. In qua signif. accepit et Philostrat. Ep. 13, in qua scribit, Ὡς Πλάτων τοῖς σοφισταῖς οὐκ ἐβάσκηνεν, ἀλλὰ φιλοτίμως πρὸς αὐτοὺς εἶχε· et quod τοῦ βασκάνου ἀπέσχε τοσοῦτον ὅσον φιλοτιμία φθόνου· φθόνος μὲν γὰρ, inquit, τρέφει τὰς μοχθηρὰς φύσεις, φιλοτιμία δὲ τὰς λαμπρὰς ἐγείρει· καὶ βασκαίνει μέν τις τὰ μὴ ἑαυτῷ ἐφικτὰ, ἃ δὲ ἄμεινον ἢ μὴ χεῖρον διαθήσεται, φιλοτιμεῖται πρὸς ταῦτα. Ubi nota φθόνον et βάσκανον vituperari, ut qui invideat alteri ea ad quæ pervenire nequeat : laudari autem τὴν φιλοτιμίαν, s. τὸ φιλοτίμως ἔχειν et φιλοτιμεῖσθαι, utpote quod studium æmulatione quadam virtutis excitatum contendat efficere aliquid aut melius aut certe æque bene, et ea ex re honorem ac laudem adipisci. Sic [Plato Rep. 8. p. 555, A : Ἧ τινος νίκης ἢ ἄλλης φ. τῶν καλῶν· Leg, 8, p. 834, B : Οὔτε τις φ. πρὸς ταῦτα οὐδενὶ γίγνοιτ' ἂν λόγον ἔχουσα·] Xenoph. Cyrop. 8, p. 122 [c. 1, 39] : Οὓς τινας μάλιστα ὁρῴη τὰ καλὰ διώκοντας, τούτους καὶ δώροις καὶ ἀρχαῖς καὶ ἕδραις καὶ πάσαις τιμαῖς ἐγέραιρεν· ὥστε πολλὴν πᾶσι φιλοτιμίαν ἐνέβαλλεν, ὅπως ἕκαστος ἄριστος φανήσοιτο. [Polyb. 6, 55, 4 : Ὁρμὴ καὶ φ. πρὸς τὰ καλὰ τῶν ἔργων· 1, 52, 4 : Διὰ τὴν ὑπὲρ τῶν ὅλων φ. 5, 71 : Τῆς περὶ ταῦτα φ. Diodor. 12, 32 : Μετὰ πολλῆς φ. κατεσκεύαζον τριήρεις· et infra : Ταῖς φ. οὐκ ἀπολιμπανομένων.] Nec non ap. Plutarch. 2 De fort. Alex. [p. 342, F] : Ἐν ὀλίγοις ὅπλοις φιλοτιμία πολλὴ, καὶ ζῆλος ἡλικίας παραλλήλου, καὶ ἅμιλλα περὶ δόξης καὶ ἀρετῆς ἑταίρων. Itidemque ap. Eund. De Herod. [p. 856, A] : Τὸν πόλεμον ὑπὸ τοῦ Περικλέους ἐκκεκαῦσθαι φιλοτιμίᾳ τινὶ καὶ φιλονεικίᾳ, εἰς τὸ ῥῆξαι φρόνημα Πελοποννησίων. [Φιλονεικίαι καὶ φιλοτιμίαι ap. Plat. Rep. 8, p. 548, C.] Nonnunquam redditur simpliciter Studium, Contentio, qualis sc. eorum est, qui obnixe contendunt, ut honorem et laudem sibi ex re quapiam consequantur. Plut. De defectu orac. [p. 438, A] : Ὑπερβαλλομένων δὲ φιλοτιμίᾳ τῶν ἱερέων, καὶ προσλιπαρούντων, Sacerdotibus certatim urgentibus et modum excedentibus. Plato Epist. [3, p. 320, A] : Πολλὴν εἶχον περὶ αὐτῶν σπουδὴν εἰς τὸ ξυμπερανθῆναι, οὐχ ἄλλου τινὸς ἕνεκα μᾶλλον, ἢ τῆς ἐπὶ τοῖς καλοῖς φιλοτιμίας, Non alia magis de causa quam quod honestati obnixe studerem. [Similiter Symp. p. 178, D. Oppos. φ. αἰσχρὰ Epist. 7, p. 344, E. Νεανικαὶ φ. Joseph. A. J. 16, 8, 4.] Sic et τῆς πρὸς ὑμᾶς φιλοτιμίας, exp. Mei erga vos studii et propensæ voluntatis. [Φιλοτιμίαν παρέχεσθαι τοῖς συμμάχοις, Studiose, enixe operam navare sociis, Polyb. 2, 42, 6. || De contentione in disputando et redarguendo Plutarch. Mor. p. 999, E : Λόγων ἐζήλουν σχολὴν καὶ διατριβὰς ἀπράκτους ἐν ἔρισι καὶ φιλοτιμίαις· et p. 1036, B, D; 1037, C; 1047, B. Eunapii exx. collegit Wyttenb. ad Eunap. vol. 2, p. 237.] Redditur vero et Cupiditas, Libido. Plutarch. Popl. [c. 14] : Ἦν τῷ Ποπλικόλᾳ φιλοτιμία πρὸς τὴν καθιέρωσιν, Poplicolam libido incessit consecrandi. Itidemque ex Aphthonio affertur φιλοτιμία τῶν ἡδονῶν, pro Cupiditas voluptatum. || Φιλοτιμία ap. Dem. [p. 312, 26 : Τριηραρχεῖν, εἰσφέρειν, μηδεμιᾶς φ. μήτε ἰδίας μήτε δημοσίας ἀπολείπεσθαι], Erogatio publice facta, quæ etiam ἐπίδοσις dicitur, ut donativum et congiarium : quæ λαμπραὶ ἐπιδόσεις et μεγαλόφρονες dicuntur ab Herodiano. Bud. Comm. p. 853. [Schol. Demosth. p. 681, 18 : Διεῖλε τὰς λειτουργίας τὰς μὲν εἰς τὸ ἀναγκαῖον, τὰς δὲ εἰς τὸ ἑκούσιον, αἵτινες καὶ φιλοτιμίαι λέγονται. Æschin. p. 56, 27 : Ἀναλίσκειν τὴν πατρῴαν οὐσίαν εἰς τὴν πρὸς ὑμᾶς φ. Dio Chr. vol. 2, p. 213 : Τὴν οὐσίαν ... ἅπασαν εἰς φιλοτιμίαν ἀναλώσας. Plutarch. V. Niciæ c. 3 : Χορηγίαις ἀνελάμβανε ... ἑτέραις τε τοιαύταις φ. τὸν δῆμον· et alibi sæpe apud eundem : v. Wyttenb. ad Eunap. vol. 2, p. 237.] || Significat etiam Liberalitas, inquit Idem pag. seq., afferens Greg. Naz. De homine, quem ibi vide. Sic Idem p. 930, Πράξεσιν ἐχούσαις φιλοτιμίαν ap. Dem. interpr. Actionibus a munificentia manantibus : p. 267, ex Plutarch. Anton. [et Nic. c. 3] affert, Πολλαῖς ἀνελάμβανε φιλοτιμίαις τὸν δῆμον, pro Multis liberalitatibus largitionibusque populum amplexa est. [Photius et Suidas : Φιλοτιμίας, δωρεὰς, ἢ πλεονεξίας, ἢ κενοδοξίας. Similiter schol. Greg. Naz. Stelit. 1, p. 72 : Φ. ἀντὶ τοῦ ἀφθονία, δαψίλεια, πολυτέλεια· ὡς δὲ πολλάκις εἶπον, τρία ἐστὶ τὰ σημαινόμενα τοῦ ὀνόματος, φιλονεικία, κενοδοξία ἤτοι ὑπερηφανία, καὶ τρίτον τὸ δαψιλὲς καὶ φιλόδωρον. Quattuor explicationes ap. Hesych. : Φ., δωρεὰ, κενοδοξία, πλοῦτος, μεγαλοφροσύνη.]

[Φιλοτιμία, ἡ, n. pr. navis Atticæ in inscr. navali IV, c, 10.]

Φιλότιμος, ὁ, ἡ, Honoris s. Honorum cupidus et studiosus. Interdum etiam Ambitiosus, i. e. Qui nimia honorum cupiditate ducitur. [Hesych. : Φ. ὁ φιλῶν τιμᾶν μεγάλως ἢ θέλων αὐτὸς δοξάζεσθαι. Φ. στρατηγὸς Pollux 1, 178; φ. δυνάμεις ib. 155.] Et tunc in malam partem accipitur, ut [ap. Eurip. Iph. A, 520 : Τὸ μαντικὸν πᾶν σπέρμα φιλότιμον κακόν·] et Plato Rep. 1, [p. 347, B] dicit, Τὸ φιλότιμόν τε καὶ φιλάργυρον εἶναι, ὄνειδος λέγεταί τε καί ἐστιν. [Ib. 9, p. 581, B : Εἰ φιλόνεικον αὐτὸ καὶ φ. προσαγορεύοιμεν. Æschin. p. 52, 1 : Τὰς φ. καὶ λίαν ὀξείας ψυχὰς ἐρεθίζοντες. Bίος φ. Lysias p. 192, 7. Semel ap. Aristoph. Ran. 679 : Οὗ σοφίαι μυρίαι κάθηνται φιλοτιμότεραι Κλεοφῶντος.] Non semper tamen in malam accipitur partem, sed et in bonam, interdum medio modo. Aristot. Rhet. 2, [17] : Φιλοτιμότεροι γὰρ καὶ ἀνδρωδέστεροί εἰσι τὰ ἤθη οἱ δυνάμενοι τῶν πλουσίων· 1, [6] : Οἱ φιλόνικοι (sc. φαίνονται), εἰ νίκη ἔσται· οἱ φιλότιμοι, εἰ τιμή· οἱ φιλοχρήματοι, εἰ χρήματα· Eth. 4, 4 [c. 10] scribit τὸν φιλότιμον ἐπαινεῖσθαι ἐνίοτε ὡς ἀνδρώδη καὶ φιλόκαλον. [Ubi tamen etiam dixerat τὸν φιλότιμον ψέγεσθαι, ὡς καὶ μᾶλλον ἢ δεῖ, καὶ ὅθεν οὗ δεῖ, τῆς τιμῆς ἐφιέμενον· ut et 2, 7, tradiderat φιλότιμον nominari τὸν ὑπερβάλλοντα ταῖς ὀρέξεσι : quem Latini Ambitiosum vocant : utpote modum non tenentem in ambiendis honoribus. In bonam partem accepit Xen. [Mem. 2, 3, 16] : Ὁρᾷς ὡς φιλότιμός ἐστι καὶ ἐλευθέριος, Quam sit honoris studiosus. [Polyb. 9, 20, 6 : Περὶ τἀναγκαῖα φιλοτιμότατός εἰμι καὶ σπουδάζων.] Et τὸ φιλότιμον, Studium honorum, quod Thuc. 2, p. 63 [c. 44] dicit esse ἄγηρων, quippe quum ἐν τῷ ἀχρείῳ τῆς ἡλικίας non tam delectet τὸ κερδαίνειν, quam τὸ τιμᾶσθαι. [Plato Leg. 8, p. 841, C : Τό τε θεοσεβὲς ἅμα καὶ φ.] Aliquando alio vocabulo redditur, ejus sc. rei, ex qua honorem consequi studemus, ut ap. Plutarch. Pericle [c. 10], φιλότιμος ψυχὴ, Magnus generosusque animus. [Plato Leg. 9, p. 870, C : Φιλοτίμου ψυχῆς ἕξις. Eurip. Iph. A. 342 : Τοῖς τρόποις ζητῶν πρίασθαι τὸ φ. ἐκ μέσου.] Inest enim τῷ φιλοτίμῳ aliquid μεγαλοψυχίας, ex quo honorem et gloriam sibi comparare cupit. Et ap. Eur. [Suppl. 907], φιλότιμον ἦθος, Mores liberales. [Φ. ἦθος annotavit Pollux 3, 65, et dixerunt haud dubie multi : sed quod in loco Euripidi supposito est, quo HSt. utitur, φιλότιμον ἦθος πλούσιον, id ut alia plura in versibus illis (903—908) interpolatoris ma-

num prodit. Eidem Euripidi Iph. A. 22 verba καὶ φιλότιμον ex glossemate sunt illata, quod vidit Bothius. G. D.] Præsertim vero ex liberalite et magnificentia φιλότιμος aliquis dicitur. Chrysost. : Ἁψιλὴς καὶ φιλότιμος ἡ ἐκ τῶν δύο λεπτῶν γέγονεν ἐλεημοσύνη, Larga et munifica. Herodian. 5, [5, 15] : Φιλοτίμους [—μως] τε καὶ πολυτελεῖς [—λῶς] ἐπιτελέσας παντοδαπὰς θέας, Spectacula magnifica. Item φιλότιμος ἐπ' ἀρετῇ ex Plat. Leg. [5, p. 744, E] pro Virtuti obnixe studens. [Protag. p. 343, C : Ἅτε φ. ὢν ἐπὶ σοφίᾳ.] Quicunque enim ad rem aliquam contendit, ex eaque sibi honorem parere nititur, φιλότιμος nominatur; nam unicuique studio et arti suus honos. Unde τὸ φιλότιμον sæpe redditur Contentio, Studium contentionis : cujus scopus est honor et gloria. Synes. Ep. 60 : Ἡ ἡλικία μαραίνει μοι τὸ φιλότιμον, Studium contentionis. Quo modo accipi potest et ap. Plutarch. [Mor. p. 593, D] : Ἀθλητὰς καταλύσαντας ἄσκησιν ὑπὸ γήρως, οὐ τελέως ἀπολείπει τὸ φιλότιμον καὶ φιλοσώματον, ἀλλ' ἑτέρους ἀσκοῦντας ὁρῶντες ἥδονται, καὶ παρακαλοῦσι, καὶ συμπαραθέουσι. Apud Greg. Naz. autem τῆς ψυχῆς τὸ φιλότιμον redditur Animi virtus. [De studio philosophiæ vel eloquentiæ idem vol. 1, p. 316, D : Τοιοῦτον ἔργον ἡ τοῦ ἀνδρὸς εὐφημία, μὴ ὅτι γε ἡμῖν τοῖς πάλαι πᾶν τὸ φ. καταλύσασιν, ἀλλὰ καὶ οἷς βίος ἐστὶν ὁ λόγος· de quo loco Suidas (s. v. Φιλοτίμως) : Τινές φασι τὴν φιλοσοφίαν καὶ τὴν ῥητορικήν.]

[Φιλότῑμος, ὁ, Philotimus, statuarius Ægineta. Pausan. 6, 14, 12. || Medicus, Praxagoræ discipulus, frequenter memoratus ab Galeno, Athenæo, Oribasio aliisque : v. Fabr. Bibl. Gr. vol. 13, p. 369. || Alius in Anth. Pal. Append. 351. || Libertorum nomen, quorum frequens mentio ap. Cic. in Epistolis ad Atticum. || Ὁ Φιλοτίμου παῖς ap. Hippocr. p. 1240, D, ubi tamen codices plerique (v. Littré vol. 5, p. 469) Φιλοτίμεω, quomodo sæpe peccatum ab librariis in genitivo declinationis secundæ, de quo dixi in Comment. De dial. Herodoti p. XIII. G. Dindorf.]

Φιλοτίμως, [compar. φιλοτιμότερον ap. Diodor. 1, 29; φιλοτιμοτέρως ap. Strab. 1, p. 45,] Studio honoris, Nimio honoris studio, Ambitiose. Modo enim in malam partem accipitur, modo in bonam, ut jam dictum fuit. [Pollux 3, 66, 119.] Dem. [p. 1389, 23] : Καὶ γεγενῆσθαι καλῶς, καὶ πεπαιδεῦσθαι σωφρόνως, καὶ βεβιωκέναι φ. συμβέβηκεν αὐτοῖς· studium enim et sui et patriæ honoris eos ad fortiter dimicandum incitarat, ita ut mallent ἐντίμως mori quam vivere ἀτίμως. Itemque aliquis dicitur φιλοτίμως ἔχειν πρός τι, Ad aliquid honoris et gloriæ studio contendere, quod et φιλονεικεῖν dicitur, et Gloria ad certamen excitari. Xenoph. [Cyrop. 1, 6, 26] : Φ. ἔχω πρὸς τὸ ἀγαθὸς φαίνεσθαι, Obnixe cupio strenuus videri, et ex strenuitate illa honorem et gloriam mihi parere. Ex Plat. autem [Charmid. p. 162, C] : Φ. πρὸς Χαρμίδην ἔχων, pro Ambiens laudem et admirationem a Charmide. Alioqui φιλοτίμως ἔχειν πρὸς ἀλλήλους dicuntur Qui certatim de honore et gloria contendunt inter se. Isocr. Paneg. [p. 57, D] : Οἱ ἡμέτεροι πρόγονοι καὶ Λακεδαιμόνιοι φ. πρὸς ἀλλήλους εἶχον· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ περὶ καλλίστων ἐν ἐκείνοις τοῖς χρόνοις ἐφιλονείκησαν, οὐκ ἐχθροὺς, ἀλλ' ἀνταγωνιστὰς σφᾶς αὐτοὺς εἶναι νομίζοντες. Ubi nota φιλοτίμως ἔχειν et φιλονεικεῖν usurpata synonymως : ut Bud. quoque p. 853, φιλοτίμως ἔχειν exponit φιλονεικεῖν, Æmulari, locum quendam ex Athen. afferens. [Lysias p. 147, 38 : Φιλοτιμότερον διατεθῆναι τοῦ δέοντος. « Φ. ἔχειν πρὸς τὸ κρῖνον τὰ ὅλα, Studio ardere, Polyb. 3, 70, 1. Φ. διακεῖσθαι πρὸς τὸν κίνδυνον 3, 65, 7. Φ. διακείμενοι, Studio ardentes (persequendi belli), 11, 5, 7; φ. διέκειντο πρὸς τὸ περιγενέσθαι τῶν Καρχηδονίων 15, 3, 2; φιλοτιμότερον τοῦ δέοντος διακεῖσθαι πρὸς τὴν εἰρήνην 4, 32, 1. » Schweigh.] Ibid. φιλοτίμως τι ποιεῖν dicit esse Enixe et vehementer et ambientium prehensantiumque more instare : afferens ejus signif. exemplum ex Appiano. Redditur certe aliquando per Lat. adv. Certatim. Herodian. 5, [3, 9] de regibus barbaris : Φ. πέμπουσι τῷ θεῷ ἑκάστου ἔτους πολυτελῆ ἀναθήματα, Certatim quotannis splendida offerunt munera. Id. 4, [2, 17] : Δῶρα πέμπει φ. εἰς τιμὴν τοῦ βασιλέως, Certatim pro se quisque munera principis honori deferunt, Polit.; qui φιλοτιμότερον reddidit etiam Prolixius, 1, [11, 14] hoc in loco, Τοσαῦτα μὲν δὴ περὶ τῆς Πεσσινουντίας θεοῦ φιλοτιμότερον ἱστορείσθω, quem sic convertit, Hæc hactenus de Pessinuntia dea prolixius etiam fortasse quam decuit. Sic certe φιλοτιμοῦμαι Bud. exp. etiam Prolixe largior. [Φιλοτίμως per μεγαλοδώρως, ὑπερμέτρως, exp. Phot. et Suidas. Et Hesych. per φιλοδόξως, πλουσίως, μεγαλοψύχως, ἁψιλῶς.] Sed crediderim tamen rectius reddi posse ibi Ambitiosius : quo dicitur modo Ambitiosa diligentia, et quædam alia. Significat etiam Magnifice, ut φιλότιμον dixi vocari interdum Magnificum et splendidum. Polyb. [6, 53, 6] : Κοσμοῦσι φ., Ornant magnifice, Turn. [Commode etiam interdum φιλοτίμως exp. Vehementer; ut in Cebetis Tab. c. 19 : Εἴ τις φιλοτίμως κάμνων ἐτύγχανε, Vehementer s. Graviter ægrotus. Et Φιλοτιμότερον ἠκόντισα, Vehementius, Lucian. Tim. c. 10. Schweigh. Superlat. φιλοτιμότατα ap. Eumath. 9, p. 321. Boiss.]

[Φιλότις vitiose pro Φιλῶτις, quod v.]

Φιλότμητος, ὁ, ἡ, Amans sectionis, Incisione gaudens : φ. ἠώς, Sectionis amica aurora, de die circumcisionis, Nonn. [Joann. c. 14, 16. Vide Ernest. in Præf. Lex. Hederici.]

Φιλοτοιοῦτος, [ὁ, ἡ, etsi feminini exempla non afferuntur,] Vehemepter affectus in aliqua re : aliquando in vitio, aliquando secus. Bud. ex Aristot. Vide Comm. p. 865. [Aristot. Eth. Nic. 1, 8 : Ἑκάστῳ δ' ἐστὶν ἡδὺ πρὸς ὃ λέγεται φ., οἷον ἵππος μὲν τῷ φιλίππῳ κτλ. Ib. 4, 10, et plur. 3, 13. Eustath. Opusc. p. 295, 30. Nicet. Chon. Hist. p. 187, B.]

[Φιλοτοκέω, Nixurio, Gl.]

[Φιλοτονέω, Accentum amo. Manuel Moschop. Gramm. p. 41 ed. Titz. : Πᾶν ὄνομα φιλοτονεῖ. Osann.]

[Φιλότονος, ὁ, ἡ, Qui voces cum accentu vividiore efferre amat. Planud. Dial. de Grammatica, in Bachm. Anecd. vol. 2, p. 35, 21. Boiss.]

[Φιλότοπος, ὁ, ἡ, Loci alicujus amans. Joann. Chrys. Hom. 100, vol. 5, p. 654 : Ὡς φ. γὰρ ἠνωνιᾶτο καταλιπεῖν. Hase.]

Φιλοτραγήμων, ὁ, ἡ, Bellariorum appetens. [Eubulus ap.] Athen. [14, p. 642, C.]

[Φιλοτραγῳδὸς, ὁ, Tragœdias vel tragœdos amans, inscripta fuit Alexidis comœdia, quam citat Stob. Flor. 108, 52.]

[Φιλοτράπεζος, ὁ, ἡ, Mensæ amicus, Epularum amans. Athen. 3, p. 113, F.]

[Φιλοτρᾰφὴς, ὁ, ἡ, i. q. φιλότροφος. Antiatt. in Bekk. Anecd. p. 116, 2 : Φ. ὃν ἡ συνήθεια φιλότροφον λέγει. Εὐριπίδης Αὐγῇ.]

[Φιλοτροφέω.] Φιλοτροφεῖν, Lubenter alere, Studiosum esse alendi. Plutarch. Symp. [p. 684, D] : Οἱ γοῦν τὰς κύνας φιλοτροφοῦντες. [Artemid. 3, 5. Passiv. Πεφιλοτροφημένη in Hexapl. Sam. 1, 38, 24.]

[Φιλοτροφία, ἡ, Nutricatus. Geopon. lib. 14 argum., p. 973.]

[Φιλότροφος, ὁ, ἡ, Lubenter alens. Orph. H. 1, 5, de Ilithyia : Κλειδοῦχ', εὐάντητε, φιλότροφε. Conf. Φιλοτραφής.]

[Φιλοτρυφητὴς, ὁ, Luxum amans. Jo. Hieros. Narr. p. 235, C ed. Ven. Hase.]

[Φιλότρῠφος, ὁ, ἡ, Delicatus. Ptolem. Tetrab. p. 162, C. Hase.]

[Φιλοττάριον, τὸ, Amiculus. Aristoph. Eccl. 891 : Φ. αὐλητά. Est diminutivum tanquam ab φίλοττος.]

[Φίλοττος, ὁ, Philottus, Niobæ maritus. Parthen. c. 33. Conf. Valcken. ad schol. Eurip. Phœn. 162, p. 629.]

Φιλοτύραννος, ὁ, ἡ, oppos. superiori μισοτύραννος, significat enim Amans et studiosus tyrannorum; s. Tyrannidis amans, Dominatus tyrannici cupidus. [Pollux 6, 160. Dionys. Ep. ad Pomp. c. 5, ἦθος· A. R. 4, 83 : Τὸ φιλοτύραννον ἐμπέφυκέ τισιν. Superlat. Plutarch. V. Dion. c. 36, φιλοτυραννότατος ἀνθρώπων. G. D. Positivo Theophyl. Simoc. Hist. p. 166, 11 Bonn. Id. ib. p. 211, 12, λύμην φ. Hase.]

[Φιλότυφος, ὁ, ἡ, Fastum s. arrogantiam amans. Philo De somn. p. 867, C : Ὁ δοξομανὴς καὶ φ. Hase. Const. Manass. Chron. 6518 : Φ., φίλαυτος.]

[Φιλοτώθαστος, ὁ, ἡ, Convicia amans. Hippocr. p.

1285, 29 : Βασκανίην φιλοτώθαστον, ut Schottus correxit Nod. Cicer. 2, 9, pro φιλοτωθάσσοντα.]

[Φιλοϋγιής. V. Φιλυγιής.]

[Φιλοϋλία, ἡ, Amor materiæ. Theodor. Metoch. Misc. p. 505, 545. G. D. Jo. Damasc. t. 1, p. 510, A. Hase.]

[Φιλόϋλος, ὁ, ἡ, Materiæ amans. Martyrium S. Ignatii s. 18. Ignat. p. 10, τὸ φιλόϋλον, Ignis materiæ amans, Ep. ad Rom. s. 17. Carnalis, Andr. Cret. p. 270. Kall. Basil. Ms. in Greg. Naz. p. 46. Theophyl. Bulg. vol. 1, p. 110, 397. Bast. Vita Germani Cosen. Actt. SS. Maii t. 3, p. 12, A. Ephræm p. 410, A. Schol. Climac. p. 441, 34, ψυχὴ φ.· 28, 8, τὸ φ. Hase. Const. Manass. Chron. 1 : Ἡ μὲν φ. ψυχὴ ταῖς ὕλαις ἐπιχάσκει.]

[Φιλουμένη, ἡ, Philumena, n. pr. in inscr. ap. Bœckh. 155, 773, vol. 1, p. 249, 514, et 1930, vol. 2, p. 42. (It. ap. Le Bas *Inscr. de Morée* p. 183, n. 265, 2. Hase.) Alciphro 1, 40. Philumena ap. Terent. Hec. 3, 2, 14.]

[Φιλούμενος, ὁ, Philumenus, Atheniensis, in inscr. ap. Bœckh. 191, 192, p. 328, 329 : Φ. Ἔρωτος. || Spartanus ib. 1278, p. 636 : Λεοντᾶν Φιλουμένου. || Medicus, ap. Oribas. p. 218 ed. Matth., Aetium (ex quo Phot. Bibl. p. 177, 13), Alex. Trall. 8, 5, p. 413, ubi genit. Φιλόμεινος, et c. 8, p. 423, Φιλομένου, utrumque vitiose pro Φιλουμένου. Vid. Fabr. Bibl. Gr. vol. 13, p. 367. || Alius in Vita Athanas. ap. Phot. Bibl. p. 478, 29. G. D. || Alius inscr. Rom. C. I. vol. 3, p. 979, n. 6528, 9. Hase.]

[Φιλουμενὼ, ἡ, Philumeno, n. pr. feminæ in inscr. ap. Meier. *Die Demen von Att.* p. 74, n. 91. Hase.]

[Φιλόϋπνος. V. Φίλυπνος.]

[Φιλοῦργος, ὁ, Philurgus, n. pr. ap. Aristoph. Lys. 261, ubi de accentu schol. Φιλοῦργε· ἐὰν μὲν ᾖ Φιλοῦργε ὡς πανοῦργε, ὄνομα κύριον· ἐὰν δὲ ὀξυτόνως, ἐπίθετον. Quocum consentit Arcad. p. 87, 23. Male igitur in Bekk. Anecd. p. 315, 20 : Φιλουργός· ὄνομα κύριον Ἀθηναίου ἱεροσύλου· eodemque accentus vitio apud Photium et Suidam, qui hunc Philurgum ex Isocrate memorant p. 382, A, ubi vulgo Φιλεργὸς, codex Vat. Φιλοργὸς, utrumque vitiose pro Φιλοῦργος. G. Dindorf.]

[Φιλοῦς, οὔτος, ἡ, Philus, n. pr. feminæ, de quo egit S. Birch. *Revue archéol.* a. 1848, p. 301. Hase.]

[Φιλοῦσα, ἡ, Philusa, n. pr. servæ in inscr. lat. ap. Ott. Jahn. Spec. epigr. p. 84 : Ph. Andræi lib. uxor. Hase.]

[Φιλοφαίαξ, ᾱκος, ὁ, ἡ, Phæacibus amicus. Inter composita in αξ ap. Chœrob. In Theodos. p. 304, 5.]

[Φιλοφάνης, ὁ, Philophanes, sophista. Plutarch. Mor. p. 208, A.]

[Φιλοφαρὲς, synonymum prasii ap. Diosc. 3, 109, ubi Spengel. φιλόπολις ex codice.]

[Φιλοφάρμᾰκος, ὁ, ἡ, Medicamenta amans. Galen. vol. 16, p. 322 ed. Kühn. Τὸ φ. Paul. Æg. p. 36, 45.]

[Φιλόφειρος, ὁ, n. pr. Φ. Εὐάνδρειος in inscr. Larisæa ap. Ussing. Inscrr. ined. p. 34. Quod pro Φιλόχειρος dictum credit Ussing. ex dialecto, ut αὔφην pro αὐχὴν ab Æolibus dictum esse traditur ab Joanne grammatico : v. Ahrens. De dial. vol. 1, p. 42.]

[Φιλόφθογγος, ὁ, ἡ, Vocem s. sonum amans. Anyte ap. Polluc. 5, 48 (Anth. Pal. App. 6) : Φιλοφθόγγων ὠκυτάτη σκυλάκων.]

[Φιλοφθονία, ἡ, Invidiæ amor. Varronis fuit liber Περὶ φιλοφθονίας.]

[Φιλόφθονος, ὁ, ἡ, Invidiosus, Invidiæ plenus. Diodor. Exc. p. 513, 60 : Ἔστι γάρ τινα τῶν ἀνθρώπων φιλόφθονα καὶ μικρόσοφα. Plutarch. Mor. p. 91, B. Isid. Pelus. Ep. 3, 237.]

Φιλοφιλία, ἡ, Amicitia amici s. amicorum. Ita legit vetus Interpres Aristotelis Eth. 8, 1 : Τοὺς γὰρ φιλοφίλους ἐπαινοῦμεν· ἥ τε φιλοφιλία δοκεῖ τῶν καλῶν ἔν τι εἶναι· quum alioqui habeatur alia lectio ex multorum exemplarium consensu, sc. πολυφιλία.

Φιλόφιλος, ὁ, ἡ, Amico aut Amicis amicus (ut dixit Terent., Solus est homo amico amicus), vel Amici amicus, Amator amici s. amicorum, Studiosus amici vel amicorum, Amicum s. Amicos amans aut redamans. Aristot. Rhet. 2, [4] : Καὶ τοὺς σφόδρα φιλοφίλους, καὶ μὴ ἐγκαταλείποντας, ubi Bud. φιλοφίλους dici ait, Qui bona fide amicos amant. [Id. ib. c. 12, Eth. Nic. 8, 1 et 9. Polyb. 1, 14, 4. G. D. Leont. De cruce t. 4, p. 192, C. Procl. Paraphr. in Ptol. p. 232, 27, χαρμονικοὺς, φ. Hase. Τὸ φιλόφιλον. Niceph. in Walzii Rhett. vol. 1, p. 441, 19.]

[Φιλοφλύᾱρος, ὁ, ἡ, Nugas amans, Nugax. Antiochus Orat. de continentia linguæ p. 1062, B : Διαμαρτύρονταί σε οἱ ἀγαθοὶ λογισμοὶ ἀφανίσαι τὸν φ. λογισμόν. Hase.]

[Φιλόφονος, ὁ, ἡ, Cædem amans. Joann. Chrys. vol. 7, p. 321, 26 : Φ. καὶ ληστρικῷ. Hase. Polemoni et Adamantio restitui voluit Sylburgius pro δειλόφθονος, quod v.]

[Φιλοφόρμιγξ, ὁ, ἡ, Lyram amans, i. e. Lyræ accinens. Æsch. Suppl. 696 : Ἐκ στομάτων φερέσθω φάμα φ.]

Φιλοφρονέομαι, Comiter excipio et humane, Comitatem exhibeo alicui et humanitatem, Comitate prosequor et humanitate, Amanter complector. [Hesych. : Φιλοφρονοῦμαι, δεξιῶς καὶ προθύμως εἰσδέχομαι ἢ ἀποδέχομαι. Φιλοφρονούμενα per προθυμούμενα exp. Phot. et Suidas. Plato Leg. 5, p. 738, D : Ὅπως ἂν φιλοφρονῶνται ἀλλήλους μετὰ θυσιῶν· 12, p. 952, D : Τὸν εἰσεπιδημήσαντα χρὴ φιλοφρονεῖσθαι. Polyb. 22, 1, 9.] Denique quod Gallice dicimus *Caresser*. Synes. Ep. 100, in principio : Ὥσπερ οὖν ἐν ἐμοὶ συνελθόντες πάλαι, τὴν συντυχίαν ἀναγνωρισμὸν ποιησάμενοι, φιλοφρονήσασθέ τε ἀλλήλους, καὶ κοινῇ σκοπεῖτε κτλ. Plutarch. : Καὶ φιλοφρονησάμενος τὸν Τερέντιον, ubi Bud. vertit, Hilariter accipiens. Ex Eodem affert, Τοὺς μὲν ἄλλους φιλοφρονηθεὶς, καὶ κελεύσας περιμένειν αὐτὸν ὡς ἐπανελευσόμενον· i. e., inquit, Benigne appellatis aliis. Sic autem et alibi sæpe φιλοφρονεῖσθαι ab eo poni testatur pro Benigne et comiter appellare [Plutarchi exx. plurima collegit Wyttenb. in Ind. p. 1638]; atque ita Xenoph. quoque uti. [Plato Leg. 11, p. 935, C : Πληγαῖς ἐξείργων τοὺς θυμῷ, ἑτέρῳ κακῷ, φιλοφρονουμένους, i. e. Indulgentes. De re quæ blanditur ib. 7, p. 820, E · Καθάπερ ἐνέχυρα ... ἐὰν ἢ τοὺς θέντας ἡμᾶς ἢ καὶ τοὺς θεμένους ὑμᾶς μηδαμῶς φιλοφρονῆται.] Ceterum accusativo additur interdum dat., quem grammatici instrumentalem vocant, ut φιλοφρονεῖσθαι τῇ τραπέζῃ, ap. Greg. Naz. : Ἔστι δὲ οὓς καὶ τῇ τραπέζῃ φιλοφρονούμενος. Tali dativo junxit et Lucian. [Tim. c. 48] : Ὡς καί σε φιλοφονήσομαι τῇ δικέλλῃ. Est autem hoc jocose dictum, perinde ac si quis Gallice diceret, *Caresser quelqu'un d'un coup de baston*. [Cum πρὸς Diodor. 16, 89 : Φιλοφρονούμενος πρὸς ἅπαντας· 91 : Ἐφιλοτιμεῖτο φιλοφρονεῖσθαι πρὸς τοὺς Ἕλληνας.] In VV. LL. cum accus. rei, ex Plat. Leg. [2, p. 669, B], φιλοφρονοῦμαι ἤθη κακὰ, pro Cupide et libenter mores malos imbibo. [Lucian. Imag. c. 21 : Δεξιώσεις καὶ φιλοφροσύνας φιλοφρονεῖσθαι, i. e. Benevolentiam præstare.] Sciendum est porro inveniri φιλοφρονοῦμαι et alia constr., omnino contraria ei quam modo attuli ex Greg. Naz. et Luciano, nimirum cum accus. rei et dat. personæ. Ita enim Xenoph. Cyrop. 3, [1, 8] : Ὁ δὲ Κῦρος ἰδὼν αὐτὸν, ἄλλο μὲν οὐδὲν ἐφιλοφρονήσατο αὐτῷ, ubi Interpres reddidit, Alia in eum benignitate nulla usus est. Fortasse autem rectius hic dictum fuisset Comitate quam Benignitate. [Athen. 11, p. 476, D : Τὸν βασιλέα προπίνειν τούτοις οἷς ἐφιλοφρονεῖτο, Quibus amoris et benevolentiæ significationem dare voluit. Schweigh.] Affertur porro ex eodem scriptore [Cyrop. 3, 1, 40] participium φιλοφρονηθέντες passiva quoque signif., sc. pro Amice accepti et benigne. Est autem hoc passivum tanquam ab activo Φιλοφρονέω, quo traditur usus esse Herodot. [Non legitur apud Herodotum. Apud Suidam in marg. codicis Par. A : Φιλοφρονῶ· αἰτιατικῇ.]

[Φιλοφρόνημα, τὸ, Comitatis s. humanitatis documentum. Æschin. Epist. p. 123. «Nicet. Eugen. 7, 128. Scholiastes Synesii Epist. 4, p. 166, 5, explicans nomen ξένιον.» Boiss. Christus pat. 1381 : Βαιὸν φ. νεκροῖσιν φίλοις. Hase.]

[Φιλοφρονηματικὸς vitiose pro φιλοφρονητικὸς, quod v.]

Φιλοφρόνησις, εως, ἡ, Actio illa excipiendi comiter et humane, s. Comitas et humanitas qua excipimus aliquem. Possumus vero et nominis φιλοφροσύνη interprett. huic tribuere. [Dionys. A. R. 10, 57 : Τὰς

ἄλλας τῶν πενήτων φιλοφρονήσεις. Nam sic ex cod. Vat. scribendum pro φιλοφροσύνας. Plutarch. Mor. p. 212, E : Ἄρξαι φ. τινός. Charito 4, 3 : Ἡδεῖα φ. 5, 1 : Ἡ τῶν ἐπιχωρίων φ. Plur. φιλοφρονήσεις Heliod. 8, 1. G. D. Aristeas De legis transl. p. 66, B. Frequentissimum ap. Joseph., velut B. J. 1, 9, 5, A. J. 13, 6, 1, ὑπέρχεται δώροις αὐτὸν καὶ φιλοφρονήσει· 2, 10, 7, κατὰ φιλοφρόνησιν, Comiter. Plural. ib. 16, 2, 2; 16, 7, 4; 19, 8, 1; 19, 7, 1, ἐν ταῖς φιλοφρονήσεσιν ἐγίνετο φορτικός· B. J. 1, 13, 4; 25, 6. Hase.]

[Φιλοφρονητέον, Comiter excipiendum. Theodor. Prodr. p. 413. Elberling.]

Φιλοφρονητικὸς, ἡ, ὸν, Cui inest comitas, Qui comitatem præ se fert s. humanitatem, Blandus : φ. προσφώνησις, schol. Aristoph. Pl., qua sc. utuntur οἱ φιλοφρονούμενοι. [Schol. Pindari Pyth. 1, 185; 4, 52. Boiss. Aliique grammatici. Φ. προσηγορία schol. Hom. Od. Ξ, 145, restituendum pro φιλοφρονηματική. G. D. Procl. Paraphr. in Ptol. p. 225, 29. Schol. Hom. Il. Z, 27 : Πάππα ... προσφώνησις φ. νεωτέρου πρὸς πρεσβύτερον. Hase.]

[Φιλόφρονος, ὁ, ἡ, i. q. φιλόφρων. Euseb. V. Constant. 4, 44, p. 548, D, si lectio sana : Τὴν σύνοδον ἐτίμα φιλοφρόνῳ δεξιώσει. Hase. Non minus suspectum est quod ap. Hippocr. p. 1212, C (vol. 5, p. 382 Littr.) legitur : Θρασύτερον καὶ φιλοφρονώτερον τοῦ καιροῦ προσηγόρευε, pro φιλοφρονέστερον. Facilius ferimus ap. Theophyl. Sim. Hist. p. 99, B : Φιλοφρονώτατα ξενισθείς· et φιλοφρόνου ap. Theodor. Stud. p. 201, C. G. Dind.]

[Φιλοφρόνως. HSt. s. v. Φιλόφρων :] Hinc adv. Φιλοφρόνως, cujus multo frequentior est usus quam illius nominis. Sumitur autem itidem pro Benevolo animo, Benevole, Amanter, Comiter. [Per προθύμως, σπουδαίως exp. Phot. et Suidas. Herodot. 2, 121, 4 : Φ. ἠσπάζοντο· 3, 13 : Τὰ δῶρα φ. ἐδέξατο.] Ex Soph. [Aj. 751] : Δεξιὰν φιλοφρόνως θείς. Cujusmodi est ap. Plutarch. [Mor. p. 184, B] : Φ. ἀσπάζεσθαι. Xenoph. Cyrop. 5, [5, 32] : Φ. σοῦ εἰπόντος, Λάμβανε τῶν ἐμῶν ὁπόσα θέλεις. Apud Eund. [3, 3, 9] φιλοφρόνως ἔχω pro Sum benevolus. At ex Plat. Leg. [9, p. 880, E] affertur in VV. LL., Φιλοφρόνως ἔχω περὶ τοῦτο, pro Vaco huic rei. Ego tamen haud crediderim accipi simpliciter pro Vaco huic rei, sed pro Vaco huic rei cujus amore teneor; Huic rei lubenter vaco, utpote eam amans, vel ejus studiosus. Vix tamen, nisi inspecto loco, statui quicquam certi potest. [Plato Critia p. 120, E : Πρὸς τὸ ξυγγενὲς θεῖον φ. εἶχον· Leg. 8, p. 835, E : Ὁμιλοῦντας φ. ἀλλήλοις. Compar. ap. Xenoph. Symp. 1, 10 : Τὰ ὄμματα φιλοφρονεστέρως ἔχουσι· ubi probabilius est φιλοφρονέστερον, quod habet ed. Junt.] In iisdem [VV. LL.] et adv. Φιλοφρονέστατα pro Humanissime. [Euseb. Hist. eccl. 6, 11, φ. ὑπολαβόντες. Epiphan. t. 1, p. 620, C, κηδεύει αὐτὸν φ. Hase. Per φιλικώτατα exp. Phot. et Suidas. De compar. Φιλοφρονώτερον et superl. Φιλοφρονώτατα v. s. Φιλόφρονος.]

Φιλοφροσύνη, ἡ, Benevolentia quam quis erga quempiam factis vel dictis demonstrat, Comitas. Aut, si mavis, quod vulgo vocamus *Caresse*, sicut φιλοφρονεῖσθαι est *Caresser*, quemadmodum docui supra. Redditur etiam Exceptio cum comitate; sed malim, Comitas quæ exhibetur alicui quem excipimus. [Hesych. : Φ., προθυμία, διάθεσις, σπουδὴ, ἀγάπη, παρὰ τὸ φίλα ἢ φίλια φρονεῖν. Per δεξίωσις et προσήνεια exp. Phot. et Suidas. Pollux 6, 27 : Φιλοφροσύνης γέμων. Plato Leg. 1, p. 628, C : Εἰρήνη πρὸς ἀλλήλους καὶ φ. 640, B : Φίλων ... ἐν εἰρήνῃ πρὸς φίλους κοινωνησόντων φιλοφροσύνης· 5, p. 740, E : Διὰ φιλοφροσύνην τὴν τῶν ξυνοικούντων ἀλλήλοις. Polyb. 1, 36, 1 et 2, 57, 7 : Διὰ τῆς μετ' ἀλλήλων φιλοφροσύνης.] Plut. Coriol. [c. 30] : Προσεδέχοντο δὲ πολλὴν περί γε τὰς πρώτας ἀπαντήσεις φιλοφροσύνην παρ' ἀνδρὸς οἰκείου καὶ συνήθους. Apud Eundem legimus in Alex. [c. 9] copulata δεξιώσεις et φιλοφροσύνας, itemque ap. Philon. [vol. 2, p. 124, 10.] Rursum ap. Eund. De def. orac. τυχεῖν φιλοφροσύνης dicitur qui est comiter exceptus. [Plurali ibid. p. 424, B.] Apud Hom. autem φιλοφροσύνη exp. φιλία, Il. I, 256 : Φιλοφροσύνη γὰρ ἀμείνων. [Theophyl. Simoc. Hist. p. 40, 1; 179, 15; 227, 7 Bonn. Synes. p. 25, D. Sym. Metaphr. V. Samps. Xenod. Actt. SS. Junii t. 5, p. 269, A. Iamblich. V. Pythag. p. 32, 27 et 65, 3 Westerm., ἄπλαστος ὁμοιότης καὶ φ. Inscr. Neapol. C. I. vol. 3, p. 738, n. 5817, 1 : Μνῆμα φιλοφροσύνης Ἄστη τόδε Δάφνις ἔτευξε. Plurali Anna Comn. Alex. p. 36, 21 Schopen., φιλανθρωπίαι τε καὶ φ. Hase.]

[Φιλοφρόσυνος, ὁ, ἡ, i. q. φιλόφρων. Anth. Pal. App. 282 : Ἑρμῆ, σπονδὴν καὶ θυσίην δέξο φιλοφρόσυνος· si recte sic scriptum. In Grotii apographo erat φιλοφροσύνης, apud Murator. est φιλοφρονέως. Vid. Jacobs. vol. 11, p. 382. « Conf. C. I. vol. 2, p. 423, n. 2569, 3. » Hase.]

Φιλόφρων, ὁ, ἡ, Cui mens est benevola erga quempiam, Benevolus, Comis. [Pind. Pyth. 1, 184 : Φ. ἀρετά. Vocat. φιλόφρον Ἀσυχία ibid. 8, 1. Anacr. ap. Athen. 15, p. 673, D. Æsch. Pers. 97 : Φιλόφρων παρασαίνει ... ἄτα. Eur. Iph. T. 1061 : Φιλόφρον ἀλλήλων γένος.] Ἀμφὶ δέ οἱ δολόεντα φιλόφρονα χεῦον ὄνειρα, Plutarch. [Mor. p. 764, F.] In VV. LL. φιλόφρων ex Bud. Epistt. Poster. pro Amicabilis, Affabilis, Humanus, Ad vitæ consuetudinem facilis et commodus. [Xen. Mem. 3, 1, 6.] In iisdem φιλοφρονέστατος pro Amicitiæ maxime cultor. [Sym. Metaphr. Mart. Bonif. Actt. SS. Maii t. 3, p. 22, C : Φιλοξενίαν εἴπερ τις ἄλλος φιλοφρονέστατος· et Actt. Apostt. apocr. p. 268, 21 Tischendorf., ὄντες φ. Hase.]

[Φιλόφρων, ονος, ὁ, Philophron, n. pr. in inscr. Attica ap. Bœckh. 171, vol. p. 304. || Rhodius, ap. Polyb. 23, 3, Diodor. Exc. p. 515. Alius ap. eund. 16, 46. || Smyrnæus in numo ap. Mionnet. *Suppl.* vol. 4, p. 341.]

[Φιλοφυσικὸς, ὁ, cognomen Asclepiadis ap. Galen. vol. 13, p. 554, 579.]

[Φιλοφῶν, ῶντος, ὁ, Philophon, n. pr. in inscr. Attica ap. Bœckh. 204, vol. 1, p. 339.]

[Φιλόφωνος, ὁ, ἡ, Loquax, Garrulus. Plut. Mor. p. 967, B; 1125, C.]

[Φιλοχαλκηδόνιος, ία, ιον, Chalcedonios amans. Vita Euphemiæ p. 400, A. Hase.]

[Φιλοχαρεῖνος (i. e. Φιλοχαρῖνος), ὁ, Philocharinus, n. pr. in inscr. ap. Bœckh. 1240, vol. 1, p. 617.]

[Φιλοχάρης, ὁ, Philochares, Atrometi filius, frater Æschinis, ap. Demosth. p. 414, 415, aliosque. Vitiose Φιλόχαριν pro Φιλοχάρην ap. Phot. Bibl. p. 20, 35. || Tres alii ap. Isæum p. 40, 13 (ubi accus. Φιλοχάρη), Lysiam p. 126, 37, in inscr. ap. Bœckh. 655, vol. 1, p. 502. G. D. Alius in inscr. Pont. C. I. vol. 3, p. 124, n. 4184, 2. Hase.]

[Φιλοχαρίδας, ὁ, Philocharidas, Laco. Thucyd. 4, 119; 5, 19, 24, 44.]

[Φιν.] Porro ut Φὶξ dicitur pro σφὶγξ, ita et Φιν pro σφιν, ut tum ap. Hom., tum ap. Callim. Ap. illum enim Il. A, 75, vetus liber habet, Ὅς φιν ἐϋφρονέων ἀγορήσατο καὶ μετέειπεν, sic exponens illum versum, Ὅστις ἐν αὐτοῖς καλῶς φρονῶν ἐδημηγόρησε καὶ εἶπεν. Ap. hunc vero Hymno in Dian. [125] : Κτήνεά φιν λοιμὸς ἐπιβόσκεται, Jumenta ipsis depascitur et absumit pestis. Ubi tamen sunt qui scribant σφιν, quamvis schol. dicat σ metri causa demptum esse. Possit certe in illo Hom. loco et similibus videri omissa litera σ, errore librarii, ob præcedentem eandem literam. [V. quæ de hac forma dicta sunt s. v. Σφεῖς vol. 7, p. 1595.] || Alioqui φιν et φι est quædam particula, a poetis fini quorundam nominum adjici solita, de qua alibi. [V. supra s. v. Φι.]

[Φίναξ, κος, ἡ. Hesych. : Φίναξ, δρῦν. Supra : Φίλαξ, δρῦς, νέος. Ἦλεῖοι.]

[Φινέας, ὁ, Phineas, dux Idumæorum ap. Joseph. B. J. 4, 4, 2. || Sacri thesauri custos, ibid. 6, 8, 3. || Nomen loci. V. s. v. Φιλέας.]

[Φινεὲς, ὁ, Eleazari filius. Hæc Hebraica nominis forma est, quam servavit Suidas s. h. v., et Etym. M. p. 795, 23 : Φινεὲς, παρὰ τὸ φόνος. Eam Græcam fecit Josephus, a quo Φινεέσης, ου, ῃ, ην, dicitur locis plurimis : vid. A. J. 4, 6, 12; 7, 1; 5, 1, 26; 8, 1, 3. Φινεέσης, Eli filius, ib. 5, 10, 1; 11, 2 et 4.]

[Φινείδης, ὁ, Phinei filius, ὁ ἀπὸ Φινέως, ut exp. Suidas. Soph. Antig. 971 : Δισσοῖσι Φινείδαις. Sic *duo Phinidæ* ap. Ovid. in Ibin 271. Τοὺς Φινείδας Diodor. 4, 44.]

[Φίνειον, τὸ, Phineum. Steph. Byz. : Φ., τόπος τοῦ Πόντου, κτίσμα τοῦ Φινέως. Τὸ ἐθνικὸν Φινειεύς, ὡς Σίγειον Σιγειεύς. Suidas : Φ., ὄνομα τόπου ἢ ὄρους.]

[Φινεὶς, ίδος, ἡ, Phineis. Eurip. Iph. T. 423, de regno Phinei : Φινείδας ἀκτάς.]

[Φῑνεὺς, έως, ὁ (Formæ epicæ Φινῆος, Φινῆϊ, Φινῆα ap. Apoll. Rh. 2, 277, 294, 580, 647, et alibi), Phineus, n. pr. quod παρὰ τὸ ἴφι καὶ τὸν νοῦν γίγνεσθαι fingit gramm. in Etym. M. p. 795, 23. Fuit autem pluribus commune. Belei filius est ap. Apollod. 2, 1, 4. || Lycaonis filius. Apollod. 3, 8, 1. || Agenoris filius, secundum Hellanicum ap. schol. Apoll. Rh. 2, 177, Neptuni secundum alios : v. Apollod. 1, 9, 21, et Hygin. Fab. 19. Fuit vates et rex Thracum in urbe Salmydesso, fabulosis multorum narrationibus celebratus, quas exposuit Heynius ad Apollod. vol. 2, p. 77, 336. Videndi de eo præ ceteris Diodor. 3, 43 et 44, et schol. Apoll. Rh. 1, 211; 2, 177, 181, et Hyginus Fab. 19. Frequens ejus apud poetas quum Græcos tum Latinos mentio : v. Hesiod. citatum ab Strab. 7, p. 302, schol. Apoll. Rh. 2, 181, Æschylum Eum. 50, Sophoclem, cujus Φινέα πρῶτον et δεύτερον memorant grammatici (v. fragm. 633—642), Apoll. Rh. 2, 177, Orph. Arg. 672, Ovid. Metam. 7, 3, Valer. Flacc. 4, 425. Φινεὺς, Theopompi comœdia, citatur ab Athen. 14, p. 649, B. Adjectivis *Phineus* (Φίνειος) et *Phineius* (Φινήϊος) poetæ Latini usi sunt.]

[Φίνηται, συντιθῇ, gl. obscura Hesychii.]

[Φινίδας, ὁ, ὄνομα κύριον apud Suidam. Fortasse fictum ex Φινείδας, quæ Dorica forma est patronymici Φινείδης, quod v. G. Dind.]

Φίνις, ὁ, Ossifragus Latine, teste Dioscor. 2, [58 : Φίνις τὸ ὄρνεον, ὃ Ῥωμαϊστὶ καλοῦσιν ὀσσίφραγον. In lemmate est περὶ φίνιδος. Nomen ex φήνη corruptum esse diximus s. h. v.]

[Φῑνόπολις, εως, ἡ, Phinopolis, urbs Pontica, ab Phineo condita, ap. Strab. 7, p. 319, Ptolem. 3, 11, p. 215, 11, Steph. Byz. (qui adj. gentile Φινοπολίτης posuit), Plin. N. H. 4, 18, 11, Melam 2, 2, 5 (ubi v. Tzschuck. vol. 2, 2, p. 99).]

[Φίντας, ὁ, Phintas, Messenius. Pausan. 4, 16, 2; 4, 17, 9. || Sybotæ filius. Pausan. 4, 4, 1, ubi genit. Φίντα.]

[Φίντατος et Φίντερος Dor. pro φίλτερος. V. Φίλος.]

[Φιντέας. V. Φιλτέας.]

[Φίντης vitiose pro Φίντις, quod v.]

[Φιντίας, ὁ, Phintias, Pythagoreus, amicus Damonis, ap. Diodor. Exc. p. 554 sq., Plutarch. Mor. p. 93, E, Iambl. V. Pyth. p. 270, 460, 462, aliosque : v. Davis. ad Cicer. Tusc. 5, 22. || Agrigentinorum tyrannus. Diodor. Exc. p. 495. Βασιλέως Φιντία in numis ap. Eckhel. D. N. vol. 1, p. 266. G. D. Pictor fictilium, de quo R. Rochett. *Journ. des Sav.* a. 1830, p. 120 sq. Hase.]

[Φιντιὰς, άδος, ἡ, Phintias, urbs Siciliæ, condita ab Phintia, Agrigentinorum tyranno. Diodor. Exc. p. 495. *Phintiam* dixit Cicero Verr. 3, 83. Adject. gentile *Phinthienses*, quod *Phintienses* scribendum, ap. Plin. H. N. 3, 8, 14. Ab eodem *Phinthia* fons Siciliæ ex Apione memoratur 31, 2, 18 : quam ipsam quoque Φιντιάδα ab Græcis dictam esse probabile est. Adjectivum autem *Phintienses* respondet Græco Φιντιεῖς, quo utitur Phalaris Epist. 112, p. 324, ubi in libris pari vitio Φινθιεῖς scriptum, quod correxit Valcken. G. Dind.]

[Φίντις, ὁ, Phintis]. Φίντις, Dorice pro Φίλτις, Auriga. Pind. Ol. [6, 37] : Ὦ Φίντις, ἀλλὰ ζεῦξον ἤδη μοι σθένος ἡμιόνων. [Est nomen proprium aurigæ, de quo schol. : Ὦ Φίντις Δωρικῶς ἐσχημάτισται· εἴη δ' ἂν κατὰ τὴν ἡμετέραν διάλεκτον Φίλτις. Οἱ Δωριεῖς γὰρ μετατιθέασι τὸ λ εἰς ν. Male Φίντης ap. Eustath. p. 918, 28, et 1648, 5. || De nomine feminino Φίντις, ἡ, v. s. Φιλτίς et Φίντυς.]

[Φιντύλος, ὁ, Phintylus, n. pr. ap. Archiam Anth. Pal. 6, 192. G. D. Alius C. I. vol. 3, p. 608, n. 5567, 3. Hase.]

[Φίντυς, ἡ, Phintys, philosopha Pythagorea, ex uno cognita excerpto ap. Stob. Flor. 74, 61, quod inscriptum est Φιντύος (hoc accentu) τᾶς Καλλικράτεος θυγατρὸς Πυθαγορείας ἐκ τοῦ περὶ γυναικὸς σωφροσύνας· unde ap. Phot. Bibl. p. 115, 22, Φίντυς est inter scriptores ab Stobæo citatos. Recte, ut videtur, Valcken. ad Phalar. p. xxiv verum nomen mulieris Φίντις, ιος, fuisse judicat.]

[Φιντὼ, οῦς, ἡ, Phinto, n. pr. ap. Leonid. Tar. Anth. Pal. 6, 288.]

[Φίντων, ωνος, ὁ, Phinto, n. pr. ap. Leonid. Tar. Anth. Pal. 7, 503 : Φίντων' Ἑρμιονῆα. G. D. Alii C. I. vol. 3, p. 581, n. 5428, 5, et p. 622, n. 5610, 1. Hase. || Φίντωνος νῆσος, Phintonis insula, inter insulas circum Sardiniam sitas ap. Ptolem. 3, 3, et Plin. H. N. 3, 6, 13.]

[Φὶξ, gen. φῑκὸς, ἡ.] A Bœotis σφὶγξ dicitur Φὶξ, teste schol. Hesiodi Theog. 326 : Ἡ δ' ἄρα φῖκ' ὁλοὴν τέκε Καδμείοισιν ὄλεθρον. [Ad formam litera σ carentem, quam cum similibus comparavit Lobeck. Pathol. Elem. vol. 1, p. 123, alludunt glossæ Hesychii, Βίκας, σφίγγας. Φίγα, φίκα· σφίγγα, et Plato Cratyl. p. 414, D : Ἐπεμβάλλοντες πολλὰ ἐπὶ τὰ πρῶτα ὀνόματα τελευτῶντες ποιοῦσι μηδ' ἂν ἕνα ἄνθρωπον συνεῖναι ὅ τι ποτὲ βούλεται τὸ ὄνομα· ὥσπερ καὶ τὴν σφιγγὰ ἀντὶ φιγγὸς καλοῦσι, ut nunc ex codd. pluribus legitur pro ἀντὶ σφιγὸς vel σφιγγός. In uno cod. σφίκα ἀντὶ σφικός. Similiter in versu Hesiodi libri variant inter σφίγγ', σφίγ', σφίκ'. Ab Φὶξ derivatum nomen montis est Φίκειον, quod v.]

[Φὶρ, ὁ, Phir, ὄνομα κύριον ap. Chœrob. Epimer.

in Psalm. p. 4, 11, et in Etym. M. p. 107, 28, ubi cum Ἴρ et Φθὶρ, quæ aliunde cognita habemus, componitur. Dixit de his Lobeck. Paralip. p. 76.]

[Φίρμη, Firma, voc. Latinum, cognomen in titulis legionis XVI. Φλαουΐας Φίρμης, quæ agebat in Syria. C. I. vol. 3, p. 245, n. 4543, 4; p. 246, n. 4545, 3 et 4546, 2. Hase.]

[Φιρμιλιανὸς, ὁ, Firmilianus, n. pr. Latinum apud Suidam s. v. Γρατιανὸς et Στήλη σταυροῦ.]

[Φισινὸς, ὁ, Phisinus, n. pr. Arrian. Anab. 3, 2, 5, quod merito suspectum habuit Coraes Ἀτάκτ. vol. 3, p. 252, etsi erravit quum Φυσίνου nomen restitui voluit. Scribendum Φησῖνον, de quo nomine suo loco diximus. G. Dind.]

[Φίσκος, ὁ, Fiscus, δημόσιον ταμιεῖον, ut exp. Hesych. (qui addit πολύχρημον), Photius et Suidas. Est nomen Latinum, de quo ejusque derivatis, inter quæ est verbum Φισκόω, Fisco addo s. vindico, vid. Ducang. et Suicer. s. v. Φίσκος et Φισκόω. Cum eo compositum est Φισκοσυνήγορος, quod Hesych. exp. ὁ ταμιείων (vel ταμιείου) συνήγορος. In Gl. Φίσκος ὁ συνήγορος, Fiscia, i. e. Φισκοσυνήγορος, Fisci A. (advocatus), ut monuit Ducangius. G. D. Artemidor. t. 1, p. 375, 25 Reiff., τῆς οὐσίας ὑπὸ τοῦ φ. καταληφθείσης. Occurrit crebro in inscrr. græcis, velut C. I. vol. 2, p. 65, n. 2015, 15; p. 74, n. 2050, 7; vol. 3, p. 24, n. 3898, 16, ἀποτείσει εἰς τὸν ἱερώτατον φίσκον δηνάρια ,βφ′. Geminato σ scriptum ibid. vol. 2, p. 42, n. 1933, 9, δώσει τῷ φίσσκῳ. Hase.]

[Φιστάκια. V. Πιστάκια.]

[Φιστελία, ἡ, Phistelia s. Phistulis, oppidum Campaniæ, de cujus numis R. Rochett. *Journ. des Sav.* a. 1831, p. 465. Hase.]

[Φιτάλιμος. V. Φυτάλιμος.]

[Φιτεύω vitiose pro φιτύω, quod v.]

[Φίτης. V. Φῖτυς.]

[Φιτιάλεις, οἱ, Fetiales, nomen Latinum sacerdotum quorundam, quod apud scriptores Græcos in syllaba prima modo per ι modo per η scribitur, ut φιμινάλια pro Feminalia et alia hujusmodi scripta sunt, de quibus dixit Wannowski Antiq. Rom. p. 2. Φητιαλεῖς (hoc accentu) sine explicatione positum apud Suidam. Φετιάλεις vulgo ap. Dionys. A. R. 2, 72 : Τῶν καλουμένων φετιαλίων· οὗτοι δ' ἂν εἴησαν κατὰ τὴν Ἑλληνικὴν καλούμενοι διάλεκτον εἰρηνοδίκαι. Sed cod. Vat. φιτιάλων. Scribendum igitur φιτιάλεων vel φιτιαλίων. Apud Plutarch. V. Numæ nomin. est φιτιαλεῖς et genit. φιτιαλίων. Apud Dion. Cass. 50, 4, φητιαλίου. G. D.]

[Φιτίας, ὁ, Phitias, n. pr. pictoris perperam scriptum in fictili, *Catal. di scelte ant. etr. del pr. di Canino* p. 69, n. 551. V. Φιντίας. Hase.]

[Φίτρης, ὁ, Phitres, n. pr. ap. Conon. in Photii Bibl. p. 139, 38 : Λεωδάμας καὶ Φίτρης ἤρισαν ὑπὲρ τῆς Μιλησίων βασιλείας.]

[Φιτρὸς, ὁ, Stipes, Truncus. Φιτρὸς ὁ κορμὸς inter oxytona in ρος ap. Arcad. p. 74, 16 (Herodian. Epimer. p. 143) et φιτρῶν per κορμῶν, ξύλων exp. Photius et Suidas. Et sic Etym. M. quoque p. 795, 25, addita etymologia inepta, παρὰ τὸ φυτόν φυτρόν καὶ φιτρόν, ἀπὸ τοῦ φύεσθαι ἐξ αὐτοῦ τὰ φυτά. Similia comminiscitur Eustath. p. 413, 13; 1234, 24. Et p. 890, 62 : Τὸ φιτρῶν Ἀμαθουσίων γλώσσης ἐστὶν, ὥς φασιν οἱ παλαιοί· Κύπριοι δὲ οἱ Ἀμαθούσιοι. Γίνεται δὲ ὁ μὲν φιτρὸς, ὅ ἐστιν ὁ κορμὸς, παρὰ τὸ φυτόν· οἱονεὶ γὰρ φυτηρὸς καὶ τροπῇ καὶ συγκοπῇ φιτρός· ἐκ φυτῶν γὰρ οἱ κορμοί· ἢ παρὰ τὸ φῖτυ, ὡς καὶ ἀλλαχοῦ φανεῖται. Postremum hoc repetit p. 1291, 26 : Ἔοικεν ὁ φιτρὸς φίτυρός τις εἶναι ὡς ἀπὸ τοῦ φῖτυ. Diversa miscentur in gl. Hesychii, Φίτρον (sic, falso accentu)· μέτρον, μάταιον, ῥάδιον. Καὶ τὸ μέσον τοῦ ῥινίου, τὸ κοῖλον· καὶ ὁ κορμὸς τοῦ ξύλου παρὰ τὸ φύεσθαι. Stipitem vel truncum significat quattuor in locis Homeri, Il. M, 29 : Θεμείλια ... φιτρῶν καὶ λάων· Φ, 314 : Ὄρυμαγδὸν φ. καὶ λάων· Ψ, 123 : Ὑλοτόμοι φιτροὺς φέρον· Od. M, 11 : Φιτροὺς δ' αἶψα ταμόντες. Post Homerum Apoll. Rh. 1, 405 : Φιτροὺς ἀζαλέης στόρεσαν καθύπερθεν ἐλαίης· Lycophr. 913, et Orph. Arg. 950, 961. Δίκροον φιτρὸν ἀειραμένη dixit Callimachus, quod in φιτρὸς corruptum ap. schol. Aristoph. Pac. 636, in φίλτρον in Etym. M. p. 276, 23. Vocabulum poeticum esse recte observarunt Pollux 7, 109, et Eustath. p. 890 extr., cui non obstat quod recentior nescio quis scriptor, cujus verba citant Suidas s. v. Ὀρείχαλκος et Τύμπανα et schol. Philostr. Her. p. 602 ed. Boiss., dixit : Φιτρὸν ἐλάτης κοιλάναντες. G. Dind.]

[Φίττα. HSt. post ea quæ s. v. Σίττα dixit vol. 7, p. 299 :] Eundem porro usum habere vocem Φίττα tradit Eustath. [p. 855, 25; 1963, 43], veluti quum dicitur φίττα μαλιάδες, et φίττα μελίαι, item et φίττα ῥοιαί. Ita enim hæc scribuntur apud illum, qui etiam addit nympharum hæc esse nomina. At Pollux conjunctim habet scripta Φιτταμαλιάδες, et Φιτταμελίαι, item Φίτταροι, quæ juvencularum lusum fuisse tradit, in quo sese mutuo ad celerandum incitarent, simul εὐφημοῦσαι τὰς νύμφας. Unde fit ut alteram lectionem lubentius sequar. Ad φίτταροι quidem certe quod attinet, non dubium est quin factum sit ex Φίττα ῥοιαί. [Recta scriptura φίττα Μαλιάδες, φίττα Ῥοιαί, φίττα Μελίαι nunc Polluci quoque restituta 9, 122 et 127.]

[Φιττάκια scriptum ap. Eustath. p. 1210, 41, pro φιστάκια, quod est ap. Athen. 14, p. 649, D. Vid. s. v. Πιστάκια.]

[Φιττακίδες, αἱ, Calceorum muliebrium species ap. Polluc. 7, 94.]

[Φίττειον (?), τὸ, post Φίκειον, Ῥοίτειον et alia hujusmodi nomina in ειον memoratur ab Theognosto Can. p. 128, 2.]

[Φιττεὺς vitiose pro Φηγεὺς, quod v.]

[Φῖτυ, τό. V. Φίτυμα.]

Φίτυμα, τὸ, Germen, Stirps, Proles. [Per τέκνον, γέννημα exp. Hesych. De filio Æsch. Ag. 1281 : Μητροκτόνον φ. Lycophr. 453 : Νόθον φ. Lacæna ap. Plutarch. Mor. p. 241, A, de filio ignavo : Οὐκ ἐμὸν τὸ φ.] Pro eodem affertur et Φίτυ [Φῖτυ] ex Aristoph. Pac. [1164. Φῖτυ per φυτὸν, φύτευμα exp. Hesych. et Phot.] Invenitur et Φίτυς [Φῖτυς], υος, pro Patre. Sunt autem hæc a verbo Φιτύω, quod est Genero, Gigno, Procreo; sed de patre tantum, ut vult Etym. [« Alterum, Φίω, transiit in Italiam, in lingua Latina superstes, Fio, pro quo Romanos veteres etiam dixisse Fuo certis testimoniis constat; Græcis usitatum fuisse monstrant derivata, ex quibus superest Φίτυ, Planta. Καινὸν φίτυ (φῖτυ) Eupolis dixit ap. Etym. p. 795, 32 (et schol. Plat. p. 445), et secundum Eustath., Genitor etiam dictus φίτυς (φῖτυς, quod v.). Verbum hinc φιτύω, Genero, quod solius auctoritate Etymologi (quæ per se nulla est, nam grammaticis sine teste loquentibus fides deneganda), prostat in Lexicis; in libris autem nostris culpa monachorum obliteratum egregia affirmat observatio Angli cujusdam eruditi in Misc. Obs. 2, p. 196. Id duntaxat teneatur, primam in φυτεύω natura sua corripi. Ubicumque igitur est apud poetas tali sede, quæ syllabam postulat productam, continuo alterum φιτύω restituendum, cujus prima producitur. Compara Schrader. Animadv. ad Musæum c. 12.» Valck. Scholl. in N. T. vol. 1, p. 216.]

[Φῖτῠποίμην, ενος, ὁ, Plantarum curator, Hortulanus. Æsch. Eum. 910 : Ἀνδρὸς φιτυποίμενος δίκην· ubi codex Med. φῖτυ ποιμένος : quod correctum est in apographis, sed non recte posito accentu φιτυποιμένος, de quo dixit Lobeck. Paralip. p. 195. G. Dind.]

[Φῖτυς, υος, ὁ, Pater. Vocabulum sæpius memoratum ab grammaticis verbum φιτύω inde derivantibus : v. Eustath. p. 413, 12; 1705, 52, schol. recent. ad Æschyl. Prom. 233 (ubi vulgo φύτωρ, sed codex Lips. φύτης, quod φῖτυς est, ut ap. schol. recent. Soph. Aj. 1296, de quo dixi in Annot. ad schol. vol. 2, p. 401), gramm. in Boiss. Anecd. vol. 3, p. 127; vol. 4, p. 408. Legitur ap. Lycophr. 462 : Οὐ γάρ τι πείσει φῖτυν· et 486. In codicibus plerumque φίτυς scriptum falso accentu. In φίτης depravatum ap. Ephræm. Cæsar. 2711, 2748, 6950, 9294, recentioris linguæ vitio, non librarii culpa, ut apparet ex genit. φίτου in fine versus posito 6950. G. Dind.]

[Φῖτύω, Genero, Gigno, Procreo. Hesych. : Ἐφίτυσεν, ἐγείνατο, ἐγέννησεν. Photius ac Suidas (et similiter schol. Platon. p. 445) : Φιτῦσαι, γεννῆσαι· ἐπὶ τοῦ πατρὸς τίθησιν (fort. τιθέασιν), ἐπὶ δὲ μητρὸς οὐκέτι, ἀλλὰ γεννῆσαι. Καὶ φιτύοντος ὁμοίως, τοῦ γεννῶντος.

Eadem fere in Etym. M. p. 795, 28. Usi sunt hoc verbo poetæ ubi syllaba prima longa opus esset quæ brevis est in φυτεύω : cujus rationis ignari librarii φιτύειν plus uno in loco in φυτεύειν corruperunt. V. Porson. ad Toup. Emend. vol. 4, p. 443. Æsch. Prom. 233 : Ἀϊστώσας (Ζεὺς) γένος τὸ πᾶν ἔχρηζεν ἄλλο φιτῦσαι νέον· Suppl. 312 : Καὶ Ζεύς γ' ἐφάπτωρ χειρὶ φιτύει γόνον. Soph. Tr. 311 : Τίς δ' ὁ φιτύσας πατήρ; Antig. 645 : Φιτύει τέκνα. Eurip. Alc. 295. Inter prosæ orationis scriptores solus hoc verbo ter usus est Plato, Rep. 5, p. 461, A : Παῖδα φιτύοντος τῇ πόλει ὃς κτλ. Leg. 9, p. 879, D : Φιτῦσαι καὶ τεκεῖν· Critia p. 116, C : Ἐφίτυσαν τὸ τῶν δέκα βασιλειδῶν γένος. || Φιτύσασθαι mulier dicitur. Hesiod. Theog. 986 : Ἠὼς ... Κεφάλῳ φιτύσατο υἱόν. Apoll. Rh. 4, 807 : Ὄφρα γάμου θυμηδέος ἀντιάσειας τέκνα τε φιτύσαιο. Oppian. Cyn. 1, 4 : Τὸν μεγάλη μεγάλῳ φιτύσατο Δόμνα Σεβήρῳ. Φιτύσατο per ἐγέννησεν exp. Hesych.]

[Φλ. et Φλ. in inscriptt. nota nominum latt. Φλάβιος, Φλαβία, Φλαβιανός. Franz. El. epigr. gr. p. 373. Hase.]

[Φλᾶ, ἡ, Phla. Joann. Alex. Ton. παραγγ. p. 8, 4, ubi de monosyllabis perispomenis agit : Φνᾶ ἡ νῆσος. Recte, ut videtur, Gœttling. De accent. p. 407, Φλᾶ, quæ Ægypti insula est memorat ab Herodoto 4, 178 (ubi Φλά scribitur), de qua diximus s. v. Φίλα. Nisi Herodoto Φνᾶ restituendum, quod cum Φναῖτης comparari potest. G. Dind.]

[Φλαβέλλιον. V. Φλαβίλλιον.]

[Φλαβιανὸς, ὁ, Flavianus, n. pr. Latinum. Id correpta syllaba penultima dictum in epigr. Anth. Pal. Append. 381.]

[Φλαβίλλιον, τὸ, Flabellum. Athen. 14, p. 647, F : Ἐὰν μὴ ᾖ κοσκίνια, φλαβιλλίοις (φλαβελλίοις apographa quædam) καινοῖς χρῶ, ἐν οἷς τὸ πῦρ ῥιπίζεται. Est vox Latina.]

[Φλάβιος, ὁ, Flavius, n. pr. Latinum apud Plutarchum aliosque rerum Romanorum scriptores, in codicibus modo sic modo Φλαύϊος scriptum, pariterque in nominibus locorum hinc derivatis, ut Φλαουΐα, Φλαούϊοι βωμοὶ, Φλαουϊόπολις apud Ptolemæum aliosque.]

[Φλαγέλλιον, τὸ, Flagellum. Φλαγέλλια, λῶροι ap. Hesych. s. v. Σκυτάλη, aliosque recentiores. Vid. Ducang. et conf. Φραγέλλιον.]

Φλαδιάω quoque habet τοῦ φλάω signif. (quamvis alioqui ab ἔφλαδον, aor. 2 verbi φλάζω, aptius derivetur), quum Hesych. φλαδιᾷν exponat θλαδιᾷν, item μαλάττειν, τύπτειν.

Φλάζω, a quo aor. 2 ἔφλαδον, pro ἐσχίσθην, quæ habet Varin. ex quopiam, ut opinor, schol. sumpta. Scimus autem ἐσχίσθην esse Scissus sum. [Æsch. Choeph. 26 : Λινοφθόροι δ' ὑφασμάτων λακίδες ἔφλαδον ὑπ' ἄλγεσιν, « Dissiluerunt. Etym. M. p. 403, 48 : Ἔφλαδον σημαίνει τὸ ἐσχίσθην, ἢ ἐθλάσθην, ἢ διερράγην, ὡς φησιν Αἰσχύλος « Λινοφθόροι ὑφασμάτων λακίδες ἔφλαδον ὑπ' ἄλγεσι· » παρὰ τὸ θλῶ, κατὰ τροπὴν φλῶ, παραγωγὸν φλάζω· ὁ δεύτερος ἀόριστος, ἔφλαδον, ὡς χάζω ἔχαδον. Ex Aristoph. Pl. 693, collato cum v. 718, patet verbi φλᾶν significatio Cum crepitu quodam frangere. » Blomf. Conf. Φλιδάω.] In VV. LL. φλάζω exp. Ferveo, Strepo. Item, Obscure et inarticulate loquor. Galen. Lex. Hippocr. [p. 588] : Φλάζουσιν, ἀσαφῶς καὶ ἀδιαρθρώτως φθέγγονται· πεποίηται τοὔνομα. Quod ad illam quidem certe Fervendi signif. attinet, eam habet potius verb. Παφλάζω, quod ex hoc factum videri potest. Fortassis tamen ab hac Fervendi signif. manavit ea, qua particip. Πεφλασμένος (sic enim leg. existimatur ap. Hesych., pro φλασμένος) pro τετυφωμένος ponitur : atque itidem, verbale Φλασμὸς pro τύφος [τῦφος]. Videtur enim esse et τοῦ τύφου quidam fervor. Vide Πάφλασμα [et Lobeck. Rhemat. p. 9].

[Φλαίνω : unde compositum Ἐκφλαίνω, quod v.]

[Φλάϊς (?), ὄνομα κύριον, Suidas.]

[Φλάκιτος, ὁ, episcopus Antiochiæ, ap. Theodoret. H. E. 2, 24, p. 209, 210 ed. Gaisf., ubi var. lec Φλαβίτου et Πλακίτου. Sed Φλάκιτος rursus in Catalogo Episcoporum p. 496, ubi codex Bodl. alter Φλάτικος.]

[Φλάκκος, ὁ, Flaccus, n. pr. Latinum.]

[Φλαμίνιος, ὁ, Flaminius, n. pr. Latinum. In libris interdum Φλαμινῖνος scriptum. De utroque v. Schweigh. ad Appian. vol. 3, p. 510, et Sintenis ad Plutarch. Vitt. vol. 2, p. 190. Adject. est Φλαμίνιος, ία, ιον, ut Φλαμινία ὁδὸς ap. Dion. Cass. 53, 22, et (ubi male Φλαμμινίαν) 78, 11. Φλαμίνιος, ὄνομα κύριον etiam apud Suidam, qui quod addit καὶ Φλαμινίους, Flamines significat, ut ex alia ejus gl. (s. v. Ποντίφιξ) apparet : Τοὺς λεγομένους ποντίφικας καὶ φλαμινίους τοῖς ἱερεῦσιν ἐπέστησε. Et sic φλαμίνιοι et φλαμίνιον ap. Plutarch. V. Marcelli c. 5, quæ vulgo duplici μ scripta correxit HSt. Adjectivo *Flaminius* utuntur scriptores Latini, Flaminium lictorem, Flaminias ædes, Flaminium (sc. sacerdotium) et alia dicentes. Alia forma Appiano placuit B. Civ. 1, 65 : Λέγεται οὗτος ὁ ἱερεὺς φλαμέντας. Qui φλάμεν forma Latina scribere poterat, ut scripsit Plutarchus Mor. p. 274, C, et φλάμινα διάλιν ibid. p. 289, E : unde φλάμινας scribendum apud eundem V. Numæ c. 7, ubi vulgo φλαμίνας. Recto accentu φλάμισιν ap. Dionys. A. R. 2, 64, ubi cod. Vat. φλάμοσιν. Uxor flaminis φλαμινίκα, ἱερὰ τῆς Ἥρας εἶναι δοκοῦσα, memoratur a Plutarcho Mor. p. 285, A, ut *Flaminica* est ap. Ovid. Fast. 2, 27, aliosque. G. D. Inscr. Att. C. I. vol. 1, p. 481, n. 521, 1, φλάμ. καὶ ἀπὸ ἀγωνοθετῶν. Hase.]

[Φλάμουλον, τὸ, Flammulum, Vexillum flammeum. V. exx. ex Constantino, Mauricio, Niceta aliisque collecta ab Ducangio; quibus adde Etym. Gud. p. 554, 5 : Φλάμουλον ἀπὸ τοῦ φλογίνου χρώματος ὠνομάσθη. Βάνδον per φλαμούλιον exp. Zonaras p. 375. Alio sensu ap. schol. rec. Hom. Od. Λ, 578 : Δέρτρον ἐπικείμενον λεπτότατον δέρμα τῷ ἥπατι, ὅπερ ἡ πολλὴ γλῶσσα φλάμουλον οἶδε καλεῖν. || Dimin. Φλαμουλίσκιον, τὸ, Panni segmentum, quod humeris militum vel etiam hastis ipsis aptabatur. V. exx. ex Leone, Constantino aliisque apud Ducangium.]

Φλανύσσω, Garrio, Ineptio, Deliro. Hesych. exp. φλυαρῶ, ληρῶ. [Apud Hesych. tertia persona φλανύσσει. De forma verbi v. Lobeck. Rhemat. p. 246, et Pathol. Proleg. p. 89.]

[Φλάνων, ωνος, ὁ, Phlanon. Steph. Byz. : Φλ., πόλις καὶ λιμὴν περὶ τὴν Ἄψυρτον νῆσον. Ἀρτεμίδωρος ἐν ἐπιτομῇ τῶν ια' « Μετὰ δὲ τὴν Ἄλωον λιμήν ἐστι Φλάνων καὶ πόλις Φλάνων καὶ πᾶς ὁ κόλπος οὗτος Φλανωνικὸς (Φλανωνιτικὸς Salmasius) καλεῖται. » Ἀπὸ οὖν τῆς γενικῆς Φλάνων Φλανωνίτης, ὡς Νάρβων Ναρβωνίτης. Nominativus Φλανῶνα est ap. Ptolem. 2, 15, p. 165, 1, ut *Flanona* ap. Plin. H. N. 3, 25. *Flanaticus sinus* ib. 23.]

[Φλάσις, εως, ἡ, Ion. pro θλάσις, Fractura. Hippocr. p. 911, B : Πρόσεστι φλ. καὶ ῥωγμή. Thomas M. p. 453 : Θλᾶν ... ὃ παρὰ ποιηταῖς φλᾶν λέγεται, οὐκέτι δὲ καὶ ὄνομα φλάσις.]

[Φλασκᾶς, ὁ, inter perispomena in ᾶς, qualia sunt ἀλλᾶς, Ἡρᾶς, βορρᾶς, memoratur a grammatico Hermanni p. 433. Φλασκᾶς, quod abesse ab cod. Parisino annotavit Bastius, si veteris Græcitatis vocabulum est, corruptum fortasse ex Φακᾶς, de quo suo loco diximus. Nam quod Lobeckius in Wolfii Anal. fasc. 3, p. 362, proponebat φασκᾶς, auctore caret, quum hoc nomen avis cujusdam ex genere anatino φασκὰς, άδος, ἡ, declinetur, ut s. h. v. ostendimus. G. Dindorf.]

[Φλασκίον, τὸ, Lagena, mediæ Græcitatis vocabulum, cujus exx. v. ap. Ducang., quibus adde schol. Hom. Od. B, 139. Male Φλασκεῖον ap. Hesych. s. v. Πυτίνη.]

[Φλάσκων, ωνος, ὁ, i. q. φλασκίον. Hesych. : Ἀρυβάσσαλον, κοτύλη ἢ φλάσκων· φλάσκων δὲ εἶδος ποτηρίου· ubi codex bis φάσκων, quod correxit Salmasius. Tzetz. Hist. 13, 644 : Καὶ δοῦλος δὲ τῷ ποιητῇ κλῆσιν ὑπῆρχε Βύκκων, ὃν βίκωνα καὶ φλάσκωνα παίζων ὁ Τζέτζης λέγει. Cum Gallico *Flacon* comparavit Ducangius.]

[Φλάσμα, τὸ, Quod contusum est, Contusio. Hippocr. p. 748, A; 817, 818, 840, et alibi. Galen. vol. 12, p. 98 : Φλάσματα διὰ τοῦ φ καλεῖν ἔθος Ἱπποκράτει κατὰ τὴν τῶν Ἰώνων διάλεκτον, ἃ πρὸς ἡμῶν ὀνομάζεται διὰ τοῦ θ θλάσματα.]

[Φλασμὸς, ὁ, Fastus. Per τῦφος exp. Hesych. Memorat HSt. in Φλάζω.]*

Φλαστὸς, ἡ, ὸν, Talis ut contundi possit s. conteri. Bud. reddit Collisilis ex Gaza ap. Aristot., ubi de cancrorum tegmine dicit [H. A. 4, 1], Τὸ δὲ σκληρὸν αὐτῶν οὐ θραυστὸν, ἀλλὰ φλαστὸν, Non fragile, sed collisile.

[Φλαττοθραττόφλατ versibus Æschyli quos recitat Euripides intersertum ap. Aristoph. Ran. 1286 seq., ubi Dionysus v. 1296 : Τί τὸ φλαττόθρατ τοῦτ' ἐστίν.; ἐκ Μαραθῶνος ἢ πόθεν συνέλεξας ἱμονιοστρόφου μέλη; Schol. (ad 1319) : Τοῦτο λέγει χλευάζων ὡς ἀσυνετοποιόν. Τινὲς δὲ καὶ σημειοῦνται αὐτὸ, ὅτι τῶν διορθωτῶν τινὲς περιεῖλον τὰς τοιαύτας ἐν τοῖς μέλεσι προσθέσεις.]

Φλαυρίζω, sicut φαυλίζω, Pro vili habeo (quod vulgo Vilipendo), Floccifacio, etc. quæ in Φαυλίζω habes. [Pollux 4, 32.] Plutarch. [Mor. p. 1118, C] : Ἐν οἷς δὲ κομιδῇ διαγελᾷ καὶ φλαυρίζει τὸν Σωκράτην· Cicerone [c. 38] : Φλαυρίζων δὲ τὴν τοῦ Ποmπηίου παρασκευήν.

[Φλαυρικὸς, ἡ, ὸν, i. q. φλαῦρος. Unde adverb. Φλαυρικῶς, quod Is. Vossius Hesychio restituit in glossa inter Φλάσας et Φλαῦρα (quod φαῦρα scriptum in codice) posita : Φλαυρικῶς· ἀηδῶς. Codex φαυλικῶς.]

Φλαῦρος, [α, ον. De accentu Arcad. p. 69, 21. Feminini exempla sunt ap. Solon. Stobæi Flor. 9, 25 : Ἀρχὴ ... φλαύρη μὲν τὸ πρῶτον, ἀνιηρὴ δὲ τελευτᾷ. Eurip. ap. Stob. Flor. 9, 15 : Γλῶσσα φλαύρα· et in versu spurio Iph. A. 1163 : Φλαύραν ... γυναῖχ' ἔχειν], idem cum præcedente φαῦλος. (Sed Atticum esse existimatur φλαῦρος [Est vero etiam Ionicum, Herodoto maxime frequentatum : 1, 99, 120, 207, 211, etc. Schw.], et quidem non pro φαῦλος, secundum quosdam, sed pro φλύαρος, per ἀναγραμματισμόν.) Nam pro Vilis ponitur : unde verbum Φλαυρίζω. [Hesych. : Φλαῦρα, φαῦλα, κακὰ, πονηρὰ, κοῦφα, ἀσθενῆ. Schol. Aristoph. Pac. 95 : Φλαῦρον ἀντὶ τοῦ φλύαρον, ἀηδὲς (male ἀναιδὲς codex Ven. et ed. Ald.), δύσφημον. Suidas : Φλαῦρον· φαῦλον (φαῦλον om. Photius), ἢ κοῦφον κακόν· διαφέρει γὰρ φλαῦρον καὶ φαῦλον· φλαῦρον μὲν γάρ ἐστι τὸ μικρὸν κακόν· φαῦλον δὲ τὸ μέγα (Hæc ex Photio). Ἢ φλαῦρον, φλύαρον, ἀηδὲς, δύσφημον, λυπηρὸν, παρὰ Ἀριστοφάνει (Pac. 95. Similia tradit schol. Plat. p. 336). Quibus addit, « Γέροντα δ' ὀρθοῦν φλαῦρον ὃς νέος πέσῃ » (Soph. OEd. Col. 395), τουτέστι, τὸν ἅπαξ ἐν νεότητι πεσόντα ἐν γήρᾳ ὀρθοῦσθαι ἀδύνατον. « Etym. M. p. 128, 57, φαῦλον ὑπερβιβασμῷ τοῦ λ καὶ πλεονασμῷ τοῦ ρ φλαῦρον, quæ si cum φαῦρος ἀφαῦρος παῦρος *parvus* communitate stirpis connexa sunt, lambda pleonasmo propius est quam rho. Si præter φλαῦρος reperiretur φραῦλος, ea vero esset hyperthesis, sed ad aliud genus pertinens, quo continentur consonarum ex syllaba in syllabam migrationes. » Lobeck. Pathol. Elem. vol. 1, p. 506.]

‖ Φλαῦρος, Malus. Sæpe autem de malis verbis. [Plato Ep. 13, p. 360, D : Οὐδεὶς οὐδὲν φλαῦρον ἔλεγε τὸν ἄνδρα.] Isocr. : Ἀλλ' ἀεί τι φλαῦρον περὶ ἐμοῦ λέγουσι. [Idem p. 97, C : Οὐδὲν ἂν λέγοι περὶ αὐτοῦ φλαῦρον· 175, B : Ἀπολαύειν τι φλαῦρον· De antid. § 317, p. 493 : Τῆς δόξης ταύτης φλαῦρόν τι καταγιγνώσκειν.] Dem. [p. 553, 11] : Ὤμνυε μετ' ἐξωλείας μηδὲν εἰρηκέναι περὶ αὐτοῦ φλαῦρον. Et [p. 581, 19] : Περὶ ὧν οὐδὲν εἶποιμι φλαῦρον. Sic et ap. Aristoph. Nub. [834] : Μηδὲν εἴπῃς φλαῦρον ἄνδρας δεξιοὺς, Ne quid dixeris malum s. contumeliosum adversus eos : ubi exp. et αἰσχρόν. Idem Pac. [96] : Εὐφημεῖν χρὴ, καὶ μὴ φλαῦρον μηδὲν γρύζειν· ubi exp. ἀναιδὲς, δύσφημον, φλύαρον. Apud Soph. itidem [Aj. 1173] φλαῦρα ἔπη exp. φλύαρα καὶ αἰσχρά. [Ubi Lobeck. p. 473 : « In cod. Flor. legitur φαῦλα, quorum adjectivorum permutatio perfrequens, Demosth. p. 427, 25; 553, 11; 740, 10, Plutarch. V. Gracchi c. 10, discrimine modo nullo, modo ad agnoscendum summe difficili. Sed hoc loco promta est dijudicatio : nam proprie dicitur φλαύρως ἀκούειν Herodot. 7, 7; ἤκουσα φλαύρως ὑπὸ τῶν ἰητρῶν Hippocr. p. 780; φλαῦρον ἀκοῦσαι Aristid. vol. 2, p. 7, ubi cod. Coisl. minus recte φαῦλον; οὐδὲ φλαῦρον ἐρῶ et φλαῦρόν τι εἰπεῖν περί τινος vel περί τινα Demosth. p. 488, 8; 554, 24; 581, 19; Xenoph. Cyrop. 8, 2, 12; Aristoph. Lys. 1044; Julian. Misop. p. 366, D; Philostr. p. 617; Lucian. Philopatr. c. 17. Nec tamen decernam de hujusmodi locis, Plut. V. Arist. c. 25 : Οὔτ' ἔπραξέ τι οὔτ' εἶπε φαῦλον. Dio Cass. Exc. 34, 22, 3 : Φαῦλον ἐς οὐδένα οὔτε ἔλεγεν οὔτε ἔπραττεν, pro quo alibi φλαῦρόν τι ποιεῖν ἢ λέγειν περί τινος legitur : v. Ruhnken. ad Tim. p. 271. Discrimen vero illud quod tradunt grammatici, φλαῦρον τὸ μικρὸν κακὸν, φαῦλον τὸ μέγα, aut commenticium est aut tam subtile ut parum nos adjuvet. Plato Polit. p. 273, C : Σμικρὰ μὲν φλαῦρα, μεγάλα δὲ ἐνέτικτεν ἀγαθὰ, et sæpe conjuncte μικρὸν καὶ φαῦλον, Demosth. p. 37, 11; 173, 22; 312, 9; 621, 5; Dionys. A. R. 10, 5, Isæo c. 18, vol. 5, p. 624, Julian. Or. 3, p. 126, C., Liban. vol. 1, p. 252, et vol. 4, p. 753, eodem ubique ordine verborum. » Pindar. Pyth. 1, 170 : Εἴ τι καὶ φλαῦρον παραιθύσσει. Æsch. Pers. 217, de somnio male ominato : Εἴ τι φλ. εἶδες. Φλαῦρον vel φλαῦρα et ἀγαθὸν vel ἀγαθὰ opposita ap. Platon. Men. p. 92, C, Epin. p. 988, D. Et χρηστὰ ap. Eurip. Med. 1103 : Εἴτ' ἐπὶ φλαύροις εἴτ' ἐπὶ χρηστοῖς μοχθοῦσι. Φλ. τι πάσχειν Eurip. Andr. 732 : Οὔτ' οὖν τι δράσω φλαῦρον οὐδὲ πείσομαι, ut Plato De virt. p. 379, B : Ἵνα μή τι φλαῦρον ἡμῖν πάθοιεν. « Apud Hippocr. φλαῦρον Vitiosum significat et πανταχοῦ ἐπὶ κακοῦ τάσσεται, ut scribit Erotian. (p. 382). Sic p. 391, 32 : Φλαῦρόν τι πρήξειεν ἐπιδήλως. Et p. 394, 8 : Ἔστι δ' ὅτε καὶ φλαῦρον τοῦτο ἐν τῇσιν ὀξείῃσι νούσοισι γίνεται. Οὐκ ἀγαθὸν ibid. exponit Galen., ut et φλαῦρον σημεῖον Pravum signum dicitur Aphor. 6, 52, et Epidem. 6, 2, 29, τὸ φλαῦρον et τὸ χρηστὸν inter se opponuntur. Et φλαύρως ἔχειν de his qui male habent et vitiose affecti sunt ponitur, ut Epidem. 6, 1, 16, et p. 956, F. Est et φλαῦρον μέγα, Magnum detrimentum aut incommodum, p. 769, C : Οὐδὲν γὰρ ἂν μέγα φλαῦρον γένοιτο. Erotianus (p. 388) apud Hippocr. p. 758, H, φλαύρως ξυναλθάσσεται (τὰ ἄρθρα κινηθέντα) per κακῶς ὑγιάζεται exponit. » Foes.] Et gradus superl. Φλαυρότατος, Pessimus, Deterrimus. Quidam ap. Suid. : Ἀπολείπεσθαι τῆς στρατιᾶς τὸ φλαυρότατον, Deterrimum. [Verba ab Suida allata sunt Herodoti 1, 207.]

[Φλαυρότης, ητος, ἡ, Vilitas, Futilitas, Pravitas. Pollux 4, 12 : Μοχθηρία, φαυλότης· φλαυρότης δὲ σκληρόν. De prava sive absona opinione Plutarch. Mor. p. 962, A : Τὸ τοῖς ἀνθρωπίνοις ἤθεσι ... τὰ τῶν ζῴων παρατιθέναι ἄλλην τε πολλὴν ἐν ὅλῳ φαυλότητα ἔχει κτλ.]

[Φλαυροτόκεια, ἡ, Vilia pariens. Theod. Prodr. Ep. fol. 76. Bast.]

Φλαυρουργὸς, ὁ, ἡ, i. q. φαυλουργὸς, paulo ante. Sed [ab Suida] ex Soph. affertur pro ὁ μικρὰ κακὰ [scribendum καὶ κακὰ vel ἢ κακὰ cum Bernhardyo] ἐργασάμενος, Qui parva mala patravit et levia. [Sophoclis verba sunt Phil. 35 : Αὐτόξυλόν γ' ἔκπωμα, φλαυρουργοῦ τινος τεχνήματ' ἀνδρὸς, i. e. Vilis artificis. Ubi libri alii φλαυρούργου contra regulam Arcadii p. 87, 18.]

Φλαύρως, Male, ut φλαύρως ἔχειν, Male se habere, ap. Herodot. [3, 120], Thuc. [1, 126], Aristoph. [Av. 653.] Sed ex hoc [Herodoto 3, 130] affertur et φλαύρως ἔχειν τὴν τέχνην, pro Aliquantum artis tenere [immo Artem male callere. Φλ. ἀκούειν, Male audire, 7, 10, 7. Φλ. πρήξας τῷ στόλῳ, Re male gesta, 6, 94. Schweigh. Hippocr. t. 8, p. 456, 3 : Ἢν τὰ ἐπιμήνια μὴ ἴῃ, ἢ φλ. Hase. V. quæ s. v. Φλαῦρος dicta sunt.]

Φλάω, [futur. φλάσω, syllaba prima brevi : nam quod apud Theocr. 5, 148, 150, legitur φλασῶ et φλάσαιμι producta syllaba prima, vitiose scriptum est vel pro φλασσῶ et φλάσσαιμι, quod Ahrensius restituit, vel pro φλαξῶ et φλάξαιμι, quod Bergkio placuit, a φλάζω derivando, quemadmodum Theocritus γελάξαι, χαλάξαι et ἔφθαξα dixit, quæ ab formis γελάζω, χαλάζω et φθάζω derivanda sunt,] Contundo, Mollio contundendo, Batuo, Contero; nam Hesych. φλᾷ exp. [θλᾷ,] μαλάττει, συντρίβει : et paulo post, φλᾶν, non simpliciter μαλάσσειν, sed μαλάσσειν πληγαῖς. [Sic apud Hippocr. p. 265, 47 : Πώλυπον φλάσασα ἐσθιέτω, Polypum contusum edat, aut concisum et emollitum, plagis emollitum dixit Cornar., ad Hesychii expositionem respiciens. Potest intelligi polypum emollitum et flaccidum redditum edendum esse. Φλᾶν enim Flaccidum reddere etiam significat. Φλάσας quoque θλάσας exponit Hesych., ut φλάσασα θλάσασα dici possit. Φλᾶσθαι etiam de osse dicitur p. 903, A., quod colliditur, aut medium desidit, aut deorsum insedit,

ut loquitur Celsus, ac intro cedens deprimitur. Et de telis quæ intro os deprimunt, trudunt et ad caput contundunt, p. 902, G: Καὶ φλάσει εἴσω εἰς κεφαλήν. Foes. Pind. Nem. 10, 128, de eo qui non vulneratur: Ἀλλ' οὔ νιν φλάσαν, quod schol. exp. οὐκ ἔπληξαν.] Verbo Contundo reddi apte potest ap. Aristoph. Pl. [718]: Ἔπειτ' ἔφλα Ἐν τῇ θυείᾳ ξυμπαραμιγνύων ὀπὸν, Καὶ σχῖνον (quum paulo ante de re eadem dixisset, φάρμακον τρίβειν), Contundebat in mortario, ut dixit Virg.: Allia serpillumque herbas contundit olentes. Dicitur vero et Contundere pugnis, a Plauto, ad quem verbi Contundere usum referre possumus fortasse hunc verbi φλᾶν, ap. eund. Aristoph. Nub. [1376]: Εἶθ' οὗτος ἐπαναπηδᾷ, Κἄπειτ' ἔφλα με, κἀσπόδει, κἄπνιγε, κἀπέτριβεν, ubi tamen quidam simpliciter interpr. Pulsabat me. [Locos Theocriti duos supra indicavimus. Poetæ recentioris versum apposuit Suidas, Φλᾶν τὴν ἑαυτοῦ δυσμενεστάτην κάραν.] In hoc autem Ejusdem loco Pl. [784]: Νύττουσι γὰρ καὶ φλῶσι τἀντικνήμια, interpr. φλῶσι, Rumpunt. Redditur certe φλάω et alibi Rumpo, Frango; atque adeo dictum Attice pro θλάω, tradit Eustath. p. 102, et 1039. Id autem eo diligentius observandum est, quod Æolicam hanc permutationem esse literæ θ in φ, alii crediderint, sicut in φῆρες pro θῆρες, et φλίψεται pro θλίψεται. At Eustath. quamvis in his Æolicam esse μετάληψιν velit, in illo Atticam esse censet. [Sic etiam Mœris p. 392: Φλᾶν Ἀττικοὶ, θλᾶν (ἢ προσαναθλίβεσθαι) Ἕλληνες. Contra Greg. Cor. p. 614, φλᾶται pro θλᾶται dictum Æolibus tribuit.] Ceterum φλᾶν exp. etiam Flaccidum reddere. || Φλᾶν (quod Gall. dicitur *Riffler*), Vorare, Comedere avide. Aristoph. [Pac. 1036: Φλᾶν ταῦτα πάντα καὶ σποδεῖν·] Pl. [694]: Κἀγὼ τότ' ἤδη τῆς ἀθάρης πολλὴν ἔφλων, ubi schol. φλᾶν esse scribit τὸ μετὰ ψόφου ἐσθίειν: et esse pro θλᾶν, ut φηρσὶν ὀρεσκώοισιν. Sed possumus, meo quidem judicio, in hoc etiam loco dare verbo φλᾶν Contundendi s. Conterendi signif., ut ἔφλων sit Terebam, dentibus sc. [Antiphanes ap. Athen. 8, p. 343, A: Τοιαῦτα φλῶν, Talia devorans. Schweigh. Menand. ap. Plutarch. Mor. p. 133, A, et 706, B: Κύψας καθ' αὑτὸν τῶν τραγημάτων ἔφλα.] || Φλᾶν in obscœna etiam signif. vide in Ἀναφλάω.

[Φλέβα, ἡ. V. Φλέψ.]

Φλεβάζω vide supra [infra] in Φλέω.

Φλεβικὸς, ἡ, ὸν, Ad venas pertinens. In VV. LL. Venalis. Et φλεβικοὶ τόποι, Venarum meatus. [Immo φλ. πόροι ap. Aristot. H. A. 3, 1, et 6, 3, De partt. anim. 2, 1 extr.]

Φλεβίον, τὸ, Venula. [Hoc accentu ap. Plutarch. Mor. p. 624, D, contra regulam Arcadii p. 119, 8: Τὰ διὰ τοῦ ιον τριβράχεα ὑποχοριστικὰ προπαροξύνεται. Recto accentu φλέβια ap. Platon. Tim. p. 65, C, D; 84, E, Aristot. Probl. 9, 14, Dionys. De comp. verb. c. 25. Genitivi et dativi exx. sunt ap. Aristot. H. A. 1, 11 et 16. G. D. Antonin. Imp. Comment. 2, 2. Galen. vol. 2, p. 813, 10. Rufus ap. Oribas. t. 2, p. 197, 5 Daremb., φλέβιον ῥῆξαι. Leo Philos. Consp. med. p. 177, 11 Ermerins., ἀπολινῶσαι τὸ φλ., Deligare venulam. Hase. De venulis terræ Strabo 8, p. 379: Ἐξ ὑπονόμων τινῶν φλ. συνθλίβεσθαι τὴν πρὸς τῇ ῥίζῃ τοῦ ὄρους κρήνην ἐκρέουσαν εἰς τὴν πόλιν.]

[Φλεβοδονώδης vitiose pro φλεδονώδης, quod v.]

[Φλεβοιδὼν vitiose pro φλεδών. V. Φλεδονώδης.]

[Φλεβομάντις, δ, Qui ex venis vaticinatur. Inter alia cum μάντις composita memorat Lederlin. ad Pollux. 7, 188, non constat unde sumtum. Est fortasse ab recentiore aliquo scriptore non Græco fictum, et falso accentu scriptum pro φλεβόμαντις.]

[Φλεβονευρώδης, δ, ἡ. Ex venis et nervis constans. Aristot. De respir. c. 16: Τείνει ἐξ ἄκρου τῆς καρδίας αὐλὸς φλ. εἰς τὸ μέσον.]

[Φλεβονώδης vitiose pro φλεδονώδης, quod v.]

[Φλεβοπάλία, ἡ, Arteriarum pulsatio. Democritus ap. Erotian. p. 382.]

Φλεβορραγία, ἡ, ut ῥαγεῖσα φλὲψ habuisti paulo ante [s. v. Φλέψ] e Xenoph., Ruptio venarum. Et Φλεβορραγίη Ionica terminatione, ap. Hippocr. ἐν τῷ Περὶ διαίτης ὀξέων νοσ. s. 4 [p. 403, 26, ubi Galen. vol. 11, p. 165: Φλ. λέγει τὴν ῥῆξιν τῶν φλεβῶν.]

[Φλεβοσυλία, ἡ, Venarum vexatio. Athanas. t. 2, p. 409, C. Hase.]

[Φλεβοτμὴς, ῆτος, ὁ, ἡ, Venas incisas habens. Inter adjectiva oxytona in ης memoratur ab Herodiano ap. schol. Hom. Il. II, 44. G. Dind.]

Φλεβοτομέω, Venam seco, incido, ut Cic. et Cels. [*Phlebotomare* dixerunt Vegetius 1, 24, et Cœl. Aurel. Morb. acut. 1, 14, et 2, 13.] Et sanguinem mitto, ex consequenti: φλεβοτομεῖν τὸν νοσοῦντα, Galen. Et pass. Φλεβοτομέομαι, [Sanguinor, Gl.] Incidor venam, Vena mihi inciditur, unde φλεβοτομηθῆναι ap. Galen. [Φλεβοτομίαν scribit Galen. in Exeg. (p. 588) significare apud Hippocr. οὐ μόνον τοῦ συνήθους τοῦτο, ἀλλὰ καὶ τὴν ἄλλην ὁπωσοῦν διηρημένων τῶν φλεβῶν κένωσιν τοῦ αἵματος, καὶ τὸ φλεβοτομηθῆναι ὡσαύτως, scilicet non tantum de vena secta, sed quovis modo divisa, velut p. 1139, G, φλεβοτομηθέντα tam de vena secta quam alias ex tussi divisa aut rupta in testium tumoribus dicitur. Alioqui φλεβοτομίαι dicuntur quas φλεβῶν τομὰς communiter vocat Hippocr. in his quæ adjecta sunt ad lib. Περὶ φύσιος ἀνθρώπου, ubi scribit Galen.: Ὅτι μὲν τομὰς εἴρηκε τῶν φλεβῶν ἃς ἐν συνθέτῳ προσηγορίᾳ φλεβοτομίας ὀνομάζομεν, ὀρθῶς ἤκουσαν οἱ ἐξηγηταί. Est et φλεβοτομεῖν apud Hippocr. In venas dividere et secare, ut p. 279, 55: Καὶ τάς τε παραφυάδας ἐνεφλεβοτόμησε. Sic enim Erotian. ἐνεφλεβοτόμησε ex Bacchio sumendum scribit, ὅτι διεῖλεν εἰς πλείους τόπους τὰς φλέβας καὶ οἷον ἐμέρισεν. Foes. In gl. Galeni lemma in cod. Dorvill. non est φλεβοτομίαν, sed φλεβοτόμῳ et pro τοῦ συνήθους τοῦτο ... φλεβοτομηθῆναι recte scriptum τοῦ συνήθους τούτου ... φλεβοτομηθέντα.]

[Φλεβοτομητέον, Venam incidere oportet. Oribas. in Cocch. Chirurg. p. 157; Theoph. Nonn. c. 129, 175. G. D. Moschion De pass. mul. p. 66, 21 Dewez. Galen. vol. 6, p. 248, 11; vol. 14, p. 445, 14, φλ. αὐτούς. Hase.]

Φλεβοτομία, ἡ, Venæ sectio, Venæ incisio, s. Venarum. Ex Seneca Nat. Quæst. Venæ scissura. [*Phlebotomia* ap. Cœl. Aurel. Morb. acut. 2, 18, Veget. 1, 14, 3. *Phlebotomice* (ἡ φλεβοτομικὴ) ap. Cœl. Aurel. l. c. 1, 3.] Exp. etiam Sanguinis missio, ex consequenti, ut ap. Diosc. 6, cap. ult.: Ἐφ' ὧν φλεβοτομία ταχέως παραληφθεῖσα καὶ κενώσασα λύει τὸν ἐπηρτημένον κίνδυνον, ubi Ruell. vertit, In quibus sanguinis missio protinus et vacuatio imminentia solvunt pericula. Generalius autem usurpari pro Vacuatione venarum, tradit Galen. [vol. 2, p. 37, 16; 291, 15; 396, 4; 815, 8, et sæpe alibi, velut vol. 19, p. 199, 12, ubi cusum φλεβειοτομίαν. Hippiatr. p. 14, 35; 38, 12 et 15; 42, 19; 145, 3; 151, 7. Ibid. p. 41, 33: Συμβαίνει ἐκ φλ. φλεγμονὴν γενέσθαι· et p. 237, 22: Ἄριστον ἡ φλ. ἐκ τῶν ἀγκώνων. Moschion De pass. mul. p. 61, 9 et 21. Phot. Epist. p. 333, 26, ἡ φλ. χρειώδης οὖσα. Damasc. V. Isidori p. 132, 5 Westerm., de Jacobo ejusque patre, medicis, φλεβοτομίαν οὐ προσίεντο. Hase. V. Φλεβοτομέω. Aristot. H. A. 3, 2 bis: Φλεβοτομίας ποιοῦνται. Aristid. vol. 1, p. 301, 317.]

Φλεβότομον, τὸ (quasi dicas Venæ incisiorum), Scalpellum, sive aliud instrumentum quo vena inciditur sive secatur. [Sumtum videtur ex Lucian. Adv. indoct. oct. c. 29: Φλεβότομον εὖ μάλα ἠκονημένον ἔχων. *Phlebotomo* vel *flebotomo* ablativo casu dixerunt Vegetius 1, 19 et 27, et Cœl. Aurel. Morb. acut. 2, 19. G. D. Niceph. Antioch. V. Sym. Styl. Actt. SS. Maii t. 5, p. 341, B. Leo Philos. Consp. med. p. 109, 14 Ermerins. Jo. Climac. p. 466, 17. Moschion De pass. mul. p. 61, 7. Galen. vol. 14, p. 539, 8; vol. 2, p. 387, 16, ubi in cuso est masc., τὸν ἐπιβάλλοντα τὸν φλ. Theophan. Nonn. t. 1, p. 30, 1; 52, 5, κενῶσαι τὸ ὅλον σῶμα διὰ φλεβοτόμου. Hase.] At masculino Φλεβοτόμος, ὁ, paroxyt., Venæ incisor, Qui venam incidit s. secat. [Bernard. Reliq. p. 25. Schæf.]

[Φλεβοτονέω, Venas distendo. Phryn. in Bekk. Anecd. p. 70, 3: Φλεβοτονεῖσθαι· τὸ τείνειν (τείνεσθαι Valcken. ad Theocr. 1, 43, quo non opus) τὰς φλέβας λέγοντά τι ἢ πράττοντα.]

[Φλεβοτονώδης. V. Φλεδονώδης.]

Φλεβώδης, ὁ, ἡ, Venosus, Venis abundans; Gazæ

Venulentus, quod nomen finxit. [Hippocr. p. 503. Theoph. p. 9. Wakef. Nilus Epist. p. 209, 23. Hippiatr. p. 37, 22, φλ. ἐξοχήν. Legitur sæpissime ap. Galen. de arteria venosa, velut vol. 2, p. 204, 1; 599, 18; 600, 4; 602, 14; 605, 3; 616, 14; 625, 7, multisque aliis ll. Comparat. Theophil. Protosp. De puls. p. 63, 5 Ermerins., μόρια φλεβωδέστερα. Hase. Aristot. H. A. 1, 15 : Σὰρξ νευρώδης ἢ φλ.· 7, 1 : Τοῖς μὴ φλεβώδεσι· De somn. c. 3, et alibi.]

Φλεγέθω poeticum est pro φλέγω, Incendo, etc. [Hom. Il. P, 738 : Πῦρ ... πόλιν ... φλεγέθει], item Ardeo [Hom. Il. Σ, 211 : Πυρσοί τε φλεγέθουσιν· Φ, 358 : Πυρὶ φλεγέθοντι], ut ap. Hesiod. Theog. [846], κεραυνοῦ φλεγέθοντος, exp. Fulminis ardentis. [Hymn. Orph. 18, 4 : Στεροπὴν φλεγέθουσαν. De sole splendente Soph. Tr. 99 : Ὦ λαμπρᾷ στεροπᾷ φλεγέθων. Eurip. Phœn. 169 : Ἑῴοις ὅμοια φλεγέθων βολαῖς ἁλίου. Apoll. Rh. 3, 141 : Ἀστὴρ ὣς φλεγέθοντα δι' ἠέρος ὅλκὸν ἵησιν.] Apud Hom. autem [Il. Ψ, 197] pass. φλεγεθοίατο activa etiam signif. extat. [|| Metaph. Flagro. Æsch. Suppl. 87 : Πάντα τοι φλεγέθει κἀν σκότῳ μελαίνᾳ ξὺν τύχᾳ μερόπεσσι λαοῖς.] Hinc Πυριφλεγέθων, quod vide inter composita ex Πῦρ. [Est hoc nomen fluvii apud inferos, qui *Plegethon* appellatur ab Virgil. Æn. 6, 265, 551, Seneca OEdip. 162, Agam. 752, aliisque : unde adjectiva *Phlegethonteus* (Φλεγεθόντειος) ap. Claudian. Proserp. 1, 88, et *Phlegethontis* (Φλεγεθοντὶς, ίδος, ἡ) *unda* vel *lympha* ap. Ovid. Metam. 15, 532; 5, 544.]

[Φλέγεος vitiose pro φλόγεος, quod v.]

[Φλεγιάω, i. q. φλέγω. V. Φλεγύα.]

Φλέγμα, τὸ, Inflammatio, Ardor, Incendium. Hom. Il. Φ, [337] : Ἤ κεν ἀπὸ Τρώων κεφαλὰς καὶ τεύχεα κήαι, Φλέγμα κακὸν φορέουσα, ubi Eustath. [p. 1239, 5] φλέγμα κακὸν vocari ait τὴν ἐκ θαλασσίας καυστικῆς θυέλλης πύρωσιν : Oppianumque [Hal. 1, 20] talem quandam signif. huic voci tribuere, φλέγμα appellantem τὴν θερινὴν φλόγωσιν. Pollux quoque libri 9 fine testatur, quod appellarit Hom. φλέγμα, non aliud esse quam καῦμα, vel, rectius loquendo, ἐμπρησμὸν, aut πυρκαϊάν. [Etym. M. p. 795, 48 : Φλέγμα, παρὰ τὸ φλέγω φλέξω, κατὰ ἀντίφρασιν· ψυχρότατον γὰρ ἐστί· καὶ τὸ πικρὸν φλέγμα λέγεται, οἷον χολή· οὐ γὰρ ἀποκριθεῖσα πήγνυται. (Οὕτω λέγει Σωρανὸς ἐτυμολογῶν τὸν ἄνθρωπον ὅλον addit Orion p. 159, 17.) Ἐν δὲ τῷ « φλέγμα κακὸν φορέουσα » Ἰλιάδος Φ πύρωσιν καὶ φλόγωσιν σημαίνει· ἡ μεταφορὰ ἀπὸ τῶν ἑλκῶν τῶν διὰ φλεγμονὴν κινδυνευόντων ἐκρήσσειν.] Hesych. φλέγμα exp. φλὸξ, et καῦσος. [Metaphor. Julian. Anth. Pal. 7, 70 : Ἁλυσκάζουσαι ἰάμβων ἄγριον Ἀρχιλόχου φλέγμα· et Erycius ib. 377 : Πιερίδεσσιν ἐνήμεσε μυρία κεῖνα φλέγματα καὶ μυσαρῶν ἁπλυσίην ἐλέγων. Utrobique in cod. Pal. superscriptum φθέγματα. Antiphanes ap. Athen. 2, p. 60, D : Τοιοῦτος ὁ βίος, ἀπύρετος, φλέγμ' οὐκ ἔχων.] Hippocrati quoque φλέγμα alicubi est ἡ φλόγωσις, s. ἡ παρὰ φύσιν θερμασία φλογώδης. [Φλέγμα apud Hippocr., ut scribit Galen. in Exeg. (p. 590), οὐ μόνον τὸν χυμὸν τοῦτον τὸν λευκὸν καὶ ψυχρὸν, ἀλλὰ καὶ τὴν φλόγωσιν δηλοῖ. Sic φλέγμα in Progn. p. 43, 15, igneum præter naturam calorem ac inflammationem significat : Οἵσιν ἂν περὶ τὰ ὑποχόνδρια τοῦ φλέγματός τι ἐγγένηται· ubi Galen. φλέγμα exponit θερμασίαν τινὰ ἐπιφανῆ· οὐ γὰρ δὴ τὸν χυμόν γε τὸν φλεγματικὸν ἡγεῖσθαι χρὴ νῦν ὑπ' αὐτοῦ λέγεσθαι κατὰ τὴν λέξιν ἐν ᾗ φησιν « οἷς δ' ἂν κατὰ τὸ ὑποχόνδριόν τι φλέγματος ἐγγένηται· » πολλῷ γὰρ ἄμεινον ἀκούειν ἐπὶ τῆς παρὰ φύσιν θερμασίας τῆς φλογώδους εἰρῆσθαι τὸ φλέγμα. Sic etiam p. 1234, F : Καὶ τὸ φλέγμα κατεῖχεν. Et p. 470, 9, 23; 471, 31; 521, 53; 870, A; 887, B : unde φλέγμα pro Humore retorrido et ad inflammationem accommodato sumitur ap. Hippocr. p. 241, 6. Foes.] || Φλέγμα, Medicis Humor albus, s. albidus, et frigidus, χυμὸς λευκὸς καὶ ψυχρὸς, ut vocat Galen., qui tamen alicubi appellat etiam τὸν ψυχρὸν καὶ ὑγρὸν χυμὸν, ut quum ita scribit, Οὕτω καὶ κατὰ τὸν ἄνθρωπον ἐπικρατεῖ φλέγμα μὲν ἐν χειμῶνι, ψυχρὸς καὶ ὑγρὸς χυμὸς, αἷμα δὲ ἐν ἦρι, θερμὸς καὶ ὑγρὸς χυμός. Latine Pituita. [Φλέγμα Pituita dicitur, estque omnis humor in corpore frigidus simul et humidus, ut scribit Galen. De differ. febr. 2, 6, p. 332, 36 : Ὃς γὰρ ἂν ὑγρὸς ἅμα καὶ ψυχρὸς ᾖ χυμὸς, ὑπὸ τὴν τοῦ φλέγματος ἀνάγεται προσηγορίαν, εἴ τις Ἱπποκρατείως τε καὶ συνήθως ἅπασιν, οὐ μόνον τοῖς παλαιοῖς, ἀλλὰ ἤδη καὶ τοῖς ἄλλοις Ἕλλησιν ὀνομάζειν ἐθέλει· et paulo post : Ὅστις ἂν ἐν τῷ σώματι χυμὸς ὑγρὸς ᾖ καὶ ψυχρὸς, ἡμεῖς μὲν τοῦτο ὀνομάζομεν φλέγμα, σὺ δὲ εἰ βούλει κάλει σκίνδαψον. Hujus constituuntur quattuor species, pituita vitrea, dulcis, acida et salsa. Quæ ad tres reducuntur De diff. febr. 2, 6, in libro vero De plenitudine p. 351, 56, quinque ejus ponit species. Eaque notione φλεγματοῦσθαι dicitur Hippocrati quod est In pituitam transire, p. 394, 26 : Τὰ μὲν γὰρ πικρὰ διαλύεται, καὶ ἐκφλεγματοῦται μετεωριζόμενα ὑπ' αὐτέου, de aceto loquens. Foes. Herodot. 4, 187 : Καταρρέον φλ. ἐκ τῆς κεφαλῆς. Plato Tim. p. 82, E : Χολὰς ... καὶ φλ. ἴσχει παντοῖα· ut φλέγμα καὶ χολὴ Rep. 8, p. 564, B. Ὀξέα καὶ ἁλμυρὰ (vel ἁλυκὰ) φλ. Tim. p. 85, B; 86, E. Λευκὸν φλ. p. 83, D; 85, A. Aristot. H. A. 8, 25 : Ῥεῖ φλ. κατὰ τοὺς μυκτῆρας παχὺ καὶ πυρρόν. Plutarch. Mor. p. 128, E : Φλ. καὶ χολὴν κινεῖ καὶ ταράττει.] Dicitur φλέγμα, inquit Gorr. auctorem non nominans, ἀπὸ τοῦ πεφλέχθαι, contrario sensu, quasi Minime ustum. Ejus differentiæ sunt tres, dulcis, acida, salsa. Dulcis sola, ut saporis dulcis natura ostendit, naturalis est, benigna, minimum frigida, salutaris animanti : et facillime in sanguinem vertitur. Aliquanto post, Gignitur φλέγμα, i. e. Pituita, ab imbecilla coctione secunda, quæ in jecinore et venis peragitur, non autem a prima, quæ fit in ventriculo, nisi forte per accidens, quod primæ concoctionis errorem secunda emendare non potest, ut nec tertia secundæ : verum mora spatioque temporis aut calore mediocriter aucto in sanguinem tandem mutatur. Non multo post, Sunt autem hujus pituitæ duæ differentiæ; alia enim crassior lentaque est, alia vero in modum aquæ liquidior, et ob id dicta Ὕδωρ veteribus, quod aquæ similis sit colore, sapore, odore, consistentia et viribus. Plura ibid. vide. Affertur ex Alex. Aphr. Probl. 2, 5 : Ἡμιτελὲς αἷμα ὀφθῆναι τὸ φλέγμα, Pituitam imperfectum sanguinem videri. [Verba scriptoris anonymi, quibus ostenditur τὸ φλέγμα esse non πρῶτον ἀπὸ τροφῆς, quod αἷμα sit, sed πρῶτον τῶν ἀπέπτων, apposuit Suidas.] Hoc porro sciendum est, Hippocr. alicubi φλέγμα sine adjectione, alicubi contra λευκὸν φλέγμα dicere, ut in Aphor. : Ἐπὶ λευκῷ φλέγματι ὕδρωψ ἐπιγίνεται.

[Φλεγμαγωγὸς, ὁ, ἡ, Pituitam ducens. Galen. vol. 10, p. 463 : Τὸ καθαῖρον φάρμακον ... ὃ καλοῦσι φλεγμαγωγόν. G. D. Id. vol. 14, p. 326, 9; 758, 7. Rufus ap. Oribas. t. 2, p. 276, 10, de κοκκαρίοις : Ἐὰν δὲ θέλῃς φλεγμαγωγὰ ποιῆσαι. Vertit Daremb. : *Si vous voulez donner à ces pilules la propriété d'évacuer la pituite.* Hase. Alex. Trall. 11, p. 613, ubi φλεγμαγώγοις scriptum παροξυτόνως.]

Φλεγμαίνω, Ardeo, Æstuo, Exæstuo, Effervesco, Ferveo. [Marc. Anton. 4, 49 : Κοιμίζεται τὰ φλεγμήναντα τοῦ ὕδατος.] Ex Dioscor. 1, Φλεγμαίνοντα παρίσθμια, Inflammatæ tonsillæ, Inflammationes tonsillarum. [Sext. Emp. p. 27 : Ὕδωρ φλεγμαίνουσι τόποις ἐπιχυθέν· et similiter p. 79. « Φλεγμαίνειν per διακαίεσθαι καὶ φλέγεσθαι καὶ πυροῦσθαι, quod est Incendi, Peruri, Igniri, exponit Galen. Comm. 1 in Hippocr. Progn. p. 38, 32, ubi τὸ φλεγμαῖνον ὑποχόνδριον Inflammatione vexata præcordia dicuntur. Nam et communi significatu φλεγμαίνοντα τὰ ὑποχόνδρια, τὰ φλογώδη καὶ θερμὰ, hoc est, Flammea et calida, aut inflammatione tentata, denotantur, ut scribit Galen. Comm. 4 in lib. De rat. vict. in morb. ac. p. 396, 40, etsi illic φλεγμαίνοντα τὰ εἰς ὄγκον ἠρμένα, In tumorem sublata et tumida, significant, velut etiam φλεγμαίνειν apud Hippocr. Intumescere et in molem crescere indicat, quod quæ inflammantur, tumidiora redduntur, increscunt quodammodo ac sustolluntur. Sic lib. De loc. in homine p. 411, 26, φλεγμαίνειν ποιέειν est Tumidius reddere et humore abundare; et p. 418, 15. Et p. 417 : Τοῦ σώματος ὑπερφλεγμήναντος. Sic ea tota commentatione De locis in homine sæpe caro φλεγμαίνειν dicitur, et ὑπερφλεγμαίνουσα p. 411, 42, Quæ in tumorem attollitur, aut impletur tum succis, tum alimentis. Ibid. p. 419, 46, et 410, 10, ἰσχναίνειν vel διισχναίνειν et φλεγμαίνειν inter se opponuntur. Et p. 420, 55, φλεγμῆναν τὸ σῶμα Corpus repletum et intumescens significat. Foes. Aristoph. Vesp. 277 :

Ἐφλέγμηνεν (syllaba secunda correpta) αὐτοῦ τὸ σφυρον A γέροντος ὄντος. Aristot. H. A. 8, 21 : Βράγχος, ἐν ᾧ μάλιστα τὰ περὶ τὰ βράγχια καὶ τὰς σιαγόνας φλεγμαίνει. Tim. Locr. p. 103, B : Μορφὰς φλεγμαινόντων σωμάτων μᾶλλον ἢ ὑγιαινόντων.] Et metaph. ap. Greg. Naz. : Φλεγμαίνων τῇ πονηρίᾳ, Crudelitate fervens s. ardens, Bud. Idem ex Eod. p. 109, affert φλεγμαίνειν pro Inflammari ira et furore. De cujus loci interpretatione dicam et paulo post. Sed multo frequentius ponitur pro Intumesco, Intumeo, Tumeo, Turgeo. Nisi potius reddi debeat Intumesco cum inflammatione. Affertur quidem certe φλεγμήνῃ ex Aristot. redditum a Gaza utroque modo, sc. Intumescat inflammeturque. [Φλεγμαίνῃ est H. A. 9, 48.] Ac certe nonnullis in ll. utramque signif. commode admittere videtur, vel potius alterutram, ut ap. Synes. De insomn. [p. 148, B] : Ἤδη δέ ποτε καὶ τὴν ὅλην κατασκευὴν τῆς γλώττης ὑλομανοῦσάν τε καὶ φλεγμαίνουσαν ὀνομάτων καινότητι. Plato Timæo [p. 85, B] : Ὅσα δὲ φλεγμαίνειν λέγεται τοῦ σώματος, ἀπὸ τοῦ κάεσθαί τε καὶ φλέγεσθαι, διὰ χολὴν γέγονε πάντα, ubi tamen Fic. vertit, Quæcunque partes corporis intumescere dicuntur, a bilis incendio et combustione vexantur. Atque ita interpretando jungit φλέγεσθαι cum διὰ χολήν : quum ego contra recte post φλέγεσθαι interpungi existimem; et Platonem velle φλεγμαίνειν perinde esse ac si diceretur φλέγεσθαι, quod est κάεσθαι. Fateor alioqui (quod et paulo ante dixi), frequentius poni pro Intumesco, Tumeo, etc., itidemque Hesych. φλεγμαίνω exp. ὀγκοῦμαι et φυσῶμαι [Sic Clem. Al. p. 121 : Τοὺς φλεγμαίνοντας ἤδη μαστούς] : sed in hac signif. μεταφορικῶς plerumque usurpatur. Plato Rep. 2, [p. 372, E] : Ἡ μὲν οὖν ἀληθινὴ πόλις δοκεῖ μοι εἶναι ἣν διεληλύθαμεν, ὥσπερ ὑγιής τις· εἰ δ' αὖ βούλεσθε καὶ φλεγμαίνουσαν πόλιν θεωρήσωμεν, οὐδὲν ἀποκωλύει· ubi Bud. vertit Luxuriantem et deliciis affluentem ultra modum. Sed ego malim, Luxu et deliciis tumentem, turgentem, tumidam, turgidam. Suidas hæc Platonis verba afferens, sic tamen ut auctoris nomen taceat, φλεγμαίνουσαν πόλιν, addit metaphoram esse ἀπὸ τῶν ἑλκῶν τῶν διὰ φλεγμονὴν κινδυνευόντων ἐκρήσσειν. [Plato Leg. 3, p. 691, E : Κατιδοῦσα ὑμῶν τὴν ἀρχὴν φλεγμαίνουσαν. Synes. p. 22, B : Φλεγμαίνει μέρη τινὰ τῆς ἀρχῆς ὥσπερ σώματος.] Synes. φλεγμαίνοντα ὀνόματα dixit eodem modo, quo ex Latinis quidam Orationem turgere et inflatam esse dixerunt. Alio autem metaphoræ genere illa φλεγμαίνοντα ὀνόματα possumus interpretari Sesquipedalia verba, ex Horat. : vel simplicius, Grandia. [Philostr. p. 21 : Λόγων ἰδέαν ἐπήσκησεν οὐ διθυραμβώδη καὶ φλεγμαίνουσαν ποιητικοῖς ὀνόμασιν. Τοὺς ὑγιαίνοντας λόγους τοῖς φλεγμαίνουσιν opponit Jo. Chrys. vol. 4, p. 321 ed. Savil. De luxu immodico Philostr. p. 77 : Τὸν κόσμον τοῦτον ἀγασθῆναι ἢ τὰ ἐν Βαβυλῶνι φλεγμαίνοντα. Πολυτελεῖς καὶ φλεγμαινούσας τραπέζας Plutarch. Mor. p. 660, F, et Clem. Al. p. 174.] At vero φλεγμαίνοντα πράγματα vocantur Res turbulentæ, ut Plutarch. [V. Pompeji c. 21] : Παραμείνας χρόνον ὅσον τὰς μεγίστας κατασβέσαι ταραχὰς, καὶ τὰ φλεγμαίνοντα μάλιστα καταστῆσαι καὶ διαλῦσαι τῶν πραγμάτων, ἀπῆγε τὸν στρατόν. Huc sane pertinet et quod affertur ex Polluce p. 336 [9, 23] φλεγμαίνουσα πόλις, ἡ ὀχλώδης, D θλιβομένη. [Dio Cass. 44, 50 : Ὁ δῆμος ... οὕτως ἐφλέγμηνεν· 64, 4 : Οἱ στρατιῶται ἐπὶ πλεῖστον ἐφλέγμηναν.] Quin etiam quemadmodum Tumere et Turgere dicuntur interdum de superbientibus et ferocientibus, sic et φλεγμαίνειν usurpatum ex Plat. affertur. Ita certe et ap. Chrysost. φλεγμαίνει commode accipi posse videtur, in Comm. Ep. ad Coloss. Λογ. ζ, fol. 69 in principio : Ὁρᾷς πῶς μαινομένους ὁ πλοῦτος ποιεῖ ὁ πολύς; πῶς φλεγμαίνει; Quoniam autem et ira intumescere dicimur, et jecur nostrum bile tumere, forsitan in illo Greg. Naz. loco, ubi exp. Inflammari ira, possit etiam reddi verbo Intumescere. [De luctu recenti Polyb. 3, 86, 6 : Φλεγμαίνοντος τότε τοῦ πάθους. Dio Cass. 47, 44 : Ὁ θυμὸς ἐφλέγμηνεν. Φλεγμαίνειν ὑπὸ τοῦ λιμοῦ Ælian. N. A. 3, 1. || Aoristum Ἐφλεγμάνθη improbat grammaticus in Catalogo codicum Nanian. Gr. p. 494. De aoristo activo Phrynich. p. 24 ed. Lob. : Ἐφλέγμανε, φλεγμᾶναι· διὰ τοῦ η καὶ ταῦτα λέγεται.]

[Φλεγμαῖος. V. Φλεγύα.]
[Φλέγμανσις. V. Φλεγμασία.]
[Φλέγμας. V. Φλεγύα.]

Φλεγμασία, ἡ, Inflammatio : φλεγμασίας Gorr. interpr. Æstus, Ardores, Inflammationes. Et addit, ex Galeno [Lex. p. 607], usurpari hoc nomen ab Hippocr., sive eo intelligat τὰς ἰδίως ὀνομαζομένας φλεγμονὰς, sive una cum iis comprehendat etiam febres, pro veteri hujus nominis signif. [Φλεγμασίη apud Hippocr. Inflammationem et fervorem, aut etiam febrile incendium significat, velut p. 389, 24 : Οὔτε ἀκμαζόντων τῶν νοσημάτων καὶ ἐν φλεγμασίῃ ἐόντων προσφέρειν. Quem locum explicare videtur Galen. Comment. ad Aphor. 1, 7 : Φλεγμασίας εἴτ' οὖν τὰς ἰδίως ὀνομαζομένας φλεγμονὰς ἐθέλοι τις ἀκούειν, εἴτε συμπεριλαμβάνειν αὐταῖς καὶ τοὺς πυρετοὺς, κατὰ τὸ παλαιὸν ἔθος τῆς λέξεως. Sic p. 487, 42, φλεγμασίη Inflammationem indicat et φλόγωσιν, ὁκόταν ὁ ἐγκέφαλος οἰδήσῃ ὑπὸ φλεγμασίης. Alioqui φλεγμασίη τοῦ οὔρου Pituitosam urinam et crasso frigidoque humore refertam indicat p. 540, 52. Sed p. 421, 13, φλεγμασίη Corporis B tumefactionem et repletionem indicat. Foes. Theophrastus De sensu § 40 : Ἐὰν φλεγμασία γένηται τῶν φλεβῶν.] In VV. LL. Φλεγμασία, Inflammatio, Pustula; Febris, ex Gaza in Aristot. Probl. [1, 6. Φλ. αἱματικὴ id. De insomn. c. 2.] Ex hujus autem lib. 2 De gen. anim. [c. 7] affert Bud. : Καὶ διὰ τὸ ἀθροίζεσθαι καὶ κατὰ μικρὸν ἐκ πολλῶν, οἷον ἐξάνθημα καὶ φλεγμασία τὸ σῶμα τῆς κοτυληδόνος. [Ps.-Arist. H. A. 10, 1 : Ἐπισπῶνται τὸ ὑγρὸν διά τινα φλ. αὐτῶν· et ib. 4 : Φλεγμασίᾳ διατεινομένης τῆς ὑστέρας. Φλεγμασίη ap. Aretæum p. 63, 90, 108.] Ex eodem porro libro affertur etiam Φλέγμανσις, i. significans q. φλεγμασία. [Hippocr. p. 607 : 2 : Τὰ χείλεα ὑπὸ τῆς φλεγμάνσιος συνέπεσε.]

[Φλεγματιαῖος, αία, αῖον, Pituitosus. Geopon. 12, 22, 2 : Ῥαφανῖδες φλεγματιαίοις χρήσιμοι. Nisi hoc librarii errore illatum pro φλεγματίαις. G. Dind.]

Φλεγματίας, ὁ, et Φλεγματίης, Pituitosus, ut exp. ap. Hippocr. Περὶ τῶν ἐν κεφαλῇ τρωμάτων. [Φλεγματίαι sunt apud Hippocr. Pituitosi et qui biliosis opponuntur, p. 294, 54; 282, 15; 287, 16, 33, 51; 288, 1, 9. Et p. 389, 18, φλεγματίαι τὰ ἄνω. Alioqui φλεγματίαι sunt p. 1211, C, Qui pituita alba affecti sunt quique leucophlegmatia laborant. Sic enim leucophlegmatia hydropis species φλέγμα λευκὸν vocatur p. 284, 4. Foes. Aretæus p. 49.] Apud Hesych. autem legitur, Φλέγματι, ἢ φλέγματα ἔχουσα. Cujus loci scripturam depravatam esse manifestum est; sed neque φλεγματίη, pro φλέγματα ἔχουσα, mendi suspicione careret. [Codex φλέγματις, quod φλεγματὶς scribendum, ut Guyetus conjecerat. G. D. Antyll. ap. Oribas. t. 1, p. 415, 12. Rufus ib. t. 2, p. 93, 10; 98, 2, τοῖς φλεγματίαις. Greg. Nyss. t. 2, p. 1073, B, τὸν φλ. opponit τῷ καταχόλῳ. Hase.]

Φλεγματικὸς, ἡ, ὸν, item Φλεγματώδης, ὁ, ἡ, et Φλεγματόεις, εσσα, εν (quod postremum est poeticum potius), Cui pituita inest, Abundans pituita, Pituitosus. [Φλεγματικόν τι πάθος Pseudo-Aristot. H. A. 10, 1.] Alex. Aphr. Probl. [1, 2] : Τὰ ἐμπρόσθια τῆς κεφαλῆς τῶν ὀπισθίων ὑγρότερα καὶ φλεγματικώτερα. [Alex. Trall. 12, p. 233.] Et φλεγματικὸς χυμὸς, Galeno i. q. φλέγμα. Quin etiam φλεγματώδεις χυμοὶ ap. Eund. [Φλεγματώδης κάθαρσις ap. Aristot. H. A. 6, 20 et 29.] Vocat Idem νοσήματα quædam φλεγματικά. Apud Hippocr. vero legimus et σιτία φλεγματωδέστατα. [V. infra] Idem [p. 227] dixit τοὺς ἀνθρώπους πτύειν καὶ ἀπομύσσεσθαι φλεγματωδέστατον τοῦ χειμῶνος. [Apud Hippocr. De nat. pueri p. 241, 6, φλεγματώδεες dici videntur Calidiore temperamento præditi, et qui phlegmate, humore calido et retorrido, abundant. Id. de eunuchis paulo post l. 12 : Οὐδὲ θερμαινόμενον τὸ φλέγμα ἐν τῇ λαγνείῃ καίει τῶν τριχῶν τὰς ῥίζας. Sic φλεγματώδεα dicuntur Incendiosa, inflammata, quæ incendium aut fervorem conceperunt, p. 120, B. Et φλεγματώδεα ἕλκεα, Inflammata ulcera, et quæ igneum habent calorem p. 282, 31, ubi tamen *pituitosa ulcera* vertunt interpretes. Φλεγματῶδες tamen Quod pituitam ducit et ciet indicat p. 359, 54 : Ὑσσωπον θερμὸν καὶ φλεγματῶδες· ubi margo cod. Paris. φλεγματώδεα ἄγει, quæ vocis φλεγματῶδες explicatio esse vide-

tur. Et p. 421, 9, 10, τὰ φλεγματώδεα καὶ ἰσχναινόμενα inter se opponuntur, ut et φλεγμαίνειν καὶ ἰσχναίνειν ibidem, et φλεγματῶδες medicamentum tumefaciens et replens dicitur, velut τῆς ἰσχνότητος remedium. Φλεγματῶδες σιτίον p. 422, 15, Cibus tumefaciens et replens. Et τὰ φλεγμαίνειν ποιεῦντα, τὰ φλεγματώδεα, et τὸ φλεγμαίνειν, de iis quæ replere nata sunt, ib. l. 23, 25, 45, 46. Et ex eadem analogia σιτία τὰ φλεγματωδέστατα sunt Cibi maxime nutrientes et replentes, quique corpus implent et in tumorem augent, quo fluxionum meatus sublatis vaporibus in anteriore capitis parte quam maxime dilatentur, p. 416, 51, et 417, 28. Foes. Plato Rep. 3, p. 406, A : Ἐπ' οἶνον Πράμνειον ἄλφιτα πολλὰ ἐπιπασθέντα καὶ τυρὸν ἐπιξυσθέντα, ἃ δὴ δοκεῖ φλεγματώδη εἶναι, Inflammatoria. Aristot. Metaphys. 1, 1.] Quod porro ad tertium illud attinet, quod poeticum potius esse dixi, sciendum est ap. Hesych. legi, Φλεγματόεν, ἔκρηγμα τῆς φλογὸς, ubi contra jungendum ἔκρηγμα censeo cum φλεγματόεν, ut φλεγματόεν ἔκρηγμα dicatur τὸ τῆς φλογὸς ἔκρηγμα. Sequitur autem φλεγματόεν, quum hunc usum habet, priorem illam nominis φλέγμα signif. [Pseudo-Hippocr. De hominis fabr. p. 281, 18 Ermerins. Theophil. Protosp. De puls. p. 69, 21 ib., φλ. αἴτιον. Anon. De cibis p. 259, 9, κακοχυμία φλεγματικωτέρα. It. φλεγματικώτερον Oribas. t. 1, p. 100, 5 vertit Daremb. *plus ou moins pituiteux*. Hippiatr. p. 16, 13, ἰχὼρ φλ. Rufus ap. Orib. t. 2, p. 105, 9, χυμὸς φλεγματώδης πολύς. Figurate Greg. Nyss. t. 2, p. 383, B, de scriptis Eunomii : Καθάπερ τις χυμὸς φλ. ἐξήμεσται. Hase.]

[Φλεγμάτιον, τὸ, i. q. φλέγμα. Sotades ap. Stob. Floril. 22, 26 : Ἂν μακρὰ πτύῃς, φλεγματίῳ (φλέγματι ᾧ Trincavelli editio) κρατεῖ περισσῷ.]

[Φλεγματίς. V. Φλεγματίας.]

Φλεγματοειδὴς, ὁ, ἡ, i. q. φλεγματώδης, ap. Hippocr. p. 602.]

[Φλεγματόεις. V. Φλεγματικός.]

[Φλεγματόω, In pituitam converto. Galen. vol. 14, p. 659, 11, τῆς τροφῆς φλεγματωθείσης. Hase. V. Ἐκφλεγματόω.]

[Φλεγματώδης. V. Φλεγματικός.]

Φλεγμονὴ [De accentu v. Arcad. p. 112, 13], ἡ, Inflammatio, Tumor cum inflammatione. [Inter νοσήματα ἔξωθεν ἐπιφαινόμενα ponit Pollux 4, 190. Ibid. 186 : Πυρετὸς, φλεγμονὴ πυρετοῦ.] Definitur a quibusdam, Tumor durus et calidus cum tensione, renisu ac dolore et pulsatione. Sed pro Calidus dicendum potius esset Fervidus, sequendo eam expos., qua traditur esse ὄγκος πυρώδης. [Galen. Defin. vol. 2, p. 272 : Φλ. ἐστιν ὄγκος μετὰ ἐρυθήματος καὶ σκληρίας πόνους ἐπιφέρων σφυγματώδεις. Εἴρηται δὲ φλ. ἀπὸ τοῦ οἷον φλέγεσθαι τὸν τόπον. Ἢ ὄγκος ὀδυνηρὸς καὶ ἀντίτυπος μετ' ἐρυθήματος χωρὶς πυρετοῦ. Ἢ φλ. ἐστιν ὄγκος ὀδυνηρὸς, σκληρὸς, ἀντίτυπος, ἐξ αἱματικοῦ χυμοῦ ἔχων γένεσιν. Conf. Galen. vol. 10, p. 295. Φλ. et ἐρυσίπελας quomodo differat docet idem ib. p. 319. Hos aliosque plurimos de phlegmone locos Galeni collectos v. in indice Kühnii vol. 20, p. 475. Zonaras p. 1814 : Φλεγμονή· ὄγκος πυρώδης, συρρυέντων ἐπὶ τὸ ἀσθενῆσαν μέρος τῶν ὑγρῶν, καὶ τῇ παρὰ φύσιν θερμασίᾳ φλεγόντων τὸ πεπονθός· quæ e Lexico Ms. ediderat Morel. ad Dion. Chrys. p. 8 extr. Plato Axioch. p. 368, C : Τὴν ... χαρὰν ἔχουσα φλεγμονῆς δίκην παλλομένην καὶ σφυγματώδη. Inflammatio ib. p. 366, A : Νόσους ... καὶ φλεγμονὰς τῶν αἰσθητηρίων.] Affertur vero et φλεγμονὴ πυρώδης ex Diosc. 1, pro Fervida collectio, ex Hermol. interpretatione, in VV. LL. quæ testantur ab eod. Diosc. 3 tradi quid sit φλεγμονή. Ibid. ex Plin. 22, 25, Impetus rubicundi tumoris, pro φλεγμονή : item Collectiones et impetus, pro οἰδήματα καὶ φλεγμοναὶ ap. Diosc. Galen. in Hippocr. De fract. : Προσλαβὼν δὲ σφυγμὸν ὁ τοιοῦτος ὄγκος καὶ θερμασίαν πυρώδη, τὴν ὀνομασθεῖσαν πρότερον ἰδίως ἀποτελεῖ φλεγμονήν. Convenit autem hoc, quod περὶ σφυγμοῦ dicit ἐν φλεγμονῇ, cum hoc Plutarchi loco in Alexandro [c. 35] : Ὑπὸ φλεγμονῆς τῶν τόπων σφυγμοὺς ἐχόντων. Quibus subjungit, non hunc olim fuisse vocis φλεγμονὴ usum, sed omnem φλόγωσιν ea significatam fuisse : verum ab Erasistrati temporibus consuevisse dici φλεγμονὴν de Tumoribus illis in quibus est non solum θερμασία φλογώδης, sed etiam ἀντιτυπία et σφυγμός. Idem Comm. in Progn. Hippocr. [ad p. 38, 8] scribit, quam recentiores peculiariter φλεγμονὴν vocant, hanc appellasse Hippocratem σκληρὸν καὶ ἐπώδυνον οἴδημα. Φλεγμονὴ, inquit Gorr., Inflammatio. Duobus modis dicitur : uno quidem, generaliter Omnis ardor citra tumorem, vel etiam Tumor cui dolor et ardor, qui proprie φλόγωσις dicitur, inest; sive is a sanguine, sive a bile, sive ab humore melancholico gignatur. Hæc fuit apud veteres τῆς φλεγμονῆς signif. Altero vero specialius dicitur, et ab Erasistrati sæculo cœpit usurpari, ad illos tumores significandos, quibus non modo calor accidit, sed renixus etiam et pulsus et rubor; ii enim, quia frequentius contingunt, idcirco totius generis appellationem sibi vindicarunt. [Sic Galenus vol. 12, p. 236, quem vide etiam vol. 9, p. 475; 10, p. 294, 366.] Est autem hujus phlegmones specialiter dictæ continens causa sanguis, subjectum autem musculus. Quippe calidus et copiosus sanguis, ubi in musculum procubuit, fervorem inducit aliaque plurima symptomata : appellaturque morbus ipse φλεγμονή. Ac primum quidem majores arteriæ venæque opplentur atque distenduntur, ut quæ abundantiæ non sufficiant : ab his deinceps minores : atque ita res procedit, donec ad minimas sit perventum : mox, si fluxio non sistitur, sed in iis valenter impacta est, nec in iis satis continetur, partim ejus per ipsarum ora, partim per tunicas veluti colatum foras in ea spatia, quæ inter vasa sunt, transmittitur, sic ut etiam omnia loca spatiaque ipsa vacua, quæ inter prima sunt corpora, fluxione impleantur. Sic omnia ab humore omnique ex parte incalescunt ac perfunduntur, etc. Aliquanto post, Ex phlegmonis aliæ non modo majores minoresve sunt, sed aliquæ magis minusve exquisitæ. Ac exquisita quidem sinceraque est, quæ fit ex optimo sanguine et mediocris consistentiæ : non exquisita vero, quæ fit a sanguine cui aliquis alius humor admistus sit. Illa, φλεγμονὴ simpliciter dicitur, hæc non absolute, sed vel φλεγμονὴ ἐρυσιπελατώδης, vel οἰδηματώδης, vel σκιῤῥώδης. Ceterum omnis phlegmone contrahitur a fluxione, quam vel manifesta causa vel etiam occulta excitarit. Manifesta quidem, ut quum offenso pede glandulæ inflammantur; occulta vero, quando aliqua parte delegante, aut toto corpore transmittente, et affecta parte ob debilitatem recipiente, aut propter dolorem vel calorem attrahente, sanguinis copia affluxerit. Verum omnis phlegmone, quæ sanescit, aut digeritur, aut concoquitur; si digeritur, ex toto curatur; si vero concoquitur, in abscessum transit, qui ἀπόστημα dicitur. [Voc. *Phlegmone* utuntur etiam scriptores Latini, velut Plin. H. N. 20, 4, 13, et Vegetius 3, 48, ubi vid. Schneid. annot. p. 60. || Metaphor. Perturbatio. Plutarch. Mor. p. 994, A : Τὰ ἄλλα φλεγμονῆς ἦν ἅπαντα μεστὰ καὶ στυγνότητος. Id. p. 1059, C : Ὑπὸ τοιούτων λόγων διακεκαυμένος σβεστήρων δέομαι καθάπερ τινὰ φλεγμονὴν ἀφαιρούντων τὴν ἀπορίαν τῆς ψυχῆς. Dio Chrys. vol. 2, p. 464 : Τὴν ἐν τῇ ψυχῇ τῶν πολλῶν φλ. De libidine Joseph. Maccab. 4, 3, 17 : Τὰς τῶν οἴστρων φλεγμονάς. Athen. 1, p. 10, E : Ποιεῖ Ὅμηρος τὰς κόρας ... λουούσας τοὺς ξένους, ὡς οὔτε φλεγμονὴν οὔτε ἀκρασίαν τῶν εὖ βεβιωκότων ἁπτομένας.]

Φλεγμονώδης, ὁ, ἡ, Inflammationem habens, Inflammationi permistus, Cum inflammatione conjunctus, et quidem ea quæ phlegmone dicitur, ut ἐρυσίπελας φλεγμονῶδες, quod quidam ausi sunt barbare interpretari Erysipelas phlegmonosum. [Galen. vol. 10, p. 320 : Ὡς ἤτοι φλεγμονὴν ἐρυσιπελατώδη καλεῖν ἡμᾶς ἢ ἐρυσίπελας φλεγμονῶδες. G. D. Idem vol. 6, p. 191, 7, αἴσθησις φλ.· p. 201, 12, διάθεσις· 750, 14, ἕλκη· 195, 2; 203, 9; 205, 7; 298, 16, κόπος· 646, 15; 752, 17, ὄγκοι. Theoph. Nonnus t. 1, p. 322, 8, δοθιῆνες φλ., Furunculi inflammati. Hase.]

Φλεγμὸς, ὁ, est αἷμα, Sanguis, si Hesychio credimus. [Ex grammatica Thespidis tragœdia sumtum esse conjicit Lobeck. Rhemat. p. 282, ex qua Clem. Alex. p. 675 versum attulit : Ἴδε σοι Βρομίου αἴθοπα φλεγμὸν λείβω. V. Bentl. Epist. ad Mill. p. 491 seq.]

Φλέγος, [τὸ], i. q. φλέγμα, Hesych.

[Φλέγρα, ἡ, Phlegra. Steph. Byz. : Φλ., πόλις Θράκης, ἣν Εὔδοξος μετὰ ταῦτα Παλλήνην φησὶ κληθῆναι. (Sic etiam Scymnus in Perieg. v. 642, Herodot. 7, 123 : Τὴν νῦν Παλλήνην, πρότερον δὲ Φλέγρην καλεομένην · et Strabo 7, p. 330. Corrupte ap. Hesych. Φλέγεια, ἡ νῦν Πελλήνη. Euripides Ion. 988 : Μάχην ... ἣν Φλέγρᾳ Γίγαντες ἔστησαν θεοῖς · de qua pugna v. Strabo 5, p. 243, 281. Φλέγρας πεδίον Pind. Nem. 1, 100, Aristoph. Ach. 825. Ionice Φλέγρη ap. Orph. Arg. 1123. Numero plurali Φλέγραι, αἱ, Pind. Isthm. 6, 48, Apollod. 1, 6, 1.) Ὁ πολίτης Φλεγραῖος καὶ Φλεγραία καὶ Φλεγραῖον. (Sic Φλεγραίαν πλάκα Æsch. Eum. 295. Φλεγραῖον πεδίον ap. Eur. Herc. F. 1193, et Aristot. Meteor. 2, 8, Diodor. 4, 21. Φλ. Μίμαντα Apoll. Rh. 3, 1227. Φλεγραίῃ ὀῆϊοτῆτι ib. 234. Φλεγραίων γιγάντων Orph. Hymn. 31, 12. Φλεγραία, ὄρος Θράκης, in Etym. M. p. 795, 54. Pravo accentu ap. Polyb. 2, 17, 1 : Τὰ πεδία τὸ παλαιὸν ἐνέμοντο Τυρρηνοὶ, καθ' οὓς χρόνους καὶ τὰ Φλέγραια ποτὲ καλούμενα τὰ περὶ Καπύην καὶ Νώλην. *Phlegræi campi* et *Phlegræa arva* ap. Ovidium, Propertium aliosque poetas Latinos.) Ἔστι καὶ Φλεγρός καὶ Φλέγρα · Αυκόφρων. « Scripsisse videtur Ἔστι καὶ Φλεγρεύς καὶ Φλεγράς, quorum alterum hinc restituerim Lycophr. 1404, ubi hodie legitur : τῷ πᾶσα Φλέγρας αἶα δουλωθήσεται. Similiter ab Ἴσσα formatur Ἰσσάς. » Meinek.]

[Φλεγραῖος, ὁ, Phlegræus, n. pr. Centauri ap. Ovid. Metam. 12, 378.]

[Φλεγρεώδης, ὁ. Schol. Aristoph. Lys. 912 : Ἐν τῇ ἀκροπόλει ἦν κρήνη ... Κλεψύδρα · ... ἔχει δὲ τὰς ῥύσεις ὑπὸ γῆν, φέρουσα εἰς τὸν Φλεγρεώδη λειμῶνα.]

[Φλεγύα, ἡ, Phlegya.] Φλεγμαῖος etiam atque Φλέγμας leguntur in VV. LL. et Φλεγμαῖος quidem exp. Inflatus : at Φλέγμας [vitiose] esse traditur Genus aquilæ flavæ; adjungiturque vocab. Φλεγύας. Quibus additur Hesychii, tanquam auctoris, nomen : ad quem te remitto, præsertim quod ad vocem illam Φλεγύας attinet. Non enim Φλεγύας, sed plur. Φλεγύαι apud eum legitur, diciturque fuisse gens quædam injuriosa et impia. Quod si de his plura scire cupis, quum apud alios invenies, tum ap. Etym. et Eustath. [ad Il. N, 301, p. 933, 8—24] : qui præterea scribit, ἀπὸ τῶν Φλεγυῶν fuisse apud Phocenses verbum Φλεγυᾶν pro ὑβρίζειν. [Hoc φλεγιῶ scribendum esse discimus ex Herodiano Περὶ μον. λέξ. p. 44, 33, ubi de verbis perispomenis in ιῶ agit : Χαίρω χαιριῶ, ἐρεύθω ἐρευθιῶ, φλέγω φλεγιῶ. G. D.] Ab Eodem commemoratur et urbs Φλεγύα, cujus civis sit dictus Φλεγύας, Φλεγύα, et Φλεγύης. Item Φλεγυὺς, et Φλέγυς, Φλέγυος. Vide Steph. Byz. [Φλεγύα, πόλις Βοιωτίας, ἀπὸ Φλεγύου τοῦ Ἄρεος καὶ Χρύσης παιδός. Ὁ πολίτης Φλεγύας καὶ Φλεγυεύς. Λέγεται δὲ ἡ χώρα Φλεγυαντίς, ὡς ἀπὸ περιττοσυλλάβου γενικῆς τῆς Φλεγύαντος. Ἔστι δὲ τοῦ Φλεγύας καὶ Φλεγύης εὐθεῖα καὶ Φλέγυς. Postrema sic corrigenda esse videbantur Salmasio, Ἔστι δέ που Φλεγύας καὶ Φλεγύης εὐθεῖα καὶ Φλέγυς. Nec dubitandum quin Stephanus hoc dicere voluerit, duplicem nominis gentilis formam esse, Φλεγύας (Ionice Φλεγύης) et Φλέγυς, quod etiam Eustath. observavit p. 933 : Λέγονται δὲ οὐ μόνον Φλεγύαι ἀπὸ εὐθείας τῆς Φλεγύας, ὡς ὁ Μινύας, ἀλλὰ καὶ Φλέγυες, ἀπὸ τοῦ Φλέγυς Φλέγυος, ὡς νέκυος. Nominativo Φλεγύαι, οἱ, usi sunt Pausanias 9, 36, 2, Steph. Byz. s. v. Κραννών, schol. Hom. Il. N, 301, Etym. M. p. 795, 55, et schol. Nic. Ther. 685 (ad verba poetæ πάνακες Φλεγυήϊον) : Φλεγυαῖον (corrige Φλεγυήϊον) διότι ἐν Φλεγύαις ἔθνει τῆς Φωκίδος φύεται· Φλεγύαι γὰρ ἔθνος Φωκίδος παρὰ Δελφοῖς ᾤκησαν · ἢ ἐπεὶ οἱ Δελφοὶ Ἀπόλλωνος ἱερὸν Φλεγυήϊον ἱδρύσαντο κτλ. Ambiguum est exemplum Homeri Il. N, 302 : Ἠὲ μετὰ Φλεγύας μεγαλήτορας, quod ab ὁ Φλεγύας τοῦ Φλεγύου οἱ Φλεγύαι repetit Chœroboscus In Theodos. p. 32, 17 (ubi Φλεγύες vitiose scriptum pro Φλεγύαι) et 120, 2, sed quod pari jure ab ὁ Φλέγυς τοῦ Φλέγυος οἱ Φλέγυες repeti potest, si mutato accentu Φλέγυας scribatur ut aliis in libris est, et Φλεγύων, non Φλεγυῶν, legitur in Hymno Hom. in Apoll. Pyth. 278 : Ἵξες δ' ἐς Φλεγύων ἀνδρῶν πόλιν ὑβριστάων. Quæ dubitatio etiam ad alios locos omnes pertinet in quibus genitivus vel accusativus pluralis legitur, ut ap. Strabon. 7, p. 330; 9, p. 442, schol. Hom. Od. Λ, 262, 264, schol. Apoll. Rh. 1, 735. Ablativus *Phlegyis* est ap. Ovid. Metam. 11, 414.] Sed Φλεγύας pro illo Φλέγμας, ap. Eustath. extat. Apud eum enim, p. 933, legimus ex quodam Lex., Φλεγύας esse etiam nomen ξανθοῦ ἀετοῦ, idque κατὰ γλῶσσάν τινα dictum videri. Usus vero est hac appellatione Hesiod. Scut. [134] : Μορφνοῖο φλεγύαο καλυπτόμενοι πτερύγεσσι, ubi μορφνοῖο φλεγύαο exp. Nigræ aquilæ. Quidam tamen avem vulturi similem esse potius existimarunt. [Suidas : Φλεγύας, ὁ ἀετός. Hesych. exp. ἀετὸς ξανθὸς, ὀξύς. Pariterque Eustath. p. 933, 26. Etym. M. p. 795 extr. : Φλεγύας· ἔστιν ἀετὸς ἀπὸ τοῦ φλέγειν καὶ λαμπρὸς εἶναι. Οἱ δὲ ὄρνεον παραπλήσιον γυπί. Quibus addit locum Hesiodi, in quo exp. μέλανος ἀετοῦ.]

[Φλεγύαι. Φλεγυαντίς. V. Φλεγύα.]

[Φλεγύας, ου et α, vel αντος, ὁ, Phlegyas, Martis ex Chrysa filius, rex Lapitharum. Hom. Hymn. 15 (vel 16), 3 : Κορωνὶς ... κούρη Φλεγύου βασιλῆος, pro quo Φλεγύα scriptum est ap. schol. Pindari Pyth. 3, 14, quemadmodum apud Pindarum est : Εὐίππου Φλεγύα θυγάτηρ. Quæ quum Dorica, non Epica, Φλεγύου autem vulgaris dialecti forma sit, in versu Homerico aut Φλεγύεω scribendum cum Barnesio aut Φλεγύω cum Hermanno. Φλεγύας Φλεγύου Φλεγύᾳ Φλεγύαν est ap. Pausan. 9, 36, Apollod. 3, 10, 3, 7, Strabon. 9, p. 442, aliosque, et *Phlegyas, æ,* apud scriptores Latinos. Cum Κρατέας Μινύας Ἀνδρέας aliisque hujusmodi nominibus componit Herodian. Περὶ μον. λέξ. p. 34, 11. Alterius declinationis, Φλεγύαντος, unum est exemplum Euripidis ap. schol. Apoll. Rh. 3, 62, qui metri caussa Φλεγύαντος υἱέ dixit in initio trimetri : ad quem locum spectat Chœrobosci notatio In Theodos. p. 119, 26 : Φλεγύας Φλεγύαντος παρ' Εὐριπίδῃ. G. D. Ἐκ Φλεγύου κούρης, i. e. Ex Coronide nympha, inscr. Rom. C. I. vol. 3, p. 801, n. 5974, B, 5. Hase. || Φλεγύας καὶ Μίθρας Αἰθίοπες ap. Steph. Byz. s. v. Αἰθίοψ.]

[Φλεγυάω vitiose pro φλεγιάω. V. Φλεγύα.]

[Φλεγυήϊος. V. Φλεγύα.]

[Φλεγυηΐς, ίδος, ἡ, Phlegyeis, i. e. Phlegyæ filia. Orac. ap. Pausan. 2, 26, 27 : Φλ. ... ἱμερόεσσα Κορωνίς.]

[Φλεγυρὸς, ὰ, ὸν.] A Φλεγύας autem veniam ad nomen Φλεγυρὸς, quod exp. Ignitus, Ardens, quoniam Galen. Gloss. Hipp. [p. 590] dicit φλεγυρὸν esse πυρῶδες, τὸ οἷον φλέγον. Afferturque ex Aristoph. Ach. [665] : Δεῦρο, μοῦσ', ἐλθὲ φλεγυρὸν πυρὸς ἔχουσα μένος. [Recte nunc φλεγυρὰ ex codd. legitur, quod schol. exp. λαμπρὰ, φλέγουσα, λάμπουσα, ἢ θερμὴ διὰ τοὺς ἄνθρακας· alius, ἀντὶ τοῦ ἰσχυρά.] Sed in VV. LL. φλεγυρὸν exp. etiam Quod facile ignem concipit, ut stipula. Ibid. Injuriosus, Damnosus : item, Splendidus : sequendo sc. expositionem Hesychii, apud quem legitur [Φλεγυροῦ, βλαβεροῦ, et] Φλεγυρὰ, ὑβριστικὴ, λαμπρά. [Gl. fortasse ex loco Aristophanis cit. sumta.] Sed hæc posterior expos. priore loco potius poni debuit, utpote conveniens cum illa, qua φλέγειν dicitur interdum esse λάμπειν : atque adeo cum ea, qua hanc ipsam vocem φλεγυρὸν significare dicit πυρῶδες : nam τὰ πυρώδη sunt λαμπρά. Quod autem ad alteram illam attinet, secundum quam φλεγυρὰ est ὑβριστικὴ, videri possit hoc nomen in ista signif. ad Φλεγύας illos respicere, quos ὑβριστικοὺς fuisse memoriæ proditum est : quemadmodum verbum φλεγυᾶν pro ὑβρίζειν, inde manasse, paulo ante dictum fuit. [Cratin. ap. Athen. 8, p. 344, F : Λάμπωνα, τὸν οὐ βροτῶν ψῆφος δύναται φλεγυρὰ δείπνου φίλων ἀπείργειν· quod Toup. Emend. vol. 2, p. 396 interpretatur *Flagrans rumor,* Anglice *The common talk of the town.*]

[Φλέγυς. V. Φλεγύα.]

Φλέγω, fut. ξω, præt. χα [Futuri φλέξω et aoristi ἔφλεξα frequentia sunt exempla, præteriti activi πέφλεχα nullum est. Passivo πέφλεγμαι usus est Lycophro 806. Aoristus ἐφλέχθην est ap. Hom. Epigr. 14, 23, et sæpius in compositis. Aoristus ἐφλέγην in composito ἀνεφλέγην est ap. Lucian. D. deor. 9, 2, et ἐξεφλέγην ap. Straton. Anth. Pal. 12, 178], Uro, Incendo, Accendo, Inflammo. [Per καίειν exp. Hesych. s. vv. Φλέγει, Φλέγεται et Φλέγωμεν. Hom. Il. Φ, 13 : Τὸ δὲ φλέγει ἀχάματον πῦρ (τὰς ἀχρίδας) ὅρμενον ἐξαίφνης.

Æsch. Prom. 582 : Πυρί με φλέξον· Pers. 364 : Εὖτ' ἂν φλέγων ἀκτῖσιν ἥλιος χθόνα λήξῃ· 504 : Φλέγων γὰρ αὐγαῖς λαμπρὸς ἡλίου κύκλος μέσον πόρον διῆκε. Apoll. Rh. 2, 516 : Οὐρανόθεν Μινωΐδας ἔφλεγε νήσους Σείριος· 3, 582 : Αὔτανδρον φλέξειν δόρυ νήϊον. Passiv. Hom. Il. Φ, 365 : Τοῦ (ποταμοῦ) καλὰ ῥέεθρα πυρὶ φλέγετο, i. e. Fervida fiebant igne.] Ex Epigr. φλέξον pro Adole. Et quemadmodum dicitur etiam Accendere lumen s. ignem, sic φλέγειν φέγγος, πῦρ. Affertur vero et φλέγειν λαμπάδι ex Aristoph. [Ran. 352] pro Flammam emittere lampade, Lampadem ardentem ferre. [Recte nunc λαμπάδι φέγγων ex Bothii correctione legitur. Nam φλέγων metro repugnat. Eodem errore φέγγεται ib. 344 in libris multis in φλέγεται corruptum. Φλ. πεύκᾳ dixit Soph. OEd. T. 213 : Βάκχον πελασθῆναι φλέγοντ' ἀγλαῶπι πεύκᾳ.] Sed et pro Illustro, ut ignis illustrat quæ splendida et corusca reddit [Eurip. Tro. 309 : Φλέγω λαμπάσι τόδ' ἱερόν. Æsch. Ag. 91 : Βωμοὶ δώροισι φλέγονται], ex Soph. Aj. [714] affertur : Πάνθ' ὁ μέγας χρόνος μαραίνει τε καὶ φλέγει. [Verba τε καὶ φλέγει, quæ in stropha non habent quod respondeat, nec legisse videtur Stobæus Ecl. Phys. 1, 9, 24, p. 234, ejecit Heathius. Ea qui scripsit φλέγειν non alia quam concremandi i. e. delendi significatione dixisse videtur.] Hesych. certe φλέγωμεν exponit non solum καίωμεν, sed et λαμπρύνωμεν. [Pariterque s. v. Φλέγει et Φλέγεται.] Ubi tamen Suidas exp. ζωπυρεῖ, sicut et in alio ejusd. Tragici loco [196] : Ἅταν οὐρανίαν φλέγων, partic. φλέγων exp. ζωπυρῶν, et ἀνεγείρων, itidemque Latine Excitans. Ita certe Lat. Accendo pro Excito s. Incito poni satis notum est. [Utriusque loci explicationes ex scholiis sumsit Suidas. In altero loco φλέγων alius scholiasta recte explicat τὴν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ πεμφθεῖσαν ἄτην αὔξων. Æsch. Sept. 512 : Ζεὺς διὰ χερὸς βέλος φλέγων. Eurip. Phœn. 248 : Αἷμα δάϊον φλέγει (Ἄρης) τᾷδε πόλει· quod schol. exp. διεγείρει.] ‖ Φλέγω neutraliter interdum pro Ardeo, quum ap. alios, tum ap. Hom. [Apud Homerum duobus tantum in locis legitur supra allatis, sed transitive. Intrans. Pind. Ol. 2, 21 : Ἄνθεμα δὲ χρυσοῦ φλέγει.] Sic Ὅπλοις [λαμπροῖς καὶ] φλέγουσι [κεκοσμημένος] ex Plut. Rom. [c. 28] pro Armis ardentibus. Quin etiam πυρὸς φλέγοντος, pro Igni jam accenso et ardente. [Soph. Aj. 1278 : Ἀμφὶ μὲν νεῶν ἄκροισιν ἤδη ναυτικοῖς ἑδωλίοις πυρὸς φλέγοντος. De bubus ignem spirantibus idem fragm. 320 : Φλέγει δὲ μυκτήρ. De fulgure OEd. Col. 1467 : Ὀρανία γὰρ ἀστραπὴ φλέγει πάλιν. De sole lucente Aj. 673 : Ἐξίσταται δὲ νυκτὸς αἰανῆς κύκλος τῇ λευκοπώλῳ φέγγος ἡμέρᾳ φλέγειν. Æsch. Sept. 388 : Ἔχει σῆμ' ἐπ' ἀσπίδος τόδε, φλέγονθ' ὑπ' ἄστροις οὐρανὸν τετυγμένον. De face ib. 433 : Φλέγει δὲ λαμπὰς διὰ χερῶν ὡπλισμένη. De clypeis fulgentibus Eurip. Phœn. 358 : Νέφος ἀσπίδων πυκνὸν φλέγει. De oculis feminæ quæ ab viro recens Æsch. fragm. 238 : Φλέγων ὀφθαλμὸς νέας γυναικὸς ἥτις ἀνδρὸς ἦ γεγευμένη. De animo flagrante idem Sept. 52 : Θυμὸς ἀνδρείᾳ φλέγων. De insania Aristoph. Thesm. 680 : Μανίας φλέγων, λύσσῃ παράκοπος. Audacius Pind. Nem. 6, 66 : Χαρίτων ὁμάδῳ ἔφλεγεν, Gratiarum concentu splendebat : quemadmodum idem passivo usus est Nem. 10, 4 : Φλέγεται ἀρεταῖς μυρίαις, Illustratur virtutibus, et Isthm. 7, 33 : Φλέγεται Μοίσαις. Bacchyl. ap. Stob. Flor. 55, 3 : Συμποσίων δ' ἐρατῶν βρίθοντ' ἀγυιαὶ, παιδικοί θ' ὕμνοι φλέγονται, i. e. Amatoria carmina flagrant.] ‖ Φλέγω metaph. ut Lat. Uro, pro Ango, Animum concio. [Æsch. Sept. 286 : Πρὶν ἀγγέλους ... ταχυρρόθους λόγους ἱκέσθαι καὶ φλέγειν χρείας ὕπο. Soph. OEd. T. 213 : Ὃς (Ἄρης) νῦν ἄχαλκος ἀσπίδων φλέγει με περιβόητος ἀντιάζων. Apoll. Rh. 3, 773 : Οὐδέ τις ἀλκὴ πήματος, ἀλλ' αὔτως φλέγει ἔμπεδον. Moschus 6, 3, de amantibus : Ὡς Ἀχὼ τὸν Πᾶνα, τόσον Σάτυρος φλέγεν Ἀχώ. Φλέγεσθαι τῷ πόθῳ Pollux 3, 68.] Itidemque pass. φλέγεσθαι pro Uri, Angi, Ringi, ex Aristoph. Nub. [992] : Κἂν σκώπτῃ τίς σε, φλέγεσθαι. [Quem l. imitatur Aristid. vol. 1, p. 77 : Εἰ δέ τι φθέγγοιτο, ἔδει φλέγεσθαι. Soph. OEd. C. 1695 : Τὸ φέρον ἐκ θεοῦ καλῶς μηδὲν ἄγαν φλέγεσθον. Plato Tim. p. 85, B : Ἀπὸ τοῦ κάεσθαί σε καὶ φλέγεσθαι· Charm. p. 155, D : Εἶδόν τε τὰ ἐντὸς τοῦ ἱματίου καὶ ἐφλεγόμην· Leg. 4, p. 716, A : Φλέγεται τὴν ψυχὴν μεθ' ὕβρεως· ut Plut. Mor. p. 46, D : Αἰσχύνῃ φλεγόμενον τὴν ψυχήν. Apud eundem sæpius de iis qui ardent amore vel cupiditate, ut Mor. p. 451, E; 550, E; 610, C : v. Wyttenb. vol. 6, p. 566. Dio Chr. vol. 1, p. 158 : Φλεγόμενος ὑπὸ τῆς φιλοτιμίας. Alciphro 3, 64 : Εἰς ἔρωτα Ἀκαλανθίδος κατολισθήσας φλέγεται. Aristox. ap. Cyrill. Adv. Julian. p. 185, C : Φλεχθείη ὑπὸ τοῦ πάθους, ut φλεγόμενος ὑπὸ τοῦ πάθους ap. Dionys. A. R. 11, 28. Idem φλέγεσθαι ὑπὸ δίψης dixit ib. 9, 66.] Hesych. φλέγειν exp. etiam βλάπτειν, itidemque φλεγυρὸν, βλαβερόν. At φλέγεσθαι ἐπί τινι pro ἐν ἐπιθυμίᾳ εἶναι, vide ap. Suid. [s. v. Ἐφλέγετο] ex Æliano. [Ἰάσων ἐπὶ τοῖς ἀναθήμασιν ἐν Δελφοῖς ἐφλέγετο. Aristid. vol. 1, p. 23, de Corintho : Φλέγεσθαι ἅπαντας ἐπ' αὐτῇ ὁμοίως.]

[Φλέγων, οντος, ὁ, Phlegon, n. pr. equi Solis ap. Ovid. Metam. 2, 154, Hygin. Fab. 183. ‖ Phlegon, n. pr. viri ap. Paulum Epist. ad Rom. 16, 14. ‖ Alius in inscr. Spartana ap. Bœckh. 1362, vol. 1, p. 663. ‖ Phlegon Trallianus, Augusti vel Hadriani libertus, historiarum scriptor, de quo v. Suidas (qui bis utitur genitivo Φλέγοντος, in libris deterioribus Φλέγονος vel Φλέγωνος scripto) et Photius Bibl. p. 83 seq. Ejus hodie superest libellus Περὶ μακροβίων. ‖ Oxytonum Φλεγὼν, ut ἀγὼν, memorat Arcad. p. 10, 16.]

[Φλεδονεία, ἡ, HSt. s. v. Φλεδών :] Ceterum hinc est verb. Φλεδονεύω, Nugor, Inepte garrio. A quo nomen Φλεδονεία, Nugacitas, Nugæ, Ineptiæ, Inepta garrulitas. Quorum utrumque extat ap. Etym. et Suid. [In Etym. M. p. 796, 3 (et similiter Zonaras) : Φλεδὼν καὶ φλεδωνεία (corrige φλεδονεία ex codd.)· ἡ φλυαρία. Ἀπὸ τοῦ φλέω, ὃ καὶ φλύω λέγεται, γίνεται φλεδὼν καὶ φλεδονεύω (codex unus addit καὶ φλεδονεύεται). Perverse ap. Suidam, Φλεδόνεια (libri deteriores φλεδονεία)· πόλις (?). Καὶ φλεδόνος.] At Hesych. et vocem pass. Φλεδονεύεσθαι, item Φλεδονεῖν pro φλυαρεῖν, Nugari, et pro ἀναισθητεῖν.

[Φλεδονώδης, ὁ, ἡ. HSt. s. v. Φλεδών :] Affertur et nomen adj. Φλεδονώδης ex Hippocr., pro Nugax, Nugo, sicut et Galen. φλεδονώδεα exp. φλύαρον. Videri alioqui possit φλεδονώδης esse potius Nugatorius : ea quidem signif. qua quidpiam nugatorium esse dicitur. [Et infra :] Φλεβοδονῶδες, Venas agitans et conturbans. Nomen, inquit Galen., novum et peregrinum, quo usus est Auctor Prorrhetici : quo tamen loco quidam legunt Φλεβοτονῶδες, Venas distendens. Gorr. [Φλεβεδονώδεα vox est apud Hippocr. peregrina et nova, Prorrh. p. 75, F, et Coac. p. 120, B. Explicatur autem hæc dictio a Galeno de venis aut arteriis agitatis aut concitatis propter magnum sanguinis fervorem. Quod fit in magna humorum effervescentia, aut insignibus capitis doloribus, in quibus venæ et arteriæ ad tempora cum venis etiam jugularibus subsiliunt et concutiuntur. Eaque voce φλέβες δονούμεναι significantur, h. e. venæ agitatæ et motæ : ubi quosdam et φλεβοδονώδεα legisse scribit, ut venarum distensionem intelligerent, quosdam quoque φλεδονώδεα omni semota ambiguitate scripsisse, ἀπὸ τῶν φλεδόνων nomen facientes, ut φλεδονώδεα παραληροῦντα accipiantur et de ægris delirantibus intelligantur. Verum apud Galen. vitiose φλεβοδονώδεα pro φλεδονώδεα, et φλεβοιδόνες pro φλεδόνες legitur. Apud Hipp. p. 1137, A, legitur Ὑποχόνδριον ἐντεταμένον ἐφάνη φλεβονώδεα τρόπον· ubi φλεβοδονώδεα aut φλεβοτονώδεα aut φλεδονώδεα τρόπον legimus. (Postremum hoc recte restituit Littré vol. 5, p. 186.) Φλεγματώδεα tamen exemplaria quædam manuscripta legunt, ut et p. 120. Β, φλεβενώδεα Asulani codices, vulgata exemplaria φλεβονώδεα. Quam vocem agnoscit Erotian. (p. 380) si integra est apud eum lectio. Φλεδονώδη enim pro φλεβονώδη apud eum scribendum censeo, quum locum Hippocr. p. 75, F, exprimere sua explicatione videatur. Φλεδονώδη (corrupte ap. Erotian. φλενοδώδη) ergo dicuntur Erotiano τὰ μετὰ φλυαρίας καὶ πνευματώδους ταραχῆς ἐκκρινόμενα. Ambiguam autem et variam vocis scriptionem indicat his verbis : Ἄλλοι δέ φασι μὴ δεῖν γράφειν φλεδονώδη, ἀλλὰ φλεβονώδη, ὡς εἶναι τὰ μετ' ἀλγήματος οἰδήματα· οἱ δὲ τὰ μετὰ σφυγμοῦ, οἱονεὶ φλεβοδονώδη εἶναι, τοῦ Ἱπποκράτους μηδ' ὅλως ὀνομάσαντος ἄλγημα. Ἔστιν οὖν τὰ ἐν κινήσει καί τινι ταραχῇ ὄντα. Φλέβας γὰρ οἱ ἀρχαῖοι καὶ τὰς ἀρτηρίας

ἐκάλουν. Φησὶ γὰρ αὐτὸς « τὰ οὖν γινόμενα ῥίγεα μεθ' ἡμέρην καὶ κατὰ νύκτα ἐπιπαροξυνόμενα ἀγρυπνίην ποιέει καὶ τὰς φλέβας δονέει καὶ ταράσσει, καὶ πυκνότατον καὶ σφοδρότατον τὸ κίνημα ποιέει. » Φλέβας δὲ οὐ τὰς συνήθως λεγομένας, ἀλλὰ τὰς ἀρτηρίας ὠνόμασε· καὶ ὁ Δημόκριτος δὲ φλεβοπαλίαν καλεῖ τὴν τῶν ἀρτηριῶν κίνησιν. Democritum φλεβοσαλίαν aut φλεβοσαλείαν, non φλεβοπαλίαν, dixisse existimo, ut Venarum agitationem, concussionem ac velut quandam fluctuationem indicet. At vero φλεδονώδεα, quod φλύαρον exponit Galen. in Exeg. (p. 590), h. e. Nugatorium, ad p. 120, B, videtur referendum, ut φλεδονώδεα σπασμὸν legisse videatur Galen., quum passim φλεβοδονώδεα legatur, et ad delirantes ægros convulsione tentatos referatur: Φλεδόνες γὰρ αἱ φλυαρίαι, ut scribit Galen. Φλεδόνες etiam dicuntur fœtus octimestres et trimestres, fluxi et parvuli initio, apud Hippocr. p. 541, 41, ubi tamen φλοδόνες vitiose legunt exemplaria publicata. Foes. Vera vocabuli forma non dubitandum quin φλεδονώδης sit, reliquæ autem formæ veterum librariorum erroribus debeantur. Φλεβοπαλία nihil caussæ erat cur mutaret Foesius.]

Φλεδὼν, όνος, ἡ, Nugæ. At vero Φλέδων, ονος, ὁ, ἡ, Nugator, Nugax. Hesychio autem φλέδων est ὁ ἀλαζὼν et εὐήθης. Estque ap. hunc pro φλυαρία scriptum itidem φλέδων paroxytone, quum Etym. [M. p. 796, 3] habeat φλεδὼν pro φλυαρία, et Galenus [Lex. p. 590] plur. itidem φλεδόνες, non φλέδονες, pro φλυαρίαι itidem: et ap. Eust. [p. 1431, 49] φλεδὼν de homine quoque dictum, scribatur: de homine inquam eo, qui et σάβος, ac σαβάσιος, nec non βάκχος, et βαβάκτης, et βάβαξ, et ἐμμανής. Suidas quidem certe habet φλεδὼν oxytone, pro ἡ φλυαρία [Hoc Suidæ ex Zonara illatum omittunt codices]: deinde φλέδων paroxytone, de homine. [Suidas: Φλεδών· τὸν Ἀντισθένην τὸν φιλόσοφον ἐπιτιμῶν ὁ Τίμων διὰ τὸ πλῆθος παντοφυῆ φλεδόνα καλεῖ. (Idem tradit Diog. L. 2, 107; 6, 18.) Accentum φλέδων et φλέδονα correxit Bernhardyus. Nam sic hæc differre videntur ut φλεδὼν, i. e. φλυαρία, feminini, φλέδων vero de homine dictum et masculini et feminini generis sit: v. Lobeck. ad Soph. Ajac. p. 169. Nugatrix est ap. Æsch. Ag. 1195: Ἡ ψευδόμαντίς εἰμι θυροκόπος φλέδων; Φλεδόνας, i. e. φλυαρίας, Xenophani ap. Athen. 11, p. 462, F, restituit Scaliger pro φενδόνας. Plut. Mor. p. 420, B: Φλεδόνας καὶ σκιὰς ἕλκοντας εἰς φυσιολογίαν.]

[Φλεήσιον. V. Φλιοῦς.]

[Φλεῖνος. V. Φλέως et Φλοῖνος.]

[Φλείαξ, ακος, ὁ, Phliax, n. pr. in inscr. Delphica ap. Bœckh. 1690, vol. 1, p. 818: Τᾶς Πεισία τοῦ Φλείακος οἰκήας.]

[Φλεῖος. V. Φλέω.]

[Φλειώ. V. Φλιώ.]

[Φλεκτικὸς, ἡ, ὸν, Urens. Georg. Pisid. Opif. 1578. Et 1793, τὸ φλ. φῶς. Hase. || Adv. Φλεκτικῶς Nicet. Eugen. 1, 89.]

[Φλενοδώδης vitiose pro φλεδονώδης, quod v.]

Φλέξις, εως, ἡ, Incensio, Incendium, Exustio. Sed comp. κατάφλεξις potius usurpari existimo. || Φλέξις, ιδος, inter Aves nominatur ab Aristoph. Av. [883]: Καὶ πελεκίνῳ καὶ φλέξιδι, καὶ τέτρακι, καὶ ταῶνι.

[Φλεός (?)· βασκανία, φθορά. Καὶ ὁ αἴλιος (ἔλειος Steph.) φλοιὸς; Hesych.]

[Φλέσιον, τόπος ap. Zonar. Lex. p. 1815. Simile est Φλεήσιον, de quo v. s. v. Φλιοῦς.]

[Φλέρε, ἡ, creditur esse nomen Floræ in monumentis artis Etrucæ, tametsi de hac interpretatione admodum dubitat R. Rochett. *Journ. des Sav.* a. 1842, p. 221. Conf. Lanzi *Saggio di lingua etr.* t. 2, p. 212; Guigniaut *Rel. de l'ant.* t. 4, part. 2, p. 273, n. 637; de Witte *Lettre à M. Jahn* p. 15; Lenormant *Trésor de numism.* p. 29, annot. 17. Hase.]

[Φλεὺς, Φλεύω. V. Φλέω.]

Φλὲψ, βός, ἡ [Cum participio masculino ap. Nonn. Dion. 47, 11: Φλέβες οἰδαίνοντες. Accusativi semibarbari φλέβαν exx. tria memorat Lobeck. Paralip. p. 145, primum Galeni, in quem hujus vitii suspicio non cadit, in libro ab Kühnio primum edito vol. 16, p. 29: Οὐ τοῦτο μόνον ὃ καλοῦσι φλέβαν, ἀλλὰ καὶ ἀρτηρία καὶ νεῦρα, alterum Sorani De muliebr. c. 22, p. 69, tertium Oribasii 44, p. 58 ed. Bussem. Multo minus φλέβαι a quoquam dici potuerunt, quod per νεῦρά τινα αἵματος δεκτικὰ explicat Hesychius, cui φλέβας restituendum esse jam Heinsius intellexit. Nam glossa haud dubie sumta ex Hosea 13, 15: Ἀναξηρανεῖ τὰς φλέβας αὐτοῦ. Aristot. De somno c. 3: Τόπος τοῦ αἵματος αἱ φλέβες. De etymologia Etym. M. p. 795, 46: Φλέβες, ἀπὸ τοῦ τὸν χυμωδέστατον φλεγμὸν περιέχειν, τουτέστι τὸν τοῦ αἵματος. Φλέβες οὖν, παρὰ τὸ δι' αὐτῶν βαίνειν τὸ φλογῶδες. Legitur semel ap. Hom.] Il. N, 546: Ἀπὸ δὲ φλέβα πᾶσαν ἔκερσεν, Ἥ τ' ἀνὰ νῶτα θέουσα διαμπερὲς αὐχέν' ἱκάνει. [Ubi schol.: Λέγει τὴν καλουμένην κοίλην φλέβα, τὴν ἐκ δεξιῶν τῆς ῥάχεως ἀνερχομένην ἀπὸ τοῦ ἥπατος καὶ κατὰ τὸ διάφραγμα χωροῦσαν ἐπὶ τὴν καρδίαν καὶ ἀπὸ ταύτης ἐπὶ τὸν τράχηλον. Herodot. 4, 187: Καίουσι τὰς ἐν τῇσι κορυφῇσι (τῶν παιδίων) φλέβας, μετεξέτεροι τὰς ἐν τοῖσι κροτάφοισι. Ib. 2: Τὰς φλ. τῆς ἵππου. Æsch. fragm. 230: Σοὶ δ' οὐκ ἔνεστι κῖκυς οὐδ' αἱμόρρυτοι φλέβες. Soph. Ph. 825: Ποδὸς αἱμορραγὴς φλέψ. Eurip. Ion. 1011: Κοίλης ὅστις φλεβὸς ἀπέσταξεν φόνου νόσους ἀπείργει καὶ τροφὰς ἔχει βίου.] Xenoph. Hell. 5, [4, 58]: Ῥήγνυται ὁποιαδὴ φλέψ. Philo V. M. 1: Τὰς δὲ ἀνατεμνομένας φλέβας, καθάπερ ἐν ταῖς αἱμορραγίαις, κρουνηδὸν αὐλοὺς ἀκοντίζειν αἵματος. [Athen. 2, p. 45, F, ex Posidonio: Λύειν τὰς ἐπὶ τῷ προσώπῳ φλέβας καὶ τὸ καταρρέον αἷμα μιγνύναι τῷ πώματι. Antiphanes ib. 10, p. 444, C: Τὰς φλέβας θ' ὅποι φέρονται, τὰς ἄνω καὶ τὰς κάτω τεταμένας, δι' ὧν ὁ θνητὸς πᾶς κυβερνᾶται βίος.] Ceterum φλεβὸς nomine Arteriam etiam comprehendisse veteres, et hoc sensu Plat. Timæo venas a corde producere, annotatur ex Galeni lib. 6 De plac. Hippocr. et Plat. [Φλέβες dicuntur Venæ, vasa in corpore largiorem sanguinem continentia et deferentia, ex hepate ortum ducentia: quarum originem, progressum et divisiones aptissime Gorræus exprimit. Hippocr. vero usitata antiquis notione, φλεβῶν nomine arterias sæpe comprehendit, ut multis locis testatur Galen., præcipue vero vol. 9, p. 542: Ὁμολογούντων ἁπάντων τῶν ἐξηγησαμένων τὰ Ἱπποκράτεια βιβλία, φλέβας οὐχ ὑπὸ τούτου μόνου, ἀλλὰ καὶ πολλῶν ἄλλων παλαιῶν ὀνομάζεσθαι καὶ τὰς ἀρτηρίας· rursusque ad Hippocr. p. 744, F: Φλέβας ἀκουόντων ἡμῶν κατὰ τὸ παλαιὸν ἔθος οὐ μόνον ταύτας τὰς νῦν ὀνομαζομένας, ἀλλὰ καὶ τὰς ἀρτηρίας. Idem vol. 13, p. 524, φλεβῶν nomen tam ad eas quæ pulsant quam ad eas quæ non pulsant olim appositum fuisse scribit. Quam opinionem etiam Platoni tribuit Galenus l. ab HSt. citato. Porro vol. 5, 291: Ὡς οἵ γε παλαιοὶ κοινὸν ὄνομα τὸ τῶν φλεβῶν ἑκατέρῳ τῷ γένει τῶν ἀγγείων ἐπέφερον· et vol. 5, p. 455. Sic πνευμάτων ἀπολήψιες ἀνὰ τὰς φλέβας, hoc est Spirituum in venis interceptiones, dicuntur Hipp. p. 397, 10. Quod περὶ τῆς ἀσφυξίας dici testatur Galen.: Φλέβας γὰρ ἐκάλουν οἱ παλαιοὶ τὰς ἀρτηρίας· eaque notione φλέβες κροτάφων οὐχ ἱδρυμέναι scribuntur Hippocr. Epidem. 6, 2, 11, Temporum venæ non consistentes, non conquiescentes, sed plurimum dilatatæ. Et p. 1138, C, φλέβες κροτάφων temporum venas significant, et arteriarum circa tempora tumorem, inflationem et agitationem indicare videntur, quum statim συμπτώσιας subdat, h. e. venarum contractiones et subsidentias. Et p. 344, 30, φλέβες κοῖλαι, Venæ cavæ, dicuntur tam venæ quam arteriæ, per quas sanguis et spiritus fertur. Sic Epid. 6, 6, 2, φλέβιον arteriam vocat sanguine calidiore et halituoso refertam. Et p. 280, 9, φλέβια ἔναιμα vocat Arterias illas parvas quibus lien totus intertextus est. Rursus ib. 14, φλέβες ἔναιμονες dicuntur arteriæ, quæ pulmones subeunt. P. 85, B, φλέβες de manuum arteriis dicuntur: quod a Latinis quoque est observatum. Sic enim Celsus in Proœm. venas spiritui accommodatas pro arteriis ponit et venas nostras modo submittere se, modo attollere scribit. Et Cicero N. D. 2, 9, venas micare dixit. At vero interdum Hippocr. σφύζειν verbum addit, eaque dictione arterias ipsas a venis distinguit, velut p. 1046, C, quum scribit: Οὗ ἂν ἡ φλὲψ ἡ ἐν τῷ ἀγκῶνι σφύζῃ· 487, 45: Καὶ φλέβες τέτανται καὶ σφύζουσι. Sic p. 309, 14, φλέβες αἱ αἱματίτιδες, Venæ sanguinem deferentes, dicuntur, ut ab arteriis distinguantur quæ spiritum una convehunt, et φλέβες simpliciter

appellantur. Est ubi φλεβῶν nomine nervos, ligamenta et tendines comprehendit Hippocr., velut p. 240, 16, 26, in unguium generatione. || Φλέβες αἱ εἴσω, Venæ interiores dicuntur, et de venis brachiorum intelliguntur p. 1040, D; 1046, B, quo venæ secundum rectitudinem et directionem significantur, et venæ poplitis, ut Aphor. 6, 36, et 7, 48. Φλὲψ ἡ μεγάλη Venam magnam, insignem et quæ multam sanguinis copiam effundit, significat p. 1040, E. Alioqui φλὲψ μεγάλη Vena cava et hepatitis intelligitur, ut p. 916, A. Foes. Φλὲψ ἡ μεγάλη ap. Aristot. H. A. 1, 16; 3, 3; μεγίστη 1, 17; ἡ ἡπατῖτις et ἡ σπληνῖτις 3, 2; αἱ παχεῖαι ib. 3, 2; αἱ σπερματίτιδες et αἱ σφαγίτιδες φλέβες ib. et c. 3.] Jocose porro φλὲψ γονίμη in Epigr. [Alcæi Anth. Pal. 6, 218] dicitur, i. e. Vena genitalis, de membro virili. [Et simpliciter φλὲψ ap. Leon. Tar. Anth. Plan. 261 : Μὴ κλαύσῃς τὴν φλέβα (Priapi) δεξάμενος. Et sic fortasse intelligendus φλεβὸς τροπωτὴρ in fr. Xenarchi ap. Athen. 2, p. 64, A, de quo v. Meinek. vol. 3, p. 615. Comparandum etiam adj. Λυσιφλεβὴς, quod v.] Plur. φλέβες afferunt VV. LL. pro Præcordia et Cinctum, ex Aristot. H. A. 1, [17], Gazam tamen lib. 5 venas esse interpretatum pro eadem parte, scribunt. [||Vibex. Hesych.: Φλὲψ, μώλωψ· καὶ τὸ ἀναλογοῦν τῷ σώματι (αἵματι Bielius).] ||Ut autem Latinis Vena, sic φλὲψ Græcis metaphoricos etiam usus habet. Dicuntur enim ab his φλέβες ὑδάτων, Venæ aquarum, ut videre est et ap. Eust. [p. 309, 41. Polyb. 34, 9, 7 : Αἱ φλέβες τῆς πηγῆς. Geopon. 2, 5, 6 : Καρκίνοι τὰς φλέβας (τῶν ὑδάτων) διανοίγουσι· 2, 6, 9 : Τινὰ τῶν ὑδάτων ἐπὶ τὴν θάλατταν διὰ τῆς γῆς ἐπὶ πολὺν τόπον ἐν ταῖς φλεψὶν ἐνεχθέντα. Ib. 19 : Τὴν εὑρεθεῖσαν πηγὴν ἀπὸ φλεβὸς εὐγενοῦς.] De metallis item sunt dictæ φλέβες [Diodor. 2, 36 : Φλέβας καταγείους πολλῶν καὶ παντοδαπῶν μετάλλων· 5, 37 : Λαμπροτέρας φλέβας γεμούσας ἀργύρου τε καὶ χρυσοῦ], ut ap. Theophyl. Ep. [24] : Οὔτε φλέβας χρυσοῦ μεταλλουργοὶ ἀνιχνεύοντες. Et de venis argenti ap. Aristidem [vol. 1, p. 101] : Ἔστι δὲ ὁρᾶν τὰς φλέβας τὰς ἀργυρίτιδας. [Φλὲψ ἀργυρίτιδος ap. Xenoph. De vectig. 1, 5. De venis terræ Theophr. De lapid. § 63 : Ἡ φλὲψ (τῆς ἐν Σάμῳ γῆς) ἐπὶ πολὺ διατείνει ... ἐφ' ἑκάτερα δ' αὐτὴν λίθοι περιέχουσιν, ἐξ ὧν ἐξαιρεῖται. De venis plantarum H. Pl. 1, 1, 11 : Οὔτε γὰρ ῥίζαν πάντ' ἔχει... οὔτ'... ἴνας ἢ φλέβας. || Recentioris Græcitatis forma est φλέβα, ἡ, orta ex accusativo φλέβα, ut ἡ Δημήτρα ex accusativo τὴν Δήμητρα. Eam ex Nicephori Blemmydæ Epitome geographica memorat Ducangius : Ὑπὸ ταῖς χρυσαῖς καὶ μελαναῖς φλέβαις. G. D. Adde Hippiatr., ubi sæpe occurrit, velut p. 159, 24, διακοπτομένης τῆς φλέβης, et 158, 18, διακόπτων τὴν φλέβην. Hase.]

Φλέω, ῶ, Nugor. Nam Hesych. φλέοντας vult esse φιλοῦντας [Hoc corruptum. Φλύοντας Arnaldus, ληροῦντας Guyetus], vel φλυαροῦντας. Eust. quoque sicut θύος ex θῶ, ita φλύος ex φλῶ esse dicit, quod Archilochus usurparit ἐπὶ φλυαρίας. Etym. [M. p. 796, 3] itidem ac Suid. [Non Suidas, sed Zonaras p. 1814, cujus verba Suidæ illata nunc codicum auctoritate ejecta sunt] φλεδὼν ac φλεδονεία volunt a φλέω esse, pro quo dici etiam Φλύω tradunt. Sed et φλήναφος ex φλέω deduci scribit, quod sit idem cum φλύω. Habet alioqui φλέω et aliam signif.; nam idem Hesych. φλεῖ exp. γέμει, εὐκαρπεῖ, πολυκαρπεῖ, Plenus est s. Refertus, Fœcundus est s. Ferax, Fructu abundat. [Sic Æsch. Ag. 377 : Φλεόντων δωμάτων ὑπέρφευ. Et cum dat. ib. 1416 : Μήλων φλεόντων εὐπόκοις νομεύμασιν. Eidem Suppl. 667 recte restituit Hermannus : Καὶ γεραροῖσι πρεσβυτοδόκοι (excidit vocabulum trisyllabum ∪--) θυμέλαι φλεόντων, ubi vulgo γεμόντων ante θυμέλαι illatum, quod est glossema verbi φλεόντων.] Etym. quoque [M. p. 796, 43] Φλῶ exp. γέμω et εὐκαρπῶ. [Aliam verbi φλῶ explicationem v. s. v. Φλοιός.] Adjungitque nomen Φλεὺς, quod de Baccho dictum tradit ap. Chios, παρὰ τὸ εὐκαρπεῖν : quum ap. Hesych. legatur Φλέω, Διονύσου ἱερόν. At sequendo Ælianum [V. H. 3, 41] epithetum Bacchi est Φλεών [Suspecta nominis forma] : legimus enim apud eum, accus. φλεῶνα, ubi scribit veteres pro πολυκαρπεῖν dixisse φλύειν : atque hinc Dionysum appellasse Φλεῶνα, sicut Προτρύγην et Σταφυλίτην et Ὀμφακίτην, aliisque nominibus. Ubi fortasse reponendum fuerit φλέειν, pro φλύειν. [Conf. Plut. Mor. p. 683, E, de versu Arati Phæn. 335, in quo τὸν φλόον ὤλεσε πάντα legitur : Τὴν χλωρότητα καὶ τὸ ἄνθος τῶν καρπῶν φλόον προσαγορεύων· εἶναι δὲ καὶ τῶν Ἑλλήνων τινὰς, οἳ Φλοίῳ Διονύσῳ θύουσιν. Schol. Apoll. Rh. 1, 115 : Καὶ αὐτὸς δὲ Διόνυσος Φλιοῦς ὠνομάζετο, ἀπὸ τοῦ φλεῖν τὸν οἶνον, ὅ ἐστιν εὐθηνεῖν. Antiqua nominis forma Φλεὺς est, de qua Herodian. Περὶ μον. λέξ. p. 6, 10, ubi de nominibus monosyllabis in ευς agit : Τὸ φλεύς ἐπὶ τοῦ Διονύσου κείμενον, ὡς ἐν ταῖς ἐπικλήσεσιν (i. e. in libris de cognominibus deorum) εὕρομεν, καθ' ἱστορίαν ἐστὶν εἰρημένον. Nomen οὐ σύνηθες τοῖς Ἕλλησι vocat Chœrob. In Theodos. p. 209, 9, et In Psalm. p. 70, 7, cujus verba repetivit Etym. M. p. 189, 44. In φθεὺς corruptum ap. Arcad. p. 126, 1, notavit Lobeck. Paralip. p. 92. Dativum Φλεῖ agnoscere sibi videbatur Heynius in scholio Hom. Il. Ξ, 387, ubi dativus δάϊ a plerisque ὀξύνεσθαι dicitur ut Φλέαι (nam sic codex, non φλεαί), quod in Φλεῖ mutat Heynius, parum probabiliter. Recte φλεβὶ Lobeck. Paralip. p. 90. Alia nominis forma est Φλῖος, de qua Etym. M. p. 539, 33, ubi de nominibus περισπωμένοις in ιος agitur : Τὸ δὲ Φλίος (corrige Φλῖος), σημαίνει δὲ τὸν Διόνυσον, διφορεῖται· τινὲς μὲν γὰρ διὰ τοῦ ι γράφουσιν αὐτὸ, τινὲς δὲ διὰ τοῦ ει διφθόγγου. (In cod. Dorvill. est Φλείός?) Nomen urbis ex eo fecit Chœrob. in Crameri Anecd. Oxon. vol. 2, p. 271, Φλιοῦντος urbis nomine inductus, ut videtur : Φλῖος· ὄνομα πόλεως, διὰ τοῦ ι γράφεται, ἐπειδὴ τὰ διὰ τοῦ ιος δισύλλαβα ἀρσενικὰ οὐ θέλουσι διὰ τῆς ει διφθόγγου γράφεσθαι. Eadem fere leguntur in Etym. M. p. 796, 24, codice Vossiano ap. Gaisford. p. 2226, ubi post ὄνομα πόλεως additum, ἀπό τινος Φλιοῦ (corr. Φλίου) ὀνόματος κυρίου. Ceterum ad hanc nominis formam alludunt formæ supra ex Plutarcho et schol. Apoll. Rh. allatæ Φλοῖος et Φλιοῦς. Videntur igitur Græci, quum obsoleto illo Φλεὺς uti nollent, nomen alii aliter formasse. G. D.] At VV. LL., nec non Greg. Gyrald., habent etiam verb. Φλεύω : quod tamen nullius lexicographi aut grammatici testimonio comprobatum invenio. Ac certe φλεβάζοντες, non φλευάζοντες, ap. [Phot. et] Suid. et Etym. [M. p. 795, 43, qui per βρύοντες explicant] legitur : cujus thema Φλεβάζω, Scaturio. Affert tamen duplicem deductionem Etym., sc. a verbo φλέω, vel ἀπὸ τῶν φλεβῶν : secundum quam fuerit proprie φλεβάζω, Scaturio tanquam ex vena; at priorem illam derivationem sequendo, merito videri queat scrib. potius esse φλευάζω. Quod autem ad φλῶ attinet, Eust. dicit esse ὁρμὴν ἔχω : unde esse οἰνόφλυξ, secundum quosdam. Sciendum est porro inveniri etiam Φλοίω, sed pro Vireo, et Vigeo, si Plutarcho credimus, Symp. 5, [8, p. 683, E] quum dixisset epith. Ὑπέρφλοια datum esse μήλοις ab Antimacho, διὰ τὴν ἀχμὴν, ut quidem gramm. nonnulli censebant. Apud Eund. [p. 735, D] legimus, Μάλιστα χλωρὰν καὶ φλοίουσαν [legitur φλοιοῦσαν, quod in φλύουσαν mutant Salmas. et Valck. ad Eurip. Phœn. p. 312], ὡς Ἀντίμαχος ἔφη, τὴν ὀπώραν.

[Φλέως, ὁ, nomen plantæ aquaticæ, cui arundinem ampelodesmum comparat Sprengelius. Phrynich. p. 293 : Φλοῦς· καὶ τοῦτο ἡμάρτηται· οἱ γὰρ Ἀθηναῖοι φλέως λέγουσι. Καὶ τὰ ἀπὸ τούτου γινόμενα φλεῖνα καλεῖται· ubi Lobeck. : « Φλοῦς (cujus accus. φλοῦν est ap. Herodot. 3, 98) Ionice, φλέως Attice dici annotavit Pollux 10, 178. Utrumque apertum est de junco aquatico loqui, quod genus apud Aristophanem, Aristotelem H. A. 9, 40, et Theophrastum ὁ φλέως dicitur, sed varia declinatione et scriptura, τοῦ φλέω Aristoph. Ran. 246, quo loco cod. Paris. φλέως exhibet, qua genitivi forma etiam Metagenes comicus ap. Athen. 6, p. 228, E, Theophrastus et Dioscorides utuntur. Accusativus est in Aristoph. fragm. Amphiar. (85) : Πόθεν ἂν λάβοιμι βύσμα τῷ πρωκτῷ φλέων; tomentum significans (ἀνθήλην). Φλοιὸς dicitur in Periplo Scylacis p. 52, ubi φλέως emendant. Photius p. 651, 16 : Φλύην (φλοΐνην : nam sic legitur apud Herodotum 3, 98) τὴν ἐκ φλοίου· Ἡρόδοτος· juncinum quiddam intelligens. Cum verbasco confundit propter similitudinem paniculæ schol. Arist.

plerisque locis genitivum hunc isti nomini. Et quod ap. Eund. legimus non uno in loco [velut Il. N, 39, 330, 688, Σ, 154], φλογὶ εἴκελος et φλογὶ ἴσος, possumus, ut opinor, dicere simile esse his Latinis loquendi generibus, Ingenio fervidus, Fervidi animi vir : item Fervidum ingenium, Fervidus animus. [Post Homerum Hesiod. Th. 692 : Ἱερὴν φλόγα εἰλυφόωντες· 697 : Φλὸξ δ' ἠέρα δῖαν ἵκανεν· et alii poetæ quivis quum de flamma quæ proprie dicitur tum de ardore solis, de fulmine, de fulgore. Sic Pind. Pyth. 1, 45, de Ætna : Φοίνισσα κυλινδομένα φλόξ. Id. Ol. 7, 86 : Αἰθοίσας σπέρμα φλογός. Πυρὸς φλόγα Pyth. 4, 400. Eurip. Heracl. 914, Cycl. 386. Et Æsch. Ag. 496 : Δαίων φλόγα ὕλης ὀρείας σημανεῖ καπνῷ πυρός. Quæ φλογὸς παραγγέλματα dicit ib. 480, et πόμπιμον φλόγα, quod ex Hesychio restitui ib. 301. Eurip. Ion. 1263 : Πυρὸς δράκοντ' ἀναβλέποντα φοινίαν φλόγα. Ἡλίου φλὸξ ap. Æsch. Prom. 22 : Σταθευτὸς ἡλίου φοίβῃ φλογί· Pers. 505 : Φλέγων γὰρ αὐγαῖς... ἡλίου κύκλος... θερμαίνων φλογί. Soph. OEd. T. 1425. Eur. Phœn. 3 : Ἥλιε θοαῖς ἵπποισιν εἱλίσσων φλόγα· Iph. T. 1287. Κεραυνοῦ φλὸξ ap. Æsch. Prom. 359 : Καταιβάτης κεραυνὸς ἐκπνέων φλόγα· 922 : Κεραυνοῦ κρείσσον' εὑρήσει φλόγα. Eadem αἰθαλοῦσσα φλὸξ ib. 992, κεραυνία 1017, φλὸξ οὐρανία Eurip. Med. 144; Δίου πυρὸς ἔτι ζῶσαν φλόγα Bacch. 8. De flamma sacrificii μηρίων φλόγα Soph. Ant. 1010; ἐμπύρων et πελάνων φλ. Eur. Suppl. 155. Tro. 1063. Et ap. Pind. Isthm. 4, 111 : Φλὸξ ἀνατελλομένα παννυχίζει αἰθέρα κνισᾶντι λακτίζουσα καπνῷ. De vino Eur. Alc. 758 : Ἕως ἐθέρμην' αὐτὸν ἀμφιβᾶσα φλὸξ οἴνου. Xen. Symp. 2, 24 : Ὁ οἶνος... τὰς φιλοφροσύνας ὥσπερ ἔλαιον φλόγα (male ap. Athenæum φλόγας) ἐγείρει.] Ex Soph. [OEd. T. 166] affertur φλὸξ πήματος, metaphorice itidem pro πημονὴ διάπυρος. [Φλὸξ πολεμία Eurip. ap. Lycurg. p. 161, 1 : Εἰ ... πόλιν πολεμία κατεῖχε φλόξ.] Non minus autem frequens est hujus nominis usus et in soluta oratione. Xen. Cyrop. 7, [5, 23] : Ἃ ταχὺ παρακαλεῖ πολλὴν φλόγα· Sympos. [7, 4] : Τί ποτε ὁ μὲν λύχνος, διὰ τὸ λαμπρὰν φλόγα ἔχειν, φῶς παρέχει. Ut autem hic λαμπρὰν φλόγα dicit, sic Plut. Fabio [c. 2 extr.] φλόγα λάμπειν : Καθάπερ φλόγα λάμψασαν ἀπὸ μικρᾶς καὶ κούφης δυνάμεως. Aristot. Meteor. 4, p. 212 : Φλὸξ, ἢ πνεῦμά ἐστιν, ἢ καπνὸς καόμενος. [Ib. 1, 4 : Ἔστιν φλ. ἢ πνεύματος ξηροῦ ζέσις· et 2, 2.] Vide Eund. Περὶ γενέσεως καὶ φθορᾶς, p. 155. [Φλὸξ μαλακὴ, θερμοτάτη, σκληρὰ, ὀξεῖα, σφοδροτέρα, ἀθροωτέρα Theophr. De igne § 36. Φλ. ὀξυτέρα, νωθροτέρα, παχυτέρα id. H. Pl. 5, 9, 3; μαλακωτάτη 5, 9, 8. Ψυχρὰ φλ. ap. Pind. fragm. 88 : Ἐξ ἀδάμαντος ἢὲ σιδάρου κεχάλκευται μέλαιναν καρδίαν ψυχρᾷ φλογί.] In VV. LL. affertur sine auctoris nomine, φλὸξ πυρὸς, pro Flammeum incendium; sed reddere possumus magis ad verbum Flamma ignis. [V. exx. ex poetis supra allata. Legitur etiam in libris V. et N. T., velut Exod. 3, 2 : Ὤφθη ἄγγελος κυρίου ἐν φλογὶ πυρός. Esa. 29, 6 : Καταιγὶς φερομένη καὶ φλ. πυρὸς κατεσθίουσα. Luc. Act. Apost. 7, 20 : Ἐν φλογὶ πυρὸς βάτου. Apoc. 1, 14 : Οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ ὡς φλ. πυρός. Numeri pluralis rara sunt apud antiquiores scriptores exempla. Orph. Lith. 176 : Ἀτὲρ πυρὸς ἐκ φλόγας ὄρσαι· et ib. 183. Aristot. Meteor. 1, 4 : Αἱ φλόγες αἱ καόμεναι φαίνονται περὶ τὸν οὐρανόν. Φλόγες solis Nicand. ap. Athen. 15, p. 684, A. LXX Cant. 8, 6 : Περίπτερα πυρὸς, φλόγες αὐτῆς. Sap. 17, 5 : Ἄστρων ἔκλαμπροι φλόγες. Athen. 11, p. 474, D : Τὸν λύχνον... ἀνακεχυμένας ἔχοντα τὰς φλόγας.] || Φλὸξ est et nomen cujusdam floris. Vide Πορφύριον. [Hesych. : Φλὸξ, ἡ τοῦ πυρός· καὶ ἄνθος τι. « Est planta φρυγανικὴ, coronaria, ἄσμος ap. Theophr. H. Pl. 6, 6, 2; semine propagatur, quoniam caule et radice est lignosis, ib. § 11. Agrostemma coronarium interpretatur Sprengel. » Schneid. Plin. H. N. 21, 38 : « Proxime (post violam albam, quæ est prima florum ver nuntiantium) flammea, quæ et phlox vocatur, silvestris duntaxat. » (Sec. Fraas. Syn. plant. Floræ class. p. 106 est quæ hodie ab herbariis nominatur Silene, cujus species sunt lusitanica, rubella, stricta, vespertina. Hase.)]

[Φλόος. V. Φλοιός.]

[Φλόρος. V. Φλῶρος.]

[Φλουάζω, Φλουάσσω. V. Φλυάσσω.]

[Φλούδιον, τὸ, Cortex. Φλοιὸς per φλ. exp. Zonaras p. 1813. Est recentioris Græcitatis voc., de quo v. Ducang. s. v. Φλοῦδα.]

[Φλοῦκτος, εἶδος ῥοφήματος, Hesych.]

[Φλοῦς. V. Φλοιός.]

[Φλυ. in inscrr. nota vocis Φλυεύς. Franz. El. Epigr. gr. p. 373. Hase.]

[Φλῦ. Schol. rec. Æsch. Prom. 504, ubi de verbo φλύω agit : Ποιὰ λέξις τῶν λοπαδίων τὸ φλῦ φλῦ, ὅταν βράζωσιν.]

[Φλυά. V. Φλυεῖς.]

[Φλῦάδης, ὁ, Phlyæ filius. Epigr. ap. Pausan. 4, 1, 8 : Φλυάδεω (libri φλυάνδεω vel φλύαν δέω) [κλεινοῖο γόνου Καυκωνιάδαο. Addit Pausan. : Τοῦτο τὸ ἐπίγραμμα δηλοῖ ὡς παρὰ τὴν Μεσσήνην ἀφίκοιτο ὁ Καύκων ἀπόγονος ὢν Φλύου· ubi scribebatur Φλυοῦ, quod correxit L. Dindorfius. Ambiguum autem est utrum hoc sit ab nominativo Φλύης aut Φλῦος.]

[Φλύαζε. V. Φλυεῖς.]

[Φλυάζω. V. Φλυάσσω.]

[Φλυᾶθεν. V. Φλυεῖς.]

[Φλυάκιον vitiose pro Φλυζάκιον, quod v.]

[Φλυακογραφία, ἡ, Scurrilium fabularum scriptio. Suidas s. v. Ῥίνθων, ἀρχηγὸς τῆς καλουμένης ἱλαροτραγῳδίας, ὅ ἐστι φλυακογραφία.]

Φλυᾱκογράφος, ὁ, Scriptor φλυάκων, ut Sopater ap. Athen. [3, p. 86, A; 14, p. 649, A. Hesych. s. v. Ἄσεκτος, Ῥίνθωνι Ταραντίνῳ φιλοσόφῳ, ubi φλυακογράφῳ restituere volebat Toupius, frustra, quum Rhintho inter τοὺς Πυθαγορείους fuerit : v. Joann. Lyd. De magistr. p. 70.]

[Φλύαξ, ὁ. HSt. post Φλύαρος ejusque derivata :] At vero Φλύαξ, ακος, ὁ, eandem quidem originem, non eandem tamen signif. habet, sed affinem, quatenus quidem certe exp. γελοιαστὴς ab Hesych. Hæc enim vox γελοιαστὴς significat Jocatorem, i. e. eum qui jocari solet s. gaudet : quem fortassis Jocosum aliquis appellare malit. [Pollux 9, 149 : Τωθαστὴς δὲ καὶ τωθαστικὸς καὶ γελωτοποιός. Ἐπὶ τούτου δ' εἴρηται καὶ τὸ φλύαξ· ἀλλ' οὐδὲ τοῦτο ἐπαινεῖται πρὸς ἐμοῦ τοὔνομα, καίτοι τὸ φλυαρεῖν ἕτερόν ἐστιν.] Interdumque et in malam partem pro Scurra poni existimatur. Quatenus vero ab eod. lexicographo φλύαξ exp. μέθυσος [et μεθυστής], quo significatur Ebriosus, Vinolentus, convenit hic usus verbi φλύω cum eo quem habet in οἰνόφλυξ. Sciendum est porro φλύακας a Suida exponi etiam κιναίδους : quos φλύακας Sotadem scripsisse tradit. Athen. autem 14, [p. 621], quos ex Græcis alii δεικηλιστὰς (ita enim scrib. potius quam δικηλιστὰς), alii φαλλοφόρους, alii αὐτοκαβδάλους nominarint, ab Italis φλύακας appellatos esse tradit. [Steph. Byz. s. v. Τάρας : Ῥίνθων Ταραντῖνος φλύαξ. « Italiotæ (v. Salmas. ad Scriptt. H. Aug. vol. 1, p. 845, et Hemst. ad Hesych. s. v. Ἰαροχρείαν) μιμητὰς appellabant φλύακας, docente Eustath. ad Hom. p. 884, 26 (ubi φλοίακες scriptum). De φλυακογραφίᾳ disputavit Cuper. in Observ. 1, 10, p. 74 sqq., Casaub. ad Athen. 3, 9, p. 167, Salmas. ad Solin. p. 76, et Eichstædt. De dramate comico-satyr. p. 43. » Jacobs. ad Anthol. vol. 6, p. 421. Adde Reuvens. Collect. Liter. p. 69 sq. Dicitur autem φλύαξ et de homine et de re, ut φλέδων et φλύαρος. V. Lobeck. Paralip. p. 131.]

Φλῦᾱρέω, Nugor, Inepte garrio, Ineptio, Blatero. [Ion. Φλυηρέω ap. Herodot. 7, 103 : Πολλὰ φλυηρέεις· et 104. Hesych. : Ἐφλυάρει, ἐλήρει. Ἐφλυήρει, ἐλήρει, ἐμωρολόγει. Verbum frequens in comœdia, ut ap.] Aristoph. [Eq. 545 : Οὐκ ἀνοήτως ἐσπηδήσας ἐφλυάρει·] Vesp. [85] : Ἄλλως φλυαρεῖτε. Idem [Plut. 360] : Παῦσαι φλυαρῶν. Interdum vero adjunctum casum habet, sc. accus., ut ap. Plat. Rep. 1 : Οὐκ ἀποδέξομαί σου, ἐὰν τοιαῦτα φλυαρῇς [nunc ἐὰν ὕθλους τοιούτους λέγῃς p. 336, D], Si talia nugeris, tales nugas effutias. Ex Eod. in Apol. [p. 19, C] habuisti paulo ante, Ἄλλην πολλὴν φλυαρίαν φλυαροῦντα· quod perinde est ac si dicas Nugas nugantem. At vero ap. Eund. Gorg. [p. 490, E] : Ποῖα ὑποδήματα φλυαρεῖς ἔχων; Bud. vertit, Quos, malum, calceos deblateras? Sed videtur φλυαρεῖν in hoc loco aliisque hujusmodi, esse, Blaterando s. Nugando commemorare. [Xen. Hell. 6, 4, 2 : Ἡ

ἐκκλησία ἐκεῖνον φλυαρεῖν ἡγήσατο· Anab. 3, 1, 26: Ὅτι φλυαροίη ὅστις λέγοι ἄλλως πως. Isocr. p. 97, B: Ταῦτα φλυαροῦντες.] At cum accus. personæ, et quidem præcedente etiam dat. rei, novum videri possit ap. Jo. Ep. 3, [10]: Λόγοις πονηροῖς φλυαρῶν ἡμᾶς. Ubi redditur a veteri etiam Interprete, Verbis malis garriens in nos. Novum, inquam, videri id possit, pro καταφλυαρῶν ἡμῶν. || Pass. Φλυαρεῖσθαι dicitur quidpiam Nugando dici, vel Dici ab eo qui nugatur, Deblaterari. Greg. Naz.: Τοῦτο φλυαρεῖται ἡδέως. Eust. βέβακται exp. πεφλυάρηται. Bud. φλυαροῦμαι interpr. Nugis afficior, et nugas hominum blateronum patior; affertque ex Diog. L. Cleanthe [7, 173]: Ἄτοπον γὰρ εἶναι, τὸν μὲν Διόνυσον καὶ Ἡρακλέα φλυαρουμένους ὑπὸ τῶν ποιητῶν μὴ ὀργίζεσθαι, αὐτὸν δὲ ὑπὸ τῆ τυχούσῃ βλασφημίᾳ δυσχεραίνειν. [|| Nugas ago, Inepte ago. Xen. Cyr. 1, 4, 11: Ἐφλυαροῦμεν ὅτε τὰ ἐν παρασείσῳ θηρία ἐθηρῶμεν· Hell. 3, 1, 18: Νομίσας τὸν Δερκυλίδαν φλυαρεῖν διατρίβοντα (in obsidione).]

[Φλυάρημα, τὸ, Nugamentum, Nugæ. Joseph. C. Apion. 2, 9. Dionys. De comp. verb. c. 18, vol. 5, p. 129, 1. G. D. Leo Imp. Vita Chrys. p. 285, 37. Nilus Epist. p. 173, 16. Philo vol. 2, p. 495, 21, τὰ φλ. μετρίως ἐξελήλεγκται, Satis convictæ sunt nugæ. Hase.]

Φλῠᾰρία, ἡ, Nugæ [ut plur. Φλυαρίαι exp. in Gl.], s. potius q. d. Nugacitas. Redditur etiam Loquacitas inepta, et Ineptiæ. Plato Apol. [p. 19, C]: Ἄλλην πολλὴν φλυαρίαν φλυαροῦντα. [Criton. p. 46, D: Ἦν παιδιὰ καὶ φλ. ὡς ἀληθῶς· Phædon. p. 66, C: Φλυαρίας ἐμπίπλησον ἡμᾶς πολλῆς· Hipp. maj. p. 304, B: Λῆροι καὶ φλυαρίαι. Isocr. p. 310, C: Τὰς ἐκείνων φλ.] Plut. Symp. 8: Λαλιᾶς δὲ ἀτάκτου καὶ φλυαρίας. Sed dicitur a Luciano φλυαρία sicut de verbis, ita et de rebus futilibus. [Aristoph. Lys. 159: Φλυαρία ταῦτ' ἔστι τὰ μεμιμημένα. Isocr. De antid. p. 469, § 211: Ἔστιν ἡ περὶ τοὺς σοφιστὰς διατριβὴ φλυαρία καὶ φενακισμός. Xen. Anab. 1, 3, 18: Ἔγωγέ φημι ταῦτα φλυαρίας εἶναι. Synes. p. 70, C: Ἀποσκευάσασθαι τὴν φλ. τῆς φύσεως.] Dici vero et φλύαρον de rebus, docui supra. [||Pollux 6, 146, ubi de vocabulis agit quibus loquaces appellantur: Φλύαρος, φλυαρίας εἴρων· ubi genitivus ab adjectivo εἴρων pendere creditur: quomodo nemo locutus est. Itaque delendum φλυαρίας, nisi forte substantivum φλυαρίας, ὁ, exstitit. G. Dind.]

[Φλυαρογραφέω.] Sunt vero itidem comp. Φλυαρογράφος, et Φλυαρογραφέω, et Φλυαρογραφία. Nam φλυαρογράφος est Nugarum scriptor; φλυαρογραφία, Nugarum scriptio; φλυαρογραφῶ, Nugas scribo. Potest tamen φλυαρογράφος reddi etiam Nugax scriptor, s. Ineptus: et ceterorum duorum interpretatio ad hanc accommodari. Afferuntur autem ex schol. Nicandri [Al. 214] φλυαρογραφοῦντες et φλυαρογράφοι pro Nugarum scriptoribus. [Schol.: Φλύζων, φλυαρῶν ὑπὸ τῆς μανίας. Καὶ οἱ Ἰταλιῶται τοὺς φλυαρογραφοῦντας φλυζογράφους ἐκάλουν.]

[Φλυαροκοπέω, Nugas ago. Zonaras Lex. p. 1626 (sive in Montef. Bibl. Coisl. p. 501): Οὕτω φλυαροκοποῦσιν οἱ ἄφρονες Ἕλληνες.]

[Φλυαροκοπία, ἡ, Nugacitas. Zonaras Lex. p. 1495 (sive ap. Montef. l. c. p. 501 et 601): Παιὰν ὕμνος ᾀδόμενος... ἐπὶ ἀφέσει λοιμοῦ, κατὰ τὴν φλ. τῶν Ἑλλήνων.]

Φλυαρολογέω, Nugas loquor, Nugor.

Φλυαρολογία, ἡ, q. d. Nugiloquentia, si hanc vocem fingere fas est. Alioqui reddi potest, Sermo nugatorius, ineptus. [Plato Axioch. p. 369, D. Schol. Aristoph. Nub. 1109.]

Φλυαρολόγος, ὁ, ἡ, q. d. Nugiloquus, i. e. Qui nugas loquitur.

[Φλύαρος, ὁ. HSt. s. v. Φλύος:] Inde factum est præterea multo usitatius voc. Φλύαρος, ὁ [Arcad. p. 70, 18: Τὸ φλύαρος προπαροξύνεται, οὐκ ἔχον θηλυκόν. Syllaba penultima ut in φλυαρεῖν ceterisque derivatis ubique longa est, ut mirum sit quod Herodianus tradidit Π. μον. λέξ. p. 21, 9: Τούτου τινὲς ἐκτείνουσι τὸ α, καὶ μάλιστα παρ' Ἀττικοῖς. In excerptis Περὶ διχρόνων p. 300, 1: Τὸ φλύαρος ὀφείλει συστέλλεσθαι· unde Draco p. 95, 26: Φλύαρος τὴν παραλήγουσαν συστέλλει], Nugæ, Ineptiæ. Item Res vanæ, Res futiles, nullius momenti. Aristoph. Nub. [365]: Αὖται γάρ τοι μόναι εἰσὶ θεαὶ, τἄλλα δὲ πάντ' ἐστὶ φλυάρος. [Per φλήναφος καὶ λῆρος exp. schol., cui Suidas addit καὶ μάταιος λόγος.] Plut. Symp. 7, [p. 701, A]: Ἤρετο παιδιὰν εἶναι [καὶ] φλύαρον. [Id. V. Cicer. c. 2: Ταῦτα ... ὀνείρατα καὶ φλύαρον εἶναι δοκοῦντα· V. Anton. c. 29: Τὰ πολλὰ ... διηγεῖσθαι πολὺς ἂν εἴη φλ.] Auctor Axiochi [p. 365, E]: Πάντα τοιγαροῦν τὸν τοιόνδε φλύαρον ἀποσκέδασαι, Omnes hasce nugas et ineptias ex animo tuo expelle. Sed hoc quoque non de re tantum, verum de homine etiam dicitur, et quidem ap. hunc ipsum auctorem [p. 359, B: Ἐκ συγκλύδων ὄχλου καὶ βιαίων φλ. Numero plur. Strattis ap. Athen. 14, p. 654, F: Πολλῶν φλυάρων καὶ ταῶν ἀντάξια. Plut. V. Alcib. c. 34: Νόμους καὶ φλ. ἀπολλύντας τὴν πόλιν· et V. Artox. c. 15; et, ubi edd. vet. vitioso accentu φλυαροὺς, Mor. p. 39, A.] Quum autem homini tribuitur, reddendum est Nugator, Nugax, Inepta garrulitate utens, Stultiloquus. [Φλύαροι, Gerrones, Gl. Per φαῦλος, εὐήθης exp. Hesych., per πολυλόγος Thom. M. p. 898.] Invenitur et φλύαρος λόγος ap. Plut. [Mor. p. 169, E: Ἀποδείκνυσι τὸν Πυθαγόρου λόγον φλύαρον· ubi non adjectivum est cum λόγον conjungendum, sed substantivum, vulgo vitioso accentu φλυαρὸν scriptum. ||Adverb. Φλυάρως schol. Aristoph. Vesp. 588. Falso accentu φλυαρῶς Tzetzes in Crameri Anecd. Oxon. vol. 3, p. 356, 30, a Boiss. cit.]

[Φλυᾱρώδης, ὁ, ἡ.] Est præterea ex φλύαρος factum nomen adj. Φλυαρώδης, Nugatorius, Nugax. [Plut. V. Lyc. c. 6. Id. Mor. p. 615, A: Φλ. διήγημα· et p. 716, F.]

[Φλυάσιος vitiose pro Φυλάσιος. V. Φυλή.]

Φλῠάσσω superioribus addi debet, quod est Nugor. Nam Hesych. φλυάσσει exp. φλυαρεῖ, φλύει: quod in hac expositione an priorem illam duntaxat signif., an et alteram habere voluerit incertum est. Addendum est item Φλουάσσω, ex eod. Hesych., pro Nugor: φλυαρῶ, ληρῶ. [Apud Hesych. est Φλουάζει, φλυαρεῖ, ληρεῖ, Laconica forma. Idem Λυττεῖ per πολλὰ λαλεῖ exponit, quod ex Φλυάττει depravatum videbatur Ruhnkenio Epist. crit. p. 87.]

[Φλυγαδία vitiose pro Φλιγαδία, quod v.]

[Φλυγόνιον, τὸ, Phlygonium. Steph. Byz.: Φλ., πόλις Φωκίδος (memorata a Pausania 10, 3, 2). Λέγεται καὶ θηλυκῶς Φλυγονία. Ὁ πολίτης Φλυγόνιος καὶ Φλυγονιεύς.]

[Φλυδαρός. V. Φλυδάω.]

Φλῠδάω an ad superiora [Φλύζω etc.] pertineat, dubitari potest, quum significatione minus cum illis conveniat: interim tamen hunc ei locum dandum esse censui. Exp. ergo φλυδᾷν, Humescere, Madere, Flaccescere. Et nomen Φλυδαρὸς, Humidus, Uvidus, Flaccidus. Galen. [Lex. p. 592] ap. Hippocr. φλυδᾷ, ὑγραίνεται, μυδᾷ. Φλυδαρὴν, ὑγράν. [Hippocr. p. 308, 31: Ἀνάγκη τοῖσι μὲν νοτίοισι λύεσθαί τε καὶ φλυδᾶν τὸν ἐγκέφαλον, Dissolvi ac humescere. Madescere ac flaccescere dixit Calvus. Ubi tamen φλοιδᾶν passim in exemplaribus legitur. Erot. (p. 384) φλιδᾶν (aut φλυδᾶν, ut quædam habent exemplaria) διϊκνεῖσθαι καὶ διαπηδᾶν καὶ διαπίνειν exponitur, quæ expositio mihi suspecta est, et pro διϊκνεῖσθαι διαχεῖσθαι, pro διαπίνειν διαπίπτειν leg. existimo. Διαπονεῖν habent exemplaria quædam. Foes.] Hesych. autem φλυδᾶν exp. διαχεῖσθαι. Est porro diligenter observanda differentia inter hoc Φλυδᾶν per υ, et Φληδᾶν per η, de quo supra, et Φλιδᾶν per ι. Quanquam ad hoc quod attinet, non parvam affinitatem habere cum φλυδᾶν videri potest, quatenus Hesych. φλιδᾶν per ι exp. σήπεσθαι, ut Galen. φλυδᾶν per υ, μυδᾶν. Scimus enim σήπεσθαι esse Putrescere, Putrefieri, idemque significare et μυδᾶν, nisi quod minus generalem Putredinis signif. habet. Accipitur vero φλιδᾶν et pro Rumpi, Lacerari, (quod certe usuvenit iis quæ putruerunt,) Bud. etiam teste, qui affert ex Plut. [Mor. p. 642, E]: Τὰ δὲ ὑπὸ θηρίων δηχθέντα ζῶα ῥήγνυται, καὶ τοὺς ὄνυχας μελαίνεται καὶ τριχορῥοεῖ, καὶ τοῖς δέρμασι φλιδᾷ καὶ ῥακοῦται· et φλιδᾷ hic reddit, Rumpuntur, Lacerantur, Laniantur. Est vero et poet. particip. Φλιδόωσα ap. Hesych., quod exp. ῥηγνυμένη. Sumpsit autem fortasse hoc partic. ex isto Nicandri loco, Ther. [363]: Μυδόεν τεκμήρατο νύγμα, Σηπεδόσι φλιδόωσα· nam hic φλιδόωσα similiter exp. διερῥωγυῖα. Observa autem in hoc ipso loco et

hæc duo vocabula μυδόεν ac σηπεδόσι : quorum hoc facit pro Hesychii expositione, qua φλιδᾶν dicit esse σήπεσθαι, (facit et pro eo quod dixi usuvenire iis quæ putruerunt, ut rumpantur,) at illud μυδόεν convenit cum expositione Galeni, qua φλυδᾶ (ita enim ibi per υ) esse dicit μυδᾶ. Sed nom. Φλιδόνες ex eod. Hesych. affertur pro Rugæ vestium et sinus, quam interpret. cum ejus verbis confer [Addit etiam, τινὲς δὲ σφυγμοί] : itidemque φλιδόων pro Rugas contrahens, præ obesitate, ex Nicandro [Al. 569] : Ἀλθαίνει καὶ γέντα συὸς φλιδόωντος ἀλοιφῇ. At vero Φλιδόωντο ap. Eund. [Hesych.] habetur aliter expositum, sc. διέπροντο et ἐτέμνοντο : ex quibus vocabulis prius illud mihi suspectum est. Legitur item Φλοιδιᾶν ap. Eund., quod esse dicit πεπρῆσθαι. Quin etiam Φλοιδούμενος, quod exp. [ab Hesych.] ταραττόμενος. [Sic etiam Suidas exp., apud quem Φλυδούμενος scriptum est, addito Lycophronis versu 35 : Προφήτης ἐγκάτοις φλυδούμενος, parum accurate scripto. Nam ap. Lyc. legitur : Ἔμπνους δὲ δαιτρὸς ἡπάτων (unus cod. ἐγκάτων, alius ἐγκάτοις) φλοιδούμενος. Quod per φλογιζόμενος et φλεγόμενος exp. schol. Apud Zonar. p. 1815 est Φλοιδούμενος, καιόμενος, βρασσόμενος.] At VV. LL. has diversorum verborum exposs. confundentia, φλοιδούμενος interpr. Inflammatus, Turbatus, tanquam ex ipso Hesych. [Activ. est ap. Georg. Pachym. V. Andr. Pal. p. 155, B : Ἀπηνῶς φλοιδοῦντες τοὺς ὀφθαλμούς, i. e. Oculos eruentes. G. D. Jo. Damasc. t. 2, p. 889, E, τὴν σάρκα φλοιδοῦσαν τοῖς πάθεσιν. Hase.] Superest Φλιδάνω, cui ea, quam tribuit, explicatio, melius cum illius verbi φλιδᾶν significatione convenit; dicit enim φλιδάνει esse διαπίπτει, διαῤῥεῖ : quæ dicuntur, ac præsertim hoc posterius, etiam περὶ τῶν σηπομένων.

[Φλῦεῖς, οἱ, Phlyenses. Steph. Byz. : Φλυεῖς, δῆμος τῆς Κεκροπίδος φυλῆς. Ὁ δημότης Φλυεύς (Aristoph. Vesp. 234 : Χάβης ὁ Φλυεύς) καὶ Φλυῆθεν. Τὰ τοπικὰ Φλυᾶθεν (libri φλύαθεν vel φλυάθεν) Φλύαζε (Φλυάζε Meinekius) Φλυῆσιν. Ubi Meinek. : « Φλυὴ demum hunc vocat Arcadius p. 103, 26, et grammaticus in Cram. Anecd. Oxon. vol. 1, p. 427 : Καὶ Πλυή· ἔστι δὲ δῆμος Αἰολικὸς, ubi legendum Φλυὴ et Ἀττικός. Vitioso accentu Φλύη ap. schol. Aristoph. Vesp. 234. *Phlyeus* est ap. Senec. Hipp. 28. » Harpocr. : Φλυέα· Ἰσαῖος ἐν τῷ περὶ τοῦ Κίρωνος κλήρου. Φλυεῖς δῆμος τῆς Κεκροπίδος. Ἐκ τούτου δὲ τοῦ δήμου ἦν Εὐριπίδης ὁ τῆς τραγῳδίας ποιητής. Ubi quod in capite glossæ legebatur Φλυεῖα et Φλυεία nunc ex Isæo p. 68, 44, correctum restituto Φλυέα. Vetus vitium fraudem fecit Photio, Suidæ et Etym. M. p. 795, 39, qui ex Epitome Harpocrationis, quæ verbis Ἰσαῖος ... Φλυεῖς, caret, scripserunt, Φλυεία (φλύεια codices Suidæ, φλυία edd. veteres, φλαυεία Etym. M. codices duo), δῆμος τῆς K. etc. Adjectivi Φλυεὺς, έως, et plur. Φλυεῖς frequentia in inscrr. exempla sunt, velut in inscr. nav. II, 29; VII, b, 26; X, d, 97; XVII, b, 60, aliisque : vid. Bœckh. Corp. Inscr. vol. 1, p. 307, 441, Ross. De demis Att. p. 101, 202, ubi etiam genit. Φλυέως. (Φλυεῦσι ap. Pausan. 1, 31, 4.) Forma soluta Φλυέες ibid. p. 21, ut in eadem inscr. Ἐρχιέες, Πλωθέες et alia. Adverbium Φλυῆθεν ib. p. 23 : Ξενοκλέους Φλυῆθεν. Φλυῆσιν ib. p. 102 bis. Φλυῆσιν ap. Theophr. Athen. 10, p. 424, F (ubi codicis scripturam φύλησιν emendavit Casaubonus), Plut. V. Themist. c. 1. Φλυᾶθεν et Φλύαζε (unde fortasse corruptum φοιβάζε ap. Theognost. Can. p. 156, 15), quæ ponit Steph. Byz., nusquam reperiuntur, ficta, ut videtur, ex Φλυὰ vel quod ap. Arcadium legitur Φλυὴ, quod ipsum quoque inusitatum est. Nam demi nomen, ut fit in aliis multis, adjectivo exprimitur, Φλυεῖς, οἱ. Recte igitur Hesychius, Φλυεῖς (codex φλύεις), δῆμος τῆς Πτολεμαΐδος φυλῆς. Qui quod Ptolemaïdi adscribit, quæ tribus in honorem Ptolemæi Philadelphi instituta est, ad recentiora tempora spectat, ut schol. Aristoph. Vesp. 234, confirmaturque inscr. ap. Sponium p. 45. Ceterum nomen demi derivatum est ab nomine heros quod Φλῦος fuit, de quo suo loco dicemus. G. Dind.]

[Φλυζάκιον, τό. HSt. s. v. Φλύκταινα :] Ceterum pro φλύκταινα dici etiam Φλυζάκιον, paulo ante ex Gorr. annotavi. Galen. [Lex. p. 592] φλυζάκια ap. Hippocr. exp. ψυδράκια. [Quod in Φυζάκια corruptum ap. Hesych. « Hippocr. p. 401, 7 : Φλυζάκια ἐπὶ τὴν ὀφρὺν καὶ ἐρυθήματα ἴσχει· ubi per φλυκταίνας exp. Galenus. Φλυζάκια etiam papularum genus indicant, quæ toto corpore erumpunt in febribus assiduis (Varos vocant), ap. Hippocr. p. 133, E : Οἷσιν ἐν συνεχέσι φλυζάκια κατὰ πᾶν τὸ σῶμα ἐκφύει. » Foes.] In VV. LL. Φλυζάκιον, Bulla, Pustula bullæ in modum exurgens.

[Φλυζογράφος. V. Φλυαρογραφέω.]

[Φλύζω. V. Φλύω.]

[Φλυηρέω. V. Φλυαρέω.]

[Φλυήσιος. V. Φλιοῦς.]

[Φλυκτὰ (?), κακὰ, σχέτλια, Hesych. Infra Φύκα (?), σχέτλια, οὐκ ἀνεκτά.]

[Φλύκταινα, ἡ.] Ab illo autem φλύω sunt nomina Φλυκτὶς, ίδος, ἡ, et Φλύκταινα, Eust. [p. 1240 extr.] teste : qui tamen postea dicit videri esse a verbo Φλύσσω, φλύξω, sicut et οἰνόφλυξ. Qua in re lubenter ei subscribo, et addo, sicut φλυκτὶς et φλύκταινα derivantur potius a φλύσσω, sic a Φλύω deductum esse nomen Φλύσις, quo significatur ab Hippocr. Eruptio (Galen. [Lex. p. 592] ἐξάνθησιν appellat) in cute, ex superfluitate humoris qui est in corpore. Φλυκτὶς autem et φλύκταινα dicuntur de Tumore s. Tuberculo in cute ex adustione. Eust. dicit τὸ ἀποκαύσεως ἐν σαρκὶ ἀνάστημα. [Hesych. : Φλύκταινα, τὸ ἀπὸ πυρὸς φύσημα γενόμενον ἐν τῷ σώματι.] Redditur autem utrumque uno verbo, Papula, Pustula; sed hæc patere latius quam illam Hesychii definitionem, minime quis negare possit. [Hippocr. p. 42, 34 : Φλύκταιναι γίνονται ἀνὰ τὸ σῶμα.] Thuc. 2, [49] loquens de corpore eorum qui sæva illa peste corripiebantur Athenis : Ἀλλ' ὑπέρυθρον, πελιδνὸν, φλυκταίναις μικραῖς καὶ ἕλκεσιν ἐξηνθηκός. [Theophrastus De igne § 57 : Τὰ κατακαύματα τῷ θερμῷ καθίσταται καὶ κωλύει φλυκταίνας ἐπαίρεσθαι. Nicand. Ther. 240 : Ἐν πυρὶ φλύκταιναι ἀραιαί.] Philo in Vita Mos. [vol. 2, p. 101, 1] : Καὶ τὰ σώματα εὐθὺς συνῴδει ταῖς ἐξανθήσεσιν, ὑποπύους ἔχοντα φλυκταίνας. Apud Aristophanem autem Vesp. [1119] : Τῆσδε τῆς χώρας ὕπερ μήτε κώπην, μήτε λόγχην, μήτε φλύκταιναν λαβών, schol. esse dicit φύσκαν ἐν τῇ χειρὶ ἐκ τοῦ κωπηλατεῖν : sed fortasse pro κωπηλατεῖν alio vocabulo generaliori uti debuit. [Idem Ran. 236 : Ἐγὼ δὲ φλυκταίνας γ' ἔχω χὠ πρωκτὸς ἰδίει πάλαι· ubi schol. pariter : Τὰ τῶν χειρῶν ἐπαναστήματα ἀπὸ τοῦ κωπηλατεῖν.] Nam et ex alio laboris genere in manibus operi insuetis oriri possunt. Quo pertinet hic usus nominis Pustula, ap. Tibull., ubi dicit, Læderet aut teneras pustula rupta manus. Nisi quis hoc ex Martiale exemplum, tanquam certius, malit, Fervida ne trito tibi pollice pustula surgat. Celsus 5, [28], de pustulis hæc inter alia scribit : Nonnunquam plures similes varis oriuntur, nonnunquam majores, lividæ, aut pallidæ, aut nigræ, aut aliter naturali colore mutato; subestque humor. Ubi hæ ruptæ sunt, infra quasi exulcerata caro apparet : ἕλκώδεις Græce nominantur. Fiunt autem vel ex frigore, vel ex igni, vel ex medicamentis. Quidam, inquit Gorr., vesiculas interpr. : oriuntur maxime a ferventibus et acerrimis humoribus, iis, quæ ab igne aut ferventi aqua gignuntur, similes. Toto corpore nascuntur, sed nullibi periculosius quam in oculi membrana cornea, quæ primum quidem vesiculæ in morem attollitur ab acri quodam humore, deinde vero excoriatur, et oculum purulentum reddit. Quidam putant idem esse φλύκταιναν atque ψυδράκιον : alii vero exigua quadam differentia distinguunt : scribentes, ψυδράκιον affectum esse capitis proprium, et ab humore frigidiori quam φλύκταιναν excitari. Certum vero est φλύκταιναν cum φλυζακίῳ eandem esse, et utrumque a verbis φλύω, φλύζω, s. φλύσσω deductum esse. Hæc ille. Sed quod ad deductionem attinet, si ejus ratio ad grammaticæ normam ineunda sit, quin a φλύσσω potius quam a reliquis petenda sit, ut antea docui, nemini dubium esse debet. [De pustulis panis sub cineribus cocti ardore ignis excitatis Lucian. D. mort. c. 4 : Ἐγκρυφίας ἄρτος ὁ ταῖς φλ. ὅλος ἐξηνθηκώς. Hesych. : Ἀττάραγος, τὸ ἐλάχιστον· οἱ δὲ τὰς ἐπὶ τῶν ἄρτων φλυκταίνας.]

[Φλυκταινίδιον, τὸ, Pustula. Hippocr. p. 183, A.]

[Φλυκταινὶς, ίδος, ἡ, Pustula. Hippocr. p. 994, D.]
[Φλυκταινοειδὴς, ές, ἡ, Pustulosus. Hippocr. p. 641, 12 : Φλ. χρῶμα.]

Φλυκταινόομαι, (q. d. Pustulor,) In pustulas erumpo. [Hippocr. p. 195, G : Φλυκταινούμενοι τὰ ἄρθρα ἐξερύθροισι ἐπιπολαίοις.] Diosc. 1, 134 : Πυρίκαυτά τε οὐκ ἐᾷ φλυκταινοῦσθαι, καταχριόμενον μετ' ὠοῦ. In VV. LL. φλυκταινοῦσθαι exp. Pustulas erumpere, gignere, emittere, sentire : item Ambusta bullare, ex Marc. Virgilio. Sed magna inscitia hic duorum vocabulorum interpretatio tribuitur unico. Non enim Ambusta bullare est pro solo verbo φλυκταινοῦσθαι, sed pro πυρίκαυτα φλυκταινοῦσθαι. Ita enim illum locum vertit, Et cum ovo junctum, bullare ambusta non permittit. Ruell. autem sic, Ambustis ex ovo illitum, pustulas non patitur erumpere. [Antyll. ap. Oribas t. 2, p. 447, 7. Id. ib. p. 412, 6, φλυκταινωθῆναι πράως τὸ δέρμα. Vertit Daremb., *Quand il y a un léger développement de bulles la peau.* Hase.]

Φλυκταινώδης, δ, ἡ, q. d. Pustularis, Cui pustulæ insunt, Pustularum speciem gerens. In VV. LL. Pustulæ similis. Φλυκταινώδης dictus est quidam ἕρπης, qui et κεγχρίας, a pustulis indito nomine. [Πεμφιδώδεις Hesych. exp. per φλυκταινώδεις, πομφόλυγες schol. Aristoph. Ran. 249 per φλυκταινώδεις δῖναι. Conf. etiam Φλυκτώδης.]

Φλυκταίνωσις, εως, ἡ, Pustularum eruptio. [Hippocr. p. 765, F. Angl. Galen. vol. 14, p. 163, 16, τοὺς μετὰ φλυκταινώσεως μελανουμένους. Hase.]

[Φλυκτὶς, ίδος, ἡ, i. q. φλύκταινα, quod v. Hippocr. p. 673, 37. Lxx Exod. 9, 9, 10 : Φλυκτίδες ἀναζέουσαι. Μῶδις Hesych. exp. per φλυκτίς. Zonaras p. 1815 : Φλύειν... ὅθεν ἡ ἐκ θερμότητος ἀνάζεσις λέγεται φλυκτὶς (nam sic pro φλυκτὸς corr. Tittm.), ὡς ἀπὸ τοῦ φλύω. G. D. Greg. Naz. t. 2, p. 99, 8. Galen. vol. 19, p. 433, 4. Achmes Onirocr. p. 62, 12; 104, 23. Moschion De pass. mul. p. 56, 5 Dewez., ἐξανθήματα καὶ φλ. Basil. t. 1, p. 722, B, φλ. ἀθρόως ἐπαναστᾶσαι. Hase.]

[Φλυκτώδης, δ, ἡ, i. q. φλυκταινώδης. Schol. Theocr. 9, 30, ὁλοφυγδὼν exp. per φῦμα, φλύκταινα, φλυκτώδης φύσκα. Recte, ut videtur, φλυκταινώδης HSt. s. v. Ὁλοφλυκτὶς vol. 6, p. 1914, A.]

[Φλυνδάνω cognitum ex composito Ἐκφλυνδάνω, quod v.]

[Φλύος, ὁ.] Ex φλύω significante i. q. φλέω, non dubium est quin sit factum Φλύος, quod Archilochus pro Nugis usurpavit : ἐπὶ φλυαρίας, si Eustathio [p. 1746, 8] credimus. Posse tamen hoc, sicut et sequentia, derivari a φλύω, alius etiam signif. respectu, docebo infra.

[Φλῦος, ὁ, Phlyus. Pausan. 4, 1, 5 : Παρὰ ταύτην τὴν Μεσσήνην τὰ ὄργια κομίζων τῶν μεγάλων θεῶν Καύκων ἦλθεν ἐξ Ἐλευσῖνος, ὁ Κελαίνου τοῦ Φλύου. Φλῦον δὲ αὐτὸν Ἀθηναῖοι λέγουσι παῖδα εἶναι Γῆς· ὁμολογεῖ δέ σφισι καὶ ὕμνος Μουσαίου Λυκομίδαις ποιηθεὶς ἐς Δήμητρα. Syllaba prima longa, quantum ex nomine demi Attici Φλυεῖς colligi potest, quod v. Patronymicum Φλυάδης in epigr. ap. Pausan. l. c. § 8 : Φλυάδεω κλεινοῖο γόνου Καυκωνιάδαο. Accentum Φλυοῦ et Φλυὸν apud Pausaniam correxit L. Dindorfius.]

[Φλύσις. V. Φλύκταινα.]

[Φλυσός. V. Φλοιός.]

[Φλυσσάω. Hesych. : Φλυσῶσα, μαινομένη. Certum est hoc pro φλυσσῶσα scriptum esse, sed utrum aliqui φλυσσᾶν dixerint pro λυσσᾶν, an pro φλύειν et φλυαρεῖν, in incerto relinquitur. Insanus μανίης ὕπο μυρία φλύζει Nic. Al. 214. Pro Λυττεῖ, πολλὰ λαλεῖ, Hesychio Ruhnkenius φλυάττει restituit, pro Λυάζει, φλυαρεῖ, Kusterus φλυάζει, sed immutatum repetit Theognost. Can. 22, 3. Lobeck. Pathol. Elem. vol. 1, p. 136.]

[Φλύσσω. V. Φλύκταινα et Φλύω.]

Φλύω illi Φλέω subjungendum, ac prius de iis in quibus convenit illi cum φλέω, agendum esse censeo : sequendo ea quæ antea de hoc verbo dicta sunt, in Φλέω. [Inania effutiendi s. nugandi signif. ap. Æsch. Prom. 504 : Μὴ μάτην φλύσαι θέλων (ubi cod. Med. recto accentu φλύσαι· male in apographis φλῦσαι)· Sept. 661 : Γράμματα ἐπ' ἀσπίδος φλύοντα σὺν φοίτῳ φρενῶν, ubi per φλυαροῦντα exp. schol. Dioscor. Anth. Pal. 7, 351 : Φήμην τε στυγερὴν ἔφλυσεν (codex ἤφλυσεν) Ἀρχίλοχος· unde Meleagro ib. 352 recte restitutum in Anth. Plan. : Πολλὰ δ' ὁ πικρὸς αἰσχρὰ καθ' ἡμετέρης ἔφλυσε παρθενίης Ἀρχίλοχος, pro ἔβλυσε, quod est in cod. Pal. || Corrupte ap. Hesych. : Φυλλεῖν, ἀδολεσχεῖν, pro φλύειν, ut vidit Ruhnk. Φλύων, syllaba priore producta, Alexandro Ætolo ap. Athen. 15, p. 699, C, intulit Schweigh. conjectura incerta : Ἤ τινα χλούνην φλύων ἀνθηρῇ σὺν κακοδαιμονίῃ, ubi codex φλοίων.]

|| Sed et Φλύζω pro φλύω, significante Nugor, ap. Nicandr. extat, Al. [214] : Αὐτὰρ ὃ μηκάζει, μανίης ὕπο μυρία φλύζων. Exp. enim φλυαρῶν.

|| Φλύω, (sicut et Φλύζω, ac Φλύσσω,) significat etiam Ferveo, Bullio, Ebullio, Fervendo s. Bulliendo strido. [Suidas : Φλύειν, τὸ ἀναζεῖν, ubi libri deteriores addunt ἤγουν βράζειν. Per καίειν, ἀναζεῖν exp. Zonaras p. 1815.] Φλύζειν proprie dicimus lebetes, inquit schol. Apollon. [Rh. 1, 275, ubi verbum ἐκφλύξαι explicat], καιομένους ἀναβάλλειν τῇ θερμότητι τὸ ὕδωρ. Itidemque Φλύζω ab Hesych. exp. ἀναζέω : quin etiam voce pass. Φλύζομαι ad hujus expositionem utitur. [Hesychii glossæ sunt tres, Φλύζει, ἀναζεῖ. Φλύζειν, ἀναζεῖν, φλύζεσθαι. Φλύσει, ἀποβαλεῖ, ἐμέσει, ζέσει· nisi hoc ad φλύω referendum. Cum ἐμέσει comparanda gl. Φλύσσει, ἐρυγγάνει.] Galenus autem [Lex. p. 592] ap. Hippocr. φλυζούσῃσι exp. βλυούσαις : et φλύεται ap. Eund., ὑγραίνεται. [Hippocr. p. 1029, G : Ἐν τῇσι σφύζουσιν αἱμορραγέσι σχῆμα εὐρύ τε ὄν. Verum ἐν τῇσι φλυζούσῃσι αἱμορραγίῃσι σχῆμα εὑρετέον, h. e. In scaturientibus aut ebullientibus sanguinis eruptionibus, legisse Galenum apparet ex corrupto φλεξούσῃσι, quod pro φλυζούσῃσι apud Galen. legitur. Foes. Recepit Littré vol. 5, p. 114.] Ceterum a φλύω est et compositum Περιφλύω, quod v. At de verbo Φλύσσω, quod Hesych. exp. non ἀναζέω, sed ἐρυγγάνω, Eructo, dicam et in proxime sequente tmematio [s. v. Φλύκταινα].

[Φλῶ. V. Φλάω, Φλέω.]

[Φλωβὸς et Φλῶμος vitiose pro φλόμος, de quo diximus s. v. Φλομίς.]

[Φλωράστιον, gl. sine explic. posita ap. Suidam. Scribendum Φλωράτιον, ut apparet ex Zonara p. 1813 : Φλῶρος, Φλωράτιος καὶ Φλωρέντιος, ὀνόματα κύρια. Adde Φλώρα, ἡ, Flora, ut θέαι τῇ Φλώρᾳ τελούμεναι ap. Dion. Cass. 78, 22. Et nomen festi, Φλωράλια, τὰ, 58, 19.]

[Φλωρέντεια, ἡ, Florentia. Suidas : Φλωρέντεια, πόλις. Φλωρέντιος δὲ ὄνομα κύριον. Sunt nomina Latina. Φλωρέντιος ap. Liban. Epist. 56.]

[Φλῶρος, ὁ, Florus, n. pr. Latinum. Suidas : Φλόρος τὸ ὄρνεον διὰ τοῦ ο μικροῦ. Φλῶρος δὲ ὄνομα κύριον. || « Schol. Oppian. Hal. 1, 157 : Μέροψ καὶ τὸ ὄρνεον, ὅπερ, ὥς φησιν Αἰλιανὸς (Nat. an. 1, 49), εἰς τοὐπίσω ἵπταται· ἔστι δ' ὁ φλῶρος (sic). Oriolum galbulam, *le Loriot,* hodie a Græcis vocari Συκοφάγον s. Φλόριον auctor est Boué *La Turquie d'Europe* t. 1, p. 493. » Hase.]

[Φλῶσσα, ἡ, Phlossa, nomen loci prope Smyrnam. Suidas s. v. Θεόκριτος.]

[Φνᾶ. V. Φλᾶ.]

[Φναΐτης, ὁ, Phnaites. Etym. M. p. 996, 45, e Chœrobosco : Δεῖ γινώσκειν ὅτι οὐδέποτε λέξις Ἑλληνικὴ ἄρχεται ἀπὸ τοῦ φ καὶ ν· τὸ γὰρ Φναΐτης (scr. Φναΐτης) ὄνομα παρ' Αἰγυπτίοις, βάρβαρον.]

[Φνεί. Etym. M. post verba modo allata : Τὸ δὲ φνεί ἐπιτετηδευμένον ἐστὶ παρὰ Ἀριστοφάνει (fragm. 702) μίμημα ὀρνέων φωνῆς. Λέγουσι δέ τινες ὅτι τὸ φνεί οὐκ ἄρχεται ἀπὸ τοῦ φ ν· οὐκ ἔστι γὰρ φνεί ἡ λέξις, ἀλλὰ τοφνεὶ, τοῦ το μὴ ὄντος ἄρθρου, ἀλλὰ μέρους τῆς λέξεως· καὶ δῆλον ἐκ τοῦ μὴ εὑρίσκεσθαι αὐτὸ χωρὶς τοῦ το παράτισι. Χοιροβοσκός. Theognost. Can. p. 155, 23 : Σεσημείωται τὸ εἰ εὐκτικὸν ὂν... διὰ τῆς ει διφθόγγου γραφόμενον, καὶ τὸ φνη (corrige φνεί) παρ' Ἀριστοφάνει· ἔστι δὲ καὶ αὐτὸ μίμημα φωνῆς ὀρνέου. Corrupte Photius Lex. p. 651, 8 : Φλιει (sine accentu)· μιμητικὸς ἦχος τῶν γαμψωνύχων. Ἀριστοφάνης. Suidas Φλίει· μιμητικῶς φωνεῖ, qui φλίει pro tertia persona verbi habuisse videtur, nisi μιμητικὴ φωνή scripsit, quod Meinekius conjecit. Zonaras p. 1815 : Φνί· κύριον. Φνεί δὲ μίμημα φωνῆς, δίφθογγον. Post Aristophanem Lucian.

Lexiph. c. 19: Οὐδ' ὅσον τοῦ γρῦ καὶ τοῦ φνεὶ φροντιοῦμεν αὐτοῦ.]

[Φόα, Hesych. ἐξάνθημα ἐν τῷ σώματι. Corruptum ex Φῷδα. V. Φωΐς.]

[Φοβάω, unde πεφοβῆσθαι, Hesychio κεκοσμῆσθαι, κομᾶν.]

[Φοβέομαι. V. Φοβέω.]

Φοβερίζω, Terreo, sed ex Græcis Bibl. interprr. ap. Daniel. [4, 2: Ἐνύπνιον εἶδον καὶ ἐφοβέρισέ με], et Esdr. [10, 3: Φοβέρισον αὐτοὺς ἐν ἐντολαῖς θεοῦ. Adde Nehem. 6, 9, 14 et 19. Hesych.: Μορμολύττει, φοβερίζει. Schleusn. Enarr. belli Troiani p. 75 15 ed. Bœcking. Anon. Vita Pachom. Actt. SS. Maii t. 3, p. 42, B, φοβερίζων πάντας. Hase.]

Φοβερισμὸς, ὁ, Terror. [Psalm. 87, 17: Φοβερισμοί σου ἐξετάραξάν με. «Nilus Narrat. p. 54 ed. Par. 1639.» Boiss. Actt. Concc. t. 3, coll. 1124, D, τοὺς αὐξήσαντας φ. ἀπελάσας. Hase.]

[Φοβεροειδὴς, ὁ, ἡ, Qui est terribili aspectu. Maccab. 3, 6, 18, ἄγγελοι.]

[Φοβερόμματος, ὁ, ἡ, Qui formidabilibus est oculis. Inscr. ap. Maffeium Mus. Veron. vol. 3, tab. 5: Φοβερόμματε Βριμώ. Boiss. Conf. A. J. H. Vincent. *Mém. de la Soc. des ant. de France* t. 20, p. 452. Hase.]

[Φοβεροποιέω, Timidum facio, Terrorem incutio. Onosand. c. 14, p. 65: Τὸν ἀπὸ τῶν πολεμίων ὑποσημαίνειν κίνδυνον, οὐχ ἥκιστα φοβεροποιοῦντα τὴν ἐκείνων ἐφεδρείαν.]

Φοβερὸς, ὰ, ὸν, Qui est timori s. terrori, Timore dignus, Timendus, Formidabilis. [Per δηλητήριον exp. Hesych. Herodot. 7, 139: Χρηστήρια φ. καὶ ἐς δεῖμα βαλόντα. Æsch. Prom. 127: Πᾶν μοι φοβερὸν τὸ προσέρπον· Sept. 78: Φοβερὰ μεγάλ' ἄχη· Eum. 990: Ἐκ τῶν φ. τῶνδε προσώπων· fragm. 55: Φ. μῖμοι. Eur. Hec. 77: Φοβερὰν ὄψιν· El. 743: Φ. μῦθοι. Aristoph. Pac. 1101: Οὗτος φ. τοῖς σπλάγχνοις ἐστὶν ὁ χρησμός. Plato Leg. 11, p. 922, C: Λόγου φ. καὶ δυσχεροῦς· 3, p. 677, E: Φοβερὰν ἐρημίαν· 7, p. 808, C: Φοβεροὶ πολεμίοις· Phædon. p. 67, E: Τὸ τεθνάναι ἥκιστ' αὐτοῖς φοβερόν· Gorg. p. 525, C: Φοβερώτατα πάθη πάσχοντας. Thucyd. 2, 98: Ὅμιλος πλήθει φοβερώτατος, ubi dativus caussalis est, *Multitudine sua*. Rursus cum dat. personæ Isocr. p. 3, C: Τὰ τῷ πλήθει (*multitudini*) φοβερὰ θαρσαλέως ὑπομένει. Xen. Cyrop. 3, 3, 28: Τὰ πολέμια ἐξαίφνης ὁρώμενα φοβερώτερα τοῖς ἐναντίοις.] Isocr. Ad Phil. [p. 98, B]: Τοῖς μὲν Ἕλλησιν ἔση πιστὸς, τοῖς δὲ βαρβάροις φοβερός. Dem. Pro cor.: Ὃ μὲν ἦν ἀμφοτέροις φοβερὸν, καὶ φυλακῆς πολλῆς δεόμενον. [Dionys. A. R. 1, 57: Ἀγγέλλεται τὰ γιγνόμενα ἐπὶ τὸ φοβερώτατον, i. e. Terribilem in modum exaggerata. Adjecto infin. Æsch. Pers. 27: Φοβεροὶ μὲν ἰδεῖν· 48: Φοβερὰν ὄψιν προσιδέσθαι. Eur. Phœn. 128: Φ. εἰσιδεῖν. Theocr. 22, 2: Φοβερὸν Πολυδεύκεα πὺξ ἐρεθίζειν. Demosth. p. 24, 12: Φίλιππον ... φοβερὸν προσπολεμῆσαι νομίζει. Xen. Anab. 3, 4, 5: Ὡς ὅτι φοβερώτατον τοῖς πολεμίοις εἴη ὁρᾶν. || Timorem afferens. Thucyd. 3, 83: Οὐδὲ ὅρκος φ. Cum μὴ constructum ap. Xen. Hier. 6, 16: Ἵππος ἀγαθὸς μὲν, φοβερὸς δὲ μὴ ἀνήκεστόν τι ποιήσῃ· Anab. 5, 7, 2: Φοβεροὶ ἦσαν μὴ ποιήσειαν οἷα κτλ. Cyrop. 7, 5, 22: Ὃ δὴ λέγεται φοβερὸν εἶναι τοῖς ... εἰσιοῦσι μὴ ... βάλλωσιν κτλ. Hier. 1, 12: Φοβερὸν μὴ στερηθῶσι· De vectig. 4, 39: Ὃ δὲ φοβερώτατον δοκεῖ εἶναι ... μὴ ὑπεργεμισθῇ κτλ. Aristot. Metaph. 9, 8: Οὐ φοβερὸν μή ποτε στῇ κτλ. Cum infin. Xen. Hell. 1, 4, 17: Τῶν φοβερῶν ὄντων τῇ πόλει γενέσθαι. Cum ὡς Plut. V. Agid. c. 12: Ἐγένοντο φοβεροὶ τοῖς ὑπεναντίοις ὡς πολλοὺς ἀποκτενοῦντες. || «Φοβερὸν, τὸ, Dionys. Jud. Lys. c. 13 jungit τῷ δεινῷ. Conf. Demetr. Eloc. § 100. In Thucydide ille κάλλος φοβερὸν appellat *elegantiam sermonis, aliquid horridi et severi admixtum habentem*, in Ep. ad Pomp. 3, p. 773, opponitque τὸ ἱλαρὸν κάλλος Herodoti: vid. Schneid. ad Demetr. p. 163. Eustathius ad Hom. Il. I, p. 331, τὴν ποικιλότητα poetæ demonstraturus, qua res graves, luctuosas et horribiles, ornatu quodam orationis mitiget, παρεμπλέκων δὲ καὶ, inquit, φοβερὰ χωρία ἐν τοῖς περὶ συὸς καὶ Ἀρτέμιδος καὶ Ἐρινύων· ἔτι δὲ καὶ γλυκαίνων τὸν λόγον ἐν τοῖς περὶ κυνηγεσίων, καὶ οὕτω μιγνὺς φόβῳ τὴν ἱλαρότητα, καὶ καλλωπίζων δὲ παρίσοις. Longinus c. 10, 6, τῷ φοβερῷ opponit τὸ μικρὸν καὶ γλαφυρόν.

A Demetrius Eloc. § 130 φοβερὰς χάριτας τοῦ λόγου dicit eam elegantiam et facetiarum urbanitatem, quæ non lusum, sed gravitatem adjuvant. Unde Homerus dicitur παίζων φοβερώτερος, et § 131 Xenophon δεινότητας εἰσάγειν ἐκ χαρίτων. Itaque his significantur, quæ alibi χάριτες σεμναὶ vel μεγάλαι dici solent.» Ernest. Lex. rhet.] || Interdum φοβερὸς active Timidus, Meticulosus, Trepidus, Pavidus. [Pollux 5, 124: Εἴποις ἂν καὶ φοβερὸν ἄνθρωπον τὸν φοβούμενον. Hesych.: Φοβερὸν, δειλὸν, ἔμφοβον. Soph. OEd. T. 153: Ἐκτέταμαι φοβερὰν φρένα δείματι πάλλων· quod per περίφοβον exp. schol., collato Alcæi versu: Ἐλάφῳ δὲ βρόμος (τρόμος Blomfield.) ἐν στήθεσι φυίει φοβερός. Pseudo-Eurip. Iph. A. 620: Φοβερὸν γὰρ ἀπαράμυθον ὄμμα πωλικόν. Plato Leg. 1, p. 647, B: Ἄφοβον ἡμῶν δεῖ γίγνεσθαι καὶ φοβερὸν ἕκαστον· C: Φ. τινὰ ποιεῖν· 7, p. 791, A: Φ. καὶ μανικὴν κίνησιν· Phil. p. 32, C: Προσδόκημα φ. καὶ ἀλγεινόν· Theag. p. 127, B: Πολλῶν καὶ φ. φροντίδων. Τὸ ξύνηθες φ. Thucyd. 6, 55. Idem φοβερὰν ἀναχώρησιν dixit 4, 128, i. e. ex timore ortam, B ut ap. Æsch. Prom. 144: Φοβερὰ δ' ἐμοῖσιν ὅσσοις ὁμίχλα προσῆξε, etc.] Arrian. [Anab. 5, 24, 10, ab Suida cit.]: Φοβεροὶ γενόμενοι ἔφυγον, ἀπολιπόντες τὰς πόλεις. Et φοβερώτερος, Magis timidus. Xen. Cyrop. 3, [3, 19]: Εἶτι ἐκείνους μὲν φοβερωτέρους ποιήσομεν, ἡμᾶς δὲ αὐτοὺς θαῤῥαλεωτέρους. [Thucyd. 2, 3: Ἐν νυκτὶ φοβερώτεροι ὄντες· quem l. respiciunt Phot. et Suidas: Φοβερός· ὁ φοβούμενος, παρὰ Θουκυδίδῃ καὶ Φερεκράτει. Xenoph. Eph. 1, 15: Ἥρα τῆς κόρης φ. ἔρωτα· ubi Hemst. σφοδρὸν, ut aliis in locis Xen. pluribus. Δειδήμονες per φοβεροὶ exp. Hesych. et Etym. M. || Adv.] Φοβερῶς, Metum incutiendo, Ita ut afferatur terror, Formidabiliter. [Φοβερῶς ἔχων annotavit Pollux 5, 123. Sic Xen. Hipparch. 8, 20: Φοβερώτατα ἔχουσι. Id. Cyrop. 8, 3, 5: Τὴν ἐξέλασιν ποιοῖτο ἰδεῖν τοῖς δυσμενέσι φοβερώτατα· Symp. 1, 10: Φοβερώτερον φθέγγεσθαι. Psalm. 138, 13: Φοβερῶς ἐθαυμαστώθης. G. D. Niceph. Ant. Vita Sym. Styl. Actt. SS. Maii t. 5, p. 346, F, φ. ἐπαιρόμενος. Greg. Nyss. t. 2, p. 400, B, μὴ λίαν φ.· t. 3, p. 91, A, τοῖς πέλας φ. εἶναι. Hase.]

C [Φοβερὸς, ὁ, nomen Cerberi, ap. Plutarch. De fluv. 16, 1. Boiss.]

Φοβερότης, ητος, ἡ, Timor, VV. LL. [Aristot. Rhet. 1, 5. Schneid. Joseph. B. J. 7, 8 (31), 3: Βάθος χρημνῶν, τῇ φ. πᾶσαν εὐτολμίαν ἐκπλῆξαι δυνάμενον. Hase.]

[Φοβερόφθαλμος, ὁ, ἡ, Terribiles oculos habens. [Sic γοργῶπις explicatur in Herodiani Epimerism. p. 17.]

[Φοβεροχάριτος, ὁ, ἡ, Gratiosus simul ac tremendus, Plenus terrificis gratiis. Anon. ap. Grets. Opp. t. 2, p. 143, B. Pseudo-Chrys. t. 11, p. 908, B, τὸν φ. σταυρόν. Hase.]

[Φοβερόω. Hesych.: Δεινοῦσι, φοβεροῦσι. Qua gl. sine vitii suspicione usus est HSt. s. v. Δεινόω. Recte Kusterus Δεινοῖσι, φοβεροῖς, ex Hom. Il. K, 254.]

[Φοβερωπὸς, ὁ, ἡ, Terribilem faciem habens. Orph. ap. Athenag. Apolog. p. 72: Προσιδεῖν φοβερωπὸν ἔχιδναν. Alia forma Φοβερῶψ Orph. Hymn. 69, 8: Φοβερῶπες, ἀπόστροφοι· et in fine versus ib. 10.]

[Φοβερῶς. V. Φοβερός.]

D [Φοβέστρατος, ὁ, ἡ.] Apud Etym. [M. p. 797, 54] est Φοβέστρατος Minerva, Quæ fugam hostibus affert, ἡ φυγὴν τοῖς πολεμίοις ἐμποιοῦσα. [Αἰγίδα ποιήσασα φοβέστρατον ἔντος Ἀθήνη, in versibus Hesiodo adscriptis ap. Galen. Dogm. Hipp. et Plat. 3, 12, p. 273.] Videtur autem esse potius a verbo φοβέω quam a nomine φόβος. Ac fortasse melius scribetur φοβεσίστρατος, ut ap. Suid. legitur Φοβεσιστράτη, quod exp. ἡ φοβοῦσα τὸν στρατόν [ut exp. schol. Aristoph. Eq. 1177, ubi sic vocatur Minerva]. At vero Φοβέστρα est ἡ ἄθλησις, ut Idem inquit. [Glossa ex Zonara illata p. 1818, abest ab Suidæ codicibus. Ex φοβέστρατος, ἡ Ἀθηνᾶ corruptam esse vidit Tittmannus.]

Φοβέω, In fugam verto. [Hesych.: Φοβεῖ, κνίζει, διώκει.] Quam signif. putatur habere ap. Hom., sicut φοβεῖσθαι ei est φεύγειν. Vide infra quendam locum ejus in Φόβος significante Fugam. [Vocabulis φόβος, φοβεῖσθαι et φέβεσθαι apud Homerum nusquam timendi, sed Fugiendi notionem subjectam esse Aristarchus observavit, de quo grammaticorum locos collegit

Lehrs. De Arist. p. 89, Apollon. Lex. Hom. p. 832, Aristonici ap. schol. Il. Z, 41, E, 223, A, 71, M, 46, N, 471, et alibi. Fugerat hoc Zenodotum, qui Il. K, 10, pro τρομέοντο δέ οἱ φρένες ἐντὸς, scripserat φοβέοντο, notatus in scholio Aristonici : Ζηνόδοτος γράφει φοβέοντο· τὸν δὲ φόβον εἴωθε λέγειν Ὅμηρος τὴν μετὰ φυγῆς δειλίασιν. Ἐλέγχεται δὲ ὁ Ζηνόδοτος ἁμαρτάνων ἐκ τοῦ (v. 25) « ὣς δ' αὔτως Μενέλαον ἔχε τρόμος. » Pari errore idem Il. Σ, 249, φόβος pro τρόμος scripserat, iterum notatus ab scholiasta. Addit his Lehrs. : « Nec φοβεῖσθαι μὴ est apud Homerum nec φόβος cum genitivo rei : quæ apud posteriores Epicos inveniuntur, ut decet apud eos quibus φοβεῖσθαι *timere* est. Sic φοβεῖσθαι μὴ Quint. Sm. 3, 484. Item 2, 6 : Ἐπεὶ φόβος ἔλλαβε πάντας μὴ δή που μέγα τεῖχος ὑπερθόρῃ ὄβριμος ἀνήρ. Cum genitivo ejus quod timemus φόβος Oppian. Hal. 1, 203 : Ὄφρ' οὔτις γαίης ἐλάει φόβος. Item φόβος timor 1, 741, 746; 3, 160, et sæpius. » Usus Homerici sufficiet pauca apposuisse exempla, velut Il. Π, 689 : Ὅστε (Ζεὺς) καὶ ἄλκιμον ἄνδρα φοβεῖ· Φ, 267 : Εἴ μιν ἅπαντες ἀθάνατοι φοβέουσι· Χ, 11 : Τρώων πόνος, οὓς ἐφόβησας· Λ, 173 : Βόες ... ἅστε λέων ἐφόβησε. Non legitur in Odyssea. Semel ap. Hesiod. Sc. 162 : Ὀφίων ... ταὶ φοβέεσκον ἐπὶ χθονὶ φῦλ' ἀνθρώπων.] || Φοβῶ, Metum incutio s. Terrorem, Terrefacio, Perterrefacio. [Hesych. : Φοβῆσαι, ῥῖψαι. Φοβήσας, ἔνθουν ποιήσας. Herodot. 7, 235 : Φοβεόντων τοὺς Λακεδαιμονίους. Æsch. Sept. 262 : Μὴ φίλους φόβει· Pers. 215 : Οὔ σε βουλόμεσθα ... φοβεῖν λόγοις. Soph. OEd. T. 296 : Ὦ μή 'στι ὁρῶντι τάρβος οὐδ' ἔπος φοβεῖ. Eur. Heracl. 358 : Μεγαληγορίαισιν ἐμὰς φρένας οὐ φοβήσεις.] Thuc. 8 : Οὔτε ἄλλο οὐδὲν οὕτως ἐφόβησεν. [Antiphon. p. 127, 23 : Ἡ δύναμις τῶν νέων φοβοῦσα σωφρονίζει. Plato Leg. 11, p. 933, C : Καθάπερ παῖδας τοὺς πολλοὺς τῶν ἀνθρώπων δειμαίνοντας φοβεῖν δεῖν. Rep. 8, p. 551, B. Xenoph. Cyrop. 5, 5, 11, Hipparch. 1, 8, al. Æschin. p. 44, 4. Dio Cass. 55, 32 : Τοὺς ἔξω τοῦ ταφρεύματος ἐφόβησαν, ut Reimar. correxit pro ἐφοβήθησαν.] || Pass. Φοβέομαι [Cum aor. ἐφοβήθην, fut. pass. φοβηθήσομαι (ap. Xenoph. Cyrop. 3, 3, 30, Lucian. Zeux. c. 9) et medio φοβήσομαι, interdum corrupto in illud. Aoristi forma recentior Ἐφοβησάμην : unde in Anacreont. 3, 11 : Βρέφος εἰμί· μὴ φόβησαι, metri caussa dictum pro φοβήθητι], In fugam vertor, Fugio, φεύγω ap. Hom., ut supra docui ex Eustath. [Hesych. : Φοβεῖται, φεύγει, κνίζεται. Φοβεύμενος, διωκόμενος.] Exp. certe φοβηθεὶς, ap. Hom. [ut exp. Hesych.] etiam εἰς φυγὴν τραπείς [Il. X, 137] : et πεφοβημένος, non simpliciter φεύγων, sed φεύγων μετὰ φόβου. [Il. Φ, 554 : Φεύγω τῆπερ οἱ ἄλλοι ἀτυζόμενοι φοβέονται· Θ, 149 : Ὑπ' ἐμοῖο φοβεύμενος· Λ, 172 : Φοβέοντο βόες ὡς, ἅστε λέων ἐφόβησε· Ε, 498 : Ὑπέμειναν ἀολλέες οὐδ' ἐφόβηθεν· Χ, 250 : Οὔ σ' ἔτι ... φοβήσομαι· Ο, 637 : Θεσπεσίως ἐφόβηθεν ὑφ' Ἕκτορι. Semel in Od. Π, 163 : Κνυζηθμῷ δ' ἑτέρωσε διὰ σταθμοῖο φόβηθεν. Et sic intelligi potest ap. Herodot. 9, 70 : Πεφοβημένοι τε καὶ πολλαὶ μυριάδες κατειλημέναι ἀνθρώπων.]

|| Φοβοῦμαι [in poesi et] in soluta oratione, Timeo, Metuo, Formido. [Æsch. Choeph. 57 : Φοβεῖται δέ τις. Soph. Aj. 139 : Μέγαν ὄκνον ἔχω καὶ πεφόβημαι. Aristoph. Ran. 280 : Ἡλαζονεύεθ', ἵνα φοβηθείην ἐγώ.] Dicitur autem φοβοῦμαι τοῦτον, et φοβοῦμαι τοῦτο, item περὶ τούτου, etc., ut videbis in ll. quos proferam. [Herodot. 1, 39 : Αἰχμὴ ... τὴν σὺ φοβέεαι· 7, 52 : Μηδὲ τοῦτο φοβέεο. Æsch. Prom. 128 : Μηδὲν φοβηθῇς· Sept. 1060 : Φοβοῦμαι κἀποτρέπομαι δεῖμα πολιτῶν. Eurip. Alc. 1060 : Διπλῆν φοβοῦμαι μέμψιν. Id. Iph. T. 37 : Τὴν θεὸν φοβουμένη. Xenoph. Hier. 2, 8 : Ὅταν ἀποθάνωσιν οὓς ἐφοβήθη· et alii quivis.] Aristot. Rhetor. 2, [c. 4, § 27] : Οὐδεὶς γὰρ ὃν φοβεῖται φιλεῖ. Et φοβεῖσθαι καὶ αἰσχύνεσθαί τινα, ap. Xenophontem. Dicebant autem et φοβεῖσθαι τοὺς θεούς [Plato Leg. 11, p. 927, A : Τοὺς ἄνω θεοὺς φοβείσθων. Isocr. p. 5, B : Τοὺς θεοὺς φοβοῦ] : sicut φοβεῖσθαι τὸν θεὸν, legitur in N. T. At φοβοῦμαι cum accus. rei [Aristoph. Nub. 1178 : Φοβεῖ δὲ δὴ τί;] ut Thuc. 1 : Μὴ φοβηθέντες τὸ αὐτίκα δεινόν. Sic, Τίνα κίνδυνον φοβηθείς, Isocr. [p. 364, D. Plato Euthyphr. p. 12 B : Οὐ πεφόβηταί τε καὶ δέδοικεν ἅμα δόξαν πονηρίας, ibi cum δεδοικέναι conjunctum ut ap. Isocr. p. 242, D : Φοβεῖσθαι καὶ δεδιέναι τοὺς ... οἰκειότατα διακειμένους· 97, B : Τοῖς ὑπὲρ αὐτῶν φοβεῖσθαι καὶ δεδιέναι προσποιουμένοις· et φόβος καὶ δέος interdum conjuncta sunt, de quo v. s. v. Φόβος.] Οὐ φοβεῖται θάλασσαν ὁ μὴ πλέων, Plutarch. At vero φοβεῖσθαι φόβον (ut νοσεῖν νόσον, Attice), q. d. Timere timorem, ut dicitur Gaudere gaudium, Furere furorem. [Schol. Eurip. Or. 6 : Ταντάλου φόβον φοβοῦμαι.] Marc. 4, [41] : Ἐφοβήθησαν φόβον μέγαν. [Epist. Petri 3, 14 : Τὸν φόβον αὐτῶν μὴ φοβηθῆτε.] Alioqui dicitur etiam φοβοῦμαι περὶ τούτου, et περὶ τούτῳ. Xenoph. [Cyrop. 3, 1, 25], φοβοῦμαι περὶ τῆς ἐμαυτοῦ δουλείας. Tale est Φοβούμενος περὶ τῶν μελλόντων, ap. Isocr. Evag. [Idem p. 193, D : Ἐκπλήττεσθαι καὶ φοβεῖσθαι περὶ τῆς ἀρχῆς.] Interdum vero cum gen. personæ, ut φοβοῦμαι περὶ σοῦ, ex eod. Xenoph. [Cyrop. 5, 2, 35], Timeo de te, Tibi timeo. Interdum vero pro περὶ ponitur ὑπέρ. [Plato Rep. 3, p. 387, C : Ὑπὲρ τῶν φυλάκων φοβούμεθα μὴ κτλ. Isocr. p. 97, B : Ὑπὲρ αὐτῶν φοβεῖσθαι.] At cum dat., ut, Φοβηθεὶς περὶ τῷ χωρίῳ, Thuc. [2, 90. Plato Euthyd. p. 275, B : Φοβούμεθα περὶ αὐτῷ· ubi alii libri αὐτοῦ.] Item cum dat. personæ, et quidem sequente etiam accus. rei, ex eod. Thuc. [4, 143] : Περὶ σφίσιν αὐτοῖς φοβούμενοι τὸ κατάδηλον. [Cum εἰς Soph. OEd. T. 980 : Ἐς τὰ μητρὸς μὴ φοβοῦ νυμφεύματα. Cum ἐπὶ Lucian. D. mar. 14, 4 : Ἱκανὴν τιμωρίαν ἔδωκε φοβηθεῖσα ἐπὶ τῇ παιδί. Cum πρὸς Soph. Tr. 1211 : Εἰ φοβεῖ πρὸς τοῦτο. Cum dativo rei Xenoph. Cyrop. 5, 3, 50 : Πάντες ἐν αἰτίᾳ εἶναι, καὶ οὐδεὶς τῇ αἰτίᾳ οὔτε αἰσχύνεσθαι οὔτε φοβεῖσθαι ὁμοίως, διὰ τὸ σὺν πολλοῖς αἰτίαν ἔχειν.] Aliquando vero dicitur φοβοῦμαι μὴ, sequente conjunctivo, aut etiam ὅπως μὴ, ut in hoc l. Xenoph., ubi tamen habet optativum, non conjunctivum [Mem. 2, 9, 2] : Εἰ μὴ φοβοίμην ὅπως μὴ ἐπ' αὐτόν με τράποιτο. [Soph. Tr. 550 : Ταῦτ' οὖν φοβοῦμαι, μὴ ... καλῆται. Xenoph. Cyrop. 3, 1, 22 : Φοβεῖται μὴ τὰ ἔσχατα πάθῃ· OEc. 16, 6 : Φοβούμενον μὴ οὐ γνῷ τῆς γῆς φύσιν. Plato Phil. p. 16, A : Οὐ φοβεῖ μή σοι ... ξυνεπιθώμεθα; Rep. 5, p. 470, A : Φοβησόμεθα (libri deteriores φοβηθησόμεθα) μή τι μίασμα ᾖ. Aristoph. Pac. 606 : Φοβηθεὶς μὴ μετάσχοι τῆς τύχης.] Ex Eodem affertur et cum alia constr. magis rara [Cyrop. 5, 2, 12] : Μὴ φοβοῦ ὡς ἀπορήσεις, pro Noli timere ne careas. Sed fortasse malit quispiam ἀπορήσῃς scribere in conjunctivo. [Recte habet ἀπορήσεις. Cum ὅτι Xenoph. Cyrop. 3, 1, 1 : Ἐφοβεῖτο ὅτι ὀφθήσεσθαι ἔμελλε. Dio Cass. 52, 26 : Μὴ φοβηθῇς ὅτι σε αἰτιάσεταί τις. Cum ὡς Æsch. Suppl. 734 : Φοβοῦμαι νῆες ὡς ὠκύπτεροι ἥκουσι· nisi ὡς, quod cod. Med. a m. sec. additum habet, *nam* significat. Cum πῶς-Xenoph. Cyrop. 4, 5, 19 : Ἀποροῦντες πῶς χρὴ ἀπειθεῖν, φοβούμενοι δὲ πῶς ἀπειλοῦντι ὑπακούσειαν.] Interdum denique et cum infin. [Æsch. Choeph. 46 : Φοβοῦμαι δ' ἔπος τόδ' ἐκβαλεῖν. Xenoph. Cyrop. 4, 3, 5 : Τίνες ἂν φοβοῖντο ἡμᾶς κακοῦν; 8, 7, 15 : Τίνα δὲ φοβήσεταί τις ἀδικεῖν; Plato Gorg. p. 475, E : Φοβοῦμαι διελέγχειν σε.] Plutarch. Solone : Φοβοῦμαι τῇ τυραννίδι ἐναντιοῦσθαι. [In quibus locis omnibus est Vereri aliquid facere. Multo rarius est Metuere ne quid fiat. Plutarch. V. Pericl. c. 7 : Φοβούμενος ἐξοστρακισθῆναι.] At ex Plat. affertur cum infin. itidem, sed præcedente τὸ μὴ, Leg. : Φοβοῦμαι τὸ μὴ ἐπενεγκεῖν ψευδῆ τιμωρίαν. Ubi VV. LL. interpr. Caveo. [Leg. 7, p. 798, B : Σέβεται καὶ φοβεῖται πᾶσα ἡ ψυχὴ τό τι κινεῖν τῶν τότε καθεστώτων. Dio Cass. 47, 6 : Στερηθήσεσθαι τῶν ἄθλων φοβηθείς.] || Φοβοῦμαι in Iisdem ex Dionys. H. pro Minor, Minitor, Hist. 6, [c. 51 med.] : Ἡ τῶν ἐπιτηδείων συγκομιδὴ ἀδύνατος οὖσα φοβεῖται [cod. Vat. φοβεῖ τε] ἤδη τὸν λιμόν. Sed ego non video quid obstet, quominus et hic verbo φοβεῖται suam signif. relinquamus, i. e. passim usitatam.

Φόβη, Coma. Secundum quosdam autem proprie Juba, quæ de equo et leone dicitur. Ac certe si verum est φόβην dictam ex eo, quod φόβον incutiat, i. e. Metum, de leonis potissimum juba verum hoc videri potest. Etym. [M. p. 797, 56] tamen φόβη exp. generaliter θρίξ : subjungens, παρὰ τὸ φοβεροὺς εἶναι τοὺς κομῶντας. [Hesych. : Φ., κόμη, χαίτη, θρίξ· οἱ δὲ ἐκτενισμένη ἀπὸ τοῦ φοίβου, ὅ ἐστι καθαροῦ.] Pollux [2, 22] postquam tria hæc conjunxit, κόμην, χαίτην, et λάχνην, quæ quidam interpr. Comam, Cæsariem et

Crines, addit, hæc autem quatuor, φόβαι, ἔθειραι, σμήριγγες, et ἕλικες carmini convenire, s. potius ad carmen pertinere. Quem pluralem habemus [ap. Pind. Pyth. 10, 74 : Ποικίλον κάρα δρακόντων φόβαισιν·] in isto iambo [Sophoclis El, 459] qui affertur a Suida, Τεμοῦσα κρατὸς βοστρύχων ἄκρας φόβας, ubi exp. τρίχας. Idem postquam φόβη exposuit κόμη, item θριξ, subjungit ex aliquo itidem versu [Callimachi, ut conjicit Nækius], ut opinor, Ὅστις φόβῃσι ξανθοτάταις ἐκόμα. Invenitur autem et singularis non raro; nec certe putandum est, quum Pollux dicit φόβαι esse poetarum, voluisse negare φόβη apud eos reperiri; ideoque immerito hoc nomine reprehenditur in VV. LL. [Æsch. Choeph. 188 : Πῶς γὰρ ἐλπίσω ἀστῶν τιν' ἄλλον τῆσδε δεσπόζειν φόβης;] Soph. OEd. C. [1464] : Ἐς ἄκραν δεῖμ' ὑπῆλθε κρατὸς φόβαν, Summos capitis crines subiit metus. Virg., Steteruntque comæ. [De juba equi Soph. fragm. 588.] De frondibus quoque, inquit Cam., usurpavit in Antig. [419] : Πᾶσαν αἰκίζων φόβην ὕλης πεδιάδος. Sic Nicander Ther. [564] dixit φόβην κυπαρίσσου, ubi φόβη exp. θριξ, et τὰ φύλλα. Et Eur. Alc. [170] : Πτόρθων ἀποσχίζουσα μυρσίνων φόβην. Et Comæ vocabulo similiter usus est Virg., Posuitque comas et brachia ferro. Sic ex Theophr. affertur, H. Pl. 8, 3, [4] : Τὰ μὲν χεδροπὰ λοβὸν ἔχει, τὰ δὲ κεγχρώδη φόβην· ἡ γὰρ καλαμώδης ἀπόφυσις, φόβη, Legumina quidem siliquam ferunt, quæ vero miliacei generis, fobam, i. e. comam, s. jubatum culmum, ut interpr. VV. LL. Ubi additur, esse Fobam, culmi appendicem et processum. Et hoc nomen Foba pro Loba esse passim reponendum ap. Plin. (quod Loba pro Obfa restituerit Hermol.), ut 18, 7 : Panicum a paniculis dictum, cacumine languido nutans, paulatim extenuato culmo, pene in surculum prædensis acervatur granis, cum longissima pedali foba : milii comæ granum complexæ fimbriato capillo curvantur, etc. Itemque paulo post, de milio : Adolescit ad pedes altitudine septem : fobas vocant. Apud Theophr. autem H. Pl. 4, 5 [4, 4, 10], de orizæ coma, perperam legi φόρβην pro φόβην annotant.

[Φόβημα, τὸ, Terriculamentum. Soph. OEd. C. 699, de olea : Ἐγχέων φόβημα δαΐων. Aq. Psalm. 9, 21. Deut. 4, 34. Schol. Eurip. Hec. 93; schol. Oppiani Hal. 1, 40, 47. « Anon. Cat. in Psalm. t. 1, p. 184, 44. » Hase.]

[Φοινῐκόροδος, ὁ, ἡ, Purpurea rosa variegatus.] Φοινικοροδίαι, Rosaria punicea, VV. LL. sine ullo auctoris nomine. [Sumtum ex fragm. Pindari (95) ap. Plut. Mor. p. 120, C : Φοινικορόδιαί τε λειμῶνες εἰσὶ προάστιον αὐτῶν, quod φοινικορόδοις ἐν (ἐνὶ) λειμώνεσσι recte scriptum p. 1130, C. Διὸς κήπους οὓς φησιν φοινικορόδους ὁ Πίνδαρος dixit anon. in Cram. Anecd. Oxon. vol. 3, p. 173, 17.]

Φοινικόρυγχος, ὁ, ἡ, Qui est rostro puniceo s. rutilo, Avis epith. [Aristot. H. A. 9, 24 : Κορακίας ὅσον κορώνη φοινικόρυγχος.]

[Φοινικὸς vitiose pro φονικὸς ap. Eunap. p. 63. Correxit Petitus. Corrigendum ap. Hermiam In Plat. Phædr. p. 164 post med. || Vitiose pro φοινικοῦς. V. Φοινίκεος. || Vitiose pro Φοινικικός. V. s. v. Φοῖνιξ.]

[Φοινικοσκελὴς, ὁ, ἡ, Purpurea crura habens. Eur. Ion. 1207, de columba : Φοινικοσκελεῖς χηλὰς παρεῖσα, Purpureos pedes.]

[Φοινικόστεα vitiose pro φοινίκων ὀστᾶ. V. Φοῖνιξ, Palma.]

[Φοινικοστερόπης, ὁ, Rubra fulmina jaciens. Pind. Ol. 9, 10 : Δία φοινικοστερόπαν.]

[Φοινικόστολος, ὁ, ἡ, A Phœnicibus missus. Pind. Nem. 9, 67 : Φοινικοστόλων ἐγχέων πεῖρα, i. q. πεῖρα ἐγχέων ἐν ναυσὶ στελλομένων.]

[Φοινικοτρόφος, ὁ, ἡ, Palmas alens. Strabo 17, p. 838 : Τόπος φ.]

Φοινίκουρος, ὁ, Avis quæ dicta est etiam Ἐρίθακος, Erithacus. Est autem, ut annotant VV. LL., avis solitaria, quæ a quibusdam Sylvia vocata est : Theodorus autem interdum Rubeculam interpr.; sed Rubecula est hyberno tempore, et Ruticilla æstivo. Aristot. H. A. 9, 49 : Μεταβάλλουσι δὲ οἱ ἐρίθακοι, καὶ οἱ καλούμενοι φοινικουργοὶ, ἐξ ἀλλήλων· ἔστι δὲ ὁ μὲν ἐρίθακος, χειμερινός· οἱ δὲ φοινικουργοὶ, θερινοί· διαφέρουσι δ' ἀλλήλων οὐθὲν, ὡς εἰπεῖν, ἀλλ' ἢ τῇ χρόᾳ μόνον. [Recta scriptura φοινίκουροι utrobique restituta ex codd. a Bekkero p. 632, 28, et exstat in Geopon. 15, 1, 22.] Quam scripturam sequendo, huic avi erit etiam nomen Φοινικουργός. Sed suspectam hanc scripturam reddunt Hesych. et Plin. [H. N. 10, 29], ex quibus hic testatur, sicut et Aristot., (quem fortasse sequitur,) qui erithacus sit hyeme, eundem esse phœnicurum æstate. At Hesych. postquam scripsit, Φοινίκουρος, ὄρνις ποιὸς, subjungit, καὶ ὁ ἐρίθακος. Suidæ ἐρίθακος est ὄρνεον μονῆρες καὶ μονότροπον. Idem vocatur etiam Ἐριθεὺς, si Hesychio credimus. Quod autem attinet ad Lat. nomina, Sylvia et Ruticilla, sciendum est Theodorum ea aliis avibus tribuere, in interpretatione ejusd. operis Aristotelis 8, 3.

[Φοινικοῦς, ῆ, οῦν. V. Φοινίκεος.]

[Φοινικοῦς, οῦντος, ὁ, Phœnicus. Steph. Byz. : Φ., πόλις Κρήτης. Est portus nomen, qui etiam ab Ptolemæo 3, 17 Φοινικοῦς appellatur. Φοῖνιξ πόλις ap. Ptolem. 3, 17, et Lucam Act. Apost. 27, 12 : Εἴπως δύναιντο καταντήσαντες εἰς Φοίνικα παραχειμάσαι, λιμένα τῆς Κρήτης, βλέποντα κατὰ λίβα καὶ κατὰ κῶρον. Φοίνικα τὸν Λαμπέων appellat Strabo 10, p. 475. || Portus Cytherorum insulæ. Xen. Hell. 4, 8, 7 : Ὥρμίσθη τῆς Κυθηρίας εἰς Φοινικοῦντα. || Portus Messeniæ, non longe ab OEnussis insulis, Pausan. 4, 34, 12. || Portus littoris Ionici, quem Steph. Byz. memorat ex Thucyd. 8, 34 : Καταφεύγουσιν ἐς τὸν ὑπὸ τῷ Μίμαντι λιμένα, Φοινικοῦντα καλούμενον. Memoratur etiam ab Livio 36, 45; 37, 16. || Portus Siciliæ ap. Ptolem. 3, 4, p. 195, 1. Φοινικοῦντα urbem Siciliæ, quæ nomen acceperit ab fluvio cognomine, memorat Steph. Byz. s. v. Ἀκράγαντες. || Portus et urbs Marmaricæ ap. Strab. 17, p. 799, Ptolem. 4, 5. || Mons Lyciæ.

Strabo 14, p. 666 : Ὄλυμπος, πόλις μεγάλη καὶ ὄρος ὁμώνυμον, ὃ καὶ Φοινικοῦς καλεῖται. Steph. Byz. : Ἔστι καὶ νῆσος πρὸς τῇ Λυκίᾳ. De adj. gentili idem : Τὸ ἐθνικὸν Φοινικούντιος καὶ Φοινικούσιος, ὡς Σελινούντιος καὶ Σελινούσιος. ΦΟΙΝΙΚΟΝΤΙΩΝ ex nummo Domitiani ap. Ligorium memorat Holstenius.]

[Φοινῑκοῦσσαι, αἱ, Phœnicussæ. Steph. Byz. : Φ., δύο νῆσοι ἐν τῷ Λιβυκῷ κόλπῳ πρὸς τῇ Καρχηδόνι, ὡς Ἑκαταῖος Περιηγήσει Λιβύης. Οἱ νησιῶται Φοινικουσσαῖοι. Ἔστι καὶ πόλις Φοινίκων τῶν ἐν Συρίᾳ Φοινικοῦσσαι, ὡς ὁ αὐτὸς ἐν Ἀσίᾳ. Apud Strabon. 6, p. 276, numero singulari : Τῶν λοιπῶν (Αἰόλου νήσων) Ἐρικοῦσσα καὶ Φοινικοῦσσα ἀπὸ τῶν φυτῶν κέκληνται, ἀνεῖνται δ' εἰς νομάς. Ἐρικώδης et Φοινικώδης hæ insulæ appellantur ab Aristot. De mir. ausc. c. 132, Ptolem. 3, 4, Diodoro 5, 7, schol. Apoll. Rh. 3, 42 et schol. Hom. Od. K, 1 et 20, p. 443, 27 ; 449, 5, (Ἐρικοῦσσα et Φοινικοῦσσα p. 444, 5, secundum edit. Aldinam : sed codex Bodl. hic quoque recte præbet Ἐρικώδη, Φοινικώδη,) Eustath. p. 1644, 35, Niceph. Blemm. in Paraphrasi Dionys. Per. p. 412, 27 ed. Bernh.]

[Φοινῑκοφᾰ̀ης, ὁ, ἡ, Rubore lucens, Rubens. Eurip. Ion. 163, de cycno : Οὐκ ἄλλα φοινικοφαῆ πόδα κινήσεις ; Similiter φοινικοσκελεῖς χηλὰς columbæ dixit ib. 1207. Artemid. 2, 3 : Ἐσθὴς φ. ἢ πορφυροβαφής· ubi φοινικοφαὴς, quod vulgo abest, Reiffius inseruit ex cod. Veneto, servatis quæ codex omittit verbis ἢ πορφυροβαφής. Scribendum videtur ἐσθὴς φοινικοβαφὴς, sublato glossemate ἢ πορφυροβαφής. G. DIND.]

Φοινικόφυτον, τὸ, Palmetum : φοινικόφυτα, Palmeta, Palmaria : VV. LL. ex Gaza ap. Theophr. H. Pl. 2. [Φοινικόφυτος, ὁ, ἡ, Palmis consitus, est ap. Diodor. 2, 48 : Ἀγαθή ἐστι φοινικόφυτος (ἡ γῆ). Nam sic vulgatum olim φοινίκων φυτοῖς ex codd. correctum est et ex 19, 98. Joseph. A. J. 3, 1, 3 : Εἰς Ἥλιν ἀφικνοῦνται πόρρωθεν ἀγαθὴν ὁραθῆναι· καὶ γὰρ φ. ἦν. G. D. Id. ib. 4, 8, 1 : Ἀβιλὴ, φ. δ' ἐστὶ τὸ χωρίον. HASE.]

[Φοινικόχλοος, ὁ, ἡ, Rutilas herbas habens. Hesych.: Φοινικοχλόοις, ξανθοχλόοις. Nam sic codicis scripturam φοινικόχλοις, ξανθόχλοις correxit Hemst.]

[Φοινικόχρως, ὁ, ἡ, Punicei coloris. Sophronius in Maii Spicil. Rom. vol. 3, p. 257. OSANN.]

[Φοινικτικὸς, ἡ, ὸν, Puniceo s. rubro colore inficiens : unde adverb. Φοινικτικῶς ap. Sext. Emp. p. 411 : Ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ οἱ μὲν ὠχραντικῶς, οἱ δὲ φοινικτικῶς, οἱ δὲ λευκαντικῶς πάσχουσιν, i. e. Ita afficiuntur ac si rubrum intuerentur.]

[Φοινικτὸς, ἡ, ὸν, Puniceo colore tinctus. Joseph. A. J. 4, 4, 6, φ. ἔριον. HASE.]

[Φοινικώδης, ἡ. V. Φοινικοῦσσαι.]

Φοινῑκὼν, ῶνος, ὁ, Palmetum, φοινικόφυτον supra. [Ælian. N. A. 16, 18 : Φοινικῶνας πεφυτευμένους εἰς στοῖχον. Strabo 16, p. 763. Joseph. B. J. 4, 8, 2. Procop. Hist. p. 57, C. Suidas s. v. Φοινικῶνος. (Achmes Onirocr. p. 174, 7, εἰσιόντα εἰς φ. HASE.) Nomen loci est ap. Diodor. 3, 41 (ex Agatharchide) : Οὗτος ὁ τόπος (Arabiæ) ὀνομάζεται Φοινικὼν, ἔχει δὲ πλῆθος τούτου τοῦ φυτοῦ πολύκαρπον καθ' ὑπερβολήν· ubi vid. quæ ex aliis scriptoribus collegerunt Wesseling. et Müller. in Geogr. minor. vol. 1, p. 176. Urbem appellat Olympiod. ap. Phot. Bibl. p. 62, 21.]

Φοῖνιξ, ῑκός (Invenitur autem scriptum et φοίνιξ : sed Eust. [p. 1557, 57] ex iis est ap. quos φοῖνιξ scriptum extat cum circumflexo, sicut et κῆρυξ : traditque Idem, hanc vocem in nominativo quidem habere syllabam νι nonnisi positione longam, alioqui, brevem, at in obliquis casibus natura longam.) [Recte Herodianus aliique grammatici φοῖνιξ et κῆρυξ scripserunt : de quo v. Priscian. vol. 1, p. 320, Chœrob. In Theodos. p. 311, 1; 312, 23, et quæ s. v. Κῆρυξ diximus vol. 4, p. 1530], ὁ, Ruber, aut certe Ad rubrum colorem accedens. [Hesych. : Φοῖνιξ· ... καὶ ὁ πυρρὸς τῷ χρώματι.] Exp. et Rutilus. Gellius 2, 26 : Nam phœniceus color, quem tu Græce φοίνικα dixisti, noster est, et rutilus et spadix phœnicei συνώνυμα, qui factus Græce noster est, exuberantiam splendoremque significat ruboris. Quales sunt fructus palmæ arboris, non admodum sole incocti : unde spadici et phœnicei nomen est. Spadica enim Dorici vocant avulsum ex palma termitem cum fructu. Hæc ille, in quibus pro spadici et phœnicei, vel spadici et phœnici, vel spadicis et phœnicei reponendum esse puto. Ex Apoll. Arg. 2, [920] affertur, Φοίνικι λόφῳ ἐπελάμπετο πήληξ, pro Rubra crista. Et φοῖνιξ ἵππος teste Eust. [p. 83, 9] ὁ δμόχρους φοίνικι τῇ ὀπώρᾳ. [Sed p. 1326, 31, exp. ὁ κατακόρως πυρρὸς καὶ αἱμοβαφὴς, παρὰ τὸν φόνον, ὃ δηλοῖ τὸ αἷμα. Eurip. Herc. F. 945 : Φοίνικι κανόνι· Hel. 181 : Φοίνικας πέπλους. Femin. Tro. 815 : Πυρὸς φοίνικι πνοᾷ. Pro quo etiam φοίνισσα dicitur. Pind. Pyth. 1, 45 : Φοίνισσα κυλινδομένα φλόξ· quod per ξανθὴ exp. schol. 4, 365 : Φ. ἀγέλα ταύρων. Schol. : Πυρρὰ τὴν χροιάν. Simonid. Anth. Pal. 7, 443 : Φοινίσσᾳ ψακάδι.] Alioqui ap. Hom. duobus in Il. φοῖνιξ subst. est, significans φοινικοῦν χρῶμα, Rubrum colorem [Hesych. : Φοίνικι φαεινόν· φοινικίνῳ χρώματι λελαμπρυσμένον. Quod φοινικῷ scribendum, ut ap. Eustath. legitur p. 682, 43, qui exp. ἐρυθροβαφῇ, φοινικῷ ἄνθει φαιδρόν], ut Il. [Z, 219, H, 305 : Ζωστῆρα... φοίνικι φαεινόν· O, 538 : Λόφος νέον φοίνικι φαεινός· ubi Eust. p. 1030, 39 exp. λάμπων φοινικῷ νεαρῷ χρώματι. Hesych. : Φοίνικι, ἐρυθρῷ βάμματι.] Δ, [141] : Ὡς δ' ὅτε τίς τ' ἐλέφαντα γυνὴ φοίνικι μιήνῃ Μηονὶς, ἠὲ Κάειρα, παρήϊον ἔμμεναι ἵππων, ubi Eust. [p. 455, 46] φοινικοῦν χρῶμα significari dicit, addens, τὸ ἐκ καρποῦ, φασὶ, πρίνου. Virg. certe hanc comparationem usurpans l. 12, [67] loco φοίνικος Ostrum posuit, et quidem epithetum ei tribuens, Sanguineum : quod epith. videri possit pro iis facere, qui φοῖνιξ a φόνος deducunt, significante αἷμα. Horum autem in numero est Eust. [p. 456, 3; 1310, 19], qui de hac voce φοῖνιξ loquens, quam Hom. illo in versu usurpavit, dicit ei ὁμωνυμεῖν ὀπώραν, cui nomen φοῖνιξ, et propter hanc, idem nomen arbori quoque datum esse. Quibus subjungit, vocem φόνος, ἤτοι αἷμα, esse ἀρχὴν παραγωγικὴν αὐτῆς : et ad hujus similitudinem ἐρεύθεσθαι τὸν τοῦ φοίνικος καρπόν. Unde, inquit, et Φοῖνιξ nomen proprium, διὰ τὸν κατ' αὐτὸν, ὡς εἰκὸς, φοινίκεον χροῦν. Ac sequendo alium Ejusd. locum, etiam populi nominati Φοίνικες hanc appellationem ἀπὸ τῆς ἐρυθρότητος sumpsisse dicentur. Scribi enim [p. 1051, 62], Φοίνικας nationem esse, quæ habitarit circa fluvium Ἐρύθραν, aut circa Ἐρυθρὰν Θάλασσαν. Quibus subjungit, Καὶ τὸ φυτὸν δὲ φοῖνιξ, ὅτι τοιοῦτον καρπὸν τελεσφορεῖ. Vide et Etym. [M. p. 797, 18], qui inter alia scribit, Φοῖνιξ, quod est ἐθνικὸν, esse παρώνυμον ex nomine Φοινός. Sed Φοῖνιξ, quum ἐθνικὸν est duntaxat, hinc παρώνυμον esse, id vero non video quomodo rationi consentaneum esse queat : ac certe quum dicit Eust. supra, nomen φόνος esse ἀρχὴν παραγωγικὴν vocabuli φοῖνιξ, nequaquam id restringit ad Φοῖνιξ, quod est ἐθνικόν : cum Etymologo alioqui in derivatione consentiens. Qui enim dicit φοῖνιξ esse a nomine φόνος, non negat esse a φοινὸς, sed accipit quod remotius est, quum φοῖνιξ sit a φοινὸς, si tamen hoc concedendum est, φοινὸς autem, pro quo usitatius esse puto φοίνιος, sit a φόνος.

‖ Φοῖνιξ igitur, ut ad usitatiores hujus vocab. signiff. veniam, est interdum arbor quæ Latinis Palma. Hom. Od. Z, [163] : Δήλῳ δήποτε τοῖον Ἀπόλλωνος παρὰ βωμῷ Φοίνικος νέον ἔρνος ἀνερχόμενον ἐνόησα. [Hinc Hesych. : Φ. ἔρνος· περιφραστικῶς τὸν φοίνικα. Φοῖνιξ, τὸ δένδρον· « φ. νέον ἔρνος· » καὶ ὁ καρπός.] Cujus loci ita meminit Cic. De legib. 1, [1] : Homericus Ulysses Deli se proceram et teneram palmam vidisse dicit. [H. in Apoll. 117 : Ἀμφὶ δὲ φοίνικι βάλε πήχεε.] Appellatur interdum φοῖνιξ et hujus arboris ramus, teste Polluce [1, 244] : Τοῦ μέντοι φοίνικος καὶ ὁ κλάδος ὁμωνύμως φοῖνιξ καλεῖται. [Pollucis verba sunt : Περὶ φοίνικος ἐρεῖς ὄρθιος, ὑψηλὸς, τραχὺς, ἰσχυρὸς, ἀειθαλής. Καλεῖται δὲ καὶ ὁ κλάδος αὐτοῦ ὁμωνύμως φοῖνιξ, καὶ ῥάβδος φοίνικος, καὶ ἐν τοῖς ποιηταῖς σπάδιξ, τὸ δὲ φύλλον θαλλός. Ὁ δὲ καρπὸς ὁ μὲν τοῦ ἄρρενος ψὴν, ὁ δὲ τῆς θηλείας βάλανος, ἐξ οὗ δὲ κρέμανται αἱ βάλανοι, σπάθη· εἴρηκε τὸ ὄνομα Ξενοφῶν καὶ Ἡρόδοτος, λέγων ὅτι καὶ τόξα τινὲς εἶχον ἐκ ταύτης τῆς σπάθης. Phrynich. in Bekk. Anecd. p. 70, 24 : Φοῖνιξ· ἦν (i. e. ῥάβδον ἦν) ἔχουσιν οἱ ῥαβδοῦχοι ἐν τοῖς ἀγῶσι φοίνικος τοῦ δένδρου· καὶ ῥάδικα καλοῦσιν οἱ ποιηταί. Ubi ne quis σπάδικα ex Polluce corrigendum putet, v. quæ s. v. Ῥάδιξ et

Σπάδιξ dicta sunt. Pollux 3, 152 : Ὁ νικήσας τὰ ἆθλα ἀνείλετο,... τὴν ῥάβδον τοῦ φοίνικος, ἢ τὸν φοίνικα ἔλαβεν. Palmas mares et feminas distinguit Herodotus 1, 193: Εἰσὶ δέ σφι (Babyloniis) φοίνικες πεφυκότες ἀνὰ πᾶν τὸ πεδίον, οἱ πλεῦνες αὐτῶν καρποφόροι, ἐκ τῶν καὶ σιτία καὶ οἶνον καὶ μέλι ποιεῦνται· τοὺς συκέων τρόπον θεραπεύουσι τά τε ἄλλα, καὶ φοινίκων τοὺς ἔρσενας Ἕλληνες καλεῦσι, τούτων τὸν καρπὸν περιδέουσι τῇσι βαλανηφόροισι τῶν φοινίκων, ἵνα πεπαίνῃ τέ σφι ὁ ψὴν τὴν βάλανον ἐσδύνων καὶ μὴ ἀπορρέῃ ὁ καρπὸς τοῦ φοίνικος· ψῆνας γὰρ δὴ φορέουσι ἐν τῷ καρπῷ οἱ ἔρσενες κατά περ οἱ ὄλυνθοι· ubi codex unus τοῖσι βαλανηφόροισι, recte fortasse: quanquam etiam τῇσι β. ab Herodoto, ut τῆς θηλείας a Polluce, dici potuit generis distinguendi caussa: ex quo non colligi potest a quoquam τὴν φοίνικα pro eo, quod solum usitatum est, τὸν φοίνικα, ut apud Theogn. 6 : Λητὼ φοίνικος ῥαδινῆς χερσὶν ἐφαψαμένη, nihil tribuendum sit multorum librorum scripturæ ῥαδινῆς. Recte igitur Herodotus dixit 4, 172 : Φοίνικες ἐόντες καρποφόροι, non ἐοῦσαι, (ut φοίνικες οἱ καρποφόροι ap. Xen. Cyrop. 6, 2, 22,) et 182 : Ὀπωριεῦντες τοὺς φοίνικας, non τάς. Apud eundem 2, 156 : Φ. συχνοί. Xen. Cyrop. 7, 5, 11 : Πύργους ᾠκοδόμει φοίνιξι θεμελιώσας οὐ μεῖον ἢ πλεθριαίοις. Id. Anab. 2, 3, 10. Theophrasti aliorumque locos de palma collegit et illustravit Schneider. in Indice p. 538—540. Φ. καρυωτὸς ap. Strabon. 16, p. 763; 17, p. 800, 812. Φ. ὁ ἐν τῇ Θηβαΐδι (Ægypti) ib. p. 818. De palmæ viribus medicis v. Galen. vol. 13, p. 239. Φοινίκων ὀστᾶ ap. Theoph. Nonn. vol. 1, p. 186, ubi vitiose scribitur φοινικόστεα, quod ex duobus codd. corrigendum. Recte paullo post etiam ὀστέα φοινίκων. Ἀφέψημα φοινίκων ib. p. 404; κατάπλασμα διὰ φοινίκων p. 424. LXX Psalm. 92, 12 : Δίκαιος ὡς φοῖνιξ ἀνθήσει· quod Tertullianus De resurrect. carnis c. 13, p. 571, absurde de phœnice ave dictum accepit : recte de arbore Theodoretus p. 770. Absurdius etiam ap. Jobum 29, 18 : Ἡ ἡλικία μου γηράσει ὥσπερ στέλεχος φοίνικος, πολὺν χρόνον βιώσω, quidam avem phœnicem intellexerunt, licet vocabulum στέλεχος de arbore sermonem esse ostendat, ut monuit Suicerus.] Sæpe vero φοῖνιξ vocatur quæ a Latinis Palmula, i. e. Palmæ fructus; extantque hujus signif. exempla cum ap. alios, tum ap. Herodot., et quidem genere itidem masc.; quum alioqui vocetur etiam φοίνικος βάλανος. Dicitur vero et facta comp. Φοινικοβάλανος [Annotavit Pollux 6, 82] : sed nomen hoc habet proprie fructus palmæ Ægyptiæ, postquam maturuit, ut quidem annotatur ex Diosc. 1, 149, quem l. vide. [Galen. vol. 6, p. 427 : Τινὲς τῶν νεωτέρων ἰατρῶν ἐν συνθέτῳ προσηγορίᾳ φοινικοβαλάνους ὀνομάζουσιν αὐτούς, οὐ μὴν παράγε τοῖς παλαιοῖς Ἕλλησιν εὗρον τοὔνομα· φοινίκων γὰρ ἐκεῖνοι βαλάνους τὸν καρπὸν τοῦτον, οὐ φοίνικας οὐδὲ φοινικοβαλάνους ὀνομάζουσιν. Inscriptio ap. Bœckh. 123, vol. 1, p. 165 : Κυάμους Αἰγυπτίους καὶ φοινικοβαλάνους καὶ εἴ τινα ἄλλα τραγήματα... πωλεῖται. Male negat Galenus φοίνικα de fructu dici, quod pluribus ostendit Athen. 14, p. 651, F : Μελανιππίδης ὁ Μήλιος ἐν ταῖς Δαναΐσι φοίνικας τὸν καρπὸν οὕτως ὀνομάζει, τὸν λόγον ποιούμενος περὶ αὐτῶν (sequuntur Melanippidis versus, in quibus est εὐώδεις φοίνικας). Καὶ Ἀριστοτέλης ἐν τῷ περὶ φυτῶν οὕτως « Φοινίκων ἀνόρχων, οὕς τινες εὐνούχους καλοῦσιν, οἱ δὲ ἀπυρήνους. » Φοίνικα δὲ τὸν καρπὸν καὶ Ἑλλάνικος κέκληκεν ἐν τῇ εἰς Ἄμμωνος Ἀναβάσει, εἰ γνήσιον τὸ σύγγραμμα, καὶ Φόρμος ὁ κωμικὸς ἐν Ἀταλάνταις. Quæ excerpsit Eustath. p. 1735, 41, quem conf. etiam p. 1557, 59. Adde Ephipp. ap. Athen. 1, p. 29, D : Κάρυα, ῥόας, φοίνικας, ἕτερα νώγαλα· quæ eadem sunt Antiphanis verba 2, p. 47, E, nisi quod is βότρυς pro κάρυα posuit. Φοίνικος καρπὸν dixit Nicand. Al. 353; φοίνικος παραφυάδας idem ap. Athen. 2, p. 71. Αἱ βάλανοι τῶν φοινίκων Xen. Anab. 2, 3, 15. Φοινικοβάλανος ap. Plut. Mor. p. 723, D : Τὰς μεγίστας καὶ καλλίστας τῶν φοινικοβαλάνων Νικολάους ὠνόμασε (conf. Athen. 14, p. 652, A)· et p. 913, B, Polyb. (in Excerptis) 12, 2, 6; 26, 10, 9.] Hesych. autem habet Φοινικοβάλανα : dicens esse τὸ τράγημα, item Genus vitis. At de φοίνικος ἐγκέφαλος et ἐντεριώνη dictum fuit supra, sicut et de πατητὸς φοῖνιξ. [V. s. v. Πατητός.] Convenit porro hæc signif. φοίνικος cum superiore, cui datus primus locus fuit, propter ruborem, de quo dictum et paulo ante fuit. Quum alii autem præterea, tum Plinius, hunc ei colorem tribuerunt. Legitur etiam Φοῖνιξ ἐλάτη, quæ et σπάθη, de Involucro et calyce fructus palmarum adhuc florentium. Vide Diosc. 1, cap. 151, cui titulus est Περὶ φοίνικος ἐλάτης. [Galen. vol. 13, p. 239.] Sunt vero a nomine φοῖνιξ Palmam significante adjectiva nomina Φοινικίτης et Φοινίκινος, ut a Palma dicitur Palmeus; nam φοινικίτης οἶνος legitur ap. Dioscor. 5, 40. [Galen. vol. 14, p. 480, 10 : Ὁ φ. λίθος ἐγχριόμενος ἐκβόλιον ἐστίν. Hase.] At φοινίκινος (sub. οἶνος) ap. Athen. 1, [p. 29, D] ex Ephippo comico : Φοινικίνου βίκος τις ὑπανεῴγνυτο. Quo ex loco memineris emendare φοινίκου 14, [p. 642, E] et hoc φοινικίνου pro illo reponere, ut vicissim pro ὑπανεῴγνυται, quod l. 1 habetur, reposui ὑπανεῴγνυτο ex l. 14. Additque, meminisse hujus vini et Xenophontem Anabasi. Verum a Xen. non φοινίκινον οἶνον, sed φοινίκων οἶνον appellari sciendum est. Ita enim ap. eum legitur 2, p. 165 meæ ed. [c. 3, 14] : Ἐνῆν δὲ σῖτος πολὺς, καὶ οἶνος φοινίκων, καὶ ὄξος ἑψητὸν ἀπὸ τῶν αὐτῶν. [Ibid. 1, 5, 10 : Οἶνον ἐκ τῆς βαλάνου πεποιημένον τῆς ἀπὸ τοῦ φοίνικος (in libris pluribus in τῆς φοινίκης corruptum). Οἶνος ἀπὸ τῶν φοινίκων Philostr. V. Apoll. 2, 6. Οἶνος φοινικήϊος vel φοινίκειος v. infra. ‖ De palma (i. e. ramo palmæ vel corona) honoris caussa data Pausan. 8, 48, 1 : Ἐπὶ τῇ ἑτέρᾳ στήλῃ πεποιημένος ἐστὶν Ἰάσιος ἵππου τε ἐχόμενος καὶ κλάδον ἐν τῇ δεξιᾷ φέρων φοίνικος· ... οἱ δὲ ἀγῶνες φοίνικος ἔχουσιν οἱ πολλοὶ στέφανον. Plut. Mor. p. 1045, D : Πότερον ἔξεστι τὸν βραβευτὴν τὸν φοίνικα ὁποτέρῳ βούλεται ἀποδοῦναι. Heliodor. 4, 4 : Φοίνικα κομίζεσθαι, ut Latini victores *palmam ferre* dicunt.] At φοινίκινος, sicut etiam Φοινικίη νόσος, ap. Galen. habes, in Lex. Hipp. [p. 592], de elephantiasi, sed diversa deductione; nam in φοινίκινος dicit, ἀπὸ τοῦ χρώματος οὕτως εἰρῆσθαι [τὴν ἐλεφαντίασιν] ὑπονοήσειεν ἄν τις· i. e. A colore sic dictam suspicetur quisquiam : quod existimatur intellexisse de colore palmæ fructus. Exponens autem statim post quæ sit φοινικίνη [φοινικίνη typothetæ error pro φοινικίη, correctus ab HSt. in exemplari Vindob.] νόσος, scribit, Ἡ κατὰ Φοινίκην καὶ κατὰ τὰ ἄλλα ἀνατολικὰ μέρη πλεονάζουσα. [Δηλοῦσθαι δὲ κἀνταῦθα δοκεῖ ἡ ἐλεφαντίασις. Ad locum Hippocr. p. 114, E, ubi nunc corrupte νοῦσος ἡ φθινικὴ legitur, respici conjecit Foesius. Scribendum igitur Φοινικίη vel, quod probabilius, Φοινικηΐη. ‖ Φοινικίνη, Medicamentum quoddam. Galen. vol. 13, p. 644 : Τὴν διὰ χαλκίτεως ἔμπλαστρον, ἣν φοινικίνην ὀνομάζω. Alex. Trall. 7, p. 96.] Extat denique et aliud adject., sed Ionicum, Φοινικήϊος, i. e. Ionica dialysi factum ex φοινίκειος. Diciturque οἶνος φοινικήϊος, sicut et φοινίκινος, Vinum palmeum. [‖ Φοινικίνῳ χρώματι ap. Hesych. s. v. Φοίνικι φαεινὸν male scriptum notavimus supra.] Affertur tamen ex Herodoto [1, 194] non φοινικηΐου βίκοι (ut dicit Ephippus in illo Athenæi loco, φοινικίνου βίκος, subaud. οἴνου), sed φοινικήϊοι βίκοι, de Doliis palmeo vino plenis. [Φοινικηΐου (Φοινικίου ap. Polluc. 10, 70) οἴνου κάδος 3, 20, et οἴνῳ Φοινικηΐῳ 2, 86, pro quo οἴνῳ Φοινικείῳ Diodor. 1, 91, ubi codex unus φοινικῷ, alius φοινικηϊκῷ. Adde quæ infra de hoc vino dicentur. ‖ Ἐσθὴς φοινικηΐη, Vestis palmæ, i. e. ex palmæ foliis facta, ap. Herodot. 4, 43, ubi vid. Larcher.] At Φοινικήϊος pro Φοινίκειος, a Φοῖνιξ, quod est ἐθνικὸν, fuerit itidem Phœniceus, Punicus. ‖ Sed Herba etiam quædam φοῖνιξ appellatur, de qua Diosc. 4, 43. Dicitur hæc folia hordei habere, sed breviora, spicam folio similem; et a palmulæ maturæ colore nomen accepisse existimatur. Plin. 22, 25 : Est et herba Phœnicea appellata a Græcis, a nostris vero Hordeum murinum.

‖ Φοῖνιξ, Phœnix avis. Plin. 13, 4, de variis palmarum generibus loquens : Una earum arbor in Chora esse traditur, una et syagrorum. Mirumque de ea accepimus, cum phœnice ave, quæ putatur ex hujus palmæ argumento nomen accepisse, emori ac renasci ex se ipsa. [Vide Plin. ibid. 10, 2. Avis sacra apud Ægyptios, accuratius descripta ab Herodoto 2, 73, celebrata propter vitæ longitudinem, de qua alii alia

tradiderunt. Hinc] Lucian. [Hermot. c. 53]: Ἦν μὴ φοίνικος ἔτη βιῴη [βιώσῃ. Antiphanes ap. Athen. 14, p. 655, B : Ἐν Ἡλίου μέν φασι γίγνεσθαι πόλει φοίνικας, ἐν Ἀθήναις δὲ γλαῦκας. Herodoti narrationem sequitur Epiphan. vol. 2, p. 505, et Clemens Rom. Epist. ad Corinth. § 25, ubi vid. quæ ex Græcis Latinisque scriptoribus collegerunt Coteler. et Jacobson. vol. 1, p. 102, 103 ed. sec. Alia ex scriptoribus et profanis et ecclesiasticis collegit Suicerus, ex Latinis Forcellini ex Lexico.]

|| Φοῖνιξ, Phœnix, Qui est ex Phœnicia. [Herodot. 6, 47 : Θάσου τοῦ Φοίνικος. Soph. fragm. 756 : Φοῖνιξ ἀνὴρ Σιδώνιος κάπηλος· ut ἀνδρὸς Φοίνικος ap. Pausan. 9, 28, 2. Φοῖνιξ Sophoclis, Euripidis, Ionis et Astydamantis tragœdiæ inscriptæ fuerunt. Eubuli comœdia Φοῖνιξ memoratur ab Athen. 9, p. 397, A.] Cujus plur. Φοίνικες, comprehendentem ipsam nationem, habes paulo ante. Eust. Comm. in Dionys. P. p. 74 ed. patris mei : Ἡ ὁ Θηβαῖος δὲ οὗτος ἦν Ἡρακλῆς, ἢ ὁ Φοῖνιξ, κατά τινας, ἤτοι ὁ Τύριος. Annotat autem hæc in istos Dionysii versus [453] : Ἐνθάδε Φοινίκων ἀνδρῶν γένος ἐνναίουσιν, Ἀζόμενοι μεγάλοιο Διὸς γόνον Ἡρακλῆα. Hi ab Hom. Od. O, [414] vocantur ναυσίκλυτοι et τρῶκται. [Conf. Ξ, 288.] Unde idem schol. in eadem illa pag. scribit, Ἐμποριικοὶ γὰρ ὄντες οἱ Φοίνικες, καὶ πρηκτῆρες, καὶ τρῶκται, κατὰ τὸν ποιητὴν, καὶ πανταχοῦ πλωϊζόμενοι, κτλ. [Herodot. 1, 1, et alibi non raro. Φοίνικες Σιδώνιοι 7, 44.] Horum Phœnicum regio Φοινίκη dicta fuit. [Herodot. 2, 44 : Ἐς Τύρον τῆς Φοινίκης· ib. 116; 3, 136. Eurip. Tro. 221 (ubi Dor. Φοινίκας), Thucyd. 2, 69, Strabo 16, p. 756—760, ceterique geographi et alii scriptores plurimi.] Φοινίκη, inquit Steph. B., ἡ χώρα a genit. Φοίνικος, sicut Κρήτη a gen. Κρητὸς, et Λιβύη a genit. Λίβυος. Sed Φοῖνιξ, a quo Φοινίκη suam appellationem invenit, viri nomen proprium est, ut ex illo quoque discimus, tradente fuisse Agenoris et Neptuni Libyæque filium. Quibus subjungit, nomen ἐθνικὸν idem esse cum illo nomine τοῦ οἰκιστοῦ, sc. Φοῖνιξ. Atque ita Φοῖνιξ hoc proprium viri nomen, primum obtinere locum dicendum esset; secundum, hanc regionis appellationem, Φοινίκη; tertium autem, illud ἐθνικὸν nomen, Φοῖνιξ. Quum tamen Φοῖνιξ ab Eust. dicitur ita vocatus διὰ τὸν κατ' αὐτὸν φοινίκεον χροῦν, non de proprio illo, sed περὶ τοῦ ἐθνικοῦ id intellexisse videri posset, (quippe qui idem et de plur. Φοίνικες scribat,) nisi adderet τὸ κύριον. Genus autem Φοίνικος Homerici idem alibi commemorat, sc. p. 762. [Addit Steph. Byz. de Phœnicia : Ἐκαλεῖτο δὲ πρότερον Ῥαββώθη καὶ Κολπίτης.... Ἔστι καὶ Φοῖνιξ οὐ πολὺ ἀπέχων Ῥόδου. (Duo libri optimi ἀπέχον : unde Meinek. conjicit καὶ Φοῖνιξ φρούριον Καρίας, οὐ πολὺ ἀπέχον Ῥόδου, collato Strab. 14, p. 652, et Niceph. Brev. Hist. p. 36.) « Pro Ῥαββώθη καὶ Κολπίτης Bochartus in Chanaan 2, 12, vult Ῥαββῶτις καὶ Κολπῖτις (sc. γῆ), quorum utrumque sinus et hinc sinuosam terram significet, quare etiam melius ad Phœnicen Libycam referatur. Ipse nomen ducit ab Hebr. *bene Anak* ib. 1, 1. Alias aliorum opiniones v. ap. Vaillant. in Num. colon. vol. 1, p. 106; vol. 2, p. 72, Reland. in Palæstina 1, 9. Terminos ejus varie descripserunt veteres, ita ut modo ampliores facerent modo angustiores, quod ex situ multarum urbium notato intelligitur et ex Melæ descriptione 1, 11. Conf. etiam Reland. 1, 8 et 9. Porro Syriæ pars dicitur, uti ab Strabone 16, p. 749, et Mela, Syriæ etiam opponitur, ut ap. Strabonem 2, p. 125. Conf. Joseph. A. J. 7, 4, 1. Judæis plerumque Chanaan fuit. Sic quod Moses in Abrahami historia vocat Chanaan, ab Eupolemo ap. Euseb. Præp. ev. 9, 17, dicitur Phœnice, cujus exempla subministrant Judæi Alexandrini. Sic Συροφοίνισσα (in Σύρα Φοινίκισσα corruptum in duobus codd. ap. Wolf. Anecd. vol. 3, p. 61) et Χαναναία γυνὴ tanquam synonyma ponuntur a Marco 7, 26, et Matthæo 15, 22. Et sic *Syrophœnix* spectata Syriæ divisione ap. Juvenal. 8, 159. Vestigia ejus hæsisse putant in antiquo Phœnices nomine Χνᾶ. (De hoc suo loco dicemus. Eadem Σῦρ dicta fuit, quod v. vol. 7, p. 1503.) ... Pro Phœnice autem sæpe Syria per synecdochen ponitur. Sic per continuam seriem in Actis Apost. 21, 2, 3, adeoque ἡ ἐν Παλαιστίνῃ Συρία dicitur ap. Euseb. Præp. ev. 8, 12, et οἱ ἐν τῇ Παλαιστίνῃ Σύροι ap. Joseph. A. J. 8, 10, 3. Palæstinam etiam ita dici notat Steph. Byz. s. v. Ἰόπη. A Syria et Ægypto contra separat Strabo 2, p. 125. Fines ejus urbesque descripsit Plin. H. N. 5, 17, 19, quocum fere consentit Ptolem. 5, 15. » Tzschuck. ad Melam vol. 3, 1, p. 362. Φοινίκη Συρία ap. Diodor. 19, 93, de qua v. quæ s. v. Σύροι dicta sunt vol. 7, p. 1516. Id Φοινικία Συρία scriptum erat in Chronico Paschali p. 31, D, in edit. Parisina, ubi nunc Φοινίκη restitutum ex cod. Vaticano. Manifestior etiam error in loco Galeni mox afferendo, ubi Φοινικίην scriptum pro Φοινίκην, qua forma nominis sola utuntur scriptores Græci, pariterque Latini veteres *Phœnicen* vel *Phœnicam* dixerunt, non *Phœniciam*, quod male illatum erat Ciceroni De fin. 4, 20, et alibi, relinquendum recentioribus, velut Martiano Capellæ, Orosio aliisque indicatis ab Tzschuckio ad Melam vol. 2, 1, p. 397. || Φοινίκη eadem quæ Καρία. Athen. 4, p. 174, F : Γιγγραίνοις οἱ Φοίνικες ... ἐχρῶντο αὐλοῖς· ... τούτοις δὲ καὶ οἱ Κᾶρες χρῶνται ἐν τοῖς θρήνοις, εἰ μὴ ἄρα καὶ ἡ Καρία Φοινίκη ἐκαλεῖτο, ὡς παρὰ Κορίννῃ καὶ Βακχυλίδῃ ἔστιν εὑρεῖν. || Φοινίκη, insula maris Ægæi, postmodum Ἴος appellata : v. Steph. Byz. s. v. Ἴος et Plin. H. N. 4, 12. Idem Tenedi insulæ nomen olim fuisse memorat Plinius ib. c. 31. Porro Φοινίκη insula prope Cyzicum memoratur ab Steph. Byz. s. v. Βέσβικος ex Diogene Cyziceno, secundum cod. Vratisl. et ed. Ald.: nam in codicibus Palatinis et Vossiano est Φοίβη. || Φοινίκη, urbs Epiri, ap. Strab. 7, p. 324, Ptolem. 3, 14, Hierocl. p. 652, Polyb. 2, 5, 8 et 8, 4; 16, 27, 4; 32, 22, 2, Liv. 29, 12. Adjectivum gentile non cognitum nisi e numis quibusdam in Epiro repertis et ad hanc urbem relatis, in quibus est ΦΟΙΝΙΚΑΠΕΩΝ, ΦΟΙΝΕΙΚΑΙΩΝ, ΦΟΙΝΕΙΚΑΙΕΩΝ, ΦΟΙΝΕΙΚΕΩΝ, quarum formarum Eckhelio D. N. vol. 2, p. 167, 168, una vera videbatur Φοινικαπέων, ut hæc urbs non solum Φοινίκη, sed etiam Φοινικάπη dicta fuerit.] Ceterum ἐθνικὸν fem. est Φοίνισσα, quod Latini retinentes, scribunt Phœnissa. Hom. Od. O, 416 : Ἔσκε δὲ πατρὸς ἐμοῖο γυνὴ Φοίνισσ' ἐνὶ οἴκῳ. [Φοίνισσαι inscriptæ Phrynichi Euripidisque tragœdiæ, Aristophanis et Strattidis comœdiæ. Φ. χθὼν Eurip. Phœn. 6; χώρα 246; νᾶσος 204; βοὰ 308.] Invenitur itidem et νηῦς Φοίνισσα ap. Herodotum : sic Φοινισσῶν νεῶν Plut. Pericle [c. 26. Et V. Cimon. c. 12 : Ναῦς Φοινίσσας ἀπὸ Κύπρου προσπλεούσας. Diodor. 13, 80 : Φοινισσῶν (Punicarum) νεῶν. Φοίνισσα κώπα Eurip. Hel. 1288, 1467. *Phœnissa* etiam poetæ Latini dixerunt, quorum locos collegit Forcellini s. h. v. *Phœnissæ* Senecæ tragœdia inscripta est. ||] Quin etiam quoddam vitis genus fuisse perhibetur, quæ φοίνισσα nominata fuit. [Hesych.: Φοίνισσα, εἶδος ἀμπέλου. Cypri arboris ἄνθη λευκὰ, βοτρυώδη, memorat Dioscor. 1, 124. Φοίνισσαν κύπρον dixit Meleager Anth. Pal. 4, 1, 42.] At vero κτητικὸν nomen Φοινίκιος et Φοινικικὸς, inquit idem Stephanus. [Stephani verba sunt : Τὸ ἐθνικὸν (nominis Φοινίκη) τῷ ὀνόματι τοῦ οἰκιστοῦ Φοῖνιξ· καὶ Φοινίκιος, τὸ κτητικὸν Φοινικικός.] Quorum prius illud ap. Athen. invenio, dicentem φοινίκιος οἶνος, itidemque φοινίκιον μύρον. [Galen. vol. 11, p. 85 : Ἐγὼ γοῦν καὶ κατὰ τὴν Κιλικίαν καὶ Φοινικίην (corrige Φοινίκην) καὶ Παλαιστίνην καὶ Σκῦρον καὶ Κρήτην εὗρον οἴνους λεπτοὺς καὶ ὑδατώδεις. Athen. 1, p. 29, D : Φοινικίου οἴνου (quem τὸν ἀπὸ Φοινίκης ἱερᾶς τὸν Βύβλιον et mox Φοινίκιον οἶνον dixit et magnopere laudavit Archestratus paullo ante citatus ab Athenæo) μέμνηται καὶ Ἔφιππος « Σταμνάριά τ' οἴνου μικρὰ τοῦ Φοινικικοῦ (quem versum repetit 2, p. 57, E). Καὶ πάλιν « Φοινικίνου βῖκός τις ὑπανεῴγνυτο· quod in φοινίκου corruptum ubi hic versus iterum affertur 14, p. 642, E. Si nomen vini quod Ephippus memorat non ab Φοινίκη sed ab φοῖνιξ, palmam significante, derivatum est, ut videtur, οἶνος dicendus erat aut φοινίκειος (ut Diodorus et Herodotus, quorum locos supra attulimus, ille οἴνῳ φοινικείῳ, hic οἴνου φοινικηΐου dixit, et ab Suida annotatum est φοινίκειον αἷμα καὶ φοινίκειος οἶνος), aut φοινίκινος, quod non solum alteri Ephippi versui, sed etiam priori, in quo nunc legitur φοινικικοῦ, resti-

tuendum cum Meinekio vol. 3, p. 328; et haud dubie Athenæo quoque pro φοινικίου, ut φοινικίνους οἴνους dixit Plut. Mor. p. 648, E. Recte vero μύρον Φοινίκιον dicitur, quod Κυπριακὸν τὸ ἐν Φοινίκῃ dixit Athen. 15, p. 688, F. Φοινίκειος per diphthongum scriptum probat Etym. M. p. 511, 49 : Φοινίκειον τὸ τοῦ φοίνικος, nisi hoc Palmeum significat. Disertius p. 797, 37 : Φοινικήϊα γράμματα· ἀπὸ Φοίνικος τοῦ Ἀγήνορος τοῦ εὑρόντος αὐτά· ubi cod. Voss. addit : Φοινίκεια δέ ἐστι, καὶ διαλύσει τῆς διφθόγγου Ἰωνικῶς καὶ τροπῇ τοῦ ε εἰς η Φοινικήϊα, ὡς βασίλειος ἄγρη, βασιλεῖος βασιλήϊος· et Chœrob. in Cram. Anecd. Oxon. vol. 2, p. 31 : Φοινίκεια· τὸ κει δίφθογγος, ἢ παρατέλευτον, ἢ τοῖς ἀπὸ τῶν Φοινίκων ὡς Κάδμου διακομίσαντος τὰς εἰς τὴν Ἑλλάδα. (In his aliquid turbatum.) Quibus adjungenda glossa proxima, Φωνοείκεια· οἱονεὶ φωνεικῶνες. Quod vocabulum fortasse idem est ac φωνίκεια, quod paullo post memorabimus. Adjectivi forma Ionica est etiam in gl. Photii p. 652, 3, quam Suidas repetivit, Φοινικήϊα γράμματα, ex qua ipsa quoque apparet nomen alios ἀπὸ Φοίνικος τοῦ Ἀγήνορος τοῦ εὑρόντος, alios, inter quos fuit Scamon in Εὑρημάτων libro secundo, ἀπὸ Φοινίκης τῆς Ἀχταίωνος derivasse : quam opinionem memorat Hesychius, Φοινικήϊα (codex φοινίκηϊ) γράμματα· ἀπὸ Ἀκταίωνός φασιν ὠνομάσθη (scribendum ὠνομάσθαι vel cum Musuro ὀνομασθῆναι) αὐτά. Rectius Herodotus 5, 58, litteras illas ἐσαγαγόντων Φοινίκων ἐς τὴν Ἑλλάδα Φοινικήϊα (ὑπὸ τῶν Ἰώνων) κεκλῆσθαι narrat, quod repetit Clem. Al. p. 362. Ab terræ autem nomine, cujus adjectivum gentilicium Φοινίκιος est, qui derivarunt, Φοινίκια γράμματα in prosa certe oratione dicere debuerunt, non Φοινίκεια aut Φοινικήϊα, quod non potest defendi adjectivis Ἐφεσήϊος, πολεμήϊος similibusque formis quibus poetæ metri caussa utuntur, ab Lobeckio tractatis in Pathol. Proleg. p. 474. Itaque videndum ne Φοινικήϊα Herodoto illatum sit ab librariis, fortasse propter Καδμήϊα γράμματα ib. c. 59. Recta scriptura est in duabus glossis Hesychii, altera, Φοινίκια· Αὐδοὶ καὶ Ἴωνες τὰ γράμματα ἀπὸ Φοίνικός τινος (a quibus verbis etiam Photii Suidæque glossa supra memorata incipit, nisi quod apud hos Φοινικήϊα scriptum)· altera, Φοινικίοις γράμμασιν· Σοφοκλῆς Ποιμέσιν (fr. 460)· ἐπεὶ δοκεῖ Κάδμος αὐτὰ ἐκ Φοινίκης κεκομικέναι· eademque forma vel servata in libris vel restituenda ap. Diodor. 3, 67 (ubi var. lect. φοινίκεια et φοινικῆα); 5, 58 (ubi omnes φοινικοῖς, quod Φοινικίοις potius scribendum, in quo omnes consentiunt 5, 74, quam Φοινικικοῖς cum Scaligero), Plut. Mor. p. 738, E (ubi Φοινίκεια), Eustath. p. 1757 extr., gramm. in Bekk. Anecd. p. 1169 (ubi φοινίκων γραμμάτων), χαρακτῆρες Φοινίκιοι ap. Maxim. Tyr. 38, p. 222. Eadem Φοινικικὰ σήματα Κάδμου in versu Timonis ap. Sext. Emp. p. 227. Vana aliorum scriptorum commenta, qui harum literarum nomen non ab terræ nomine, Φοινίκη, sed ἀπὸ τοῦ χρώματος τοῦ φοινικοῦ, quo primitus scriptæ fuerint, vel ἀπὸ φοίνικος ξύλου, vel ab nomine hominis, Φοῖνιξ, derivari, vel pro φωνίκεια, ἀπὸ φωνῆς ἐγγραμμάτου, dictas esse voluerunt, et quæ sunt reliqua hujusmodi somnia, quæ exposuerunt schol. Dionysii Thr. p. 782, et Photius l. c. His igitur scriptoribus Φοινίκεια (ut apud schol. Dionysii scriptum est) vel Φοινικήϊα γράμματα relinqui possunt : ab terræ nomine Φοινίκη qui derivarunt, Φοινίκια potius scripsisse putandi sunt, cui Φοινικικὰ prætulit Timo, cujus verba ubi repetit Sextus Emp. p. 227, φοινικὰ scriptum in codice uno, quæ frequens hujus adjectivi corruptela est, frustra defensa ab Lobeckio ad Phryn. p. 148, et in Paralip. p. 286, velut Φοινικὴ (Φοινικῆ Lobeck.) ἱστορία ap. Porphyr. De abstin. 2, 56 (recte Φοινικικαῖς ἱστορίαις ap. Aristot. De mir. ausc. c. 134), Φοινικοῖς ἱεροφάνταις ap. Iambl. V. Pyth. p. 38, Φοινικῆς θαλάσσης et θαλάσσῃ Φοινικῇ ap. Niceph. Blemm. in Paraphr. Dionysii Perieg. p. 412 ed. Bernh. Φοινικοὶ πόλεμοι, Punica bella, Dionys. A. R. 1, 6, ubi Φοινικικοὺς scribendum ex duobus codd. Φοινικὰ (Φοινικᾶ Lobeck.) πλοῖα Hesych. s. v. Γαῦλοι, ubi rectam scripturam Φοινικικὰ confirmat Epicharm. ap. Athen. 7, p. 320, C : Γαύλοισιν ἐν Φοινικικοῖς· et schol. Aristoph. Av. 599, qui γαῦλος exp. Φοινικικὸν σκάφος. Sed in Gloss. Herodoteis (ad 3, 136) editores Γαῦλος· πλοῖον Φοινικικὸν suo arbitrio scripserunt : nam codices Φοινίκιον. Quarum formarum alterutra locis quibusdam Herodoti restituenda ubi nunc Φοινικήϊος scribitur, quorum de uno (5, 58) in quo est Φοινικήϊα γράμματα, jam supra dicebam. Porro 3, 37 : Ἡφαίστου τῶγαλμα τοῖσι Φοινικηΐοισι Παταικοῖσι ἐμφερέστατον. Duo libri optimi φοινικοῖσι, id est Φοινικικοῖσι, quod fortasse legit grammaticus in Gl. : Θεοὶ οἱ Παταικοὶ ἐν ταῖς πρύμναις ἱδρυμένοι· 8, 90 : Φοινικηΐου πάθεος· et 97 : Γαύλους Φοινικηΐους. Hic quoque Φοινικικοῦ et, ut loci supra allati ostendunt, Φοινικικοὺς scribendum, quam formam intactam reliquerunt librarii 6, 47 : Μέταλλα τὰ Φοινικικά, nisi quod in paucis codd. φοινικὰ, quod eodem redit. Φοινικικὸν ψεῦδος, sic dictum διὰ τὸ περὶ τοῦ Κάδμου καὶ τῶν σπαρτῶν μυθολόγημα, ap. Eustath. p. 1757 extr. Legitur ap. Platon. Rep. 3, p. 414, C : Μηδὲν καινὸν, ἀλλὰ Φοινικικόν τι, πρότερον μὲν ἦδη πολλαχοῦ γεγονὸς, ὥς φασιν οἱ ποιηταί· ubi similiter exp. schol. Φοινικικὸν (Punicum) στρατήγημα ap. Polyb. 3, 78, 1. Παιδεία Φοινικικὴ, Disciplina Punica, ap. Dion. Cass. Exc. p. 21, 82, ubi φοινικὴ, quod correxit Sturzius. ‖ Adverb. Φοινικικῶς, Phœnicio s. Punico ritu. Appian. Sicul. 2, 1 : Αἰχμάλωτος ἐσταλμένος Φ. Hispan. c. 2 : Τὸ ἱερὸν ... Φοίνικες δοκοῦσιν ἱδρύσασθαι καὶ θρησκεύεται (Ἡρακλῆς) νῦν ἔτι Φ., ubi vulgatum φοινικῶς ex cod. correctum. De lingua schol. Eurip. Phœn. 308 (301) : Οὐδὲν αὐτῶν εἰπουσῶν Φοινικικῶς. ‖ In alium sensum Φοινικικὸς detorsit Aristoph. Pac. 303 : Τάξεων ἀπαλλαγέντες καὶ κακῶν φοινικικῶν, quod schol. exp.: Οἷον αἱματωδῶν, ἀπὸ τῆς τοῦ αἵματος χροιᾶς. Ὅμηρος «Φοινίσσετο δ' αἵματι γαῖα.» Alius : Τῶν πολεμικῶν· φοινικὶς δὲ χλαμὺς πολεμική. Inepte vero alius : Ἀντὶ τοῦ ναυμαχικῶν· Φοίνικες γὰρ λέγονται κρατεῖν ἐν ταῖς ναυμαχίαις.] Apud Plut. autem, etiam Φοινίκειος cum ει, pro qua scriptura facit Ionicum Φοινικήϊος, i. e. Ionica dialysi factum, ut βασιλήϊος ex βασίλειος. [De his formis supra diximus.] Præterea vero legitur et ap. Suid. Φοινίκειον αἷμα, καὶ φοινίκειος οἶνος, item φοινίκειον ἔρνος, καὶ χρῶμα, cum ει in vet. quidem exempl., at φοινίκιος ἄνθρωπος. [In altera gl. series literarum postulat quod legitur Φοινίκιον (φοινίκειον cod. Leid.) ἔρνος et Φοινίκιος ἄνθρωπος.] Sed pro posteriori illo Φοινικικὸς, legitur etiam Φοινικὸς, ut περιθωρακίδια φοινικὰ [vitiose pro φοινικᾶ, ut diximus s. v. Φοινίκεος] ap. Plut. [Artox. c. 11.] Habent vero et Φοινικὸν πόλεμον VV. LL. pro Punicum bellum; sed non ascripto auctoris nomine. [Φοινικὸς πόλεμος legitur ap. Dionys. A. R. 1, 6 et 8; 2, 66, quibus in locis omnibus rectam scripturam Φοινικικὸς servavit codex Vaticanus; quam Diodoro quoque 14, 65, ubi libri in Φοινικοῦ πολέμου consentiunt, restituit Wesseling. Idem vitium Athenæo 3, p. 126, A, illatum in apographis codicis Veneti : Τοῖς τὰ Φοινικὰ συγγεγραφόσι. Nam codex recte Φοινικικά. G. Dind.] In illa quidem certe Polemonis declamatione, quæ ex mea officina prodiit non ita pridem, legitur itidem πελέκει φοινικῷ : sed quoddam exemplar habebat alterum illud κτητικὸν, sc. φοινικίῳ. Affertur porro in VV. LL. ex Theophr. fem. Φοινικὴ et pro Palma, sed hæc scriptura valde erroris suspecta est. [Theophr. H. Pl. 3, 12, 3 : Κέδρον διττὴν, τὴν μὲν Λυκίαν, τὴν δὲ Φοινικήν· ubi codices φοινίκην, utrumque vitiose pro Φοινικικὴν, quod restituit Wimmerus ex Plinio H. N. 13, 5, 1 : *Cedri duo genera, Lycia et Phœnicia.* Rectam scripturam servavit codex Paris. ib. 9, 2, 3 : Κέδρον τὴν Φοινικικήν· ubi codex Urbinas φοινικηκὴν, alii φοινικὴν vel φοίνικα : unde Gaza *palmam* vertit.] Est præterea aliud κτητικὸν nomen, Φοινίκινος : sed ad φοῖνιξ, quod Palmam significat, pertinens potius, sicut et φοινικίτης, ut supra docui. Ubi vide et Φοινικήϊος. [Galen. vol. 18, part. 1, p. 808, 4, δέρματος φοινικίνου. Hase.]

‖ Φοῖνιξ dictum fuit et Instrumentum quoddam musicum, utpote cujus inventores fuerint Phœnices. Vide Athen. [4, p. 182, F; 14, p. 636, B; 637, B, qui Aristoxenum, Ephorum et Scamonem citat. Theognost. Can. p. 25, 32 : Φοῖνιξ· ὀργάνου εἶδος. Herodot. 4, 192, in descriptione Libyæ : Ὄρυες τῶν τὰ

χέρεα τοῖσι φοίνιξι οἱ πήχεες ποιεῦνται. Φοινίκιον ap. Aristot. Probl. 19, 14 : Διὰ τί λανθάνει τὸ διὰ πασῶν καὶ δοκεῖ ὁμόφωνον εἶναι οἷον ἐν τῷ φοινικίῳ καὶ ἐν τῷ ἀνθρώπῳ; sed corrigendum haud dubie φοίνικι. G. Dind.]

|| Φοῖνιξ, Collyrium τραχωματικὸν ab Hierace conscriptum, de cujus descriptione inter Galenum [vol. 13, p. 448] et Aetium convenit, exceptis admodum paucis, iisque levibus. Gorr.

[Φοῖνιξ, ῖκος, ὁ, Phœnix, Agenoris filius, Cadmi frater. Apollod. 3, 1, 1. Europæ pater ap. Hom. Il. Ξ, 321 : Φοίνικος κούρη τηλεκλειτοῖο, Hesiodum et Bacchyl., quos citat schol. Il. M, 292, Asium ap. Pausan. 7, 4, 1; Adonidis pater ap. Apollod. 3, 14, 3. || Amyntoris filius, Achillis magister. Hom. Il. I, 448, Π, 196, Τ, 311, et alibi, Sophocles in tragœdia Φοῖνιξ inscripta, et Euripides, cujus de argumento v. Valcken. Diatr. p. 266 seqq., Aristoph. Ach. 420, Apollod. 3, 13, 8, ubi aliorum scriptorum locos collegit Heynius vol. 2, p. 316. || Amicus Agathonis ap. Platon. in Symp. p. 173, B. || Colophonius, iamborum scriptor, ap. Pausan. 1, 9, 7. Ejus versus quosdam attulit Athen. 8, p. 359, E; 10, p. 421, D; 11, p. 495, D; 12, p. 530, E. || Tenedius ap. Plutarch. V. Eumen. c. 7. || Dux copiarum Mithridatis ap. Appian. Mithr. c. 79. || Alii in inscrr. 166 ap. Bœckh. vol. 1, p. 295; 2448, vol. 2; in numo Chio ap. Mionnet. *Descr.* vol. 3, p. 273. || Nomen equi Phœnicis Epidamnii, victoris Olympici, ap. Pausan. 6, 10, 7. || Stephanus Byz. (s. v. Φοινίκη) : Καὶ ποταμός ἐστι Φοῖνιξ. Herodot. 7, 176 : Κατὰ Φοίνικα ποταμὸν ἀγχοῦ Ἀνθήλης πόλιος. Ib. c. 200 : Ἔστι δὲ ἄλλος Φοῖνιξ ποταμὸς οὐ μέγας, πρὸς μεσαμβρίην τοῦ Ἀσωποῦ. Hunc memorat etiam Strabo 9, p. 428. || Fluvius Achaiæ ap. Pausan. 7, 23, 5. || Mons Cariæ cum castello cognomine ap. Strab. 14, p. 651, 652. || Urbs Cretæ, ab aliis Φοινικοῦς appellata, quod v. || Oppidum Siciliæ. Appian. Civ. 5, 110 : Ἐς Φοίνικα πόλιν ἀνεχώρουν. || Nomen loci prope Ephesum ap. schol. Dionysii Thr. in Bekk. Anecd. p. 784, 19.]

[Φοίνιξις. V. Φοινιγμός.]

[Φοίνιος. V. Φόνιος.]

[Φοίνιππος, ὁ, Phœnippus, n. pr. viri in tit. Cyzic. C. I. vol. 2, p. 923, n. 3664, 20. Hase.]

[Φοίνισσα. V. Φοῖνιξ.]

Φοινίσσω, vel Φοινίττω, ξω, Puniceo colore inficio, aut etiam Purpureo, Rubefacio, Sanguine inficio, Cruento. [Phot., Suidas et Etym. M. : Φοινίξω, αἱμάξω, βάψω, πυρρώσω (male πυρώσω ap. Phot. et Suid.) ἀπὸ τοῦ φόνου, ἢ τοῦ φοίνικος, ὅτι πυρρός. Hesych. : Φοινίσσων, βάπτων, ἐρυθρῶν. Φοινίξαι, αἱμάξαι, βάψαι. Φοινιχθέντων, αἱμαχθέντων, αἱματωθέντων. Orac. ap. Herodot. 8, 77 : Αἵματι δ' Ἄρης πόντον φοινίξει. Eurip. Or. 1285 : Σφάγια φοινίσσειν. Lycophr. 1191 : Κρηπῖδα φοινίξεις φόνῳ ταύρων.] Ex Eur. [Iph. A. 187], αἰσχύνᾳ φοινίσσω, Suffundo rubore, pudore purpureo, q. d. Purpuro pudore, Rubefacio. [Neutraliter Rubesco. Sophocles fragm. 462[b] : Φοινίξαντα μόρον. Nicand. Th. 238 : Σὰρξ φοινίσσουσα· 303 : Οὖρα φοινίσσοντα· 845 : Φοινίσσον φῦκος. Oppian. Hal. 2, 427 : Αὐτίκα οἱ κνῆστις μὲν ἐπὶ χροΐ, θερμὸν ἔρευθος, φοινίσσει. Et sæpius ap. Jo. Gazæum, frustra reprehensum ab Rutgers. Var. Lect. 2, 7. Passiv. Eurip. Hec. 152 : Φοινισσομέναν αἵματι παρθένον. Apoll. Rh. 3, 725 : Φοινίχθη δ' ἄμυδις καλὸν χρόα. Tryph. 72 : Γλαυκῶν φοινίσσοντο λίθων ... ὀπωπαί.] Tale est Φοινίττομαι, pro Rubore suffundor s. Pudore, Erubesco. Chrysost. De sacerd. : Ἐπὶ τούτῳ ἐρυθριάσας ἐκεῖνος καὶ φοινιχθείς. At φοινισσόμεναι παρειαὶ ex Luciano [De luctu c. 12], Cruentatæ malæ. [Πεφοινιγμένος Lucian. Imag. c. 8.] Sic ap. Soph. [Aj. 110] : Μάστιγι πρῶτον νῶτα φοινιχθεὶς θάνῃ. [Eurip. Hec. 152.] Itidemque ap. Aristoph. φοινιχθῆναι schol. exp. τὸ αἱμαχθῆναι δίκην φοινικοβαφοῦς ἐνδύματος. Polit. ap. Herodian. [4, 9, 17] φοινιχθῆναι, dictum itidem de eo quod sanguine infectum est, vertit Purpurascere. Sic φοινίττω pro Sanguine inficio, Cruento. Libanius, de Marte : Γῆν τε φοινίττων καὶ χρωννύων ποταμούς. [Phot. et Suidas : Φοινίττων, βάπτων αἵματι. Forma media Nicand. Al. 254 : Σκίλλης, ἥτ' ἔκπαγλα νέην φοινίξατο σάρκα.] In VV. LL. legitur etiam Φοινίζω pro Rubefacio, comp. Ἐπιφοινίζω, pro Rubefacio, Illustro; sed hæc themata suspecta sunt [Ficta sunt ex aoristo φοινίξαι, velut ἐφοίνιξε ap. Polluc. 1, 46, et ἐπιφοινίξῃ ap. Lucian. Amor. c. 41] : sicut et verbum Φοινικεῖν, quod in iisdem habetur pro Phœniceo colore rubere, absque ullo testimonio.

[Φοινοδάμας, αντος, ὁ, Phœnodamas, Trojanus. Lycophr. 953 : Ναύταις ἔδωκε Φοινοδάμαντος κόρας· ubi vid. Tzetz. et ad v. 471. Notandum autem syllabam tertiam, quæ brevis est, metri caussa productam esse.]

[Φοινὸς, ὁ, i. q. φόνος. Nicand. Alex. 187 : Κεῖνο ποτὸν δὴ γάρ τε καρήατι φοινὸν ἰάπτει· ubi pro adjectivo habuit schol. : Φοινὸν δὲ ἀντὶ τοῦ πεφοινιγμένον ἢ ὀλέθριον, φόνιον κατὰ πλεονασμὸν τοῦ ι. Male. V. Lobeck. Paralip. p. 341.]

[Φοινὸς, ἡ, ὸν, Ruber, Colore sanguineo, Sanguinolentus. Hesych. : Φοινὸν, πυρρόν. Per ἐρυθρὸν, πυρρὸν exp. Etym. M. p. 797, 17. Hom. Il. Π, 159 : Πᾶσιν δὲ (lupis qui cervum dilaniarunt) παρήϊον αἵματι φοινόν. Hom. H. in Apoll. 362 : Θυμὸν φοινὸν ἀποπνείουσα. Nicand. Th. 146 : Φοινὰ δάκη, quod per φονικὰ θηρία exp. Etym. M. p. 797, 33. Paul. Sil. Anth. Pal. 6, 57 : Φοινῷ κρατὶ συνεξερύσας ... δέρμα (leonis). Ab φοινὸς grammatici derivant Δαφοινός : v. Apollon. Lex. Hom. et Etym. M. p. 250, 22.]

[Φοινώδης, ὁ, ἡ, Ruber, Colore sanguineo. Nic. Alex. 487 : Καρπὸν ... φοινώδεα σίδης.]

[Φοῖς. V. Φώς.]

[Φοισίας, ὁ, Phœsias, n. pr. in inscr. Att. Ἐφημερ. ἀρχ. a. 1854, p. 1203, n. 2373. Hase.]

[Φοιτάζω. V. Φοιτίζω.]

[Φοιταλέος. V. Φοιτάς.]

[Φοιτᾰλιεὺς, έως, ὁ, Vagabundus. Oppian. Cyn. 4, 235 : Βάκχου φοιταλιῆος.]

[Φοιτᾰλιώτης, ὁ, idem. Anth. Pal. 9, 524, 22, inter epitheta Bacchi : Φιλομειδέα, φοιταλιώτην. De forma nominis v. Lobeck. Pathol. Elem. vol. 1, p. 479.]

[Φοιτάλμιος, ὁ, ἡ, Mare permeans. Herodian. Epimer. p. 147 : Φοιτάλμιος Ποσειδῶν ὁ φοιτῶν ἐν τῇ ἅλμῃ. Commentum grammatici vitiosa scriptura decepti, commune ei cum Niceta in Creuzeri Melet. 1, p. 31, Zonara p. 1827, et interpolatore Suidæ in gl. deteriorum librorum post Φοιτάδας illata. Cognomen Neptuni φυτάλμιος fuit, quod v. G. Dind.]

Φοιτὰς, άδος, ἡ, [Vaga insanæ s. furiosæ instar,] Insana, Furiosa. [Æsch. Ag. 1273 : Καλουμένη δὲ φοιτὰς ... ἠνεσχόμην. Soph. Tr. 976 : Ἀναστήσεις φοιτάδα δεινὴν νόσον· ut in Aj. 59 dixit : Φοιτῶντ' ἄνδρα μανιάσιν νόσοις. De Bacchabus Eurip. Bacch. 163 : Λωτὸς ὅταν ... ἱερὰ παίγματα βρέμῃ σύνοχα φοιτάσιν εἰς ὄρος. Tryphiod. 231 : Ἐμαίνετο ... φλὸξ καπνὸν ἐρευγομένη ... φοιτάδι ῥιπῇ.] Quam signif. habet etiam Φοιταλέη, ap. Apoll. Arg. 4, [55], de Medea. Itidemque masc. Φοιτᾰλέος, de viro dictum. Affertur vero gen. φοιταλέου et fem. gen. ex Eur. Hipp. [144] de Cybele : Ματρὸς οὐρείας φοιταλέου. [Scriptura vitiosa pro φοιτᾶς, quod restitutum ex scholiasta. Hesych. : Φοιταλέος, παράκοπος, μανιώδης. De accentu v. Herodian. Περὶ μον. λέξ. p. 4, 5. Æsch. Prom. 599, de Io : Νόσον (Jovis amorem) ἃ μαραίνει με χρίουσα κέντροισι (hoc glossema est alius vocabuli quod cretici mensuram habuit) φοιταλέοις· ubi schol. per μανικοῖς exp. De eadem Moschus 2, 46 : Φοιταλέη δὲ πόδεσσιν ἐφ' ἅλμυρὰ βαῖνε κέλευθα. Eurip. Or. 327 : Λύσσας μανιάδος φοιταλέου. Antip. Thessal. Anth. Pal. 9, 603 : Διωνύσοιο θεραπνίδες. .. πᾶσαι φοιταλέαι. Euphorio ap. schol. Apoll. Rh. 4, 55 : Φοιταλέους διὰ πᾶσαν ἄδην ἐπάτησε κοθόρνῳ. Oppian. Hal. 1, 45 : Φοιταλέων ἀνέμων σκέπας· ubi schol. : Μανικῶν, μανικῶς ὁρμωμένων. 1, 513 : Ἐπισπέρχει δ' ἀέκοντας φοιταλέῃ μάστιγι (impetuoso flagello) χορευέμεν· ut φ. σπερχόμενοι μάστιγι ... κυδοιμοῦ dixit Tryphiod. 596.] Verum ut ad φοιτὰς revertar, sciendum est significare etiam Vagam, pro qua signif. affertur ex Epigr. [Juliani Anth. Pal. 7, 586], φοιτάδος ἐμπορίης. [Lycophr. 610 : Φοιτάδος πλάνης· quod schol. exp. τῆς ἐκ τόπου εἰς τόπον φοιτώσης. Dativum cum nomine mascul. conjunxit Jo. Gaz. Ecphr. 518 : Φοιτάδι μόχθῳ· et cum genere neutro Eurip. Phœn. 1031 : Φοιτάσι πτεροῖς (Sphingis) : quæ cum similibus comparavit Lobeck. Paralip. p. 262.] Hinc autem factum

esse puto ut φοιτὰς de Meretrice etiam dictum sit, quum hoc mulierum genus vagum esse solere, satis superque sit notum. Quidam tamen φοιτάδα dictam malunt a furiato impetu quo in venerem fertur. [Schol. Apoll. Rh. 4, 55, ubi φοιταλέην exp. μανιωδῶς πορευομένην, addit : Μήποτε διὰ τοῦτο καὶ τὰς ἑταίρας φοιτάδας λέγομεν.] Sed pro altera illa quam attuli hujus signif. ratione non immerito fortasse dixerim facere ipsum verbum φοιτᾶν, quod ex Herodoto afferam pro Stupri consuetudinem habere, quum et in hac signif. verbum φοιτᾶν ad illam primam signif. Ventitandi, quod convenit vagantibus, respicere videatur. Huc certe pertinet et Gallicum illud loquendi genus de meretrice, *Elle court l'aiguillette*. Atque adeo sunt qui vocem Gallicam *Putain* hinc sumptam esse arbitrentur, quum alii a Latino verbo Putere dictam existiment. [‖ De via trita dictum annotavit Suidas : Φοιτάδας, τετριμμένας. « Τὴν θέσιν τῆς χώρας ἀνεζήτει ... καὶ φοιτάδας ὁδούς τε καὶ διαστήματα. »]

Φόρμιγξ, ιγγος, ἡ, apud poetas, quæ alio nomine κιθάρα, Cithara. [Sic exp. Suidas allato Antip. Sidon. Anth. Pal. 6, 118. Siculis tribuit gramm. in Bekk. Anecd. p. 1096.] Est autem frequens Homero vox hæc φόρμιγξ, a quo dicitur ἠπύειν, Od. P, [270] : Ἐν δέ τε φόρμιγξ Ἤπυεν. Eidem tribuit ἰωήν. Eandem non uno in loco appellat λίγειαν : item συνήορον δαιτὶ, et ἑταίρην δαιτί. Quod autem ad formam attinet, sciendum est γλαφυρὴν ab eodem poeta dici : qui utentem illa inducit etiam Apollinem. Esse porro eandem cum cithara, ostendit vel hic ejus locus, Il. Σ, [569] : Τοῖσιν δ' ἐν μέσσοισι πάϊς φόρμιγγι λιγείῃ Ἱμερόεν κιθάριζε. Vocem hanc φόρμιγξ a φροίμιον deductam videri scribit Eustath. [p. 1586, 45], sicut et verbum φορμίζειν : quasi vero φορμίζειν non sit deinde factum ex φόρμιγξ. Etym. autem [M. p. 798, 41] dici scribit παρὰ τὸ προηγεῖσθαι τῆς οἴμης, quasi προοίμιγξ. Vide et rationem hujus etymologiæ, quam affert. ‖ Hesych. φόρμιγγι [codex Φόρμικι] exp. τῇ κιθάρᾳ. Deinde peculiarius, φόρμιγξ [codex φόρμιξ], κιθάρα ἡ τοῖς ὤμοις φερομένη. Quin etiam [in gl. cujus lemma φόρμικα in φόρμιγγα mutavit Musurus, ignarus vel immemor Latini *Formica*] μύρμηκα significari hac voce tradit. [Conf. ejusdem gll. Βόρμιξ, μύρμηξ. Ὄρμίκας, μύρμηξ. V. Lobeck. Paralip. p. 144.]

[Φορμίδης, ὁ, Phormides, Atheniensis, ap. Demosth. C. Neær. in testimonio commenticio p. 1387 : Δεινίας Φορμίδου Κυδαντίδης.]

[Φορμίδιον, τὸ, Tegeticula, Gl.]

Φορμίζω (ut a σάλπιγξ fit σαλπίζω), Citharam pulso, Cithara ludo. [Hesych. : Φ., κιθαρίζειν.] Hom. Od. A, [155] : Ἤτοι ὃ φορμίζων ἀνεβάλλετο καλὸν ἀείδειν. [Ib. Δ, 18. Homeri versum transcripsit Clem. Al. Protr. 4, § 59; imitando expressit orac. Apollinis ap. Porphyr. Vita Plot. p. 115, 34 Westerm. : Ἄμβροτα φορμίζειν ἀναβάλλομαι ὕμνον ἀοιδῆς. Hase.]

[Φορμίζω; Exulcero. Maximus Cyther. in Synax. 4 : Ταῦτα τὰ λόγια ἐξεφόρμισαν τὸν βασιλέα καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ. Ducang.]

[Φορμίθιον. V. Φορμίον.]

[Φορμικτὴρ, ῆρος, i. q. φορμικτής. Nonn. Dion. 24, 238.]

Φορμικτὴς vel Φορμιγκτὴς, ὁ, Citharœdus, Epigr. [Φορμικτὴς Pind. Pyth. 4, 313 (ubi Dor. φορμικτὰς, ut ap. Bianor. Anth. Pal. 9, 308), Aristoph. Ran. 231. Deterior forma φορμιγκτὴς, comparanda cum σαλπιγκτὴς, quod v., affertur ex inscr. Orchomenia nescio qua.]

[Φορμικτὸς, ἡ, ὸν, Ad citharam cantatus. Soph. fragm. 15 : Καὶ πεζὰ καὶ φ. (sc. μέλη). Hinc fortasse corrupta gl. Hesychii, quæ post Φορωνεὺς legitur, Φοροστά· κιθαριστά. G. Dind.]

[Φορμιοκοιτέω vitiose pro φορμοκοιτέω, quod v.]

Φορμίον, τὸ, seu Φόρμιον, item Φορμίσκος, et Φορμίσκιον [ap. Polluc. 7, 173], nec non Φορμὶς, ίδος, ἡ, Sportula, Corbula. Aut, Parvus cophinus, calathus. It. Tegeticula, Parva storea. Hesych. habet Φόρμιον proparoxytone, exponens πλέγμα ψιαθῶδες, et addens etiam Φορμίθιον. [Hoc φορμίδιον scribendum. Rectus autem accentus Φορμίον est, ut ex regula Arcadii p. 120, 4, colligi potest. Et sic ap. Polluc. 9, 169, et Diog. L. 4, 3 : Ὦ τὰ φορμία τῶν φρυγάνων εὔογκα ποιοῦσιν.] Donatus in Ter. : Φόρμιον, inquit, Tegiculum dicunt Græci quo insternitur pavimentum : unde Phormio. Idem alibi : Phormio non a formula, sed phormione dicitur sparteo, quem nos Eronem dicimus trivialiter et pro consuetudine. Ut autem VV. LL. tradunt, φορμὸν exp. hic idem gramm. Fiscum sparteum et Stramen nauticum; sed penes ea sit fides. Ab Etym. [M. p. 798, 51, Timæo Lex. p. 272, et Suida] φορμίσκος exp. καλαθίσκος. [Annotarunt etiam Pausan. ap. Eust. p. 1452, 15, et Pollux 7, 173; 9, 101; 10, 169. Plato Lys. p. 206, E : Ἐκ φ. τινῶν προαιρούμενοι (ἀστραγάλους).] At φορμὶς possit forsitan alicubi et pro φορμὸς positum existimari, non autem diminutivam signif. habere. Aristoph. Vesp. [58] : Ἡμῖν γὰρ οὐκ ἔστ' οὔτε χάρυ' ἐκ φορμίδος Δούλῳ παραῤῥιπτοῦντε τοῖς θεωμένοις, ubi schol. annotat φορμίδα proprie esse ψίαθον, hic autem significare σπυρίδα. [Sic etiam Hesych., cujus codex σφορύς.] Ex Aristot. H. A. 5, [15 : Ἐνίοτε ἐν ταῖς φορμίσιν ... ἐντίκτουσιν] affertur φορμίδες pro Crates et tegetes, Gaza interpr.

[Φόρμις, ιδος, ὁ, Phormis, Mænalius, dux copiarum Gelonis et Hieronis. Pausan. 5, 27, 1 seqq., ubi

trium casuum exx. sunt Φόρμις, Φόρμιδος, Φόρμιν. || Alius in inscr. Attica ap. Bœckh. 172, vol. 1, p. 308, ubi Φόρμι(δ)ος. G. D. || ΦΟΡΜΙΣ monogrammate scalptum in gemma ap. Panofk. *Abh. der Königl. Ak. der Wiss. zu Berlin* a. 1851, part. philol. p. 418, n. 41. HASE. Conf. Φόρμος.]

[Φορμίσιος, ὁ, HSt. post verba s. v. Φόρμιον posita:] At vero Φορμίσιον, τὸ, quo significatur Pudendum muliebre ab Aristoph. Vesp. [Eccl. 97], an huc pertineat, dubium esse possit. [Poetæ verba sunt: Ἀναβαλλομένη δείξειε τὸν Φορμίσιον. Nam sic nunc ex libris correctum pro Aldino τὸ φ., quod decepit HSt. Schol.: Φορμίσιος· καὶ οὗτος ὰσὺς ἦν. Αἰνίττεται δὲ τὸ γυναικεῖον αἰδοῖον. G. D. De nominibus propriis in appellativa ludibriose conversis Hesych. vol. 1, p. 534: Οἱ κωμικοὶ ἔλεγον ... Φορμισίους τὰ γυναικεῖα αἰδοῖα. De Phormisio a Dinarcho memorato Leake germ. versus a Westerm. *Die Demen von Attica* p. 241. HASE.] Apud eundem poetam legitur etiam Φορμίσιος, proprium nomen. [Ran. 965, ubi plura de eo dixit schol. (ad 996). Ridetur etiam ab aliis comicis, ut Platone et Philetæro ap. Athen. 6, p. 229, F; 13, p. 570, F. || Hyperidis oratio ὑπὲρ Φορμισίου memorata ab Harpocr. s. v. Πανδιονὶς, Dinarchi κατὰ Φορμισίου ἀσεβείας ab Dionysio Hal. aliisque: V. Saupp. Fragm. p. 330. Diversus ab hoc est quem Dinarchus memorat p. 95, 8.]

[Φορμίσκιον. Φορμίσκος. V. Φορμίον.]

[Φορμίων, ωνος, ὁ.] Esse autem et Φορμίων proprium nomen, satis notum est; sed an sicut Phormio Terentianus dictus est ἀπὸ τοῦ φορμίου, si Donato credimus, ita et dux ille Atheniensis, et quisquis præterea nomen istud habuit, inde itidem appellationem nactus esse putandus sit, alii viderint. [Phormio dux Atheniensium in bello Peloponnesiaco ap. Thucyd. 1, 64, 117; 2, 29, 68, 80 seqq., Aristoph. Eq. 562, Pac. 348, aliosque. || Hesych.: Φορμίων (codex φορμέων)· οὗτος στρατηγὸς ἐγένετο Κροτωνιατῶν. Plura de hoc aliisque Phormionibus, quos recenset schol. Aristoph. Pac. 347, dixit Meinek. Com. Gr. vol. 2, p. 1227 seqq. || Aristionis f. Cydathenæensis in inscr. (olymp. 89) 141 ap. Bœckh. vol. 1, p. 198. || Archon Athen. olymp. 96, 1, ap. Diodor. 14, 54. || Orator Athen. ap. Demosth. p. 453, 14. Et alii plures ap. eundem locis ab Reiskio in Indice indicatis. Sunt etiam Demosthenis orationis duæ (34 et 36), altera πρὸς Φορμίωνα, altera ὑπὲρ Φορμίωνος. || Histrio comicus, Alexandri M. ætate, ap. Athen. 12, p. 539, A. || Quattuor alii apud Pausan., Pæaniensis 1, 23, 10, Erythræus 7, 5, 7; Halicarnassensis 5, 21, 3; Spartanus 3, 16, 2. Omittimus alios.]

Φορμοκοιτέω, Super tegete cubo s. Super storea, Tegeti incubo: Φορμοκοιτῶ, τὸ ἐν ψιάθῳ κοιμῶμαι. At VV. LL. habent etiam Φορμιοκοιτῶ, sed ex errore, ut suspicor. [Phrynich. in Bekk. Anecd. p. 70, 5: Φορμοκοιτεῖν· τὸ ἐπὶ φορμοῦ καθεύδειν. Φορμὸς δέ ἐστι πλέγμα τι ἐκ φλέω. Τάττεται ἐπὶ λυπρῶς καὶ κακῶς κοιμωμένων, οὐκ ἐχόντων κνάφαλλον. Annotavit Suidas s. v. Φορμὸς, ubi exp. ἐν ψιαθίῳ κοιμῶμαι. Glossa haud dubie ex comico aliquo sumta.]

Φορμορράφέω, In tegete insuo. Vel potius, Ut tegetem trajicio acu, Bud., afferens ex Æschine [p. 77, 28]. Ita quidem in Lex. suo; at in Comm. hæc scribit: Φορμορράφειν est Tegetes acu trajecta consuere. Vel, In tegetem storeamve conjectum insuere. Φορμορράφούμεθα igitur εἰς τὰ στενὰ, significare mihi videtur, ἡμεῖς οὕτω στενοχωρούμεθα ὥσπερανεὶ φορμίσι τισὶν ἐνράπτόμενοι. [Schol. p. 94, 16: Ἀντὶ τοῦ συρράπτουσί τινες καθ' ἡμῶν πράγματα, ἀπὸ τῆς φόρμου· φόρμος γὰρ λέγεται τὸ ψιαθῶδες πλέγμα, ὡς καὶ ὁ Θουκυδίδης φορμηδὸν λέγει. Ubi τοῦ φορμοῦ et φορμὸς corrigendum. G. D.] Potest enim aliquis in tegete vel storea insui ut calescat, vel sudet. Vel distinguendum post verbum φορμορράφούμεθα, ut in exemplaribus legitur: quod autem sequitur est corruptum. Porro locum Æschinis ap. Eund. vide p. 817. [Hesych.: Φορμοραφούμεθα· ὡς φορμοὶ καταραπτόμεθα.]

[Φορμορραφὶς, ίδος, ἡ, Acus ad storeas consuendas apta. Æneas Tact. c. 18, ubi simplici ρ scriptum.]

Φορμὸς, ὁ, Sporta, Corbis, Cophinus, Calathus; nam φορμίσκος a Suida exp. καλαθίσκος: ab Eust. [p. 1452, 15] φορμὸς esse dicitur κόφινος, (quum Hesych. non dicat esse κόφινον, sed esse ἀγγεῖόν τι πλεκτὸν ψιάθοις, ὡς κόφινον: itidemque Suidas, πλέγμα ὡς κόφινον,) vel πλέγμα, σπυρίς. [Φ. et σπυρὶς ap. Theophr. H. Pl. 2, 6, 11: Πλέκουσιν ἐξ αὐτοῦ τάς τε σπυρίδας καὶ τοὺς φορμούς.] Addit et solita ferri σῦκα hoc φορμῷ. At Suid. [et Etym. M. p. 798, 53] non dicit σῦκα, sed ἰσχάδας, traditque fuisse πλεκτὸν ἀγγεῖον ἐκ φλοιοῦ. [Lex. rhet. in Bekk. Anecd. p. 316, 7: Φ. ἐστι πλέγματός τινος μεγάλου εἶδος, ἐν ᾧ ἐκοιμῶντο οἱ πένητες, ἢ κατετίθεντο τὰ ὄσπρια. Τάχα δὲ ἡ λεγομένη ἀποκαλά. Quæ sic sunt corrigenda, ἡ λεγομένη νῦν καλύβη, ἡ πλεκομένη ἀπὸ καλάμης, ex Etym. M. p. 799, 2.] In Φορμὶς autem videbis κάρυα ἐκ φορμίδος. Plin. certe σπυρίδες et φορμοὶ ap. Theophr. [H. Pl. 2, 6, 11] dixit duntaxat Vitilia. In VV. LL. Φορμὸς, Vitilium nexus, et πλέγμα ex junco, ulva palustri, foliis palmæ, sparto, atque id genus ex quibus tegetes fiunt, storeæ, et sportæ. [Pausan. 10, 29: Ὁ δὲ Ἐλπήνωρ ἀμπέχεται φορμὸν ἀντὶ ἐσθῆτος, σύνηθες τοῖς ναύταις φόρημα.] Quæ autem eadem afferunt ex Donato de hac voce, vide in Φορμίον. Hesiod. [Op. 480]: Οἴσεις δ' ἐν φορμῷ, sc. στάχυς. [Herodot. 8, 71: Φ. ψάμμου πλήρεες.] Plut. De Pyth. orac. [p. 403, C]: Ἀπέκτεινε, καὶ τὸ σῶμα κατεπόντισεν, ἐμβαλὼν εἰς φορμόν. [Polyæn. 3, 10, 15: Φορμῶν ψάμμου πληρουμένων· et ib.: Τοῖς δρεπάνοις ἀνέτεμνε τοὺς φορμούς.] || Interdum φορμὸς, Teges, Storea, vel Storia, ut quidam scribere maluerunt. Aristoph. Pl. [542]: Καὶ φορμὸν ἔχειν ἀντὶ τάπητος σαπρόν. Idem in Ranis [imo in Gerytade (fragm. 227) ap. Polluc. 7, 175; 10, 169] φορμὸν σχοίνινον vocavit Tegetem junceam. Sic exp. et ap. Aristot. Rhet. 2 [c. 9]: Οἷον ὁ ἐν Λυκείῳ τὸν φορμὸν δούς. Item ap. Polyb. [1, 19, 13]: Χώσας φορμοῖς ἀχύρων σεσαγμένοις τὰς τάφρους. || A Polluce [7, 174] φορμὸς traditur esse etiam τὸ ἀγγεῖον τῶν ἀνθράκων, quod dictum sit et λάρκος. || Ex Lysia vero [p. 164, 33] affertur et pro Mensura quadam frumenti [Μὴ πλείω σῖτον συνωνεῖσθαι πεντήκοντα φορμῶν. Aristoph. Thesm. 813: Φ. πυρῶν. Quantum frumenti ceperit non constat. Medimnum circiter æquasse Bœckhii conjectura est OEc. Athen. vol. 1, p. 116 ed. sec. G. D. Philo Belop. in Mathem. vett. p. 100, 16 et 28; 90, 5, φορμοὺς ὡς ἰσχυροτάτους· 93, 31, φ. γῆς ἐμπλήσαντες. Ad Hesiod. Op. 480 conf. van Lennep. ed. Amstelod. a. 1847 p. 108. HASE.] Ceterum a φέρω deducit hoc nomen φορμὸς Eustath., sicut et Etym. [M. p. 798, 54.]

[Φόρμος, ὁ, Phormus, trierarchus Atheniensis. Herodot. 7, 182. || Poeta comicus, Syracusanus, æqualis Epicharmi, de quo vid. Suidas. Nomen in μόρφος vel ἄμορφος corruptum ap. Themist. Or. 27, p. 337, B, correxit Petavius. Φόρμις appellatur ab Aristot. Poet. c. 5.]

Φορμοσίχων, ονος, ὁ, Obesus, Crassus. Ab Hesych. exp. παχύς. Non immerito autem aliquis, meo quidem judicio, suspicetur scrib. potius esse φορμοσύχων, per υ: quum dictum sit σῦκα ἐν φορμῷ ferri fuisse solita.

[Φορμοφορέω, Storeas gesto. Dio Cass. 52, 25.]

Φορμοφόρος, ὁ, ἡ, Qui sportam gerit, Sportarius, Dossuarius, Gerulus, Bajulus, Bud. ex Diog. L. p. 473. [De quo infra. Φορμοφόροι Hermippi comœdia inscripta fuit. HSt. infra s. v. Φορτοβαστάκτης:] Ab eodem vero Suida Protagoras traditur fuisse etiam Φορμοφόρος: pro quo male quidam in VV. LL. reponunt φορτοφόρος: nam ut omittam, signif. quam dat nomini φορμὸς idem Suidas, propter quam φορμοφόρος, velut species, includi sub illo φορτοφόρος videri potest, ut omittam et seriem alphabeticam, quæ poscit vocem illam, non hanc: multo vero magis, quod φορμοφόρος velut annexum est iis, quæ de priori signif. nominis φόρμος dixerat antequam ad Φόρμος nomen proprium veniret: ut inquam, illa omittam, hoc ipsum vocab. φορμοφόρος de eodem Protagora legi ap. Diog. L. [9, 53] sciendum est, in ipsius Protagoræ Vita. Postquam enim dixit Protagoram fuisse inventorem primum τῆς τύλης, super quam τὰ φορτία βαστάζουσιν, idque teste Aristotele, addit Φορμοφόρος γὰρ ἦν, ὡς

καὶ Ἐπίκουρός πού φησι. Ac ne ulla mendi suspicio in hac voce nobis relinquatur, obstat hic ejusd. Diog. L. in Epicuro locus [10, 8] : Φορμοφόρον τε Πρωταγόραν, καὶ γραφέα Δημόκριτον [Δημοκρίτου], assentientibus utrobique huic lectioni veteribus etiam exemplaribus. [Conf. Athen. 8, p. 354, C.] Vereor autem ne temeraria illa emendatio loci Suidæ vocabulum hoc φορτοφόρος in VV. LL. invexerit : cujus alioqui compositionem multis aliis, quod ad analogiam attinet, respondere fateor, sed nescio quid insolens tamen et φορτικὸν auribus in hac voce sentire mihi videor. [Schol. Aristoph. Av. 750 : Φρύνιχος ὁ κωμικὸς, οὗ μέμνηται Ἕρμιππος ἐν Φορμοφόροις. Hase.]

[Φορμύνιος, ὁ, Species ficus arboris. Androtio ap. Athen. 3, p. 75, D : Οἱ κόλουροι καὶ φ.]

[Φοροβρεντάτιον, τὸ, Phorobrentatium, urbs Libyæ, ap. Steph. Byz. (contra seriem post Φόρουννα). Τὸ ἐθνικὸν Φοροβρεντατηνός. « Cod. Reg. Paris. n. 1413, Φοροβρεντατῖνος. » Hase.]

[Φορογράφος, ὁ, Tributorum scriba. Greg. Naz. in Tollii Itin. Ital. p. 18.]

[Φοροθετέω. Basil. M. t. 2, p. 944, A : Τίς τῶν ἐπισκόπων τοὺς λόγους ἐφοροθέτησε; Quæstum inde aucupatus est? Hase. V. Τελωνέω.]

Φορολογέω, Tributum colligo, Tributum s. Tributa exigo. [Hesych. : Φορολογῆσαι, φόρους συνάξαι. Pollux 4, 28, 43.] Cum accus. Polyb. [1, 8, 1] : Πολλὰ μέρη τῆς Σικελίας ἐφορολόγουν, perinde ac si diceretur, cum accus. itidem, φόρους εἰσέπραττον, Tributa exigebamt a multis Siciliæ partibus. Sed possumus et ita reddere, Multas Siciliæ partes tributarias habebant. [Diodor. 5, 32 : Οὐκ ὀλίγην τῆς Ἀσίας φορολογήσαντες· 11, 71 : Φορολογοῦντες τὴν Αἴγυπτον. Esdr. 3, 2, 2, 27 : Φορολογοῦντες Κοίλην Συρίαν.] Joseph. : Τοὺς τὴν χώραν φορολογήσαντας. A Plut. autem poni φορολογῶ et pro Exhaurio tributis, testatur Bud. [V. Sullæ c. 24. Greg. Nyss. t. 2, p. 781, A. Leo Imp. Vita Chrys. t. 8, p. 272, 3. Julian. Imp. p. 224, B, φορολογεῖν εὐπροσώπως. Theophan. Chronogr. vol. 1, p. 519, 9 Bonn., τότε οἱ Σαρακηνοὶ (τὴν Αἴγυπτον) ἐφορολόγησαν. Athanas. t. 2, p. 404, E, ἄνω προσκυνούμενος καὶ κάτω φορολογούμενος. Theophyl. Simoc. Hist. p. 124, 22 Bonn., φορολογεῖσθαι ὑπὸ τῶν Βαβυλωνίων· 133, 10, φ. ὑπὸ Περσῶν βασιλέως· 40, 18, πόλεις φορολογούμεναι· 181, 15, τῶν παρ' ὑμῶν φορολογουμένων ἐθνῶν. Med. ibid. p. 227, 19, πατὴρ ... ἐφορολογεῖτο τὸ Περσικόν. Strabo p. 116, A, τὸ στρατιωτικὸν τὸ φρουρῆσον καὶ φορολογῆσον τὴν νῆσον (Britanniam). Hase.]

[Φορολόγημα, τὸ, Tributi collectio. Georg. Acrop. Hist. p. 23, B.]

[Φορολογητέον, Tributa colligendum. Eustath. Opusc. p. 242, 35.]

[Φορολόγητος, ὁ, ἡ.] Invenitur autem et verbale nomen Φορολόγητος, tanquam a voce passiva φορολογέομαι, significante Tributum exigor, A me tributum exigitur, s. Ex me colligitur, magis ad verbum; sed in VV. LL. affertur duntaxat ex Bibl. Interprr. Deuter. 20, [11] : Φορολόγητοι καὶ ὑπήκοοί σοι ἔσονται, Tributarii tibi erunt. Hesych. φορολόγητοι exp. ὑποτελεῖς, et λειτουργοί.

Φορολογία, ἡ, Tributi collectio, Tributi exactio s. Tributorum. [Esdræ 3, 2, 19 : Φορολογίαν οὐ μὴ ὑπομείνωσι δοῦναι· 6, 29; 8, 25. Macc. 1, 1, 30. Eustath. Opusc. p. 258, 80. G. D. Greg. Nyss. t. 3, p. 230, C. Alexand. De inv. Crucis t. 2, p. 7, B Grets. Achmes Onirocr. p. 208, 33. Philo vol. 2, p. 326, 31, φορολογίας ἕνεκα βάρβαροι ... τοὺς ἐτησίους ἀναπράττουσι δασμούς. Greg. Naz. t. 1, p. 315, D, τῆς αἰσχρᾶς φ. ἀπηλλαγμένοι. Lapis Rosett. C. I. vol. 3, p. 334, n. 4697, 12, ἀπὸ τῶν ὑπαρχουσῶν ἐν Αἰγύπτῳ προσόδων καὶ φορολογιῶν. Hase.]

[Φορολογικὸς, ἡ, ὸν, Tributarius. Φ. εἰσπράξεις Eustath. Opusc. p. 258, 70. G. D. Mich. Acomin. Paneg. p. 56, 13 Tafel., ξυνεκύκας τὰ φ. θηρία. Hase.]

Φορολόγος, ὁ, Qui tributum s. tributa colligit, ὁ τὸν φόρον λέγων, i. e. ἐκλέγων, ut vides loqui Synesium, vel συλλέγων. Suid. exp. ὁ τῶν φόρων ἐκλογεύς. Hesych. autem φορολογῆσαι exp. φόρους συνάξαι : et φορολόγος, minus ad verbum, [ἐξάκτωρ, quod omisit Musurus,] ὁ ἀπαιτῶν τοὺς φόρους, Tributorum exactor. [Plut. V. Cimon. c. 19. Frequentius in V. T., velut Job. 3, 18, Esdr. 4, 7, Maccab. 1, 3, 29.] Φοραλόγος, in VV. LL. perperam pro φορολόγος. [Basil. t. 1, p. 327, D. Phot. Epist. p. 106, 2. Greg. Naz. t. 1, p. 482, A, μέμψιν φορολόγου· 242, B, φορολόγων ἀπανθρωπίαν. Georg. Pachym. Decl. p. 167, 17 Boiss., οὐκ ἐπιστατῶ φορολόγοις. Hase.]

[Φόρον, τὸ, Forum, voc. Latinum, frequens in nominibus urbium, ut Φόρον Ἰούλιον, Κορνήλιον, Σεμπρώνιον, Φλαμίνιον ap. Strabonem aliosque. Extra autem talia nomina Græci Φόρος, ὁ, genere masculino dixerunt : unde Suidas, Φόρος· ὁ τόπος, τὸ πωλητήριον. Cui alia addiderunt Suicer. et Ducang., velut schol. Oppiani Hal. 2 : Ἀγορὰ ... ὁ φόρος· Olympiodor. : Φόρους καὶ ναούς· et plura ex scriptoribus Byzantinis collecta. Singularem voc. usum Ducang. notavit ex Isid. Pelus. Epist. 1, 337 : Τὸ ἄχρις Ἀππίου φόρου ... τόπους τινὰς σημαίνει πρὸ τῆς Ῥώμης, τὸν μὲν εἰκόνα τινὰ Ἀππίου ἔχοντα καὶ φόρον ἐκείνου καλούμενον, ὡς μέχρι νῦν αἱ τῶν βασιλέων εἰκόνες τοῦδε φόροι προσαγορεύονται. Eadem habet OEcumen. In Act. Apost. c. 40, et Theophylact. In eadem Acta c. 28. In Gl. Basilic. : Φόρος· οἶμαι ἀπόδειξις.]

[Φοροντὶς, ίδος, ἡ, Phorontis, urbs Cariæ ap. Plin. H. N. 5, 29.]

Φορὸς, ὁ, ἡ, ut φορὸς ἄνεμος, qui Latine Ferens ventus (ut dixit Virg. Æn. 4, Expectet facilemque fugam, ventosque ferentes), Ventus secundus. Alio nomine οὔριος ἄνεμος. [Ammon. p. 143 : Φόρος καὶ φορός διαφέρει. Φόρος μὲν γὰρ λέγεται ὁ φέρων· οὕτως καὶ φόρος (corr. φόνος cum Valck.) ἡ ἀναίρεσις, φορός (imo φονή cum Valck. vel φονός) δὲ ὁ τόπος τῆς ἀναιρέσεως· καὶ φορός ὁ φερόμενος. Rectius scholiastes Dionysii Thr. : Φορὸς μέν ἐστιν ἄνεμος, ἐπὶ ἐνεργείας, ὁ φέρων τὴν ναῦν· φόρος δὲ ὁ φερόμενος· et similiter Arcad. p. 68, 21. Polyb. 1, 60, 3, et 31, 23, 8 : Φ. ἄνεμος. Diodor. 14, 55 : Φοροῦ πνεύματος ὄντος· 20, 97 : Φ. πνεύματος ἐπιγενομένου· et similiter Dio Cass. p. 627, 73. In ἔφορον vel εὔφορον πνεῦμα corruptum olim legebatur apud Xen. Hellen. 6, 2, 27. Strabo 6, p. 281 : Τηρήσαντες φ. πνεῦμα.] A Suida, postquam dixit ἄνεμον φορὸν oxytone esse τὸν ἐπιτήδειον, affertur hoc exemplum : Τοῖς ἐναντίοις ὁρῶν φορὸν ἄνεμον καὶ λαμπρὸν καταπνέοντα, σφίσι δὲ δυσχερῆ κτλ. Sed in vulg. ed. deest hic accus. φορὸν, in illo loco quem alioqui ob ipsum profert. Eust. [p. 1468, 32] in Od. Γ, [300] : Ἀτὰρ τὰς πέντε νέας κυανοπρωρείους Αἰγύπτῳ ἐπέλασσε φέρων ἄνεμός τε καὶ ὕδωρ, annotat, ἀπὸ κοινοῦ intelligi debere et neutrum partic. φέρον, propter vocabulum ὕδωρ : ex tali autem φέρειν, (i. e. tali usu verbi φέρειν,) κοινότερον ventum φορὸν appellari τὸν τὴν νῆα φέροντα. Ceterum Lucian. [Saturn. c. 4] metaphorice κύβον etiam φορὸν vocavit Secundam aleam et prosperam. Apud Alex. Aphr. II. ψυχῆς p. 158, dicitur φορὸς et pro Commodus ac perferens ad finem destinatum, Commodus ad finem assequendum qui homini propositus est. Vide Bud. p. 391. [Cum præpos. πρὸς, Ferens s. Conferens ad. Strabo 6, p. 262 : Τοῦ τόπου πρὸς ὑγίειαν καὶ εὐεξίαν ἔχοντός τι φορὸν διὰ τὸ πλῆθος τῶν ἀθλητῶν. Plut. Mor. p. 5, C : Ταῦτα φ. καὶ συνεργὰ πρὸς ἀρετήν· 821, D : Ὅταν ἀλήθεια καὶ ἀρετὴ προσγένηται, φορόν ἐστι πνεῦμα καὶ βέβαιον ἐπὶ τὴν πολιτείαν.] || Φορὸς, pro εὔφορος, Ferax, Fertilis, ut Συκῆ φορὸς σύκων, pro φορὰν σύκων ἔχουσα, Bud., qui hoc exemplum ex quopiam gramm. mutuatur. [Thom. M. p. 900 : Φορὸς ἄνεμος ὁ τοῖς πλέουσι δεξιός. Καὶ φορὸς ἡ συκῆ σύκων, ἤγουν φορὰν σύκων ἔχουσα. Καὶ γῆ φορὸς καρπῶν· ὅθεν καὶ πάμφορος γῆ ἡ πάντα φέρουσα. Φ. γῆ, Theophr. C. Pl. 3, 20, 3. || « Φορὸς, Fertilis, Ferax, de muliere fœcunda, quæ facile concipit. Sic enim φορὸς exponit Galen. in Lex. (p. 592), εὐσύλληπτος, Quæ facile uterum gestat aut prægnans est, nimirum ex Hippocr. p. 595, 3 : Φορὸς δὲ οὐ δύναται εἶναι ὧδε ἔχουσα. » Foes. Id. Hippocr. t. 8, p. 408, 18 ed. Littr., μελεδανθεῖσα ἡ γυνὴ φ. γίνεται· 410, 19, ὑγιαίνει καὶ φ. γ., et alibi sæpenumero. Hase.]

Φόρος, ὁ, Quod penditur, s. pensitatur, Tributum, Vectigal. [Hesych. : Φόροι, δημόσιοι ἀπαιτήσεις. Φόρος, ἡ τῶν χρημάτων καταβολὴ, ἢ νέον τέλεσμα. Suidas : Φ. ὑπ' Ἀθηναίων ἡ τῶν χρημάτων φορά. Herodot. 1, 6 :

Φόρου ἀπαγωγή· 3, 13 : Παρέδοσάν σφεας καὶ φόρον ἐτάξαντο, i. e. Tributum sibi imponi consentiebant; sed φόρον τάξαι, Tributum imponere, Æschin. p. 31, 20; 90, 20. Et structura paullo alia Demosth. p. 689 extr.: Τῷ κυρίῳ τῶν φόρων γενομένῳ τάξαι Ἀριστείδῃ. Aristoph. Ach. 643 : Ἐκ τῶν πόλεων τὸν φ. ὑμῖν ἀπάγοντες ἥξουσιν· et 505 : Οὔτε γὰρ φόροι ἥκουσιν οὔτ' ... οἱ ξύμμαχοι. Plato Alc. 1 p. 113, A : Ὁ βασιλικὸς φ. οὐκ ὀλίγος γίγνεται.] Thuc. 1, [96] : Καὶ Ἑλληνοταμίαι τότε πρῶτον Ἀθηναίοις κατέστη ἀρχὴ, οἳ ἐδέχοντο τὸν φόρον. [Addit Thucydides : Οὕτω γὰρ ὠνομάσθη τῶν χρημάτων ἡ φορά. Conf. 7, 28, et Schneid. ad Xen. De rep. Athen. 3, 5. Φ. δέχεσθαι etiam Xen. Rep. Athen. 3, 2; ὑποδέχεσθαι ap. Polluc. 8, 97. Φ. ἀπὸ τῶν πόλεων προσιόντα Aristoph. Vesp. 657. Φ. προσήει Andocid. p. 24, 29. Φόρον διπλασιάζειν idem p. 30, 27.] Et φόρους φέρειν ap. Demosth. [p. 156, 17] et Aristoph. [Av. 191. Plato Ep. 7, p. 333, A : Φόρον ἐτάξατο φέρειν τοῖς βαρβάροις. Φόρους ἐπιθεῖναι Lucian. Cal. 9. Φόρους τελεῖν Ver. Hist. 1, 19.] Dicitur et φόρους ἐκλέγειν a [Polluce 8, 114,] Synes.: Καὶ ἐξ ἀπόρων φόρους ἐκλέγων. Dicitur vero et φόρους τελεῖν, item ὑποτελεῖν ab [Thucyd. 1, 56,] Isocr. [p. 213, C; 246, E. Polyb. 22, 7, 8.] At qui exigit, dicitur εἰσπράττειν: unde φόρων εἴσπραξις ap. Eund. De differentia autem, quam quidam inter φόρον et τέλος constituunt, lege Ammon. [Imo Thom. M. p. 900 : Φ. κυρίως τὸ ὑπὲρ ἰδίας εἰσφερόμενον γῆς (imo tributum quod socii et provinciales pendunt civitati cui subjecti sunt sive bello sive fœdere, ut monet Oudendorp.), τέλος δὲ ἡ ὑπὲρ τῆς ἐμπορίας συντέλεια. Ubi Bosius attulit Paul. Epist. ad Rom. 13, 7 : Ἀπόδοτε πᾶσι τὰς ὀφειλάς· τῷ δὲ τὸν φ. τὸν φ., τῷ δὲ τὸ τέλος τὸ τέλος. Harpocratio s. v. Σύνταξις : Ἔλεγον δὲ καὶ τοὺς φόρους συντάξεις, ἐπειδὴ χαλεπῶς ἔφερον οἱ Ἕλληνες τὸ τῶν φόρων ὄνομα, Καλλιστράτου οὕτω καλέσαντος, ὡς φησι Θεόπομπος ἐν ι' Φιλιππικῶν. Ὑπερείδης Δηλιακῷ « σύνταξιν ἐν τῷ παρόντι οὐδενὶ διδόντες ἡμεῖς ποτὲ ἠξιώσαμεν λαβεῖν. » Isocr. p. 256, E : Συντάξεις καὶ φόρους ὑποτελεῖν.]

[Φοροστὰ vitiose pro φορμικτά. V. Φορμικτός.]

[Φοροτόν· ὀγκώμενον (ὠγκωμένον Kust.), βαρύ. Gl. corrupta Hesychii. Φόρτον Sopingius.]

[Φόρουλοι, οἱ, Foruli. Strabo 5, p. 228 : Σαβίνων εἰσὶ καὶ οἱ Φ., πέτραι πρὸς ἀπόστασιν μᾶλλον ἢ κατοικίαν εὐφυεῖς.]

[Φόρουννα, ἡ, Phorunna. Steph. Byz. : Φ., πόλις Θράκης. Πολύβιος ἐνάτῳ. Τὸ ἐθνικὸν Φορουνναῖος, ὡς Κυνναῖος Πελινναῖος Φαλανναῖος.]

[Φορούσινον. V. Φρούσινον.]

[Φόρουσκος, ὁ, Phoruscus, homo gulosus ap. Athen. 8, p. 344, A, ex Hegesandro.]

[Φορταγωγέω, Onera veho. Longin. De subl. 43, 4.]

Φορταγωγὸς, item Φορτηγὸς, ἡ, sub. ναῦς, vel φορτηγὸν πλοῖον, Onera vehens navis, et q. d. Onerum vectrix : quæ Lat. uno verbo Oneraria. Dicitur autem φορταγωγὸς ea forma, qua σιταγωγὸς et ὁπλιταγωγὸς, et ἱππαγωγός [Thom. M. 900 : Φορταγωγὸν ναῦν φαμὲν καὶ φορτίδα καὶ φορτητικήν. Θουκυδίδης ἐν τῇ ἕκτῃ (c. 88) « ἐπὶ πλοίου φορτητικοῦ. » Φορτίδος per φορταγωγοῦ exp. schol. Hom. Od. E, 250. Scriptura autem vitiosa φορτητικοῦ pro φορτηγικοῦ communis Thomæ est cum libris multis Thucydidis]: quibus tamen non subjungitur a Polluce [1, 83] φορταγωγὸς, sed Φορτὶς, et Φορτηγὶς, et Φορτηγικὸν πλοῖον : ita enim reponendum arbitror ap. eum pro φορτητικόν : præsertim quum possim Xenophontis etiam testimonio id comprobare, Hell. 5, [1, 21] : Τὰ δὲ φορτηγικὰ πλοῖα καὶ γέμοντα ἀναδουμένους. [Dionys. comicus ap. Athen. 9, p. 405, D : Ἐξ ἀντλίας ἥκοντα καὶ γέμονθ' ἔτι φορτητικῶν μοι βρωμάτων ἀγωνίαις. Recte φορτηγικῶν Lobeck. Aglaoph. p. 1326. Usitatius est φορτηγὸς ναῦς et φορτηγὸν πλοῖον, ut ap. Diodor. 14, 55; 16, 6; 20, 85; Ælian. N. A. 14, 26, Chariton. 8, 6.] Habetur autem φορτὶς [quod Hesych. exp. φορτηγὸς ναῦς, πλοῖον, Suidas ἡ ἀγώγιμος, ἡ πεφορτισμένη, ap. Hom. Od. E, 250, I, 323 : Φορτίδος εὐρείης. Diodor. 11, 20. Lucian. V. H. 1, 11 et 18 : Νεὼς μεγάλης φορτίδος. Eustath. Opusc. p. 277, 40 : Φόρτος φορτίδων οὐ φορητός.] Habetur autem φορτὶς in Epigr. [Antipatri Anth. Pal. 7, 287, et ubi μελαίνῃ φορτίδι, intellecto νηΐ, 9, 215], exponiturque ab Hesych. per φορτηγός. [Ναῦς ἡ πρὸς ἐμπορικὸν φόρτον ναυπηγηθεῖσα Eustath. p. 1533, 13.] Quod φορτηγὸς de Bajulo etiam dictum fuisse ab Æschylo [fragm. 256] testatur Pollux [7, 131]; restringens tamen aliquantum; scribit enim Æschylum voce φορτηγὸς usum esse ἐπὶ τῶν τὰ φορτία ἀγόντων ἐμπόρων. [Æschyli verba sunt : Ἀλλὰ ναυβάτην φορτηγὸν, ὅστις ῥῶπον ἐξάγει χθονός. De mercatoribus etiam Lycophr. 1293 : Φ. Λύκοι· Ὑποζύγια φορτηγὰ Priscus Hist. p. 211, 17 ed. Nieb.] Æschyli autem loco subjungit, veterem Comœdiam φόρταχας appellasse τοὺς ἀχθοφοροῦντας ἐκ τοῦ ἐμπορίου. [Anon. Stadiasm. maris magni § 14, ὕφορμός ἐστι φορτηγοῖς· 40, ἔχει ὕφορμον θερινὸν φ.· 26, ἐστὶ φ. ἀγκυροβολία. Philo vol. 2, p. 552, φ. ὁλκάσι. Jul. Afric. Cest. p. 304, 41, κιβωτίοις φορταγωγοῖς. Hase.]

Φόρταξ, ακος [α brevi : v. Herodian. Περὶ διχρόνων p. 343 ed. Lehrs.], ὁ, Bajulus : φόρτακες peculiariter de quodam genere bajulorum, vide [Pollucem 7, 131, citatum] in Φορταγωγός. [I. q. φορτικὸς, Numenius ap. Euseb. Præp. ev. 14, p. 735, C : Οἱ παῖδες φόρτακες ἦσαν.]

[Φόρτατον vitiose pro φέρτατον scriptum in libris quibusdam Hom. Il. P, 105, memoratur in Etym. M. p. 798, 47.]

Φορτηγέω, Onera fero : sive de nave oneraria, sive de illis quos Pollux φορτηγοὺς appellari dicit. [Phryn. in Bekk. Anecd. p. 71, 13 : Φορτηγεῖν, φόρτον ἄγειν, et Eustath. p. 1760, 15. Herodot. 2, 96 : Τὰ πλοῖα τοῖσι φορτηγέουσι. Lucian. Asin. c. 33; Themist. Or. 34, p. 465, 9. ‖ Forma vitiosa φορτηγόω ap. Ducam Hist. Byz. p. 176, B : Τὰς βίβλους ταῖς ἁμάξαις φορτηγώσαντες.]

[Φορτηγία, ἡ. HSt. s. v. Φορτηγός :] Est autem ab illo φορτηγὸς et nomen subst. Φορτηγία, quod ex Aristot. affertur Polit. 1, [11] pro Eo mercaturæ genere, quæ exercetur navibus onerariis. In VV. LL. Oneraria vectio.

[Φορτηγικὸς, Φορτηγὶς, Φορτηγός. V. Φορταγωγός.]

[Φορτηγόω. V. Φορτηγέω.]

[Φορτητικὸς vitiose pro φορτηγικός. V. Φορταγωγός.]

[Φορτίας. Inc. (Aquila?) Sam. 2, 15, 33 : Ἔσῃ ἐπ' ἐμὲ φορτίας. Scriptura suspecta.]

Φορτίζω, Onero. Luc. 11, 46 : Ὅτι φορτίζετε τοὺς ἀνθρώπους φορτία δυσβάστακτα, Oneratis oneribus quæ portatu difficilia sunt. Pass. autem Φορτίζομαι, Oneror, Onus suspicio, etiam Impono pro onere. [In Gl. Πεφορτισμένη, Onusta. Πεφορτισμένος Lucian. Navig. c. 45.] In VV. LL. Μείονα φορτίζεσθαι, quod ex Hesiodo sumptum esse puto, ap. quem legitur Op. [688], Minora vehere onera, in sarcinam collecta. Et ex Greg. Naz. : Μὴ φορτισθῶμεν πλέον ἢ δυνάμεθα φέρειν. Item et Epigr. [Satyri Anth. Pal. 10, 5], φορτίζεσθαι ἀγκύρας, Onerare naves anchoris, quod fit quum ex aqua in naves recipiuntur. [Greg. Nyss. t. 2, p. 1053, C; t. 3, p. 43, D. Jo. Moschus Prat. spir. p. 1125, B, φορτίσας αὐτὸν (asinum) λάχανα. Theodoret. Hist. eccl. p. 840, B, τὴν γαστέρα φορτίζεται. Agatharch. De Rubro mari p. 48, 10 Hudson., πολλοὶ τῶν φορτιζομένων ἐν φορτηγοῖς ἀκάτοις. Achmes Onirocr. p. 212, 35, ἐφορτίσθησαν αἱ κάμηλοι. Figurate Anon. Vita Pachom. Actt. SS. Maii t. 3, p. 29, C, οἱ κοπιῶντες καὶ πεφορτισμένοι, ex Matth. 11, 28. Hase.]

Φορτικεύομαι, [Insulsa s. Inepta dico,] Bud. habet expositum σκευοφορῶ, non addito auctoris nomine. [Male intellexit schol. Aristoph. Ran. 13, ut videtur, ubi de bajulis ab Phrynicho aliisque poetis in scenam productis sermo est : Ὁ Φρύνιχος ἐν ταῖς κωμῳδίαις παρ' ἕκαστα ἐφορτικεύετο. Hoc est, Insulse jocantes (bajulos) introducebat. Φορτικευόμενα schol. rec. Æsch. Sept. 181 ex duobus codd. restitutum pro φορτικά.]

Φορτικὸς, ἡ, ὸν, ut φορτικὸν πλοῖον, quod et φορτηγικὸν, Oneraria navis, Pollux [1, 83] ex Thuc. [6, 88, ubi pauci tantum libri φορτικοῦ, quod in suo reperit Pollux, plerique φορτητικοῦ, de quo vitio dictum s. v. Φορταγωγός. Dio Cass. 56, 27 : Πλοίου φορτικοῦ ἑνὸς χιλιοφόρου. Ducas Hist. Byz. p. 12, C : Κατασκευὰς φορτικῶν νηῶν. Schol. Aristoph. Av. 599 : Γαῦλος, πλοῖόν τι φορτικόν. Sic Ald. : sed codd. Rav. et Venetus φόρ-

τιμον.] Accipitur alioqui φορτικὸς metaphorice, sicut Lat. Gravis, pro Odiosus, Molestus, Tædiosus. [Φορτικὸς dicitur Gravis, Molestus, Odiosus, Qui est oneri. Hippocr. p. 19, 21 : Φορτικὸς ὑπολαμβάνεται. Ib. l. 46 : Καλλωπισμὸς γάρ τις εἶναί μοι δοκεῖ φορτικὸς, σκεύεσι τοιούτοισι χρῆσθαι. Ac rursus p. 20, 13 : Φορτικὸν γὰρ τὸ τοιοῦτον. Foes.] Aristot. Eth. 4, [8] : Οἱ μὲν οὖν τῷ γελοίῳ ὑπερβάλλοντες, βωμολόχοι δοκοῦσιν εἶναι καὶ φορτικοί. Plut. Anton. [c. 79] : Φορτικὸς ἦν καὶ ὑπερήφανος ἀεὶ περὶ τὰς ἀποκρίσεις. [Φ. ῥήματα Epictet. Diss. 2, 12, 10.] Lucian. [Nigrin. c. 13] : Καὶ φορτικὸς ἀκολούθων ὄχλῳ, ubi Bud. vertit, Molestus, Odiosus, Importunus, (quod tertium vocabulum non satis in hac interpretatione mihi placet,) et ὀχληρὸν eumdem ab eo vocari ait. [Φ. συμπότης Pollux 6, 29; τελώνης 9, 32.] Apud Plut. [Mor. p. 673, A] : Φορτικοὶ καὶ ἀφιλόλογοι. Idem dicit etiam [V. Alcib. c. 34] : Τοὺς φορτικοὺς καὶ πένητας· qui usus hujus nominis videri potest convenire cum eo, quem habet ap. Aristot., ubi copulantur οἱ πολλοὶ καὶ φορτικώτατοι. [Artemid. 3, 66 : Οὔτε ὑπὸ τῆς πενίας θλιβόμενος. Plato Phædr. p. 256, B : Διαίτῃ φορτικωτέρᾳ καὶ ἀφιλοσόφῳ. Φ. πόλις ap. Polluc. 9, 23 et 24.] Habet alioqui φορτικὸς inclusam interdum aliquam Arrogantiæ signif., s. Fastus, quæ sunt potius divitum. Atque adeo videmus a Plut. copulari φορτικὸς cum ὑπερήφανος in l. quem paulo ante protuli. [Demosth. p. 57 extr. : Φ. καὶ ἐπαχθής.] Et φορτικὸν ῥῆμα in VV. LL. pro Arrogante et Insolente. Sic ex Dem. C. Timocr. affertur, Ἵνα μή τι φορτικὸν εἴπω, Ne quid insolentius dicam et invidiosius. [Æschin. p. 6, 26 : Ταῦτα δὲ λέγω οὐ τοῦ φορτικοῦ ἕνεκα. Φ. ἐρώτημα Plato Crat. p. 435, C.] In iisdem φορτικαὶ τέχναι ex Aristot. [Eudem. 1, 4], Quæ a gloriam inanem captantibus exercentur. [Plat. Theæt. p. 176, C : Σοφίαι ἐν μὲν πολιτικαῖς δυναστείαις γιγνόμεναι φορτικαὶ, ἐν δὲ τέχναις βάναυσοι.] Alioqui certe φορτικὸν πρᾶγμα dicitur Res odiosa, s. molesta : sicut et φορτικὸς Qui est odiosus, molestus. Plut. Symp. 4 : Ἀνελεύθερον ἂν εἴη καὶ φορτικόν. Apud Aristoph. autem [Vesp. 66] κωμῳδία φορτικὴ existimatur esse Comœdia, sc. inepta et insulsa, quia sc. odiosa sunt quæ inepta sunt et insulsa. [V. infra.] Itidem certe φορτικὸν pro Arroganti et Insolenti poni existimatur, quod odiosa sit arrogantia et insolentia. [Diodor. 1, 48 : Καθ' ὑπερβολὴν ἀνδρεῖος ὢν καὶ φ. ἑαυτὸν ἐγκωμάζειν βουλόμενος.] Cam. φορτικώτερον a Dem. C. Timocr. pro Stolidius accipi ait. Potest autem φορτικώτερον pro loco vel nomen, vel adverbium comparativi gradus esse. Ab Hesych. φορτικὰ exp. τὰ γελοῖα, et τὰ ὑπεροψίας σχώμματα. [Hesych. s. v. Κολέκανοι : Στράττις ἐν τῷ φ. ὁράματι, quo Cinesias fabula significari videtur. De dramate obscœno intelligit Lobeck. Aglaoph. p. 1326. Fortasse rectè, quanquam certissimum est φορτικὸν frequenti usu dici de scurrilibus et ineptis comicorum poetarum lusibus. Aristoph. Nub. 524 : Ἀνεχώρουν ὑπ' ἀνδρῶν φ. ἡττηθεὶς, quibus verbis invidiose Cratini et Amipsiæ inficetas facetias significat. Similiter Vesp. 66 : Λογίδιον κωμῳδίας φορτικῆς σοφώτερον. Aristot. Eth. Nic. 4, 8 : Οἱ τῷ γελοίῳ ὑπερβάλλοντες βωμολόχοι δοκοῦσιν εἶναι καὶ φ. Plut. Mor. p. 348, C : Τὴν κωμῳδοποιίαν ἄσεμνον ἡγοῦντο καὶ φορτικόν. Plato Phædr. p. 236, C : Τὸ τῶν κωμῳδῶν φ. πρᾶγμα, de comicis personis convicium convicio reponentibus. Archippum comicum φορτικὸν appellatum fuisse scribit schol. Arist. Vesp. 550. Meinek. Com. vol. 1, p. 223. « Φορτικὴ καὶ ὑπέρογκος κατασκευὴ, Compositio fastuosa, molesta, tumoris plena; unde statim Dithyramborum mentio fit, Dionys. Jud. Lys. 3, p. 458. Alio loco, c. 12, jungitur τὸ φορτικὸν καὶ στρατιωτικὸν, Austera et militaris dictio, cujus causam mox commemorat τὴν στρατιωτικὴν αὐθάδειαν καὶ ἀλαζονείαν. In Jud. de vi Dem. 57, p. 1126, φορτικοὶ καὶ ἄγροικοι κατασκευαὶ componuntur. Apud Aristid. Περὶ λόγ. πολ. p. 660, τὸ φορτικῶς ἐπαινεῖν Immodestam, Importunam laudationem significat. » Ernest. Lex. rhet.]

|| Φορτικῶς, adverb., Odiose, Tædiose, Moleste, Fastidiose, Arroganter, Insolenter. [Pollux 3, 130. Suidas : Φ., ἐπαχθῶς, ἐπιπλάστως. Isocr. p. 238, A : Φ. καὶ χύδην ὅ τι ἂν ἐπέλθῃ λέγοντες· 150, D : Μὴ φ. πολιτευόμενοι. Polyb. 17, 1, 10 : Φ. κατάρχεσθαι τῆς ὁμιλίας.] Apud Plut., nec non Synes., Inepte. [Aristot. De partt. anim. 2, 7 : Πῦρ ἢ τοιαύτην τινὰ δύναμιν φ. τιθέντες. Φ. διαλέγεσθαι Lucian. Tim. c. 3; ἐπαινεῖν Pisc. 34, ut Plato Rep. 7, p. 528, E. Φ. σκοπεῖν id. Theæt. p. 183, E. Λοιδορεῖν φ. Diodor. 19, 86.] Et comp. gradu Φορτικώτερον ex Plut. Solone [c. 3] : Φορτικώτερον ἢ φιλοσοφώτερον διαλέγεσθαι περὶ τῶν ἡδονῶν. [Synes. p. 131, C, φορτικῶς ὡμίλησε τῇ ποιήσει· 43, D, φ. τοῖς ἀνθρώποις συνέσται. Nemes. De nat. hom. p. 57, 14 Matth., φ. καὶ ἐπαχθῶς προσφέρεσθαι τοῖς ἀρχομένοις. Aristot. Metaphys. 2, 4, p. 1001, 14, de Zenone, θεωρεῖ φ. Dionys. Halic. Jud. de Isocr. c. 3, σχηματίζει τε φ. Hase.]

Φορτικότης, ητος, ἡ, q. d. Odiositas, Tædiositas, etiam Arrogantia. Petr. Vict. φορτικότητα τῶν ἀκροατῶν ab Aristot. vocari putat Rhet. 2, [21] Indolem naturamque vanam, et quæ inani specie sapientiæ tenetur, ut merito risum aliis de se præbeat : quod φόρτος Aristophani sit Risus quo aliquem despicientes utimur. [Φόρτον ap. Aristoph. Pl. 796 per φορτικότητα exp. Eustath. p. 1081, 8; 1469, 49. Idem hoc vocabulo utitur Opusc. p. 6, 60.]

[Φόρτιμος. V. Φορτικός.]

Φορτίον, τὸ, Onus, Sarcina. Proprie quidem, sicut et φόρτος [ut annotavit Pollux 1, 99], de Onere quod navi imponitur, ut ap. Hesiod. Op. [641] : Νῆ' ὀλίγην αἰνεῖν, μεγάλῃ δ' ἐνὶ φορτία θέσθαι. Cui versui hic subjungitur, in quo φόρτος habetur : Μείζων μὲν φόρτος, μείζον δ' ἐπὶ κέρδεϊ κέρδος Ἔσσεται. [Mœris p. 393 : Φόρτος Ἀττικοὶ, φορτίον Ἕλληνες. Quod nihilo verius est quam Thomæ M. præceptum p. 10 : Ἀγώγιμα κάλλιον ἢ φορτία. Aristoph. Ach. 211 : Ὅτ' ἐγὼ φέρων ἀνθράκων φορτίον ἠκολούθουν Φαύλλῳ τρέχων. Xenoph. Cyrop. 2, 3, 14 : Ἐν μεγάλοις φορτίοις καὶ βαδίζειν καὶ τρέχειν· Anab. 7, 1, 37 : Φέροντες ... σκορόδων ἀνὴρ ὅσον ἐδύνατο μέγιστον φορτίον καὶ ἄλλος κρομμύων· Mem. 3, 13, 6 : Εἰ τὸ τοῦ ἀκολούθου φορτίον (i. e. τὰ στρώματα καὶ τἆλλα σκεύη) ἔδει σε φέρειν. De fœtu qui in utero gestatur ib. 2, 2, 5 : Ἡ γυνὴ φέρει τὸ φ. τοῦτο. Νεκρῶν μελισσῶν φορτία Philes p. 90.] Interdum vero φορτία exp. Merces. [Suidas : Φορτία· τὰ ἀγώγιμα, addito Menandri Hist. loco p. 381 ed. Nieb., in quo est : Ἅπαντα ... φορτία ἀράμενοι.] Aristoph. Vesp. [1398] : Οὕτω διαφθείρας ἐμοῦ τὰ φορτία. Sic Herodot. [4, 152] : Ἐκ φορτίων ἐκέρδησαν. [Et 1, 1; 2, 94; 4, 196. Xen. OEc. 8, 12 : Ναῦς ... γέμει φορτίων, ὅσα ναύκληρος κέρδους ἕνεκα ἄγεται. Aristoph. Ran. 573 : Τοὺς γομφίους ... οἷς μου κατέφαγες τὰ φορτία. Ἅμαξα φορτίων ap. Plut. V. Alc. c. 2. Numero sing. ap. Demosth. p. 929 (in testimonio) : Ἀγόμενον ... οἴνου κεράμια τετρακόσια ..., ἄλλο δὲ μηδὲν φορτίον. « Alciphr. Ep. 3, 7; Heliodor. Æth. 1, 3. Translate Theod. Prodr. Rhod. p. 138 extr., Amarant. p. 441. » Herch. Leont. Neap. Vita Sym. Sali Actt. SS. Julii t. 1, p. 166, F, φ. κληματιδίων. Jo. Chrys. In Matth. p. 300, C, μετὰ πολλῶν τῶν φ. Philo vol. 1, p. 287, 25, νῆες πολλάκις αὐτοῖς πλωτῆρσι καὶ φ. ἀνατραπεῖσαι. Figurate Galen. vol. 19, p. 680, 10, πρὸς γὰρ τὸν ἐργάτην δεῖ εἶναι καὶ τὸ φ. Teles ap. Stob. Floril. tit. 5, 67, 159 : Μὴ ζήτει τὰ τοῦ ἰσχυροῦ φ. βαστάζειν. Hase.] || Metaph. ut Lat. Onus, quum dicitur aliquis suscepisse aliquod onus. Dem. [p. 156, 5] : Μεῖζον φορτίον ἢ καθ' αὑτὸν, ἀράμενον. [Aristoph. Pl. 352 : Τουτὶ πονηρὸν φαίνεται τὸ φ. Antiphan. ap. Athen. 10, p. 446, A : Μέγα τὸ φ. Φορτίον ἔρωτος, *onus amoris*, ex Anacreonte affert Servius ad Virg. Æn. 11, 550, ubi φόρτον ἔρωτος conjicit Bergkius.]

Φορτὶς, ίδος, ἡ, Oneraria navis. Hom. Od. E, [250] : Νηὸς φορτίδος εὐρείης. Vide [alia exx. allata s. v.] Φορταγωγός.

[Φορτισμὸς, ὁ, Oneratio. Const. Apost. 6, 20. Kall. Hippiatr. p. 208, 20 : Ταῦτα δὲ συμβαίνει ἀπὸ δρόμου ἢ φ. Hase.]

[Φορτιστὴς, ὁ. Πεμπαστὴν ap. Æsch. Pers. 980 schol. rec. exp. φορτιστὴν, alii per ἀριθμητὴν vel ἐπιμελητήν. Fortasse igitur φροντιστὴν corrigendum. G. D.]

[Φορτιώδης, ὁ, ἡ, Molestus. Tzetz. Educ. fil. 263 : Τὸ φορτιῶδες τῶν νόμων βάρος. Elberl.]

Φορτοβαστάκτης, ὁ, item Φορτοφόρος, ὁ, ἡ, Bajulus,

Gallice autem, ad verbum omnino, et eadem compositionis forma, nisi quod invertitur vocum ordo, *Portefaix* : ut Protagoras dicitur fuisse φορτοβαστάκτης a [schol. Platonis p. 421 ed. Bekk.,] Suida, in voce Πρωταγόρας. [V. Φορμοφόρος.]

Φόρτος, ὁ, [Sola vocalis trope distinguitur ab eo quod est φερτός. Lobeck. Paral. p. 348. Etym. M. p. 798, 46 : Παρὰ τὸ φέρω φέρτος καὶ φόρτος.] Onus, et quidem navis proprie, quemadmodum nonnulli grammatici existimarunt : sicut sc. ipsa navis sæpe dicitur φέρειν ea quæ in se continet. Pollux [1, 99] : Τὰ δὲ ἐντιθέμενα ταῖς ναυσὶ, Φόρτος, Φορτία, Ἀγώγιμα, κτλ. Φόρτος, inquit Cam., Quæ navibus apportantur. Hesiod. Op. [629] : Καὶ τότε νῆα θοὴν ἅλαδ' ἑλκέμεν, ἐν δὲ τε φόρτον Ἅρμενον ἐντύνασθαι. Vide alium locum Ejusd. in Φορτίον. [Et ib. 672. Herodot. 1, 1 : Διατίθεσθαι τὸν φ. Soph. fragm. 537 : Κόρην ... παρεσδέδεγμαι φόρτον ὥστε ναυτίλος.] Et in Epigr., de equo in navim imposito : Ἄχθεται εἰ φόρτου μέρος ἔρχεται. Et φόρτος ἐμπορικὸς, Plut. Lycurgo [c. 9] : Οὐδ' εἰσέπλει φόρτος ἐμπορικὸς εἰς τοὺς λιμένας. [Φόρτοι ἐμπορικοὶ Dionys. A. R. 9, 56. « Ælian. N. A. 2, 25; 5, 2. Heliodor. Æth. 1, 3; 5, 5. » Herch.] Dicitur alioqui φόρτος, sicut et φορτίον, generaliter etiam de quovis onere. Sic tamen ut φορτίον in generali ista signif. sit usitatius. [Φόρτος Αἰσώπειος proverbio dictus, quod exp. Eustath. p. 1927, 7.] || Sed et metaphorice pro Re molesta et odiosa : unde φορτικὸς, Molestus, Odiosus. [Eurip. Iph. T. 1306 : Καινῶν φόρτον ἀγγέλων κακῶν· Suppl. 20 : Κοινὸν φόρτον ταῖσδ' ἔχων χρείας ἐμῆς.] Affertur tamen φόρτος dictum potius peculiariter de Importuna molestaque irrisione, quod ea nihil onerosius hominibus bene natis possit accidere : ex Aristoph. Pl. [796] : Ἔπειτα καὶ τὸν φόρτον ἐκφύγοιμεν ἄν. Ubi Suid. exp. χλεύην. [Pac. 748 : Φ. καὶ βωμολοχεύματ' ἀγεννῆ.] Vide Φορτικός.

[Φορτοστόλος, ὁ, ἡ, Ad vehendas merces destinatus. Manetho 4, 134.]

[Φορτουνατιανὸς, ὁ, Fortunatianus, n. pr. Latinum. Fortunatiano, qui Comes rerum privatarum sub Valente imperatore fuit (v. Gothofredi Prosopograph. p. 363), inscriptæ sunt Epistolæ Libanii 480, 559, 564, 575, 1065, 1139, 1147, 1300, 1348, 1434 a, 1538, ubi constanter, sed male, Φουρτουνατιανῷ, nisi quod ex cod. Vatic. bis (559, 575) recta enotata scriptura est Φορτουνατιανῷ. G. Dind.]

[Φορτουνάτος, ὁ, Fortunatus, n. pr. Latinum, ap. Paul. Ep. ad Corinth. 1, 16, 17. Hoc quoque in libris multis Φουρτουνάτος scriptum. G. Dind.]

[Φορτοφορέω, Onera fero. Plut. V. Pericl. c. 26. De muliere gravida Orac. Sibyll. 2, 190 : Ὁπόσαι κείνῳ ἐνὶ ἤματι φορτοφοροῦσαι γαστέρι φωραθῶσιν.]

[Φορτόω, Onero. Heliodor. 3, 5 : Βωμὸν παμμεγέθη σχίζαις μυρίαις φορτώσαντες. Νόμοι Ὁμηριτῶν in Boiss. Anecd. vol. 5, p. 91 : Οἱ τὰ κτήνη αὐτῶν φορτοῦντες φορτία βαρέα. Passiv. Pallad. De vita Jo. Chrys. p. 64 : Κάνθαρος πεφορτωμένος τῆς κόπρου. Amphiloch. p. 98, D : Τοιαῦτα βάρη τῶν ἀνομιῶν μου φορτούμενος καὶ βαρούμενος μετανόησον. De muliere gravida Const. Manass. Chron. 148 : Φορτουμένης τοκετῷ τελειομήνου βρέφους. G. D. Epiphan. t. 1, p. 459, D, οὔτε κρύος αὐτοὺς ἐφόρτου. Pseudo-Chrys. t. 2, p. 971, C, ἐφόρτωσεν ἡμῶν τὰς ἀκοάς. Anon. De Persica capt. p. 370, 3 Combef., συντετριμμένοι, πεφορτωμένοι· 377, 8, τὸ φορτίον τῶν ἁμαρτημάτων μόνον πεφ.· 404, 5, ξύλοις πεπεδημένους καὶ πεφ. Hase.]

[Φορύκαια (?)· δένδρον ποιὸν, Hesych.]

[Φορυκτὸς, ἡ, ὸν, Variegatus. Lycophr. 863 : Ἀβροπήνους ἀμφιβάλλεσθαι πέπλους κάλχῃ φορυκτούς. Per πεποικιλμένους exp. schol.]

[Φορύνω. HSt. post verba s. v. Φύρω ponenda pergit :] Ceterum quum Eust. scribat esse forsitan verbum Φύρω ex verbo Φορύω factum, (de eo autem antea tacuerim,) hic certe, tanquam παρενθετικῶς, dicendum de ipso quoque censeo. In hoc igitur Homeri hemistichium, Od. Σ, [335] : Φορύξας αἵματι πολλῷ, annotat φορύξας esse i. q. φύρσας, et fortasse hujus πρωτότυπον esse illud. Dici enim Φορῶ, Φορύω, a quo derivatum verb. Φορύσσω. [De quo Eustath. p. 1849, 16; 1917, 42.] Illud autem Φορύω passum syncopen, et transpositionem literarum, factum esse Φύρω. Porro φορύσσειν i. valere q. μεταφορεῖν, et μόριον ἐκ μορίου μεθέλκειν : unde fieri Ἕλκος, utpote quod sit συνεχείας λύσις. Convenit certe significatione hoc verbum cum Φύρω : nam ab Hesych. Φορύξαι exp. συγχέαι, et φυράσαι (sicut et a Galeno ap. Hippocr.), itidemque partic. Φορύξαντες, συγχέαντες, et μολύναντες. [Unde Bernh. correxit quod ap. Suidam legitur Φορύξαντες· πλύναντες, in πλώσαντες corruptum in Lex. Seg. Præcedit ap. Suidam, Φορύνω· μολύνω. « Φορύξαντες legitur ap. Hippocr. p. 9, 39, ubi tamen Mss. φρύξαντες. Id. p. 619, 49 : Ὕδατι φορύξαι, Aqua subigito. Unde etiam ἀναφορύσσειν et ἀναφορύξαι, crebro legitur apud Hippocr. Idem p. 679, 34, Φορύξαντά et φυρήσαντα simul jungit : Ταῦτα μέλιτι ἑφθῷ φορύξαντα καὶ φυρήσαντα βαλάνιον. » Foes.] Denique et Φορύνει, φυρᾷ, μολύνει, συγχεῖ. [HSt. in Indice :] « Φολύνω, Inquino : Hesych. φολύνει, μολύνει, καταπίμπλησιν. » [Corrupte pro φορύνει. Conf. Lobeck. Rhemat. p. 245.] Est autem ab hoc themate Φορύνω, præt. imperf. φορύνετο. Atque hoc φορύνετο non dubito quin illud ipsum sit quod Hesych. exp. ἐμολύνετο, [ἐφυρᾶτο τῷ αἵματι addit Etym. M. p. 799, 4. Cum genit., quia implendi notio inest, Oppian. Cyn. 1, 380 : Ἔχις πεφορυγμένος ἰοῦ· 5, 269 : Κῦμα δ' ἅπαν λύθροιο φορύσσεται ἐκχυμένοιο, ubi v. l. μολύνεται.] Conf. Lobeck. Rhemat. p. 245. Cum dat. Quint. Sm. 2, 356 : Λύθρῳ ἐφορύνετο γυῖα· 3, 604 : Δάκρυσσι φορύνετο τεύχη.] Ceterum de hoc Φορύνω, s. Φορύσσω, ita quidam scripserunt : Φορύνω, s. Φορύσσω, ex Φορύω, i. q. φυράω, Pinso, Subigo. Item Misceo ac turbo, Farinam subigentis more confundo. Item Inquino, Fœdo, Polluo. [Hesych. : Φορυσσέμεναι, μολῦναι.] Eust. autem φορύσσειν esse ait τὸ μεταφορεῖν, ideo fortasse quia pistores, quum pinsunt, farinamque subigunt, brachia vicissim trahunt atque intrudunt.

Φόρυς, Podex, δακτύλιος ὁ κατὰ τὴν ἕδραν, Hesych. [Remotius est quod Lobeck. Rhemat. p. 245 comparavit, ap. eundem : Μολυνίη, ἡ πυγή.]

[Φορύσσω. V. Φορύνω.]

[Φορύστας, ὁ, Phorystas, Bœotus. Inscr. apud Bœckh. 1582.]

[Φορυτὸς, ὁ. HSt. post verba s. v. Φορύνω posita :] Nec non nomen Φορυτὸς [De accentu Arcad. p. 82, 20], ὁ, Quisquiliæ ex variis rebus commixtis. Ab Athen. [8, p. 361, D] pro Quisquiliis aridis poni testatur Bud., ita scribente : Καὶ ἰχθύων τινὰ ἀποθορόντα σὺν ἀνθρακιᾷ ἐκπεσεῖν εἰς φορυτὸν, καὶ ἁφθῆναι ὑπ' αὐτοῦ λόχμην ἐν ᾗ ἔτυχε σῦς ἄγριος ὤν. Subjungit vero et locum Aristot. H. A. 9, [13] de Cinnamomo ave : Νεοττεύει δὲ ἐφ' ὑψηλοῦ δένδρου, καὶ ἐν τοῖς θαλλοῖς τῶν δένδρων· ἀλλὰ τοὺς ἐγχωρίους μόλιβδον πρὸς τοῖς ὀϊστοῖς προσαρτῶντας, τοξεύοντας καταβάλλειν, καὶ οὕτω συνάγειν ἐκ τοῦ φορυτοῦ τὸ κινναμωμον. Item ex Aristot. hunc l., in quo de vespis loquitur, Καὶ κηρία πλάττουσιν ἐκ φορυτοῦ καὶ γῆς. Plin. de eadem avi loquens, cinnamomi surculos appellat. A quibusdam φορυτὸς exp. Congestitia et confusa materia, Congeries, Colluvio. [De diversorum ciborum mixtura Alciphro 3, 7 : Ὥστε αὐτὸν θαυμάζειν ποῦ καὶ τίνα τρόπον ἐχώρησε τοσοῦτον τὸ σῶμα βρωμάτων φ.] Item Funis ex congestis stramentis et vitilibus, atque ex ejus generis confusa materia, ad plexus, i. e. πλέγματα. [Aristoph. Ach. 72 : Παρὰ τὴν ἔπαλξιν ἐν φορυτῷ κατακείμενος· ubi schol. : Φ. ψιαθῶδές τι πλέγμα, ἐν ᾧ τοὺς στάχυας ἐμβάλλουσιν· ἢ φορυτῷ τῇ ἐκ φρυγάνου στρωμνῇ.] Tali autem miscellanea tortiles restes parari a figulis, quibus colligata vasa sua portent, ne rumpantur. Pro cujus signif. testimonio affertur hic Aristoph. l. Ach. [927] : Δός μοι φορυτὸν, ἵν' αὐτὸν ἐνδήσας φέρω, Ὥσπερ κέραμον, ἵνα μὴ καταγῇ φορούμενος, ubi vide schol., ap. quem pro φρύγανον, σχοινίσν, illi φρυγάνων σχοινίων reponunt; sed Suidas tamen illam, non hanc scripturam habet. [Addit Suidas ex schol. Arist. : Καὶ φορυτῷ, φρυγανώδει ἀκαθαρσίᾳ, συρφετώδει, χορτώδει, cum versu Callimachi, Σὺν δ' ἄμυδις φορυτόν τε καὶ ἴπνια λύματ' ἀείρας. Etym. M. p. 799, 9 : Φορυτῷ· τῷ ἀπὸ τῆς γῆς αἰρομένῳ ὑπὸ τῶν ἀνέμων χόρτῳ φρυγανώδει, ἀπὸ τοῦ φορύω· τοῦτο παρὰ τὸ φέρω ἢ φορῶ. Phrynich. in Bekk. An. p. 71, 1 : Φορυτός· ὁ κοπρώδης τόπος. Arat.

1123 : Οὐδὲ σύες φορυτῷ ἐπιμαργαίνουσι.] Metaphorice certe dixit Chrysost. : Τὸν πολὺν φορυτὸν ἁμαρτιῶν καθᾶραι, ubi non male, ut opinor, φορυτὸν dixerimus significare ἀκαθαρσίαν, præsertim quum schol. Aristoph. illic inter alia φορυτὸν esse velit φρυγανώδη ἀκαθαρσίαν. Eust. [p. 804, 48] φορυτὸν exp. simpliciter πλῆθος : de qua expos. illi non assentior. [Vitiose ap. eund. p. 1452, 19 : Φορητὸς, φρύγανα, χόρτος ἢ κοπρία, παρὰ τὸ φέρειν, ut φορητὸν pro φορυτὸν ap. Procop. De ædif. p. 32, D.] Hesychio potius subscribo, cui φορυτὸς sunt φρύγανα, et ἄχυρα : item ὁ ἀπὸ γῆς αἰρόμενος ὑπὸ ἀνέμου χόρτος. [Liban. vol. 1, p. 613, 15 : Κομίζεται πρὸς τὴν σκηνὴν καὶ τὴν μαλακὴν εὐνὴν, τὴν λεοντῆν καὶ τὴν φορυτόν· ταυτὶ γὰρ ἡ ἐκείνου στρωμνή· ubi si φορυτὸν recte legitur, τὴν in τὸν mutandum.]

[Φορύω. V. Φορύνω.]

[Φορωνεὺς, έως, ὁ, Phoroneus, Inachi filius, rex Argivorum. Suidas : Φορωνεύς· ὄνομα. Καὶ Φόρωνος ὄνομα κύριον. Qui genitivus esse potest nominis Φόρων, quod tamen non magis aliunde cognitum quam Φόρωνος. De Phoroneo vid. Apollod. 2, 1, 1, Pausan. 2, 15, 5. Rhianus ap. Steph. Byz. s. v. Ἀπία : Φορωνέος Ἰναχίδαο. Hesych. : Φορωνεύς· ὄνος βασιλικός. Hæc signif. fieri potest ut singulari alicui usui originem debeat : ut non satis certa videatur quamvis facilis correctio ὄνομα βασιλικόν (vel βασιλέως). G. D. Clem. Al. Protr. 3, § 44 : Εἴτε Φ. ἐκεῖνος ἦν ... εἴτε ἄλλος τις, οἳ νεὼς καὶ βωμοὺς ἀνέστησαν αὐτοῖς (diis). Hase. Hinc Φορωνεῖς, οἱ, i. q. Argivi, ap. Theocr. 25, 200 : Πῆμα ἱρῶν μηνίσαντα Φορωνήεσσιν ἐφεῖναι. || Φορωνεῖδαι, οἱ, Phoronei filii (Amphiaraus et Adrastus) ap. Pausan. 7, 17, 7. Apud Steph. Byz. s. v. Ἄργος : Πρὸ Δαναοῦ Ἀργειάδαι (Ἀργεάδαι Meinek.) καὶ Φορωνεῖδαι. Nam sic correxit Meinek. pro Φορωνίδαι.]

[Φορωνικὸς, ἡ, ὸν, Phoronicus, Ab Phoroneo originem ducens. Steph. Byz. s. v. Ἄργος : Διασημοτάτη πόλις, ἥτις Φορωνικὸν ἄστυ ἐκέκλητο. Pausan. 2, 15, 5 : Φορωνεὺς τοὺς ἀνθρώπους συνήγαγε πρῶτον ἐς κοινὸν ... καὶ τὸ χωρίον ἐς ὃ πρῶτον ἠθροίσθησαν ἄστυ ὠνομάσθη Φορωνικόν.]

[Φορωνὶς, ίδος, ἡ, Phoronis, i. e. Carmen de Phoroneo, scriptum ab Hellanico : quod citat Strabo 10, p. 472.]

[Φόσιρις. V. Φώσωρις.]

[Φόσκος, ὁ, Fuscus, n. pr. Latinum. Inscr. Teuchir. C. I. vol. 3, p. 544, n. 5262, 3. Hase.]

[Φόσσατον, τὸ, per ὄρυγμα exp. Hesych. in gl. ab Musuro omissa et per στρατόπεδον Suidas. Est voc. ab Latino *Fossa* derivatum, cujus de usu, ut reliquorum ejusdem stirpis, v. Ducang. Φοσσίον ap. schol. Demosth. vol. 1, p. 182, 16 : Τοὺς θησαυροὺς σιροὺς ἐκάλουν οἱ Θρᾷκες καὶ οἱ Λίβυες, ἃ νῦν φοσσία ἰδιωτικῶς. G. D. || Adverb. Φοσσατικῶς, Castris factis, Theophan. Chronogr. p. 567, 11 Bonn.; 662, 16, ἐξῆλθον φ. Hase.]

[Φοῦ. Videtur esse Ponticum nomen plantæ, quæ Valeriana vocatur. Diosc. 1, 10. Schneid. Galen. vol. 13, p. 127 : Τὸ ἄμμι καὶ τὸ φοῦ. Theoph. Nonn. vol. 2, p. 62. G. D. Oribas. t. 2, p. 563, 1; 645, 3 Daremb. Fraas. quoque Syn. plantt. fl. cl. p. 217 conjicit esse Valerianam. Hase.]

[Φουάδδει (codex φουαδδεῖ), σωμασκεῖ, Hesych. Hemsterh. v. Συμβουάδδει : « Laconicum videtur φουάδδει, Certando exercetur. » Conf. Valck. Adoniaz. p. 289, Ep. ad Roev. p. 77. Angl.]

[Φουαέξιερ, ἡ ἐπὶ τῆς χώρας σωμασκία τῶν μελλόντων μαστιγοῦσθαι, Hesych. Turbata verba ita refingit Hemsterh. : Φουάξιρ· ἡ ἐπὶ τοῦ τῆς Ὀρθίας, vel Ὀρθωσίας, βωμοῦ σωμασκία τῶν μελλόντων μαστιγοῦσθαι. Est voc. Laconicum.]

[Φοῦαι, ἀλώπεκες, Hesych.]

[Φοῦιξ, i. q. φῦσιγξ ap. Hesych. Est dialecti Laconicæ.]

[Φούλβιος vel Φουλούϊος, ὁ, Fulvius, n. pr. Latinum ap. Polybium aliosque rerum Romanarum scriptores.]

[Φουλίατον, τὸ, Latinum vocab. Foliatum, genus unguenti de quo Plin. 13, 1, 2. Galen. vol. 6, p. 427, 3; 440, 5 : Τῶν μύρων τὰ ἐν Ῥώμῃ σκευαζόμενα ταῖς πλουσίαις γυναιξὶν, ἃ φ. τε καὶ σπικάτα προσαγορεύουσιν. Hask.]

[Φουλίδερ· παρθένων χορός. Δωριεῖς, Hesych.]

[Φούλλικλον, τό. Suidas : Φουάλικλον, εἶδος παιδιᾶς. Est Latinum vocab. Folliculus. Scribendum igitur φούλλικλον s. φώλλικλον, ut ostendit Schweigh. ad Athen. 1, p. 14, F : Ὅτι τὸ φούλλικλον (nam sic hic quoque correctum pro φουάλικλον) καλούμενον· ἦν δὲ ὡς ἔοικε σφαιρίον τι, ὃ εὗρεν Ἀττικὸς Νεαπολίτης παιδοτρίβης, γυμνασίας ἕνεκα Πομπηίου Μάγνου.]

[Φυλλόμενοι, τιλλόμενοι. Δωριεῖς, Hesych., sed extra ordinem, post Φουλίδερ. Leg. Φουλλόμενοι cum Is. Voss. Angl. Codex, in quo hæc glossa cum præcedente Φουλίδερ coaluit, sic pergit post χορός : δωριφυλλόμενοι, τιλλόμενοι. Δωριεῖς. Φύρκορ ὀχύρωμα. Pro φύρκορ series postulat φοῦρκορ, ut Is. Voss. scripsit.]

[Φουμῶσος, τυρὸς, Casei species ap. Athen. 3, p. 113, C.]

[Φοῦνδα, ἡ, Funda. Steph. Byz. : Φ. ὡς Νῶλα, πόλις Ἰταλίας. (Ap. Strab. 5, p. 233 : Φοῦνδοι, πόλις ἐν τῇ ὁδῷ τῇ Ἀππίᾳ κειμένη· nisi Φοῦνδα corrigendum.) Οἱ πολῖται Φουνδανοί. Διονύσιος ιε΄ Ῥωμαϊκῆς ἀρχαιολογίας. Φουνδανὸς οἶνος ap. Strab. p. 234, et Athen. 1, p. 27, A.]

[Φουνεισουλανὸς, ὁ, Funisulanus, n. pr. strategi in inscrr. Ægypt. Letronn. *La statue vocale de Memnon* p. 135 et 137. Franz. C. I. vol. 3, p. 366, n. 4721, 1 et p. 367, n. 4722, 1. Hase.]

[Φούριος, ὁ, Furius, n. pr. Latinum, ap. Polybium, Diodorum, Plutarchum aliosque.]

[Φουρκίζω, In furcam tollo. Jo. Moschus Prat. spir. p. 1084, E, ἐφούρκιζον τὸν γέροντα. Basil. Imp. Proch. p. 236, 11 Zachar., φουρκίζονται. Versio gr. legum Rotharis p. 64, 17 et 33; 75, 6 Zach., φουρκιζέσθω. Hase.]

[Φουρνάκιος, ία, ιον, Furnaceus, In furno coctus. Φ. ἄρτος Athen. 3, p. 113, B, ubi Epitome φουρνίκιος, ex eaque Eustath. p. 1088, 1. Φουρνίτης ap. Galen. vol. 13, p. 607, ubi genit. Φουρνίτου ἄρτου.]

[Φουρνίτα (Φουρνῖτα Meinek.), πόλις Λιβύης. Οἱ οἰκήτορες Φουρνιτανοί. Φλέγων ιε΄ τῶν Ὀλυμπιάδων, Steph. Byz.]

[Φουρνοπλάστης, ὁ, Qui in furno fabricatur, Figulus. Timæus Lex. Plat. p. 149 : Ἰπνοπλάθαι· φουρνοπλάσται. Omittimus alia nominis Latini φοῦρνος composita et derivata, quæ Ducangius collegit.]

[Φουρτουνατιανὸς vitiose pro Φορτουνατιανὸς, q. v.]

[Φούρτιος, ὁ, Furtius, rex Quadorum. Dio Cass. 71, 13.]

[Φοῦσα, Bœot. pro φῦσα. V. Φύω.]

[Φοῦσκα, ἡ, Posca (vinum acerbum). Alex. Trall. p. 295. Alibi ποῦσκα. Conf. Ducang. Gloss. p. 1699. Struv.]

[Φουσκάριος, ὁ, Poscæ venditor, Poscarius. Leont. Neap. Vita Sym. Sali Actt. SS. Julii t. 1, p. 152, F; 153, B. De ejus taberna ibid. p. 157, B, εὑρόντες εἰς φουσκάριον. Alia exx. affert Ducang. s. h. v. Hase.]

[Φοῦσκος, ὁ, Fuscus, n. pr. ap. Bœckh. Inscr. 268, vol. 1, p. 371, 372.]

[Φόω. V. Φάω.]

[Φόως, Φόωσδε. V. Φῶς.]

[Φρὰ, ἡ, Phra, urbs Parthica. Isidor. in Müll. Geogr. vol. 1, p. 253 : Ἀναύων χώρα τῆς Ἀρείας ... ἐν ᾗ πόλις μεγίστη Φρά. Hodie *Farrah*-sive *Ferrah*, fortasse eadem quæ Φαραζάνα ap. Ptolem. 6, 19, ut conjicit Ritterus. V. Müller.]

[Φρὰ, ὁ, Frater (ex Italico *Fra*), ap. Gennadium aliosque ab Ducangio indicatos, quibus adde ex cod. Harlejano Odysseæ φρὰ Μαξίμου, quod inscriptum est folio primo ab manu recentiore. G. Dindorf.]

[Φράασπα, τὰ, Phraaspa, urbs Mediæ, ex Quadrati Parthicis memorata ab Steph. Byz.; qui addit, Τὸ ἐθνικὸν Φραασπηνὸς κατὰ τὸ ἔθος τῆς χώρας. Eadem urbs Πράασπα supra ap. Steph. Byz. et Φράατα apud Appianum Parth. p. 77, 80, 99, unde Plut. V. Anton. c. 39, Φραάτων ab Solano restitutum pro Φραάρτων vel Φραάρτεων.]

[Φραατάκης, ὁ, Phraataces, Phraatis quarti, Parthorum regis, ex Thermusa filius, ap. Joseph. A. J. 18, 2, 4.]

[Φραάτης, ὁ, Phraates, nomen regum quorundam Parthicorum, ap. Strabon. 16, p. 702, Plut. V. Anton. c. 37 (ubi Φραάτου ex conjectura restitutum

prò Φραόρτου), et sæpe apud Appianum in Parthicis et Dionem Cassium 36, 28 seqq.; 49, 23 seqq., aliisque locis, Joseph. A. J. 15, 2, 2; 18, 2, 4, Phlegont. ap. Phot. Bibl. p. 84, 17, ubi Φραάτης præbuit cod. Ven. pro Φράτης. Φραδάτης ap. Memnon. ibid. p. 239, 13. || Φραάτης, dux Persarum ap. Theophyl. Sim. Hist. secundum Phot. Bibl. p. 29, 27 : nam apud Theophyl. Ἀφραάτης appellatur p. 68 et 69. G. D. Idem nomen videtur esse in inscr. Telmiss. C. I. vol. 3, p. 127, n. 4199, 2 : Τὸ σῆμα Φράτῃ τοῦτ' ἔδωκεν ἡ πόλις. Hase.]

[Φράβιθος, ὁ, Fravitta, dux Romanorum (sub Arcadio et Honorio), de quo v. Eunap. Hist. Exc. p. 92 seqq. ed. Nieb., quem sequitur Suidas s. h. v. Φραουῖτος est ap. Zosimum 5, 20 seqq. et Socratem Hist. Eccl. 6, 6, Φραουίτας ap. Philostorg. 11, 8, ubi Γόθος μὲν τὸ γένος dicitur, Ἕλλην δὲ δόξαν, πιστὸς δὲ Ῥωμαίοις καὶ τὰ πολέμια κράτιστος. V. quæ de eo collegit Clinton. Fast. Rom. vol. 1, p. 548.]

[Φράγγοι, οἱ, Franci. Steph. Byz.: Φρ., ἔθνος Ἰταλίας τῶν Ἀλπείων ὀρῶν ἐγγύς. Παρθένιος ὁ Φωκαεὺς πρώτῳ. « Suidas : Φράγκοι, Γερμανικοί. Sunt Franci, quos Steph. imperite trans Alpes in Italiam ex Germania transfert. De his v. locum Libanii in Βασιλικῷ p. 69. » Holsten. Theod. Abucara Opusc. p. 486, 17, ὁ δὲ Ῥωμαίων, ὁ δὲ Φράγκων. Hase. || Adj. Φραγγικός, ἡ, όν. Φραγγικὰ φῦλα epigr. in Append. Anth. Pal. 312.]

[Φράγδην, adverb. ab φράσσω derivatum. Codex Barnesii Batrachom. ante v. 254 : Καὶ ῥήξας κηροῖο μέσην ῥάχιν εἰς δύο μοίρας φράγδην ἀμφοτέροισι κενώμασι χεῖρας ἔθηκε.]

Φραγέλλιον, τὸ, Flagellum. Joann. 2, [15] : Καὶ ποιήσας φραγέλλιον ἐκ σχοινίων. Invenitur etiam φραγγέλιον, ut ap. schol. Aristoph. [Ach. 720], qui ἱμάντας exp. λώρους et φραγγέλια. [His schol. addit : Τὸ γὰρ παλαιὸν φραγγέλαις ἔτυπτον οἱ λογισταὶ τοὺς τῆς ἀγορᾶς.] Sic ap. Etym. scriptum est Φραγγελῶ, Flagello. Apud Eund. Φραγγέλειον, et Φράγγελλοι, Italiæ gens, unde derivari possit. [Originem vocis sunt qui ex Latino Flagellum repetant. Vide Albert. ad Hesych. v. Σκυτάλαι (ubi codex φραγέλλια, ab Musuro in φλαγέλλια mutatum) et Vales. ad v. Μάστιξ. Angl. De nomine φραγέλιον ceterisque ejusdem stirpis, φραγελλόω, φραγελλίζω, φραγελισμὸς, φραγελίτης, quæ in libris scripta sunt literis γ et λ modo simplicibus modo duplicatis, videnda quæ collegit Ducangius. Verbo Φραγελλοῦν usi sunt Matthæus Ev. 27, 26 : Τὸν Ἰησοῦν φραγελλώσας παρέδωκεν ἵνα σταυρωθῇ, et Marcus 15, 15. « Acta S. Pauli ap. Tischendorf. Actt. Apostt. apocr. p. 49, 9, τὸν μὲν Παῦλον φρ. Agathang. Vita Greg. Arm. Actt. SS. Sept. t. 8, p. 331, B, φραγγελώσαντες (sic perperam) τὰ τῶν ἵππων στέρνα. Greg. Nyss. t. 2, p. 871, B, αὐτὸν ἐφραγέλλωσαν. » Hase.]

Φράγμα, τὸ, item Φραγμὸς, ὁ, Sepimentum, Septum, Sepes. Exp. etiam Maceria, Vallum. Φράγμα [in Φάραγμα corruptum ap. Hesych.] possumus item interpretari Munimentum, sicut Suid. φράγματα μετώπων exp. ἀσφαλίσματα, in Epigr. [Leonidæ Tar. Anth. Pal. 6, 110] de cornibus cervinis. [Herodot. 8, 52 : Τοῦ φρ. προδεδωκότος· ubi ed. vet. φρήγματος errore librarii Ionico πρῆγμα assueti. Nam verbi φράσσω et derivatorum omnium α breve est : v. Lobeck. Paralip. p. 402 et Pathol. Elem. vol. 1, p. 495.] Φράγμα esse præterea genus ἀμυντηρίου ὅπλου Bud. tradit, ex isto Plat. loco in Politico [p. 279, D] : Καὶ τῶν φραγμάτων τὰ μὲν, παραπετάσματα, τὰ δὲ, πρὸς χειμῶνας καὶ καύματα, ἀλεξητήρια· τῶν δὲ ἀλεξητηρίων, τὰ μὲν, σκεπάσματα, τὰ δὲ, στεγάσματα. Hinc autem fortassis reponendum fuerit καταστεγάσματα ap. Hesych. pro καταστιώματα. [Καταστρώματα Palmerius. « Polyæn. 3, 11, 13 : Φράγμα κατελάμβανεν· et ibid. : Διὰ τὴν τοῦ φράγματος πρόσθεσιν. » Herch.] Idem φράγματα vult esse Vela s. Tabulata ap. Athen. 4, [p. 130, A] : Ἐν ᾧ (οἴκῳ) κύκλῳ ὀθόναις διείληπτο πάντα λευκαῖς· καὶ ἀναπετασθεισῶν ὁᾳδες ἐφάνησαν, λάθρα κατὰ μηχανὰς σχασθέντων τῶν φραγμάτων, Per clandestina machinamenta reductis velis, aut tabulatis, vel deductis et demissis. [Themist. Or. 1, p. 2, A : Ὅπλων ἐμήχανα φρ. Aristot. De partt. anim. 4, 5 : Ὅταν φοβηθῶσιν (αἱ σηπίαι) ... οἷον φρ. πρὸ τοῦ σώματος ποιοῦνται τὴν τοῦ ὑγροῦ μελανίαν.] At φραγμὸς pro Sepe frequens est. [Hesych. exp. τριγχὸς, ἢ καὶ ὁ νόμος. Lex. rhet. in Bekk. Anecd. p. 314, 14 : Φρ. τὸ περίφραγμα καὶ τείχωμα ἐντελὲς, ὅπερ ἐστὶ καὶ αἵμασιά.] Plut. Pericle [c. 9] : Τῶν τε χωρίων τοὺς φραγμοὺς ἀφαιρῶν, ὅπως ὀπωρίζωσιν οἱ βουλόμενοι. Apud Matth. [21, 33] et Marc. [12, 1] : Φραγμὸν περιτιθέναι τῇ ἀμπέλῳ. [Ad hos Matthæi et Marci locos pertinere videtur Hesychii interpretatio ἢ καὶ ὁ νόμος, vel Pauli Ep. ad Ephes. 2, 14, ubi φραγμὸς dicitur lex Mosaica : v. Schleusner. Lex. s. h. v. Conf. Clem. Alex. Strom. 1, 20 : Φρ. οἰκεῖος εἴρηται καὶ θριγκὸς εἶναι τοῦ ἀμπελῶνος. Geop. 11, 3 : Φυτὸν ... εἰς φραγμοὺς ἀμπέλων ἐπιτήδειον.] Apud Luc. [14, 23] : Ἔξελθε εἰς τὰς ὁδοὺς καὶ φραγμούς. Paulus Ad Ephes. 2, [14] : Καὶ τὸ μεσότοιχον τοῦ φραγμοῦ λύσας, ubi vetus Interpres vertit Maceriam, alii Septum. [Herodot. 7, 142, de lignea munitione : Οἱ κατὰ τὸν φραγμὸν συνεβάλλοντο τοῦτο τὸ ξύλινον τεῖχος (oraculi) εἶναι. Ib. 36, de septo pontis : Φραγμὸν παρείρυσαν ἔνθεν καὶ ἔνθεν. Artemidor. 4, 57 : Εἰς φραγμοὺς καὶ ἔρκη χωρίων. Geopon. 5, 44 : Εἰ βούλει φραγμὸν ἔχειν ἀσφαλῆ, σκάψας τάφρον πηχυαίαν πασσάλους κατάπηξον καὶ ἔκτεινον σχοινίον κατὰ τῆς τάφρου. Metaph. Aristot. De partt. anim. 3, 10 : Ἡ φύσις οἷον παροικοδόμημα ποιήσασα καὶ φραγμὸν τὰς φρένας. || Obturatio. Soph. OEd. T. 1387 : Εἰ τῆς ἀκουούσης ἔτ' ἦν πηγῆς δι' ὤτων φραγμός.] Ab Anatomicis autem φραγμὸς appellatur Totus dentium ordo atque acies, Gorr. : σύμπας μὲν ὁ τῶν ὀδόντων στίχος, φραγμὸς, ut scribit Paulus Ægineta. [Conf. Pollux 2, 93.] Φραγμὸν, ut habent VV. LL., appellatum etiam fuisse Spurcissimum quendam scribit Lucian. [Pseudol. c. 27], ob spinas barbæ.

Φραγμίτης, ὁ, Ad sepes pertinens, Sepibus idoneus s. Sepimentis, ut quidem vertit Ruellius ap. Diosc. 1, 121 : Ἅλιμος, θάμνος ἐστὶ φραγμίτης, Halimus, frutex est sepimentis idoneus. Hermol. autem vertit Frutex vallaris. Sed ego contra existimo θάμνος φραγμίτης esse quod proxime præcedente capite de rhamno dixerat, Θάμνος περὶ φραγμοὺς φυόμενος, Qui in sepibus nascitur. Non ignoro alioqui in VV. LL. afferri et φραγμίτης κάλαμος, pro Calamo vallis sepibusque utili, ex Marcello, s. Vallatorio, ex Ruellio. [Vid. Plin. H. N. 32, 10, 52. Oribas. t. 2, p. 508, 1; 510, 5; 522, 6, καλάμου φραγμίτου ὁ φλοιὸς καυθείς. Vertit Daremb., *l'écorce de roseau à balai brûlée.* Hase.]

[Φραγμός. V. Φράγμα.]

[Φραγμόω, Circumsepio. Georg. Pis. Hexaem. 146, τὰ στοιχεῖα φραγμώσας ὅλα. Hase.]

[Φράγμων, ὁ, Dumetum, Gl.]

[Φράγνυμι. V. Φράσσω.]

[Φράδα, ἡ, Phrada. Steph. Byz. : Φράδα, πόλις ἐν Δράγγαις, ἣν Ἀλέξανδρος Προφθασίαν μετωνόμασεν, ὡς Χάραξ ἐν ἕκτῳ Χρονικῶν.]

[Φραδάζω, Notum facio, Indico. Pind. Nem. 3, 45 : Νόστου τέλος καὶ γᾶν φράδασσε. Schol. : Ἀντὶ τοῦ φραδιτὴν (φραδητὴν Schneider.) ἐποίησε καὶ δήλην, ἕως τίνος ἐστὶ πυρευτή.]

[Φραδασμένης, ὁ, Phradasmenes, Persa. Arrian. Anab. 7, 6, 4.]

[Φραδάτηρ, ὁ, magistratus Acrarum Sicularum. Inscr. in Thorlacii Monum. Sicul. spec. 2, 1, p. 7. Conf. Raoul-Rochett. *Sur quelques inscriptions de la Sicile* p. 15 Mus. Rhen. Osann. C. I. vol. 3, p. 580, n. 5426, 5; 5427, 4. Est Recitator legum. Hase.]

[Φραδάτης. V. Φραάτης.]

Φραδάω, Interpretor, Enuntio; φραδάον, ἑρμηνεῦον, Hesych. [Φραδῶ, τὸ βουλεύομαι ap. Arcad. p. 155, 17.]

Φραδεύω Hesychio est λέγω, i. e. Dico. [Ap. Hesych. : Φραδεύουσι, λέγουσι.]

[Φραδὴ, ἡ. Nam hic rectus accentus est, de quo v. Arcad. p. 105, 27.] Habet autem δ et subst. Φράδη, Prudentia, φρόνησις, σύνεσις Hesychio. Apud illum enim ita leg. censeo : Φράδῃ, φρονήσει, συνέσει : et seorsum, φράζε, λέγε : quod mendum non animadvertentes consarcinatores VV. LL. tradiderunt φράδη esse etiam verbum significans Dic, Edissere. Sed ap. Eund. sciendum est haberi etiam φραδαῖσι expositum

βουλαῖς, i. e. Consiliis. Quæ scriptura si mendosa non est, dicemus posse scribi itidem sing. nom. Φραδή. [Cognitio. Pind. Ol. 12, 13 : Τῶν μελλόντων τετύφλωνται φραδαί· ubi per γνώσεις exp. schol. || Indicium, Consilium. Hesych. : Φραδαῖσι, βουλαῖς. Æsch. Choeph. 940 : Θεόθεν φραδαῖσιν· Eum. 245 : Ἔπου δὲ μηνυτῆρος ἀφθέγκτου φραδαῖς. Eur. Phœn. 671 : Παλλάδος φραδαῖσι. Simias Anth. Pal. 15, 24 : Φρ. (codex φραδέσι) λυγραῖς. Theocr. 25, 52 : Ἀθανάτων ... φραδῇ τινὸς ἐνθάδ' ἱκάνεις. Lycophr. 968 : Δαιμόνων φραδαῖς, ubi χρησμοῖς exp. schol. G. D. Inscr. Anaphlyst. C. I. vol. 1, p. 463, n. 456, a, 3 : Φραδαῖσι Νυμφῶν τὸ ἄντρον ἐξηργήσατο. Hase.]

[Φραδής, ός, ή.] Habent δ, licet non ex eadem formatione, etiam Φραδής, cum suis compositis, et Φραδῶς. [De accentu v. Arcad. p. 24, 3.] Significat autem φραδής, Consultus, Prudens, sicut et φράδμων, cujus gen. legitur ap. Hom. Il. Ω, 354 : Φράζεο Δαρδανίδη· φραδέος νόου ἔργα τέτυκται. [V. Eustath. p. 1354, 14; 1411, 40.] Itidem vero φραδῶς significare poterit Prudenter. Quod tamen in VV. LL. redditur Diserte, Aperte, propter istas Hesychii expositiones, φραστικῶς, φανερῶς.

[Φραδητός. V. Φραδάζω.]

[Φραδμοσύνη, ἡ.] Jam vero ut φράδμων, Consultus, Prudens, ita etiam Φραδμοσύνη, Consilium, Prudentia. [Per σκέψις, βουλὴ, νόησις exp. Hesych.] Exp. vero et Scientia, Peritia, sicut φράδμων, Peritus, ἐπιστήμων. Hesiod. plurali dativo usus est pro Consiliis, Op. [243] : Μινύθουσι δὲ οἶκοι Ζηνὸς φραδμοσύνῃσιν Ὀλυμπίου. [Theog. 626, 884. Adde Hom. H. in Apoll. 99.] Possumus tamen reddere et singulari numero, Consilio. Bud. autem interpr. Voluntate et destinatione ; alibi quoque ita sumi dicens. [Apoll. Rh. 2, 647.]

[Φράδμων, ός, ή.] Φράσμων, vel potius Φράδμων, ex quo φραδμοσύνη, ap. poetas, Consideratus, Circumspectus, Consultus, Prudens. [Per συνετὸς, φρόνιμος ἢ ἔμπειρος exp. Suidas, per ἐπιστήμων ἢ βουλευτὴς, παρὰ τὸ φράζεσθαι, ὅ ἐστι βουλεύεσθαι, Eustath. p. 1079, 42; 1411, 41. Orac. ap. Herodot. 3, 57 : Τότε δὴ δεῖ φράδμονος ἀνδρὸς φράσσασθαι ξύλινον λόχον.] Item Solers. Interdum et ἔμπειρος, Peritus. [Hesych.: Φράδμονες, ἔμπειροι, συνετοί.] Hom. Il. Π, [638] : Οὐδ' ἂν ἔτι φράδμων περ ἀνὴρ Σαρπηδόνα δῖον ἔγνω. Illud autem Φράσμων ap. Hesych. legitur, exponentem προσέχων : quod quidam interpr., Attentus. [Gregor. Naz. t. 2, p. 73, 338 : Ἔνθα μάλιστα φράδμονος, ἀντὶ φάους μὴ θανάτῳ πελάσαι. Hase.]

[Φράδμων, ονος, ὁ, Phradmon. Φρ. Ἀφιδναῖος in inscr. ap. Bœckh. 172, vol. 1, p. 306. || Statuarius Argivus. Pausan. 6, 8, 1. || « Pater Agelai, ap. Tzetz. Alleg. Il. Θ, 257. » Boiss.]

[Φραδῶς. V. Φραδής.]

Φράζω [Dor. Φράσδω ap. Theocr. aliosque. Bœoticum Φράττω ex Corinna memorat Eustath. p. 824, 28; 1654, 26], fut. σω, præt. κα, Dico, Memoro, Commemoro, Expono. [Præsenti, imperfecto, perfecto et futuro, φράζω ἔφραζον πέφρακα φράσω nusquam usus est Homerus, aoristo ἔφρασα semel Od. Λ, 32; tum scriptor H. Homerici in Ven. 128, Merc. 142, Hesiod. ap. schol. Pind. Pyth. 3, 14, et post hos alii plurimi. Rarior perfecti πέφρακα usus est, quod legitur ap. Isocr. p. 101.] Hom. Od. Λ, 22 : Ὄφρ' ἐς χῶρον ἀφικόμεθ' ὃν φράσε Κίρκη, ubi tamen quidam φράσε interpret. Monstravit. At ego malim vel Dixit, s. potius Dixerat, vel certe Indicarat. [Hoc verum. Nam simplici Dicendi significatione verbo φράζειν nusquam usum esse Homerum observavit Aristarchus : vid. Apollon. Lex. p. 658, 840; unde Il. Ξ, 500 : Πέφραδέ τε Τρώεσσι καὶ εὐχόμενος ἔπος ηὔδα, obelo notavit ut spurium, de quo pluribus dixit Lehrs. De stud. Arist. p. 93, 94, recte monens Aristarchi observationi non obstare Od. Λ, 275 : Μῦθον πέφραδε πᾶσι, quod dictum ut X, 131 : Ἕπος πάντεσσι πιφαύσκων, verbo pro re posito. Cum δεικνύναι conjunctum in H. Hom. in Ven. 128 : Αὐτὰρ ἐπειδὴ δεῖξε καὶ ἔφρασε.] Hesych. tamen φράσαντας vult significare non solum εἰπόντας, s. λέξαντας, sed etiam δείξαντας. [Sic Pind. Pyth. 4, 208 : Φράσσατέ μοι δόμους, i. e. μηνύσατε. Herodot. 7, 213 : Ἔφρασε τὴν ἀτραπόν.] Idem φράσον exp. non solum εἰπὲ et λέξον, sed etiam ἑρμήνευσον. [Et : Φράζει· δεικνύει, σημαίνει, λέγει, διηγεῖται, σκέπτεται, διανοεῖται. De signis dandis Hom. Od. T, 250, et Ψ, 206 : Σήματ' ἀναγνούσῃ τά οἱ ἔμπεδα πέφραδ' Ὀδυσσεύς. Herodot. 4, 113 : Φωνῆσαι μὲν οὐκ εἶχε ... τῇ δὲ χειρὶ ἔφραζε ἐς τὴν ὑστεραίην ἐλθεῖν, ut Æsch. Ag. 1061 : Σὺ δ' ἀντὶ φωνῆς φράζε καρβάνῳ χερί. Ab λαλεῖν distinguit Plut. Mor. p. 909, A : Λαλοῦσι μὲν (animalia), οὐ φράζουσι δέ. Ad simplicem Dicendi signif., quæ propria est verbi λέγειν (unde φράσον δ' ἅπερ γ' ἔλεξας ap. Soph. Phil. 549), propius accedunt plurima aliorum exempla, etsi horum quoque plerisque Indicandi vel Declarandi notio non est aliena. Pind. Ol. 2, 108 : Λόγον φράσαις. Herodot. 5, 65 : Ταῦτα πρῶτα φράσω· 6, 100 : Φράζει αὐτοῖς πάντα τὰ παρεόντα πρήγματα· 1, 68 : Φράζων τὴν ἑωυτοῦ συμφορὴν πρὸς τὸν χαλκέα. Æsch. Prom. 611 : Θρόει, φράζε τᾷ δυσπλάνῳ παρθένῳ· 783 : Ἑλοῦ γὰρ ἢ πόνων τὰ λοιπά σοι φράσω σαφηνῶς ἢ τὸν ἐκλύσοντ' ἐμέ· Pers. 174 : Μή σε δὶς φράσαι μήτ' ἔπος μήτ' ἔργον· Eum. 623 : Ζεὺς... χρησμὸν ὤπασε, φράζειν Ὀρέστῃ, etc. Ubi verti potest Jubere. Similiter Aristoph. Plut. 46 : Οὐ ξυνίης τὴν ἐπίνοιαν τοῦ θεοῦ φράζουσαν ... σοι σαφέστατα ἀσκεῖν τὸν υἱὸν τὸν ἐπιχώριον τρόπον. Plato Leg. 11, p. 923, A : Ὥσπερ καὶ τὸ τῆς Πυθίας γράμμα φράζει τὰ νῦν.] Apud Soph. [Aj. 1265] pro Dicere : Τούτου γὰρ οὐδὲν σφῶϊν ἔχω λῷον φράσαι. [Et sic alii quivis. Rariore structura cum genitivo Soph. Tr. 1122 : Τῆς μητρὸς ἥκω τῆς ἐμῆς φράσων ἐν οἷς νῦν ἐστιν, ubi interpretes similia contulerunt, velut Hom. Od. Λ, 174 : Εἰπὲ δέ μοι πατρός τε καὶ υἱέος ὃν κατέλειπον, ἢ ἔτι πὰρ κείνοισιν ἐμὸν γέρας κτλ. Sæpe cognatis verbis reddi potest, velut Nuntio ap. Soph. El. 1003 : Τίς οὖν ἂν ὑμῶν τοῖς ἔσω φράσειεν ἂν ἡμῶν ... παρουσίαν; Vel Suadeo, ibid. 197 : Δόλος ἦν ὁ φράσας.] Sed rursus ap. Hom. [aliosque poetas epicos] extat medium præt. Πέφραδα [imo aor. 2 πέφραδον]. Od. T, [557] : Ἐπειή ῥά τοι αὐτὸς Ὀδυσσεὺς Πέφραδ' ὅπως τελέει. Apud Eundem : Πέφραδ' Ἀθήνη. Sic Hesiod. Theog. [475] : Καί οἱ πεφραδέτην. [Apoll. Rh. 1, 267 : Δμώεσσι δ' ἀρήϊα τεύχε' ἀείρειν πέφραδεν· 3, 550 : Νόστον πέφραδεν ἔσσεσθαι· 4, 260 : Πλόος ἄλλος, ὃν ἀθανάτων ἱερῆες πέφραδον. Apud Hesych. : Ἔφραδεν, ἐδήλωσεν. Φράδεν, ἔλεγεν.] Quin etiam imper. Πέφραδε ap. Eund., Dic, cum alibi, tum Od. Λ, [273] : Μῦθον πέφραδε πᾶσι, ubi annotat Eust. vel esse medium παρακείμενον verbi φράζω, vel [quod verum est] secundum aoristum : sc. ex φράδε factum per διπλασιασμὸν, i. e. reduplicationem, ut vulgo loquimur. [Est autem πέφραδε non Dic, sed Indica : de quo supra diximus. Dicendi vero signif. est Od. Θ, 142 : Αὐτὸς νῦν προκάλεσσαι ἰὼν καὶ πέφραδε μῦθον (alii libri μύθῳ). Sed huic exemplo nihil tribuendum, ut apparet ex schol. notatione, Οὔτε Ἀρίσταρχος οὔτε Ζηνόδοτος οὔτε Ἀριστοφάνης ἐπίστανται τοῦτον τὸν στίχον.] Itidem vero opt. Πεφράδοι [Il. Ξ, 335], et infin. Πεφραδέειν apud eum [Od. T, 477] legitur. Invenitur autem etiam Ἐπέφραδον, quod exp. Dixi, Indicavi, item Jussi, Indixi, ut ap. [Hom. Il. K, 127 : Ἵνα γάρ σφιν ἐπέφραδον ἠγερέεσθαι. Similiter Od. H, 68, et infinitivo ex præcedentibus verbis intellecto K, 549 : Δὴ γάρ μιν ἐπέφραδε πότνια μήτηρ.] Hesiod. [Theog. 74] : Καὶ ἐπέφραδε τιμάς. Eustath. tamen non vult esse παρακείμενον, quum hoc tempus non admittat duas αὐξήσεις, sed παρατατικὸν a them. Πεφράδω : idque annotat in Il. Π, 37 : Καί τινά τοι πὰρ Ζηνὸς ἐπέφραδε πότνια μήτηρ. Esse autem ex Syracusiæ linguæ consuetudine hoc thema, sicut πεπλήγω a πέπληγα, et πεφύκω a πέφυκα.

|| Φράζω in soluta quoque oratione minime rarum est. [Isocr. De antid. § 124, p. 448 ed. Ox. : Δεῖ γὰρ οὐχ ἁπλῶς εἰπεῖν, ἀλλὰ σαφῶς φράσαι περὶ αὐτῶν. Idem p. 355, A : Δοκεῖ μεῖζον εἶναι τὸ μήπω πεφρασμένον τῶν ἤδη πρὸς ὑμᾶς εἰρημένων.] Dem. [p. 12, 23] : Φρασάτω τις ἐμοὶ τί τὸ κωλύον ἔτ' αὐτὸν ἔσται. Plut. De loquacitate [p. 507, E] : Ταῦτα μηδενὶ φράσῃς, ἀλλὰ σιώπα. Aristoph. autem junxit etiam cum πρὸς habente suum accus. Vesp. [335] : Πρὸς εὔνους γὰρ φράσεις. [Lysias p. 101, 11 : Διὰ τί οὐκ ἀπέκτεινα ... φρασάτω πρὸς ὑμᾶς.] Sic Nub. [359] : Φράζε πρὸς ἡμᾶς ὅ τι χρήζεις. Aristot. Polit. 7 [?] φράζοντας et διορίζοντας copulavit : Φρά-

ζοντας καὶ διορίζοντας τίνας οὐ δεῖ καὶ τίνας ἐπιμίσγεσθαι ὅεῖ πρὸς ἀλλήλους, ubi φράζοντας redditur etiam Exponentes, et Declarantes. Apud Thuc. alicubi exp. ἑρμηνεύειν : quam expos. habemus ap. Hesych. quoque inter alias. Idem Thuc. infinitivo jungit φράσας pro κελεύσας, 6, [58] : Ὁ δὲ τοῖς ἐπικούροις φράσας τὰ ὅπλα ὑπολαβεῖν. Sic autem et cum infin. σιγᾷν ap. Aristoph. [Pac. 98], Jubeo silere. [Xen. Anab. 1, 6, 3 : Φράσαι τοῖς ἱππεῦσιν ἐκέλευεν ὡς φίλον αὐτὸν ὑποδέχεσθαι. Οὐ φράζειν, Negare, ap. Palæph. 32, 13 : Ἡ μὲν οὖν Μέδουσα οὐ φράζει δεῖξαι· ubi tamen cod. Mosq. οὔ φησι δείξειν.] Passim vero et cum infin. χαίρειν. Plut. [V. Marii c. 29] : Μακρὰ χαίρειν φράσας τοῖς ἐν βουλῇ νεανιευθεῖσι, Valere jubens ea quæ præclare et ingenue in Senatu dixerat et strenue, Bud. [Dio Cass. 58, 18 : Τοῖς ἐκείνων ψηφίσμασι μακρὰ χαίρειν ἔφρασε. Vid. s. v. Χαίρω.] Idem vero affert pro Indico, Nuntio, ex Lysia : Ἡ δὲ θεράπαινα ἐγείρασά με φράζει ὅτι ἔνδον ἐστί. At vero ap. Plut. Φράζειν ἑαυτὸν ἐξ ὀνόματος potius redditur Indicare nomen suum, quam ad verbum, Indicare seipsum ex nomine.

|| Vox autem passiva [et media cum perf. πέφρασμαι et aor. ἐφρασάμην et ἐφράσθην] Φράζομαι licet passim inveniatur ap. poetas (quibus peculiaris est) [« Rectius dicas, Ionibus proprium esse hoc verbum, quod certe in soluta etiam oratione ap. Herodot. frequenter occurrit. Idem dicas de quamplurimis verbis et vocabulis, quæ vulgo perhibentur poetis esse peculariа. » Schweigh.] posita pro Cogito, Verso in animo, Consilium ineo, Rationem ineo, Delibero, Statuo, Considero, Perpendo, Cogito, Animadverto, Deprehendo. [Hesych. : Φράσασθαι, φρασθῆναι, συνεῖναι. Φρασσάμενος, σκεψάμενος, νοήσας, λογισάμενος. Φρασσόμεθα, βουλευόμεθα, εἴπομεν. Ἐφρασάμην, συνῆκα, ἔγνων. Ἐφράσθη, συνῆκεν, ἔγνω, ἐνόησεν, ἐπεπλήρωτο (hanc expos. ad ἐφράχθη refert Kust.), ἀνεγνωρίσθη.] Ab Hesych. tamen φράζεο exp. etiam λέγε, addente, καὶ τὰ ὅμοια. [Idem : Φράζεται, φραζόμενος, φράζουσιν, ὁμοίως. Φρασθὲν, λεχθὲν, δειχθὲν καὶ τὰ ὅμοια.] Sic certe præt. Ionicum Πεφράδαται pro πέφρασται exp., Dictum est, Dicta sunt. Et partic. Πεφραδμένος pro πεφρασμένος, Dictus. Apud Hesiod. vero et comp. Προπεφραδμένος, Ante dictus, Op. [655].: Τὰ δὲ προπεφραδμένα πολλὰ Ἄθλ' ἔθεσαν παῖδες μεγαλήτορες. [Cogitandi vel Reputandi signif. ap. Homerum, de quo infra HSt., aliosque poetas, ut Æsch. Choeph. 113 : Αὐτὴ σὺ ταῦτα μανθάνουσ' ἤδη φράσαι· Suppl. 437 : Τάδε φράσαι δίκαια Διόθεν κράτη· ubi alter respondet : Καὶ δὴ πέφρασμαι. Soph. Ant. 1048 : Ἆρ' οἶδεν ἀνθρώπων τις, ἆρα φράζεται; Aj. 1041 : Ὅπως κρύψεις τάφῳ φράζου τὸν ἄνδρα· El. 213 : Φράζου μὴ πόρσω φωνεῖν, ubi Cave verti potest, ut ib. 383 : Πρὸς ταῦτα φράζου. Imperativus frequens in oraculis, velut ap. Aristoph. Eq. 1015 : Φράζευ, Ἐρεχθείδη, λογίων ὁδὸν κτλ. 1030 : Φράζευ, Ἐρεχθείδη, κύνα Κέρβερον· ubi Cavendi sensu dictum est ut ib. 1067 : Αἰγείδη, φράσσαι κυναλώπεκα, μή σε δολώσῃ· Pac. 1099 : Φράζεο δὴ μή πώς σε δόλῳ φρένας ἐξαπατήσας ἰκτῖνος μάρψῃ.] || Eust. tamen [p. 1142, 9; 1411, 38; 1587, 11] quod sciam, hujus signif. meminit, sed φράζεσθαι exp. et βουλεύεσθαι, et βουλευτικῶς σκέψασθαι : nam in Il. Σ, 254 : Ἀμφὶ μάλα φράζεσθε φίλοι, annotat φράζεσθαι esse hic quoque vocem συμβουλευτικήν : nam φράσαι active esse εἰπεῖν, i. e. Dicere, at φράζεσθαι, esse βουλευτικῶς σκέπτεσθαι. Idem scribit significare βουλεύεσθαι in isto versu, Od. A, 206 : Φράσσεται ὥς κε νέηται· ἐπεὶ πολυμήχανός ἐστι. [Hesych. : Φράσσεται, ἀσφαλίζεται, πληροῦται, ἀντέχεται. Il. A, 554 : Εὔκηλος τὰ φράζεαι ἅσσ' ἐθέλῃσθα· B, 14 : Οὐ γὰρ ἔτ' ἀμφὶς ἀθάνατοι φράζονται. Addito μῆτιν I, 423 : Ὄφρ' ἄλλην φράζωνται ἐνὶ φρεσὶ μῆτιν· vel βουλὰς, Od. Λ, 510 : Ὅτε φραζοίμεθα βουλάς· et in Hymno Hom. in Apoll. 346, cum imperfecto φραζέσχετο. Φρ. θυμῷ Il. Π, 646 : Φράζετο θυμῷ πολλὰ μάλ' ἀμφὶ φόνῳ. Φρ. μετὰ φρεσὶν Hesiod. Op. 686 : Ἀλλά σ' ἄνωγα φράζεσθαι τάδε πάντα μετὰ φρ. Cogito, Puto, seq. infinit. Od. Λ, 624 : Οὐ γὰρ ἔτ' ἄλλον φράζετο τοῦδέ γέ μοι χαλεπώτερον εἶναι ἄεθλον. Rara structura cum genit. Aratus 744 : Καὶ μέν τις καὶ νηῒ πολυκλύστου χειμῶνος ἐφράσατο, quod per ἐσκέψατο exp. scholiasta. Theocr. 2, 84 : Οὐδέ τι πομπᾶς; τήνας ἐφρασάμαν· ubi schol. exp. αἴσθησιν ἔσχον.] In VV. LL. affertur ex Hom. Od. Ξ, [236] : Στυγερὴν ὁδὸν εὐρύοπα Ζεὺς Ἐφράσαθ', pro Animo agitavit et constituit, Deliberavit de expeditione. [B, 367 : Οἱ δέ τοι αὐτίκ' ἰόντι κακὰ φράσσονται ὀπίσσω· Γ, 242 : Ἀλλά οἱ ἤδη φράσσαντ' ἀθάνατοι θάνατον.] N, [373] : Φράζεσθαι μνηστῆρσιν ὄλεθρον, Consilium agitare de morte procorum. Jungit etiam quibusdam aliis accusativis. [Apoll. Rh. 3, 604 : Μή πού τινα μῆτιν φράσσωνται στυγερήν.] Possumus vero exponere et uno verbo Machinari, Moliri. [Constituere, Il. Ψ, 126 : Ἔνθ' ἄρ' Ἀχιλλεὺς φράσσατο Πατρόκλῳ μέγα ἠρίον.] Ac certe ap. Herodot. quoque pro Machinari s. Comminisci, s. Excogitare, legisse mihi videor. Apud Eund. non raro legitur, sequente ὅπως : interdum et sequente εἰ, ut Hom. Il. A, [83] : Σὺ δὲ φράσαι εἴ με σαώσεις, schol. λόγισαι et σκέψαι. [Per διανοήθητι, σκέψαι exp. Hesych. Cum εἰ etiam Od. K, 192 : Φραζώμεθα θᾶσσον εἴ τις ἔτ' ἔσται μῆτις.] At pro Animadvertere, [Cognoscere,] Il. Ψ, [450] : Πρῶτος δ' Ἰδομενεὺς Κρητῶν ἀγὸς ἐφράσαθ' ἵππους· paulo post, Φράσσατο δ' ἵππον ἀριπρεπέα. [K, 339 : Τὸν δὲ φράσατο προσιόντα ... Ὀδυσεύς· Od. K, 453 : Οἱ δ' ἐπεὶ ἀλλήλους εἶδον φράσσαντό τ' ἐσάντα· Il. O, 671 : Ἕκτορα δὲ φράσσαντο· Od. P, 161 : Τοῖον ἐγὼν οἰωνὸν ... ἐφρασάμην· Φ, 75 : Οὐλὴν ... τὴν ἀπονίζουσα φρασάμην· Ω, 217 : Αἴ κέ μ' ἐπιγνώῃ καὶ φράσσεται ὀφθαλμοῖσιν· 391 : Οἱ δ' ὡς οὖν Ὀδυσῆα ἴδον φράσσαντό τε θυμῷ. Eurip. Med. 655 : Εἴδομεν, οὐκ ἐξ ἑτέρων μύθων ἔχομεν φράσασθαι. Pind. Nem. 5, 62 : Ὁ δ' ἐφράσθη. Eurip. Hec. 546 : Ἡ δ' ὡς ἐφράσθη. Alex. Ætol. ap. Parthen. c. 14, v. 27 : Ἡ δάμαρ φθέγξεθ', ὃ δ' οὐ φρασθεὶς κτλ. Herodot. 1, 84 : Ἐφράσθη καὶ ἐς θυμὸν ἐβάλετο· 5, 92, 5 : Τὸν φρασθέντα τοῦτο οἰκτός τις ἴσχει· 7, 46 : Φρασθεὶς Ξέρξεα δακρύσαντα. Seq. infinit. 3, 154 : Ἄλλῳ οὐκ ἐφράζετο ἔργῳ δυνατὸν εἶναι. Cum participio Pind. Isthm. 1, 100 : Οὐ φράζεται τελέων. Attente considero, i. e. Custodio, Hom. Od. X, 129 : Ὀρσοθύρην Ὀδυσεὺς φράζεσθαι ἀνώγει δῖον ὑφορβόν. Orac. ap. Herodot. 3, 57 : Φράσσασθαι ξύλινον λόχον.] || Φράζω, uti dixi, derivat Eust. a Φάω, φῶ, p. 1654 : Τὸ δὲ φω παραχθὲν εἰς τὸ Φάζω, ἐξ οὗ ἡ φάσις, προσλήψει τοῦ ρ, γίνεται Φράζω· ὅθεν ἡ φράσις· ubi animadverte obiter et thema Φάζω, sed prorsus inusitatum, ut opinor : a quo sit nomen Φάσις. At Idem p. 1411, Verbi φράσσεται, inquit, πρωτότυπον est φῶ, ex quo, per pleonasmum literæ ρ, Φρῶ, unde φράζω. Vide et Etym. [M. p. 799, 16.]

[Φραζών. Legitur in cod. Alex. Jud. 5, 7, pro Hebr. פרזון *Pherasòn*, Dux. Scriptum olim fuisse φαραζὼν conjecit Fabricius. Vide Biel. Nov. Thes. Philol. v. Φαραζών. Angl.]

Φρακτὴρ, ῆρος, ὁ, Sepes, VV. LL. absque ullius auctoris nomine. Videtur certe vox esse poetica.

[Φράκτης, ὁ, Agger. « Procop. Ædif. 2, 3, p. 34, C, ubi aggerem describit quo amnis, duos scopulos interluentis, cursus aversus est : Τοῦτο τὸ ἔργον οἱ περὶ ταῦτα σοφοὶ φράκτα ἢ ἀρίδα καλοῦσι. » Ducang. Φράκτα editionis Parisinæ scriptura est. In Hœschelii edit. et Epitomes cod. Paris. est φράκτην. Mascul. τὸν φράκτην ex aliis recentiorum scriptis memorat Ducang.]

[Φρακτόω s. Φαρκτόω. V. Φράσσω.]

Φρακτικὸς, ἡ, όν. V. in Κατάφρακτος [vol. 4, p. 1294, ubi quæ ex Eustathio afferuntur sumta sunt ex Epitome Athenæi 5, p. 214, A : Δορυφόρους ἔχων πολλοὺς τῶν φρακτικῶν καλουμένων. Nam in cod. Veneto est ἀφρακτικῶν].

Φρακτὸς, ἡ, ὸν, pro quo dici et Φαρκτὸς per hyperthesin literæ α, scribit Etym. [M. p. 667, 22. V. quæ s. v. Φράσσω dicentur], Septus, Munitus. Sed hujus φρακτὸς nullum affertur exemplum. [Oppian. Hal. 1, 641 : Ὅσσα τε φῦλα ἢ λεπίσιν πυκινῇσι καλύπτεται, ἢ φολίδεσσι φρακτά. Wakef.]

[Φρανίζω, Prudentem reddo. Hesych. : Φρανίζειν, σωφρονίζειν. Est pro φρενίζειν vel dictum vel scriptum. Supra Hesych. : Φρονήσει, συνέσει, ubi series Φρανήσει pariter postulat.]

[Φρανικάτης, ὁ, dux Parthorum, ap. Strab. 16, p. 751. Nomen corruptum. Φραάτην nominat Pseudo-Appian. Parth. p. 72 ed. Schweigh. Φαρναπάτην corrigebat Tzschuck. collatis Dione Cass. 48, 41, Plut. V. Anton. c. 33.]

[Φραόρτης, ὁ, Phraortes, Deiocis pater, primi Medorum regis. Herodot. 1, 96; Pausan. 4, 24, 2. Deiocis filius, Herodot. 1, 102. || Vitiose pro Φραάτης, quod v.]

[Φράρης, ὁ, n. pr. ap. Zonaram Lex. p. 1821, ubi cod. φράτης, quod simile est nomini Φραάτης. G. D.]

[Φρασαόρτης, ὁ, Phrasaortes, Persa, ap. Arrian. Anab. 3, 18, 11; 6, 29.]

[Φρασίας, ὁ, Phrasias, Atheniensis. Xenoph. Anab. 6, 3, 11. || Alius ap. Demosth. p. 1236, 18.]

[Φρασίδημος, ὁ, Phrasidemus, Cous. Theocr. 7, 3 (ubi Dor. Φρασίδαμος). || Peripateticus. Diog. L. 2, 114.]

[Φρασίδοτος, ὁ, Phrasidotus. Inscr. ap. Bœckh. 1957[e], vol. 2, p. 989.]

[Φρασίζωος, ὁ, ἡ, Hesych. : Φρασίζωον, διασκεπτόμενον εἰς ζωήν.]

[Φρασιηρίδης, ὁ, Phrasierides, Atheniensis. Demosth. p. 688, 4; 1197, 3; 1219, 20. Nomen in libris partim in Φρασικρίδης corruptum. De forma dixit Lobeck. Paralip. p. 7.]

[Φρασιθέα, ἡ, Phrasithea, Leo filia. Phot. s. v. Λεωκόριον. || Erichthonii uxor, Tzetz. Hist. 1, 174; 5, 671.]

[Φρασικλείδης, ὁ, Phrasiclides, archon Atheniensis olymp. 80, 1 ap. Diodor. 11, 77. (Φρασικλῆς apud Dionys. A. R. 10, 1, et Plutarch. Mor. p. 835, C.) || Archon olymp. 102, 2 ap. Demosth. p. 1357, 15. Conf. Pausan. 6, 5, 3; 8, 27, 8.]

[Φρασικλῆς, έους, ὁ, Phrasicles. Themistoclis ἀδελφιδοῦς ap. Plutarch. V. Them. c. 32. G. D. Alii ap. Bœckh. *Urkunden* p. 569, n. 17, a, 120, et in inscr. Att. Ἐφημερ. ἀρχ. a. 1854, p. 1235, n. 2462, 14. In vase fictili Franz. C. I. vol. 3, p. 600, n. 5515 legebat, diffidenter tamen, Ἐπὶ Φρασικλεῦς. Hase. || Vitiose pro Φρασικλείδης, quod v.]

[Φρασικρίδης vitiose pro Φρασιηρίδης, quod v.]

[Φρασίλας, ὁ, Phrasilas, n. pr. in inscr. ap. Bœckh. 2266, vol. 2, p. 222 : Ἱεροκλῆς Φρασίλα.]

[Φρασιμήδη, ἡ, Phrasimeda, Dædali mater. Schol. Plat. Rep. 7, p. 413 ed. Bekk.]

[Φρασιμήδης, ους, ὁ, Phrasimedes. Ὀνατορίδας Φρασιμήδευς in inscrr. Rhodia ap. Ross. Inscr. fasc. 3, p. 23.]

[Φράσιμος, ὁ, Phrasimus, pater Praxitheæ, uxoris Erechthei. Apollod. 3, 15, 1.]

[Φράσιος, ὁ, Phrasius, vates Cyprius, in aula Busiridis. Apollod. 2, 5, 11, ubi Φράσιος contra regulam Arcad. p. 40, 32. || Alius ap. Nonn. Dion. 32, 234, ubi pariter Φράσιος.]

Φράσις, εως, ἡ, Elocutio, Phrasis, Corpus eloquentiæ Fabio. [Inter μέρη τοῦ ῥητορικοῦ λόγου ap. Polluc. 4, 33.] Item quod vulgo dicimus Loquendi genus, cum apud alios grammaticos, tum Eustath. [Hesych. : Φράσις, λέξις, διάλογος, ἑρμηνεία. Φράσις δὲ γένος Ἀθήνησι. (Nomen gentis non potest fuisse Φράσις. Φρασίδαι Palmerius.) Plutarch. V. Caton. c. 12 : Θαυμάσαι τοὺς Ἀθηναίους τὸ τάχος αὐτοῦ καὶ τὴν ὀξύτητα τῆς φρ. Artemidor. 2 proœm. p. 129 : Τὸ δὲ κατὰ τὴν φράσιν μὴ παραβάλλειν τοῖς σοῖς λόγοις. Longin. De subl. 3, 1 : Οὐ τραγικὰ ἔτι ταῦτα, ἀλλὰ παρατράγῳδα· ... τεθόλωται γὰρ τῇ φράσει· 8, 1 : Ἡ γενναία φρ., Elocutio cum dignitate. 13, 4 : Ποιητικὰς ὕλας καὶ φράσεις. || Φράσει τῆς δίκης ap. Dionys. A. R. 1, 84, vitiose pro προφάσει, quod restituendum ex cod. Vat.]

[Φράσις, ὁ, Phrasis, Nelei filius. Schol. Apoll. Rh. 1, 152.]

[Φρασιτελίδης, ὁ, Phrasitelides, Atheniensis. Inscr. ap. Bœckh. 147, vol. 1, p. 221, ubi tamen incertum est prima litera utrum Φ an Π sit.]

[Φράσμων. V. Φράδμων.]

Φράσσω, sive Φράττω, fut. ξω, præt. χα, Sepio, Munio. [Ab φῶ φρῶ et φράσσω derivat Eust. p. 1411, 40. Hom. Od. E, 256 : Φράξε δέ μιν (τὴν σχεδίαν) ῥίπεσσι (ne humor penetrare posset).] In VV. LL. φράσσω ἄμπελον, Vineam sepe includo et circumdo; sed absque nomine auctoris. Herodian. [8, 2, 13] : Τάχιστα οὖν φράξαντες τῷ τείχει τὴν πόλιν, Quum munissent, Bud. afferens ex Eod. [3, 4, 19] : Μήτε πανοπλίᾳ φράσσοντες αὐτοὺς, μήτε τῇ διὰ δοράτων καὶ ξιφῶν θαρ-

A ῥοῦντες μάχῃ, Polit. Neque armatura muniti. A Thuc. autem [1, 82, et Herodoto 5, 34] dicitur passive particip. Πεφραγμένος, sine adjectione, Munitus et instructus ad bellum, quem et ἐξηρτυμένον vocat, ut Idem tradit. [Lucian. Anach. c. 20 : Ταῖς περιβολαῖς ἐς τὸ ἀσφαλέσπατον πεφραγμένον.] At θώρακι πεφραγμένος, quod ex Basil. affertur, simile et illi Herodoti loco. [Æsch. Pers. 456 : Φράξαι δέμας ὅπλοις. Soph. fragm. 376 : Ἀσπιδίτην ὄντα καὶ πεφραγμένον.] Huc pertinet quod Eustath. [p. 924, 19] scribit, ex Homerico φράξαντες (de quo mox dicam), Homeri posteros φρακτικῶν et καταφράκτων appellationem sumpsisse. Accipitur autem φράττω et pro Obstruo, Obturo, ut φράττειν τὸ τρῆμα. Auctor Ep. ad Hebr. 11, [33] : Ἔφραξαν στόματα λεόντων, Obturarunt ora leonum, vel Occluserunt. [Lucian. Nigr. c. 19 : Τὰ ὦτα κηρῷ φραξάμενος.] Sic φραγῇ, Obturetur. Paul. Ad Rom. 3, [19] : Ἵνα πᾶν στόμα φραγῇ. Sed interdum utramlibet signif. habet, i. e. vel illam Muniendi, vel hanc Obstruendi. [Herodot. 2, 99 : Ὁ ἀγκὼν τοῦ Νείλου ...

B φρασσόμενος ἀνὰ πᾶν ἔτος· 8, 7 : Φράξαντες τὴν ὀπίσω ὁδόν. Thucyd. 4, 13 : Φράξαι τοὺς ἔσπλους. Plato Tim. p. 84, D : Ὑπὸ ῥευμάτων φραχθείς (ὁ πλεύμων). Aretæus p. 44, 46 : Ἢν αἱ φέρουσαι ἐς τὸ ἔντερον ὁδοὶ ... ὑπὸ σκίρρου φραχθῶσι.] Sic certe ap. Herodian. [8, 1, 15] : Ἐλπίζοντες τάς τε ἄκρας κατειλῆφθαι, πεφράχθαι τε τὰς διόδους, εἰς κωλύμην τῆς αὐτῶν διαβάσεως, Bud. existimat verti posse, Obstructos esse aditus, Munitos esse. [Demosth. p. 520, 19 : Φράττων τὰ παρασκήνια. Polyb. 5, 22, 6 : Φρ. τὸν ποταμόν.] Idem φράττειν esse dicit, Intus continere, Condere, profertque hunc e Xenoph. Cyn. [3, 5] l., ubi de canibus loquens, scribit, Ἄλλαι δὲ συνάγουσι τὰ ὦτα, καὶ ἐπισκυθρωπάσασαι διὰ τοῦ ἴχνους, σχάσασαι τὴν οὐρὰν καὶ φράξασαι διατρέχουσι. At vero ap. Hom. φράττειν interpr. Addensare, Constipare, Il. N, 130 : Φράξαντες δόρυ δουρὶ, σάκος σάκεϊ προθελύμνῳ. Eustath. [p. 924, 20] certe ibi videtur velle exponere πυκνώσαντες : quem consule. Vulgaris autem interpretatio ad verbum male vertit, Munientes hastam hasta, quum ea, quæ Vallæ tribuitur, habeat, Inter se ita conjuncti atque conglutinati, ut scutum scuto, lancea lanceæ, galea galeæ, vir viro cohæresceret et prope inniteretur. Ego certe hunc l. quandam testudinis militaris descriptionem habere crediderim. [Il. M, 263 : Ῥινοῖσι βοῶν φράξαντες ἐπάλξεις.] Nam et hæc Herodiani 2, [6, 19] : Ἀναλαβόντες οὖν τὰς πανοπλίας καὶ φράξαντες αὐτοὺς οἱ στρατιῶται εἰς φάλαγγος σχῆμα, ὡς, εἰ δέοι, καὶ πολεμήσοντες, Polit. vertit, Sed induti armaturas milites, circumseptique undique, testudine facta, ut etiam, si res posceret, dimicarent. [Herodot. 9, 61 : Φράξαντες τὰ γέρρα, Constipantes, Dense jungentes scuta ex vimine confecta, Valla ex cratibus facta, quod 9, 99, ait Συνεφόρησαν τὰ γέρρα ἔρκος εἶναί σφι. Schw. || Oppleo. Pind. Isthm. 1, 94 : Ἔρνεσι φράξαι χεῖρα.] At pass. particip. φραχθέντες legitur apud eundem poetam cum dat., in Muniendi potius signif. Il. P, [268] : Αὐτὰρ Ἀχαιοὶ Ἔστασαν ἀμφὶ Μενοιτιάδῃ, ἕνα θυμὸν ἔχοντες, Φραχθέντες σάκεσι χαλκήρεσιν· nam et Hesych. exp. ἀσφαλισάμενοι ἑαυτούς : nec enim quod apud eum legitur partic. φραχθέντες, quin sumptum hinc sit, dubium mihi est. Eustath. [p. 1106, 64] eodem verbo utens, additam duntaxat præp. habente, sed passivum passivo reddere malens, exp. κατασφαλισθέντες. Idem tamen subjungit πυκνωθέντες, ut alibi, inquit, ἐφράξαντο νῆας τείχεϊ χαλκείῳ, a verbo φράσσω, unde et οἱ κατάφρακτοι ὁπλῖται. Hæc ille, in quibus mihi parum illud πυκνωθέντες placet. [Herodot. 9, 142 : Ἡ ἀκρόπολις τὸ πάλαι ῥηχῷ ἐπέφραχτο.] Posterioris autem aoristi particip. Φραγεὶς affertur pro Obturatus. [Aoristi φραγῆναι, quem HSt. supra ex Pauli Ep. ad Rom. 3, 19, memoravit, exx. quum in verbo simplici tum in compositis attulit Lobeck. ad Buttm. Gramm. vol. 2, p. 319, ex Luciani Dial. mort. 28, 2, Aretæo Sign. 1, 7, 13, Nicomacho Harmon. Man. 1, p. 19, Polluce 2, 83, Simplic. Ausc. 3, 93[b], Geopon. 10, 85, et fut. ἐμφραγήσεται ex Galeno Meth. med. 5, 3, p. 314.] Ceterum Hesych. habet etiam mediæ vocis partic. Φραξάμενος, quod exp. κλείσας et ὁπλισάμενος. [Hom. Il. O, 566 : Φράξαντο δὲ νῆας ἔρκεϊ χαλκείῳ. Herodot.

9, 70 : Ἀναβάντες (ἐπὶ τοὺς πύργους) ἐφράξαντο ὡς ἡδυνέατο ἄριστα τὸ τεῖχος. Æschylus Sept. 63 : Φράξαι πόλισμα· 797 : Πύλας φερεγγύοις ἐφραξάμεσθα μονομάχοισι προστάταις. Metaphor. Polyb. fr. gramm. 57 : Τὴν προθυμίαν ἀνανταγωνίστῳ σθένει φραξάμενοι· ut πεφράχθαι πρὸς τὰ κατὰ τῆς ἀληθείας Epictet. Diss. 1, 27, 20.] Pro Munitus affert Bud. ex Theodorito H. E. 5, de Theodosio ; Ὁ δὲ τῇ πίστει φραξάμενος, θαρσαλέως ἐξώρμησε. [Est, Se muniens. Dio Cass. 42, 23 : Συνῆλθον αὖτις φραξάμενοι τοῖς στρατιώταις. Oppian. Hal. 1, 260 : Ἀρηρότα γυῖα χιτῶσι φραξάμενοι· 2, 363 : Φραξάμενος πυκινῇσιν ἀκάνθαις· Cyn. 4, 7 : Δόλοισι φραξαμένην κραδίην.] || Præt. temp. pass. partic. Πεφαργμένος pro πεφραγμένος : atque itidem Ἐφάρξαντο pro ἐφράξαντο. [Etym. M. p. 667, 22 : Πεφαργμένος ἀντὶ τοῦ πεφραγμένος, καὶ ἐφάρξαντο ἀντὶ τοῦ ἐφράξαντο, καὶ τὸ φαρκτὸν φρακτὸν, ὥστε ὑπέρθεσις. Περὶ παθῶν. Sunt hæ veterum Atticorum formæ ab librariis ubique fere obliteratæ, sed tamen ut veræ scripturæ vestigia relicta sint, quod exemplis adjectivorum κατάφαρκτος ἄφαρκτος ναύφαρκτος ostendi in annotat. ad Soph. Antig. 958, Aj. 909, Aristoph. Ach. 95. Πεφαργμένος Sophocli restitui ex apographis quibusdam, in quibus πεφραγμένος scriptum, Antig. 235 : Τῆς ἐλπίδος γὰρ ἔρχομαι πεφαργμένος· ubi codex Laur. πεπραγμένος, libri interpolati δεδραγμένος. Participium autem cum genitivo constructum, quum metrum dativum excluderet, ut alia hujusmodi participia cum genitivo construuntur omisso ὑπό. G. Dind. HSt. in Indice :] « Sic ἐφάργνυσαν ap. Hesych., quod exp. ἔφραξαν : a φάργνυμι s. φαργνύω habente metathesin pro φράγνυμι s. φραγνύω. » Nec non Φαρκτὸν pro φρακτὸν, per hyperthesin literæ α. Etym. [In Ind. :] Ἄφαρκτος, Hesychio ἀφύλακτος. [Photius p. 639, 14 : Φάρκτεσθαι· τὸ φράττεσθαι. Hesych. : Φάρκτου, φυλακὴν σκεύαζε. Quod est ab verbo Φαρκτόω pro φρακτόω dicto.]

|| Legitur et Φράγνυμι pro φράττω, Sepio, Munio [Lollius Bassus Anth. Pal. 7, 391 : Πάσας Ἀΐδαο κελεύθους φράγνυτε. Plut. V. Cæs. c. 24, Sertor. c. 21, Phoc. c. 11] : a quo φράγνυμι est particip. φραγνύντες ap. Suid. ex quopiam Anonymo : Τῶν νέων τοὺς ἀπορωτάτους τοῖς ὅπλοις φραγνύντες, Armis munientes. Ille φραγνύντες exp. καθοπλίζοντες, quum tamen hæc expos. non solum φραγνύντες, sed etiam dativum ὅπλοις comprehendat. Φραγνύω in eadem signif. [Med. Aristoph. fr. 336 : Αἱ δὲ γυναῖκες τὸν δορίαλλον φράγνυνται. Quod φάργνυνται potius scribendum, ut φάρξαι, κατάφαρκτος et reliqua dixerunt Attici veteres. G. Dind.]

[Φραστέον, Dicendum. Plato Ep. p. 312, D. « Clem. Alex. Strom. 5, 10, § 66. Epiphan. t. 1, p. 539, D. Theodoret. Gr. aff. cur. p. 90, 3 Gaisf. : Φρ. δή σοι δι' αἰνιγμάτων. Jo. Tzetz. Alleg. Il. Σ, 265, ἀλλά σοι νῦν φρ. » Hase.]

Φραστὴρ, ῆρος, ὁ, Elocutor, Indicator, Explicator. Xenoph. Cyrop. 5, [4, 40] : Καὶ ὁδῶν φραστῆρα καὶ ὑδάτων καὶ χιλοῦ. Utitur et alibi [4, 5, 17]. Sic Plut. [Mor. p. 243, F] : Καὶ αὐτοὶ μὲν ἐπλανῶντο κατὰ τὴν χώραν, φραστήρων δεόμενοι. [Philo vol. 2, p. 77, 17, σκοποὶ καὶ φραστῆρες τῆς ὁδοῦ.] Eodem teste φραστὴρ est ὁ μηνυτὴς, Index, ut annotant VV. LL. [Hesych. : Φραστῆρες, μηνυταί. Greg. Naz. t. 2, p. 168, 56, de stellis : Ὅσσων φραστῆρες ἔασσιν ἀστρολόγοι. Hase.] Ibidem φραστῆρες, Dentes septennii in pueris, ex schol. Aristoph. [Ran. 421, qui poetæ verba Ἑπτέτης ὢν Ἀρχέδημος οὐκ ἔφυσε φράτορας sic exp. : Ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν ὀδόντας φραστῆρας φράτορας εἶπε, τουτέστι συγγενεῖς, κτλ.]

Φραστικὸς, ἡ, ὸν, [Dicens, Indicans. Defin. Platon. p. 414, D : Φραστικὴ (φωνὴ) ἑκάστου τῶν ὄντων.] Vi eloquendi valens, Diog. L. [Φραστικοὶ τόποι, Loca quæ inprimis magnam verborum copiam admittunt, ap. Longin. c. 32, 6; vid. voc. Μυθολογεῖν, et conf. c. 12, 5, ubi et jungit τοῖς ἐπιδεικτικοῖς, in quibus ornatus et artis ostentatio cernitur. Deinde c. 30, 1, τὸ φραστικὸν μέρος τοῦ λόγου dicit *elocutionem*, quatenus diversa est a νοήσεσι, rebus et sententiis, quem τόπον λεκτικὸν appellavit Dionysius Hal., ut in voc. Τόπος diximus. Hinc et φραστικὸς simpliciter vocatur *facundus, eloquens*, Diog. L. 5, 4, 1, et φραστικοὶ χαρακτῆρες, *forma dicendi*, ut τὸ ὑψηλὸν, τὸ ἰσχνὸν, τὸ μέσον. Ita Marcellin. in Vita Thucyd. § 59. Scilicet φράσις dicitur Græcis, quæ Latinis *elocutio* appellatur; vid. Quintil. 8, 1. Aliis eadem ἑρμηνεία, ἀπαγγελία, λέξις. Ernest. Lex. rhet. Φρ. δύναμις Epictet. Diss. 2, 23, 14 et 19 et 25 sqq. Ἡ δύναμις τῆς φραστικῆς 2, 23, 30. Schweigh. Eustath. p. 1035, 29 : Φρ. χάριτι. Plut. Mor. p. 909, A : Τὸ μὴ ἔχειν τὸ φρ.]

[Φραστὸς, ἡ, ὸν, Qui dici potest. Φραστὸς, ἄφραστος ap. Arcad. p. 83, 24. « Greg. Nyss. t. 2, p. 320, D, οὐσίαν οὔτε διανοίᾳ τινὶ χωρητὴν οὔτε λόγῳ φρ. » Hase.]

Φραστὺς, ύος, ἡ, i. q. φράσις. Item σκέψις, ἔννοια, βουλὴ, ap. Hesych. [qui φράσις post βουλὴ habet. Contrarium Ἀφραστύες, ἀσυνεσίαι annotavit Suidas ex poeta (Callimacho, ut conjicit Ruhnk.) : Σχέτλιαι ἀνθρώπων ἀφραστύες.]

[Φράστωρ, ορος, ὁ, Index, Dux itineris. Æsch. Suppl. 493 : Ὀπάονας δὲ φράστοράς τ' ἐγχωρίων ξύμπεμψον.]

[Φράστωρ, ορος, ὁ, Phrastor, OEdipi ex Iocasta filius. Pherecyd. ap. schol. Eurip. Phœn. 53. || Victor Olympicus ap. Pind. Ol. 10. || Atheniensis, ap. Demosth. p. 1362, 8.]

[Φράσων, ὁ, Phrason, n. pr. viri in inscr. Cyren. C. I. vol. 3, p. 530, n. 5180, e, 3. Hase.]

[Φραταγούνη, ἡ, Phrataguna, Darii Hystaspis uxor. Herodot. 7, 224.]

[Φραταφέρνης, ὁ, Phrataphernes, Persa. Arrian. Anab. 3, 8, 4. || Ῥαδαφέρνους ap. Phot. Bibl. p. 64, 20 in Excerptis ex Dexippo Atheniensi, ubi Φραταφέρνους Müller. Fragm. Hist. vol. 3, p. 668.]

[Φράτηρ, ερος, ὁ. HSt. s. v. Φρατριάζω :] Ceterum addit Eustath. illis quæ modo protuli ex eo verbis [p. 735, 52; 239, 30] : Dicebatur autem et Φράτηρ per η, et Φράτωρ per ω, Qui erat ex eadem phratria, i. e. Curia. Itidemque alibi [p. 239, 32] ex Ælio Dionysio affert, Φράτορες, Qui sunt ejusdem phratriæ. Sed prisci dicunt Φράτερες per ε, a Φράτηρ. Tribui autem Atticis in alio quopiam Lex. nomen hoc Φράτηρ, [Ionibus vero φράτωρ,] ibid. testatur. [Φράτερες Leuconis comœdia inscripta fuit, quæ minus recte ab Suida vocatur Φράτορες. Genuinam formam, de qua vid. Buttmanni commentat. de φρατρίᾳ in Mythologo vol. 2, p. 330, et Schæfer. Appar. ad Demosth. vol. 5, p. 561, in nostræ fabulæ titulo servant Athen. 8, p. 343, C, Hesychius s. v. Πάαπις et Photius Lex. p. 587, 18, ubi codex Φρατέρσεσιν pro Φράτερσιν. (Adde Cratin. jun. ap. Athen. 11, p. 460, F, ubi φράτερας est in cod. Ven., sed φράτορας in apographis.) Eadem forma reddenda Xenoph. Hellen. 1, 7, 8, Æschylo Eum. 626, et ex codicibus Polluci 3, 42, aliisque locis. In accentu passim erratum videas, ut apud Etym. M. p. 799, 34, ubi scribitur φρατήρ. Paroxytonon esse docet Theodos. in Bekk. Anecd. p. 992, 11 : Τῶν εἰς ηρ βαρυτόνων ὅσα μακρᾷ παραλήγεται διὰ τοῦ ε κλίνεται, φράτερος, Πίερος. Meinek. Com. vol. 1, p. 218. Rectam scripturam nunc ubique fere vel ex codicibus vel ex conjectura restituerunt editores, eamque antiquiorem esse testatur Steph. Byz. s. v. Φρατρία : Ἐλέγετο δὲ φράτηρ καὶ φράτωρ. Ἀλλὰ τὸ μὲν φράτηρ ἀρχαῖον μετὰ τῆς αὐτοῦ κλίσεως, θάτερον δὲ νεώτερον. Accentus φρατὴρ Doriensium fuit sec. grammat. in Cram. Anecd. Oxon. vol. 1, p. 346, 16 : Φράτηρ Ἀττικοὶ μὲν βαρύνουσιν, οἱ δὲ Δωριεῖς ὀξύνουσιν. Rectum accentum ap. Harpocr. s. v. Φράτερες libri plures servarunt.] At Pollux [3, 52] habet etiam Φρατὴρ ὅϊς, cui videtur eandem dare signif. quam habere Φράτριος cum αἶξ, mox ex eo docebo. Multo certe est usitatius Φράτωρ pro Curialis, Qui est in ejusdem curiæ consortio, Qui habet ejusdem curiæ consortium. Redditur autem et generalius nomine Tribulis, Contribulis : licet alioqui φρατρίαν non i. esse q. φυλὴν, infra dicetur. Demosth. [p. 1305, 22] : Κάλει δὲ τὰς μαρτυρίας τὰς τῶν φρατόρων, ὡς εἵλοντό με φρατρίαρχον. Aristot. Polit. 2 : Φράτορα ἢ φυλέτην. Dicebant autem εἰσάγειν εἰς τοὺς φράτορας τοὺς παῖδας de iis qui liberos profitebantur. Demosth. [p. 1053, 14] : Καὶ εἰσήγαγον τὸν παῖδα τουτονὶ εἰς τοὺς τοῦ Ἀγνίου καὶ Εὐβουλίδου φράτορας, μεθ' ὧν καὶ Θεόπομπος ὁ τουτουὶ πατὴρ Μακαρτάτου ἐφρατρίαζε. Itidemque dicitur εἰσάγεσθαι εἰς τοὺς φράτορας. [Restitui φράτερας pro φράτορας pari-

terque correxi p. 1053, 23; 1054, 1, 4, 14, de quo eo minus dubitandum, quum nominativum φράτήρ intactum reliquerint librarii p. 1061, 11. Neque Isæus Or. 2, § 58, 20, 54 ed. Bekk. Ox. et Lysias p. 183, 10, et si qui alii sunt oratorum Atticorum loci, φράτορας dixerant ut nunc legitur, sed φράτερας. G. D.] Bud. quum dixisset φρατρίας esse fortasse a quibus vocabulum Confratrias lingua vernacula mutuata sit, subjungit, Et εἰς τοὺς φράτορας εἰσάγεσθαι, est In eam sodalitatem adoptari: ἀπὸ τῶν φρεάτων, i. e. A puteis, nomen ductum, qui communes erant inter φράτορας. [Hæc etymologia non improbabilis videtur Buttmanno Mythol. vol. 2, p. 332.] Alibi autem affert illud genus loquendi ex Eodem, ita scribente, Ἐπειδὴ δὲ οὐκ ἐγένετο παῖς ἄῤῥην αὐτῷ οὐδὲ εἷς, μετὰ ταῦτ' ἤδη ἐσπούδαζεν ὅπως ἐκ τῆς θυγατρὸς εἰσποιηθῇ αὐτῷ υἱὸς εἰς τὸν οἶκον τὸν ἑαυτοῦ καὶ εἰς τοὺς φράτορας εἰσαχθῇ, Studio contendit ut ex filia natus puer sibi in adoptionem daretur, qui in ejus familiam transiret, nomenque daret phratriæ, ut ille ipse vertit. Qui alibi ex Eodem [p. 1313, 19] affert, Μάρτυρας παρεχόμενος ὡς εἰσήχθην εἰς τοὺς φράτορας [nunc φράτερας], ὡς ἐνεγράφην εἰς τοὺς δημότας, ὡς ὑπ' αὐτῶν τούτων προεκρίθην ἐν τοῖς εὐγενεστάτοις κληροῦσθαι τῆς ἱερωσύνης τῷ Ἡρακλεῖ, Quod in phratriam ad profitendum admissus sum, quod inter populares conscriptus sum: quod ab ipsis inter nobilissimos selectus sum ad sortitionem sacerdotii. Quemadmodum autem habes in isto Dem l. ἐνεγράφην εἰς τοὺς δημότας post hæc verba, εἰσήχθην εἰς τοὺς φράτορας, sic etiam ἀπογράφεσθαι εἰς τοὺς φράτορας dictum fuisse sciendum est, et activa signif., ἀπογράψασθαι εἰς τοὺς φράτορας. Plutarch. Pericle [c. 37 extr.]: Συνεχώρησαν ἀπογράψασθαι τὸν νόθον εἰς τοὺς φράτορας. [Φυλέται καὶ φράτορες καὶ δημόται Lucian. Tim. c. 43, ut φυλέταις et φράτορσι De merc. cond. c. 25.] Legimus vero et ap. Suid.: Τὸ δὲ γράφεσθαι εἰς τοὺς φράτορας, σύμβολον εἶχον τῆς συγγενείας. Item, de eo qui φρατρίαρχος vocabatur: Ἐγράφετο δὲ πατρόθεν εἰς τοὺς φράτορας τῇ τῶν Ἀπατουρίων ἑορτῇ. Ap. Eustath. vero [p. 735, 49] aliud præterea legimus, quod alioqui huc pertinet: sc. τοὺς φράτορας fuisse Athenis σύστημα quoddam τοὺς τικτομένους ἀπογραφόμενον, ὥστε φανεροὺς εἶναι ὅτι πολῖταί εἰσι. Sed nec ea expos. omittenda est, quam Idem tribuit isti nomini φράτορες, dicens esse τοὺς συμφυλέτας: eadem enim ratione Tribules s. Contribules Latine reddere possumus, uti dixi, licet φυλὴν ἀπὸ φρατρίας distingui perspicuum sit ex iis, quæ suo loco de hujus vocab. significatione dicentur. Idem vero [p. 239, 27] exp. et τοὺς συγγενεῖς, sicut φρήτρας ap. Hom., τμήματά τινα φυλετικὰ καὶ συγγενικά, quam expositionem habes itidem ap. Suid., et Hesych.: sed hic habet præterea φράτορσιν explicatum ἑταίροις et συμμάχοις. Suspicor autem illud συγγενεῖς ab ea γένους signif. esse, quam habet ap. Polluc. [8, 111], ubi postquam dixit, unamquamque tribum dividi in tres partes, et unamquamque harum vocari φρατρίαν et τριττὺν et ἔθνος, subjungit, Ἑκάστου δὲ ἔθνους γένη τριάκοντα, ἐξ ἀνδρῶν τοσούτων, ἃ ἐκαλεῖτο τριακάδες· καὶ οἱ μετέχοντες τοῦ γένους, γενῆται, καὶ δμογάλακτες. Sed et ipse his addit, Γένει μὲν οὐ προσήκοντες, ἐκ δὲ τῆς συνόδου οὕτω προσαγορευόμενοι. [Bekker. Anecd. gr. vol. 1, p. 286, 12: Ὀργεῶνες σύνταγμά τι ἀνδρῶν δσωνδὴ, ὡς τὸ τῶν γεννητῶν καὶ φρατόρων. Lex Solonis Digest. 47, 22, 4: Δῆμος, ἢ φράτορες, ἢ ἱερῶν ὀργίων, ἢ ναῦται, ἢ σύνσιτοι. Basil. t. 1, p. 747, A, τοῖς φράτορσιν. Artemid. 5, 82, συμβιώτας καὶ φράτορας. Hase. Improprie Ælian. N. A. 8, 24: Ἀγρεὺς τὴν φύσιν πτηνὸς, τὸ γένος τῶν κοσσύφων φράτωρ καὶ συγγενής. Schneid.]

[Φράτης. V. Φραάτης.]

[Φρατορία, ἡ, HSt. s. v. Φράτηρ] : Est autem ab illa φρατόρων appellatione, etiam Φρατορία ap. [schol. Aristoph. Av. 766: Τρίτη μοῖρά ἐστι τῆς φυλῆς ἡ φρατορία, οὕστινας τριττὺν λέγει· et ap.] Suidam, i. significans q. φρατρία. Legimus enim apud eum, Φασὶ δὲ τὸ αὐτὸ ἔθνος εἶναι τριττὺν, ἤτοι τὴν φρατρίαν, ἢ φρατορίαν. Ubi tamen reponendum censeo φασὶ δὲ τὸ αὐτὸ εἶναι, ἔθνος, τριττὺν, etc., ut sc. τὸ αὐτὸ minime jungatur cum ἔθνος, sed dicat idem valere hæc quatuor, ἔθνος, τριττὺν, φρατρίαν, φρατορίαν. Atque ita convenient hæc cum iis quæ Pollux [8, 111] habet, scribens unamquamque φυλὴν, Tribum, in tres partes dividi: unamquamque autem vocari τριττὺν, ἔθνος, φρατρίαν. Stare certe nullo modo potest altera illa lectio; nam τὸ αὐτὸ ἔθνος quî dici possit, quum nulla ἔθνους mentio præcedat?

[Φρατορίαρχος. V. Φρατρίαρχος.]

[Φρατορικὸς, ἡ, ὸν, i. q. φράτριος. Demosth. p. 1092 extr.: Ἐνέγραψαν εἰς τὸ φρ. γραμματεῖον. Τὸ φρ. Eust. Opusc. p. 164, 10: Τὸ περὶ αὐτοὺς φρατορικὸν, i. e. Eorum socii.]

[Φρατόριος vitiose pro φράτριος, quod v.]

[Φρατρία, ἡ. HSt. s. v. Πατριά:] Accedit autem prior ista πατριᾶς signif. proxime ad signif. nominum Φατρία et Φρατρία. [In Gl. Φατρία, Decuria; Φρατρία, Contubernium.] Atque adeo hæc subjungo nomini πατριὰ, quod existimem dictam esse φατρίαν primum quasi πατριὰν, deinde φρατρίαν per epenthesin literæ ρ. [De horum nominum discrimine v. Buttmann. Mythol. vol. 2, p. 306. Insignis de iis est Steph. Byz. locus: Πάτρα «ἓν τῶν τριῶν τῶν παρ' Ἕλλησι κοινωνίας εἰδῶν» ὡς Δικαίαρχος «ἃ δὴ καλοῦμεν πάτραν, φρατρίαν (alii libri φατρίαν), φυλήν. Ἐκλήθη δὲ πάτρα μὲν εἰς τὴν δευτέραν μετάβασιν ἐλθόντων ἡ κατὰ μόνας ἑκάστῳ πρότερον οὖσα συγγένεια, ἀπὸ τοῦ πρεσβυτάτου τε καὶ μάλιστα ἰσχύσαντος ἐν τῷ γένει τὴν ἐπωνυμίαν ἔχουσα, ὃν ἂν τρόπον Αἰακίδας ἢ Πελοπίδας εἴποι τις ἄν. Φατρίαν (sic Buttm. pro πατρίαν) δὲ συνέβη λέγεσθαι καὶ φρατρίαν, ἐπειδή τινες εἰς ἑτέραν πάτραν (sic Buttm. pro φάτραν) ἐδίδοσαν θυγατέρας ἑαυτῶν. Οὐ γὰρ ἔτι τῶν πατριωτικῶν ἱερῶν εἶχε κοινωνίαν ἡ δοθεῖσα, ἀλλ' εἰς τὴν τοῦ λαβόντος αὐτὴν συνετέλει πάτραν, ὥστε πρότερον πόθῳ τῆς συνόδου γιγνομένης ἀδελφαῖς σὺν ἀδελφῷ, ἑτέρα τις ἱερῶν ἐτέθη κοινωνικὴ σύνοδος, ἣν δὴ φρατρίαν (sic Buttm. pro πατρίαν) ὠνόμαζον.» Καὶ πάλιν «ὥστε πάτρα μὲν ὅνπερ εἴπομεν ἐκ τῆς συγγενείας τρόπον ἐγένετο μάλιστα τῆς γονέων σὺν τέκνοις καὶ τέκνων σὺν γονεῦσι, φρατρία (v. l. φατρία) δὲ ἐκ τῆς τῶν ἀδελφῶν.»] At certe pro me facit, quod a schol. Aristoph. [Eq. 255] scribitur, sc., Εἰσὶ δὲ οἱ τῆς αὐτῆς φατρίας μετέχοντες, οἷον πατριᾶς τινός. Unde etiam Homerus, inquit, vocat eam πάτρην. Addit Idem et Πάτριος Ζεὺς, quod dictum sit pro Φάτριος. Quin etiam Oro ap. Etymol. [M. p. 789, 20] φατρία dicitur οἷον πατρία: quibus addit, Ὅταν ἀφ' ἑνὸς καὶ εὐγενοῦς ἀνδρὸς ὡς πατρὸς κατὰ διαδοχὰς ἐπέκτασιν λάβῃ τὰ γένη, τότε ἐπί τινα ἀναφέρεσθαι· ut Heraclidæ, inquit, et Achæmenidæ, apud Persas. Aristot. Polit. [5, 8]: Τοῦ μὲν οὖν μὴ κλέπτεσθαι τὰ κοινὰ ἡ παράδοσις γινέσθω παρόντων πάντων τῶν πολιτῶν, καὶ ἀντίγραφα κατὰ φρατρίας καὶ φυλὰς τιθέσθωσαν. Ubi φρατρίαι vocantur, teste Bud., Conventus quidam hominum, aut etiam Conventicula, quasi Pagi, propria sibi sacra peculiariaque communiter habentium. Hæc ille, afferens quidem certe aliud etymum, ut docebo infra. [De συσσιτίῳ Joseph. A. J. 3, 10, 5: Τελοῦμεν τὴν θυσίαν κατὰ φρατρίας· B. J. 6, 9, 3: Ὥσπερ δὲ φρατρία περὶ ἑκάστην γίνεται θυσίαν.] At in VV. LL. φρατρία exp. non solum Conventiculum, et Contubernium, sed et Sodalitium. Verum nomine Curia rectius interpretabimur, ex Dionys. H. Rom. Archæol.: itidemque φράτωρ, Curialis. [Κατὰ φρατρίας (nam sic ex cod. Vat. scribendum pro φατρίας), Curiatim, Dionys. A. R. 9, 41. Id. 6, 89: Τὰς τότε οὔσας φρατρίας, ἢ ὅπως βούλεταί τις αὐτὰς προσαγορεύειν, ἃς ἐκεῖνοι καλοῦσι κουρίας· et 3, 48.] Hoc certe constat, φατρίαν s. φρατρίαν quocunque nomine Latino reddatur, fuisse dicta in Atheniensi populo tertiam tribus partem: constat, inquam, cum ex aliis multis, tum ex Polluce: qui tamen dicit impositum fuisse hoc nomen tertiæ parti tribus, tunc quum in quatuor duntaxat tribus divisus erat, postea autem in duodecim distributus fuit. Ejus verba sunt, l. 8, [111]: Ὅτε μέντοι (nam pro ὅτι repono ὅτε) τέσσαρες ἦσαν αἱ φυλαὶ, εἰς τρία μέρη ἑκάστη διῄρητο, καὶ τὸ μέρος τοῦτο ἐκαλεῖτο τριττὺς, καὶ ἔθνος, καὶ φρατρία. At vero populus Romanus quum in tres φυλὰς distributus fuisset a Romulo, unaquæque φυλὴ habebat decem φατρίας, ubi φατρίαι vocantur quæ a Latinis, de eadem re agentibus, Curiæ. Ceterum licet hic φατρίας legamus, in aliis ejus ll. φρατρίας legimus. Denique et apud ceteros scriptores utraque scriptura

ἀνθρώποισιν » καὶ ἐν ἄλλοις « Ὅθεν σφίσιν αἰεὶ καὶ τὸ φρονεῖν ἀλλοῖα παρίσταται· » etc. Plato Gorg. p. 489, E : Εἷς φρονῶν μυρίων μὴ φρονούντων χρειττων ἐστί.] Isocr. Ad Phil. [p. 85, E] : Μὴ διὰ τὸ γῆρας ἐξέστηκα τοῦ φρονεῖν. Ut autem hic videmus senectutem obstare interdum τῷ φρονεῖν, ita ei morbum corporis obstaculo atque impedimento esse discimus cum aliunde, tum ex Plut. Alex. [c. 77] : Ἀτελῆ δὲ τῷ φρονεῖν ὄντα διὰ σώματος. [Xen. Cyrop. 5, 5, 44 : Τοὺς ἱκανωτάτους καὶ φρονεῖν καὶ συμπράττειν εἴ τι δέοι· 3, 1, 19 : Κωφοὺς καὶ μηδ' ὁτιοῦν φρονοῦντας. Πλέον φρονοῦντες, Prudentiores, ap. eund. Anab. 6, 3, 18, male a quibusdam pro *Superbiores* acceptum, quod μεῖζον dicendum fuisset. Sic φρ. πλέον apud Platon. Hipp. min. p. 371, A. Æschin. p. 19, 34 : Τὴν πρεσβυτέραν καὶ φρονοῦσαν ἡλικίαν. Isæus p. 76, 37 : Ἐπειδὴ τάχιστα ἤρχετο φρονεῖν.] Sed et vinum quidam ap. Athen. dicit ἐπισκοτεῖν τῷ φρονεῖν. Ab Aristot. τὰ ἄψυχα dicuntur μὴ μετέχειν τοῦ φρονεῖν, ubi τὸ φρονεῖν possumus etiam reddere Intellectum, ut μὴ μετέχειν τοῦ φρονεῖν dicatur animal quod intellectus non est particeps. Cic. τὸ φρονεῖν vertit Rationem et mentem, ap. Plat., ut videbis in meo Cic. Lex. p. 11, 12. Plut. Adv. Col. : Ἡ τῆς ψυχῆς τὸ κυριώτατον ᾧ φρονοῦμεν καὶ λογιζόμεθα. [Plato Phileb. p. 11, B : Τὸ φρ. καὶ τὸ νοεῖν.] Et neutr. particip. τὸ φρονοῦν, in VV. LL. Animus quo sapimus, cujus organum et sedes cerebrum dicitur ab Alex. Aphrod. Probl. [Plut. V. Demetr. c. 1 : Ἔργον τῆς αἰσθήσεως ὑπὸ πάντων τε κινεῖσθαι καὶ κινουμένην πρὸς τὸ φρονοῦν ἀναφέρειν ὡς πέπονθεν· Mor. p. 706, A : Ἡδοναὶ τοῦ κρίνοντος ἅπτόμεναι καὶ τοῦ φρονοῦντος· et p. 138, F; 166, C.] Ratio etiam dicitur a Gaza 2. [De infante Æsch. Choeph. 753 : Τὸ μὴ φρονοῦν γὰρ ὥσπερεὶ βοτὸν τρέφειν ἀνάγκη.] At pro Mentis compotem esse, Non esse extra se, [Soph. Aj. 82 : Φρονοῦντα γάρ νιν οὐκ ἂν ἐξέστην, ubi oppos. est μεμηνότα. 344 : Ἀνὴρ φρονεῖν ἔοικεν·] usus est Hom. Il. X, 59 : Πρὸς δέ με τὸν δύστηνον ἔτι φρονέοντ' ἐλέαιρε δύσμορον. Hic enim annotat Eust., ideo dici ἔτι φρονέοντα, quoniam mox hic senex ἀλλοφρονήσει præ luctu, ὅτε οὐδ' ἂν αἴσθοιτο ἐλεούμενος. Affert tamen et aliam expos., sc. ut sit pro Adhuc viventem. [Hæc vera interpretatio est. Æsch. Choeph. 517 : Θανόντι δ', οὐ φρονοῦντι, δειλαία χάρις ἐπέμπετο. Plato Soph. p. 249, A : Μηδὲ ζῆν αὐτὸ μηδὲ φρονεῖν.] Secundum quam expos. fuerit φρονέοντα potius Sensu præditum, ex quo sc. intelligemus Viventem : quod si vertas Mente aut Ratione præditum, non tam manifestum fuerit τὸν φρονέοντα opponi τῷ τεθνεῶτι. Auctor brevium scholl. priori illi explicationi assentiri videtur, quæ et mihi magis placet : adeo ut non improbem eam quæ ex Valla affertur interpret., qua ἔτι φρονέοντα redditur Recta adhuc sentientem, licet malim simpliciter, Mentis adhuc compotem. Nisi forte fuerit pro εὖ φρονοῦντα, ut quidem redditur ap. Xen. [Mem. 2, 1, 31] : Τίς ἂν εὖ φρονῶν τοῦ σοῦ θιάσου τολμήσειεν εἶναι; Quis mentis compos? [Æsch. Prom. 385 : Κέρδιστον εὖ φρονοῦντα μὴ φρονεῖν δοκεῖν. Eur. Bacch. 851 : Φρονῶν μὲν εὖ ... ἔξω δ' ἐλαύνων τοῦ φρονεῖν. Aristoph. Nub. 817 : Οὐκ εὖ φρονεῖς.] Alioqui εὖ φρονῶν non est simpliciter Mentis compos, sed Prudens, Qui sapit, ut ap. Soph. [Aj. 1261] : Οἱ φρονοῦντες εὖ, κρατοῦσι παντα χοῦ. Isocr. Ad Nic. [p. 20, C] : Δίδου παῤῥησίαν τοῖς εὖ φρονοῦσι, Prudentibus, Iis qui sapiunt. [Et εὖ postposito p. 28, A : Τοῦ φρονεῖν εὖ μέγιστον σημεῖον· 98, C : Τοῦ φρ. εὖ καὶ πεπαιδεῦσθαι καλῶς ἀμφισβητῶν. Phrynich. in Bekk. Anecd. p. 54, 31 : Ὁ λόγος ὅδε οὐκ εὖ φρονεῖ· εἰ βούλει πρός τινα μὴ ὀρθῶς εἰπόντα ἐνσημήνασθαι, ἀνεπαχθὴς ἔσῃ.] Sed alicubi εὖ φρονῶ redditur etiam Recte sentio, item Bene cupio, ut docebo aliquanto post. [Πύκα φρ. Il. I, 554 : Οἰδάνει ἐν στήθεσσι νόον πύκα περ φρονέοντων· et Ξ, 217.] Apud eund. poetam legimus φρονέω per se positum et sine adjectione, Od. Π, 136, et rursus P, 193 : Γιγνώσκω, φρονέω, τά γε δὴ νοέοντι κελεύεις, ubi φρονέω videtur esse Mente percipio s. comprehendo. [Il. Z, 79 : Ἄριστοι ... μάχεσθαί τε φρονέειν τε. Æsch. Suppl. 204 : Φρονούντως πρὸς φρονοῦντας ἐννέπεις. Soph. OEd. T. 617 : Φρονεῖν γὰρ οἱ ταχεῖς οὐκ ἀσφαλεῖς. Eur. Med. 1329 : Ἐγὼ νῦν φρονῶ τότ' οὐ φρονῶν. Τὸ φρ. Soph. Ant. 1348 : Πολλῷ τὸ φρονεῖν εὐδαιμονίας πρῶτον ὑπάρχει· et 1353 : Γήρᾳ τὸ φρονεῖν ἐδίδαξαν.] At vero in hoc versu Il. Ψ, 343 : Ἀλλὰ φίλος, φρονέων, πεφυλαγμένος εἶναι, existimo φρονέων esse, Si sapis, Si sapias : resolvendo sc. φρονέων in duo verba, ἐὰν φρονῇς : et accipiendo φρονῇς pro εὖ φρονῇς. Dixi enim et paulo ante, φρονεῖν accipi pro Prudentem esse, Sapere. In hoc autem versu Ejusdem, Od. E, 474 : Ὡς ἄρα οἱ φρονέοντι δοάσσατο κέρδιον εἶναι, schol. exp. βουλευομένῳ, Deliberanti. [Et sæpe in formula ὧδε δέ οἱ φρονέοντι, velut Il. N, 458, Od. K, 153.] Ego tamen, ὡς φρονέοντι non minus libenter verterim, Sic cogitanti, secum cogitanti, ut Servius in Ep. ad Cic. : Cœpi egomet mecum sic cogitare. Usitatius alioqui esset, Hæc cogitanti, secum cogitanti, sicut idem poeta alibi [Il. II, 715] dicit, Ταῦτ' ἄρα οἱ φρονέοντι, Hæc cogitanti, Volventi in animo. Idem alicubi addidit ἀνὰ θυμὸν, ut Il. B, [36, et similiter Σ, 4] : Τὰ φρονέοντ' ἀνὰ θυμὸν ἃ ῥ' οὐ τελέεσθαι ἔμελλεν. [Adde Od. B, 116. Φρ. ἐνὶ θυμῷ Od. Z, 313; ἐνὶ φρεσὶ Od. Ξ, 82 : Οὐκ ὄπιδα φρονέοντες ἐνὶ φρεσὶν οὐδ' ἐλεητύν.] Sed et infinivo junctum ap. hunc poetam redditur itidem verbo Cogitare, Il. P, 286 : Φρόνεον δὲ μάλιστα Ἄστυ ποτὶ σφέτερον ἐρύειν καὶ κῦδος ἀρέσθαι. Sed φρόνεων potest hic reddi non solum Cogitabant, sed etiam in animo habebant. Quod si auctorem brevium scholl. sequamur, poterimus etiam interpretari Sperabant; exp. enim non solum διενοοῦντο, sed et ἤλπιζον. Quæ expos. mihi revocat in memoriam, quod e Xen. affertur in VV. LL. alioqui suspectum : sc. [Mem. 2, 1, 28] : Ἐπ' ἀγαθῇ ἐλπίδι φρονῶν εὐφραίνεται, pro Spe fretus bona lætatur. Apud eund. poetam Il. Γ, 99 : Φρονέω δὲ διακρινθήμεναι ἤδη Ἀργείους, ita quidam interpr. : Cogito de dirimendis, esse dirimendos, quomodo dirimantur s. dirimi possint. At brevium scholl. auctor exp. et hic βουλεύομαι, quod est Delibero. Ego certe, quod φρονέω jungatur infinitivo passivo, aliud interpretationis genus quærere malim, non diversum tamen sensum efficiens. Quale fuerit, In animo mihi est, Animo sedet hæc sententia, Sedet hoc animo, Mihi mens est : quod ap. Ovid. legitur, sequente infin. Fortassis reddi etiam possit, Mihi cordi est. [Ἰθὺς (i. e. ἰθὺς ἰέναι) φρονεῖν Il. M, 124 : Τῇ ῥ' ἰθὺς φρονέων ἵππους ἔχε· N, 135 : Οἱ δ' ἰθὺς φρόνεον.] Ex Hesiodo autem [Sc. 387] affertur in VV. LL. φρονέει θυμῷ μαχέσασθαι, pro Animum intendit ad pugnam. Atque habetur in Iisdem e Xen. [Cyrop. 3, 3, 29] φρονῶ τοξεύειν, pro Scio mittere sagittam, et φρονῶ ἀκοντίζειν, pro Scio jacula mittere s. audeo, quæ fide ap. me carent. [Xenoph. verba sunt : Τοξεύειν καὶ ἀκοντίζειν εἰς τοὺς καταχαίνοντας οὔτε ἐφρόνουν οὔτε ἐδύναντο διά τε τὰ δεινὰ δράματα καὶ διὰ τὸν φόβον· ubi nihil aliud significat quam Cogitabant, i. e. audebant.] Verum ut revertar ad φρονέω junctum accusativo, sciendum est, in soluta quoque oratione interdum cum hac constr. significare Cogito. Plut. [Mor. p. 152, A] : Ὁ Χίλων ἔφη τὸν ἄρχοντα χρῆναι μηδὲν φρονεῖν θνητὸν, ἀλλὰ πάντα ἀθάνατα. [Sic ἀθάνατα καὶ θεῖα φρ. Plato Tim. p. 90, C; et ἀθάνατα φρ. ap. Isocr. p. 9, B.] Interdum vero φρονῶ cum accus. est Sentio. Sic tamen ut alicubi reddi possit et verbo illo Sapio; quod enim dicit Eur. ὀρθὰ φρονεῖν, non dubitem reddere etiam Recta sapere, ex Cic. Eur. locus est hic, Med. [1126] : Τί φῄς; φρονεῖς μὲν ὀρθὰ, κ' οὐ μαίνῃ, γύναι; [Μῶρα φρ. Soph. Aj. 594; πλάγια Eur. Iph. A. 332.] Ciceronis autem iste, in Ep. ad Att. 14 : Nam ista quidem Cæsaris libertorum conjuratio facile opprimeretur, si recta saperet Antonius. Isocr. : Ὅμοια τοῖς εἰρημένοις φρονεῖν. [|| Sentio, Sententiam habeo. Herodot. 1, 46 : Πειρεώμενος τῶν μαντηίων ὅ τι φρονέοιεν, ὡς εἰ φρονέοντα τὴν ἀλήθειαν εὑρεθείη κτλ. Soph. Tr. 289 : Φρόνει νιν ὡς ἥξοντα.] Et ταὐτὰ φρονῶ σοι, Eadem sentio quæ et tu, Eodem sum animo quo et tu, Eadem sum mente qua tu. [Hom. Il. Δ, 361 : Τὰ γὰρ φρονέεις ἅ τ' ἐγώ περ· O, 50 : Ἶσον ἐμοὶ φρονέουσα. Ib. Θ, 430 : Τὰ ἃ φρονέων ἐνὶ θυμῷ, Suam opinionem sequens. Herodot. 1, 60 : Τωὐτὸ φρονήσαντες· quod 5, 3, dixit φρονεῖν κατὰ τωὐτό.] Ap. Eund., Μὴ ταὐτὰ φρονεῖν καὶ λέγειν, Non eadem in animo habere et loqui. Quod Sallust. dixit, Aliud clausum in pectore, aliud in lingua promptum habere. [Herodot. 9, 54 : Ἄλλα

φρονέειν καὶ ἄλλα λέγειν. Dinarch. p. 96, 15 : Ἕτερα μὲν λέγων, ἕτερα δὲ φρονῶν. Contra ap. Xen. Cyrop. 4, 6, 8 : Ἥνπερ καὶ φρονῶν φαίνῃ ἅπερ λέγεις.] Ex Plut. Themist. : Ἄλλο τι φρονῶ, Alia mihi mens est. Apud Paulum quoque φρονεῖν pro Sentire, sic tamen ut alicubi, quum a quibusdam reddatur verbo Sentire, alii (quibus assentior) malint aliter reddere, ut Ep. ad Rom. 12, [16] : Τὸ αὐτὸ εἰς ἀλλήλους φρονοῦντες, Eodem animo inter vos mutuo affecti. [Liban. Epist. p. 236 : Τῶν ταὐτά μοι περὶ σὲ φρονούντων ἐστί.] Sic Ad Phil. [3, 16] : Ἵνα τὰ αὐτὰ φρονῆτε, Ut itidem sitis affecti. At quod statim post habetur, Τὸ ἓν φρονοῦντες, iidem reddunt, Idem sentientes, Sententiis uniti. [His contraria sunt Hom. Il. N, 345 : Τὼ δ' ἀμφὶς φρονέοντε. H. in Apoll. 469 : Ἄλλῃ γὰρ φρονέοντες.] Ceterum pro Sentio ponitur φρονῶ, et quum habet præfixum adv. εὖ. [Vel cum similibus adverbiis, ut καλῶς et ὀρθῶς. Φρονεῖν μὴ καλῶς Æschylus Prom. 1014, Pers. 725; ὀρθῶς Prom. 1002; οὐ κακῶς Eum. 850.] Plato Epist. 8, [p. 357, B] : Ταῦτα δὲ σχεδὸν ὁ κρίνων ἀδύνατα, οὐκ εὖ φρονεῖ, quum alioqui εὖ φρονεῖν alios etiam usus habeat, ut partim docui, partim docebo. [Plato Phædr. p. 231, D : Ὅτι κακῶς φρονοῦσιν· 232, D : Ἐὰν ... ἄμεινον ἐκείνων φρονῇς· Phileb. p. 55, A : Φρονεῖν ... ὡς οἷόν τε καθαρώτατα.] Interdum sequente præpos. περὶ, et præcedente adverbio, ut apud [Herodot. 2, 16 : Εἰ ἡμεῖς ὀρθῶς περὶ αὐτέων γινώσκομεν, Ἴωνες οὐκ εὖ φρονέουσι περὶ Αἰγύπτου. Lucian. D. mort. 20, 5 : Περὶ ἐμοῦ τί φρονοῦσιν;] Aristot. De mundo : Οὕτω χρὴ καὶ περὶ τοῦ σύμπαντος φρονεῖν, Ita de universo sentire. Aliam vero Sentiendi signif. habet hoc verbum ap. Soph. Aj., ubi φρονεῖν schol. esse ait αἰσθάνεσθαι τῆς λύπης. Vide p. 55 meæ ed. In hoc Ejusd. versu p. 33 [554] : Ἐν τῷ φρονεῖν γὰρ μηδὲν, ἥδιστος βίος, accipit itidem pro αἰσθάνεσθαι : nam μηδὲν φρονεῖν exp. μηδενὸς αἰσθάνεσθαι. Quæ signif. danda fuerit itidem in versu proxime sequenti [qui non est Sophoclis], Τὸ μὴ φρονεῖν γὰρ, κάρτ' ἀνώδυνον κακόν. Quidam exp. Nihil sentire; alii, Nihil intelligere; at ego malim, Nullius rei sensu affici : ita quidem ut sciamus ad animum hoc referri debere. Erasmus certe, si aliter quam per transennam hunc Sophocl. l. aspexisset, aliam ei interpret., ut opinor, dedisset, quam hanc, In nihil sapiendo jucundissima vita : quæ verba inter Proverbialia recenset. Hic enim de sapientia non agi, vel ipse Sophocles his proxime præcedentibus versibus aperte docet, quibus filiolum alloquitur : Καί τοί σε καὶ νῦν τοῦτό γε ζηλοῦν ἔχω, Ὅθ' οὕνεκ' οὐδὲν τῶνδ' ἐπαισθάνῃ κακῶν. Unde apparet hoc plane convenire cum eo, quod et Eur. de ætate puerili testatur [Med. 48] : Νέα γὰρ φροντὶς οὐκ ἀλγεῖν φιλεῖ. [Φρονῶν, Prudens, i. e. Volens et sciens. Soph. OEd. C. 272 : Εἰ φρονῶν ἔπρασσον, ubi oppos. est νῦν δ' οὐδὲν εἰδὼς ἱκόμην. Æschin. p. 67, 10 : Τὰ δέκα τάλαντα ὁρώντων, φρονούντων, βλεπόντων ἔλαθον ὑμῶν ὑφελόμενοι, i. e. Animadvertentibus vobis.]

‖ Φρονῶ cum aliis accuss., i. e. aliud significationis genus (ut ita dicam) habentibus, nec non cum adverbiis nonnullis, secus quam in præcedentibus ll. redditur; estque Homero frequens iste hujus verbi usus. Dicit enim aliquoties κακὰ φρονεῖν et ὀλοὰ, nec non vicissim [Il. Ψ, 305, Od. A, 43] ἀγαθὰ φρονεῖν, item φίλα, cum dat. personæ, pro Male animatum esse erga quempiam; vel contra, Bene animatum esse; sive, Benevolo esse animo erga quempiam, aut contra, Malevolo s. Infenso. Aut brevius, Benevolum esse, aut Malevolum. (Possumus vero φίλα φρονεῖν et ἀγαθὰ φρονεῖν reddere etiam Benevolentia prosequi : item, Bene cupere alicui. Vel, Bene velle.) Od. Υ, [5] : Ἔνθ' Ὀδυσεὺς μνηστῆρσι κακὰ φρονέων ἐνὶ θυμῷ· Χ, [264] : Ἀλλὰ κακὰ φρονέουσι διαμπερὲς ἀλλήλοισι· Il. Π, [701] : Ὀλοὰ φρονέων. Alibi, Κακὰ φρονέουσα. [Il. Χ, 320 : Φρονέων κακόν.] Item [Il. Δ, 219, E, 116, Od. A, 307] φίλα φρονέων, et [Od. H, 42] φίλα φρονέουσα [ἐνὶ θυμῷ. Xenoph. Cyrop. 8, 7, 23 : Εἴ εἰς ἀλλήλους ἄδικόν τι φρονήσετε]. Sed pro his nominibus ponuntur interdum adverbia. Dicitur enim et κακῶς φρονεῖν pro κακὰ φρονεῖν, s. κακόν. [Demosth. p. 16, 1 : Τὸ εὖ πράττειν παρὰ τὴν ἀξίαν ἀφορμὴ τοῦ κακῶς φρονεῖν τοῖς ἀνοήτοις γίγνεται.] Itidemque εὖ φρονεῖν pro ἀγαθὰ φρονεῖν. Idem poeta Od. Σ, [167] : Οἵ τ' εὖ μὲν βάζουσι, κακῶς δ' ὄπιθεν φρονέουσι. Illud autem εὖ φρονῶ σοι ex Eur. [Med. 819] affertur. [Æsch. Ag. 271 : Εὖ γὰρ φρονοῦντος ὄμμα σου κατηγορεῖ· 1436 : Ὡς τὸ πρόσθεν εὖ φρονῶν ἐμοί. Lætandi signif. Choeph. 774 : Ἀλλ' ἦ φρονεῖς εὖ τοῖσι νῦν ἠγγελμένοις.] Item εὖ φρονῶ τὰ σὰ ex Soph. [Aj. 491] pro eodem; sicut et καλῶς φρονῶ σοι, pro Bene tibi cupio, Bene tibi consultum cupio, Tui sum studiosus. Porro ut dicitur εὖ φρονῶ, sic etiam superl. ἄριστα φρονῶ σοι, cum ab aliis, tum ab Aristoph. [Pl. 577] pro Optime tibi cupio, Sum tui studiosissimus. [Dionys. A. R. 11, 22 : Οἱ τὰ βέλτιστα τῷ κοινῷ φρονοῦντες.] Sed ut ad illam cum accusandi casu constr. revertar, sciendum est et alios esse accusativos, cum quibus φρονῶ eundem usum habet. Nam ut κακὰ φρονῶ σοι redditur cum aliis modis, tum etiam, Male animatus sum erga te, Malevolo sum in te animo; sic οἷα φρονῶ αὐτοῖς ap. Soph. reddi Quo sim modo animatus erga illos vel Quo animo sim in illos. [Et cum aliis accusativis quibusvis, ut Il. A, 542 : Κρυπτάδια φρονέοντα· Σ, 567 : Ἠίθεοι ἀταλὰ φρονέοντες, et Hesiod. Th. 989; ut μαλακὰ φρ. dixit Pind. Nem. 4, 155. Τοῦτο φρονεῖν, de consilio quo quid fit, Thucyd. 5, 85 : Τοῦτο φρονεῖ ἡ ἀγωγὴ ἡμῶν.]

‖ Φρονῶ τὰ σὰ, et si qua hujusmodi, magnam cum proxime præcedente usu verbi φρονεῖν affinitatem habent [Herodot. 7, 102 : Ἦν οἱ ἄλλοι Ἕλληνες τὰ σὰ φρονέωσι] : præsertim quum etiam εὖ φρονῶ τὰ σὰ dixerit Soph., ut paulo ante docui. Est enim φρονῶ τὰ σὰ, Faveo tibi, aut etiam Tuarum sum partium, Sto a tuis partibus. Sub qua interpretatione tacite includitur, Tibi bene cupio, et rebus tuis bene consultum volo. [Τὰ ἀμείνω φρονεῖν, Meliorum partium esse, Herodot. 7, 145, 172.] Plutarch. [V. Pompeii c. 6] : Ὅσοι τὰ Κάρβωνος ἐφρόνουν, Qui Carbonis partium erant. Sic et [Aristoph. Eq. 1216 : Αὕτη μὲν ἡ κίστη τὰ τοῦ δήμου φρονεῖ·] Dem. Or. ὑπὲρ τῶν Συμμοριῶν dixit [p. 187, 28] : Ὅτι Θηβαίων τὰ ἐκείνου φρονούντων, ἀνάγκη τοὺς τούτων ἐχθροὺς τὰ τῶν Ἑλλήνων φρονεῖν. [Xenoph. Hell. 7, 4, 30.] Frequens est istud loquendi genus ap. Herodian., apud quem legitur et τἀναντία φρονεῖν, itidem pro Contrariis partibus favere, s. studere, 3, [2, 18] : Νικαεῖς δὲ, τῷ πρὸς Νικομηδέας μίσει, τἀναντία ἐφρόνουν, καὶ τὸν στρατὸν τοῦ Νίγρου ὑπεδέχοντο. Affertur tamen in VV. LL. τὰ ἐκείνου φρονῶ, non addito auctoris nomine, pro Sentio cum illo. [Fortasse ex Herodot. 2, 162 : Οἱ λοιποὶ ... οἳ ἔτι τὰ ἐκείνου ἐφρόνεον.] Quam interpret. sequendo pertineret hoc exemplum ad alium verbi φρονῶ usum, de quo paulo ante dictum fuit. Ibid. ex Luciano [Jov. Trag. c. 17], Φρονεῖ τὰ ἡμέτερα. [Τὰ ὑπέρ τινος φρ. Georg. Acrop. Annal. p. 44, B : Τὰ οὐχ ὑπὲρ Δημητρίου φρονοῦντα. Φρονεῖν τὰ πρὸς σὲ ap. Xenoph. Anab. 7, 7, 30, libri deteriores : recte nunc σωφρονεῖν legitur ex optimis. Contra Hesych. exp. per σωφρονῶ.]

‖ Φρονῶ autem cum μέγα aliisque nonnullis accuss. potest itidem reddi ablativo Animo, cum verbo substantivo Esse; ut enim φίλα φρονεῖν dicebam significare Esse animo benevolo, sic μέγα φρονεῖν nihil obstat quominus reddatur Esse animo elato : vicissimque μικρὰ φρονεῖν, Esse animo demisso. Sunt alioqui et alii hæc interpretandi modi; nam μέγα φρονεῖν redditur etiam Animo efferri, Sese efferre, Gloriari, Insolescere, Sibi placere. Quin etiam, De se magnifice sentire. [Hom. Il. N, 156 : Δηΐφοβος δ' ἐν τοῖσι μέγα φρονέων ἐβεβήκει· Λ, 325 : Ὡς ὅτε κάπρῳ ἐν χυσὶ θηρευτῆσι μέγα φρονέοντε πέσητον. De tauris Xenoph. Cyrop. 7, 5, 62 : Οἱ ταῦροι ἐκτεμνόμενοι τοῦ μέγα φρονεῖν καὶ ἀπειθεῖν ὑφίενται.] Habere autem et alios verbi Sentire usus, supra docui. Xenoph. Symp. [3, 5] : Ἐπὶ ποίᾳ ἐπιστήμῃ μέγα φρονεῖς; Isocr. Evag. [p. 197, C] : Μέγα φρονῶν ἐπὶ τοῖς διὰ τύχην γιγνομένοις ἀγαθοῖς. [Omisso ἐπὶ Lucian. D. deor. 20, 10 : Μηδὲ τῷ βοῶπις εἶναι μέγα φρονῶ. Addito ἐπὶ id. D. mort. 24, 1.] Porro dicitur et in bonam partem, sc. de justa elatione animi et gloriatione, ut quum de aliqua virtute aut aliquo præclaro facinore gloriamur. Et quemadmodum μέγα φρονεῖν, ita etiam μεῖζον φρονεῖν et μέγιστον φρονεῖν usurpatur. [Plato Theæt. p. 149, D : Ἐπὶ τούτῳ μεῖζον φρονοῦσιν. Isocr. p. 141, C : Μεῖζον φρονή-

σαντες τοῦ δέοντος· 274, C : Μεῖζον φρονοῦντες ἐπὶ τῇ τῆς ψυχῆς ἕξει. Himerius Or. 7, 10 : Κἂν τὰς Ἀθήνας ἐπέρηται τίνι τὸ φρονεῖν αὐταῖς μεῖζον ἢ κατὰ τοὺς ἄλλους περίεστιν ..., i. e. μεῖζον ἢ τοῖς ἄλλοις. Plato Phædr. p. 257, E : Οἱ μέγιστον φρονοῦντες τῶν πολιτικῶν. Xenoph. Mem. 1, 1, 13 : Τοὺς μέγιστον φρονοῦντας ἐπὶ τῷ περὶ τούτων λέγειν· ubi apud Stobæum μέγιστα scriptum.] Dem. [p. 490, 5] : Μεῖζον οἱ Θηβαῖοι φρονοῦσιν ἐπ' ὠμότητι ἢ ὑμεῖς ἐπὶ φιλανθρωπίᾳ. Idem, Ἐπ' ἐλευθερίᾳ μέγιστον φρονεῖν προσῆκεν. Apud Xenoph. Symp. [3, 7] : Ἐπὶ κάλλει μέγιστον φρονεῖν. [Cyrop. 4, 2, 7 : Βουλόμενος αὐτοὺς ὡς μέγιστον φρονεῖν ἐπὶ σφίσιν.] Sed dicitur etiam μέγα φρονεῖν ἐφ' ἑαυτῷ s. μέγιστον. Atque hic potissimum habere locum potest illud Latinum loquendi genus, Sibi placere. Athen. [13, p. 583, F] : Καὶ ἄλλαι δὲ ἑταῖραι μέγα ἐφρόνουν ἐφ' ἑαυταῖς, παιδείας ἀντεχόμεναι, καὶ τοῖς μαθήμασι χρόνον ἀπομερίζουσαι, Sibi placebant, etiam Valde sibi placebant, Magnam de se opinionem concipiebant. Apud Hom. autem μέγα φρονεῖν, sine ulla adjectione, pro Magnos spiritus gerere, Elato animo esse, Exultare, Ferocire, Ferocem esse, variis in ll. : et quidem de brutis etiam dictum alicubi. [Μεγάλα φρ. Dio Cass. 42, 46.] Jungitur porro et aliis hujusmodi adverbiis verbum φρονῶ : dicitur enim a Dem. p. 223 [p. 534 extr.] : Φρονῶν δ' ἐφ' ἑαυτῷ τηλικοῦτον ἡλίκον εἰκὸς ἄνδρα δόξης καὶ τιμῶν τετυχηκότα, Qui tantam de se opinionem conceperat, quantam par est eum qui etc. [Et similiter p. 181, 16. Cum μάλιστα p. 836, 10 : Τοῦτ' οὖν ἐξελέγξαι πειράσομαι πρῶτον ἐφ' ᾧ μάλιστα φρονεῖ.] Et a Plat. Symp. [p. 217, A] : Ἐφρόνουν γὰρ ἤδη ἐπὶ τῇ ὥρᾳ θαυμάσιον ὅσον. [Et θαυμαστὸν ὅσον Plutarch. V. Anton. c. 73. Dio Cass. 42, 48 : Πολὺ καὶ ὅσον ἐπ' οὐδεμιᾷ ἄλλῃ νίκῃ ἐφρόνησεν.] Dicitur etiam τοσοῦτον φρονεῖν, pro quo οὐ μεῖον legitur ap. Xenoph. [Hipparch. 7, 3] : Καὶ μὴν ἐπί γε τοῖς προγόνοις οὐ μεῖον Ἀθηναῖοι ἢ Θηβαῖοι φρονοῦσι. [Cum præp. περὶ Æschines p. 44, 36 : Ἄνθρωπος περὶ τὸ γράφειν λόγους μέγα φρονῶν· ubi H. Wolfius ἐπὶ τῷ γράφειν corrigebat.] Illis autem μέγα φρονεῖν et μεῖζον φρονεῖν opponuntur μικρὸν φρονεῖν s. μικρά, et μεῖον φρονεῖν, s. ἔλαττον. Nam ut μέγα φρονεῖν est Elato esse animo, ita μικρὸν [καὶ ταπεινὸν] φρονεῖν ap. Dem. [p. 173, 25], s. μικρὰ ap. Soph. significat Demisso animo esse, Submisse se gerere. [Soph. Aj. 1120 : Ὁ τοξότης ἔοικεν οὐ σμικρὸν φρονεῖν, ubi libri plerique σμικρά. Sic ap. Aristot. Polit. 5, 11, parvo intervallo μικρὰ et μικρὸν φρονεῖν legitur. Lucian. Dem. enc. c. 4 : Σὺ μὲν μέγα φρονεῖς ... ἐμοὶ δὲ Δημοσθένης σμικρὸν καὶ τὸ μηδέν;] At μεῖον φρονεῖν ap. Xenophontem [Apolog. 26] : Ἀλλ' οὐδὲ μέντοι ὅτι ἀδίκως ἀποθνήσκω, διὰ τοῦτο μεῖον φρονητέον, ubi quidam interpretantur, Non decet me ob id minus de me sentire. [Ubi cum ὅτι constructum est, ut Cyrop. 2, 3, 13 : Μέγα φρονοῦσιν ὅτι πεπαίδευνται. Cum infin. futuri Hell. 5, 4, 45 : Οἱ πρόσθεν μέγα φρονοῦντες μὴ ὑπείξειν, i. e. Jactantes.] Tale est ἔλαττον φρονεῖν ap. [Isocr. p. 242, C; 268, B,] Dem. [p. 176, 7.] Eadem porro forma dicitur μέτρια φρονεῖν qua μικρὰ φρονεῖν : estque μέτρια φρονεῖν, Modesto animo præditum esse, s. Modestia, Modestum esse. [Xenoph. Cyrop. 4, 3, 7 : Μετριώτερον πρὸς ἡμᾶς φρονοῦντας. Ὑψηλὰ φρ. Lucian. Hermot. c. 5. Οὐδὲν ὀλίγον φρ. Dio Cass. 37, 52. Κατ' ἄνθρωπον φρ. Æsch. Sept. 425 : Ὁ κόμπος δ' οὐ κατ' ἄνθρωπον φρονεῖ. Ὑπέρφευ Pers. 820 : Ὡς οὐχ ὑπέρφευ θνητὸν ὄντα χρὴ φρονεῖν. Ὑπὲρ ἄνθρωπον ap. Xenoph. Cyrop. 8, 7, 3 : Οὐδεπώποτε ἐπὶ ταῖς εὐτυχίαις ὑπὲρ ἄνθρωπον ἐφρόνησα.] Festive autem detorquens hoc loquendi genus quidam philosophus ap. Lucian. [Tim. c. 57] dicit Μηδὲν ὑπὲρ τὴν πήραν φρονεῖν, pro Non cogitare majora, de majoribus s. pluribus quam quæ pera capi possint, Non cogitare de pluribus quam quæ implendæ peræ satis esse possint. Q. d. Non efferre animum ultra suæ peræ mensuram, Suæ peræ modulo se metiri, s. cupiditatem suam. Quem esse horum verborum sensum, præcedentia aperte ostendunt; at si reddas, ut ibi redditur, Neque quicquam ultra peram cogitare, alium etiam sensum hæc interpretatio admittet. Porro suspicor dictum esse μηδὲν φρονεῖν ὑπὲρ τὴν πήραν, respiciendo ad illud loquendi genus ὑπὲρ ἄνθρωπον φρονεῖν. [Demosth. p. 801, 27 : Οὐδεὶς οὕτως οὔτ' ἀναιδὴς οὔθ' ὑπὲρ ὑμᾶς φρονῶν ἐστι.] At vero ἴσα φρονεῖν θεοῖς apud Hom., licet aptiorem quam hic locum alibi habere non possit, diversam tamen interpretationis formam poscit; nam quum dicitur Il. E, [441] : Μηδὲ θεοῖσιν ἴσ' ἔθελε φρονέειν, significatur, Neque tam magnos spiritus gere ut æquandum te censeas diis. Hoc enim interpretationis genere utendum puto ut illorum verborum vis exprimatur : aut certe alio ejusmodi : quale hoc fuerit, Nec ita magnifice de te sentias ac si ex numero deorum esses. Vel, Nec velis æque magnos spiritus gerere ac si unus ex diis esses. At ex vulg. interpretibus unus reddidit, Ne æquandum te sentias esse nobiscum : alter, Neque diis paria velis sapere. Sed φρονεῖν pro Sapere cum aliis potius accuss. locum habere, ex proxime sequenti tmemate patebit. Hoc certe isti addendum censeo, lectum mihi esse φρονῶ sine ulla adjectione positum pro μέγα φρονῶ, Glorior, Insolesco, ap. [Pseudo-]Plutarch. : Τὸ δὲ ὅλον, εἴτις ἐπὶ τῇ τοῦ σώματος ῥώμῃ φρονεῖ, μαθέτω γνώμης διαμαρτάνων. Sed hunc l. suspicione apud me non carere fateor : nec cariturum, donec alios quibus confirmetur, nactus fuero. [Simplex φρονεῖν pro μέγα φρονεῖν dixisse credebatur Xenoph. Cyrop. 8, 7, 7 : Φόβος ... οὐκ εἶα τελέως με φρονεῖν οὐδ' εὐφραίνεσθαι· ubi nunc μέγα insertum ex cod. Erlangensi. Themist. Or. 6, p. 82, C : Ἡ Πλαταιεῖς μὲν ἐφρόνουν δικαίως ὅτι τὴν χώραν παρέσχοντο ... ἡμεῖς δὲ οὐ σεμνυνούμεθα καὶ φρονήσομεν; ubi μέγα addi voluit Petavius, frustra, ut videtur. Nam simile est quod posteriorum temporum scriptores interdum φρονεῖν ἐπί τινι pro μέγα φρονεῖν ἐπί τινι dixerunt, quod observavit L. Dindorfius ad Xenoph. Anab. p. 276 ed. Lips. a. 1825, allato Pausan. 1, 14, 4 : Φρονῆσαι Ἀθηναίους ἐπὶ τῇ νίκῃ ταύτῃ μάλιστα εἰκάζω, ubi μάλιστα non cum εἰκάζω, sed cum ταύτῃ conjungendum. (Adde 1, 12, 5 : Φρονήσας ἐφ' ἑαυτῷ.) Ps.-Plutarch. De puer. educ. p. 5, D : Εἴ τις ἐπὶ τῇ τοῦ σώματος ῥώμῃ φρονεῖ, quem l. immerito suspectum habet HSt. Liban. Apol. Socr. vol. 3, p. 9 : Οἱ ἐπὶ σοφίᾳ φρονοῦντες. Et cum dativo simplici Himer. Or. 6, 2 : Σκήπτρῳ δὲ καὶ τύχῃ διὰ Φιλίππου φρονήσασα (πόλις). Apud Eurip. Herc. F. 774 : Ὁ χρυσὸς ἅ τ' εὐτυχία φρονεῖν βροτοὺς ἐξάγεται, φρονεῖν nec pro τοῦ φρονεῖν nec pro μέγα φρονεῖν dictum esse potest, sed scribendum φρενῶν cum L. Dindorfio. Μέγα φρονεῖν κατά τινος dixit Himerius Or. 14, 15 : Μέγα κατὰ τῶν ἄλλων δημιουργῶν ἐφρόνησεν. Sed omisso μέγα Ecl. 36, 10 : Πόλις δι' ἀρετήν ποτε κατὰ Ῥώμης φρονήσασα· Or. 1, 11 : Ὁ ποταμὸς κυμαίνει ... ὥσπερ φρονῶν κατὰ ποταμῶν τῶν ἄλλων.]

‖ Φρονῶ ponitur et pro verbo Sapio, non eum habente usum quem habet, quum φρονεῖν redditur Sapere, Prudentem esse; sed eum quem habet quum jungitur accusativo, ut ap. Horat. dicentem, Nil parvum sapias, et ap. Pers. Quum sapimus patruos. Neque enim dubito quin Horatius, dicens Nil parvum sapias, respexerit ad hoc loquendi genus, οὐδὲν μικρὸν φρονεῖν : accipiendo certe verbum φρονεῖν, non ut in ll. quos proxime præcedens tmema habet (alioqui enim οὐδὲν μικρὸν φρονεῖν esset idem cum illo μέγα φρονεῖν, cujus multa ibi exempla vides), sed ut accipitur ap. Aristoph. quum dicit [Nub. 821] φρονεῖν ἀρχαϊκὰ, ubi tamen quidam interpr. non solum Sapere simplicem antiquitatem, sed etiam Resipere et olere. Est autem hic verbi φρονεῖν usus ap. Matth. quoque et Marc., nec non ap. Paul. Apud illos enim dicit Christus Petro, eum οὐ φρονεῖν τὰ τοῦ Θεοῦ, sed τὰ τῶν ἀνθρώπων, Non sapere quæ Dei sunt, sed quæ sunt hominum. Paulus autem Ad Rom. 8, [5] scribit, Οἱ γὰρ κατὰ σάρκα ὄντες τὰ τῆς σαρκὸς φρονοῦσιν· οἱ δὲ κατὰ πνεῦμα, τὰ τοῦ πνεύματος. Ubi tamen φρονοῦσι quidam non vertunt Sapiunt, sed Cogitant : quod non placet. Sed multo certe minus tertia interpret. mihi arridet, sc. Curant, quum hanc signif. vix ullo alius auctoris exemplo probari posse existimem. Equidem cur alia quam prima illa quærenda sit interpretatio, non video, quum τὰ τῆς σαρκὸς φρονεῖν non sit aliud, meo quidem judicio, quam Carnali quadam sapientia præditum esse, aut certe, Ad carnalem quandam sapientiam animum intendere : vicissimque, τὰ τοῦ πνεύμα-

τος φρονεῖν, Spiritali quadam sapientia esse præditum, etc. Quæ expositionis forma convenire itidem potest illi φρονεῖν, quod ex Matth. atque Marco protuli. Bud. tamen ibi φρονεῖν reddit et Sapere et Sentire; sed qui dicit Non sapis quæ Dei sunt, aliud certe dicit quam qui ita loquitur, Non sentis quæ Dei sunt. Lubenter equidem veteri interpreti assentior, φρονεῖν in aliis quoque ll. Pauli, in quibus accusativum itidem habet, reddenti hoc eodem verbo Sapere, quum alii vertant Curare : cujus signif. exemplum ex alio quopiam scriptore me desiderare, paulo ante declaravi. Ex iis autem ll. primus est in Ep. ad Rom. 14, [6] : Ὁ φρονῶν τὴν ἡμέραν, Κυρίῳ φρονεῖ· καὶ ὁ μὴ φρονῶν τὴν ἡμέραν, Κυρίῳ οὐ φρονεῖ· secundus in Ep. ad Phil. 3, [19] : Οἱ τὰ ἐπίγεια φρονοῦντες· tertius, in Ep. ad Col. 3, [2] : Τὰ ἄνω φρονεῖτε, μὴ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς. His locis, ac præsertim duobus posterioribus, non minus mihi videtur convenire verbum Sapere quam illis tribus quos antea protuli, præsertim quum eadem res in his duobus exprimatur, quæ et in illis. Nam qui dicitur φρονεῖν τὰ τῶν ἀνθρώπων, ἀλλ' οὐ τὰ τοῦ Θεοῦ, item φρονεῖν τὰ τῆς σαρκὸς, idem certe dici potest τὰ ἐπὶ τῆς γῆς φρονεῖν, ἀλλ' οὐ τὰ ἄνω : vel τὰ ἐπίγεια pro τὰ ἐπὶ τῆς γῆς. Quod si ab illo verbo Sapere discedendum sit, longe malim sane reddere Cogitare quam Curare : ut τὰ ἐπίγεια φρονοῦντες, Cogitantes terrestria. Sed non celabo lectorem et aliam interpret. quæ mihi occurrit, sc. Animum adjungere, intendere, ut τὰ ἐπίγεια φρονοῦντες reddatur, Qui animum ad terrestria adjungunt, intendunt, vel in terrestria : itidemque ceteris ll. hanc interpretationem accommodemus. Quam certe mihi videtur admittere et Homeri quidam versus, habens participium φρονέοντες, cum accus. itidem junctum, et quidem hujus generis signif. habente, quum ab eo dicatur ἐφημέρια φρονέοντες, a Paulo autem τὰ ἐπίγεια φρονοῦντες. Extat is versus Od. Φ, [85] : Νήπιοι ἀγροιῶται ἐφημέρια φρονέοντες. Superest ille Ep. ad Rom. locus, c. 14, [6] : Ὁ φρονῶν τὴν ἡμέραν, Κυρίῳ φρονεῖ κτλ. In hoc fateor durius reddi φρονεῖν verbo Sapere, quam in ceteris : nisi dicamus Sapere diem esse videri Sibi sapere in discernendo quodam die a ceteris diebus. Quod si alia quærenda sit interpret., nequaquam ad verbum illud Curare confugere velim, sed potius φρονεῖν τὴν ἡμέραν reddere Opinionem aliquam concipere de die. Et hæc quidem hactenus, quæ doctiorum judicio censuræque libens submitto, sicut et quæ huc pertinentia addam in nomine verbali φρόνημα. Ceterum quum afferatur ex Plutarcho νεώτερα φρονεῖν, item τυραννικὰ φρονεῖν, tanquam in utroque horum loquendi genere φρονεῖν, licet aliam interpret. admittens, eundem usum habeat quem in Aristophanico illo ἀρχαϊκὰ φρονεῖν : ego contra alium hic usum habere censeo, nulloque modo φρονεῖν in duobus illis reddi posse Sapere; sed νεώτερα φρονεῖν esse De rebus novis cogitare, Res novas animo agitare, Rebus novis studere, In res novas animum intendere : itidemque τυραννικὰ φρονεῖν significare Ad tyrannidem pertinentia animo agitare, De tyrannide cogitare; hæ enim meæ interprr. apertius signif. verbi φρονεῖν exprimunt, quam illa, Ad tyrannidem aspirare. Sed possit dici τυραννικὰ φρονεῖν is quoque, qui tyrannica quadam mente, tyrannico ingenio præditus est; ac certe hac etiam in signif. usurpatum legisse mihi videor. Tunc autem τυραννικὰ φρονῶν conveniet, quod ad signif. participii φρονῶν attinet, cum hoc dicto Euripidis, νόθος φρονῶν γνήσια, ut sit, Nothus præditus legitimi filii animo, legitimi filii animum gerens (ut dixit Virg. Ante annos animumque gerens curamque virilem : perinde ac si diceretur, ἀνδρικὰ φρονῶν), Nothus non secus animatus ac legitimus filius. Aut etiam, referendo ad magnanimitatem, Nothus non minus elato præditus animo quam legitimus filius, Nothus spiritus legitimi filii gerens.

A quibusdam Intelligentia. Vet. autem Interpr. vertit Prudentia, Sapientia. At ego, prout reddiderimus verbum ibi præcedens φρονοῦσιν, ita reddendum censeo hoc verbale φρόνημα. Præcedit enim, Οἱ γὰρ κατὰ σάρκα ὄντες, τὰ τῆς σαρκὸς φρονοῦσιν· οἱ δὲ κατὰ πνεῦμα, τὰ τοῦ πνεύματος. Si, inquam, τὰ τῆς σαρκὸς φρονοῦσιν reddiderimus, Sapiunt quæ sunt càrnis : tunc φρόνημα τῆς σαρκὸς censeo interpretandum itidem Id quod sapit caro. Sin τὰ τῆς σαρκὸς φρονοῦσιν libeat reddere, Cogitant quæ sunt carnis, tunc φρόνημα τῆς σαρκὸς vertendum fuerit Cogitatio carnis. Quod si quis alio etiam modo verbum φρονοῦσιν reddiderit, ad illam interpretationem verbalis hujus φρόνημα interpretatio accommodanda mihi videtur : quod tamen nec Erasmus secutus est, qui certe id non sequendo poterat non minus apte reddere φρόνημα voce Sensus. Non sequendo id, inquam : nisi forte φρονοῦσιν interpretari voluisset Sentiunt, quod certe haud paulo melius expressisset signif. Græci illius verbi, quam verbum Curant, quo usus est. Ceterum φρόνημα alicubi invenitur redditum etiam Animus, ut ap. Thuc. 2, p. 67 [c. 61] : Δουλοῖ γὰρ φρόνημα τὸ αἰφνίδιον καὶ ἀπροσδόκητον, καὶ τὸ πλείστῳ παραλόγῳ ξυμβαῖνον. Ubi tamen Valla reddere maluit Consilium, quum alioqui hunc ejusdem scriptoris locum, 5, p. 179 in principio [c. 40], Ἀλλ' ἐν φρονήματι ὄντες τῆς Πελοποννήσου ἡγήσεσθαι, Sed animum Peloponneso imperandi habuissent. [Sic Hesych. φρ. exp. βούλημα, θέλημα.] At ego neutro in loco existimo significare Animum simpliciter, sed Animum elatum, s. Elationem animi, ut aliquanto post docebo. [Herodot. 9, 7 ; Ἐξεμάθετε τὸ ἡμέτερον φρ. σαφέως ὅτι οὐδαμῶς προδώσομεν τὴν Ἑλλάδα· 7, 109 : Διασείσειν τὰ Ἀθηναίων φρονήματα ὥστε μηδίσαι· 8, 144 : Ἐξεπιστάμενοι τῶν Ἀθηναίων τὰ φρ. ὅτι κτλ., et de uno homine 3, 125 : Ἐφθάρη οὐκ ἀξίως τῶν ἑωυτοῦ φρονημάτων, i. e. Consiliorum quæ ille animo egerat, ut c. 122 : Χρήματά τοι οὐκ εἶναι κατὰ τὰ φρ. Schweigh. Æsch. Prom. 376 : Ἐς τ' ἂν Διὸς φρ. λωφήσῃ χόλου· Suppl. 911 : Ἐκ τίνος φρ. τήνδ' ἀτιμάζεις χθόνα; Soph. Ant. 109 : Ἀμφὶ τοὺς κείνων ἔτι παῖδας μένοντες ἐμπέδοις φρονήμασιν· 176 : Παντὸς ἀνδρὸς ἐκμαθεῖν ψυχήν τε καὶ φρ. καὶ γνώμην· 207 : Τοιόνδ' ἐμὸν φρ. (Obscurius dictum ib. 395 : Ἄνθρωπος ... φθέγμα καὶ ἀνεμόεν φρόνημα ... ἐδιδάξατο, quod de mentis volubilitate intelligitur.) Plato Leg. 9, p. 865, D : Ἐν ἐλευθέρῳ φρ. βεβιωκώς. Isocr. p. 131, B : Μᾶλλον ἁρμόττοντα τοῖς ἡμετέροις φρ. ταῦτ' ἐστί.] || Φρόνημα enim apud veteres scriptores non memini me legere pro Animo aut pro Cogitatione simpliciter, sed pro Animo elato, uti dixi, s. Elatione animi, aut Magnitudine, vel Fiducia. [Per ἔπαρσις et ἀλαζονεία exp. Suidas. Per ἔπαρσις, διάνοια ἐπηρμένη et ὄγκος schol. Thucyd. 1, 81; 5, 43.] Item pro Cogitatione quæ ab elato animo proficiscitur. [Quod plerumque additis adjectivis significatur, ut Æsch. Pers. 808 : Ὑβρεως ἄποινα κἀθέων φρονημάτων· Choeph. 191 : Δύσθεον φρ. Prom. 207 : Καρτεροῖς φρ., et μάταια φρ. Sept. 438, ὑπέρκοπα Pers. 827, ὑπέρτολμον Choeph. 594, ὠμὸν Sept. 536, σκληρὰ Soph. Ant. 473, ἀμαθὲς Eurip. Heracl. 460, ἄδικα ibid. 909, ὑπέρφρονα 388, ὀξύθυμον Or. 1198, κενὸν ap. Plat. Rep. 6, p. 494, D, τυραννικὸν Rep. 9, p. 573, B, μεγάλα Symp. p. 182, C; 190, B. Sine adj. Æsch. Prom. 955 : Σεμνόστομός γε καὶ φρονήματος πλέως ὁ μῦθός ἐστι. Soph. Ant. 459 : Ἀνδρὸς οὐδενὸς φρ. δείσασα. Aristoph. Pac. 25, de scarabæo : Τοῦτο δ' ὑπὸ φρονήματος βρενθύεται. Plato Lys. p. 206, A : Φρονήματος ἐμπίμπλανται καὶ μεγαλαυχίας· et similiter Rep. 3, p. 411, C, Polit. p. 290, D; quibus Plutarchi aliorumque recentiorum exx. addidit Wyttenb. ad Mor. p. 1, C, vol. 6, p. 70.] Thuc. 2, [43] : Ἀλγεινοτέρα γὰρ ἀνδρί γε φρόνημα ἔχοντι ἡ ἐν τῷ μετὰ τοῦ μαλακισθῆναι κάκωσις, ubi ἐν τῷ et μετὰ τοῦ stare vix posse arbitror, ut de hoc obiter lectorem admoneam. Ibid. [62] : Ἰέναι δὲ τοῖς ἐχθροῖς ὁμόσε μὴ φρονήματι μόνον, ἀλλὰ καὶ καταφρονήματι, quo in loco φρόνημα lubenter reddiderim Fiduciam, sicut in illo priore Animi magnitudinem, aut etiam Elationem animi, vel Elatum animum. Sic et 5, p. 179 [c. 43] de Alcibiade, Οὐ μέντοι ἀλλὰ καὶ φρονήματι φιλονεικῶν ἠναντιοῦτο, schol. exp. ὄγκῳ et ἐπάρσει. In principio autem hujus ipsius pag.

Φρόνημα, τὸ, Cogitatio, Cogitatum : ut Cic., Ex ceteris dictis, factis, cogitatisque Sex. Nevii. Redditur et Sensus, ea signif. qua dicitur a Terentio, Illius sensum pulcre calleo. Paul Ad Rom. 8, 6 : Τὸ γὰρ φρ. τῆς σαρκὸς, θάνατος· τὸ δὲ φρ. τοῦ πνεύματος, ζωὴ καὶ εἰρήνη. Ubi φρόνημα ab Erasmo redditur Affectus, a

est locus ille cujus a me paulo ante facta fuit mentio, in quo sc. hoc vocabulum gen. adjunctum habet: quod observatione dignissimum est; ita enim ibi legitur, Ἀλλ' ἐν φρονήματι ὄντες τῆς Πελοποννήσου ἡγήσεσθαι· quod Valla reddit, Sed animum Peloponneso imperandi habuissent. At ego quamvis addatur gen., non dubito quin hic itidem inclusam Magnitudinis animi s. Elationis signif. habeat vox φρόνημα: ideoque ita interpretarer, Sed ea prædita essent animi magnitudine ut de imperando Peloponneso cogitarent. Vel, Sed tam elato essent animo ut etc. Vel ita, Sed, ut erant animo elato, cogitarent de etc. Aut sic, Sed de imperando Peloponneso cogitarent (s. de obtinendo Peloponnesi imperio), usque adeo elato animo erant, aut usque adeo magnos spiritus gerebant. Recte igitur schol. φρονήματι exp. διανοίᾳ ἐπηρμένῃ. Sed male subjungit (si tamen hæc Ejusdem sunt, ac non potius alius cujuspiam, cujus sunt et pleraque alia scholia ceteris longe inferiora, vel potius nullo modo cum illis comparanda), ἀλλ' ἐλπίζοντες, ἤτοι φροντίζοντες. Usus sum porro et voce Spiritus in plur., quam et alibi adhibere interpretationi vocis φρόνημα possumus. Quin etiam voce Animi hanc interpretari alicubi licet; sed quum Animos Latini vocent etiam iram (ut ap. Ovid. Quæ tibi res animos in me facit, improbe), ideo videndum est ut hac interpret. non sine cautione utamur. Adde quod Animi pro Elato animo, s. Magno animo et excelso, prosæ parum usitatum est, quantum quidem meminisse possum; estque potius quod nostra lingua vocamus *Courage*, Græca autem θυμὸν, ut quum Cic. dicit Addere animum. At poetis non infrequens est plur. Animi, ea in signif., sicut et Tollere animos. Virgilio certe Ire animis contra, idem plane esse existimo quod Thucydidi ἰέναι φρονήματι δμόσε τοῖς ἐχθροῖς in loco quem paulo ante protuli. At Spiritus in plur. de Elatione animi, vox est prosæ quoque scriptoribus usitatissima, ideoque hac potius utendum fuerit. Redditur alioqui φρόνημα et Elatio, sine adjectione gen. illius Animi. [Plato Menex. p. 239, E: Ἐλευθερώσας τοὺς αὑτοῦ πολίτας τῷ αὑτοῦ φρονήματι, i. e. Animi fortitudine. Polyb. 5, 83, 5: Φρ. καὶ θάρσος παριστάναι ταῖς δυνάμεσι. Diodor. 15, 16: Φρ. εὐγενοῦς ὄντα καὶ διάφορον ἀνδρείᾳ. Xenoph. Anab. 3, 2, 16: Ἐτολμήσατε σὺν τῷ πατρῴῳ φρονήματι ἰέναι εἰς αὐτούς. Lucian. Navig. c. 36: Μηδὲ προδώσετε τὸ πάτριον φρ.] Gaudet porro vocabulo illo inter veteres scriptores et Xenoph., apud quem legitur etiam ἀνυπόστατον φρόνημα παρέχεσθαι, Cyrop. 5, [2, 33]: Οἱ πολλοὶ ἀνθρώπων, ὅταν μὲν θαῤῥήσωσιν, ἀνυπόστατον φρόνημα παρέχονται, Tantos spiritus concipiunt, ut illis obsisti nullo modo posse videatur. [Rep. Lac. 15, 8: Φρ. τυραννικόν.] Apud Eundem accus. φρόνημα invenitur junctus etiam verbo θήγειν, et in contraria signif., sed alio metaphoræ genere, junctus verbo καταβέσαι, nec non verbo ἀνατρέψαι. [Φρ. ταπεινοῦν Dio Cass. 42, 1; 66, 10.] Dicitur et καταβάλλειν τὸ φρόνημα: unde τὸ φρόνημα καταβεβλημένος, Qui deposuit spiritus, Cui velut dejecti sunt spiritus. Huc pertinet ὑφεῖναι τοῦ φρονήματος ex Dionys. H., pro Minuere spiritus. Affertur et ἀπὸ τοῦ φρονήματος καθελεῖν, in VV. LL., sed pro Deducere de constantia et proposito. Verum nec scriptor, ex quo genus illud loquendi petitum est, nominatur, nec hujus interpretationis auctor, adeo ut mihi plane suspecta sit, sicut et φρόνημα ἔχειν, quod in Iisdem redditur Prudentem esse, quum in eo quem protuli ex Thuc. loco ἀνὴρ φρόνημα ἔχων sit Magnitudine animi præditus, Animo elato s. celso præditus, Vir animi celsi, s. excelsi. [Isocr. p. 303, D: Παυσάμενοι τῶν φρονημάτων ἦλθον ὡς ὑμᾶς. Polyb. 2, 4, 6: Φρ. μέγιστον ἔχειν· 4, 64, 8: Τὸ τῶν Αἰτωλῶν φρ. ἦγε τὴν ἡσυχίαν. Diodor. 20, 18: Συνεστάλη τὰ φρ. τῶν βαρβάρων. Dio Cass. Exc. p. 58, 51: Ἐν φρονήματι ἐγένοντο· et p. 64, 30: Φρόνημα ἀπ' αὐτῶν ἔλαβε.] Illi autem καταβεβλημένος τὸ φρόνημα opponi potest ὁ παραλαμβάνων τὸ φρόνημα, ex Dem., Qui assumit spiritus, tollit animos: quod tamen majorem quam illud Superbiæ significationem habet. Hoc quoque observandum est, inveniri apud Eundem hanc vocem φρόνημα oppositam τῇ ταπεινότητι. Nam talis vocis illius usus plane convenit cum eo quem ap. Thuc. habet 2, [61]. Hæc enim verba, quæ paulo ante ex eo protuli, Δουλοῖ γὰρ φρόνημα κτλ., proxime subjunguntur istis, Ταπεινὴ ὑμῶν ἡ διάνοια ἐγχαρτερεῖν ἃ ἔγνωτε. Ut autem φρόνημα et ταπεινότης inter se opponuntur, ita vicissim φρόνημα et μεγαλοφροσύνη a Plutarcho copulantur, et φρόνημα ac μέγεθος τῆς ψυχῆς, item ὄγκος et φρόνημα. Usurpatur autem et plur. φρονήματα. Isocr. Archid. [p. 134, D]: Τοὺς γὰρ ἐν ἀξιώμασι καὶ φρονήμασι βεβιωκότας. Usus est et Xen. [Cyrop. 8, 1, 46: Φρονήματα ἔχοντας ἠσθάνετο ὡς ἱκανοὺς ὄντας ἄρχειν.] Affertur ex Aristot. quoque [Polit. 2, 5], Φρονημάτων πλήρης. Sciendum est porro φρόνημα inveniri et in malam partem usurpatum: tunc autem fuerit potius Insolentia, Superbia, Fastus, velut in isto Greg. Naz. locó, ex Or. quam εἰς Βασίλειον scripsit: Ὁ μὲν παρῆν, ὁ δὲ προὐκαθέζετο, γέμων θυμοῦ καὶ φρονήματος· εἱστήκει δὲ οἷον ὁ ἐμὸς Ἰησοῦς Πιλάτου κρίνοντος. Ubi quum copulentur θυμοῦ et φρονήματος [ut ap. Platon. Rep. 3, p. 411, C: Φρ. τε καὶ θυμοῦ ἐμπίμπλαται], θυμοῦ quidem habet illam signif. quam vides habere Animos in versu Ovidii quem antea protuli, Quæ tibi res animos in me facit, improbe? at φρονήματος illam alteram, quam habere vocabulum idem Animos supra ostendi. [|| Φρονήματα i. q. φρένες, Præcordia, ap. Æsch. Eum. 478: Ἰὸς ἐκ φρονημάτων πέδοι πεσών.]

Φρονηματίας, ὁ, Qui est elato animo, Vir excelsi animi. [Xenoph. Ages. 1, 24: Φρονηματίας μάλιστα ἂν ἐπὶ τῇ ἱππικῇ γενέσθαι.] A Bud. redditur, Homo elati spiritus, De se magnifice sentiens, ap. Aristot. Polit. 5, [11]: Ἔστι δὲ πρὸς σωτηρίαν τῆς τυραννίδος, τὸ τοὺς ὑπερέχοντας κολούειν, καὶ τοὺς φρονηματίας ἀναιρεῖν. Usus est Diog. L. Chrysippo [7, 183]: Οὕτω δ' ἦν φρονηματίας, ὥστ' ἐρομένου τινὸς, κτλ. [Longin. 9, 4: Εἰς τοὺς μάλιστα φρονηματίας ἐμπίπτει τὰ ὑπερφυᾶ. Φρ. ἵππος ap. Polluc. 1, 195.]

[Φρονηματιάω, i. q. φρονηματίζομαι. Jo. Chrys. In Ep. ad Hebr. Serm. 28, vol. 4, p. 576, 38. Seager. Tzetz. Exeg. in Iliad. p. 21, 23: Μή τις ἐμὲ οἰήσαιτο φρονηματιῶντα καὶ τολμητίαν εἶναι.]

Φρονηματίζομαι, Animos tollo, Efferor, Majores spiritus duco, ut Fabius loquitur; Magnifice de me sentio. Ita Bud., qui affert partic. præt. πεφρονηματισμένος [ap. Aristot. Polit. 3, 13; 5, 7,] ex Polyb. [1, 68, 7; 2, 3, 3; 5, 78, 3] et Diodoro [5, 24: Διὰ τὴν τοῦ σώματος ῥώμην π.· 11, 78: Π. ἐν ταῖς προγεγενημέναις πράξεσι· 16, 89: Π. τῇ νίκῃ], et aoristum φρονηματισθέντες ex Aristot. [Polit. 2, 12. Hesych.: Φρονηματισθεὶς, ἐπαρθεὶς τῷ φρονήματι. Diodor. 3, 52: Παρρησίας, ἐξ ἧς φρονηματισθέντες ... Schol. Theocr. 14, 48. « Andreas Cret. Homil. de public. § 1: Τῷ πεφρονηματισμένῳ καὶ πλήρει ὄγκου δαίμονι. » Boiss.] Vide Comm. p. 891. [Φρονηματισθῆναι ex Hyperide Etym. M. p. 800, 43, et Suidas. Φρονηματισθεὶς εἰς πλέον Eustath. Opusc. p. 278, 90.] Forsan φρονηματίζομαι exponi possit ex Dem. φρόνημα παραλαμβάνειν. Habet autem Suid. et vocem activam Φρονηματίζω, sed absque ullo exemplo. Certe ubicumque extet, credibile est accipi pro Facio ut quis animos tollat, vel se efferat, Animi elationem alicui effero. [Verba καὶ τὸ ῥῆμα φρονηματίζω apud Suidam in fine gl. Φρονηματισμὸν, quo forma tantum verbi significatur a qua φρονηματισμὸς derivandum sit, non usus loquendi spectatur, qui φρονηματίζομαι postulat, quod Suidas ipse supra posuit cum expos. ὅτι δοκῶ (τὸ δοκῶ Bernh.) φρονεῖν. G. D. Theophyl. Simoc. Hist. p. 260, 2 Bonn. Joseph. A. J. 9, 9, 2, φρονηματισθείς· Artapan. ap. Euseb. Præp. ev. p. 435, C, φρονηματισθέντα ἐπὶ τῷ γεγονότι. Phot. Epist. p. 58, 18, ὑπέρογκα φρονηματισθέντες. Hase.]

Φρονηματισμὸς, ὁ, ipsa Actio efferendi se, et animos tollendi. Alicubi tamen reddi potest Animi elatio, sicut et φρόνημα, ut in quodam loco [Polybii, ut videtur Valesio] quem affert Suid., ubi ipse exp. ἔπαρσιν et τύφον [τῦφον. Verba sunt: Θεασάμενοι τὸν φρ. τῶν ἀνθρώπων ἐν ... ταῖς ὁμιλίαις καὶ ... ἐντεύξεσιν. Themist. Or. 21, p. 251, B. Georg. Pachym. in Boiss. Anecd. vol. 5, p. 362 sive Declam. 1, p. 12, 5.]

[Φρονηματώδης, ὁ, ἡ. HSt. s. v. Φρονηματίας:] Af-

fertur etiam Φρονηματώδης pro ead. signif. [ac φρονηματίας. Dio Cass. 48, 19; 72, 8. Philostr. p. 535 : Τὸ μεγαλόγνωμον καὶ φρ. Her. p. 683 : Φρονηματῶδες δοκεῖ (τὸ ἄγαλμα) καὶ γοργόν· 705 : Λαμπρᾷ τῇ φωνῇ καὶ φρονηματώδει· ubi libri multi (ap. Boiss. p. 512) φρονιμώδει.]

[Φρονήσιον, ἡ, Phronesium, n. pr. meretricis apud Plautum in Truculento 1, 1, 60 : « Phronesium; nam phronesis est sapientia. »]

Φρόνησις, εως, ἡ, [Dor. Φρόνασις Crito ap. Stob. Flor. 3, 74,] Prudentia, Sapientia [sic exp. Plautus Truc. 1, 1, 60], Intelligentia : quarum Cic. interprett. exempla habes in meo Cic. Lex. [De etymologia ineptit Etym. M. p. 800, 44 : Ἡ φέρουσα ὄνησιν, φερόνησίς τις οὖσα, nihiloque verius Plato Crat. p. 411, D, φορᾶς καὶ ῥοῦ νόησιν esse fingit. Hymn. Orph. 31, 9, de Minerva : Φίλοιστρε κακοῖς, ἀγαθοῖς δὲ φρόνησις. Artemid. 2, 35 : Ἀθηνᾶ ἀγαθὴ φιλοσόφοις· φρόνησις γὰρ εἶναι νενόμισται ἡ θεός.] A Plutarcho Περὶ τῆς ἠθικῆς ἀρετῆς [p. 440, F] dicitur φρόνησις esse virtus ποιητέα ἐπισχοποῦσα, καὶ μὴ ποιητέα. Habes ejus definitionem et ap. Aristot. Rhet. 1, [c. 9 : Φρ. ἐστὶν ἀρετὴ διανοίας, καθ' ἣν εὖ βουλεύεσθαι δύνανται περὶ ἀγαθῶν καὶ κακῶν τῶν εἰρημένων εἰς εὐδαιμονίαν. De opinione quorundam πάσας τὰς ἀρετὰς φρονήσεις εἶναι disputat idem Eth. Nic. 6, 13. Diog. L. 7, 92 : Ἀπολλοφάνης λέγει ... φρόνησιν εἶναι ἐπιστήμην κακῶν καὶ ἀγαθῶν καὶ οὐδετέρων. Quam Stoicorum definitionem memorat etiam Plut. Mor. p. 1066 sq, et Sextus Emp. p. 720. Definitt. Platon. p. 411, D : Φρ. δύναμις ποιητικὴ καθ' αὑτὴν τῆς ἀνθρώπου εὐδαιμονίας· ἐπιστήμη ἀγαθῶν καὶ κακῶν· διάθεσις καθ' ἣν κρίνομεν τί πρακτέον καὶ τί οὐ πρακτέον. Ab συνέσει quomodo differat exp. schol. Demosth. vol. 8, p. 117, 10 : Σημείωσαι ὅτι διενήνοχε σύνεσις φρονήσεως, ὅτι ἡ μὲν φρ. ἕξις ἐστὶ γεννητικὴ τῶν οἰκοθεν λογισμῶν, ἡ δὲ σύνεσις ἕξις δεκτικὴ τῶν ἔξωθεν λογισμῶν. Tzetz. Exeg. Il. p. 30, 15 : Γνῶσις καὶ φρ. διαφέρουσιν ἀλλήλων τῷ τὴν γνῶσιν εἶναι διδακτὴν, φυσικὴν δὲ τὴν φρόνησιν.] Isocr. Ad Demon. [p. 3, B] : Ῥώμη δὲ μετὰ μὲν φρονήσεως ὠφέλησεν, ἄνευ δὲ ταύτης, πλείω τοὺς ἔχοντας ἔβλαψε. [Id. p. 19, A : Φυλακὴν ἀσφαλεστάτην ἡγοῦ τοῦ σώματος εἶναι τὴν τῶν πολιτῶν εὔνοιαν καὶ τὴν σαυτοῦ φρόνησιν· 197, A : Εἰ καλῶς τὴν αὑτοῦ φρ. παρασκευάσειε.] Apud Eundem legimus in Panath. [p. 274, B] : Ὑπερηφάνοις γενομένοις καὶ τὴν φρόνησιν διαφθαρεῖσι. [Soph. OEd. T. 664 : Φρόνησιν εἰ τάνδ' ἔχω· et ubi Consilium significat Ph. 1078 : Τάχ' ἂν φρόνησιν ἐν τούτῳ λάβοι λῴω τιν' ἡμῖν. Eur. Suppl. 216 : Ἡ φρ. τοῦ θεοῦ μεῖζον σθένειν ζητεῖ. Lucian. Amor. c. 47 : Ταῦτα ἡ θεοῖς γείτων ἡρωϊκὴ φρ. ἐνομοθέτησε.] Est certe frequens φρόνησις pro ea virtute, quæ a Latinis Prudentia vocata fuit. [Hesych. : Φρ. ἀκριβής· νοῦς πράττων καλῶς. Xenoph. Hipparch. 7, 4 : Φρ. δεῖ πολλῆς πρὸς τοὺς πολὺ πλείους.] Sed redditur etiam Intelligentia, et quidem a Cic. quoque [De off. 1, 45], ut modo dixi. In VV. LL. affertur ex Aristot. Top. pro Intelligentia perceptioneque rerum quæ a scientia traduntur. Bud. autem ἀντὶ ἐπιστήμης, i. e. Pro scientia, sæpe a Plat. accipi testatur. [Apud Platonem quoque nihil aliud significat quam Intelligentiam. Ab ἐπιστήμη distinguitur Phileb. p. 13, E : Φρ. ... καὶ ἐπιστήμη καὶ νοῦς. Ibid. p. 21, B : Κενὸν ὄντα πάσης φρ. Symp. p. 202, A : Μεταξὺ ἀμαθίας καὶ φρ. Plur. Tim. p. 90, B : Τῷ περὶ φιλομάθειαν καὶ περὶ τὰς τῆς ἀληθείας φρονήσεις ἐσπουδακότι· Epin. p. 974, B : Φρονήσεων ἢ τινων ἄλλων τοιούτων ἐπιστημῶν. Ap. Isocr. p. 308, B : Εἴ τις ἄρα τοῖς ἐκεῖ (apud inferos) φρόνησίς ἐστι τῶν ἐνθάδε γιγνομένων, i. e. Si quid percipiunt. || I. q. φρόνημα. Eurip. Temen. fr. 13, 2 : Τὸ φῦναι πατρὸς εὐγενοῦς ἄπο ὅσην ἔχει φρόνησιν ἀξίωμά τε.]

[Φρόνησις, εως, ἡ, Phronesis, n. pr. in inscr. ap. Bœckh. 1020, vol. 1, p. 548.]

[Φρονητέον, Cogitandum, Sentiendum. Phalar. Epist. 81, p. 234 : Τὸ περὶ τυραννίδος οὕτως ὡς περὶ γενέσεως καὶ ζωῆς ἀνθρώπου φρ. || Cum μέγα vel μεῖζον conjunctum apud Xenoph. Hell. 2, 4, 10, Ages. 8, 4, Apol. 26.]

[Φρονητικὸς, ἡ, ὸν, Mente pollens. Etym. M. p. 605, 49 : Νομιζομένης τῆς Ἀθηνᾶς πολεμικῆς καὶ φρονητικῆς.]

[Φρονία, ἡ, Phronia, Iasionis mater. Schol. Hom. Od. E, 125.]

[Φρονικὸς, ὁ, Phronicus, n. pr. ap. Bœckh. Inscr. 1777, vol. 1, p. 865 : Δημοσθένης Φρονικοῦ.]

[Φρονιμεύομαι. Phryn. p. 386 ed. Lob. : Φρονιμεύεσθαι μὴ λέγε, φρονεῖν δὲ τὰ ὄντα. « Verbum φρονιμεύεσθαι, quod in Gloss. Græcitatis mediæ commemoratur et etiam nunc vivit in Græcorum sermone, nisi Phrynichus in numero proscriptorum retulisset, vix notum esset hodie, quippe ne Lexicographis quidem animadversum; nec Φρονίμευσις, schol. Lucian. Bis accus. 21, p. 78, receptum est; sed quod ex Stob. (Ecl. Eth. p. 194) proferunt φρονίμημα, luce clarius est in φρονίμευμα mutandum esse. » Lobeck.]

[Φρονίμη, ἡ, Phronima, Etearchi Cretensium regis filia. Herodot. 4, 154. G. D. || Antistita Junonis in inscr. Cyren. C. I. vol. 3, p. 520, n. 5143, 12 : Φρονίμα Φιλοξένω. Hase.]

[Φρονιμίων, ωνος, ὁ, Phronimio. Inscr. ap. Bœckh. 3827, vol. 3, p. 1055 : Ἰουλία Νάννα ... Φρονιμίωνι ἀνδρί.]

Φρόνιμος, ὁ, ἡ, [Mentis compos. Soph. Aj. 259 : Καὶ νῦν φρόνιμος νέον ἄλγος ἔχει. ||] Prudens, Sapiens, ut a Cic. redditur ap. Plat. [Hesych. : Φρ., σοφὸς, διανοητός. Soph. OEd. T. 692 : Ἄπορον ἐπὶ φρόνιμα· El. 1059 : Τοὺς ἄνωθεν φρονιμωτάτους οἰωνούς. Plato Leg. 12, p. 963, E : Ψυχὴ φρόνιμός τε καὶ νοῦν ἔχουσα· Soph. p. 247, A : Τὴν μὲν (ψυχὴν) φρόνιμον, τὴν δὲ ἄφρονα εἶναι. Τὸ φρ. Leg. 8, p. 837, C, Tim. p. 64, B, et al. Isocr. p. 239, C : Τούτους φημὶ καὶ φρονίμους εἶναι καὶ τελέους ἄνδρας· De antid. § 195, p. 465 ed. Oxon. : Τάς τε ψυχὰς φρονιμωτέρας καὶ τὰ σώματα χρησιμώτερα παρασκευάζουσιν· § 226, p. 472 : Αἷς (τέχναις) τὰ μὲν τῶν ζώων ἀνδρειότερα ... τὰ δὲ φρονιμώτερα ποιοῦσιν.] Esse alioqui σοφοὺς alios quam φρονίμους, docet Aristot. Eth. 6, [7] quum scribit Anaxagoram et Thaletem atque alios hujusmodi fuisse quidem vocatos σοφοὺς, at non φρονίμους, utpote ἀγνοοῦντας τὰ συμφέροντα αὑτοῖς. Eod. l. φρονίμους appellari tradit τοὺς δεινοὺς etiam et πανούργους. Ab Aristot. φρόνιμοι et ἄφρονες inter se opponuntur, sicut ap. Matth. 25, [4] αἱ φρόνιμοι παρθένοι opponuntur ταῖς μωραῖς. [Bato apud Athen. 4, p. 163, B : Τοὺς τὸν φ. ζητοῦντας ἐν τοῖς περιπάτοις.] Sed aliquis dicitur etiam φρόνιμος περί τι, τινος. Affertur enim ex Plat. Leg. [et Rep. 7, p. 521, B] : Φρόνιμος περὶ συνουσίας, et φρόνιμος περὶ τῶν πολεμικῶν, e Xenoph. Apol. [20] pro Perito. [Id. Hipparch. 6, 1 : Φρονιμώτερον ... περὶ τῶν πρὸς τοὺς πολεμίους ἀγώνων· et Cyrop. 1, 6, 15, 21, 22, 23. Cum περὶ et accus. Plato Gorg. p. 490, B : Ἐὰν ... ᾖ φρονιμώτερος περὶ ταῦτα. Cum εἰς Rep. 3, p. 412, C : Φρονίμους εἰς τοῦτο δεῖ ὑπάρχειν. Cum simplici accus. Plato Alc. 1 p. 125, A : Ὁ ἕκαστος φρόνιμος, τοῦτο ἀγαθός· et Rep. 1, p. 349, E.] Talis certe est signif. nominis φρόνησις, quum περὶ τῆς ἐπιστήμης dicitur. [|| De animalibus Plato Polit. p. 263, D : Εἴ που φρ. ἐστί τι ζῷον ἕτερον. Aristot. H. A. 1, 1 extr. : Τὰ δὲ (τῶν ζώων) φρόνιμα καὶ δειλὰ, οἷον ἔλαφος, δασύπους· Metaphys. 1, 1 : Ζῷα ... φρόνιμα ἄνευ τοῦ μανθάνειν. G. D. Sext. Emp. p. 191, 24; 195, 40, διδάξει ὁ ἄφρων τὸν φρ. Compar. idem p. 76, δ, φρονιμωτέρῳ τῶν τε ὄντων καὶ τῶν γεγονότων. Ἡρ]ακλέος φρονί[μου in inscr. theatri Syrac., ex conj. R. Rochett. *Journ. des Sav.* a. 1827, p. 390. Hase.]

[Φρόνιμος, ὁ, Phronimus, n. pr. in inscr. ap. *Lebas* fasc. 5, p. 184.]

[Φρονιμότης, ητος, ἡ, Prudentia. Epiphan. vol. 1, p. 275. Greg. Nyss. Antirrh. adv. Apoll. 7, p. 140. Kall. Galen. vol. 19, p. 481, 16, τὴν λογικότητα καὶ φρ. Notione adversa Basil. t. 1, p. 1048, B, ψεκτικὴν φρ. Hase.]

[Φρονιμώδης vitiose pro φρονηματώδης, quod v.]

Φρονίμως, Prudenter, Sapienter [Pollux 4, 11], ut [ap. Aristoph. Eq. 1364 : Τουτὶ μὲν ὀρθῶς καὶ φρ. ἤδη λέγει. Platon. Lach. p. 193, A : Φρ. λογιζόμενον· 192, E : Ἀναλίσκων ἀργύριον φρ. Φρ. ἔχειν Xenoph. Cyrop. 3, 3, 57. Φρ. μελετᾶν τὴν ἱππικὴν id. Hipparch. 8, 16], ut ζῆν φρονίμως Cic. ap. Epicurum vertit, Sapienter vivere. [Symm. Cohel. 7, 1. Sym. Metaphr. Actt. SS. Junii t. 5, p. 269, C. Greg. Nyss. t. 3, p. 34, C.

Diog. L. 5, 40; 10, 132; 140, ζῆν φρ. καὶ καλῶς καὶ δικαίως. Clem. Al. Strom. 1, 13, § 56, φρ. πονηρευόμενος. Philo vol. 2, p. 454, 23 : Ὁ φρ. πάντα ποιῶν, εὖ ποιεῖ πάντα. Hase.] Compar. gradus Φρονιμώτερον, Prudentius, Sapientius. [Et Φρονιμωτέρως διακεῖσθαι ap. Isocr. p. 294, B.] Superl. Φρονιμώτατα, Prudentissime, Sapientissime. At vero compos. Παραφρόνιμος vide in Παροφρονῶ.

[Φρονίος, ὁ, Phronius, Noemenis pater. Hom. Od. B, 386, Δ, 630. Utrobique genit. Φρονίοιο. De accentu nominativi constat similium nominum comparatione, de quibus V. Lehrs. De Aristarcho p. 279.]

[Φρόνις, ἡ.] Invenitur etiam Φρόνις ap. Hom., quod quidam per sync. factum putarunt ex φρόνησις [κατὰ συγκοπὴν, quæ Herodiani sententia fuit : v. Eustath. p. 1465, 42, Etym. M. p. 800, 48, Ab φρών φρονός φρόνις repetit Orus ib., rectius ab φρὴν Lobeck Pathol. Elem. vol. 1, p. 376. Per φρόνησις, βουλὴ, διάνοια exp. Hesych.], Od. Γ, [244] de Nestore : Ἐπεὶ περίοιδε δίκας ἠδὲ φρόνιν ἄλλων. At vero Δ, [258] : Πολλοὺς δὲ Τρώων κτείνας ταναηκέϊ χαλκῷ Ἦλθε μετ' Ἀργείους, κατὰ δὲ φρόνιν ἤγαγε πολλὴν, quidam pro φρόνησιν itidem intellexerunt, quidam, præpositionem jungentes nomini, putarunt καταφρόνησιν significari. Sed et pro λείαν accepisse quosdam ex recentioribus testatur [Hesych. et] Eustath. [p. 1495, 24. Lycophr. 1456 : Θεσφάτων πρόμαντιν ἀψευδῆ φρόνιν, quod schol. exp. φρόνησιν, βουλὴν, διάνοιαν. Oppian. Hal. 1, 653 : Ἡμὲν φρόνιν ἠδὲ καὶ ἔργα. G. D. Schol. Hom. Γ, 244 : Ἀριστοφάνης τὸ φρόνιν νῦν μὲν ἐπὶ τῆς φρονήσεως, ἐν δὲ τῷ « κατὰ δὲ φρ. ἤγαγε », τὴν καταφρόνησιν· ad quem l. conf. Nauck. Fragm. Aristoph. Byz. p. 227. Hase.]

[Φρονισμὸς, ὁ, i. q. φρόνησις. Anon. Vita Eliæ Spel. Actt. SS. Sept. t. 3, p. 849, C : Τοῦτο γὰρ οὐ συντελεῖ πρὸς φρονησμὸν (sic) τῇ νεότητι. Hase.]

[Φρονούντως, Sapienter, Prudenter. Æsch. Suppl. 204 : Φρ. πρὸς φρονοῦντας ἐννέπεις. Soph. Antig. 682 : Λέγειν φρ. ὧν λέγεις δοκεῖς πέρι.]

[Φροντεῖνα et Φροντεῖνος. V. Φροντῖνα.]

[Φροντίδας, ὁ, Phrontidas, Pythagoreus, Tarentinus. Iambl. V. Pyth. p. 526.]

[Φροντιδοκοπέω, Curis perturbo. Nicet. Chon. Hist. p. 214, D : Φροντιδοκοπεῖται ὑπὲρ αὐτῶν.]

Φροντίζω, fut. φροντίσω (et Attice φροντιῶ) [Fut. medii unum exemplum est ap. Eurip. Iph. T. 343 : Τὰ δ' ἐνθάδ' ἡμεῖς οἷα φροντιούμεθα], præt. ικα, Cogito, Commentor, Meditor, Curo, Curam gero. Sed pro Cogito, Commentor, Meditor, accusativum habet; quum autem significat Curo, genitivum, interdum accusativum. Plato Symp. [p. 220, C] : Ὅτι Σωκράτης ἐξ ἑωθινοῦ τι φροντίζων ἕστηκε. Athen. 9, [p. 401, B] : Ὁ δὲ, σφόδρα φροντίσας, καὶ τὸ προβληθὲν ἀποδιοπομπησάμενος, At ille quum multum meditatus quæstionem rejecisset, Bud. [Hesych. : Φροντίζει, μεριμνᾷ. Quæ conjungit Themist. Or. 26, p. 312, B : Ἀνὴρ φιλόσοφος φροντίσας καὶ μεριμνήσας. Xenoph. Mem. 1, 1, 11 : Τοὺς φροντίζοντας τὰ τοιαῦτα μωραίνοντας ἐπεδείκνυε.] Hanc autem Meditandi s. Cogitandi signif. sequuntur verbalia, Φρόντισμα, Φροντιστὴς, Φροντιστήριον. Quin etiam passivum particip. Πεφροντισμένος itidem pro Cogitatus, s. Meditatus, ut πεφροντισμένη ἀπόκρισις ap. Plutarch. Lyc. [c. 18], Meditata responsio, ubi tamen redditur etiam Accurata responsio. Apud Diod. S. [15, 78; 16, 32] habetur itidem λόγος πεφροντισμένος pro Meditata oratione, [et 17, 94] : Διελθὼν λόγον πεφροντισμένον περὶ τῆς εἰς τοὺς Γανγαρίδας στρατείας. [Sic etiam Plut. V. Cæs. c. 7. « Λόγους πεφροντισμένους εὖ, i. e. orationem accuratam, studiose elaboratam, Philostratus Hippiæ tribuit p. 496. V. Cresoll. Theatr. 3, 21, p. 306 sq. » Ernest. Lex. rh. Αἴσθησις ἀκριβὴς καὶ πεφροντισμένη Plut. V. Æm. Pauli c. 28.] Alter usus hujus verbi, quo ponitur pro Curam gero, Curo, frequentior est; et quidem cum gen., ut modo dixi; sed is interdum præfixam habet præp. περὶ vel ὑπέρ. Nonnunquam autem accusativo jungitur : quarum constructionum exempla subjungam; simulque quibus aliis verbis reddatur, ostendam. Aristoph. Nub. [125] : Ἀλλ' εἶσειμι· σοῦ δ' οὐ φροντιῶ, ubi observa etiam fut. Φροντιῶ. [Sæpissime οὐδὲν vel τὶ φροντίζειν τινὸς, ut Eurip. ap. Plutarch. Mor. p. 106 : Δοκεῖς τὸν Ἀδὴν σῶν τι φροντίζειν γόων; Plato Gorg. p. 493, E : Μήτε τι φροντίζοι· Leg. 10, p. 885, C : Μηδὲν ἡμῶν φροντίζειν θεούς. Lucian. Bis. acc. c. 27 : Οὐδὲ ἐπεφροντίκειμεν αὐτοῦ, et alii quivis.] Apud Lucian. [Jov. Trag. c. 21] cum personæ itidem gen. præfixo adverbio ὀλίγον, ubi scribit, Ὀλίγον φροντίζω σοῦ. [Eurip. Cycl. 162 : Ὀλίγον φροντίσας γε δεσποτῶν.] Apud Plut. [V. Pericl. 33] cum βραχέα, quod eundem usum habet, quem illud ὀλίγον, sed melius respondet Latino Parum, quum dicatur itidem Parum curo, pro Non curo : Βραχέα φροντίζων τῶν καταβοώντων καὶ δυσχεραινόντων. Est enim βραχέα pro βραχὺ, quod et ap. Dem. invenitur adverbialiter cum hoc ipso verbo positum. [Dio Cass. 38, 11 : Βραχὺ αὐτοῦ ἐφρόντιζεν.] Sed βραχέα φροντίζων hic redditur etiam Parvi faciens, mihi autem magis placuerit Nihil moratus. [Plato Phæd. p. 91, C : Σμικρὸν φροντίσαντες Σωκράτους. Σμικρὸν τῶν γυναικῶν φρ. Dio Cass. 38, 48. Σμικρὰ Eurip. Or. 799 : Σμικρὰ φρ. ὄχλου.] At cum gen. rei, [Herodot. 4, 198, de terra siccitatem non timente : Αὐχμοῦ φροντίζουσα οὐδέν.] Xenoph. [Mem. 2, 1, 24] : Οὐ πολέμων φροντιεῖς, ubi observa rursus alterum illud fut. sicut et ap. Aristoph. Plutarch. Theseo, Φροντίζων τῆς ἀπειλῆς αὐτοῦ, ubi redditur, Qui minis ejus movetur. [Diodor. 11, 56 : Φροντιεῖν αὐτοῦ τῆς ἀσφαλείας.] Cum præp. περὶ præfixa gen., ut [Herodot. 8, 36 : Σφέων αὐτῶν πέρι ἐφρόντιζον. Eurip. Hipp. 709 : Σαυτῆς πέρι φρόντιζε.] Demosth. [p. 431, 10] : Οὐ μόνον οὐδὲν φροντίζει περὶ αὐτῶν, ἀλλ' οὐδὲ μέμνηται. Xenoph. [Mem. 1, 4, 17] : Περὶ τῶν ἐνθάδε φροντίζειν. Alteri præpositioni, sc. ὑπὲρ, reperitur junctum hoc verbum ap. eund. Demosth. non semel, ut [p. 9, 13] : Εἴπερ ὑπὲρ σωτηρίας αὐτῶν φροντίζετε. Et [p. 526, 25] : Οὐχ ὑπὲρ ὑμῶν οὐδὲ τῶν νόμων φροντίσας. [Plato Eutyphr. p. 4, D : Οὐ δεῖν φροντίζειν ὑπὲρ τοῦ τοιούτου.] Quod autem VV. LL. tradunt, φροντίζω jungi etiam præpositioni πρὸς, ut in hoc l., Φροντίζων πρὸς αὐτὸν ὡς δώσει δίκην, absurdum esse manifestum est; si enim diceretur φροντίζω πρός τι pro περί τινος, tunc præpositioni πρὸς jungi hoc verbum merito diceremus : at quum dicitur φροντίζω πρὸς ἐμαυτὸν τοῦτο, vel sequente ὡς, s. ὅπως, nemo est qui non videat præp. πρὸς ad ipsum verbum non ferri. Denique et accus. jungitur, uti dixi, [Theogn. 1247 : Φρόντισον ἔχθος ἐμὸν καὶ ὑπέρβασιν,] velut in hoc Aristoph. l. [Nub. 189] : Μὴ νῦν τοῦτό γε φροντίζετε, Ne hoc curetis, soliciti de hoc sitis. Idem [Eq. 1353] : Μὴ φροντίσῃς, sine adjectione. [Æsch. Prom. 1036 : Πάπταινε καὶ φρόντιζε· Suppl. 419 : Φρόντισον. Soph. Ph. 1404; Eurip. Hipp. 1263.] Ex Diosc. autem 7 affertur, Φροντιστέον τὴν ἔκπτωσιν τῆς ἐσχάρας μάλιστα ἐκ τούτου, ὅπως μὴ τάχιον τὰ μέρη συγκλεισθείη, pro Curandum est ne crusta decidat. Sed hoc sciendum est, inveniri verbum φροντίζω junctum accus. aliam interpret. poscens : sc. positum pro Studere, Studio incumbere, Operam ponere, Studium et operam ponere [Cum accus. personæ Aristoph. Eq. 783 : Οὐ φροντίζει σκληρῶς σε καθήμενον οὕτως. Frequentius cum accus. rei, ut ap. Herodot. 7, 16 : Τά τις ἡμέρης φροντίζει. Plato Hipp. maj. p. 288, D : Οὐδὲν ἄλλο φροντίζων ἢ τὸ ἀληθές], ut et ap. Xenoph. [Mem. 1, 1, 11] : Τοὺς φροντίζοντας τὰ τοιαῦτα, μωραίνοντας ἐπεδείκνυε. Plutarch. : Οἱ πεφροντικότες τὰ τοιαῦτα καὶ μεμαθηκότες. Quin etiam φροντίζειν περί τι invenitur : atque adeo affertur ex Alex. Aphr., Φροντίζειν περὶ τὸ πρᾶγμα, pro Occupari in negotio. Postremo φροντίζω invenitur junctum et quibusdam particulis, sc. vel ὅπως, vel ὡς, vel εἰ. [Herodot. 7, 8 : Τοῦτο ἐφρόντιζον ὅκως κτλ.] Isocr. : Φρόντιζε ὅπως μηδὲν ἀνάξιον τῆς τιμῆς ταύτης ποιήσεις, ubi redditur, Da operam nequid isto honore indignum facias. [Polyæn. 3, 9, 25 : Φροντεῶ ὅπως νῦν γε ... ἀπαγγείλωσι.] At cum ὡς habes in l. quem paulo ante protuli. [Lucian. Somn. c. 13 : Ἥκιστα πεφροντικὼς ὅπως ... Cum ἵνα Polyb. 2, 8, 8 : Φροντίζειν ἵνα μηδὲν ἀδίκημα γένηται.] Cum εἰ junxit Plato Rep. 1, [p. 344, E] : Ἔοικας ἡμῶν οὐδὲν κήδεσθαι, οὐδέ τι φροντίζειν εἴτε χεῖρον εἴτε βέλτιον βιωσόμεθα. [Dio Cass. 63, 5 : Μηδὲν φροντίσας εἴ τι ταπεινὸν φθέγξαιτο.] Quin etiam sequente particula τί invenitur cum apud alios, tum ap. Xenoph., ut Cyrop. 3, p. 48 meæ edit. [c. 3, 32] : Οὐ καταφρονοῦσιν, ἀλλὰ

φροντίζουσι τί ποτε τοῦτ' ἔστι. [Sequente πότερον Xen. Apol. 15 : Φροντίζω πότερα θεόν σε εἶπω ἢ ἄνθρωπον· pro quo in oraculo, unde hæc sumta sunt, dictum erat δίζω ἤ σε θεὸν κτλ., ut est apud Herodotum 1, 65. Sequente μὴ Herodot. 1, 154 : Φρ. μὴ ἄριστον ᾖ ... et Xenoph. Mem. 4, 2, 39 : Φροντίζω μὴ κράτιστον ᾖ μοι σιγᾶν, i. e. Dubito annon optimum sit.] His omnibus constructionibus addam unam, sc. cum partic. [Eur. Hec. 256 : Οἳ τοὺς φίλους βλάπτοντες οὐ φροντίζετε], ex Dem. Mid. : Καὶ οὐδὲν ἐφρόντιζεν ἐπιορκῶν, καὶ ταῦτα, παρόντων τῶν συνειδότων. Cujus loci interpretationi commode adhibitum iri existimo adverbium, ut sc. οὐδὲν ἐφρόντιζεν ἐπιορκῶν, reddatur, Secure pejerabat. Sed videndum an reddi etiam possit, Nihil pensi habebat pejerare. [Cum ὡς et participio Soph. El. 1370 : Φροντίζεθ' ὡς ... πλείοσιν μαχούμενοι. Eur. Med. 1311 : Ὡς οὐκέτ' ὄντων σῶν τέκνων φρόντιζε δή. || Passiv. Φροντίζομαι, Curor, Curæ sum. Xenoph. Hier. 7, 10 : Οὐκ ἐπιβουλευόμενον, ἀλλὰ φροντιζόμενον μή τι πάθῃ. Ælian. N. A. 7, 9 : Τρέφονται τροφῇ πεφροντισμένῃ, Accurato victu aluntur.] Ceterum præt. particip. Πεφροντικὼς sine adjectione ponitur pro Solicitus, Anxius, [Eur. Alc. 776 : Τί σεμνὸν καὶ πεφροντικὸς βλέπεις;] a Synes., teste Bud., qui etiam subjungit hunc Plutarchi l. [in Compar. Demosth. c. Cicer. c. 1] : Τῷ δὲ Δημοσθένους προσώπῳ ἀεί τις ἐπῆν σπουδή· καὶ τὸ πεφροντικὸς τοῦτο καὶ σύννουν οὐ ῥᾳδίως ἀπέλειπεν. [Sic φροντιζόντων Suidas exp. στυγναζόντων. Perf. passivi usus est schol. rec. Æschyli Prom. 856, qui ἐπτοημένοι exp. περιεσπασμένοι καὶ πεφροντισμένοι. Τὰ πεφροντισμένα ap. Plutarch. Mor. p. 713, A : Εἴ τι τῶν αὐστηρῶν καὶ πεφροντισμένων ὁ ἄκρατος οὐκ ἐξέσεισεν.]

[Φροντῖνα, ἡ, Frontina, n. pr. Latinum, Φροντεῖνα scriptum in inscr. ap. Bœckh. 3878[b], vol. 3, p. 1100, ut Φροντεῖνος pro Φροντῖνος in inscr. 1327, vol. 1, p. 650, et alibi.]

Φροντὶς, ίδος, ἡ, Cogitatio, Cura, Solicitudo. Priorem autem locum do illi signif., qua ponitur pro Cogitatione, quod φρονεῖν itidem pro Cogitare usurpari videamus. [Pind. Pyth. 2, 170 : Ὅσα φροντίδι μητίονται· Ol. 1, 31 : Νόον ὑπὸ γλυκυτάταις ἔθηκε φροντίσιν. Æsch. Suppl. 407 : Δεῖ τοι βαθείας φροντίδος σωτηρίου. Soph. Phil. 863 : Τὸ δ' ἁλώσιμον ἁμᾷ φροντίδι, i. e. Quod ego cogitatione assequi possum. OEd. T. 67 : Πολλὰς δδοὺς ἐλθόντα φροντίδος πλάναις. Audacius ibid. 170 : Οὐδ' ἔνι φροντίδος ἔγχος, ᾧ τις ἀλέξεται· et OEd. Col. 132 : Τὸ τᾶς εὐφήμου στόμα φροντίδος ἑέντες, i. e. Religiose silentium tenentes. Ib. 170 : Ποῖ τις φροντίδος ἔλθῃ;] Illam certe signif. habet in veteri proverb. Δεύτεραι φροντίδες σοφώτεραι [Eur. Hipp. 440 : Αἱ δεύτεραί πως φροντίδες σοφώτεραι]· nam hic et Cic. φροντίδες interpretatus est Cogitationes, Phil. 12 : Posteriores enim cogitationes, ut aiunt, sapientiores solent esse. [Φροντίδων βουλεύματα Eurip. Hec. 626.] Idem hunc Euripidis versum in Theseo [fr. 4], Εἰς φροντίδας νοῦν συμφορᾶς τ' ἐβαλλόμην, vertit, Futuras mecum commentabar miserias. Ubi tamen φροντίδας et pro Curis accipere possumus. Jungitur autem φροντὶς cum variis verbis, sicut et Cura apud Latinos. [Proverb. Οὐ φροντὶς Ἱπποκλείδῃ ap. Herodot. 6, 129, aliosque indicatos ab Schneidew. ad Zenob. Proverb. 5, 31.] Dicitur enim φροντίδα ἔχειν, et διὰ φροντίδος ἔχειν τι, item φροντίδα παρέχειν : nec non φροντίδα ποιεῖσθαι, et ἐν φροντίδι ποιεῖσθαί τι : item ἐν φροντίδι εἶναι. Est autem φροντίδα ἔχειν, Curam habere [Soph. OEd. Col. 300 : Τοῦ τυφλοῦ τιν' ἐντροπὴν ἢ φροντίδ' ἕξειν. Eurip. Med. 1301 : Οὐ γὰρ αὐτῆς φροντίδ' ὡς τέκνων ἔχω] : at διὰ φροντίδος ἔχειν, Curæ habere. Herodian. 8, [2, 14] : Πάντα εἶχον διὰ φροντίδος. Idem cum infin. junxit, præcedente præp. ὑπὲρ habente gen. τοῦ, 8, [7, 15] : Ὑπὲρ δὲ τοῦ καὶ τὰ βάρβαρα ἡσυχάζειν ἔθνη, διὰ φροντίδος ἡμεῖς ἕξομεν· quam construct. observandam potius quam imitandam censeo. Dixerunt enim veteres, φροντίδα ἔχειν τινὸς, potius quam φροντίδα ἔχειν ὑπέρ τινος. [Cum περὶ Herodot. 7, 205 : Ἀπελήλατο τῆς φρ. περὶ τῆς βασιληΐης. Plato Rep. 1, p. 330, D : Εἰσέρχεται αὐτὸν δέος καὶ φρ. περὶ ὧν ἔμπροσθεν οὐκ εἰσήει· Phileb. p. 101, E : Οὐδὲ εἷς περὶ τούτου λόγος οὐδὲ φροντίς.] Quod autem attinet ad φροντίδα παρέχειν, Latine reddendum esset potius Molestiam exhibere, quam Curam exhibere; sed possumus ap. Xenoph. [Cyrop. 4, 2, 40 : Φροντίδα παρέχοντες ὅπου εἰσί], reddere Curam injicere, ex Terent. [Aristoph. Eq. 615 : Ὅσην ἀπὼν παρέσχες ἡμῖν φροντίδα, ubi per ἀγωνίαν, μέριμναν, φόβον exp. schol.] At φροντίδα ποιεῖσθαι ex Phalar. Epist. affertur pro Curam suscipere [Diodor. 11, 28 : Ἦν πρότερον ἐποιοῦντο φροντίδα τῆς Ἑλλάδος. Ib. 36 : Οὔτε ὅρκων ἐποιήσαντο φροντίδα. Cum περὶ 15, 28 : Περὶ τῆς εἰς τὸν πόλεμον παρασκευῆς ἐποιοῦντο πολλὴν φροντίδα· ubi περὶ abest ab cod. uno. Ælian. N. A. 16, 23 : Τρυφῆς ποιήσασθαι φροντίδα ὑπερβάλλουσαν], quum ἐν φροντίδι ποιεῖσθαι sit simile illi superiori διὰ φροντίδος ἔχειν, Curæ habere. [Φροντίδα θέσθαι Æsch. Pers. 138 : Φρ. κεδνὴν καὶ βαθύβουλον θώμεθα.] Venio ad ultimum illud ἐν φροντίδι εἶναι [Herodot. 1, 111 : Ἦσαν ἐν φροντίδι ἀλλήλων πέρι], quod Xenophonti frequens est, et quidem sequente τί, vel ὅ, τι : ut Hell. 6, [5, 33] : Ἐν φρόντίδι ἦσαν ὅ, τι χρὴ ποιεῖν περὶ Λακεδαιμονίων· Cyrop. 5, [2, 5] : Ἐν φροντίδι ἦν ὅ, τι ποτὲ εἴη ταῦτα. [Ἐν φρ. γίγνεσθαι. Herodot. 2, 104 : Ὡς δέ μοι ἐν φροντίδι ἐγένετο (τὸ πλῆγμα). Xenoph. Cyrop. 6, 2, 12 : Ἐν φρ. ἕκαστος ἐγίγνετο.] Latini, ac præsertim Plautus et Terentius, dicunt Cura est, sequente particula Ut. Legitur item plur. numero εἶναι ἐν φροντίσι, et εἶναι ἐν μεγάλαις φροντίσι, Esse valde solicitum. Habeturque illud ap. Herodian. [7, 8, 1], qui etiam dicit [3, 4, 8], Ἐν φροντίσι καὶ δέει διαγρηγορήσαντες· nec non [2, 3, 1], Φροντίσι μεγίσταις τὴν γνώμην ἐταράττετο. Apud Eund. [6, 7, 4] legimus εἰς φροντίδα ἐμβάλλειν, quod sonat ad verbum, In curam conjicere; sed possit et hic locum habere illud loquendi genus, cujus paulo ante memini, Curam injicere. [De sollicitudine Æsch. Pers. 157 : Καί με καρδίαν ἀμύσσει φροντὶς· Ag. 669 : Ἑδουκολοῦμεν φροντίσιν νέον πάθος. Soph. Tr. 149 : Ἕως τις ... λάβῃ ἐν νυκτὶ φροντίδων μέρος. Plato Theag. p. 127, C : Καί με πολλῶν καὶ φοβερῶν ἀπαλλάξετε φροντίδων. Lucian. Gall. c. 29 : Ὑπὸ φροντίδων ἐκτετηκώς. || Apud scriptores recentiores non raro dicitur de Cura eorum qui muneribus publicis funguntur. Sic in Can. 9 Concilii Antioch. : Τὴν φρ. ἀναδέχεσθαι πάσης τῆς ἐπαρχίας. Can. 55 Codicis Eccles. Africanæ : Πολλῶν ἐκκλησιῶν καὶ χειροτονιῶν φροντίδα με βαστάζειν· et ibid. : Πολλῶν ἐκκλησιῶν φροντίδος ἀντέχομαι. Quæ collegit Suicerus.]

[Φρόντις, ὁ, et Φροντὶς, ἡ, Phrontis.] Φρόντις, Φρόντιδος, nomen est proprium non solum viri, sed et mulieris ap. Hom. [Masculinum est Φρόντις Ὀνητρίδης, Menelai gubernator, Od. Γ, 2820, et ap. Pausan. 10, 25, 2, ubi etiam genit. Φρόντιδος et accus. Φρόντιν. || Φρόντις, Phrixi filius, ap. Apoll. Rh. 2, 1155; 4, 72, 76, 80. || Femininum vero, Euphorbi et Polydamantis mater, Panthoi uxor, Hom. Il. P, 40 : Φρόντιδι δίῃ, quod Φροντίδι potius scribendum esse comparatis aliis hujusmodi femininis recte judicat Lobeck. Pathol. Proleg. p. 512, de quo dissenserunt grammatici, ut apparet ex scholio Herodiani : Φρόντιδι ὡς Ἥλιδι Τυραννίων, καὶ ἐπείσθη ἡ παράδοσις, ὁ μέντοι κανὼν ὀξυτονεῖ τὸ Φροντίς (ut Προιτὶς et alia). Conf. etiam Eustath. p. 907, 12; 1063 sq.]

[Φροντισία, ἡ, Providentia. Basilic. t. 1, p. 23, B. Hase.]

Φρόντισμα, τὸ, Cogitatio, Commentatio, Commentum, Meditatio. [Per σόφισμα exp. Suidas.] A Bud. redditur Commentatio et Speculamen, in hoc Aristoph. l., quem ex Nubibus esse puto [155] : Τί δῆτ' ἂν ἕτερον εἰ πύθοιο Σωκράτους Φρόντισμα; [Lucian. Bis acc. c. 34, Navig. c. 11; Philostr. p. 482. Heliodor. 2, 21 : Ὅλος τῶν φροντισμάτων ἦν. G. D. Basil. t. 2, p. 1011, D; 1058, B. Galen. vol. 4, p. 445, 15, τοῦ λογισμοῦ περὶ τὸ φρ. τεταμένου. De commentario scripto schol. Scylacis ap. Car. Müller. Geogr. gr. min. vol. 1, p. xxxiij; 33 : Δαρείῳ προσεφώνησε Σκύλαξ τὸ φρ. Hase.]

[Φροντισμὸς, ὁ, i. q. φρόντισμα. Hesych. Wakef.]

[Φροντιστέον, Meditandum, Cogitandum. Eur. Iph. T. 468 : Τὰ τῆς θεοῦ ... ὡς καλῶς ἔχῃ φρ. μοι. Plato Criton. p. 48, A : Φρ. ὅτι ἐροῦσιν. Strabo 15, p. 719 : Λέγει ἄλλα τινὰ ... ὧν οὐ φρ. Maccab. 2, 2, 30. « Clem. Alex. p. 374. Orig. C. Cels. p. 283. » Kall. Greg.

Naz. Epist. 22, p. 785, D. Schol. Pind. Pyth. 4, 290. » Boiss. Jo. Glycas De synt. rat. p. 20, 9 ed. Alb. Jahn. Vita Aristot. p. 10, 44 Westerm. Antyll. ap. Oribas. t. 1, p. 456, 9 Daremb.; 458, 4, διὰ ἀμφοτέρων φρ. ἡμῖν. Galen. vol. 19, p. 46, 9, τιμῆς καὶ δόξης φρ. ἐστίν. Hase. Geopon. 2, 7, 1 : Φρ. ὑδάτων. Theodor. Prodr. in *Notices et Extraits* vol. 7, p. 248. Mascul. ap. Hesych. qui Κήδειος exp. per προσήκων, φροντιστέος.]

Φροντιστήριον, τὸ, q. d. Locus cogitationum s. commentationum, i. e. Locus in quo cogitationes nostras explicamus s. commentationes. Unde pro Schola ponitur. Καὶ τὰ διδασκαλεῖα, inquit Pollux [4, 41], οὐ παιδαγωγεῖα μόνον καὶ φωλεοὺς, ἀλλὰ καὶ φροντιστήρια. Aristoph. Nub. [94]: Ψυχῶν σοφῶν τοῦτ' ἔστι φροντιστήριον. [Quo spectat Hesych. exp. οἴκημα Σωκράτους καὶ τὸ σχολεῖον. Per διδασκαλεῖα φιλοσόφων exp. Thomas M. p. 902. Τὰ φρ. τῶν φιλοσόφων est ap. Liban. vol. 4, p. 625, 10. Philostr. p. 53 : Λέγονται τῷ Παγγαίῳ ἔνιοι χρήσασθαι φροντιστηρίῳ καὶ ἕτεροι τῷ Ἄθῳ· et p. 135.] In VV. LL. Domus curarum : quum tamen hæc vox ad eam potius signif. nominis φροντὶς pertineat, qua Cogitatio declaratur. Ibid. Conciliabulum, Conventus. [Alciphro 3, 40 : Οἷόν σε, ὦ γεωργία, τὸ τῶν ἀπατεώνων τουτωνὶ φρ. ἐξετραχήλισε.] Item Monasterium, Cœnobium. Vide Suid. [Qui exp. διατριβὴ, ἢ μοναστήριον, ὅπερ Ἀττικοὶ σεμνεῖον καλοῦσι· et similiter Hesych. Thomas M. l. c.: Λέγοιντο δ' ἂν οὕτω καὶ τὰ παρ' ἡμῖν μοναστήρια ὡς τῆς ὄντως φιλοσοφίας ἐνταυθοῖ μελετωμένης. Sic sæpissime ap. scriptores ecclesiasticos et Byzantinos, velut Greg. Naz. in Orat. in Athanas., Basilius Epist. 23, Theodoretus H. E. 3, 14, Euagrius H. E. 1, 21, Photius Epist. 191, Anna Comn. 15, p. 482, 485, aliique ab Ducang. indicati. Ἅγιον φρ. Eustath. Opusc. p. 96, 10; θεῖον p. 40, 70; 186, 90. « In Alexii Patriarchæ monum. ap. Zonaram p. 794 : Ἱερὰ ... ἠρήμωσαν φροντιστήρια· 795 : Γυναῖκες ἀνδρῶν ἐπιστατοῦσι φροντιστηρίων, ἄνδρες δὲ γυναικείων φροντίζουσιν. De Xenodochiis Gregor. Presb. in Vita Greg. Naz. : Πάντας τοὺς ἀσθενεῖς εἰς ταὐτὸν ἤθροισε, φροντιστήρια ταῦτα καλέσας πτωχῶν. » Suicer: ‖ Tribunal juridicum. Martyrium Adriani Ms.: Ἔστησαν πρὸ τοῦ φρ. οἱ κατάδικοι. Ducang. ‖ Curia. Dio Cass. Exc. p. 1, 6 : Ἑκάστη τριττὺς εἰς δέκα διῃρέθη κουρίας, ἤτοι φροντιστήρια· κοῦρα μὲν γὰρ ἡ φροντὶς λέγεται.]

Φροντιστὴς, ὁ, Commentator, Qui commentationi s. commentationibus deditus est et speculationibus, ut Socrates dictus est φροντιστής. [Pollux 3, 120; 4, 41.] Cujus nominis fit a Xen. mentio, nec non a Plat. A Xen. Symp. p. 520 meæ ed. [6, 6] : Ἆρα σὺ, ὦ Σώκρατες, ὁ φροντιστὴς ἐπικαλούμενος; Quibus respondet, Οὐκοῦν κάλλιον ἢ εἰ ἀφρόντιστος ἐκαλούμην; Ad quæ illi respondetur, Εἰ μήγε ἐδόκεις τῶν μετεώρων φροντιστὴς εἶναι. [Ib. 7, 2 : Κινδυνεύω ἐγὼ τῷ ὄντι φρ. εἶναι· σκοπῶ γὰρ κτλ. Mem. 4, 7, 6 : Τῶν οὐρανίων φρ.] Apud Plat. autem legitur in Apol. [p. 18, B], ubi pro φροντιστὴς τῶν μετεώρων habetur per accus. φροντιστὴς τὰ μετεώρα. At vero ap. Aristoph. [Nub. 266] extat sine adjectione : Φάνητ', ὦ δέσποιναι, τῷ φροντιστῇ. Galenus τὰς διανοήσεις vocatas fuisse φροντίδας testatur, atque inde Socratem appellatum φροντιστήν. Aristoph. schol. dicit Socraticos φροντιστὰς vocatos esse διὰ τὸ μηδέποτε παύεσθαι φροντίδος. Ita enim ap. eum scribo, quibusdam omissis, quod mihi suspectus sit l., ut ap. eum scriptus extat : sc. ita, Φροντισταὶ ἐκαλοῦντο οἱ περὶ τὸν Σωκράτη, διὰ τὸ φροντίζειν ἀλλήλων, καὶ διὰ τοῦτο μηδέποτε παύεσθαι φροντίδος. Quæ lectio multo etiam minus stare poterit, si οἱ περὶ τὸν Σωκράτη pro Socrate accipiamus. Lucian. [Prom. c. 6]: Τοὺς τοῦ διαλόγου ἑταίρους ἐχλεύαζε, φροντιστὰς, καὶ μετεωρολέσχας, καὶ τὰ τοιαῦτα προσαγορεύουσα. Vide et Μεριμνοφροντισταὶ supra. [‖ Phot. Bibl. p. 34, 10 : Ὑπισχνεῖται ἀληθείας εἶναι φροντιστὴς, Veritatis studiosus. ‖ Curator. Φρ. τῶν ἀρχομένων, epitheton regis ap. Polluc. 1, 40. Κηδεμόνες per φροντισταὶ ἢ εὐεργέται exp. Hesych. Δημοσίων πραγμάτων φρ., οἷον χορηγίας, τριηραρχίας schol. Aristoph. Pl. 908. Sensu arctiore Diodor. Exc. p. 611, 81 : Ἑαυτὸν τούτων (ὀρφανῶν καὶ γυναικῶν) ἀνέδειξε φροντιστήν. Quod non ab Diodoro, sed ab excerptore positum videtur ex more recentiorum, qui φροντιστὴς sæpissime dixerunt Curatoris s. Procuratoris significatione. « Moschop. in Lexico Philostr. : Ἐπίτροπος, ὁ φροντιστής. Basil. lib. 2 tit. de regul. jur. c. 2, de feminis : Οὐ δικάζουσιν ... οὐ γίνονται φροντισταί. Ignat. Epist. ad Polycarp. c. 4 : Χῆραι μὴ ἀμελείσθωσαν· μετὰ τὸν κύριον σὺ αὐτῶν φρ. ἔσο. Conf. Homil. Clement. 12, 10. In Vita Bonifacii de Aglae, nobili Romana : Ἔχουσα ὑφ' ἑαυτὴν ἑβδομήκοντα τρεῖς φροντιστὰς εἰς τὴν κτῆσιν αὐτῆς. » Ducang. Sæpissime est Procurator fisci, ut in inscr. ap. Bœckh. 3612, vol. 2, p. 899 : Πρόκλον τὸν φρ. Δρούσου Καίσαρος· et ap. scriptores Byzantinos, quorum locos v. ap. Ducangium. Procurator redituum templi est in inscr. 4716^e^, vol. 3, p. 361, sive ap. Letronn. *Recueil des Inscr.* vol. 1, p. 101 : Διὰ Ὥρου Λαβῦτος φροντιστοῦ τοῦ ἱεροῦ Ἀφροδίτης ... ἐφρόντισε τοῦ ἱεροῦ καὶ τοῦ φρητὸς καὶ τῶν λοιπῶν ἔργων· quocum Letronn. comparavit Curatorem phratriæ in inscr. ap. Reines. 1, 156 : Εὔμηλον θεὸν πατρῷον φράτορσιν Εὐμηλειδῶν ... Πίος φροντιστὴς ἀνέθηκε. Conf. Dosith. Mag. p. 16 ed. Bœck. Προξένους ap. Demosth. p. 530, 14, schol. exp. προστάτας, φροντιστάς. Geopon. 7, 8, 1 : Τοῖς φρ. ἢ τοῖς οἰκέταις γλεῦκος ἐμπιστεῦσαι. G. D. Jo. Glycas De synt. rat. p. 30, 10 ed. Alb. Jahn. : Ἐπιμεληταὶ τῶν πόλεων οἱ φρ. λέγονται καὶ ἁρμοσταὶ καὶ οἱ διοικηταί. Hase.]

Φροντιστικὸς, ἡ, ὸν, Ad commentationem s. meditationem aptus, etiam Commentationi deditus s. Meditationi, vel Commentationibus, sicut et φροντιστὴς redditum fuit. Redditur et Cogitabundus. Quin etiam affertur ex Theophr. : Φροντιστικώτερα περὶ τὴν τροφὴν, pro Magis solicita de cibo. [Aristot. H. A. 9, 1 : Τὰ θήλεα ... περὶ τὴν τῶν τέκνων τροφὴν φροντιστικώτερα. Lucian. Pisc. c. 12 : Τὰ σχήματα εὐσταλῶν καὶ φρ. τὴν πρόσοψιν. Κήδιστοι Hesych. exp. φροντιστικώτατοι.] Et φροντιστικὰ ῥήματα ex Gaza, Verba solicitativa, si quidem fas est ita vocare verba, quæ solicitudinis signif. habent. Apud Plut. De def. orac. [p. 432, C] τὸ φροντιστικὸν redditur Cogitatio, sicut τὸ λογιστικὸν, Ratio. Nam hunc l., Ἢ τὸ λογιστικὸν καὶ φροντιστικὸν ἀνίεσθαι καὶ ἀπολύεσθαι τῶν παρόντων, ἀλόγῳ καὶ φαντασιαστικῷ τοῦ μέλλοντος ἐπιστρεφομένας, Turn. ita vertit, Aut cum ratione et cogitatione relaxata et a rebus præsentibus liberata et avocata, pars ea, quæ ratione vacat et visis pellitur, in futurum intenta est. [Plut. Mor. p. 966, A : Τὸ φρ. καὶ συνετόν. Eustath. Opusc. p. 209, 50 : Τὸ φρ. τοῦ χρειώδους περιεγίνετο. Cum genit. Aristot. Περὶ τῆς καθ' ὕπνον μαντ. c. 2 : Ἡ διάνοια τῶν τοιούτων οὐ φροντιστική. G. D. Magnus Emes. De urin. p. 293, 7 Bussemak. Diog. L. 9, 94, fieri persuasionem παρὰ τὸ ἔνδοξον τοῦ λέγοντος ἢ παρὰ τὸ φρ. Vertebat Aldobr., Ex mentis acie. Alii, Diligentia. Hase.]

Φροντιστικῶς, Cogitabunde. [Accurate, Euseb. Præp. ev. 1, p. 31, D : Φρ. ἐξεμάστευσε τὰ Τααύτου. Wakef.] Redditur et Solicite. [Xen. Mem. 3, 11, 10 : Ἀρρωστήσαντος φίλου φρ. ἐπισκέψασθαι. Ælian. N. A. 8, 27.]

[Φροντίστρια, ἡ, Curatrix. Const. Manass. Chron. 4967 : Τοῦ κράτους φρ. 6434 : Τῶν παίδων φρ.]

[Φρόντων, ωνος, ὁ, Fronto, n. pr. Latinum apud Dionem Cassium aliosque. Φρόντων Ἐμισηνὸς ap. Suidam, Φρόντων Πωλίττης Anth. Pal. 7, 334. Alii alibi. G. D. Inscrr. Andria ap. Le Bas fasc. 5, p. 101, n. 181, 4; Catan. C. I. vol. 3, p. 663, n. 5702, 6, Φρ. εἰατήρ (sic). Hase.]

[Φροντωνὶς, ίδος, ἡ, soror Frontonis rhetoris, ap. Suidam v. Φρόντων. Boiss.]

Φροῦδος, η, ον, factum ex πρὸ ὁδοῦ, quasi πρόοδος, Qui abiit, Qui disparuit, Qui evanuit, Evanidus. [Conf. Hom. Il. Δ, 382 : Οἳ δ' ἐπεὶ οὖν ὤχοντο ἰδὲ πρὸ ὁδοῦ ἐγένοντο. Hesych. : Φροῦδα, ἀφανῆ, ἄφαντα. Φροῦδος, πρόοδος, ἐξ οὗ τὸ οὐκ ἔρχεσθαι δηλοῦται· οἱ δὲ, ἐλληλυθὼς, ἔκδημος, ἀφανής. Φροῦδον, ἄρδην, παντελῶς ἀφανὲς, οὐ κεχωρηκὸς (ἐκκεχωρηκὸς Gronov.), ἔρημον. Similia ap. Suidam. De hominibus qui abierunt, Æsch. Suppl. 863 : Σὺ δὲ ... φρούδα, ut φρούδη γυνὴ Soph. Ant. 1245. Id. 15 : Φροῦδος Ἀργείων στρατός. Eurip. Iph. T. 1289 : Βεβᾶσι φροῦδοι... νεανίαι. De mortuis Soph. Phil. 426 : Θανὼν Ἀντίλοχος αὐτῷ φροῦδος· et El. 1152. Ib. 848 : Ὃς γὰρ ἔτ' ἦν φρ. ἀναρπασθείς. Eu-

rip. Hec. 162 : Φροῦδος πρέσβυς, φροῦδοι παῖδες. Rarius in oratione prosa veterum. Harpocr. : Φροῦδος· Ἀντιφῶν ἐν τῷ περὶ τοῦ Ἡρώδου φόνου (p. 132, 45) ἀντὶ τοῦ ἐκποδών. Παρὰ πολλοῖς δὲ τοὔνομα ἐστίν. Paullo frequentius ap. scriptores inferiores, velut Plut. Mor. p. 262, A ; 273, E; 405, F, et alibi, Aristid. vol. 1, p. 161, 225, Lucian. De merc. cond. c. 24.] Redditur etiam Vanus, Irritus. Eurip.: Φροῦδος ὢν οὐ φαίνεται. Idem [Iph. T. 1294]: Φροῦδος ἐκ ναοῦ συθείς· et [1289] : Βεβᾶσι φροῦδοι. Apud Aristoph. Ran. [305] fem. φρούδη, pro Abiit, s. Disparuit, de Empusa. In uno eodemque loco Nubium Ejusd. sæpius repetitur [717] : Καὶ πῶς ὅτ' ἐμοῦ φροῦδα τὰ χρήματα, φρούδη χροιὰ, φρούδη ψυχὴ, φρούδη δ' ἐμβάς. Καὶ πρὸς τούτοις ἔτι τοῖσι κακοῖς, φρουρᾶς ἄδων ὀλίγου φροῦδος γεγένημαι. Sed postremo loco ludit in voce φροῦδος, ut docet schol. quem vide. Apud Lucian. pro Evanido non semel. [Cum genit. ap. Clem. Al. p. 440 : Ἡ ἀπληστία ἧς φροῦδος ὁ ἀγαθὸς ὢν καὶ πλούσιός γ' ἂν εἴη, i. e. A qua remotus s. liber est. De rebus quæ evanuerunt vel cessarunt, Soph. OEd. C. 660 : Φροῦδα τἀπειλήματα· Aj. 264 : Φρ. κακοῦ. Eur. Med. 139 : Φροῦδα τάδ' ἤδη· Hec. 335 : Οὐμοὶ λόγοι πρὸς αἰθέρα φροῦδοι· Tro. 1071 : Φροῦδαί σοι θυσίαι.] Sæpe autem dicitur φρούδη ἐλπὶς, Spes vana, Spes irrita. Sic Greg. : Τὰ δὲ τῶν ἐλπίδων φροῦδα. Dictum autem fuit obiter de hac voce et s. v. Οἴχομαι. [Εἰς φροῦδον Theophan. continuat. p. 257, C : Τὸ κάστρον ... καταπολεμήσας .... καὶ εἰς φρ. ἀπωλείας τοῦτο ποιήσας. Similiter p. 231, A : Εἰς τροπὴν καὶ φροῦδον καὶ ἀπώλειαν παρέχειν.]

[Φρούδως, Incassum, Gl.]

[Φροῦνος pro φρῦνος ap. Eustath. ad Dionys. 752.]

Φρουρὰ, ἡ, Præsidium, Custodia. [Herodot. 2, 30 : Τοὺς Αἰγυπτίους τρία ἔτεα φρουρήσαντας οὐδεὶς ἀπέλυε τῆς φρ. Æsch. Pr. 143 : Φρ. ἄζηλον ὀχήσω· Ag. 2 : Φρ. ἐτείας. Eurip. Or. 1252 : Ἐς φρουρὰν δόμων. (Improprie ὄμματος φρ. Soph. Tr. 226.) Xenoph. Cyrop. 5, 5, 29 : Τοὺς σὲ θεραπεύοντας οὓς σὺ καὶ φρουρᾶς καὶ στρατείας ἕνεκα κέκτησαι. De tempore custodiæ Aristoph. Nub. 719 : Φρουρᾶς ἄδων ὀλίγου φροῦδος γεγένημαι.] Interdum pro ipsis Militibus præsidiariis et custodibus. [Per φυλακὴ, στρατὸς exp. Hesych. Herodot. 6, 26 : Χίων φρουρῇ οὐ προσιεμένῃ μιν συνέβαλε· 7, 59 : Περσέων φρουρὴ ἐν τῷ τείχεϊ κατεστήκεε. Æsch. Ag. 301 : Φάος ... οὐκ ἠναίνετο φρουρά. Eur. Andr. 1100 : Φρουρὰν ἐτάξαντ' ἐν περιστύλοις δόμοις.] Thuc. 1, [115] : Φρουρὰν ἐγκαταλιπόντες ἀνεχώρησαν, Relicto ibi præsidio. Infra Idem dicit φρουροὺς ἐγκατέλιπεν. Sic [Xen. Cyrop. 7, 4, 10 : Καταλιπὼν ἐν ταῖς ἄκραις ἰσχυρὰς Περσῶν φρουράς.] Herodian. 3, [2, 21] : Φρουρὰν καταλιπὼν τοῦ ἐρύματος αὐτάρκη. Plut. Alcib. [c. 30] : Φρουρὰν ἐγκαταστήσας. [Diodor. 20, 19 : Φρουραῖς τινας διείληφε τῶν πόλεων· 77 : Πόλεις ἀσφαλιζόμενος φρουραῖς.] Rursum Herodian. [2, 5, 15] : Φρουρᾶς ἐπὶ τῶν πύργων καταστήσαντες, Quum præsidia turribus imposuissent. Plut. Amat. Narr. [p. 774, B] : Τὰς πόλεις φρουραῖς κατειλήφεσαν, Præsidiis firmarant. Dem. [p. 238 extr.] : Φρουρὰς εἰσαγηοχότες. Et [p. 119, 15] : Φρουραῖς καὶ ξένοις τοὺς τόπους τούτους κατέχει. Rursum Plut. Apophth. [p. 188, F] : Ἐδέξαντο φρουρὰν, de Atheniensibus ab Antipatro victis. Idem De deo Socr. : Τὴν Σπαρτιατῶν φρουρὰν ἀπώσασθαι. Xen. Hell. 5, [2, 3] : Ἐξήγαγε τὴν φρουράν. Philostr. Ep. 51 : Τὴν φρουρὰν λαθὼν ἔνδον εἶ. At φρουρὰν φαίνειν, quod frequens est ap. Xen., Budæo interpretandum videtur Exercitum decernere et delectum habere. Alii ex Cic. reddunt, Præsidia parare et contrahere. Exempla ex eod. auctore [Hell. 5, 2, 3] profert Bud. p. 211, ubi inter alia, Φρουρὰν φαίνουσιν ἐπ' αὐτούς. Quibus hæc adde ex Hell. 6, [4, 17] : Φρουρὰν ἔφαινον οἱ ἔφοροι ταῖν ὑπολοίποιν μοίραιν μέχρι τῶν τετταράκοντα ἀφ' ἥβης· 6, 4, [11] : Ἕτρεφον μὲν γὰρ τοὺς ἵππους οἱ πλουσιώτατοι· ἐπεὶ δὲ φρουρὰ φανθείη, τότε ἦκεν ὁ συντεταγμένος· λαβὼν δ' ἂν τὸν ἵππον καὶ ὅπλα ὁποῖα δοίη, ἐκ τοῦ παραχρῆμα ἂν ἐστρατεύετο. [Pariter pro στρατεία dictum De rep. Laced. 13, 1 : Ἐπὶ φρουρᾶς τρέφει ἡ πόλις (Sparta) βασιλέα καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ· et § 11 : Βασιλεῖ οὐδὲν ἄλλο ἔργων καταλείπεται ἐπὶ φρουρᾶς ἢ κτλ. Similiter Demosth. p. 1257, 5 : Ἐξήλθομεν εἰς Πάναχτον φρουρᾶς προγραφείσης.] Et ap. Dem. μία φρουρὰ, pro Una præsidiariorum militum cohors. Sicut vero φρουροὶ dicuntur etiam Corporis custodes, ut Stipatores, Satellites, δορυφόροι : sic etiam φρουρά. Herodian. 3, [5, 11] : Φρουρᾷ μείζονι ἔφραττεν ἑαυτὸν, Majore se custodia circummuniebat. Sic 1, [11, 15] : Πλείονί τε περὶ αὐτὸν ἐχρῆτο φρουρᾷ, Majore se custodia muniebat. Itidem Appian. B. C. 3 : Φρουρὰν περιστήσασθαι περὶ σῶμα, Custodiam corpori circumdare. Et φρουρὰ νυκτερινὴ, Excubiæ, Excubitores. Herodian. 3, [11, 12] : Ἅτε τὴν νυκτερινὴν φρουρὰν ἐκ περιόδου ἐγκεχειρισμένος, Ut cui nocturnæ excubiæ in orbem recurrentes cessissent, Bud.; Redeunte vice nocturnæ custodiæ, Polit. [Eurip. Rhes. 5 : Οἳ τετράμοιρον νυκτὸς φρουρὰν πάσης στρατιᾶς προκάθηνται. Recte nunc ex libris melioribus et schol. φυλακήν.] || Custodia, Præsidium, de ipso loco, aut statione. Plut. De fort. Rom. [p. 325, B] : Λαθόντες οὐ μόνον τοὺς φύλακας, ἀλλὰ καὶ τοὺς συνεργοὺς καὶ τοὺς προκοίτους τῆς φρουρᾶς κύνας ὕπνῳ κρατηθέντας. Philostr. Ep. 60 : Τί δὲ τὴν φρουρὰν ἐξελίπετε; Cur stationem et custodiam deseruistis? [Plato Critiæ p. 117, C : Τοῖς πιστοτέροις διετέτακτο ἡ φρ. Lucian. De luctu c. 4 : Αἰακὸς τὴν φρ. (τῆς πύλης) ἐπιτετραμμένος.] || Custodia, h. e. Carcer. [Lucian. Asin. c. 22 : Τὴν παῖδα ἐν φρ. ἔχειν.] Herodian. 3, [2, 7] : Συλλαβὼν εἶχεν ἐν φρουρᾷ, In custodia habebat : alibi, Διὰ φρουρᾶς ἔσχε, In custodia habuit, Custodiendos dedit. Et metaph. Plato [Phædon. p. 62, B] : Ὡς ἔν τινι φρουρᾷ ἐσμὲν οἱ ἄνθρωποι, καὶ οὐ δεῖ δὴ ἑαυτὸν ἐκ ταύτης λύειν, οὐδ' ἀποδιδράσκειν. Quæ sic Cic. : Nec tamen illa vincula carceris ruperit, leges enim vetant, sed tanquam a magistratu aut ab aliqua potestate legitima, sic a Deo evocatus atque emissus exierit. [Plato Gorg. p. 525, A : Ταύτην ἀπέπεμψεν εὐθὺ τῆς φρουρᾶς οἷ μέλλει ἐλθοῦσα ἀνατλῆναι τὰ προσήκοντα πάθη. || Φρουρὰ inter nomina canibus imponenda est ap. Xenoph. Cyneg. 7, 5.]

[Φρουραῖοι, Dies sollennes apud Judæos. Joseph. A. J. 11, 6, 13. Hase.]

[Φρούραισον, τὸ, Phruræsum, mons Mauritaniæ. Ptolem. 4, 2, p. 256, 6.]

Φρουραρχέω, Præsidiariis militibus præsum, præfectus sum, Custodum et præsidiariorum princeps sum. [Plut. V. Dion. c. 11. Figurate Greg. Nyss. t. 3, p. 263, D, φρουραρχείτω τὴν σάρκα σωφροσύνη. Hase.]

Φρουράρχης, sive Φρούραρχος, ὁ, Qui præsidiariis militibus præest, Præsidiariæ cohortis præfectus. Quibus qui subsunt, φρουροὶ dicuntur, vel φρουρά. Utriusque exemplum e Xen. habebis in Φρουρὸς infra. [Antiquior Atticisque magis probata omnium hujusmodi compositorum forma est declinationis secundæ. Xenophonti Cyrop. 5, 3, 11, ubi olim φρουράρχῃ, nunc φρουράρχῳ restitutum ex libris.] Alii interpr. Præsidiariorum s. Custodum princeps, alii etiam Castelli præfectus. A Plut. dicitur ἄρχων φρουρίου. [Φρούραρχος Plato Leg. 6, p. 760, D; 8, p. 843, D, Xen. Cyrop. 5, 3, 11; 7, 5, 34, Polyb. 22, 25, 1, Diodor. 20, 45, Heliodor. 2, 24, Polyæn. 2, 4, 3; 19, 1. G. D. Dionys. Halic. ap. Car. Müller. Fragm. hist. gr. vol. 2, p. xlj, 14. Zosim. Hist. p. 253, 17 Reitem. Greg. Naz. t. 1, p. 389, A, χρήμασι τὸν φρ. ὑποσπάσαντες. Inscr. Att. C. I. vol. 1, p. 110, n. 73, 6, ubi scriptum [φ]ρόραρχον. Peyron. Pap. gr. mus. Taur. part. 2, p. 2, 40, μεταπεμψάμενοι δι' Ἀντιφάνου φρ. Pap. Lugd. ap. Reuvens. *Lettres à M. Letronne* 3, p. 38, 2, τῷ φρουράρχῳ. De horum φρουράρχων officio Franz. Diss. de administr. Ægypti Macedonica p. 4. Hase. Φρουράρχης ap. Themist. Or. 10, p. 136, B. « It. ap. Theophyl. Simoc. Hist. p. 179, 13 Bonn. » Hase.]

[Φρουραρχία, ἡ, Præfectura præsidiorum. Xen. Mem. 4, 4, 17. Restitutum Plut. V. Phocion. c. 31, ubi libri φυλαρχία.]

[Φρουραρχίδας, ὁ, Phrurarchidas, Laco. Pausan. 9, 13, 5.]

[Φρούραρχος. V. Φρουράρχης.]

[Φρούραρχος, ὁ, Phrurarchus, Athenienis. Inscr. 165, 49, ap. Bœckh. vol. 1, p. 294.]

[Φρουρεντανοὶ, οἱ, Frurentani, gens Italica. Steph. Byz. ex Artemidori Geographicis.]

Φρουρέω, In præsidio sum, Præsidio meo tutor, Custodio. [Hesych. : Φρουρεῖ, φυλάττει. Herodot. 2,

30 : Ἐν Ἐλεφαντίνῃ Πέρσαι φρουρέουσι. Φρ. παρὰ λίμνην 4, 133.] Thuc. 2, [83]: Αἳ ἐφρούρουν ἐν Ναυπάκτῳ, Quæ in præsidio erant apud Naupactum, ubi neutrum est. [Quod περὶ Ναύπακτον dixit ib. 80. Φουρῆσαι ἐν Ναυπάκτῳ inter proverbia rettulit Zenob. 6, 33, Theopompi narratione quadam de Philippo usus. Aliud prov. explicatur ib. 32, φρουρεῖν ἢ πλουτεῖν. Utrumque repetivit Suidas. Φρουρεῖν ἐν τοῖς φρουρίοις Xenoph. De vectig. 4, 52. Improprie de scorpio Soph. fr. 35 : Ἐν παντὶ γάρ τοι σκορπίος φρουρεῖ λίθῳ.] Alibi potius activum, ac interdum cum accus. construitur, interdum absolute ponitur. [Thucyd. 3, 17 : Φρ. τὴν Ποτίδαιαν. Plato Rep. 4, p. 420, A : Ἐπίκουροι μισθωτοὶ ἐν τῇ πόλει φαίνονται καθῆσθαι ... φρουροῦντες. Xen. Cyrop. 1, 2, 12 : Ἤν τι φρουρῆσαι δεήσῃ. Polyb. 17, 4, 6 : Οὐ τοὺς φρουροῦντας τὴν πόλιν, ἀλλὰ τοὺς παραφυλάττοντας.] Herodian. 3, [6, 23]: Φρουρήσοντα τῆς Ἰταλίας τὰς εἰσβολὰς, Qui aditus Italiæ obsiderent et præsidio suo tenerent. Id. 7, [12, 3]: Ὡς τὴν πόλιν φρουροῖέν τε καὶ προασπίζοιεν αὐτῆς, Ad urbis custodiam tutelamque relicti. Id. 7, [11, 12]: Ἐφρούρουν τὸ τεῖχος τοῦ στρατοπέδου, Castrorum mœnia defensabant. Id. 7, [3, 14]: Τοὺς νεὼς φρουρεῖν, Templa tueri. Id. 6, [1, 11]: Πανταχόθεν ἐφρούρει τὴν αὐλὴν, Undique servabat aulam. [Dicitur autem non solum de militibus, sed etiam de aliis custodibus. Æsch. Eum. 924 : Ξὺν προσπόλοισιν αἵτε φρουροῦσιν βρέτας τοὐμὸν δικαίως· Prom. 31 : Ἀτερπῆ τήνδε φρουρήσεις πέτραν. Lucian. Tyrannic. c. 15 : Τὰ φρουροῦντα καὶ συνέχοντα τὴν τυραννίδα. Demosth. p. 682 extr.: Ἐφρούρει Χαρίδημον ἡ πόλις· ubi de urbe loquitur ut de satellitibus regem custodientibus. Id. p. 690, 22 : Χαρίδημον εἰ χρὴ φρουρεῖν βουλεύεται.] Metaph. autem Synes. Ep. 122 : Τῶν στρατιωτῶν καταδεδυκότων ἐν χηραμοῖς ὀρῶν, καὶ ἀξιούντων τὸ αἷμα φρουρεῖν, pro Vitam conservare. [Soph. OEd. T. 1479 : Καί σε τῆσδε τῆς ὁδοῦ δαίμων ἄμεινον ἢ 'μὲ φρουρήσας τύχοι· El. 1402 : Φρουρήσουσ', ὅπως Αἴγισθος ... μὴ λάθῃ μολὼν ἔσω· Phil. 51 : Τὸ σὸν φρουρεῖν ὄμμα, Vultum tuum observare, ut exsequar quæ significaveris. El. 74 : Σοὶ δ' ἤδη τὸ σὸν μελέσθω βάντι φρουρῆσαι χρέος, i. e. Tuo officio fungi. Φρουρεῖν τόδ' ἦμαρ, Hunc diem observare, Eurip. Alc. 27 : Συμμέτρως δ' ἀφίκετο φρουρῶν τόδ' ἦμαρ. Στόμα εὔφημον φρουρεῖν, i. e. Silentium tenere, id. Ion. 98. Hinc interdum Cavendi signif. habet. Eurip. Suppl. 900 : Ἐφρούρει μηδὲν ἐξαμαρτάνειν. Quod forma media expressit Andr. 1136 : Φρουρουμένου βέλεμνα παιδός.] Pass. Φρουρεῖσθαι, Præsidiis muniri. [Herodot. 7, 203 : Ἡ θάλασσα ὑπ' Ἀθηναίων φρουρεομένη.] Thuc. 1, [107] de Geranea promontorio : Ἐφρουρεῖτο ἀεὶ ὑπὸ Ἀθηναίων, Perpetuis præsidiis Athenienses tuebantur. [Diodor. 18, 10 : Τὰς φρουρουμένας πόλεις ἐλευθερῶσαι· 20, 23 : Εἰσβολὴ φρουρουμένη ξυλίνοις ἐρύμασι.] Herodian. 8, [5, 11]: Ἵν' αἰγιαλοί τε πάντες καὶ λιμένες φρουρῶνται. Idem 8, [3, 1]: Φρουρουμένη καὶ κεκλεισμένη γενναίως ἡ πόλις, Præsidiis probe munita. [Custodior, Plato Rep. 9, p. 579, B : Κύκλῳ φρουρούμενος ὑπὸ πάντων πολεμίων. Soph. OEd. C. 1013 : Οἵων ὑπ' ἀνδρῶν ἥδε φρουρεῖται πόλις, i. e. Regitur. Eurip. Suppl. 1041 : Χρόνον τὸν πρόσθ' ἐφρουρεῖτ' ἐν δόμοις· Hec. 995 : Ἐν δόμοισι τοῖς ἐμοῖς φρουρούμενος (χρυσός)· Ion. 1390 : Σύνδεθ', οἷσι τἄμ' ἐφρουρήθη φίλα. Fut. φρουρήσομαι signif. passiva Ion. 603 : Φρουρήσομαι ψήφοισιν. « De diligenti mulierum custodia Eurip. Iph. A. 738 : Παρθενῶσι φρουροῦνται καλῶς. Aristæn. 2, 5 : Παιδισκάριον ... ἔτι θαλαμευόμενον, ἔτι φρουρούμενον. V. Peerlcamp. ad Xenoph. Ephes. p. 115. Nicetas Eugen. 2, 61, p. 40 : Καλλιγόνη τηρουμένη μὲν ἀρρένων θεωρίας, μυχαιτάτῳ δὲ θαλάμῳ φρουρουμένη. » Jacobs.]

Φρούρημα, τὸ, Præsidium, Custodia, Id ipsum quod custoditur. Soph. Aj. [54] : Καὶ πρός τε ποίμνας ἐκτρέπω ξύμμικτά τε λείας ἄδαστα βουκόλων φρουρήματα, ubi β. φρ. accipere possumus vel pro Pastoribus ipsis qui ἐφρούρουν τὰ βουκόλια, i. e. Custodibus gregis, vel potius pro ipso grege qui ἐφρουρεῖτο, h. e. a pastoribus custodiebatur. [Eur. Ion. 511 : Ἀμφὶ κρηπῖδας δόμων ... φρούρημ' ἔχουσαι· El. 798 : Λόγχας, δεσπότου φρουρήματα. De custodibus ipsis Æsch. Eum. 706 : Τοῦτο βουλευτήριον ... εὐδόντων ὕπερ ἐγρηγορὸς φρ. γῆς καθίσταμαι· Sept. 448 : Πολυφόντου βία, φερέγγυον φρ.]

[Φρούρης, δ, n. pr. in Anth. Pal. 7, 331 : Τύμβον ἐμοὶ τοῦτον γαμέτης δωρήσατο Φρούρης. Nomen depravatum esse recte statuisse videtur Brunckius. Latet haud dubie nomen Latinum desinens in *ens*, ut Κλήμης, Clemens. Proxime ad codicis lectionem accedit Φούρης, Furens. Hecker. Comment. de Anthol. p. 284.]

[Φρούρησις, εως, ἡ, Custodia, Excubiæ. Sam. 2, 5, 23, sec. cod. Coislin. Eodem modo vocem Hebraicam interpretati sunt Aquila et Symm. ib. v. 24, ubi quid legerint non liquet. Schleusn. Inscr. Myrin. C. I. [vol. 2, p. 179, n. 2155, 8, ex conj. Bœckhii : Ὑπὲρ τῆς γεγονυίας ἐπὶ τῆς Ῥωμαίων στρατείας φρ. Hase.]

[Φρουρητὴρ, ῆρος, ὁ, Custos. Manetho 4, 47.]

[Φρουρητικὸς, ἡ, ὸν, Custodiens, Custos. Dionys. Areop. p. 56, 59, 63. Cum genit. p. 193, 247, 310. Cyrill. Hieros. p. 50. Kall. Psell. schol. in Orac. mag. p. 96. Struv. Hermias In Plat. Phædr. p. 134, 141.]

[Φρουρητὸς, ἡ, ὸν, Custoditus. Epigr. Anth. Pal. 6, 230.]

[Φρουρήτωρ, ὁ, Custos. Anth. Pal. 9, 812.]

[Φρουρικὸς, ἡ, ὸν, Præsidiarius. Dio Cass. 56, 42 : Τὸ ὁπλιτικὸν τὸ φρουρικόν. Thucyd. 5, 80 : Ἀγῶνα γυμνικὸν ἔξω τοῦ φρουρίου ποιήσας, ὡς ἐξῆλθε τὸ ἄλλο φρούριον κτλ., ubi alii libri φρουρικὸν, quod probabat Dukerus.]

Φρούριον [De accentu Arcad. p. 120, 3], τὸ, Præsidium, i. q. φρουρὰ, Locus ipse aut Munitio cui præsidia imponuntur, ut Arx, Castellum. Suid. interpr. Castrum; schol. Soph. ἔρυμα, πολίχνιον. Thucyd. 7, p. 241 [c. 28] : Καὶ ἀντὶ τοῦ πόλις εἶναι φρούριον κατέστη· 8, p. 282 [c. 62] : Καθίστατο φρούριον καὶ φυλακὴν τοῦ παντὸς Ἑλλησπόντου· 2, [18] : Ἐτετείχιστο, καὶ αὐτῷ φρουρίῳ οἱ Ἀθηναῖοι ἐχρῶντο ὁπότε πόλεμος καταλάβοι, Eo utebantur propugnaculo et præsidio, quum bellum oriebatur. 3, [51] : Ἐχρῶντο δὲ αὐτῇ πύργον ἐνοικοδομήσαντες οἱ Μεγαρεῖς, φρουρίῳ· 1, [142] : Φρούριον εἰ ποιήσονται. [2, 93 : Τῷ φρ. προσέβαλον. Xenoph. Cyrop. 1, 4, 16 : Ὅπου ἦν τὰ φρούρια ... καὶ ἡ φυλακή· 2, 4, 17 : Φρ. κατασκευάσαι ὡς ἐχυρώτατα· 3, 2, 24 : Συνετείχιζον κοινὸν φρ. Lysias p. 124, 1 : Τὰ περὶ τὴν Ἀττικὴν φρ. καθεῖλον.] Dem. [p. 379, 27] : Τὰ φρούρια ἐπισκευάζειν, Præsidia s. Castella munire. Plutarch. Alex.: Ἄρχοντα φρουρίου καταστήσας. Epigr. [Polemonis Anth. Pal. 11, 38] metaph. : Ψυχῆς φρούριον ἀκρότατον, Arx summa animi. [‖ Præsidium, Homines qui locum tenent et custodiunt. Æsch. Prom. 807 : Τοιοῦτο μέν σοι τοῦτο φρ. λέγω. Eur. Or. 758 : Φρουρίοις φυλασσόμεσθα πανταχοῦ. Xenoph. Anab. 1, 4, 15 : Ἡμῖν χρήσεται εἰς φρούρια καὶ λοχαγίας. De Areopagitis Æsch. Eum. 949 : Ἦ τάδ' ἀκούετε, πόλεως φρούριον; Hesych.: Φρ., προφύλαγμα, προφυλακτήριον.]

[Φρούριον ἄκρον, τὸ, Phrurium, promontorium Cypri. Ptolem. 5, 14. ‖ Φρούριον, τὸ, nomen loci Indiæ ap. Ptolem. 7, 1.]

Φρουρὶς, ίδος, ἡ, i. q. φρουρὸς feminino : ut φρουρίδες νῆες, Naves præsidiariæ : sicut Liv. dicit Præsidiarii milites : h. e. Quæ alicui loco imponuntur ad eum custodiendum et tutandum. Thuc. 4, p. 125 [c. 13] : Προσεβοήθησαν γὰρ τῶν τε φρουρίδων τινὲς αὐτοῖς τῶν ἐκ Ναυπάκτου, καὶ Χῖαι τέσσαρες. Xenoph. Hell. 1, [3, 17] : Ναῦς συλλέξων, αἳ ἦσαν ἐν τῷ Ἑλλησπόντῳ ἄλλαι καταλελειμμέναι φρουρίδες.

[Φρουρίων, ωνος, ὁ, Phrurio, n. pr. ap. Aristæn. 1, 20.]

[Φρουροδόμος, ὁ, ἡ, Domum custodiens. Φρ. κύων Antiphanes Anth. Pal. 9, 245.]

[Φροῦροι, οἱ, Phruri, populus Scythicus. Dionys. P. 752, ubi Eustath. : Ὅτι Φροῦροι Σκυθικὸν ἔθνος βαρυτόνως, πρὸς ἀντιδιαστολὴν τοῦ φρουροί, ὅπερ ὀξυνόμενον δηλοῖ τοὺς φύλακας. Τινὲς δὲ Φρῦναι γράφουσιν ὁμωνύμως τῷ ζώῳ. Φροῦνοι ex codd. restituit Bernhard. Genitivus hujus nominis Φαυνῶν scriptus est in libris Strab. 11, p. 516, ubi Φρυνῶν scripserunt editores, quum Φρούνων potius deberent. *Phruri* Harduinus Plinio restituit H. N. 6, 20, ubi libri *Thuri*, *Thuni*, *Thyri*.]

[Φροῦρος, ὁ, Phrurus, n. pr. in inscr. ap. Bœckh.

165. De accentu Arcad. p. 70, 3 : Φροῦρος τὸ κύριον, φρουρός τὸ ἐπίθετον.]

Φρουρὸς, ὁ, quoque ab οὖρος derivatum dici potest : vel a προορᾶν, ut ex Eustath. in Οὖρος docui : facta sc. crasi, et π in φ mutato, ut in φροῦδος et φροίμιον, pro πρόοδος et προοίμιον. [Conf. Etym. M. p. 801, 8.] Est autem Φρουρὸς, Custos, Præsidiarius miles ; milites enim præsidiarii loco alicui imponuntur, ut eum custodiant, et ἐπίουροι ejus sint. Thuc. 2, [6] : Σῖτόν τε ἐσήγαγον καὶ φρουροὺς ἐγκατέλιπον. Utitur et 3, [94] et Xenoph. multis in ll., ut Cyrop. 7, [5, 12] : Φρουράρχας τε καὶ φρουροὺς εἰς ταύτας ἀνέπεμπε· 8, [6, 3] : Εἰσὶν ἡμῖν ἐν ταῖς κατεστραμμέναις πόλεσι φρουροὶ καὶ φρούραρχοι. Et, Εἰ φρουροὺς μισθοφόρους ἐπεστησάμην, sc. thesauris. [Et alibi sæpe ap. Xenoph. aliosque historicos de præsidiis in castellis, urbibus regionibusve collocatis.] Paulo ante dicit, Φύλακας αὐτοῖς ἐφιστάντα μισθοφόφους· sc. synonymως accipiens φρουροὺς et φύλακας : ubi etiam nota φρουροὺς aliis rebus præfici solere quam munitionibus et arcibus : sicut et quum Brutus ap. Plutarch. Περὶ δυσωπίας ipsam δυσωπίαν esse dicit κακὴν παιδικῆς φρουρὸν ἡλικίας. [Hesych. : Φρουρὸς, φύλαξ, σωματοφύλαξ. Sic Eurip. Ion. 22 : Κείνῳ φρουρὼ παραζεύξασα ... δισσὼ δράκοντε.] Herodian. 4, [7, 3] : Τοῦ σώματος ἑαυτοῦ φρουροὺς ποιήσασθαι, Custodes sui corporis ; et [13, 13] : Οἷς ὁ Ἀντωνῖνος ἔχαιρε, φρουροῖς τε τοῦ σώματος ἐχρῆτο· 2, [5, 10] : Φρουροὺς βασιλέως καὶ τοὺς ἔξωθεν κινδύνους ἀπείργοντας, Principis curæ custodiæque adhibitos. [Eurip. Rhes. 506 : Κτανὼν δὲ φρουροὺς καὶ παραστάτας πυλῶν ἐξῆλθεν. Ælian. V. H. 2, 14 : Φρ. καὶ φύλαξ τῆς ἐρωμένης. Distinguit Aristot. Polit. 2, 5 : Ποιεῖ τοὺς φύλακας οἷον φρουρούς.] Sed peculiariter, ut ante etiam dictum est, φρουροὶ vocantur Præsidiarii, h. e. Qui præsidiis custodiendis tutandisque imponuntur : in exercitu τάξις ἐκ διαδοχῆς ἱσταμένη πρὸ τοῦ στρατοπέδου μετὰ τῶν ὅπλων : in quos ὑποχωροῦντας gravissimæ apud Romanos constitutæ erant pœnæ, Suid. [De cane Pausan. 2, 26, 4 : Ὁ κύων ὁ τοῦ αἰπολίου φρ. Philo vol. 1. p. 335, 43 : Τὰ μὲν οὖν ἀνθρώπου κτήματα φρ. ἔχει καὶ φύλακας. Figurate Pseudo-Chrys. t. 10, p. 941, D, νυμφίος ἀφθαρσίας φρ.· t. 12, p. 1052, B, τὸν φρ. τῆς Χριστοῦ πόλεως. Anon. In transl. Greg. Naz. Actt. SS. Maii t. 2, p. 771, E, τῆς οἰκουμένης ἀσφαλεστάτους φρ. Hase.]

[Φρουσίνων, ωνος, ἡ, Frusino, urbs Latii : cujus nomen sæpe memoratum ab scriptoribus Latinis, in φορούσινον corruptum ap. Strabon. 5, p. 237, quod correxit Cluver. Ital. antiq. p. 983. Recte scriptum ap. Diodor. 20, 80.]

Φρύαγμα, τὸ, Fremitus. [Pollux 1, 216. Suidas et Etym. M. p. 801, 11 : Φρ. ἡ τῶν ἵππων καὶ ἡμιόνων διὰ μυκτήρων ἠχὴ, ἀγρίῳ φυσήματι ἐκπίπτουσα. Λέγεται δὲ καὶ ἐπὶ τῆς γελάσεως. Æsch. Sept. 245 : Ἱππικῶν φρ. et 475 : Ἱππικῶν φρ. βρόμος. Soph. El. 717.] Xenoph. De re eq. [11, 12] : Ἀθρόον δὲ τὸ φρύαγμα καὶ τὸ φύσημα τῶν ἵππων συμπαρέσοιτο. Ubi observa copulari φρύαγμα et φύσημα, sicut infra adolescenti φρυαττομένῳ videbis tribui φύσημα. Indicat autem equorum φρύαγμα et φύσημα, eorum ferociam. [Oppian. Cyneg. 2, 457 : Συὸς ἀγραύλοιο φρ.] Unde metaphorice sæpe usurpatur hoc verbale, sicut et verbum φρυάττομαι, poniturque pro Ferocia, Fastu, Insolentia. [Hesych. : Φρ., ἔπαρσις, μετεώρισμα, ὑπερηφάνεια. Meleager Anth. Pal. 12, 101 : Τὸ δ' ἐπ' ὀφρύσι κεῖνο φρ. Rufin. ibid. 5, 18 : Σοβαρὸν φρ. Τὸ φρ. αἴρειν Ælian. N. A. 7, 12. Plutarch. Vit. Pauli Æm. c. 27 : Κενὸν φρ. καὶ γαυρίαμα τῆς νίκης. Φρ. καὶ τῦφος Ælian. V. H. 9, 34, et N. A. 2, 10. Aristæn. 2, 12. De mulo Plutarch. Mor. p. 150, B : Ἀφῆκε τὸ φρ. καὶ τὸν θυμόν. Mesomedes in Brunck. Anal. vol. 2, p. 292 : Κοῦφα φρ. θνατῶν. Δουλικὸν φρ. Epictet. Diss. 4, 1, 150. Procl. Chrestom. p. 345 : Ἥδετο ὁ Ἰόβακχος πολλῷ φρ.] Bud. interpr. Fastum superciliosum, et insolentiam, afferens ex Gregor. Naz. : Τὴν ψυχὴν δὲ οἰδαίνειν κενῷ φρυάγματι. [Φρ. πρός τινα Lucian. Catapl. c. 26. G. D. Theophyl. Simoc. Hist. p. 41, 14 ; 62, 23 ; 196, 18 Bonn., ὄρη ταπεινώσας φρυάγματος. Cyrill. Scythop. Vita Cyriaci Conf. Actt. SS. Sept. t. 8, p. 152, E, καταβληθῆναι τὸ φρ. Hagiopol. *Not. des mss.* t. 16, part. 2, p. 260, 4, τὴν μὲν τῶν διφώνων σύγκρασιν φρ. καλοῦσιν, ex conj. A. J. H. Vincent qui vertit, *dissonance*. In cod. legitur φρᾶγμα, quod it. in φρύαγμα mutandum ap. Jo. Mosch. Prato spir. p. 1136, D, ubi cusum, κατέβαλόν σου τὸ φράγμα. Hase.] Ponitur et ἐπὶ γελάσεως, si Suidæ credimus.

[Φρυαγματίας, ὁ. HSt. s. v. Φρύαγμα :] Hinc adj. nomen Φρυαγματίας, quod ab eodem Bud. redditur Fastuosus, Insolens, Turgidus, afferturque ex Plut. Antonio [c. 2] : Πρὸς τὸν βίον αὐτοῦ κομπώδη καὶ φρυαγματίαν ὄντα, κενοῦ γαυριάματος καὶ φιλοτιμίας ἀνωμάλου μεστόν. Alioqui sicut φρύαγμα proprie de equo, sic et φρυαγματίας equus proprie Qui fremitum indicem ferociæ edere solet. [Propria signif. de equo fremente Hesych. : Πεδαωριστὴς, ἵππος φρ.]

[Φρυαγμὸς, ὁ, i. q. φρύαγμα. Φρ. ἵππων (nam sic pro ἱππέων correxit Wessel.) Diodor. 19, 31. Φρ. τράγων Dionys. De comp. verb. c. 16, p. 95, 2 Reisk. G. D. Athanas. t. 2, p. 454, C, φρυαγμοὺς αἱρεσιάρχων. Hase.]

[Φρυαγμοσέμνακος, ὁ, ἡ, Fastuosus, Insolens. Aristoph. Vesp. 135 : Ἔχων τρόπους φρυαγμοσεμνάκους τινάς. Nam sic ex Suida correcta est librorum scriptura ὀφρυαγμοσεμνάκους. Utramque novit schol. : Σύνθετον παρὰ τὴν ὀφρὺν καὶ (corrige ἢ ex alio scholio) φρύαγμα καὶ τὸ σεμνόν.]

[Φρυάζω. V. Φρυάσσομαι.]

Φρυακτὴς, ὁ, de equo, i. q. φρυαγματίας in propria signif., de qua dictum est in fine proxime præcedentis tmematii. Diog. L. Antisthene [6, 7] narrat illum, πομπῆς γινομένης, intuitum equum φρυακτὴν, dixisse Platoni, Ἐδόκεις μοι καὶ σὺ ἵππος ἂν εἶναι λαμπρυντής. Ubi etiam observa vocem Λαμπρυντής : quæ de equo dicta, Ostentatorem ferociæ s. alacritatis significare videtur. Ab Interprete autem redditur Præclarus. Porro existimo rariorem huic φρυακτὴς esse metaphoricum usum quam illi φρυαγματίας.

[Φρῦακτίας, ὁ, i. q. φρῦαγματίας. Const. Manass. Chron. 3708 : Βασιλεὺς Περσῶν ὁ φρ. Ib. 3409, 5461, 5946.]

[Φρύαξις, ἡ, i. q. φρύαγμα. Gregent. Tephr. Disp. p. 49, 7. Hase.]

Φρῦάττομαι, Fremo, de equo. Plutarch. Lycurgo [c. 22] : Ἵπποι φρυαττόμενοι πρὸς τοὺς ἀγῶνας. [De gallo gallinaceo Ælian. N. A. 7, 7.] Apud Athen. 13, [p. 591, F] extat et de homine dictum, sc. de Demea filio Demadis : Ὃν φρυαττόμενόν ποτε ἐπὶ τοῦ βήματος ἐπεστόμισεν Ὑπερείδης, εἰπών, Οὐ σιωπήσῃ, μειράκιον, μεῖζον τῆς μητρὸς ἔχων τὸ φύσημα ; Quod ideo dixit Hyperides, quia ex scorto genitus Demeas ille erat. Vertit autem Bud. φρυαττόμενον hoc quoque loco, Frementem, Insolentia verborum utentem. [Alciphr. 3, 27 : Σὺ δὲ φρυάττῃ, παιδισκάριον εὐτελές.] Hoc certe constat, φρυάττεσθαι metaphorice poni plerumque pro Insolescere, Magnifice se efferre, aut etiam Ferocire. [Hesych. : Φρυάσσεται, ἐπεγείρεται, μεγαλοφρονεῖ, γαυριᾷ. Φρυάττεται, ἐπαίρεται. Diodor. 4, 74 : Ἐπὶ τῷ πλήθει τῶν τέκνων μέγα φρυαττομένη.] Philo V. M. 1 : Καὶ φρυαττόμενον ὡς ἐπὶ σεμνῷ πράγματι τῷ καταγελάστῳ. Ex 2 Macc. 7, [34] : Φρυαττόμενος ἀδήλοις ἐλπίσι, pro Elatus vana spe. Suidas [et Etym. M. 801, 17] φρυάττεσθαι exp. etiam καταπλήττειν, i. e. Perterrefacere : addens, οὕτω Μένανδρος. Atque ut signif. activam passivæ huic voci tribuit, ita vicissim passivam activæ voci Φρυάττω, cujus rarum esse usum arbitror ; nam ἐφρύαξαν exp. ἐταράχθησαν, Hesych. autem, ἐκινήθησαν et ἐπάρθησαν, et συνήθησαν : quod tertium verbum mendo non caret. [« Desumptum id procul dubio ex Psalmo 2 (1), ubi est : Ἵνα τί ἐφρύαξαν ἔθνη ; » HSt. in Ms. Vindob. Eadem verba ap. Lucam Act. 4, 25. Christus pat. 2409 Dübn. : Ταῦτ' ἐφρύαξαν ἱερεῖς μάτην φθόνῳ. Med. Philo multis ll., velut vol. 1, p. 151, 21 et 297, 35, φρυαττόμενος· 550, 29, φρυαττόμενον· 541, 18 et 562, 9, φρυαττόμενοι· vol. 2, p. 128, 1, φρυαττομένη. Jo. Damasc. t. 1, p. 414, A : Τί μάτην λαλοῦντες φρυάττεσθε ; Greg. Tephr. Disp. p. 177, 19, τὰ μεγάλα ἐφρυάττετο· 49, 6, ἐφρυάξαντο. Phot. Epist. p. 117, 39, φρυαξάμενοι. Hase.]

Φρῡγανίζομαι, Cremia colligo, Virgulta arida colligo. Bud. vertit etiam Aridos frutices lego, (sub qua

interpret. observa obiter et nominis φρύγανα interpretationem, diversam ab insequentibus,) afferens ex Basil. Hom. 9 [t. 1, p. 121, B]: Ἢ οὐχ ὁρᾷς ὅτι φρυγανιζομένῳ τῷ Παύλῳ ἐνάψας ὁ ἔχις οὐδεμίαν προσετρίψατο βλάβην, διὰ τὸ πλήρη πίστεως εἶναι τὸν ἅγιον; Sed non satis Budæana illa expositio verbi φρυγανίζεσθαι huic loco convenire videtur, quum Basil. φρυγανίζεσθαι hic appellet quod Act. 28, συστρέφειν φρυγάνων πλῆθος: de quo loco dixi in Συστρέφω. Apud Historicos quidem certe videtur reddi posse Lignari, sicut verbale φρυγανισμός. [Anon. Comm. de SS. Petro et Paulo Actt. SS. Junii t. 5, p. 421, C, φρυγανιζομένου τοῦ Παύλου. Greg. Nyss. t. 1, p. 439, A, εἰ φρυγανιζόμενός τις ἑάλω, Sarmentum colligens; et ib. p. 441, D, de voluptario, τὰς τοῦ πυρὸς ὕλας φρυγανιζόμενον. Hase. Activum φρυγανίζειν ponit Pollux 7, 142.]

[Φρυγανικόν, τό.] Φρυγανικά, τά, Virgulta minus virentia, Bud. ex Theophr. C. Pl. 3, [7, 11] de olea et punica et myrto: Πυκνότατα δέ ἐστι καὶ λεπτότατα, καὶ ταχὺ παραυαινόμενα· διὸ καὶ φρυγανικώτατα πάντων τῇ προσόψει. In VV. LL. φρυγανικά, Virgulta cito arescentia, et igni accommodata, Suffrutices, ex Gaza ap. Theophr. H. Pl. 3. [1, 3, 6: Τοῖς φρ. καὶ ποιώδεσιν. Et 6, 6, 2. Vid. Schneid. vol. 5, p. 2.] Ceterum quod ad illam primam interpr. attinet, qua φρυγανικὰ significare dicitur Virgulta minus virentia, non dubium est quin et substantivo φρύγανα itidem convenire possit; ideoque melius, ut opinor, φρυγανικὰ eod. modo interpretabimur quo φρυγανοειδῆ s. φρυγανώδη. [Φρυγανικὴ οὐσία ap. Theophr. H. Pl. 6, 1, 1. Schneid. Basil. t. 1, p. 57, D; 627, B; t. 2, p. 144, A, τοῦ σινάπεως, ὃ μικρότατον ὂν τῶν φρ. σπερμάτων. Greg. Nyss. t. 1, p. 126, D, ἤ τι τῶν φρ. βλαστημάτων ἐγένετο. Hase.]

Φρυγάνιον, τό, dimin. forma, Parvum virgultum aridum. Apud Diosc. [3, 105] Ruell. vertit Exiguus frutex: Ἄλυσον, φρυγάνιόν ἐστιν ὑπότραχυ.

Φυγὴ, ἡ, Fuga, Effugium, Vitatio. Hom. Od. K, [117]: Οἱ δὲ δύ' ἀΐξαντε φυγῇ ἐπὶ νῆας ἱκέσθην. [Ib. X, 306: Οὐδέ τις ἀλκὴ γίνεται οὐδὲ φυγή. Quæ duo sola sunt exx. Homerica. Tanto frequentius apud poetas prosæque orationis scriptores post Homerum, ut Æsch. Pers. 481: Οὐκ εὔκοσμον αἴρονται φυγὴν, ut ap. Eur. Rhes. 54. Eum. 604: Ζῶσαν ἤλαυνες φυγῇ· Sept. 191: Πολίταις τάσδε διαδρόμους φυγὰς θεῖσαι. Soph. OEd. T. 468: Φυγᾷ πόδα νωμᾶν. Eurip. Bach. 437: Οὐδ' ὑπέσπασε φυγῇ πόδα· Iph. T. 324: Φυγῇ λεπαίας ἐξεπίμπλαμεν νάπας. Addito ποδὶ Or. 1468: Φυγᾷ δὲ ποδὶ τὸ χρυσοσάνδαλον ἴχνος ἔφερεν, ut El. 218: Φυγῇ ... φῶτας κακούργους ἐξαλύξωμεν ποδί.] Apud Thucydidem autem φυγῇ ὁρμᾷν, ubi scribit, Φυγῇ ὥρμησαν ἐς τὴν θάλασσαν. Dicitur vero et εἰς φυγὴν ὁρμᾷν, item εἰς φυγὴν καθίστασθαι, In fugam se dare, In fugam verti [Eurip. Rhes. 143: Ἐς φυγὴν ὁρμώμενοι] : sed ὁρμᾷν Impetus signif. addit. [Diodor. 20, 12: Πρὸς φυγὴν ὥρμησαν.] Verbum autem illud καθίστασθαι usurpatur et in alia orationis forma, veluti quum dicitur a Thuc.: Φυγὴ καθεστήκει τῶν πάντων, de iis qui fugati erant. Ab Eodem dicitur et φυγὴν ποιεῖσθαι pro Fugere: Latine quoque ad verbum, Fugam facere. [Plato Leg. 5, p. 737, A: Ὅπη ποτ' ἂν ἐποιούμεθα αὐτῆς τὴν φ.] At φυγὴν ποιεῖν τοῖς πολεμίοις e Xenoph. Cyrop. [1, 4, 22], pro Facere ut hostes fugiant, Hostes in fugam vertere. [Φυγὴν φεύγειν Leg. 4, p. 706, C: Φεύγουσι δή τινας οὐκ αἰσχρὰς φυγάς. Et φυγῇ φ., de quo Lobeck. Paral. p. 524: «Φυγῇ φεύγειν persæpe legitur, sed nunquam sic ut simplex φεύγειν de victis militibus, sed per translationem, fugientium modo, i. e. omni contentione aliquid defugere atque abhorrere, φυγῇ φεύγειν τὸ γῆρας Plato Symp. p. 195, B, φυγῇ φεύγει τὰ πράγματα Aristid. vol. 2, p. 153, τὰ ἐργαστήρια Liban. vol. 4, p. 136, ἀπὸ τῶν βιβλίων Lucian. Adv. ind. c. 16. Neque id unquam proprie dictum reperi sic ut Alexandrini usurparunt Jerem. 26, 5: Οἱ ἰσχυροὶ ἐκόπησαν καὶ φυγῇ ἔφυγον, quod genus multa apud illos reperiuntur, ἀπειλῇ ἀπειλεῖν, φθορᾷ φθαρῆναι, ἁφῇ ἁνάπτεσθαι.» Φυγῇ ἀναχωρεῖν Plato Symp. p. 221, A: Ὅτε ἀπὸ Δηλίου φυγῇ ἀνεχώρει τὸ στρατόπεδον. Lucian. Tox. c. 54: Ἀναχώρησις ἐδόκει ἡ φυγή· οὐδὲ γὰρ οἱ Ἀλανοὶ ἑτόλμων ἐπὶ πολὺ διώκειν. Quæ metaph. dicta conjungit Plutarch. Mor. p. 442, E: Αἰδοίων φυγαὶ καὶ ἀναχωρήσεις ἡσυχίαν ἀγόντων καὶ ἀτρεμούντων. Φυγαὶ καὶ διώξεις ap. Plat. Leg. 1, p. 638, A. Xenoph. Hipp. 5, 4.] Interdum autem φυγὴ, Effugium (qua signif. dicitur nonnunquam et Fuga itidem), vel Vitatio, aut Evitatio, s. Evitandi ratio. [Æsch. Suppl. 395: Γάμου δύσφρονος φυγᾷ. Soph. Ant. 364: Νόσων ἀμηχάνων φυγὰς ξυμπέφρασται. De effugio pœnæ OEd. Col. 280: Φυγὴν δέ του μήπω γενέσθαι φωτὸς ἀνοσίου.] Basil. Ad Greg. Naz.: Τούτων δὲ φυγὴ μία, ὁ χωρισμὸς ἀπὸ τοῦ κόσμου. Ex Plat. Timæo [p. 69, D] affertur in VV. LL. et pro Impedimento, Φυγὴ ἀγαθῶν ἡ λύπη. In Iisdem ex Aphthonio, Φυγὴν ἐργάζεται τῶν πραγμάτων, pro Avertit a negotiis. [|| Locus refugii, ap. Diodor. 17, 78: Καταφυγεῖν εἰς ὄρος ... ἔχον πολλὰς δυσχωρίας καὶ φυγὰς εὐθέτους τοῖς μὴ τολμῶσι κτλ., nisi καὶ καταφυγὰς scribendum. G. D.] || Φυγὴ, Exilium, ut Plutarchi liber Περὶ φυγῆς, De exilio. [Herodot. 7, 3: Φυγὴν ἐπιβαλὼν ἑωυτῷ ἐκ Λακεδαίμονος. Æsch. Ag. 1412: Νῦν μὲν δικάζεις ἐκ πόλεως φυγὴν ἐμοί· Suppl. 614: Ἄτιμον εἶναι ξὺν φυγῇ δημηλάτῳ. Soph. OEd. T. 659: Ἐμοὶ ζητῶν ὄλεθρον ἢ φυγὴν ἐκ τῆσδε γῆς. Eurip. Hipp. 37: Ἐνιαυσίαν ἔκδημον αἰνέσας φυγήν· Or. 898: Φυγῇ ζημιοῦντας. Plato Crit. p. 52, C: Ἐξῆν σοι φυγῆς τιμήσασθαι· Ep. 7, p. 338, A: Μὴ φυγὴν αὐτῷ γεγονέναι τότε, μετάστασιν δέ· Polit. p. 309, A: Θανάτοις τε ἐκβάλλει καὶ φυγαῖς. Aristoph. Eccl. 243: Ἐν ταῖς φυγαῖς μετὰ τἀνδρὸς ᾤκουν ἐν πυκνὶ, i. e. Tempore proscriptionum a triginta viris factarum. Φυγὴν καταγιγνώσκειν τινὸς Andocid. p. 14, 25, Lysias p. 143, 19.] Quidam vero ap. Cic. dicit Exilii fugam. Sed et hoc nomen Fuga sine adjectione pro exilio affertur ex ipso Cic. 3 De orat. [Active, Ejectio in fugam. Polyb. 4, 17, 4: Πολλὰς κατ' ἀλλήλων πεποιῆσθαι σφαγὰς καὶ φ. Ib. 81, 13: Πλείστοις ἐπάλαισαν ἀναδασμοῖς καὶ φυγαῖς. Schweigh. || Φυγὴ, ἡ, i. q. φυγάδες, Exules. Thucyd. 8, 64: Φυγὴ αὐτῶν ἔξω ἦν ὑπὸ τῶν Ἀθηναίων παρὰ τοῖς Πελοποννησίοις. Æschin. p. 47, 8: Τῆς τῶν Βοιωτῶν φ. Κατάγειν τὴν φ. Xenoph. Hell. 5, 2, 9. Aristid. vol. 1, p. 172: Δεξάμενοι τὴν φ. Et plur. Plato Leg. 3, p. 682, E: Τὸν συλλέξαντα τὰς τότε φυγὰς, ut libri optimi pro vulgato τοὺς τότε φυγάδας. Plutarch. V. Flamin. c. 12.]

At sequentia compp. non a φυγὴ esse videntur, sed inde formata, unde et hoc ipsum φυγὴ, sc. ab ἔφυγον : nisi quis malit a medio præterito, parum alioqui usitato.

[Φυγίνδα vitiose pro Φρυγίνδα, quod v.]

Φυγοδέμνιος, ὁ, ἡ, Fugiens torum, lectum genialem, ut eum vocat Horat. Dicitur enim de puella cœlibatus amante, et a conjugio abhorrente. A Nonno de virgine Maria. Vide et in Δέμνιον. [Ubi HSt. :] Φυγοδέμνιος, Qui stratum maritale fugit, A conjugio abhorrens. Dicitur de V. Maria ap. Nonn. [Antip. Anth. Pal. 6, 10: Διὸς φυγοδέμνιε κούρα Παλλάς.]

[Φῠγόδεμνος, ὁ, ἡ, i. q. φυγοδέμνιος. Nonn. Dion. 2, 98: Δαφναίη φ. Ἀμαδρυάς· 33, 319: Χαλκομέδην φ., et alibi.]

Φῠγοδῐκέω, Detrecto certamen et judicium, Ambagibus fugæ et strophis tergiversationum utor : cui opp. ἀντιδικεῖν Bud. ex Dem. [p. 1013, 7]: Ὡς δ' οὐκ ἀπήντων οὗτοι, ἀλλ' ἐφυγοδίκουν. Pollux [8, 26, et 81] στρεψοδικεῖν comicum, et hoc φυγοδικεῖν, synonyma quibusdam esse tradit. [Schol. Demosth. p. 580, 13: Τῶν μὴ ἐθελόντων ὑπακούειν, ἀλλὰ φυγοδικούντων. Niceph. Greg. p. 95 ed. Bonn. G. D. Canon. Apost. p. 66, A. Hase.]

[Φυγοδικία, ἡ, Tergiversatio, Gl.]

[Φυγόκοιτος, ὁ, glossator ad Joannem Geom. H. 2, v. 43, explicans vocabulum φυγόδεμνος, vel explica-

tionem explicatione cumulans. Nam et φυγόδεμνος esse glossema videtur. Boiss.]

[Φυγόλεκτρος, ὁ, ἡ, Fugiens torum. Orph. H. 31, 8.]

Φυγομᾰχέω, Fugio s. Detrecto pugnam; pro Cessim eo, Bud. ex Polyb. [3, 9, 10; 91, 10; 107, 6, al. Diodor. 17, 27; 19, 42. Appian. Syr. c. 30; Polyæn. 3, 10, 12; Dio Cass. Exc. p. 76, 3. Φ. ἐν ταῖς ἁμίλλαις Plut. V. Lycurg. c. 18. G. D. Onesand. Strateg. p. 60, 26 Cor., ἐπικεῖσθαι φυγομαχοῦσι τοῖς πολεμίοις. Hase.]

[Φυγομαχία, ἡ, Detrectatio pugnæ. Theophan. continuat. p. 83, D : Φ. καὶ ταυτὸν εἰπεῖν προδοσίᾳ.]

[Φυγόμαχος, ὁ, ἡ, Pugnam fugiens. Simonides ap. Stob. Flor. 118, 6 : Ὁ θάνατος ἔκιχε καὶ τὸν φ.]

[Φῠγόξενος, ὁ, ἡ, Hospites fugiens. Pind. Ol. 11, 17 : Φ. στρατόν· ubi schol. exp. μισόξενον, φυγαδεύοντα τοὺς ξένους, κακόξενον.]

[Φυγόπατρις, ὁ, ἡ, Qui patriam fugit, Exul. Greg. Naz. Or. 28, p. 483, 6. Boiss. Id. Epist. 64, p. 822, 18. Hase.]

Φῠγοπόλεμος, et Φυγοπτόλεμος, ὁ, ἡ, apud poetas, et nominatim ap. Hom. Od. Ξ, [213], Belli fugiens, detrectator. [Λειποτάκτης per φυγοπόλεμος exp. apud Suidam in cod. Paris., Φύξηλιν per φυγοπόλεμον exp. Hesych. « Φυγοπόλεμος τρόπος, Georg. Pachymer. Declam. 11, p. 227. Idem in Walzii Rhett. vol. 1, p. 590, 13. » Boiss. Schol. Hom. Il. Θ, 77 : Δόξαν ἔχουσιν ὡς οὐδείς ἐστι φυγοπολέμος. HSt. alibi :] Φυγοπτόλεμος, ὁ, ἡ, Qui bellum fugitat, bellicos strepitus ac labores refugit, Qui ὄχνῳ εἴκων Ἀνδύεται πόλεμον, ut Hom. loquitur. Od. Ξ : Οὐκ ἀποφώλιος ἦα Οὐδὲ φυγοπτόλεμος, Nec bellum fugito et pugnam detrecto.

[Φυγόπολις, ὁ, ἡ, Etym. M. p. 668, 51, et ubi genit. φυγοπόλιδος ponit p. 328, 54. Sic etiam Chœrob. In Theodos. p. 188, 28, qui etiam neutrum τὸ φυγόπολι posuit p. 183, 24; 185, 26. Forma poet. Φυγόπτολις ap. Maxim. Περὶ καταρχ. 349.]

[Φυγοπονέω, Laborem fugio. Orig. C. Cels. p. 348. Kall.]

Φυγοπονία, ἡ, Laboris s. Laborum fuga, detrectatio. Polyb. [3, 79, 4] : Φ. καὶ μαλακία τῶν Κελτῶν.

Φυγόπονος, ὁ, ἡ, Qui laborem s. labores fugit s. refugit, Laborum fugitans. A Polyb. [40, 6, 10] opponitur τῷ φερεκάκῳ.

[Φυγοπτόλεμος. V. Φυγοπόλεμος.]

[Φυγόπτολις. V. Φυγόπολις.]

[Φυγόσκειν (?), φεύγειν, Hesych.]

Φύζα [in codd. interdum φῦζα, contra regulam Arcad. p. 96, 11], ἡ, Ionice, Fuga, præsertim vero Fuga cum pavore et trepidatione. [Hoc observavit Aristarchus, de quo Apollon. in Lex. Hom. s. h. v. : Ἀρίσταρχος σεσημείωται ὅθι συνήθως φόβος ἐπὶ τῆς φυγῆς, φύζα δὲ ἐπὶ τῆς μετὰ δειλίας φυγῆς. Τὴν μετὰ δέους φυγὴν dicit schol. Il. I, 2. Per φυγὴ, φόβος, ἀθυμία, δειλία exp. Hesych.] Talis autem ut plurimum esse solet : unde Trepidam fugam sæpe dicunt Latini poetæ. Hom. [Il. Θ, 62, 366 : Ἀνάλκιδα φύζαν ἐνόρσας· 140 : Φόνον καὶ φύζαν Ἀχαιῶν δερκομένῳ· P, 381 : Ἐποσσομένῳ θάνατον καὶ φ. ἑταίρων·] Od. Ξ, [269] : Φύζαν ἐμοῖς ἑτάροισι κακὴν βάλεν· Il. I, [2] : Αὐτὰρ Ἀχαιοὺς Θεσπεσίη ἔχε φύζα, φόβου κρυόεντος ἑταίρη. [Apoll. Rh. 4, 5 : Φύζαν ἀεικελίην, ἣ κάλλιπεν ἔθνεα Κόλχων. Nicand. Ther. 402 : Φύζῃ δὲ παλιντροπέες φορέονται, ubi edd. vet. φύξῃ. Babrius Fab. 31, 16; 95, 41. Lycophr. 463 : Ἐς φύζαν τραπείς. G. D. Apollinar. Interpr. Psalm. p. 115, 34, ἐμῆς φύζης ἐλατῆρος. Hase.]

Φυζαλέος, α, ον [apud Antistium Anth. Pal. 6, 237 : Ὠμηστὰν δ' ἔτραπε φυζαλέον], item Φυζακινὸς, ὴ, ὸν, Pavidus, Timidus : ut φυζακιναὶ ἔλαφοι [Hom. Il. N, 102]. Vide Etym. [M. p. 801, 45, ubi ἀπὸ τοῦ φύζα derivatur φυζεινὸς καὶ πλεονασμῷ τοῦ ακ φυζακινός], Suid., Hesych. [qui φυζακινὸς et φυζακινὴ per δειλὸς et δειλὴ exp.] et Eustath. [p. 731, 29; 922, 47; 1643, 4.] At VV. LL. φυζακινὸς duobus modis depravarunt, in φυζανικὸς et in φυζακικός : in quibus exp. etiam Fugax. [Mira corruptela ap. Hesych. : Φαζακηνίαις· δειλίαις.] Apud Hesych. legitur etiam Φύζηλος, quod exponitur itidem δειλὸς, Timidus. [Hoc, non suspectum Lobeckio Pathol. Prol. p. 109, simile est adjectivo Φύξηλις, quod pariter per δειλὸς exp. Hesych.] Apud Eundem habetur verb Φυζάναι, quod exp. φυγεῖν, Fugere. Item δειλιάσαι.

Φυζικὸς, Fugitivus. Φύζιμος, Fugiendus. Φύζινος, Timidus, Meticulosus. Φύζιον, Refugium, Asylum. Φύζις, Fuga. Hæc in VV. LL. absque auctore. [Corrupta, ut videtur, ex φύξιος, φύξιμος, φῦξιον, φύξις. Similiter φυζίπολις ex Oppiano (?) scriptum affertur pro φυξίπολις.]

[Φύζω. HSt. post verba s. v. Φυζαλέος posita :] Apud Eustath. autem [p. 1643, 2] legimus Ionice (sed dicit οἱ νεώτεροι Ἴωνες), Φύζω dici pro φύγω, unde præt. Πέφυζα itidem pro πέφυγα. A quo est particip. πεφυζότες ap. Hom. Sed addit, dicturum etiam quempiam, ex πεφυγηκότες factum esse, quod sit a φυγῶ, φυγήσω. Il. Φ, init. [6] : Τῇ ῥ' οἵγε προχέοντο πεφυζότες, ubi [schol. et] idem granm. dicit videri per syncopen esse factum, hoc modo, Φυζῶ [Perispomenon φυζῶ ponit etiam Arcad. p. 157, 19], φυζήσω, πεφύζηκα, πεφυζηκώς : intelligens sc. ex hoc esse πεφυζὼς per sync. Legitur vero illud πεφυζότες [ibid. 528 : Ὑπ' αὐτοῦ Τρῶες ἄφαρ κλονέοντο πεφυζότες·] et X, 1 : Εἰσόκε ἔλθωσι προτὶ ἄστυ πεφυζότες. Per μετὰ δέους φεύγοντες exp. Hesych. [ap.] Apoll. Arg. 2, [1083] : Πεφυζότες ἠερέθοντο. [Nicander Ther. 128 : Δάγμα πεφυζὼς περκνὸς ἔχις. Aor. pass. ib. 825 : Ἁλιῆας εἰς ἅλα φυζηθέντας, Piscatores in mare fugientes. Obscura Hesychii gl. Φύξαι, φύξειν φυγεῖν, quam Lobeck. Rhemat. p. 81 sic corrigit : Φύξαι φύξιν· φυγεῖν.]

Φυὴ, ἡ, Natura [Hesych. : Φυὴ, φύσις σώματος, ἡλικία. Φυῆς, φύσεως· καὶ ἡ τοῦ σώματος ὑπόστασις. Φυαῖς, φύσεσι. Est voc. frequens apud Epicos et Lyricos, perraro, ut videtur, in tragœdia usurpatum, ex qua unum novimus exemplum Eurip. El. 461 : Φυὰν Γοργόνος ἴσχειν, rarius etiam in prosa], ut in hoc dicto, quod ex Pind. [Ol. 2, 154] affertur, Σοφὸς ὁ πολλὰ εἰδὼς φυᾷ. [Ib. 9, 152 : Τὸ δὲ φυᾷ κράτιστον ἅπαν· Nem. 7, 79 : Φυᾷ δ' ἕκαστος διαφέρομεν. Et in periphrasi Pyth. 4, 419 : Ἐμβάλλων ἐριπλεύρῳ φυᾷ κέντρον, quod schol. exp. : Τῇ μεγαλοπλεύρῳ φύσει τῶν ταύρων. I. q. ἡλικία, ut Hesych. et schol. exp., Ol. 1, 109 : Πρὸς εὐάνθεμον δ' ὅτε φυὰν λάχναι νιν μέλαν γένειον ἔρεφον. Suidas : Φυήν· βλάστησιν, αὔξησιν ἡλικίας. Sic etiam Etym. M. p. 801, 50, ubi cod. Voss. addit : Σημαίνει καὶ τὴν εὐφυΐαν.] Est enim φυᾷ dat. Doricus a nomin. itidem Dorico Φυὰ, pro φυή. Hanc autem nominis φυὴ signif. sequuntur quædam compp., ut postea videbis. Apud Hom. tamen est potius Habitus oris, aut Indoles, ut quidem vulgo redditur. Il. [Γ, 208 : Ἀμφοτέρων δὲ φυὴν ἐδάην καὶ μήδεα πυκνά·] B, [58] : Μάλιστα δὲ Νέστορι δίῳ Εἶδός τε, μέγεθός τε, φυήν τ' ἄγχιστα ἐῴκει. [Conf. Od. Z, 152.] Ubi Eustath. scribit, quosdam per φυὴν intellexisse τὸ ἐξ εἴδους τε καὶ ψυχῆς ἀγαθὸν, quod ab aliis φύσις et ἦθος appellatur. Quibus addit, duplicem esse φυήν : unam enim circa res externas versari, ut quum dicit id. poeta Il. A, [115] de Briseide : Ἐπεὶ οὐ ἔθεν ἐστὶ χερείων Οὐ δέμας, οὐδὲ φυὴν, οὔτ' ἄρ φρένας, οὔτε τι ἔργα. [Et Od. E, 212, H, 210.] Et esse quandam δεξιότητα corporis, adeo ut hujus nominis φυὴ et nominis κάλλος signiff. eodem spectent. Darique φυῇ isti φύσεως etiam appellationem in tragœdia. A φυὴ autem usum istum habente vocari πρόσωπον εὐφυὲς, et μηροὺς εὐφυεῖς. Hanc φυὴν denique alio nomine dici εἶδος, ut in hoc versu, Οὐκ ἄρα σοί γ' ἐπὶ εἴδεϊ καὶ φρένες ἦσαν. Item in hoc senario, qui est Euripideus [Æoli fragm. 3], si bene memini : Πρῶτον μὲν εἶδος ἄξιον τυραννίδος. Quibus subjungit, talem esse τὴν κατὰ σῶμα φυήν : de qua dictum esse et hoc [Od. Θ, 134], Φυήν γε μὲν οὐ κακός ἐστι. Hæc ille : sed ei, quod scribit, φυὴν et εἶδος de re eadem dici, vel ille ipse, in quem hæc annotat locus, opponi posse videtur; si enim εἶδος et φυὴ significatione inter se non differrent, cur ibi Hom. εἶδός τε μέγεθός τε φυήν τε dixisset? Hunc saltem locum debuisse ab illo excipi, non immerito fortasse quispiam dixerit. Sed quod de hoc dictum fuerit, idem profecto de aliis quoque merito dicetur : de aliis inquam, ubi itidem non contentus altero horum, utrumque ponit. Quid igitur φυὴ significat? Mihi certe nullæ aliorum interprr. usquequaque satisfaciunt : quibus φυὴν esse volunt vel Indolem, vel Speciem, vel Venustatem et gratiam, s.

Gratiam quandam venustatis comitem : multo autem minus Staturam, et Statum, quæ habentur in VV. LL. Sed existimo φυὴν aptius reddi posse Habitum oris; quamvis enim habitum oris et speciem oris magnam inter se affinitatem habere fatear, sic tamen censeo, proprie habitum oris magis referri ad id, quod nostrate sermone appellamus *La contenance*, sive potius *Le maintien*, *Le port;* at speciem oris, ad id quod dicimus *Le traict de visage*. Dicunt et Habitum interdum sine illius gen. adjectione, ut Habitum virginalem dixit Cic. : quod φυὴν παρθενικὴν reddi posse existimem, si modo in prosa uti nomine φυὴ liceat, poetico alioqui potius quam oratorio. Nec vero illam interpret., qua φυὴ redditur Indoles, rejicio; sed plerisque ll. non perinde convenire puto : ut certe pro Habitu virginali haud scio an itidem Indolem virginalem Cic. dicere potuisset. Hoc addo, quamvis aliquot in locis Hom. εἶδος et φυὴν conjungat, alterutro non contentus, inveniri tamen alicubi apud eum φυὴν et εἶδος aperte pro eodem posita, sc. pro Specie oris, s. Forma : forma inquam, ea signif. qua cum adjectione usurpatur. Legitur porro nomen hoc φυὴ et ap. Hesiod. [Op. 128], ubi de argenteo hominum genere canit, Χρυσέῳ οὔτε φυὴν ἐναλίγκιον, οὔτε νόημα, ubi φυὴν quidam interpr. Indolem, nonnulli Naturam : de qua signif. dictum et supra fuit. Ego malim Speciem oris, aut etiam Staturam. Cui interpretationi assentitur Tzetzes, utpote exponens τὸ μέγεθος et τὴν ἡλικίαν, a metaphora τῶν φυομένων δένδρων καὶ βοτανῶν, inquit. Sed simul et ad speciem oris refert, quum addit, primos illos sæculi aurei homines fuisse μεγάλους τοῖς σώμασιν, et εὐειδεῖς τὴν θέαν : at hos argenteo sæculo natos, fuisse ἥττονας τούτων ἐν ἀμφοτέροις. [Theocr. 22, 160 : Οὔτε φυῆς ἐπιδευέες οὔτε νόοιο. Mosch. 2, 9 : Φυὴν δ' ἔχον οἷα γυναῖκες· 36 : Τερπόμεναι ῥοδέῃ τε φυῇ, i. e. Rosarum germine. Oppian. Hal. 1, 639 : Οἷσί τ' ἀναίμων ἐστὶ φυὴ μελέων καὶ ἀνόστεος. Ἡ φ. τῶν δακτύλων, poeta recens apud Suidam s. v. Φυήν.] Sed ap. Lucian. Pythagoras φυὴν fabis etiam tribuit; ita enim ἐν Βίων Πράσει [c. 6] loquentem illum inducit : Καὶ ἦν ἀποδύσῃς κύαμον ἔτι χλωρὸν ἐόντα, ὄψεαι τοῖσι ἀνδρείοισι μορίοισι ἐμφερέα τὴν φυήν. Ubi vulgatæ interpretationis auctor φυὴν Naturam significare putavit, Et si fabam adhuc viridem exuas, videbis eam omnino virilibus membris similem naturam habere. Fortasse autem ideo ita reddidit, quod jam dixisset earum θαυμαστὴν εἶναι τὴν φύσιν. Ego tamen ἀνδρείοισι μορίοισι ἐμφερέα τὴν φυὴν non dubito quin potius interpretari oporteat, Virilium membrorum speciem referre, ut perinde sit ac si dixisset, ἀνδρείοις μορίοις s. αἰδοίοις ὁμοίους, quemadmodum loquitur Aristot. ap. Diog. L. Verum ita utentem nomine φυὴ induxisse Pythagoram videri possit Lucianus, jocose potius quam vere : quod tamen in dubio relinquo. Eum certe aliis vocabulis id exprimere potuisse satis constat. [Agathocles ap. Athen. 14, p. 649, F : Φύλλον τῇ φυῇ περιφερές. Aretæus p. 52, 38 : Νεφροὶ τὴν φ. ἀδενώδεες· 69, 12 : Ὁκόσα ἴκελα ἡ ἰδέη τοῦ νοσοῦντος ἴσχει τῇ τοῦ ζῴου φυῇ· 51, 37 : Χρονίη ἡ τῆς νούσου φυή. G. D. Paul. Ægin. p. 170, 1 Briau., τριχῶν φυαῖς. Tyrt. ap. Stob. Floril. tit. 51, 1, 5 : Οὐδ' εἰ Τιθωνοῖο φυὴν χαριέστερος εἴη. Athenag. p. 61, B, de corpore mortuo, μηδὲν ἔτι σώζοντος τῆς προτέρας φυῆς ἢ μορφῆς. Hase. Plurali φυαὶ, Theod. Prodr. Amaranth. p. 458. Herch. || l. q. φῦλον. Anth. Plan. 183, 7 : Καὶ μερόπων δὲ φυὴν ἐγερήραμεν.]

[Φύη, ἡ, Phya, n. pr. ap. Herodot. 1, 60 : Ἐν τῷ δήμῳ τῷ Παιανιέϊ ἦν γυνὴ τῇ οὔνομα ἦν Φύη, μέγαθος ἀπὸ τεσσέρων πηχέων ἀπολείπουσα τρεῖς δακτύλους καὶ ἄλλως εὐειδής. V. Clitodem. ap. Athen. 13, p. 609, C, Polyæn. 1, 21, Valer. Max. 1, 2.]

[Φύημα, τὸ, i. q. φῦμα. Φυημάτων vulgo ap. Hippocr. p. 1200, G, ubi nunc ex codd. recte φυμάτων. V. Littré vol. 5, p. 350. || Φύημα, κόπρος, ap. Hesych. corruptum ex φύρμα, quod v.]

[Φύκα, in gl. corrupta Hesychii. V. Φλυκτά.]

[Φῡκαρίζω, i. q. φυκόω. Schol. Oppiani Hal. 1, 127. Herodian. Epim. p. 146.]

[Φυκάριον, τὸ, Fucus. Φῦκος per φ. exponunt Hesych., Cyrillus, Zonaras, Herodian. Epimer. p. 146.]

[Φυκήν. Φύκης. V. Φυκίς.]

[Φυκία, ἡ, i. q. φῦκος. Philo in Mathem. vett. p. 85 : Σάξαντες τὰ στόματα φυκίας. Scriptura suspecta. Schneid.]

[Φυκιάδας, ὁ, Phyciadas, Pythagoreus, ap. Iambl. V. Pyth. extr.]

[Φυκίασις, ἡ, Gloss. Labb. : *Ignia*, νοτία, φυκίασις. Conf. O. Müller. ad Fest. v. *Ignia* p. 105. Osann.]

Φυκίδιον, τὸ, dimin. q. d. Phucula, i. e. Parva Phuca, ut Gaza ap. Aristot. [Anth. Pal. 5, 185.] At φυκίον hac in signif. recte scribi non puto.

[Φυκίζω, i. q. φυκόω. Herodian. Epimer. p. 146, φυκίζεσθαι, τὸ φυκαρίζεσθαι. Hase.]

Φυκιόεις, εσσα, εν, sicut et φυκώδης, Algosus, Alga abundans. Hom. [Il. Ψ, 693] : Θινὶ φυκιόεντι. Quidam interpr. Spumosa tempestate maris, ideo, ut opinor, quod mare in tempestate maxime algam suam ejiciat : unde est illud Virgilii, infra, Scopuli nequicquam et spumea circum Saxa fremunt, laterique illisa refunditur alga. Sed non video cur a simplici interpretatione discedendum sit. Hesych. φυκιόεν exp. non solum φυκία ἔχον, sed et πορφύρεον, βαθύ. [Theocr. 11, 14 : Αὐτῷ ἐπ' ἀϊόνος κατετάκετο φυκιοέσσης· 21, 10 : Φυκιόεντά τε λῆδα.]

Φυκίον, τὸ, vel Φύκιον, dimin. forma, itidem tamen pro φῦκος, Alga, ut dictum modo fuit. [Plato Rep. 10, p. 611, D : Ὄστρεά τε καὶ φυκία· ubi alii libri φύκια. Alexis ap. Athen. 3, p. 107, B : Ὄστρεια ... φυκί' ἠμφιεσμένα. Aristot. H. A. 5, 18 : Ἡ σηπία ἐντίκτει περὶ τὰ φυκία· 6, 13 : Φασὶ ... ἄνθος εἶναί τι φυσικὸν τὸ φυκίον. Theocr. 7, 58 : Εὖρον, ὃς ἔσχατα φυκία κινεῖ.] Plut. De prud. anim. [p. 980, D] : Τὰ δὲ ἐδώδιμα τῶν βρύων καὶ τῶν φυκίων ἀναλαμβάνουσαι. Ubi observa poni simul, et tamen ut diversa, βρύα et φυκία. [Julian. Epist. 46 : Οὐ φυκίοις ἐφεστὼς καὶ βρύοις.] At Hesych. φυκία exp. θαλάττια βρύα. [Suidas, θαλάσσια ζῶα, ἢ ὁ ἀφρὸς, ἢ βρύα· et in alia gl. (Φῦκος), λέγεται δὲ καὶ φυκία τὰ βρύα, addito loco Anth. Pal. 6, 24 : Πολλὰ ... φυκί' ἀπ' εὐόρμων εἵλκυσεν αἰγιαλῶν. Clem. Alex. p. 71 : Περιπεφυκότες τῷ κόσμῳ οἷα φύκιά τινα ἐνάλοις πέτραις. Etym. M. p. 801, 55 : Φυκία· θαλάσσια ζῷα, ἢ ὁ ἀφρός· παρὰ τὸ φύω. Λέγεται δὲ καὶ τὰ βρύα φυκία καὶ φυκίς. Sed nec φυκὶς pro φυκίον aut φῦκος dicitur, nec φυκία sunt ζῷα, quod qui posuit fortasse de purpura cogitavit. Invertit Zonaras p. 1832 : Φύκια, τὰ βρύα, ἢ θαλάσσης ζῷα· ubi interpretationem alteram Tittmann. parum probabiliter ad φυκὶς refert.] Sed et pro Fuco quo utuntur mulieres, cum apud alios, tum ap. Lucian. [De hist. conscr. c. 8] conjungentem φύκιον et ψιμύθιον. Item ap. Philostr. Ep. 39 : Καὶ εἶτι κομμωτικῆς φάρμακον, καὶ εἶτι ἐκ φυκίου δολερὸν ἄνθος· paulo post, Τὸ δὲ φυκίον καὶ ὁ κηρὸς, Θαΐδος καὶ Λαΐδος φάρμακα. [Themist. Or. 13, p. 167, D : Φυκίων καὶ ἀγχούσης καὶ ἐντριμμάτων· 27, p. 336, C : Κομμοῦντες τοὺς λόγους οἷον φυκίῳ.]

[Φυκιοφάγος. V. Φυκοφάγος.]

[Φυκιοφόρος, ὁ, ἡ, Algam ferens. Φ. ἀκτὴ Xenocr. De aquat. c. 29. Angl. Oribas. t. 1, p. 151, 2 Daremb. Hase.]

[Φυκιοχαίτης, ἡ, Algosam comam habens. Per ψαφαροχαίτης exp. Hesych.]

[Φυκιόω. V. Φυκόω.]

Φῦκις, ίδος, ἡ, piscis, appellata Phuca a Gaza ap. Aristot. H. A. 8, [2. Et τῶν μικρῶν φυκίδων 6, 13. Plin. 9, 26. Plutarch. Mor. p. 981, F.] Ex Athen. autem affertur non solum Φυκὶς [Legitur in fragmentis Comicorum, Alexidis 3, p. 107, C, Anaxandridis 4, p. 131, D, Antiphanis 7, p. 295, F, et aliorum alibi. Babr. 6, 8], sed etiam Φυκὴν [in exc. ex Diphilo Siphnio 8, p. 355, C] : Ὁ φυκὴν καὶ ἡ φυκὶς, ἁπαλώτατα ἰχθύδια ὄντα, ἄβρωμα καὶ εὔφθαρτά ἐστι. [Recte, ut videtur, Schweigh. φύκης. Aristot. H. A. 6, 13 : Διαφέρει δ ἄρρην φύκης τῆς θηλείας τῷ μελάντερος εἶναι καὶ μείζους ἔχειν τὰς λεπίδας. Φυκίδας et φύκην Alexis ap. Athen. 3, p. 107, C; φύκην Apollod. 3, 12, 6; φύκας Lucian. Lexiph. c. 3. Conf. Lobeck. Pathol. Prol. p. 32, 46.] A φῦκος s. φυκίον nomen habere verisimile est, et ita vocari quod vivant in locis algosis. Convenit certe huic deductioni epithetum λιμενῆτις, quod datur τῇ φυκίδι in quodam versu, quem ex Epigr.

[Apollonidæ Anth. Pal. 6, 105] Suid. affert : Τρίγλαν ἀπ' ἀνθρακιῆς καὶ φυκίδα σοι λιμενῆτιν [λιμενῖτιν Jacobs.], Ἄρτεμι, δωρεῦμαι. [Φυκὶς ibid. 7, 702. Galen. vol. 6, p. 718, 2 et 8. Artemid. p. 165, 12 Reiff. Marcell. Sidet. 19, ἐρευθήεσσά τε φυκίς. Xenocr. ap. Oribas. t. 1, p. 124, 6, φυκίδες, quod vertit Daremb., *les boulereaux;* et Bussemak. Schol. Oppiani p. 659 conjicit esse Crenilabrum Pavonem. Hase.]

[Φῡκῖτις, ἡ, gemma quædam ad Plin. H. N. 37, 10, 66 : « *Phœnicitis* ex balani similitudine appellatur, *phycitis* algæ ».]

[Φυκιώδης, ὁ, ἡ, Algosus. Schol. Oppiani Hal. 3, 420. Wakef.]

[Φῡκογείτων, ὁ, ἡ, Algæ vicinus. Flaccus Anth. Pal. 6, 193 : Πρίηπ' αἰγιαλῖτα, φυκόγειτον.]

[Φυκόθριξ, τριχος, ὁ, ἡ, Algam comæ instar habens, Alga obsitus. Matro ap. Athen. 4, p. 135, B : Φυκότριχος πέτρης.]

Φῦκος, τὸ, Alga, non satis proprie tamen, ut postea docebo. [Fucus, Muscus, Purpurissum, addunt Gl. Hesych. : Φῦκος, τὸ προσβρασσόμενον ἀπὸ τῆς θαλάσσης τῇ γῇ, ὅπερ ἔνιοι καὶ πράσον καλοῦσι· ... ἢ βρύα, ἢ φλακτά (corrigitur φυκία ex Suida s. v. Φῦκος). Qui quod idem πράσον vocari ait, ad unam tantum speciem spectat ex pluribus, quas accurate descripsit Theophr. H. Pl. 6, 1.] Hom. Il. I, [7] : Ἄμυδις δέ τε κῦμα κελαινὸν Κορθύεται, πολλὸν δὲ παρὲξ ἅλα φῦκος ἔχευαν. [Ubi schol. rec. exp. τὸ χορτῶδες τῆς θαλάσσης ἀπόβλημα, ut Etym. M. p. 801, 52, et Suidas, apud quem ἀπόβλημα excidit.] Virg. Æn. 7 : Scopuli nequicquam et spumea circum Saxa fremunt, laterique illisa refunditur alga. Tradit autem ibi Eustath. φῦκος esse εἶδος τι μνίου καὶ βρύου. Plut. in libro quem Περὶ ἀοργησίας inscripsit [p. 456, C] : Τὴν μὲν γὰρ θάλασσαν, ὅταν ἐκταραχθεῖσα τοῖς πνεύμασι τὰ βρύα καὶ τὸ φῦκος ἀναβάλλῃ, καθαίρεσθαι λέγουσιν, ubi quemadmodum βρύα et φῦκος jungi vides, ita φυκίων et βρύων ab Eodem copulari, docui in Φυκίον. Dioscoridi 4, 100, φῦκος θαλάσσιον aliud est πλατὺ, aliud ὑπόμηκες et φοινίσσον, aliud λευκόν. Unde Plin. 26, 10 : Præcipue vero liberat eo malo φῦκος θαλάσσιον, i. e. fucus marinus, lactucæ similis : qui conchyliis substernitur : non podagræ modo, sed omnibus articulorum morbis impositus, prius quam exarefiat. Tria autem genera ejus : latum, et alterum longius, quadantenus rubens : tertium crispis foliis, quo in Creta vestes tinguntur : omnia ejusdem usus. Ejus meminit et 32, 6, vocans Algam maris. Quin etiam 13, 25, scribit inter alia, Circa Cretam insulam nato in petris purpuras quoque inficiunt. [Γεραίστιον φῦκος Callim H. in Del. 198, ubi vid. Spanhem.] Sed hoc animadvertendum est isto in loco, rejici ab eo id nomen, sc. algam, quo alibi utitur; ita enim scribit, Non habet lingua alia nomen quod Græci vocant φῦκος : quoniam alga herbarum magis vocabulum intelligitur, hic autem est frutex : folia lata colore viridi gignit etc. Theophr. H. Pl. 4, 7, meminit ποντίου φύκους, quo tingi dicit non solum ταινίας, sed etiam ἔρια et ἱμάτια : esse autem hoc existimatur genus illud, quod Dioscor. vocat φοινίσσον, Plin. Quadantenus rubens. [Aristot. H. A. 6, 13 : Τοῦ Πόντου καθαιρομένου ἐπιφέρεταί τι κατὰ τὸν Ἑλλήσποντον ὃ καλοῦσι φῦκος· ἔστι δ' ὠχρὸν τοῦτο. Οἱ δέ τινές φασι τοῦτο ἄνθος εἶναί τι φυσικὸν τὸ φυκίον.] Horat. Od. 3, 5 : Nec amissos colores Lana refert medicata fuco. Ubi fucus est hoc ipsum φῦκος, si Acroni credimus, qui in Serm. 2, 2, annotat fucum esse Genus herbæ marinæ, unde lana inficitur, et affert illum ejusdem poetæ locum : nec non hunc Virgilii versum, Alba nec Assyrio fucatur lana veneno. Scimus alioqui Assyrium venenum hic alios exponere Purpuram. Sed meminisse debemus ejus, quod scribit Plin. in l. quem paulo ante protuli, sc. φύκει circa Cretam insulam nato in petris purpuras quoque inficiunt. Quo pertinet hic Catulli in Argon. versus : Tincta tegit roseo conchylis purpura fuco. [|| Antiphilus Anth. Pal. 9, 415 : Εἰσὶ δὲ λεπτὰ κάρπασα καὶ λεπτὸν φῦκος ὑπὲρ σανίδων, sensu obsceno, quem explicuit Jacobs. vol. 9, p. 37, collata quam Aristoph. Eccl. 13 dixit τὴν ἐπανθοῦσαν τρίχα.] || Radicula qua se fucant mulieres, unde Fucus Latine. Hoc nihil aliud est quam genus algæ, frutexque potius quam herba : φῦκος rubens Plinii, et Theophrasti illud φῦκος, quo infectores utuntur, et quo, ut anchusa, mulieres exalbidæ genarum colorem purpureum roseumque ementiuntur : φοινικοῦν φῦκος Nicander appellavit. Hæc ex VV. LL. Dioscorides tamen eodem illo loco, sc. 4, 100, scribit Nicandrum tradere τὸ φοινικοῦν φῦκος esse θηριακὸν, quod nonnulli putarint id esse, quo utuntur mulieres, quum illud sit radicula δμωνύμως dicta φῦκος. Utut sit, φύκει usas esse mulieres ad ementiendum ori ruborem, ex variis variorum auctorum locis constat. [Theocr. 15, 16 : Νίτρον καὶ φῦκος ἀπὸ σκανᾶς ἀγοράσδων. Alciphro 1, 33 : Εἰς τὸ φῦκός με καὶ τὸν παιδέρωτα ἔσκωπτεν.] Lucian. [Amor. c. 41] : Τὰς ἀναισχύντους παρειὰς ἐρυθαίνουσιν ἐπιχρίστοις φύκεσιν, ἵνα τὴν ὑπέρλευκον αὐτῶν καὶ πίονα χροιὰν τὸ πορφυροῦν ἄνθος ἐπιφοινίξῃ, ubi observa etiam usum pluralis numeri, nec non additum esse ἐπιχρίστοις. Pollux 5, c. 16 [§ 102] : Φύκει [τὸ πρόσωπον] πυρσαίνει, ψιμυθίῳ λευκαίνει. [Similiter Lex. rhet. in Bekk. Anecd. p. 258, 9 : Ἔχρῶντο τῷ φύκει εἰς τὰ μῆλα, ἵνα ξανθίζῃ, τῷ δὲ ψιμυθίῳ εἰς ὅλον τὸ πρόσωπον, ἵνα λευκὸν ᾖ. Φῦκος καὶ ψίμυθος Lucian. Anth. Pal. 11, 408; ψιμύθιον καὶ φῦκος Galen. Protrept. c. 10, et Lucian. Pisc. c. 12.] Sed et in lib. Sapientiæ Solom. 13, [14] dixerunt Bibl. Interprr. : Καταχρίσας μίλτῳ, καὶ φύκει ἐρυθήνας τὴν χρόαν αὐτοῦ. [Hesych. : Φύκει· εἶδος κομμωτικὸν γυναικεῖον. Apud Cyrillum : Φ. ᾧ τὰς οἰκείας ὄψεις γυναῖκες ἐρυθαίνουσι· et similiter apud Suidam et Etymol. M. p. 801, 57.] Itidem certe Fucus apud Latinos ruborem asciscit. Legimus enim et ap. Cic. De orat. 3 : His tribus figuris insidere quidam venustatis non fuco illitus sed sanguine diffusus debet color. Sed ne hoc quidem omittendum est, ap. Tibull. legi etiam, Fuco splendente comas ornare. || Φῦκος a Galeno inter Metalla quoque reponitur, itidemque ab Aetio, eum sequente. [Oribas. t. 2, p. 512, 2; 699, 4. Φῦκος Margot *Essai d'une flore de l'île de Zante* p. 103 opinatur hodie ab herbariis vocari Cystosciram crinitam, discordem, ericoïden. At τὸ πόντιον φ. Theophrasti H. Pl. 4, 6, 5 Hœfer. *Hist. de la chimie* t. 1, p. 163 conjicit esse Lichenem roccellam, *l'orseille*. Hase.]

[Φυκοῦς, οῦντος, ὁ, Phycus. Steph. Byz. : Φ., πόλις Λιβύης (ap. Strabon. 17, p. 837. Apud Hesych. s. v. Φῦκος, ἀκρωτήριον Λιβύης· et plenius s. v. Φυκοῦντα, Φυκοῦς, ἀκρωτήριον περὶ τὴν ἀρχὴν τῆς Λιβύης καὶ πολίχνιον ὁμώνυμον). Κεῖται δὲ ὁ Φυκοῦς κατὰ τὸ Ταίναρον τῆς Πελοποννήσου. Ὁ πολίτης Φυκούσιος, ἐπειδὴ καὶ Φυκουσία λίμνη. Εἰσὶ καὶ Φυκοῦσσαι νῆσοι Λιβύης. Ὀνομάζονται δὲ διὰ τὸ φύκων (hoc φύκους aut φυκίων scribendum erat, quod probabilius videtur quum φύκεων) εἶναι πλήρεις. Οἱ νησιῶται Φυκουσσαῖοι ἢ Φυκούσιοι. Athen. 1, p. 30, D : Λαγοῦσσαι νῆσοι ἀπὸ τῶν ἐν αὐταῖς λαγωῶν, καὶ ἕτεραι Φυκοῦσσαι καὶ Λαπαδοῦσσαι ἀπὸ τῶν παραπλησίων. Φυκοῦσσαι νῆσοι δύο ap. Ptolem. 4, 5, p. 290, 17.]

Φυκοφάγος, ὁ, ἡ, q. d. Algæ comestor, Qui algam comedit, alga vescitur. Piscis ap. Athen. 7, [p. 305, F], qui et κίθαρος, sacer Apollini. Hæc ex VV. LL., ubi etiam Φυκιοφάγος pro eodem, tanquam ex φυκίον posito pro φῦκος. [Φυκιοφάγοι ap. Aristot. H. A. 8, 19.]

Φῡκόω, Fuco, Fuco oblino. Et pass. Φυκόομαι, Fucor, Fuco oblinor. Plut. [Mor. p. 693, B] : Φυκούμεναι καὶ μυριζόμεναι, καὶ χρυσὸν φοροῦσαι καὶ πορφύραν. Ubi quemadmodum conjunxit φυκούμεναι et μυριζόμεναι, sic ab Eod. conjuncta videmus μυρίζεσθαι et φυκοῦσθαι in lib. De præc. connub. [p. 142, A], ubi loquitur de ea, quæ metuit γελάσαι πρὸς τὸν ἄνδρα καὶ πρᾶξαί τι, ne θρασεῖα et ἀκόλαστος esse videatur : Οὐδὲν διαφέρει τῆς, ἵνα μὴ δοκῇ μυρίζεσθαι τὴν κεφαλὴν, μηδὲ ἀλειφομένης· καὶ ἵνα μὴ δοκῇ φυκοῦσθαι τὸ πρόσωπον, μηδὲ νιπτομένης. [Diodor. 17, 45 : Διφθέραι πεφυκωμέναι, ap. Vitruv. 10, 20, Coria alga farcta.] In VV. LL. habetur non φυκόω, sed Φυκιόω, afferturque ex eod. Plutarchi libro, sed vereor ne mendose scriptum sit pro Φυκόω : alioqui esset a φυκίον. [Φυκιόω, Fuco, Gl. Tzetz. Hist. 3, 418 : Ξυρόμενος καὶ πεφυκιωμένος.]

[Φυκτεὺς, έως, ὁ, Phycteus, dux Epeorum. Schol. Pind. Ol. 11, 46 : Τὴν πόλιν καλεῖσθαί φασι Φύκτεον (codex Vratisl. Φυκτέαν) ἀπό τινος Φυκτέως, οὗ μέμνη-

ται καὶ Ἡσίοδος οὕτω « Τὴν δ' Ἀμαρυγκείδης Ἱππόστρατος ... Φυκτέως ἀγλαὸς υἱὸς, Ἐπειῶν ὄρχαμος ἀνδρῶν »· ubi Bœckh. Φυκτέος scripsit, Gœttling. vero (ad fragm. 126) Φυκτέος τ', ut ἥρπαξαν vel ἔφθειραν vel simile verbum intelligatur.]

[Φυκτὴρ vitiose pro φυλακτὴρ, quod v.]

[Φυκτὸς i. q. φευκτὸς, quod v.]

Φῡκώδης, ὁ, ἡ, Algosus, Alga abundans. [Aristot. H. A. 8, 19. Schneid. Galen. ap. Stob. Floril. tit. 101, 14, χολὴν φ., ubi tamen φυσώδη malebat Gesner. Hase.]

[Φύκωμα, τὸ, Pigmentum. Plurali Chrys. Cat. in Jerem. t. 2, p. 424, A, φ. καὶ ἐπιτρίμματα. Hase.]

[Φυλὰ, ἡ, Phyla, n. pr. servæ manumissæ in inscr. Thessal. ap. Ussing. Inscrr. gr. ined. p. 17, n. 6, 26, ἀπὸ Φυλᾶς τῆς Ἀρτέου. Hase.]

Φύλαγμα, τὸ, [Quod custodit. Εἴλαρ et ἔρυμα per φύλαγμα καὶ ἀσφάλεια (vel ἀσφάλισμα) exp. Etym. M. p. 298, 5; 378, 24, schol. Thucyd. 6, 66, ‖] Quod custoditur s. servatur, Quod datum est custodiendum. In VV. LL. Præceptum, Mandatum, sed absque auctore. Fuerit certe ab ea verbi φυλάττω signif., qua dicitur φυλάττειν τὰς ἐντολὰς, sicut φυλάττειν τὸν νόμον. [lxx Levit. 8, 35 : Φυλάξεσθε τὰ φ. κυρίου· et in eadem locutione ib. 22, 9. Num. 4, 32. Maccab. 1, 8, 26, 28, et alibi. Schleusn. Julian. Imp. Contra Christ. p. 306, B; 238, C, τοῖς μὲν γὰρ Ἑβραίοις ἐστὶ φ. μυρία. Anon. Vita Mariæ Antioch. Actt. SS. Maii t. 7, p. 55, A, φυλάττειν τὰ φ. τῶν μάγων, Instituta. Hase.]

[Φυλάδα· ἡ Ἑκάτη, gl. corrupta Hesychii ante Φῦλα posita, cui Lobeck. Aglaoph. p. 545, comparat schol. Theocr. 2, 12, ubi φύλαξ cognomen Hecatæ memoratur.]

Φῡλαδὸν, Per tribus: in VV. LL. affertur ex Hom. Il. B, [668] : Τριχθὰ δὲ ᾤχηθεν κατὰ φυλαδόν. Sed rectius scribetur καταφυλαδὸν conjunctim, ut Eust. habet: qui idem esse dicit quod alibi κατὰ φῦλα.

[Φυλάζω, In tribus partior. Plut. V. Lyc. c. 6 : Φυλὰς φυλάξαντα.]

[Φύλαιος vitiose pro Φίλαιος, quod v. Non minus vitiosum est quod apud Suidam legitur Φυλαῖος, ὁ ἐκ τῆς Φυλῆς. Nam ab nomine pagi Φυλάσιος fit, ab appellativo autem φυλὴ formatur φύλιος. G. Dind.]

[Φυλάκεια, ἡ, Fascia, Fasciola, (Amuletum). Poeta De vir. herb. 182.]

Φῠλακεῖον, τὸ, Locus in castris ubi sunt excubiæ, Statio, Præsidium, Arx: ut inquit Bud., afferens ex Polybio 5, [76, 3] : Προσαγγείλαντος δέ τινος, οἱ μὲν ἐπὶ τὸ ἱερὸν ὥρμων μετὰ σπουδῆς, οἱ δ' ἐπὶ τὰ φυλακεῖα. Ex Eod. [5, 75, 10] : Οὗτοι μὲν ἐβουλεύοντο, καλέσαντες καὶ τοὺς ἀπὸ τῶν φυλακείων ἅπαντας. Quibus et hunc l. addit, ex quo magis etiam patere vocis illius signif. potest [6, 35, 6] : Τῶν δ' εἰς τὰς φυλακὰς ἀποταχθέντων, ἀφ' ἑκάστου φυλακείου τῶν τὴν πρώτην μελλόντων τηρεῖν, εἷς ἐξ ἑκάστης σημαίας οὐραγὸς ἄγει πρὸς τὸν χιλίαρχον. [Adde ib. c. 33, 6, et 36, 7. Male φυλάκιον 10, 30, 6 : Πρὸς τὸ πρῶτον φ., ubi de statione custodis dictum est. Recte ap. Diodor. 13, 84 : Τῶν ἐν τοῖς φυλακείοις διανυκτερευόντων. De castello s. propugnaculo in fragm. ap. Suidam s. v. Φυλάκια : Ὁ δὲ κατέσχεν ἀμφότερα τὰ κατεσκευασμένα φυλάκια, πεντήκοντα πόδας διεστῶτα ἀλλήλων. ‖ Carcer, ap. Hesych. s. v. Ἑκάτη et, ubi Musurus φυλακεῖον pro φυλάκιον scripsit, s. v. Κρίσμιον.] Invenitur etiam Φυλάκια ap. Suid., quæ apud Alexandrinos esse dicit τὰ ἐκμαγεῖα τῶν γυναικείων μολυσμῶν. Non existimo autem eum dicere voluisse φυλάκια id significare, sed ea esse spectatoribus tanquam ἐκμαγεῖα quædam, etc. Fuisse porro quædam κατασκευάσματα, ex Polybii loco, quem subjungit, conjicere possumus. [Polybii locus, de quo modo diximus, nihil commune habet cum priore glossæ parte, Φυλάκια ... μολυσμῶν, quæ Damascii verba esse ex Photii Bibl. novimus p. 338, 25, ubi rectius per diphthongum scribitur φυλακεῖα.]

[Φυλακεῖς, οἱ, Phylacenses, tribus Tegeatica. Pausan. 8, 45, 1.]

[Φυλακεὺς, i. q. φύλαξ. Plur. φυλάκῆες Oppian. Cyn. 4, 295. Conf. σκύλαξ, σκυλακεύς.]

[Φυλακέω. V. Φυλακίζω.]

Φῠλᾰκὴ, ἡ, Custodia, ipsa Custodiendi actio. [Varios voc. usus una gl. complexus est Hesych., qua exp. φρουρὰ, εἱρκτὴ, τήρησις ἐντολῶν. De custodiendi actione Hom. Il. H, 371 et Σ, 299 : Φυλακῆς μνήσασθε καὶ ἐγρήγορθε ἕκαστος· K, 99 : Μὴ ... φυλακῆς ἐπὶ πάγχυ λάθωνται. Et sæpius in locutione φυλακὴν ἔχειν, ut Il. I, 1 : Τρῶες φυλακὰς ἔχον· et addito ἀμειβόμενοι 471. Hesiod. ap. schol. Eurip. Phœn. 1123 : Οὐδέ οἱ ὕπνος πῖπτεν ἐπὶ βλεφάροις, φυλακὴ δ' ἔχεν ἔμπεδον αὐτὸν, i. e. Custodia occupatus erat. Φυλακὴν ἔχειν περί τινα Herodot. 1, 39.] Unde φυλακὴν ποιεῖσθαί τινος s. ἔχειν, et διὰ φυλακῆς ἔχειν τι, s. ἐν φυλακῇ ἔχειν, pro φυλάττειν, Custodire. Sed alicubi hæc loquendi genera admittunt et paulo aliud interpretationis genus : ut φυλακὴν πόλεως ἔχειν ap. Thuc., Urbem tueri. Ex Eod. affertur φυλακὴν ἔχειν τῶν νεῶν pro Naves observare. Apud Eund. certe φυλακὴν ἔχειν est Observare, non sequente gen., sed μήτε geminato, cum gemino itidem infin. 2, [69] : Ὃς ὁρμώμενος ἐκ Ναυπάκτου, φυλακὴν εἶχε μήτ' ἐκπλεῖν ἐκ Κορίνθου καὶ τοῦ Κρισαίου κόλπου μηδένα, μήτ' ἐσπλεῖν, Observabat ne quis exiret, neu intraret. Videndum autem an itidem φυλακὴ ἔστω reddi possit Observetur, ap. Hom., utpote sequente itidem μή, Il. Θ, [521] : Φυλακὴ δέ τις ἔμπεδος ἔστω Μὴ λόχος εἰσέλθῃσι πόλιν. Alioqui φυλακὴ erit Custodia, aut etiam Excubiæ, ut Il. I, [467] φυλακὰς ἔχον redditur Excubabant. Ex Eur. [Andr. 962 : Φ. ἔχων ἔμιμνον εἴτ' αὐτοῦ μενεῖς εἴτ'... οἴκων τῶνδ' ἀπηλλάχθαι θέλεις] affertur et plur. φυλακὰς cum verbo ἔχω pro Observo. [Pariter cum εἰ Herodot. 1, 38 : Φυλακὴν ἔχων εἴ κως δυναίμην σε διακλέψαι. Φ. κατέχειν Eurip. Tro. 194 : Τὰν παρὰ προθύροις φυλακὰν κατέχουσα. Æsch. Ag. 235 : Στόματος καλλιπρῴρου φυλακὰν κατασχεῖν.] At ἐν φυλακῇ ἔχειν redditur non solum Custodire, sed et Conservare, ap. Herodot. [1, 160 : Πακτύην παραδεξάμενοι εἶχον ἐν φυλακῇ· 7, 207 : Τὸν ἰσθμὸν εἶχον ἐν φυλακῇ. Pind. Pyth. 4, 134 : Ἐν φυλακᾷ σχεθέμεν μεγάλᾳ. Theognis 439 : Τὸν ἐμὸν ἔχει νόον ἐν φυλακῇσι, τὸν δ' αὐτοῦ ἴδιον οὐδὲν ἐπιστρέφεται. Alio sensu Herodot. 3, 152 : Τὸν τῆς γλώσσης χαρακτῆρα ἔχουσι ἐν φυλακῇ, i. e. Tenent eandem sermonis formam. Διὰ φυλακῆς ἔχειν τὴν Ἰταλίαν Dio Cass. 46, 56, ut διὰ φυλακῆς ἀκριβοῦς εἶναι dixit de locis diligenter custoditis 49, 25, et sæpius διὰ φυλακῆς ποιεῖσθαι, velut 40, 53 : Τὴν ἄλλην πόλιν διὰ φ. ἐποιήσατο· 41, 15 : Τὸ Βρεντέσιον διὰ φ. ποιησάμενος. Idem ἐν φυλακῇ ποιεῖσθαι 43, 25 : Τὰ ἀναλώματα τῶν τι ἐχόντων ... ἰσχυρῶς ἐν φ. ἐποιήσατο· 48, 3 : Ἑαυτοὺς ἐν φ. ἐποιήσαντο. Themist. Or. 23, p. 295 : Ὀρρωδοῦντός μου ὑπὲρ αὐτῶν καὶ ἐν φ. ποιουμένου ὅπως ἂν μὴ θύραζε ἐκφοιτήσειαν. Quod etiam φ. ποιεῖσθαι dicitur, ut ab Herodot. 2, 154 : Φυλακὴν ἑωυτοῦ ποιεύμενος πρὸς Αἰγυπτίων· Dionys. A. R. 7, 9 : Φυλακὴν ποιούμενος αὐτῶν μή τι συστάντες μετ' ἀλλήλων βουλεύσωνται. Schol. Pind. Pyth. 4, 104, in excerpto ex Mnasea Patarensi : Φυλακὴν πλείστην ἐποιήσαντο (τῶν μελισσῶν). Φυλακὴν περιτιθέναι τοῖς χρήμασι Ælian. V. H. 4, 14.] Illud autem φυλακὴν ποιεῖσθαι sequente gen., quidam interpr. etiam Præsidium imponere, et φυλακὰς ποιεῖσθαι ap. Thucyd. pariter et Xenoph. [Anab. 6, 1, 21], Locare custodiam. Jungitur accus. φυλακὴν s. φυλακὰς et cum verbo καθίστημι, cum ap. alios, tum ap. Thuc., et tunc interpr. Præsidium impono vel præsidia. Hæc autem omnia aliaque insuper loquendi genera faciunt ut φυλακὴ non solum reddatur Custodia, Tutatio, Conservatio, Observatio, Excubatio, Excubiæ, sed etiam Præsidium. Affertur præterea ex Eur. Hec. p. 3 [82] : Ὃς Θρῄκην κατέχει ξείνου πατρίου φυλακαῖσι, pro Thraciam habitat paterno amico commendatus; sed malim hic, vocem illam retinendo, dicere, Commendatus custodiæ paterni amici, Traditus custodiæ, s. in custodiam. Aut etiam, Cujus custodia paterno amico credita est. Apud Demosth. autem, ubi φυλακὴ et πρόνοια copulantur, φυλακὴ exp. εὐλάβεια. [Sic εὐλάβεια in Definitt. Platon. p. 413, C, definitur φυλακὴ κακοῦ.] Ex Eod. φυλακὴ τῶν λῃστῶν, pro Animadversio in prædones : quæ interpret. suspecta mihi est. Ceterum quod ad pluralem φυλακαὶ attinet, sciendum est Cic. quoque plurali itidem numero usurpare Custodiæ, et quidem alia pluralia conjungentem, quæ hic observanda sunt : ut in Or. pro Marc. : Excubias

et custodias alicui polliceri. Catil. 2 : Vestra tecta custodiis vigiliisque defendite. Catil. 1 : Præsidiis, custodiis vigiliisque munire aliquem locum. Bud. e Xen. [Cyrop. 1, 6, 43] affert φυλακὰς νυκτερινὰς καὶ ἡμερινὰς καθιστάναι, pro Vigilias, et Excubias, s. Stationes : quas et προφυλακὰς ab eo vocari tradit, dicente pro eod., προφυλακὰς ποιησάμενοι, et φυλακὰς καταστησάμενοι. [Φυλακὰς καταστήσασθαι Aristoph. Av. 861 (ubi vulgo φύλακας) et Xen. Cyrop. 3, 3, 33.] Ex ejusd. Xen. Hipparch. [4, 11] affert, Φυλακαὶ κρυπταὶ καὶ φανεραὶ, pro Stationes et excubiæ. Idem hæc Arriani [Anab. 4, 13, 8] : Ὡς οὖν περιῆκεν εἰς Ἀντίπατρον ἡ νυκτερινὴ φυλακὴ, vertit, Postquam permutatis in orbem vicibus vigiliarum munus ad Antipatrum pervenit. Idem hæc Lucæ, 2, [8] : Καὶ ποιμένες ἦσαν ἐν τῇ χώρᾳ τῇ αὐτῇ ἀγραυλοῦντες, καὶ φυλάσσοντες φυλακὰς τῆς νυκτὸς ἐπὶ τὴν ποίμνην αὐτῶν, ita reddit, Et pastores erant in villa ejusdem agri manentes, et vigilias obeuntes noctu in gregem suum. Quidam interpr. Excubantes excubias, ad exprimendam, quæ in Græco sermone est, paronomasiam. [Plato Leg. 6, p. 758, D : Κοινῇ δεῖ τὰς φ. ταύτας φυλάττειν· et Xen. Anab. 2, 6, 10.] Sed et hoc considerandum est, non vacare adverbium Noctu si interpretemur Excubias, alioqui vacaturum, si dicamus Vigilias. In Græco sermone nequaquam esse otiosum gen. νυκτὸς, vel ille Xen. locus ostendit, quem paulo ante protuli, habens φυλακὰς et νυκτερινὰς et ἡμερινάς. Qui locus facit etiam ut τῆς νυκτὸς malim jungere cum φυλακὰς, et dicere φυλακὰς τῆς νυκτὸς esse φυλακὰς νυκτερινὰς, quam interpretari Noctu, De nocte. Fateor tamen consuetudini linguæ Græcæ aptius futurum fuisse, φυλάσσοντες τὰς τῆς νυκτὸς φυλακάς. Ac eundem manere sensum constat, sive νυκτὸς cum φυλακὰς jungamus, sive cum verbo φυλάσσοντες, interpretando Noctu, Nocte, De nocte. At vero singulari numero ἡ πρώτη φυλακὴ τῆς νυκτὸς, et ἡ δευτέρα, et ἡ τρίτη, et ἡ τετάρτη, ut Latine, Prima vigilia noctis, et secunda, et tertia, et quarta. Φυλακὴ, inquit Suidas, quarta pars noctis; in quatuor enim partes divisa erat. [De divisione noctis in tres vel quattuor vel quinque vigilias v. quæ ex veteribus et recentiorum scriptis collegit Vater. ad Eurip. Rhes. 4, p. 75 seqq., ubi poeta τετράμοιρον νυκτὸς φυλακήν (nam sic ex codd. correctum pro φρουράν) dixit pro τὴν τετάρτην φυλακὴν τῆς νυκτός.] Et φυλακαὶ τῆς νυκτὸς, inquit Idem, αἱ διαιρέσεις, καθ' ἃς οἱ φύλακες τὰς φυλακὰς ἀλλήλοις ἐγχειρίζουσι. Hujus autem usus nominis φυλακὴ exempla passim ap. Evangelistas habes.

|| Φυλακὴ, Custodia, i. e. Custodes qui cingunt latus principum, s. satellites, aut stipatores, Bud. ex Aristot. [Plato Protag. p. 321, D : Αἱ Διὸς φ. (Κράτος καὶ Βία) φοβεραὶ ἦσαν. Xen. Cyrop. 7, 5, 58 : Φυλακῆς περὶ τὸ σῶμα ἠγήσατο δεῖσθαι, ut ap. Demosth. p. 622, 7 : Χαριδήμῳ φ. τινα τοῦ σώματος διδόναι. Φυλακαὶ τειχέων Eurip. Iph. A. 15 : Ἀκίνητον φ. τειχέων. De statione custodum Hom. Il. K, 408 : Πῶς δ' αἱ τῶν ἄλλων Τρώων φυλακαί τε καὶ εὐναί; et 416 : Φυλακὰς δ' ἃς εἵρεαι. Eur. Rhes. 18 : Τί σὺ γὰρ φυλακὰς προλιπὼν κινεῖς στρατιάν; Xen. Hell. 5, 4, 49 : Πρὶν ἐλθεῖν Θηβαίους ἀπὸ τῆς φ. Ἑρμοπολιτικὴ φυλακὴ et Θηβαϊκὴ φυλακὴ, nomina castellorum ubi custodiæ collocatæ erant, ap. Strabon. 17, p. 813.]

|| Φυλακὴ, Custodia, i. e. Carcer. Lucill. Epigr. [Anth. Pal. 11, 276] : Εἰς φυλακὴν βληθείς ποτε Μάρκος ὁ ἀργὸς ἑκοντὶ (nisi potius hoc ἑκοντὶ sequenti versui jungi debet), Conjectus in carcerem s. custodiam. Sic autem dixit Matth. [5, 25] : Καὶ εἰς φυλακὴν βληθήσῃ. Aristot. OEcon. 2, ποιεῖν εἰς φυλακὴν dixit pro eodem : Plutarchus εἰς φυλακὴν ἀποθέσθαι. Rursum Matth. [14, 3] : Θέσθαι εἰς φυλακήν. Sed et ἔχειν ἐν φυλακῇ ap. Eund. pro Detinere in carcere. Quo genere loquendi ante illum usus est Herodot. : ap. quem [1, 24], Ἀρίονα ἐν φυλακῇ ἔχειν [οὐδαμῇ μετιέντα], Gellius vertit, Arionem custodiri. [*Abduci in phylacam* ap. Plaut. Capt. 3, 5, 93. Recentiorum exx. collegit Ducang., velut Concil. Calched. Act. 10 : Εἰς ἀνάλωμα τῶν φυλακῶν· Pallad. Hist. Laus. c. 15 : Ἐκκλησίας καὶ φ. Improprie Æsch. Pers. 592 : Οὐδ' ἔτι γλῶσσα βροτοῖσιν ἐν φυλακαῖς· λέλυται γὰρ λαὸς ἐλεύθερα βάζειν.]

|| Φυλακὴ habet præterea quendam usum, cujus nulla fit in VV. LL. mentio. Is autem ex ea verbi φυλάττομαι signif. manat, qua ponitur pro Caveo. Sicut enim φυλάττομαι ostendi sæpe esse quod Latini dicunt Caveo, sic φυλακὴν nonnullis in ll. observavi id esse quod iidem dicunt Cautio. [Plato Alc. 2 p. 149, C : Δοκεῖ μοι πολλῆς φ. δεῖσθαι καὶ σκέψεως· Leg. 10, p. 906, A : Φ. θαυμαστῆς δεομένη μάχης· Ep. 2, p. 314, B : Μεγίστη φ. τὸ μὴ γράφειν, ἀλλ' ἐκμανθάνειν. Φ. ποιεῖσθαι Soph. p. 231, A : Περὶ τὰς ὁμοιότητας ἀεὶ ποιεῖσθαι τὴν φ. Antipho p. 115, 7 : Οὐ πρότερον ἦ πάσης ὑποψίας φ. ποιήσωνται. Φ. φυλάττεσθαι Xen. Anab. 7, 6, 22 : Εἰ πρὸς φίλους ἐστὶ φυλακὴ, πᾶσαν οἶδα ὑμᾶς φυλαξαμένους.] Thucydides 4 : Καὶ τὰ ἄλλα ἐν φυλακῇ πολλῇ ἦσαν, φοβούμενοι μὴ, Et in ceteris cautionem magnam adhibebant, vel, circa cetera. Aut, Cautionem et diligentiam magnam, ut a Cic. quoque duo ista interdum copulari videmus. Gallice autem illo ipso verbo uteremur, quod et superioribus signiff. convenit; sed peculiarem ei constr. dantes. Diceremus enim, *Ils estoient sur leur garde*, *Ils se tenoient sur leur garde*, *Ils se tenoient très-bien sur leur garde* : propter illud πολλῇ. Eundem usum habere mihi videtur et in isto Ejusdem loco, qui ejusd. libri est [c. 80] : Αἰεὶ γὰρ τὰ πολλὰ Λακεδαιμονίοις πρὸς τοὺς εἵλωτας τῆς φυλακῆς πέρι μάλιστα καθεστήκει· nam hoc aut simili modo interpretandum puto : Ita enim se Lacedæmonii erga Helotas gerebant, ut præcipua sibi cavendi ab iis cura esset. Valla autem ita vertit, Fere enim eis inter præcipuas curas fuit semper, servitiorum custodia. Ut autem his in ll. φυλακὴν Cautionem significare dico, sic et ap. Plut. Turn. ita interpr.; nam hunc illius locum [Mor. p. 420, E] : Ὅθεν οὐκ εὖ τῷ θεῷ τὴν ἀϊδιότητα ποιοῦσιν ἐκ φυλακῆς καὶ διακρίσεως τῶν ἀναιρετικῶν, sic vertit, Itaque non recte deo æternitatem tribuunt ex cautione et repulsione offensionum.

[Φυλάκη, ἡ. HSt. s. v. Φυλακή :] At vero Φυλάκη, nomen urbis Thessaliæ [ut ex Hom. Il. B, 695, notavit Steph. Byz., memorata etiam a Pind. Isthm. 1, 84, Pherecyde ap. schol. Hom. Od. Λ, 289, Apoll. Rh. 1, 45, Apollod. 1, 9, 12, Strab. 9, p. 433. Nomen habet ἀπὸ Φυλάκου τοῦ Δηϊόνος, ut est ap. Steph. Ab φυλακὴ accentu distingui annotavit Hesych.: Φ., ... πόλις Θεσσαλίας (παροξυτόνως addidit Musurus), ὀξυτόνως δὲ ἀγρυπνία.] Cujus ἐθνικὸν est Φυλακήσιος. [De quo Steph. : Τὸ ἐθνικὸν δύναται μὲν διὰ περιφράσεως ἐκ Φυλάκης, εἴρηται δ' ὅμως Φυλακήσιος ὡς Ἰθακήσιος. Καὶ τὸ ἐκ τόπου ἐπίρρημα Ἡλιόδωρος ἐν Πρωτεσιλάῳ «ὅσοι Φυλακῆθεν ἔποντο.» Φυλάκιος est ap. Lucian. D. mort. 23, 1 : Πρωτεσίλεως ὁ Ἰφίκλου Φυλάκιος. || Φυλάκη, locus Arcadiæ. Pausan. 8, 54, 1. || Urbs Epiri ap. Livium 45, 26.]

[Φῠλακηΐς, ίδος, ἡ, Phylaci filia. Apoll. Rh. 1, 47 : Ἀλκιμέδην Φυλακηΐδα.]

[Φῠλακίδης, ὁ, Phylacida, Phylaci filius (Iphiclus), Hom. Il. B, 705, ubi syllaba prima in arsi producta. || Apollinis et Acacallidis nymphæ filius, Pausan. 10, 16, 5. || Ægineta, Pind. Isthm. 1, 5, 22. || Alius ap. Aristæn. 1, 20.]

[Φυλακήσιος. V. Φυλάκη.]

[Φυλακήτης vitiose pro φυλακίτης, quod v.]

[Φῠλακίζω. HSt. s. v. Φυλακὴ, ubi de Carceris signif. agit :] Hanc ipsam nominis φυλακὴ signif. sequitur et verbum Φυλακίζω, utpote quod ponitur pro In carcerem conjicio, εἰς φυλακὴν βάλλω. Act. 22, [19] : Ἐγὼ ἤμην φυλακίζων καὶ δέρων κατὰ τὰς συναγωγὰς τοὺς πιστεύοντας ἐπί σε. [Epiphan. vol. 2, p. 281, A.] Affertur hoc verbum et ex libello qui Γαλεομυομαχία inscribitur [v. 8. Theodor. Prodr. Rhod. 1, p. 41; 3, p. 113. Herch. Ἐφυλακίσθη est ap. Theodor. Stud. p. 437, C. Φυλακίζεσθαι ex Nomocanone Photii 9, 5, affert Ducang. Idem Φυλακέω posuit ex Concil. Calched. Act. 10, ubi aoristus est φυλακήσας, ut ap. Ducam Hist. Byz. p. 117, B : Φυλακήσας αὐτὸν ἐν τῷ πύργῳ. Sed hujusmodi in locis facilis est correctio φυλακίσας. G. D. Theod. Abucara Disp. p. 462, 14, φυλακίζων τοὺς Χριστιανούς. Passiv. Marc. Erem. Disp. p. 980, A, φυλακιζόμενοι· Achmes Onirocr. p. 94, 31 et 34; 97, 37, ἐφυλακίσθη· Antioch. Homil. p. 1189,

A, φυλαχισθῆναι· Gregent. Tephr. Disp. p. 15, 21, φυλαχισθείς. Hase.]

[Φῠλακικὸς, ἡ, όν.] A nomine φυλακὴ est. Φυλακικὸς, Custodiendi peritus, s. Servandi, Aptus ad custodiam. Φ. Plato [locis pluribus Reipublicæ, velut 2, p. 375, E : Ὁ φ. ἐσόμενος. Cum nominibus ἄνδρες, ἄρχοντες, γένος, γυνὴ, ἐπιστήμη 5, p. 456, A; 8, p. 546, D; 4, p. 434, C; 428, D. Cum genit. 3, p. 412, E : Εἰ φ. εἰσι τούτου τοῦ δόγματος. Superl. 3, p. 412, C: Ἆρ' οὐ φυλακικωτάτους πόλεως (δεῖ εἶναι);] dicere solet pro Eo qui aptus est ad custodiam. Xenoph. φυλακτικὸν dixit, inquit Bud.

[Φυλάκιον i. q. φυλακεῖον, quod v.]

[Φυλάκιον, ἡ, Phylacium, n. pr. meretricis. Plut. V. Demetr. c. 11.]

[Φυλάκιος. V. Φυλάκη.]

[Φῠλακὶς, ίδος, ἡ. HSt. s. v. Φύλαξ, ubi de φύλακες νῆες, Naves præsidiariæ, dixit:] Qua signif. alioqui dicitur Φυλακίδες νῆες. Appian. [Civ. 5, 72] : Οἱ δὲ αὖθις συνῆλθον ἐπὶ τὸ ἀρχαῖον χῶμα περιορμουσῶν φυλακίδων νεῶν. [Diodor. 20, 16 : Αἱ φ. τῶν Καρχηδονίων ἐπεδίωκον.] In VV. LL. nomin. sing. Φυλακὶς, ίδος, ἡ, Navis ad præsidia locorumve custodiam mitti solita, quæ et φρουρὶς, Xen. Ita quidem illa; sed tamen absque adjectione substantivi ναῦς, dubito an signif. hanc habere possit φυλακίς. Generalius autem usurpatur φυλακὶς pro Ea quæ est custos, ut ap. Plat. [Rep. 5, p. 457, C] : Ὡς δεῖ κοινῇ πάντα ἐπιτηδεύειν τούς τε φύλακας καὶ τὰς φυλακίδας. [Dio Cass. 47, 17 : Ἄγαλμα τῆς Ἀθηνᾶς τῆς φυλακίδος, ὃ πρὸ τῆς φυγῆς ὁ Κικέρων ἐς τὸ Καπιτώλιον ἀνετίθει. De quo dixerat 38, 17 : Ἀγαλμάτιόν τι Ἀθηνᾶς ἀνέθηκε φυλακίδα αὐτὴν ὀνομάσας.] Aliud porro fem. nomen affert Bud. videlicet Φυλάκισσα, itidem pro Custos; sed duntaxat ex Interprr. LXX in Cantico Canticorum [1, 5]. Mihi quidem certe valde insolens hæc adjectivi forma videtur.

[Φυλάκισσα, ἡ, i. q. φυλακίς. Semel in V. T. Cant. 1, 5 : Ἔθεντό με φ. ἐν ἀμπελῶνι. Theodor. Prod. Rhod. 1, p. 18.]

[Φῠλακίτης, ὁ. HSt. s. v. Φυλακίζω :] Dubium vero est an et nomen Φυλακῆται (nisi potius scrib. est Φυλακῖται), quod Bud. interpr. Custodiæ, afferens ex Pand., huc referendum sit. Latine quidem certe Custodias vocari constat et eos, qui in custodiam dati sunt. [Recte HSt. φυλακῖται. In Gl. Φυλακίτης, Carcerarius. Φυλακίτης inter nomina in ίτης ap. Herodian. Epimer. p. 181. Et sic ap. Moschum in Limon. c. 189, ab Ducang. citatum. *Phylacistas* dixit Plautus Aulul. 3, 5, 44. || « Qui in carcere detinetur. Clement. Constitt. Apost. 4, 2 : Φυλακίταις βοήθειαν. Nicet. in Andron. Comn. 2, 2 : Τοῖς φυλακίταις τιθέασι τὴν ἔξοδον ἄνετον. » Ducang. || Milites in Ægypto quibus commissa erat cura securitatis publicæ. Papyr. ap. Reuvens. *Lettres à M. Letronne* 3, p. 38, 3, τῷ ἐπιστάτῃ τῶν φ. Inscr. Phil. C. I. vol. 3, p. 421, n. 4896, C, 6, ἐπιστάται φ. Conf. Letronn. *Journ. des Sav.* a. 1821, p. 664. Hase. || Femin. Φυλακῖτις, ἡ, Custos, cognomen numeri septenarii in Theol. Arithm. c. 7, p. 43, ubi vid. Ast. p. 184.]

[Φυλακῖτις, ἡ. V. Φυλακίτης.]

[Φυλιστιείμ· οἱ λεγόμενοι Παλαιστῖνοι, Suidas. Eadem gl. ap. Hesych., sed cum interpretatione corrupta. Palæstinorum nomen ab Phylistino, Mezraimi filio, derivatum : v. Joseph. A. J. 1, 6, 2.]

[Φυλλάζω, Frondesco, Gl.]

[Φυλλαῖος, αία, αῖον, Phyllæus, cognomen Apollinis, ductum ab Phyllo, urbe Thessaliæ, ap. Strab. 9, p. 435. Nisi Φύλλιος scribendum : v. Φύλλος.]

Φυλλάκανθος, ὁ, ἡ. Ita dicitur planta quæ foliis est spinosis s. aculeatis : ut acanus, eryngium, cnecus. Theophr. H. Pl. 6, 1, [3] : Τῶν ἀκανθικῶν δὴ τὰ μὲν ἁπλῶς εἰσὶν ἄκανθαι, καθάπερ ἀσπάραγος,... τὰ δὲ φυλλάκανθα, καθάπερ ἄκανος,... ταῦτα γὰρ καὶ τὰ τοιαῦτα ἐπὶ τῶν φύλλων ἔχει τὴν ἄκανθαν. Διὸ καὶ φυλλάκανθα καλεῖται. [Addit HSt. in Ms. Vindob. : « Plinius, de tribulo, Folium habet secundum spinam, quem sub φυλλακάνθων genere Theophrastus complectitur. » Et in margine « Multa composita ab ἄκανθα habes apud Theophr. Hist. Pl. lib. 8, c. 1, 3, 5. »]

[Φυλλάμπελον, τὸ, Pampinus, Gl.]

Φυλλανθὲς, τὸ, Herba inter ἐπιγειόφυλλα, ap. Theophr. H. Pl. 7, 9, ubi tamen corrupte legitur ἀφυλλανθές [ἀφύλλανθες revocavit Schneider., quem v. in annot. et in Indice vol. 5, p. 329]. Meminit Plin. 21, 16 : Est fortasse Scabiosa sessilis, herbariorum, s. Scabiosa minima : sic vocata quia ejus foliatus est flosculus. VV. LL.

Φυλλάριον, τὸ, Foliolum, Minutum folium, ap. Diosc. [3, 176; 4, 27. Hippiatr. p. 46, 4. Figurate M. Antonin. Comment. 10, 34 : Φυλλάρια δὲ καὶ τὰ τεχνία σου· φ. δὲ ὁμοίως καὶ τὰ διαδεξόμενα τὴν ὑστεροφημίαν. Hase.]

Φυλλὰς, άδος, ἡ, [Foliorum proventus, Frondes, Gallice *Feuillage*,] Strues s. Cumulus foliorum. Callixenus ap. Athen. [5, p. 204, B] de Philopatoris navi quadraginta ordinum, inter alia hæc scribit : Τὸ δὲ ἔγκωπον ἅπαν μέχρι τῆς τρόπεως κισσίνην φυλλάδα καὶ θύρσους εἶχε πέριξ, Bayf. Tota vero ab ea parte, qua remi collocati erant, usque ad carinam ipsam, in ambitu thyrsos habebat, cum perpetuis hederæ foliis. [Æsch. Ag. 966 : Ῥίζης γὰρ οὔσης φυλλὰς ἵκετ' ἐς δόμους. (Figurate de senibus qui cum arboribus comparantur quarum folia deciderunt, ib. 79 : Τό θ' ὑπέργηρων φυλλάδος ἤδη κατακαρφομένης τρίποδας μὲν ὁδοὺς στείχει.) Soph. OEd. C. 682, in descriptione nemoris arboribus densi : Φυλλάδα μυριόκαρπον· Trach. 754 : Βωμοὺς ὁρίζων τεμενίαν τε φυλλάδα. Eurip. ap. schol. Aristoph. Vesp. 754 : Πάρες, ὦ σκιερὰ φυλλὰς, ὑπερβῶ κρηναῖα νάπη. Παρνησία φ. id. Andr. 1100. Φ. εὔκαρπος Agath. Anth. Pal. 5, 292.] Afferunt itidem VV. LL. ex Herodoto [8, 24] : Φυλλάδα ἐπιβαλὼν, pro Consternens foliis. [Soph. Ph. 33 : Στιπτή γε φυλλὰς ὡς ἐναυλίζοντί τῳ, quo loco utitur Eustath. p. 778, 54, qui etiam χαμαὶ στρωτὰς φυλλάδας dixit p. 434, 11. Κλισία ἐκ φυλλάδος Diodor. 19, 22. Alciphro 3, 37 : Αὐτοῦ που (in nemore) κατὰ τῶν ἀνθῶν καὶ τῆς φυλλάδος αἰδοῦμαι εἰπεῖν τί παθεῖν ἐπηνάγκασε.] Strab. autem l. 12, [p. 773 : Μάνδραι στεγασταὶ ἐκ φυλλάδος] φυλλάδα usurpasse pro Strue foliorum ex arboribus deciduorum, in Iisd. annotatur. [Appian. Civ. 1, 62 : Εἰς τὴν φ. ἀπεκρύφθη.] Ubi alioqui φυλλάδες pro κλάδοι etiam, ex Apoll. [Rh. 1, 1183] et Nicandro Al. [92, 374, 411, Ther. 834. Longus p. 51 Vill. : Ἀράμενος τὰς φ. ἃς ἔκοψεν· p. 67 : Προβάτων φυλλάδας ἐσθιόντων.] Hesychio φυλλάδες sunt οἱ ξηροὶ κλάδοι καὶ φύλλα ἔχοντες. [Aristoph. Vesp. 398 : Ταῖσιν φυλλάσι παῖε. De ramo supplicum Eur. Suppl. 32 : Δεσμὸν δ' ἄδεσμον τόνδ' ἔχουσα φυλλάδος μένω πρὸς ἁγναῖς ἑσχάραις· 259 : Γλαυκὴν χλόην ... φυλλάδος καταστεφῆ.] At φυλλὰς, Eidem ξηρὰ δάφνη ἔχουσα φύλλα. [|| Adjective, Foliata. Nonn. Dion. 26, 112 : Φ. ὀπώρη· Joann. Ecphr. 2, 292 : Φ. λόχμη. || I. q. φυλλιὰς, quod vide. || Vitiose pro Φυλλὶς, quod vide.]

[Φυλλεῖν vitiose pro φλύειν. V. Φλύω. Cum ὑλλεῖν, quod per λέγειν, θρυλεῖν exp. Hesych., comparat Lobeck. Rhem. p. 72.]

[Φυλλεῖον. V. Φύλλιον.]

[Φύλλες (?)· ἀλώπεκες, Hesych.]

[Φυλλεὺς, εως, Phylleus, n. pr. ap. Mnasalc. Anth. Pal. 6, 264. || Alium v. s. v. Φυλλίας.]

[Φυλλήϊος. Φυλληΐς. V. Φύλλος.]

[Φύλλι. V. Φύλλον.]

Φυλλιὰς, άδος, ἡ, Hesychio est ἐκ λαχάνων ὑπότριμμά τι σκευαζόμενον, quod vocabatur θρία [θρῖα. Hujus formæ testis præter Hesych. nullus est. Φυλλάδα dixit Diphil. ap. Athen. 4, p. 133, F: Ἡ φυλλὰς (codex φυλὰς) ἡ δριμεῖα περιοισθήσεται. Et Pollux 6, 71: Φυλλάδας ἐκάλουν τὰ χλωρὰ ὑποτρίμματα. Conf. Φυλλίς.] His addit, φυλλία δὲ, γένος ἰθαγενῶν. Qui locus merito suspectus esse possit. [Hæc ab præcedentibus separavit Palmerius correxitque Φυλλιάδαι· γ. ἰ. Recte, nisi quod Φυλλίδαι potius scribendum erat. Lex. rhet. in Bekk. Anecd. p. 314, 7: Φυλλίδαι τί ἐστιν; γένος ἱερὸν ἀπὸ Φυλλίδος ἢ Φυλλέως. G. Dind.]

Φυλλιάω, Folia emitto, Frondesco, Fronde nova vireo, ut loquitur Virg. Arat. [333]: Οὐκέτι κεῖνον ἅμ' ἠελίῳ ἀνιόντα Φυταλιαὶ ψεύδονται ἀναλδέα φυλλιόωσαι, schol. ἀναυξῆ θάλλουσαι. Is annotat etiam esse hic hellenismum pro οὐκέτι ἐκείνου ἀνιόντος ἅμα ἡλίῳ ψεύδονται αἱ ἄρουραι, κτλ. Sed, (ut obiter de hoc quoque admoneam,) non video quid obstet quominus accus. illum vim suam obtinere sinamus, jungentes cum ψεύδονται, quod alioqui sine casu incommode positum fuerit. Eleganter contra αἱ φυταλιαὶ sirium, (de illo enim loquitur,) sua spe frustrari dicentur, si quidem sint ἀναλδέα φυλλιόωσαι. Hinc fit ut scholiastæ hac in re minime subscribam. Ceterum hunc l. ita vertit Cic.: Hic ubi se pariter cum sole in lumina cœli Extulit, haud patitur foliorum tegmine frustra Suspensos animos arbusta ornata tenere. Quod vero ad illius participii φυλλιόωσαι terminationem attinet, existimandum est positum pro φυλλιῶσαι ut βοόωσι pro βοῶσι, et βοόων pro βοῶν, utrumque ap. Hom. Sed his addendum est, Hesych. φυλλιᾷν exponere τοπάζειν.

[Φυλλίδαι, οἱ. V. Φυλλιάς.]

[Φυλλίδας. V. Φιλλίδας.]

[Φυλλίζω, Pampino. Geopon. 5, 2, 12: Χαίρει δὲ μάλιστα ... τῷ συνεχῶς φυλλίζεσθαι. Schneid. || Foliis nudo. Philotim. ap. Oribas. t. 1, p. 433, 4, φυλλίσας ταῦτα (ἴα) βρέξον. Hase.]

Φυλλικὸς, ἡ, ὸν, q. d. Foliaris: φ. βλάστησις, Foliaris germinatio, Foliorum germinatio. [Theophr. H. Pl. 3, 5, 5. Φ. σφαιρίον 3, 7, 5.] At Foliaceus potest etiam sonare, Foliis similis.

[Φυλλικὸς, ὁ, Phyllicus, n. pr. liberti in inscr. Thessal. ap. Ussing. Inscriptt. gr. ined. p. 17, n. 6, 18. Hase.]

Φύλλινος, ὁ, ἡ, itidem sonat, q. d. Foliaris. [Theocrit. 21, 8: Τοίχῳ κεκλιμένοι τῷ φυλλίνῳ.] Unde φύλλινος ἀγὼν, (qui et στεφανίτης,) q. d. Foliare certamen, Foliaceum certamen, i. e. cujus præmium est corona ex foliis. An autem hæc dici Foliacea corona possit, alii viderint. [Lucian. De merc. cond. c. 13: Ἵνα μὴ φ. μόνον ὁ στέφανος ᾖ.] Ceterum Pollux [3, 153] dicit στεφανίτας ἀγῶνας vocatos etiam φυλλίνας: qui plur. accus., si mendo caret, erit a sing. nomin. Φυλλίνης, ὁ. [De quo v. Lobeck. Pathol. Prol. p. 213.] Verum ut mendo carere illum accus. existimemus, facit Hesych., qui et ipse habet φυλλίναι ἀγῶνες. [Quod exp. ἐν οἷς μὴ ἐτίθετο ἀργύριον, ἀλλὰ στέφανοι μόνοι. Eadem fere in Etym. M. p. 802, 38, cum lemmate φυλλιναίους ἀγῶνας, corrupto ex φυλλίνας et φυλλίνους. Formæ φυλλίνας vestigia supersunt in scriptura corrupta Diogenian. Prov. 7, 41: Οὐ φελίας (οὐ φελλίας ap. Arsen.) ὁ ἀγών: οἷον οὐ στεφανίτης, ἀλλὰ χρηματίτης. Ἔλεγον δὲ ἐπὶ τῶν ἀργύριον τελούντων. Ubi οὐ φυλλίας corrigebat Hemst. ad Thom. M. p. 810, οὐ φύλλινος Valcken. in annot. Ms., οὐ φυλλίνας Finckh. in Bergkii Diar. philol. a. 1846, p. 421. Φυλλοφόρους ἀγῶνας dixit Pind. Ol. 8, 101, ubi schol.: Φυλλῖται (φυλλῖδαι cod. Vratisl.) οἱ στεφανῖται, eadem forma qua δωρῖται et ἀργυρῖται in sequentibus. Φυλλίτης Herculis cognomen esse visum est quibusdam ap. Palæph. c. 37, in fabula corrupta et defecta, quacum Pausaniæ narratio comparata est 2, 31 de clava Herculis foliacea.]

[Φύλλιον s. Φυλλεῖον, τό. HSt. post Φυλλάριον:] Φύλλιον autem quamvis itidem diminutivi formam habeat, ab Hesych. tamen exp. πέταλον, quod est Folium, non Foliolum. Sed adjicit, ἢ τὰ ἐκ τῆς γῆς ἄνθη, Flores quos terra producit. Pertinet autem hæc expos., ut opinor, ad plur. num. φύλλια. Itidem enim ex Galeno Lex. Hippocr. [p. 594] annotatur, φύλλια esse Odoramenta hortensia, s. Herbas virides hortorum odoriferas: cujusmodi sunt, coriandrum, mentha, ruta, apium. Ipse Galenus ἡδύσματα κηπαῖα vocat, ἃ τοῖς ὠνουμένοις λάχανα προσεπιτιθέασιν. Ap. Hesych. est scriptum Φύλλεια [corrig. φυλλεῖα], qui esse dicit itidem τῶν λαχάνων ἃ προστιθέασι τοῖς ὠνουμένοις, sed addit ἕωλα καὶ φαῦλα. Nec enim dubito pro αἴολα, quod ap. eum legitur, reponere ἕωλα, præsertim quum αἴολα illud signif., quæ loco isti convenire possit, nullam habeat: at ἕωλα optime conveniat cum adjectivo φαῦλα, quod ei adjungitur, nec non cum iis quæ a schol. Aristoph. Ach. [468] scribuntur, Ἐς τὸ σπυρίδιον ἰσχνά μοι φυλλεῖα δός, sc. ἰσχνὰ dici tanquam εὐτελῆ καὶ μεμαραμμένα: talia enim a mendicis edi. Dixeratque antea φυλλεῖα esse τὰ ἀπολεπίσματα τῶν λαχάνων. [Aristoph. Pl. 544: Φυλλεῖ' ἰσχνῶν ῥαφανίδων. Plato com. ap. Athen. 2, p. 56, F: Φύλλιον ἢ ῥαφανίδιον. Hic quoque recte Dobræus φυλλεῖον. Nec dubitandum quin diphthongus etiam alibi restituenda sit ubi librarii φύλλιον vel φυλλίον scripserunt, velut ap. Ælian. V. H. 13, 26, ubi vulgo: Τὰ φύλλων ἄκρα ἤσθιε (Diogenes), sed codd. φυλλίων, i. e. φυλλείων.] Cum quibus certe non satis conveniunt quæ a Galeno scribi dixi, sc. illa esse κηπαῖα ἡδύσματα: sed magis veram esse Hesychii et hujus schol. expositionem, quam et Suidas habet, mihi magis fit verisimile. Ceterum et hoc sciendum est, addi a schol. φυλλεῖα vocari etiam τὰ τῆς θριδακίνης φύλλα, Lactucæ folia. At Suidam, qui alioqui eandem illam expositionem voci φυλλεῖα dat ap. Aristoph., uti dixi, pro hac signif. non jam φυλλεῖα, sed φυλλία scribere. Hanc certe scripturam confirmare et Pollucis auctoritate possumus: quem simul habere quæ faciant pro illa posteriore expos., potius quam pro illa Galeni, observandum est. Postquam enim dixit πάντα τὰ λείψανα τῆς τροφῆς τὰ ἐπὶ τοὔδαφος ἀπερῥιμμένα, subjungit [6, 94], οἷον φυλλία· sed hæc verba addit, τὰ δὲ τῆς θριδακίνης φύλλα οὕτω καλεῖται. Vide et alia quædam Hesychii post Φυλλὰς, de voce Φυλλία. [Aristid. vol. 1, p. 283: Ὦῷ καὶ φυλλίοις.]

[Φύλλιος. V. Φύλλος.]

[Φύλλιος, ὁ, Phyllius, amicus Cycni, ap. Ovid. Metam. 7, 372.]

[Φύλλις, ὁ, Phyllis, fluvius. V. Φυλλίς. || Vitiose pro Φίλλις, quod v.]

[Φυλλὶς, ίδος, ἡ, inter oxytona in λις ap. Arcad. p. 30, 11. Suidas: Φυλλίς· ἡ τοῦ δένδρου. Hesych.: Φυλλίδες· τὰ τῶν ἀνθῶν ἄτινα φύλλα ἐκάλουν· ubi φυλλία scribendum videtur significatione deminutiva. Sed Geopon. 7, 18, 1: Ἀφαιροῦσι πᾶσαν τὴν φυλλίδα (τῆς ἀμπέλου), ubi non tenuia folia, ut interpres reddidit, sed simpliciter folia indicantur, Needhamus non sine ratione φυλλάδα præoptat, ut φυλλάδες μίνθης Nic. Al. 374. Lobeck Pathol. Prol. p. 454. Φυλλίδα est etiam Geopon. 2, 2, 2: Τὴν φυλλίδα ἀποτίλλειν, nisi hoc quoque pro φυλλάδα scriptum. « Procop. sophista Gaz. in notis meis ad Marin. p. 76: Τὰ μὲν φυλλίδα ξηρὰν ... ἐσιτίζετο. » Boiss. || Herbæ species quædam. Athen. 2, p. 66, D: Ἐς τὸ πρόπομα καὶ ταῦτα ἐνεβάλλοντο, πέπερι, φυλλὶς, σμύρνα. De esca quadam foliacea ib. 3, p. 120, D: Προπαρατίθεσθαι δ' ἐστὶν ὠφέλιμον τὴν λεγομένην φυλλίδα καὶ τευτλίον. Hanc ab aliis φυλλάδα appellari dictum est s. v. Φυλλιάς.]

[Φυλλὶς, ίδος, ἡ, Phyllis, Sithonis Thracum regis filia, ap. Lucian. De salt. c. 40, ab Acamante vel Demophonte amata, de qua v. mythologorum narrationes ap. schol. Æschinis p. 48, 49 ed. Oxon. (qui eandem Φυλληΐδα appellatam esse tradit), Tzetz. ad Lycophr. 496, Hygin. Fab. 59 et 243, Serv. ad Virg. Ecl. 5, 10. || Φυλλὶς Domitiani nutrix ap. Dion. Cass. 67, 18. Aliæ ap. Philostr. Epist. 28 (47 Boisson.), ubi falso accentu ἡ Φύλλις, et Comet. Anth. Pal. 5, 265. || Regio Thraciæ. Steph. Byz.: Φ., χώρα Θρᾴ-

κης. Ἡρόδοτος ζ' (c. 113) « Ἡ δὲ γῆ αὕτη περὶ τὸ Πάγγαιον ὄρος καλέεται Φυλλίς. » Ἔστι καὶ ποταμὸς Βιθυνίας Φύλλις (sic recte Meinek. pro Φυλλίς : nam hoc femininum est, fluvii vero nomen masculinum esse debuit ὁ Φύλλις), οὗ Φυλλητὶς τὸ θηλυκόν (ap. Apoll. Rh. 2, 654 : Ἐπὶ προχοὰς Φυλληΐδος.) || Hesych. : Φυλλίς· ἡ Σάμος τὸ πάλαι, unde recte corrigi videtur quod in oraculo de Samo legitur ap. Iambl. V. Pyth. c. 2, p. 18 : Φυλλὰς δ' ὀνομάζεται αὕτη· qui eandem μελάμφυλλον vocatam esse tradit propter fertilitatem soli, consentiente Hesychio, Μελάμφυλλος· ἡ Σάμος. Nicand. Al. 149 : Γαίης Παρθενίης, ἣν Φυλλὶς ὑπὸ κνημοῖσιν ἀνῆκεν Ἰμβρασίδος γαίης· ubi videndæ scholiastarum annotationes, in quibus et vetus hoc nomen Sami epithetonque μελάμφυλλος et Φυλλὶς, μία τῶν νυμφῶν memoratur. G. D. || Φυλὶς (sic) in inscr. Teuchir. C. I. vol. 3, p. 546, n. 5271, 2. Aliæ in titt. sepulcr. latinis ap. Ott. Jahn. Spec. epigr. p. 50, n. 11, 1, Julia Ph.; p. 37, n. 99, 3, Sepunnia Phullis (sic); apudque poetas latinos. Hase.]

[Φύλλισις, εως, ἡ, Frondatio, Gl.]

[Φυλλῖται, οἱ, Phyllitæ, populus Indicus. Ptolem. 7, 1, 66.]

[Φυλλίτης. V. Φύλλινος.]

Φυλλῖτις, ιδος, ἡ, Herba, cujus folia Diosc. foliis lapathi similia esse scribit, longiora et viridiora. Plura de eadem vide ap. illum, 3, 121, [et de vi medica Galen. vol. 13, p. 240]. Quidam eam esse putant quæ vulgo Lingua cervina nominatur. [Oribas. t. 2, p. 699, 6 Daremb. Sec. Fraas. Synops. plantt. floræ class. p. 317 est Scolopendrium officinarum Sm. Hase.]

[Φυλλίων, ωνος, ὁ, Phyllio, n. pr. Aristæn. 1, 3. Una litera differt Φιλλίων, quod annotavit Suidas.]

Φυλλοβολέω, ήσω, Folia amitto, ut Varro loquitur. [Aristoph. Nub. 1007 : Λεύκης φυλλοβολούσης. Callim. Anth. Pal. 12, 134 : Ῥόδα φυλλοβολοῦντα. Aristot. De gen. anim. 5, 3.] Theophr. H. Pl.: Φυλλοβολεῖ δὲ πάντα τοῦ μετοπώρου καὶ μετὰ τὸ μετόπωρον. Est etiam Folia spargo. Herodian. : Ἀνάγουσιν ἐς τὸ Καπετώλιον ὑπὸ τοῦ δήμου εὐφημούμενον καὶ φυλλοβολούμενον, i. e. ut Bud. interpr., Frondibus conspersum præ lætitia, τῆς συγκλήτου Καίσαρα ἀποδειξάσης. Idem, Εὐφήμουν τε καὶ ἐφυλλοβόλουν τὸν Μάξιμον. [HSt. alibi :] Item verb. Φυλλοβολέω, Folia abjicio, amitto, dimitto, τὰ φύλλα ἀποβάλλω, Folia mihi decidunt. Ex Plin. possumus interpretari Folia amitto, dimitto; utrumque enim uno eodemque in loco usurpat. Scribit enim, Quædam folia tardius amittunt; nec interest maturius germinasse : utpote quum quædam primæ germinent, et inter novissimas nudentur. Morus novissime germinat, et cum primis folia dimittit. Est enim totus hic locus ex his Theophrasti verbis sumptus, inter quæ habes et nomen φυλλοβολία, non solum verbum φυλλοβολῶ [H. Pl. 1, 9, 6] : Οὐκ ἀνάλογον δὲ αἱ φυλλοβολίαι ταῖς βλαστήσεσιν, ὥστε τὰ πρότερον βλαστήσαντα [καὶ πρότερον] φυλλοβολεῖν· ἀλλ' ἔνια πρωΐ βλαστάνει μὲν, οὐδὲν δὲ προτερεῖ τῶν ἄλλων, ἀλλά τινων καὶ ὑστερεῖ· συκάμινος δὲ ὀψιβλαστεῖ μὲν, οὐδὲν δὲ, ὡς εἰπεῖν, ὑστερεῖ τῶν ἄλλων. Itidemque in alio Theophr. loco φυλλοβολεῖν vertit Folia dimittere; nam pro his illius verbis, Δρῦς ἐστὶν εὐσύνοπτος ἐκ τῆς πόλεως, ἣ οὐ φυλλοβολεῖ, habet, Ex ipsa urbe prospiciebatur quercus una, nunquam folia dimittens. Alibi autem dicit Folia cadere arboribus, quod Theophr. φυλλοβολεῖν. Pro his enim illius verbis, Φυλλοβολεῖ δὲ πάντα τοῦ μετοπώρου, καὶ μετὰ τὸ μετόπωρον· πλὴν τὸ μὲν, θᾶττον, τὸ δὲ βραδύτερον· ὥστε καὶ τοῦ χειμῶνος ἐπιλαμβάνειν· hæc ab eo scribuntur, Folia cadunt plurimis arboribus autumno; quædam tardius amittunt, atque in hyemes prorogant moras. Considera autem his in Il. quomodo idem verbum et per activum et per neutrum et per passivum quoque reddi possit. Nam illud Nudari in primo loco est itidem positum pro φυλλοβολεῖν : est enim pro Nudari foliis. At VV. LL. nullam mentionem hujus signif. verbi φυλλοβολεῖν facientia interpr. Folia floresque spargere, Foliis floribusque accumulare, in Προχύται. Sed quum dicitur φυλλοβολεῖν τινὰ, rectius reddetur Foliis conspergere s. Frondibus. Sic certe ap. Herodian. [8, 7, 4] pass. Φυλλοβολεῖσθαι, sed activam signif. habens, vertit Polit. Apud eund. Historicum [7, 10, 15] legitur et particip. Φυλλοβολούμενος, sed passivam ut vocem, ita signif. habens, cui eand. interpret. tribuit, utens et ibi activo verbo, ob mutatam orationis structuram. [Philo vol. 2, p. 591 : Φυλλοβολούμενος καὶ θαυμαζόμενος. Iambl. V. Pyth. 18. Wakef. Porphyr. V. Pyth. 15, τοὺς νικῶντας καὶ φ. Sensu proprio Basil. t. 1, p. 67, A : Φυλλοβολεῖ γὰρ καὶ ἐλαία καὶ πίτυς, εἰ καὶ λεληθότως ὑπαλλάσσει τὰ φύλλα. Unde figurate Phot. Epist. p. 74, 29, si locus sanus, φυλλοβολεῖ τὰ πτερὰ ἡ ἀλήθεια, Amittit alas. Hase. Etym. M. p. 532, 46 : Φ. τοὺς νικῶντας.]

[Φυλλοβόλησις, ἡ, i. q. sequens. Georg. Pachym. Declam. 12, p. 248. Boiss.]

Φυλλοβολία, ἡ, Foliorum abjectio, Foliorum amissio. Theophr. 1, 15 : Οὐκ ἀνάλογον δὲ αἱ φυλλοβολίαι ταῖς βλαστήσεσιν. [|| Foliorum jactio s. sparsio, quæ honoris caussa fit. Eratosth. ap. schol. Eurip. Or. 574. V. Casaub. ab Sueton. V. Neron. c. 25, Oudendorp. ad Appulej. Met. 2, p. 126, Bœckh. Expl. ad Pind. Pyth. 9, 130 (219). G. D. Schol. Eurip. Hec. 569, p. 256 Cobet. Clem. Al. Pæd. 2, 8, § 72 : Ἐπὶ δὲ τοῖς ἀγῶσι πρῶτον ἡ τῶν ἀθλητῶν δόσις ἦν, δεύτερον δὲ ὁ ἐπαγερμὸς, τρίτον ἡ φ. Hase.]

Φυλλοβόλος, ὁ, ἡ, Folia abjiciens, Folia amittens s. Frondes, Cui folia decidunt. Quidam interpr. Foliis deciduus. [Theophr. H. Pl. 1, 9, 3. HSt. alibi :] Φυλλοβόλος, ὁ, ἡ, Qui folia amittit : ab ea τοῦ βάλλω signif., de qua in Πρωτοβόλος dictum fuit. [Basil. M. t. 1, p. 66, D; 627, B, τὰ ἀμφιθαλῆ, τὰ φ., τὰ ἀείφυλλα. Hase.]

[Φυλλοδάφνη, ἡ, Frondes lauri. Jo. Malal. p. 272, 15 : Βάλλεσθαι ἐν τῷ πυρὶ τῶν φυλλοδαφνῶν λίβανον πολύ· 287, 11 : Στέφανον ὁλόχρυσον τύπῳ φυλλοδαφνῶν.]

[Φυλλόκαρπος, ὁ, ἡ, plantæ nomen ap. Steph. Byz. s. v. Ἀλεξάνδρειαι in fine : Ἀλεξάνδρεια βοτάνη καὶ φυτόν ... τινὲς δὲ δανάην αὐτὴν καλοῦσιν, οἱ δὲ χαμαιδάφνην, οἱ δὲ ἐπιφυλλάκανθον, ἢ φυλλόκαρπον. Sic Xylander : nam libri φυλλόκαπον vel φυλόκαπον.]

[Φυλλόκομος, ὁ, ἡ, Foliis comatus, Frondosus. Σμῖλαξ et μελία φ. ap. Aristoph. Av. 214, 742.]

Φυλλοκοπέω, Folia amputo, abscindo. Pro eodem dicitur et ἀποφυλλίζω.

[Φυλλοκρινέω vitiose pro φυλοκρινέω, quod v.]

Φυλλολογέω, Folia lego, Pampino, de vite, ut de ficu κυθριάζω [θριάζω], VV. LL. ex Polluce [7, 143, et Etym. M. p. 455, 46].

Φυλλομᾰνέω, q. d. Foliis insanio, i. e. Insana quadam foliorum abundantia luxurio. Quidam interpr. Foliis luxuriare, In folia eluxuriare, Foliis lascivire, ex Gaza ap. Theophr. H. Pl. 8, 7, [4] : Ἐν ταῖς ἀγαθαῖς χώραις, πρὸς τὸ μὴ φυλλομανεῖν, ἐπινέμουσι καὶ ἐπικείρουσι τὸν σῖτον.

[Φυλλομανὴς, ὁ, ἡ, Foliis abundans. Schol. Soph. Aj. 143. Etym. M. p. 474, 51.]

[Φυλλομαντεία, ἡ, Vaticinatio ex foliis. Psellus Opusc. p. 42. Boiss.]

[Φυλλόμενοι. V. Φουλλόμενοι.]

Φύλλον, τὸ, Folium, Frons frondis. [De foliorum natura et varietate v. locos Theophrasti ab Schneid. indicatos in Indice.] Est autem dictum φύλλον a φύω, secundum quosdam, quibus non assentior : sed multo minus illi etymo, quod afferam in Φῦλον. [V. Etym. M. p. 802, 41.] Hom. [apud quem, ut ap. Hesiodum, Herodotum et Pindarum pluralis tantum numeri exx. reperiuntur] Il. [B, 468 : Μυρίοι, ὅσσα τε φύλλα καὶ ἄνθεα γίνεται ὥρῃ· et simil. Od. I, 51. Il.] Z, [146 : Οἵη περ φύλλων γενεὴ, τοιήδε καὶ ἀνδρῶν·] Φύλλα τὰ μέν τ' ἄνεμος χαμάδις χέει· ἄλλα δέ θ' ὕλη Τηλεθόωσα φύει. [Ex quo l. Aristoph. Av. 685 : Φύσιν ἄνδρες ἀμαυρόβιοι, φύλλων γενεᾷ προσόμοιοι.] Od. H, [106] : Οἷά τε φύλλα μακεδνῆς αἰγείροιο. [Φ. ἐρινεοῦ et δρυὸς ib. M., 103, 357.] Dicuntur autem generaliter φύλλα non solum arborum, sed quarumvis plantarum : unde miror hæc Hesychii, Φύλλα, τὰ τῶν δένδρων. Apud Plut., Φύλλα ἐλαίας. Athen. 14, [p. 651, A], περὶ φυτοῦ τινὸς, quod δίδη vocatur : Οὗ τὰ μὲν φύλλα τὰ πρόβατα ἐσθίει, τὸν δὲ βλαστὸν αἱ ὗες. Apud Eund. θρίδακος

φύλλα. Sic passim ap. Diosc. Rosa quoque φύλλα habet cum ap. alios, tum ap. Anacr.: quum alioqui ei peculiariter et κάλυκες tribuantur. [Herodot. 8, 138 : Ῥόδον ἔχον ἑξήκοντα φ. Ib. 115 : Φύλλα καταδρέποντες κατήσθιον. Pind. Pyth. 9, 82 : Ἡρινὰ φ. Nem. 1, 26 : Φ. ἐλαιᾶν χρυσέοις· Pyth. 9, 219 : Πολλὰ δίκον φ. ἐπὶ αὐτόν (honoris caussa), et figurate Isthm. 4, 46 : Φύλλ' ἀοιδᾶν. Semel ap. Æsch. Pers. 616 : Τῆς αἰὲν ἐν φύλλοισι θαλλούσης ἴσον ξανθῆς ἐλαίας. Γλαυκᾶς ἐλαίας φύλλον ap. Soph. OEd. C. 701 ; φ. νώδυνον Phil. 44, ut ἥπια φ. ib. 698. Eur. Hec. 574 : Τὴν θανοῦσαν ἐκ χερῶν φύλλοις ἔβαλλον. Πλεκτὰ φ. Hipp. 807. Δρυὸς φύλλα Bacch. 684. Ἐλάτινα φ. Cycl. 385. Φ. καθαρὰ Plato Rep. 2, p. 372, B. Φύλλων ἡμιθαλεῖς στέφανοι Heraclit. Anth. Pal. 7, 465, ubi Jacobs. vol. 9, p. 266 : « Proprio sensu de corollis ex foliis duntaxat contextis interpretatur van Gœns. De cepotaph. p. 85. Plut. t. 1, p. 248, D (?) : Οἱ μᾶλλον ἐκ τῶν φύλλων ἢ τῶν ἀνθῶν ὑφαίνοντες τοὺς στεφάνους δοκοῦσί μοι οὐ κατὰ λόγον χρῆσθαι τοῖς φυτοῖς. (Conf. Mor. p. 41, E.) Non tamen nimis urgenda propria vocabuli potestas, quod de floribus passim usurpatur. Theocr. 11, 26 : Ὑακίνθινα φύλλα ἐξ ὄρεος δρέψασθαι· 18, 39 : Ἐς λειμώνια φύλλα ἑρψοῦμες. » De plantis dixit Numen. ap. Athen. 9, p. 371, B : Φύλλων ὅσσ' ἄσπαρτα τά τ' ἐρρίζωται ἀρούραις.]

‖ Φύλλον interdum κατ' ἐξοχήν, per excellentiam, vocatur Folium malabathri s. malobathri, quod alioqui et cum adjectione, φύλλον μαλαβάθρου. [Polyæn. 4, 3, 32.] Apud Aet. autem lib. 7 legitur Φύλλι, ubi scribit, Φύλλι τὸ τοῦ μαλαβάθρου φύλλον: VV. LL. ‖ Φύλλον ap. Hippocr. Γυναικ. 2, [p. 651, 51 : Φ. ἀποτετριμμένον πίνειν· et p. 582, 28] est Silphii semen, teste Galeno [Lex. p. 594. Conf. Theophr. H. Pl. 6, 3, 1 et 4], ita dictum ob latitudinem. Sed ab eo addi dicit interdum Libycum, interdum Æthiopicum. [V. Hippocr. p. 626, 9; 584, 46.] Alibi idem Galen. ὀποῦ καρπὸν Hippocrati esse dicit hoc ipsum silphii semen, et subjungit, Quod et φύλλον vocatur ἑνικῶς, nec non μαγύδαρις a nonnullis. Sed pro hac voce Μαγύδαρις, (quam et ipsam obiter observa,) quædam exempll. habent Μάγδαρις. ‖ Φύλλον, ap. Theophr. H. Pl. 9, 19, nomen est Herbæ, cujus genera (ut et Diosc. 3, 140) ait esse φύλλον ἀῤῥενογόνον καὶ θηλυγόνον. Ita VV. LL., in quibus additur etiam, vocem hanc non intellexisse Plin. ap. Theophr., sicut nec Gazam, qui herbam quandam male transtulerit. Agere autem de hac planta ipsum Plin., partim ex Diosc., partim ex Theophr., l. 26. Et vocare etiam Phyllon, 27, 12. [Vide Schneid. Ind. Theophr. p. 541.] ‖ Φύλλα sive Φύλλια, ut in Iisd. annotatur, Hippocr. vocat Olera condimentis usitata, rutam, mentham, apium, coriandrum : quæ auctuarii loco a venditore adjici solebant. At Galen., quem vide in Lex. Vocum Hippocr., λαχάνων, i. e. Olerum, appellationem illis quoque non tribuit; sed dicit, Ἃ τοῖς ὠνουμένοις τὰ λάχανα προσεπιτιθέασιν. Vide Φύλλιον et supra. [Videtur Galenus locum Hippocr. p. 469, 55, subindicare : Λεῖα τρίψας τὰ φύλλα τῶν προειρημένων βοτανῶν, καὶ τὸ λίτρον τούτῳ διεὶς χλιήνας, ἀναγαργαριζέτω. Atque haud scio an illic etiam φύλλια legerit Galen. Gargarismum enim illic parari vult Hippocr. ex origano, satureia, apio, mentha, et modico nitro. Rursus φύλλων meminit p. 471, 11, ubi τὸ ἀπὸ τῶν φύλλων, hortensium herbarum condimentis usitatarum et odoratarum decoctum intelligitur ad os colluendum accommodatum. Et l. 18 : Ἀναγαργαρίζειν τὸ ἀπὸ τῶν φύλλων εἰλιθερές· 479, 43 : Ἔπειτα πίνειν τῶν φύλλων ἐπ' οἴνῳ ἐπιπάσαντα κεκρημένῳ. Foes. ‖ Folium libri ap. Græcos recentiores. Chron. Paschale Anastas. an. 27 : Ἀναπτύξας φύλλα τοῦ κώδικος. Nilus De octo vitiis : Ἀριθμεῖ τὰ φύλλα. Vid. Tzetz. Hist. 13, 485. Ducang. V. Montfauc. Palæogr. p. 27.]

[Φυλλορραγέω, et Φυλλορραγία, vitiose pro φλοιορραγέω et φλοιορραγία, quæ v.]

Φυλλορρόέω, Foliis fluo, defluo; magis Latine, Folia mihi defluunt. Alioqui reddi potest etiam Folia s. Frondes amitto, dimitto, sicut φυλλοβολῶ. Gaza vertit Defrondesco. [Pollux 1, 232 : Δένδρον φυλλορροεῖ. Hippocr. p. 378, 51 : Δένδρα φυλλοροσῦντα, quod φυλλορροέοντα scribendum. Xen. OEc. 19, 19 : Ἄμπελος φυλλορροοῦσα διδάσκει ἑαυτὴν ψιλοῦν. Aristot. Anal. Post. 2, 16, De gen. anim. 5, 3 ; Theophr. C. Pl. 2, 19, 2; Diodor. 1, 17.] Plut. [Mor. p. 648, D] : Οὔτε γὰρ δάφνην, οὔτε ἐλαίαν, οὔτε μυρσίνην, οὔτε ἄλλο τι τῶν μὴ φυλλορρόειν λεγομένων, ὁρῶμεν ἀεὶ ταυτὰ φύλλα διατηροῦν. [Philo p. 241, B. Comice de homine qui scutum tanquam arbor folia abjicit, Aristoph. Av. 1481 : Ἔστι δένδρον πεφυκὸς ... Κλεώνυμος ... τοῦτο ... τὰς ἀσπίδας φυλλορροεῖ. Figurate etiam schol. Pind. Pyth. 5, 155 : Ἀειθαλὴς αὐτοῦ μένοι ὁ βίος μηδέποτε φθίνων καὶ φυλλορροῶν. Et Pherecr. ap. Athen. 6, p. 269, D : Τὰ δὲ δένδρ' ἡμῖν τἀν τοῖς ὄρεσιν χορδαῖς ὀπταῖς ἐριφείοις φυλλοροήσει· ubi simplici ρ dictum est propter metrum. Conf. Etym. M. p. 802, 48. G. D. Clem. Rom. Epist. p. 38, 17. Frey. Gemin. Elem. astron. p. 66, B. Dionys. Al. ap. Euseb. Præp. ev. p. 775, C, τὰ δὲ (δένδρα) πρὸς καιρὸν ἀνθεῖ καὶ φυλλορροεῖ. Clem. Al. Strom. 6, 16, 138, πὴ μὲν φ., πὴ δὲ βλαστάνει τὰ φυτά. Philostr. Her. 3, 1 : Τοὺς πρὸς τὸ Ἴλιον τετραμμένους τῶν ὄζων ἀνθεῖν μὲν πρωΐ, φυλλορροεῖν δ' αὐτίκα καὶ προαπόλλυσθαι τῆς ὥρας. Artemidor. 4, 57, ἐγκάρπων τὰ μὴ φυλλορροοῦντα. Hase.]

[Φυλλόρροια, ἡ, Foliorum defluxio. Theophr. H. Pl. 3, 13, 4, C. Pl. 2, 19, 2.]

[Φυλλόροος, ὁ, ἡ, Foliis fluens, Folia amittens. Oppian. Cyn. 1, 116 : Εἴαρι φυλλοτόκῳ καὶ φυλλορόῳ φθινοπώρῳ. « Boethius Planud. 1, metr. 5, 14, p. 9 ed. Web. : Φ. χείματος. » Osann.]

[Φύλλος, ὁ et ἡ, Phyllus. Steph. Byz.: Φ., πόλις ἐν Θετταλίᾳ. Στράβων θ' (ἀρσενικῶς recte addit Meinek.), Ῥιανὸς τὸ Φύλλον θηλυκῶς λέγει ἐν θ' Θεσσαλικῶν « Κραναὴν ποτὶ Φύλλον. » Οἱ οἰκοῦντες Φυλλεῖς. Quod in lemmate legebatur Φυλλοῦς, in codd. φύλλους vel sine accentu scriptum in Φύλλος recte mutavit Meinek. ex Strab. p. 435 : Ὁ Φύλλος, ἔνθα Ἀπόλλωνος τοῦ Φυλλαίου ἱερόν. Idem recte delere videtur verba οἱ οἰκοῦντες Φυλλεῖς et huc referre verba præcedenti articulo, in quo de nomine Φυλλὶς agitur, male adjecta in libris : Οἱ οἰκήτορες Φύλλιοι ἢ Φυλλιεῖς (scr. Φυλλεῖς cum Meinek.), ἀφ' οὗ τὸ θηλυκὸν Φυλλητίς. « Gentilicii Φύλλιος exemplum præbet Strabonis locus cit., in quo quum cod. A φυλαίου habeat, Φυλλίου reponendum videtur. Fuit etiam Φυλλεῖος, ut docet temenicum Φυλλεῖον ap. schol. Apoll. Rh. 1, 36, et Φυλλήϊον ὄρος apud ipsum Apollonium. » Meinek. *Pecorosa Phyllus* ap. Stat. Theb. 4, 45.]

[Φυλλοσῑνὴς, ὁ, ἡ, Foliis nocens. Nicander Athenæi 15, p. 683, F, ex emend. Porsoni : Φ. ἑρπετὰ, ubi codex φυλάσσινη.]

[Φυλλόσκεπος vitiose pro φιλόσκεπος, quod v.]

[Φυλλοστάφυλον, τὸ, synonymum capparis, apud Diosc. 2, 204.]

[Φυλλοστρὼς, ῶτος, i. q. φυλλόστρωτος. Dativus φυλλοστρῶσι, Theocr. Anth. Pal. 9, 338 : Φ. πέδῳ. Conf. Lobeck. ad Phryn. p. 429.]

Φυλλόστρωτος, ὁ, ἡ, Foliis stratus : φ. ὁδὸς, Foliis strata via, s. constrata. Affertur autem ex Eur. [Rheso 9 : Χαμεύνας φ.]

Φυλλότερος tanquam compar. gradus, significans Foliosior, in VV. LL. affertur ex Theophr.; sed mendosum esse puto, et pro eo reponi debere εὐφυλλότερος.

[Φυλλοτόκος, ὁ, ἡ, Folia pariens s. procreans. Oppian. Cyn. 1, 116, εἴαρ.]

[Φυλλοτόμος, ὁ, Frondator, Gl.]

[Φυλλοτρὼξ, ῶγος, ὁ, ἡ, Herbas rodens, Herbis vitam sustentans. Antiphanes ap. Athen. 13, p. 130, E : Ἕλληνες φυλλοτρῶγες. Male φιλότρωξ ap. Eustath. p. 185.]

[Φυλλόφαρες, τὸ, synonymum prasii ap. Diosc. 3, 109 (119).]

[Φυλλοφορέω.] Verbum Φυλλοφορῶ adjectivi quidem signif. sequendo, esset Folia fero [Theophr. C. Pl. 3, 9, 2 : Φυλλοφορεῖν ἐθέλουσι τὰ λάχανα]; sed in VV. LL. sequentibus Budæum, datur ei signif. verbi comp. ἐκφυλλοφορέω, quod vide. [Achmes Oniroer. p. 180, 35, de tuberibus, οὔτε ἄνω φυλλοφοροῦσιν, οὔτε κάτω ῥιζοῦνται. Hase.]

Φυλλοφόρος, ὁ, ἡ, Folia ferens, Foliatus. [Pind. Ol. 8, 101 : Φ. ἀγὼν, i. q. φυλλίνας. Conf. Φύλλινος.]

[Φυλλοφυέω, Frondeo, Gl.]

Φυλλοχόος, ὁ, q. d. Foliorum fusor. Ita dicitur Mensis qui folia humi fundit, Mensis quo folia decidunt. [Hesiod. ap. Polluc. 1, 231. Eustath. p. 631, 4.] Vide Plut. [Mor. p. 734, B; 735, D], ubi est etiam in plur. φυλλοχόοι μῆνες [Adde Alciphr. 3, 10], item verb. Φυλλοχοέω [p. 735, B], dicuntur enim φυλλοχοεῖν arbores, quibus folia decidunt, q. d. Folia fundere humi. [Phryn. in Bekk. Anecd. p. 71, 11 : Φυλλοχοεῖν· ἐπὶ τῶν δένδρων τῶν ἀποβαλλόντων τὰ φύλλα, φυλλοροεῖν. Κόμην φ. Antiphilus Anth. Pal. 7, 141. G. D. Basil. M. t. 2, p. 842, C, πάντα τὰ τῶν φυλλοχόων μηνῶν φαντάσματα. Hase.]

Φυλλώδης, ὁ, ἡ, Foliosus, Foliis abundans; simpliciter, Folia habens, Foliatus : φυλλώδεις δυνάμεις, Vires foliis insitæ, VV. LL. [Ex Theophr. H. Pl. 9, 8, 1 : Τὰς φ. δυνάμεις τὰς πολλὰς πόας καλοῦσι. Ἄνθεμον τὸ φ. 7, 8, 3; ἄνθος 8, 3, 3; σπέρμα φ. 6, 3, 1; 7, 3, 6. « Menander Histor. ap. Suid. v. Λαχίσματα : Τὸ φ. τοῦ Λιβάνου, Arbores Libani. » Schleusn. Immo sunt Folia thuris. Locus est Menandri Hist. p. 381, 7 Bonn., περιέφερον τὸ φυλλῶδες τοῦ λιβάνου τῇ φλογὶ λακιζόμενον. Hase.]

[Φύλλωμα, τὸ, Frondes. Diod. 3, 18 : Ἐλάται πυκναὶ τοῖς φ.]

[Φυλοβίη. V. Φυλομέδουσα.]

Φῡλοβασιλεύς, ὁ, q. d. Rex tribus s. tribuum. Hesych. φυλοβασιλεῖς [codex φυλλοβασιλεῖς et φύλλων] esse dicit Ex tribubus delectos qui sacrificia peragunt. Itidem Pollux [8, 111], quem vide, testatur eos μάλιστα τῶν ἱερῶν ἐπιμελεῖσθαι [συνεδρεύοντας ἐν τῷ βασιλείῳ τῷ παρὰ τὸ βουκολεῖον] solitos, [numero quattuor, quot olim φυλαὶ Atheniensium fuerunt antequam Clisthenes decem φυλὰς constituisset. Consentit Phot. s. v. Ναυκραρία p. 288, 15 : Φυλαὶ δὲ ἦσαν τέσσαρες, καθάπερ πρότερον καὶ φυλοβασιλεῖς τέσσαρες, ἐκ δὲ τῆς φυλῆς ἑκάστης ἦσαν νενεμημένοι. Aliud eorum officium memorat Pollux 8, 120 : Προειστήκεσαν δὲ τούτου (τοῦ ἐπὶ πρυτανείῳ δικαστηρίου) φυλοβασιλεῖς, οὓς ἔδει τὸ ἐμπεσὸν ἄψυχον ὑπερορίσαι. Dixit de iis Meier. De lite Att. p. 116.]

[Φυλογένεσις, ἡ, scribendum apud Proclum In Plat. Polit. in Maii Spicil. Rom. vol. 8, p. 704, ubi est φιλογ. Osann.]

[Φῡλοδάμας, αντος, ὁ, Phylodamas, n. pr. Quint. Sm. 8, 403.]

[Φῡλοδάμεια, ἡ, Phylodamia, Danai filia. Pausan. 4, 30, 2; 7, 22, 5.]

[Φυλοδίκη. Φυλοδόκη. V. Φυλομέδουσα.]

Φυλοκρινέω, Judicis officio fungor in tribu, Sum judex tribus, ut quidem interpr. nonnulli. In VV. LL. Φυλοκρινῶ, Judico per tribus, ex Polluce, qui tamen dicit duntaxat, ἀπὸ δὲ φυλῶν, τὸ φυλοκρινεῖν. Hesych. autem habet baryt. verb. Φυλοκρίνομαι, quod exp. ἐν τῇ φυλῇ διακρίνομαι. [Vitiose pro Φυλοκρινοῦμαι, et vitiosius etiam in præcedente gl. Φυλλοκρίνειν· τὰς φυλὰς διακρίνειν, ubi Musurus recte φυλοκρινεῖν.] Vide aliam signif. verbi illius φυλοκρινεῖν post Φῦλον. [Ubi hæc dixit post verba s. v. Ἀλλόφυλος posita :] Verum et de verbo Φυλοκρινεῖν iterum hic dicendum est : id nimirum non a φυλή, ut censet Pollux [8, 110], sed a φῦλον deduci, si Eustathio [p. 239, 22] credimus, qui id significare ait quod Hom. dicit κρίνειν ἄνδρας κατὰ φῦλα : atque adeo ex his ipsis verbis posteros verbum illud composuisse. Suidas Φυλοκρινεῖ exp. διακρίνει, et καταδοκιμάζει περιέργως, Etym. [M. p. 802, 33] διακρίνω, et καταδικάζει παρέργως : sed reponendum censeo, καταδικάζει περιέργως, ex Suida, nec non ex Lex. meo vet. [Sic etiam cod. Dorvill. Apud Cyrill. δοκιμάζει, περιέργως κατεξετάζει.] At Hesychii expositio supra commemorata fuit. [Phrynich. in Bekk. Anecd. p. 71, 8 : Φυλοκρινεῖν· κυρίως μὲν τὸ τὰς φυλὰς τὰς ἐν ταῖς πόλεσι διακρίνειν· (φυλὰς διαχωρίζω exp. Cyrill. in Matth. Gloss. vol. 1, p. 23, ubi aliud Lexicon addit καὶ γενεάς·) σημαίνει δὲ καὶ τὸ ἄλλο τι διατάττειν καὶ διακρίνειν. Propriæ quam Phrynichus dicit significationis nullum usquam exemplum repertum est nec poetarum loci exstant ex quibus syllabæ primæ mensura pateat. Itaque dubitari potest utrum hæc sit recta verbi scriptura an, quæ non minus frequens est, φιλοκρινεῖν. Nam codices modo in alterutra scriptura omnes consentiunt, modo inter utramque fluctuant, ut in locis scriptorum quos Seagerus, Kallius aliique collegerunt, quorum antiquissimus est Thucyd. 6, 18 : Εἰ ἡσυχάζοιεν πάντες ἢ φυλοκρινοῖεν οἷς χρὴ βοηθεῖν. Multo frequentior verbi usus apud posteriorum temporum scriptores, velut Lucian. Abdic. c. 4, Phalar. 2 c. 9, Aristid. vol. 1, p. 218, Dion. Cass. 52, 19, Basilium M. vol. 3, p. 73, 304, 365, Orig. C. Cels. 3, p. 142, Cyrill. Alex. Præf. in Hoseam p. 2, Liban. vol. 1, p. 221, Euseb. H. E. 8, 4, Phot. in Wolfii Anecd. vol. 1, p. 127 (ubi : Τοὺς ὑπαιτίους τῶν ἐναντίων φυλοκρινοῦντες), Eumath. p. 15, schol. Hephæst. p. 82, Eustath. Opusc. p. 230, 10; 254, 50, et p. 164, 10, ubi φυλλοκρινοῦντες scriptum duplici λ, ut alibi passim, velut ap. Herodian. Epimer. p. 146, qui φυλλοκρινῶ per ἐκλέγομαι exp., quod vitium in locis quibusdam Georg. Pachym. Andron. fraudi fuit Possino in Glossario p. 513. G. D. Greg. Nyss. t. 1, p. 460, C; 65, A, ἕκαστον φυλοκρινῶν τε καὶ διεξετάζων ὁ νοῦς· t. 2, p. 728, D, φυλοκρινεῖν ἐν ἑαυτῷ τὰ νοήματά τε καὶ τὰ ῥήματα. Phot. Epist. p. 182, 7, τὸν ἄμεινον εἰπόντα φ., ubi est, Dijudicare. Hase. || Eadem librorum inconstantia est in derivatis, modo per υ modo per ι scriptis. Φυλοκρινητέον Synes. p. 29 (ex codd. ap. Boiss. Anecd. vol. 2, p. 338 : nam vulgo φιλο—). Φυλοκρίνησις, εως, ἡ, Dijudicatio, ap. Clem. Al. Strom. 2, 8, 38, p. 449, 16. Φυλοκρινητικὸς, ἡ, ὸν, Dijudicatorius, ibid. 36, p. 448, 9, ubi φ. σοφία.]

[Φῡλομάχη, ἡ, Phylomacha, Hagniæ filia, et altera junior, Hagniæ ex Eubulide neptis, frequenter memorata ab Demosth. in Oratione contra Macartatum p. 1055 seqq., male in codice uno Φιλομάχη scriptæ. Scripturæ Φυρομάχη, quam Keilius Anal. epigr. p. 211, restitui volebat, nullum est in libris vestigium.]

[Φῡλόμαχος, ὁ, Phylomachus, statuarius. Apollonid. Anth. Plan. 239, nisi Φυρόμαχος scribendum cum Brunckio, quod v.]

[Φῡλομέδουσα, ἡ, Phylomedusa, Areithoi uxor. Hom. Il. H, 10, ut nunc ex codd. pluribus restitutum pro Φιλομέδουσα. Eadem de aliis hujusmodi nominibus dubitatio. Φιλοδίκης nomen supra ex Apollodoro memoratum Φυλοδίκη scribit Schneidew. in Comment. de Hymno Hom. in Apoll. p. 38. Nomen Nereidis quod in libris Virgilii Georg. 4, 336, et Hygini Fab. Præf. p. 8, *Phyllodoce* vel *Phyllidoce* scribitur, in aliis corruptius *Philledoce*, *Philidice*, *Phillidoce*, *Phyledoce*, nihil aliud esse videtur quam Φυλοδόκη. Suspectum etiam Φιλοβίη, quod Persei uxoris nomen est ap. Parthen. c. 16. G. Dind.]

Φῦλον, τὸ, pro præcedente illo φυλὴ, Tribus. Eust. [p. 93, 3] φύλλον ait quosdam putasse scribi duplici λλ, vel διὰ τὸ ἐν τῷ φυσᾶσθαι λαλαγεῖν, vel πρὸς διαστολὴν τοῦ φύλου, ὃ δηλοῖ τὴν φυλήν. [Etym. M. p. 802, 9 : Φῦλα· ἔθνη δι' ἑνὸς λ πρὸς ἀντιδιαστολὴν τοῦ φύλλου ἐπὶ τῶν δένδρων. Ὥρος ἐτυμολογεῖ ἢ ἐκ τῶν πολλῶν ἄθροισις, ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν φύλλων, cui commento colorem addit collato Homerico versu Οἵη περ φύλλων γενεὴ, τοιήδε καὶ ἀνδρῶν. Manifestum est φῦλον ab φύω derivatum esse nihilque commune habere cum φύλλον. Φῦλα Hesych. exp. ἔθνη, συγγενικὰ γένη, et Φῦλον, ἔθνος, γένος. Dicitur autem φῦλον modo angustiore sensu de iis qui ejusdem stirpis vel familiæ sunt, modo latiore de iis qui vel ejusdem nationis sunt vel unius generis sunt.] Hom. Il. B, [362] : Κρῖν' ἄνδρας κατὰ φῦλα, κατὰ φρήτρας, Ἀγάμεμνον, sunt qui φῦλα ita accipiant, sc. pro Tribubus. At ipse Eust. exp. κατὰ ἔθνη, Per nationes s. gentes : ut Cretenses seorsum, Athenienses item seorsum, itidemque ceteros. Auctor breviun scholl. dicit κατὰ ἔθνη, ὅ ἐστιν ἴδια πλήθη. Il. P, [220] : Κέκλυτε, μυρία φῦλα περικτιόνων ἐπικούρων, exp. ἔθνη et γένη. Apud Eund. legitur, itidemque ap. Hesiod. [Op. 90] : Φῦλ' ἀνθρώπων, ut sc. dicitur ab Horat. Gens humana, pro quo tamen usitatius est Genus humanum. [Φῦλ' ἀνθρώπων ap. Hom. Il. Ξ, 361, Od. Γ, 282, al. Φῦλον Il. E, 441 : Οὔποτε φῦλον ὁμοῖον ἀθανάτων τε θεῶν γαμαὶ ἐρχομένων τ' ἀνθρώπων, ut φ. ἀθανάτων ap. Hesiod. Op. 197. Φῦλα θεῶν Il. O, 54, 161,

177; θεάων Hesiod. Theog. 965.] Sed et φῦλα γυναικῶν ap. Eund. [Il. I, 130, 272, Hesiod. Theog. 1022] extat: quod reddi posse videtur Gens muliebris, eo modo quo dicit Horat. Gens humana. Apud Lucr. autem Secla talem usum habere videtur, qualem habet φῦλα cum illis genitivis, ubi sc. dicit Secla ferarum. Sed videndum an itidem dici potuerit Secla hominum. [Φῦλα Πελασγῶν Il. B, 840. Ἄγρια φῦλα Γιγάντων Od. H, 206. Φῦλον ἀοιδῶν Od. Θ, 481. De muscis Il. T, 30: Ἀλαλχεῖν ἄγρια φῦλα, μυίας. Μελισσέων ἀγλαὰ φ. Hesiod. ap. schol. Apoll. Rh. 1, 156.] Apud eund. Hom. φῦλον est Genus, in alia etiam signif. Od. Ξ, [68]: Ὣς ὄφελλ' Ἑλένης ἀπὸ φῦλον ὀλέσθαι Πρόχνυ. Rursumque [182]: Ὅπως ἀπὸ φῦλον ὄληται Νώνυμον ἐξ Ἰθάκης Ἀρκεισίου ἀντιθέοιο, ubi Eust. φῦλον esse dicit τὴν κατὰ σειρὰν πρὸς βάθος διαδοχήν. In illo autem priore l. scribit ex veterum auctoritate, φῦλον Helenæ esse non τὴν κατὰ πλάτος συγγένειαν τὴν εἰς πᾶν τὸ γένος διήκουσαν, ἀλλὰ τὴν κατὰ βάθος ἐν ἐκείνῃ περιϊσταμένην· sc. ejus patrem, ipsam et ipsius prolem. Ibid. meminit et illius alterius loci, docens appellatione φύλου comprehendi Laertem, ejusque filium Ulyssem, et hujus ipsius filium Telemachum. [Post Homerum Pind. Pyth. 3, 36: Ἔστι δὲ φῦλον ἐν ἀνθρώποισι ματαιότατον, et Tragici, velut Æsch. Prom. 809: Ὄξεις κελαινὸν φ. Suppl. 544: Πολλὰ βροτῶν διαμειβομένα φῦλα· Eum. 57, de Furiis: Τὸ φῦλον οὐκ ὄπωπα τῆσδ' ὁμιλίας, i. e. ut schol. exp. οὐδέποτε τοιοῦτον γένος εἶδον. Φῦλον ἀνθρώπων Soph. fragm. 518. Id. OEd. T. 19: Τὸ δ' ἄλλο φ. ἐξεστεμμένον ἀγοραῖσι θακεῖ, i. e. Reliqua pars populi. Φ. ὀρνίθων Antig. 343, ut φ. πτηνῶν ap. Aristoph. Av. 1088, ὀρνέων ap. Plat. Tim. p. 91, D, et τὸ πτηνὸν φ. Soph. p. 220, A, φ. θηρῶν Eur. ap. Sext. Emp. p. 360, et δεινὰ φῦλα πόντου ex eodem ap. Plut. Mor. p. 98, E. Idem Suppl. 663: Φῦλα τρία τριῶν στρατευμάτων· Iph. T. 887: Βάρβαρα φῦλα. Nec raro in prosa, ut τὸ ἡρωϊκὸν φ. ap. Plat. Crat. p. 398, E, τὸ κηρυκικὸν Polit. p. 260, D. Id. Theæt. p. 160, D: Κατὰ Ὅμηρον καὶ Ἡράκλειτον καὶ πᾶν τὸ τοιοῦτον φῦλον. Xen. Cyrop. 1, 5, 2: Σύρους, φ. οὐ μικρὸν ... ἰσχυρότατον τῶν ἐγγὺς φύλων· 4, 1, 3: Τὸ ἡγούμενον φ. τῆς στρατιᾶς. Lucian. Nec. 15: Κατὰ ἔθνη καὶ φῦλα διαιτώμενοι. Φῦλα θεοῦ, ἔθνη θεοῦ ap. Hesych. Et sæpe in periphrasi, ut τὸ τεττίγων φ. Ælian. N. A. 6, 19, ubi Jacobs. comparat τὸ τῶν ποιητῶν φῦλον ib. c. 43, τὸ σοφιστικὸν φ. ap. Synes. Epist. p. 309, A. (Ælian. ib. 2, 43; 7, 9 et 25; 9, 39; 12, 45. Herch.) Πᾶν τὸ Σκυθικὸν φ. Dio Cass. 51, 24. Idem 59, 9: Ἐκ τοῦ βουλευτικοῦ φ. γεγενημένος· 39, 17: Ἐκ τοῦ τῶν Κορνηλίων φύλου. Improprie τὸ φ. τῶν ἡδονῶν Lucian. Nigr. 16.] || Sexus. Xen. Rep. Lac. [1, 4]: Σωμασκεῖν ἔταξεν οὐδὲν ἧττον τὸ θῆλυ τοῦ ἄρρενος φύλου. Sic autem et Aristot. usus esse traditur. Commode certe ex hoc φῦλον, i. e. hanc signif. habente, deducemus ὁμόφυλος, quum ponitur pro Eo qui est ejusdem sexus, de qua signif. dictum fuit supra in Φυλή. Ex eod. Xen. affertur [Mem. 2, 1, 7]: Τούτων ἑκατέρου τοῦ φύλου τὴν τάξιν οἶσθα, pro Utriusque generis horum ordinem nosti.

[Φυλονόη, ἡ, Phylonoa, n. pr. in inscr. vasculi ap. Walz. *Kunstblatt* 1835, nr. 68, p. 284.]

[Φῡλονόμη, ἡ, Phylonome, Craugasi filia. Pausan. 10, 14, 2. Cycni uxor ap. schol. Hom. Il. A, 38, Steph. Byz. s. v. Τένεδος. Male Φιλονόμη in Etym. M. p. 763, 25.]

[Φῡλοπίδας, ὁ, Phylopidas, Spartanus, ap. Diog. L. 2, 53. Nam sic recte Cobetus ex codd. pro vulgato olim Φιλοπίδας.]

Φύλοπις, ιδος, ἡ, quidam a φῦλον, alii a φυλὴ derivari putarunt. [De accentu Arcad. p. 33, 15.] Est autem φύλοπις, Pugna, Prælium. [Per πόλεμος, μάχη exp. Hesych.] Hom. Il. Λ, [213] de Hectore: Πάλλων ὀξέα δοῦρα κατὰ στρατὸν ὤχετο πάντη, Ὀτρύνων μαχέσασθαι· ἔγειρε δὲ φύλοπιν αἰνήν· Δ, [15]: Φύλοπιν αἰνὴν Ὄρσομεν· sed ei præfigit πόλεμον, ita canens, Ἦ ῥ' αὖτις πόλεμόν τε κακὸν καὶ φύλοπιν αἰνὴν Ὄρσομεν. Sic certe et Hesiod. dixit [Op. 160]: Πόλεμός τε κακὸς καὶ φύλοπις αἰνή. Atque ut hic πόλεμος et φύλοπις copulantur, sic alibi μάχη et φύλοπις, ut Il. N, [789]: Ἔνθα μάλιστα μάχη καὶ φύλοπις ἦεν, quæ ἐκ παραλλήλου conjungi existimantur. Sed et πολέμοιο φύλοπιν apud utrumque poetam legi sciendum est, et scribere Eustath. [p. 951, 37; 1688, 5], quum dicitur φύλοπις sine hac adjectione, tunc poni imperfecte; at quum additur iste gen., tunc perfectam esse orationem. Id autem ita scribit quasi φύλοπις significet ἀϋτὴν, s. βοὴν, i. e. Clamorem. Nam alibi tradit φύλοπιν esse τὴν τῶν φύλων ὄπα, i. e. βοήν. Atque ita πολέμοιο φύλοπις fuerit Bellicus nationum clamor, ἡ τῶν φύλων ἐν τῷ πολέμῳ βοή. Sed si verum est quod Idem scribit, sc. βοὴν itidem significare μάχην, idque ἐκ τοῦ παρακολουθοῦντος (unde esse, βοὴν ἀγαθὸς Μενέλαος, pro πολεμιστὴς), nihilo magis φύλοπις quam βοὴ imperfecte hac in signif. ponetur. Etym. autem [M. p. 802, 33] scribit φύλοπις dici παρὰ τὸ ὁμοῦ τὰ φῦλα εἶναι, quasi φύλομις. In VV. LL. annotatur etiam, φύλοπις dici quasi φυλῶν ὀπὶς, propter infesta tribuum pugnantium ora: quæ deductio, undecunque sumpta sit, minus mihi arridet. [Semel in tragœdia, ap. Soph. El. 1073: Τὰ δὲ πρὸς τέκνων διπλῆ φ. οὐκέτ' ἐξισοῦται φιλοτασίῳ διαίτᾳ. Ap. Aristoph. Pac. 1076, in parodia versus Homerici: Φυλόπιδος λῆξαι. Nicet. Chon. Hist. p. 42, D: Ἡ Ἐνυὼ ἐφέπεται καὶ τῆς Φυλόπιδος ξυλλαβομένης ἡ μάχη λαμπρῶς ἐκορθύετο. Lycophr. 555: Συμβαλόντα φύλοπιν. G. D. Orac. Sibyll. 3, 451; 4, 62, φ. αἰνὴ στήσεται ἐν πολέμῳ. Inscr. Corc. C. I. vol. 2, p. 38, n. 1914, 6, φυλόπιδος δ' ἐξέρυσαν στυγερᾶς. Hase.]

[Φῡλώ, οῦς, Phylo, Helenæ serva. Hom. Od. Δ, 125.]

Φῦμα [In libris interdum φύμα scriptum, quæ vulgaris pronuntiatio fuisse videtur Lehrsio ad Herodian. p. 363, ex qua explicandum sit quod φύμα corripi credidit Herodian. Περὶ διχρόνων p. 294, 7, ex eoque Draco p. 57, 6; 95, 23; 100, 22, φῦμα productum Atticis tribuentes. Quem errorem notavit Lobeck. Paral. p. 419. Productæ syllabæ prioris exemplum est φῦμα μηρίων μεταξὺ, quæ ex Archilocho affert gramm. in Cram. Anecd. Oxon. vol. 1, p. 164, 25. Syllabam primam dativi pluralis φυμάτεσσιν versui dactylico aliter non apti corripit Marcell. Sid. 83: Φέρει φυμάτεσσιν ἀρωγήν], τὸ, Quod enatum est, et quidem proprie, ex terra. [Hesych.: Φύμα (hoc accentu), ψώρα, ἢ ἕτερον φύμα. Φύματα, ψυδράκια, ψῶραι.] Sed generalius etiam accepit Gregor. quum primævam parentem Evam πλευρᾶς φῦμα vocavit, i. e. Propaginem, quod ex costa Adami facta fuerit. [Φύματα, Gregor. Naz. Carm. p. 19. Kall. Aretæus p. 71 extr.: Ἐπανεκλήθη ὡς ἐς φῦμα ζωῆς.] || Φῦμα, Tumor omnis præter naturam, qui citra externam causam oritur, a similitudine eorum quæ ex terra enascuntur atque erumpunt. Tuberculum et Oriens tuberculum dixit Celsus, ut φύγεθλον, Orientem panum. VV. LL. Φύματα, inquit Marc. ap. Diosc., nihil aliud sunt quam ἀδένων παθήματα, Adenum affectiones, in quibus factæ inflammationes, φύματα, i. e. Pani, dicuntur. Idem addit se observasse crescentes quocunque loco et parte corporis, veluti tumidos abscessus, sic vocari: et a Græcis in hoc genere appellari etiam φύγεθλα, a Latinis Furunculos, magnitudinis tamen differentia. Celsus uno in loco dicit orientia tubercula vocari a Græcis φύματα. In alio scribit, At adversus panum tum primum orientem, quod φύγεθλον Græci vocant, et omne tuberculum quod φῦμα nominatur, miscetur ochra, etc. Idem in proxime præcedente malagmate dixerat, Ad parotidas, eaque tubercula quæ μελικηρίδες, i. e. Favi, vel φύματα nominantur. Hæc 5, 18. At c. 18 libri ejusdem, Φῦμα vero, inquit, nominatur Tuberculum furunculo simile, sed rotundius et planius, sæpe etiam majus. Nam furunculus ovi dimidii magnitudinem raro explet, nunquam excedit: φῦμα etiam latius patere consuevit, sed inflammatio dolorque sub eo minores sunt, etc. Hæc ille. Sciendum est autem φῦμα redditum alicubi fuisse etiam Papulam (quam interpret. minime probo), nec non Verrucam et nævum a Gaza ap. Aristot. H. A. 7, [6]; nam pro φύματα et οὐλὰς dicit Verrucas et nævos, et cicatrices. Idem φῦμα reddit etiam Abscessum apud Eundem; qui illis tribuit τὸ προσπεφυκέναι, De gener. anim. 4, [4]: Ὅσα

δὲ συμβαίνει τοιαῦτα ὥστε ἔχειν δύο αἰδοῖα, το μὲν, μρενος, τὸ δὲ, θήλεος, ἀεὶ τὸ μὲν, κύριον τῶν πλεοναζόντων γίνεται, τὸ δὲ, ἄκυρον· προσπέφυκε δὲ καθάπερ τὰ φύματα· καὶ γὰρ ταῦτα λαμβάνει τροφὴν, καί περ ὄντα ὑστερογενῆ καὶ παρὰ φύσιν. [Theophr. H. Pl. 9, 11, 1, De odor. § 61.] Hic certe aliisque in ll. hujusmodi generalius accipi constat; at signif. magis peculiarem habet cum alibi [Herodot 3, 133 : Φῦμα ἐπὶ τοῦ μαστοῦ], tum in hoc Luciani loco [Macrob. c. 19] : Φῦμα ἔσχεν ἐπὶ τοῦ χείλους. [Eustath. p. 1390, 54 : Τύλη τὸ φ. τὸ ἐπὶ τοῦ αὐχένος.] Libet autem addere superioribus et ea quæ de hac voce Gorr. scribit, ex Galeno atque Aetio petita. Φῦμα, inquit, Tuberculi genus est, sic dictum ἀπὸ τοῦ φύεσθαι, h. e. ab iis quæ sponte ex terra nascuntur. [Sic Galen. in Comm. ad Hipp. Epidem. p. 1165, 8.] Est autem ejus signif. duplex, sicut Paulus 4, 22, scribit. Una generalis, et communis, qua, ut multorum sententia est, omnes æque tumores ἀποστηματώδεις, qui præter naturam oborti sunt, in quacunque corporis parte, φύματα appellantur, quod Hippocr. scripserit, Quibus phymata in urinario meatu excitata sunt, abscessu suppurato ruptoque liberantur. Addit vero Galen. Comm. 1 in 6 τῶν Ἐπιδημ. [vol. 9, p. 375], sic vocari eos præter naturam tumores, qui prorsus sine causa aliqua externa proveniunt, maxime si extra corporis superficiem extuberent. Qua quidem signif. δοθιῆνες, ἀκροχορδόνες, σατυριασμοὶ, χοιράδες, et id genus quamplurimi tumores, qui per se nullamque externam ob causam excitantur, in extimis corporis partibus φύματα vocantur, sive lati sint, nec multum alti, cujusmodi sunt φύγεθλα, sive etiam elatiores et paulo magis extuberantes. Altera vero specialis propriaque signif. est, secundum quam φῦμα dicitur Phlegmone, quæ in adenosa carne sponte oborta statim augetur, atque ad suppurationem cito pervenit. [V. Galen. vol. 9, p. 122.] Quomodo neque δοθιῆνες phymata sunt, ut qui magis scirrhosi sint quam phlegmones natura ferat : neque etiam χοιράδες, tum eandem ob causam, tum quod non facile in pus vertuntur. Duri præterea hi tumores sunt, quum φῦμα mollius sit atque calidius, tanquam ex sanguine genitum. Hæc ille. [Τὰ χοιρώδεα φύματα, Tubercula strumosa, pueris fieri scribuntur ab Hippocr. p. 95, E; interdumque φῦμα Abscessum et materiam in partem aliquam corporis decumbentem (ἀπόστημα ἢ ἀπόσκημμα dicunt) significat, ut p. 134, A, Aphorism. 4, 44, 45; 7, 65. Sic enim Celsus φύματα vertit Abscessus 7, 2. Est ubi φῦμα ἐμπύημα et inflammationem omnem in pus conversam designat, velut Aphor. 7, 8. Ubi Galen. : Φῦμα ὠνόμασεν ὅπερ ἐν ἑτέροις αὐτὸς εἴωθε προσαγορεύειν ἐμπύημα. Sic φύματα ἔμπυα dicuntur p. 95, E. Et p. 1200, G, φυήματα eadem quæ φύματα et ἐμπυήματα, in tumoribus simul junguntur. (Illud vitiose scriptum pro φύματα.) Φύματα ἐν πνεύμονι p. 183, H. Quibus opponuntur φύματα σκληρά τε καὶ ἄπεπτα, ex quibus Φυματίαι fiunt et qui tuberculis hujusmodi laborant, ut scribitur p. 807, C; 817, B; quorum etiam meminit Galen. De loc. aff. p. 287, 41. Fors. De phymatum cura v. locos Galeni collectos in indice ed. Kühn. vol. 20, p. 479.] Ut autem eadem opera et de nomine Φύγεθλον (cujus mentionem in præcedentibus aliquoties inseri vides), quæ satis esse possint, dicantur, afferam et hæc ex Eodem : Φύγεθλον, Panus, s. Panis : utroque enim modo Latine dici potest, ut Herm. Barbarus annotavit. Dicitur a quibusdam et Panicula. [Pollux 4, 191 : Φύγεθλον (nam sic correctum quod in libris est φύγετρον) φῦμα περὶ βουβῶνα μετὰ πυρετοῦ. Galen. Definitt. med. vol. 2, p. 274 : Φ. ἐστι κατὰ βουβῶνα γινόμενον ἀπόστημα.] Quid sit φύγεθλον, Celsus aperte explicavit 5, 25 : Est tumor non altus, latus, in quo quiddam pustulæ simile est. Dolor distentioque vehemens est, et major quam pro magnitudine tumoris : interdum etiam febricula : idque tarde maturescit, neque magnopere in pus convertitur. Fit maxime aut in vertice, aut in alis, aut inguinibus. Panem in similitudinem figuræ nostri vocant. Ex quibus Celsi verbis apparet manifesto φύγεθλον esse Phlegmonen erysipelatodem, vel erysipelas phlegmonodes. Quod enim hic tumor A multæ bilis sit particeps, ideo non alte assurgit, neque in profundum valde subit, sed erysipelatis modo latior est : occupat tamen et subjectæ carnis aliquid, quod aliqua ex parte phlegmone sit. Propter eandem bilem, etiam pustulæ quædam, ut et in herpete, excitantur, et dolor distentioque major est quam pro magnitudine tumoris : tarde etiam maturescit eandem ob causam, neque magnopere in pus convertitur. Addit vero et Galen. [vol. 10, p. 369] id tumoris genus præditum esse summo calore, et citissime generari, iisque duobus quosdam ipsum ab aliis phymatibus et tuberculis distinxisse. Fit maxime, ut scribit Celsus, in vertice, alis aut inguinibus, nec tamen in iis tantum, sed in omnibus etiam glandulosis partibus, ut Galenus [vol. 7, p. 321] auctor est. Figura illi pano similis est, quo textores utuntur, atque etiam pani. Quam figuram quamvis φύγεθλον habeat cum phymate communem, multis tamen nominibus ab eo differt; φῦμα enim verior phlegmone est, magisque exquisita, proindeque facilius in pus B convertitur : præterea tanto minus doloris affert, minusque calidum, nisi dum suppurat, sentitur, quanto bilis flava sanguisque biliosus sincero sanguine plus doloris movet, calidiorque est. Differt autem φύγεθλον a Bubone auctore Galeno, ut scribit Paulus 4, 22, quod bubo phlegmone sit : φύγεθλον vero, ut dictum est, sit φλεγμονῶδες ἐρυσίπελας, vel ἐρυσιπελατώδης φλεγμονὴ τοῦ ἀδένος. [Conf. Theoph. Nonn. vol. 2, p. 254. G. D. Leo Philos. Consp. med. p. 207, 13 Ermerins. Pseudo-Chrys. t. 1, p. 1019, E, φύματα καὶ τραύματα. Hippiatr. p. 69, 25, χοιράδες ἢ φ. De differentia inter φῦμα et φύγ. Psellus ap. Boiss. Anecd. gr. vol. 1, p. 228, 1291 : Βουβῶν δὲ καὶ φύγ., ἀλλὰ καὶ φῦμα, πάθη πέφυκεν ἀδένων καλουμένων κτλ. Hase.]

[Φῦμᾰτίας, ὁ. HSt. s. v. Φῦμα :] Hinc Φυματώδης, et Φυματίας, et Φυματοῦσθαι : quæ omnia derivata quum ap. Hippocr. extent, sunt tamen in VV. LL. prætermissa. Est autem Φυματώδης, Phymatis abundans. [Hippocr. p. 400.] Idemque significat et Φυματίας : sic tamen ut accipi etiam possit simpliciter pro Eo cui sunt phymata. [V. locos Hippocratis s. v. Φῦμα indicatos. « Rufus ap. Oribas. t. 2, p. 93, 2 ed. Daremb. : Φυματίαι κατὰ θώρακα καὶ δύσπνοοι καὶ βηχώδεις. » Hase.]

[Φῦμάτιον, τὸ, Tuberculum. Hippocr. p. 648. Rufus p. 11 ed. Matth. : Ἡ φυματίοις ἢ αὐτομάτοις ἕλκεσιν. Angl. Idem Oribas. t. 2, p. 96, 6 ed. Daremb. Hase.]

[Φῦματόω. HSt. s. v. Φυματίας :] At Φυματοῦσθαι dicitur aliqua pars corporis in qua φύματα nascuntur. Sed et persona ipsa φυματοῦσθαι dici potest cui illa nascuntur. [Hippocr. p. 1229.]

[Φῦματώδης. V. Φυματίας.]

[Φῦμι. Φῦναι. V. Φύω.]

καὶ οἱ πρόλοβοι τῶν ὀρνίθων, καὶ τὰ ἐν ταῖς κνήμαις ἐγκαύματα. Sed confuderunt grammatici duas voces, sono admodum vicinas, φύσιγγας, et φαύσιγγας. Φύσιγγες proprie sunt *turgidi folliculi in allii capite, caules*, dein *quicquid cavum est.* Galenus in Gloss. Hipp.: Φύσιγγα, τὸ καλούμενον ἐκκαύλημα, καὶ μάλιστα τὸ κοῖλον. Vid. Foes. OEcon. Hippocr. v. Φύσιγξ. (Theophr. H. Pl. 4, 7, 12: Φέρειν δέ φασι καὶ τὸ σκόροδον ἐπὶ τῆς φύσιγγος σκόροδα καὶ τὸ κρόμυον κρόμυα. Nam sic librorum vitium σφύριγγος correxit Salmas. Exerc. Plin. p. 1188. Vid. Schneid. vol. 3, p. 578. Κρόμμυον, σκόροδον, φύσιγγες ap. Dioclem Athen. 2, p. 68.) Apud Pollucem 4, 198: Χηλαὶ ἢ φύσιγγες ἢ ῥαγάδες πτερνῶν, ποδῶν, αἰδοίου, mutandæ non videntur. Apud Hesych.: Φόριγγες, τὰ ὕδνα, *tubera*, hinc fortassis sunt depravata. Φαύσιγγες autem *maculæ sunt ab igne in tibiis inustæ, pustulæ, papulæ.* Pierson. Forma Laconica ap. Hesych., de qua Valck. ad Theocr. Adon. p. 276: « Apud Hesych. Φούϊξ, φύσιγξ, nisi quod male vulgatur σφύσιγξ. Pustulæ rubentes, φλύκταιναι, et φύσιγγες, dicebantur φούϊκες Laconice. »]

Φυσίζοος, ὁ, ἡ, q. d. Vitam producens, i. e. quæ ad vitam degendam sunt necessaria. Redditur vulgo, Victum producens; sed scimus nomen ζωὴ nequaquam pro Victu poni, sicut βίος utramque signif. habet. Redditur etiam Vitam vivificans, quæ interpr. inepta est. Apud Hom. certe φυσίζοος αἶα, Il. Γ, [243] et alibi [Il. Φ, 63, Od. Λ, 301. Orac. ap. Herodot. 1, 67], apte reddi poterit Alma tellus. Est enim alma, ἡ φύουσα τὰ πρὸς ζωὴν χρήσιμα, ut Eust. exp. φυσίζοος. Hesych. itidem πρὸς τὸ ζῆν φύουσα: sed addo articulum τὰ ante πρός. Tale est φερέσβιος, et βιόδωρος. [Φ. οὖδας Oppian. Hal. 1, 395.] Esse autem et solis epitheton testatur Gregor. Naz. [vol. 1, p. 559, C.] Quin etiam φυσίζοον ὕδωρ in Epigramm. [Anth. Pal. 9, 383, 12; Nonn. Joann. c. 4, 53] legitur. [Φ. πηγὴ Anth. Pal. 1, 19, 3, Nonn. Dion. 35, 19; φ. ἀὴρ Tryphiod. 77; φ. ἠχὼ Nonn. Jo. c. 12, 43; φ. αἴγλη Manetho 6, 28.] In Eorund. lib. 2 [Anth. Pal. 11, 400] jocose Grammatica vocatur φυσίζοος, tanquam miseris literatoribus victum suppeditans. Affertur porro et alia interpret. vocis φυσίζοος, quam Eustath. [cujus copiosa de hoc v. disputatio est p. 410 sq.] in Rhet. Lex. extare ait: nimirum ut sit ἡ ζῶα φύουσα, i. e. Quæ animantia producit. Quod autem ad scripturam attinet, habentem o pro ω, vide quæ de ea idem gramm. disserit, eique potius fidem habe, quam iis qui scribi etiam φυσίζωος tradunt. [Frequens in codd. vitium, notatum ab Wernick. ad Tryphiod. p. 124, ut ap. Hesych. Φυσίζωος· πρὸς τὸ (scr. ἡ τὰ πρὸς τὸ ex schol. Hom. Il. Γ, 243, et Suida) ζῆν φύουσα.] In VV. LL. annotatur esse φυσίζωος et nomen proprium loci apud Lacedæmonem, ubi Castores terra absorpti, rursus emerserint. Cujus expositionis auctor non nominatur; sed ego eam apud Didymum, aut quicunque est brevium in Hom. Scholl. auctor, reperio: ex quo pro Castores reponendum est Dioscuri, i. e. Castor et Pollux. Hoc præterea sciendum est, ipsum hanc expositionem tribuere illi Homeri loco, Il. Γ, sicut et alteram; quoniam enim ibi Homerus de Dioscuris canit, Τοὺς δ' ἤδη κάτεχεν φυσίζοος αἶα Ἐν Λακεδαίμονι αὖθι, φίλῃ ἐνὶ πατρίδι γαίῃ, ille postquam priorem illam epitheti φυσίζοος protulit, subjungit, Ἢ ὅτι τῷ ὄντι λέγεται χώρα ἐν Λακεδαίμονι οὕτω φυσίζωος· ἐπεὶ ἐκεῖ δοκοῦσιν οἱ Διόσκουροι καταποθέντες πάλιν ἀναδοθῆναι. [Φ. γένος, Æsch. Suppl. 584: Ἔνθεν πᾶσα βοᾷ χθὼν, φυσίζοον γένος, τὸ δὴ Ζηνός ἐστιν ἀληθῶς. Φ. cognomen Cereris ap. gramm. Ms. ap. Ruhnk. ad Hymn. in Cer. 122, p. 23. G. D. Clem. Al. Protrept. 2, 30. German. CPol. De cruce p. 236, C Grets., φ. ὕπνον. Inscr. Pergam. C. I. vol. 2, p. 855, n. 3538, 15: Ἡδὲ Διωνύσῳ λαθικηδέϊ φυσιζώῳ· at Apollinar. Interpr. Psalm. p. 103, 19, φυσίζοον ἕρμα, et p. 147, 6, φυσίζοα δῶρα. Schol. Oppian. Hal. 1, 395: Φ., τὴν δωρουμένην τὰς ζειὰς, ἢ ἐκ τοῦ ἔχειν φύσιν ζωογονοῦσαν, φύουσαν πρὸς τὸ ζῆν. Hase.]

[Φυσίζωος. V. Φυσίζοος.]

[Φῦσιθεσῖται, οἱ, Italici quidam hæretici, sic dicti quia circa voces φύσις et θέσις argutarentur. V. schol. Maximi vol. 1, p. 233. Ducang.]

[Φῦσίκευμα, τὸ, Naturæ indagatio s. explicatio. Tzetz. Hist. 2, 482; 11, 1480. Elberling. Gl. ad Aristoph. Nub. 166: Διεντερεύματος· τοῦ φυσικεύματος, τῆς ἑρμηνείας. Ducang.]

[Φῦσικεύομαι, Naturam indago s. explico. Tzetz. Exeg. in Il. p. 89, 24, 25; 94, 2. Schæf. Theod. Prodr. in Lazerii Misc. 1, p. 30. Boiss. Leontius De sphæra Arati p. 265 ed. Buhl.: Ὁ Ἡσίοδος φυσικευόμενός φησιν. Eustath. Opusc. p. 205, 80. G. D. Julian. ap. Galen. vol. 18, part. 1, p. 255, 15, ὁ μεθοδικὸς λεληθότως φυσικευόμενος. Hase. Forma activa Joseph. in Walzii Rhett. vol. 3, p. 520, 5: Φιλοσοφήσεις καὶ φυσικεύσεις οὕτως· nisi φυσικεύσῃ scribendum, ut ap. Anon. ibid. p. 607, 26.]

Φυσίκιλλος ἄρτος, s. ἀρτίσκος, Panis quoddam genus [ap. Lacedæmonios] ap. Athen. 4, [p. 139, A.]

Φῦσικὸς, ἡ, ὸν [Legitur semel ap. Xenoph. l. infra cit., nusquam apud Platonem, frequenter ap. Aristotelem posteriorumque temporum philosophos aliosque scriptores], Naturalis, Ad naturam pertinens, Naturæ conveniens: ut [Σχέσις φ. καὶ ἐπίθετος Epictet. Diss. 2, 14, 8; νόμος φ. 3, 17, 6; κανὼν φ. 4, 10, 3; χάρις φ. 3, 22, 90. Φ. θερμότης Tim. Locr. p. 101, D. Τὰ πρῶτα καὶ φυσικώτατα (quattuor elementa) Plutarch. Mor. p. 395, D. Φυσικώτατος ὅρκος Sext. Emp. p. 389.] Φυσικὰ αἴτια, Naturales causæ, ap. Cic. [Φ. αἰτίαι Diodor. 3, 61.] Item ἐπιθυμίαι φυσικαὶ καὶ ἀναγκαῖαι, Cupiditates naturales et necessariæ, Eodem interpr. [Plutarch. Mor. p. 989, B.] Interdum vero voce Natura utitur ad exprimendum adjectivum φυσικὸς, ut quum pro ἐπιθυμίαι οὔτε φυσικαὶ οὔτε ἀναγκαῖαι, dicit, Neque necessitatem modo, sed ne naturam quidem attingerent. Item quum hæc verba, Τὴν πρὸς τὰ τέκνα φιλοστοργίαν, φυσικὴν εἶναι, reddit, Natura fieri ut liberi a parentibus amentur. [Φ. et συγγενικὴ φιλία ap. Plut. Mor. p. 758, C. Φ. συμπάθεια Simeon Sethi p. 76; φ. ἀντιπάθεια Geopon. 5, 33, 8; 10, 7, et Theoph. Nonn. vol. 1, p. 50, ubi v. Bernard. || Thom. M. p. 850: Φ. υἱὸς ὁ ἐκ πορνείας γεγονώς τινι. Schol. Soph. El. 327. Φ. παῖδες Joann. Mal. p. 437, 10.] Apud Herodian. 6, [1, 14]: Ὑπῆρχε δέ τι καὶ φυσικὸν ἦθος πρᾶον καὶ ἥμερον τῷ Ἀλεξάνδρῳ, Polit. vertit, Ceterum suapte natura suberat Alexandro mite mansuetumque ingenium. Potest alioqui φυσικὸς sæpe reddi Naturalis, ap. Philosophos præsertim, ut φυσικὰ αἴτια reddi vides Naturales causæ, a Cic. Sic φυσικαὶ ὀρέξεις, Naturales, ap. Aristot. Ex quo affertur et φυσικὴ θεωρία, in fine l. 1 Analytt. Postt. [et De partt. anim. 1, 1 extr.]: Φυσικὴ δὲ θεωρία, ἡ περὶ τῶν ὄντων διαλεγομένη ᾗ ὄντα ἐστί· εἴτε φυσικὰ εἴη ταῦτα, εἴτε ὑπὲρ τὰ φυσικά. Eidem certe alicubi ἡ φυσικὴ et ἡ ἰατρικὴ eadem pæne contemplatio est. [Φ. ἐπιστήμη Aristot. De partt. anim. 1, 1 (et ibid. omisso ἐπιστήμη). Φ. φιλοσοφία 2, 7.] In VV. LL. φυσικὸς βίος ex Seneca redditur Contemplativa vita. Ibid. φυσικὸς redditur etiam Nativus, Naturam sequens, Naturæ familiaris. Afferturque e Xen. [Mem. 3, 9, 1]: Φυσικὸν καὶ διδακτόν. Item φυσικὰ φάρμακα, ut ibid. annotatur, Alex. Trall. [locis multis] appellat Medicamenta et βοηθήματα ἀναιτιολόγητα: ut amuleta, cantiones, s. incantamenta aliaque id genus, quæ non a qualitatum efficientia, sed a naturali forma totaque substantia suos effectus producunt. [V. Salmas. ad Scriptt. Hist. Aug. vol. 2, p. 457, et Reines. Var. Lect. 3, 4, p. 392. Etiam Latini sic loquuntur. Veget. Veterin. 1, 39, 2: *Quibus aut præcantationes anicularum more aut aliquod quasi physicum remedium afferre conantur.* In Geoponicis φυσικὰ non tam sunt pravæ artes magicæ quam ea quæ fiunt latente natura sive causa; remedia sympathica; remedia naturalia ista quidem, nec superstitiosa, sed quorum ratio non potest explicari, quia latet obscuritate involuta naturæ. Quin omnia salutaria dicuntur φυσικὰ, ut ap. Veget. Veter. 3, 85, 5, *physicum* et *salutare* sunt synonyma. Τοῖς φυσικοῖς χρῆσθαι Geopon. 2, 18, 8. Φυσικὸν Δημοκρίτειον 10, 89 in lemmate. Φυσικὴ θεραπεία 2, 42, 3. Niclas. ad Geopon. 9, 1, 5 ubi adverb. est φυσικῶς ὤνησε.

Φυσικοὶ δακτύλιοι, Annuli magici, ap. schol. Aristoph. Pl. 884, de quibus dixit Lindenbrog. ad Ammian. Marcell. 29, 1.] Sic Idem ait in eo sensu, φυσικῶς ποιοῦσιν οἱ ὄνοι. [Geopon. 17, 6, 3 : Φυσικὸν δέ τινες ποιοῦσιν.] Marc. Empir. quoque physica remedia vocat, quæ physice agunt et vi occulta ab insita proprietate. Talia autem Galen. sub methodum cadere negat. Eadem certe opera et περὶ τῆς φυσικῆς δυνάμεως, ut Medici vocant, agendum est. Φυσικὴ δύναμις, i. e. Naturalis facultas, distinguitur bifariam a Galeno : in primas sive principes, et in secundarias sive ministras. Primæ statuuntur triplices, generatrix, auctrix, nutrix. Nam et totidem sunt naturæ opera, quæ primum quidem in utero fingit animal, et omnes corporis particulas efformat, deinde eo in lucem edito omnes ad perfectam magnitudinem perducit : postea vero etiam ut omnes quantum fieri potest perdurent, molitur. Sed formatrix quidem primas absolute partes sustinet, eique in ipso utero auctrix et nutrix famulantur. Ubi vero formatum animal est, usque ad ætatis vigorem, auctrix virtus B dominatur, auxiliatrices et veluti ministras habens alteratricem et nutricem. Nutrix vero a prima formatione ad mortem usque actionem suam exercet. Itaque generatio, auctio, et nutritio prima naturæ operum ac veluti capita sunt : proindeque tres facultates primæ atque principes horum effectrices, quæ tamen tum ipsarum inter se tum aliarum ministerium desiderant, quas secundarias possumus appellare. Hæ numero sunt quatuor, una attractrix, altera retentrix, tertia concoctrix, quarta expultrix dicitur : quæ non in jecinore modo, sed in omnibus vel minimis etiam corporis partibus insunt, genere quidem plane eædem, sed numero valde differentes. Et carnes et nervi et ossa pariter ad sese alimentum attrahunt, sed multum ab invicem dissimile : et concoquunt quidem omnia, sed varia admodum concoctio est, pro cujusque partis natura : et tamen omnes eas vires atque facultates quamvis tam differentes ab jecinore sortiuntur, a quo, tanquam a fonte, in universum corpus illæ derivantur. Est enim C principium vegetabilis facultatis, qua non animalia modo, verum stirpes etiam et quæcunque alia vivunt, gubernantur. Ac quanquam natura per universum corpus sit diffusa, et omnes actiones ab ea proficiscantur, et nullum opus non possit naturæ tribui, astringitur tamen a Medicis φυσικῆς δυνάμεως, i. e. Facultatis naturalis, nomen ad eas actiones, quarum principium et sedes jecur est. Nam sicut rationalis et irrationalis animæ vim et quæ ad sensum motumque pertinent, in cerebro statuerunt, et in corde irascibilem atque pulsificam, sic in jecinore concupiscibilem et quæcunque nutriendo corpori conveniunt, tanquam in suo fonte collocarunt. Nec interest, ut scripsit Galen., eamne appetitricem s. naturalem s. altricem voces, veluti nec si animam aut facultatem. || Physicus, Naturæ indagator, s. investigator; s. Rerum naturalium [Aristot. De partt. anim. 1, 1]; Speculator venatorque naturæ, Cic. interpr., ut ὁ φυσικὸς Empedocles, Aristoteli. Plut. De primo frigido [p. 948, C] : Τῷ δὲ φυσικῷ θεωρίας ἕνεκα μετιόντι τἀληθές. Idem in lib. qui Περὶ τοῦ μὴ δεῖν δανείζεσθαι inscribitur [p. 829, D] : Τῶν φυσικῶν δή που καταγελῶσι, λεγόντων μηδὲν ἐκ τοῦ μὴ ὄντος γενέσθαι. [Physici dicuntur præcipue quidem Ionici ante Socratem, a Thalete profecti, Eleatici, Heraclitus, Democritus, Strato, et quicunque physicam philosophiæ partem maxime tractarunt; sed etiam aliarum omnium sectarum philosophi, quatenus in physica parte egregiam operam ponunt; eademque est ratio in communione duorum reliquorum cognominum, Dialecticorum et Ethicorum. De cognomine Φυσικοὶ conferantur loci Plutarchei Mor. p. 142, F; 161, D; 770, A; 887, A; 1119, B, Vitt. p. 112, D; 155, A; 538, F. Wyttenb. ad Plut. vol. 6, p. 661. Philosophiæ autem pars physica appellatur τὸ φυσικὸν μέρος, distincta ab duabus reliquis, quæ sunt τὸ ἠθικὸν et τὸ λογικὸν μέρος : v. Sext. Emp. p. 69, Stoicorum de iis doctrinam exponentem. Φ. ἄνδρες Ælian. V. H. 13, 35. Philostr. V. Apoll. 2, 30, 2, p. 83. A Φυσικὸς λόγος ap. Diog. L. quem excerpsit Suidas s. h. v.] Et φυσικὰ ὑπομνήματα, Libri a Physicis scripti, in quibus naturam s. res naturales indagant. Interdum et τὰ φυσικά, sine substantivi adjectione. [Τὸ φυσικὸν vel τὰ φυσικὰ Orphei et Empedoclis carmina inscripta ab grammaticis citantur : v. Lobeckius Aglaoph. p. 754.] Extant vero et τῶν μετὰ τὰ φυσικὰ libri Aristotelis, qui vulgo Metaphysica vocantur. Quidam Supernaturalia interpr., quum potius reddi debeat Postnaturalia, si præpositioni suam signif. relinquere velimus. Hinc etiam Metaphysice vulgo vocatur, quæ de primis rerum principiis tractat. Dicitur autem Metaphysice, ea forma qua Physice, s. Physica ap. Cic., ex Græca voce Φυσική. (Φυσικὸς, tanquam a verbo φυσᾷν, aut certe a nomine φύσα [φῦσα], Gaza ap. Aristot. vertit, Flatum ciens, ut i. sit q. φυσώδης.) [Apud rhetores Σύνθεσις φυσική, Compositio simplex, naturalis, a studio artis et elegantiæ remota. Dionys. Jud. Isocr. c. 2, et Isæi c. 3 : Σύγκειται φυσικώτερον καὶ ἐσχημάτισται ἁπλούστερον. Unde patet ad φυσικὴν λέξιν hoc pertinere, ut minus sit figurata. Philostr. Vit. Isæi p. 514, hoc dici κατὰ φύσιν ἑρμηνεύειν, ut Isæi proprium, cui opponit ἰδέαν λόγων ἐπιβεβλημένην περιττήν. Idem in illius discipulis, ut in Marco Byzantino sophista, commemorat p. 528. Eodem modo τὸ φυσικὸν μέτρον Hermog. Περὶ ἰδ. 1 dicit τὸ ἐκ τῆς αὐτοφυοῦς τοῦ λόγου συνθήκης συνιστάμενον, καὶ μὴ ἐπιτετηδευμένον, ὡς παρὰ τοῖς ποιηταῖς, ut exp. schol. anonym. ad hunc l. p. 387 Ald. Φυσικοὶ ὕμνοι, Menandro Διαιρ. Ἐπιδ. p. 596 (vol. 9, p. 132, 151 ed. Walz.) dicuntur Hymni, in quibus natura, vel res naturales juxta laudem dei alicujus enarrantur, aut describuntur, ut quum Apollo cum Sole componitur atque ita de Solis natura disseritur. Ejusmodi hymnis Parmenides et Empedocles, Plato etiam in Phædro, usi sunt. Menander eos hymnos in ἐξηγηματικοὺς et ἐν βραχεῖ προαγομένους, h. e. Longiores, Diffusiores, et Breviores, dividit. Sunt et alii κατὰ αἰνίγματα, ut Pythagorici. » Ernest. Lex. rhet.]

Φυσικῶς, Naturaliter, Secundum naturam, Convenienter naturæ, Naturali ratione. Cic. pro his Epicuri verbis, Φ. καὶ ἄνευ λόγου, habet ista, Ipsa natura incorrupte atque integre judicante, ut videbis in Cic. Lex. p. 52. Vide et Φυσικῶς, quod supra in Φυσικὸς allatum ex Alex. Trall. fuit. [Polyb. 4, 20, 3 : Φ. συντεθεωρημένα, Apte ad naturam excogitata. 6, 4, 7 : Φ. καὶ ἀκατασκεύως συνίσταται μοναρχία, Natura, i. e. sine arte. Schweigh. Diodor. 20, 55 : Ἄκραν ὠχυρωμένην φ. τῇ παρακειμένῃ λίμνῃ. Frequens apud Plutarchum, velut Mor. p. 32, E; 656, E; 950, E; 1115, A, Sext. Emp. p. 708, aliosque recentiores. G. D. Galen. vol. 18, part. 1, p. 251, 15; 267, 13. Moschion De pass. mul. p. 59, 2; 93, 11. Theod. Mopsvest. In Epist. ad Rom. p. 92, 3 Fritzsch. Schol. Arat. p. 274, D, καὶ φ. καὶ μυθικῶς. Callinic. Vita Hypatii Ruf. Actt. SS. Junii t. 3, p. 310, F, ἦν φ. ἐκπαιδόθεν ἡγιασμένος. Hase. || Compar. Φυσικώτερον ap. Plut. Mor. p. 756, F. Φυσικωτέρως ap. Tzetz. Hist. 4, 385; 5, 286. « Superl. Φυσικωτάτως Basil. M. t. 1, p. 790, C. » Hase.]

Φύσιμος, ὁ, ἡ, Productivus, Procreativus, Producendi vim habens s. Procreandi. Theophr. C. Pl. 4, [4, 8] : Ἐπεὶ τό γε σπέρμα διαφθαρὲν, οὐ φύσιμον ὅλως ἦν. [Et ib. c. 6, 4.] Idem de vetere frumento loquens [4, 16, 3] : Ταύτῃ γὰρ δὴ διάπειραν λαμβάνουσιν εἰ φύσιμος. [Joann. Diac. in Bandini Anecd. p. 42. Boiss.]

[Φυσιογενέω mendose legitur ap. Jo. Damasc. t. 1, p. 411, B, ὅτε δὲ φυσιογενεῖται ὁ ἄνθρωπος. Scribend. φυσιολογεῖται, quod v. Hase.]

[Φυσιογνωμία vitiose pro φυσιογνωμονία, quod v.]

[Φυσιογνωμικὸς vitiose pro φυσιογωμονικὸς, quod v.]

[Φυσιογνωμονέω.] Venio ad verb. Φυσιογνωμονέω, quod ab nomine φυσιογνώμων est derivatum. Significat igitur De natura judicandi peritus sum, De natura judico, ex aspectu oris, sc. : sequendo ea quæ in præcedentibus [sequentibus] nominibus dicta fuerunt. [Aristot. Anal. Pr. 2, 27.] Gellius 1, 9, de Pythagora loquens : Jam inde a principio adolescentes qui sese ad discendum obtulerant, ἐφυσιογνωμόνει. Id verbum

significat Mores naturasque hominum conjectatione quadam de oris et vultus ingenio, deque totius corporis filo atque habitu sciscitări. [Clem. Al. p. 400: Οἱ φυσιογνωμονοῦντες ἰατροί τε καὶ μάντεις.] Frequens est hoc verbum φυσιογνωμονεῖν ap. Aristot. in suis Physiogn., ubi legitur etiam φυσιογνωμονεῖν ἔκ τινος, veluti quum scribit, Οἱ μὲν γὰρ ἐκ τῶν γενῶν τῶν ζώων φυσιογνωμονοῦσι, τιθέμενοι καθ' ἕκαστον γένος εἶδός τι ζώου καὶ διάνοιαν. Paulo post autem dicit, Οὐκ ἐξ ἁπάντων δὲ τῶν ζώων ἐδοκίμαζον. Et aliquanto post, quum dixisset, Ἐξ ὧν δὲ γενῶν τὰ σημεῖα λαμβάνεται, νῦν ἐρῶ, καὶ ἔστιν ἅπαντα, subjungit, Ἔκ τε γὰρ τῶν κινήσεων φυσιογνωμονοῦσι καὶ ἐκ τῶν σχημάτων καὶ ἐκ τῶν χρωμάτων κτλ. Ex quibus ll. patet Aristot. δοκιμάζειν etiam et τὰ σημεῖα λαμβάνειν de ipsa actione τοῦ φυσιογνωμονεῖν dixisse. Sed cum δοκιμάζειν subaudire oportet accus. τὴν φύσιν: cum λαμβάνειν τὰ σημεῖα, itidem gen. τῆς φύσεως. Passive autem φυσιογνώμονεῖσθαι dicitur is, cujus natura ex oris habitu cognoscitur, s. de cujus natura ex aspectu judicatur, aut saltem de cujus natura conjectura fit. Aristot. in illo Φυσιογνωμονικῶν opere: Νυνὶ δ' ἴσως βέλτιόν ἐστι καθ' ἕκαστον περὶ πάντων, ὅσα ἐπιφανῆ παρὰ τῶν φυσιογνωμονουμένων, ἀκριβέστερον φράσαι. Sic ap. Adamantium: Αἰγυπτίοις μὲν γὰρ τοῖς πᾶσιν ἔπεστι κοινὰ σημεῖα, ἐξ ὧν τὸ γένος ἅπαν φυσιογνωμονεῖται. Secundum autem hunc verbi istius usum, in illo Aristot. loco quem in Φυσιογνωμονία proferam, Τῶν σημείων τῶν φυσιογνωμονουμένων, non fuerit jungendum participium cum illo nomine, ut intelligamus σημεῖα dici φυσιογνωμονούμενα, sed τὰ σημεῖα τῶν φυσιογνωμονουμένων, i. e. τὰ ἐν τοῖς φυσιογνωμονουμένοις. Alioqui σημεῖα φυσιογνωμονούμενα non video quid aliud significare possit quam ἃ οἱ φυσιογνωμονοῦντες λαμβάνουσι s. ἐκλέγονται: utroque enim horum verborum utitur Aristot. Alterius certe usus, non autem hujus, exemplum affert et Bud. ex eod. Aristot.: Τῶν ζώων τῶν φυσιογνωμονουμένων. Sed hæc affert, postquam dixit φυσιογνωμονῶ verbum esse activum, accusativo junctum. Haud scio tamen an necessario consequatur, si dicitur aliquis φυσιογνωμονεῖσθαι, ut etiam dicatur φυσιογνωμονεῖν aliquem; ideoque hujus quoque usus exemplum desidero. [Clem. Al. Strom. 1, 21, 135. Anon. Laud. comæ p. 33, 8 Miller. Antig. Caryst. Hist. mir. p. 87, 20 Westerm., φυσιογνωμονεῖ δέ τινα τοιαῦτα. Philostr. V. sophist. 2, 27, 7: Μεγιστίας ὁ Σμυρναῖος, οὗ τὰ δεύτερα τῶν φυσιογνωμονούντων νομισθείς. Philostr. Epist. p. 22, 5 Boiss., εἰ μὴ κακός εἰμι καὶ φαῦλος φυσιογνωμονεῖν. Hase.] ‖ Φυσιογνωμονῶ, ut Idem tradit, est etiam Diligenter cognosco faciem alicujus, et adnoto, ut postea noscatur. Dem. [p. 799, 21]: Θεωρήσουσι δ' ὑμᾶς οἱ περιεστηκότες καὶ ξένοι καὶ πολῖται, καὶ κατ' ἄνδρα εἰς ἕκαστον τὸν παριόντα βλέψονται, καὶ φυσιογνωμονήσουσι τοὺς ἀποψηφισαμένους. [Iambl. V. P. § 71 et 74. Porphyr. V. P. 1, 54, p. 50. Hemst. Philo vol. 1, p. 645, 29, πρὸς τῶν ἱερωτάτων ἐνομματουμένους λογίων, ὡς φ., Ut naturam interius scrutentur. Hase. Liban. vol. 4, p. 294, 10: Φυσιογνωμονεῖν τὸν βίον.]

Φυσιογνωμονία et Φυσιογνωμοσύνη, ἡ, Naturas cognoscendi s. De natura judicandi peritia, Scientia qua naturæ hominum ex aspectu corporis, ac præsertim vultus, cognoscuntur. Aristot. in illo opere Φυσιογνωμονικῶν, s. Φυσιογνωμικῶν, ut scribunt alii: Δεῖ οὖν ὁρίσαι περὶ ποῖα ἄττα ἐστὶν ἡ φυσιογνωμονία. Moxque subjungit, φυσιογνωμονίαν, sicut et nomen ejus indicat, versari περὶ τὰ φυσικὰ παθήματα τῶν ἐν τῇ διανοίᾳ καὶ τῶν ἐπικτήτων, ὅσα παραγινόμενα μεθίστησι τῶν σημείων τῶν φυσιογνωμονουμένων. [Male Φυσιογνωμία ap. Stob. Ecl. phys. vol. 1, p. 764. Conf. Lobeck. ad Phryn. p. 383. G. D. Hippocr. ap. Galen. vol. 19, p. 530, 5: Ὁπόσοι τὴν ἰατρικὴν ἀσκέοντες φυσιογνωμονίης ἀμοιρέουσι. Hase.]

[Φυσιογνωμονικὸς, ἡ, όν.] Adj. autem nomen Φυσιογνωμονικὸς, Ad scientiam illam pertinens; vel conferens. [Φ. σοφία Sext. Emp. p. 23.] Plurali autem numero, genere neutro, Φυσιογνωμονικὰ vocantur Ea scripta in quibus de hac scientia agitur: cujusmodi sunt hodieque quæ Aristoteli, item alia quæ Adamantio ascribuntur. At Polemonis liber, qui ejusdem est argumenti, inscriptus est singulari numero Φυσιογνωμονικόν. Ceterum in eo, quod dixi, Aristotelis, sicut et Adamantii libros, inscriptos esse Φυσιογνωμονικὰ, in eo vulgatas editt. minime secutus sum; quippe quæ habeant φυσιογνωμικά. Quam scripturam si quis tueri velit, afferre queat quod ap. Athen. legitur [14, p. 656, F], sc. Ἀντιφάνης [Ἀντισθένης correctum ex Diog. L. 6, 15] ἐν Φυσιογνωμικῷ. [Φυσιογνωμονικῷ correctum ex Diog. L. Brevior adjectivi forma ap. Donatum ad Terent. Hec. 1, 1, 18, sed hic quoque haud dubie librarii culpa. Recte scriptum ap. Artemidor. 2, 69.] In nostrate sermone quidem certe multo justius excusetur syncope, qua utimur, quum itidem dicimus *Physionomie*, non autem *Physiognomonie*. Sed alium etiam usum huic voci damus quam ferat sermonis Græci consuetudo. Dicimus enim, *Il a bonne physionomie*, vel contra, *Il a mauvaise physionomie*, de eo qui ex oris lineamentis totoque habitu, vel probus esse, vel contra improbus, judicari posse videtur. Adeo ut *Il a bonne physionomie*, perinde sit ac si diceretur Græce, οὗτος ἂν φυσιογνωμονηθείη ἀγαθός: vel, φυσιογνωμονοῦντι κριθείη ἂν ἀγαθός. Sed pro *Physionomie*, vulgus, et cum vulgo multi etiam ex iis qui sibi aliquam supra vulgus sermonis Gallici peritiam arrogant, pronuntiare solent vel *Philosomie*, vel *Philonomie*. Quidam vero, sed præsertim ex vulgi fæce homines, fœdius simul et brevius corrumpunt, pronuntiantes *Philomie*. [Anon. Vita Aristot. p. 13, 49 Westerm. Galen. vol. 19, p. 530, 10; vol. 4, p. 795, 6, διὰ τῶν φ. σημείων· 803, 14, τῶν φ. γνωρισμάτων. Hase. ‖ Adv. Φυσιογνωμονικῶς, Eustath. p. 838, 19.]

[Φυσιγνωμοσύνη. V. Φυσιογνωμονία.]

Φυσιογνώμων, ονος, ὁ, ἡ, Naturæ ex oris habitu cognoscendæ peritus, q. d. Naturæ cognitor, Peritus judicandi de natura. Cic. De fato [c. 5]: Socratem nonne legimus quemadmodum notarit Zopyrus φυσιογνώμων, qui se profitebatur hominum mores naturasque ex corpore, oculis, vultu, fronte pernoscere? Φυσιογνώμονες, inquit Bud., sunt qui ingenia hominum et sensus ex aspectu corporis judicant, quorum ex numero sunt qui μετωποσκόποι dicuntur, h. e., ut Plin. inquit l. 35, ex facie hominum addivinantes. Extat φυσιογνώμων cum alibi, tum ap. Aristot. in Φυσιογνωμονικῶν opere. [Alex. Aphrodis. ap. Euseb. Præp. ev. p. 270, D, εἰπόντος τοῦ φ. ἄτοπά τινα. Hase. ‖ Φυσιγνώμων, ap. Theocr. Epigr. 11, 1: Εὐσθένεος τὸ μνῆμα· φυσιγνώμων ὁ σοφιστής.]

[Φυσιογονία, ἡ, Naturæ generatio. Interpr. professionis fidei apud Matthæi. Lectt. Mosqu. vol. 2, p. 55, 1. Hase.]

Φῠσιολογέω, De natura dissero s. disputo, s. De rebus naturæ; περὶ φύσεως διαλέγομαι, Hesych. [Cyrill. Lex. in Matth. Gloss. p. 23: Φυσιλογεῖ (corr. φυσιολογεῖ)· φύσεως λόγους ἐξαγγέλλει.] Vel, Naturam rerum disserendo indago s. exquiro. Aut simpliciter, Naturam indago s. exquiro, ut φυσιολογεῖν ἕκαστον, Bud. ap. Diosc. vertit, Naturam uniuscujusque exquirere. [Stob. Flor. 80, 4: Τοὺς φυσιολογοῦντας ἔφη Πίνδαρος ἀτελῆ σοφίας καρπὸν δρέπειν· ubi φ. non Pindari, sed Stobæi verbum est. Argum. Aristoph. Nub. vol. 1, p. 361, 15 ed. Ox. (p. 77, b ed. Par.): Φυσιολογήσαντος οὐκ ἀπιθάνως Σωκράτους.] Et ap. Aristot. Metaphys. 1, [5]: Καὶ περὶ πάντων φυσιολογοῦντες, Et de omnibus naturam scrutati. [Id. De anima 1, 3: Φυσιολογεῖ τὴν ψυχὴν κινεῖν τὸ σῶμα· ubi cum infin. conjunctum est ut ap. Clem. Al. p. 211: Οἱ ἰατροὶ ψυχρὸν εἶναι φυσιολογοῦντες τὸν ἐγκέφαλον. Plut. Mor. p. 118, D; 875, A, et alibi. Cum περὶ p. 921, D: Φ. περὶ τῆς ὄψεως. Diodor. 3, 61: Οἱ φυσιολογοῦντες περὶ τοῦ θεοῦ. Et pass. Clem. Al. Strom. p. 564: Τὰ περὶ ἀρχῶν φυσιολογηθέντα τοῖς Ἕλλησι.] Φυσιολογῶ est etiam Physica ratione probo s. ostendo, ut Idem in hoc l. Greg. Naz. vertit, Εἰπὲ σὺ τὴν ἀγεννησίαν τοῦ πατρός· ἐγὼ τὴν γέννησιν τοῦ υἱοῦ φυσιολογήσω. [Schol. Apoll. Rh. 1, 1098: Οἱ φυσικοὶ γῆν αὐτὴν (τὴν Ῥέαν) φυσιολογοῦσι. Pass. Plut. Mor. p. 894, F: Παραπλησίως φυσιολογεῖται τὰ καλούμενα παρήλια.] In VV. LL. φυσιολογῶ dicitur poni etiam pro φυσιογνωμονῶ: sed hujus usus exemplum desidero. [Severian. De cr. mundi t. 7, p. 619, 11; 631, 30. Jo. Philop. De ead. p. 2, 8; 72, 36; 147,

12; 170, 15; 176, 27; 197, 31; 243, 16; 250, 9. Nicet. Dav. Paraphr. Greg. Naz. p. 77, 27 Dronk. Interpr. gr. Ephod. ap. Daremb. *Not. des manuscrr. médicaux* part. 1, p. 76, 27, τὴν τῶν τριχῶν γένεσιν φυσιολογεῖ. Orig. t. 3, p. 577, B, ἰατροὶ μὲν οὖν φυσιολογείτωσαν. Philostr. V. sophist. 2, 5, 11, ὧδ' ἐφυσιολόγησεν. Jo. Damasc. t. 1, p. 104, E, τῶν τὰ τοιαῦτα πεφυσιολογηκότων. Id. pass. p. 525, C, ὅταν δὲ φυσιολογῆται ὁ ἄνθρωπος· et Georg. Syncell. Chronogr. vol. 1, p. 53, 2 Bonn., ἀλληγορικῶς δέ φησι (Berosus) τοῦτο πεφυσιολογῆσθαι. V. Φυσιογενέω. Hase.]

[Φυσιολόγημα, τὸ, De natura disputatio. Epicur. ap. Diog. L. 10, 87. Tzetz. Hist. 5, 478; 7, 593. Eudocia p. 174: Ἐκ παντὸς ἐκπίπτει φυσιολογήματος, ἐπὶ δὲ τὸν μῦθον καταρρεῖ.]

[Φυσιολογητέον, De natura disputandum. Epicur. ap. Diog. L. 10, 86: Οὐ γὰρ κατὰ ἀξιώματα κενὰ φ. Hase. Sext. Emp. p. 6: Ζητεῖν εἰ φ. τῷ σκεπτικῷ. Eudocia p. 173. Ὁ φυσιολογητὸς ap. Marc. Anton. 10, 9, vitiose pro ἀφυσιολογήτως, quod restituit Gataker.]

[Φυσιολογία, ἡ. V. Φυσιολόγος.]

[Φυσιολογικὸς, ἡ, όν.] Ex nomine φυσιολογία derivatum est et adj. Φυσιολογικὸς, Ad physiologiam pertinens. A Cic. enim Physiologiæ etiam appellationem alicubi usurpari dictum est. Apud Medicos φυσιολογικὴ, sub. ἐπιστήμη, Pars est medicinæ, quæ naturam hominis universam a conceptu ad extremum usque senium disquirit. [Galen. 2, p. 365: Φυσιολογικὸν ἰατρικῆς μέρος ἐν ᾧ περὶ τῆς φύσεως τοῦ ἀνθρώπου διαλαμβάνομεν· Definitt. med. ib. p. 234: Φυσιολογικὸν (μέρος τῆς ἰατρικῆς) ἐστὶ τὸ περὶ τὴν θεωρίαν τῆς διοικούσης ἡμᾶς καὶ οἰκονομούσης δυνάμεως φύσεως γιγνόμενον.] Ad eam pertinet omnis de semine deque menstruo sanguine, de partium conformatione et principatu, de fœtus perfectione, similitudine cum parentibus, de anatomia singularum partium, earumque differentiis, et temperamentis, de ætatibus, de calore nativo et spiritibus, de tribus facultatibus nostrum corpus dispensantibus, de humoribus, aquis, aere, locis, consuetudine, et ceteris id genus, disputatio. In qua communibus quidem naturalis scientiæ principiis atque theorematis utitur, sed quatenus hominis cognitioni inservire atque accommodari possunt. Eam quidem Medicinæ partem Empirici atque Methodici aspernati sunt, sed Dogmatici, quorum princeps fuit Hippocr., plurimi fecere. [Menand. De gen. demonstr. ap. Walz. Rhetorr. vol. 9, p. 142, 13. Jo. Damasc. t. 1, p. 9, E; 71, E; 72, A. Philo vol. 1, p. 139, 42, ὅταν ἀντὶ φ. γένηται σοφὸς καὶ φιλόθεος. Hierocl. In Carm. aur. Pythag. p. 136, 11 Mullach., τῆς φ. ἐπιστήμης. Hase. Eudocia p. 362. || Adverb. Φυσιολογικῶς, Eudocia p. 127. « Epiphan. t. 2, p. 164, D; 230, B, ὀνυχίτας δὲ αὐτοὺς λέγουσι φ., A nativo eorum colore. » Hase.]

Φυσιολόγος [De accentu Arcad. p. 89, 19], ὁ, Qui de natura s. rebus ad naturam pertinentibus disserit, Qui naturam rerum disserendo exquirit s. indagat. Aut etiam simpliciter, Qui naturam rerum exquirit, s. indagat [Aristot. De gen. anim. 1, 1: Οὕτω καὶ οἱ φ. τὰς γενέσεις καὶ τὰς αἰτίας τοῦ σχήματος λέγουσι. Id. De anima 3, 2, Metaph. 1, 5; Theophr. C. Pl. 6, 3, 5; Plut. Mor. p. 1098, D]: sicut nimirum nomen Φυσιολογία Bud. reddit, Studium naturæ indagandæ: cujus officium Philoponus esse ait, περὶ τῶν φυσικῶν πραγμάτων διαλέγεσθαι. A quibusdam redditur Physica disciplina: a Cic., qui alioqui Physiologiam et ipse dicit, Naturæ ratio, De divin. 1, [c. 41]: Qui et naturæ rationem, quam φυσιολογίαν Græci appellant, notam esse sibi profitebatur, et partim auguriis, partim conjectura, quæ essent futura, dicebat. Sed ego, ut ingenue quod de hoc loco sentio proferam, mihi persuadere nequeo Cic. ita φυσιολογίαν reddidisse: unde fit ut suspicer inter duo illa vocabula tertium aliquod omissum esse: quale sit Indagandæ, aut Speculandæ, aut Venandæ: ut φυσιολογίαν esse dixerit Naturæ indagandæ rationem, vel speculandæ, s. venandæ. Ideo autem duobus hisce posterioribus verbis utor, quod ipsemet τὸν φυσικὸν Speculatorem venatoremque naturæ significare dixerit. Sunt sane et aliæ aliquot Ciceronianæ interpretationes, in quibus exemplarium fides suspecta mihi est: quas tamen in illo meo Lex., quod Ciceronianum inscripsi, ceteris inserendas, aliis judicium relinquens, putavi. Sed quantum ad illam vocis φυσιολογία interpretationem attinet, utut se res habeat, Turn. nomini φυσιολόγος illam ipsam tribuit; hæc enim Plutarchi verba in l. De def. orac. [p. 420, B]: Ἔχων δὲ περὶ αὐτὸν Ἐπικουρείους τινὰς τὴν καλὴν δὴ καὶ φυσιολόγον ἐνυβρίζοντας, ὡς αὐτοὶ λέγουσι, ita vertit: Is quum haberet circum se quosdam Epicureos, qui bella illa naturæ ratione freti, rebus hujusmodi, ut ipsi loquuntur, illudunt. Sed quum in hac interpretatione longe aliam lectionem eum sequi videamus, ne φυσιολόγον quidem simpliciter, ut hic legitur, sed cum alicujus substantivi adjectione legisse videri potest. [|| Adverb. Φυσιολόγως M. Anton. 10, 31: Ἑωρακότος ἀκριβῶς καὶ φ. τὰ ἐν τῷ βίῳ. || Φυσιολογία, λόγοι φύσεως ἐξαγγελτικοὶ, Hesych. Legitur ap. Aristot. De sens. c. 4: Ἐν τῇ φ. τῇ περὶ τῶν φυτῶν. Plut. Mor. p. 420, B; 1092, B; 1114, C; Sext. Emp. p. 6, et alibi sæpe. Iambl. Protr. p. 26, V. Pyth. p. 146. Clem. Al. p. 564: Τὴν τῷ ὄντι γνωστικὴν φ. μέτειμεν, aliique recentiores. « Φυσιολογίαι, Disputationes de rerum natura, et variis mundi aspectabilis partibus. Longin. 12, 5. Conf. Demetr. Eloc. § 231: Εἴ τις ἐν ἐπιστολῇ σοφίσματα γράφει καὶ φυσιολογίας, γράφει μὲν, οὐ μὴν ἐπιστολὴν γράφει. » Ernest. Lex. rhet. Basil. t. 1, p. 454, C. Cyrill. Hieros. Catech. p. 79, D. Orig. t. 3, p. 778, B. Galen. vol. 2, p. 45, 5; 88, 15; 90, 12, ὥσπερ τιν' εὐγένειαν τῆς φ. Cleomed. De sublim. p. 19, 17 Bake: Ὅτι δὲ εἶναι δεῖ καὶ περιοίκους, καὶ ἀντίποδας, καὶ ἀντοίκους, φυσιολογία διδάσκει. Simplic. Comment. in Aristot. De nat. ausc. fol. 242, 23, τὴν τῶν μεγάλων ὄντως καὶ συνεκτικῶν τῆς ὅλης φ. θεωρημάτων κατανόησιν. Hase.]

[Φῡσιολόγως, adv. Galen. vol. 19, p. 228, 10: Στράτωνα προσήγαγεν (Aristoteles) εἰς ἴδιόν τινα χαρακτῆρα φ. Hase. V. Φυσιολόγος.]

[Φυσίον (?)· τὸ κανθήλιον (καθήλιον codex), Hesych.]

[Φῡσιοποιέω. Clem. Alex. Strom. 4, p. 631: Ἡ διδαχὴ μεταρρυθμίζει τὸν ἄνθρωπον, μεταρρυθμοῦσα δὲ φυσιοποιεῖ, καὶ διήνεγκεν οὐδὲν ἢ φύσει πλασθῆναι τοιόνδε, ἢ χρόνῳ· καὶ μαθήσει μετατυπωθῆναι. Est igitur φυσιοποιεῖν Facere ut ab natura factus esse videatur.]

[Φύσιος, ὁ, Physius, Lycaonis filius. Apollod. 3, 8, 1. || I. q. Βύσιος, quod v.]

[Φῡσιοσκοπέω, Naturam observo. Cyrill. Hier. p. 164. Kall]

[Φῡσιουργὸς, ὁ, Conditor naturæ rerum. Athanas. vol. 2, p. 390. Angl.]

[Φῡσιόω. HSt. post verba s. v. Φυσόω posita:] At vero illud posterius Φυσιόω, frequentius quidem est, sed peculiarem usum, ap. poetas præsertim, habet, eum sc. quem damus nostrati verbo *Souffler*, (quod alioqui primam propriamque verbi φυσᾶν signif. obtinet,) quum dicitur de anhelante; atque adeo redditur hoc ipso verbo neutro Anhelo: ut ap. Homerum ἵππους φυσιόωντας, Equos anhelantes, Il. Δ, [227]: Καὶ τοὺς μὲν θεράπων ἀπάνευθ' ἔχε φυσιόωντας Εὐρυμέδων. Sic Π, [506]: Μυρμιδόνες δ' αὐτοῦ σχέθον ἵππους φυσιόωντας, Ἰεμένους φοβέεσθαι, ubi Eust. exp. πνευστιῶντας: et addit, hoc verbum, si assumeret μέγα, aut μεγάλα, non longe abfuturum a μεγάλα στενάχοντας. In illo autem altero loco, postquam dixit φυσιόωντας i. valere q. πνευστιῶντας, affert et aliam expos., sc. φρυαττομένους. Quin etiam tertiam, ex veteribus, ἀσθμαίνοντας, et πνεῦμα ἠρεθισμένους. [Etiam Hesych.: Φυσιόων· φυσιῶν, ἀσθμαίνων, πνευστιῶν.] Sed non video cur hanc tertiam expos. ἀσθμαίνοντας, ab illa prima quæ πνευστιῶντας habet, separare debuerit. Ac fortasse ne sine ratione separari videretur, addidit illa verba, καὶ πνεῦμα ἠρεθισμένους. Apud Soph. certe Ant. p. 264 meæ ed. [1254] φυσιῶν itidem pro Anhelans. At vero ap. Oppian. φυσιόωσα ἔχις redditur Tumens, Turgens, Inflata. [Idem Cyn. 1, 262: Ἀμείλιχα φυσιόωντες· 2, 245: Ηυκνοῖς φυσιόων συρίγμασιν ἰοφόρος θήρ.] Quidam interpr. et Sibilantem, sicut sc. ἐκφύσημα dictum est reddi etiam Sibilum venti. [De vento Dionys. P. 114: Βορέαο ὀρθὸν φυσιόωντος.] Sed invenitur φυσιῶ et pro Tumere, s. Turgere, quod de su-

perbientibus dicitur. Naumachius [63] ita utitur ap. Stob.; item Greg. Naz. Carm.: Οἳ θανάτῳ ζώοντες ἐτώσια φυσιόωμεν. Ubi ἐτώσια φυσιόωμεν putem apte simul et ad verbum reddi posse ex Virg. [Æn. 11, 854], Vana tumemus. [Fallitur HSt. quod φυσιόων et reliqua quæ supra apposuit ab verbo φυσιοῦν repetit: sunt enim illæ epicæ formæ ad verbum φυσιᾶν referendæ, ut ὁρόω ὁρόων pro ὁρῶ ὁρῶν et alia plurima hujusmodi. Φυσιοῦν autem pro φυσιᾶν dictum in locis N. T. infra ab HSt. allatis inauditum fuit scriptoribus antiquioribus. Φυσιοῦσθε male illatum libris quibusdam Luciani Symp. c. 36.] Antequam autem ab iis verbi φυσιῶ signiff. discedam, in quibus neutraliter ponitur, dicendum est de φυσιῶν, quod Hesych. exp. γάστρων, et παχύς. Si enim ibi pro φυσιῶν reponi non debet φύσκων, (cujus meæ conjecturæ etiam in Φύσκων mentionem facio,) fuerit φυσιοῦν ita dictum de homine obeso et ventricoso ut dicimus illum *Souffler;* veluti quum ita loquimur, *Comme ce gros ventru souffle!* ubi observa etiam vocem *Ventru*, quæ omnino illi γάστρων respondet. Atque ita φυσιοῦν neutraliter positum duos habebit Gallici *Souffler* usus. In soluta autem oratione Φυσιῶ metaphoricum verbi Inflo usum habet; ponitur enim pro Inflo, quod significat Superbum reddo, Facio ut quis se efferat, Spiritus affero, ut Cic. loquitur. Estque ita usus Paulus 1 Ad Corinth. 8, [1]: Ἡ γνῶσις φυσιοῖ, ἡ δὲ ἀγάπη οἰκοδομεῖ. Est alioqui frequentior vox passiva Φυσιοῦμαι, posita itidem pro Inflor, metaphoricam signif. habente, i. e. significante Superbio: quo verbo, et ejus participio πεφυσιωμένος, Paulus usus est cum alibi, tum Epist. ad Cor. 4, ter. [Ducas Hist. Byz. p. 28, A: Φυσιωθεὶς ἐν τῷ τοιούτῳ εὐτυχήματι.] Hesych. φυσιούμεθα exp. ἐπαιρόμεθα, et τυφούμεθα. [Id. Πεφυσιωμένους, ὠγκωμένους, κενοδοξοῦντας, ἐπηρμένους. Πομφόλυγες· ... ἐπὶ τῶν διὰ κενῆς φυσιωμένων, quod φυσιουμένων scribendum ex Cyrillo. Φυσοῦσθαι est ap. Hesych. s. v. Πρίεται, quod exp. per φυσοῦται. G. D. Basil. t. 1, p. 887, D. Epiph. t. 1, p. 881, C. Greg. Nyss. t. 2, p. 318, B. Jo. Hieros. Vita Jo. Damasc. Actt. SS. Maii t. 2, p. 725, E, οὐκ ἐφυσιώθη τῇ γνώσει. Athanas. t. 2, p. 361. C, βλέπε μὴ φυσιωθῇς. Hase. Propria signif. Etym. M. p. 1653, 37: Πεφυσιωμένας ἔχειν τὰς γνάθους. «Φυσιοῦσθαι ὑπὸ δαιμόνων, A dæmonibus agitari, Theophil. Ad Autol. 2, 10, ubi est i. q. ἐμπνεῖσθαι.» Schleusn. Ptolem. Almag. t. 1, p. 4, 26 Halm., φυσιοῦσα πρὸς τὴν ὁμοίαν τῆς ψυχῆς κατάστασιν. Hase. Conf. Valck. Scholl. in N. T. vol. 2, p. 174.]

[Φῡσιόω, a φύσις. Simplicius In Epictet. p. 219: Ὁ διὰ τῆς φαντασίας συνεθισμὸς φυσιοῖ πως ἡμᾶς πρὸς αὐτὰ ἔχειν ὡς πρὸς συνήθη, Naturam nostram eo adducit. Passiv. Clem. Al. Strom. 7, p. 859: Τῷ ἀναπόβλητον τὴν ἀρετὴν ἀσκήσει γνωστικῇ πεποιημένῳ φυσιοῦται ἡ ἕξις. Tzetz. Exeg. Il. p. 61, 11: Ἔθος τι κατακρατῆσαν ἀνθρώπων καὶ συνηθείᾳ καὶ χρόνῳ φυσιωθὲν δυσκόλως ἔχει μεταρρυθμίζεσθαι. Hermias In Plat. Phædrum p. 111.]

Φύσις, [εως: φύσεος in versu glyconeo Aristoph. Vesp. 1458, in cretico 1282], ἡ, q. d. Enascentia, si hoc verbale a verbo Enascor fingere liceat. [Commentum absurdum ὅτι οἱονεὶ φύσησις λέγεται διὰ τὸ ζωτικῷ πνεύματι διαφυσᾶσθαι τὰ ζῷα exponit Eustath. p. 867, 27; 944, 31; 1398, 16.] Alioqui reddendum est Ortus nomine; nomen hoc φύσις, quum pro γένεσις ponitur, quam signif. habere ap. Empedoclem testatur Plut. [Mor. p. 1112, F; 1113, A. Plato Leg. 10, p. 892, C: Φύσιν βούλονται λέγειν γένεσιν τὴν περὶ τὰ πρῶτα.] Apud Hippocr. quidem certe φύσις et γένεσις pro eodem poni locis aliquot videmus. Afferturque itidem ex Aristot. Polit. φύσις γάλακτος pro Ortus lactis, s. Generatio lactis. [Τὸ σῶμα τῇ φύσει ἀποδοῦναι, Corpus naturæ (cui ortum debet) reddere, i. e. mori, Dio Cass. 56, 41 extr.]

‖ Φύσις, Natura [vel rerum vel hominum]: ut cum ab aliis, tum a Cic. variis in ll. redditur, quos tibi meum Ciceronianum Lex. exhibebit. In eorum certe uno φύσις redditur non solum Natura, sed etiam Vis; nam in Plat. Phædro [p. 245, E] φύσιν ψυχῆς vertit Naturam animi atque vim. In eod. Lex. habes κατὰ φύσιν redditum per ablativum Natura: ἐκ τῶν κατὰ φύσιν ὁρατῶν [ap. Plat. Tim. p. 30, B], Eorum quæ natura cernerentur. At παρὰ φύσιν, Contra naturam. [Eur. Phœn. 398: Ἐς τὸ κέρδος παρὰ φ. δουλευτέον. Polyb. 10, 26, 6: Φέρειν τὰ παρὰ φ.] Quæ alioqui et aliter reddita alicubi inveniuntur, sc. παρὰ φύσιν, Præter normam naturæ, s. regulam, Invita natura. At κατὰ φύσιν, Juxta normam naturæ, s. regulam. [Παρὰ φύσιν et κατὰ φύσιν ἔχειν Sext. Emp. p. 28. Plato Rep. 4, p. 444, D: Κατὰ φύσιν ... κρατεῖν τε καὶ κρατεῖσθαι ὑπ' ἀλλήλων, et παρὰ φύσιν ἄρχειν τε καὶ ἄρχεσθαι ἄλλο ὑπ' ἄλλου. Τό γε κατὰ φύσιν Leg. 11, p. 918, E. Ὁ κατὰ φύσιν θάνατος (oppositus τῷ πρὸ τῆς φύσεως) ap. Plut. Comp. Demosth cum Cicer. c. 5.] Item, Naturæ ratione, et Naturæ instinctu. Interdum vero pro κατὰ φύσιν ponitur dativus φύσει, s. τῇ φύσει: qui et aliis modis, pro re de qua agitur, reddi solet, ut τῇ φύσει πρότερον ap. Aristot. Naturæ ordine prius. [Φύσει et τέχνῃ opposita ap. Plat. Rep. 2, p. 381, A: Ἢ φύσει ἢ τέχνῃ ἢ ἀμφοτέροις, et quæ sunt similia, Leg. 6, p. 777, D: Ὃ φύσει καὶ μὴ πλαστῶς σέβων τὴν δίκην· Protag. p. 337, C: Φύσει, οὐ νόμῳ· Gorg. p. 482, E: Ἃ φύσει μὲν οὐκ ἔστι καλὰ, νόμῳ δέ· Protag. p. 323, C: Οὐ φύσει οὐδ' ἀπὸ τοῦ αὐτομάτου, ἀλλὰ διδακτὸν κτλ. Apol. p. 22, C: Ὅτι οὐ σοφίᾳ ποιοῖεν ἃ ποιοῖεν, ἀλλὰ φύσει τινί· Rep. 3, p. 407, C: Τοὺς ... φύσει τε καὶ διαίτῃ ὑγιεινῶς ἔχοντας τὰ σώματα.] At hæc verba, οἱ φύσει ἀσθενέστατοι τῷ σώματι, sic reddita extant, Quorum natura ita comparata est, ut valde infirmo sint corpore. [Accus. φύσιν adverbialiter ap. Æsch. Prom. 489: Οἵτινές τε δεξιοὶ φύσιν εὐωνύμους τε. Xen. Mem. 3, 9, 3: Ὄντες τοῦ δήμου τὴν φύσιν. Ηρὸς τὴν φύσιν, ut Τὰ πρὸς τὴν φύσιν καλὰ ἢ κακὰ ap. Sext. Emp. p. 9. Id. p. 17: Ὁποῖόν ἐστι πρὸς τὴν φ. ἐφέξομεν. Et sic sæpius ap. eundem, vel addito ὡς, ut p. 10: Κακὸν ὡς πρὸς τὴν φ.] Accus. autem φύσιν cum verbo ἔχει quidam interpr. ap. Dem. [p. 25, 22: Οὔτ' εὔλογον οὔτ' ἔχον ἐστὶ φύσιν τοῦτό γε], Naturæ tenorem: φύσιν ἔχει, Naturæ servat tenorem. [Herodot. 2, 46: Ἕνα ἐόντα τὸν Ἡρακλέα κῶς φύσιν ἔχει πολλὰς μυριάδας φονεῦσαι; Plato Rep. 5, p. 473, A: Ἢ φύσιν ἔχει πρᾶξιν λέξεως ἧττον ἀληθείας ἐφάπτεσθαι· 6, p. 489, B: Οὐ γὰρ ἔχει φύσιν κυβερνήτην ναυτῶν δεῖσθαι ἄρχεσθαι ὑφ' αὑτοῦ. Sext. Emp. p. 88: Φύσει ἄδηλα τὰ μὴ ἔχοντα φύσιν ὑπὸ τὴν ἡμετέραν πίπτειν ἐνάργειαν. «Polyb. 2, 21, 3: Ὃ φύσιν ἔχει γενέσθαι, Quod fieri amat, ut est natura hominum.» Schweigh.] Nonnunquam haud incommode et adjectivo nomine Naturalis uti possumus, reddentes vocem φύσις, mutata orationis structura, sicut Cic. κοινωνικὸς φύσει vertit Ad naturalem communitatem aptus. Idem vero ap. Plat. [Tim. p. 39, E] διαιωνία φύσις non vertit Æterna natura, sed pro his duobus solo subst. usus est, dicens Æternitas. [Αἱ τῆς φ. ἀνάγκαι (ἐρᾶν, μοιχεύειν) ap. Aristoph. Nub. 1075. Et 1078: Χρῶ τῇ φύσει, σκίρτα, γέλα, νόμιζε μηδὲν αἰσχρόν.] Tribuitur porro variis rebus φύσις sicut Latine natura, ut πυρὸς φύσις, Ignis natura, Aristot. De partt. anim. 2, 2, ubi etiam scribit, τὸ ψυχρὸν, esse φύσιν τινὰ, non autem στέρησιν. Et φαρμάκου φύσις ap. Hom., ut vides in altera hujus pag. parte. [Ἀριθμῶν φύσις Plato Rep. 7, p. 525, C.] Item φυτοῦ φύσις, ut ap. Philon. De mundo: Τὴν δὲ φύσιν ἀπένειμεν ὁ Θεὸς τοῖς φυτοῖς, κερασάμενος αὐτὴν ἐκ πλείστων δυνάμεων, θρεπτικῆς τε καὶ γεννητικῆς, Naturam Deus stirpibus tribuit, cum ex pluribus facultatibus temperatam, tum vero altrice et genitrice. Et φύσις τῶν ὀργάνων, ap. Galen. Comm. 1 in Hippocr. De nat. hum.: Σύγκειται γὰρ ἐκ τῶν πρώτων καὶ ὁμοιομερῶν, ἃ δὴ καὶ πρωτόγονα καλεῖν εἴωθεν ὁ Πλάτων, ἡ πρώτη τῶν τοιούτων φύσις. Quin etiam quemadmodum a Latinis dicitur Locus aliquis esse natura munitus, sic et φύσει χαρτερὸν χωρίον pro hac signif. affertur. [De natura regionis et terræ Xen. De vectig. 1, 2: Διηγήσομαι τὴν φ. τῆς Ἀττικῆς· OEc. 16, 2: Τὴν φ. τῆς γῆς εἰδέναι ... ὅ τι δύναται φέρειν. Ἡ τῶν τόπων φύσις Dio Cass. 56, 14. De natura syllabæ sæpissime apud grammaticos de literis agentes φύσει, οὐ θέσει (positione) longis, velut Dracon. p. 8, 1: Δύο χρόνους ἔχουσι φύσει, οὐ θέσει· οἱ γὰρ τόνοι ὡς φύσει ὄντες καὶ τὰς φύσεις ἴσασι καὶ οὐχὶ τὰς διὰ συμφώνου θέ-

σει μακρὰς γινομένας. V. Bast. ad Greg. Cor. p. 602. ‖ « Φύσει cum genit. i. q. δίχην, Instar, ap. Ælian. N. A. 14, 24 : Καὶ ἔστιν ἀντίτυπος (ὁ καρπὸς) καὶ στερεὸς φύσει ὀστρέου. » Herch.]

[‖ Φύσις haud infrequenter periphrasi inservit, v. c. Platoni Epinom. p. 702, C : Θεοὺς ὁρατοὺς ... τὴν τῶν ἄστρων φύσιν λεκτέον· Leg. 12, p. 697, A : Ἐπιτήδειοι πρὸς τὴν φυλακῆς φύσιν, i. e. πρὸς τὴν φυλακήν. Timæo p. 552, C : Τὴν τῶν αἰδοίων φύσιν. (Adde Tim. p. 84, C : Ἡ τοῦ μυελοῦ φ. Epin. p. 987, D : Ὅτι μέσος ἂν εἴη χειμώνων τε καὶ τῆς θερμῆς φύσεως. Προσώπου, βλεφάρων, νεύρων φ. Polit. p. 257, D, Tim. p. 45, B; 74, D.) Plutarch. Mor. p. 956, D : Ἡ δὲ ὕδατος φ. οὐδέποτε βλαβερά· 878, E : Αἱ ἄτομοι ... τὴν τῶν ἀστέρων φ. ἀπετέλουν. Dio Chr. Or. 12, p. 204, A : Μολίβδου τινὸς μαλθακὴν ὁμοῦ καὶ ἄτρωτον ὑπὸ φωνῆς φύσιν. Id. 35, p. 435, C : Εἰσὶ δὲ λειμῶνες αὐτόθι πάγκαλοι καὶ φύσιν (corr. φύσις) ἀνθῶν τε καὶ δένδρων. (Soph. OEd. R. 335 : Καὶ γὰρ ἂν πέτρου φύσιν σύγ' ὀργάνειας.) Item Cicero N. D. 2, 54 : *Quum alvi natura subjecta stomacho cibi et potionis sit receptaculum.* De fin. 5, 11 : *Hoc intelligant, si quando naturam hominis dicam, hominem dicere me; nihil enim hoc differt.* Wyttenb. ad Plat. Phædon. p. 232 seq. Alia hujusmodi, quorum infinita exemplorum copia est, indicavit Jacobs. ad Ælian. N. A. p. 204.]

‖ Φύσις ap. Medicos interdum quidem est Natura, interdum vero et aliter reddi debet. Afferam igitur quædam ex Galeno de hac voce φύσις, ac præsertim de usu quem ap. Hippocr. habet, si prius quæ Gorr. de ea scripsit protulero. Galenus igitur, ut ille inquit, l. 17 De usu partium, φύσιν quandam universi constituit, quam definit esse Mentem admirabili virtute præditam, quæ omnia pervadat. Ab ea singularum rerum φύσιν manare consentaneum est : quam in homine varie Medici definiunt. Sed maxime ea definitio probatur, qua φύσις dicitur vis esse quæ ex seipsa nostri sit opifex et conservatrix, ut ἐν τοῖς ἰητρικοῖς ὅροις scriptum est. Ea namque est cui et generationem debemus, et quæ genitos conservat. Itaque naturæ nomen ab Hippocr. sumptum fuisse quo loco scripsit φύσιας νούσων ἰητροὺς, Galenus auctor est, scribens per Naturam intelligi Vim quandam corporibus insitam et inhabitantem, per quam ea reguntur : sive, ut Idem scripsit initio l. 2 De sympt. causis, Omnem facultatem, quæ animal sive voluntatis nutu, sive citra hunc, regit. Itaque natura est quæ animal ab initio conformat, auget, nutrit, et omnia in corpore munia exercet. Quæ quum pariter caloris nativi opera sint, (est enim secundum Hippocr. omnium operum naturalium auctor,) necesse est vel naturam esse ipsum calidum innatum, ut Galen. Περὶ μαρασμοῦ et alibi sæpe prodidit : vel id primum esse naturæ instrumentum, ut Galeno pluribus in ll. placuisse video. Sed citra controversiam omnino est, quum φύσις pluribus modis dicatur ab Hippocr., eum cum sæpissime, tum toto libro De nat. hum. φύσιος nomine Temperamentum intellexisse, atque id esse præcipuum et maxime proprium Naturæ significatum ab ipsa naturæ substantia desumptum, ut Galen. in Aphor. 2, l. 3, annotavit, quo scripsit Hippocr., naturarum has quidem æstate, has vero hyeme bene maleve se habere. Quod si quis contendat, naturam non satis Temperamenti nomine explicari, definiat, si volet, naturam esse universam substantiam ac temperiem quæ ex primis elementis conflatur, ut et Galen. 3 De temper. definivit. Est vero et alia, licet minus propria, φύσεως signif., qua sumitur ἀντὶ τῆς ἕξεως, ut ibi scripsit Hippocr., Maxime moriebantur quibus φύσις vergebat ad phthisin. Hic namque Naturæ nomine ipsam partium structuram compositionemque intelligit. Est quando etiam Natura significat i. q. genus vel species vel forma, ut quum dicimus hanc febrem, hujus vel illius naturæ esse. Hæc Gorr. Libet autem et ipsamet Galeni in aliquot Hippocr. ll. verba proferre. Is igitur Comm. 1 in Hippocr. De nat. hum. init. dicit φύσεως nomine, a quo philosophi quidam φυσικοὶ fuerunt appellati, significari, (ut testantur ab illis ipsis Περὶ φύσεως scripti libri,) τὴν πρώτην οὐσίαν, ἣν ἀγέννητόν τε καὶ ἀΐδιον εἶναί φασιν, ὑποβεβλημένην ἅπασι τοῖς γεννητοῖς καὶ φθαρτοῖς σώμασι, τά θ' ὑπάρχοντα κατὰ τὸν ἴδιον λόγον ἑκάστῳ τῶν γεννωμένων τε καὶ φθειρομένων. Ubi non immerito fortasse post φθειρομένων participium aliquod deesse quispiam existimet. His porro subjungit eum usum hujus nominis φύσις, secundum quem Homerus φαρμάκῳ tribuit φύσιν [Od. K, 303, quo uno loco φύσις apud Homerum legitur] : Ὣς ἄρα φωνήσας πόρε φάρμακον Ἀργειφόντης, Ἐκ γαίης ἀνελών· καί μοι φύσιν αὐτοῦ ἔδειξεν. Ῥίζῃ μὲν μέλαν ἔσκε, γάλακτι δὲ εἴκελον ἄνθος. Quibus versibus subjungit, eos qui de herbis scripserunt, aut generaliter de plantis, docere earum φύσιν αἰσθητὴν, quum qualis sit unaquæque tangenti, gustanti, odoranti, et intuenti, commemorant : et qua vi prædita sit, sive intra corpus sumatur, sive exterius ei imponatur. Idem Galen. in hunc Aphorismum Hippocratis, Ἐν τῇσι νούσοισιν ἧσσον κινδυνεύουσιν οἷσιν ἂν οἰκείη τῆς φύσιος καὶ τῆς ἡλικίης καὶ τῆς ἕξιος καὶ τῆς ὥρης ἡ νοῦσος ᾖ μᾶλλον, ἢ οἷσιν ἂν μὴ οἰκείη κατά τι τουτέων, annotat, quum vox φύσις multifariam dicatur, intelligendam nunc esse in ea signif. in qua ipse sæpenumero est usus, cum alibi, tum per totum librum quem Περὶ φύσιος ἀνθρώπου inscripsit : in quo φύσιν appellat κρᾶσιν ex primis elementis : perinde ac si ita dixisset, Ἐν τῇσι νούσοισιν ἧσσον κινδυνεύουσιν οἷς ἂν οἰκεία τῆς πρώτης τοῦ σώματος κράσεως καὶ τῆς νῦν διὰ τὴν ἡλικίαν, ἢ τὴν ἕξιν, ἢ τὴν ὥραν προσγεγενημένης, ἡ νόσος ᾖ μᾶλλον, ἢ οἷς ἂν μὴ οἰκεία κατά τι τούτων ᾖ. In sequentibus autem, hac in signif. ostendit aliam φύσιν esse θερμὴν, aliam ψυχροτέραν : aliquam ξηροτέραν, aliquam ὑγροτέραν. At vero in hoc l., qui habetur in Epidem. opere [p. 939, F] : Καὶ μάλιστα ἔθνησκον οἷς ἔῤῥεπεν ἡ φύσις ἐπὶ τὸ φθινῶδες, ait τὴν φύσιν significare τὴν τοῦ σώματος ἰδέαν. [Eadem et alia plura ex Hipp. et Galeno collecta v. ap. Foes.]

‖ Φύσις, Natura, Substantia. [Per οὐσία exp. Hesych.] Siquidem Naturæ vocabulum et pro substantia ex quibusdam Ciceronis etiam ll. affertur. Ex quibus est hic, Diviserunt naturam hominis in animum et corpus. Itidemque hic, Omnis natura vult esse conservatrix sui. Affertur ex Plin. quoque pro hujus signif. exemplo, Vini natura non gelascit. Φύσιν autem accipi ἀντὶ τῆς οὐσίας, i. e. Pro substantia, testatur et ipse Aristot. [De partt. anim. 1, 1 : Τῆς φύσεως διχῶς λεγομένης καὶ οὔσης τῆς μὲν ὡς ὕλης, τῆς δὲ ὡς οὐσίας·] Metaphys. 4, [4] : Καὶ ὅλως πᾶσα οὐσία φύσις λέγεται· dixerat autem paulo ante, φύσιν appellari τὴν τῶν φυομένων γένεσιν. Item, Ἐξ οὗ φύεται πρῶτον τὸ φυόμενον ἐνυπάρχοντος. Item, Ὅθεν ἡ κίνησις ἡ πρώτη ἐν ἑκάστῳ τῶν φύσει ὄντων ἐν αὐτῷ ἢ αὐτὸ ὑπάρχει. Præterea φύσιν vocari ἐξ οὗ πρώτου ἢ ἐστιν ἢ γίνεταί τι τῶν φύσει ὄντων ἀῤῥυθμίστου ὄντος καὶ ἀμεταβλήτου ἐκ τῆς δυνάμεως τῆς ἑαυτοῦ· et hoc modo τῶν φύσει ὄντων τὰ στοιχεῖα nuncupari φύσιν : tandemque ad φύσιν, quæ est οὐσία, accedit. [Aristot. Phys. 2, 1 : Φύσις ἐστὶν ἀρχὴ καὶ αἰτία κινήσεως καὶ ἠρεμίας ἐν ᾧ ὑπάρχει πρώτως καὶ μὴ κατὰ συμβεβηκός. Eadem definitio in Theoriani Legat. Armen. p. 14. Greg. Naz. : Φύσις ἐστὶ τὸ εἶναι ἕκαστον τοῖον ἢ τοῖον. Hinc ap. Athanas. De defin. vol. 2, p. 44 : Φύσις εἴρηται διὰ τὸ πεφυκέναι καὶ εἶναι. Suicer. Plures φύσεως definitiones ex Aristotele et aliunde collectas v. ap. Suidam s. h. v.] At de Deo melius οὐσίαν quam φύσιν dici testatur Greg. Naz. [De deo nec φύσιν nec οὐσίαν dici debere decreverunt Ariani in Synodo Syrmiensi : v. Suicer. vol. 2, p. 1469, ubi pluribus egit de usu voc. φύσις de deo dicti et de duabus Christi naturis, et de Angelis qui ἀσώματοι οὐσίαι et ἀσώματοι φύσεις appellantur.]

‖ Φύσις, [Indoles,] Ingenium, ut Cic. quoque interpr., quum hæc Platonis Phædro : Δοκεῖ μοι ἀμείνων ἢ κατὰ τοὺς περὶ Λυσίαν εἶναι λόγους τὰ τῆς φύσεως, ita reddit, Majore mihi ingenio videtur esse quam ut cum orationibus Lysiæ comparetur. [Per προαίρεσις exp. Hesych. Φιλόσοφος φύσις Plat. Rep. 3, p. 410, E; 6, p. 494, A; σώφρων φ. Polit. p. 307, C; τυραννικὴ φ. Rep. 9, p. 576, A; φιλοχρήματος φ. 8, p. 549, B. Xen. Cyrop. 1, 1, 5 : Ποίαν τινὰ φύσιν ἔχων. Aristoph. Vesp. 1468 : Τὸ γὰρ ἀποστῆναι χαλεπὸν φύσεος, ἣν ἔχοι τις ἀεί· 1282 : Μαθόντα παρὰ μηδενὸς, ἀλλ' ἀπὸ σοφῆς φύσεος αὐτόματον ἐκμαθεῖν etc.] Sic ex Thuc. [1,

138] affertur φύσεως ἰσχὺς, Vis ingenii. Apud Eund. 2, Ὑπὲρ τὴν ἑαυτοῦ φύσιν putem reddi posse Supra ingenium suum, ingenii sui captum. [Φύσεως ἀρετὴ Dio Cass. Exc. p. 21, 81; 25, 58. Φύσεως λαμπρότης p. 18, 99. Numero duali Plato Rep. 3, p. 410, E: Δεῖν τοὺς φύλακας ἀμφότερα ἔχειν τούτω τὼ φύση (ubi alii libri φύσει vel φύσεε). Numero plurali ubi de pluribus agitur, Soph. OEd. T. 674: Αἱ τοιαῦται φύσεις... ἄλγισται φέρειν. Eur. El. 368: Ἔχουσι γὰρ ταραγμὸν αἱ φύσεις βροτῶν· Iph. A. 558: Διάφοροι φ. βροτῶν· Andr. 957: Τὰς γυναικείους φύσεις. || Natura, i. e. genus quoddam animantium. Soph. Ant. 345: Πόντου εἰναλίαν φύσιν. Diodor. 3, 35: Ἄλλων ζώων ἀθεωρήτους καὶ παραδόξους φύσεις ἐποίησεν εἰς γνῶσιν ἐλθεῖν τοῖς Ἕλλησι. Multo frequentius de hominibus, ut Soph. fragm. 515: Θνητὴν δὲ φύσιν χρὴ θνητὰ φρονεῖν. Plato Rep. 2, p. 359, C: Ὁ πᾶσα φύσις διώκειν πέφυκεν ὡς ἀγαθόν· 9, p. 588, C: Οἷαι μυθολογοῦνται παλαιαὶ γενέσθαι φύσεις· Polit. p. 306, E: Ὄνομα κοινὸν πάσαις ταῖς φύσεσι ταύταις. Xen. Cyrop. 6, 2, 29: Ἡ κατὰ μικρὸν παράλλαξις πᾶσαν ποιεῖ φύσιν ὑποφέρειν τὰς μεταβολάς· Ages. 5, 4: Ὥσπερ ἂν τοῦ καλλίστου ἡ σφοδροτάτη φ. ἐρασθείη· et quæ sunt alia hujusmodi plurima. Magis ex more recentiorum dicta sunt talia, Γάϊος ἡ κατάπτυστος φύσις Ephræm. Cæsar. 4. Ἠπία φύσις, et alia hujusmodi ib. 11, 194, 1158, 1232, 2033, et alibi.]

[Φυτουργικὸς, ἡ, όν.] Itidem vero adj. Φυτουργικὸς est potius ab eod. illo φυτουργός. Estque φυτουργικὸς, Ad φυτουργίαν pertinens. [Pollux 7, 141. Tzetz. Hist. 3, 52.] Et φυτουργικὸς πόνος, Labor qui culturæ plantarum impenditur, ut dicitur γεωργικὸς πόνος. Alioqui ut γεωργικὸς interdum sonat Peritus agri colendi, s. agriculturæ, sic φυτουργικὸς sonare potest Peritus culturæ plantarum. [Jo. Tzetz. Schol. in Hist. 4, 175 Dübner., οἱ τὰ φ. συνταξάμενοι. Hase. Ἡ φ., sc. τέχνη, i. q. φυτουργία, Pollux 7, 140. || Adv. Φυτουργικῶς ib. 141.]

[Φυτούργιον vitiose φυτουργεῖον, quod v.]

[Φῠτουργὸς, ὁ.] Φυτοεργὸς, ὁ, vel Φυτουργὸς, (illud in carmine, hoc in prosa,) q. d. Qui circa plantas opus facit, Qui plantis laborem impendit, s. plantarum culturæ. [Φυτοεργὸς est ap. Dionys. P. 997 : Ὕλην παντοίην φ. ἀνὴρ ἐθερίσσατο καρπῶν. Usitatius φυτουργός. Cyllen. Anth. Pal. 9, 4 : Πολλή σοι, φυτοεργὲ, πόνου χάρις. Anth. Plan. 255 : Ἃ σὺν πόνῳ φ. ἔκτηται Μίδων. Plut. Mor. p. 2, B : Φ. ἐπιστήμονα. ||Genitor. Æsch. Suppl. 592, et Soph. OEd. T. 1482 : Πατὴρ φ., et omisso πατὴρ Eurip. Tro. 481 : Τὸν φ. Πρίαμον. Iph. A. 949, in parte fabulæ spuria : Νηρέα φ. Θέτιδος. Cum πατὴρ conjunxit Philostr. p. 750 : Ὁ πατήρ τε καὶ φ. αὐτῶν Ἄρης. G. D. Philo vol. 1, p. 324, 29 et 41. Antonin. Imp. Comment. 6, 16; 11, 8. Euseb. Laud. Const. p. 640, A. Julian. Imp. p. 83, A : Τούτου δὲ (viri virtute ornati) νομιστέον πατέρα τὸν Δία φ. Georg. Pis. Contra Sev. 167, τῷ φ. τῆς μάχης· B. Abar. 12, τῶν φρενοσπόρων λόγων· Jo. Damasc. t. 1, p. 283, A, τοῦ νοητοῦ ἀμπελῶνος. Actt. Thomæ apud Tischendorf. Actt. Apost. apocr. p. 198, 19, de Servatore, φ. τοῦ ἀγαθοῦ δένδρου. Proprie de plantarum cultore Theodoret. Gr. affect. cur. p. 176, 16; 220, 18; 256, 14; 431, 17 Gaisf., et Gregor. Naz. t. 1, p. 703, D, ἄρτι δὲ φυτὸν φ. θεραπεύει. Hase. || Opifex. Plato Rep. 10, p. 597, D : Βούλει τοῦτον μὲν φυτουργὸν τούτου (κλίνης) προσαγορεύωμεν ἤ τι τοιοῦτον;]

[Φυτούριον, τὸ, Seminarium, Gl. Vitiose pro φυτούργιον vel φυτώριον.]

Φυτοφόρος, ὁ, ἡ, ut φυτοφόρος γῆ, q. d. Plantifera terra, s. Stirpifera, Ferens plantas s. stirpes. Vide Φυταλία.

[Φυτόω, Plantam formo. Passiv. Planta fio. Theolog. Arithm. p. 6 : Φυτοῦσθαι ἢ βρεφοῦσθαι ἀρχόμενον. Cum hoc verbo et substantivo φύτρα comparandum verbum Græcobarbarum φυτρώνειν, de quo v. Ducangius, qui inter alia locum Nicetæ Chon. attulit p. 271, A : Ὡς σπαρτοὶ ἀνεδόθησαν γίγαντες, ubi in metaphrasi ἐφυτρώθησαν (nam sic corrig. quod ap. Ducang. legitur ἐφυτρώτησαν), quod ἐφύτρωσαν scriptum ex cod. Monac. affert Bekkerus p. 553, 26.]

Φύτρα, Hesychio est φύσις, Natura, Generatio; addenti tamen, exponi a quibusdam φυτήρια. Tunc autem esset pluralis numeri et generis neutri, a nom. sing. φύτρον.

[Φυτὼ, οῦς, ἡ, Phyto. Schol. Platonis Phædri p. 315 Bekk. : Ἕκτη (Σίβυλλα) ἡ Σαμία, ἧς τὸ κύριον ὄνομα Φυτὼ φασιν. G. D. Anon. præf. ad Or. Sibyll. p. 6, 9 ed. Alexandr. : Ἕκτη, ἡ Σ., ἡ κυρίῳ ὀνόματι καλουμένη Φ., περὶ ἧς ἔγραψεν Ἐρατοσθένης. Hase.]

[Φυτρός. V. Φιτρός.]

[Φυτώδης, ὁ, ἡ, Plantæ similis, Qualis plantarum est. Περιαγωγὴ φ. Erotian. p. 138.]

[Φύτων, ωνος, ὁ, Phyto, Rheginus, ap. Diodor. 14, 108, Philostr. V. Apoll. 1, 35; 7, 2, libris partim Φοίτων præbentibus, quod est etiam apud Suidam s. v. Αἰσχίνης Λυσανίου in excerptis ex Philostrato.]

[Φυτὼν, ῶνος, ὁ, Locus plantis consitus, Hortus. Inter nomina in ὼν, ῶνος, memorat Herodian. Epimer. p. 146, qui per κῆπος exp. Legitur in carmine Philostrati cujusdam quod ex cod. Paris. 3019 edidit Boisson. ad Marin. p. 70 : Ὁρᾷς, θεατὰ, τοῦ φυτῶνος τὴν χάριν.]

[Φῠτώνῠμος, ὁ, ἡ, A planta nomen ducens. Orac. ap. Achill. Tat. 2, 14 et in Anth. Pal. 14, 34 : Νῆσός τις πόλις ἐστὶ φυτώνυμον αἷμα λαχοῦσα.]

Φύτωρ, ορος, ὁ, Sator, Genitor, ὁ φυτεύσας. Unde Φύτορες, Hesychio γεννήτορες, Genitores. [Restitui Soph. Tr. 1031 : Τὸν φύτορ' οἰκτείρας, ubi libri ex glossemate τὸν φύσαντ'. Sed ap. schol. rec. Æsch. Prom. 233, p. 200, 11 ed. Ox. : Φιτῦσαι· ποιῆσαι, γεννῆσαι· ἐξ οὗ καὶ φύτωρ ὁ πατήρ, ubi codex Lips. φύτης, corrigendum φῖτυς ex scholio simili ad Soph. Aj. 1296, de quo dixi ad schol. vol. 2, p. 401 ed. Oxon. G. Dindorf.]

[Φυτώριον, τό. HSt. s. v. Φυτευτήριον :] Ead. signif. in Geopon. legitur Φυτώριον, sive Φυτώρειον, 5, [3]: Φυτώριον καλεῖται ἐν ᾧ τὰ φυτὰ μεταφυτεύεσθαι μέλλοντα κατατίθεται, In quo deponuntur plantæ quas transferre in alium locum volumus. Et alibi [3, 2, 1] : Τῷ Φεβρουαρίῳ μηνὶ μεταθήσομεν ἀπὸ τοῦ φυτωρίου τὰς ἐνρίζους ἀμπέλους· pro his Columellæ, Inter nonas et idus Februarias maturæ plantæ de seminariis in scrobes transferendæ. Item 11, [9] de buxo : Πύξος φυτεύεται

ἔκ τε ἀποσπάδων καὶ κορυνῶν καὶ ἀκρεμόνων ἀποτιθεμένων ἐν φυτωρείῳ [hic quoque nunc φυτωρίῳ ex cod.] μετὰ εἰδῶν Νοεμβρίων. [Adde 3, 5, 4; 4, 1, 6; 4, 3, 11; 9, 5. Clem. Al. p. 288 : Εἰς τὰ φ. καὶ εἰς παραδείσους.]

Φύω, f. σω, pr. κα [Perfecti formæ epicæ Πεφύασι et particip. πεφυὼς, πεφυυῖα, quarum exx. vide infra ap. HSt. Plusquamperf. ἐπεφύκειν, cujus tertia persona plur. ἐπέφυκον (pro ἐπεφύκεσαν) ap. Hesiod. Op. 149, Theog. 152, 673, Sc. 673. Aor. 1 ἔφυσα. Aor. 2 ἔφυν, cujus persona tertia sine augmento φῦ ap. Hom. Il. Ξ, 232. Optativus φύη (ut δύην ap. Homerum) restitutus Theocrito 15, 94 : Μὴ φύη (libri φυῇ), Μελιτῶδες, ὃς ἁμῶν καρτερὸς εἴη. Conjunctivi exempla quæ reperiuntur valde incerta sunt, quum solo accentu, qui variat in libris, ab formis aoristi passivi ἐφύην differant. Infinitivi φῦναι forma epica φύμεναι ap. Theocr. 25, 39. Participii φύς φῦσα φύν quum exx. plurima sint, rariora tantum notamus, neutrum φὺν ap. Plat. Leg. 6, p. 771, B, dativum φῦσι Rep. 4, p. 431, C. Feminini φῦσα forma Bœotica φοῦσα est in fragm. Corinnæ ap. Apollon. De pron. p. 324, C. Passivi φύομαι aoristus est ἐφύην, cujus exx. partim ab Lobeckio ad Buttm. Gramm. vol. 2, p. 321, collecta, sunt ἐφύη ap. Hippocr. p. 94, B : Οἷσι ἢ φύματα ἐφύη ἢ etc. (nisi ἔφυ scribendum), ἀνεφύη Theophr. H. Pl. 4, 16, 2, ἐφύησαν Palæph. c. 6, ἀναφυῆναι Diodor. 1, 7 (ubi libri plures καὶ φανῆναι addunt ex diversa ut videtur scriptura ortum ἀναφανῆναι), φυὲν Hippocr. p. 242, 25, nisi hæc quaque ex ἀνέφυ, ἀναφῦναι et φὺν depravata sunt : manifesto vero vitio δάκτυλον ἐκφυῆναι vulgo p. 742, B, ubi δακτύλων εὐφυΐα ex codd. restituit Littré vol. 3, p. 286; ἐκφυὲν Ruf. Eph. De partt. hom. p. 47. Conjunctivi, qui formari aliter non poterat, exemplum est ap. Eurip. Eurysth. fr. 5 : Ὅς γὰρ ἂν χρηστὸς φυῇ. Idem ap. Plat. Rep. 3, p. 415, C; 6, p. 494, B, Ep. 7, p. 343, E, et alibi, φυῶσι Rep. 10, p. 597, C, Phædr. p. 251, C, libris partim φύῃ et φύωσι præbentibus, συμφυῇ ap. Hippocr. p. 456, 12. Fut. φύσομαι, Nascar, est ap. Æsch. Prom. 871, et Plat. Leg. 8, p. 831, A (male vero ἐκφύσεται vel ἐκφυήσεται vulgo ap. Hippocr. p. 240, 55, pro ἐκφύσει, quod ex cod. restituit Littré vol. 7, p. 508), Dionys. A. R. 8, 60; ἀναφυήσομαι, fortasse ab librario positum pro ἀναφύσομαι, ap. Lucian. Jov. Trag. c. 19; προσφυήσεται pro προσρυήσεται Needham. restituit Geopon. 5, 6, 4, ut φυήσονται est 2, 37, 1. Ad mensuram quod attinet, υ breve est in præsenti et imperfecto φύω ἔφυον, φύομαι ἐφυόμην, perfecto πέφυα, aoristo et futuro ἐφύην φυήσομαι, longum in perfecto πέφυκα, aoristis ἔφυσα et ἔφυν, futuris φύσω et φύσομαι. Poetæ tamen υ interdum etiam in formis præsentis produxerunt. Sic φῦομεν et φῦεται in fine trimetrorum ap. Aristoph. Av. 106, et Soph. fragm. 109, 4. Φῦουσι φῦετο et φῦεται in arsi hexametri Nicand. Alex. 14 et Dionys. P. 941, 1013, φῦουσι et προσφῦονται in thesi ib. 1031, et Nicand. Alex. 506. Æoles Φυίω dixisse annotavit Etym. M. p. 254, 16, ubi de adj. δεκάφυιος agit ab Callimacho pro δεκάφυος dicto : Τὸ γὰρ φύω Αἰολικῶς φυίω φασὶ, καὶ τὸ ἀλύω ἀλυίω. Hoc Alcæo ap. schol. Soph. OEd. T. 156 restituit Seidler. : Ἐλάφῳ δὲ βρόμος ἐν στήθεσι φυίει φόβερος, pro φύει.] Gigno, Produco, Edo. [Παρὰ τὸ φῶ, τὸ προϊῶ Etym. M. p. 803, 28.] Quibus possumus et reliqua addere quæ de terra dicuntur. A Græcis enim ἡ γῆ dicitur φύειν, ut Lat. Gignere, Producere, Edere, Creare, Parere, Proferre, Emittere. Nec vero desunt Græcis alia plurima verba quæ itidem synonyma sint, sed hoc omnium maxime censetur esse proprium. Xen. Cyrop. 8, [7, 25] : Τί γὰρ τούτου μακαριώτερον, τοῦ γῆ μιχθῆναι, ἣ πάντα μὲν τὰ καλὰ, πάντα δὲ τἀγαθὰ φύει τε καὶ τρέφει; Arbor aut potius arboris radix dicitur itidem φύειν folia et frondes. Ad quam signif. pertinet quod legitur ap. Hom. Il. A, 234, et 235, de sceptro : Τὸ μὲν οὔποτε φύλλα καὶ ὄζους Φύσει, ἐπειδὴ πρῶτα τομὴν ἐν ὄρεσσι λέλοιπεν. [Ib. Z, 148 : Φύλλα ... ὕλη τηλεθόωσα φύει· Ξ, 347 : Τοῖσι δ' ὑπὸ χθὼν δῖα φύεν νεοθηλέα ποίην· Od. H, 119 : Ζεφυρίη (πνοὴ) πνείουσα τὰ μὲν φύει, ἄλλα δὲ πέσσει. Herodot. 9, 122 : Οὐ τῆς αὐτῆς γῆς εἶναι καρπόν τε θωμαστὸν φύειν καὶ ἄνδρας ἀγαθούς. Plato Rep. 10, p. 621, A : Ὅσα γῆ φύει· Menex. p. 237, D : Ἐν ᾧ ἡ πᾶσα γῆ ἔφυε ζῷα παντοδαπά. Eurip. Bacch. 650 : Τὴν πολύβοτρυν ἄμπελον φύει βροτοῖς.] Quin etiam caput aut ipse homo dicitur φύειν τρίχας : unde comp. τριχοφυεῖν. Aristot. De gen. anim. 5, [3] : Καὶ τὰς ὑστερογενεῖς τρίχας ἢ οὐ φύουσιν, ἢ ἀποβάλλουσιν, ἐὰν τύχωσιν ἔχοντες, οἱ εὐνοῦχοι, πλὴν τῆς ἥβης· καὶ γὰρ αἱ γυναῖκες τὰς μὲν οὐκ ἔχουσι, τὰς δ' ἐπὶ τῇ ἥβῃ φύουσι. Secus autem ap. Hom. Od. K, [393] φάρμακον dicitur φύειν τρίχας. Eodemque modo dicunt aliquem φύειν πώγωνα et πολιάς : ut quum ap. Lucian. [D. deor. 2, 1] ita compellatur Cupido : Ἢ διότι μὴ πώγωνα μηδὲ πολιὰς ἔφυσας, διὰ τοῦτο βρέφος ἀξιοῖς νομίζεσθαι; [Πώγωνα φ. idem Icarom. c. 28, et Herodot. 8, 104. Conf. Æsch. Sept. 535 : Στείχει δ' ἴουλος ἄρτι διὰ παρηΐδων ὥρας φυούσης.] Dicitur etiam ὀδόντας φύειν : unde comp. ὀδοντοφυεῖν. [Hinc comice Aristoph. Ran. 418 : Ἑπτέτης ὢν οὐκ ἔφυσε φράτερας· ubi schol. : Ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν, οὐκ ἔφυσεν ὀδόντας, εἶπε φράτερας, ἵνα ὡς ξένον διαβάλῃ. Ἡ δὲ παροιμία, Ἑπτέτης ὢν ὀδόντας οὐκ ἔφυσεν. Γλῶσσαν φ. Herodot. 2, 68, de camelo : Γλῶσσαν οὐκ ἔφυσε, Linguam non nactus est, i. e. Lingua caret. Κέρεα φ. idem 4, 29; πτερὰ φ. Aristoph. Av. 106, Plato Phædr. p. 251, C. Et Tim. p. 91, D : Ἀντὶ τριχῶν πτερὰ φύον.] Denique et pater dicitur φύειν filium. [Φύσας per γεννήσας exp. Hesych. s. h. v. et s. v. Τῷ φύσαντι.] Soph. [Aj. 516] : Ἡ μοῖρα τὸν φύσαντά με καθεῖλε. [Tr. 1185 : Διὸς ... τοῦ με φύσαντος· 1268 : Οἱ φύσαντες κἀκ κληζόμενοι πατέρες (quod de uno Jove dictum)· OEd. Col. 1189 : Ἔφυσας αὐτόν. Eur. Suppl. 546 : Μὴ τέκν' ἐν μυχῷ χθονὸς φύσωσιν· Ion. 1262 : Οἵαν ἔχιδναν τήνδ' ἔφυσας. Addito πατὴρ Hel. 87 : Ὁ φύσας πατὴρ Τελαμών.] Lesbonax : Δίκαιον δὲ τοὺς παῖδας, ἐπειδή περ ἐφύσατε, ἐκθρέψαι. Synes. : Νόννου τοῦ Σωσηνᾶν φύσαντος. Sed et ὁ φύσας ap. utrosque scriptores dicitur sine adjectione, ut Lat. Genitor, pro Patre : sicut ἡ τεκοῦσα, passim nobis occurrit pro Genitrice, s. Matre, quum ad verbum sonet ἡ τεκοῦσα, Quæ peperit. [Soph. OEd. T. 1019 : Πῶς ὁ φύσας ἐξ ἴσου τῷ μηδενί; Eur. Med. 1126 : Κρέων ὁ φύσας, et alibi.] Aristoph. Vesp. [1464] : Βουλόμενος τοὺς φύσαντας σεμνοτέροις κατακοσμῆσαι πράγμασιν. Apud Lysiam ἡ τεκοῦσα et ὁ φύσας, Mater et Pater [p. 116 extr.] : Εἰ μέν τίς σ' εἴπῃ πατραλοίαν ἢ μητραλοίαν, ἠξίους ἂν αὐτὸν ὄφλειν [ὀφλεῖν] σοι δίκην· εἰ δέ τις εἴποι ὡς τὴν τεκοῦσαν ἢ τὸν φύσαντα ἔτυπες, κτλ. [Eurip. Alc. 291 : Καίτοι σ' ὁ φύσας χἡ τεκοῦσα προὔδοσαν. Οἱ φύσαντες de utroque parente Soph. OEd. T. 436 : Γονεῦσι δ', οἵ σ' ἔφυσαν, ἔμφρονες· Tr. 31 : Κἀφύσαμεν δὴ παῖδα. Eurip. Phœn. 34 : Τοὺς φύσαντας ἐκμαθεῖν θέλων. Φύειν τε καὶ γεννᾶν Plato Polit. p. 274, A. Ad nuptias quibus liberi procreantur transtulit Soph. OEd. T. 1404 : Ὦ γάμοι γάμοι, ἐφύσαθ' ἡμᾶς. Obscurius Tiresias vates ib. 438 : Ὅδ' ἡμέρα φύσει σε (OEdipum) καὶ διαφθερεῖ, i. e. δείξει σε ὅθεν ἐγεννήθης, ut exp. schol.]

[|| Metaph. Gigno, de rebus quæ non sub sensus cadunt. Herodot. 5, 91, de populo Atheniensi : Δόξαν φύσας αὐξάνεται. Æsch. fragm. 160 : Θεὸς μὲν αἰτίαν φύει βροτοῖς, ὅταν κακῶσαι δῶμα ... θέλῃ. Soph. Antig. 647 : Τί τόνδ' ἂν εἴποις ἄλλο πλὴν αὑτῷ πόνους φῦσαι, πολὺν δὲ τοῖσιν ἐχθροῖσιν γέλων; Aj. 647 : Ἅπανθ' ὁ μακρὸς ... χρόνος φύει τ' ἄδηλα καὶ φανέντα κρύπτεται· Ant. 683 : Θεοὶ φύουσιν ἀνθρώποις φρένας. Et homines ipsi φρένας φύειν, mentem nancisci s. mente augescere dicuntur OEd. C. 804 : Ὦ δύσμορ', οὐδὲ τῷ χρόνῳ φύσας φανεῖ φρένας ποτέ; El. 1463 : Μηδὲ πρὸς βίαν ἐμοῦ κολαστοῦ προστυχὼν φύσῃ φρένας· fragm. 118 : Ὁ ἁλιεὺς πληγεὶς νοῦν φύσει. Addito dativo, ut in locis Æschyli et Sophoclis supra allatis, Xen. OEc. 7, 23 : Τῇ γυναικὶ ἧσσον τὸ σῶμα πρὸς ταῦτα φύσας. Cum infin. ib. 7, 16 : Ἃ οἱ θεοὶ ἔφυσάν σε δύνασθαι, et similiter § 30.]

|| Φύω neutraliter positum, Nascor. Hom. Il. Z, 149 : Ὡς ἀνδρῶν γενεὴ, ἡ μὲν φύει, ἡ δ' ἀπολήγει. At in versu proxime præcedente usurparat φύειν activa voce, Φύλλα τὰ μέν τ' ἄνεμος χαμάδις χέει, ἄλλα δέ θ' ὕλη Τηλεθόωσα φύει. Sed in soluta oratione rarum, vel potius rarissimum, esse puto præsentis in hac signif.

usum. [Gramm. Hermanni p. 407 : Φύω τρίχας καὶ φύουσι τρίχες. Hoc intellectu præsens semel ap. Homerum, sæpius ap. posteriores legitur, Theocr. 4, 24 : Ὅπα καλὰ πάντα φύοντι· 7, 75 : Δρύες ... αἵτε φύοντι παρ' ὄχθησιν· et Mosch. 3, 102 : Τὰ σέλινα ... εἰς ἔτος ἄλλο φύοντι. Oppian. Cyneg. 2, 567. Aristot. Probl. 5, 27; Liban. vol. 4, p. 1074; Xenocr. De aquat. 2, p. 7; Geopon. 3, 5, 3; Himer. Ecl. 20, 4, p. 270. Imperfectum Pancrates ap. Athen. 15, p. 677, F. Lobeck. ad Soph. Aj. p. 90. LXX Deut. 29, 28 : Ῥίζα ἄνω φύουσα· unde Hesych. : Ἄνω φ.· ἀναβλαστάνουσα.] Ac potius ibi legitur præt. Πέφυκα, itidem pro Natus sum. [Æsch. Prom. 27 : Ὁ λωφήσων γὰρ οὐ πέφυκέ πω. Idem (vel quod probabilius Euripides) ap. Stob. Flor. 121, 171 : Τὸ μὴ γενέσθαι δ' ἐστὶν ἢ πεφυκέναι κρεῖσσον. Eurip. Iph. A. 501, in versu spurio : Τὸν ὁμόθεν πεφυκότα, i. e. Fratrem. Soph. OEd. C. 1294 : Γονῇ πεφυκὼς... γεραιτέρᾳ, Natu major. El. 989 : Τοῖς καλῶς πεφυκόσιν, i. e. Bono genere natis, ut φύντες καλῶς ap. Lysiam p. 192, 22, et οἱ ἄριστα πεφυκότες ap. Dionys. A. R. 3, 13 et 15. Cum genit. Æsch. Sept. 1031 : Τὸ κοινὸν σπλάγχνον οὗ πεφύκαμεν, μητρὸς ταλαίνης κἀπὸ δυστήνου πατρός. Soph. El. 1171 : Θνητοῦ πέφυκας πατρός· OEd. T. 1082 : Τῆς γὰρ πέφυκα μητρός.] Eur. init. Or. : Διὸς πεφυκὼς, ὡς λέγουσι, Τάνταλος. [Heracl. 299 : Πατρὸς ἐσθλοῦ κἀγαθοῦ πεφυκέναι. Xen. Cyrop. 5, 5, 8 : Πατρὸς βασιλέως πεφυκέναι. Cum præp. ἀπὸ Soph. OEd. C. 1369 : Ὑμεῖς δ' ἀπ' ἄλλου κοὐκ ἐμοῦ πεφύκατον. Eur. Iph. T. 610 : Ὡς ἀπ' εὐγενοῦς τινος ἕδρης πέφυκας. Plato Rep. 10, p. 597, E : Τρίτος τις ἀπὸ βασιλέως καὶ τῆς ἀληθείας πεφυκώς. Cum ἐξ] ex Plat. Apol. [p. 34, D : Τὸ τοῦ Ὁμήρου, οὐδ' ἐγὼ ἀπὸ δρυὸς οὐδ' ἀπὸ πέτρης, ἀλλ'] ἐξ ἀνθρώπων πέφυκα. Sic ex Greg. Naz., Ἐκ τοῦ υἱοῦ πεφυκὼς, Ex filio natus. Sed affertur et πέφυκεν ἐκ τοῦ δέρματος ex Aristot. H. A. 2, redditum per præsens, Excute oritur. At suspectum mihi est quod ex eod. Plat. habent VV. LL. Ὑπὸ δρυὸς πέφυκα [vitiose pro ἀπὸ δρ. in loco Platonis supra allato. Dicitur autem non solum de hominibus, sed etiam de rebus quibusvis quæ nascuntur. Hom. Il. Δ, 409 : Τοῦ κέρα ἐκ κεφαλῆς ... πεφύκει· 483 : Αἴγειρος... ἐν εἰαμενῇ ἕλεος ... πεφύκει· Od. E, 238 : Ὅθι δένδρεα μακρὰ πεφύκει. Xen. De vectig. 1, 4 : Πέφυκεν ἐν αὐτῇ (in Attica) λίθος ἄφθονος. Τὰ πεφυκότα id. Cyrop. 8, 7, 13.] Nec minor est usus, nisi me memoria fallit, aoristi 2 Ἔφυν [Natus sum, cum infin. Φῦναι et partic. φύς] : quod est tanquam a themate Φῦμι. [Æsch. Ag. 165 : Ὅς δ' ἔπειτ' ἔφυ... οἴχεται· 1342 : Ἀσινεῖ δαίμονι φῦναι. Soph. OEd. C. 1225 : Μὴ φῦναι τὸν ἅπαντα νικᾷ λόγον. Eurip. Belleroph. fr. 20 : Κράτιστον εἶναί φημι μὴ φῦναι βροτῶν.] Xen. Cyrop. 2, [1, 15] : Ἄνδρες Πέρσαι, ὑμεῖς καὶ ἔφυτε ἐν τῇ αὐτῇ ἡμῖν χώρᾳ καὶ ἐτράφητε· ubi observa ἔφυτε καὶ ἐτράφητε, ut supra φύειν et τρέφειν. [Plato Rep. 3, p. 396, C : Ὁ ἐναντίως ἐκείνῳ φύς τε καὶ τραφείς.] Apud Eund. [Xen.] infin. Φῦναι, cum alibi, tum Cyrop. init. : Φῦναι δὲ δ Κῦρος λέγεται καὶ ᾄδεται ἔτι καὶ νῦν ἀπὸ τῶν βαρβάρων εἶδος μὲν κάλλιστος κτλ. 5, [1, 7] φῦναι et γενέσθαι copulat : Μήπω φῦναι μηδὲ γενέσθαι γυναῖκα. [Sic Plato Crat. p. 410, D : Τὰ φυόμενα καὶ τὰ γιγνόμενα· Euthyd. p. 296, D : Ὅτ' ἐγίγνου καὶ ὅτ' ἐφύου.] Et cum præp. ἐκ, habente suum gen. [Mem. 2, 3, 4] : Πρὸς φιλίαν μέγα ὑπάρχει τὸ ἐκ τῶν αὐτῶν φῦναι. Sic Ἐξ ἧς ἔφυσαν ap. Isocr. [Φῦναι, ut πεφυκέναι, construitur modo cum genitivo simplici, modo cum præp. ἀπὸ vel ἐκ. Sic Soph. OEd. T. 1015 : Παῖς γ' εἰ τῶνδε γεννητῶν ἔφυς· Ant. 145 : Πατρὸς ἑνὸς μητρός τε μιᾶς φύντε· OEd. C. 1379 : Εἰ τυφλοῦ πατρὸς τοιῶδ' ἔφυτον. Eurip. Heracl. 509 : Πατρὸς δ' ἐκείνου φύντας οὗ πεφύκαμεν. Cum ἀπὸ Soph. OEd. T. 1364 : Ὁμογενὴς ἀφ' ὧν αὐτὸς ἔφυν· 1359 : Ὧν ἔφυν ἄπο. Xen. Cyrop. 5, 4, 30 : Ὅτῳ ἀπ' ἐμοῦ φύντι. Cum ἐξ Soph. OEd. T. 458 : Κἀξ ἧς ἔφυ γυναικὸς υἱὸς καὶ πόσις. Cum διὰ Xen. Cyrop. 7, 2, 24 : Πρῶτον μὲν ἐκ θεῶν γεγονότι, ἔπειτα δὲ διὰ βασιλέων πεφυκότι, i. e. A longa regum præcedentium serie prognato et orto, ut exp. Schneid.] Annotant VV. LL. accipi φῦναι et pro Insitum a natura esse, Coalescere. Et legi etiam φύναι priore brevi ap. Aristoph. [Ran. 1184 in ed. Ald. πρὶν μὲν ἢ φύναι. Recte nunc ex codd. πρὶν φῦναι μέν.] Talis est usus et

A participii Φὺς, φύντος, ut φὺς ἀγαθῶν πατέρων, quod ex Plat. [Leg. 6, p. 772, E] affertur, pro Bonis parentibus ortus. Sed fortasse φύντες scr. est, nisi πατέρων aliter accipiatur, sc. pro Majoribus. [Fallitur. Recte legitur φύντι.] Ubi observa omissam præp. ἐκ [quæ addita est Menex. p. 237, A : Διὰ τὸ φῦναι ἐξ ἀγαθῶν· et] quam adhibuit Xen. in l. quem modo potuli. Dem. [p. 280, 28] : Ὁ γὰρ τὸ σπέρμα παρασχὼν, οὗτος τῶν φύντων κακῶν αἴτιος. Sic et cum aliis plerisque substt. junctum reperitur. [|| Φὺς pro φύσας dictum recentioris linguæ vitium est in locis quibusdam Heliodori, 2, 17 : Τοὺς φύντας ἴσμεν αἰτίους· et 7, 7; 9, 11, 25; 10, 15 et 38 : quibus duos Leonis Diaconi addidit Hasius, p. 119, 10 : Τόν τε φύντα καὶ τὸν ὁμαίμονα, et p. 161, 6. Plura Photii in Bibl. exempla collegit Bekker. in annot. ad p. 17, 7.]

|| Ut autem ad præt. Πέφυκα revertar, varium usum habere sciendum est [et hoc tempus et cujus ratio eadem est aoristum ἔφυν] : in quo declarando ordinem aliquem servare conabor. Πέφυκα τοιοῦτος, B Natus sum talis, A natura sum talis, vel certe, Natura sum talis, modo non intelligatur pro Sum tali natura. [Xen. Cyrop. 8, 1, 41 : Ὡς εὐχροώτεροι ὁρῷντο ἢ πεφύκασιν· 5, 1, 10 : Ὁρᾷς τὸ πῦρ ὡς πάντας ὁμοίως καίει; πέφυκε γὰρ τοιοῦτο.] Xen. [OEc. 10, 2] : Ὑποδήματα ἔχουσα ὑψηλὰ, ὅπως μείζων δοκοίη εἶναι ἢ ἐπέφυκει. [Idem Cyrop. 1, 1, 3 : Ἐγιγνώσκομεν ὡς ἀνθρώπῳ πεφυκότι πάντων τῶν ἄλλων ῥᾷον εἴη ζώων ἢ ἀνθρώπων ἄρχειν, quod sæpe ἀνθρώπῳ ὄντι dicitur, ut in locis Antiphontis p. 761, 799, ab Schneidero comparatis, et apud Latinos *homini nato*, ut ap. Apulejum Apol. p. 17. Xen. ibid. 4, 3, 5 : Οὐδεὶς κίνδυνος ὑφ' ἡμῶν κακόν τι παθεῖν μᾶλλον ἢ ὑπὸ τῶν πεφυκότων δένδρων· quem l. Schneid. comparavit cum Theophr. H. Pl. 5, 1, 11 : Διαφορὰς καθ' ἃς γνωρίζουσιν ἰδόντες εὐθὺς τὸ δένδρον πεφυκός.] Interdum πέφυκα, Natura comparatus sum, cum infin. [Pind. fragm. 249 : Τὰ δεύτερα πέφυκε κρατεῖν. Æsch. Prom. 335 : Πολλῷ γ' ἄμεινον τοὺς πέλας φρενοῦν ἔφυς. Soph. Phil. 88 : Ἔφυν γὰρ οὐδὲν ἐκ τέχνης πράσσειν κακῆς. Eurip. Rhes. 107 : Οὐ γὰρ αὐτὸς πάντ' ἐπίστασθαι βροτῶν πέφυκεν. Plato Phædr. p. 270, D : Τί ποιεῖν αὐτὸ πέφυκεν.] Aristot. De mundo [c. 5] : Τὰ δὲ πλανητὰ ὄντα, οὔτε τοῖς προτέροις κινεῖσθαι πέφυκεν ὁμοιοταχῶς, οὔτε ἀλλήλοις, Natura comparata sunt moveri, Naturæ vi comparatum est ut moveantur, nec etc. Vel, A natura hoc habent ut etc. Idem Aristot. De gener. anim. 4, de imperfectis partubus loquens : Εὑρίσκεται δὲ καὶ χολὴν οὐκ ἔχοντα, πεφυκότα ἔχειν, Quum sua natura habere soleant, Quum natura eorum poscat ut habeant. Herodian. 4, [9, 4] : Πεφύκασι δέ πως εἶναι φιλοσκώμμονες, Suapte natura sunt dicaces. Thuc. [3, 45] : Πεφύκασί τε ἅπαντες καὶ ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ ἁμαρτάνειν, Ita comparatum est ut etc. Natura ingenitum est vel insitum ut etc. Vel, Suapte natura solent omnes peccare. Interdum vero πέφυκε cum infin. redditur simpliciter Solet. Sic ap. Plat., Πεφύκασι ποιεῖν, Solent facere, Consueverunt facere. Talis est Isocratis Ad Philippum locus [p. 89, B] : Ἀλλὰ γὰρ πάντες πλείω πεφύκαμεν ἐξαμαρτάνειν ἢ κατορθοῦν. Sæpe etiam adverbio jungitur πέφυκα, ut [Xen. Cyrop. 5, 1, 9 : Εἰ τοῦτο οὕτως ἐπεφύκει,] Dem. : Οὕτω ταῦτα πέφυκε, Sic natura comparata sunt hæc. Apud Eund. ὡς πέφυκα ζῶ, Ut fert natura mea, ingenium meum : Καταφρονούμενος τῷ ἁπλῶς καὶ ὡς πέφυκα ζῆν. Idem [p. 1122, 17] : Τοῖς ἁπλῶς ὡς πεφύκασι βαδίζουσι. Nisi forte et hic ponenda est copula καὶ ante ὡς. [Idem p. 982 extr. : Τἄλλα ἕκαστος ἡμῶν ὅπως ἔτυχε πέφυκεν. Xen. Cyneg. 6, 15 : Ἴχνη, ὡς πέφυκε, διπλᾶ, τριπλᾶ.] At ex Æschine affertur, Πῶς πέφυκε; pro Quo est ingenio? Et aliunde, Οὕτω πέφυκα, pro Hoc sum ingenio, His moribus præditus sum, Sic s. Ita sum. Apud Herodian. autem, 7, [1, 25] : Εἰς τραχύτητα καὶ ὠμότητα ἠκόνησαν τὴν τοῦ Μαξιμίνου ψυχὴν, καὶ πρότερον οὕτω πεφυκυῖαν, Quæ jam antea talis suapte natura erat. Ex [Plat. Phædr. p. 265, E, Tim. p. 81, E,] Aristot. autem affertur Ἣ πέφυκε pro Qua fert natura. [Plato Tim. p. 62, D : Τοῦ κόσμου ταύτῃ πεφυκότος· et Soph. p. 232, A.] Πέφυκε a Bud. redditur etiam, Natura prædita sunt, Constitutione a natura prædita sunt, Aptitudine nativa sunt; et

subjungitur hic Aristot. locus ex Eth. 1 : Τὰ κατὰ φύσιν, ὡς οἷόν τε μάλιστα κάλλιστα ἔχειν, οὕτω πέφυκεν· ὁμοίως δὲ καὶ τὰ κατὰ τέχνην, καὶ πᾶσαν αἰτίαν, καὶ μάλιστα κατὰ τὴν ἀρίστην, Quæ natura prædita sunt, quammaxime fieri potest optima constitutione prædita sunt. Nonnunquam dicitur εὖ πέφυκα πρὸς τοῦτο, pro Ingenio sum ad hanc rem apto, Sum natura apta ad hanc rem, Natura sum aptus ad hanc rem. Sic dicitur aliquis εὖ πεφυκέναι aut φῦναι πρὸς τοὺς λόγους, aut etiam ἄριστα πεφυκέναι, s. φῦναι, ut ap. Plut. [V. Cæs. c. 3] : Λέγεται δὲ πρὸς πολιτικοὺς λόγους φῦναι Καῖσαρ ἄριστα, καὶ διαπονῆσαι φιλοτιμότατα τὴν φύσιν. Hujusmodi autem in ll. uti possumus voce Natus, quæ Græcæ respondet. Ita enim Cic. Pro Corn. Balbo : Ad dicendi singularem quandam facultatem natus Crassus. Apud Eund., Vir ad dignitatem et gloriam natus. Item, Natus ad honestatem. Item, Ad bella natus. Cui simile ap. Ovid. Ad arma natus. Dixit vero Idem Ad furta natus. Sed Cic. alicubi dixit Natus et aptus. Terent. addidit ablat. Ingenio, At ego profecto ingenio egregie ad miseriam natus sum. Ceterum Bud. εὖ πεφυκὼς reddit Ingeniosus, Ingenio præditus, Commoda constitutione corporis natus : subjungens hunc Xenophontis locum, ex Apomnem. 4, [1, 2] : Φανερὸς δ' ἦν οὐ τῶν τὰ σώματα πρὸς ὥραν, ἀλλὰ τῶν τὰς ψυχὰς πρὸς ἀρετὴν εὖ πεφυκότων ἐφιέμενος. Sed ego non video quomodo illa duo, Ingeniosus, Ingenio præditus, convenire isti loco possint, quum non dicatur simpliciter εὖ πεφυκότων τὰς ψυχὰς, sed cum adjunctione. Quod autem ad illam interpr. attinet, Commoda corporis constitutione natus, ea certe verba non tam late patent quam εὖ πεφυκώς : ideoque iis respondere non possunt, nisi habentibus adjunctum accus. τὸ σῶμα : adeo etiam ut non utrique loci illius parti, sed priori duntaxat convenire queant. Vicissim autem afferre interpretationem possim quæ posteriori, sed non item priori, conveniat. Nam εὖ πεφυκὼς πρὸς ἀρετὴν, reddi apte potest, Cui præclara s. mirifica est virtutis indoles, Cui præclara est ad virtutem indoles. Aut etiam, Bona indole præditus. Verum si afferenda est quæ utrique parti conveniat interpr., nulla mihi in præsentia succurrit commodior, quam per illam vocem Natus, ut sc. οἱ τὰς ψυχὰς πρὸς ἀρετὴν εὖ πεφυκότες dicantur, Quorum animi ad virtutem nati sunt : vicissimque, οἱ τὰ σώματα πρὸς ὥραν εὖ πεφυκότες, Quorum corpora ad pulcritudinem nata sunt. [Dionys. A. R. 8, 60 : Πεφυκὸς πρὸς αὐτὰ (τὰ δίκαια) εὖ.] Neque vero de particula εὖ laborandum est, quippe quæ quodammodo sub illa voce Natus includatur. Invenitur πέφυκα et cum μᾶλλον [aliisque adverbiis], sequente πρὸς, [Plat. Rep. 8, p. 547, E : Τοὺς πρὸς πόλεμον μᾶλλον πεφυκότας· Phædon. p. 60, B : Ὡς θαυμασίως πέφυκε πρὸς τὸ δοκοῦν ἐναντίον εἶναι. Xen. Hell. 7, 1, 2, de situ loci : Τόπον κάλλιστα πεφυκότα πρὸς τοῦτο.] Aristot. Eth. 2, cap. penult. [8, § 8] : Αὐτοὶ δὲ μᾶλλον πεφύκαμεν πρὸς τὰς ἡδονάς· διὸ εὐκατάφοροί ἐσμὲν [μᾶλλον] πρὸς ἀκολασίαν ἢ πρὸς κοσμιότητα· subaudiendo μᾶλλον, nisi forte a librario omissum sit. [Nunc ex libris restitutum.] Ubi puto reddi posse, Inclinatione naturæ ferimur potius ad voluptates. Vel, Natura magis propensi sumus ad voluptates. Vel, Ingenium nostrum magis proclive est ad voluptates. Aut, Natura magis cupidi voluptatum sumus. Sic et in præcedente membro dixerat, Πρὸς ἃ γὰρ αὐτοὶ μᾶλλον πεφύκαμέν πως. Sed malit fortasse quispiam simplicius interpretari πεφύκαμεν, tanquam idem cum εὐκατάφοροί ἐσμεν. Nam ut hoc l. videmus post πεφύκαμεν poni εὐκατάφοροί ἐσμεν, sic et in capite sequente scribit, Σκοπεῖν δὲ δεῖ πρὸς ἃ καὶ αὐτοὶ εὐκατάφοροί ἐσμεν· ἄλλοι γὰρ πρὸς ἄλλα πεφύκαμεν. Verum utrumque idem omnino valere nequaquam existimo, ideoque a meis illis interprett. non discedo. Addoque insuper, πέφυκα πρὸς τοῦτο alicubi reddi posse, (non secus ac εὖ πέφυκα πρὸς τοῦτο,) Natura sum habilis ad hoc, vel aptus. Sive, Natura mihi est habilis ad hoc. Aut etiam simpliciter, Habilis sum ad hoc. [Plato Rep. 2, p. 374, B : Πρὸς ὃ ἐπεφύκει ἕκαστος· ib. 4, p. 423, D. Aristot. Rhet. 1, 11 : Πεφυκέναι πρὸς τὸ ἀληθές. Cum εἰς Æschin. p. 72, 24 : Εἰς παραδοξολογίαν τοῖς ἐσομένοις μεθ' ἡμᾶς ἔφυμεν. Cum ἐπὶ Eurip. Med. 928 : Γυνὴ δὲ θῆλυ κἀπὶ δακρύοις ἔφυ· Danaes fragm. 1 : Ἔρως γὰρ ἀργὸν κἀπὶ τοιούτοις ἔφυ. Plato Rep. 1, p. 341, D : Ἡ τέχνη ἐπὶ τούτῳ πέφυκεν, ἐπὶ τῷ τὸ ξυμφέρον ἑκάστῳ ζητεῖν.] Ceterum ut εὖ πέφυκα πρὸς τοῦτο habuimus in exemplis præcedentibus, sic εὖ πέφυκα κατὰ τοῦτο, ex Dem. afferri sciendum est [p. 982, 30] : Ἐγὼ γὰρ οὐχὶ λέληθα ἐμαυτὸν, οὐδὲ ἀγνοῶ, οὐ τῶν εὖ πεφυκότων κατὰ ταῦτα ὢν ἀνθρώπων, Eorum qui natura apti sunt ad hoc. Sed fortasse pro κατὰ reponi debet πρός. [Fallitur.] Interdum cum πέφυκε additur dat. φύσει, aut accus. φύσιν, præfixa præp. κατὰ, sed tunc aut vacant adjuncta hæc nomina, otiosaque sunt, aut πέφυκε vim suam non retinet, sed ponitur simpliciter pro ἐστί. Philemon [ap. Stob. Flor. 108, 33] : Μείζω τὰ κακὰ ποιοῦσι πολλοὶ, ὄεσποτα, Αὐτοὶ δι' αὐτοὺς, ἢ πέφυκε τῇ φύσει· quos versus, una cum iis qui ibi sequuntur, ita reddidi (in libello quem edidi inscriptum, Comicorum Græcorum Γνῶμαι) : Graviora quam suapte natura forent, O here, sibimet plurimi reddunt mala. [Soph. Phil. 79 : Ἔξοιδα... φύσει σε μὴ πεφυκότα τοιαῦτα φωνεῖν. Eur. Bacch. 894 : Φύσει τὸ πεφυκός. Bato ap. Athen. 4, p. 163, C : Τί τἀργύριον... τιμιώτερον σαυτοῦ τέθεικας ἢ πέφυκε τῇ φύσει; Lysias p. 193, 21 : Τὰ φύσει πεφυκότα ὑπεριδών. Hippocr. exempla comparavit Lobeck. (Paralip. p. 524) p. 554 : Εἴ τις φύσει πέφυκεν ἀνδρεῖος· 583 : Φύσει πέφυκεν ὁ ὕπνος ψύχειν. Xen. Cyrop. 8, 7, 13 : Πιστοὺς μὴ νόμιζε φύσει φύεσθαι ἀνθρώπους.] At πέφυκε sequente itidem κατὰ φύσιν, habetur in hoc l., quem sine auctoris nominis afferunt VV. LL., Πέφυκε τοῦτο ἡμῖν κατὰ φύσιν, Id nobis inest natura. [Alexis ap. Athen. 9, p. 421, B : Ταῦτα γὰρ κατὰ φύσιν πέφυκεν οὕτω. || Πεφυκέναι vel φῦναί τινι dicuntur quæ natura vel sorte obtingunt. Soph. El. 860 : Πᾶσι θνατοῖς ἔφυ μόρος· Tr. 440 : Χαίρειν πέφυκεν οὐχὶ τοῖς αὐτοῖς ἀεί. Eurip. Phœn. 923 : Ἅπερ πέφυκε, ταῦτα κἀνάγκη σε δρᾶν.] Ibid. affertur ex Alex. Aphr. : Ἀληθὲς τοῦτο πέφυκε· et redditur, Verum hoc est, tanquam sc. πέφυκε posito simpliciter pro ἐστί. [Πεφυκέναι et φῦναι sæpissime pro γενέσθαι (quocum conjunxit Xen. Cyrop. 5, 1, 7, quem l. supra attulit HSt.) vel εἶναι dicitur, Factum esse vel Esse, vel natura vel alio quocunque modo. Æsch. Prom. 971 : Πατρὶ φῦναι Ζηνὶ πιστὸν ἄγγελον· Pers. 153 : Θεοῦ μὲν εὐνήτειρα Περσῶν, θεοῦ δὲ καὶ μήτηρ ἔφυς· 772 : Εὔφρων ἔφυ· et sic cum adjectivis quibusvis, velut Soph. Tr. 36 : Ἡνίχ' ἅθλων τῶνδ' ὑπερτελὴς ἔφυ· 489 : Ἔρωτος εἰς ἅπανθ' ἥσσων ἔφυ· OEd. T. 606 : Οὔτ' ἐραστὴς τῆσδε τῆς γνώμης ἔφυν. Cum participio Soph. Phil. 1052 : Νικᾶν παντα χοῦ χρήζων ἔφυν· OEd. T. 9 : Πρέπων ἔφυς πρὸ τῶνδε φωνεῖν· 587 : Ἰμείρων ἔφυν τύραννος εἶναι. Xen. Symp. 4, 54 : Τὸν χρῶτα τοιοῦτον φῦναι ἔχοντα.]

|| Πέφυκα, Hæreo, Adhæresco. Bud. ex Aristot. H. A. 5, [c. 17, 8] : Φύεται ἐξ αὐτῆς ὥσπερ φυκία μικρὰ σφόδρα καὶ ἐρυθρά· ταῦτα δὲ χρόνον τινὰ φέρεται πεφυκότα [nunc χρ. μέν τινα κινεῖται προσπεφυκότα], ἔπειτα ἀπορραγέντων φέρονται κατὰ τὸ ὕδωρ αἱ καλούμεναι ἀσκαρίδες. Et VV. LL. ex Eod. : Πέφυκεν ἐκ τοῦ ὀμφαλοῦ, pro Hæret et continetur ex umbilico. Item ex Galeno, Πεφυκὼς ὑμὴν τῷ κερατοειδεῖ, Membrana quæ corneæ inhæret. De hoc autem usu hujus præteriti dico et in Ἐμφύω, ubi sc. agitur de Homerico φῦ, habente præfixam præp. ἐν, sed cum hyperbato. Hinc enim sumptam esse istam præteriti πέφυκα signific. suspicor.

|| Itidem præt. medium Πέφυα poetis in usu est. Hujus certe tertia persona plur. πεφύασι ap. Hom. extat, Il. Δ, [484] : Ἦ ῥά τ' ἐν εἰαμενῇ ἕλεος μεγάλοιο πεφύκει Λείῃ, ἀτάρ τε οἱ ὄζοι ἐπ' ἀκροτάτῃ πεφύασι· ubi Eustath. exp. ἐκ φύσεώς εἰσι, καὶ οὐκ ἐξ ἐπιμελείας τινός. Quidam interpr. Enati sunt : alii, Creverunt. Sed rectius Eustath. exp. per præsens, possetque fortassis et simpliciter exponi verbo εἰσὶ, ut videmus Hesych. πεφύκαμεν exponere ἐσμὲν, ὑπάρχομεν, itidemque πεφυκὼς, ὑπάρχων. Sed hoc sciendum est, quod ad formationem hujus præteriti πέφυα attinet, Eustath., quum uno in loco, ubi de comp. ἐμπεφυυῖα agit, dicat πέφυα medium esse præt., sicut ἀκήκοα, illud πεφύασι tamen Ionicæ linguæ adscribere : Ὅρα δὲ, inquit, καὶ ὅτι ἐνταῦθα Ἰωνικῶς τε ἔφρασεν ὁ ποιητὴς ἐν τῷ πεφύασι,

καὶ κοινότερον ἐν τῷ πεφύκει. Utut sit, hinc est partic. Πεφυὼς, ῶτος, ὁ, eundem habens usum quem et πεφυκώς. [Il. Ξ, 288 : Ἐλάτην ... ἣ ... μακροτάτη πεφυυῖα ὀι' ἤέρος αἰθέρ' ἵκανεν· Od. E, 477 : Θάμνους ἐξ ὁμόθεν πεφυῶτας. Hesiod. Th. 728 : Γῆς ῥίζαι πεφύασιν.]

‖ Pass. Φύομαι, Nascor, Enascor, Orior, Exorior. [Hom. Od. I, 109 : Ἀλλὰ τά γ' ἄσπαρτα καὶ ἀνήροτα πάντα φύονται. Herodot. 8, 138 : Φύεται αὐτόματα ῥόδα. Plato Soph. p. 265, C : Ὅσα ἐπὶ γῆς ἐκ σπερμάτων καὶ ῥιζῶν φύεται· Symp. p. 197, A : Ἦ γίγνεταί τε καὶ φύεται πάντα τὰ ζῷα· Leg. 4, p. 712, A : Τότε πολιτείας τῆς ἀρίστης ... φύεται γένεσις. Xenoph. OEc. 16, 11 : Καρπὸν οὔπω καταβάλλειν ὥστε φύεσθαι.] Τὰ φυόμενα ἐκ τῆς γῆς, [Plato Rep. 10, p. 596, C,] Xen., Quæ nascuntur ex terra, Quæ terra producit, Cyrop. 8, [8, 12]: Ἀλλὰ καὶ τῶν φυομένων ἐκ τῆς γῆς τὰς δυνάμεις οἱ παῖδες πρόσθεν μὲν ἐμάνθανον. [Cum ἐπὶ Cyneg. 12, 6 : Μηδὲν τῶν ἐπὶ τῇ γῇ φυομένων. Cum ἐν Plato Symp. p. 186, A : Τοῖς ἐν τῇ γῇ φυομένοις.] Itidem ex Diosc. affertur τὰ φυόμενα pro Pullulantia, Stirpes, Plantæ. [De hominibus Æsch. Prom. 873 : Σπορᾶς γε μὴν ἐκ τῆσδε φύσεται θρασύς· quo futuro utitur etiam Plato Leg. 8, p. 831, A : Ἑτέρους πάλιν οὐ χείρους φύσεσθαι. Dionys. A. R. 8, 60 : Οὐδὲ φύσεταί τις ἀπὸ θνητῶν καὶ ἐπικήρων σπερμάτων. Plato Polit. p. 274, D : Ἐκεῖνος ζῶμέν τε καὶ φυόμεθα. Xenoph. Cyrop. 4, 2, 44 : Ἐκεῖνα κτήσασθαι ὅθεν ὁ πλοῦτος φύεται.] Metaphorice quoque κίνδυνος dicitur φύεσθαι, item κακὸν ap. Dem., ut si dicas Latine Periculum vel Malum aliquod nasci. Ita enim ille in Epitaphio (si modo is censendus est hujus auctor) [p. 1394, 7] : Εἴ τις ἐφύετο κοινὸς πᾶσι κίνδυνος τοῖς Ἕλλησι. Id. [p. 245, 26] : Ἐν τοιαύτῃ δὲ καταστάσει καὶ ἔτι ἀγνοίᾳ τοῦ συνισταμένου καὶ φυομένου κακοῦ τῶν ἁπάντων Ἑλλήνων ὄντων. Sic φυόμενον πρᾶγμα dixit Xen. Hell. 5, [2, 12] : Ὦ ἄνδρες Λακεδαιμόνιοι, οἰόμεθα λανθάνειν ὑμᾶς πρᾶγμα φυόμενον ἐν τῇ Ἑλλάδι, Rem nuper natam, Bud. Quidam interpr. etiam, Rem quæ nuper accidit. [Ibid. 7, 1, 7 : Οὕτως οὖν πεφυκότων πῶς ἂν ἔχοι καλῶς κτλ., ubi τῶν πραγμάτων vel τούτων intelligitur, ut οὕτω προχωρούντων vel προκεχωρηκότων alibi a Xenoph. dicitur. De potentia crescente Demosth. p. 231, 14 : Φίλιππος κατὰ πάντων ἐφύετο, Invalescebat adversus omnes. Schol. Demosth. p. 21, 6 ed. Ox. : Ὁρῶν φυόμενόν τε καὶ ἀκμάζοντα κατὰ τῆς Ἑλλάδος. Joseph. A. J. 1, 18, 3 : Ἀβιμέλεχος καθ' αὑτοῦ φύεσθαι νομίζων τὸν Ἴσακον· 4, 6, 1 : Ἐπεὶ τοὺς Ἰσραηλίτας τοσοῦτον φυομένους ἑώρα· V. Josephi c. 38, p. 923, 10 ed. Huds. : Ἐκκόπτειν με φυόμενον.]

Φυώδης, ὁ, ἡ, Odoratus, VV. LL. ex Gaza ap. Theophr. H. Pl. 1. Sed mendi suspectum est : arbitror enim perperam scriptum esse pro θυώδης.

[Φυῶς (?), φύσει, gl. suspecta Hesychii. Est fortasse pars adverbii compositi, velut ἐμφυῶς, aut corruptum ex φυᾷ, ut φυαῖς per φύσεσι exp. Hesych.]

Φῶ, contractum ex Φάω. Ponitur etiam pro φονεύω, item λέγω, nec non pro πυρόω, ut vult Eustath. Sed hoc de iis potius intelligendum est, quæ ab eo sunt derivata : ut φάσκω ex eo derivari dictum est s. h. v. Item Φῶ, Dicam, in conjunctivo : unde φῶσι, Dicant, Aristot. Rhet., a Φημί. [V. de his omnibus Etym. M. p. 804, 1 (ubi etiam φῶ τὸ θάλπω ponitur, cujus aor. sit φῶσαι), et Eustath. p. 962, 48; 1123, 20.] Affertur præterea φῶ tanquam dat. a φῶς, pro φωτί, Luci, ex Eurip. [V. Φῶς.]

[Φώγανον, τὸ, i. q. φρύγετρον. Pollux 10, 109 : Εἰ τὸ φρύγετρόν ... ἔστι ταυτὸν τῷ κοδομείῳ ἢ κατὰ τοὺς πολλοὺς φωγάνῳ.]

Φωγνύω et Φώγνυμι, Torreo, Uro. Ex Diosc. 1, 80, φώγνυται, Torretur, Adoletur. Apud Etym. [M. p. 803, 32] autem est Φωγύνειν, literis permutatis : quod exp. φρύγειν, sicut et Suidas. [Apud Suidam Φωγύνω· τὸ φρύγω, vitiose pro φωγνύω, quod restituit Valck. Apud Etym. non φωγύνειν, quod ei tribuit HSt., sed φωγνύναι legitur, in φωγῦναι corruptum in cod. Dorvill. In cod. Voss. est φώγειν· τὸ φρύγειν. Addit autem Etym. Pherecratis versum : Ἀλλ' ἰσχάδας μοι πρόελε τῶν πεφωγμένων, allatum etiam in Bachm. Anecd. vol. 1, p. 411, 8, et, ubi minus bene πεφωσμένων scriptum, ab Athen. 14, p. 653, A, ut inter πεφωγμένος et πεφωσμένος variatur apud Aretæum p. 85, 34.] Idem Etym. [p. 803, 47] in Φώζω ait Φώγειν esse Bithynorum. [Etym. gl. est Φώζειν σὺν τῷ ι· σημαίνει τὸ καίεσθαι. Στράττις « Ἀλλ' εἰ μέλλεις ἀνδρείως φώζειν ὥσπερ μύστακα σαυτόν ». Βιθυνοὶ δὲ φώγειν λέγουσι· ubi cod. Voss. post σαυτόν pergit : Φώζω φώξω ἔφωγα, (videtur aliquid excidisse) διὰ τὴν κακοφωνίαν καὶ πεφωγμένος, ἀπὸ τοῦ φώζω καὶ φώχειν, καὶ οἱ Βιθυνοὶ τρέπουσι τὸ χ εἰς γ καὶ γίνεται φώγειν. Forma φώγειν utitur Epicharm. ap. Athen. 2, p. 56, A : Φασήλους φῶγε θᾶσσον. Et Hesych. : Φώγειν, φρύγειν. Quocum Ruhnk. contulit corruptam Suidæ gl. Φρωγεῖν· φράττειν, Ἀττικῶς. Etym. M. p. 791, 22 : Φηγός· ... παρὰ τὸ φώγεσθαι, ὅ ἐστι καίεσθαι.] Eadem autem signif. illi φώζω tribuitur, quod Eustath. [p. 1123, 21] ex verbo φῶ derivatum videri ait, significante εἶδός τι πυρώσεως. Atque hinc esse πεφωσμένας ἰσχάδας. [Hæc Eustath. ex Athen. 14, p. 653, A, sumsit, apud quem etiam κρόμμυον πεφωσμένον p. 662. Alio loco Eustath. non φώζω, sed φαύζω posuit p. 962, 49 : Σημαίνει δὲ τὸ φῶ καὶ τὸ καίω, ἐξ οὗ φαύζειν τὸ φρύγειν Ἀττικῶς κατὰ τοὺς παλαιούς· καὶ φῶδες αἱ ἀπὸ φλογὸς φλύκταιναι, ὧν καὶ ὁ κωμικὸς μέμνηται· καὶ φωγνῦναι (corr. φωγνύναι) τὸ φρύγειν, ὅθεν ἰσχάδες πεφωγμέναι. Τὸ μέντοι ῥηθὲν φαύζειν ἀπὸ τοῦ φρύγειν τινὲς παράγουσι. Φαύζειν, quod cum substantivo φαῦσιγξ comparandum, annotarunt etiam Hesych. et Photius per φρύγειν interpretati, addito apud Photium Ἀττικοί. Aoristus φῶσαι, in Etym. M. p. 804, 3, s. v. Φῶ, τὸ θάλπω, positus, qui φῶξαι potius esse debebat, est ap. Hippocr. p. 639, 34, et in gl. Hesychii Φῶσαι· φῶξαι, φρῦξαι, θάλψαι· ubi φῶσαι delendum foret, nisi literarum series obstaret. Recta forma ap. Oribas. p. 41 ed. Matth. : Σικύου σπέρμα φώξας.] Πεφωσμένος [legitur πεφωσμένος cum iota subscripto] Etym. [M. p. 667, 25] κεκαυμένος, a φώζω, ut κεχρωσμένος a χρώζω [χρώζω, ἅπερ ἔχει τὸ ι]. Apud Hippocr. πεφωγμένη scribitur, a them. φώγνυμι. [Geopon. 6, 6, 2 : Πεφωσμένης τήλεως· et πεφωσμένων σησάμων 20, 2, 3; 20, 3.] Invenitur autem et φωχθεὶς pro Tostus ap. Diosc.) [Parab. 2, 113 : Καρκίνων ὀφθαλμοὶ φωχθέντες. Boiss. Aretæus p. 76, 3 : Φωχθεῖσα κέγχρος. Oribas. p. 40 ed. Matth. : Πυρὸς φωχθείς.] Nec non φῶδες hinc deductum esse ait, qua voce apud Comicum intelligi ἀποκαύματα. Comicus autem ille est Aristoph. Pl. [535] : Σὺ γὰρ ἂν πορίσαι τι δύναι' ἀγαθὸν πλὴν φώδων ἐκ βαλανείου; ubi schol. ait esse φλυκταίνας. In VV. LL. est Φῶδος, ὁ, Vesica, Bulla. Ibidem Φῶδα vel Φωΐδες, Papulæ, Pustulæ, Maculæ rubentes in cruribus, ex ignis propinquitate nimia inductæ. Sed hæc expos. nomini φαύσιγγες proprie convenit. [Φῶδες aut φωΐδες dicuntur Pustulæ ex igne aut fervore contractæ, ἀποκαύματα aut ἐπιφλογίσματα, quæ non solum in tibiis, sed etiam in reliquo corpore, velut ab incendio, contrahuntur. Φωΐδες exponuntur ab Galeno in Exeg. (p. 594) αἱ φαύσιγγες. Eaque dictione intelliguntur circuli aut maculæ rubentes in tibiis ex nimia ignis vicinia contractæ. Dicuntur etiam vesicæ, papulæ aut pustulæ in reliquo corpore, velut φωΐδες usurpantur Hippocr. p. 169, C, etsi non sine mendi supicione. Erotian. (p. 388) scribit dictionem esse Doricam, additque φῶδας esse τὰ ἐκ τοῦ πυρὸς γενόμενα, μάλιστα δὲ ὅταν ἐκ ψύχους ἐν τῷ πυρὶ καθίσουσι (καθίσωσι) στρογγύλα ἐπιφλογίσματα, interdum etiam ἐξανθήματα φοινικᾶ, οἷον φῶδες, περὶ τὸν θώρακά που γινόμενα. Nonnullos etiam τὰς φλυκτίδας accipere, hoc est, Bullas aut ampullas. Deduci autem dictionem vult ἀπὸ τοῦ φωτὸς καὶ ἐρεύθους, hoc est A luce et rubore, ex Diocle Carystio. (Addit Erotian. versus ex Cocalo, in quibus est Πῶς φῶδας τοσαύτας εἶχε τὸν χειμῶν' ὅλον; ubi φῶδες intelliguntur αἱ ἐκ βαλανείου, quas Aristoph. dicit in Pluto 535.) Alii a φώζω deducunt, quod est Ardeo, unde et φῶδος et φῶδα idem quod φωΐδες significant. Φῶδας φλυκτίδας quidam exponunt, et Aristoph. schol. in Pluto (l. c.) φλυκταίνας. Apollodorus τὰ ἐκ πυρὸς ἐρυθήματα ἢ ἐπικαύματα φῶδας esse dicit. Hesychio autem φωΐδες exponuntur τὰ ὑπὸ πυρὸς ἐν σώματι γινόμενα ἐκφυσήματα (sic enim lego pro ἐκ φυσήματος), ut pustulæ inflatæ et ab igne excitatæ intelligantur, quas per φαύσιγγας intelligit Galenus. Φῶδες in thorace intelliguntur ap. Hippocr. p. 480, 29 : Καῦμα ἔχει, καὶ

καταπίμπλαται φωδῶν. Significat autem ex incendio interno pustulas in thorace aut pectore rubentes excitari, iis similes quæ in tibiis ex ignis vicinia contrahuntur. Ut mihi parum apte Cornar. de rubentibus circulis in tibiis hunc locum accepisse videatur. Rursus p. 482, 9, in nimia pulmonis plenitudine: Καὶ πίμπλαται φῳδῶν· ubi etiam rubicundos in tibiis circulos intellexit Cornar. Foes. Φοῖδες scriptum ap. Aristot. Probl. 38, 7, quod nihil aliud est quem φῷδες, quæ una vera est vocabuli forma, numero tantum plurali usurpati; quod annotavit Phryn. in Bekk. Anecd. p. 70, 27: Φῷδες· τὰ ἐν τοῖς σκέλεσι γινόμενα ὑπεκκαύματα ὑπὸ τοῦ πυρὸς, ἐπειδάν τις πλησίον αὐτοῦ καθιζάνῃ. Εἴρηται παρὰ τὸ φῶς, ὃ ταυτόν ἐστι τῷ πυρί. Κλίνεται φῳδός, ἑνικῶς δ' οὐ λέγεται, οὐδὲ δυϊκῶς, ἀλλὰ πληθυντικῶς, φῷδες φῳδῶν φῳσί φῷδας· ubi genit. φῳδῶν falso accentu notatus est, pro φῴδων, ut est ap. Arcad. p. 134, 5, 17, et explicatius in Etym. M. p. 803, 37: Ἔχει δὲ (τὸ φῴς φῳδός, ut δᾴς δᾳδός) τὸ ι, ἐπειδὴ λέγεται καὶ φωΐδες, ὡς εὗρον ἐν ταῖς λέξεσι τῶν ῥητόρων. Σημαίνει δὲ τὸ αὐτό. Λέγει δὲ ὁ Χοιροβοσκὸς ὅτι δισυλλάβως καὶ μόνον λέγεται κατὰ τὸ πληθυντικὸν, προσγραφομένου τῷ ω τοῦ ι. Ἐν δὲ τῇ γενικῇ ὤφειλε περισπᾶσθαι, φῷδες φῳδῶν, ὥσπερ χεῖρες χειρῶν, ἀλλὰ σεσημείωται καὶ τοῦτο μετὰ τῶν ἄλλων βαρυνόμενον. Apollodorus ap. schol. Aristoph. Pl. 535 interpretatur, τὰ ἐκ τοῦ πυρὸς ἐρυθήματα, ἢ ἐκ ψύχους, ἢ τοὺς τύλους καὶ τὰ ἐπικαύματα τὰ ἐκ τοῦ πυρός. Nihili est Φῶδον· τὸ ἐν χειμῶνι καῦμα apud Suidam fictum ex genitivo φῴδων. Corruptius etiam apud Hesychium Φόα· ἐξανθήματα ἐν τῷ σώματι.]

[Φῶγος (?) gl. sine interpretatione posita ap. Hesych., quæ cum proxima φωΐδες coaluit.]

Φῶϊξ, ικος, ἡ, Avis, VV. LL. ex Aristot. [H. A. 9, 18, ubi nunc ex codd. φῶϋξ. De quo v. s. v. Πῶϋγξ.]

[Φωΐς. V. Φωγνύω.]

[Φωκαεύς. Φωκαῆθεν. V. Φώκαια.]

[Φώκαια, ἡ, Phocæa. Steph. Byz.: Φ., πόλις Ἰωνίας. (In Lydia ponit Herodot. 1, 142; sed et idem cum aliis in duodecim antiquis Ioniæ urbibus recenset. Quod Mela 1, 17, 3, Ioniæ ultimam dicit, consentientes habet Strabonem l. 13 et 14 init., ut contra idem Æolias urbes ad Hermi ostia profert 13, p. 584, Plinium 5, 31, 29, aliosque. Luculentam situs descriptionem exhibet Livius 37, 31. Portum urbis notavit Scylax p. 37 Huds., duos Livius. In sinu locat Strabo 14, p. 647, quem Hermeum esse supra dixi. Tzschuck. ad Melam vol. 3, 1, p. 511.) Ἡρόδοτος πρώτῃ. Λέγεται καὶ Φωκαίη διὰ τοῦ η. Ἐκλήθη δὲ διὰ τὸ πολλὰς ἀκολουθῆσαι φώκας τοῖς κτίσασιν. (Hanc opinionem et aliam aliorum, qui nomen a Phoco conditore derivarunt, memorat Heraclid. in Polit. Aliam famam sequitur Pausan. 7, 3, 10: Οἱ δὲ Φωκαεῖς γένος μὲν τὸ ἀνέκαθέν εἰσιν ἐκ τῆς ὑπὸ τῷ Παρνασσῷ καλουμένης καὶ ἐς ἡμᾶς ἔτι Φωκίδος, οἳ Φιλογένει καὶ Δάμωνι ὁμοῦ τοῖς Ἀθηναίοις διέβησαν ἐς τὴν Ἀσίαν· τὴν χώραν δὲ οὐ πολέμῳ, κατὰ δὲ ὁμολογίαν λαμβάνουσι παρὰ Κυμαίων.) Ὁ πολίτης Φωκαεύς καὶ Φωκαιεύς καὶ Φωκαΐτης καὶ θηλυκὸν Φωκαΐς. Ἔστι καὶ ἄλλη πόλις τῆς Καρίας ἐν τῇ Μυκάλῃ. Ἐθνικὸν τὸ αὐτό. Quod etiam Φωκαίη διὰ τοῦ η dictum esse notat Steph., Herodoti librorum vitio deceptus esse videri potest, apud quem Φωκαίην legitur 1, 80, 164 et ter 165: quibus locis omnibus Φώκαιαν restituendum esse indicavi in Comment. de dialecto Herodoti p. XI, ut Φώκαια et Φώκαιαν recte etiam in libris scriptum est 1, 142, 152; 2, 106, 178; 6, 17, cujus genitivus Φωκαίης est 1, 167. Sed Stephanum probabilius est scripsisse, quod Holstenius conjecit, Λέγεται καὶ Φώκη διὰ τοῦ η, quam formam cum Νίκη pro Νίκαια dicto comparandam memorat Eustath. ad Dionys. P. 437. Apud Suidam Φωκαία, quasi hoc adjectivum gentile sit (ut *Phocæorum* et *Phocæis* pro usitato *Phocæensium* et *Phocæensibus* dixerunt Horat. Epod. 16, 17, et Mela 1, 19; 2, 5), explicatur ἡ ἐκ τῆς Φώκης. Tum Φωκεὸς (libri optimi φωκεοῦ) δὲ ὄνομα τόπου, quod non magis exstitit, et paullo post Φώκεια· ὄνομα πόλεως, quam gl. in margine habent duo libri optimi. In numis etiam ΦΩΚΕΑ reperitur, de quo dixerunt Spanhem. ad Callim. L. Pall. 24, et Eckhel. D. N. vol. 2, p. 533 sq., et passim in codicibus Φωκέα pro Φώκαια, ut ap. Heraclit. Polit. s. h. v. et vulgo ap. Aristid. vol. 1, p. 293, 294: cui diphthongum ex uno cod. Flor. restitui. Apud Zonar. p. 1836: Φώκεα πόλις καὶ Φώκεια (Φώκαια alius codex). « Passim confunditur cum Φωκὶς, quod a Latinis tantum auctoribus fieri vult Salmas. ad Solin. c. 8, p. 65, ubi exempla protulit. Vid. etiam Oudendorp. ap. Lucan. 3, 340, Drakenb. ad Liv. 5, 34, 8. Nec tamen Græci ejus vitii immunes sunt. Ita enim Tzetz. ad Lycophr. 1073, ut ex Heraclide De polit. patet, et Appian. Syr. c. 22, qui Φωκίδα dixit pro Φώκαιαν. » Tzschuck. ad Melam vol. 3, 1, p. 537. Adjectivum gentile modo simplici α scribitur, ut Φωκαέες Φωκαέων Φωκαέϊ ap. Herodot. 6, 8, 11, 12, 17, modo per diphthongum, ut Φωκαιέες Φωκαιεῦσι Φωκαιέας ap. eund. 1, 163—167, eademque inconstantia apud geographos aliosque scriptores, et jam in numis, de quibus v. Eckhel. l. c. Diphthongum improbat Etym. M. p. 389, 11: Οἱ λέγοντες τὸ Εὐβοεῖς καὶ Φωκαεῖς σὺν τῷ ι ἁμαρτάνουσιν. Φωκαεῖς (vel Φωκαῆς) libris consentientibus ap. Thucyd. 1, 13, ubi schol.: Φωκεῖς οἱ τῆς Ἑλλάδος ἀπὸ Φωκίδος πόλεως, Φωκαεῖς οἱ τῆς Ἰωνίας, ἀπὸ Φωκαίας πόλεως. Quæ passim permutarunt librarii, velut ap. Herodot. 4, 138, et Diodor. 5, 13, ubi libri multi Φωκεὺς et Φωκεῖς pro Φωκαιεὺς et Φωκαεῖς, ut est in aliis. Φωκαέων correpta syllaba secunda in hexametro Callimachi ap. schol. Soph. Ant. 264. Στατῆρας Φωκαεῖς memorat Demosth. p. 1019, 15, ubi codex Paris. S Φωκεαεις sine accentu, quod etiam Φωκαιᾶς significare potest cum superscripto ει, quo altera scriptura φωκαιεῖς indicetur: nisi Demosthenes Φωκαΐτας dixit, ut Thucyd. 4, 52, δισχιλίους στατῆρας Φωκαΐτας, quem l. annotavit Pollux 9, 93, et fortasse in mente habuit Steph. Byz. Φωκαϊκὼ στατῆρε dicuntur in inscr. Attica ap. Bœckh. 150, vol. 1, p. 236 (sive in Œcon. Athen. vol. 2, p. 254). Sexta hujus nummi pars ἕκτη Φωκαΐς appellata fuit, cujus exemplum in eadem inscriptione est. Τὰς Φωκαΐδας, non adjecto ἕκτας, dixit Callisthenes a Polluce memoratus. Φωκαϊκὸν ψῦγμα Athen. 6, p. 257, B. Φωκαϊκαὶ πόλεις ap. Strab. 3, p. 156. Hesych.: Φωκαΐς· ὄνομα ἔθνους (hoc Φωκαεῖς est) καὶ τὸ κάκιστον χρυσίον. || Adverb. Φωκαῆθεν, Ex Phocæa, ap. Lucian. Lexiph. c. 7. || Φωκαΐς, ίδος, ἡ, Terra Phocæensium. Steph. Byz. s. v. Ἄβαρνος: Τῆς ἐν Φωκαΐδι Ἀβαρνίδος. || Φωκαΐς, ἡ, inscriptum fuit carmen Homericum, de quo v. Ps.-Herodot. in Vita Hom. c. 16. || Cyri minoris pellex, cui proprium nomen fuit Μιλτὼ, Φωκαΐς appellata fuit, quia Φωκαΐς τὸ γένος erat: v. Xenoph. Anab. 1, 10, 2, Athen. 13, p. 576, D, Plutarch. V. Pericl. c. 24, V. Artox. c. 26 (ubi libri plures vitiose Φωκία), Ælian. V. H. 12, 1. G. Dind.]

[Φωκαϊκός. V. Φώκαια.]

Φώκαινα, ἡ, Phocæna, Balæna, Tursio, Gaza. [Aristot. H. A. 6, 12; 8, 13. Ælian. N. A. 5, 4.] Vide Plin. 9, 9. Idem esse existimant quidam quod Φώκη: sed tamen hoc esse dicitur Vitulus marinus. Vel potius φῶκαι sunt Cete. [Hesych.: Φώκη, ζῷον θαλάσσιον. Describitur ab Aristot. H. A. 2, 1, aliisque ll. Conf. etiam Diodor. 3, 17.] Hom. Od. Δ, [441]: Τεῖρε γὰρ αἰνῶς Φωκάων ἁλιοτρεφέων ὀλοώτατος ὀδμή. [Herodot. 1, 202: Ἐσθῆτι χρᾶσθαι φωκέων δέρμασι.] Unde et Aristophanes Vesp. [1035 et Pac. 758] dixit φώκης ὀσμήν. [Φωκης πιτύα ap. Theophr. H. Pl. 9, 11, 3, fragm. 15, 1, p. 835. Plutarch. Mor. p. 700, D; Ælian. N. A. 3, 19. G. D. Galen. vol. 6, p. 728, 9; vol. 14, p. 566, 16, φώκης δέρμα. Oppian. Hal. 1, 534, 644, 688; 4, 376; 5, 39 et 380. Basil. t. 1, p. 87, B et C. Trophil. ap. Stob. Floril. vol. 3, p. 273, 23: Φασὶ τὴν φ. ἐξεμεῖν τὴν πιτύαν, ὅταν ἁλίσκηται. Φώκην Bussemak. Schol. Oppian. p. 653 censet esse Phocam Monachum Gm. Hase.]

[Φωκαΐς. Φωκαΐτης. V. Φώκαια.]

[Φωκάρχης, ὁ, Prætor Phocensium. Inscr. in Walpolii *Travels* p. 508 (Bœckh. C. I. vol. 1, p. 853, n. 1738, 7): Βοιωτάρχην, ἀγωνοθέτην, Φωκάρχην. Osann.]

[Φωκᾶς, ὁ, Phocas, n. pr. ap. Suidam. Charito 2, 1: Φωκᾷ τῷ οἰκονόμῳ· ubi Dorvill.: « Nomen frequens medio ævo. Sed jam Phocas, Augusti libertus,

in inscr. Muratori 992, 2. » Ἀρτεμίδωρος ὁ Φωκᾶ ap. Galen. vol. 11, p. 11, G. D. || Scalptor gemmæ. Sillig. Catal. artif. p. 353. Caylus *Rec. d'ant.* t. 7, p. 157, tab. 27, n. 2. Hase.]

[Φωκέαι, αἱ, Phoceæ, castellum Leontinorum. Thucyd. 5, 4.]

[Φωκεῖς. V. Φωκίς.]

[Φωκένατος, (?), ὁ, n. pr. in numo Milesio ap. Mionnet. *Suppl.* vol. 5, p. 364.]

[Φωκεύς. V. Φωκίς.]

[Φώκη. V. Φώκαινα.]

[Φωκιάδης, ὁ, Phociades, n. pr. in inscr. ap. Bœckh. 1082, vol. 1, p. 570.]

[Φωκίδης, ὁ, Phocides, Atheniensis, ap. Demosth. p. 781, 17.]

[Φωκικός. Φώκιος. V. Φωκίς.]

[Φώκινος, ὁ, Phocinus, n. pr. viri. Inscr. Att. C. I. vol. 1, p. 467, n. 475, 1 : Θεοξενία Φ. καὶ Νικάνδρῳ. Aliam inscr. vetustissimam Theræ ins. sunt qui legerunt Φώκυνος, alii Κόρυνος. Franz. Elem. epigr. gr. p. 53. Hase.]

[Φωκίον, τὸ, Instrumentum prunis vel ollis ferendis idoneum. Stephanus in Etymologico : Πύραυνος, ὁ χυτρόπους, τὸ λεγόμενον φωκίον. Ducang. || I. q. ἀλκυόνιον ap. Theoph. Nonn. vol. 1, p. 46 : Ἀλκυώνιον, ὅ ἐστι φώκιον. In Gl. iatr. ap. Ducang. : Ἀλκιώνιον ἤτοι φώκης κόπρος.]

[Φωκὶς, ίδος, ἡ, Phocis. Steph. Byz. : Φ., χώρα περὶ τὸν Παρνασσόν. Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ (Soph. OEd. T. 733 : Φ. μὲν ἡ γῆ κλήζεται. Thucyd. 1, 108, aliique. V. de ea Strabon. 9, p. 416 seqq. Φωκὶς adject. ap. Eurip. Phœn. 38 : Φωκίδος σχιστῆς ὁδοῦ. Ps.-Eurip. Iph. A. 261 : Φωκίδος ἀπὸ χθονός. Æsch. Choeph. 564 : Γλώσσης ἀϋτὴν Φωκίδος μιμουμένω) ἀπὸ Φώκου τινός. Οἱ κατοικοῦντες Φωκεῖς. (Apud Hom. Il. B, 517, 525; O, 516; P, 307, Φωκήων. Φωκῆες Hesiod. Sc. 25. Φωκεὺς et Φωκεῖς apud alios scriptores quosvis, velut Æschylum Choeph. 674 : Ξένος μέν εἰμι Δαυλιεὺς ἐκ Φωκέων· 679 : Στρόφιος ὁ Φωκεύς· Pers. 485 : Φωκέων χθόνα· Soph. El. 1107, 1442, Φ. ἄνδρες et ξένοι, Eurip., Demosth. aliosque oratores.) Καὶ Φωκικὸς πόλεμος (πόλεμος om. duo libri optimi) καὶ Φωκική. Ἔστι γὰρ καὶ παροιμία « Φωκικὴ ἀπόνοια » ἐπὶ τῶν τὰ ἀναλγῆ βουλευομένων. Φ. πόλεμος ap. Pausan. 4, 28, 1; 9, 6, 4; 10, 3, 1. Φ. ξένοι Æschin. p. 66, 12. Φωκικὸν, τὸ, locus concilii Phocensium, Pausan. 10, 5, 1. Suspecta adjectivi forma Φώκιος in Anth. Pal. 14, 121 : Φώκιον οὖδας, quod Φωκικὸν scribendum videtur. G. D. || HSt. s. v. Φώκαινα :] At vero Φωκὶς pro quodam genere pyri affertur ex Theophr. C. Pl. 2, [15, 2 et 5 : Ἄπιος ἡ φ.]

[Φωκίων, Hesychio ὄρνις ποιός. || N. pr., cujus genit. Φωκίωνος posuit Suidas. Fuit dux Atheniensium, cujus vitam scripsit Plutarchus. Memoratur ab Æschine p. 51, 2; 52, 40, Demosth. p. 567, 17, Diodoro, aliis.]

[Φῶκος, ὁ, Hesychio κῆτος θαλάσσιον ὅμοιον δελφῖνι. I. q. φώκη.]

[Φῶκος, ὁ, Phocus, Æaci ex Psamathe nympha filius. Hesiod. Theog. 1004; Pind. Nem. 5, 21; Apollod. 3, 12, 6; Pausan. 2, 29, 2; 10, 1, 1; 30, 4; 33, 12. || Ornytionis filius, Pausan. 2, 4, 3; 29, 3; 9, 17, 6; 10, 1, 1; 4, 10, et 32, 10. || Phocionis Atheniensis pater. Ælian. V. H. 2, 16. || Alii ap. Plutarch. V. Solon. c. 14 et Diog. L. 1, 23, (schol. Luciani ad Jov. Trag. § 48. Boiss.) et in proverbio Φώκου ἔρανος, de quo vid. Diogenian. 8, 66 et Zenob. 6, 37.]

[Φωκός (?) ὀξυτόνως, ἀγγεῖόν τι, Suidas s. v. Φώκου ἔρανος.]

[Φῶκρις, ὁ, Phocris, n. pr. in numo Byzantio ap. Mionnet. *Descr.* vol. 1, p. 377.]

[Φώκριτος, ὁ, Phocritus, Byzantius. Demosth. p. 897, 17. || Alii ap. Memnon. in Photii Bibl. p. 226, 2, et in Anth. Pal. 13, 18.]

[Φωκτὸς, ἡ, ὸν, Tostus. Nicand. ap. Athen. 3, p. 126, C : Φωκτὸν γὰρ ἀνοιδαίνει βαρὺ κρῖμνον. || Incertæ signif. nomen φῶκται ap. Lucian. Lexiph. c. 3 : Τοῦ βοὸς τὸ πολύπτυχον ἔγκατον καὶ φώκτας.]

[Φωκυλίδης, ὁ, Phocylides, Milesius, poeta : de quo vid. Suidas. Male ei tribuitur carmen νουθετικὸν, de quo vid. J. Bernaysii commentatio Berolini edita a. 1855.]

[Φωκῶν νῆσος, ἡ, Phocarum insula, in sinu Arabico, ap. Strab. 16, p. 773. Alia ibid. p. 776. Vide etiam Diodor. 3, 41.]

[Φωλάδην vitiose pro φωλάδι. V. Φωλάς.]

Φωλάζω, idem cum mox sequentibus duobus φωλέω et φωλεύω : quamobrem Hesych. quoque φωλάζει exp. ἐμφωλεύει.

[Φωλαΐς. V. Φωλάς.]

Φωριαμὸς, ὁ, Scrinium, Arcula, aut etiam Arca. [De accentu Herodian. ap. Arcad. p. 60, 20, et explicatius in schol. Hom. Il. Ω, 228. In libro περὶ Ἀττικῶν προσῳδιῶν de accentu φωρίαμος idem dixerat : Τρίτη ἀπὸ τέλους ἡ ὀξεῖα οὐχ ὡς ἀνάλογον, ἀλλ' ὡς Ἀττικόν· v. Etym. M. p. 804, 21.] In VV. LL. habetur etiam Φωριαμὸν, sed absque ullo testimonio. Apud Etym. certe, Suid. et Eust. reperitur duntaxat masc. genere nomin. Φωριαμός. At Hesych. habet, Φωριαμὸς, κιβωτὸς, καὶ φωριάμων. Ex quo φωριάμων factum esse puto illud φωριαμόν. Hom. Il. Ω, [228] : Ἧ, καὶ φωριαμῶν ἐπιθήματα κάλ' ἀνέῳγεν. Sequentibus autem his versibus commemorat quæ ἐκ τῶν φωριαμῶν deprompta fuerint : Ἔνθεν δώδεκα μὲν περικαλλέας ἔξελε πέπλους, Δώδεκα δ' ἁπλοΐδας χλαίνας, τόσσους δὲ τάπητας, Τόσσα δὲ φάρεα καλὰ, τόσους δ' ἐπὶ τοῖσι τάπητας. In quem l. annotat Eust., Φωριαμὸς, vel παρὰ τὸ αὐτόθι τὰ φάρη ἁμᾶσθαι, vel διὰ τὸ τοὺς φῶρας ἀπείργειν. Quibus verbis addit regulam, propter quam acui debeat hoc vocabulum. Od. O, [104] : Ἑλένη δὲ παρίστατο φωριαμοῖσιν, Ἔνθ' ἔσαν οἱ πέπλοι παμποίκιλοι, οὓς κάμεν αὐτή. Quo in l. Eust. prioris duntaxat etymologiæ meminit; scribit enim φωριαμοὺς esse Homero τὰς πεπλοδόκους χηλοὺς, ut apparet ex iis, quæ subjungit, παρὰ τὸ φᾶρος, ut tradunt veteres. Apud Apollon. quidem certe alium usum habet φωριαμὸς quam ap. Hom., utpote quæ φαρμάκων sit repositorium. Et Arculam illi esse potius quam Arcam, ex eo apparet, quod eum mulier genibus suis imponat, Arg. 3, [802] : Ἧ, καὶ φωριαμὸν μετεκίαθεν, ᾗ ἔνι πολλὰ Φάρμακά οἱ, τὰ μὲν ἐσθλὰ, τὰ δὲ ῥαιστήρι' ἔκειτο. Ἐνθεμένη δ' ἐπὶ γούνατ' ὀδύρετο. Ubi schol. φωριαμὸν vocari ait τὴν κοιτίδα : idque manifestum esse ex eo quod subjungat, Ἐνθεμένη κτλ. [Apoll. ib. 808, 844; 4, 24, et Apollonium imitatus Orph. Argon. 954.] Quod vero ad etymologiam hujus nominis attinet, ipse, s. potius Eratosthenes ap. eum, non a φᾶρος deducit, sed nec a φῶρες, verum ab illo, quod a φῶρες derivatum est, adjectivo, φώριος. Sunt autem hi versus Eratosthenis, ἐν τῷ Ἑρμῇ, quibus etymum illud præscribit : Φωριαμὸν δ' ὀνόμηναν, ὅ μιν κύθε φώριον ἄγρην· Ἐκ τοῦ φωριαμὸς κικλήσκεται ἀνθρώποισιν. Multo certe commodius a φώριος deducitur, quam a substantivo φῶρες, licet eodem respiciat utrumque etymum, atque adeo unum idemque sit. Etym. certe παρὰ τοὺς φῶρας deducens, non dicit, ut Eust., διὰ τὸ τοὺς φῶρας ἀπείργειν, sed ἐπεὶ πρὸς φυλακὴν τῶν φωρῶν κατεσκεύασται, ubi πρὸς φυλακὴν τῶν φωρῶν significat Ad cavendum sibi a furibus. At vero quod addit, παρὰ τὸ τὰ φορούμενα ἔχειν, omnino explodendum est. Hoc enim modo, i. e. hanc usurpando libertatem, vel potius licentiam, quodlibet vocabulum a quolibet deduci posset. Enimvero hoc merito quis miretur in Etym., eum propositis tribus etymologiis, sc. ut φωριαμὸς dicatur παρὰ τὰ φάρη, tanquam sc. ἡ τῶν φαρέων δεκτικὴ, (ita enim ibi scrib. est, non φάρων,) vel παρὰ τοὺς φῶρας, vel παρὰ τὸ τὰ φορούμενα ἔχειν, hæc subjungere, Εἰ μὲν οὖν παρὰ τοὺς φῶρας, οὐδὲν πέπονθεν· εἰ δὲ παρὰ τὰ φάρη τὰ ἐντιθέμενα αὐτῇ, πέπονθε. Significat autem illi verbum πέπονθε, Mutationem passum est; nam adjicit, Μεταβληθέντος τοῦ α εἰς ω, ὡς θάκος, θῶκος. Quid vero? merito dixerit aliquis, an non si παρὰ τὸ τὰ φορούμενα ἔχειν deducatur, πεπονθέναι itidem dicendum fuerit? De hoc certe minime dubitari potest. Sed in hæc ego propterea morosius inquiro, (ut et in alia hujusmodi antea me fecisse vides,) ut tanto magis illius scriptoris auctoritatem apud te elevem, et non temere fidem illi adhibendam esse doceam : simul vero et aliis plerisque grammaticis, ubi de etymologiis disserunt. Tunc enim eos relicta arte sua grammatica ad fabulas vel potius argutas nugas accedere putes. In multis autem vocibus ipsa etiam scriptura, quam unus voci

alicui tribuit, etymum illud refellit, quod ab altero ei tribuitur. Exemplo fuerit vel vox illa quæ in VV. LL. voci φῶρος subjungitur: nimirum vox Φωρυτὸς, quæ eod. modo quo φωριαμὸς, repugnantem suo etymo scripturam habet. Nam ut φωριαμὸς quidem a voce habente ο deducitur, si quidem tertium illud etymum sequamur, ita etiam φωρυτός. Verum quid hic agas? Etym., pariterque Suid. et Eust. convenientem cum etymo scripturam habent, sc. φορυτός: at vero Hesych. uno quidem in loco Φορυτὸς et ipse, in altero contra, Φωρυτὸς per ω habet. [Sic ap. Suidam quoque altero loco.] Sed de his hactenus.

[Φωριάω.] Φωριᾶν i. q. φωρᾶν esse videtur Hesychio; postquam enim dixit φωρᾶν esse τὸ τὰ κλεψιμαῖα ζητεῖν, subjungit, καὶ φωριᾶν: indicare volens, ut opinor, idem et hoc verbo significari quod illo.

[Φώριον s. Φωρίον. V. Φωρά.]

Φώριος, ὁ, ἡ, adj. Furtivus, ut φώρια λέκτρα ap. Suidam oppositum τοῖς ἀμφαδίοις, ex Epigr. [Pauli Sil. Anth. Pal. 5, 219]: Φώρια δ' ἀμφαδίων λέκτρα μελιχρότερα. [Theocr. 27, 67: Ἀνίστατο φώριος εὐνή.] Habet etiam φώριον ἐπήλυσιν. Ex Epigrr. affertur etiam φώριον βλέμμα pro Aspectu occulto. Sed Suidas φώρια simul subst. et adj. facere videtur, quum esse dicit λαθραῖα [Sic ap. Ælian. N. A. 14, 5, de cornibus elephanti defossis: Οἱ δὲ καὶ ταῦτα ἀνιχνεύοντες τὰ φώρια], item ληστήρια, vel κλοπιμαῖα πράγματα. Hesychio quidem certe non dubium est quin Φώριος sit subst., ubi ab eo dicitur esse Genus quoddam apis. Fuerit autem illud ipsum genus, quod φωρὸς quoque appellationem habere dictum supra fuit. [Epitheton Mercurii ap. Nonn. Dion. 35, 236: Φ. Ἑρμείας, πρόμος ἔννυχος.]

[Φωρίδιος, ία, ιον, Furtivus. Est inter adjectiva in ιδιος ap. Herodian. Περὶ μον. λέξ. p. 18, 7. Leonidas Alex. Anth. Pal. 9, 348: Μαστιχθεὶς κλήματι φωριδίῳ.]

[Φωρμανοὶ, οἱ, Formani. Steph. Byz.: Φ., πόλις Ἰταλίας. Ἐθνικὸν τὸ αὐτὸ διὰ τὴν πρόληψιν τοῦ χαρακτῆρος.]

[Φῶρος. V. Φώρ.]

[Φωρυτός. V. Φορυτὸς et Φωριαμός.]

[Φώς. V. Φωγνύω.]

[Φῶς, Φάος, Φόως, τό. Harum formarum duabus tantum utuntur Epici veteres, φάος ubi pyrrhichio opus est, φόως vero ubicunque iambus locum habet, sed nominativo solum et accusativo casu singularis. Alii casus a priore forma peti solent, ut φάει et φάεα apud Homerum. Lyrici φάος potissimum dixerunt, qua forma sola usus est Pindarus. Tragici φάος et φῶς dixerunt prout metro commodum esset, nusquam φόως, quod vitiose pro φῶς est in codd. Eurip. Iph. T. 187. In comœdia prosaque Atticorum solum usitatum est φῶς, nisi quod Xenophonti poetica forma aliquoties uti placuit, OEcon. 9, 3: Φανὰ ὅσα φάους δεόμενα ἔργα τε καὶ σκεύη ἐστί· et Cyrop. 4, 2, 9 et 26: Ἔτι φάους ὄντος· ubi libri deteriores φωτός, et Plutarchus ἅμα φάει dixit V. Camilli c. 34, Marcelli c. 19, Aristid. c. 15. Quod ἅμα τῷ φωτὶ Polybius, cujus locos infra afferemus, aliique dixerunt. Ad mensuram quod attinet φάος α producto dicitur in metro dactylico in numero plurali φάεα, ut in locis Homericis omnibus et composito περιφάεα κύκλα ap. Oppian. Hal. 2, 6, et in dativo φάεσι, cujus nullum est apud antiquiores Epicos exemplum, ap. Callim. Dian. 71.]

Φάος, εος, τὸ, [Dativus est φάει, pro quo φαὶ metri caussa dictum in Oraculor. Sibyll. Procem. 18: Ἐν φαὶ κοινῷ, pariterque 1, 348; 3, 494, in libris plerisque φάει scriptum. V. Lobeck. Pathol. Elem. vol. 1, p. 261. Singulare est φῷ pro φωτὶ dictum ab Euripide metri caussa, de quo Etym. M. p. 803, 45: Φῷ ἀντὶ τοῦ φωτί σὺν τῷ ι. Εὐριπίδης Μελεάγρῳ «Τὸ μὲν γὰρ ἐν φῷ, τὸ δὲ κάτω σκότος κακόν·»] et Φῶς, ωτὸς, τὸ, per contractionem, ex quo est Φόως (sed hoc φόως omnino poeticum est: Φάος, magis poetarum quam ceterorum scriptorum: at φῶς commune poetis est cum illis,) Lumen, Lux [Φῶς quid sit pluribus exponit Aristot. De anima 2, 7]: ut φάος ἠελίοιο, Lux solis, quod et Jubar solis a Latinis poetis dicitur. Hom. Od. Π, [220]: Καί νύ κ' ὀδυρομένοισιν ἔδυ φάος ἠελίοιο. Alicubi autem addit epith. λαμπρὸν, eodem loquendi genere utens. Il. Α, [605]: Αὐτὰρ ἐπεὶ κατέδυ λαμπρὸν φάος ἠελίοιο. Vocat autem hoc solis φάος, et ὀξύτατον εἰσοράασθαι, accipiens active hunc infin. pro εἰσοράαν, Il. Ξ, [343]: Οὐδ' ἂν νῶϊ διαδράκοι ἠέλιός περ, Οὔτε καὶ ὀξύτατον πέλεται φάος εἰσοράασθαι. Dicunt autem poetæ ὁρᾶν φάος ἠελίοιο, Videre lumen solis, pro Vivere: ut vicissim λείπειν φάος ἠελίοιο, i. e. Relinquere lumen solis, pro Mori. Sed Hom. hæc verba ὁρᾶν φάος ἠελίοιο solet subjungere verbo ζώειν, Od. Δ, [540]: Οὐδέ νύ μοι κὴρ Ἤθελ' ἔτι ζώειν καὶ ὁρᾶν φάος ἠελίοιο· et [833]: Εἴ που ἔτι ζώει καὶ ὁρᾷ φάος ἠελίοιο, Ἢ ἤδη τέθνηκε, καὶ εἰν ἀΐδαο δόμοισι. At vero Il. Α, [88] dixit: Ἐμεῦ ζῶντος καὶ ἐπὶ χθονὶ δερκομένοιο· ubi non dubito quin subaudienda sint hæc duo nomina φάος ἠελίοιο, aut certe eis similia. [Poetice Andocid. p. 9, 38: Οἳ νῦν ὁρῶσι τοῦ ἡλίου τὸ φῶς δι' ἐμέ.] Apud Eund. legitur et illud oppositum loquendi genus λείπειν φάος ἠελίοιο, sicut et ap. Hesiod. Op. [153]: Θάνατος δὲ καὶ ἐκπάγλους περ ἐόντας Εἷλε μέλας, λαμπρὸν δ' ἔλιπον φάος ἠελίοιο· ubi observa et epith. λαμπρὸν, sicut in l. quem paulo ante ex Hom. protuli. Dicitur etiam λείπειν φάος ἠελίοιο ὑπό τινος, sicut θνήσκειν ὑπό τινος, i. e. Mori ab aliquo, pro Interfici. Il. Σ, [11]: Μυρμιδόνων τὸν ἄριστον ἔτι ζώοντος ἐμεῖο Χερσὶν ὑπὸ Τρώων λείψειν φάος ἠελίοιο. Ceterum ut in his aliisque aliorum poetarum Il. legimus φάος ἠελίοιο, sic in quibusdam eos videmus φάος tribuere τῇ ἠοῖ, Auroræ, cujus equi etiam dicuntur ab ipso Hom. afferre illud hominibus, Od. Ψ, [245]: Νύκτα μὲν ἐν περάτῃ δολιχὴν σχέθεν, ἠῶ δ' αὖτε Ῥύσατ' ἐπ' ὠκεανῷ χρυσόθρονον, οὐδ' ἔα ἵππους Ζεύγνυσθ' ὠκύποδας, φάος ἀνθρώποισι φέροντας. [Ib. 371: Ἤδη μὲν φάος ἦεν ἐπὶ χθόνα.] Sed φάος per se quoque, i. q. φάος ἠελίοιο significat Od. Γ, [335]: Ἤδη γὰρ φάος οἴχεθ' ὑπὸ ζόφον. Ab Hesych. φόως exp. ἡλίου ἀνατολὴ, Solis ortus, ubi φόως ἐρέουσα exp. τὴν ἀνατολὴν τοῦ ἡλίου σημαίνουσα. Sunt autem Homeri verba illa, φόως ἐρέουσα, de aurora, cum alibi, tum Il. Β, [49]: Ἠὼς μέν ῥα θεὰ προσεβήσατο μακρὸν Ὄλυμπον, Ζηνὶ φόως ἐρέουσα καὶ ἄλλοις ἀθανάτοισι· Ψ, [226]: Ἧμος δ' ἑωσφόρος εἶσι φόως ἐρέων ἐπὶ γαῖαν. Habetur porro φάος ap. eund. Lexicographum expositum ὄρθρου ἀνατολὴ, ubi reponendum puto ὄρθρος, ἡλίου ἀνατολὴ, Diluculum, Solis ortus. Affertur certe pro hac signif., et ex Plut. Camillo [c. 34]: Ἅμα φάει πνεύματος μεγάλου κατιόντος. [Post Homerum poetæ lyrici et tragici aliique scriptores φάος vel φῶς de luce solis s. diei, lunæ aliorumque siderum dixerunt. Sic Pind. Ol. 10, 91: Σελάνας ἐρατὸν φάος, ut φῶς σεληναίας καλὸν Aristoph. Nub. 614. Æsch. Prom. 24: Ἣ ποικιλείμων νὺξ ἀποκρύψει φάος, ut Eurip. Rhes. 615: Ἕως ἂν νὺξ ἀμείψηται φάος. Ἡλίου φάος Æsch. Ag. 508, 575, 658. Φ. ἡμέρας Eur. Alc. 243. Φ. βλέπειν Æsch. Pers. 299: Ξέρξης μὲν αὐτὸς ζῇ τε καὶ φάος βλέπει· Eum. 746: Νῦν ἀγχόνης μοι τέρματ' ἢ φάος βλέπειν. Φάος vel φῶς ὁρᾶν Soph. OEd. T. 367, Eur. Or. 386. Φ. εἰσορᾶν Eur. Alc. 18, Hipp. 355; λεύσσειν Phœn. 1091; προσβλέπειν Soph. OEd. T. 1183: Ὦ φῶς, τελευταῖόν σε προσβλέψαιμι νῦν. Ἐν φάει εἶναι Æsch. Choeph. 60, Soph. Phil. 415 et Eur. Hec. 707: Οὐκέτ' ὄντα Διὸς ἐν φάει. Λείπειν φ. Eur. Phœn. 1548; ἐκλιπεῖν Herc. F. 1073. Et ἐς φάος vel πρὸς τὸ φῶς cum verbis ἀνάγειν, ἀνελθεῖν, ἐλθεῖν, ἥκειν, μολεῖν, πέμπειν Soph. fr. 501, El. 419, Phil. 625, Æsch. fr. 5, Choeph. 459, Eur. Alc. 1079, Herc. F. 524, Æsch. Pers. 218, 630. || Dies. Æsch. Pers. 255: Ἀέλπτως νόστιμον βλέπω φάος. Soph. El. 1224: Ὦ φίλτατον φῶς. Eur. Rhes. 447: Φῶς ἓν ἡλίου. Κατὰ φάος Eur. Bacch. 425: Κατὰ φ. νύκτας τε φίλας εὐαίωνα διαζῆν, ut κατὰ φῶς ap. Xen. Cyrop. 3, 3, 25.] || Generalius tamen φάος de Ignis etiam lumine, et quidem ap. ipsum quoque Hom. [Od. Σ, 317: Ἐγὼ τούτοισι φάος πάντεσσι παρέξω· Τ, 24: Τίς τοι ... φάος οἴσει; 34: Λύχνον ἔχουσα φάος περικαλλὲς ἐποίει· 64: Νήησαν ξύλα πολλὰ φόως ἔμεν ἠδὲ θέρεσθαι. Æsch. Ag. 292: Φρυκτοῦ φῶς· 311: Φάος τόδ' οὐκ ἄπαπτον Ἰδαίου πυρός· 302: Λίμνην ὑπὲρ Γοργῶπιν ἔσκηψεν φάος. Soph. Phil. 297: Ἔφην' ἄφαντον φῶς. Eur. Phœn. 346: Οὔτε σοι πυρὸς ἀνῆψα φῶς νόμιμον ἐν γάμοις. Xen. Hell. 6, 2, 29: Ἐν μὲν τῷ στρατοπέδῳ πῦρ νύκτωρ οὐκ ἔκαε, πρὸ δὲ τοῦ στρατεύματος φῶς ἐποίει, ἵνα μηδεὶς λάθῃ προσιών· 5, 1, 8: Νυκτὸς

ἐπιγενομένης φῶς ἔχων ἀφηγεῖτο. Κατὰ φῶς πίνειν Cyrop. 7, 5, 27.] Usurpatur autem hac in signif. et plur. φῶτα, ut docebo infra, ubi et de φόως rursum aliquid dicam. || Φάος, pro Oculo, sicut Latinis Lumen : item pro Vita, sicut Iisdem illa eadem vox Lumen, s. potius Lux. Item pro Die, et pluralis φάεα pro Diebus : ut Lux et Luces. Qui pluralis frequenter occurrit et pro Lumina, i. e. Oculi. Hom. Od. P, 39 : Κῦσε [κύσσε] δέ μιν κεφαλήν τε καὶ ἄμφω φάεα καλὰ, Χεῖράς τ' ἀμφοτέρας. Moschus in Idyllio quod Megara inscribitur, init.: Τὸν μὲν ἐγὼ τίεσκον ἴσον φαέεσσιν ἐμοῖσιν· quod exemplum ideo profero, ut obiter in eo animadvertatur etiam loquendi genus simile Latino, quo dicimur aliquid æque carum habere ac nostros oculos, aut etiam carius oculis. [Singulari utitur Eurip. ubi plurali locus non erat, de uno Cyclopis oculo Cycl. 629 : Ἐκκαίειν τὸ φῶς Κύκλωπος.] Pro Vita autem ponitur φάος, s. φόως, aut φῶς, ut in isto Axiochi loco, qui Dialogus Platoni falso ascribitur [p. 365, C] : Εἰ στερήσομαι τοῦδε τοῦ φωτὸς, Si privabor hac luce, vita. Quod autem ad tertiam illam signif. attinet, existimo frequentiorem esse in plurali, et φάεα pro Diebus usitatius esse quam φάος pro Die. Latini poetæ non solum Luces, sed et Luciferos dixerunt pro Diebus. Agath. Epigr. [Anth. Pal. 11, 382] : Καὶ τὸ περὶ χρισίμων φαέων ἐλογίζετο γράμμα, De diebus decretoriis, qui χρίσιμοι ἡμέραι a medicis Græcis vocati fuerunt. Φάος s. φόως, pro Salute quoque, interdum et pro Auxilio, quod salutem atque adeo victoriam nobis affert. Sed et pro ipsa Victoria, denique generalius etiam pro Gaudio, si Hesychio credimus, qui χαρὰν exp., sicut et σωτηρίαν. Extant autem ap. Hom. exempla signiff. illarum, qui tamen pro Victoria interdum non simpliciter φόως, sed φόως πολέμοιο dicit. [V. infra s. Φόως.] Vide Eust. Sic autem אור Hebræis quum proprie Lucem significet, pro Gaudio, interdum et pro Salute positum reperitur, et quidem nominatim ap. David. [Φάος et φῶς sæpissime, præsertim a poetis, de rebus dicitur quæ salutem, gaudium, splendorem, decus, honorem afferunt. Æsch. Pers. 300 : Ἐμοῖς μὲν εἶπας δώμασιν φάος μέγα. Tragicus ap. Stob. Ecl. phys. 1, 4 : Δίκας δ' ἐξέλαμψεν ὅσιον φάος· ut Eurip. Suppl. 564 : Τὸ τῆς δίκης σώζων φάος· Bacch. 608 : Ὦ φάος μέγιστον ἡμῖν εὐίου βακχεύματος. Soph. fr. 497 : Τὸ λαμπρὸν φῶς ἀποσβεννὺς γένους.] Interdum vero voce φάος [s. φῶς] compellamus quempiam, illi blandientes, sicut quum Latine dicimus Lux mea. Sed ab Hom. additur γλυκερὸν, Od. P, 42 : Ἦλθες, Τηλέμαχε, γλυκερὸν φάος, Venisti, Telemache, lux mea dulcis. Quod si et hic φάος interpretatus fuero Oculum, pro me faciet Plauti locus, in quo Ocule mi, est itidem blandimentum. Sed Mea lux est multo usitatius : quod nihil aliud esse puto quam Non minus mihi care s. cara quam lux, vel Non minus dilecte quam lux, s. non minus luce. Atque ita quod ap. Virg. legitur, ut hoc obiter dicam, O luce magis dilecta, significantius esse puto quam Lux mea : perinde ac si diceretur, O plusquam lux mea. Possumus autem in hujusmodi ll. lucem exponerere etiam Vitam, præsertim quum Vita mea sit blandientis, sicut Lux mea. [Soph. El. 1354 : Ὦ φίλτατον φῶς, ὦ μόνος σωτὴρ δόμων. Eur. Hec. 841 : Ὦ δέσποτ', ὦ μέγιστον Ἕλλησιν φάος. Anon. ap. Suidam (s. v. Ὦ φῶς) : Ὦ φῶς κακοῖς σὺ τοῖς ἐμοῖς.] || Φάος Eust. [p. 1728, 7] a verbo Φάω deducit, at ego contra φάω deduco a φάος, nec dubito quin inde originem habeat.

|| Φῶς, ωτὸς, τὸ, Lux, Lumen. [Ab verbo φῶ derivat Etym. M. p. 804, 35, additque : Οἱ λέγοντες « ἀπὸ τοῦ φάος γέγονε κατὰ κρᾶσιν » οὐκ ἀκριβῶς λέγουσι· τὸ γὰρ φάος εἰς ους ἔχει τὴν γενικήν.] I. q. poetis φάος, ex quo etiam factum est per contr.: sicut vicissim ex hoc φῶς illi fecerunt φόως. [Varios voc. usus una gl. comprehendit Hesych.: Φῶς· τὸ δρώμενον, τὸ παρὰ τοῦ θεοῦ δημιουργηθὲν, καὶ τὸ πῦρ καὶ ἡ χαρά (sic supra Φόως· φῶς, χαρὰ, σωτηρία). Ὀξυτόνως δὲ ὁ ἄνθρωπος. Φωτός· ἡμέρας·] Plato [Phædon. p. 89, C : Ἕως ἔτι φῶς ἐστιν· Rep. 6, p. 508, C : Τὸ ἡμερινὸν φῶς·] Cratylo [p. 409, B] : Τὸ μέν που σέλας καὶ τὸ φῶς, ταυτόν. [Rep. 7, p. 515, E : Εἰς τὸ τοῦ ἡλίου φῶς· 516, B : Τὸ τῶν ἄστρων τε καὶ σελήνης φῶς. Φ. ἡλίου δρᾶν Andocid. p. 9, 38.] Xen. Cyrop. 4, [2, 15] : Πορευομένων δὲ, ἐπεὶ νὺξ ἐγένετο, λέγεται φῶς τῷ Κύρῳ καὶ τῷ στρατεύματι ἐκ τοῦ οὐρανοῦ προφανὲς γενέσθαι. Ei opp. σκότος, quod Tenebras significat. [Plato Rep. 7, p. 518, A : Ἐκ ... φωτὸς εἰς σκότος μεθισταμένων.] Plut. [Mor. p. 670, B] : Τὸ σκότος τοῦ φωτὸς ἡγοῦντο πρεσβύτερον. Idem [Mor. p. 279, E] : Διὰ τί τῇ νύμφῃ τοπρῶτον οὐκ ἐντυγχάνει μετὰ φωτὸς ὁ ἀνὴρ, ἀλλὰ διὰ σκότους. Xen. [Cyrop. 3, 3, 25] : Κατὰ φῶς δεῖπνον ποιεῖσθαι, In luce cœnare. [Ἅμα τῷ φωτὶ, Prima luce, Polyb. 1, 45, 6; 11, 27, 1 et 5, ut ἅμα φάει in locis Plutarchi supra allatis.] Dicitur etiam [εἰς τὸ φῶς, ut ap. Herodot. 3, 79 : Μάγον οὐδένα ἔξεστι φανῆναι ἐς τὸ φῶς·] εἰς φῶς, ut ap. Athen. [11, p. 506, C] εἰς φῶς λέγεσθαι : Ἃ δὲ περὶ Ἀλκιβιάδου εἴρηκεν ἐν τῷ συμποσίῳ, οὐδ' εἰς φῶς λέγεσθαί ἐστιν ἄξιον. [Soph. OEd. T. 1229 : Τὰ δ' αὐτίχ' ἑς τὸ φῶς φανεῖ κακά· El. 639 : Οὐδὲ πᾶν ἀναπτύξαι πρέπει πρὸς φῶς· Phil. 581 : Δεῖ δ' αὐτὸν λέγειν ἐς φῶς ὃ λέξει· fr. 657 : Πάντ' ἐκκαλύπτων ὁ χρόνος ἐς τὸ φῶς ἄγει· Phil. 1353 : Πῶς ὁ δύσμορος ἐς φῶς τάδ' ἕρξας εἶμι;] Interdum φῶς pro Vita, ut Lat. Lux. Sic ap. auctorem Axiochi [p. 365, C] : Εἰ στερήσομαι τοῦδε τοῦ φωτὸς, Si privabor hac luce, i. e. hac vita. Et Εἰς φῶς ἀνελθεῖν, Aristoph. [Pac. 445, Lucian. Char. c. 1], Ad lucem redire, Ad luminis auras. [Et sic cum aliis verbis plurimis.] || Φῶς, sicut et φάος, dicitur etiam de Lumine ignis, s. lucernæ, facis, aut lampadis. Apocal. 18, [23] additur gen. λύχνου : Καὶ φῶς λύχνου οὐ μὴ φανῇ ἐν σοὶ ἔτι. Et φῶς ἀνάπτειν, Accendere lumen. Plato Timæo [p. 39, B] : Φῶς ὁ θεὸς ἀνῆψεν, Cic. vertit, Deus ipse solem quasi lumen accendit. Et paulo post ἵνα φαίνοι, Ut colluceret. [De igne Polyæn. 6, 17 : Ἀσκὸν προσαρμόσαντες εἰς τὸν ... αὐλίσκον φῶς ἐνέντες διέκαιον.] Atque ut Latini Lumina etiam dicunt plur. num., sic Græci φῶτα, ut φῶτα πυρσῶν, Plut. Pericle [c. 6. Lucian. Symp. c. 15 : Φῶτα εἰσεκεκόμιστο. Dio Cass. 63, 4 : Ἡ πόλις ἐκεκόσμητο φωσὶ καὶ στεφανώμασι. Hinc 74, 1 : Ἡ πόλις φωτί τε καὶ θυμιάμασιν ἔλαμπε, corrigendum φωσί. G. D.] At vero ap. Lucam videri possit plur. num. φῶτα positus pro sing. φῶς, Act. 16, [29] : Αἰτήσας φῶτα εἰσεπήδησε. Sciendum est autem gen. plur. esse Φώτων, Luminum : at Φωτῶν significare Hominum, a nomin. sing. Φὼς, de quo infra. || Φῶτα pro Luminibus, ea etiam in signif. quam habet quum dicitur Luminibus obstruere, ap. Plut. [De fenestris Plut. Mor. p. 515, B : Φῶτα μεταθέντα.] || Φῶτα de Lumine spirituali, quo donantur qui baptizantur, unde traditur dicta Ἐμφώτειος ἐσθὴς a Greg. Naz. de Veste quæ induebatur ab eo qui baptizabatur, q. d. ἐσθὴς τῆς τῶν φωτῶν ἡμέρας. Vide Φωτίζω. Hesych. nomen Φῶτα exp. ὄμματα, i. e. Oculi : item θυρίδες, i. e. Fenestræ. Exp. et ἄνθρωπον, i. e. Hominem, quæ expositio intelligenda est de φῶτα, cujus nomin. singul. est Φὼς, non Φῶς. || Φῶς dicta fuit etiam Papillarum quasi areola, et nigellus ambitus, sub quo lactis quasi sedimentum, χύαμος. Cam. ex Polluce [2, 163]. Φῶς, inquit Gorr., Circulus subniger qui papillam ambit. Sic etiam vocari medium transversariorum quæ in Nilei machinamento sunt, quod Plinthium appellatur, tradit Oribasius. [|| Apud scriptores eccles. φῶς figurate dicetur 1. Deus ipse, ut ap. Greg. Naz. Or. 26, p. 451 : Φῶς ὁ θεὸς καὶ φῶς τὸ ἀκρότατον etc. 2. Filius Dei. 3. S. Trinitas. 4. Angeli. 5. Doctrina verbi cœlestis. 6. Apostoli et fideles ecclesiæ ministri. 7. Christiani et fideles omnes. 8. Bona opera. 9. Baptismus. De quibus omnibus v. quæ Suicerus collegit.]

|| Venio ad poeticum Φόως factum ex illo φῶς, per pleon. literæ ο, qui illis frequens est ante ω, et quidem in participiis præsertim : ut βοόων et δρόων, pro βοῶν et δρῶν. Est autem φόως non solum Lux, sed habet etiam metaphoricas illas signiff. quæ in Φάος annotatæ fuerunt. Hom. Il. Θ, [282] : Βάλλ' οὕτως, αἴ κέν τι φόως Δαναοῖσι γένηαι. Sic et Π, [39] : Ἀλλ' ἐμὲ μὲν πρόες ὦχ', ἅμα δ' ἄλλον λαὸν ὅπασσον Μυρμιδόνων, ἤν πού τι φόως Δαναοῖσι γένωμαι. Possumus enim et hic φόως accipere pro Salute s. pro Auxilio, et quidem lætitiam afferente, utpote ex quo salutem atque adeo victoriam consequamur. Quo pertinet illa expos. ἡ πρὸς σωτηρίαν καὶ νίκην ἐπικουρία. Ab Hesych.

autem exp. et σωτηρία, et χαρὰ, ideoque addidi verba illa, Lætitiam afferente. Pro ipsa quidem certe Victoria ponitur aperte tum alibi, tum Il. Z, init.: Αἴας δὲ πρῶτος Τελαμώνιος, ἔρκος Ἀχαιῶν, Τρώων ῥῆξε φάλαγγα, φόως δ' ἑτάροισιν ἔθηκεν. Ubi Eust. annotat vocari Victoriam φόως, quoniam qui vincuntur, veluti jacere videntur in tenebris, quod dictum alibi repetens, Pindarum ejus auctorem facit. Sed vult eandem esse hujus nominis signific. in quodam etiam loco, qui similis est omnino illis duobus quos modo protuli: nisi potius unus est eorum, sed ἑτάροισι scripsit pro Δαναοῖσι. Ego tamen alteram illam expos. aptiorem esse existimo. Nisi quis gloriam et decus significari malit: quem usum habet Lat. Lux, ut Virg., O lux Dardaniæ, spes o fidissima Teucrum. Aptior enim ceteris videtur huic loco illa expositio. Sed pro Victoria interdum non simpliciter dicitur φόως, sed φόως πολέμοιο, Il. O, [741]: Τῷ ἐν χερσὶ φόως, οὐ μειλιχίη, πολέμοιο. Meminisse autem oportet ejus, quod a me antea dictum fuit, sc. Hebræis quoque אור quum proprie Lucem significet, aliquas etiam ex superioribus metaphoricas signiff. accipere. Ceterum nomen hoc φόως in propria signif., adjunctam habet non raro particulam δε (quam et aliis plerisque jungi videmus) significantem πρός. Nam dicitur Φόωσδε pro In lucem, aut etiam pro eo, quod Latini poetæ dicunt In luminis auras. Hom. Il. B, [309]: Τόν ῥ' αὐτὸς Ὀλύμπιος ἦκε φόωσδε· Γ, [103]: Σήμερον ἄνδρα φόωσδε μογοστόκος Εἰλείθυια Ἐκφανεῖ. Est vero et ubi dicat πρὸ φόωσδε. Π, [187]: Αὐτὰρ ἐπειδὴ τόνγε μογοστόκος Εἰλείθυια Ἐξάγαγε πρὸ φόωσδε, καὶ ἠελίου ἴδεν αὐγὰς, ubi scribitur conjunctim etiam Προφόωσδε.

[Φὼς, ωτὸς, ἡ, nomen pr. navis Atticæ in inscr. navali IV, b, 64.]

[Φὼς, ὁ.] At vero Φὼς, ωτὸς, ὁ, est poetis ἀνὴρ, Vir; aut etiam simpliciter ἄνθρωπος, Homo: sic tamen ut de virili duntaxat dicatur sexu. [Per ἀνὴρ et ἄνθρωπος exp. Hesych. glossis pluribus aliique grammatici.] Afferuntur autem variæ hujus appellationis rationes, prout variæ ejus derivationes statuuntur. Sed a φῶς lubentius quam aliunde deduxerim: sive quod sit ὁ μόνος τὰ τῆς διανοίας φωτίζων τῷ λόγῳ, sive aliam ob causam. A φῶς certe derivari censuit et Greg. Naz. scribens Φὼς appellari τὸν ἄνθρωπον, διὰ τὴν τοῦ ἐν ἡμῖν λόγου δύναμιν. Hom. Od. A, [324]: Αὐτίκα δὲ μνηστῆρας ἐπώχετο ἰσόθεος φώς. Et alibi [Il. E, 214, Od. Π, 102], ἀλλότριος φώς. Et χείρονι φωτὶ, Il. Ξ, [377, P, 98: Ὁππότ' ἀνὴρ ἐθέλῃ πρὸς δαίμονα φωτὶ μάχεσθαι.... Ab Homero additur etiam nominibus propriis, Il. Δ, 193: Μαχάονα δεῦρο κάλεσσον, φῶτ' Ἀσκληπιοῦ υἱὸν, i. e. Virum qui Æsculapii filius est. Φ, 445: Εἰ μὴ Ἀπόλλων Φοῖβος Ἀγήνορα δῖον ἀνῆκεν, φῶτ' Ἀντήνορος υἱὸν, ἀμύμονά τε κρατερόν τε· Od. Φ, 26: Ἐπειδὴ Διὸς υἱὸν ἀφίκετο καρτερόθυμον, φῶθ' Ἡρακλῆα, μεγάλων ἐπίστορα ἔργων. Eundem voc. ἀνὴρ usum suo loco annotavimus. Duali numero Il. E, 572: Ὡς εἶδεν δύο φῶτε παρ' ἀλλήλοισι μένοντε· P, 377: Δύο δ' οὔπω φῶτε πεπαύσθην, ἀνέρε κυδαλίμω.] Et plur. φῶτες, Λ, [748]: Δύο δ' ἀμφὶς ἕκαστον Φῶτες ὀδὰξ λάβον οὖδας. Et accus. φῶτας. Genit. autem φωτῶν: at φώτων, Luminum, ut antea dixi. [Arcad. p. 132, 11: Φωτῶν φωτοῖν ἐπὶ ἀνδρῶν, φώτων δὲ φώτοιν ἐπὶ πυρσῶν. Falso accentu ap. Tryphiod. 8: Ἐναιρομένων φώτων, aliosque. Omittimus recentiorum Epicorum locos. Post Epicos sæpissime hoc vocabulo usi sunt Lyrici et Tragici pro ἀνὴρ, velut Pind. Nem. 2, 32: Κορινθίων φωτῶν· 4, 138: Βασιλεῦσιν ἰσοδαίμονα φῶτα· Pyth. 5, 100: Φῶτες Αἰγεῖδαι. Æsch. Pers. 80: Ἰσόθεος φώς· 88: Μεγάλῳ ῥεύματι φωτῶν· Suppl. 258: Φωτὸς ἰατροῦ χάριν· Prom. 548: Τὸ φωτῶν (i. e. Hominum mortalium) ἄλαον γένος. Soph. Ant. 107: Τὸν λεύχασπιν Ἀργόθεν ἐκ φῶτα βάντα πανσαγίᾳ· 910: Καὶ παῖς (ἂν ἄλλος ἦν μοι) ἀπ' ἄλλου φωτός· Aj. 300: Ταύρους ... δεσμίους ἠκίζεθ' ὥστε φῶτας, Ut homines. Eurip. Alc. 474: Νέου φωτός· Bacch. 542: Φῶτα βρότειον· Hel. 1094: Δύ' οἰκτρὼ φῶτε, ubi de Menelao et Helena dictum non duo viros, sed duo homines significat, ut ap. Iren. Anth. Pal. 5, 29, de viro et muliere: Ψυχή τε καὶ ἔκχυτα σώματα φωτῶν συμφέρεται. Quocum Jacobs. contulit Theocr. 25, 20: Ἄλλου δ' ἄλλον ἔθηκε θεὸς ἐπιδευέα φωτῶν. Oppian. Hal. 1, 649: Ὡς ἐτεὸν καὶ φῶτες ἔσαν πάρος· Cyn. 3, 331.]

[Φωσθονία, ἡ, Phosthonia, una ex Halcyonidibus. Suidas s. v. Ἀλκυονίδες.]

Φώσκω, Luceo, Illucesco. [Hesych.: Φώσκει, διαφαύει. Nam sic corrigenda est codicis scriptura διαφάνει, quam in διαφαίνει mutavit Musurus. G. D. Calendar. ed. ab Halma Hypotyp. Procli p. 14, 31: Ἰουλίου ιθ, φωσκούσης τῆς κ. Hase. Sed in usu sunt potius composita Διαφώσκω et Ἐπιφώσκω.]

[Φώσσων. Φωσσώνιον. V. Φώσων.]

Φωστὴρ, ῆρος, ὁ, quod redditur Luminare, formatur tanquam a tertia persona pass. sing. πέφωσται. [Conf. Φώζω.] Apud LXX Interprr. Gen. 1, [14]: Γενηθήτωσαν φωστῆρες ἐν τῷ στερεώματι. Ibid. repetitur aliquoties hæc vox. [Sapient. 13, 2: Φωστῆρας οὐρανοῦ. De luna Sirac. 43, 7.] Usus est etiam Paul. Ad Philipp. 2, [15: Ἐν οἷς φαίνετε ὡς φωστῆρες ἐν κόσμῳ. Et Joann. Apocal. 21, 11: Ὁ φ. αὐτῆς (i. e. Splendor Hierosolymæ) ὅμοιος λίθῳ τιμιωτάτῳ. De corporibus cœlestibus etiam Heliodor. 2, 24: Οὐρανία φωστήρων εἱμαρμένη περίοδος τρέπει τὰ καθ' ἡμᾶς. (Conf. Alex. Aphr. Probl. 2, 46.) Manetho 1, 29. Anth. Pal. 15, 17. Figurate Themist. Or. 16, p. 204, C: Μόλις ἡλικιώτης τῷ φωστῆρι (Arcadio tum sexenni) τῷ ἡμετέρῳ. Anth. Pal. 11, 359: Φ. γὰρ εἶ σὺ καὶ λόγων καὶ τῶν νόμων. G. D. It. figurate Joann. Chrysost. t. 1, p. 95, A. Anon. De martyrr. CPol. Actt. SS. Aug. t. 2, p. 440, D, τοῦ τρισμάκαρος φ. Γερμανοῦ. Alius Anon. Vita Eliæ Spel. Actt. SS. Sept. t. 3, p. 859, B, τοιούτους φ. ἄλλους οὐχ εὑρήσομεν. De sideribus Procl. Hypotyp., τὰ μεγέθη τῶν ἐν τοῖς φωστῆρσι διαμέτρων. Sic enim codd. optimi; Halma p. 107, 8, sine accentu, εν τοις φωτοις. Hase. || Φωστὴρ, θυρὶς, Hesych.]

[Φωστηρικὸς, ἡ, ὸν, Luminaris. Dionys. Areop. p. 242. Kall.]

[Φωσφόρεια, τὰ, Luciferia, nomen festi. Plut. Mor. p. 1119, E: Πῶς δὲ Φ., Βακχεῖα, προτέλεια γάμων ἄξομεν; Hesych.: Φωσφόρεια (codex φωσφορεία, unde Musurus φωσφορία)· ἑορτή.]

[Φωσφορέω. HSt. post ea quæ s. v. Φωσφόρος in fine dixit:] Soli certe tribuitur et quod hinc est deductum verbum Φωσφορέω. Dicit enim Philo illum φωσφορεῖν pro Lumen præbere, s. ministrare. [De luna Manetho 1, 65, 134, 186: Μήνην φωσφορέουσαν· 225: Φ. Σελήνη. Eustath. p. 212, 10: Ἡ σελήνη φωσφορεῖ τοῖς περὶ γῆν. «Idem in Epist. ante Comm. ad Dionys. p. 75, 18 Bernh.» Boiss. Frequens ap. Philon., velut de sole vol. 1, p. 511, 10 et vol. 2, p. 151, 2; de sole ac luna vol. 1, p. 12, 33 et 40, 44; de quavis stellarum errantium p. 504, 7; de legibus, figurate, vol. 2, p. 188, 30, τοὺς νόμους αὐτοὺς ἀστέρας ἔχοντες ἐν ψυχῇ φωσφοροῦντας. Hase. || In lucem profero. Olympiod. In Plat. Alcib. 1 p. 12: Ὥσπερ αἱ μαῖαι φωσφοροῦσι τὰ ἔμβρυα.]

[Φωσφορία, ἡ, Lucis allatio. Eustath. Opusc. p. 238, 80: Τῇ ἐκεῖθεν φωταγωγίᾳ καὶ φ. 18, 50: Ἄδυτον φωσφορίαν. G. D. Procl. Paraphr. in Ptol. p. 111, 19, ἐκ τῆς ὡροσκοπίας καὶ φ., Ex luminum irradiatione. Hase.]

[Φωσφόριον, τὸ, i. q. Βοσπόριον. Steph. Byz. s. v. Βόσπορος: Λέγεται καὶ Βοσπόριον τοῦ Βυζαντίου λιμήν· οἱ δὲ ἐγχώριοι Φωσφόριον αὐτὸ καλοῦσι παραγραμματίζοντες. Quibus narrationem addit de origine nominis ab Ἑκάτης φωσφόρου cognomine repetendi. Quæ partim repetunt Constant. Porphyr. De them. p. 30 (64, 10 Bekk.) et Eustath. ad Dionys. P. 140, ipse hoc nomine utens Opusc. p. 275, 40.]

Φωσφόρος, ὁ, ἡ, Lucifer, Lucem affereus. Ab Hesych. exp. φωτοδότης, Lucis dator. Plato Timæo [p. 45, B] ὄμματα φωσφόρα dixit. Λέγοιντο δ' ἄν, inquit Pollux [2, 63], ὀφθαλμοὶ λάμποντες, φωσφόροι, ὡς καὶ Πλάτων φωσφόρα ὄμματα, στίλβοντες, κτλ. Ubi Cam. φωσφόροι ὀφθαλμοὶ vertit Oculi illustres, sicut λάμποντες, Clari, στίλβοντες, Splendentes. Quidam tamen φωσφόρα secus ap. Plat. interpr. [Φ. αἴγλη Orph. Arg. 1244. Φ. ἦμαρ Orph. Εὐχὴ πρὸς Μουσαῖον v. 24. Φ. Ἀπόλλων (φωσφόρε δαῖμον) Orph. Hymn. 33, 5. Φ. Ἥλιος ib. 7, 12; Ἥφαιστος 65, 3.] || Φωσφόρος Ἄρτεμις, Eur., Lucifera Diana. [Φ. θεὰ ap. Eurip. Iph. T.

21; Ἑκάτη φ. Hel. 569, Aristoph. Thesm. 858. Et ἡ φ. (omisso Ἄρτεμις) Lys. 443: Νὴ τὴν φ. Eadem ap. Callim. H. in Dian. 204: Οὔπι ἄνασσ' εὐῶπι φαεσφόρε.] Quam interpr. ex Cic. sumo, ita scribente, De nat. deor. 2, [27]: Dianam autem et Lunam, eandem esse putant: quum sol dictus sit vel quia solus ex omnibus sideribus est tantus, vel quia quum est exortus, obscuratis omnibus solus apparet: Luna a lucendo nominata sit; eadem enim est Lucina. Itaque ut apud Græcos Dianam, eandemque Luciferam, sic apud nostros Junonem Lucinam in pariendo invocant. Hic enim non dubium est quin voce Luciferam Cic. exprimere voluerit φωσφόρον. Quin etiam statim post rationem affert, ob quam hæc ad partus adhibeatur, ita scribens, Adhibetur autem ad partus, quod ii maturescunt aut septem nonnunquam, aut plerumque novem lunæ cursibus: qui quia mensa spatia conficiunt, menses nominantur. [Dionys. A. R. 4, 15: Εἰλειθυίας, ἣν Ῥωμαῖοι καλοῦσιν Ἥραν φ.] || Φωσφόρος, substantive, [λαμπρὸς ἀστὴρ, Hesych.] Lucifer, Stella Veneris. Cic. De nat. deor. 2, [c. 20]: Infima est quinque errantium, terræque proxima, stella Veneris: quæ φωσφόρος Græce, Lucifer Latine dicitur, quum antegreditur solem; quum subsequitur autem, ἕσπερος. [Timæus Locr. p. 96, 97. Manetho 4, 55, 207; 6, 24. Firmicus Astron. 2, 2, ubi docet φωσφόρον ab Ægyptiis dici quæ Romanis Venus. Explicatius Achilles Tat. in Isagoge § 17, p. 136. Dorvill. ad Charit. p. 228.] Quo pertinet hic versus: Ἕσπερε τᾶς ἐρατᾶς χρύσεον φάος Ἀφρογενείας. In VV. LL. φωσφόρου κύκλος, Phaethontis orbis, quintus est planetarum, ὃν οἱ μὲν, Ἀφροδίτης, οἱ δ' Ἥρας προσαγορεύουσι, Quem Veneris quidam vocant, alii Junonis. Quorum verborum auctor ibi non nominatur. Apud Suid. autem habemus hoc nomen de sole, Φωσφόρος, ὁ τὸ φῶς ἀνατέλλων, ὁ ἥλιος. [Verba ὁ ἥλιος om. libri optimi. G. D. Figurate OEcumen. In Apocal. p. 218, 20 Cramer. Jo. Damasc. t. 1, p. 317, E, ἀνέτειλε φ. ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν. Georg. Pisid. B. Pers. 1, 2, φ. λόγῳ. Jo. Tzetz. ap. Cramer. Anecd. Oxon. vol. 3, p. 306, 17: Ἀστὴρ ἑῷος ὁ ἐμὸς, ὁ φεραυγὴς φ. Hase.]

[Φωσφόρος, ὁ, Phosphorus, n. pr. in inscrr. Atticis ap. Bœckh. 267, 284. G. D. *Phosphor.* bis scriptum litteris cursivis ap. Avellin. *Osserv. sopra alcune iscr. graffite sulle mura di Pompei*, ed. Neap. 1841, p. 25. Hase.]

[Φωσφόρος, ἡ, n. pr. navis Atticæ in inscr. navali I, a, 17.]

[Φώσων, ωνος, ὁ. HSt. s. v. Φῦσα:] Denique Φώσων quoque Eustath. [p. 1151] ἀπὸ τῆς φύσης derivat, quoniam φυσώμενος πλησιστίῳ ἀνέμῳ, ἐνεργεῖ. Est enim φώσων, Velum, Carbasus. [Suidas: Φώσωνος, τοῦ ἀρμένου.] Hesych. esse dicit ἄρμενον lineum. Apud quem est scriptum Φώσσων cum σσ [ut ap. Moschop. Περὶ σχεδ. p. 42]. Itidemque Pollux 7, [71] de lineis vestibus loquens, Ἔστι δὲ, inquit, καὶ ὁ φώσων Αἰγύπτιος, ἐκ παχέος λίνου. [De Ægyptiaca voc. origine v. Jablonsk. Opusc. vol. 1, p. 384.] Quibus addit, ἦπου δὲ καὶ ἡμιφασώνιον. Ubi observa obiter hanc etiam vocem Ἡμιφασώνιον. Sed pro Velo affert Etym. (scribens et ipse duplici σ) ex isto Lycophr. versu [26]: Ἄφλαστα καὶ φώσσωνας ὠργυωμένους. Repono enim ἄφλαστα pro ἄλφιτα. [« Nam ita et Lycophronis exemplaria habent» addit HSt. in Ms. Vindob. Georg. Pachym. Mich. Pal. p. 286, A: Τοὺς φώσσωνας διαπετάσαντες· et p. 286, E. Andron. Pal. p. 15, B: Τῷ ὑπὲρ τῆς εἰρήνης ζήλῳ ὥσπερ τινὶ φώσσωνι κουφιζόμενος.] Habet item Φωσσώνιον, quod vult esse etiam προσώπου ἐκμαγεῖον. Unde VV. LL. interpr. Linteum quo facies detergitur, Sudariolum [ex Luciani Lexiph. c. 2, ut videtur: Στλεγγίδα, βύρσαν καὶ φωσώνια (alii libri φωσσώνια). Phot. Bibl. p. 349, 20: Κρήδεμνον, φωσώνιον.] Sed Φωσώνιον dicitur et Solarium, s. Horarium, παρὰ τὸ φῶς, ut in lisdem annotatur, afferentibus ex Censorino: P. Corn. Nasica censor ex aqua fecit horarium, quod et ipsum a consuetudine noscendi horas sole, solarium cœptum vocari. Sic autem Etym. et Suidas testantur φωσώνιον appellatum et quod Romani vocarent ὡράριον. Perperam enim in vulg. editt. Suidæ scriptum est ὡράριος pro ὡράριον.

|| Dicitur etiam Φάσσων, ut quidem VV. LL. tradunt. Ita enim in illis scribitur: Dicitur etiam φώσσων ac φάσσων. Et φάσσωνας exponunt grammatici, Carbasina lintea, et τὰ λαίφη, τὰ ἄρμενα, παρὰ τὸ φῶ τὸ λαμπρύνω, quoniam alba et splendida: vel παρὰ τὸ φυσᾶσθαι ὑπ' ἀνέμων, φύσσωνες et φώσσωνες. Sunt autem hæc ex Varino sumpta, quæ illum ex schol. quopiam [« Lycophronis » HSt. in Ms. Vindob.] habere puto, sed cui quantum hic fidei tribuendum sit dubito. Legimus quidem certe ἡμιφασώνιον cum α itidem, in illo quem protuli Pollucis loco; sed suspecta et ibi hæc scriptura esse possit. [Recta utriusque voc. scriptura est per ω.]

[Φώσωρις, gl. ap. Suidam sine expos. posita, de qua Bernhard.: « Opinor Φώσωρις genitivus. Fossoris locus et munus quodpiam infimo fere gradu fuit in ecclesia vetustissima. Vide Maii Spicil. Rom. vol. 9, 133. In ed. Mediol. Φώτωρις. Supra male Φόσιρις, ὄνομα κύριον. »]

Φωταγωγέω, quod itidem [ut φωτίζω] pro Illumino, et pro Instituo in divinis, Bud. ex Dion. Areop. affert. Idem postquam dixit φωταγωγῶ σε usurpari pro Præluceo tibi, Illumino te, profert hæc verba ejusdem Dion. Areop., in quibus tamen habetur passiva vox, non activa: Ἀλλὰ τοῦ Χριστοῦ τὰς ἀγαθοποιοὺς ἀκτῖνας παραδεχόμενοι, πρὸς αὐτῶν ἐπὶ τὰς ἀγαθουργίας αὐτοῦ φωταγωγηθῶμεν. [Ammon. in Catena in Joann. c. 1, p. 19: Ἡ σάρκωσις τοῦ μονογενοῦς φωταγωγεῖ τοὺς ἀνθρώπους πρὸς τὴν ἀληθῆ θεογνωσίαν. Suicer. Maccab. 4, 17, 5: Σὺ (mater septem martyrum) τοὺς ... παῖδας φωταγωγήσασα πρὸς τὴν εὐσέβειαν. « Cyrill. Hieros. p. 130. Clem. Alex. p. 147: Οἱ τυφλοὶ (δέονται) τοῦ φωταγωγήσοντος. » Wakef. Nicet. Eugen. 2, 324: Λαμπὰς σελήνης, φωταγώγει τὸν ξένον. Boiss. OEcumen. In Apoc. p. 352, 11 Cramer. Theodoret. Gr. affect. cur. p. 187, 15 Gaisf. Macar. Homil. p. 518, 33. Marcus Erem. Opp. p. 956, E. Athanas. t. 2, p. 447, D, σταυρὸς ἀναλάμψας ἐφωταγώγησε. Georg. Pisid. Vita Anast. p. 305, 5, ἵνα φωταγωγοῖντο. Amphiloch. Orat. p. 44, 4, φωταγωγηθῆναι, et p. 50, C, φωταγωγῶν. || Visum reddo. Actt. SS. Petri et Pauli ap. Tischend. Actt. Apost. apocr. p. 3, εἶδον αὐτὸν τυφλοὺς φωταγωγοῦντα. Propria signif. Achmes Onirocr. p. 137, 24: Ὅσα φῶτα φωταγωγήσωσιν οἶκον, Collustraverint. Hase.]

[Φωταγωγὴς, ὁ, ἡ, legitur ap. Eustath. Comment. in Joann. Damasc. § 12: Φωταγωγὲς χωρίον. Boiss. Forma vitiosa.]

[Φωταγωγητὸς, ὁ, ἡ, Illuminatus. Theophyl. Bulg. vol. 3, p. 724.]

Φωταγωγία, ἡ, q. d. Lucis s. Luminis allatio. [Eustath. Opusc. p. 238, 80: Φ. καὶ φωσφορία. De lucernis s. lampadibus Anon. Combefis. in Lacapeno n. 27: Τὰς τῆς πόλεως ἐκκλησίας πέπλοις διαφανέσι καὶ φ. λαμπραῖς κατακόσμει· 48: Φ. μεγίστης προαγούσης. Duc.] Et Illuminatio, ut Bud. vertit ap. Greg. Naz., a quo nomen hoc dici ait et de virginibus quinque lampadephoris. [Epiphan. De Hær. 1, 51. Greg. Naz. t. 1, p. 676, D. Jo. Damasc. t. 2, p. 907, B. Anon. De transl. corp. Greg. Naz. Actt. SS. Maii t. 2, p. 767, D. Theodoret. Gr. aff. cur. p. 54, 3. Greg. Nyss. t. 1, p. 190, C; 194, C; 203, D; 316, D. Athanas. t. 2, p. 578, F, τὴν τῶν γραφῶν φ. Hase.]

[Φωταγωγικὸς, ἡ, ὸν, Illuminandi vim habens. Φ. τάξις ap. Dionys. Areop. Eccl. Hierarch. c. 1, 6, p. 309: Τῶν ἱερῶν φ. τάξις, Sacerdotum ordo illuminatorius. Sic autem vocat ordinem sacerdotum, quos oportet concionibus populum illuminare. Φωταγωγικὰ vero sunt Preces pro illuminatione. Typicum Sabæ c. 5, p. 5: Τὸ φ. ὅτε ὑπάρχει ἀλληλουΐα. Menologium mense Martio sæpe habet φωταγωγικὸν τοῦ ἤχου. Ita etiam Triodium. Suicer. Alia collegit Ducang.]

Φωταγωγὸς, ὁ, ἡ, Lucem adducens, afferens. Nam ab Hesych. exp. ὁ τὸ φῶς φέρων. [Φ. ἄγγελοι Barnabas § 18. Valck. Theodoreto Θεραπευτ. Serm. 10, Apostoli vocantur ξεναγοὶ καὶ ποδηγοὶ καὶ φωταγωγοί. Suic. Mich. Syncell. Laudatione Dionysii Ar. p. 380, antepen.: Τῷ οἰκείῳ καθηγεμόνι καὶ φωταγωγῷ. Sic enim lego pro edito φοιταγωγῷ. Boiss. Clem. Al. p. 59: Τὸν κόσμου δημιουργὸν, τὸν ἡλίου φωταγωγόν.] Et substantive, ἡ φωταγωγὸς, Fenestra. Lucian. [Symp. c.

20] : Διὰ τῆς φωταγωγοῦ. [Et Hipp. c. 7, De domo c. 6. « Theodoret. Serm. 4 ad Græc. : Ἃ διὰ τῶν φ. εἰσβάλλων ὁ ἥλιος δείκνυσι. » Ducang. Excerpsit hæc Suidas non nominato Theodoreto, ubi male εἰσβαλλόμενα. || Φωταγωγὸς, Lucerna, Lampas, in Gl. Luminarium. Cyrillus Scythopol. in Vita Euthymii n. 147 : Σὺν ἐλαίῳ τῆς φωταγωγοῦ πίνουσα. Typicum Ms. Monasterii τῆς κεχαριτωμένης c. 38 : Τὰς τοῦ ναοῦ φωταγωγοὺς ἀναπτούσης. Ducang.]

Φωταύγεια, ἡ, Splendor, ἡ λαμπρότης, ut Suidas exp. [Φωταυγία est in Constant. Cerim. p. 752, et ap. Zonar. Lex. p. 1836.] Sonat autem φωταυγὴς s. φωταυγὸς, q. d. Lucidum splendorem habens, Lucide splendidus : et φωταύγεια itidem, q. d. Lucidus splendor, quum sint ex φῶς et αὐγή. [Jo. Climac. p. 496, 26, φωταυγείας ἀπέλαυσας. Hase.]

[Φωταυγέω, Lucem emitto. Const. Manass. Chron. 135 : Ἥλιος φαύσας καὶ φωταυγήσας.]

Φωταυγὴς [ap. Eustath. Opusc. p. 202, 20 : Κρύπτει ἐντὸς τὸ φωταυγές], et Φωταυγὸς, ὁ, ἡ, ap. Suid. Splendidus. [Non legitur Φωταυγὴς apud Suidam, cujus glossæ Φωταύγεια· ἡ λαμπρότης, quod vulgo additum est καὶ φωταυγὸς omittit codex Leid., in margine habet cod. Paris. A. Apud Zonar. p. 1836 est Φώταυγος, ὁ ἥλιος. G. D. Nilus Epist. p. 203, 5. Joseph. Can. de S. Tychone Actt. SS. Junii t. 3, p. 96, C, τόπος φ. Jo. Damasc. t. 2, p. 802, E, τὸ φωταυγὲς τῆς νεφέλης· sed Nicet. Dav. Paraphr. Greg. Naz. p. 69, 22 Dronk., φωταυγὸν πνεῦμα. Hase.]

[Φωταψίαι, αἱ, Sumptus in lumina ecclesiæ, in Novella Basilii Porphyrog. Vid. Gloss. med. Latin. s. v. Luminaria. Ducang.]

[Φωτειδὴς vitiose pro φωτοειδὴς, quod v.]

[Φωτεινὴ, ἡ, Photina, n. pr., eodem quo adjectivum accentu : v. Etym. M. p. 276, 53. Photina quædam Samaritana memoratur in Actis Sanctorum et in Martyrio ejus in cod. Vindob. : v. Harles. ad Fabr. Bibl. Gr. vol. 9, p. 226.]

[Φωτεινοειδὴς, ὁ, ἡ, Lucido similis. Schol. Eurip. Hipp. 740 (735 Matth.) : Διὰ τὸ καὶ τὸ δάκρυον αὐτῶν (Heliadum) φ. λέγεσθαι εἶναι ἤλεκτρον ὀνομαζόμενον. Schol. Dionys. Thr. in Bekk. Anecd. p. 754, 22 : Ὡς εἶναι αὐτὴν (τὴν τοῦ ἀνθρώπου φωνὴν) φ. τινὰ, τὴν φωτίζουσαν καὶ σαφηνίζουσαν τὰ ἐντὸς τοῦ νοῦ.]

Φωτεινὸς, ἡ, ὸν, Lucidus. E Xenoph. [Mem. 4, 3, 4], φ. ἥλιος. [Ib. 3, 10, 1 : Τὰ σκοτεινὰ καὶ τὰ φ. σώματα. Sirac. 17, 25 : Τί φωτεινότερον ἡλίου; 23, 26 : Ὀφθαλμοὶ ἡλίου φωτεινότεροι. Improprie Plutarch. De puer. educ. p. 9, B : Ἵνα τῷ παραδείγματι φωτεινότερον ποιήσω τὸν λόγον. In libris interdum φωτινὸς scriptum, ut ap. Iambl. De myster. 2, 4, p. 45, 49, et Soran. De morb. mul. p. 219, frequenti in adjectivis in εινος vitio, de quo dixit Lobeck. Pathol. Proleg. p. 190. Rectam scripturam agnoscit Chœrob. in Cram. An. Ox. vol. 2, p. 179, 25 : Φῶς φωτός φωτεινός καὶ τὸ κτητικὸν ὄνομα ὁμοίως φωτεινός διὰ διφθόγγου, ubi pro κτητικὸν exspectes potius κύριον, quod restituit Lobeck. l. c. Suspecta Hesychii gl. est qua φώτιον, quod deminutivo simile est, exp. per προσφιλὲς, ἡδύ. G. D. OEcum. In Apoc. p. 407, 24 Cram. Moschion De pass. mul. p. 32, 21, τόπος φ. Orig. t. 3, p. 564, C, ἡ φ. νεφέλη. Justin. Mart. p. 74, C, ἄστρον. Evang. Marcion. p. 438, 21 Thil., σῶμα φ. Hase.]

[Φωτεινὸς, ὁ, Photinus, n. pr. ap. Suidam. Fuit Episcopus Sirmiensis, seculo quarto, de quo v. locos scriptorum collectos ab Fabr. B. Gr. vol. 9, p. 222, qui de aliis Photinis dixit ib. p. 226, quibus addendus Photinus memoratus ab Mich. Glyca Annal. p. 275, D. || Φωτεινιανοὶ, οἱ, Photiniani, Photini episcopi sectatores, hæretici : v. Epiphan. vol. 1, p. 828. Male Φωτιανοὺς ap. Socr. H. E. 4, 12, p. 225. G. Dindorf.]

[Φωτεμβολέω, Lucem immitto. Clem. Alex. Str. 5, p. 563 : Τῷ φωτεμβολεῖν (τὴν λυχνίαν) πολυτρόπως ... τοὺς εἰς αὐτὸν πιστεύοντας· 667. Suicer.]

[Φωτία· λαμπρία· καὶ τὸ ὄμματα, gl. corrupta Hesychii. Nam quæ de voc. φωτία, ἡ, Focus, Ignis, Lux, ex recentiorum Græcorum scriptis collegit Ducang., non huc pertinent.]

[Φωτίγγιον. V. Φῶτιγξ.]

Φῶτιγξ, [ὁ vel ἡ,] et demin. Φωτίγγιον, τὸ, Fistulæ genus quoddam. Vide Eustath. et Hesych. [Athen. 4, p. 182, D : Οἱ καλούμενοι λώτινοι αὐλοὶ οὗτοί εἰσιν οἱ ὑπὸ Ἀλεξανδρέων καλούμενοι φώτιγγες. Κατασκευάζονται δ' ἐκ τοῦ καλουμένου λωτοῦ· ξύλον δ' ἐστὶ τοῦτο γινόμενον ἐν Λιβύῃ· quæ excerpsit Eustath. p. 1157, 43. Plut. Mor. p. 961, E : Κηλοῦνται μὲν ἔλαφοι καὶ ἵπποι σύριγξι καὶ αὐλοῖς, καὶ τοὺς παγούρους ἐκ τῶν χηραμῶν ἀναχαλοῦνται βιαζόμενοι ταῖς φώτιγξι· ubi femininum est, ut ap. Athen. 4, p. 176, C : Ἀπέχεις τὸν τῆς φώτιγγος μνημονεύοντα, licet mascul. præcedat p. 175, E : Ἰόβας Αἰγυπτίους φησὶ λέγειν τὸν μόναυλον Ὀσίριδος εἶναι εὕρημα, καθάπερ καὶ τὸν καλούμενον φώτιγγα πλαγίαυλον .... Ἐπιχωριάζει γὰρ καὶ ὁ φῶτιγξ αὐλὸς παρ' ἡμῖν (i. e. Alexandrinis). Hesych. : Φῶτιγξ, αὐγὴ, σῦριγξ, φλόγιος (πλάγιος Guyetus; probabilius λώτινος Jacobs. ad Ælian. N. A. 6, 31, p. 225, ex Athenæo et Eustathio) αὐλὸς, ὡς (ὡς delendum) εἶδος σάλπιγγος. « Distinguere videtur Nicom. Geras. Harm. p. 8, B, τοὺς πλαγιαύλους μετὰ τῶν φ. » Hase. || Demin. Φωτίγγιον, τὸ, ap. Posidon. Athen. 4, p. 176, B : Φ. καὶ μοναύλια. Ælian. N. A. 6, 31 : Τοὺς παγούρους φωτιγγίῳ (ὄνομα δὲ ὀργάνου τοῦτο) αἱροῦσιν. Zonar. p. 1838 : Φωτίγγιον· ὄρνεον, ubi ὄργανον recte Tittmann. || Subst. Φωτιγγιστὴς, ὁ, affertur ex Gl. ap. Salmas. in annot. ad Scriptores Hist. Aug.]

[Φωτίδας, ὁ, Photidas, n. pr. ap. Diog. L. 3, 22.]

Φωτίζω, [Luceo. Theophr. De igne § 30 : Ὁ ἄνθραξ οὐ φωτίζει ὥσπερ ἡ φλόξ. Nicand. ap. Athen. 15, p. 684, D : Ἀστέρα φωτίζοντα.] Lucidum reddo, Illumino, Illustro. Galen. : Ἡ δ' αὐγὴ παραχρῆμα τῷ φωτίζοντι συναπέρχεται. [Diodor. 3, 47 : Τὸν ἥλιον δοκεῖν καιναῖς ἀκτῖσι φωτίζειν τὸν κόσμον. Sextus Emp. p. 36 : Τὸν ἥλιον .. πάντα ἀθρόως φωτίζοντα· 664 : Πεφωτισμένος ἐξ ἡλίου ἀήρ.] Item pro Illuminare spiritualiter oculos mentis, in N. T. Et pass. quoque ap. Paul. [Ephes. 1, 18] : Πεφωτισμένους τοὺς ὀφθαλμοὺς τῆς διανοίας. Idem dixit etiam φωτίσαι pro Illuminando patefacere, s. docere, Ad Ephes. 3, [9] : Καὶ φωτίσαι πάντας τίς ἡ κοινωνία κτλ., ubi tamen redditur ab Erasmo et a doctiss. Interpr. Et in lucem proferendi omnibus, quæ sit etc. Apud Suid. quidem certe [εἰς φῶς ἄγειν, ἐξαγγέλλειν] pro In lucem proferre, Patefacere, Divulgare, sed cum accus. rei, Φωτίζειν τὸ ἀπόῤῥητον [ex loco, ut videtur, Polybii, qui pariter 23, 3, 10 dixit : Ἐφώτισε τὴν ἑκατέρων αἵρεσιν· et 30, 8, 1 : Γράμματα ἑαλωκότα καὶ πεφωτισμένα, Literæ interceptæ et in lucem prolatæ. Lucian. De cal. c. 32 : Ὑπὸ τῆς ἀληθείας πεφωτισμένων τῶν πραγμάτων. Oribas. p. 330 ed. Matth. : Ἀκίδας λανθανούσας ἐν θώρακι φωτίσαι. « Clemens Alex. Pædag. 1, 10, p. 130 : Ὁ κύριος διὰ Ἱερεμίου φωτίζει τοῖς πλανωμένοις τὴν ἀλήθειαν, Errantibus patefacit. Ita Epict. Diss. 1, 4, 31, ἀλήθειαν φωτίζειν, Veritatem in lucem proferre, dixit. Sic etiam in Epist. ad Corinth. 1, 4, 5 : Ὁ κύριος φωτίσει τὰ κρυπτὰ τοῦ σκότους. Ad Timoth. 2, 1, 10 : Φωτίσαντος ζωὴν καὶ ἀφθαρσίαν διὰ τοῦ εὐαγγελίου. Metaphorice de spirituali mentis illuminatione Psalm. 19, 9 : Ἡ ἐντολὴ κυρίου τηλαυγὴς φωτίζουσα ὀφθαλμούς. Basilius M. Homil. 31, p. 631 : Τοῖς τῆς διανοίας ὀφθαλμοῖς φωτισθέντες. » Suicer.] Apud Greg. Naz. φωτίζειν et pro Illuminare lumine baptismi, atque adeo pro Baptizare. [Greg. Naz. Or. 39, p. 632, de Christi baptismo : Χριστὸς φωτίζεται, Χριστὸς βαπτίζεται. Canon 3 Concilii Laodic. : Περὶ τοῦ μὴ δεῖν προσφάτως φωτισθέντας προσάγεσθαι ἐντάγματι ἱερατικῷ. Quos Balsamo p. 830 προσφάτως βαπτισθέντας interpretatur. Gregor. Nyss. τῷ βαπτίσματι φωτίζεσθαι dixit. Suicer.] Cui itidem verbale Φώτισμα est Baptismus, sic et Chrysostomo, nec non Dionysio Areopag. Sed et τῶν φώτων ἡμέρα, Dies festus ob baptismum, Bud. ex eod. Gregor. Sonat alioqui φώτισμα, sicut et φωτισμὸς, Illuminatio. [Sic Dionys. Areop. De cœl. Hierarch. p. 14 : Σημείωσαι ὅτι τὸ φ. πρὸ τοῦ βαπτίσματος. Clem. Al. Strom. 5, p. 578 : Φωτισμὸς ἡ μαθητεία κέκληται ἡ τὰ κεκρυμμένα φανερώσασα. Joann. Chrys. Homil. 72, vol. 6, p. 730 : Φωτισμὸς τῆς ἐνθέου διδασκαλίας. Cyrill. Alex. In Joann. p. 985 : Τοῦ διὰ πνεύματος φωτισμοῦ. De baptismo Dionys. Hier. eccles. c. 2, p. 214 : Μυστήριον φωτίσματος. Theophylact. In Marcum p. 229 : Φώτισμα λέγεται τὸ βάπτισμα.

Ita sæpius vocatur a Greg. Naz. Or. 40, quæ est εἰς τὸ ἅγιον βάπτισμα, velut p. 638. Rationem nominis reddit Justin. Mart. Apol. 2, p. 160: Καλεῖται τοῦτο τὸ λουτρὸν φωτισμὸς ὡς φωτιζομένων τὴν διάνοιαν τῶν ταῦτα μανθανόντων. Differunt tamen βάπτισμα et φώτισμα. Hinc Joann. Chrys. Homil. 116, vol. 5, p. 749: Οἱ αἱρετικοὶ βάπτισμα ἔχουσιν, οὐ φώτισμα, καὶ βαπτίζονται μὲν σώματι, ψυχῇ δὲ οὐ φωτίζονται. Hæc et alia multa ex scriptoribus eccles. collegit Suicer. G. D. Jo. Moschus Prat. spir. p. 1158, C, τοὺς κληρικοὺς τοὺς ἐπὶ τῶν φωτισμάτων τεταγμένους. Athanas. t. 2, p. 269, C, τῷ καιρῷ τῶν ἑορτῶν καὶ φ. Hase.] Ab Hesych. tamen φωτισμὸς exp. αὐγή [et τηλαυγὲς, καταυγάζον].

[Φωτικὴ, ἡ, Photica, urbs Epirotica ap. Photium Bibl. p. 163, 9, Hierocl. Synecd. p. 393, 1. Memoratur a Procopio De ædif. Just. 4, 1, et auctore Comment. De Petro et Paullo c. 3: Ἐς ἣς (Ῥώμης) εἰς Μεδιόλανον καὶ Φωτικὴν, πόλεις Ἠπειρώτιδας, ἔρχεται· quos citat Wessel.]

[Φωτίναιον, τὸ, Photinæum. Steph.: Φ. προπαροξυτόνως, πόλις Θεσσαλίας, ὡς Ἑκαταῖος Περιηγήσει Εὐρώπης.]

[Φωτινὸς vitiose pro φωτεινὸς, quod v.]

[Φώτιον. V. Φωτεινός.]

[Φώτιος, ὁ, Photius, n. pr. multorum, inde ab seculo quarto non infrequens in Græcia, quorum indicem v. ap. Fabr. B. Gr. vol. 10, p. 676 seqq. Celebrior ceteris est Photius Patriarcha Cpolitanus, cujus Lexicon, Myriobiblon et alia scripta supersunt.]

[Φώτισμα. V. Φωτίζω.]

[Φωτισμὸς, ὁ, Illuminatio. Sext. Emp. p. 671: Ἡ ἡμέρα κατὰ τὸν ἐξ ἡλίου φ. συμβαίνει, ἡ δὲ νὺξ κατὰ φωτισμοῦ στέρησιν τοῦ ἐξ ἡλίου ἐπιγίνεται. Plutarch. Mor. p. 929, D: Γίνεσθαι τὸν φ. ἀπ' αὐτῆς (τῆς σελήνης)· et p. 931, A. Plur. τοὺς ἐξ ἡλίου καὶ σελήνης φωτισμοὺς schol. Hom. Il. E, 722. Apud LXX Psalm. 77, 17: Ὡδήγησεν αὐτοὺς ἐν φωτισμῷ πυρὸς, et alibi. Metaph. ib. 26, 1: Κύριος φωτισμός μου καὶ σωτήρ μου. Ep. ad Corinth. 2, 4, 6: Πρὸς φωτισμὸν τῆς γνώσεως τῆς δόξης τοῦ θεοῦ· et 4: Εἰς τὸ μὴ αὐγάσαι αὐτοῖς τὸν φ. τοῦ εὐαγγελίου τῆς δόξης τοῦ Χριστοῦ. G. D. Cleomed. De subl. p. 122, 5; 125, 22; 131, 6 Bak. Id. ib. p. 49, 8, τῶν σκοτισμῶν τε καὶ φ. τοῦ ἀέρος· et 109, 14, οἱ τῆς σελήνης φ. Figurate Vita Marthæ Actt. SS. Maii t. 5, p. 409, A, ὁ φ. τῆς ψυχῆς αὐτῆς. Vita Hyp. Ruf. ib. Jun. t. 3, p. 345, B, φωτισθῆναι τὸν φ. τοῦ ἐνδοτάτου ἀνθρώπου. Hase. || De baptismate dictum v. s. v. Φωτίζω.]

[Φωτιστέον, Illuminandum. Gramm. in Boiss. Anecd. vol. 2, p. 385, v. 894.]

[Φωτιστήριον, τὸ, Baptisterium. Acta Concilii Carthag. p. 118: Ἐν τῷ φ. τῆς κατὰ Κωνσταντινούπολιν ἁγιωτάτης ἐκκλησίας. Act. 5 Concilii sub Mena p. 720. Jo. Mosch. Prat. Spirit. c. 207, p. 1158. Hæc et alia ap. Suicer. et Ducang. Joann. Mal. p. 380, 3: Τὸ μέγα φ. In Gl. Φωτιστήρια λυχνικὰ, Luminaria.]

[Φωτιστὴς, ὁ, Illuminator. Greg. Nyss. t. 2, p. 397, C, ὁ τῆς ἀληθείας φ. Hase.]

Φωτιστικὸς, ἡ, ὸν, Illuminandi s. Illustrandi vim habens, q. d. Illuminatorius. In VV. LL. affertur ex Greg. Naz.: Φωτιστικὸν λογικῆς φύσεως. [Etym. M. p. 109, 39: Ἔχει ὁ ἄνθραξ φύσεις δύο, τὸ φ. καὶ τὸ καυστικόν. Schol. Eur. Hipp. 191. « Dionys. Areop. Epist. 8, p. 453, antep., et 454, 3. Schol. Clem. Al. p. 136. Maxim. Capit. Theolog. 5, 95. Mich. Syncell. Laudatione Dionysii Ar. p. 346, 1. » Boiss. Φ. ἑσθὴς vestis alba quam induebant recens baptizati. Vita Bacchi jun. mart. p. 84: Τῆς φ. ἀφαιρεθείσης ἑσθῆτος. « OEcum. In Apoc. p. 327, 23; 404, 6; 437, 20; 459, 24. Anon. Cat. in Psalm. t. 1, p. 459, B. Mich. Acom. Paneg. p. 50, 6 Tafel. Jo. Damasc. t. 1, p. 535, B; t. 2, p. 826, B. Amphiloch. Orat. p. 50, D, ἡ φ. ἡμέρα. Athanas. t. 2, p. 357, C, τὴν ἁγιαστικὴν καὶ φ. ζωήν. » Hase. || Adverb. Φωτιστικῶς, Eust. p. 122, 2. Seager. Gregor. Thaum. in Annunt. p. 57 ed. 1601. Boiss.]

[Φωτοβλῦσία, ἡ, Lucis effusio. Andreas Cret. p. 50. Kall. Mich. Syncellus Laudatione Dionysii Ar. p. 362, 7. Boiss.]

[Φωτοβολέω, Lucem emitto. Gregent. Disput.: Τὰ στοιχεῖα ἐν τῷ στερεώματι τοῦ οὐρανοῦ φωτοβολεῖν. Angl. Pseudo-Chrysost. t. 5, p. 877, 43 Savil. Hase.]

[Φωτοβόλημα, Lucis emissio. Const. Manass. Chron. 36: Ἐφυγαδεύθη τῷ πυρσῷ τῶν φ.]

[Φωτοβολία, ἡ, idem. Μαρμαρυγαῖς per φωτοβολίαις exp. schol. Par. Apoll. Rh. 4, 725.]

[Φωτοβόλος, ὁ, ἡ, Lucem emittens. Anonym. Hymn. in Virg. 22. Angl. Hesych. Presb. Centur. p. 1013, B, φ. ἡ τοῦ νοῦ φυλακή. Hase.]

[Φωτοβρύτης, ὁ, Luce abundans. Const. Manass. Chron. 4955: Λίθον μέγαν στίλβοντα πυράκην φωτοβρύτην.]

[Φωτογονία, ἡ, Lucis generatio. Dionys. Areop. Epist. 9, p. 797=468: Ἀπαυγασμάτων προαγωγικαὶ φωτογονίαι. Suicer.]

Φωτοδοσία, ἡ, q. d. Luminis præbitio, Illuminatio, Bud. ex Dionysio Areop. [Cœl. Hierarch. c. 9, p. 59 med.; c. 13, p. 69, 6 a fine. Boiss. Anon. Cat. in Psalm. t. 1, p. 352, A. Jo. Damasc. t. 2, p. 907, B, φ. ψυχῶν. Antioch. Homil. p. 1223, A, τῆς νοητῆς φ. Hase.]

Φωτοδότης, ὁ, Lucis dator, Qui lucem s. lumen præbet. Quo vocab. exponi φωσφόρος ab Hesych. docui supra. [Simpl. ad Epict. p. 47: Φ. ὁ ἥλιος. « Eustath. Comment. in Joann. Dam. § 12. » Boiss. Nicet. Dav. Paraphr. Greg. Naz. p. 33, 4. Epiphan. t. 1, p. 896, A. Athanas. t. 2, p. 432, D, ὁ τῶν ἐμῶν ὀφθαλμῶν φ. Greg. Naz. t. 2, p. 174, 93, Χριστοῦ φωτοδότα. Hase. Et Synes. Hymn. p. 324, A; 339, D: Σὺ δὲ φωτοδότας φωτὸς νοεροῦ.]

[Φωτοδότις, ἡ, Lucis datrix. Dionys. Areop. p. 144. Kall.]

[Φωτοδόχος, ὁ, ἡ, Lumen recipiens. Φ. λαμπάδα Græcum Rituale in *Classical Journal* fasc. 44, p. 371. Φ. ἀγγεῖα, Lucernæ, ap. Ducam Hist. Byz. p. 164, D. G. Dind. Et ap. Mich. Glycam Epist. 14 init. Boiss.]

[Φωτόδωρος, ὁ, ἡ, i. q. φωτοδότις apud Mich. Syncellum Laudatione Dionysii Areop. p. 350: Φ. παραίνεσις. Boiss.]

[Χαμιάτη, ἡ, Chamiate, n. pr. feminæ in tit. Palæst. C. I. vol. 3, p. 265, n. 4620, 4. Hase.]

[Χαμῖτις, ιδος, ἡ.] Χαμαῖτις Suidæ ὄνομα ἀμπέλου, pro quo ap. Eust. [recte] scriptum Χαμῖτις : ait enim p. 1163, 19 : Ἄμπελος χαμῖτις [ap. Eustath. male χαμίτης] ἐλέγετο ἡ χαμαὶ κειμένη, ita ut χαμῖτις s. χαμαῖτις ἄμπελος dicatur Vitis quæ humi serpit, nec ullis adminiculis a terra attollitur et sustentatur. [Χαμῖτις ἄμπελος, Geopon. 3, 1.]

[Χαμόγαιος, ὁ, ἡ, Humilis. Hesych. : Ἐπίπεδον· ἐπὶ τὴν γῆν, χαμόγαιον. Frustra Reisk. χαμόκοιτον. Comparandum Χαμαίγειος, quod inter composita cum χαμαὶ memorat Etym. M. p. 806, 25, in cod. Voss. ap. Gaisford., quæ melior vocabuli forma est quam χάμαίγαιος, quod v. G. Dind.]

[Χαμοδικαστής. V. Χαμαιδικαστής.]

[Χαμόθεν. V. Χαμᾶθεν.]

Χαμόκοιτος, ὁ, ἡ, etiam affertur pro Humi dormiens. Itidemque Χαμοκοιτέω pro Humi cubo. [Cod. Pseud. V. T. p. 703.] Sed videndum ne pro iis reponi debeat χαμαίκοιτος et χαμαικοιτέω. [Relinquendæ hæ formæ aliaque cum χαμο— composita inferiorum temporum scriptoribus.] Apud Hesych. vero legitur et Χαμώκοιτος, itidem pro ὁ εἰς τὴν γῆν κοιμώμενος. [Vitiose pro Χαμόκοιτος, ut in precedente gl. Χαμώθεν (hoc accentu) scriptum pro χαμόθεν.]

[Χαμός. V. Χαβός.]

[Χαμοσόριον, τὸ, Arca mortuaria humilis. Const. Porphyrog. De cærim. aulæ Byz. vol. 1, p. 646, 17 Bonn. Hase.]

Χαμουλκοὶ, αἱ, dicuntur Machinæ quibus naves subducuntur, i. e. ex mari in terram pertrahuntur, ut trochleæ sunt cum funibus tractoriis. Sunt qui interpretentur Pulvinos; ajunt enim, Isidorum lib. 19 pulvinos vocare Machinas quibus naves in portum deducuntur aut subducuntur : quum tamen Pulvinorum et Pulvinarium nomine videantur potius intelligenda esse Ea quæ jam in terram subductis navibus subjiciuntur, veluti quiescentibus τὰ προσκεφάλαια, i. e. Palangæ. Pollux 7, [191] : Τὰ δὲ τῶν νεῶν ξύλα, οἷς ὑποβληθεῖσιν ἑφέλκονται αἱ νῆες, φάλαγγες καὶ φαλάγγαι· αἱ δὲ καλούμεναι χαμουλκοὶ, μηχαναὶ δι' ὧν εἵλκοντο. Iidem sunt ὁλκοί. [Chamulcus, i. q. Traha, Ammian. 17, 4.]

[Χαμοφοίτης, ὁ, nomen, ut videtur, proprium, in inscr. vasculi ap. Bœckh. 546, vol. 1, p. 489, ubi genit. Χαμοφοίτου.]

[Χαμύνη, ἡ, cognomen Cereris apud Eleos. Pausan. 6, 20, 9 : Ἱέρεια Δήμητρος Χαμύνης· 6, 21, 1 : Ἐπὶ τῷ πέρατι τοῦ ὄρους ἱερὸν πεποίηται Δήμητρι ἐπίκλησιν Χαμύνῃ· καὶ οἱ μὲν ἀρχαῖον τὸ ὄνομα ἥγηνται· χανεῖν γὰρ τὴν γῆν ἐνταῦθα τὸ ἅρμα τοῦ Ἅδου, καὶ αὖθις μύσαι· οἱ δὲ Χάμυνον ἄνδρα Πισαῖον Πανταλέοντι ἐναντιούμενον τῷ Ὀμφαλίωνος τυραννοῦντι ἐν Πίσῃ, καὶ ἀπόστασιν βουλεύοντι ἀπὸ Ἠλείων, ἀποθανεῖν φασιν αὐτὸν ὑπὸ τοῦ Πανταλέοντος, καὶ ἀπὸ τοῦ Χαμύνου τῆς οὐσίας τῇ Δήμητρι οἰκοδομηθῆναι τὸ ἱερόν.]

[Χάμψαι, οἱ. Ita Ægyptiorum sermone dicebantur crocodili, teste Herodoto 2, 69 : Καλέονται δὲ οὐ κροκόδειλοι, ἀλλὰ χάμψαι. Eaque vox etiamnum in Copt. libris occurrit, Lev. 11, 29, ubi in Græco est ὁ κροκόδειλος ὁ χερσαῖος. Crocodilus itaque sermone Ægyptiorum dicitur *Amsah*, quod est Herodoti χάμψα, si nempe aspirationem demseris. In vocabulario Copt. Gr. Biblioth. Reg. Paris., quo vocabula Dialecti Theb., vel, ut hodie nuncupatur, Sahid., Græce reduntur, scriptum reperi, *krokodeilos pemsah*. (Conf. Jablonsk. Panth. vol. 3, p. 70. De nomine crocodilorum χάμψαι pauca dederunt Zoega p. 11, et Michaelis Suppl. Lex. Hebr. p. 1429 in notis. Voc. Χάμψαι non Ægyptiacæ originis esse, sed Arabicæ, contendit Wilkins. De L. Copt. p. 101. Repugnare ei videtur Herodot. Et est vero admodum simile Arabes nomen, quo crocodilus appellatur, accepisse ab Ægyptiis, quorum regio inprimis alebat crocodilos. Conf. Silvestre de Sacy Obs. de origine nominum Pyramidibus datorum p. 7, 8. Tewater.) Ab hac crocodili voce nomen videtur accepisse urbs vel insula in Nilo, supra Elephantinen quondam sita, Ταχομψὼ, memorata Herodoto 2, 29. Ap. Steph. Byz. legitur Ταχεμψὼ, quam lectionem utique præferendam putem. Sic etiam scribitur apud Melam 1, 9. Ptolemæus, forte ex vitioso codice, eandem appellat Μετακομψὼ, Geograph. 4, 5. Significat autem Ταχεμψὼ Civitatem vel Insulam Crocodilorum. Jablonsk. Opusc. vol. 1, p. 387. Κροκοδείλων πόλις dicta Herodoto 2, 148, ubi alia Valcken. Ap. Steph. Ταχομψὼ legi vult Holstenius, quum ipse Ethnicographus deinde scripserit Χομψὼ, de eadem insula locutus, male primam syllabam Τα pro artic. accipiens. Idem placuisse Salmasio, quod tamen carpitur a Gronovio, monet Rycquius in notis Mss., quas castigationibus Holstenii p. 358 adlevit. Tewater.]

[Χαμών. V. Χαυών.]

[Χαμὼς, ὁ, Chamos. Suidas : Χ. θεὸς ἦν Τυρίων καὶ Ἀμμανιτῶν, ὥσπερ ἡ Ἀστάρτη θεὸς Σιδωνίων, οἷς ἐλάτρευσε Σολομῶν. Quæ repetita sunt ex gl. Σολομῶν, βασιλεὺς Ἱερουσαλήμ. Theodoret. In Reg. 3, 11 : Ὠκοδόμησε γὰρ ὑψηλὸν τῷ Χαμὼς εἰδώλῳ Μωὰβ καὶ τῷ Μελχὼλ εἰδώλῳ υἱῶν Ἀμμὼν καὶ τῇ Ἀστάρτῃ βδελύγματι Σιδωνίων. Χαμὼς, idolum Moabitarum, memoratur Jerem. 48, 7. Zonaras Lex. p. 1840 : Χαμώς· εἴδωλον, βδέλυγμα.]

[Χὰν Dor. pro χὴν, quod v.]

[Χανά· κόσμησις, gl. obscura Hesychii.]

[Χαναὰν, ἡ, Chanan, nomen indeclinabile regionis cis Jordanem sitæ, cujus frequens in libris V. T. mentio fit, bis in N. T. Act. 7, 11 : Ἦλθε λιμὸς εἰς ὅλην τὴν γῆν Αἰγύπτου καὶ Χαναάν· 13, 19 : Ἐν γῇ Χαναάν. Nomen derivatur ab Chanaano Chami filio, Noeï nepote. Joseph. A. J. 1, 6, 2 : Χανάανος τέταρτος ὢν Χάμου παῖς τὴν νῦν Ἰουδαίαν καλουμένην οἰκήσας ἀφ' αὑτοῦ Χαναναίαν προσηγόρευσε. Nomen regionis Χαναναία ib. 1, 7, 1; 5, 1; 9, 10, 11 (Steph. Byz. s. v. Ἑβρών : Ἐν Χαναναίᾳ τῆς Ἰουδαίας), et incolarum Χαναναῖοι, οἱ, 4, 1; 4, 8, 44; 5, 1; 8, 6, 3. Γυνὴ Χαναναία ap. Matth. 15, 22. Suidas : Χαναάν· ὄνομα κύριον· καὶ ἐξ αὐτοῦ Χαναναῖοι. Quibus verbis adjungenda sunt quæ nunc interjectis aliis infra leguntur : Καὶ θηλυκὸν Χαναναία. Καὶ Χανανῖτις γῆ. G. D. Χανανῖτις γλῶττα, Severus in Maii Collect. Vat. vol. 9, p. 730. Osann.]

[Χαναβίς· ἄλης. || Χαναάμ· σάλος. || Χανακές· ἐπιεικές. || Χαυάκτιον· τὸ μωρὸν Δωριεῖς, gll. obscuræ et partim corruptæ Hesychii.]

[Χαναράγγης, ὁ, nomen dignitatis Persicæ, apud Procopium De bello Persico p. 15, A : Τῶν τις ἐν Πέρσαις λογίμων, ὄνομα μὲν Γουσαναστάδης, Χαναράγγης δὲ τὸ ἀξίωμα· εἴη δ' ἂν ἐν Πέρσαις στρατηγὸς τοῦτό γε· 19, C : Τῆς τοῦ Χαναράγγου ἀρχῆς· et p. 67, A. Nomen proprium est apud eundem De bello Goth. p. 539, B : Περσαρμένιον ἕτερον, Χαναράγγην ὄνομα· et ib. D; 540, C, D.]

[Χανδά. V. Χανδόν.]

[Χάνδανάκη, ἡ, Chandanaca. Steph. Byz. : Χ., πόλις Περσική. Ἑκαταῖος Ἀσίας περιηγήσει. Τὸ ἐθνικὸν Χανδανακηνός.]

[Χανδάλη. V. Ἀγριοκολοκύνθη.]

[Χανδάνη, ἡ, Chandana. Steph. Byz. : Χ., πόλις Ἰαπυγίας. Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ « Ἐν δὲ Χ. πόλις, μετὰ δὲ Πευκαῖοι. »]

Χανδάνω, poetice, Capio, i. e. Capax sum, factum ex Χάδω, s. Χαδῶ, de quibus supra, [« ut ἀνδάνω ex ἥδω » addit HSt. in Ms. Vindob. Hesych. : Χανδάνειν· χωρεῖν, δέχεσθαι. Hom. Il. Ψ, 742 : Κρητὴρ ἓξ μέτρα χάνδανεν· Od. P, 344 : Ἄρτον ... ἑλὼν ... ἐκ κανέοιο καὶ κρέας, ὥς οἱ χεῖρες ἐχάνδανον ἀμφιβαλόντι. Theocr. 13, 57 : Ῥόπαλον, τό οἱ αἰὲν ἐχάνδανε δεξιτερὰ χείρ. Aristoph. Ran. 260 : Κεκραξόμεσθα ὁπόσον ἡ φάρυγξ ἂν ἡμῶν χανδάνῃ· quod schol. exp. ἀντὶ τοῦ δύνηται καὶ ἐξισχύῃ. Bianor Anth. Pal. 7, 644 : Κωκύσασα γὰρ ὅσσον ἐχάνδανε μητρὸς ἀνίη. De perf. κέχανδα et aor. ἔχαδον v. s. v. Χάζω.]

[Χανδόθεν, Hiatim aut Hianter, i. e. Ore et faucibus hiantibus. Hippocr. p. 272, 33 : Καὶ αὖθις ὄχλος πολὺς (turbatio multa) χανδόθεν ἕλκοι (legitur ἕλκει). Foes. Voc. suspectum.]

Χανδὸν quoque a χαίνω derivatum est, significans Ore hiante, Faucibus hiantibus, Faucibus magno hiatu diductis. [Etym. M. p. 806, 30 : X., ἀθρόον, ἁπλήστως, χωρητικῶς· ubi cod. Voss. addit, ὡς παρὰ τὸ φαίνω φανδὸν καὶ ἀναφανδὸν, οὕτως παρὰ τὸ χαίνω τὸ χάσκω χανδόν. Per ἁπλήστως exp. etiam Gl. Matthæi p. 25. Hesych. : X., πολὺν καὶ ὅσον δυνατὸν καὶ ἀθρόως, ἀπὸ τοῦ κεχηνέναι πλατύ. Fort. ex] Hom. Od. Φ, [294]: Οἶνός σε τρώει μελιηδὴς, ὅστε καὶ ἄλλους Βλάπτει, ὃς ἄν μιν χανδὸν ἕλῃ, μηδ' αἴσιμα πίνῃ, Qui magno hiatu diductis faucibus eo se ingurgitarit, ut Hesych. quoque χανδὸν πιεῖν exp. κεχηνότως καὶ ἀθρόως πιεῖν ὅλῳ στόματι. Sic Callimachus ap. Athen. 11, [p. 477, C]: Καὶ γὰρ ὁ Θρηϊκίην μὲν ἀπήνατο χανδὸν ἄμυστιν Ζωροποτεῖν, ὀλίγῳ δ' ἥδετο κισσυβίῳ. [Mœris p. 404 : Χανδὸν πιεῖν Ἀττικοὶ, κεχηνότως καὶ ἀθρόως Ἕλληνες. Quod partim repetit Thom. M. p. 911, addito Synesii loco p. 90, D. Annotavit etiam Pollux 6, 25.] Et Lucian. [Dips. c. 9 (et Polyæn. 5, 10, 1)] : X. ἐμφοροῦμαι, Plenis hiantibusque faucibus. [D. meretr. 6, p. 294, 32 : Πίνει ἠρέμα καὶ οὐ χ., ἀλλ' ἀναπαυομένη· De merc. cond. c. 7 : Ἐλπίσαντες ... χανδὸν οὐδενὸς ἐπιστομίζοντος πίεσθαι τοῦ χρυσίου. Nicand. Th. 341 : X. ἀμέτρητον δέκεται ποτόν. Quint. Sm. 13, 13 : Ἀκρήτῳ ... ὁπότ' ἐς φρένα χ. ἵκηται. Lycophr. 1424 : Ἀναύρων ... χ. κελαινὴν δίψαν αἰονωμένων, ubi per κεχηνότως exp. schol.]; ut et ap. Suid., de Eutropio, sed metaph. : Καιροῦ καὶ τύχης ἀμέτρως τε καὶ χ. ἀρυόμενος καὶ κατεμφορούμενος, ubi ipse exp. non solum ἀθρόως, ἁπλήστως, sed etiam χωρητικῶς, innuens a χάζω vel χανδάνω derivari : qua in re ei minime assentior. [Sunt verba illa Eunapii in Fragm. ap. Boiss. p. 293, sive p. 117 ed. Nieb. Idem Eunap. p. 93 extr. : Τῆς ἐκεῖθεν σοφίας ἀρυσάμενος χανδόν· et p. 189, 11 : X. ἑαυτὸν ὑποθεὶς ἐνεφορεῖτο τῆς τοιαύτης σοφίας. Philostr. p. 847 : X. ἐμπιμπλάμενος τοῦ ὕπνου, ut Lucian. Alex. c. 14 : Ἕκαστος ἐνεπίμπλατο χ. τῶν εὐχῶν. || Formam aliunde non cognitam Χανδὰ memorat et cum καναχηδὰ pro καναχηδὸν dicto comparat Apollon. De adverb. p. 562, 16, 20.]

[Χανδόξενος, ὁ, Chandoxenus, n. pr. in numo ap. Mionnet. *Descr.* vol. 3, p. 174.]

[Χανδοποτέω. V. Χανδός.]

[Χανδοπότης, ὁ, Ore hiante s. faucibus hiantibus potor. Macedon. Anth. Pal. 11, 59 : Χανδοπόται, βασιλῆος ἀεθλητῆρες Ἰάχου.]

[Χανδὸς, ἡ, όν. Callim. ap. Athen. 10, p. 436, D : Ἐκ χανδῆς ζωροποτῶν κύλικος, quod ex Epitome repetit Eustath. p. 746, 58, addito, ὅρα τὸ χανδῆς, οὗ ἡ αἰτιατικὴ ποιεῖ τὸ χανδόν ἐπίρρημα. Sed recte Schneiderus corrigere videtur ἐκ ζωρῆς; χανδοποτῶν κύλικος, quæ probabilior conjectura est quam Lobeckii Paralip. p. 149, εὐχανδεῖς ζωροποτῶν κύλικας. G. Dind.]

[Χάνη. V. Χάννη.]

[Χάνης, ὁ, Chanes, fluvius Albaniæ. Strabo 11, p. 500.]

[Χανητός· τὸ ἐπὶ τὴν ἅμαξαν ἐπιτιθέμενον πλέγμα, Hesych. Hoc χάναθρον vel χάνναθρον dicitur, quod v.]

[Χανθόη, ἡ, Chanthoe, si sana est lectio, n. bacchæ scriptum in fictili literis retrogradis ΙΟΘΝΑΧ. De Witte *Descr. des ant. du cab. de M. Durand* p. 49, n. 145. Hase.]

[Χάννα vel Χάννη, ἡ, et Χάννος, ὁ. HSt. s. v. Χάνος :] At Χάννος Piscis cujusdam nomen est, qui et ipse a χαίνω denominatur, ut ex Etymologis annotat Eustath. [p. 1778, 18], dicens eum Æolice διπλασιάζειν τὸ ν. Meminit ejusdem piscis Athen. quoque, ubi non solum masc. gen. dicitur χάννος, sed etiam fem. Χάννη : 7, [p. 304, E, ex Numenio : Χάννους (in χαύνους corruptum in apogr. Palat. et ed. Ald.) τ' ἐγχέλυάς τε· quem locum repetit p. 327, F, addito alterius formæ χάνναι teste Epicharmo : Μεγαλοχάσμονάς τε χάννας], quo in genere ap. Aristot. passim, sed alicubi scriptum Χάνη, unico ν, ut H. A. 4, circa finem, et De gener. anim. 3, 5 : duplici autem ν, H. A. 5, 13, ubi etiam de sexu horum piscium dubitatur, sicut et τῶν ἐρυθρίνων, quoniam sc. πάντες ἁλίσκονται κυήματα ἔχοντες, ut et Ovid. ap. Plin. sub fin. lib. 32, tradit channen ex seipsa concipere. Alicubi vero et Χαύνη apud eum [H. A. 6, 13] legitur pro χάννη [recte nunc περὶ χάννης. V. Schneid. vol. 3, p. 456. Χάνναι ib. 8, 2. Ἡ χάννα ib. paullo post, sed χάννη 8, 13]. Rursum Athen. [p. 327, F] ab Aristot. eam vocari ποικιλέρυθρον, μέλαιναν, et ποικιλόγραμμον, annotat, διὰ τὸ μελαίναις γράμμαις πεποικίλθαι. [Ap. Ælian. N. A. 4, 5, libri χάννη vel χάνη. Marcell. De pisc. v. 33 : Καὶ σαῦροι χάνναι τε καὶ ὀρφέες. Hodiernum piscis nomen χάννο memorat Sonnini in Itinerario Græciæ vol. 1, p. 281. Duplex ν testatur etiam Ovid. Hal. 108 : «Concipiens channe gemino fraudata parente.» Inter simplex et duplex variant libri ap. Plin. H. N. 9, 16, 23; 9, 52, 77; 32, 11, 54.] || Præterea ap. Alex. Aphr. legimus τὸν γαργαρεῶνα a quibusdam nominatum fuisse χάνην, sc. διὰ τὸ ἄνωθεν μὲν εἶναι εὐρὺν, κάτωθεν δὲ στενὸν, ὥσπερ χωνεῖον, Quia gurgulio supra amplior sit, infra autem arctior in modum infundibuli. Sed videndum ne pro eo χάνη sit scribendum χώνη : id enim Infundibulum declarat. [Χάννος Artemidor. 2, 14. Illum Bussemaker. Schol. Oppian. p. 659 opinatur esse Percam Scribam L. ap. Oribas. t. 1, p. 128, 7 vertit Daremberg. *le serran écriture*. Hase.]

Χάνος, τὸ, porro a χαίνω potius derivatum est quam a χάω cum χάσκω et χάος : significat vero et ipsum, ut χάσμα et χάος, Rictum s. Os apertum et magno diductum hiatu. Scribit enim Pollux 2, [97] χάνος apud Comicos usurpatum legi pro στόμα, quippe cujus proprium sit χαίνειν, χανεῖν, ἀναχάσκειν, ἐγχανεῖν.

[Χανύσσω et Χανύω.] Ex hoc Χάνος (vel etiam ex χάνη significante τὸν γαργαρεῶνα), queat derivari verb. Χανύω sive Χανύσσω, utpote quod denotet Vociferor, Clamo, s. potius Clamo os magno hiatu diducens, Rictum immani hiatu diducens vociferor. Hesych. tamen simpliciter χανύειν exp. βοᾶν : et Χανύσσει, βοᾷ, καλεῖ. Paulo infra habes Χηνυστεῖν.

[Χάον, τὸ, Chaum, mons Argivus ap. Pausan. 2, 24, 6, cujus nomen ap. Strabon. 8, p. 389, post verba τὸν Ἐρασῖνον περὶ Στύμφαλον ῥέοντα, ὑποδύντα ὑπὸ τὸ ὄρος excidisse conjecit Groskurdius.]

[Χάονες, οἱ, Chaones, populus Epiri. Steph. Byz. : Χαονία· μέση τῆς Ἠπείρου. Οἱ οἰκήτορες Χάονες. Ἑλλάνικος ἱερειῶν Ἥρας τρίτῳ « Ἀμβρακιῶται καὶ οἱ μετ' αὐτῶν Χάονες καὶ Ἠπειρῶται »· καὶ ὁ Πρόξενος δὲ καταλέγων αὐτούς φησι « Χάονες, Θεσπρωτοί ... ». (Adde Thucyd. 2, 68, 80, 81, Strabon. 7, p. 323.) Λέγεται καὶ Χαόνιος. Εὐφορίων Χιλιάσι « Ζηνὸς Χαονίοιο προμάντιες ηὐδάξαντο ». Καὶ Χαονίη τὸ θηλυκόν. Ἀλέξανδρος ὁ Ἐφέσιος ἐν Ἀσίᾳ καὶ Λιβύῃ « ... Πελασγίδα Χαονίην ». (Χαονίη φηγὸς ap. Orph. Argon. 130.) Καὶ Χαονῖται, Λυκόφρων (1046) « Τοῦ Χαονίτου νᾶμα Πολυάνθους δρέπων », ὡς ἀπὸ τοῦ Χάονος, ὡς Αὔσονος Αὐσονίτης ὁ αὐτὸς (593) ... καὶ ἐν κτητικῷ τύπῳ ὁ αὐτὸς (1320) « Φθογγὴν ἐὼλων Χαονιτικῶν ἄπο. » Καὶ Χαονικὸς (sic Meinek. pro Χαονικῶν) ὡς ἀπὸ τοῦ Χάονος. Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ « ... Πεδίον ἐν τῇ Χαονικῇ ». Καὶ Χαονὶς τὸ θηλυκὸν ὡς Αὐσονίς (Χαονίδες κύνες ap. Polluc. 5, 39). Λέγεται καὶ Χαονεύς. Ad accentum quod attinet, Χάονες ap. Steph. Byz., Strabonem et Thucydidem, Suidam scribitur προπαροξυτόνως, Χαόνες ap. Aristoph. Ach. 604, 613, Eq. 78, et in libris nonnullis Thucyd. 2, 80, quem accentum probasse Herodianum colligi potest ex Arcadii præcepto p. 17, 26, qui Φάων et alia masculina disyllaba in αων, quæ α breve habeant nec sint περιεκτικὰ, barytona esse docet. Χαὼν vero α longum habet. Eadem ratio nominis Ἄονες, cujus singularem Ἄων ponit Steph. Byz. s. v. Ἄονες, ubi tamen cod. Voss. Ἀών ὀξυτόνως. Ἰάων et Κατάων, quæ Gœttling. comparavit in libro De accentibus p. 267, trisyllaba sunt. G. Dind.]

[Χαός. V. Χάϊος.]

Χάος, quoque τὸ, ejusdem cum χάσκω originis est, sc. ab inusitato them. χάω, a quo et χαίνω : signif. etiam retinet eandem, idem sc. cum χάσμα significans, ut Bud. quoque annotavit. Oppian. Cyn. 3, [414] : Ὁππότε γάρ τις Θηρῶν λευγαλέων εὕδῃ, τρίστοιχα πετάσσας Χείλεα, καὶ χάος εὐρὺ, καὶ ἄσπετον αἰόλον ἔρκος. Ubi nota χάος dici ut infra χάσμα θηρὸς habebimus pro Rictu feræ, quum sc. os magno hiatu diducit, ut quum vel dormit vel prædam appetit. Loquitur autem ibi poeta de ichneumone, qui observans croco-

dilum similesque alias bestias dormientes, et magno hiatu rictum diducentes, Πυλεῶνα διαπτάμενος θανάτοιο Τολμηρῇ κραδίῃ διὰ εὐρέος ἤλυθε λαιμοῦ, Ἥπατί τ' ἄγχι μάλιστα παρήμενος εἰλαπινάζει, Ὀψὲ δέ τοι προλιπὼν κενεὸν δέμας ἔκθορε θηρός. [Conf. 4, 161.] Quomodo et Plin. 8, 25, de crocodilo: Hunc saturum cibo piscium et semper esculento ore, in litore somno datum, parva avis, quæ trochilos ibi vocatur, rex avium in Italia, invitat ad hiandum, pabuli sui gratia os primum ejus assultim repurgans, mox dentes et intus fauces quoque, ad hanc scabendi dulcedinem quammaxime hiantes. In qua voluptate somno pressum conspicatus ichneumon, per easdem fauces, ut telum aliquod, immissus, erodit alvum. || Peculiariter vero χάος dicunt philosophi Hiatum illum cæcum et immensum, qui erat ante conditum orbem, ut docet Ovid. Met. init.: Ante mare et terras et quod tegit omnia cœlum, Unus erat toto naturæ vultus in orbe, Quem dixere chaos, rudis indigestaque moles. Et Hesiod. Theog. 116: Ἤτοι μὲν πρώτιστα χάος γένετ', αὐτὰρ ἔπειτα Γαῖ' εὐρύστερνος, ... Τάρταρά τ' ἠερόεντα μυχῷ χθονὸς εὐρυοδείης. Unde Festus: Chaos appellat Hesiodus confusam quandam ab initio unitatem hiantem patentemque in profundum; ut Moses quoque, initio creationis mundi, scribit terram fuisse ἀόρατον καὶ ἀκατασκεύαστον, καὶ σκότος ἐπάνω τῆς ἀβύσσου: deinde Dei jussu lucem extitisse, eamque a tenebris fuisse divisam: postea στερέωμα, quo aquæ dividerentur a se invicem, i. e. cœlum: inde terrestres aquas suis terminatas limitibus, ut appareret ἡ ξηρὰ, illudque mare vocatum fuisse, hoc terram: tum stirpes herbasque producere terram jussam esse, nec non quadrupedes et serpentes, mare pisces et reptilia: ita paulatim μεταμεμορφῶσθαι rudem illam et indigestam primo molem. [De Hesiodi aliorumque sententiis disputat Damasc. De princip. in Wolfii Anecd. vol. 3, p. 256 sq. Adde Homil. Clement. 6, 3. Fabulam aliter conformavit Aristoph. in Parabasi Avium 693 seqq., ubi avium generis originem explicat: Χάος ἦν καὶ Νὺξ Ἔρεβός τε μέλαν πρῶτον καὶ Τάρταρος εὐρύς· γῆ δ' οὐδ' ἀὴρ οὐδ' οὐρανὸς ἦν· Ἐρέβους δ' ἐν ἀπείροσι κόλποις τίκτει πρώτιστον ὑπηνέμιον Νὺξ ἡ μελανόπτερος ᾠὸν, ἐξ οὗ περιτελλομέναις ὥραις ἔβλαστεν Ἔρως ὁ ποθεινός· ... οὗτος δὲ Χάει πτερόεντι μιγεὶς νυχίῳ κατὰ Τάρταρον εὐρὺν ἐνεόττευσεν γένος ἡμέτερον καὶ πρῶτον ἀνήγαγεν ἐς φῶς· ubi recte admonet schol.: Ταῦτα οὐκ ἀναγκαῖον ἀπευθύνειν πρὸς τὰ Ἡσιόδου ἢ πρὸς τὰ ἄλλου τινὸς γενεαλόγου. Serio omnia dicta accepit Irenæus C. Hæret. 2, 14 (19), parum accurate ea exponens: de quo pluribus dixit Meinek. Hist. com. p. 318 seqq., correcto quod apud Irenæum legitur «Antiphanes in Theogonia» pro «Aristophanes in Th.» Chaos rerum omnium principium post Hesiodum dixerunt plurimi. Hinc Lucian. De salt. c. 37: Ἀπὸ χάους εὐθὺς καὶ τῆς πρώτης τοῦ κόσμου γενέσεως ἀρξάμενον.] Notandum tamen quosdam hoc χάος non a χάω significante χαίνω derivare, sed a χαδέω, alios a χέω. A χαδέω Aristot. et Plato; hic enim [Tim. p. 50, B, et 51, A] id appellat πανδεχῆ φύσιν, innuens oportuisse τόπον ὑποστήσασθαι δεξόμενον τοὺς ἐν αὐτῷ γεννηθησομένους, ut ille etiam χάος putat locum esse, quoniam necesse erat τὸ δεξόμενον προϋποκεῖσθαι τῷ σώματι: scribit enim Phys. 4 init., videri Hesiodum ὀρθῶς λέγειν, ποιήσαντα πρῶτον τὸ χάος· ὡς δέον πρῶτον ὑπάρξαι χώραν τοῖς οὖσι, διὰ τὸ νομίζειν, ὥσπερ οἱ πολλοὶ, πάντα εἶναί που καὶ ἐν τόπῳ. Stoicorum vero quidam χάος dicunt esse τὸ ὕδωρ, παρὰ τὴν χύσιν τοὔνομα πεποιῆσθαι νομίζοντες, ut Philo testatur in suo libro Περὶ ἀφθαρσίας κόσμου, et in eo quem Περὶ κόσμου scripsisse creditur. [Hanc opinionem memorat etiam Plut. Mor. p. 955, E. Schol. Hesiod. Theog. 116 memorata Platonis sententia, de qua HSt. supra, pergit: Οἱ δὲ εἰρῆσθαί φασι χάος παρὰ τὸ χεῖσθαι, ὅ ἐστι χέεσθαι· οἱ δέ φασιν ἀπὸ τοῦ χαδεῖν, ὅ ἐστι χωρεῖν «Ἥρη δ' οὐκ ἔχαδε χόλον.» Ἡ οὖν εἰς τὰ στοιχεῖα διάκρισις καὶ διαχώρησις χάος· οἱ δὲ τὸ ὕδωρ λέγουσιν, ἄλλοι δὲ τὸν ἀέρα, ἤγουν τὸν κεχυμένον ἐν τῷ μεταξὺ γῆς καὶ οὐρανοῦ. Etym. Gud. p. 562: Χάος παρὰ τὸ χεῖσθαι· ὁ κενὸς τόπος μεταξὺ γῆς καὶ οὐρανοῦ. Χάος παρὰ τὸ χῶ χαίω, ὡς δαίω τὸ καίω, δάος ἡ λαμπάς. Δηλοῖ δὲ τὸ χάος τὸ μέγα καὶ ἀπέραντον χώρημα. Sext. Emp. p. 157 extr.: Εἶναί φασι χάος τὸν τόπον ἀπὸ τοῦ χωρητικὸν αὐτὸν εἶναι τῶν ἐν αὐτῷ γεννωμένων. Hesych.: Χάος· χώρησις, καὶ τὸ κενὸν ἀπὸ τοῦ κεχύσθαι· ἢ σκότος.] Idem sequuntur etymon, qui eo nomine accipiunt τὸν ἀέρα τὸν κεχυμένον ἐν τῷ μεταξὺ γῆς καὶ οὐρανοῦ, ut Aristoph. Nub. [424: Ἄλλο τι δῆτ' οὖν νομιεῖς ἤδη θεὸν οὐδὲν πλὴν ἅπερ ἡμεῖς (Socrates ejusque discipuli), τὸ Χάος τουτὶ καὶ τὰς Νεφέλας καὶ τὴν γλῶτταν; ubi schol.: Χάος λέγει τὸν ἀέρα παρὰ τὸ κεχύσθαι· et Av. 192: Διὰ τῆς πόλεως τῆς ἀλλοτρίας καὶ τοῦ χάους τῶν μηρίων τὴν κνῖσαν οὐ διαφρήσετε, ubi schol. Ibyci verba comparat quæ Bacchylidi tribuit et rectius scripta ponit schol. Hesiodi Th. 116: Χάος λέγει (Ἡσίοδος) τὸν κεχυμένον ἀέρα· καὶ γὰρ Ζηνόδοτος οὕτως φησί. Βακχυλίδης δὲ χάος τὸν ἀέρα ὠνόμασε, λέγων περὶ τοῦ ἀετοῦ «Νωμᾶται δ' ἐν ἀτρυγέτῳ χάει.» Τὸ ἐν μέσῳ τοῦ οὐρανοῦ τε καὶ χθονὸς οἱ μὲν ὀνομάζουσι χάος, Euripides dixisse perhibetur a Probo ad Virg. Ecl. 6, 31. In Ala Simiæ (Anth. Pal. 15 21, 7): Πάνθ' ὅσ' ἕρπει δι' αἴθρας χάους τε, schol. exp. δι' ἀέρος καὶ αἴθρας.] Sed simpliciór ea est etymologia quæ a χάω hoc vocab. derivat, eoque nomine Vastum quendam hiatum intelligit, qui erat ante conditam terram et cœlum, digestamque postea et exornatam rerum omnium molem, quem κόσμον dixere. Quamobrem recte Latini poetæ hoc ipsum chaos vocavere deforme, densum, horrendum, atrum, cæcum, Cimmerium. Plut. vero [Mor. p. 953, A] interiora terræ scribit vocari χάος, ᾅδην, ὄρφνην: atque adeo ἔρεβος illud poetarum, esse χθόνιον καὶ ἔγγαιον σκότος: nam solam terram ex ceteris corporibus esse semper ἀφώτιστον et ἄτρωτον ὑφ' ἡλίου καὶ σελήνης τῷ φωτίζοντι: et θάλπεσθαι quidem ὑπ' αὐτῶν, sed τὸ λαμπρὸν οὐ παριέναι ὑπὸ στερρότητος, ἀλλ' ἐπιπολῆς περιφωτίζεσθαι. [Plato Axioch. p. 371, E: Ἐπ' ἔρεβος καὶ χάος ἄγονται. Quint. Sm. 2, 614: Πάντ' ἐπικιδναμένου χάεος καὶ ἀεικέος ὄρφνης.] Quo sensu Silius dixit Imum chaos, Stat. Tartareum chaos, Claudian. Durum chaos: et ante hos Virg. Æn. 6, [264]: Dii quibus imperium est animarum, umbræque silentes, Et chaos et Phlegethon, loca nocte silentia late. Nec non Seneca Med.: Fas est precari noctis æternæ chaos, Adversa superis regna manesque impios. [Anth. Plan. 91, de cane orcum custodiente: Θωϋκτῆρα χάους κύνα· ubi Jacobs. contulit Heliodor. 2, 4: Ζόφος τὴν πυρφόρον καὶ χάος τὴν ἐκ τῶν ἀνακτόρων κατείληφεν. De vasta voragine bis in V. T., Mich. 1, 6: Κατασπάσω εἰς χάος τοὺς λίθους αὐτῆς. Zach. 14, 4: Χάος μέγα σφόδρα. Metaph. Tzetzes in scholl. Thuc. 7 extr.: Πρὸς δυστυχίας χάος κατηνέχθησαν. Eustath. p. 245, 21: Εἰς χάος τρυφῆς καθῆκαν ἑαυτούς. De tempore infinito Marc. Anton. 4, 3: Χάος τοῦ αἰῶνος.]

[Χαόω, Misceo, Confundo, Everto, Absorbeo, quasi In chaos converto. Theophan. Justin. an. 9 (et iisdem fere verbis Jo. Malal. p. 437, 19): Ἐσχίσθη ἡ γῆ ὑπὸ τοῦ σεισμοῦ καὶ ἐχαώθη τὸ ἥμισυ τῆς πόλεως μετὰ τῶν οἰκητόρων. Nicetas in Manuele 1, 5 (p. 43, B): Ἐξέτασιν περὶ τῶν ἀπολωλότων χρημάτων ποιούμενος· ubi in paraphrasi: Γυρεύων τὰ χαωθέντα πράγματα. Hæc et alia Ducang. Ap. eund. Nicet. p. 233, D, in paraphr. ἐχάθησαν (i. e. ἐχαώθησαν) scriptum pro ἀπώλοντο, recte vero ἐχαώθησαν p. 319, C, pro ἠφάντωτο, et p. 320, A, ἐχάωσε pro ἀπολωλέκει. Antiquiora verbi exx. sunt ap. Simplic. ad Epictet. vol. 1, p. 173: Ὁ τοῦ παιδίου ἀποθανόντος οἰμώζων καὶ λέγων χαῶσαι αὐτόν. Athanas. vol. 2, p. 9, D: Οὔτε τις κτίσις τῆς πόλεως ἔμεινεν, ἀλλὰ πάντα ἐχαώθη· 346, C: Τὸ ἔργον αὐτοῦ καταχαήσεται καὶ χαωθήσεται. Schol. rec. Eurip. Hec. 164: Ἀπώλεσα ἀντὶ τοῦ ἔφθειρα καὶ ἀντὶ τοῦ κοινῶς ἐχάωσα. G. D. Achmes Onirocr. p. 201, 26; 237, 34; 241, 20; 245, 21, ἐχάωσε· 264, 13, χαώσει· 189, 4; 225, 38; 233, 27; 240, 7 et 17; 269, 17, ἐχαώθη· ib. 4 et 24, ἐχαώθησαν. Conj. Hesych. Presb. Cent. p. 1015, E, ἵνα μὴ ὁ νοῦς χαώσῃ τὴν νῆψιν. Hase.]

[Χάπτω in lingua vulgari (παρὰ τοῖς χυδαίοις) i. q. κάπτω, ap. Eustath. p. 1481, 35, et, ubi χάψαι pro κάψαι ἰδιωτικῶς dictum memorat, p. 1817, 50.]

[Χὰρ, ὁ, Char, n. decani ap. Hephæst. Theb. Apotelesm. p. 10, 16. Hase.]

Χαρὰ, ἡ, idem cum χαιρηδὼν, χάρμα et reliquis, i. e. Gaudium, Lætitia [Per ἡδονὴ, ἀγαλλίασις, εὐφροσύνη

exp. Hesych. Et Μετὰ χαρᾶς, ἡδέως] : πρόσφατος ψυχῆς ἔπαρσις καὶ διάχυσις, Ammon. [p. 145], distinguens id vocab. ab εὐφροσύνη, εὐθυμία, ἡδονὴ, τέρψις, ἀπόλαυσις : de quorum discrimine vide et Suidam. [Basil. M. Homil. Περὶ εὐχαριστίας p. 359 : Ἡ χ. οἷον σκίρτημά τί ἐστι τῆς ψυχῆς ἐπαγαλλομένης τοῖς κατὰ γνώμην. Suicer. Æsch. Ag. 270 : Χαρά μ' ὑφέρπει δάκρυον ἐκκαλουμένη· 540 : Ἐνδακρύειν ὄμμασιν χαρᾶς ὕπο· Cho. 233 : Χαρᾷ δὲ μὴ 'κπλαγῇς φρένας· fr. 251 : Ψευδόδειπνα ... ἐρρυσίαζον στόματος ἐν πρώτῃ χαρᾷ. Soph. El. 906 : Χαρᾷ δὲ πίμπλημ' εὐθὺς ὄμμα δακρύων· 1336 : Τῆς ἁπλήστου τῆσδε σὺν χαρᾷ βοῆς· Tr. 201 : Ἔδωκας ἡμῖν ... χαράν· 179 : Στείχον θ' ὁρῶ ... πρὸς χαρὰν λόγων. Eur. Iph. T. 832 : Γόος ἅμα χαρᾷ· Alc. 581 : Χαρᾷ μελέων· 1128 : Κέρτομος θεοῦ ... χαρά. Sed Or. 159, 186, ubi libri plerique omnes ὕπνου χαράν, recte ex paucis restitutum χάριν. Quæ sæpe permutata sunt. Erotian. p. 390 : Χάριτες· αἱ χαραί.... Φησὶ δὲ (Ἀπολλόδωρος) αὐτὰς κληθῆναι ἀπὸ μὲν τῆς χαρᾶς Χάριτας· καὶ γὰρ πολλάκις οἱ ποιηταὶ τὴν χάριν χαρὰν καλοῦσιν. Apud Hom. Od. Z, 29, pro φάτις ab aliis lectum fuit χάρις, quod Callistratum pro χαρὰ dictum accepisse annotavit schol. Aristoph. Pl. 637 : Λέγεις μοι χαράν. Plato Phil. p. 19, C : Ἡδονὴν καὶ τέρψιν καὶ χ. Axioch. p. 368, C : Τὴν χαρὰν ἔχουσα φλεγμονῆς δίκην παλλομένην. Polyb. 18, 29, 11 : Διὰ τὴν ὑπερβολὴν τῆς χαρᾶς· 22, 17, 12 : Ἐὰν μὴ διδῷ φ' τάλαντα μετὰ μεγάλης χ.] Plut. Fab. [c. 13] : Ἐνεφύοντο γὰρ ἀλλήλοις καὶ κατεφίλουν, ὥστε μεστὸν εἶναι χαρᾶς καὶ δακρύων ἡδίστων τὸ στρατόπεδον· Alex. [c. 6] : Οἱ δὲ ἄλλοι πάντες ἠλάλαζον, ὁ δὲ πατὴρ καὶ δακρῦσαί τι λέγεται πρὸς τὴν χαράν. Ut et ap. Xen. Hell. 7, [2, 9] : Ἱεῖν τε φερούσας καὶ ἅμα χαρᾷ δακρυούσας· nam κοινόν τι χαρᾷ καὶ λύπῃ δάκρυά ἐστιν, inquit Idem eod. l. Rursum Plut. [ex poeta] : Χαρᾶς γὰρ οὐδὲν οὕτως γόνιμόν ἐστιν ὡς χάρις. [Scriptorum eccles. exx. v. ap. Suicer.] Porro quum χαρὰ a χαίρω derivatum esse indubitatum sit, Plato tamen in Cratylo [p. 419, C] aliud ei etymon quærendum putavit : scribens, χαρὰν dictam videri ob τὴν διάχυσιν καὶ εὐπορίαν τῆς ροῆς τῆς ψυχῆς, ac si compositum esse ex χέω et ῥέω. || Hesychio χαρὰ est ὀργὴ, ὀργίλον, Ira, Iracundia.

[Χαρὰ, ἡ, Chara, n. pr. feminæ in inscr. Telmiss. C. I. vol. 3, p. 131, n. 4215, 4. Hase.]

[Χαράγγελος, ὁ, Lætitiæ nuncius. Inter alia vocc. cum ἄγγελος composita, ἀρχάγγελος et εὐάγγελος, memoratur in Etym. M. p. 7, 32.]

[Χαραγὴ, ἡ, i. q. χάραγμα, ap. Ann. Comn. p. 414, 415. Elberl. Paraphr. Nicetæ Chon. p. 255, D : Ἰδίαν χ. ἐνεχάραξε· ubi ap. Nicet. τὴν οἰκείαν ἐγχαράξας ἐν αὐτῷ (τῷ νομίσματι) στήλην. In Gl. Χαραγμὴ, Ductus, confusis χαραγὴ et χάραγμα. G. D. Apollod. Poliorc. in Mathem. vett. p. 45, 20, δι' ὀπῶν τῶν ἐν ταῖς χ. Hase.]

Χάραγμα, τὸ, Nota quam impressit ὁ χαράσσων, Nota impressa s. insculpta, Vestigium et veluti sulcus quod fit διὰ τοῦ χαράσσειν. [Lucas Act. 17, 29 : X. τέχνης. Joann. Apoc. 13, 16 : Ἵνα δῶσιν αὐτοῖς χάραγμα ἐπὶ τῆς χειρὸς αὐτῶν τῆς δεξιᾶς· 19, 20 : Ἐπλάνησε τοὺς λαβόντας τὸ χ. τοῦ θηρίου. Anacreont. 55, 2 : Ἐν ἰσχίοις μὲν ἵπποι πυρὸς χάραγμ' ἔχουσιν· et 8 : Ἔχουσι γάρ τι λεπτὸν ψυχῆς ἔσω χ.] In Epigr. [Palladæ Anth. Pal. 9, 401 : Τὸν κάλαμον, τὸ μέλαν, χάρτην, τὰ] χαράγματα χειρὸς, de Notis literarum quas scribentis manus ceræ s. chartæ impressit et inscripsit, Literæ manu inscriptæ s. insculptæ : præsertim autem quum graphio s. stylo scriptæ fuerint. Soph. vero Phil. p. 386 [267] : Πληγέντ' ἐχίδνης ἀγρίῳ χαράγματι, pro δήγματι· quoniam sc. τὸ ὄδηγμα τοῦ ὄφεως μόνον χαράσσει. [|| De nota nummis impressa, Plut. V. Lys. c. 16 : Ἦν τὸ χ. τοῦ πλείστου τότε νομίσματος διὰ τοὺς Ἀθηναίους γλαῦκες· Mor. p. 211, B : Τοῦ Περσικοῦ νομίσματος χάραγμα τοξότην ἔχοντος· et p. 984, F. ||Moneta signata, Pecunia. Antip. Thess. Anth. Pal. 5, 30 : Ἦν μὲν γὰρ τὸ χ. φέρῃς, φίλος. « Theophan. an. 6 Rhinotmeti : Τὸ σταλὲν χ. Anna Comn. 13, p. 354 : Ὁπόσον διὰ χρυσοῦ καὶ ἄλλης ποιότητος προσῆν αὐτῇ χ. » Hæc et alia plura Ducang. V. etiam Salmas. ad Scriptt. Hist. Aug. vol. 2, p. 337, 518. G. D. Pro scriptura Actt. Petri et Pauli p. 26, 10 Tischend. Nil. Epist. p. 261, 6. Greg. Nyss. t. 1, p. 217, D. Amphiloch. p. 179, A, ἐγένετο αὐτῷ πράγματα τὰ χ. De lineamentis inscriptis Mich. Syncell. ap. Montfauc. Bibl. Coisl. p. 93, 13; Phot. Epist. p. 103, 28, ταῖς προτυπωθείσαις γραμμαῖς καὶ χ. τῶν σκιασμάτων. Hase.]

[Χαραγμή. V. Χαραγή.]

Χαραγμὸς, ὁ, Incisura, Incisio : ut serræ dentes, inquit Bud., citans auctorem Theophr. Legitur autem H. Pl. 3, 13, de sambuci folio : Τὸ δ' ἄκρον εἰς ὀξὺ μᾶλλον συνῆκον, κύκλῳ δ' ἔχον χαραγμὸν, quanquam ibi vulgatæ edd. habent σπαραγμὸν, sed perperam; nam et Diosc. 4, 174, de eadem sambuco loquens, folia ejus esse dicit τμητικώτερα, et cap. seq., τῆς χαμαιάκτης (sambuci pumilæ) folia esse κεχαραγμένα κύκλῳ, In ambitu minutim secta, s. In ambitu serrata. Rursum Theophr. H. Pl. 4, 15, de cratægo s. cratæogono : Ἔχει δὲ τὸ μὲν φύλλον ὅμοιον μεσπίλῃ, τετανὸν, πλὴν μεῖζον ἐκείνου καὶ πλατύτερον καὶ προμηκέστερον· τὸν δὲ χαραγμὸν οὐκ ἔχον ὥσπερ ἐκεῖνο. Quæ verba ap. Athen. quoque leguntur lib. 2, [p. 50, C] ubi de chamæceraso et ceraso agit; sed perperam ap. eum scriptum est χαρασμὸν pro χαραγμόν : nisi forte putandum sit posse scribi et Χαρασμὸς, ut τρισμὸς pro τριγμὸς multis in locis reperitur. Invenitur certe scriptum ap. Eund. et κεχαρασμένος pro κεχαραγμένος : nimirum l. 11, ubi Κυλικράνας dictos ex eo fuisse tradit ὅτι τοὺς ὤμους κεχαρασμένοι κύλικας ἦσαν, Quod in humeris haberent insculptos s. impressos calices, quod calicum signa s. figuras humeris impressas gererent. Ita ut, si scriptura ea mendo careat, χαράσσω duplex futurum et duplex præt. pass. facere putandum sit, sc. χαράσω et κεχάρασμαι. Nota vero ibi et τοὺς ὤμους κεχαρασμένοι κύλικας ut ap. Virg. Flores inscripti nomina regum.

[Χαραδεὺς, ὁ, i. q. χαράδρα. Tab. Heracl. 186.]

Χαραδέως quoque ἀπὸ χαράδρας γέγονε, Galen. Lex. Hippocr. [p. 596], ubi exp. ἀθρόως, Acervatim, Cumulatim, Confertim. Nonnulli etiam Impetuose. Videri autem possit scr. χαραδρέως. [V. quæ s. v. Χερὰς dicentur. G. Dind.]

Χαράδρα, ἡ, [De accentu v. schol. Hom. Il. II, 390,] Sulcus quem torrens rapido suo impetu ἐχάραξε, s. ἐγχάραγμα ὃ χείμαῤῥος ἀπ' ὄρους καταφερόμενος ἐποίησε. Aliis non solum Sulcus torrentis, sed etiam Terræ fissura quam terræ motus fecit, (quæ tamen rupes potius est, et ῥῆγμα, s. χάσμα et hiatus,) s. Salebra : quippe quæ nonnisi saltu superari queat. Interdum etiam ipse Torrens, qui ex monte aut præcipiti loco decurrens ἐγχάραγμα ἐν τῇ γῇ ποιεῖ : quamobrem Hesychio quoque χαράδραι sunt non solum χαράξεις τοῦ ἐδάφους, et οἱ κοῖλοι τόποι ἀπὸ τῶν καταφερομένων ὀμβρίων ὑδάτων [iisdem fere verbis schol. Hom. Il. Δ, 454, nisi quod ἐγχάραξιν dixit, addiditque, εἴρηται δὲ ἀπὸ τοῦ οἱονεὶ ἐγκεχαράχθαι τῇ φορᾷ τοῦ ὕδατος. Etym. M. p. 806, 48 (et similiter Suidas) : Χαράδραι αἱ διαιρέσεις καὶ τὰ σχίσματα καὶ χείμαρροι γῆς· παρὰ τὸ χαράσσω], verum etiam χείμαῤῥοι [in gl. præcedente, Χαράδρα· χείμαρρος ποταμός. Κατάγει δὲ οὗτος παντοῖα ἐν τῷ ῥεύματι καὶ κατασύρει]. In prima signif. [Hom. Il. Δ, 454 : Κοίλης ἔντοσθε χαράδρης. Herodot. 9, 102 : Κατά τε χαράδρην καὶ οὔρεα], ap. Thuc. 3, [98] : Ἐσπίπτοντες ἐς χαράδρας ἀνεκβάτους, In cavernas et salebras exitum non habentes. Philo De V. M. 1 : Ὑπεσύρη τὸ πέλαγος καθάπερ εἰς χαράδραν ἢ χάρυβδιν, In cavernam aut voraginem. Cavernæ etiam et voraginis vocabulo reddi potest, quoniam terram ejusmodi sulci s. salebræ, torrens impetuosus excavavit et veluti devoravit, et ipsa postea sua cavitate et hiatu eos, qui in eam incidunt, ceu vorat ac deglutit. Rursum Philo 2 : Ὑπονοστοῦντος εἰς χαράδρας καὶ φάραγγας, In impressos solo alveos, ut eleganter vertit Turneb. expresso simul etymo. Et Thuc. 3, [107] : Χαράδρα δ' αὐτοὺς μεγάλη διεῖργε, Vasta salebra, s. Vastus hiatus et immanis vorago. [Id. 7, 78 : X. κρημνώδης. « Polyb. 3, 53, 5 : Ἕως τὰ ὑποζύγια μόλις ἐξεμηρύσατο τῆς χαράδρας. X. χειμάρρους, Via a torrente excavata, 10, 32, 2, et 9. » Schweigh. Plut. V. Sert. c. 13 : Ἐκ τινος συσκίου χ. Xen. Anab. 3, 4, 1 : Χαράδραν αὐτοὺς ἔδει διαβαίνειν· et iisdem verbis Plut. V. Pomp. c. 12, ubi præcedit : X. χαλεπὴν περᾶσαι καὶ τραχεῖαν. X. βαθεία

V. Phoc. c. 12. Ἵππος μεμελετηκὼς χαράδραν διαλέσθαι ap. Polluc. 1, 196.] Pro ipso Torrente impetuose decurrente et terram excavante, ap. Aristoph. Vesp. [1034] : Φωνὴν δ' εἶχε χαράδρας ὄλεθρον τετοκυίας. [Ubi schol. Pherecratis locum comparavit in quo est : Ἐὰν ἀποκριθῶ, « οἴμοι τάλας» φησὶν « χαράδρα κατελήλυθεν. » Hinc χαράδρα de homine loquace dictum annotavit Pollux 6, 146, cum similibus nominibus κυκλοβόρος et χειμάρρους.] Hom. Il. Π, [390] : Πολλὰς δὲ κλιτῦς τότ' ἀποτμήγουσι χαράδραι. Teleclides comicus ap. Athen. 6, [p. 268, B] : Οἴνῳ γὰρ ἅπας [ἅπασ'] ἔρρει χαράδρα. [Dionys. P. 1077 : Ὃν ῥ' ἀπὸ πέτρης χειμερίου ποταμοῖο χαράδραι σύρουσι. Anton. Lib. c. 22 : Ἐπάγησαν αἱ χ.] Diosc. tamen inter χαράδραν et χείμαῤῥον distingnit, (nisi forte particula καὶ usus sit ἐξηγητικῶς,) 3, 130, de botrye herba : Φύεται δὲ μάλιστα περὶ χαράδρας καὶ χειμάῤῥους, Ruell. In torrentium ripis et convallibus. Plinius simpliciter, Invenitur in torrentium ripis, 27, 8. Rursum in præcedente signif. ap. Dem. p. 220 [1273, 6] : Εἰ μὲν γὰρ ἦν χαράδρα πάλιν ὑποδεχομένη, τάχα ἂν ἠδίκουν ἐγὼ μὴ δεχόμενος· ὥσπερ ἀνὰ θάτερ' ἄττα τῶν χωρίων εἰσὶν ὁμολογούμεναι χαράδραι· καὶ ταύτας δέχονται μὲν οἱ πρῶτοι, καθάπερ τοὺς ἐκ τῶν οἰκιῶν χειμάῤῥους· παρὰ τούτων δ' ἕτεροι παραλαμβάνουσιν ὡσαύτως. Vide et Χαραδρώδης. [De spelunca piscis Oppian. Hal. 1, 267 : Ἐὴν νόστησε χαράδρην. De saxo Cyneg. 2, 555 : Βριαρὴν διατμήξειε χ.]

[Χαράδρα, ἡ, Charadra, de qua Steph. Byz. : X., πόλις Φωκίδος, οὐ πόρρω Λιλαίας. Τὸ ἐθνικὸν Χαραδραῖος· ἐπάγει γὰρ ὡς Ἡρωδιανὸς « Χαραδραίοις »· ubi ed. Ald. et cod. Vratisl. χαραδραίοις γάρ. Ibi Holsten. comparavit Pausan. 10, 3, 2, et 33, 3, ubi commemorata Lilæa hæc infert : Χαράδρα δὲ εἴκοσιν ἀπωτέρω σταδίοις ἐστὶν ὑπὲρ ὑψηλοῦ κειμένη λόφου, et mox : Χαραδραίοις δὲ ἡρώων καλουμένων εἰσὶν ἐν τῇ ἀγορᾷ βωμοί. Unde Stephani verba ita fere redintegranda sunt cum Meinekio, Χ. π. Φ. οὐ πόρρω Λιλαίας. Παυσανίας. Τὸ ἐθνικὸν Χαραδραῖος· ἐπάγει γὰρ « Χαραδραίοις.» Verba ὡς Ἡρωδιανὸς e proximo articulo, Χάραδρος, illata sunt. Χαράδρην urbem memorat etiam Herodot. 8, 33. || Urbs Messeniæ ap. Strab. 8, p. 360. || Χαράδραν, urbem Epiri, juxta sinum Ambracium, memorat Polyb. 4, 63, 4. « Ejusdem haud dubie oppidi mentio recurrit 22, 9, 7, ubi Χάρανδρον Ursinus ediderat, ego ex cod. Bav. Χάραδρον restitui. » Schweigh. Probabilius est Χαράδρα, ἡ. || Τὴν Νεμεάδα καλουμένην Χαράδραν memorat Æschin. p. 50, 37, ubi schol. p. 74 ed. Ox.: Τόπος τῆς Ἀργείας. Χαράδρα δὲ τόπος κοῖλος πλέως ὕδατος. Χαραδραῖος λέων proverbium ap. Zenob. 6, 39, qui exp. : Ὁ παρὰ ταῖς Χαράδραις, εἰ μὴ ἄρα τὸν Θεσπιακὸν λέγει, ὃν πρῶτον ἀνεῖλεν Ἡρακλῆς ἐν Θεσπιαῖς. Χαράδρα δὲ καλεῖται ὁ τόπος.]

[Χαραδραία, ἡ.] Χαραδραίη ex Epigr. pro χαράδρα, ut σεληναίη pro σελήνη, et Ἀθηναίη pro Ἀθήνη. [Leonid. Tar. Anth. Plan. 230 : Μὴ σύ γ' ἐπ' οἰονόμοιο περίπλεον ἰλύος ὧδε τοῦτο χαραδραίης θερμὸν, ὀδῖτα, πίῃς. « Si, ut viris doctis visum, ἰλύος χαραδραίης jungantur et ἐπ' οἰονόμοιο ὧδε *hic in solitudine*, non video quorsum pertineat περίπλεον, potiusque hoc dici arbitror, μὴ πίῃς ὕδωρ περίπλεον ἰλύος ὧδε ἀπὸ (pro ἐπί) οἰονόμου χαράδρης, cui simillimum est ἐρημονόμῳ παρὰ πέζῃ Nonn. Dion. 15, 175.» Lobeck. Paralip. p. 313.]

Χαραδραῖος, ὁ, Ex χαράδρᾳ desumptus s. lectus : ut χαραδραῖα βέλεμνα, Nonn. [Jo. c. 10, 110], Jacula ex alveo torrentis, et salebroso s. confragoso loco, i. e. Lapides s. Saxa. Ingentem enim lapidum saxorumque vim devolvunt impetuosi torrentes. Apud Eund. [ib. c. 18, 4] χαραδραῖος ποταμὸς pro χαράδρα s. χειμάῤῥους, Torrens, defluens sc. et decurrens per impressum solo alveum. [Id. Dion. 15, 191 : Χαραδραίης πόμα πηγῆς. Χαραδραῖος τάφος ap. Diogenian. Prov. 4, 96 : οἱ γὰρ γεγηρακότες ἵπποι εἰς χαράδρας ἐμβάλλονται. G. D. Greg. Naz. t. 2, p. 135, 5, χαραδραίοισί τ' ἀναύροις. Jo. Tzetz. Alleg. Il. Ξ, p. 176, 28 Boiss., χ. τόπους. Hase.] Et χαραδραῖος λέων ap. Suid. ὁ παρὰ ταῖς χαράδραις. [V. Χαράδρα.]

[Χαράδρειον, τὸ, i. q. χαράδρα. Nicander Ther. 389 : Ὅταν χαράδρεια λίπῃ καὶ ῥωγάδα πέτρην.]

Χαραδρεών, ῶνος, ὁ, Torrentis alveus, vel etiam Locus frequens torrentibus. [Genit. χαραδρεῶνος ap. Suidam et Herodian. Epimer. p. 199.] Nomen περιεκτικὸν ἐκ τῆς χαράδρας, ut ἀκανθεών, Eust. [Greg. Epist. 7, p. 771. « Id. t. 2, p. 1, 27, ὁ δεινὸς καὶ τραχὺς χ. » Hase.]

[Χαραδρήεις, εσσα, εν, i. q. χαραδραῖος. Nonn. Dion. 9, 250 : Ἄχρι χαραδρήεσσαν ἐδύσατο Δελφίδα Πυθώ· 22, 172 : Χαραδρήεντι ῥεέθρῳ.]

[Χαράδριον, τὸ, dimin. voc. χαράδρα. Strabo 16, p. 773 : Κόγχας ἐμβάλλοντες εἰς χαράδρια καὶ συστάδας θαλάττης.]

[Χαράδριον, τὸ, Matta s. Pellis in qua cubabant monachi. Vita S. Syncletices n. 53 : Ἐν χαραδρίῳ καθεύδεις. Apophthegm. Patr. in Patric. Rom. 4, 1 : Φοροῦντα ἱμάτια τρυφερὰ καὶ χαράδριον. Idem Χαλάδριον ap. Cyrill. Scythop. in Vita Sabæ c. 44, et in Apophthegm. Patr. in Arsenio n. 36, et in Actis Maximi Confess. n. 39. Ducang.]

Χαραδριὸς, ὁ, Torrentium accola avis, Avis quæ in salebris et torrentium alveis degit. [Hesych. : Χ., εἶδος ὀρνέου.] Tradit enim schol. Aristoph. ὠνοματοπεποιῆσθαι τοῦτο τὸ ὄρνεον παρὰ τὸ ἐν ταῖς χαράδραις διατρίβειν· atque id ipsum Comicus ipse innuit, Av. [1141] : Ὕδωρ δ' ἐφόρουν κάτωθεν ἐς τὸν ἀέρα Οἱ χαραδριοὶ, καὶ τἄλλα ποταμι' ὄρνεα. Eadem τοὺς ἰκτερικοὺς ὠφελεῖ ὀφθεῖσα, ut idem schol. annotat, et Plut. [Mor. p. 681, C.] Gaza Rupicem et Hiaticolam vocat. Meminit et Aristot. [H. A. 8, 3; 9, 11] ac Ælian. [N. A. 17, 12, Heliodor. 3, 3, Anton. Lib. c. 15, p. 108] et Plato. Vide et ap. Suid. quædam proverbialia, nec non ap. Erasm. [Locus Plat. est Gorg. p. 494, B : Χαραδριοῦ τινα αὖ σὺ βίον λέγεις, ἀλλ' οὐ νεκροῦ οὐδὲ λίθου· ubi schol. p. 121 (352) : Χαραδριὸς ὄρνις τις ὃς ἅμα τῷ ἐσθίειν ἐκκρίνει, εἰς ὃν ἀποβλέψαντες, ὡς λόγος, οἱ ἰκτεριῶντες ῥᾷον ἀπαλλάττονται· ὅθεν καὶ ἐγκρύπτουσιν αὐτὸν οἱ πιπράσκοντες, ἵνα μὴ προῖκα ὠφελῶνται οἱ κάμνοντες. « Καί μιν καλύπτει· μῶν χαραδριὸν περνάς; » ὥς φησιν Ἱππῶναξ. Eadem fere ap. Olympiodor. ad h. l. et ap. schol. Aristoph. Av. 267. A quibusdam αἴθυιαν vocari addit Tim. Lex. p. 273. Loco Platonico usus est Iambl. Protr. p. 103. Falso accentu χαράδριον ap. LXX Lev. 11, 19, Deut. 14, 18, χαραδρίους ap. Philostr. p. 73, recto χαραδριοὺς ap. Clem. Al. p. 271, χαραδριὸς ap. Theophyl. Quæst. phys. c. 15, p. 24 Boiss. G. D. Epiphan. t. 2, p. 220, A : Ἔστι πετεινὸν λεγόμενον χ.· ὁ φυσιολόγος ἤλεγξε περὶ τούτου ὅτι ὅλον λευκόν ἐστι κτλ. Hippocr. t. 7, p. 260, 4, ἀπὸ χ. πίνειν, ubi Littré, *boire la décoction du pluvier*. Hase.]

[Χαραδριόω vitiose pro χαραδρόω, quod v.]

[Χάραδρος, ὁ, Charadrus, de quo Steph. Byz. : X., λιμὴν καὶ ἐπίνειον Κιλικίας. Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ «Μετὰ δὲ Χάραδρος ποταμός.» Quæ post Κιλικίας exciderunt, recte restituit Meinek., ἔστι καὶ ποταμὸς, ὡς Ἡρωδιανὸς, ὡς Ἑκαταῖος etc., verbis ὡς Ἡρωδιανὸς ex articulo præcedente, Χαράδρα, huc translatis. Quam rationem confirmat Herodian., qui Χάραδρον haud dubie ex Hecatæo memoraverat, ap. Arcad. p. 74, 26 : Τὰ εἰς ρος ὑπὲρ δύο συλλαβὰς κύρια ὄντα μετ' ἐπιπλοκῆς συμφώνου προπαροξύνεται, Μίνυθρος, Ἔρυθρος, Χάραδρος ποταμός. Χαραδροῦς, castellum Ciliciæ, memoratur ab Strab. 14, p. 669. || Χάραδρος, fl. Argolidis, ap. Thucyd. 5, 60, Pausan. 2, 25, 2; Achaiæ 7, 22, 11; Messeniæ 4, 33, 6; Phocidis 10, 33, 6. || Τοῦ κατὰ Πελλήνην χαράδρου ap. Plut. V. Agid. c. 8. Χάραδρος et χαράδρα distinguit scriptor Argum. Pind. Nem.: Χάραδρος ὁ ἐν γεωλόφοις ἀπερρηγμένος τόπος, χαράδρα δὲ ὁ ἐν ἐπιπέδοις. Conf. Lobeck. Pathol. Prol. p. 10.]

[Χάραδρος, ὁ, Charadrus, n. pr. viri in tit. Rhen., ex rest. Ph. Le Bas *Inscr. de Morée* n. 240, 1. Hase.]

Χαραδρόω, fut. ώσω, Salebrosum et cavernosum reddo, Torrentibus impetuosis excavo. Herodot. 2, [25] : Οἱ μὲν ποταμοὶ ὕδατος συμμισγομένου πολλοῦ αὐτοῖσι, ἅτε δομένης τε τῆς χώρης καὶ κεχαραδρωμένης, ῥέουσι μεγάλοι. Itidem [7, 176] : Ὡς ἂν χαραδρωθείη ὁ τόπος, Inundaretur torrentibus hyemali tempore. Apud Hippocr. vero [p. 299, 18] Galenus [Lex. p. 594] χαραδρωθέωσι exp. διέκρουν ἔχωσι, Exitum effluviumque habeant. Pro quo perperam in quibusdam edd. legitur χαραδραθέωσι : perperam vero et ap. Suid. scriptum Χαραδριοῦται pro χαραδροῦται : quod [nunc restitutum ex cod. Paris. et Etym. M. p. 806,

47] exp. ὀρύσσεται, κοιλαίνεται. [Gregor. Nyss. t. 2, p. 991, A, χαραδρωθέντος τοῦ τόπου. Pseudo-Chrysost. t. 10, p. 927, B, ἡ γῆ χαραδρωθεῖσα αὐχμῷ. Hase.]

Χαραδρώδης, ής, ές, Salebrosus. Diosc. 4, 57, de helichryso : Φύεται δὲ ἐν τραχέσι καὶ χαραδρώδεσι τόποις, In locis asperis et salebrosis, s. In torrentium alveis, ut Ruell. vertit. Plinius vero in frutetis nasci scribit, 21, 25. Item et χαραδρώδης ποταμὸς, ap. Strab., in Nonno χαραδραῖος ποταμὸς, Fluvius torrentis in modum rapidus et impetuosus. Erotianus [p. 392] ap. Hippocr. χαραδρώσεσιν exp. τελματώδεσιν : quoniam, inquit, χαράδραι dicuntur οἱ τελματώδεις τόποι. [Strabo 14, p. 649 : Ἀμφιθεάτρῳ κρυπτὴν ἔχοντι ὑπόρρυσιν τῶν χαραδρωδῶν ὑδάτων. Schneid. Jo. Phocas Descr. Palæst. p. 9, 14 Venet., τοῦ μεγάλου χ. χάσματος. Joseph. B. J. 5, 3, 2, τὰ κοῖλα καὶ χ. τοῦ τόπου. Hase.]

[Χαράδρωμα, τὸ, Vallis abrupta, Præcipitium. Jo. Phocas Descr. Palæst. p. 10, 34 Ven., εἰς τὰς ἀμφοτέρας τοῦ χ. ὄχθας. Hase.]

[Χαρακείτης. V. Χαρακίτης.]

[Χαρακηνὴ, ἡ. Χαρακηνός. V. Χάραξ.]

Χαρακίας, ου, ὁ, Degens in vallis aut proveniens : unde χαρακίαι Hesychio οἱ ἐν τοῖς χάραξι διατρίβοντες. Apud scriptores Historiæ Plantarum memoratur χαρακίας κάλαμος et τιθύμαλλος. Theophr. 4, 12 [11, 1], de calami s. arundinis generibus : Διαφέρειν δὲ ἀλλήλων ἰσχύϊ καὶ λεπτότητι καὶ ἀσθενείᾳ· καλοῦσι δὲ τὸν μὲν ἰσχυρὸν καὶ παχὺν, χαρακίαν· τὸν δ' ἕτερον, πλόκιμον. Unde Plin. 16, 36 : Characiam vocabant crassiorem firmioremque; Plociam vero, subtiliorem. Videtur autem χαρακίας nominari, quoniam χάραξι conficiendis aptus est; quum enim crassior sit et firmior, aggeribus etiam communiendis adhiberi potest, vel prope vitem depangi, ut ei pedamentum et sustentaculum sit, s. adminiculum : ut supra [infra s. v. Χάραξ] ex schol. Aristoph. docui χάρακα nominari κάλαμον τὸν προσδεδεμένον τῇ ἀμπέλῳ. Vallarem arundinem quidem appellant Latini, ut Vallaris corona dicitur, a vallo s. aggere, Vallatoriam autem arundinem vocat Ruell., quam Diosc. 1, 115, κάλαμον φραγμίτην. Diversus tamen est hic φραγμίτης calamus a calamo characia, quum illum Diosc. λεπτὸν esse tradat, hunc vero Theophr. παχὺν καὶ ἰσχυρόν. At τιθυμάλλου χαρακίου prolixa mentio ap. Diosc. 4, 165, ubi inter alia tradit τὸν ἄῤῥενα τιθύμαλλον hoc nomine vocari : eundem vero quibusdam κομήτην dici vel ἀμυγδαλοειδῆ vel κωβιόν : nasci autem in asperis et montosis locis. Vide et Plin. 26, 18, et Gorr. [Galen. vol. 13, p. 236 : Ἑπτὰ δὲ ὄντων αὐτῶν (τῶν τιθυμάλλων) ἰσχυρότατος μὲν ὅ τε χαρακίας ὀνομαζόμενος, ὃν δὴ καὶ ἄῤῥενα προσαγορεύουσιν ἔνιοι, καὶ ὁ θῆλυς ὁ μυρσινίτης καλούμενος etc.] Apud Hesych. vero legitur et Χαράκις, τιθύμαλλος. [Vitium ed. Hagen. In ed. Ald. Χαράκης, vitiose pro χαρακίας. G. D. Jul. Afric. Cest. p. 302, 30 mendose, τιθύμαλον τὸν χαρακίτην, ἥτις ἄνεισιν εἰς κλάδους καυλώδεις. Sec. Fraas. Syn. pl. floræ cl. p. 88 τιθύμαλλος χ. est Euphorbia Characias L.; *le tithymalle des haies* Daremb. Oribas. t. 2, p. 107, 11; 694, 6. Hase.]

Χᾰρᾰκίζω, Vallis depactis munio, Vallo protego, Vallo s. Palo erigo : Hesych. χαρακίζειν, διαιρεῖν, μετεωρίζειν, ἀσπαίρειν. [Non hoc, sed σπαίρειν, idque ante μ. διαιρεῖν, legitur ap. Hesych. corrupte. Aristot. De partt. an. 4, 6 : Χαρακίζουσι τοῖς προσθέτοις σκέλεσι.]

Χαράκιον, τὸ, Vallus, Pedamentum, Adminiculum, Sustentaculum : itidem ut χάραξ : unde ap. Hesych. χαράκια, ὑποστηρίγματα. Habet tamen formam diminutivi.

Χαρακισμὸς, ὁ, Munitio quæ palis defixis fit, Palorum defixio, Palatio : ut Vitruv. 2, 9, de alno : Itaque quia non nimis habet in corpore humoris, in palustribus locis infra fundamenta ædificiorum palationibus crebre fixa, recipiens in se quod minus habet in corpore liquoris, permanet immortalis ad æternitatem, et sustinet immania pondera structuræ, et sine vitiis conservat. Hujus autem generis fundamenta jaciuntur in solo uliginoso aut alioquin infirmo, nimirum ad sustinendum ædificium fistuca palis depactis, quibus structura nitatur. Pro Pali s. Valli aut Pedamenti defixione accipitur in hoc l. Pherecratis ap. Athen. 6, [p. 269, C] : Τίς ὀ' ἔσθ' ἡμῖν τῶν σῶν ἀροτῶν Ἢ ζυγοποιῶν ἔτι χρεία, Ἢ δρεπανουργῶν, ἢ χαλκοτύπων, Ἢ σπέρματος ἢ χαρακισμοῦ; Quid nobis opus est sementem facere, aut pedamenta fulciendis sustinendisque vitibus depangere? s. Vitem erigere appositis ridicis, (nam ita intelligendum μετεωρίζειν in superiore Hesychii expositione,) quoniam sc. Ζεὺς οἴνῳ ὕσει, ἀπὸ τῶν δὲ τεγῶν ὀχετοὶ βοτρύων ὀχετεύσονται.

[Χαρακίτης, ὁ. Timo ap. Athen. 1, p. 22, D : Βιβλιακοὶ χαρακῖται (codex χαρακεῖται). « Sunt scriptores librarii s. librorum. Χάραξ pro stilo, sicut χαράττειν, pro *scribere*. In Epigramm. : Λεπτὸς τὰς ἐχάραξε δόναξ. » Casaub. V. Χαρακίας.]

[Χαράκμωβα, τὰ, Characmoba. Steph. Byz. : Χ., πόλις τῆς νῦν τρίτης Παλαιστίνης, ἣν ἀναγράφει Πτολεμαῖος ἐν Γεωγραφικοῖς ἐν ε' βιβλίῳ (c. 17, ubi nomen in Χαράκωμα corruptum) ἐν ταῖς Ἀραβικαῖς τῆς εὐδαίμονος. Οὐράνιος δὲ ἐν τοῖς Ἀραβικοῖς· ... (Recte, ut videtur, Meinek. βιβλίῳ ἐν ταῖς Ἀραβίας τῆς πετραίας, τῆς εὐδαίμονος δὲ Οὐράνιος ἐν τοῖς Ἀραβικοῖς. Nam Ptolemæus Characmoba Arabiæ Petrææ urbibus adsignat.) Καὶ Μωβουχάρακα φησίν (φασίν Meinek.). Ὁ πολίτης τοῦ μὲν Χαράκμωβα Χαρακμωβηνός, ἐκ δὲ τοῦ Μωβουχάραξ Μωβοχαρακηνός, ἐπεὶ καὶ τοῦ Χάραξ Χαρακηνός, ὡς δείξομεν, καὶ τοῦ Μώαβα τὸ ἐθνικὸν Μωαβίτης. (Hæc sic in ordinem redigit Meinek. : δείξομεν· δυνατὸν καὶ Χαρακμωβίτης, ἐπεὶ καὶ τοῦ Μώαβα τὸ ἐθνικὸν Μωαβίτης.) Γλαῦκος ἐν Ἀραβικῆς ἀρχαιολογίας δ' « Ἡσύχαζον δ' ἐν τούτοις Χαρακμωβηνοί. »]

[Χαρακοβολία, ἡ, Jactus aggeris. HSt. :] Χαρακομολία, ἡ, Vallum, Castrum. Affertur ex Ezech. 19. Ubi tamen non reperio, et ubicunque legatur, suspectum habeo. [Legitur 17, 17 recte scriptum : Ποιήσει πρὸς αὐτὸν πόλεμον ἐν χαρακοβολίᾳ.]

[Χαρακοειδῶς, voc. lectione et signif. incertis ap. Heron. Spirit. p. 211, 16. Interpr., Cancellatim. Hase.]

[Χαρακοποιέομαι, Valla facio. Appian. Civ. 5, 110. « Id. Annibal. 10, τὸν στρατὸν ἀναπαύων ἐξ ὁδοιπορίας, καὶ χαρακοποιούμενος. » Hase.]

Χαρακοποιΐα, ἡ, Munitio s. Communitio educto vallo et aggere. [Polyb. 5, 2, 5; 6, 34, 1.]

Χαρακόω, Vallo communio, Aggere et fossa circumdo, Circumvallo. Æschin. p. 70 [73, 39] : Τὸ τέλος Ἐλάτειαν καταλαβὼν ἐχαράκωσε, καὶ φρουρὰν εἰσήγαγε. Itidem Ammon. [p. 145] χαρακώσαντες exp. περιφράξαντες. [Diodor. Exc. p. 505, 95 : Ἐχαράκουν καὶ ἐτάφρευον τὴν πόλιν. Plut. V. Cleom. c. 20 : Τὰ Ὄνεια χαρακώσας καὶ τειχίσας. Jerem. 32, 2 : Δύναμις βασιλέως Βαβυλῶνος ἐχαράκωσεν ἐπὶ Ἰερουσαλήμ· unde Hesych. : Ἐχαράκωσεν· ἐκύκλωσεν, ἐπολιόρκησεν. || Palo alligo. Geopon. 5, 27, 1 : Οἱ μὲν ταπεινότερον, οἱ δὲ ὑψηλότερον χαρακοῦσι (τὰς ἀμπέλους).] Per jocum vero Antiphanes ap. Athen. 2, [p. 60, C] : Τὸ δεῖπνόν ἐστι μάζα κεχαρακωμένη Ἀχύροις, πρὸς εὐτέλειαν· vocat enim per rizum in maza ex furfuracea et acerosa farina ejusmodi ἄχυρα, χάρακας, quoniam χαράκων modo acuta sunt et palatum gutturque comedentis pungunt exulcerantque, non aliter ac valli acuti pedes supergradientium : estque ejusmodi maza his ἀχύροις munita, veluti castellum aliquod χάραξι circumcirca depactis. [Improprie Stob. Ecl. eth. p. 1086 : Τὸ στόμα ὀδοῦσι χ. Maxim. Tyr. 2, p. 182 : Τῷ πόδε σκύτεσι χ. Philostr. p. 304 : Οὕτω μὲν χαρακώσαντες τὸν πλοῦτον, οὕτω δὲ ἀσφαλῶς τειχισάμενοι. G. D. Damasc. V. Isidori p. 129, 16, ὁδὸν φιλοσοφίας κεχαρακωμένην. Hase. || Ἐχαρακώθη ὑπὸ τοῦ οἴνου ap. Anton. Lib. c. 12, vitiose pro ἐκαρώθη, quod restituit Xylander. V. Bast. Epist. crit. p. 136.]

Χαρακτὴρ, ῆρος, ὁ, [i. q. χαράκτης, quod v. ||] I. q. τύπος, Nota impressa, insculpta, inscripta, ut signa quæ numis aureis argenteisve aut æreis imprimuntur, et notæ literarum, quæ cælo inciduntur lapidi, æri, aut alii metallo, vel stylo insculpuntur tabulæ ceratæ, aut calamo inscribuntur libro aut papyro : quod χάραγμα quoque nominatur. [Plato Polit. p. 289, B.: Οἷον ἡ τοῦ νομίσματος ἰδέα καὶ σφραγίδων καὶ παντὸς χαρακτῆρος. Eurip. El. 559 : Τί μ' εἰσδέδορκεν ὥσπερ ἀργύρου σκοπῶν λαμπρὸν χαρακτῆρα;] Aristot. Pol. 1, 6, de numismate loquens : Τὸ μὲν πρῶτον ἁπλῶς ὁρισθὲν μεγέθει καὶ σταθμῷ, (sc. argentum, ferrum, æs, au-

matur. [Plato Leg. 3, p. 680, C : Ἔοικέ γε ὁ ποιητὴς ὑμῖν οὗτος γεγονέναι χαρίεις· Rep. 10, p. 602, A : Χαρίεις ἂν εἴη ὁ ἐν τῇ ποιήσει μιμητικὸς πρὸς σοφίαν περὶ ὧν ἂν ποιῇ· 5, p. 452, B : Τὰ τῶν χαριέντων σκώμματα.] Apud Aristot. χαρίεις est aliquis in dictis, Eth. 4, 8 : Ἐπιπολάζοντος δὲ τοῦ γελοίου, καὶ τῶν πλείστων χαιρόντων τῇ παιδιᾷ καὶ τῷ σκώπτειν μᾶλλον ἢ δεῖ, καὶ οἱ βωμολόχοι εὐτράπελοι προσαγορεύονται, ὡς χαρίεντες. Ubi χαρίεντες, quod vitio caret, sunt quos vocamus *Plaisants* : βωμολόχοι autem, quod in vitio ponitur, est potius *Plaisanteurs*. Quidam ex posterioribus interpretibus reddidit, Humanitate politi homines; quidam vero, Elegantes et politi homines. Sed χαρίεις ita redditum, latius patere videri queat, et idem esse cum eo quem appellamus *Un galant homme* : sicut sc. τὰ χαρίεντα vocamus *Des galanteries* : quæ ego non profero tanquam et ipsa cum Græcis, quod ad significationis originem attinet, conveniant; sed quia in exprimenda vi illorum magis mihi satisfaciunt quam Latina, quæ quidem nunc occurrunt : sc. Scitus s. Elegans homo. [Ps.-Demosth. p. 1401, 6 : Ὃν ᾤετο χαριέστατον εἶναι καὶ πλέον τῇ συνέσει ἢ τῷ κάλλει προέχειν. Isocr. p. 234, C : Περὶ ὧν οἱ χαριέστατοι τῶν Ἑλλήνων καὶ μνησθεῖεν ἂν καὶ διαλεχθεῖεν.] Isocr. Ad Phil. [p. 413, A] : Οἱ δ' ἐπὶ μὲν τοῦ βίου, σώφρονες καὶ χαρίεντες, πρὸς δὲ τὰς ἄλλας χρήσεις καὶ διαγωγὰς παντάπασιν ἀφυεῖς. Atque ut hic χαρίεντες et ἀφυεῖς inter se opponuntur, ita fortasse ap. Aristot. Eth. 1, 13 : Καὶ τῶν ἰατρῶν δ' οἱ χαρίεντες πολλὰ πραγματεύονται περὶ τὴν τοῦ σώματος γνῶσιν, possint χαρίεντες videri esse οἱ εὐφυεῖς. Existimo certe χαρίεντας dici Qui artem suam cum scita quadam dexteritate exercent. Ideoque non placet ea interpr. quæ reddit, Clari nobilesque medici. Tolerabilior autem quæ vertit, Politiores medici. [Οἱ χαρίεντες ἰατροὶ etiam ap. Plut. Mor. p. 918, D, et χ. ἀγορανόμος, γεωργὸς, λοχαγὸς, παιδαγωγὸς, σύνδειπνος ap. eund. ib. p. 658, D; 92, B; 534, B, V. Cat. min. c. 4, Mor. p. 45, B; στρατηγὸς Diodor. 12, 33. Οἱ χαριέστατοι τῶν πολιτῶν, Civium honestissimi et prudentissimi, ap. eund. 11, 86, ubi Wessel. comparavit c. 88, et 13, 92; 19, 6; χαρίεντες τῶν πολιτῶν ap. Appian. Civ. 4, c. 73. Οἱ χαριέστατοι ποιητῶν τε καὶ συγγραφέων Dionys. De comp. verb. c. 15. Χαριεστέρους Suidas exp. ἐνδοξοτέρους, εὐπρεπεστέρους, addito loco Eunapii Hist. Exc. p. 101 : Ὁ Προκόπιος τοὺς χαριεστέρους ἀναλαβὼν ἐπὶ τὸν βασιλέα... συνήπτετο. X. περί τι Plato Ep. 13, p. 363, C : Τὰ ἄλλα καὶ περὶ φιλοσοφίαν χαρίεις. In scholiis Homericis αἱ χαριέστεραι (sc. ἐκδόσεις) vel οἱ χαριέστεροι frequenter de editionibus dicitur elegantioribus, majore doctrina et cura expolitis : V. Wolf. Proleg. p. CLXXX. Sic αἱ χαριέστεραι in schol. Il. Γ, 362, M, 318, Od. A, 379, B, 170; αἱ πλείους καὶ χαριέστεραι Il. B, 12; 52; αἱ πλείους τῶν χαριεστέρων B, 192; αἱ χαριέσταται B, 52, 164, 196. Οἱ χαριέστεροι Od. P, 160. Αἱ χαριέστεραι γραφαὶ Od. A, 356, Λ, 196. Χαριεστάτη γραφὴ Od. K, 70. Ὃ καὶ χαριέστερον Z, 179.] Ceterum idem philosophus [Aristot.] generaliorem usum huic voci tribuens, τοὺς χαρίεντας opponit τοῖς πολλοῖς, Eth. 1, 4 : Τὴν γὰρ εὐδαιμονίαν καὶ οἱ πολλοὶ καὶ οἱ χαρίεντες λέγουσι. Ubi unus ex posterioribus interprr. reddit χαρίεντες Politiores; alter, Expolitiores. Sed videri possit aliquid amplius significare vox illa, quum Aristot. statim post opponat χαρίεντας illos τοῖς σοφοῖς : scribens, Περὶ δὲ τῆς εὐδαιμονίας, τίς ἐστιν, ἀμφισβητοῦσι, καὶ οὐχ ὁμοίως οἱ πολλοὶ τοῖς σοφοῖς ἀποδιδόασιν. Videat igitur lector, (neque enim de mea ipsius interpretatione in tanta festinatione pronuntiare vel queo, vel volo,) num melius reddi possit χαρίεντες in hujusmodi ll., Qui polito sunt judicio; aut certe, num quæri aliud quodpiam substantivum debeat quod illi participio jungatur. Opponuntur certe τοῖς πολλοῖς οἱ χαρίεντες ab Eod. in aliis etiam hujus operis locis. Sic vero et in Polit. 2, 5 : Οἱ μὲν γὰρ πολλοὶ (στασιάζουσι) διὰ τὸ περὶ τὰς κτήσεις ἄνισον· οἱ δὲ χαρίεντες, περὶ τῶν τιμῶν, ἐὰν ἴσαι. Rursum vero in Eth. 1, 5, τοῖς πολλοῖς opp. τοὺς χαρίεντας καὶ πρακτικούς : quæ vox illi copulata ad intelligendam illius signif. adjumento nobis esse possit. [Οἱ χαρίεντες vel οἱ γνώριμοι καὶ χαρίεντες oppositi τοῖς πολλοῖς ap. Plut. V. Demosth. c. 11, Dion. c. 28. Eodem sensu conjungitur cum adjectivis qualia sunt σοφὸς ap. Plat. Amat. p. 135, D : Χαριέστατον καὶ σοφώτατον τῶν ἀεὶ παρόντων ἐν τοῖς λεγομένοις τε καὶ πραττομένοις περὶ τὰς τέχνας· φιλόσοφος ap. Plut. Mor. p. 96, C, φιλάνθρωπος p. 697, C, ἐμμελὴς ap. Plat. Theæt. p. 174, A : Θρᾷττά τις ἐμμελὴς καὶ χαρίεσσα θεραπαινίς· δεξιὸς ap. Aristid. vol. 2, p. 112, et alia plurima.]

‖ Hujus nominis χαρίεις casus vocat. Χαρίεν, vel Χάριεν, ut ex Gaza annotatur. Sed quod ad χάριεν attinet, magis exemplis confirmari necesse habet quam alter. Meminisse autem oportet et ejus usus, quem Eust. [p. 1088, 7; 1128, 64; 1276, 36] ei tribuit in illis quæ supra ex eo protuli : sc. ita scriptum properoxytone, poni adverbialiter. [Adde schol. Hom. Il. II, 798.] Idem sane testatur etiam is, cujus extat libellus in VV. LL. inscriptus, Συναγωγὴ τῶν πρὸς διάφορον σημασίαν λέξεων, quum inscribi debeat, Συναγωγὴ τῶν πρὸς διάφορον σημασίαν διαφόρως τονουμένων λέξεων, in quo certe nonnulla bona sunt haud paucis permixta malis; vel, nonnulla vera multis permixta falsis. Sed et Suidæ testimonium illis addere possumus, scribentis, Χάριεν properoxytone, pro χαριέντως : at χαρίεν paroxytone, ἐπὶ τοῦ ἐπιχαροῦς καὶ χαρίεντος : hoc enim reponendum hic est pro χαριέντως. Verum quid hic agas? dixerat idem in iis quæ proxime præcedunt, χάριεν esse Atticum, χαρίεν autem, κοινόν : nequaquam illud adverbium esse addens. Atque adeo in loco Aristoph. in quo χάριεν properoxytone legit, nullo pacto adverbialiter positum dici possit. Est enim hic Pl. [144] : Καὶ νὴ Δί', εἴ τι γ' ἐστὶ λαμπρὸν καὶ καλὸν Ἢ χάριεν ἀνθρώποισι, διὰ σὲ γίγνεται. [Quo accentu etiam Ran. 1491.] Assentiuntur autem Suidæ hac in scriptura vulgatæ etiam edd.: qui assensus illi præcedenti observationi, χάριεν properoxytonum poni adverbialiter dicenti, manifeste repugnat. Etym. quoque auctor [p. 807, 15] tradit ex Herodiano, χάριεν scribi, acuendo tertiam a fine; sed non addens esse adverbium. [Hoc dictum erat p. 358, 55, ubi τὰ εἰς ἐπιρρηματικὴν σύνταξιν μετενηνεγμένα tractantur, Ὁμοίως ... καὶ τὸ χάριεν ἀντὶ τοῦ χαριέντως. Consentiunt Apollon. De adv. p. 570, 27, qui Atticum adverbii χάριεν accentum cum ἄληθες componit, et Joann. Alex. Ton. παραγγ. p. 30, 16. Apud Ammon. p. 117 : Χάριεν, τὴν πρώτην συλλαβὴν ὀξυτονοῦντες. ... Codices etsi parum sibi constant, tamen frequentius, ni fallor, χάριεν præbent quam χαρίεν.]

‖ Comp. Χαριέστερος, Venustior, Lepidior, etc. Item Gratior, Jucundior : sequendo signiff. positivi. Aristot. Eth. 4, 7 : Οἱ δ' εἴρωνες, ἐπὶ τὸ ἔλαττον λέγοντες, χαριέστεροι μὲν τὰ ἤθη φαίνονται. Quem l. unus ex posterioribus interprr. sic vertit, In dissimulatoribus autem, quum sua ipsorum illi extenuant, lepidorum morum species apparet. Alter ita, Dissimulatores autem, qui sua omnia verbis elevant, moribus videntur illi quidem esse politioribus. Possit autem et ex iis quæ in Χαρίεις dicta sunt, de hujus χαριέστεροι signif. ferri judicium. Superl. Χαριέστατος, Venustissimus, Lepidissimus, Gratissimus, Jucundissimus. Hom. Od. K, [279] : Νεηνίῃ ἀνδρὶ ἐοικὼς Πρῶτον ὑπηνήτῃ, τοῦπερ χαριεστάτη ἥβη. ‖ Adv. Χαριεστέρως, vel Χαριέστερον. Ex quibus illud quidem prius affertur ex Aristot. pro Elegantius, Urbanius; at χαριέστερον extat ap. Isocr. Or. adv. Soph. [p. 294, D] : Ἀνθηρότερον καὶ χαριέστερον φαίνεσθαι λέγοντας. Hinc adv. Χαριέστατα, Venustissime, etc. [Alia forma Χαριεστάτως Leont. Neapol. Vita Sym. Sali Actt. SS. Julii t. 1, p. 143, B : Τοῦτο δὲ χ. ἔλεγεν. Hase.]

[Χαρίεις, ὁ, Charieis, fluvius Colchidis ap. Arrian. Peripl. P. Eux. § 13, in Müll. Geogr. vol. 1, p. 376 sq., ubi genit. et accus. Χαρίεντος et Χαρίεντα. Χαρίουστος ap. Ptolem. 5, 10, ex codd. : nam vulgo Χαρίστος. Ἄριος ap. Scylacem § 81, p. 62 *Charien.* (flumen) ap. Plin. H. N. 6, 4, 14; *Cariente* in Tabula Peuting.; *Charientos* ap. Geogr. Rav. 5, 10, et 2, 12.]

[Χαριεντὴς, ὁ, i. q. χαρίεις. Paraphr. Hom. Il. B, 736, 826.]

Χαριεντίζομαι, verbum, ex nomine χαρίεις factum est; sed formando ex neutro χαρίεν. Nam ut χαρίεις Græcis est qui a nobis vocatur *Un homme plaisant*, ita χαριεντίζεσθαι dicunt quod nos *Plaisanter*, [Etym. M.

p. 807, 17 : Εὐτραπελευόμενοι, σκώπτοντες, addito quem HSt. infra memorat versu Aristoph. (fr. 212), quo etiam Harpocr. utitur s. v. Βωμολοχεύεσθαι.] Schol. Aristoph. in Pluti init.: Ἀλλ' οὔ σε κρύψω· τῶν ἐμῶν γὰρ οἰκετῶν Πιστότατον ἡγοῦμαί σε καὶ κλεπτίστατον, annotat, τὸ σχῆμα παρ' ὑπόνοιαν, ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν εὐνούστατον· παίζων κωμικῶς ἅμα καὶ χαριεντιζόμενος διὰ τὸ τῆς κωμῳδίας μειδιαστικόν. Χαριεντίζεσθαι, inquit Bud. Comm., est Jocari, et Facete cavillari, Lepida urbanitate uti. Quibus addere possis, Facetiis uti s. Salibus, Facete aliquid dicere s. Salse. Plato Rep. 4, [p. 436, D] : Καὶ εἰ ἔτι μᾶλλον χαριεντίζοιτο ὁ ταῦτα λέγων, κομψευόμενος, ὡς οἵ γε στρόβιλοι ὅλοι ἑστᾶσί τε ἅμα καὶ κινοῦνται, ὅταν ἐν τῷ αὐτῷ πήξαντες τὸ κέντρον περιφέρωνται. [Id. Apoll. p. 24, C : Ὅτι σπουδῇ χαριεντίζεται· 27, D : Ὃ ἐγὼ φημί σε αἰνίττεσθαι καὶ χαριεντίζεσθαι.] Idem alibi interpr. etiam, Cum gratia loquor et venustate ac lepore, Ludibunde scribo ad venustatem sermonis aucupandam, ex Dionys. H. De Lysia [c. 14] : Οὐδὲ ὡς ἡδῦναι καὶ πεῖσαι καὶ χαριεντίσασθαι δύναται, οὕτω βιάσασθαί τε καὶ παραναγκάσαι. Subjungit hæc Ejusdem, tanquam ex Theophr. afferentis, Ταῦτα γὰρ εἰ μὲν Λυσίας τῷ ὄντι ἔγραψε, δικαίως ἂν ἐπιτιμήσεως ἀξιοῖτο, χαριεντιζόμενος ἐν οὐ χαρίεντι καιρῷ, quod dicit propter παρισώσεις et παρομοιώσεις, In loco serio jocis et festivitate sermonis utens. Affertur et vox activa Χαριεντίζω, ex Aristoph. ab Etym. [M. l. supra cit.] : Χαριεντίζεις [vitiose pro χαριεντίζει, quæ est secunda persona formæ mediæ] καὶ καταπαίζεις ἡμῶν, καὶ βωμολοχεύῃ· quæ verba Suidas quoque habet, et quoniam illis subjungit nomen Δαμάσκιος, annotatur in VV. LL. eorum auctorem esse Damascium, quum illud Δαμάσκιος non ad illa verba, sed ad sequentia pertineat. [Clem. Al. Pædag. 2, 2, 22; 5, 47; 7, 57. Greg. Nyss. t. 3, p. 69, A. Pallad. Hist. Laus. p. 925, D; 964, A et C. Jo. Glycas De synt. rat. p. 16, 16 Alb. Jahn. Theon. Progymn. vol. 1, p. 202, 7 Walz., differre inter se γνώμην et χρείαν, τῷ χαριεντίζεσθαι τὴν χρ. ἐνίοτε. Sext. Empir. p. 254, 1, καθώς φησί τις τῶν χαριεντιζομένων· 123, 5, ἐχαριεντίσατο πρὸς αὐτόν. Philo vol. 2, p. 570, 42, σκώπτειν καὶ χαριεντίζεσθαι δύνασαι μᾶλλον ἑτέρων· 480, 18, σκῶψαι καὶ χαριεντίσασθαι· vol. 1, p. 354, 37, οὐκ ἀμούσως παῖξαί τι καὶ χ. Hase.]

[Χαριέντισμα, τὸ, i. q. χαριεντισμός. Philo vol. 2, p. 570, 33, μειρακιώδη χ. Hase. Schol. Aristoph. Ach. 380 : Τὸ κυκλοβορεῖν καὶ καταγλωττίζειν χαριεντίσματά ἐστι κωμῳδίας. Eumath. p. 325 : Ἀναλογισάμενος τῆς ἐμῆς Ὑσμίνης χαριεντίσματα.]

[Χαριεντισμός, ὁ. HSt. s. v. Χαριεντίζομαι :] Hujus verbale nomen est Χαριεντισμός, Lepos et venustas sermonis. [Pollux 5, 161.] Dionys. H. in Isocr. Vita [c. 12] : Χαριεντισμὸς γὰρ ἅπας ἐν σπουδῇ καὶ καλῶς γινόμενος, ἄωρον πρᾶγμα καὶ πολεμιώτατον ἐλέῳ. Sed priorem illam verbi χαριεντίζομαι signif. sequendo, χαριεντισμὸς est Cavillatio faceta, Dictum salsum et facetum s. lepidum. [Plato Theæt. p. 168, D : Χ. τινα ἀποκαλῶν· Rep. 8, p. 563, A : Οἱ γέροντες ξυγκαθιέντες τοῖς νέοις εὐτραπελίας καὶ χαριεντισμοῦ ἐμπίπλανται. Plut. Mor. p. 11, F : Τὸ τοῦ Πλάτωνος σπουδῇ καὶ χαριεντισμῷ μεμιγμένον οὐ παραλειπτέον.] Redditur etiam Urbanitas; sed hoc videndum an simpliciter pro Urbano dicto poni queat. Ex Rufiniano etiam [De fig. c. 3, p. 197] affertur, Χαριεντισμὸς, s. Σκῶμμα, Figura est qua festiva dictio fit cum amœnitate mordax. [Jo. Phocas Descr. Palæst. p. 13, 2 Venet. Galen. vol. 18, part. 1, p. 291, 9 : Ἀλλ' οὗτος ὁ χ. ἑτέροις μᾶλλον ἔπρεπε. Jo. Chrys. t. 11, p. 858, A, ἀφεὶς τὸν χ. Hase.]

[Χαριεντιστέον, Urbanitate utendum. Clem. Alex. p. 196 : Χ., οὐ γελωτοποιητέον.]

Χαριεντότης, ητος, ἡ, nomen est ex χαρίεις fictum ap. Plut. [Mor. p. 441, B.]

[Χαριέντως, Eleganter, Gl. HSt. post ea quæ de adv. Χαριεστέρως et Χαριέστατα dixit s. v. Χαρίεις] : Est certe aliud minime controversum adv. Χαριέντως [ap. Polluc. 5, 161], quo et Plato usus est, Rep. 1, [p. 331, A] : Χαριέντως γὰρ τοῦτο ἐκεῖνος εἶπε, Lepide hoc dixit, s. Scite, Festive [(ut ap. Isocr. p. 333, A : Χ. εἰρῆσθαι ταῦτα). Id. Protag. p. 344, B : Πάνυ χ. καὶ μεμελημένως ἔχει (τὰ ἐν τῷ ἅσματι εἰρημένα)· Phædon. p. 87, A : Χ. ἀποδεδεῖχθαι· Rep. 4, p. 426, A : Χ. διατελοῦσιν.] Sic autem Herodianus sermoni hoc adverbium tribuit, 2, [10, 14] : Ἐπὶ μὲν γὰρ τὸ χαριέντως καὶ μετὰ παιδιᾶς ἀποσκῶψαι ἐπιτήδειοι Σύροι. [« Vide et supra in Ποιῶ, p. 431, A (1298, D), » addit HSt. in Ms. Vindob. Isocr. p. 86, D : Εἰ χ. (urbane) αὐτοὺς ἠμυνάμην· 240, C : Χ. μὲν, ἀπειροτέρως δὲ καὶ καταδεεστέρως ἐπαινοῦντες τὴν πόλιν.] At de corpore ap. eund. Plat. Phæd. extat [p. 80, C] : Χαριέντως ἔχων τὸ σῶμα, pro ᾧ χαρίεν ἐστὶ σῶμα, Cui venustum est corpus s. elegans, aut scitum. Cui loco plane similis est hic ap. Athen. 13, [p. 584, B] : Χαριέντως, ὦ νεανίσκε, τὸ σωμάτιον διάκεισαι. [De cœnæ apparatu Alexis ap. Athen. 3, p. 107, B : Δείπνου χ. πεπρυτανευμένου. Schweigh. Callinic. Vita Hypatii Actt. SS. Junii t. 3, p. 336, E. Anon. De martt. CPol. ib. Aug. t. 2, p. 440, E. Themist. ap. Stob. Floril. vol. 3, p. 373, 20, ὁ Σοφοκλῆς εἴρηκε χ. Origen. t. 3, p. 472, C, χρήσῃ χ. Athanas. t. 2, p. 385, χ. ἀπεκρίθη. Paul. Ægin. p. 254, 12 Briau., de excisione calculi, χ. ὁ λίθος ἐκπηδᾷ. Hase.]

Χαριεργὸς, ὁ, ἡ, Cujus venusta sunt opera, Venustus in suis operibus. Affertur tamen ex Epigramm. [Leonidæ Tar. Anth. Pal. 6, 205 : Ἃ δὴ χαριεργῷ Ἀθάνᾳ ἐκ τέχνας θήκατο παυόμενος], pro Eo cujus facta sunt grata. Vide Suid. [qui exp. ἡ κεχαριτωμένα ἐργαζομένη.]

[Χαρίεσσα, ἡ, Chariessa, n. pr. in inscr. ap. Bœckh. 557, vol. 1, p. 491 : Χ. Ἀρίστωνος ἐξ Ἀθμονέων.]

[Χαριέττων, ωνος, ὁ, Charietton, n. pr. ab Suida annotatum, quæ gl. non legitur in cod. Paris. A, duobus aliis in libris Χαριέντων scripta est. Fuit unus ex Saliis, Germanorum gente : v. Zosim. 3, 7, Eunap. Exc. Hist. p. 106 Nieb., Ammian. Marc. 17, 10, cum annotat. Vales., et 27, 1.]

Χάρίζομαι, fut. ίσομαι [et forma contr. Χαριοῦμαι, qua veteres usi sunt, ut χαριεῖ ap. Herodot. 1, 90, Plat. Crat. p. 408, E, χαριεῖσθον Euthyd. p. 275, A, χαριεῖσθε Gorg. p. 458, D, χαριοῦνται Menex. p. 248, B, χαριεῖσθαι Phædr. p. 231, B, χαριούμην Aristoph. Eq. 776, χαριούμενος Isocr. p. 162, A], præt. κεχάρισμαι, Gratificor, Rem gratam alicui facio, Beneficium confero, Obsequium aliquod præsto. Ab Hesych. dicitur χαρίζεσθαι esse τὸ δρᾶν τὰ κεχαρισμένα, a Suida, χάριν τίθεσθαι, ab Eust. τὰ πρὸς χάριν καὶ ἡδονὴν ποιεῖν. Hom. Od. A, [61] : Οὔ νύ τ' Ὀδυσσεὺς Ἀργείων παρὰ νηυσὶ χαρίζετο ἱερὰ ῥέζων Τροίῃ ἐν εὐρείῃ; Nonne tibi gratificabatur sacrificando? Possis etiam, mutando structuram orationis, verbum in nomen vertere, interpretando, Nonne tibi grata sacra faciebat? Nonne tibi grata ejus sacrificia erant? Il. O, [449], P, [291] : Ἕκτορι καὶ Τρώεσσι χαριζόμενος· Od. Θ, [538] : Οὐ γάρ πως πάντεσσι χαριζόμενος τάδ' ἀείδει. Apud eund. poetam cum dat. personæ, itemque alio, qui velut instrumentalis est, Od. Ξ, [387] : Μήτε τι μοὶ ψεύδεσσι χαρίζεο, μήτε τι θέλγε, ubi annotat Eust. [p. 1765, 10] illud ψεύδεσσι χαρίζεο dictum esse ἀκριβῶς. Variis enim modis χαρίζεσθαι nos posse, sc. δώροις, δεξιώσεσιν, ἀληθείαις, ψεύδεσι, aliisque multis. At vero in ejusdem poematis lib. A, [140] χαριζομένη jungitur genitivo; ita enim ibi canit, Σῖτον δ' αἰδοίη ταμίη παρέθηκε φέρουσα, Εἴδατα πόλλ' ἐπιθεῖσα, χαριζομένη παρεόντων, ubi miror Eust. χαριζομένη exposuisse τὰ πρὸς χάριν καὶ ἡδονὴν ποιοῦσα : nam χαρίζομαι quidem id alibi significare constat, sed quomodo cum gen. illo talis expositio cohærebit? Accuratius certe brevium scholiorum auctor, χαριζομένη παρεόντων esse dicit, ἐκ τῶν παρεόντων ἐπιδιδοῦσα : sed ego post ἐπιδιδοῦσα adderem εἰς τὸ χαρίζεσθαι, vel tale quid, ut vis verbi melius exprimeretur. Is autem, cujus extat prima ad verbum interpr. Latina hujus poematis, recte quidem vertit, Gratificando apposuit; sed in interpretando participio παρεόντων lapsus est. Ita enim totum locum reddidit : Proma sedula panem ac cibos plurimos præsentibus gratificando apposuit. Quasi nimirum esset scriptum παρεοῦσι, aut certe loco ejus dativi gen. ille poneretur, et de personis, non de rebus diceretur. Nisi forte illum non Præsentibus, sed De præsentibus scripsisse putandum sit. Dicitur certe et Gratificari de aliqua re, ut ap. Cic. legimus, Deque eo quod

ipsis superat, aliis gratificari volunt. [Semel Hesiod. Theog. 580 : Στεφάνην ... ποίησε (Vulcanus) ... χαριζόμενος Διὶ πατρί. Æschylus et Sophocles in fabulis quæ supersunt semel utérque usi sunt hoc verbo, Æsch. Pers. 700 : Δίομαι μὲν χαρίσασθαι, δίομαι δ' ἀντία φάσθαι· quod schol. exp. Τὰ πρὸς χάριν εἰπεῖν δέδια μέν σοι. Soph. El. 331 : Θυμῷ ματαίῳ μὴ χαρίζεσθαι κενά. Sæpius Eurip., velut Hipp. 1262 : Τί χρὴ δράσαντας ἡμᾶς σῇ χαρίζεσθαι φρενί; Or. 1514 : Δειλίᾳ γλώσσῃ χαρίζει, et Comici, ut Aristoph. Pac. 392 : Ἀλλὰ χάρισ' (i. e. χάρισαι), ὦ φιλανθρωπότατε ... δαιμόνων· Eq. 1368 : Πολλοῖς γ' ὑπολίσφοις πυγιδίοισιν ἐχαρίσω· Thesm. 939 : Τί σοι χαρίσωμαι ;]

‖ Venio ad verbi χαρίζεσθαι exempla ex soluta oratione petita. [Herodot. 1, 33 : Ταῦτα λέγων τῷ Κροίσῳ οὔκως οὔτε ἐχαρίζετο ...· 9, 78 : Ὁ μὲν δοκέων χαρίζεσθαι ἔλεγε τάδε· 6, 130 : Ἄνδρες παιδὸς τῆς ἐμῆς μνηστῆρες ... πᾶσιν ὑμῖν, εἰ οἷόν τε εἴη, χαριζοίμην ἄν. Plato Tim. p. 20, B : Ὑμῶν δεομένων ... προθύμως ἐχαριζόμην· Mem. p. 75, B : Βούλει σοι χαρίσωμαι· Theæt. p. 173, A : Λόγῳ τε θωπεῦσαι καὶ ἔργῳ χαρίσασθαι.] Isocr. Ægin. [p. 388, D] : Ἔχω δὲ καὶ τοιαῦτ' εἰπεῖν ἐξ ὧν ἐκείνῳ χαριζόμενος, αὐτὸς ταῖς μεγίσταις συμφοραῖς περιέπεσον. Xen. Cyrop. 4, [1, 20] : Ἤλθομεν, σοὶ χαριζόμενοι, μακρὰν ὁδὸν, ubi videtur σοὶ χαριζόμενοι resolvi commode posse in σὴν χάριν, et reddi In gratiam tuam. Cyrop. 7 : Τί ἄν σοι ποιήσας χαρίσαιτο; Apud Plut. ambo quoque ista verba simul posita vides, sed in alia orationis forma : Ποίει δὲ ὡς λέγω, χαριζόμενος ἡμῖν. Ap. Eund. χαρίζεσθαι ad dicta, non ad facta, refertur, De discern. adul. ab amico [p. 66, A] : Ὀλίγοι μὲν γὰρ ἐκ πολλῶν εἰσὶν οἱ παῤῥησιάζεσθαι μᾶλλον ἢ χαρίζεσθαι τοῖς φίλοις τολμῶντες. Ut autem hic χαρίζεσθαι et παῤῥησιάζεσθαι velut opposita sunt, sic ap. Dem. χαρίζεσθαι et τὰ βέλτιστα λέγειν, Philipp. 3, [p. 110, 17] : Χαρίζεσθαι μᾶλλον ἢ τὰ βέλτιστα λέγειν προαιρουμένους. Redditur χαρίζομαι et quibusdam aliis verbis s. loquendi generibus præter illa quæ supra attuli, sc. Gratiam ab aliquo ineo, s. apud aliquem, Gratiam concilio, Demereor. Verum si quis χαρίζεται aliquid τῷ ἀχαριστοῦντι, quomodo illa de eo dici possunt? Χαρίζεσθαι, inquit Bud., Obsequi, Beneficium gratiamque conferre, Dem. : Ὅτι τούτων μὲν οὐδεὶς εἴσεται τὸν ἑαυτῷ κεχαρισμένον, Quia nemo istorum scire poterit quis sibi beneficium gratiamque contulerit, eum absolvendo. Calculi enim judicum occulte ferebantur. Χαρίζεσθαι τῷ ἑαυτοῦ θυμῷ, Animo suo indulgere. Antipho [p. 127, 22] : Ἥ τε ἀπειρία τῆς μέθης ἐπαίρει τῷ θυμῷ χαρίζεσθαι. Et χαρίζεσθαι ἔρωτι, Indulgere amori. Plut. [V. Pomp. c. 70], de Cæsare et Pompeio : Ἦν δέ τι καὶ τροπαίων καὶ θριάμβων ἔρωτι βουλομένους χαρίζεσθαι, καὶ διψῶντας. His autem, quæ a Bud. afferuntur, addi possunt, τῇ ἡδονῇ χαρίζεσθαι [e Xen. Cyrop. 4, 3, 2], et τῇ γαστρὶ χαρίζεσθαι [ib. 4, 2, 39], verbo χαρίζεσθαι significante itidem Indulgere. [Plato Leg. 5, p. 727, C : Ὁπόταν ἡδοναῖς χαρίζηται.] Adde et quod his generalius est, χαρίζεσθαι ταῖς ἐπιθυμίαις καὶ τοῖς πάθεσι : ex Aristot. Eth. 9 : Οἱ δὴ περὶ ταῦτα πλεονέκται χαρίζονται ταῖς ἐπιθυμίαις καὶ ὅλως τοῖς πάθεσι, καὶ τῷ ἀλόγῳ τῆς ψυχῆς. [Plato Rep. 8, p. 561, C : Χαριζόμενοι τῇ προσπιπτούσῃ ἐπιθυμίᾳ· 10, p. 605, B : Τῷ ἀνοήτῳ αὐτῆς (τῆς ψυχῆς) χαριζόμενον.] Invenitur autem et ἑαυτῷ χαρίζεσθαι redditum Animo suo obsequi. Invenitur χαρίζομαι et cum accus. χάριτας, veluti ap. Dem. [p. 306 extr.] : Εἶτα κενὰς χαρίζῃ χάριτας τουτοισὶν, ἐμὲ συκοφαντῶν, ubi quidam interpr. Gratiam inanem ac frivolam inis. Isocr. autem Ad Dem. [p. 8, C] dixit Τὰς χάριτας ἀχαρίστως χαριζόμενοι. [Eurip. ap. Lycurg. p. 160, 23 : Τὰς χάριτας ὅστις εὐγενῶς χαρίζεται ἥδιστον ἐν βροτοῖσιν.]

‖ Χαρίζομαι, Dono, Largior. [Hom. Il. Z, 49, A, 134 : Τῶν κέν τοι χαρίσαιτο πατὴρ ἀπερείσι' ἄποινα. Eurip. El. 192 : Χρύσεα χάρισαι προσθήματ' ἀγλαΐας.] Moschus in Idyllio quod Ἔρως Δραπέτας inscribitur, i. e. Amor fugitivus [fin.] : Ἢν δὲ λέγῃ, Λάβε ταῦτα, χαρίζομαι ὅσσα μοι ὅπλα. Esse autem χαρίζομαι i. q. ὠροῦμαι, vel proxime sequens versus aperte ostendit, in quo legitur, Μήτι θίγῃς, πλάνα δῶρα. Sed permutatus est verborum ordo, ut de hoc lectorem obiter admoneam ; dicendum enim fuisset alioqui, Χαρίζομαι ὅσσα μοι ὅπλα, λάβε ταῦτα. Ad hanc certe signif. pertinet partic. χαριζομένη, quod paulo ante ex Hom. protuli, [ubi cum genit. constructum est χαριζομένη παρεόντων, Od. A, 140, Δ, 56, H, 176, et alibi. Et N, 15 : Ἀργαλέον γὰρ ἕνα προικὸς χαρίσασθαι. Theocr. 25, 188 : Γλώσσης μαψιδίοιο χαριζόμενον παρεοῦσιν]. Invenitur porro et in soluta oratione χαρίζομαι pro Dono, Largior, Dilargior. [Xen. Cyrop. 3, 2, 29 : Ὥστε σε νομίζειν καλῶς βεβουλεῦσθαι χαρισάμενον αὐτῇ· ubi præcedit : Ἦν αὐτῷ πέμψῃς ὁπόσα σοι προχωρεῖ. 8, 6, 23 : Εἴ τι Κύρῳ χαρίσαιτο· Hier. 8, 2 : Μείζω χαρίζεσθαι. Plut. V. Cat. min. c. 18 : Χαρίζεσθαι τὰ δημόσια· Mor. p. 609, A : Τῷ φιλοστόργῳ χαριζόμεθα τὸ ποθεῖν. Sirac. 12, 3 : Τὴν ἐλεημοσύνην μὴ χαριζομένῳ. Joseph. A. J. 8, 5, 3 : Πόλεις αὐτῷ εἴκοσι ... ἐχαρίσατο.] Herodian. 3, [10, 12] : Τῶν ἀναιρουμένων χαριζόμενος τὰς οὐσίας· 1, [17, 3] : Τῶν δὲ πλουσίων τὰς οὐσίας χαρίσασθαι ἐβούλετο, μερίσαι τε εἰς τοὺς στρατιώτας. Plut. autem cum accus. διήγησιν usus est verbo χαρίζεσθαι, De def. orac. [p. 421, A] : Οὐχ ὁρῶ χαρίζεσθαι (sed pro οὐχ ὁρῶ reponendum puto οὐκ ὀκνῶ), βαρβάρου διήγησιν ἀνδρὸς, Vobis narrationem illam muneris loco referre. Veruntamen cum hoc etiam accusativo aliisque hujusmodi locum habere queat fortassis et verbum Gratificari. [Id. V. C. Gracchi c. 4 : Φήσας τῇ μητρὶ δεηθείσῃ χαρίζεσθαι τὸν Ὀκτάβιον (capitis damnatum). Lucas Act. Apost. 25, 11 : Οὐδείς με δύναται αὐτοῖς χαρίσασθαι, i. e. damnare eorum in gratiam. 16 : Οὐκ ἔστιν ἔθος Ῥωμαίοις χαρίζεσθαί τινα ἄνθρωπον εἰς ἀπώλειαν, i. e. in gratiam alienam condemnare. Lucian. Bis accus. c. 14 : Ἔοικας χαριζομένῳ τὴν δέησιν.]

‖ Χαρίζομαι, Condono. Qua in signif. usus est Paulus 2 Ep. ad Cor. 2, [10] : ὯΙ δέ τι χαρίζεσθε, καὶ ἐγώ· καὶ γὰρ ἐγὼ εἴ τι κεχάρισμαι, ᾧ κεχάρισμαι, δι' ὑμᾶς : quum dixisset paulo ante, Ὥστε τοὐναντίον μᾶλλον ὑμᾶς χαρίσασθαι. [Ib. 12, 13 : Χαρίσασθέ μοι τὴν ἀδικίαν ταύτην.] Usus est et in Ep. ad Ephes. 4 fin. : Γίνεσθε δὲ εἰς ἀλλήλους χρηστοὶ, εὔσπλαγχνοι, χαριζόμενοι ἑαυτοῖς, καθὼς καὶ ὁ Θεὸς ἐν Χριστῷ ἐχαρίσατο ὑμῖν. [Quod Zonaras Lex. p. 1846 exp. συγγνωμονικοὶ γίνεσθε.] Ubi subaudiendus relinquitur accus., quem expressit noviss. Interpres, Condonantes vobis mutuo offensas. At vet. Interpres vertit Donantes : Erasmus, Largientes. [Coloss. 2, 13 : Χαρισάμενος ἡμῖν πάντα τὰ παραπτώματα· 3, 13 : Καθὼς καὶ ὁ Χριστὸς ἐχαρίσατο ὑμῖν, οὕτω καὶ ὑμεῖς.] Affertur et χαρίζεσθαι τὸ ὄφλημα.

‖ Χαρίζεσθαι dicitur etiam mulier, quæ viro turpe obsequium præstat, sui copiam ei faciens, sicut sc. χάριν de illo obsequio usurpari docebo : χαρίσασθαι, inquit Hesych., παρασχεῖν· λέγονται γὰρ αἱ γυναῖκες χαρίζεσθαι αἱ πρὸς συνουσίαν ἑαυτὰς ἐκδιδοῦσαι. Ad hanc signif. respiciens Aristoph. dixit Eq. [516] : Κωμῳδοδιδασκαλίαν εἶναι χαλεπώτατον ἔργον ἁπάντων. Πολλῶν γὰρ δὴ πειρασάντων αὐτὴν, ὀλίγοις χαρίσασθαι. Sic ap. Philostr. Epist. usurpatur aliquoties, ususque ita fuerat ante illum Xen. de meretrice, non ita tamen ad συνουσίαν restringens. Licet autem verbum Obsequi ad hunc usum convertere, exemplo Sallustii In Cic. (aut ejus, quicunque est illius Orationis auctor) : Filia matris pellex, tibi jucundior atque obsequentior quam parenti par est. Alioqui et verbo illo Indulgere, quod hujus χαρίζεσθαι interpretationi paulo ante adhibuimus, hic quoque uti possumus. Dicitur enim mulier se alicui indulgere ea signif. Forsan autem et Dedere se, s. dare dici queat. [Tim. Lex. Plat. p. 274 : Χαρίζεσθαι κοινῶς μὲν ὡς οἱ πολλοὶ, ἰδίως δὲ ἐπὶ ἀφροδισίων· ubi Ruhnk. : « Plato Symp. p. 182, A : Ὡς αἰσχρὸν χαρίζεσθαι ἐρασταῖς· 184, B : Εἰ μέλλει καλῶς χαριεῖσθαι ἐραστῇ παιδικά· et p. 217, A, et alibi. Aristoph. Eccles. 629 : Οὐκ ἐξέσται παρὰ τοῖσι καλοῖς καταδαρθεῖν ταῖσι γυναιξὶν, πρὶν τοῖς αἰσχροῖς καὶ τοῖς μικροῖς χαρίσασθαι. ... Interdum plenius effertur. Anton. Lib. c. 41 : Εἰ αὐτῇ τῆς ὥρας ἐθελήσαι τῆς ἑαυτοῦ χαρίσασθαι. Lucian. Amor. c. 27 : Οὐδενὶ τρόπῳ χαρίζεται θήλειαν ἀπόλαυσιν. *Dare, præbere, obsequi, obsequium, morigerari* (quo verbo χαρίζομαι explicatur in Onomostico veteri) Latinis trita sunt in eadem nequitia. V. interpretes in Petron. c. 113, et Burman. in Sueton. Tiber. c. 44. Verbo χαρίζεσθαι in re Venerea opponitur ἀναίνεσθαι, ut ap. Latinos *negare*. De utroque v. Maussac. in Harpocr.

s. v. Ἀναίνεσθαι. » Dionys. A. R. 4, 65 : Εἰ ὑπομενεῖς χαρίσασθαί μοι, γυναῖκά σε ποιήσομαι.]

‖Præt. partic. Κεχαρισμένος, (sicut et aor. Χαρισάμενος in activa signif.,) frequentissime, pro Gratificatus, Qui rem gratam alicui fecit, beneficium aliquod contulit, etc. sequendo interprett. verbo χαρίζομαι datas. Sed affertur κεχαρισμένοι e Xen. Apomnem. 1, [2, 10] passiva etiam signif., nimirum pro Affecti beneficio, cui interpretationi non temere credendum est : Οἱ δὲ πεισθέντες ὡς κεχαρισμένοι φιλοῦσιν. [Signif. activa, Gratificati, recte accipit Schneid. Passivi exempla sunt ap. Herodot. 8, 5 : Τοῖσι Εὐβοέεσσι ἐκεχάριστο, Gratum factum est; et Plat. Phædr. p. 250, C : Ταῦτα μὲν οὖν μνήμῃ κεχαρίσθω.] Habet aliquin κεχαρισμένος, passive positum, alium potius usum, fitque ex participio nomen, quod ad signif. attinet, eodem modo quo Latine Acceptus, quum pro Gratus ponitur. Quod si quis expressius reddi velit, existimo posse verti, In gratiam receptus. Vertere etiam possumus participio itidem passivo, Placitus. Manavit autem hic usus jam inde ab Hom., ap. quem aliquoties [velut Il. E, 243, 826, K, 234, Od. Δ, 71] occurrit, Ἐμῷ κεχαρισμένε θυμῷ. [Hom. Od. B, 54 : Καί οἱ κεχαρισμένος ἔλθοι· Il. Ω, 661 : Ὧδέ κέ μοι ῥέζων ... κεχαρισμένα θείης. Κεχαρισμένα εἰδὼς Od. Θ, 584; κ. ὧρα, ἱρὰ, μηρία Il. Υ, 298, Od. Π, 184, T, 397. Plusquamperf. Od. Z, 23 : Κεχάριστο δὲ θυμῷ, quod schol. exp. προσηνὴς ἦν, ἐφιλεῖτο.] Sic et in soluta oratione. [Herodot. 3, 119 : Ὃς ἀλλοτριώτερός τοι τῶν παίδων καὶ ἔσσον κεχαρισμένος τοῦ ἀνδρός ἐστι. Plato Soph. p. 218, A : Πᾶσι κεχαρισμένος ἔσῃ.] Xen. [Mem. 1, 3, 3] : Τοῖς θεοῖς κεχαρισμένα. [K. σιτίον ib. 2, 1, 24; λόγος Demosth. p. 178, 3; ἔπαινος Diodor. 1, 70; χῶρος θεοῖς μάλιστα κ. Dionys. A. R. 3, 69. ‖ Κεχαρισμένος quum adjectivi instar haberetur, comparativus formatus est κεχαρισμενώτερος, quo utitur Ælian. N. A. 12, 7, et superl. κεχαρισμενώτατος ap. Alciphr. 3, 65, quemadmodum adverbii κεχαρισμένως superlativo κεχαρισμενώτατα usus est Xen. Hipparch. 1, 1. ‖Aor. passivi exemplum est ap. Lucam Act. Apost. 3, 14 : Ἠτήσασθε ἄνδρα φονέα χαρισθῆναι ὑμῖν. ‖Activum χαρίζω ap. Constant. Cerim. p. 36, B : Τούτους ἡμῖν χάρισον εἰς χαρὰν καὶ ἀνέγερσιν τῶν Ῥωμαίων, incertum est utrum ab librario pro χάρισαι positum sit an ab ipso, ut schol. rec. Hom. Od. Γ, 453 dixit : Τὸ κοινὸν τῆς γῆς ὄνομα ... χαρίζει τῷ μικρῷ αὐτῆς μέρει.]

[Χαρίκενος, ὁ, Charicenus, n. pr. ap. scriptorem Philopatr. c. 20.]

[Χαρίκλεια, ἡ, Chariclea, Ephesia, ap. Lucian. Tox. c. 13.]

[Χαρικλείδης, ὁ, Chariclides, archon eponymus olymp. 104, 2 ap. Demosth. p. 572, 13, Diodor. 15, 82. ‖ Novæ comœdiæ poeta ex uno cognitus loco Athen. 7, p. 325, D.]

[Χαρικλῆς, έους, ὁ, Charicles, dux copiarum navalium Atheniensium, ap. Thucyd. 7, 20, Diod. 13, 9. Idem inter triginta tyrannos fuit : v. Xen. Hell. 2, 3, 1, Mem. 1, 2, Lysiam p. 125, 16, Andocid. p. 5 extr. et 13, 34, Isocr. p. 355, D, Aristot. Polit. 5, 5. ‖Gener Phocionis. Plut. V. Phoc. c. 21, 22, 33, 35. ‖ Scriptor libri περὶ ἀστικοῦ ἀγῶνος, ap. Athen. 8, p. 350, C. ‖Alii ap. Plut. Mor. p. 483, F, Lucian. Amor. c. 9, Agathiam Anth. Pal. 6, 32. G. D. Bœckh. *Urkunden* p. 338, 99; 441, 72; 497, 212. Ἐφημ' ἀρχ. p. 860, n. 1381, 22; p. 966, n. 1625, 37, ex restit. probabili Pittakii. Hase.]

[Χαρικλὼ, οῦς, ἡ, Chariclo, uxor Chironis, ap. Pind. Pyth. 4, 182, ubi vid. schol., et Ovid. Metam. 2, 636; Scironis ap. Plut. V. Thes. c. 10. ‖Nympha, Tiresiæ ex Euere mater : v. Apollod. 3, 4, 8, Callim. L. Pall. 67. ‖ Alia ap. Paul. Sil. Anth. Pal. 5, 259, ubi voc. Χαρικλοῖ, et 288.]

[Χάρῖλα, ἡ, Charila, virgo Delphica, cujus in honorem nono quoque anno festum celebratum ab Delphis fuit : de quo V. Plutarchi narratio Mor. p. 293, B, D.]

[Χαριλάμπης, ὁ, Charilampes, n. pr. ap. Galen. vol. 8, p. 837 : Ἄνθρωπόν τινα τοῦ Χαριλαμποῦς (corr. Χαριλάμπους) τοῦ κοιτωνητοῦ ... νευρότρωτον γενόμενον ἐθεράπευσα.]

[Χάρῖλος, ὁ, Charilaus. V. Χάριλλος. Attica nominis forma est Χαρίλεως, qua etiam Herodot. utitur 3, 145, ubi Χαρίλεως Samius memoratur. Dorica forma Χαρίλας : v. s. Χαρίδας. G. D. Inscr. Att. Franz. El. epigr. gr. p. 170, n. 65, 2, Χαρίλαος Λοκρὸς ἐδίδασκεν. Archiloch. ap. Hephæst. Enchir. p. 47, 10 Gaisf., Ἐρασμονίδη Χαρίλαε. Hase.]

[Χάριλλος, ὁ, Charillus, Polydectis filius, rex Spartanorum, ap. Herodot. 8, 131, Pausan. 2, 36, 4; 3, 2, 5; 3, 7, 3; 8, 5, 9; 8, 48, 4, Aristot. Polit. 2, 10; 5, 12, Plut. V. Lycurgi c. 3, 5, Mor. p. 189, F; 337, A, Clem. Al. p. 389, Tzetz. Hist. 8, 905, aliosque, libris plerumque in hac forma consentientibus, rarius Χαρίλαος præbentibus, ut in loco Aristotelis altero et ap. Strabon. 10, p. 481, ubi mira in libris pluribus corruptela est χαρίλοβον et χαρίβολον. Formam nominis cum similibus Κύριλλος, Ἥριλλος aliisque comparavit Lobeck. Pathol. Proleg. p. 119.]

[Χαρίμανδρος, ὁ, Charimander, astronomus. Seneca Quæst. Nat. 7, 5.]

[Χαριμάται, οἱ, Charimatæ, gens Pontica, quam ex Palæphato et Hellanico memorat Steph. Byz.]

[Χαριμένης. V. Χαιρεμένης.]

[Χαρίμνηστος, ὁ, Charimnestus. Bœckh. *Urkunden* p. 481, 35, παρὰ Χ. Κυδαθηναιῶς. Hase.]

[Χαρίμορτος, ὁ, Charimortus, scelerum socius Scopæ in Ægypto : v. Polyb. 18, 38, 2 : Λαβὼν συνεργὸν τὴν ἀχαριότητα τὴν Χαριμόρτου καὶ τὴν μέθην. Χαριμόρτου βωμὸς ap. Strabon. 16, p. 774 : Εἰσὶ καὶ στῆλαι καὶ βωμοὶ Πυθολάου καὶ Λίχα καὶ Πυθαγγέλου καὶ Λέοντος καὶ Χαριμόρτου κατὰ τὴν γνώριμον παραλίαν τὴν ἀπὸ Δειρῆς μέχρι Νότου κέρως.]

[Χάριν. V. Χάρις.]

[Χαρῖνάδης, ὁ, Charinades. Aristoph. Vesp. 232 : Κρείττων ἐστὶ σοῦ Χαρινάδης βαδίζειν. Alius in inscr. ap. Rangabé *Antiq. hellen.* vol. 2, p. 807.]

[Χαριναύτης, ὁ, Charinautes, n. pr. in numo Attico ap. Mionnet. *Descr.* vol. 2, p. 117.]

[Χαρίνδας, ὁ, Charindas, fluvius Mediæ. Ptolem. 6, 2.]

[Χαρίνη, ἡ, Charine, n. pr. in inscr. Rom. C. I. vol. 3, p. 1013, n. 6696, 5. Ap. Gruter. p. 1538, n. 5 cusum est XAPHNH. Hase.]

[Χαρινίδης, ὁ, Charinides, n. adolescentis, scriptum in fictili XAPINIAES. De Witte *Descr. de vases peints* p. 8, n. 12. Hase.]

[Χαρῖνος, ὁ, Charinus, Eleus, victor Olympicus, ap. Pausan. 6, 15, 2. Plin. 34, 8, 19. ‖ Æschinis Socratici pater. Diog. L. 2, 60. ‖ Archon eponymus olymp. 118, 1 ap. Diodor. Sic. 20, 37. ‖ Iambographus, Ptolem. Hephæst. ap. Phot. Bibl. p. 153, 5. ‖ Alii ap. Demosth. p. 927, 21; 1334, 11, in inscr. ap. Bœckh. 172, ap. Athen. 6, p. 234, A, Arrian. Anab. 3, 5, 4, in Anthol. Pal. 11, 126. In vase scurras repræsentante ap. Millingen. *Peint. de collect. div.* 46, XAPINOΣ cum nominibus similibus Διάσυρος, Κάγχας et Γύμνασος, quæ appellativa potius sunt quam unius personæ propria. Nihil cum his commune habet Χαρίνων nomen a Müllero Dor. vol. 2, p. 343, 357, comparatum ex loco Pollucis 4, 104, rectius nunc scripto ex codd. Bekkeri, Καὶ μὴν Ἐσχάρινθον (ἐσχάρινον Meinek.) ὄρχημα ἐπώνυμον ἦν τοῦ εὑρόντος αὐλητοῦ, ubi olim legebatur καὶ μῆνες χαρίνων. G. D. Χαρῖνος ἰατρὸς Κορίνθιος tit. Veron. C. I. vol. 3, p. 1026, n. 6758, 1. Est quoque Charinus persona Andriæ Terentii, Pseudolique Plauti. Hase.]

[Χαρίξεινος. V. Χαρίξενος.]

[Χαριξένη, ἡ, Charixena. Aristoph. Eccles. 943 : Οὐ γὰρ τἀπὶ Χαριξένης τάδ' ἐστίν· ubi in scholiis qualia nunc supersunt tantum annotatum est quantum ex verbis poetæ conjici poterat, εὐήθης καὶ μωρὰ ἡ Χαριξένη. Doctioris grammatici annotatio est in Etym. M. p. 367, 21 : Αὐλητρὶς ἡ Χαριξένη ἀρχαία καὶ ποιήτρια κρουμάτων, οἱ δὲ μελοποιόν. Quibus Theopompi et Cratini comicorum locos addit, in quibus ut apud Aristophanem est τἀπὶ Χαριξένης (in versu Theopompi κρουμάτια τἀπὶ Χαριξένης). Ἐρωτικῶν ποιήτριαν fuisse a quibusdam traditum memorant Hesych. s. v. Ἐπὶ Χαριξένης et scriptor Proverb. Append. 2, 82. Κρουμάτων ποιήτρια dicitur ab Eustath. p. 326, 44, Aristophanis locum afferente.]

[Χαριξενίδης, ὁ, Charixenides, Aphidnæus, in inscr. ap. Bœckh. 597, vol. 1, p. 496.]

[Χαρίξενος, ὁ, Charixenus, Atheniensis, in inscr. ap. Bœckh. 121, vol. 1, p. 163. || Spartanus, ibid. 1241 et 1423, p. 617, 678. || Archon Amphissensis in inscr. ap. Curt. Anecd. Delph. p. 3. || Dux Ætolorum ap. Polyb. 4, 34, 9. || Sicyonius ap. Lucian. Tox. c. 22, ubi alii libri Χαρίξεινος. || Alius ap. Meleagr. Anth. Pal. 7, 468. G. D. || Alii in titt. Spart. C. I. vol. 1, p. 678, n. 1424, 5; Phryg. ibid. vol. 3, p. 47, n. 3956, d, 2. Hase.]

[Χαριόμηρος, ὁ, Chariomerus, rex Cheruscorum. Dio Cass. 67, 5.]

[Χαρίουστος. V. Χαρίεις, ὁ, Charies.]

[Χἄριππίδης, ὁ, Charippides, n. pr. in inscr. ap. Bœckh. 2338, vol. 2, p. 271, 105.]

[Χάριππος, ὁ, Charippus. V. Χαίριππος.]

Χάρις, ιτος, ἡ, Gratia, Venustas, Lepos, Elegantia. Hesiod. Op. [65]: Καὶ χάριν ἀμφιχέαι κεφαλῇ χρυσῆν Ἀφροδίτην. Hom. autem dicit, Κατέχευε χάριν κεφαλῇ τε καὶ ὤμοις, Od. Z, [235]: Ὡς ἄρα τῷ κατέχευε χάριν κεφαλῇ τε καὶ ὤμοις. [Ib. 237: Κάλλεϊ καὶ χάρισι στίλβων.] Θ, [19]: Τῷ δ' ἄρ' Ἀθήνη Θεσπεσίην κατέχευε χάριν κεφαλῇ τε καὶ ὤμοις· et [175]: Ἀλλ' οὔ οἱ χάρις ἀμφιπεριστρέφεται ἐπέεσσιν. Dicitur etiam χάρις ἔπεσθαί τινι. Aristoph. Vesp. [1278]: Ἄνδρα τε σοφώτατον, τὸν κιθαραοιδότατον, ᾧ χάρις ἐφέσπετο. [Plato Leg. 2, p. 667, B: Πᾶσιν ὅσοις συμπαρέπεταί τις χάρις.] Sic ap. Plutarch. [Mor. p. 973, A]: Τοῖς αὐτοφυέσι καὶ τοῖς ἀδιδάκτοις γηρύμασιν ὅση μοῦσα καὶ χάρις ἔπεστιν. Synes. Ep. 20: Καὶ τῇ τῆς γλώττης εὐστομίᾳ καὶ χάριτι. Invenitur et plur. χάριτες, in quo reddendo dixeris potius Veneres quam Venustates, licet sing. χάρις reddiderim Venustas. Possis etiam interpretari Lepores. Sed et singulari plerumque reddi queat. Epigr. [Macedonii Anth. Pal. 11, 380]: Εἰ μὴ Ὁμηρείων ἐξελάθου χαρίτων. Apud Thuc. quoque 2, [41: Μετὰ χαρίτων μάλιστ' ἂν εὐτραπέλως τὸ σῶμα αὔταρκες παρέχεσθαι,] μετὰ χαρίτων redditur singulari numero, Cum venustate, elegantia. Habet et oratio suas χάριτας apud utrosque scriptores. Auctor libelli qui Demetrio Phalereo ascribitur: Τῶν δὲ χαρίτων αἱ μέν εἰσι μείζονες καὶ σεμνότεραι, αἱ τῶν ποιητῶν· αἱ δὲ, εὐτελεῖς μᾶλλον καὶ κωμικώτεραι, σκώμμασιν ἐοικυῖαι. Apud Eundem leguntur αἱ ἀπὸ τῶν σχημάτων χάριτες: item φοβεραὶ χάριτες. [Χάρις, Venustas, Decor per omnem orationem ita fusus, ut facilius sentiri quam explicari possit. Constat his partibus: ὥρᾳ, εὐαρμόστῳ, τάξει, εὐρύθμῳ, καιρῷ, μέτρῳ. Sic Dionys. Jud. Lys. c. 10 et 11. Ibidem hanc virtutem his etiam loquendi formis, ἡδονῇ, ἀφροδίτῃ, τῷ ἡδέως, κεχαρισμένως, ἐπαφροδίτως γράφειν, omnino autem τῇ εὐστομίᾳ τῆς λέξεως significat. Sic et Eunapius in Vita Iamblichi, Porphyrium et Anatolium cum illo comparans: Οὔτε εἰς ἀφροδίτην αὐτῶν καὶ χάριν τὰ λεγόμενα βέβαπται. Idem τὸ χαρίεν τοῦ λόγου vocat Photius Bibl. c. 61 (p. 20, 7), ubi narrat Æschinem orationes tres scripsisse, quæ appellatæ fuerint χάριτες, partim ob numerum ternarium, partim ob gratiam et amœnitatem orationis. *Gratiam* et *Venerem* junxit eodem sensu Quintil. 4, 2, p. 193. Χάρις et κωμικὴ βωμολοχία junguntur ab Eunapio in Vit. Libanii p. 133, notanturque *facetiæ*, *sales* et *venustates*, quibus Comicorum dictio abundat. Addit id genus gratiarum ab Atticis dici μυκτῆρα et ἁλισμόν. *Cavillationem* et *dicacitatem* Latini dicunt, de quibus vid. Cic. De orat. 2, 54 seqq. Prior eum jocum notabat, illudve genus hilaritatis facetæ, quæ per omnem orationem fusa esset et perpetua: posterior, quæ esset brevibus dictis peracuta, et cum celeritate conjuncta. Plutarch. Sympos. p. 685, A: Κινδυνεύουσιν οἱ ἅλες τῶν ἄλλων ὄψων ὄψον εἶναι καὶ ἥδυσμα· διὸ καὶ χάριτας ἔνιοι προσαγορεύουσιν αὐτούς. Demetrio De eloc. § 29 χάρις est Venustas ex concinnitate membrorum similium et antithetorum. Porro χάριτες, quas et ἀστεϊσμοὺς et χαριεντισμοὺς vocat, eidem sunt *jucundæ acutæque dicendi formæ*, quarum usus est in γλαφυρῷ χαρακτῆρι. Quare χάριτας commemorat σεμνὰς, φοβερὰς, quæ acumen quoddam et gravitatem habeant. Deinde χάριτας etiam tribuit rebus ipsis, quæ tractantur, ut, si sermo est de hortis amœnis, de Hymenæo, Amore; ex quo genere est Sapphica poesis; vid. § 128—32. Apud Plutarch. Mar. c. 44 Antonio χάρις et σειρὴν τῶν λόγων tribuitur. V. voc. Σειρὴν et Cresoll. Theatr. 3, 23. Ernese. Lex. rhet. Χάρις Ἀττικὴ ap. Lucian. Zeux. c. 2: Νοῦ ὀξέος ἢ περινοίας τινὸς ἢ χάριτος Ἀττικῆς. Χάρις Σωκρατικὴ ap. Dion. Chrys. vol. 1, p. 480: Ὥσπερ οὐδὲν ὄψον ἄνευ ἁλῶν γεύσει κεχαρισμένον, οὕτως οὐδὲν εἶδος ἔμοιγε δοκεῖ ἀκοῇ προσηνὲς ἂν γενέσθαι χάριτος Σωκρατικῆς ἄμοιρον.] || Ad hanc signif. pertinet Χάρις, nomen deæ proprium, Charis, Gratia: quod accus. Χάριτα, non item Χάριν, habere existimatur. Esse autem tres Charites, s. Gratias, non plures, apud omnes constat; at de nominibus inter Hom. et Hesiodum minime convenit. [De Gratiarum numero, parentibus, nominibus et cultu apud Græcos, deque earum statuis et imaginibus legendum Pausaniæ libri 9 caput 35 totum, ubi etiam poetarum inde ab Homero usque ad Alexandrinos opiniones valde inter re discrepantes exponuntur. Ædes, simulacra et insignia Gratiarum aliis locis non paucis idem memorat.] Hesiodus enim [Th. 907] tres Gratias, Jovis et Eurynomæ filias vocari ait, Aglaiam, Euphrosynam, Thaliam: Τρεῖς δέ οἱ Εὐρυνόμη Χάριτας τέκε καλλιπαρήους, Ἀγλαΐην τε, καὶ Εὐφροσύνην, Θαλίην τ' ἐρατεινήν. Quæ nomina eis Pind. quoque tribuit, Olymp. ult., ubi etiam epitheta illis tribuit, Aglaiam vocans πότνιαν, Euphrosynen φιλησίμολπον, Thaliam ἐρασίμολπον. Hos autem non alii solum poetæ, sed et orationis solutæ scriptores sequuntur: ex quibus est Plutarch. [Mor. p. 778, C], qui etiam dicit nihil æque χαρᾶς esse γόνιμον atque χάριν. At Hom. unam ex illis Pasitheam nominat, quam Juno apud eum [Il. Ξ, 269, 276, Χαρίτων μίαν ὁπλοτεράων dicentem, non addito Gratiarum numero] Somno deo in matrimonium daturam pollicetur, si præstiterit quod ab eo petit. Unam vero nomine communi Χάριν: quam esse Vulcani uxorem canit, Il. Σ, [382]: Τὴν δὲ ἴδε προμολοῦσα Χάρις λιπαροκρήδεμνος, Καλὴ, τὴν ὤπυε περικλυτὸς Ἀμφιγυήεις, ubi tamen quidam suspicati sunt proprium nomen esse potius illud Καλὴ, at Χάρις, commune. Utut sit, existimatur una ex Charitibus fingi Vulcani uxor, διὰ τὸ ἐπίχαρι τῶν ἐκ πυρὸς δημιουργημάτων: unde etiam hunc eundem Veneris maritum fingi, διὰ τὸ αὐτοῦ κλυτοτεχνικὸν ἐπαφρόδιτον. [Aglaiam Vulcano uxorem tribuit Hesiod. Theog. 945: Ἀγλαΐην δ' Ἥφαιστος, ἀγακλυτὸς ἀμφιγυήεις, ὁπλοτάτην Χαρίτων θαλερὴν ποιήσατ' ἄκοιτιν. Deorum omnium sociæ Gratiæ appellantur in H. Hom. in Ven. 95: Ἦ πού τις Χαρίτων δεῦρ' ἦλυθες, αἵτε θεοῖσιν πᾶσιν ἑταιρίζουσι καὶ ἀθάνατοι καλέονται. Veneris (cui Gratias μάλιστα οἰκείας εἶναι θεῶν observat Pausan. 6, 24, 7) comites eas facit Hom. Od. Θ, 364: Ἔνθα (in Papho insula) δέ μιν (Venerem) Χάριτες λοῦσαν καὶ χρῖσαν ἐλαίῳ ἀμβρότῳ· Σ, 194: Κάλλεϊ ... ἀμβροσίῳ, οἵῳ περ ... Κυθέρεια χρίεται, εὖτ' ἂν ἴῃ Χαρίτων χορὸν ἱμερόεντα. Cum cognatis numinibus sæpe consociatæ sunt a poetis et in artificum operibus. Sic Pausan. 2, 17, 4, simulacrum memorat Junonis cui ἔπεστι στέφανος Χάριτας ἔχων καὶ Ὥρας ἐπειργασμένος· et 5, 11, 7: Ἐπὶ τοῖς ἀνωτάτω τοῦ θρόνου (Jovis Olympici) πεποίηκεν ὁ Φειδίας ὑπὲρ τὴν κεφαλὴν τοῦ ἀγάλματος τοῦτο μὲν Χάριτας, τοῦτο δὲ Ὥρας, τρεῖς ἑκατέρας· εἶναι γὰρ θυγατέρας Διὸς καὶ ταύτας ἐν ἔπεσίν ἐστιν εἰρημένα· Xen. Symp. 7, 5: Εἰ ὀρχοῖντο πρὸς τὸν αὐλὸν σχήματα, ἐν οἷς Χάριτές τε καὶ Ὧραι καὶ Νύμφαι γράφονται. Χάριτες καὶ Μοῦσαι ap. Plat. Leg. 3, p. 682, A, aliosque: unde Eurip. Herc. F. 673: Οὐ παύσομαι τὰς Χάριτας Μούσαις συγκαταμίγνὺς ἡδίσταν συζυγίαν. Communem Gratiarum et Dionysi aram inter aras Olympicas memorat schol. Pind. Ol. 5, 10. Gratiarum nomen in formulis obsecrandi et jurandi, ut ap. Eurip. Hipp. 1147: Ἰὼ ἰὼ ζύγιαι Χάριτες· ubi libri male συζυγίαι: v. Συζύγιος. Plut. Mor. p. 710, C: Οἱ πρὸς Σωκράτην διαπληκτισμοὶ περὶ Ἀγάθωνος, καὶ Σωκράτους ἐγκώμιον, ὦ φίλαι Χάριτες. Eur. Cycl. 583: Οὐκ ἂν φιλήσαιμ'· αἱ Χάριτες πειρῶσί με (Cyclopem). Ἄλις Γανυμήδην τόνδ' ἔχων ἀναπαύσομαι κάλλιστα νὴ τὰς Χάριτας· eademque formula Lucian. De hist. conscr. c. 26. Ηρὸς Χαρίτων Plat. Theæt. p. 152, C, Lucian. Scyth. c. 9, Alex. c. 4, Herm. c. 36.]

‖ Χάρις alias quoque nominis Gratia signiff. habet. Dicunt enim λέγειν τι vel πράττειν πρὸς χάριν, sicut Latine Dicere aliquid s. Facere in gratiam, s. ad gratiam, addito personæ gen., aut subaudito. [Hujusmodi locutiones annotavit Pollux, πρὸς χ. λέγων 4, 37; π. χ. ὑποκατακλινόμενος δικαστὴς 8, 12; οὐ π. χ. ἐνδιδοὺς δικαστὴς 8, 10; π. χ. ἐντυγχάνων κόλαξ 6, 122. Soph. OEd. C. 1776 : Πάνθ' ὁπόσ' ἂν μέλλω πράσσειν πρόσφορά θ' ὑμῖν καὶ τῷ κατὰ γῆς (OEdipodi) ... πρὸς χάριν, Grata patri mortuo. Eurip. Hec. 257 : Ἦν τοῖσι πολλοῖς πρὸς χ. λέγητέ τι· Hel. 1281 : Καὶ σ' οὐ κεναῖσι χερσὶ γῆς ἀποστελῶ, δράσαντα τῇδε πρὸς χάριν· ubi paullo ante 1273 Theoclymeno dicenti Φοίνισσα κώπη ταχύπορος γενήσεται, Menelaus respondet : Καλῶς ἂν εἴη Μενέλεώ τε πρὸς χάριν. Plato Gorg. p. 521, D : Οὐ πρὸς χ. λέγων. Xenoph. Hell. 6, 3, 7 : Οὐ πρὸς χ. ὑμῖν ῥηθήσεται· Mem. 4, 4, 4 : Πρὸς χάριν τοῖς δικασταῖς διαλέγεσθαι καὶ κολακεύειν.] Isocr. Panath. [p. 262, E] : Πρὸς χάριν μὲν ἀεὶ λέγειν γλιχομένων, εἰς πολλὰς δ' ἀηδίας καὶ λύπας τοὺς πειθομένους ἐμβαλλόντων. Sic dixit Thuc. : Πρὸς χάριν λέγειν τῷ ὄχλῳ· qui et participio χαριζόμενος sic utitur. [Diodor. 13, 101 : Τῶν πρὸς χ. δημηγορούντων· et quæ sunt similia plurima apud alios quosvis.] Herodian. 3, [7, 8] : Καὶ οὐ πρὸς χάριν, ἀλλ' ἐς ἀλήθειαν λέγοντες· 2 : Οὐδὲν οὔτε πρὸς χάριν εἰς ὕψος ἐξαίρων, ὥσπερ οἱ κατ' ἐκεῖνον γράψαντες. At vero ἡ τοῦ λόγου χάρις s. τῶν λόγων, aut ἡ ἐν τῷ λέγειν χάρις, ad aliam nominis χάρις signif. pertinent, eam sc. de qua primo loco dictum est. Unde etiam interdum redditur uno verbo Eloquentia. Cum quo πρὸς χάριν interdum jungitur πρὸς ἡδονήν, Isocr. Panath. [p. 290, A] : Τῶν πρὸς ἡδονὴν καὶ χάριν λεγομένων. Quæ et Demosth. conjunxit, sed genitivo utens [p. 273, 22] : Τῆς ἐπὶ ταῖς λοιδορίαις ἡδονῆς καὶ χάριτος τὸ τῆς πόλεως συμφέρον ἀνταλλαττόμενοι. Contra vero illi πρὸς χάριν opponitur πρὸς ἀπέχθειαν, s. πρὸς ἐπήρειαν. Lucian. [De hist. conscr. c. 38] : Ἐπεὶ ὅμοιος ἔσται τοῖς φαύλοις δικασταῖς πρὸς χάριν ἢ πρὸς ἀπέχθειαν ἐπὶ μισθῷ δικάζουσιν. Vel certe, ἢ ἐπὶ μισθῷ, ut quidem Bud. leg. censuit; sed ego minime necesse puto esse, quum is, qui πρὸς χάριν vel πρὸς ἀπέχθειαν δικάζει, utrumque ἐπὶ μισθῷ facere dici queat : si modo πρὸς χάριν et πρὸς ἀπέχθειαν referantur ad eos quorum affectum velut induit, utpote ab illis corruptus. Idem [l. c. c. 47] : Καὶ οὓς εἰκάσειεν ἄν τις ἥκιστα πρὸς χάριν ἢ ἀπέχθειαν ἀφαιρήσειν ἢ προσθήσειν τοῖς γεγονόσι. Alterum autem illud, πρὸς ἐπήρειαν, oppositum τῷ πρὸς χάριν, habes ap. Aristot. Polit. 3, [16] : Οἱ δὲ ἐν ταῖς πολιτικαῖς ἀρχαῖς πολλὰ πρὸς ἐπήρειαν καὶ χάριν εἰώθασι πράττειν. [Πρὸς χ. et κλάων. opposita ap. Soph. OEd. T. 1152 : Σὺ πρὸς χάριν μὲν οὐκ ἐρεῖς, κλάων δ' ἐρεῖς, i. e. Non sponte, sed coactus, ut fragm. 26 dixit : Τοιαῦτά τοί σοι πρὸς χάριν τε κοὐ βίᾳ λέγω. ‖ Πρὸς χάριν pro simplici χάριν idem quod ἕνεκα significante Soph. Ant. 30 : Οἰωνοῖς γλυκὺν θησαυρὸν εἰσορμῶσι πρὸς χάριν βορᾶς· ubi Brunck. : « Πρὸς χάριν valet ἕνεκα, ut v. 908 : Τίνος νόμου δὴ ταῦτα πρὸς χάριν λέγω; i. e. τίνος ἕνεκα νόμου. Ap. Eurip. Med. 541, πρὸς ἰσχύος χάριν idem est ac πρὸς βίαν, κατ' ἰσχὺν, seu, ut loquitur Soph. Phil. 594, πρὸς ἰσχύος κράτος. »] Ceterum quum de accusativo χάριν dixerim præfixam habente præp. πρὸς, dicendum nunc puto de accusativo χάριν, qui sine illa ponitur : quod inde manasse hujus usus videri possit : latius alioqui patens, sicut et quum Latine ablativus Gratia iisdem locis adhibetur, quibus et ablativus Causa. Primum autem hoc sciendum est, χάριν nonnullis quidem in ll. posse dici adverbium, aut certe adverbialiter positum, in quibusdam autem nequaquam. [De hoc usu accus. χάριν Apollon De conjunct. p. 513, 33 : Χάριν· δοκεῖ ἰσοδυναμεῖν συνδέσμῳ τῷ ἕνεκα, « χάριν Ἀπολλωνίου, » ἕνεκα Ἀπολλωνίου. Φησὶ δὲ καὶ ὁ Τρύφων ὡς ἕνεκα τούτου τὸ μὲν ὄνομα χάριτα λέγεται καὶ χάριν, τὸ δὲ εἰς τοιαύτην σύνταξιν παραληφθὲν ὡς ἀντὶ συνδέσμου καθ' ἕνα σχηματισμὸν παραλαμβάνεται, ὅπερ παρείπετο συνδέσμοις. Ἔτι μέντοι φησὶν ὁ Τρύφων ὡς παρὰ Εὐριπίδῃ (codex, ut videtur, ευριπιδιν. Bastius qui hæc excerpsit in annot. ad Greg. Cor. p. 32, tacite scripsit ὡς παραπολὺ ἐν Εὐριπίδῃ) καὶ ἔτι ἄλλοις ποιηταῖς ὀνοματικῆς συντάξεως ἔτυχεν. Ἐν μὲν γὰρ Κρήσσαις « Ἐγὼ χάριν σὴν παῖδας οὐ κατακτενῶ· » καὶ ἐν Αὔγῃ « Καὶ βουθυτεῖν γὰρ ἠξίους ἐμὴν χάριν· » et quæ sunt reliqua in quibus χάριν pro εἰς χάριν dictum esse opinatur.] Ut autem ab iis locis incipiam, in quibus minime prò adverbio haberi potest, sciendum est dici nonnunquam σὴν χάριν et ἐμὴν χάριν, ubi videri queat subaudienda relinqui illa præp. πρός. [Addito articulo Herodot. 5, 99 : Οὐ τὴν Ἀθηναίων χάριν ἐστρατεύοντο, ἀλλὰ τὴν Μιλησίων, pro usitato οὐκ Ἀθηναίων χάριν. Addito adjectivo Soph. Aj. 177 : Ἦ πού τινος νίκας ἀκάρπωτον χάριν, ubi ἀκάρπωτον, quod cum νίκας construi debebat, cum χάριν conjunxit. Similiter Eurip. Iph. T. 566 : Κακῆς γυναικὸς χάριν ἄχαριν ἀπώλετο.] Sciendum est quoque præp. διὰ invenire præfixam huic accusativo χάριν, ut docebo, quum de eo ejus usu loquar, quo ponitur simpliciter pro ἕνεκα. Exempla autem illorum σὴν χάριν et ἐμὴν χάριν tam in soluta oratione quam in carmine extant, et quidem in illa præsertim. Sonantque quod dicimus Gallice *Pour l'amour de vous, Pour l'amour de moi.* Licet hæc ad verbum interpretando, cum voce εὐνοίᾳ magis conveniant. Ut autem latius accipitur a nobis illud *Pour l'amour,* quippe qui dicamus etiam, si quidem cum vulgo loqui velimus, *Pour l'amour de cela,* vel *Pour l'amour de telle chose,* significare volentes, Illius rei causa; sic etiam χάριν suum usum ad talia extendit. Sed ut ad exempla veniam, illud σὴν χάριν quum proprie sonet In gratiam tuam, s. Gratia tua, vel tui, potest tamen plerumque reddi simpliciter etiam Causa tua : estque ita usus Greg. Naz. Epist. Potest σὴν χάριν reddi etiam Tuo nomine. [Æsch. Pers. 1046 : Στέναζ' ἐμὴν χάριν· Eum. 939 : Δενδροπήμων δὲ μὴ πνέοι βλάβα, τὰν ἐμὰν χάριν λέγω. « Ἐμὴν χάριν habet præter alios Eurip. Hec. 874, 1243, Orest. 1516, Med. 1155. Idem Phœn. 769 : Σοῦ τε τήν τ' ἐμὴν χάριν. Conf. Suidas in v. Ἐμὴν χάριν συντάσσεται ἀντὶ τοῦ ἐμοῦ χάριν παρὰ Πλάτωνι. Themist. Or. 23, p. 287, C. Phalaris Epist. 15. Σὴν χάριν Eurip. Hec. 1175, Andr. 221. (Herc. F. 1238 : Κλαίω χάριν σὴν ἐφ' ἑτέραισι συμφοραῖς.) Soph. Tr. 492 : Κείνου τε καὶ σὴν, κοινὴν χάριν· Philoct. 1463 : Τὴν σὴν ἥκω χάριν. Adde Aristoph. Ach. 1230. Aristid. vol. 2, p. 325; Liban. Epist. 53, 79, 139. Theophyl. Bulg. Ep. 18, p. 27, etc. » Koen. ad Greg. Cor. p. 32. Plato Phædr. p. 234, E : Συγχωρητέον χάριν σήν· Soph. p. 242, B : Σὴν ... χάριν ἐλέγχειν τὸν λόγον ἐπιθησόμεθα· Rep. 5, p. 472, E : Εἰ τοῦτο προθυμηθῆναι δεῖ σὴν χάριν. Σοῦ αὐτοῦ χάριν Lucian. Tim. c. 56; ἑαυτοῦ χάριν Hermot. c. 10. Ἡμετέραν χάριν Aristid. vol. 1, p. 331 : Δῆλον ὅτι ἀκροάσει ἡμετέραν χ., et vol. 2, p. 38 extr.] Sic ἐμὴν χάριν, In gratiam meam, Gratia mea, mei; etiam, Mea causa, Meo nomine. Usus est hoc loquendi genere et Apollon. [Rh. 2, 632] : Ἐμὴν χάριν ἠγερέθεσθε, ubi primam suam signif. retinet. Quod si scholiastæ illius poetæ credamus, deesse vel potius subaudiri debere præp. διὰ cum hoc accus. dicemus; in hunc enim ejus locum, Arg. 2, [1197] : Ἐπεὶ Φρίξοιο θυηλὰς Στέλλομαι ἀμπλήσων Ζηνὸς χόλον Αἰολίδῃσιν, annotat χόλον dici pro διὰ χόλον, sicut σὴν χάριν pro διὰ τὴν σὴν χάριν dici solet. Habemus autem hanc præp. διὰ cum isto accus. χάριν ap. Aristot., sed διὰ χάριν significante simpliciter ἕνεκα, Eth. 10 : Μάλιστα δ' εἶναι ἀγαθὸν, ὃ μὴ δι' ἕτέρου χάριν αἱρούμεθα. [Dio Cass. 42, 5 : Διὰ τὴν τοῦ Πομπηΐου χάριν ... καταλειφθέντες. « De διὰ χάριν et πρὸς χάριν, in Append. de Atticism. c. 2. » HSt. in Ms. Vindob.] Verum hunc usum rarissimum esse puto; at χάριν sine præpositione passim occurrit. Potestque interdum τούτου χάριν reddi etiam Propter hoc. Dicitur autem et interrogative τίνος χάριν, s. τοῦ χάριν; ut Demosth. [p. 133, 9] : Τοῦ χάριν δὴ ταῦτα λέγω καὶ διεξέρχομαι; Plato Leg. [3, p. 701, D] χάριν ἕνεκα posuisse ἐκ τοῦ παραλλήλου traditur. [Platonis verba sunt : Ἐπανερωτᾶν τὸ νῦν δὴ λεχθὲν τὸ τίνος δὴ χάριν ἕνεκα ταῦτα ἐλέχθη· ubi verba τίνος δὴ χάριν ἕνεκα tanquam phrasin notabilem in margine codicis Vatic. 763 scripta esse refert Bast. ad Greg. Cor. p. 33, qui ipse ἕνεκα, frustra a quibusdam defensum, ab librario ad χάριν adscriptum recte judicat ejiciendum esse, et omittit codex Florentinus unus. Idem vitium ap. Achill. Tat. 5, 26 : Βοτανῶν ἕνεκεν χάριν, ubi ἕνεκεν pariter delendum. G. D.] Inveniri possunt alioqui hæc duo conjuncta,

sed non ἐκ παραλλήλου posita, neque eodem pertinentia, veluti hoc in l.: Οὗπερ ἕνεκα χάριν τῷ Θεῷ οἶδα, Cujus rei causa gratiam Deo habeo. Est porro et alius hujus vocis χάριν usus adverbialiter positæ, qui aliam interpr. postulat: estque hic usus communis voci χάριν cum voce ἕνεκα [et ἕκατι, de quibus suis locis diximus. Diodor. Exc. p. 616, 46: Χάριν τῆς τῶν διωκόντων ὠμότητος ... ἀπέσβεσεν ἂν τῷ αἵματι τὸ ... πῦρ. Dionys. A. R. 2, 17: Ἐπεὶ ταύτης γε χ. ᾤχετ' ἂν ὑποβρύχιος. Strabo 13, p. 617: Οὐ γὰρ ἴσμεν ... τινα γυναῖκα ἐνάμιλλον οὐδὲ κατὰ μικρὸν ἐκείνῃ ποιήσεως χάριν.] Plut. Alexandro [c. 30]: Ἀλλὰ τούτου γε χάριν, ὦ βασιλεῦ, θάῤῥει, Quod quidem ad hoc attinet, confide, De hac re conquiesce, Bud. Affert vero in suis Comm. Idem hunc l. Herodiani [2, 3, 4]: Εἰ γὰρ ὁ βίος αὐτῷ διὰ σωφροσύνην ἐπῃνεῖτο, ἀλλ' ὅσον εὐγενείας χάριν, πολὺ τῶν εὐπατριδῶν ἀπελείπετο· quem ita vertit, Attamen quod ad generis nobilitatem attinet, longe a patritiis aberat. Observa autem obiter in illo Herodiani loco particulam ὅσον gen. præfixam. Idem hæc Greg. Naz.: Ἔστω δὲ ὑμῶν χάριν καὶ οὐσία τις ὁ πατὴρ, vertit Verum quando ita vobis placet, per me quidem sit Pater quædam substantia. Hujus vero usus præpositionis Per affert hoc exemplum ex Plauto, At tu ægrota, si vis, per me quidem, ætatem. Item, Per hanc curam quieto tibi licet esse. Nec non ex Livio, Quietum deinde fore videbatur reliquum æstatis tempus; fuissetque per Pœnum hostem, sed etc. [Soph. OEd. C. 444: Ἔπους σμικροῦ χάριν φυγάς σφιν ἔξω πτωχὸς ἡλώμην ἐγώ, i. e. A paucis verbis pendebat. Id. fr. 501: Κἀμοὶ γὰρ ἂν πατήρ γε δακρύων χάριν ἀνῆκτ' ἂν ἐς φῶς, i. e. Si lacrimis hoc effici potuisset. || Χάριτι, Gratia. Thucyd. 3, 95: Ὁ δὲ τῶν Μεσσηνίων χάριτι πεισθεὶς .... Plut. V. Luculli c. 35: Ἀπεδέδεικτο ... στρατηγὸς χάριτι τοῦ δήμου καὶ κολακείᾳ τῶν δημαγωγῶν· V. Artox. c. 18.: Χάριτι καὶ γνώμῃ τῆς Παρυσάτιδος· V. Demosth. c. 27: Οὐ γὰρ ἐξῆν χάριτι λῦσαι καταδίκην· V. Caton. min. c. 34: Τὸ μὲν χάριτι τῆς πόλεως, τὸ δὲ φόβῳ μέρος ὑφ' ἑαυτοὺς ἔχοντες, ut χάριτι καὶ δεήσει oppositum ἀπειλῇ V. Sullæ c. 38. X. et φύσει ap. Dion. Chrys. vol. 2, p. 181: Οὐδέ ποτ' ἂν ἀμελήσειε τῶν χάριτι γονέων γενομένων· ubi præcedit ἀγνώμων περὶ τοὺς φύσει γονέας: et paullo post: Χάριτι καὶ γένει πολίτης ὑμέτερός εἰμι. Cum articulo Dio Cass. 73, 17: Ἐν τοῖς πρώτοις τῇ τοῦ Σεβήρου χάριτι ἀπεδέδεικτο, In gratiam Severi. Id. 40, 59: Ἀντέπραξαν αὐτῷ τῇ πρὸς τὸν Καίσαρα χάριτι. || Χάριτος ἕνεκα Plato Leg. 6, p. 771, D: Θεῶν χάριτος ἕνεκα καὶ τῶν περὶ θεούς· Polit. p. 300, A: Κέρδους ἕνεκέν τινος ἢ χάριτος ἰδίας. Xen. Cyrop. 4, 2, 11: Οὐκ ἀνάγκῃ, ἀλλ' ἐθελούσιοι καὶ χάριτος ἕνεκα ἐξιόντες. || Ἐν χάριτι, Pollux 1, 206: Εἰ τὰ χωρία ὑπαλλάττοι τις, ἐν χάριτι μᾶλλόν ἐστι τῷ ἵππῳ. Plato Phædon. p. 115, B: Ὅτι ἄν σοι ποιοῦντες ἡμεῖς ἐν χάριτι μάλιστα ποιοῖμεν. Theocr. 5, 69: Μήτ' ἐμὲ Μόρσων ἐν χάριτι κρίνῃς. Ἐν χάριτί τι διδόναι vel λαμβάνειν, ἐν χάριτι ἀντιδωρεῖσθαι et ἐν χάρισι παραλαμβάνειν τι v. infra s. Χάρις, Beneficium. || Εἰς χάριν. Pind. Ol. 1, 121: Εἴ τι ... ἐς χάριν τέλλεται· 10, 16: Ὅπα τε κοινὸν λόγον φίλαν τίσομεν ἐς χάριν. Plut. V. Lys. c. 9: Νεανιευσάμενος εἰς τὴν ἐκείνου χ. V. Cat. min. c. 29: Δίκας ἐπάγοντος εἰς τὴν Πομπηΐου χάριν μᾶλλον ἢ κατὰ ἔχθος ἴδιον. Cum dat. Pausan. 1, 43, 7: Ἐς δὲ Κόροιβος ἐς χάριν Ἀργείοις φονεύει τὴν Ποινήν. Εἰς χ. τι πράσσειν Soph. OEd. T. 1353: Οὐδὲν ἐς χάριν πράσσων. Dio Cass. 40, 50: Οὐδὲν ἐς τὴν τῶν πολλῶν χάριν ἐβούλευσεν. || Κατὰ χάριν, Plato Leg. 5, p. 740, C: Τούτοις υἱέας διανέμειν κατὰ χάριν μὲν μάλιστα· ἐὰν δέ τισιν ἐλλείπωσι χάριτες κτλ. ||« Μετὰ χάριτος duobus modis dicitur, 1. active de gratia inita apud alterum, ubi verti potest, Beneficii loco, In gratiam accipientis, Gratum facturus alteri. Polyb. 2, 22, 5: Ἐθελοντὶ καὶ μετὰ χ. παραδόντες τὴν πόλιν· quæ etiam 5, 77, 3, conjuncta sunt. 26, 6, 7: Ὁ Εὐμένης ἔδωκε Προυσίᾳ μετὰ μεγάλης χάριτος· 22, 18, 3: Ὑπέσχητο βοηθήσειν μετὰ μεγάλης χ. 2. passive, de gratia quam habemus alteri. 24, 10, 10: Μετὰ μεγάλης χάριτος ἥξειν πρὸς Ἀχαιοὺς καταπεφευγότας ἐπὶ Ῥωμαίους· ubi commode ad sententiam vertit Casaubonus, Cum multis precibus Romam, velut ad perfugium suum, venturos Achæos. 22, 17, 12: Ἐὰν μὴ διδῷ μετὰ μεγάλης χάριτος· nam sic legendum pro χαρᾶς.» Schweigh. || Longe frequentius est πρὸς χάριν, de quo v. quæ supra dixit HSt. || Διὰ χαρίτων εἶναι et γίγνεσθαι, In gratia esse, Gratiam conciliare. Xen. Hier. 9, 1: Ἐπιμέλειαι ... δοκοῦσιν αἱ μὲν πάνυ πρὸς ἔχθραν ἄγειν, αἱ δὲ πάνυ διὰ χαρίτων εἶναι· et 2: Αὕτη μὲν· ἡ ἐπιμέλεια διὰ χαρίτων γίγνεται.]

|| Χάριν possumus interpretari Gratiam, iis etiam in ll., in quibus jungitur verbo ἔχειν, s. εἰδέναι, aut etiam ὁμολογεῖν: item ἀποδιδόναι, et ἀπονέμειν, et ἐκτίνειν, et ἀπομνήσασθαι, atque aliis nonnullis. Et illud quidem primum loquendi genus χάριν ἔχειν, licet cum Latino Gratiam habere, conveniat magis quam alterum, χάριν εἰδέναι, est tamen et ipsum classicis scriptoribus usitatum. Xen. Cyrop. 5, p. 70 meæ ed. [1, 21]: Καὶ χάριν τούτων ἐγὼ ὑμῖν ἔχω μέν, εἰ μὴ ἀδικῶ· ἀποδιδόναι δὲ οὔπω ἀξίαν δύναμιν ἔχειν μοι δοκῶ· lib. 4 init. [imo 5, 1, 1]: Καὶ χάριν οἴομαί σοι πλείω ἔχειν, ὅτι κτλ., ubi tamen ἔχειν alium etiam usum habere videri possit, de quo infra dicturus sum. Sic Isocr.: Χάριν ἂν τῷ θεῷ σχοίην· Evag.: Οὐ χάριν ἔσχε τούτων· Symm.: Χάριν τοσαύτην ἔχετε, ὅσην οὐδὲ τοῖς εὖ ποιοῦσι. Ut autem hic legis χάριν τοσαύτην, sic πολλὴ χάρις, nec non πλείστη alicubi legi, docebo infra. Idem dixit etiam, Καὶ τὴν πόλιν ἔξειν μοι χάριν ὑπὲρ τῶν εἰρημένων. [Et p. 113, C: Ἅπαντές σοι χ. ἕξουσιν ... ὑπὲρ ὧν εὖ πάσχουσι.] Apud Eosdem, nec non apud ceteros, frequens est χάριν εἰδέναι [pro quo scriptores minus probatos εὐχαριστεῖν dicere observant Phryn. p. 18 ed. Lob. et Herodian. p. 441 ed. Piers.: unde Thom. M. p. 913, cujus verba infra apponemus], quod sonat ad verbum, Gratiam nosse: quod quantum a Latina phrasi recedit, tantum ad Gallicam accedit. Dicimus enim eodem plane modo, *Sçavoir gré de quelque chose.* [Hom. Il. Ξ, 235: Πείθευ· ἐγὼ δὲ κέ τοι εἰδέω χάριν ἤματα πάντα· ubi Aristarchus ἰδέω legisse dicitur. Herodot. 3, 21: Θεοῖσι εἰδέναι χάριν, οἳ ... Plato Phædr. p. 233, D: Πλείστην χάριν αὐτοῖς εἴσονται· Theæt. p. 155, E: Χάριν μοι εἴσει ἐὰν ...· Theag. p. 128, A: Χάριν πρὸς τούτοις εἰδέναι, quod χάριν προσειδέναι dicitur Apol. p. 20, A.] Xen. Cyrop. 6, p. 93 [c. 2, 2]: Κἂν ταῦτά μοι καλῶς ὑπηρετήσητε, ἔτι μᾶλλον ὑμῖν χάριν εἴσομαι τούτου, ἢ ὅτι χρήματα πάρεστε ἄγοντες. [Ib. 8, 1, 34: Τοῖς ἰατροῖς χάριν ἥδει ὁπότε τις ἰάσαιτο· OEc. 2, 15: Σοὶ χάριν εἰδότας εἰ ἐθέλοις ...· Symp. 4, 12: Ἡλίῳ τὴν μεγίστην χάριν οἶδα ὅτι ....] Idem, Χάριν τῆς τιμῆς οἶδά σοι. Quidam ap. Lucian. [Pro lapsu c. 18]: Χάριν οἶδά σοι, ὦ αὐτοκράτωρ, ὅτι κακῶς καὶ ἀδίκως ἐδίκασας. Plutarch. Polit. præc. [p. 816, A]: Εἰπὼν ὡς οὐ βούλεται σωτηρίας χάριν εἰδέναι τῷ φονεῖ τῆς πατρίδος. [Comice Aristoph. Lys. 869: Τοῖς δὲ σιτίοις χάριν οὐδεμίαν οἶδ' ἐσθίων· ἔστυκα γάρ· ubi præcesserat v. 865: Ὡς οὐδεμίαν ἔχω γε τῷ βίῳ χάριν.] Sed interdum genitivo præfigitur præp., veluti quum dicit Xenoph. Cyrop. 5, [5, 29]: Ἆρ' ἀντὶ ταύτης τῆς εὐεργεσίας χάριν αὐτῷ εἰδείης; Dicitur etiam χάριν εἰδέναι ἐπί τινι. [Lucian. Bis accus. c. 17: Χάριν οἶδεν ἐπὶ τούτοις.] Herodian. 6, [1, 20]: Τῷ μὲν Ἀλεξάνδρῳ χάριν εἰδότα ἐφ' οἷς ἐτιμᾶτο. Affertur autem et χάριν ἐπίστασθαι ex Polluce [5, 142] i. significans q. χάριν εἰδέναι [Charito 3, 4: Χ. ἐπίσταμαι πᾶσι· 8, 5: Χάριν αὐτῷ πάλιν ἠπίστατο ὅτι ...]: item χάριν ἔγνων ex Epigr. pro χάριν οἶδα. [« Xenoph. Eph. 3, 5: Πολλὴν γνοῦσα χάριν αὐτὸν ἀποπέμπει. Plura exempla sunt ap. Philostr., velut p. 68, et ubivis ap. Chariton., ut l. 3, p. 57, 16; 60, 10; 78, 3 (ubi γινώσκω τὴν χάριν); l. 8, p. 182, 20. V. præterea Villois. Anecd. Gr. vol. 2, p. 80, 23.» Bast. Ep. crit. p. 174.] Quin etiam χάριν ὁμολογῶ pro eod. aliquando usurpatur. [Hoc inter alia annotavit Thom. M. p. 913: Χάριν οἶδά σοι καὶ χάριν ἔχω σοι καὶ χάριν ὁμολογῶ, εὐχαριστῶ δὲ οὐδεὶς τῶν δοκίμων εἴρηκεν. Χάριν ὁμολογεῖν ap. Plut. V. Pyrrhi c. 21, Lucian. Abd. c. 14, Pro lapsu c. 15, Geopon. 10, 2, 5.] Sed interdum sine verbo dicitur per nomin., χάρις σοὶ, vel πολλὴ χάρις, vel πλείστη χάρις. Lucian. [Tim. c. 36]: Ἀλλὰ σοὶ μὲν, ὦ Ἑρμῆ, καὶ τῷ Διΐ, πλείστη χάρις τῆς ἐπιμελείας. A Latinis dicitur, Magna gratia, ut legimus ap. Ovid., Gratia magna Jovi. [Xen. Cyrop. 8, 7, 3: Πολλὴ δ' ὑμῖν (diis) χ. ὅτι ...· 7, 5, 72: Τοῖς θεοῖς μεγίστη χ. ὅτι ..., et similia Anab. 3, 3, 14, OEcon. 8, 16.] Antequam vero ad reliqua illa loquendi genera veniam,

χαριν ἀποδιδόναι et χάριν ἀπονέμειν, etc., de illo χάριν ἔχειν pauca dicenda mihi supersunt: sc. non semper χάριν ἔχειν i. esse q. χάριν εἰδέναι, sed alium quoque interdum usum habere, veluti quum dicit Thucyd. 8, p. 290 meæ edit. [c. 87]: Ὁ δὲ χάριν ἂν δήπου ἐν τούτῳ μείζω ἔτι ἔσχεν, οὔτε ἀναλώσας κτλ. Hic enim χάριν ἔχειν nequaquam significat Gratiam habere, ut in alio ipsius quoque Thuc. loco, sed Gratiam promereri, emereri, inire. Verum invenitur ἔχειν χάριν sequente etiam gen. rei, ut quum scribit Herodian. 1, [15, 14] de Commodo, Μέχρι μὲν τούτων εἰ καὶ βασιλείας τὰ πραττόμενα ἦν ἀλλότρια, πλὴν ἀνδρείας καὶ εὐστοχίας παρὰ τοῖς δημώδεσιν εἶχέ τινα χάριν, Polit. Hactenus igitur quæ gerebantur, quamvis a principe aliena viderentur, tamen quoniam fortitudinem scientiamque jaculandi præ se ferrent, popularem quandam gratiam emerebantur. At ego maluissem, conjungendo ea quæ in Græco sermone conjuncta sunt, reddere, Gratiam ob fortitudinem emerebantur. Nam gratiam fortitudinis vix posse dici crediderim. De hoc quoque obiter admoneo, vocem illam Jaculandi a me fuisse additam, quod non a Polit., sed a librario fuisse omissam existimem. Jam vero quod ad illum Xen. locum attinet, quem paulo ante protuli ex Xen. Cyrop. 4 [5, 1, 1]: Καὶ χάριν οἶομαί σοι πλείω ἔχειν κτλ., tertium quendam usum habere quidam putavit illud χάριν ἔχειν: quasi nec reddi queat Gratiam inire, promereri, emereri: nec rursum admittere videatur illam primam et maxime usitatam interpret. Gratiam habere, accipiendo pro χάριν εἰδέναι. Ut autem melius hac de re judicari possit, totum locum proferam, in fine libri illius ita scriptum: Ὁ δὲ Κῦρος εἶπεν, Ἀλλ' ἔγωγε, ἔφη, καὶ δίδωμι, καὶ χάριν οἶομαί σοι πλείω ἔχειν ὅτι με ἤτησας, ἢ σὺ ἐμοί, ὅτι λαμβάνεις· οὕτως ἐγὼ ὑμῖν διψῶ χαρίζεσθαι. Hic enim aut οἶομαι vim suam non retinere, sed eum usum habere, quem interdum δοκῶ, sequente pronomine μοι, aut ἔχειν dictum esse pro ὀφείλειν. Sed dando usum passim usitatum verbo οἶομαι, non video cur non χάριν ἔχειν passim usitatam signific. itidem retineat. Illa autem, Χάριν ἀποδιδόναι, et ἀπονέμειν, et ἐκτίνειν, et ἀπομνήσασθαι, dicuntur de eo qui gratiam refert, s. rependit. Magis tamen ad verbum possumus illud ἀποδιδόναι χάριν interpretari Reddere gratiam. Extatque illud ἀποδιδόναι χάριν in uno ex iis Xen. ll. quos paulo ante protuli, ubi sc. et χάριν ἔχειν habetur. Legimus et in hoc Ejusdem loco (de quo dicam et infra), Hell. 3, [5, 16]: Παρακινδυνεύσοιεν χάριτα αὐτοῖς ἀποδοῦναι μείζονα ἢ ἔλαβον. Ubi observa obiter et accus. χάριτα, qui alioqui multo minus est usitatus quam χάριν. Usus est et Isocr. Ad Phil. [p. 89, C]: Ἀποδιδόντα γάρ σε χάριν ὧν ὀφείλεις, ὑπολήψονται, διὰ τὸ πλῆθος τοῦ χρόνου τοῦ μεταξὺ, προϋπάρχειν τῶν εὐεργεσιῶν. Quin etiam plural. ἀποδοῦναι τὰς χάριτας ap. Lysiam [p. 189, 9] legitur, Gratias referre. Sic ap. Æschin. [p. 66, 3], Χάριτας ὁμοίας ἀποδιδόναι, Parem gratiam referre. Dicam autem de hoc plurali et infra. At χάριν [νέμειν, de quo HSt. infra, et] ἀπονέμειν e Xen. [Non legitur apud Xenoph. Diodor. 1, 1: Τοῖς τὰς κοινὰς ἱστορίας πραγματευσαμένοις μεγάλας χάριτας ἀπονέμειν δίκαιον. Χάριν τίνειν apud Æsch. Prom. 987: Καὶ μὴν ὀφείλων γ' ἂν τίνοιμ' αὐτῷ χάριν· Ag. 821: Τούτων θεοῖσι χρὴ πολύμνηστον χ. τίνειν· et] χάριν ἐκτίνειν ex Plat. Rep. 1, [p. 338, B] affertur [et Menex. p. 242, C: Ἀναξίαν χάριν ἐκτινόντων τῇ πόλει], nec non ex Aristide, Χάριν ἐκτίνειν τροφεῦσι. [Plur. Eur. Or. 453: Χάριτας πατρῴας ἐκτίνων εἰς οὓς σὲ δεῖ. Plut. Mor. p. 479, F: Χάριτας εὐμενῶς καὶ προθύμως ἐκτίνοντες.] Apud Thuc. [1, 137] Χάριν ἀπομνήσεσθαι legitur itidem pro, Se gratiam relaturum. [Hesiod. Th. 503: Αἵ οἱ ἀπεμνήσαντο χάριν εὐεργεσιάων. Eur. Alc. 300: Ἡμῖν τήνδ' ἀπόμνησαι χάριν.] Eandemque interpret. habet ap. Aristid. [et Lucian. De sacrif. c. 2], Χάριν ἀπομνημονεύειν. Sed posse alicubi et aliam interpret. dari istis verbis huic accusativo junctis, docui in Ἀπομνημονεύειν et Ἀπομνήσασθαι. [Τὴν χάριν vel τὰς χάριτας μνημονεύειν Demosth. Ep. 3, p. 1478, Anton. Lib. c. 28.] Jungitur vero et aliis plerisque verbis hic accus. χάριν: et cum eorum nonnullis nihil vetat itidem voce Gratia ipsum interpretari, aut certe verbo Gratificari: cum nonnullis voce Beneficium potius utendum est: cum quibusdam utroque uti possumus. [Cum verbo τίθεσθαι Theognis 1092: Τῶν μοι πρόσθε χάριν τίθεσο. Æsch. Prom. 784: Τούτων σὺ τὴν μὲν τῇδε, τὴν δ' ἐμοὶ χάριν θέσθαι θέλησον. Eurip. El. 61: Ἐξέβαλέ μ' οἴκων χάριτα τιθεμένη πόσει· et θέσθαι Hec. 1211. Demosth. p. 1233, 2: Χάριν τιθεμένων διὰ τῶν τοιούτων τοῖς ἀμελοῦσιν. Anacr. Anth. Pal. 6, 346: Ἀντ' ἐρατῶν δώρων τῶνδε χάριν θέμενος. Suspectum vero activum ap. Eurip. Bacch. 721: Χάριν ἄνακτι θῶμεν, quod aut θώμεθ' aut δῶμεν scribendum cum Elmsleio. Εἰς χάριν τ. Plut. V. Mar. c. 46: Ἅπασαν δόσιν εἰς μεγάλην χάριν τιθέμενον καὶ σώζοντα τῇ μνήμῃ διὰ τέλους. Cum προστίθεσθαι Soph. OEd. Col. 767: Οὐκ ἤθελες θέλοντι προσθέσθαι χάριν. Longe frequentius cum κατατίθεσθαι, ut ap. Herodot. 6, 41: Δοκέοντες χάριτα μεγάλην καταθήσεσθαι. Thucyd. 1, 33: Ὡς ἂν μάλιστα μετ' ἀειμνήστου μαρτυρίου τὴν χάριν καταθεῖσθε. Æschin. p. 59, 30: Πολλὴν χάριν καταθέμενοι. Cum dat. Antipho p. 136, 27: Τῇ πόλει τῇ ἡμετέρᾳ χάριν καταθέσθαι.] Demosth. χάριν καταθέσθαι τινὶ, Gratiam collocare apud aliquem, Gratificari alicui. [Cum πρὸς Demosth. C. Neær. p. 1351 extr.: Ἡγούμενος ... ἃ ἂν ... ἀναλώσῃ, πρὸς αὐτὴν τὴν ἄνθρωπον χάριν καταθήσεσθαι.] Possit tamen reddi etiam Beneficium conferre; aut magis ad verbum, Collocare beneficium apud aliquem. Cujus generis loquendi exempla etiam esse in promptu scimus: alterius autem non itidem, licet eo Bud. usus sit. Quod si accusativo illo Gratiam uti libeat, minus ad verbum, sed minore cum periculo dicemus Gratiam inire. Etiam cum plurali χάριτας usus est illo verbo Luc. Act. 24 fin.: Θέλων τε χάριτας καταθέσθαι τοῖς Ἰουδαίοις ὁ Φῆλιξ. Sic quoque φέρειν χάριν, Gratificari, Obsequi, etiam Conferre beneficium, ut Bud. interpr. p. 392, afferens ex Hom. [Il. E, 211: Ἡγεόμην Τρώεσσι φέρων χάριν Ἕκτορι δίῳ], et Andocide [p. 22, 37: Ἑτέρῳ φέροντες χάριν· et forma media p. 21, 2: Χάριν, οὐ μῖσος, εἰκός μέ φέρεσθαι]. Potest autem addi primæ illi interpret. hæc quoque, Rem gratam facere. Eur.: Ἔσθ' ὅ, τι δρῶσά σοι χάριν φέρω; [Iph. T. 14: Μενέλεῳ χάριν φέρων· Or. 239: Λέξεις τι καινόν; κεἰ μὲν εὖ, χάριν φέρεις ...] Idem ποιεῖσθαι χάριν τι p. 302, ex Dem. affert pro Animo benevolo accipere aliquid, et gratiam habere: cui opp., ποιεῖσθαι ὀργὴν τὸ πρᾶγμα. [Dem. locus est p. 370: Ὅσων οὗτος αἴτιος σκεψάμενοι καὶ χάριν, ἂν ταύτης ἄξιος ᾖ, καὶ τοὐναντίον ὀργήν, ἂν τοιαῦτα φαίνηται πεποιηκὼς, ποιεῖσθε. Id. Epist. 5, p. 1491: Καλὸς ἔρανος χάρις δικαία, ἣν καὶ σὺ ποίησαι πρὸς ἐμέ. « Activ. Esth. 6, 3: Τίνα δόξαν ἢ χάριν ἐποιήσαμεν Μαρδοχαίῳ; i. e. Quam gratiam s. præmium contulimus in M. » Schleusn. X. πράσσειν Eur. Ion. 36: Λοξίᾳ δ' ἐγὼ χ. πράσσων ἀδελφῷ ... κύτος ἤνεγκα· et ib. 895. X. πράττεσθαι Plut. Mor. p. 64, A. X. δρᾶν Thuc. 2, 40. X. ὑπουργεῖν Aristot. Rhet. 2, 7: Ἔστω δὴ χάρις καθ' ἣν ὁ ἔχων λέγεται χάριν ὑπουργεῖν δεομένῳ μὴ ἀντὶ τινὸς, μηδ' ἵνα τι αὐτῷ τῷ ὑπουργοῦντι, ἀλλ' ἵνα ἐκείνῳ τι.] At vero cum χάριν φέρειν conveniunt χάριν νέμειν, et χάριν διδόναι, Beneficium conferre. [Aristoph. Av. 384: Κἄμοὶ δεῖ νέμειν ὑμᾶς χάριν.] Soph. Aj. [1371]: Σοὶ μὲν νέμοιμ' ἂν τῆσδε καὶ μείζω χάριν· et [1354], χάριν διδόναι φωτί. [OEd. C. 1489: Ἀνθ' ὧν ἔπασχον εὖ τελεσφόρον χάριν δοῦναί σφιν. Æsch. Prom. 823: Ἡμῖν αὖ χάριν δὸς ἥντιν' αἰτούμεσθα.] Usus est et Andocides [p. 22, 26]: Δοῦναί μοι χάριν μικράν τε καὶ ἄπονον. [Et locis non paucis Euripides, de quo dixit Elmsl. ad Bacch. 720, velut Hel. 1006: Οὐδὲ συγγόνῳ χάριν δοίην ἄν, ἐξ ἧς δυσκλεὴς φανήσομαι· 1465: Μίαν δέ μοι χάριν δόντες τὸ λοιπὸν εὐτυχῆ με θήσετε· El. 1145: Τοσήνδ' ἐγὼ δώσω χάριν σοι, σὺ δέ γ' ἐμοὶ δίκην πατρός. Plur. Iph. A. 1222: Πρώτη δὲ γόνασι σοῖσι σῶμα δοῦσ' ἐμὸν φίλας χάριτας ἔδωκα κἀντεδεξάμην. Plato Leg. 9, p. 877, A: Τούτῳ ... χάριν τῷ δαίμονι διδόντα· et sic alii quivis. Improprie Soph. OEd. C. 855: Ὀργῇ χάριν δοὺς, i. e. Iræ indulgens. Eur. Herc. F. 779: Νόμον παρέμενος, ἀνομίᾳ χ. διδούς. Cratin. ap. schol. Aristoph. Eq. 531: Ἔσθιε καὶ σῇ γαστρὶ δίδου χάριν.] Quemadmodum autem χάριν his in ll., verbis simplicibus junctum, pro Beneficio ponitur, ita cum compp. interdum eand. signif. habere, nemini dubium esse debet. Atque adeo in illo Xen. loco, quem ex Hellen.

3, [5, 16] attuli, Χάριτα αὐτοῖς ἀποδοῦναι μείζονα ἢ ἔλαβον, hanc etiam interpret. dari posse accus. χάριτα sciendum est. Idemque ut hic χάριν λαμβάνειν, sic alibi χάριν ἀπολαμβάνειν dixit, quod exp., Vicissim beneficio affici. [Mem. 2, 2, 5 : Οὐκ εἰδυῖα τίνα τούτων χάριν ἀπολήψεται· et ib. § 14, et 4, 4, 17.] Aliqua autem insuper huc pertinentia vide in Χάρις significante Beneficium. Hoc unum addo, etiam pluralem χάριτας interdum quidem pro singulari poni, sicut et Latine Gratias, ac Grates; nonnunquam vero significare Beneficia : atque ita sumi fortasse queat in illo quoque Æschinis loco quem antea protuli, Χάριτας ὁμοίας ἀποδιδόναι· quum alioqui pluralis pro singulari positus sit, sicut et Latine poni docui. Sed affertur etiam πρὸς χάριτας tanquam significans πρὸς τὸ χάριτας ἀποδιδόναι, ex Libanio; hic enim ejus locus, Πρὸς χάριτας τῶν εὖ ποιούντων ἕτοιμοι οἱ Ἀθηναῖοι, ita redditur, Ad gratiam referendam benefactoribus propensi sunt Athenienses. At vero χαρίτων ἕνεκα διττῶν, affertur ex Plat. Epist. [8, p. 355, E] pro Duplici gratia : Βασιλέα στήσασθε, πρῶτον μὲν, τὸν ἐμὸν υἱὸν, χαρίτων ἕνεκα διττῶν, τῆς τε παρ' ἐμοῦ καὶ τῆς παρὰ τοῦ ἐμοῦ πατρός. Sed adeundus locus est, (quod mihi nunc non vacat), et videndum an non potius reddi debeat, Ad ineundam duplicem gratiam, quum sequatur præp. παρά.

|| Χάρις, Gratia; sed in ea signif. qua ponitur pro Amicitia, Benevolentia, veluti quum Ovid. Met. init. canit, Fratrum quoque gratia rara est. Itidemque dixerat ante illum Flaccus, Gratia sic fratrum geminorum, Amphionis atque Zethi, dissiluit. Potius tamen certis quibusdam verbis junctum, significationem hanc obtinet, veluti quum dicimus, Conciliare gratiam, Esse in gratia cum aliquo, Retinere alicujus gratiam. Sic χάριν ποιεῖν pro Gratiam conciliare, e Xen. affertur : et vicissim χάριν διαλύειν pro Rescindere gratiam, sine auctoris nomine. In hoc quoque Thucyd. l. 5 : Ἡγεῖσθε ἐς ἡμᾶς καὶ οὐκ ἐς τὴν τῶν ξυμμάχων χάριν μαλακίζεσθαι, quamvis ἐς τὴν τῶν ξυμμάχων χάριν reddi possit ad verbum, In sociorum gratiam, non male tamen et hoc aut simili modo quis interpretetur, Ad promerendam sociorum benevolentiam. At vero apud Hesiod. Op. [188] : Οὐδέ τις εὐόρκου χάρις ἔσσεται, οὔτε δικαίου, vix possis, retinendo eandem orationis formam, interpretari ad verbum, Nulla erit justi gratia; sed dixeris potius, In nulla gratia erit justus.

|| Χάρις, Beneficium. Habere autem et hic χάριν affinem signific. illi quam habet apud Latinos vox Gratia, vel ex eo apparet quod beneficium et gratia copulata inveniantur, et quidem cum ab aliis, tum ab ipso etiam Cic., veluti quum scribit, Beneficii gratiæque loco petere aliquid. Et vicissim, Beneficii gratiæque causa concedere aliquid. Ideoque minus mirum videri debet, quod antea de duplici hujus nominis in quibusdam ll. interpretatione dixi, nimirum in qua utimur vel gratiæ vel beneficii appellatione. Hoc quoque sciendum est, vocabulum Gallicum *Plaisir*, quo Beneficium declaramus, multo melius cum prima nominis χάρις significatione convenire quam vox Lat. conveniat, præsertim quum etiam χαρίεις sit qui nobis *Plaisant*. Sed ad illius signif. exempla venio. Andocides [p. 22, 26] : Δοῦναί μοι χάριν μικράν τε καὶ ἄπονον, Parvum istud beneficium in me conferre. Sic etiam ex Soph. itidem διδόναι χάριν, nec non νέμειν χάριν attuli paulo ante pro Beneficium conferre. Item χάριν φέρειν. Affertur etiam χάριν λείψω ex Eur. [Iph. T. 631], Beneficium relinquam. Ex Herodoto [9, 79] : Χάριν ἴσθι, Beneficii loco ponas. Dicitur et ἀπαιτεῖν χάριν. Lysias : Ἡμεῖς τοίνυν ταύτην ἀπαιτοῦμεν τὴν χάριν. Idem : Ἡμεῖς τοίνυν ἀνθ' ἁπάντων ὑμᾶς ταύτην ἀπαιτοῦμεν τὴν χάριν. [Lycurg. p. 167, 30 : Χάριτας κοινὰς ὑμᾶς ἀπαιτοῦσι.] Frequens est χάριν ὀφείλειν, Beneficium debere. I. e. Beneficio devinctum esse. [Soph. Ant. 331 : Σωθεὶς ὀφείλω τοῖς θεοῖς πολλὴν χάριν.] Frequens inquam ap. Xen. præsertim, qui etiam dicit, Οὐδεμίαν χάριν ὀφείλειν, Cyrop. 3, [2, 30. Ibid. 14 : Προσοφείλοντές σοι ἄλλας χάριτας· 4, 5, 32 : Ἵνα μή σοι ἀντὶ χαρίτων ἔχθραι ὀφείλωνται. Demosth. p. 37, 7 : Τῶν ὑμετέρων αὐτῶν χάριν προσοφείλετε.] Sed animadvertendum est, dici ὀφείλω σοι χάριν sine adiectione, vel ὀφείλω σοι χάριν τούτου, s. τούτων : interdum etiam ἀποδίδωμί σοι χάριν ὧν ὀφείλω. In his autem duobus exemplis posterioribus Gratiam significat. Sic quoque quum copulantur χάρις et δωρεὰ (ut ap. Dem. C. Mid. [p. 567 extr.] : Ἀλλὰ τὴν μὲν ἐπίδοσιν ἐν χάριτος μέρει καὶ δωρεᾶς παρεῖχον πλέουσαν τῇ πόλει· et ap. Polyb. [1, 31, 6] : Ἐν χάριτι καὶ δωρεᾷ λαμβάνειν [Conf. Plat. Leg. 7, p. 796, B : Προστακτέον... τοῖς μὲν πάντα τὰ τοιαῦτα εὐμενῶς δωρεῖσθαι, τοῖς δὲ παραλαμβάνειν ἐν χάρισιν. Ἐν χάριτι ἀντιδωρεῖσθαι Polyb. 3, 28, 3. Ἐν χ. διδόναι Xen. OEc. 8, 10 : Εἰ βούλοιο... ἐάν τι αἰτῶ, ἐν χάριτι διδόναι],) χάρις fuerit potius Gratia, at δωρεὰ, Beneficium, ut nimirum Cic. Beneficium et Gratiam in ll. paulo ante allatis copulat. Sunt porro et ex aliis quoque exemplis nonnulla in quibus fortasse χάρις non minus reddi possit Gratia, quam Beneficium. Præsertimque illud Lysiæ, Ταύτην ἀπαιτοῦμεν τὴν χάριν, non dubium est quin et hanc interpret. admittere queat. Nam Petere gratiam, minime Latinorum auribus inauditum fuit. A Plauto certe usurpatum traditur pro Veniam petere. Sed et hoc ipsum loquendi genus locum habere ibi possit, ut videl. interpretemur, Hanc veniam petimus. At plur. χάριτες pluribus in ll. Beneficia, non item Gratias, interpretari possis. Interdum χάρις magis peculiari signif. dicitur de Mulieris obsequio quo sui copiam facit, quasi et hoc in beneficii loco ponendum sit. Eo certe et nostrum illud vocabulum *Plaisir* detortum fuit. Siquidem de tali obsequio dicimus *Faire plaisir*, veluti quum ita loquimur, *Elle fait volontiers plaisir aux bons compagnons*. Hinc est Χάριν δοῦναι et χαρίσασθαι, ap. Pollux. 5, cap. Περὶ μίξεως [§ 93]. Vide et Ἄχαρις, item verbum Χαρίζομαι. [Plut. Mor. p. 751, D : Χάρις ἡ τοῦ θήλεος ὕπειξις τῷ ἄρρενι κέκληται παρὰ τῶν παλαιῶν. Plato Phædr. p. 254, A : Μνείαν ποιήσασθαι τῆς τῶν ἀφροδισίων χάριτος· Leg. 8, p. 840, D : Συνδυασθέντες ἄρρην θηλείᾳ κατὰ χάριν καὶ θήλεια ἄρρενι. Χάριτας ἀφροδισίων ἐρώτων Pind. fr. 90 (ap. Athen. 10, p. 427, D). Hom. Il. Λ, 243 : Ἀλόχου ... ἧς οὔ τι χάριν ἴδε, πολλὰ δ' ἔδωκεν· quod schol. exp. οὐκ ἐχάρη ἐπὶ τῇ συμβιώσει αὐτῆς οὐδὲ ἐπὶ τῇ τεκνοποιήσει. Xen. Hier. 1, 34 : Παρὰ παιδικῶν βουλομένων ἥδισταί εἰσι αἱ χάριτές εἰσι· et ib. 7, 6. Lucian. Merc. cond. c. 40 : Χάριτας ἐπὶ τοῖς ἐρωτικοῖς ὑπέσχοντο· et similiter Alex. c. 5. G. D. Greg. Nyss. t. 2, p. 1033, D, de Scriptura sacra, ἀπό τε τῆς κοσμογενείας καὶ μέχρι τῆς τελευταίας τῆς χ. βίβλου. Hase.]

|| Χάρις, Præmium, ut χάριν φέρεσθαι, Præmium accipere, vel Beneficium, Bud. ex Andocide [p. 21, 2] : Χάριν οὖν εἰκός με, οὐ μῖσος, τῷ δυστυχήματι τούτῳ φέρεσθαι παρ' ὑμῶν. Sic etiam χάριν κεκομίσθαι ex Dem., Præmium accepisse.

|| Χάρις, teste Hesychio dictum fuit etiam θῦμα ἐκ τριῶν ποπάνων συγκείμενον. Vide Ἀρτοχάριτες.

|| Χάριτες sunt etiam dicti Ramuli myrti. Hom. Il. P, 51 : Αἵματί οἱ δεύοντο κόμαι χαρίτεσσιν ὁμοῖαι, ubi scholiorum brevium auctor scribit Macedonas et Cyprios appellare τὰς συνεστραμμένας καὶ οὔλας μυρσίνας, quas, inquit, vocamus στεφανίτιδας. [Hoc commentum memorat etiam schol. Venet.] Sed attulerat antea expos. aliam, videl. ταῖς τῶν Χαρίτων κόμαις ἴσαι : quam expos. affert et Eust. nulla alterius facta mentione : τοιαῦται, inquit, οἵας ἔχοιεν αἱ Χάριτες. [Quæ recta interpretatio est. Νύμφας Χαρίτεσσιν ὁμοίας dixit Hesiod. ap. Tzetz. ad Op. 382. || Cupressos χάριτας appellari traditur in Geopon. 11, 4, 1 : Διττὸν αἱ κυπάρισσοι ὄνομα ἔχουσι, χάριτες μὲν διὰ τὴν τέρψιν, κυπάρισσοι δὲ διὰ τὸ κύειν καὶ φύειν παρίσους τούς τε κλάδους καὶ τοὺς καρπούς.]

|| Χάρις a verbo χαίρω derivatum esse traditur, sed quam Eust. [p. 381, 8; 1148, 57; 1403, 63] hujus derivationis affert rationem, parum probo, quoniam hanc sequendo, illa signif., cui primus locus datur, minime eum obtinere posset. Quum autem dicitur χάρις esse a χαίρω, non immediate inde esse putandum est, sed esse a χαρὰ facto ex χαίρω, sicut ex χιθάρα factum esse videmus χίθαρις. Ab Hesych. certe dicitur χάρις esse etiam χαρά : verum hujus signific. exemplum hauddum reperire potui. Quod si nomen Χαρίλαος ex χάρις et λαὸς compositum dici posset, pro illa signific. facere non immerito quis crederet. Tra-

dit enim Plut. Lycurgo [c. 3] nomen hoc ideo fuisse illi impositum, quod omnes fuerint περιχαρεῖς, ἀγάμενοι τὸ φρόνημα καὶ τὴν δικαιοσύνην ipsius Lycurgi, regem eum jam tum declarantis. [Χάρις, sive a χαίρω sive a χαρὰ deducatur, certum est primariam hujus vocis significationem esse Gaudium, χαρὰ, cujus luculentum hoc exemplum habes ex Pindaro, Pyth. 1, 65 : Ναυσιφορήτοις δ' ἀνδράσι πρώτα χάρις, ἐς πλόον ἐρχομένοις, πομπαῖον ἐλθεῖν οὖρον· ubi schol. χάρις interpretatur per ἡδονὴ et sensus satis ostendit per Gaudium esse vertendum. Isthm. 6, 74 : Ἀδεῖα δ' ἔνδον μιν ἔκνιζεν χάρις. Ubi etiam non aliter verti potest quam Gaudium. Brunck.] Ceterum antequam ab hoc nomine χάρις discedam, hoc addo, gen. ejus χάριτος ab Eust. [p. 1618, 28] censeri Doricum, et κοινῶς dicendum fuisse χάριδος. [Quod nemo dixit. Eustathio præivit Chœrob. In Theodos. p. 189, 28, ubi de accusativo Θέμιστα agit : Καὶ πάλιν χάρις χάριδος χάριτος καὶ πλεονασμῷ τοῦ σ χάριστος. Τοῦτο δὲ τὸ χάρις χάριτος καὶ παρ' ἡμῖν οὕτως ἐπεκράτησε λέγεσθαι· et p. 134, 10 : Καὶ τὸ Ἄρτεμις Ἀρτέμιδος Ἀρτέμιτος καὶ χάρις χάριδος χάριτος. Τοῦτο δὲ παρ' ἡμῖν οὕτως ἐπεκράτησε λέγεσθαι· et p. 355, 21, ubi χάριτος Δωρικῇ τροπῇ pro χάριδος dici ait. Accusativus et appellativi et proprii nominis est χάριν vel quod minus frequens χάριτα, quæ Mœris p. 414 sic distinguit ut χάριν Atticæ, χάριτα vulgari dialecto tribuat, cui observationi Thomas M. p. 913 addit formam disyllabam alienam esse ab nomine proprio : Χάρις, ὄνομα θεᾶς, οὗτινος ἡ αἰτιατικὴ οὐκ ἐκφέρεται δισυλλάβως, ... ἀλλὰ τρισυλλάβως· οὐ γὰρ Χάριν λέγομεν, ἀλλὰ Χάριτα, quod discrimen neglexerunt Meleager utraque, ut metro commodum erat, eodem in carmine forma usus Anth. Pal. 5, 149, et qui Χάριν dixerunt Pausan. 9, 35, 1, Lucian. Dial. mort. 15, 1, 2. Appellativi nominis accusativus etsi plerumque χάριν est, tamen etiam χάριτα in poesi pariter ac prosa dictum est, velut ap. Eurip. Hel. 1394 et El. 61, ubi verbis paullo aliter collocatis etiam χάριν locum habuisset, Philipp. Thess. Anth. Pal. 9, 254 et 438, Straton. 12, 16, Herodot. 6, 41. Xen. Hell. 3, 5, 16 : Χάριτα αὐτοῖς ἀποδοῦναι μείζονα ἢ ἔλαβον, nisi huic χάριτας μείζονας restituendum, quum et ipse alibi et Plato aliique scriptores Attici una constanter forma χάριν usi sint. Phylarch. ap. Athen. 13, p. 593, D : Τοιαύτην χάριτα παρὰ τοῦ δαιμονίου λαμβάνω. Χάριν producta in arsi syllaba altera dixit Hom. Il. E, 874 : Ἀλλήλων ἰότητι, χάριν ἄνδρεσσι φέροντες· et ante ἴδε Λ, 243, ante εὐεργεσιάων Hesiod. Th. 503. Dativi plur. Χάρισι forma poetica Χαρίτεσσι ap. Hom. Il. P, 51, Hesiod. ap. Tzetz. ad Op. 382, Pind. Ol. 7, 172, Isthm. 2, 29; 3, 14, Leon. Tar. Anth. Pal. 7, 440, aliosque. G. Dind.]

[|| De usu voc. Χάρις ap. scriptores eccles. v. Suicerus. Specialiter a Patribus sæpe ponitur pro Baptismo, ut χάρισμα de eodem dicitur. Cyrill. Hieros. Catech. Mystag. 4 : Προσερχέσθω τῇ χάριτι. Greg. Nyss. vol. 2, p. 220 : Ὄρη καὶ νάπαι βαπτίσατε, δένδρα καὶ πέτραι καὶ πηγαὶ δότε τὴν χάριν. Et de S. cœna frequenter ap. Cyrill. Alex. in locutionibus τῆς θείας χάριτος μεταλαμβάνειν et προσιέναι πρὸς τὴν οὐρανίαν χάριν. Cyrill. Hier. Cat. Myst. 4 : Αἰνιττόμενον τὴν χάριν.]

[Χάρις, ἡ, et Χάριτες, αἱ, n. pr. dearum quarundam, de quibus dictum s. v. Χάρις, Gratia. Χάριτες inscriptæ fuerunt Eubuli et Anaxilæ comœdiæ. || Nomen navis Atticæ in inscr. navali 14, d, 78, et duabus tribusve literis obliteratis 4, b, 38; 13, c, 39. || Nomen urbis Parthicæ, quod cum aliis illic Græcis urbium nominibus, ut Σώτειρα et Καλλιόπη, componit Appian. Syr. c. 57. || Χάρις fluvii nomen vitiose olim scriptum ap. Strab. pro Χάρης, quod v. G. D. || charis mater in inscr. lat. ap. Ott. Iahn. Spec. epigr. p. 115, n. 16, 3. Hase.]

[Χαρίσανδρος, ὁ, Charisander, archon eponymus olymp. 101, 1 in inscr. ap. Bœckh. 158, vol. 1, p. 255. In Χαρίανδρος corruptum ap. Diodor. 15, 36. || Alii in inscrr. ap. Rangabé *Antiq. hell.* vol. 2, p. 561, 713, 802. G. D. Et ap. Franz. El. epigr. p. 113, n. 47, 25; p. 114, 50; Bœckh. *Urkunden* p. 469, 1, Χ. Φιλαΐδης. Hase.]

[Χαριαθένης, ους, ὁ, Charisthenes, n. pr. ap. Theodorid. Pal. 6, 151. || Alius in numo Cretensi ap. Mionnet. *Descr.* vol. 2, p. 294.]

[Χαρισία. V. Χαρισίαι.]

[Χαρῖσιάδης, ὁ, Charisiades, Charisii filius, Atheniensis, ap. Demosth. p. 1304 extr.]

[Χαρισίαι, αἱ, Charisiæ, oppidum Arcadiæ. Pausan. 8, 35, 5. Χαρισία ib. c. 3, 2.]

[Χαρίσιον, ἡ, Charisium, n. pr. in inscr. apud Bœckh. 1409, vol. 1, p. 675 : Τὸν κλυτὸν ἡγεμονῆα Χαρείσιον (nam sic scriptum in lapide) ἄνθετο κούρα. G. D. Conf. Ph. Le Bas *Revue archéol.* a. 1844, part. 1, p. 713. Hase.]

Χαρίσιον, vide in substantivo Χαριστήριον, quod habes post proxime sequens adjectivum Χαριστήριος. [V. Χαρίσιος.]

[Χαρίσιος, ία, ιον, Gratiarum agendarum caussa datus. Schol. Pind. Ol. 8, 19 : Ἡ Ὀλυμπία καὶ ἡ Νεμέα Διός. Καὶ ὁ Καλλίμαχός (fr. 193) φησι « Ζηνί τε καὶ Νεμέῃ τι χαρίσιον ἔδνον ὀφείλω. » Χαρίσιον apud Suidam, de quo HSt. s. v. Χαριστήριος :] Dici vero et Χαρίσιον pro χαριστήριον, testatur Suidas, quem vide. Idem affert etiam Χαρίσιοι ex Aristoph. pro quodam Placentarum genere. Hesych. autem non χαρίσιοι, sed illud χαρίσιον exp. πλακούντων εἶδος, addens, οἱ δὲ ἄρτον ἀπὸ τῶν λημμάτων· quo pertinet expos., quam supra voci ἀρτοχάριτες, ex Eodem tribui. Vide et Athen. 15, dicentem χαρίσια esse πεμμάτια. [Suidæ gl. est, Χαρίσιον· χαριστήριον. « Ταῦτα ἀναγεγράφθω μοι, χαρίσια ὀλίγα ἀντὶ πολλῶν ἀποδιδόντι. » (Verba ex Suidæ gl. Ἀσκληπιόδοτος huc translata.) Καὶ χαρίσιοι πλακοῦντος εἶδος. Ἀριστοφάνης Δαιταλεῦσι (fr. 6) « Πέμψω πλακοῦντ' εἰς ἑσπέραν χαρίσιον. » In gl. Hesychii λημμάτων in λειμμάτων mutat Toupius Emend. vol. 2, p. 369, collata Suidæ gl. Ἀνάστατοι· πλακούντων εἶδος. Ἐλέγοντο δέ τινες πλακοῦντες καὶ χαρίσιοι. Οὗτοι δὲ ἀπὸ τῶν καταλειπομένων συμμιγνύμενοι ἐγίνοντο. De placentis illis dixit Athen. 15, p. 668, D : Ἐγίνετο δὲ καὶ πεμμάτιά τινα ἐν ταῖς παννυχίσιν, ἐν αἷς πλεῖστον ὅσον χρόνον διηγρύπνουν χορεύοντες, καὶ διωνομάζετο τὰ πεμμάτια τότε χαρίσιοι (sic Schweigh. : codex et apographa quædam χαρίσια, ut est in Epitome, unde sumsit Eustath. p. 1843, 25) ἀπὸ τῆς τῶν ἀναιρουμένων χαρᾶς. Μνημονεύει Εὔβουλος ἐν Ἀγκυλίωνι λέγων ... « Ἐξεπήδησ' ἀρτίως πέττουσα τὸν χαρίσιον. » Οἱ χαρίσιοι (ἄρτοι) et τὸν χαρίσιον πλακοῦντα εἶναι λέγουσι ap. Polluc. 6, 72 et 73. Quam diversitatem etiam Athen. 14, p. 646. B, tangit, ubi χαρίσιον πλακοῦντα ex loco Aristophanis, quem supra ex Suida apposuimus, memorat additque Eubulum ὡς περὶ ἄρτου αὐτοῦ ὄντος λέγειν in verbis illis πέττουσα τὸν χαρίσιον. || Χαρισία βοτάνη ap. Aristot. De mir. ausc. § 174 : Ἐν ὄρει Τηϋγέτῳ γίνεσθαι βοτάνην καλουμένην χαρισίαν, ἣν γυναῖκες ἔαρος ἀρχομένου τοῖς τραχήλοις περιάπτουσι, καὶ ὑπὸ τῶν ἀνδρῶν συμπαθέστερον ἐρῶνται. Quæ excripsit Ps.-Plutarch. De fluv. c. 17, p. 1158, D, ubi male χαρίσιον scriptum, annotato in marg. cod. Palat. βοτάνη ἐν τῷ ὄρει χαρίσιος. G. D. Damasc. V. Isidori p. 139, 216 Westerm., ὀλίγα ἀντὶ πολλῶν ἀποδιδόντι χ., Beneficia. Hase. ∪-∪∪]

[Χαρίσιος, ὁ, Charisius, Lycaonis filius, Arcas, conditor Charisiæ urbis. Pausan. 8, 3, 2. || Atheniensis, ap. Demosth. p. 1304, 26. || Eleus, ib. p. 1351, 4. || Orator Atticus, Lysiæ imitator. Cicero Bruti c. 83; Quintil. Inst. or. 10, 1; Rutil. Lupus 1, 10; 2, 6. || Alii in inscr. Attica ap. Rangabé *Antiq. hell.* vol. 2, p. 806 (ubi Δάμων Χαρισίου et Σωκράτης Χαρισίου), in epigr. Anth. Pal. 14, 2 (ubi Planudes Χαρίστιος interpolavit), et in Epistola Liberii ap. Socr. H. E. 4, 12, p. 226. || Aurelius Arcadius Charisius, JCtus, sub Constantino M. : de quo v. Ravii dissertatio Lipsiæ edita a. 1773. || Flavius Sosipater Charisius, cujus supersunt Institutiones Grammaticæ. G. D. || Αὖλος Χαρεισίου (sic) inscr. Att. ap. Franz. Elem. epigr. gr. p. 261, n. 105, 14. Hase.]

Χάρισμα, τὸ, Quod aliquis gratificatus est, gratificando donavit, aliquis largitus est, Donum. [Donativum, Donum, Munus, Gl. Per δῶρον exp. Hesych. Schol. Hom. Il. P, 220 : Ἐκτρίβειν τὸ ὑπήκοόν φησι πρὸς τὸ τούτων χ., ubi præcedit δώρων καὶ ἐδωδῆς.] Usi sunt hoc vocabulo non raro Christiani Theologi post

Paulum : apud quem Ad Rom. 5, [15 et 16] vetus Interpr. reddit Donum, at is, qui novissime est interpretatus, vertit Id quod Deus gratificatur. [Ib. 1, 11 : Ἵνα τι μεταδῶ χ. ὑμῖν πνευματικόν· 6, 23 : Τὸ δὲ χ. τοῦ θεοῦ ζωὴ αἰώνιος· 11, 29; 12, 6. Ep. ad Cor. 1, 1, 7; 7, 7; 12, 4; 2, 1, 11, Ad Tim. 1, 4, 14; 2, 1, 6. Petr. 1, 4, 10.] Gregorio Naz. Baptisma est χάρισμα, dicenti ita vocari ὡς καὶ ὀφείλουσι διδόμενον. Idem χάρισμα προφητικὸν appellat Donum prophetiæ, ut tradit Bud., a quo affertur etiam ex Chrysostomo pro Gratia gratis data. Ex alio autem ejus loco hæc de caritate verba affert : Τοῦτο γὰρ τῶν χαρισμάτων ἀνωτέρω κεῖται. Quin etiam pro Stipendio et mercede accipi tradit ap. Suid. in Ὀψώνιον. [Χάρισμα de mercede sive præmio, sed ex gratia collato, Paul. Ep. ad Rom. 6, 23, ut ex opposito ὀψώνια, Stipendia, patet : Τὰ γὰρ ὀψώνια τῆς ἁμαρτίας, θάνατος, τὸ δὲ χάρισμα τοῦ θεοῦ ζωὴ αἰώνιος, quod *donativum dei* vertit Tertullian. De resurrect. carnis c. 47, p. 585. Joann. Chrysost. Homil. 12 in Epist. ad Rom. : Χάρισμα τοῦ θεοῦ (εἶπε) δεικνὺς ὅτι οὐκ οἰκοθεν ἀπηλλάγησαν οὐδὲ ὀφειλὴν ἀπέλαβον οὐδὲ ἀμοιβὴν καὶ ἀντίδοσιν πόνων, ἀλλὰ χάριτι ταῦτα πάντα ἐγένοντο. || Baptismus. Vocatur χάρισμα τῆς υἱοθεσίας ab Theodoreto in Epitome div. decret. c. 28, vol. 4, p. 3, 6 : Οὐδεὶς τῶν ἀμυήτων λέγειν τολμᾷ « Πάτερ ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς » μήπω δεξάμενος τῆς υἱοθεσίας τὸ χάρισμα· ὁ δὲ τῆς τοῦ βαπτίσματος τετυχηκὼς δωρεᾶς πατέρα καλεῖ τὸν θεὸν, ὡς εἰς τοὺς υἱοὺς τελέσας τῆς χάριτος. Appellationis caussam reddit Gregor. Naz. Or. 40, p. 638 : Χάρισμα, ὡς καὶ ὀφείλουσι διδόμενον. Clarius Clem. Al. Pædag. 1, 6, p. 93 : Καλεῖται χάρισμα ᾧ τὰ ἐπὶ τοῖς ἁμαρτήμασιν ἐπιτίμια ἀνεῖται. Nempe baptismus remissionis peccatorum est σύμβολον et σφραγίς. Suicer.]

[Χαρισμὸς, ὁ, Gratificatio. Sopater in Walzii Rhett. vol. 8, p. 70, 13 : Ἡ δ' ἑτέρα γυνὴ ... ὡς τηρουμένη ἐπιβουλεύει τὸν χ. πρὸς ἐπήρειαν.]

[Χαριστέον, Gratificandum. Plato Phædr. p. 227, C : Λέγει ὡς χ. μὴ ἐρῶντι μᾶλλον ἢ ἐρῶντι. « Clem. Al. p. 529 : Ἐπιθυμίᾳ χ. » Kall.]

Χαριστήριος, ὁ, ἡ, adj., ut χαριστήριος λόγος, Oratio qua gratiæ aguntur. Apud Julian. de morte Gregorii loquentem, χαριστήριος λόγος, Oratio qua gratiæ Deo aguntur. Sic χαριστήριοι ὕμνοι dicuntur a Synesio : Χαριστηρίους ὕμνους τῷ θεῷ ἀποθύσαντες, ὥσπερ εἰώθαμεν, Qui gratiarum actionem continebant, beneficia dei commemorabant, simulque de iis gratias agebant. Quidam vero χαριστηρίους ὁμολογίας et χαριστηρίους εὐχὰς [hoc etiam ap. Athanas. vol. 1, p. 602 ed. Comm.] ap. Philon. interpr. Votivam gratulationem : quæ interpret. non video qua ratione nitatur. [Χαριστήριος θυσία et χαριστήριοι θυσίαι ap. Dionys. A. R. 1, 55 et 88; 2, 35; 5, 57; 7, 4; θυσίας χαριστηρίους τοῖς θεοῖς ποιεῖσθαι 8, 17. Joseph. A. J. 6, 8, 4; 9, 10, 2; 20, 2, 6. Χαριστήριοι ἀμοιβαὶ Dionys. A. R. 1, 6. X. ἱερὸν Plutarch. V. Lyc. c. 11 et Cæs. c. 57. X. ναὸς schol. Aristoph. Nub. 52.] At Χαριστήριον substantivum, Munus quod datur ab eo qui simul gratias agit. [Maccab. 2, 12, 45 : Κάλλιστον ἀποκείμενον χ. Athen. 15, p. 672, A : Τῆς οἰκοθεν σωτηρίας χαριστήριον βουλομένην ἀποδοῦναι ἐπιμεληθῆναι τοῦ ἱεροῦ. Hesych. s. v. Ηλήξαντα, Χαριστήριον τῆς Ἰκάρου ταφῆς. Schol. Aristoph. Eq. 725 : Ὥσπερ χ. ἐξέπεμπον τῶν καρπῶν τὰς ἀπαρχάς. Clem. Al. p. 38 : Βωμὸν ἱδρύσασθαι ... χαριστήριον ἐπιτελοῦς γενομένης ἐπιθυμίας.] At idem ille qui χαριστηρίους ὁμολογίας et εὐχὰς vertit Votivam gratulationem, χαριστήριον interpretatur Munus gratulatorium : de qua interpretatione idem dico, quod et de altera. Multo frequentior est num. plur. Χαριστήρια [per χαρίεντα δῶρα exp. ab Hesychio. Iambl. V. Pyth. p. 138 : Τὰ παρ' αὐτοῦ χ. Arrian. Periplo P. E. p. 13, 10 : Ταῦτα σύμπαντα χ. τῷ Ἀχιλλεῖ ἀνάκειται], quo usus est et Xenoph. Cyrop. 4, [1, 2] non procul ab initio, ubi postquam dixit, Νίκης τε γὰρ τετυχήκαμεν καὶ σωτηρίας· τούτων μὲν οὖν χρὴ χαριστήρια ὧν ἂν ἔχωμεν τοῖς θεοῖς ἀποτελεῖν. Ubi redditur Gratiarum dona. [Et 7, 2, 28 : Τῷ Ἀπόλλωνι χ. ὀφειλήσειν, et cum verbis ἀνατιθέναι ap. Plutarch. V. Timol. c. 29; ἀποδιδόναι Dionys. A. R. 6, 90, Athen. 13, p. 572, F; θύειν Diodor. 20, 76; et ib. 65 : Τῶν Καρχηδονίων μετὰ τὴν νίκην τοὺς καλλίστους τῶν αἰχμαλώτων θυόντων χαριστήρια τοῖς θεοῖς. Ælian. V. H. 12, 1, p. 717 : Ἔθυε τῇ Ἀφροδίτῃ τελεστήρια καὶ χαριστήρια. Plutarch. Mor. p. 369, E : Εὐκταῖα θύειν καὶ χ. p. 349, F : X. ἔθυον ἐλευθερίας (ab Thrasybulo restitutæ); προσφέρειν Diodor. 5, 31; ἀνάγειν Aristid. vol. 2, p. 101; ἀπονέμειν schol. Aristoph. Pac. 505 : Τοῖς ἀφιδρυμένοις χαριστήρια ἀπονέμοντες τῆς πρώτης διαίτης, pro quo εὐχαριστήρια scriptum in schol. Pluti 1199.] Sic ap. Arrian. χαριστήρια sunt pro duobus illis, sc. pro victoria et pro salute, Exp. 6, [28, 4] sed alio verbo, sc. θύσαι [θῦσαι], ibi jungitur. Scribit enim, Θύσαι ἐν Καρμανίᾳ Ἀλέξανδρον χαριστήρια τῆς κατ' Ἰνδῶν νίκης· καὶ ὑπὲρ τῆς στρατιᾶς, ὅτι ἀπεσώθη ἐκ Γεδρωσίων. Quidam χαριστήρια θύειν interpr. Pro beneficiis acceptis sacrificare, Per sacrificium gratias agere. Itidem νίκης χαριστήρια ap. Plutarch. [Mor. p. 862, A] cum verbo ὁμολογεῖν. Polit. vertit simpliciter Gratias agere. Sic, Χαριστήρια τροφῶν ἀποδιδόναι τῇ πατρίδι, affertur [ex Luciani Enc. patr. c. 7] pro Reddere gratias [patriæ nomine educationis. [Dionys. A. R. 6, 94 : Ἀμφοτέρων χαριστήρια τῶν ἀγώνων ἀποδιδούς (Μαρκίῳ)· et sic sæpe cum genitivo rei pro qua gratiæ aguntur et dativo personæ (plerumque τοῖς θεοῖς) cui aguntur, ut ap. Polyb. 21, 1, 2 : Χαριστήρια θύειν τοῖς θεοῖς τῶν εὐτυχημάτων. Cum ὑπὲρ Dionys. A. R. 1, 16 : Εἰ ὑπὲρ εὐανδρίας ἢ νίκης ἐκ πολέμου χαριστήρια θεοῖς ἀποδιδοῖεν. De supplicatione Plutarch. V. Cam. c. 7 : Θεῶν μῆνιν ἱλασμοῦ καὶ χαριστηρίων δεομένην.]

[Χαριστήριος, ὁ, Charisterius, n. pr. ap. Epiphan. vol. 1, p. 171, A.]

[Χαριστηρίως, Cum gratiarum actione. Orig. Cat. in Psalm. t. 1, p. 275, 11, λέγειν χ. Hase.]

[Χαρίστια, τά. HSt. s. v. Χαρίσιος :] At verbo Χαρίστια significatur Solemne festum, quo convivia agitabant una propinqui, et dona ultro citroque mittebant. Ita VV. LL., sed absque auctoris nomine. [Valer. Max. 2, 1, 8 : « Convivium solenne majores instituerunt idque Charistia appellaverunt, cui præter cognatos et affines nemo interponebatur : ut si qua inter necessarios querela esset orta, apud sacra mensæ et hilaritatem animorum fautoribus concordiæ adhibitis tolleretur. » Memorat etiam Ovid. Fast. 2, 617. A. d. 8 Kal. Mart. celebrata esse annotatum in Calendario Constantini Magni.]

[Χαριστικὸς, ἡ, ὸν, ὁ πολλοῖς χαριζόμενος, ut exp. Phryn. in Bekk. Anecd. p. 72, 13. Gratiosus, Symm. Psalm. 111, 5. Epiphan. vol. 1, p. 663, B : Χαριστικοῖς ὀνόμασι φαντάζειν τοὺς ὑπ' αὐτοῦ πεπλανημένους, Jucundis nominibus. Athan. vol. 1, p. 392, D : Τάξιν ψυχῶν χαριστικὴν, Animabus gratificantem. De homine liberali Plutarch. Mor. p. 632, C : Εὐδάπανον καὶ μεγαλοπρεπῆ καὶ χ. Τὸ χ. Liberalitas, ib. p. 332, D. Democrat. Sentent. 62, p. 86 ed. Orell. : Χαριστικὸς οὐχ ὁ βλέπων πρὸς τὴν ἀμοιβὴν, ἀλλ' ὁ εὖ δρᾶν προῃρημένος. Προετικὸς per χ. exp. Photius et Suidas. G. D. Achmes Onirocr. p. 86, 16. Chosroes de se in epist. ap. Theophyl. Simoc. Hist. p. 175, 13 Bonn., βασιλεὺς μισοπόλεμος, χ. Philo vol. 1, p. 496, 22; 645, 17, χαριστικῆς δυνάμεως· 108, 36, τὸ τοῦ θεοῦ φιλόδωρον καὶ χ. Adverb. Χαριστικῶς, Ad gratiam, Epiphan. t. 1, p. 1010, B. Hase.]

[Χαρίστιος vitiose pro Χαρίσιος, quod v.]

[Χαριστίων, ωνος, ὁ, Instrumentum quo onera tolluntur. Tzetz. Hist. 2, 130 : Ἔλεγε δὲ (Archimedes) ... πᾶ βῶ, καὶ χαριστίων, τὰν γᾶν κινήσω πᾶσαν. « Archimedis τὸν καλούμενον χαριστίωνα, τὸ σταθμικὸν ὄργανον, memorat Simplic. ad Aristot. Phys. p. 255. » Schneid.]

[Χαριστίων, ωνος, ὁ, Charistio, n. pr. cujus genitivus Χαριστίωνος est ap. Suidam.]

[Χάριστος. V. Χαρίεις.]

[Χαριτένης (Χαριτίνης codex Bruxell.)· ὄνομα κύριον, apud Suidam, in Χαριταίνης mutatum in editionibus. Verum videtur Χαριμένης, quod in Χαρίτενης corruptum invenerat Suidas : nisi forte etiam Χαριτένους nomen exstitit. G. Dind.]

[Χαρίτης, ὁ, Charites, n. pr. scalptoris fictum a falsario. Kœhler. Opp. ed. a Lud. Stephani vol. 3, p. 54. Hase.]

[Χαριτήσια, τὰ, Charitum festum. Inscr. ap. Bœckh.

1584, vol. 1, p. 764 : Οἵδε ἐνίκων τὸν ἀγῶνα τῶν Χαριτησίων. G. D. || Invocationes magicæ, ut gratiam ineas apud potentes. Rituale ap. Reuvens. *Lettres à M. Letronne* 1, p. 26. Hase.]

Χαριτία, ἡ, Lepidum aliquod factum s. jocosum, aut joculare. Xen. Cyrop. 2, p. 28 meæ ed. [c. 2, 13] : Αὖθις δὲ ὁ λοχαγὸς ὁ τὴν τοῦ λόχου χαριτίαν διηγησάμενος. Ubi tamen Bud. Facetiam, et Urbanum ridiculum, nec non Ridiculum commentum de manipulo, interpr.; Philelph. Facetam historiam de manipulo. At ego non video quomodo χαριτία de alio quam de facto τοῦ λόχου intelligi queat, quum Xenoph. non scripserit τὴν περὶ τοῦ λόχου χαριτίαν, sed τὴν τοῦ λόχου χαριτίαν : adeo ut χαριτία τινὸς videatur esse quod diceremus *La galanterie de quelqu'un*, vel *Un tour de bonne grace*, expressa vi et origine vocis Græcæ. Nec tamen dubito quin χαριτία de dicto quoque usurpatum inveniri queat. Suida autem teste χαριτία [cod. Paris. C χαριτεία] est ἡ χαρμονή.

[Χᾰρῐτῑμίδης, ὁ, Charitimides, n. pr. ap. Aristoph. Eccl. 293. || Dux Atheniensium in Ægypto, Ctesias ap. Phot. Bibl. p. 40, 37.]

[Χαρίτιον, ἡ, Charitium. Forma barbara Χαρίτιν in inscr. Smyrnæa ap. Bœckh. 3394, vol. 2, p. 792. Alia hujus nominis forma Χαρίσιον est, quod v.]

[Χαρίτιος, ὁ, Charitius, n. pr. liberti in tit. Galat. C. I. vol. 3, p. 104, n. 4094, 10. Hase.]

[Χαριτόβλαστος, ὁ, ἡ, Gratiis consitus. Const. Manass. Chron. 4772 : Κῆπος χ., quocum Theodora comparatur.]

Χαριτοβλέφαρος, ὁ, ἡ, vide inter derivata a βλέφαρον. Sed quod ibi de frutice ejusdem nominis dicitur, potius de neutro Χαριτοβλέφαρον dicendum fuit. [HSt. inter derivata a χάρις :] Χαριτοβλέφαρος, ὁ, ἡ, Cujus palpebris gratia aliqua inest. Hoc nomine scribit Diog. L. [5, 76] Demetrium fuisse appellatum, quod venustatem oculorum notat. Camer. [Et Neæra in inscr. ap. Taylor. Præf. ad Demosth. Orat. C. Neær. Ὄμματα χ. Anth. Pal. Append. 209. Const. Manass. Chron. 5902; ἀνὴρ χ. ib. 3846, 6073. Μᾶζα χ. comice dicta ab Eubulo ap. Athen. 15, p. 685, E.] || Est etiam ejusdem nominis Frutex ap. Plin. 13, cap. ult., efficax in amatoriis. [« Sed neutro genere χαριτοβλέφαρον ab eo vocatur. » HSt. in Ms. Vindob.]

[Χαριτόβρῠτος, ὁ, ἡ, Gratiis luxurians. Nicet. Eugen. 6, 526 : Λειμὼν χ. εὐρέθης μόνη.]

[Χαριτογλωσσέω. HSt. s. v. Γλωσσοχαριτέω :] Quod Χαριτογλωττέω etiam inverso ordine dicitur, Jucunda memoro, Cam. πρὸς χάριν λέγω, Ad gratiam et voluptatem loquor, ἡδυλογέω, ἡδυγλωττέω, ut Erasm. exp. Athen. 4, [p. 165, D] : Οὐ γὰρ χαριτογλωσσεῖν ὑμᾶς θέμις. Quod, inquit Bud., significare videtur Lingua gratiam quærere, i. e. ἡδυλογία, ut parasiti faciunt; hoc enim ex præcedentibus colligitur : et ἡδυλογεῖν pro eodem statim accipit, i. e. Assentari. Sed ap. Æsch. Prom. [293] : Γνώσῃ δὲ τάδ' ὡς ἔτυμ', οὐδὲ μάτην Χαριτογλωσσεῖν ἔνι μοι, sunt qui velint non ἡδυλογίαν significare secundum Athen. et alios quosdam, sed Linguæ gratiam fictam, quod appellarit Persius, Pictæ tectoria linguæ, notari : esse enim, ut exp. schol., μέχρι γλώσσης χαρίζεσθαι, καὶ οὐκ ἔργοις, Non re factisque, sed lingua tantum et verbo tenus gratiam gratificari, quo modo loquatur Sallust., seu, Verbo tenus obsequiosum atque officiosum esse. [HSt. loco altero :] Χαριτογλωσσέω, sive Χαριττογλωττέω, Gratiam lingua aucupor, Habeo linguam gratiæ aucupatricem, qualis sc. est assentatorum lingua. Æsch. Prom. p. 22 meæ ed. : Γνώσῃ δὲ τάδ' ὡς ἔτυμ', οὐδὲ μάτην Χαριτογλωσσεῖν ἔνι μοι. Sunt autem verba Oceani ad Prometheum, cujus vicem se dolere dixit, subjungitque illis verbis, si ille declarare velit qua in re auxiliari ei possit, fore ut nullum fideliorem amicum experiatur. Schol. exp. διὰ λόγου χαρίζεσθαι, item μέχρι γλώσσης χαρίζεσθαί σοι καὶ οὐχ ἔργοις. Affert autem illum Æschyli locum Athen. 4, [p. 165, C] tanquam verbo χαριτογλωσσεῖν ibi eandem cum ἡδυλογεῖν signif. habente. Pro quo ἡδυλογεῖν perperam in VV. LL. legitur bis ἡδυολογεῖν. Ubi etiam reprehenditur immeritissimo Erasmus, quod χαριτογλωσσεῖν interpretatus sit Ad gratiam loqui. Esto enim, χαριτογλωσσεῖν de iis dici, qui ad voluntatem, vel potius ad voluptatem, loquuntur omnia, nihil ad veritatem, utendo verbis Ciceronianis : esto de iis dici, quibus est linguæ gratia ficta, ut dixit Ovid. : quibus sunt Pictæ tectoria linguæ, ut dixit Persius : ideone χαριτογλωσσεῖν non erit Ad gratiam loqui? Imo vero quinam magis ad gratiam loquuntur quam illi? Ego tamen significantius esse putavi Gratiam lingua aucupor. Sed in illo Æschyli loco χαριτογλωσσεῖν plane est Gratiam aucupari lingua, i. e. Profiteri quidem se condolescere alicujus malis, et omne officium atque auxilium polliceri, sed verbis tenus officiosum esse. Possumus igitur aulicis potissimum χαριτογλωσσεῖν tribuere, ut id sit, quod vulgo dicimus *Donner de l'eau bénite de cour*. Ceterum hoc verbum χαριτογλωσσεῖν in memoriam ista Hesychii verba revocat, Μηδὲ ψεύδεσθαι γλώσσης χάριν· videri enim possit hic l. occasionem dedisse compositioni verbi Γλωσσοχαριτέω, pro quo potius dictum postea fuerit Χαριτογλωσσέω. Habes autem utrumque supra quoque in Γλῶσσα.

[Χαριτογλωττίζω, i. q. χαριτογλωττέω, forma novitia, quam cum similibus comparavit Lobeck. ad Phryn. p. 568, uno producto teste schol. Eurip. Or. 1507 : Διὰ δειλίαν χαρίζῃ τῇ γλώττῃ, ἤγουν χαριτογλωττίζεις. Est hæc recentissimi grammatici annotatio, Moschopuli, ut videtur : quanquam ne hic quidem forma illa usus est, sed χαριτογλωττεῖς scripsit, quod est in cod. optimo Guelferb., de quo falsa rettulit Matthiæ. G. Dind.]

[Χαριτοδοσία, ἡ, Gratiæ datio. Timoth. Hieros. Or. de Sym. p. 844, B, τῇ εὐπνοίᾳ τῆς χ. Hase.]

[Χαριτοδότης. V. Χαριδότης.]

[Χᾰρῐτόεις, εσσα, εν, i. q. χαρίεις, quod ex illo per syncopen factum esse opinati sunt grammatici : v. Etym. M. p. 34, 41, cui præivit Herodian. Περὶ μ. λέξ. p. 14, 20 : Τὸ χαρίεις σημειῶδες τῷ ι χρησάμενον πρὸ τέλους. Ὁ μέντοι Ἀνακρέων καὶ χαριτόεις εἶπεν, ἀποδοὺς τὸ ἐντελὲς τῇ λέξει. Hinc Anacreonti ap. Max. Tyr. Diss. 24, 9 : Ἔραμαι δέ τοι συνηβᾶν· χαριτεῦν ἔχεις γὰρ ἦθος restituit Bergkius pro χάριεν γὰρ ἔχεις ἦθος. Χαριτόεις inter adj. in οεις ap. Herodian. Epimer. p. 209.]

[Χᾰρῐτόκος, ὁ, ἡ, Gratiam pariens. Joann. Geom. H. in Virg. 1, 1 : Χαῖρε κόρη χαρίεσσα χαριτόκε χάρμα τοκήων.]

[Χαριτοκόσμητος, ὁ, ἡ, A Gratiis ornatus. Const. Manass. Chron. 2623 : Τῇ Πουλχερίᾳ πρόσεισι τῇ χ.]

[Χαριτοπρόσωπος, ὁ, ἡ, Gratiosam faciem habens. Const. Manass. Chron. 522 : Σάρρα χ. καὶ περικαλλεστάτη.]

[Χαριτόστεπτος, ὁ, ἡ, Ab Charitibus coronatus. Const. Manass. Chron. 2711 : Ἡ χ. καὶ θεία Πουλχερία.]

[Χαριτοφύτευτος, ὁ, ἡ, Ab Gratiis consitus. Const. Manass. Chron. 2850 : Δένδρον χ. ὕ]

[Χαριτόφωνος, ὁ, ἡ, Gratiosam vocem habens. Philox. ap. Athen. 13, p. 564, E : Γαλάτεια, χαριτόφωνε κάλλος ἐρώτων.]

Χᾰρῐτόω, q. d. Gratia afficio, Facio ut quis gratia præditus sit s. valeat. [Eustath. Opusc. p. 248, 20 : Διὰ τοῦ χαριτώσαντός σε θεοῦ· 299, 70 : Θεοῦ χαριτοῦντος ἐπείθομεν. Liban. vol. 4, p. 1071, 14 : Ταῖς διαλόξοις στροφαῖς χαριτούμενος ὀφρῦν.] Redditur etiam Gratum reddo s. efficio, nec non Gratificor, quæ vox ficta est. Paul. Ad Ephes. 1, 6 : Εἰς ἔπαινον δόξης τῆς χάριτος αὐτοῦ ἐν ᾗ ἐχαρίτωσεν ἡμᾶς ἐν τῷ ἠγαπημένῳ, Ad laudem gloriosæ suæ gratiæ, qua nos sibi acceptos effecit, in illo dilecto, vel gratos. [Per ἐπεράστους ἐποίησε exp. Joann. Chrys. Homil. 1 in hanc epist. p. 767, Theophylact. p. 502, OEcumen. p. 615, quorum locos v. ap. Suicer. Recte Valcken. Scholl. in N. T. vol. 1, p. 35 : Gratia nos cumulavit in filio suo dilecto.] A cujus pass. Χαριτόομαι est partic. Κεχαριτωμένος, quo usus Luc. 1, [28]. Ibi enim Angelus dicit Mariæ, Χαῖρε, κεχαριτωμένη, ubi reddi fortassis queat, Quæ gratia donata es. Vult autem significare, Deum pro sua gratuita bonitate gratam illam et acceptam habuisse. Unde quidam interpr. Gratiis dilecta. At Erasm. reddidit Gratiosa : vetus Inter-

pres, Gratia plena. [Greg. Thaumat. Serm. 1 in Annunc. Virginis p. 12 : Κεχαριτωμένη, ἐπειδὴ μετ' αὐτῆς ὅλος ὁ θησαυρὸς τῆς χάριτος ἐπανέκειτο.] Hesych. autem χαρίεντα exp. κεχαριτώμενα : et Suidæ χαριεργὸς, est ὁ κεχαριτωμένα ἐργαζόμενος. [Partic. aor. pass. χαριτωθὲν, Gratiosum effectum, Greg. Nyss. t. 2, p. 1012, C, ubi perperam cusum χαριτυθέν. Perf. Anon. Comment. de S. Petro Actt. SS. Junii t. 5, p. 422, F, κεχαριτωμένον τρόπον· Vita Doroth. Chilioc. ib. t. 1, p. 613, A, τῇ κ. ψυχῇ. Infinit. κεχαριτῶσθαι πρὸς πάντας ἀνθρώπους Aristeas De legis transl. p. 881, A. Perf. act. κεχαρίτωκεν. Anastas. Antioch. ap. Jo. Damasc. t. 1, p. 504, C. Hase.]

Χεῖλος, τὸ, [παρὰ τὸ χέειν λόγους, inepte Etym. M. p. 811, 11,] Labrum, Labium, Oris extremitates musculosæ, ipsum vicissim claudentes aperientesque. In quibus Quod prominet, πρόχειλον dicitur, ipsa autem labiorum sectio, quæ τὸ στόμα efficit, μάσταξ et λογεῖον vocatur, auctore Polluce [2, 98] : at προστόμιον s. προστομία, Labiorum mutuus congressus : φίλτρον vero, Cavitas quæ superiori labro inest, ut alia, quæ in inferiori est, τύπος et νύμφη. Hæc Gorr. : apud quem vide et alia de substantia et musculis, fibris etiam et motu eorundem. Hom. Il. O, [102] : Ἧ δ' ἐγέλασσε Χείλεσιν, οὐδὲ μέτωπον ἐπ' ὀφρύσι κυανέῃσιν Ἴάνθη· X, [495] : Χείλεα μέν τ' ἐδίην', ὑπερῴην δ' οὐκ ἐδίηνε· Od. A, [381], Σ, [409] et Υ, [268] : Οἱ δ' ἄρα πάντες ὀδὰξ ἐν χείλεσι φύντες, Τηλέμαχον θαύμαζον ὃ θαρσαλέως ἀγόρευε, ubi ὀδὰξ ἐν χείλεσι φύντες, i. est q. χείλεα δακόντες, ut ap. Athen. 10, quidam dicit, Δάκνει τὰ χείλη· unde ap. Plutarch. δήγματα χειλῶν καὶ πρίσεις ὀδόντων, in lib. Περὶ ἀοργησίας [p. 458, C. Pind. Pyth. 9, 109 : Νέκταρ ἐν χείλεσσι καὶ ἀμβροσίαν στάξοισι. Non legitur apud Æschylum et Sophoclem, sed aliquoties apud Euripidem, Cycl. 336 : Εὐρείας φάρυγος ἀναστόμου τὸ χεῖλος· 559 : Καθαρὸν τὸ χεῖλός μου· Bacch. 621 : Χείλεσιν διδοὺς ὀδόντας. Plato Tim. p. 75, D : Ὀδοῦσι καὶ γλώττῃ καὶ χείλεσιν.] Aristoph. Nub. [873] : Ὡς ἡλίθιον ἐφθέγξατο Καὶ τοῖσι χείλεσιν διερρυηκόσι. Athen. 1 : Καί ποτε ὀψοφάγον μιμούμενον, ἐξάραντα τὴν γλῶσσαν, περιλείχειν τὰ χείλη. Xenoph. Symp. [5, 7] : Διὰ δὲ τὸ παχέα ἔχειν τὰ χείλη, οὐκ οἴει καὶ μαλακώτερόν σου ἔχειν τὸ φίλημα; [Lucian. D. mort. 10, 3 : Ἀπόδυθι τὰ χείλη αὐτοῖς φιλήμασι· D. mer. 5 : Τὰ χείλη προσαρμόζουσαι· Amor. c. 53 : Χείλη προσεγγίσας. Plutarch. V. Cat. maj. c. 12 : Τὰ ῥήματα τοῖς μὲν Ἕλλησιν ἀπὸ χειλέων, τοῖς δὲ Ῥωμαίοις ἀπὸ καρδίας φέρεσθαι. Dio Chr. vol. 1, p. 678 : Τὰς ψυχὰς ἐπὶ τοῖς χείλεσιν ἔχειν. « Jesaias 29, 13 : Ἐν τοῖς χείλεσιν αὐτῶν τιμῶσί με· unde Matth. Ev. 15, 8, et Marc. 7, 6 : Ὁ λαὸς οὗτος τοῖς χείλεσί με τιμᾷ, ἡ δὲ καρδία αὐτῶν πόρρω ἀπέχει ἀπ' ἐμοῦ. Prov. 6, 2 : Παγὶς γὰρ ἰσχυρὰ ἀνδρὶ τὰ ἴδια χείλη καὶ ἁλίσκεται χείλεσιν ἰδίου στόματος. Ibid. 12, 15. Malach. 2, 6 : Καὶ ἀδικία οὐχ εὑρέθη ἐν χείλεσιν αὐτοῦ. Sirac. 1, 26 : Καὶ ἐν τοῖς χείλεσί σου πρόσεχε. De lingua qua quis utitur s. dialecto Ep. ad Cor. 1, 14, 21 : Ἐν χείλεσιν ἑτέροις. LXX Genes. 11, 1 : Καὶ ἦν πᾶσα ἡ γῆ χεῖλος ἓν καὶ φωνὴ μία πᾶσι. » Schleusn. Χεῖλος ἄκρον Lucian. D. mort. 17, 1 : Βρέξας ἄκρον τὸ χεῖλος· Adv. indoct. c. 26 : Ἐπ' ἄκρου τοῦ χείλους ἔχεις τὰ πάλαια πάντα· D. mer. 7 : Ἐπ' ἄκρου τοῦ χ. τοὺς ὅρκους ἔχοντες· Apol. c. 6 : Ἀπ' ἄκρου χ. φιλοσοφῶν, i. e. Leviter, Supine.] Idem [Xenoph.] equo etiam sua tribuit χείλη, De re eq. p. 548 [c. 6, 8] : Ἢν δὲ μηδ' οὕτω δέχηται (sc. τὸ στόμιον, s. τὸν χαλινὸν), πιεσάτω τὸ χεῖλος περὶ τῷ κυνόδοντι. [De rostris avium Eurip. Ion. 1199 : Εἰς αὐτὸ (τὸ μέθυ) χείλη πώματος κεχρημέναι καθῆκαν (αἱ πέλειαι). Mnasalc. Anth. Pal. 9, 333 : Νᾶμα ... ἀφύσσονται χείλεσιν ἁλκυόνες. Oppian. Hal. 3, 247 : Χεῖλος ἀναπτύσσουσιν. G. Dind. Πυρὸς χεῖλος ap. Theodor. Prodr. Rhod. 8, p. 342. Χείλη i. fere q. Verba ap. Eumath. 4, p. 133 : Ἰσχυρῶς σε καταπαγιδεύω τοῖς χείλεσι. Herch.] At proverb. Ἄχρι τοῦ χείλους habes ap. Erasm. : nec non et hunc proverbialem versum [ap. Zenob. Prov. 5, 71, aliosque quos indicavit Leutschius in annot.] : Πολλὰ μεταξὺ πέλει κύλικος καὶ χείλεος ἄκρου· cujus hæc Latina interpretatio apud Eundem legitur : Multa cadunt inter calicem supremaque labra. Idem vero cum eo est hoc Latinum adagium, Inter os et offam multa intervenire possunt : unde ap. Athen. 3, [p. 104, A] Antiphanes quum dixisset nullum ἀσφαλὲς κτῆμ' ὑπάρχειν τῷ βίῳ, idque exemplis aliquot declarasset, subjungit et hoc, Οὐ βέβαιον οὐθέν ἐστι, πλὴν ὅσ' ἂν καθ' ἡμέραν Εἰς ἑαυτὸν ἡδέως τις εἰσαναλίσκων τύχοι. Οὐδὲ ταῦτα σφόδρα τι· καὶ γὰρ τὴν τράπεζαν ἁρπάσαι Κειμένην ἄν τις προσελθών· ἀλλ' ὅταν τὴν ἔνθεσιν Ἐντὸς ἤδη τῶν ὀδόντων τυγχάνῃ κατεσπακὼς, Τοῦτ' ἐν ἀσφαλεῖ νόμιζε τῶν ὑπαρχόντων μόνον. Quos versus a me interpretatos, et quædam in illis emendata habes in libello quem nuper edidi Sententiarum Comicorum Gr. Per metaphoram vero hæc χείλεος appellatio tribuitur etiam poculis, doliis, navibus.

atque aliis rebus. Hom. Od. Δ, [616] : Δώσω τοι κρητῆρα τετυγμένον· ἀργύρεος δὲ Ἔστιν ἅπας, χρυσῷ δ' ἐπὶ χείλεα κεκράανται, Labra s. Margines. [Et ib. Ο, 616. Aristoph. Ach. 459 : Κοτυλίσκιον τὸ χεῖλος ἀποκεκρουμένον. Theocr. 1, 29 : Ἀμφῶες ... τῶ περὶ μὲν χείλη μαρύεται ὑψόθι κισσός. Sophocles fr. 926 (ap. Harpocr. s. v. Παρακρούεται) : Ὡς μήτε κροῦσαι μήθ' ὑπὲρ χεῖλος βαλεῖν. Nam sic librorum scripturam χεῖρα vel χειρὸς correxerunt Salmas. et Hemst. ad Hesych. s. v. Ὡς μήτε κροῦσαι in Auctario Annott. Χεῖλος autem poeta dicit labrum s. summum mensuræ et cujuslibet vasis.] Epigr. [Anth. Pal. 11, 409] : Τετράκις ἀμφορέως περὶ χείλεσι χείλεα θεῖσα, Quum quater sua labra admovisset labris amphoræ. Itidem Athen. 5, de cratere quodam argenteo : Εἶχε δὲ καὶ ὑπὸ τὰ χείλη καὶ ὑπὸ τὰ ὦτα καὶ ὑπὸ τὴν βάσιν ζῶα τετορνευμένα· et rursum 11, [p. 474, C] : Ἐποίησε τὴν μὲν οἰνοχόην καὶ τὸ κύπελλον λίθινα, χρυσῷ τὰ χείλη περιτεραμνίσας. Doliis etiam, ut ap. Hesiod. Op. [97], de Spe : Ἔνδον ἔμιμνε πίθου ὑπὸ χείλεσι, Sub labris dolii : qui sunt margines et summæ circumcirca oræ, ea parte qua apertum est. [Polyb. 22, 11, 17 : Τὰ χ. τοῦ πίθου, ut χείλη πίθων Geopon. 6, 3, 8; κεράμων 7, 6, 10; κεραμίων 7, 24, 2; σκεύους Ælian. N. A. 4, 30.] Calatho quoque s. quasillo, Hom. Od. Δ, [132] : Τάλαρον θ' ὑπόκυκλον ὄπασσεν Ἀργύρεον, χρυσῷ δ' ἐπὶ χείλεα κεκράαντο. [Moschus 2, 61 : Ταλάροιο ... χείλεα. X. σφονδύλου ap. Plat. Rep. 10, p. 616, D : Ὀκτὼ εἶναι τοὺς σφονδύλους ἐν ἀλλήλοις ἐγκειμένους, κύκλους ἄνωθεν τὰ χείλη φαίνοντας. « Concharum ap. Ælian. N. A. 10, 20 : Ὀξεῖαι δὲ αὗται τὰ χείλη εἰσί. » Herch.] Navi item tribuitur; annotat enim Pollux [2, 90] Eupolin νηὸς χείλη dixisse, ubi hæc leguntur verba, Ἀνωρρωθία, ἡ περὶ τὰ χείλη τῆς νηός : sunt autem hæc χείλη Summæ partes τῶν τοίχων s. laterum, summæ circumcirca oræ. Fossis quoque, fluminibus, mari. Hom. Il. M, [52] de equis fossam transilire non audentibus : Μάλα δὲ χρεμέτιζον ἐπ' ἄκρῳ Χείλει ἑφεσταότες· ἀπὸ γὰρ δειδίσσετο τάφρος Εὐρεῖα. Sic Liv., Extra duplex vallum fossæ circumdedit, interiore labro murum cum turribus crebris objecit. Et Cæsar, Quantum summa labra fossæ distabant. [Batrach. 154 : Ἐν ὅπλοις στῶμεν ... ἄκροις πὰρ χείλεσσιν ὅπου κατάκρημνος ὁ χῶρος. Thucyd. 3, 23 : Ἐπὶ τοῦ χείλους τῆς τάφρου. Polyb. 8, 55, 5; 10, 31, 8; 11, 15, 7. De labro foveæ Longus 1, 12. Χείλη λιμένος ap. Polluc. 1, 102.] Itidem ποταμῶν χείλη dicuntur Labra et crepidines fluviorum, i. e. Summæ riparum oræ, ut Ripæ crepido, ap. Stat. Vel etiam ipsæ ripæ ποταμῶν χείλη dicuntur et Crepidines, accipiendo hoc nomen latius, ut ap. Curt. de Euphrate : Magnæ molis crepidinibus coercetur. Colum. : Sic enim maris atrocitas objectu crepidinis frangitur. [Herodot. 2, 94 : Παρὰ τὰ χείλεα τῶν τε ποταμῶν καὶ τῶν λιμνέων· et iisdem fere verbis Aristot. H. A. 6, 16. Polyb. 3, 14, 6; 3, 43, 8; 10, 49, 4. Diodor. 3, 10; 20, 75.] At χεῖλος θαλάσσης in Epist. ad Hebr. [11, 12] Erasm. vertit Margo maris, [et ap. LXX Genes. 22, 17; Exod. 14, 31. Antip. Sid. Anth. Pal. 9, 417 : Πλατὺ πόντου χεῖλος. De ligula terræ lacum a mari intercipiente Polyb. 10, 10, 13 : Κατὰ τὴν τοῦ διείργοντος αὐτὰς (τὰς βουνοὺς) χείλους διακοπὴν γέφυρα κατεσκεύασται. Plato Critia p. 115, E : Τὰ τῶν τῆς γῆς τροχῶν χείλη.] || Quin et vulneribus tribuuntur χείλη, Labia, Oræ ipsam aperturam ambientes, ut ap. Galen. 2 Ad Glauc. τὰ χείλη τῶν τραυμάτων. [De pudendis muliebribus Aristot. H. A. 7, 3 : Γίνεται σημεῖον τοῦ συνειληφέναι ταῖς γυναιξὶν ὅταν εὐθὺς γένηται μετὰ τὴν ὁμιλίαν ὁ τόπος ξηρός. Ἂν μὲν οὖν λεῖα τὰ χείλη ᾖ τοῦ στόματος, οὐ θέλει συλλαμβάνειν ... καὶ ἂν λεπτὰ τὰ χείλη, τότε εὐκαίρως ἔχει πρὸς τὴν σύλληψιν.] At χεῖλος τῆς αὐλαίας, ex Exodo 26, [4] affertur pro Summitas cortinæ.

Χειλοστομία, quod in VV. LL. esse dicitur Quum vox quasi in recessu auditur, scrib. κοιλοστομία, de quo supra.

Χειλοστρόφιον, τὸ, Instrumenti genus quo in quæstionibus utebantur, sontium labra intorquentes. Ex Synesio [Ep. 58, p. 201, C] habes in Δακτυλήθρα.

[Χειλοφύλαξ, κος, ὁ, Labiorum custos. Cocchii Chirurg. vett. p. 8. Kall.]

[Χειλόφωνος, ὁ, ἡ, apud Philodemum De rhetor. in *Abhandl. d. Baier. Acad. d. Wiss., phil. Kl.*, vol. 3, p. 225. Osann.]

[Χειλόω, Labro circumdo. Verbum cognitum ex composito Περιχειλόω, de quo dixit HSt. s. v. Περιχιλόω et Χιλόω. « Hagiopol. in *Notices et Extraits des manuscrr.* vol. 16, p. 264, 12 : Χειλώσας τηρήσας τ' αὐτῶν (tibiarum) πηλικότητα καὶ τομήν. » Hase.]

[Χείλωμα, τὸ, Labrum, Ora, Coronamentum, Inc. Exod. 37, 2, ubi notatur Margo elatior circa mensam s. arcam, quasi Labia, τὰ χείλη. Schleusn. Lex. V. T.]

[Χειλών. V. Χελών.]

[Χείλων, ωνος, ὁ, et Χειλωνὶς, ίδος, ἡ, nomina pr. V. Χίλων et Χιλωνίς.]

[Χείλωσις, εως, ἡ, Foramen tibiæ, quod labris premitur. Anon. in *Notices et Extraits* vol. 16, p. 262. Osann.]

[Χειλωτήρ. V. Χιλωτήρ.]

Χεῖμα quoque, τὸ, i. e. Hyems, a χέω derivatur, ut Etymologi tradunt : quoniam sc. multas fundit pluvias : recte propterea a Latinis poetis nominata Aquosa, Imbrifera, non solum Glacialis, et Nivalis : atque adeo hæc ipsa vox Hyems putatur ex Græco ὕειν facta, eandem ob causam. Itidem vero Homero [Il. P. 549] χεῖμα δυσθαλπὲς dicitur, et ὀμβρηνὸν ab Hesiodo Op. [452] : Χείματος ὥρην Δεικνύει ὀμβρηνοῦ, Imbriferæ hyemis. Rursum Hom. Od. H, [118] : Τάων οὔποτε καρπὸς ἀπόλλυται, οὐδ' ἐπιλείπει Χείματος οὐδὲ θέρευς ἐπετήσιος. [Accus. Χεῖμα, Hiemis tempore, ib. Λ, 190 : Ἀλλ' ὅτε χεῖμα μὲν εὖδει ... αὐτὰρ ἐπὴν ἔλθῃσι θέρος κτλ.] Et Hesiod. Op. [640] : Ἄσκρη χεῖμα κακὴ, θέρει ἀργαλέη, οὐδέποτ' ἐσθλή. [Quo loco utitur Lucian. Pseudol. c. 19.] Ubi nota eum dixisse χεῖμα pro χείματι, forsan subaudito κατὰ aut alia præp. [Æsch. Ag. 5 : Τοὺς φέροντας χεῖμα καὶ θέρος βροτοῖς (ἀστέρας· et similiter Mœro ap. Athen. 11, p. 491, C)· Prom. 452 : Οὔτε χείματος τέκμαρ οὔτ' ἀνθεμώδους ἦρος. Plato Axioch. p. 371, D : Οὔτε χεῖμα σφοδρὸν οὔτε θάλπος ἐγγίγνεται. || Tempestas, Procella. Æsch. Ag. 199 : Πικροῦ χείματος ἄλλο μῆχαρ· 900 : Κάλλιστον ἦμαρ εἰσιδεῖν ἐκ χείματος· ubi figurate dictum de fortuna adversa, et ib. 627. Eur. Andr. 749 : Χείματος ἀγρίου τυχοῦσα· 892 : Ὦ ναυτίλοισι χείματος λιμὴν φανείς· Suppl. 227 : Χείματος προβλήματα. Idem ap. Strab. 8, p. 366, de regione : Οὔτ' ἐν πνοαῖσι χείματος δυσχείμερον. Anth. Pal. 12, 156 : Μεγάλῳ χείματι πλαζόμενος. Plutarch. Mor. p. 129, A : Πόρρωθεν ἐξευλαβεῖσθαι πρὸ χείματος, verbis ex poeta aliquo adumbratis, ut sequentia ostendunt.] Idem et χειμὰν affert pro χειμῶνα : quod si mendo caret, est a nominativo dorico Χειμὰ pro χειμὴ, Hyems. [Manifestum est χειμὰν librarii errore scriptum esse pro χεῖμα.]

[Χειμαδεύω, Hiberno. Strabo 4, p. 205 : Μεσσάλας πλησίον αὐτῶν χειμαδεύων. Onesander c. 9, p. 42.]

[Χειμαδίζω, idem. Joseph. A. J. 18, 3, 1 : Στρατιὰν ... μεθιδρύσας χειμαδιοῦσαν ἐν Ἱεροσολύμοις. Ibid. 5, 3 : Ἀνεκάλει τὸ στράτευμα ἐπὶ τὰ οἰκεῖα ἕκάστου χειμαδιοῦντος.]

Χειμάδιος, [ία, ιον,] Hybernus : ut χειμάδιος δύναμις, Hybernæ copiæ, Bud. ex Dem. [p. 49, 3] : Ὑπάρχει δ' ὑμῖν χειμαδίῳ μὲν χρῆσθαι τῇ δυνάμει, Λήμνῳ καὶ Θάσῳ καὶ Σκιάθῳ, καὶ ταῖς ἄλλαις ἐν τούτῳ τῷ τόπῳ νήσοις· ἐν αἷς καὶ λιμένες, καὶ σῖτος, καὶ ἃ χρὴ στρατεύμασι, πάνθ' ὑπάρχει. [Verba τῇ δυνάμει, quæ interpretes exemplis defendunt parum aptis, recte ejecit Valcken. ad Herodot. 8, 112. Sunt enim glossema ad ὑμῖν adscripta, quasi non sponte intelligatur non populum Atheniensem totum, sed exercitum tantum in hibernacula illa se conferre debere. Eadem locutio ap. Heliodor. 5, 18 : Χειμαδίῳ χρήσονται τῇ νήσῳ. G. D.] Sed sunt qui χειμαδίῳ hic separent a δυνάμει, et cum eo subaudiant τόπῳ, χειμαδίῳ χρῆσθαι interpretantes Hybernis uti; sicut ap. Suid. [et Etym. p. 810, 1] legimus, Χειμαδίῳ τόπῳ, ἐφ' οὗ ἄν τις δύναιτο χειμῶνος ἐγκαθορμίσασθαι. [In Lex. rhet. Bekk. Anecd. p. 316, 16 : Χειμάδια· τόπος ἐφ' ὃν κτλ. Apud Hesych. : Χιμαδίῳ· χειμῶνος· de qua glossa dixit HSt. s. v. Χίμαιρα. Strabo 11, p. 522 : Τὸ χειμάδιόν ἐστιν αὐτοῖς ἐν Σελευκείᾳ· 524 : Ἦν τὰ Ἐκβάτανα χειμάδιον τοῖς Πέρσαις. Joseph. Ant. Jud. 14, 3, 2 : Ἀναλαβὼν

τὴν δύναμιν ἐκ τῶν χειμαδίων· et ibidem 15, 4. Liban. vol. I, p. 455, 18 : Παλαιὸν βασιλέων χειμάδιον ἡ πόλις· et p. 488, 14. Dio Cassius locis non paucis aliique recentiores, ut Leo Tact. 6, 1 : Εἴτε παρὰ χειμαδίου εἴτε παρὰ φοσσάτου.] Itidemque ap. Polluc. 1, [62]: Χειμάδια χωρία. Ex Herodoto autem [2, 22] : Ἐς χειμαδίην φοιτῶσι, Se conferunt hybernatum, In hybernacula se recipiunt. Pro quo forsan reponendum χειμασίην [ut nunc ex codd. legitur. Idem vitium Onesandr. c. 9, p. 42 : Ἐν ταῖς χειμαδείαις γυμναζέτω τὰ στρατόπεδα, quod aut ταῖς χειμασίαις scribendum cum Schwebelio aut τοῖς χειμαδίοις. G. D. Philostrat. 2, 1, 31, διαλεχθεὶς ὑπὲρ τῶν τοῦ πολέμου χειμαδίων. Julian. Imp. p. 278, A, πρὸς τὰ χ. πάλιν ἐπανελθών. Χειμάδιος ὥρα, Hibernum tempus, Euseb. Hist. eccl. p. 355, A, et Dem. ev. p. 488, A. Hase.]

Χειμάζω, fut. άσω, Hyemo, Hyberno, Hyemem traduco, Hyemem dego s. transigo. [Phryn. in Bekk. An. p. 43, 1 : Θερίζειν καὶ χειμάζειν· τὸ διάγειν ἐν τῇ τοῦ θέρους ὥρᾳ καὶ ἐν τῇ τοῦ χειμῶνος. Hesych. : Χιμάζειν, τὸν χειμῶνα διάγειν. Χιμάζω, παραχειμάζω. Aristoph. Av. 1097 : Χειμάζω δ' ἐν κοίλοις ἄντροις. Xen. OEc. 5, 9 : Χειμάσαι πυρὶ ἀφθόνῳ καὶ θερμοῖς λουτροῖς ποῦ πλείων εὐμάρεια ἢ ἐν χωρίῳ; Isocr. p. 150, D : Χειμάζοντες ἐν τοιούτοις (ἱματίοις) ἐν οἷς οὐ βούλομαι λέγειν. Longe frequentius de exercitu hibernante, ut ap. Herodot. 8, 133, : Μαρδόνιος περὶ τὴν Θεσσαλίαν ἐχείμαζε· qui scriptor sæpius verbo χειμερίζειν eadem signif. utitur. Xenoph. Hell. 1, 2, 15 : Ἐνταῦθα ἐχείμαζον Λάμψακον τειχίζοντες· 3, 2, 1 : Ἐν τῇ φιλίᾳ χειμάζων.] Demosth. Philipp. 4, [p. 135 extr.] : Ἐν τῷ βαρβάρῳ [legitur βαράθρῳ] χειμάζειν, In solo barbarico hyemare. [Polyb. 27, 15, 2; Diodor. 19, 37. Plutarch. V. Pyrrhi c. 30 : Αὐτόθι χειμάσαι· V. Eumen. c. 15 : Καλῶς κεχειμακότες.] Athen. 12, [p. 513, F] de Persarum regibus : Ἐχείμαζον μὲν ἐν Σούσοις, ἐθέριζον δὲ ἐν Ἐκβατάνοις· paulo post, de Parthorum regibus, Ἐαρίζουσι μὲν ἐν Ῥαγαῖς, χειμάζουσι δὲ ἐν Βαβυλῶνι. [Eadem opposita ap. Achill. Tat. 1, 1 : Ὡς χειμάζειν μὲν ταύτῃ τὰς ὁλκάδας ἐν γαλήνῃ, θερίζειν δὲ τοῦ λιμένος ἐς τὸ προκόλπιον. Ælian. N. A. 3, 13 : Οὕτω μὲν δὴ θερίζουσί τε καὶ χειμάζουσιν αἱ γέρανοι.] Herodian. [5, 5, 3] : Ἐλθὼν δὲ εἰς Νικομήδειαν, ἐχείμαζε, τῆς ὥρας τοῦ ἔτους οὕτως ἀπαιτούσης, Ibi hyemabat. || Tempestate jacto s. vexo, s. Hyemali tempestate jacto aut vexo : quoniam ea anni pars tempestuosior est et procellis sævior; ut deus χειμάζειν dicitur quum ejusmodi tempestate naves jactat mari procellis commoto, s. quum mare tempestatibus agitat. Xenoph. [OEc. 8, 16] : Οὐ γὰρ ἐγχωρεῖ, ὅταν χειμάζῃ ὁ θεὸς ἐν τῇ θαλάσσῃ, οὔτε μαστεύειν ὅτου ἂν δέοι, οὔτε δυστραπέλως ἔχον διδόναι, Si quando deus in mari tempestate excitata navim jactet. Potest enim subaudiri accus. τὴν ναῦν, ut χειμάζειν πόλιν aliquid dicitur pro Tempestate jactare, Vexare veluti furibunda procella. Ita enim Soph. OEd. T. p. 153 [101] : Ἀνδρηλατοῦντας, ἢ φόνῳ φόνον πάλιν Λύοντας, ὡς τόδ' αἷμα χειμάζον πόλιν· de sanguine Laii interempti, qui tempestates et turbas in urbe dabat. [Plutarch. Mor. p. 195, D : Προὔλεγον τὴν ἀπὸ τῶν ὀρῶν νεφέλην ὅτι χειμάσει ποτὲ ἐφ' ἡμᾶς. « Impersonaliter, seu intellecto ὁ θεὸς nominativo, Χειμάζει, Furit, Durat tempestas, Herodot. 7, 191 : Ἡμέρας γὰρ δὴ ἐχείμαζε τρεῖς. » Schw. Theophr. De sign. 6, 3, 1 : Τὸ σελήνιον ἐὰν ὀρθὸν ᾖ μέχρι τετράδος ... χειμάσει μέχρι διχοτόμου. Γέρανοι ἐὰν πρῳὸ πέτωνται ... πρῳὸ χειμάσει· ἐὰν δὲ ὀψὲ καὶ πολὺν χρόνον, ὀψὲ χειμάσει. Symm. Job. 37, 6 : Χειμάσει. Soph. OEd. C. 1504 : Θεοῦ τοιαῦτα χειμάζοντος· ubi fulminum et tonitruum vehementiam significat. || Tempestate vexo, cum accus. vel loci vel personæ. Diodor. 1, 41 : Ταύτην τὴν περίστασιν χειμάζειν τοὺς τόπους.] Unde pass. Χειμάζομαι, Tempestate vexor, Coorta tempestate jactor [Hesych. : Ἐχειμάσθη, ἐταράχθη, τὴν ζάλην ὑπέμεινε]; sed peculiariter hyberna tempestate, s. quam hyeme in mari solet cooriri : ut navis χειμάζεσθαι dicitur Thuc. 3, p. 106 [c. 69] : Ὡς τότε φεύγουσαι, ἔκ τε τῶν Ἀθηνῶν ἐπιδιωχθεῖσαι καὶ πρὸς τῇ Κρήτῃ χειμασθεῖσαι, καὶ ἀπ' αὐτῆς σποράδες πρὸς τὴν Πελοπόννησον κατηνέχθησαν, Ad Cretam tempestate jactatæ. Idem 8, p. 273 [c. 32] : Καὶ χειμασθεισῶν τῶν νεῶν, ὕστερον ἀφικνοῦνται ἄλλαι ἄλλοθεν ἐς τὴν Χίον, ubi schol. exp. διασπαρεισῶν ὑπὸ χειμῶνος, Tempestate dispersis et disjectis æquore toto. Et 8, p. 287 [c. 80], de Peloponnesiorum navibus : Ἀπάρασαι ἐς τὸ πέλαγος, ὅπως λάθοιεν ἐν τῷ πλῷ τοὺς Ἀθηναίους, χειμασθεῖσαι, καὶ αἱ μὲν Δήλου λαβόμεναι αἱ πλείους μετὰ Κλεάρχου, καὶ ὕστερον πάλιν ἐλθοῦσαι ἐς Μίλητον, αἱ δὲ μετὰ Ἐλίξου ἐς τὸν Ἑλλήσποντον διασωθεῖσαι, i. e. χειμῶνι χρησάμεναι, ut Antiphon loquitur, s. ταραχθεῖσαι ὑπὸ χειμῶνος, Tempestate turbatæ et dissipatæ, schol. Idem 2, p. 57 [c. 25] : Ἀνέμου δὲ κατιόντος μεγάλου, χειμαζόμενοι ἐν ἀλιμένῳ χωρίῳ. [Plato Ion. p. 540, B : Ἐν θαλάττῃ χειμαζομένου πλοίου· Erast. p. 136, D : Ἐν νηὶ χειμαζομένῃ· Phileb. p. 29, A.] Sic Plutarch. De def. orac. [p. 426, D] : Οἱ Τυνδαρίδαι τοῖς χειμαζομένοις βοηθοῦσι, Opem ferunt iis qui tempestate jactantur : sc. ἐπερχόμενοί τε καὶ μαλάσσοντες βίᾳ τὸν πόντον ὠκείας τ' ἀνέμων ῥιπάς : unde et σωτῆρες nominantur, i. e. Servatores et sospitatores eorum qui in mari periclitantur, et ab iisdem invocantur. Apud Eundem in Apophth. et in lib. De laude propria, nec non in Vitis, Themistocles [c. 18] sese platano comparat, Ἣ ὑποτρέχουσι χειμαζόμενοι, γενομένης δὲ εὐδίας τίλλουσι παρερχόμενοι· coorta enim tempestate solent viatores subter arbores se recipere, ne vel ab imbre madefiant vel a grandine verberentur. Aristoph. Ran. [361] : Τῆς πόλεως χειμαζομένης. [Hoc metaph. dictum est de civitate publicis calamitatibus agitata et afflicta, quemadmodum πόλις χειμασθεῖσα dicta est ap. Eurip. Suppl. 269. Qui frequens verbi usus est in poesi pariter atque in prosa. Æsch. Prom. 562 : Τίνα φῶ λεύσσειν τόνδε χαλινοῖς ἐν πετρίνοισιν χειμαζόμενον· 840 : Ἀφ' οὗ παλιμπλάγκτοισι χειμάζει δρόμοις. Soph. Ph. 1460 : Ἑρμαῖον ὄρος παρέπεμψεν ἐμοὶ στόνον ἀντίτυπον χειμαζομένῳ· Ant. 391 : Ταῖς σαῖς ἀπειλαῖς αἷς ἐχειμάσθην τότε. Eurip. Hippol. 315 : Ἄλλῃ ἐν τύχῃ χειμάζομαι· Ion. 966 : Δόμων σῶν ὄλβος ὡς χειμάζεται. Plato Theæt. p. 170, A : Ὅταν ἐν στρατείαις ἢ νόσοις ἢ ἐν θαλάττῃ χειμάζωνται· Lach. p. 194, C : Ἀνδράσι φίλοις χειμαζομένοις ἐν λόγῳ καὶ ἀποροῦσι, et simil. Phileb. p. 29, B. Annotavit hunc usum verbi Ammon. p. 146 : Χειμάζειν οὐ μόνον τὸ παραχειμάζειν, ἀλλὰ καὶ τὸ ἐνοχλεῖν, ὡς Μένανδρος Ἡνιόχῳ, reprehendit Phryn. Epit. p. 387 : Ἐπιχειμάζεις σαυτὸν, Μένανδρος εἴρηκεν ἐπὶ τοῦ λυπεῖν, καὶ Ἀλεξανδρεῖς ὁμοίως. Πειστέον δὲ τοῖς δοκίμοις τοῖς μηδ' εἰδόσι τοὔνομα· ubi Lobeck. : « Ad hanc signif. pluribus viis perveniri potuit; una est a vi febris ducta, ut χειμῶνα καὶ τρόμον conjunxit Plato, unde χειμάζεσθαι sæpe significat Æstu febrique jactari. Hippocr. De diæt. 3, 1, vol. 2, p. 64 : Ἀγαθὸν τῷ σώματι χειμάζεσθαι. Galen. vol. 7, p. 217 : Ὅταν ὑπὸ ῥίγους σφοδροῦ χειμάζωνται, et in universum de morborum jactatione tum sæpe alias tum ab Epicuro dictum, qui ut Diog. L. refert 10, 137, τὰς ψυχικὰς ἀλγηδόνας χείρους λέγει τῶν σωματικῶν· τὴν γοῦν σάρκα διὰ τὸ παρὸν μόνον χειμάζειν (pro passivo), τὴν δὲ ψυχὴν καὶ διὰ τὸ παρελθὸν καὶ τὸ μέλλον, eademque imagine idem usus Epicurus : Λύεται πᾶς ὁ τῆς ψυχῆς χειμών. Æsop. Fab. 276, p. 181 Cor. : Σφὴξ ἐπὶ κεφαλὴν καθίσασα καὶ συνεχῶς τῷ κέντρῳ πλήττουσα ἐχείμασε. In aliis locis procellæ significatio modo clarius modo obscurius elucet. Plato Polit. p. 273, D : Κηδόμενος μὴ ὁ κόσμος χειμασθεὶς (ὑπὸ ταραχῆς διαλυθεὶς) ... δύῃ. Aristot. Poet. c. 17 : Χειμαίνει ὁ χειμαζόμενος, Perturbat perturbatus. Gorgiæ Decl. p. 107 ed. Reisk. : Οἱ δοῦλοι ἑκόντες ἐπ' ἐλευθερίᾳ, χειμαζόμενοι δὲ δι' ἀνάγκην κατηγοροῦσιν· in quo exemplo adumbrata a prioribus significatio affligendi omnibus partibus expressa cernitur. Plutarch. Mor. p. 466, B : Ταῦτα καὶ πλουσίους χειμάζει καὶ πένητας. Liban. vol. 4, p. 684 : Χειμαζομένης ὑπὸ τοῦ νοσήματός σοι τῆς ψυχῆς. Τὰς ψυχὰς κεχειμασμένοι Euseb. H. E. 9, 1, p. 441. Eadem cruciandi signif. Liban. vol. 1, p. 28; Sext. Emp. Adv. Eth. 11, p. 714. Alexandrinorum exx. ministrant Bielius in Thes. et Schleusner. in Lexico N. T. » Χειμαζόμενοι, Dæmoniaci, ap. Clem. Constitt. Apost. 8, 35 et 37, aliosque indicatos ab Ducangio vol. 2, p. 1742. Χειμάζεσθαι περί τι Plutarch. Mor. p. 467, E : Πλάτωνι χειμασθέντι περὶ τὴν Διονυσίου φιλίαν, i. e. Qui perdiderat Dionysii amicitiam. Dionys. Ep. ad Pomp. 2, 6 : Μάλιστα χειμάζεται περὶ τὴν τροπικὴν φράσιν.] Item Χειμάζομαι si-

gnificat Infestor, Hyberna frigora patior. Theophr. de sylvestribus arboribus loquens [H. Pl. 4, 14, 1]: Συμφέρειν δὲ πᾶσι χειμασθῆναι· μὴ χειμασθέντα γὰρ, κακοβλαστότερα γίνεσθαι· C. Pl. 2, [1, 7]: Ἐν αἷς αἱ πλεῖσται φθοραὶ γίνονται τῶν καρπῶν ἐρυσιβουμένων τε καὶ ἀποκεκομμένων καὶ ἀποπιπτόντων, καὶ τὸ ὅλον χειμαζομένων, de iis loquens quæ præmature germinant florentque. Ibid. [3, 20, 7]: Ὅπως ἡ γῆ ἡλιωθῇ καὶ χειμασθῇ καθ' ἑτέραν τὴν ὥραν, Plin. Ante annum scrobes fieri, ut solem pluviasque combibant. || Affertur et ἐχείμαζε pro Tempestas perstitit. [E loco Herodoti 7, 191 supra allato. || Χειμαζόμενοι inscripta fuit Cratini comœdia. || De scriptura per ι Χιμάζω v. s. v. Χίμαιρα.]

Χειμαίνω, fut. ἀνῶ, i. q. χειμάζω, itidemque Χειμαίνομαι, i. q. χειμάζομαι, ut ap. Herodot. [8, 118] χειμαίνεσθαι Bud. testatur accipi pro Tempestate vexari, ut χειμάζεσθαι supra. [Metaph. Pind. Pyth. 9, 56: Φόβῳ δ' οὐ κεχείμανται φρένες.] Veruntamen et χειμαίνω pro χειμάζομαι ponitur neutraliter, ut Aristot. De poet. [c. 17]: Ὅσα δὲ δυνατὸν καὶ τοῖς σχήμασι συναπεργαζόμενον ποιεῖν· πιθανώτατοι γὰρ ἀπὸ τῆς αὐτῆς φύσεως οἱ ἐν τοῖς πάθεσιν εἰσί· καὶ χειμαίνει ὁ χειμαζόμενος, καὶ χαλεπαίνει ὁ ὀργιζόμενος ἀληθινώτατα. || Porro ut impersonaliter dicitur χειμάζει pro Tempestas oritur s. Frigus est, ita et χειμαίνει [Leonidas Tar. Anth. Pal. 7, 652: Θάλασσα ... ἄγρια χειμήνασα]: unde participio absoluto χειμαίνοντος dicitur pro ὅταν χειμαίνῃ, s. ὅταν χειμάζῃ, ut ὄντος pro ὅταν ὄῃ. Theocr. 9, [20]: Ἐν πυρὶ δὲ δρυΐνῳ χορία ζεῖ, ἐν πυρὶ δ' αὖαι Φαγοὶ, χειμαίνοντος, Quum hyems et tempestates sæviunt. [Philo vol. 1, p. 680, 47, χειμαίνοντι καὶ κυματουμένῳ πελάγει. Id. ap. Euseb. Pr. ev. p. 394, D, θέρη χειμαίνοντα. Imperson. Χειμαίνει, Tempestas est, Hiemat, frequentissimum apud eos qui de meteorologia scripserunt, velut ap. Gemin. Elem. astron. p. 65, E; 66, B; 67, A et D; Ptolem. De appar. p. 77, A et C; 78, C et D; 85, B, aliosque. Hase. Metaph. Meleag. Anth. Pal. 12, 157: Χειμαίνει δ' ὁ βαρὺς πνεύσας Πόθος.]

Χειμάμῦνα, ἡ, Hyemis (s. Hyemalis frigoris hybernorumque imbrium) propulsatrix, Hyemis injuriam arcens. Ita dicitur Læna quædam crassa, eandem ob causam nominata Ἀλεξάνεμος sive Ἀλεξήνεμος, quoniam ventos propulset et arceat a corpore humano sua crassitie et densitate. Ait enim Eustath. p. 1490, synonyma esse ἀλεξάνεμον χλαῖναν et χειμάμυναν, quoniam ὅμοια sunt ἀλέγειν ἄνεμον καὶ χειμῶνα ἀμύνεσθαι, ut ἀλεξίκακος quoque et κηραμύντης· et p. 1767: Εἶδοῖεν παχεῖαν χλαῖναν κατὰ τοῦ χειμῶνος· ὁποία τις ἡ μὴ μόνον ἀλεξήνεμος λεγομένη, ἀλλὰ καὶ χειμάμυνα, ὡς ἐν Ῥητορικῷ κεῖται Λεξικῷ· ἐκεῖνο μὲν, διὰ τὸ ἀλέγειν (ὅ ἐστιν ἀποσοβεῖν) τὸν ἄνεμον· τοῦτο δὲ, διὰ τὸ ἀμύνειν τὸ χεῖμα, ἃ δὴ τῆς αὐτῆς ἐννοίας εἰσί. Hesych. quoque χειμάμυναν esse dicit quam Hom. ἀλεξάνεμον vocat. Vide et Χείμαστρον paulo infra. [Pollux 7, 61: Τὸ χειμερινὸν ἱμάτιον χείμαστρον ἂν λέγοις, καὶ χλαῖναν δὲ παχεῖαν, ἣν χειμάμυναν μὲν Αἰσχύλος, Ὅμηρος δὲ ἀλεξάνεμον κέκληκεν. Χειμάμυναν cum Homerico ἀλεξάνεμος componunt etiam Hesychius et gramm. Bachm. Anecd. vol. 1, p. 415, 5, prior omisso poetæ nomine, alter Sophoclem, fortasse errore pro Æschylo, nominans. G. Dindorf.]

Χείμαρος, ὁ, dicitur ὁ ὑπὸ τὴν τρόπιν πάσσαλος, οὗ ἐξαιρουμένου τὸ ὕδωρ προχωρεῖ: alio nomine dictus Εὐδιαῖος, ut Hesiodi scholiastæ annotant, Proclus, Moschop., Tzetzes. [Vide Hesych. v. Εὐδιαῖος.] Est igitur Paxillus s. Clavus ligneus sub carina, in foramine quodam fixus, quo exempto defluit aqua in sentina collecta ex pluviis, vel quam rimæ receperint. Id quod fit, quum in litus subducuntur, et ex mari in siccum trahuntur. Hesiod. Op. [628]: Νῆα δ' ἐπ' ἠπείρου ἐρύσαι, πυκάσαι τε λίθοισι Πάντοθεν, ὄφρ' ἴσχωσ' ἀνέμων μένος ὑγρὸν ἀέντων· Χείμαρον ἐξερύσας, ἵνα μὴ πύθῃ Διὸς ὄμβρῳ, Extracto eo, qui sub carinam est, paxillo, ne eam Jovialis putrefaciat imber. [Eustath. Il. p. 858, 39.]

[Χείμαρος, ὁ, n. pr. V. Χείμαρρος in fine.]

Χείμαῤῥος, sive Χειμάῤῥοος, ὁ, ἡ, ex quo per contr. Χειμάῤῥους, Hyeme fluens, ὁ τῷ χείματι ῥέων. Quam signif. habet cum subst. ποταμός. Etym. [M. p. 810, 13: Χειμάρρους· χειμερινὸς ποταμός· παρὰ τὸ ἐν τῷ χειμῶνι ῥεῖν· καὶ γίνεται παρὰ τὸ χέειν ἅμα· καὶ ἀπὸ τοῦ ῥέειν καὶ τοῦ χειμών, γίνεται χείμαρρος· καὶ πλεονασμῷ τοῦ ο, χειμάρροος· καὶ κατὰ συναίρεσιν, χειμάρρους· κλίνεται χειμάρρου. De accentu formæ trisyllabæ in casibus in ος, ον vel οι exeuntibus dissenserunt grammatici, quorum opiniones Eustath. p. 496, præeunte partim schol. vet. ad Il. Δ, 452, exposuit: Ἰστέον ὅτι γενικὸν μὲν ὄνομα τὸ ποταμοὶ, εἰδικὸν δὲ τὸ χείμαρροι, καὶ ὅτι τὸ χείμαρροι, ὡς ἐν τοῖς Ἀπίωνος καὶ Ἡρῳδώρου φαίνεται, Πτολεμαῖος μὲν ὁ Ἀσκαλωνίτης παροξύνει ὡς ἀπὸ τοῦ χειμάρρους, ἵνα φέρῃ τὸν τόνον τῆς ἐνικῆς εὐθείας· Νικίας δὲ προπαροξύνει πιθανώτερον ἐκ τοῦ χειμάρροος, ἵνα ἔχῃ συγκοπὴν ἐκ τοῦ χειμάρροοι ... Ὁ δὲ Ἡρῳδιανὸς ἑτεροῖόν τι λέγει ἐν οἷς φησιν ὅτι χειμάρρους ῥητέον σὺν τῷ υ, ἀλλ' οὐχ ὡς τινες χείμαρρος· τὰ γὰρ εἰς ους ἁπλᾶ κατὰ τὴν σύνθεσιν φυλάσσει τὸ υ, οἷον νοῦς σύννους ... οὕτω γοῦν καὶ ῥοῦς χειμάρρους. Ὅμηρος «χειμάρρους κατ' ὄρεσφι» καὶ πάλιν χειμάρροοι, ἀλλ' οὐ χείμαρροι ὡς οἱ πολλοὶ φασίν. Ὡς γὰρ ἀπὸ τοῦ ἀλκίνους ἀλκίνοι, οὕτω καὶ ἀπὸ τοῦ χειμάρρους χειμάρροι. Quibuscum comparandæ aliæ annotationes Eustathii p. 525, 31; 858, 38; 925, 10. Recte autem Herodianus χείμαρρος reprehendit, etsi non magis quam Ptolemæus, Nicias aliique veteres grammatici animadvertit in locis Homericis Il. Δ, 452, E, 88, Λ, 493, χείμαρροι χειμάῤῥῳ χειμάρρους nihil aliud esse quam veterum librariorum errores, qui antiquam obliteraverint scripturam χειμάροοι χειμαρόῳ χειμαρόους, quemadmodum ὠκυρόῳ ποταμῷ pro ὠκυῤῥόῳ dixit Homerus Il. E, 598: quod pridem animadvertit Payne Knight. Duplici ρ usus est Hom. Il. N, 138, ubi metrum postulabat: Ποταμὸς χειμάῤῥοος ὥσῃ, pariterque Æschylus fr. 280 (ap. Longin. c. 3): Πλεκτάνην χειμάῤῥοον, quemadmodum fragm. 304 dixit Νεῖλος ἔνθ' ἑπτάῤῥοος. G. D.] Dicitur enim χείμαῤῥος ποταμὸς, Fluvius hyeme fluens: peculiariter de iis qui fluunt hyeme tantum, quum magni cecidere imbres, aut magnæ nives solutæ sunt, æstate autem siccescunt. Sic Ovid.: Fontis habes instar pluviasque nivesque solutas; Quas tibi divitias pigra ministrat hyems. Horat. vocat Flumen hybernum: ruebat Flumen ut hybernum, fertur quo rara securis. Latini Torrentem appellant. Hom. Il. Δ, [452]: Ὡς δ' ὅτε χείμαῤῥοι ποταμοὶ κατ' ὄρεσφι ῥέοντες Ἐς μισγάγκειαν συμβάλλετον ὄβριμον ὕδωρ· E, [88]: Ποταμῷ πλήθοντι ἐοικὼς Χειμάῤῥῳ, ὅστ' ὦκα ῥέων ἐκέδασσε γεφύρας· Λ, [493]: Ὡς δ' ὁπότε πλήθων ποταμὸς πεδίονδε κάτεισι Χειμάῤῥους κατ' ὄρεσφιν ὀπαζόμενος Διὸς ὄμβρῳ, Πολλὰς δὲ δρῦς ἀζαλέας, πολλὰς δέ τε πεύκας Ἐσφέρεται, πολλὸν δέ τ' ἀφυσγετὸν εἰς ἅλα βάλλει, ut Virg. Æn. 2: In segetem veluti quum flamma furentibus austris Incidit, aut rapidus montano flumine torrens Sternit agros, sternit sata læta, boumque labores, Præcipitesque trahit sylvas: stupet inscius Alto Accipiens sonitum saxi de vertice pastor. Et Æn. 10: Talia per campos edebat funera ductor Dardanius, torrentis aquæ vel turbinis atri More furens. Et rursum, Qua saxa rotantia late Intulerat torrens arbustaque diruta ripis. Idem alibi Torrentia flumina dicit. [Homerum sola usum esse forma quadrisyllaba χειμάροος vel χειμάῤῥοος supra dicebam, nec dubitandum quin Theognis quoque v. 348, χειμαρόῳ ποταμῷ scripserit, non quod nunc legitur χειμάῤῥῳ π. Forma contracta usi sunt Epici posteriores et Attici. Sic Apoll. Rh. 3, 71: Χείμαρροι καναχηδὰ κυλινδόμενοι φορέοντο· quod χειμάρροι scribendum erit παροξυτόνως, nisi Apollonius grammaticorum errorem ab Herodiano, cujus verba supra apposui, notatum secutus est. Theocr. 22, 50: Χειμάῤῥους ποταμός. Soph. Ant. 712: Ῥείθροισι χειμάῤῥοις. Eur. Bacch. 1091: Χειμάῤῥου νάπης· Tro. 449: Ὕδατι χειμάῤῥῳ.] Sed notandum in prosa omisso subst. ποταμὸς, simpliciter dici χείμαῤῥος s. χειμάῤῥους, ut supra in Ἐκχαραδρόω. [Plato Leg. 5, p. 736, A: Τὰ μὲν πηγῶν, τὰ δὲ χειμάῤῥων. Xenoph. Hell. 4, 4, 7: Διαδύντι διὰ χειμάῤῥου· Cyneg. 6, 5: Χειμάῤῥους ἀενάους. Demosth. p. 278, 8. Polyb. 4, 41, 9; 40, 3, 2. Aristid. vol. 1, p. 128, 20: Οἱ ἀέναοι ποταμοὶ τῶν χειμάῤῥων οὐδὲν ἀλλοιότερον διετέθησαν· 132, 11. Plutarch. V. Lys. c. 29. V. Pomp. c. 19: Ἐπιέναι μυριάσι πεντεκαί-

ὀεκα στρατιᾶς ὥσπερ χειμάρρουν ἐξαίφνης πιμπλάμενον, ut Julian. p. 29, D, dixit : Κελτῶν ... φερομένων ἐπ' αὐτὴν καθάπερ χειμάρρου ἐξαίφνης, ubi alia ejusdem comparationis exx. collegit Wyttenb. p. 36 ; quibus addatur Pollux 6, 129, 146, ubi χειμάρρους inter convicia τοῦ θορυβοῦντος τὸ δημόσιον et τοῦ πολλὰ οὐ μὴν κεκριμένα λέγοντος memoratur. Lucian. Hermot. c. 86, Cyn. c. 18. Sæpissime apud LXX (ubi semel male χείμαρρον Psalm. 123, 4); in N. T. vero semel tantum Ev. Jo. 18, 1.] Sic Herodian. 3, [3, 10] : Ὄμβρων μεγίστων καταῤῥαγέντων, χιόνος τε πολλῆς, μέγας καὶ σφοδρὸς χειμάῤῥους καταῤῥαχθεὶς, ἐμποδισθέντος αὐτῷ συνήθους δρόμου, καὶ τοῦ ἐρύματος ἐπισχόντος τὸ ῥεῖθρον, πολὺς καὶ βίαιος γενόμενος. Plutarch. [Mor. p. 5, E. Dio Cass. 74, 10] et Longin. : Χειμάῤῥου δίκην. In Χαράδρα autem, quod interdum esse synonymum huic χειμάῤῥους docui, habes ex Dem. [p. 1277, 5], Τοὺς ἐκ τῶν οἰκιῶν χειμάῤῥους, Torrentes quos domus faciunt, magno sc. imbre delapso cœlitus. Sæpe enim imbrifero tempore accidit ut aquæ quæ ex suggrundis per canales defluunt in cortem, aliquid torrenti simile efficiant. Nonnunquam tamen et substantivum additur, ut quum Philo V. M. 1 dicit, Ποταμὸς οὐδεὶς, οὐκ αὐθιγενὴς, οὐ χειμάῤῥους· aliquanto post, Ποταμῶν αὐθιγενῶν καὶ χειμάῤῥων φοράς. Et Theophyl. Ep. 10 : Ποταμῶν ῥεῖθρα χειμάῤῥων τε καὶ ἀεννάων. Ubi etiam nota opponi αὐθιγενεῖς s. ἀεννάους ποταμοὺς et χειμάῤῥους. [Adde Herodot. 3, 81 : Χειμάῤῥῳ ποταμῷ ἴκελος· nisi hic χειμαῤῥόῳ scripsit. Polyb. 4, 70, 7, et χείμαρρος ποταμὸς ap. Pausan. 1, 35, 7 ; 9, 33, 7 ; 10, 37, 3, quod χειμάῤῥους scribendum erit, nisi Pausanias Homericis, de quibus dicebam, exemplis inductus forma vitiosa usus est supra et illis locis et 2, 36, 7, ubi nomen pr. fluvii est : Τόν τε Ἐρασῖνον διαβήσῃ καὶ ἐπὶ τὸν Χείμαρρον ποταμὸν ἀφίξῃ. Eadem de aliis aliorum exemplis dubitatio est, velut Pollucis 1, 187, ubi χείμαρροι προπαροξυτόνως scribitur pro χειμάῤῥοι, licet 6, 129, 146, recta reperiatur nominativi singularis forma χειμάῤῥους. Schol. Aristoph. Ach. 380 : Κυκλόβορος ποταμὸς ἐν Ἀθήναις χείμαρρος. G. D.] || Est et nomen propr., teste Suida. [Suidæ gl. hæc est : Χείμαρρος καὶ Χειμάῤῥους· ὁ ἐν τῷ χειμῶνι ῥέων. Καὶ ὄνομα κύριον. Nomen simplici ρ scriptum ap. Polyb. Exc. Vat. 29, 2 : Χειμάρῳ, ἑνὶ τῶν σὺν Περσεῖ στρατευομένων. Apud Livium, qui sua ex Polybio hausit, 44, 24 : *Cum Chimaro quodam.*]

[Χειμαῤῥώδης, ὁ, ἡ, Torrenti similis. Strabo 9, p. 400 : Ποταμὸς χ. τὸ πλέον· 13, p. 616 : Χ. ποτάμιον. Eustath. p. 1379, 47 : Χειμαῤῥώδους λιβάδος.]

Χειμὰς, άδος, ἡ, Hesychio χειμὼν, Hyems. Idem tamen χειμάδα exp. χειμερινὸν ἱμάτιον, Vestem hybernam. Videtur igitur cum eo χειμὰς, quo significatur Hyems, subaudiendum ὥρα, ut sit Tempus hyemale : cum eo autem, quod Vestem hybernam denotat, ἐσθής : nec enim mere subst. esse arbitror, sed adj. pro χειμαδία. [Cum similibus nominibus in ας comparavit Lobeck. Pathol. Prol. p. 443.]

Χειμᾶσία, ἡ, Hybernatio s. Hyematio, ut Varro loquitur, i. e. Hyemis traductio s. transactio. [Herodot. 2, 22 : Γέρανοι ... φοιτέουσαι ἐς χειμασίην ἐς τοὺς τόπους τούτους· ubi edd. vet. χειμαδίην.] Polyb. [2, 54, 14] : Ἤδη συνάπτοντος τοῦ χειμῶνος Μακεδόνας ἐπ' οἴκου διαφῆκεν εἰς τὴν χειμασίαν, In hyberna dimisit, s. In hybercula : ut Liv., Loca pacata me ad hybernácula electurum. [Polyb. 2, 65, 1 ; 3, 94, 7, et 105, 11. Diodor. 19, 37 : Τὴν χ. ἔχοντες ἐκ πολλοῖς μέρεσι διεζευγμένην. Dio Cass. 79, 4.] || Χειμασία est etiam ζάλη, ταραχὴ, Procella, Tempestas, Mare turbatum hybernis procellis, Hesych. [Aristot. Probl. 26, 3 : Μετὰ δετὸν καὶ τὰς τοιαύτας χειμασίας. Julian. Imp. p. 399.]

Χειμασκέω, Hybernis exercitiis incumbo, Hyeme exerceor. Unde ap. Suid., ex Polyb. 3, p. 53 [c. 70, 4] : Τὰ δὲ στρατόπεδα χειμασκήσαντα, βελτίω τὰ παρ' αὐτῶν ὑπελάμβανε γενήσεσθαι. [Epict. Diss. 1, 2, 32.]

Χείμαστρον, τὸ, i. q. χειμὰς, Vestis hyberna, qua hyemali tempore utimur, ἐσθὴς ἐν ᾗ χειμάζομεν s. ᾗ χειμάζοντες χρώμεθα. Pollux 7, [61] : Τὸ μέντοι χειμερινὸν ἱμάτιον, χείμαστρον ἂν λέγοις· καὶ χλαῖναν δὲ παχεῖαν, ἣν χειμάμυναν Αἰσχύλος, Ὅμηρος δὲ ἀλεξάνεμον κέκληκεν. Affert autem hoc vocab. ex Aristoph. 10, c. 27 [§ 123], ubi etiam addit Comicos χλαίνης vocabulo appellasse τὰ παχέα ἱμάτια. Ita vero θέριστρον dicitur Vestimentum leve et rarum, quo æstivo tempore utimur.

[Χειματικὸς, ἡ, ὸν, Hiemalis. Schol. Oppiani Hal. 3, 459, qui χειμερίη per χειματικὴ exp. Comparandum cum Χειμωνικὸς, ἡ, ὸν, quod veteres non magis dixerunt, apud metaphrastam Nicetæ Chon. Hist. p. 379, A : Ἦν ἡ ἡμέρα ψυχρὰ καὶ χειμωνική. G. Dind.]

[Χειμάω. V. Χειμίη.]

[Χειμεθλιάω. V. Χιμετλιάω.]

[Χείμεθλον. V. Χίμετλον.]

[Χειμεία. V. Χειμία.]

Χείμερα, ap. Steph. Byz. urbs Siciliæ : cujus civis et incola dicitur Χειμεραῖος. [Apud Steph. in lemmate libri Χείμερα vel Χειμέρρα pro Χειμέρα, allato Xenophontis loco Hell. 1, 1, 37 : Σελινοῦντά τε καὶ Χειμέραν (libri rursus Χείμεραν vel Χείμερραν), additque τὸ ἐθνικὸν Χειμεραῖος (Χειμερραῖος cod. Voss.) ὡς Ἱμεραῖος. Recte Meinek. : « Totum articulum eliminandum existimo ut imperiti et pessimo codice usi interpolatoris additamentum. » Nam ap. Xenoph. nunc libri omnes recte Ἰμέραν.]

[Χειμερεία, ἡ, Tempus hibernum. Dionys. De Thucyd. jud. c. 9, p. 827 : Θερείαις καὶ χειμερείαις ἐμέρισε τὴν ἱστορίαν.]

[Χειμερίζω.] Rursum a χειμέριος est et Χειμεριοῦντας, quod Hesych. exp. διαχειμάσοντας. Est autem hoc χειμεριοῦντας, particip. futuri Attici χειμεριῶ, a them. Χειμερίζω, significante Hyberno, Hyemo, Hyemem traduco ; eam signif. habet διαχειμάζω. [Herodot. 8, 130 : Ἐχειμέρισαν αὐτοῦ· 126 : Χειμερίζοντος περὶ Θεσσαλίαν, ut χ. περὶ Μίλητον 6, 31 ; sed χειμερίσαι ἐν Θεσσαλίῃ 8, 113. Dionys. Hal. Exc. vol. 4, p. 2328 : Ἡ περὶ Οὐολούσκους χειμάζουσα δύναμις· ubi cod. Pacii χειμερίζουσα. Joseph. B. J. 1, 16, 3 : Διέπεμψεν εἰς οὓς ἐχειμέριζον σταθμούς. Themist. Or. 18, p. 221, C.] Legitur vero et ap. Suid., qui et ipse exp. χειμάζω, ἐν χειμῶνι διάγω, χειμῶνός που διάγω, afferens sine auctoris nomine, Ὁ δὲ ἐν Βερενύντῃ [Βερεκύντῃ] ἐχειμέριζε. [|| Impersonaliter Χειμερίζει, ut χειμάζει, dicitur de tempestate. Theophr. De sign. 3, 3 : Ἐὰν λύχνος ὥσπερ κέγχροις πολλοῖς κατάπλεως ᾖ, χειμερίσει.]

[Χειμερινὴ, ἡ, synonymum Sempervivi parvi ap. Diosc. 4, 90.]

[Χειμερινὸς, ἡ, όν. V. Χειμέριος.]

[Χειμέριον, τὸ, Chimerium. Steph. Byz. : Χ., ἄκρα Θεσπρωτίας (ap. Thuc. 1, 30 et 46, Strab. 7, p. 324, Pausan. 8, 7, 2). Τὸ ἐθνικὸν Χειμεριεὺς, ὡς Ἐλευθεριεύς Βιθυνιεύς Βουπρασιεύς.]

Χειμέριος, [ία, ιον et ὁ, ἡ], sive Χειμερινὸς, ἡ, ὸν, Hyemalis, Hybernus. [Χειμέριος apud bonos auctores de tempestate, χειμερινὸς de eo quod per hyemem fit vel nascitur, dici solet. Sic ἀγὼν χειμερινὸς, ὄλυνθοι χειμερινοὶ, ἥλιος χειμερινὸς, τροπαὶ χειμεριναὶ adeo crebra leguntur, ut Appian. H. R. 2, 48, p. 241 ; 2, 52, p. 247, quum τροπαὶ χειμέριοι scriberet, a recta ratione aberrasse videatur. Lobeck. ad Phryn. p. 52.] Hesiod. Sc. [478] : Ἄναυρος ὄμβρῳ χειμερίῳ πλήθων, Torrens hyemali inundatus aqua. Op. [524] : Ἥματι χειμερίῳ, ὅτ' ἀνόστεος ὃν πόδα τένδει· [565 : Χειμέρι' ... ἤματα. Et 494 :] Ὥρῃ χειμερίῃ, ὁπότε κρύος ἀνέρας εἴργον Ἰσχάνει. [Ἥματι χ. et ὥρῃ χ. etiam Hom. Il. M, 279 et Od. E, 485.] Hom. Il. B, [294] : Ἥπερ ἄελλαι Χειμέριοι [recte nunc ex codd. χειμέριαι] εἰλέωσιν ὀρινομένη τε θάλασσα, Procellæ hyemales, Tempestates hybernæ. [Γ, 222 : Ἔπεα νιφάδεσσιν ἐοικότα χειμερίῃσιν· Ψ, 420 : Χ. ὕδωρ. Μῆνες χειμεριώτατοι Herodot. 2, 68. Χ. ὄμβρος Pind. Pyth. 5, 12 ; 6, 10 ; πῦρ 4, 473 ; ζόφος Isthm. 4, 29. Id. Ol. 6, 171 : Χειμερία νυκτί· Pyth. 5, 162 : Ἀνέμων χειμερία καταπνοά. Χειμερίη χάλαζα Nicand. Th. 252. Χειμερίῃσιν Alex. 623, quod schol. exp. ταῖς χειμεριναῖς ἡμέραις vel νυξὶν vel πνοαῖς. Non legitur apud Æschylum, semel ap. Eurip. Hel. 1497, χ. ὄμβρος, ter ap. Soph., Oed. Col. 1241 : Ἀκτὰ κυματόπλῆξ χειμερία κλονεῖται. Χ. νότος Ant. 335 (et Diodor. 1, 41), et figurate χειμερίῳ λύπᾳ Phil. 1194, i. e. calamitosa. Semel ap. Aristoph. Ach. 1141 : Νίφει· βαβαιὰξ, χειμέρια τὰ πράγματα. Lucian. Amor. c. 46 : Χειμερίου θαλάττης. Ælian. N. A. 3, 13 : Θρᾴκη χειμεριώτατον χωρίων καὶ κρυμωδέστατον· et 5,

12. Polyæn. 1, 32, 2 : Χειμέριοι νεφέλαι.] Herodian. 6, [6, 2] de Illyrianis militibus : Οἱ ὑγρῷ καὶ χειμερίῳ ἀέρι ἐνειθισμένοι, Humido hybernoque cœlo insueti. [Χειμέριον ὥραν Diodor. 1, 13, qui ὥρᾳ χειμερινῇ dixit ib. c. 11. Utrumque annotavit Pollux 1, 60. Heliodor. 5, 18 : Εὔδιόν τε καὶ ἀπήμονα πλοῦν ἐν χειμερίῳ τῇ ὥρᾳ ... ἀνύσαντας. Ælian. ap. Suidam s. v. Σκότος : Τὰ τῆς ὥρας οὐδαμῇ χειμέρια ἦν· et sic absolute N. A. 1, 41 : Ὅταν μὲν ᾖ ὑπεύδια ... ἐὰν δὲ ᾖ χειμέρια· 5, 41. 7, 7 : Εἰ δὲ εἴη χ., γλαῦξ εὐδίαν μαντεύεται· 7, 11 : Καὶ γὰρ οὖν καὶ χειμέρια ἐδόκει πως· quibus in locis libri plerique χειμερία, recte rejectum ab Jacobsio.] Thuc. 3, [22] : Τηρήσαντες νύκτα χειμέριον ὕδατι καὶ ἀνέμῳ, καὶ ἅμ' ἀσέληνον, Noctem hybernis imbribus ventisque tempestuosam, simulque illunem. [Similiter Dio Cass. 35, 7 : Ἐτήρησε νύκτα ἀσέληνον καὶ ὑετῷ λάβρῳ βρονταῖς τε χειμέριον.] 2, [70] : Ὁρῶντες τῆς στρατιᾶς τὴν ταλαιπωρίαν ἐν χωρίῳ χειμερινῷ, In loco hyberno : ut Plin. dicit Hyemales provinciæ. [Nisi hoc χειμερίῳ scribendum. X. χειμέριον, λιμὴν χειμέριος et ἄκραι χειμέριοι ap. Polluc. 5, 109, et 1, 101, 115. Τὸ χειμερινόν, quod ipsum quoque fortasse χειμέριον scribendum, et εὐδιεινὸν opposita ap. Theophr. De ventis § 1. G. D.] Et apud Medicos χειμεριναὶ νόσοι et χειμερινοὶ πυρετοὶ, Hyberni morbi, Hyemales febres. Galen. Comm. 3 in 3 Epid. Hipp. : Ἀληθὲς μὲν γὰρ, ὥσπερ γε καὶ τὰς θερινὰς χειμῶνι γενομένας, ἐν θέρει λύεσθαι, τὰς δ' ἐν θέρει γεννηθείσας, ἐν χειμῶνι· θερινὰς γὰρ καὶ χειμερινὰς νόσους ἀκούειν σε χρὴ τὰς ἐν τῷ κατὰ φύσιν ἔχοντι θέρει καὶ χειμῶνι μᾶλλον τῶν ἄλλων γιγνομένας. Idem in ejusdem Hippocr. libro Περὶ διαίτης ὀξέων παθέων, annotat quosdam ap. Hippocr. χειμερινοῦ πυρετοῦ nomine simpliciter accipere τὸν ἐν χειμῶνι γινόμενον, quosdam autem τὸν οἰκεῖον φύσει χειμῶνι. Et apud Astronomos αἱ χειμεριναὶ ἀνατολαὶ, Brumales ortus : et ἡ χειμερινὴ δύσις, Occasus brumalis, hybernus, hyemalis. [X. ἀνατολαὶ Polyb. 5, 22, 3; χ. δύσεις 1, 42, 6; 3, 47, 2; 4, 77, 8. Χειμεριναὶ ἡλίου τροπαὶ Thucyd. 7, 16, Polyb. 3, 72, 3, et alibi, Plut. Mor. p. 1028, E, Lucian. Dips. c. 2; χ. ἥλιος Xen. Mem. 3, 8, 9; χ. ὥρα Pollux 1, 60, Diodor. 1, 11, Dio Cass. 36, 4, et 60, 11 : Οὐδὲν τὴν χειμερινὴν ἐσεφοίτα, ubi ὥραν intelligitur ex præcedentibus verbis : Τῶν τῇ ὥρᾳ ἐσκομισθέντων. X. μῆνες Thuc. 6, 21, et schol. Demosth. p. 118, 14 : sed in alio scholio l. 17 χειμέριος μήν. X. ὄμβρος Polyb. 9, 43, 5.] Affertur et τὴν χειμερινὴν ex Herodoto pro Per hyemem, ubi subaudiendum reliquit accus. ὥρην. Porro sunt et χειμερινὰ pocula, quorum sc. brumali tempore usus est, ut θερινὰ, quorum æstivo : hæc ampliora, illa minora : unde Alexis ap. Athen. 6, [p. 230, D] : Μὴ τῶν χειμερινῶν ἀργυρωμάτων ἡμῖν παραθῇς, ἀλλὰ τῶν θερινῶν. [Plato Critia p. 112, B : Ξυσσίτια χ. παρεσκευασμένοι· 117, B : Τὰς χ. δεξαμενάς. Pollux 7, 61. Hesych. s. v. Χείμαστρον et Mœris p. 408 : X. ἱμάτιον. Geopon. 10, 21, 11 : X. μῆλα. Demosth. p. 300, 17 : Τὴν χ. μάχην, Pugnam hieme commissam. Polyæn. 2, 18, 1 : Χειμερινὴν πολιορκίαν. Dio Chr. vol. 1, p. 227 : Ἡ χ. τῆς θήρας, Venatio hiberna. Lucian. Somn. c. 17 : X. ὄνειρος.] Notandum vero χειμέριος s. χειμερινὸς, quum de re aliqua dicitur, significare Hybernus, Hyemalis, Brumalis; quum vero de loco aliquo, significare potius Frigidus, Gelidus : ut in illo Thuc. 2, [70] : Ἐν χωρίῳ χειμερινῷ, In frigido loco. Nam si Hyberno dicas, significabitur potius Apto ad hybernandum : quem χειμάδιον Græci appellant. [Τὰ χειμερινὰ, Bruma, Plato Leg. 3, p. 683, C : Ἡ ἐκ θερινῶν εἰς τὰ χειμερινὰ τοῦ θεοῦ τρεπομένη (ἡμέρα)· 11, p. 915, D : Ὁ μὴν ἐν ᾧ τρέπεται θερινὸς ἥλιος εἰς τὰ χ.] Affertur autem et Χειμεριώτατος pro Admodum gaudens algoribus. Apud eund. Thuc. [1, 30, 46] Χειμέριον est nomen promontorii [quod v.]. At χειμερὰς Hesych. exp. χειμερινάς : quod si mendosum non est, pro χειμερίας, est a nom. Χειμερὸς significante i. q. χειμέριος et χειμερινὸς, Hybernus, Hyemalis, Brumalis. [Rectus accentus χείμερος est Arat. 1084 : Μάλα κεν τότε χείμερον ... Πληϊάδες χειμῶνα ... φορέοιεν· et ib. 797.]

[Χειμεριώδης, ὁ, ἡ, Hibernalis. Geopon. 1, 12, 23 : Ὁ χειμὼν ἀρχόμενος μὲν ἔσται ψυχρὸς, εὔκρατος δὲ μεσάζων, καὶ λήγων χειμεριώδης.]

[Χείμερος. V. Χειμέριος.]
[Χειμέτλη. V. Χίμετλον.]
[Χειμετλιάω. V. Χιμετλιάω.]
[Χείμετλον. V. Χίμετλον.]

[Χειμεὺς, έως, ὁ, Chimeus, n. pr. Inscr. Attica ap. Rangabé Antiq. Hell. vol. 2, n. 1252, p. 796 : X. Κίκωνος· ubi literas ωνος supplevit editor. Est ille haud dubie idem qui in inscr. 1533, p. 865, Χειμεὺς | Μίκονος | Λαχιάδης appellatur, ubi editor addit : « *Les deux dernières lignes sont fort indistinctes.* » Itaque dubium est utrum Μίκωνος fuerit, an Κίκωνος, quod multo rarius nomen est, de quo quæ dixi s. v. Κίκων et hoc exemplo sunt augenda et Hippocratis loco, de quo v. s. v. Πανδαλήτος. G. Dind.]

[Χειμευτής. V. Χυμευτής.]
[Χειμευτικός. V. Χυμευτικός.]
[Χειμέω. V. Χειμίη.]
[Χειμία. V. Χυμεία.]

Χειμίη, ἡ, Hybernum frigus, Brumale s. Hyemale frigus, simpliciter Frigus. Galen. enim [Lex. p. 594] ap. Hippocr. χειμίη simpliciter exp. ψύχος, ῥῖγος, Frigus, Rigor. Unde Χειμιοῦσα, quod Idem exp. ψυχομένη, ῥιγῶσα, ap. eund. Hippocr., sc. in lib. De locis in homine [p. 418, 54] : Καὶ τὰ κατάῤῥοα τοῦ ἕλκεος ψύχουσι φαρμάκοισι περιχρίειν, ὡς χειμιοῦσα συμπίληται ἡ σαρξ, Ut caro frigore illo condensata coeat. Nam frigus contrahit et astringit, itidemque frigida medicamenta. [Apud Hipp. χειμιοῦσα scriptum, ap. Galen. χειμίουσα, ut μαλχίουσα et μηνίουσα scribitur. Hesych. : Ἐχειμίων, ἐρρίγουν· καὶ ἐχείμων. Χειμεῶ (sic), ῥιγῶ. Χειμῶντα, ῥιγοῦντα. Χιμᾶν, ῥιγοῦν. De quibus gll. HSt. :] Χειμάω, sive Χειμέω, i. q. χειμαίνω significans χειμάζομαι, Hyemali frigore infestor, Hybernum frigus sentio, simpliciter Frigeo, Rigeo. Utrumque ap. Hesych. Affert enim χειμέω pro ῥιγῶ, et χειμῶντα pro ῥιγοῦντα.

Χειμοθνὴς, ὁ, ἡ, Hyemali frigore enectus. Lucian. Lexiph. [c. 14] : Καὶ γὰρ χειμοθνής εἰμι· ubi videtur joculariter hoc vocab. illi, quem irridet, affinxisse. [Comparandum cum λιμοθνὴς, quod dixit Æschylus Ag. 1274, in codice λιμόθνης scriptum.]

Χειμοσπορέω, Hyeme sero, Hyemali tempore semino. Ex quo particip. pass. Χειμοσπορούμενος, Qui hyeme seritur. [Theophr. C. Pl. 4, 11, 3, πυρός.]

Χειμόσπορος, ὁ, ἡ, Hyeme satus, Hyberno tempore seminatus, ut χειμόσποροι πυροὶ, Theophr. C. Pl. 4, [11, 3].

[Χειμοφῡγέω, Hiemem fugio. Strabo 1, p. 35.]

[Χειμὼ, ἡ, nomen vici (κώμης) in Ægypto. Ptolem. 4, 5, p. 276, 28.]

[Χειμὼν, ῶνος, ὁ. HSt. s. v. Χεῖμα :] In prosa vero nullus hujus vocabuli usus est, sed derivati Χειμών : est enim id ex illo χεῖμα derivatum, teste Etym. [p. 810, 5] : ita tamen ut poetæ hoc ipsum cum prosæ scriptoribus habeant commune. Hom. Od. Δ, [566] : Οὐ νιφετὸς, οὔτ' ἂρ χειμὼν πολὺς, οὔτε ποτ' ὄμβρος. Hesiod. Op. [496] : Μή σε κακοῦ χειμῶνος ἀμηχανίη καταμάρψῃ. Xenoph. Cyrop. 8, [6, 22 : Τὸν] ἀμφὶ τὸν χειμῶνα [χρόνον], et ἐν τῷ χειμῶνι· pro quo Athen. et alii dicunt τοῦ χειμῶνος, Hyeme. Rursum Xenoph. Hell. 6 : Ἐπεὶ χειμὼν ἐγένετο, καὶ οὐκ εἶχον τροφήν. Plutarch. Symp. 6 : Ἐν τοῖς μεγάλοις χειμῶσιν· ubi ut μεγάλους χειμῶνας dicit, ita Plato Symp. [p. 220, A] δεινοὶ χειμῶνες. [De tempore hiberno Hom. Il. P, 519 : Χειμῶνος δυσθαλπέος, ὅς ῥά τε ἔργων ἀνθρώπους ἀνέπαυσεν ἐπὶ χθονί. Pind. Isthm. 2, 62 : Ἐν χειμῶνι, ubi oppos. θερείαις, ut χειμὼν et θέρος ap. Demosth. p. 124, 3. Plat. Rep. 3, p. 415, Critia p. 112, D. Id. Leg. 12, p. 945, D : Μετὰ τροπὰς ἡλίου τὰς ἐκ θέρους εἰς χειμῶνα, et numero plur. Crat. p. 410, C : Ὧραί εἰσι διὰ τὸ ὁρίζειν χειμῶνάς τε καὶ θέρη· Epinom. p. 987, D : Ὅτι μέσος ἂν εἴη χειμώνων τε καὶ τῆς θερινῆς φύσεως. Soph. Aj. 671 : Νιφοστιβεῖς χειμῶνες ἐκχωροῦσιν εὐκάρπῳ θέρει. Χειμὼν εὔκρατος καὶ ἔνυδρος Geop. 1, 12, 31; κατεψυγμένος 1, 12, 3; ψυχρὸς, θερμὸς, πραὺς ib. 29. Χειμῶνος, Hiemis tempore, Plato Tim. p. 76 : Στέγασμα ... θέρους χειμῶνός τε ἱκανὸν σκιὰν παρέχειν. Xenoph. Symp. 2, 18 : Χειμῶνος ἐν στέγῃ γυμνάσομαι· Mem. 3, 8, 9. Ev. Matth. 24, 20, et alii multi. Cum articulo τοῦ χειμῶνος Thucyd. 7, 31 : Ὡς τότε τοῦ

χ. ... ἀνεπέμφθη. Plato Rep. 2, p. 372, A : Τοῦ χ. ἠμφιεσμένοι κτλ. Xenoph. OEc. 9, 4. Lucian. Nigr. c. 31 : Μέσου χειμῶνος· Musc. enc. c. 12 : Τοῦ χ. ὅλου ἄσιτοι διακαρτεροῦσι. Διὰ χειμῶνος Plato Tim. p. 74, C, Ælian. N. A. 2, 9 et 25; 5, 18. Διὰ τοῦ χειμῶνος Xenoph. Hell. 3, 2, 9, Ælian. N. A. 4, 47. Χειμῶνι Hom. Il. Φ, 283 : Χειμῶνι περῶντα. Anacreont. 33, 4 : Χειμῶνι δ' εἷς ἄφαντος. Frequentius ἐν χειμῶνι, ut ap. Pind. Isthm. 2, 62. Ὥρᾳ χειμῶνος Andocid. p. 18, 5 : Χειμῶνος ὥρᾳ (edd. vet. ὥραν) πλεῖν τὴν θάλατταν. Χειμῶνα, Soph. OEd. T. 1138, ex cod. Laur. (nam in aliis interpolatum χειμῶνι vel χειμῶνος) : Χειμῶνα δ' ἤδη τἀμά τ' εἰς ἔπαυλ' ἐγὼ ἤλαυνον κτλ., ut χεῖμα Homerus et Hesiodus dixerunt. Cum articulo τὸν χειμῶνα Xenoph. Hell. 1, 4, 1 : Ἐν Γορδιείῳ ὄντες τὸν χειμῶνα· et addito participio vel adjectivo ib. 3, 2, 30 : Τὸν ἐπιόντα χειμῶνα· Anab. 7, 6, 9 : Ἔνθα τὸν δεινὸν χειμῶνα στρατευόμενοι. Κατὰ χειμῶνα μέσον Lucian. Halc. c. 2.] || Nec vero tantum significat Hyems, Hybernum tempus, Frigus [unde χ. et καῦμα vel χειμῶνες et καύματα sibi opposita ap. Plat. Prot. p. 321, E, Tim. p. 22, E, Polit. p. 279, D; χ. et πῦρ Leg. 9, p. 965, B; χειμῶνες et πνίγη Phil. p. 26, A]; sed etiam Tempestas et procella maris; interdum vero Imber, interdum Ventus, interdum utrumque. Est tamen aliquid inter ea differentiæ, ut Theophr. docet : qui quum exposuisset σημεῖα ἀνέμων καὶ ὑδάτων, subjungit σημεῖα χειμῶνος, et his σημεῖα εὐδίας : ea enim opp. τῷ χειμῶνι. Aristot. [H. A. 9, 40] de apibus : Προγινώσκουσι δὲ καὶ χειμῶνα καὶ ὕδωρ, pro quibus Plin. habet, Prædivinant ventos imbresque. Et in Geopon., Χειμῶνα σημαίνει, pro his Plinii, Ventos et imbres præmonet. [Æsch. Pers. 469 : Νυκτὶ δ' ἐν ταύτῃ θεὸς χειμῶν' ἄωρον ὦρσε· Ag. 634 : Χειμῶνα ναυτικῷ στρατῷ ἐλθεῖν· 656 : Ναῦς ... κεροτυπούμεναι βίᾳ χειμῶνι τυφῷ σὺν ζάλῃ τ' ὀμβροκτύπῳ. Soph. OEd. Col. 678 : Φυλλάδα ἀνήνεμον πάντων χειμώνων· Aj. 1143 : Ναύτας ἐφορμήσαντα χειμῶνος τὸ πλεῖν, ubi genit. χειμῶνος de tempore tempestatis dictus est, ut de tempore hiemis in locis supra allatis. Ib. 1145 : Ἡνίκ' ἐν κακῷ χειμῶνος εἶχετο. Plato Protag. p. 344, D : Τὸν κυβερνήτην μέγας χειμὼν ἐπιπεσὼν ἀμήχανον ἂν ποιήσειεν· Leg. 4, p. 709, C : Καιρῷ χειμῶνος· Rep. 6, p. 496, D : Ἐν χειμῶνι κονιορτοῦ καὶ ζάλης· 12, p. 961, E : Ἐν χειμῶνι καὶ ἐν εὐδίαις.] Sic Dem., χειμῶνι χρησάμενος, Or. Pro cor. [p. 293, 4, et paullo ante p. 292 extr. : Ὁ συμβὰς σκηπτὸς ἢ χ.] Et Antiphon [p. 131, 42] : Ἐτύχομεν δὲ χειμῶνί τινι χρησάμενοι, ὑφ' οὗ ἠναγκάσθημεν κατασχεῖν εἰς τῆς Μεθυμναίας τι χωρίον. [Ὑπὸ χειμῶνος πονεῖν ibid. p. 116, 25. Comice Aristoph. Ach. 876, de Bœoto qui avium turbam in foro venum exposuit : Ὡσπερεὶ χειμὼν ἄρα ὀρνιθίας ἐς τὴν ἀγορὰν ἐλήλυθας, quod non intellexerunt scholiastæ. Τελώνης χειμῶνος βιαιότερος locutio a Polluce annotata 9, 32.] Metaph. [de calamitate quavis violentius ingruente Æsch. Prom. 644 : Λέγουσ' αἰσχύνομαι θεόσσυτον χ. 1017 : Οἷός σε χ. καὶ κακῶν τρικυμία ἔπεισ' ἄφυκτος· Choeph. 1066 : Ὅδε τοι μελάθροις τοῖς βασιλείοις τρίτος αὖ χειμὼν ... ἐτελέσθη (quem l. fortasse in mente habuit Alexis ap. Athen. 8, p. 338, E : Νυνὶ δὲ πρὸς τοῖς πνεύμασι τούτοις Φάϋλλος προσγέγονε χειμὼν τρίτος)· 202 : Οἵοισιν ἐν χειμῶσι ναυτίλων δίκην στροβούμεθα. Soph. Aj. 203 de insania : Αἴας θολερῷ κεῖται χειμῶνι νοσήσας· Ant. 670, de iis qui in pugna in se invicem irruunt : Δορὸς ἐν χειμῶνι προστεταγμένον μένειν δίκαιον κἀγαθὸν παραστάτην. Nec raro in prosa, velut ap. Diodor. 17, 10 : Τὸ δὲ ἴριδος χρῶμα σημαίνειν πραγμάτων ποικίλων χειμῶνα.] Plutarch. Coriol. [c. 32] : Καθάπερ ἐν χειμῶνι πολλῷ καὶ κλύδωνι τῆς πόλεως. [Quæ pariter conjuncta V. Pyrrhi c. 34, et ap. Themist. Or. 23, p. 286, A : Πειρατικὴν ὁμιλίαν χειμῶνα ἕτερον τοῦτον τοῦ κλύδωνος χαλεπώτερον. Plutarch. V. Arati c. 38 : Ἐν σάλῳ μεγάλῳ καὶ χειμῶνι τῶν πραγμάτων φερομένων· et iisdem fere verbis V. Phoc. c. 3. Philo vol. 2, p. 345, 20 : Κυβερνήτου τρόπον ἀγαθοῦ τοὺς χ. τῶν πραγμάτων ἐξευδιάζων. Lucian. Merc. cond. c. 2 : Τοὺς ἐν ταῖς οἰκίαις χειμῶνας διηγούμενοι. Onesand. c. 32, p. 99 : Ἐπειδὰν δ τοῦ πολέμου περιστῇ χειμὼν, πολλὰ θραύων καὶ παραλλάττων καὶ ποικίλας ἐπάγων περιστάσεις.] Charito : Κατείληπτο μὲν ὑπὸ χειμῶνος, καὶ τὴν ψυχὴν ἐβαπτίζετο· ὅμως δὲ ἀνακύπτειν ἐβιάζετο, καθάπερ ἐκ τρικυμίας, τοῦ πάθους· de Dionysio. [Χειμὼν φθόνου ap. Boiss. Anecd. vol. 1, p. 337. Herch. De senectute ingruente Antiphanes Anth. Pal. 10, 100 : Χειμὼν τοὐντεῦθεν γήρως βαρύς. De affectionibus corporis, Plato Tim. p. 85, E : Χολὴ πηγνυμένη καὶ βίᾳ κατασβεννυμένη χειμῶνα καὶ τρόμον ἐντὸς παρέχει. Themist. Or. 4, p. 56, C : Φάρμακα ἐξευρίσκειν οἷς ἂν τὸν χειμῶνα ἐξελάσειαν τῶν μελῶν· ubi præcedunt verba μαλκίοντα καὶ τρέμοντα.]

[Χείμων, ωνος, ὁ, Chimon, Argivus, victor Olympicus. Pausan. 6, 9, 3.]

[Χειμωνικὸς, ἡ, ὸν, Hibernus. Epiphan. t. 2, p. 277, C, ὄμβρον χ. ἀναπέμπουσα. Hase. V. Χειματικός.]

[Χειμωνόθεν, Ab hieme. Arat. 995 : Σκέπτεο δ' εὔδιος μὲν ἐὼν ἐπὶ χείματι μᾶλλον, ἐς δὲ γαληναίην χειμωνόθεν.]

[Χειμωνοτύπος, ὁ, ἡ, Tempestate percellens. Æsch. Suppl. 35 : Λαίλαπι χ.]

Χείρ [De accentu v. Arcad. p. 20, 8; 125, 11. Forma Æol. Χείρς, Timocr. ap. Hephæst. 1, 2], χειρὸς, et poetice χερὸς, fem. gen. Reliquam autem declinationem afferam infra. [Epimer. Hom. in Cram. Anecd. Oxon. vol. 1, p. 440 : Μονῆρές ἐστι (τὸ χείρ)· οὐδὲν γὰρ εἰς ειρ λῆγον μονοσύλλαβον θηλυκόν. De etymol. idem ib. : Χείρ κατὰ ἀφαίρεσιν τοῦ ε γέγονε παρὰ τὸ ἔχειν· quam opinionem memorant etiam Apoll. De adverb. p. 557, 27, et Chœrob. In Theodos. p. 86. Et Etym. M. p. 810, 40 : Χείρ παρὰ τὸ ἔχω τὸ κρατῶ. Ἐτυμολογεῖται δὲ παρὰ τὸ ῥᾷον χεῖσθαι, ὅ ἐστι χωρεῖσθαι, ἢ διαχέειν. De declin. Chœrob. In Theodos. p. 346, 9 : Τὸ χείρ διχῶς εὑρέθη κλινόμενον, οἷον χειρός διὰ τῆς ει διφθόγγου καὶ χερός χωρὶς τοῦ ι, καὶ πολλή ἐστιν ἡ χρῆσις τῆς χερός γενικῆς τῆς χωρὶς τοῦ ι, οὐ μόνον παρὰ ποιηταῖς (i. e. apud epicos), ἀλλὰ καὶ παρὰ τραγικοῖς καὶ παρὰ ἰαμβογράφοις μὴ οὖσι μήτε κωμικοῖς μήτε τραγικοῖς. Ἡ δὲ δοτικὴ τῶν πληθυντικῶν χερσί μόνως χωρὶς τοῦ ι λέγεται καὶ οὐδέποτε διὰ τῆς ει διφθόγγου. Ἡ δὲ γενικὴ καὶ δοτικὴ τῶν δυϊκῶν τοῖν χεροῖν λέγεται ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον χωρὶς τοῦ ι, σπανίως δὲ διὰ διφθόγγου χειρί (corr. χειροῖν). Eadem partim leguntur ib. p. 86, 24; 293, 13. Legitima declinatio est χειρός χειρί χεῖρα χεῖρε χεροῖν χεῖρες χερῶν χεῖρας, syllaba priore longa ubi altera brevis est, brevi vero ubi altera longa est, poetis tamen etiam χερός χερί χέρα χέρε χέρες χέρας et χειρῶν dicentibus ubi metrum postulat. Contra quam regulam non raro peccarunt librarii et fortasse scriptores ipsi, præsertim in genitivo pluralis, qui, exceptis poetarum locis iis qui iambi mensuram postulant, nunc prope constanter χειρῶν scribitur in poesi pariter ac prosa, licet ratio postulet ut eandem legem sequatur quam genitivus dualis, quem ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον χεροῖν, raro χειροῖν esse verissime observavit Chœroboscus. Dativum plur. χερσὶ, non χειρσὶ, esse recte monent grammatici veteres. Nam diphthongum trisyllaba tantum forma admittit, χείρεσιν ap. Hom. Il. Υ, 468 : Ἥπτετο χείρεσι γούνων· et multo frequentius χείρεσσι et χείρεσσιν vel ι eliso χείρεσσ', ut Il. M, 382 : Χείρεσσ' ἀμφοτέρῃσι· Π, 704 : Χείρεσσ' ἀθανάτῃσι (cujusmodi in versibus non præferenda aliorum librorum scriptura χείρεσιν)· Γ, 367 : Νῦν δέ μοι ἐν χείρεσσ' ἑάγη ξίφος· Κ, 529 : Ἐν χείρεσσ' Ὀδυσῆϊ τίθει· et quæ sunt alia exx. multa Epicorum et Lyricorum, pauca Tragicorum, ut χείρεσσι et χείρεσσιν ap. Soph. Ant. 976, 1297. Longe rarius est χέρεσσι vel χέρεσσιν, ap. Hesiod. Th. 519, 747, Quint. Sm. 6, 209. De formis Æolicis infra dixit HSt. G. D.] Est χεὶρ, Manus, ut quidem passim usurpari scimus : prior tamen locus dandus esse videtur illi signif. nominis χεὶρ, qua non simpliciter pro Manu ponitur, sed pro toto brachio ab humero usque ad extremos digitos, quum ita usus sit Hom., et post eum Hippocr., qui discriminis causa non χεῖρα simpliciter, sed χεῖρα ἄκραν appellavit quam Latini Manum dicunt. Galen. autem ἄκραν χεῖρα unica etiam voce ex duabus illis composita vocat ἀκρόχειρον, quum scribit τὴν ὅλην χεῖρα in tres partes præcipuas dividi, in βραχίονα, in πῆχυν, et τὸ ἀκρόχειρον, i. e. In brachium, et cubitum, et ἀκρόχειρον. Atque ita χεὶρ prima et antiquissima signif. comprehendere dicetur hæc omnia quæ hi Ovidii versus complectuntur :

Laudat digitosque manusque, Brachiaque, et nudos media plus parte lacertos. [Galen. vol. 2, p. 370: Τὸ ἀπὸ τοῦ καρποῦ ἄκρα χεὶρ λέγεται. Hippocr. De fracturis: Ποὺς ἀνθρώπου ἐκ πολλῶν καὶ μικρῶν ὀστέων ξύγκειται, ὥσπερ καὶ χεὶρ ἄκρη· ad quem l. Galen. vol. 12, p. 192: Ἀναλογία τίς ἐστι τοῖς τῆς χειρὸς ὅλης μέρεσι πρὸς τὰ τοῦ σκέλους· ὁποῖον μὲν γὰρ ἐν χειρὶ βραχίων ἐστὶ, τοιοῦτον ἐν τῷ σκέλει μηρός· ὁποῖος δὲ ἐν ἐκείνῃ πῆχυς, ἐν σκέλει κνήμη. Καὶ δὴ τὸ λοιπὸν μέρος ἡ ἄκρα χεὶρ ἀνάλογόν ἐστι ποδὶ, περὶ ὃν οὐδὲν ἴδιον ὄνομα τοιοῦτον ἔχομεν ἄκρας χειρὸς, ὁποῖον πούς ἐστι χωρὶς τοῦ σκέλους. Εἰκότως οὖν καὶ πόδα μὲν ἁπλῶς εἶπε μὴ προσθεὶς ἄκρον, χεῖρα δὲ οὐκέθ' ἁπλῶς ὠνόμασεν, ἀλλ' ἄκραν προσέθηκε.] Hom. Il. E, [81]: Ἔλασ' ὦμον Φασγάνῳ αἴξας, ἀπὸ δ' ἔξεσε χεῖρα βαρεῖαν· Λ, [252]: Νύξε δέ μιν κατὰ χεῖρα μέσην, ἀγκῶνος ἔνερθεν. Atque ut hic dicit χεῖρα μέσην, sic alibi ἄκρην χεῖρα, E, [336]: Ἄκρην οὔτασε χεῖρα Πρυμνὸν ὑπὲρ θέναρος. [Et cum aliis adjectivis, numero et singulari et plurali, velut ἄπτοι Il. H, 309, Θ, 450, Π, 244; ἀβληχρὴ E, 737; ἀραιὴ E, 425; βαρεῖα Λ, 89, N, 410; δεινὰς ἀνδροφόνους Ω, 479; ἑτέρῃ M, 452, Ξ, 272; θοῆς ἀπὸ χειρὸς M, 306; χερσὶ καταπρηνέσσι Od. Ξ, 351, 368, O, 120, Π, 71; παχεῖα Il. Γ, 376, H, 264, Θ, 221, Od. Σ, 56; στιβαρὴ Il. N, 505, Od. Θ, 169.] Sic autem et ubi dicit χεῖρ' ἐπὶ καρπῷ, P, 602: Λήϊτον αὖθ' Ἕκτωρ σχεδὸν οὔτασε χεῖρ' ἐπὶ καρπῷ, quidam χεῖρα generalem illam signif. habere tradunt; sed rationi consentaneum esse videtur ut Eustathio potius assentiamur, dicenti χεῖρα vocari hic τὸ μετὰ βραχίονα καὶ πῆχυν, sicut ποὺς appellatur τὸ μετὰ μηρὸν καὶ κνήμην. Sic autem et in aliis multo pluribus Il. usurpari χεῖρα pro ea quam Manum dicimus, et χεῖρας pro Manibus, negare nemo queat. Possit tamen defendi quod illi tradunt, si putetur ἐπὶ καρπῷ additum ad distinguendam particularem, ut ita dicam, significationem a generali. Idemque et de illo ἄκρην χεῖρα dici potest, quod in aliis etiam locis hujus poetæ occurrit. Ne autem credamus illam generaliorem vocis χεὶρ signif. apud solos illos veteres scriptores reperiri, aut certe apud solos poetas, obstat vel ille Plutarchi locus, quem in Διέχω protuli, ubi διασχοῦσα τὰς χεῖρας dicit pro Expandens brachia, Budæo etiam interpr. Libet vero antequam ulterius pergam, hujus nominis declinationem, s. potius scripturam, quam apud poetas pro dialectorum varietate variat, proponere. Est igitur genit. non solum χερὸς absque ι, quam scripturam et quædam derivata secuta sunt, verum etiam χερρὸς, et χηρὸς, ut tradit Eustath. [p. 110, 35], qui Æolibus Χερρὸς illud tribuit, Alcmani Χηρὸς, Herodiani grammatici testimonio id confirmans. [Χέρρας Æol. pro χεῖρας Theocr. 28, 10.] In ceteris autem casibus, servata declinationis analogia, eandem variationem posse retineri existimo. Sed ut χερὸς, ita χερὶ et χέρα, pro χειρὶ et χεῖρα, ea sunt quorum exempla in iis qui extant poetis, passim occurrunt. Idemque de duali et plurali dicendum est. At dat. plur. κοινῶς quidem est χερσὶ, at poetice χείρεσι etiam, vel χείρεσσι. [V. supra.] Hoc quoque sciendum est, quamvis χεὶρ et χεῖρες, fem. genere usurpentur, in duali tamen dici τὼ χεῖρε s. τὼ χέρε, ut docebo infra.

‖ Χεὶρ peculiariter s. particulariter, ut ita dicam, pro ea corporis parte quæ Manus a Latinis vocatur, a nobis *Main*, passim apud illum eundem poetam extat, uti dixi, licet et generaliorem signif. illi tribuat, quam ex præcedentibus ejus locis cognoscere potuisti. Estque χεὶρ hac in signif. manus ἀντιληπτικὸν ὄργανον appellata a Galeno De usu partt. 3. [Qui hoc in opere et alibi plurima de manu ejusque partibus et functionibus dixit, quæ collecta sunt in Kühnii Indice vol. 20, p. 370. Manum ab Aristotele dictam esse οἷον ὄργανόν τι πρὸ ὀργάνων memorat vol. 4, p. 287.] Illum autem usum ap. Hom. habet, quum χειρὶ vel χερσὶ s. χείρεσιν ἑλέσθαι dicit, aut χειρὶ ἅπτεσθαι: Il. K, [500]: Ἐπεὶ οὐ μάστιγα φαεινὴν Ποικίλου ἐκ δίφροιο νοήσατο χερσὶν ἑλέσθαι· Υ, [468]: Ὃ μὲν ἥπτετο χείρεσι γούνων. Dicit alioqui et χεῖρας ἰάλλειν, item χεῖρας προσβάλλειν, et ἀμφιβάλλειν: nec non χεῖρας ἐπιθέσθαι: sed in his verbis præpp. separatim ponuntur, ita poscente metri commoditate, ut Od. Z, [310]: Μητρὸς ποτὶ γούνασι χεῖρας Βάλλειν ἡμετέρης· Δ, [455]: Ἀμφὶ δὲ χεῖρας βάλλομεν· Il. Σ, [317]: Χεῖρας ἐπ' ἀνδροφόνους θέμενος στήθεσσιν ἑταίρου. Præterea χεῖρας ἀνασχεῖν, s. ἀνασχέσθαι, item ἀθανάτοισι φίλας ἀνὰ χεῖρας ἀεῖραι, eodem pertinens quo illud χεῖρας ἀνασχεῖν: at vero ὑπερσχεῖν χεῖρας, s. χεῖρα, alium usum habere docui in Ὑπερέχω. Extat apud Eundem χεῖρας ὀρέγειν, et χεῖρε πετάσσας, aliquoties. Dicuntur apud Eundem χεῖρες χανδάνειν, et aliquis dicitur ἐν χείρεσσι λαβεῖν, quod prius est illo. Postquam enim quispiam ἐν χείρεσσι λάβεν aliquid, tum χεῖρες id χανδάνουσι. Huc pertinet ἐν χείρεσσι s. χερσὶ τίθει, quod aliquoties apud eum legitur, nec non ἐν χερσὶ δόσκεν. Invenitur apud Eundem ἔκβαλε χειρὸς, nec non ἔκπεσε χειρός. Sunt denique et alii hujus nominis cum aliis verbis usus positi modo in hoc, modo in illo casu. Sed hoc observandum est quod ad gen. attinet, eum in hoc nomine dativi officio apud hunc poetam interdum fungi, veluti quum dicit Il. Ω, [515]: Γέροντα δὲ χειρὸς ἀνίστη· Od. Ξ, [319]: Χειρὸς ἀναστήσας. Itidemque χειρὸς ἑλὼν, pro χειρὶ, apud eum legisse mihi videor. [Il. E, 30: Ἀθήνη χειρὸς ἑλοῦσ' ἐπέεσσι προσηύδα ... Ἄρηα· Λ, 646: Ἐς δ' ἄγε (τόνδε) χειρὸς ἑλών· Od. P, 263: Αὐτὰρ ὁ χειρὸς ἑλὼν προσέειπε συβώτην· et alibi. Pind. Pyth. 9, 216: Παρθένον κεδνὰν χερὶ χειρὸς ἑλών. Et cum aliis hujusmodi verbis, ut Il. Δ, 154: Χειρὸς ἔχων Μενέλαον. Pind. Nem. 11, 42: Χειρὸς ἕλκων. ‖ Χεὶρ ἀριστερὰ, ἐπ' ἀριστερὰ χειρὸς, χεὶρ δεξιὰ et εἰς vel ἐπὶ vel κατὰ δεξιὰ χειρὸς, χεὶρ δεξιτερὴ, χεὶρ λαιὰ, et quæ sunt reliqua v. sub his adjectivis: inter quæ notandus est usus genitivi sine præpositione positi ap. Æsch. Prom. 716: Λαιᾶς δὲ χειρὸς οἱ σιδηροτέκτονες οἰκοῦσι Χάλυβες.]

‖ Ceterum quum nomen hoc sive sing. sive in plurali num. non solum apud poetas, sed et apud solutæ orationis scriptores variis verbis junctum, interdum præpositionibus, nonnunquam etiam nominibus, varia loquendi genera efficiat, de iis partim hic dicendum, partim ad verba in quibus ea jam exposita fuerunt, remittendum censeo: idemque in præposs., aut nominibus illi junctis, faciendum. A verbis autem (quod jam aliqua ex Hom. protulerim), initium sumam: ac primum aliquot enumerabo, quæ huic nomini juncta, eodem pertinent, aut etiam idem loquendi genus efficiunt. Dico igitur χεῖρας ἀνασχεῖν vel ἀνασχέσθαι, et χεῖρας ἀναεῖραι, et χεῖρας ὀρέξαι, et χεῖρας ἀνατεῖναι, Precantium gestum indicare. Sed postremum hoc in soluta oratione potius reperitur, reliqua apud Hom. ceterosque poetas. Ut igitur ad exempla veniam, illud χεῖρας ἀνασχεῖν habetur apud Hom. cum alibi, tum Il. Γ, [318] et H, [177]: Λαοὶ δ' ἠρήσαντο θεοῖς, ἰδὲ χεῖρας ἀνέσχον· Σ, [75]: Ὡς ἄρα δὴ πρίν γ' εὔχεο χεῖρας ἀνασχών· Θ, [347]: Ἀλλήλοισι τε κεκλόμενοι, καὶ πᾶσι θεοῖσι Χεῖρας ἀνίσχοντες, μεγάλ' εὐχετόωντο ἕκαστος. Alicubi autem χεῖρας ἀνασχεῖν dicit non præcedente aut sequente aliquo illorum verborum neque alio ejusmodi: ut Od. I, [294]: Ἡμεῖς δὲ κλαίοντες ἀνεσχέθομεν Διὶ χεῖρας, Σχέτλια ἔργ' ὁρόωντες· ἀμηχανίη δ' ἔχε θυμόν. Est alioqui χεῖρας ἀνασχεῖν s. ἀνασχέσθαι, non solum precantium, sed eorum quoque qui manus attollunt percussuri: ut Od. Σ, [94]: Δὴ τότ' ἀνασχομένω, ὁ μὲν ἤλασε δεξιὸν ὦμον Ἶρος, ὁ δ' αὐχέν' ἔλασσεν ὑπ' οὔατος, ὀστέα δ' εἴσω Ἔθλασεν. Hic enim observandum est ἀνασχομένω positum esse pro ἀνασχομένω τὰς χεῖρας, quod nemo sit cui non in mentem venire queat, subaudiendum esse hunc accus. Sic et Eustath. exp. ἀνατείναντες τὰς χεῖρας. Sed et ex præcedente loco peti accus. ille potest, in quo dixerat, Τὼ δ' ἄμφω χεῖρας ἀνέσχον. Est item eorum qui gaudio exultant, ut [ib. 99]: Χεῖρας ἀνασχόμενοι γέλω ἔκθανον. Eustath. tamen dicit χεῖρας ἀνασχόμενοι κατὰ σχῆμα ἐκπλήξεως σύνηθες. Apud eundem poetam legitur secundum illud χεῖρας ἀναεῖραι: Il. H, [130]: Πολλά κεν ἀθανάτοισι φίλας ἀνὰ χεῖρας ἀείραι. Apollonius autem simplici usus est, Arg. 1, [249]: Αἱ δὲ γυναῖκες Πολλὰ μάλ' ἀθανάτοισιν ἐς αἰθέρα χεῖρας ἄειραν, Εὐχόμεναι νόστοιο τέλος θυμηδὲς ὀπάσσαι. Tertii autem exemplum habemus Il. O, [371]: Εὔχετο χεῖρ' ὀρέγων εἰς οὐρανὸν ἀστερόεντα· A, [351]: Πολλὰ δὲ μητρὶ φίλῃ ἠρήσατο χεῖρας ὀρεγνύς. Quartum autem in soluta ora-

tione legitur, uti dixi. Aristot. De mundo : Πάντες οἱ ἄνθρωποι ἀνατείνομεν τὰς χεῖρας εἰς τὸν οὐρανὸν, εὐχὰς ποιούμενοι. Habebat alioqui et alium usum ἀνατείνειν τὰς χεῖρας, videlicet in suffragando, ubi ἀνατείνειν redditur Porrigere, sicut dictum est in Ἀνατείνω. Pro eodem vero et τὰς χεῖρας αἴρειν ap. Dem. et Aristoph. Eccl. [264] : Ὅτῳ τρόπῳ Τὰς χεῖρας αἴρειν μνημονεύσομεν τότε; At vero ἀνταίρειν τὰς χεῖρας alio pertinet, ut infra docebo. Ut porro apud Græcos poetas ii, qui precantur, χεῖρας ἀνασχεῖν, et ἀναεῖραι, et ὀρέξαι dicuntur, sic apud Latinos dicuntur iidem Tollere manus vel palmas ad cœlum, s. ad sidera, aut Tendere palmas cœlo, aut Tendere supinas palmas s. manus. Horat. dixit etiam, Cœlo supinas si tuleris manus. Reliquorum exempla sunt ap. Virg. pariter et Ovid. Dixit vero et Liv. Supinas tendere manus, item Supinas manus ad cœlum ac deos tendere. Et Sallust. in Conjur. Catil., Manus suplices ad cœlum tendere. Huc autem pertinet Pandere palmas apud Lucr. : Et pandere palmas Ante deum delubra jubet. Sic Passis palmis ap. Virg. : At pater Anchises passis de litore palmis Numina magna vocat. Sed perperam affertur πετάσαι χεῖρε ex Hom. tanquam huc pertinens, Il. Φ, [115] : Ὁ δ' ἕζετο χεῖρε πετάσσας Ἀμφοτέρας. Nihil enim commune habere hoc χεῖρε πετάσσας cum illo Pandere palmas, in precandis diis, ostendet prima fronte ipse locus, si adeatur. Idemque et de aliis pronuntio, in quibus hoc loquendi genere utitur. At vero χεῖρας προϊσχόμενοι, quod ex Thuc. protuli inter composita ab Ἴσχω, huc et ipsum pertinet, quatenus de supplicibus itidem manibus dicitur; sed intellige de iis qui supplices manus hosti porrigunt, non autem de iis qui precantes Deum, supplices manus tendunt. Sic ap. Virg. περὶ τοῦ χεῖρας προϊσχομένου dicitur, Frater tendebat inermes Victori palmas. Et alibi, Ille humilis supplexque oculos dextramque precantem Protendens. Quod compositum verbum melius respondet Græco quam alterum illud simplex. Possumus autem illas χεῖρας ex Eur. [Or. 1414, Suppl. 108, Hec. 851] appellare ἱκεσίας. Illis porro προϊσχομένοις χεῖρας opponuntur οἱ χεῖρας ἀνταίροντες, s. ἀνταιρόμενοι, quo usus est Thuc. Et Herodot. ante illum, ita scribens 7, [209] : Ἔστι δ' οὐδὲν ἄλλο ἔθνος ἀνθρώπων τό σε, βασιλεῦ, ὑπομενέει, χεῖρας ἀνταιρόμενον [ἀνταειρ.], Manus adversus te tollens, s. attollens : nisi ἀνταιρόμενον ad ipsum regem referamus, ut sit casus accus. Sic Gallice, *Il n'y aura homme qui ose lever la main contre toi.* Ut vero ad illud ἀνασχεῖν χεῖρας revertar, sciendum est apud Latinos itidem Tollere manus non esse solum eorum qui precantur, sed eorum præterea quibus ab Hom. χεῖρας ἀνασχεῖν tribuitur : nimirum eorum qui plagam inferre parant; nec non eorum, qui gaudio exultant, vel potius admiratione magna correpti sunt. Est autem prius illud ἀνασχεῖν χεῖρας dictum de eo qui plagam inferre parat, finitimum illi χεῖρας ἀνταίρειν. Quam sublationem manuum Virg. exprimens in descriptione pugillatus inter Daretem et Entellum, cecinit, Constitit in digitos extemplo arrectus uterque, Brachiaque ad superas interritus extulit auras. Ibid. : Ostendit dextram insurgens Entellus, et alte Extulit. Quod vero ad tertium usum illius loquendi generis attinet, χεῖρας ἀνασχεῖν, cum eo quod Eustath. annotat, nimirum esse σχῆμα ἐκπλήξεως σύνηθες, conveniunt quidam non poetarum solum, sed Ciceronis quoque et aliorum quorundam loci, in quibus Tollere manus itidem dicuntur, qui vehementer aliquid admirantur. Catull. : Admirans ait, manusque tollens. Cic. Lucullo : Hortensius autem, vehementer admirans, quod quidem perpetuo Lucullo loquente fecerat, ut etiam manus sæpe tolleret, etc. Sin vero ad exultationem illud χεῖρας ἀνασχεῖν referre malimus, inveniemus Latinum hoc Tollere manus eodem pertinens. Horat. Serm. 2, Sat. 5 : Importunus amat laudari? donec ohe, jam Ad cœlum manibus sublatis, dixerit, Urge. Liv. : Ad quam vocem quum clamor ingenti alacritate sublatus esset, ac nunc complexi inter se gratulantesque, nunc manus ad cœlum tollentes, bona omnia populo Romano Gracchoque ipsi precarentur. Hoc enim in loco exultantium simul et precantium gestus exprimitur, sicut ap. Dionys. H. lætantis est simul et diis gratias agentis. Hactenus de illis verbis cum accus. χεῖρας junctis. Subjungam autem illi ἀνασχεῖν alia duo composita ejusdem classis, sc. διασχεῖν et παρασχεῖν, itidemque illi ἀνατεῖναι compositum aliud ejusdem ordinis, nimirum ἐκτεῖναι. Est igitur διασχεῖν χεῖρας ἐν μέσῳ, Interponere manus, ut inquit Cam., afferens ex Polybio 4, [52, 1,] item ex Plutarchi Cimone [c. 19] : Ἀλλὰ τραπέντες ὑπὸ δημαγωγῶν καὶ πολεμοποιῶν ἐπ' ἀλλήλους, οὐδενὸς τὰς χεῖρας ἐν μέσῳ διασχόντος, συνερράγησαν εἰς τὸν πόλεμον, Sed versi a plebis capitibus et bellorum cupidis contra sese, quum nemo jam manus interponeret, neque rixas dirimeret, commissi tanto bello fuerunt. At παρασχεῖν χεῖρα, Præbere s. Dare manum : ea signif. qua dictum est, Da dextram misero. Eur. Hec. [842] : Πάρασχε [παράσχες] χεῖρα τῇ πρεσβύτιδι. At Plutarch. Sulla τοῖς ἄρχουσι παρέχειν τὰς χεῖρας dixit, Inservire ducibus, inquit Cam. Idem ex Polyb. affert [1, 3, 6] : Ἐθάρσησαν ἐπὶ τὰ λοιπὰ τὰς χεῖρας ἐκτείνειν, Manus extendere ad reliqua, pro Aggredi reliqua. [Pollux 2, 158 : Εἰ ἄμφω τὰς χεῖρας ἐκτείνειας ... ὀργυιὰ καλεῖται τὸ μέτρον. Adde locos s. v. Ἐκτείνω collectos vol. 3, p. 581, ubi addendum ἐκτείνειν χεῖρα, ut αἴρειν χεῖρα (vel χεῖρε), dici qui manum tollunt in luctu funereo, ut ap. Eurip. Suppl. 772 : Ἀλλ' εἶεν, ἀρῶ χεῖρ' ἀπαντήσας νεκροῖς· Alc. 768 : Οὐδ' ἐξέτεινα χεῖρ' ἀποιμώζων ἐμὴν δέσποιναν· ubi schol. comparavit Æsch. Choeph. 9 : Οὐ γὰρ παρὼν ὤμωξα σὸν, πάτερ, μόρον, οὐδ' ἐξέτεινα χεῖρ' ἐπ' ἐκφορᾷ νεκροῦ.] Quoniam autem de plerisque aliis verbis huic nomini junctis agendo, repetenda multa essent, quæ in singulis eorum dicta fuerunt, ad præposs. illi junctas veniam.

‖ Χειρὸς igitur (ut servem casuum seriem in enumerandis præpp. quæ huic nomini junguntur), vel χειρῶν junctum sæpe reperitur præpositioni ἐκ, interdum et præpositioni ἀπό : alia autem signif. cum διὰ, alia præterea cum κατὰ, alia cum πρό. Quibus addendum erit ἐν χειρῶν νόμῳ. Primum Ἐκ χειρὸς, præter usum illum quem prima fronte ostendit pro Ex manu (sicut ἐκ χειρῶν, Ex manibus, Hom. Il. A, [128] : Ἐκ γὰρ σφῶν χειρῶν φύγον ἥνια σιγαλόεντα, Ex manibus elapsa sunt, et ap. Æschin. [p. 57, 10] : Μὴ ἐξαιροῦ τῶν δικαστῶν τὰς ψήφους ἐκ τῶν χειρῶν, Ne extorqueas de manibus judicum suffragia), interdum ponitur simpliciter pro ablativo Manu, veluti quum dicit Soph. Aj. [26], ubi Ulysses narrat omnes pecudes inventas esse manu cæsas : Ἐφθαρμένας γὰρ ἀρτίως εὑρίσκομεν Λείας ἁπάσας, καὶ κατηναρισμένας Ἐκ χειρός. [Heliodor. 4, 15 : Τοῦ Πυθίου ὡς ἐκ χειρὸς τὸν συνοικήσαντα προσάγοντος. Ælian. N. A. 10, 10 : Ἐκ χειρὸς ὀρέγειν τροφήν. Herch.] Interdum ἐκ χειρὸς commode redditur Cominus. Synes. Ep. 122 : Καὶ παίσας ἐκ χειρὸς λίθῳ κροταφίαν πληγὴν, οὐ βαλὼν, ἀλλ' ὥσπερ πυξ ἐνθορὼν, Inflixit cominus lapide vulnus circa tempora. Nam ablativo manu nequaquam satis apte hic uti possis. Talis s. potius idem est usus et in isto Pausaniæ loco, in Messeniacis : Ὅσοις δὲ καὶ ἐπιπλέον μετῆν τόλμης, ἔτυπτον ἐκ χειρός. Xenoph. Cyrop. 1, [2, 9] de armatura Persica loquens : Καὶ παλτὰ δύο, ὥστε τὸ μὲν ἀφεῖναι, τῷ δ', ἂν δέῃ, ἐκ χειρὸς χρῆσθαι, Duas gestant amentatas hastas; unam, quam eminus conjiciant; alteram, qua cominus manibus consertis utantur : ut Cam. interpr. Idem affert ex Hell. 7, [2, 14] : Ἐκ χειρὸς ἐμάχοντο, pro Consertis manibus pugnarunt. Ex Polybio autem, 5, [103, 3] : Τῆς κοινολογίας ἐκ χειρὸς γενομένης, Coram habito colloquio, Communicata re in congressu. Id. [5, 41, 7] : Ἐκ χειρὸς ἔχεσθαι τῶν προκειμένων, Urgere rem. Ex Ejusd. l. 1 : Ὥστε πάντας ἐκ χειρὸς παραγενέσθαι, δόντας αὐτοὺς εἰς πίστιν, ubi statim congressos omnes deditionem fecisse ait. Affert et ἐκ χειρῶν ex Plutarcho [Mor. p. 346, E] : Ἔθεντο καρτερὰν ἱππομαχίαν, καὶ κρατήσαντος ἐκ τῶν χειρῶν Ἐπαμινώνδα, quæ vertit, Victore in conflictu Epaminonda. [Negligenter locum inspexit, ubi legitur : Καὶ κρατήσαντες ἐκ τῶν χειρῶν τοῦ Ἐπ. ἀφείλοντο τὴν Μαντίνειαν.] Schol. Thucyd. [6, 70] hæc ejus verba, Ἐν χερσὶ τῆς μάχης γενομένης, exp. συνελθόντων ἐγγὺς, καὶ ἐκ χειρὸς μαχομένων μετὰ τὸ παύσασθαι τοὺς λιθοβόλους καὶ σφενδονήτας. Ovid. Pugnare

manu, Sallust. Manibus prælium facere dixit. Affert autem Bud. ἐκ χειρὸς ex Polybio, pro Inter præsentes, et dextris insertis : item, Ex propinquo. [Ἡ ἐκ χειρὸς θεωρία, eadem est quæ ἀνάγνωσις, Lectio, qua in manibus volumen habemus, contraria τῇ ῥήσει, Pronuntiationi, Recitationi, Dionys. Jud. Isocr. c. 2. Ernest. Lex. rhet. Ὁ ἐκ τῶν χειρῶν ἀριθμὸς, Computatio quæ manibus, i. e. digitis, fit. Eunap. ap. Suidam s. v. Ἀρβαζάκιος : Τὸ δὲ πλῆθος τῶν ἑταιρῶν καὶ τὸν ἐκ τῶν χειρῶν ἀριθμὸν αὐτοῦ διέφυγεν. V. Boisson. ad Anecd. vol. 3, p. 143. Similiter χερσὶ τιθέναι τόκους, Digitis computare usuras, Antiphan. Anth. Pal. 9, 409.]

‖ Secundum, Ἀπὸ χειρὸς, præter primum usum pro Ex manu, habet et eum quem ἐκ χειρὸς, quum sumitur pro ablativo Manu. Hom. Il. M, [306] : Ἔβλητ' ἐν πρώτοισι θοῆς ἀπὸ χειρὸς ἄκοντι. Lucian. [De hist. conscr. c. 29] : Καὶ ἀπὸ χειρὸς αὐτὸν μεγάλα καὶ λαμπρὰ ἐν τῷ πολέμῳ τούτῳ ἐργασάμενον. Aristoph. Vesp. [656] : Καὶ πρῶτον μὲν λόγισαι φαύλως, μὴ ψήφοις, ἀλλ' ἀπὸ χειρός. [Ælian. N. A. 1, 23 : Θηρῶνται δὲ καὶ (sargi) ἀπὸ χειρός.] Eodem modo interdum dicitur ἀπὸ χειρῶν.

‖ Tertium Διὰ χειρὸς, quum jungitur verbo ἔχειν, qui usus frequens est, videtur convenire cum eo quod dicimus *Tenir par la main*, non solum propter expressum verbum ex verbo, sed etiam quod ad signif. attinet. Est enim διὰ χειρὸς ἔχειν non solum In manu habere, sed etiam Manu tenere. Thuc. 2, [76] : Ἀφίεσαν τὴν δοκὸν χαλαραῖς ταῖς ἁλύσεσι, καὶ οὐ διὰ χειρὸς ἔχοντες, Dimittebant trabem illam laxatis catenis, nec manu tenentes. Aristoph. Vesp. [596] : Αὐτὸς δ' ὁ Κλέων ὁ κεκραξιδάμας μόνον ἡμᾶς οὐ περιτρώγει, Ἀλλὰ φυλάττει, διὰ χειρὸς ἔχων καὶ τὰς μυίας ἀπαμύνει. Ex Luciano, Ἃ διὰ χειρὸς ἔχεις, pro Quas in manibus habes et versas. Isocrati quoque διὰ χειρὸς ἔχειν est In manibus habere et legere, ut vertit Bud. : qui ex Cic. Cat. Majore affert itidem, Est in manibus laudatio, pro Edita est et legitur. Sed malit quispiam fortassis exponere verbo Extat : nec tam convenire videtur ille locus cum illo genere loquendi διὰ χειρὸς, quam iste Ejusdem in eodem l., Tum senex dicitur eam fabulam quam in manibus habebat, et proxime scripserat, OEdipum Coloneum, recitasse judicibus. Nec non hic ejusdem opusculi, ubi dicit Cato, Septimus mihi Originum liber est in manibus. Sic etiam in Ep. ad Att. : Ex iis libris quos in manibus habeo. At vero cum illo Aristoph. loco φυλάττει διὰ χειρὸς ἔχων, convenit hic ejusdem Cic in Ep. ad Lentulum : Sic amplexabantur, sic in manibus habebant, sic fovebant, sic me præsente osculabantur. Dicitur porro non solum διὰ χειρὸς, sed interdum etiam Διὰ χειρῶν. Plutarch. Adv. Colot. [initio] : Καὶ τὸ μεμνῆσθαι καὶ διὰ χειρῶν ἔχειν ὡς μάλιστα δυνατόν ἐστι τοὺς λόγους τῶν παλαιῶν, βασιλικωτάτην διατριβὴν ἡγούμενον. Sed hic διὰ χειρῶν ἔχειν convenit cum illis Isocratis et Luciani διὰ χειρὸς ἔχειν pro Versare, Legere. Crediderim tamen reddi etiam posse In promptu habere, aut certe, In promptu et velut in numerato habere, quum præcedat μεμνῆσθαι. Habet alioqui διὰ χειρὸς ἔχειν, vel διὰ χειρῶν, alium quoque usum. Ponitur enim et pro Administrare (unde comp. διαχειρίζω), ut ap. Plutarch. Pericle [c. 34] : Διὰ χειρὸς ἔχειν τὴν πόλιν, Administrare remp. Idem dixit in Polit. Præc. : Καὶ τοῦτο χρὴ διανοούμενον, ἔχειν τὰ δημόσια διὰ χειρός. Sed nonnunquam διὰ χειρὸς ἔχειν non est simpliciter Administrare, sed Administrare sedulo. Aristot. Polit. 5, [8] : Φοβούμενοι γὰρ, διὰ χειρῶν ἔχουσι μᾶλλον τὴν πολιτείαν. Sic Thuc. 2, [13] : Τά τε τῶν ξυμμάχων διὰ χειρὸς ἔχειν, Sedulo administrare, aut etiam Sedulo curare res sociorum. Recte igitur schol. exp., δι' ἐπιμελείας ἔχειν. [Sic Plut. V. Fabii c. 2 : Τὰς πόλεις διὰ χειρὸς ἔχοντας, ἐᾶν περὶ αὑτῇ μαραίνεσθαι τὴν ἀκμὴν τοῦ Ἀννίβου.] Huc certe pertinet quod dicimus *Tenir la main à quelque chose* (quemadmodum διὰ χειρὸς ἔχειν in prima et propria signif. dixi posse alicubi reddi *Tenir la main*); illo enim loquendi genere ἐπιμέλειαν significamus, ac vigilantiam etiam circa rem quampiam. Quo pertinet et verbum *Maintenir*, inde factum sicut ex διὰ χειρὸς ἔχειν, Græcos fecisse dixi verbum διαχειρίζειν.

‖ Quartum Ἐπὶ χειρὸς, In manu. Theognis [490] : Τὴν δὲ θεοῖς σπένδεις, τὴν δ' ἐπὶ χειρὸς ἔχεις. At Matth. 4, [6] ex Psalm. 90, [12] : Ἐπὶ χειρῶν ἀροῦσί σε, redditur ἐπὶ χειρῶν, In manibus et Super manibus, interpretando ἀροῦσι non Tollent, sed potius Gestabunt. Latine tamen aptius omitti videtur præpositio.

‖ Quintum [Πρὸ χειρὸς vel] Πρὸ χειρῶν Cam. interpr. In manibus, ap. Eur. Rheso [274] : Μάχας πρὸ χειρῶν καὶ δόρη βαστάζομεν. [Soph. Ant. 1279 : Τὰ μὲν πρὸ χειρῶν τάδε φέρων, τὰ δ' ἐν δόμοις ἔοικας ... ὄψεσθαι κακά. Eur. Tro. 1207 : Πρὸ χειρῶν αἵδε σοι σκυλευμάτων ... φέρουσι κόσμον. Philostr. p. 614 : Τὸ βιβλίον πρὸ χειρῶν ἔχων.]

‖ Sextum Κατὰ χειρὸς non late patentem usum habet, in quo præp. κατὰ peculiarem quandam signif. obtinet, quum κατὰ χειρὸς ὕδωρ vocetur Aqua quæ manui superfunditur ad eam lavandam. Ubi obiter observa etiam usum singularis pro plurali, veluti quum Gallice dicimus *Laver la main* pro *Laver les mains*. Quamvis autem proprie κατὰ χειρὸς ὕδωρ existimetur vocata fuisse Aqua qua abluebantur manus ante cibum, sicut ἀπόνιμμα, ea qua post cibum (quæ videmus observata in hoc Aristoph. l. Vesp. [1216] : Ὕδωρ κατὰ χειρὸς, τὰς τραπέζας εἰσφέρειν. Δειπνοῦμεν, ἀπονενίμμεθ', ἤδη σπένδομεν), tamen de illa qua post cibum eas lavabant, usurpatum fuisse docet Athen. Apud quem legitur etiam κατὰ χειρῶν, et commemoratur facetum cujusdam dictum : qui, quum disceptaretur quænam aqua esset omnium optima, dixit, τὸ κατὰ χειρῶν ὕδωρ, i. e. Eam aquam quæ convivarum manibus, antequam accumberent, superfunderetur s. affunderetur.

‖ Septimum, Ἐν χειρῶν νόμῳ, apud Historicos frequentissime occurrit; quomodo autem Latine reddendum sit, non satis constat. Bud. χειρῶν νόμον esse scribit, Consertis manibus pugnare, Manu prælium inire. Cam. ἐν χειρῶν νόμῳ, vertit, In conflictu, In prælio, item In ipso prælii discrimine. Nam ἐν χειρῶν νόμῳ ἀμύνασθαι vertit, In conflictu se defendere. Et hunc Herodoti l. 8, [89] : Ἅτε γὰρ νέειν ἐπιστάμενοι, τοῖσιν αἱ νῆες διεφθείροντο, καὶ μὴ ἐν χειρῶν νόμῳ ἀπολλύμενοι, ἐς τὴν Σαλαμῖνα διένεον, ita vertit, Quippe qui periti natandi, quum in prælio hostiles manus evasissent, amissis navibus, natando in Salamina pervenerunt. Ex Eodem affert [9, 48] : Πρὶν γὰρ ἢ συμμίξαι ἡμέας, ἐς χειρῶν τε νόμον ἀπικέσθαι· quæ reddit, Priusquam congressi manus conseramus. Quidam vero χειρῶν s. πολέμου νόμον interpr. Jus belli, quo sc. manu consertum victor victum interimit, spoliat, agitque pro animi arbitratu : unde ἐν πολέμου νόμῳ s. χειρῶν mori dicitur qui in conflictu et collata manu perit. Et qui hosti parcit, jus belli abstinere dicitur. Liv. initio sui Operis, Jam primum omnium satis constat, Troja capta in ceteros sævitum esse Trojanos : duobus, Ænea Anteноreque, et vetusti jure hospitii, et quia pacis reddendæque Helenæ semper auctores fuerant, omne jus belli Achivos abstinuisse. Quibus subjungitur ex Josepho De capt. : Καλὸν ἐν πολέμῳ θνήσκειν, ἀλλὰ πολέμου νόμῳ, τοῦτ' ἔστιν ὑπὸ τῶν κρατούντων. Polyb. : Ἐν χειρῶν νόμῳ διέφθειρε τὸν τύραννον, Ex jure belli manu consertum tyrannum interfecit, Vi manuque trucidavit, ut in bello fit conserta pugna. Sic Herodot. (qui locus fuit et paulo ante allatus) : Πρὶν γὰρ ἢ συμμίξαι ἡμέας, ἐς χειρῶν τε νόμον ἀπικέσθαι, Priusquam belli jure agamus commissa pugna. Illud autem ἐν χειρῶν νόμῳ ἀμύνασθαι sic expressisse creditur Sallust. : Existimans Adherbalem dolore permotum injurias sua manu vindicaturum. Æschin. [p. 1, 24] : Φυλακτέον δὲ τοῖς μὲν ὀλιγαρχικοῖς καὶ τοῖς τὴν ἄνισον πολιτείαν πολιτευομένοις τοὺς ἐν χειρῶν νόμῳ τὰς πολιτείας καταλύοντας. Ubi cavendos esse ait, qui non ex fori jure, sed belli, manuque conserta, vi nempe et armis, pro libidine reip. statum labefactant. Polyb. 2, [28, 10] : Ἐν δὲ τούτῳ τῷ καιρῷ συνέβη Γάϊον τὸν ὕπατον παραβόλως ἀγωνιζόμενον, ἐν χειρῶν νόμῳ τελευτῆσαι τὸν βίον, Accidit ut in prælio hostis manu vitam finierit. 3, [63, 5] : Ὑπὲρ τῆς καλλίστης ἐλπίδος μεταλλάξαι τὸν βίον ἐν χειρῶν νόμῳ. Idem de bello Cannensi loquens [3, 116, 9] : Περιπεσὼν βιαίοις πληγαῖς, ἐν χειρῶν νόμῳ μετήλλαξε τὸν βίον. Apud Suid. sine ἐν : Ὁ

δὲ χειρῶν νόμῳ δέχεται ἐπιστολήν, Recipit epistolam in ipso belli congressu. Sed existimatur omissa esse præp. ἐν librarii incuria. Hæc fere sunt quæ ab aliis de hoc loquendi genere annotata reperi : ubi illud Manu consertum cum ea constr. aliquis forsan miretur. Iis autem pauca addam quæ mihi de eodem videntur : ac primum, pro ἐν χειρῶν νόμῳ, etiam simpliciter dici Ἐν χερσὶ a Thuc. non uno in loco : 4, p. 139 meæ ed. [c. 57] : Ὅσοι μὴ ἐν χερσὶ διεφθάρησαν. Et p. 157 [c. 113] : Διαφθείρονται ἐν χερσὶν αὐτῶν· 5, p. 165 [c. 3] : Ἀπέκτειναν εὐθὺς ἐν χερσί· ceteros autem ζῶντας ἔλαβον. Sic quoque 3, [66] : Οὓς μὲν ἐν χερσὶν ἀπεκτείνατε, ubi quidam ἐν χερσὶν interpr. Re ad manus vocata. Qui locus diligentissime est considerandus, propter hæc quæ subjunguntur. Οὐχ ὁμοίως ἀλγοῦμεν· κατὰ νόμον γὰρ δή τινα ἔπασχον. Ideo autem valde diligenter hunc l. perpendi volo, quod videatur hic vetus scriptor ita respexisse ad illud loquendi genus ἐν χειρῶν νόμῳ ἀποκτείνειν, ut simul explicationem quandam ejus attulerit, quum scripsit, eos qui ἐν χερσὶν interfecti fuerunt, id passos esse κατὰ νόμον τινά. Simulque perspicimus hinc, ἐν χερσὶ eum dicere, non aliud significare volentem quam ἐν χειρῶν νόμῳ. Observandumque est præterea, illis qui ἐν χερσὶν interfecti fuerint, opponi illos qui interfecti fuerunt χεῖρας προϊσχόμενοι, atque adeo contra fidem datam. Hæc autem quum ita sint, non dubito quin ἐν χειρῶν νόμῳ itidemque ἐν χερσὶ significent non simpliciter In conflictu, In conserendis manibus, sed In ipso pugnæ ardore s. fervore, Calente pugna : quod nimirum tum potissimum jure belli nemini parcatur, utpote furente Marte. Locum certe quendam id confirmantem me legere memini, sed ejus recordari non possum. Quod autem ad duos illos locos attinet, perperam cum aliis permistos, in quorum uno dicitur τοὺς ἐν χειρῶν νόμῳ τὰς πολιτείας καταλύοντας, in altero, χειρῶν νόμῳ δέχεται ἐπιστολήν, non dubium est quin metaphorice hoc loquendi genus in priore usurpetur; in posteriore autem videtur χειρῶν νόμῳ ad tempus referri : sed ex tam paucis verbis quæ a Suida afferuntur, nihil certi a quoquam statui posse arbitror. Ceterum in exemplis quæ ex Thuc. protuli, duo observanda sunt, utpote in quibus differunt a præcedentibus. In secundo, gen. αὐτῶν, qui ponitur post ἐν χερσὶν, observatu dignus est, ubi Interpres reddidit ad verbum, Inter manus illorum. In tertio notare debemus, adverbium εὐθὺς præfixum illi ἐν χερσὶ, quod adv. εὐθὺς, eo in loco sonat omnino quod Gallice dicimus *Sur le champ* : ab Interprete autem redditum Latine fuit Statim, omittente sequentia verba ἐν χερσί. Enimvero est quiddam insuper, de quo admonendum esse lectorem existimo : nimirum, quamvis in omnibus exemplis præcedentibus legatur ἐν χειρῶν νόμῳ, inveniri tamen cum singulari etiam ἐν χειρὸς νόμῳ, et quidem ap. Aristot. quoque, Polit. 3 : Κτεῖναι γὰρ οὐ κύριος, εἰ μὴ ἔν τινι βασιλείᾳ· καθάπερ ἐπὶ τῶν ἀρχαίων, ἐν ταῖς πολεμικαῖς ἐξόδοις, ἐν χειρὸς νόμῳ. Videmus certe et in aliis loquendi generibus gen. hunc singularem pluralis locum obtinere. At vero χειρῶν ἀδίκων ἄρξαι vide in Ἄδικος et in Ἄρχω.

‖ Χειρὶ autem et χερσὶ junguntur præpositioni ἐν. Sed hoc Ἐν χερσὶ multo frequentius est, quam illud Ἐν χειρί : nec eundem utrumque usum habet. Adhibetur enim ἐν χερσὶ nonnullis loquendi generibus, quibus non item ἐν χειρί. Vicissim autem ἐν χειρὶ dicitur poni pro In potestate (in qua signif. possit ad verbum reddi In manu; nam In manu itidem pro In potestate, dixerunt interdum Latini), non itidem ἐν χερσί : quum contra Latine nonnulli posse dici existiment non solum In manu est, sed etiam In manibus est : ex illo Lucani versu, In manibus vestris, quantus sit Cæsar, habetis. Nequaquam igitur ἐν χερσὶν ἔχειν in isto Herodoti loco 1, [35] : Ἔχοντος δὲ αὐτοῦ ἐν χερσὶ τὸν γάμον τοῦ παιδὸς, putandum est cum illo Lucani loco convenire. Ibi enim In manibus vestris habetis, sonat In potestate vestra : quum autem dicit Herodotus, Ἔχοντος αὐτοῦ ἐν χερσὶ τὸν γάμον τοῦ παιδὸς, quæ sonant ad verbum, Quum ipse haberet in manibus nuptias filii, significat Quum occupatus esset circa nuptias filii, Quum curaret quæ ad nuptias filii pertinebant. Aut brevius, Quum filii nuptias adornaret. Quidam interpr. Quum tractaret; sed haud scio an hoc verbum cum illo accus. ferendum sit. Potest et ad verbum reddi, Quum in manibus haberet nuptias, aut certe, Quum in manibus illi essent nuptiæ. Ita enim dixit Liv. Quum tantum belli in manibus esset. Eodemque modo et Plinius Junior Vindemias in manibus esse dixit. At vero ὁ ἐν χερσὶ κίνδυνος Budæo ap. Greg. Naz. est Proximum periculum : Ὡς δὲ εἶχεν αὐτῷ κατὰ νοῦν τὰ πλησίον, καὶ τοῦ ἐν χερσὶν, ὡς ᾤετο, κινδύνου κρείττων ἐγένετο, οὕτως ἤδη πειρᾶται καὶ τῶν ἑξῆς, i. e. inquit, Ut composuit prætorianos, et legiones vicinas, vel quæ erant circa eum. [Heliodor. 3, 16, αἱ ἐν χερσὶ βουλαί· 1, 30, τῶν ἐν χ. πάντων.] Alioqui ἐν χερσὶ Conflictum et consertionem manuum significat, inquit Cam., afferens ex Thuc. 3, [66] : Οὓς μὲν ἐν χερσὶν ἀπεκτείνατε· quæ reddit, Quos in prælio trucidastis; significat enim ἐν συμβολῇ, In conflictu. Ex Eod. 4, [43] affert, Καὶ ἦν ἡ μάχη καρτερὰ, καὶ ἐν χερσὶ πᾶσα, Erat prælium vehemens, et res tota consertis manibus gerebatur. Et mox, Δεξαμένων δὲ τῶν Ἀθηναίων, ἐν χερσὶν ἦν πάλιν ἡ μάχη, Rursumque Atheniensibus impetum illorum excipientibus, manus conserebantur. [Heliod. 5, 32; Appian. Syr. c. 19.] Quibus subjungit, ex Hom. Il. Π, [630] : Ἔν γὰρ χερσὶ τέλος πολέμου, ἐπέων δ' ἐνὶ βουλῇ, quem versum ita reddit, Pugna manus poscit, fora sunt sermonibus apta. Sicut, inquit, Virg. Æn. 10 dixit, In manibus Mars ipse viris. Hæc ille. At ego inter hæc exempla discrimen statuendum esse dico. Primus enim ille locus, Οὓς μὲν ἐν χερσὶν ἀπεκτείνατε, convenit cum aliis ejusdem scriptoris ll., quos paulo ante protuli, quum agerem de illo genere loquendi, ἐν χειρῶν νόμῳ, ac dicerem eadem signif. ἐν χερσὶ ab illo usurpari. Sequentes autem non itidem cum illo convenire dici possunt, utpote in quibus non itidem ἐν χερσὶ exponere quis queat ἐν χειρῶν νόμῳ. At ultimum illud exemplum, ex Hom. versu, Ἔν γὰρ χερσὶ τέλος πολέμου, non dubium est quin tertiam quandam interpr., i. e. a duabus præcedentibus differentem, postulet. Convenit enim hoc cum eo quod ab Achille dicitur, Il. A, [166] suas χεῖρας διέπειν τὸν πόλεμον : adeo ut reddi potius ad verbum debeat, sicut hic, ita etiam illic, nomen χεῖρες. [Ἐν χερσὶν εἶναι, Futurum esse, Instare, Liban. Epist. 47. Hercher.] Huic dativo χερσὶ jungitur etiam præp. μετὰ a poetis interdum, ut videbis me, quum agerem de hac præp., attulisse ex Hesiodo, ἔχεν μετὰ χερσὶ pro Habebat in manibus. Cui loco addendus est hic Homericus, [Il. Λ, 4 : Πολέμοιο τέρας μετὰ χερσὶν ἔχουσαν· Ο, 717 : Ἄφλαστον μετὰ χερσὶν ἔχων·] Od. X, [10] : Μετὰ χερσὶν ἐνώμα, Versabat in manibus. Jungitur dat. χειρὶ et quibusdam verbis, cum quorum nonnullis suam signif. retinet in interpretatione, i. e. redditur ad verbum : cum nonnullis non item. Nam χρῆσθαι χειρὶ non redditur ad verbum Uti manu, sed potius Pugnam committere, s. Prælium. Possis tamen interpretari etiam Conserere manum. Est autem usus eo loquendi genere Herodot. 9, [72] sed scribens χερὶ, non χειρί. At vero in his, quæ ap. Hom. non semel leguntur, Χειρί τέ μιν κατέρεξε, non possis χειρὶ aliter quam ad verbum interpretari Manu : hoc modo, Manu eum demulsit, caput ejus demulsit : quod Achilli mœrenti facit Thetis mater, Il. A, [361]. Sed Latini dat. in hoc loquendi genere prætermittunt : dicunt enim Caput alicui demulcere; quod fit blandiendo ei, s. eum deliniendo. Terent. Heaut., Non possum pati Quin tibi caput demulceam. In prosa vero dicitur χειρὶ καταψήχειν τὴν κεφαλήν, ut ap. Basil. Ep. ad Euseb. : Ὥσπερ εἴ τις ἑνὸς ἀνδρὸς τῇ μὲν τῶν χειρῶν καταψήχοι τὴν κεφαλὴν, τῇ δὲ λαιᾷ τὴν παρειάν. Ubi nisi de ambabus manibus loqui voluisset, dativum ipse quoque omittere potuisset. Pertinere autem videtur hoc dictum ad proverb. Altera manu fert lapidem, altera panem ostentat. Quod proverb. vide ap. Erasm., sicut et Caput demulcere. Apud Hom. dat. χειρὶ s. χερσὶ, tanquam instrumentalem, aliis etiam plerisque verbis jungi videbis, ubi itidem χειρὶ

non possis aliter quam ad verbum interpretari Manu. Sic et ap. Soph. Aj. [35] : Σῇ κυβερνῶμαι χερὶ, Tua gubernor manu.

‖ Venio ad proverbia, Χερσὶν ἀνίπτοις, Χερσὶ καὶ ποσὶ, vel Καὶ χειρὶ καὶ ποδί. Illud prius, χερσὶν ἀνίπτοις, i. e. Manibus illotis, manasse creditur ex isto Hesiodi versu [Op. 725] : Μηδέ ποτ' ἐξ ἠοῦς Διὶ λείβειν αἴθοπα οἶνον Χερσὶν ἀνίπτοισιν, μηδ' ἄλλοις ἀθανάτοισι. Dicimur autem aggredi aliquid, s. facere illotis manibus pro Irreverenter et imparate, ut exp. Erasmus, quem vide. (Sed nomen illud ἀνίπτοις, i. e. Illotis, in memoriam reducit aliud proverb. Χεὶρ χεῖρα νίπτει, Manus manum lavat : quod apud Eundem videndum tibi relinquo. [Legitur ap. Meleagr. Anth. Pal. 5, 208 : Ἁ χεὶρ γὰρ τὰν χεῖρα. Sumtum ex Epicharmo, cujus verba affert Plato Axioch. p. 366, C : Ἁ δὲ χεὶρ τὰν χεῖρα νίζει.]). At posterius illud χερσὶ καὶ ποσὶ ex Hom. habere originem videri queat, apud quem legitur Il. Υ, [361] : Ἀλλ' ὅσσον μὲν ἐγὼ δύναμαι χερσίν τε Καὶ σθένει, οὔ μ' ἔτι φημὶ μεθησέμεν οὐδ' ἠβαιόν. Eodem modo Terent. Manibus pedibusque dixit, pro Omni conatu, Omnibus viribus, Omnibus nervis, in Andria : Quem ego credo manibus pedibusque obnixe omnia Facturum, magis id adeo mihi ut incommodet, Quam ut obsequatur gnato. Ibid. : Hoc tibi pro servitio debeo Conari manibus pedibusque noctesque et dies, Capitis periculum adire, dum prosim tibi. Pindarus addidit tertium dat. ἅρμασιν, Ol. 10, [73] : Τίς δὴ ποταίνιόν γε λάχε στέφανον χείρεσσι ποσίν τε καὶ ἅρμασιν ἀγώνιον; Æschin. autem sing. utens dixit [p. 43, 17], Καὶ χειρὶ καὶ ποδὶ, addens, Καὶ πάσῃ δυνάμει· quæ verba velut epexegetica sunt; ita enim scribit : Μήτε αὐτοὶ τὴν ἱερὰν γῆν ἐργάσεσθαι, μήτε ἄλλον ἐπιτρέψειν, ἀλλὰ βοηθήσειν τῷ θεῷ καὶ τῇ ἱερᾷ καὶ χειρὶ καὶ ποδὶ καὶ πάσῃ δυνάμει. Sed et ἀμφοτέρῃσι χερσὶν, Ambabus manibus, Utraque manu, proverbiale quiddam habere existimatur. Cam. exp. Vehementer et enixe, in isto loco Homeri, Od. Ω, [316] : Ἀμφοτέρῃσι δὲ χερσὶν ἑλὼν κόνιν αἰθαλόεσσαν Χεύατο κακκεφαλῆς. Sed non video quid obstet quominus ad verbum interpretemur.

‖ Χεῖρα accus., s. plur. χεῖρας, suas itidem præpositiones habet, i. e. præpositiones quibus jungitur, nimirum εἰς, et ὑπὸ, et ἀνὰ, et κατὰ, et μετά. Sed illi εἰς multo frequentius quam alii cuiquam jungitur. Dicitur enim εἰς χεῖρας τιθέναι, vel ἐστιθέναι, s. διδόναι, et λαμβάνειν s. ἀναλαμβάνειν, nec non δέχεσθαι : item εἰς χεῖρας ἄγεσθαι : et in bello, εἰς χεῖρας ἰέναι, s. συνιέναι, aut ἐλθεῖν s. συνελθεῖν, aut etiam συμμίξαι. Pro illo primo εἰς χεῖρας τιθέναι dicit Hom. per dat., τιθέναι ἐν χερσί. Composita autem voce Ἐστιθέναι cum εἰς χεῖρας usus est Herodot. 1, [208] : Κῦρος δὲ Κροῖσον ἐς τὰς χεῖρας ἐσθεὶς τῷ ἑωϋτοῦ παιδὶ Καμβύσῃ· nisi potius legatur ἐνθείς. Cum διδόναι usus est Thuc. 4, metaphoricum etiam tribuens usum voci χεῖρας : dixit enim δοῦναι αὐτὸν εἰς χεῖρας, Dare se in manus s. Tradere, i. e. Alterius potestati se committere. (Dixi autem de isto hujus nominis usu supra quoque, quum exponerem ἐν χειρὶ, et dicam iterum quum agam de ὑπὸ χεῖρα.) At λαμβάνειν εἰς s. ἐς χεῖρας, Accipere in manus, s. usitatius Sumere in manus, ap. Eur. Hec. [1242] : Καὶ γὰρ αἰσχύνην φέρει Πρᾶγμ' ἐς χέρας λαβόντ' ἀπώσασθαι τόδε. Xenoph. Anab. 1, [8, 3] : Καὶ ἀναβὰς ἐπὶ τὸν ἵππον, τὰ παλτὰ εἰς χεῖρας [nunc τὰς χεῖρας ex codd.] ἔλαβε. Plutarch. Galba : Λαβεῖν εἰς χεῖρας τοῦ ἱερείου τὰ σπλάγχνα. Idem cum verbo ἀναλαμβάνειν usus est, Adv. Col. : Μὴ τοῖς ἐκείνων συντάγμασιν ἐντύχῃς, μηδὲ ἀναλάβῃς εἰς χεῖρας. Cum δέχεσθαι autem jungitur non solum in hac ipsa signif., sed in alia quoque : in qua sc. accus. ille ad rem militarem pertinet, sicut in iis loquendi generibus quibus ultimum locum dedi; nam ἐς χεῖρας ἐδέξαντο dixit Xenoph. Hell. 2, [4, 34] pro Primum impetum hostium sustinuerunt, Cam. At illud εἰς χεῖρας ἄγεσθαι, Herodoti est, 1, [126] : Αὐτός τε γὰρ δοκέω θείῃ τύχῃ γεγονὼς τάδε ἐς χεῖρας ἄγεσθαι· ubi tamen idem ille vertit non solum In manus sumere, sed etiam Conari; ita totum locum reddens, Videor mihi divinitus in lucem editus hæc conari. Possis certe et verbo Aggredi hic eodem sensu uti. Illa vero loquendi genera ad rem militarem pertinentia, passim ap. Thuc., Xenoph., ceterosque historicos occurrunt. Ex quibus hæc prima, εἰς χεῖρας ἰέναι s. ἐλθεῖν, ad verbum quoque interpretari possumus, Ad manus venire. (Quum autem dicitur, ἐπειδὴ δὲ ἐς χεῖρας ἦεσαν, vel ἰόντων δὲ αὐτῶν ἐς χεῖρας, possis etiam vertere, Re ad manus vocata.) Nos quoque eodem modo dicimus, *Venir aux mains.* Sed pro Ad manus venire, dicitur etiam Manum s. Manus conserere, Congredi, Confligere. Thucyd. 3, [107] : Ἐπεὶ δὲ παρεσκεύαστο ἀμφοτέροις, ἦεσαν ἐς χεῖρας· 4, [72] : Ἀντεπεξελάσαντες δὲ καὶ οἱ τῶν Ἀθηναίων, ἐς χεῖρας ἦεσαν· 2, [3] : Προσέβαλλόν τε εὐθὺς καὶ ἐς χεῖρας ἦεσαν κατὰ τάχος. [Appian. Mithr. c. 2 : Περσέως καὶ Ῥωμαίων εἰς χεῖρας ἐπ' ἀλλήλους ἰόντων. Cum εἶναι Heliodor. 1, 32 : Ἤδη δὲ εἰς χεῖρας ὄντων ἀνέβόησέ τις. Herch.] Apud Eundem non infrequens est alterum, εἰς χεῖρας ἐλθεῖν. Dicit enim 4 : Βουλόμενοι ἐς χεῖρας ἐλθεῖν· 7, [44] : Ἀλλὰ καὶ ἐς χεῖρας ἀλλήλοις ἐλθόντες, μόλις ἀπελύοντο. At composito usus est Polyb., ex cujus primo libro [c. 78, 6] affertur, Συνῆλθον εἰς τὰς χεῖρας. (Ubi etiam observa articulum, si modo non suppositicius est.) Ultimum illud, εἰς χεῖρας συμμίξαι, cum dat. πολεμίοις, ap. Xenoph. extat Cyrop. 2, [1, 4]. Enimvero de hoc admonendus es, lector, εἰς χεῖρας ἐλθεῖν s. ἰέναι, alium præterea usum, s. potius alios præterea duos usus habere. Lucian. [Hermot. c. 49] : Καὶ ὅ,τι ἂν πρῶτον ἐς τὰς χεῖρας ἔλθῃ, τοῦτ' εἶναι τὸ ζητούμενον ὑπολαμβάνοντες, ad verbum, Et quod primum in manus venerit, id ipsum esse existimantes quod quæritur. Vel, Quod primum in manus inciderit. Aut etiam, mutata orationis forma, Quod primum nactæ manus fuerint. Sed observandum est, præfigi hic articulum. Alterius autem usus mentio fit in VV. LL. Ibi enim εἰς χεῖρας ἰόντα dicitur a Thuc. positum esse pro εἰς ὁμιλίαν καὶ δεξίωσιν φιλικήν : quoniam in congressu symbolum benevolentiæ est manus porrectio. Unde pro Congredi et coram agere, positum esse a Polyb. [5, 37, 11] : Μετὰ δέ τινας ἡμέρας ἐπιπλεῖον ἐλθὼν εἰς τὰς χεῖρας τῷ Σωσιβίῳ διὰ τοὺς ἵππους, In sermonem veniens s. In colloquium. Ita quidem illa de hoc loquendi genere; sed ego paulo aliter de his ll. sentio : quamvis ad priorem quod attinet, fatear expos. illam εἰς ὁμιλίαν καὶ δεξίωσιν φιλικὴν, niti auctoritate scholiastæ. Est autem ex l. 8, [c. 50] sumptus ille locus, qui totus ita scriptus est : Ὁ δὲ Ἀστύοχος τὸν μὲν Ἀλκιβιάδην, ἄλλως τε καὶ οὐκέτι ὁμοίως ἐς χεῖρας ἰόντα, οὐδὲ διενοεῖτο τιμωρεῖσθαι· ἀπελθὼν δὲ παρ' αὐτὸν ἐς Μαγνησίαν κτλ. Sed non video quid obstet quominus ἐς χεῖρας ἐλθεῖν dicamus eum qui prope accedit, adeo ut in manibus eum habeamus; aut etiam ad potestatem referamus, ut intelligatur de eo qui tam prope accedit, ut in potestate nostra esse queat. De illo autem altero loco qui ex Polyb. affertur, vix statui potest, nisi lectis iis quæ præcedunt et quæ item sequuntur : fortassis tamen possit et hic eodem modo ἐπιπλεῖον ἐλθὼν εἰς χεῖρας accipi de eo qui propius accesserit. Sunt porro alia quamplurima verba quæ huic accusativo χεῖρας sine præp. jungantur (quorum nonnulla illud idem loquendi genus efficiunt ad rem militarem pertinens, ex quibus est συμπλέκειν τὰς χεῖρας), sed ea suis singula locis quærenda, et ut spero, invenienda etiam, relinquam : i. e. unumquodque in unoquoque verbo.

‖ Venio ad reliquas præpositiones, quibus hic accus. junctus reperitur. [Παρὰ χεῖρα Tobias 11, 2 : Λάβε δὴ παρὰ χ. τὴν χολὴν τοῦ ἰχθύος, Ad manum, i. e. paratam, habe.] Dicitur ergo esse Ὑπὸ χεῖρα, i. e. Esse sub manu, interpretando ad verbum, qui est sub potestate, vel, sub imperio, sub ditione : unde ὑποχείριος. Ex Dem. in VV. LL. affertur, οἱ ὑπὸ χεῖρα ταπεινοί. Ibid. ex Polluce [2, 149] : Εἰς τοὺς ὑπὸ χεῖρα τὴν ὀργὴν ἀφῆκε, In suæ ditionis homines iram effudit. (Sed ex Dem. sumpta sunt illa verba, Philipp. [p. 74, 5].) Ex Phalar. Epist. [p. 320 : Ὡς Ἀκράγαντά μοι ὑπὸ χεῖρα πεποιήκεσαν,] ὑπὸ χεῖρα ποιεῖν, pro Ditioni suæ summittere. [Xenoph. Ages. 1, 22 : Τείχη τῇ φιλανθρωπίᾳ ὑπὸ χεῖρα ἐποιεῖτο. Ὑπὸ χεῖρα γίνεσθαι Dionys. A. R. 6, 19 : Τοὺς ταπεινωθέντας καὶ ὑπὸ χ. γενομένους. Plutarch. Mor. p. 68, E : Πατοῦσιν ὑπὸ χεῖρα καὶ ταπεινοὺς γεγενημένους κτλ. Et sic cum aliis verbis

multis vel additis vel intellectis. Callim. H. in Jov. 75 : Ὧν ὑπὸ χεῖρα γεωμόρος. Plutarch. Mor. p. 43, F : Μικροὶ καὶ ὑπὸ χ. φαίνονται τοῖς πολλοῖς· V. Dion. c. 48 : Δημοτικώτερον εἶναι τοῦ Δίωνος καὶ μᾶλλον ὑπὸ χεῖρα τοῖς πολλοῖς. Aristid. vol. 1, p. 426, 17 : Ἔχετε Λακεδαιμονίους ὑπὸ χεῖρα παρόντας. Heliodor. 2, 14 : Ἀνήρει ἀεὶ τὸν ὑπὸ χεῖρας γινόμενον. Πίπτειν ὑπὸ τὰς χεῖρας Polyb. 8, 20, 8 : Ἵνα πέσοι ὑπὸ τὰς τῶν ἐχθρῶν χ. ζωγρεία. Locutione magis poetica Pind. Pyth. 8, 110 : Ἄλλον δ' ὑπὸ χειρῶν μέτρῳ καταβαίνει, quod schol. exp. : Ἄλλοτε δὲ ὑποχείριον καὶ οἰκτρὸν καὶ ταπεινὸν ποιεῖ.] At ex Dioscoride 5, [85] affertur ὁ ὑπὸ χεῖρα pro Ministro. Interdum ὑπὸ χεῖρα dicitur esse, ut quidam volunt, Quod est præsens. Plutarch. [Mor. p. 56, A] : Εἰς τὸ παρὸν εἰσὶν οὗτοι καὶ τὰ ὑπὸ χεῖρα βλαβεροί. Sed videndum ne potius ὑπὸ χεῖρα tale quid significet quale apud Aristot., ubi dicit τὰς ὑπὸ χεῖρας χρείας, pro Familiaribus s. Quotidianis, et Vulgaribus, et passim occurrentibus. Alioqui ὑπὸ χεῖρα ab eod. Aristot. poni annotat Bud. pro Prompte : in qua potius signif. ad verbum reddi possit, non discedendo a Latini sermonis consuetudine. [Aristot. Meteor. 2, 9 : Οἷον ὑπὸ χ. ποιούσης ἀεὶ τῆς συγκρίσεως ἕκαστον αὐτῶν.] Affert idem ὑπὸ χεῖρα pro Statim, Confestim, Ipso momento, ex Plutarch. [Mor. p. 548, E] : Αἱ δ' ὑπὸ χεῖρα τοῖς τολμωμένοις ἀπαντῶσαι τιμωρίαι, καὶ τῶν μελλόντων εἰσὶν ἐπισχέσεις ἀδικημάτων. Huc autem pertinere videri queat Sub manum, quod apud Suet. legitur in Augusto : Quo celerius ac sub manum annuntiari cognoscique possit. Alioqui Sub manum alios etiam usus habet, ut apud Plaut. Milite, Succedit sub manum, quidam exp. Succedit feliciter. Habet vero ὑπὸ χεῖρα et tertium usum, ap. Lucian. [Hermot. c. 57], eundem sc. quem et ἐς χεῖρας in l. quem paulo ante protuli. Nam ut inde attuli supra, Καὶ ὅ, τι ἂν πρῶτον ἐς τὰς χεῖρας ἔλθῃ, sic affertur, Ὅ, τι ἂν πρῶτον ὑπὸ τὴν χεῖρα ἔλθῃ τῶν γραμματείων. [Hermas p. 26, 19 : Ἵνα ὑπὸ χεῖρα ἀναγινώσκῃς αὐτὰς (τὰς ἐντολὰς), καὶ συνηθῆς φυλάξαι αὐτάς (quo loco usus est Clem. Alex. p. 316)· ubi *subinde* vertit vetus interpres Latinus. Ib. p. 20, 32 : Τί σὺ ὑπὸ χεῖρα αἰτεῖς ἀποκαλύψεις; 32, 2 : Ἐὰν ὑπὸ χεῖρα ἁμαρτάνῃ. Plutarch. V. Arati c. 3 : Ὑπομνημάτων ἃ παρέργως καὶ ὑπὸ χ. διὰ τῶν ἐπιτυχόντων ὀνομάτων ἀμιλλησάμενος κατέλιπε.] Latini certe non hoc, sed illud loquendi genus exprimunt; dicunt enim aliquid Ad manum venire, non Sub manum. Liv. : Quod cuique trepidanti ad manum venisset. [|| Ὑπὸ χερσὶ Hom. Il. B, 374 : Χερσὶν ὑφ' ἡμετέρῃσιν ἁλοῦσά τε περθομένη τε· 860 : Ἀλλ' ἐδάμη ὑπὸ χερσὶ ... Αἰακίδαο. (Sine ὑπὸ idem ib. II, 854.) Od. Ω, 97 : Ζεύς μοι μήσατο ... ὄλεθρον Αἰγίσθου ὑπὸ χερσί.] Tertium autem est Ἀνὰ χεῖρα. Diciturque ἀνὰ χεῖρα esse quod expeditum ac in promptu est, ut Latine Ad manum, In manibus, esse. [Plutarch. Mor. p. 614, A : Ἐκ τῶν ἀνὰ χ. πραγμάτων· 920, A : Τὰς ἀνὰ χ. καὶ διὰ στόματος πᾶσι δόξας· 1127, D : Συνήθη καὶ ἀνὰ χεῖρα.] Unde apud Hermog. [p. 443] ἡ ἀνὰ χεῖρα ὁμιλία, Familiaris expeditusque sermo, s. Usitatus. [Sext. Emp. p. 230 : Τὰς ἀνὰ χεῖρα τῶν ἰδιωτῶν ὁμιλίας, ut ἐν ταῖς ἀνὰ χ. ὁμιλίαις p. 258.] Sic Aristoph. schol. dixit, Τῷ περὶ τὴν συνήθειαν καὶ ἀνὰ χεῖρας ἐχρήσατο, significare volens eum familiare s. consuetum vulgareque dicendi genus usurpasse. Aliter vero 2 Reg. 15, [18] : Ἀνὰ χεῖρα αὐτοῦ παρῆγον, pro Juxta eum ambulabant. Hæc ex VV. LL. At Cam. affert ἀνὰ χεῖρας pro In manibus, sed absque exemplo. [Polyb. 21, 4, 5 : Σέλευκος εὐθέως τοὺς περὶ τὸν Ἀρίσταρχον ἀνὰ χεῖρας εἶχε, τοὺς δὲ περὶ τὸν Ἡγίαν παρεώρα, i. e. Familiariter cum Aristarcho conversabatur.]

|| Quartum locum habet Κατὰ χεῖρα, quod ponitur pro χειρὶ, i. e. Manu, ut κατὰ χεῖρα ῥωμαλέος, Plut. De socr. dæm., i. e. χειρὶ ῥωμαλέος, Manu fortis, ut loquitur alicubi Ovid. Idem Plutarch. Fab. [c. 19] dixit, Κατὰ χεῖρα πλήκτης ἀνήρ. At vero ap. Hom., Νύξε δέ μιν κατὰ χεῖρα μέσην, reddes κατὰ χεῖρα non Manu, sed In manu. Cam. κατὰ χεῖρας interpr. Facile; sed nullum exemplum afferens. Quintum vero illud Μετὰ χεῖρας Idem interpr. In manibus et Inter manus : afferens hunc versum, Ante oculos interque manus sunt omnia vestras. Et ex Cæs. B. C. 2 : Atque hac agger inter manus proferebatur. Exemplum autem illius μετὰ χεῖρας ex Herodot. 7, [16, 2] : Ταύτην τὴν στρατηλασίην καὶ τὸ κάρτα εἴχομεν μετὰ χεῖρας, Habuimus in manibus expeditionem hanc vehementer, i. e. tractavimus. [Thucyd. 1, 138 : Ἃ μετὰ χεῖρας ἔχοι. Polyb. 15, 27, 29 : Μετὰ χεῖρας ἔχειν τὰς μάστιγας. Diodor. 18, 27 : Μετὰ χ. ἔχοντα σκῆπτρον.] A poetis autem μετὰ χερσὶν dici, docui in dat. Χερσί.

|| Dual. Τὼ χεῖρε nunc exemplis confirmandus est, antequam ad reliquas nominis hujus χείρ signiff. transeam. Possit enim quis mirari unde fiat ut, quum singularis et pluralis fem. genere usurpentur, et, quod magis etiam admiratione dignum est, dicatur ταῖν χεροῖν, passim tamen τὼ χεῖρε masculine positum occurrat. [Nescivit HSt. de quo hodie satis constat articulum dualem τὼ et τοῖν trium generum communem esse.] Thuc. 4 : Καὶ τὼ χεῖρε ἐς τοὐπίσω ξυμπλέκοντες. Xenoph. Cyrop. 2, [3, 5] : Τὼ χεῖρε προέχειν. Dem. [p. 580, 9] : Καὶ οὐκ ἐθέλεις ἔχειν παρὰ σαυτῷ τὼ χεῖρε. Athen. 10 : Καὶ τὼ χεῖρε συγκροτήσας. Itidemque ap. Lucian. Tox. [c. 26] : Τὸ μὲν πρῶτον ἡγανάκτει, καὶ τὼ χεῖρε συνεκρότει· Somn. [c. 6] : Τὼ χεῖρε τύλων ἀνάπλεως· (quum alibi ταῖν χεροῖν dixerit, non τοῖν χεροῖν : sc. ἐν ταῖν χεροῖν ἔχειν). Apud Hom. tamen legimus χεῖρε ἀμφοτέρας, non ἀμφοτέρους, Il. Φ, [115] : Ὃ δ' ἕζετο χεῖρε πετάσσας Ἀμφοτέρας.

|| Χείρ, ut Lat. Manus, et Gall. *Main*, non solum de hominis Manu dicitur, sed de ejus Scriptura, s. chirographo. Hyperides apud Pollucem [2, 152 : Χεῖρα ἐν τῷ ὑπὲρ Λυκόφρονος (in parte orationis perdita) καὶ τὸ ὑπὸ τῶν πολλῶν ὀνομαζόμενον χειρόγραφον ὠνόμασεν, εἰπών] Οὔτε τὴν ἑαυτοῦ χεῖρα δυνατὸν ἀρνήσασθαι, ut Gallice dixeris, *Il ne peut nier sa main*. [Ex eodem Hyperidis loco etiam apud Suidam s. v. Χεῖρα. Artemidor. 1, 42 : Χειρόγραφα δὲ (αἱ χεῖρες σημαίνουσιν) ὅτι καὶ αὐτὰ χεῖρες λέγονται. Charito 5, 7 : Προφέρεις ἐπιστολήν· ἐδυνάμην εἰπεῖν, οὐ γέγραφα· χεῖρα ἐμὴν οὐκ ἔχεις.] Cic. Ad Atticum : Quibus tibi videbitur velim des literas nomine meo. Nostri familiares signum requirent, aut manum. Dices iis me propter custodias ea vitasse. Idem in Ep. ad Fam. : Alexidis manum amabam. In hoc autem locó, qui ex Eodem ad illius signif. confirmationem affertur, Epistola librarii manu est, possumus voci huic suam primam signif. relinquere. Et quemadmodum non convenit illud exemplum, ita nec istud, quod pro voce χειρ affertur ex Paulo, Ad Gal. c. ult. [11] : Ἴδετε πηλίκοις ὑμῖν γράμμασιν ἔγραψα τῇ ἐμῇ χειρί. Χειρ δεξιὰ, inquit Cam., Manus scita, de operibus artificum, ut dicitur χειρ Πολυκλείτου, Polycleti statua : et χειρ Ἀπελλοῦ, Apellis tabula. Quæ exempla ex Polluce [2, 150] sumit, qui etiam scribit, χειρ ὀξιὰ ἐπὶ χειροτεχνίᾳ τινός. Sed minime placet quod idem Cam. affert exemplum ex Epigr. [Antiphili Anth. Plan. 136] : Τὰν ὁλοὰν Μήδειαν ὅτ' ἔγραφε Τιμομάχου χείρ· alienum enim est, sicut et illa, quorum modo mentionem feci. [Himer. Or. 21, p. 736 : Φειδίου καὶ τῶν ἄλλων δημιουργῶν τέχνας, ὧν αἱ χεῖρες ἐπὶ σοφίᾳ θαυμάζονται. Anth. Plan. 262 : Πραξιτέλους ... σοφαὶ χέρες; ut Ἡετίωνος γλαφυρᾶς χερὸς Theocr. Epigr. 7. LXX Sap. 13, 10 : Χ. ἀρχαίας, i. e. Veteris artificis. De manu emendatrice artificis et scriptoris Aristid. vol. 1, p. 229 : Ὥσπερ τὰ ἀγάλματα καὶ οἱ δι' ἀκριβείας λόγοι δευτέρᾳ καὶ τρίτῃ χερὶ καθίστανται, οὕτως ἄρα καὶ τὴν πόλιν τρίτῃ χειρὶ χρὴ κτισθεῖσαν ἀκριβῶσαι τὸ κάλλος.]

|| Χείρ quibusdam etiam brutis animantibus tribuitur. [Xenoph. Mem. 1, 4, 14 : Ὅσα χεῖρας μὲν ἔχει, ἄφρονα δ' ἐστί.] Apud Galen. De usu partium χειρ πιθηκεία, Manus simiæ. Elephanti quoque χεῖρα tribuunt (proprio nomine προβοσκίδα et προνομαίαν), ut Latini Manum, cum alii, tum Cic., Plin., Curtius. Ex Luciano [Philops. c. 7] de leone quoque, Χειρ ἡ δεξιά. Ex Plutarch. [Mor. p. 917, B] de urso, ubi quærit, Διὰ τί τῆς ἄρκτου φασὶ τὴν χεῖρα γλυκυτάτην. [Oppian. Cyn. 3, 144, de urso : Χεῖρες χερσὶ βροτῶν ἴκελαι. Muri χεῖρες tribuuntur in Batrachom. 85. Eustath. Opusc. p. 314, 10 : Ἐδόκει τὸ τολμώμενον ὑπερβαίνειν χεῖρα μυός· δώσεις γάρ μοι καὶ χεῖρα προσπλάσαι τῷ παλαμναίῳ κτλ.] Quod si ad similitudinem formæ respicimus,

majori cum ratione primum quidem simiæ, deinde autem urso, quam ulli alii animanti appellatio illa conceditur. Nec certe ad eam ullo modo respici putandum est quum elephanti proboscis isto nomine vocatur, sed ad usum quem ea illi præstat. Dici autem χεῖρα de arboribus quoque ap. Theophr. H. Pl. 3, in VV. LL. annotatur.

‖ Χεὶρ σιδηρᾶ ap. Thuc. [4, 45 et 7, 65 : Ἡ ἐπιβολὴ τῶν σιδηρῶν χειρῶν· quæ navibus injiciebatur retinendi caussa], ut Lat. Manus ferrea. [Diodor. 13, 16 : Σιδηρᾶς χεῖρας ἐπιβάλλοντες (ταῖς ναυσί)· et ib. 50, 67, 99; 17, 44. Appian. Syr. c. 22. Alia multa collegerunt Scheffer. De militia navali 2, 7, et Olearius ad Philostr. p. 792, collatis etiam scriptorum Latinorum locis. Ab Pericle hoc instrumentum inventum esse narrat Plin. H. N. 7, 57. De ancora Philipp. Anth. Pal. 6, 38 : Ἄγκυράν τε νεῶν στιβαρὴν χέρα.] Vide Χειροσιδήριον [quod ap. Polluc. 2, 152, ex χεὶρ σιδηρᾶ corruptum legebatur. ‖ I. q. χειρὶς, Manica. Pollux 1, 135 : Τὰ περὶ τὰς χεῖρας προβλήματα ὁμοίως τῷ μέρει χεῖρες καλοῦνται. Xenoph. De re eq. 12, 5 : Ἀριστερὰ χεὶρ ... ταύτῃ ἐπαινοῦμεν τὸ ηὑρημένον ὅπλον, τὴν χεῖρα καλουμένην.]

[‖ Χεὶρ, Manipulus, Quantum manus caput. Phœnix ap. Athen. 8, p. 359, F : Χεῖρα πρόσδοτε κριθῶν.]

‖ Χεὶρ, Manus, Manus militaris. Bud. ex Plut. : Ἐν ἡμέραις ὀλίγαις χεῖρα μεγάλην ἤθροισε. Ex Eodem : Σὺν χειρὶ πολλῇ τοῦ Κλωδίου ἐκράτησε. Et ex Greg. Naz. : Ἐκ τῆς περὶ αὐτὸν χειρὸς τῆς κακίας ἄρχεται. Sic vero et ap. Herodian. legimus, 3, [14, 2] : Δεῖσθαι τοίνυν χειρὸς πλείονος πρὸς βοήθειαν τοῦ τόπου, Majore manu, vel militum numero opus esse. Sed possumus ex antiquioribus etiam scriptoribus signif. hujus exemplum afferre; atque adeo ex Thuc. 3, [96] : Ἐπειδή τε ὁ στρατὸς ἐσεβεβλήκει, πολλῇ χειρὶ ἐπεβοήθουν πάντες. [Æsch. Suppl. 958 : Δεδωμάτωμαι δ' οὐδ' ἐγὼ σμικρᾷ χερί. Eur. El. 629 : Οὐδεὶς παρῆν Ἀργεῖος, οἰκεία δὲ χείρ. Xenoph. OEc. 21, 8 : Μεγάλῃ χειρὶ ... πορεύεσθαι. Polyb. 1, 44, 7 : Μεγάλην ἐλπίδα καὶ χεῖρα προσειληφότες. Polyæn. 4, 2, 21 : Οὐκ ὀλίγην χεῖρα συμμάχων· 4, 2, 1 : Ἦν γὰρ αὐτῷ χ. ὀλίγη· 1, 5 : Σὺν πολλῇ χειρὶ ἐπελθόντος. Lucian. Tox. c. 50 : Χεῖρα οὐ μικρὰν περιβεβλημένος.] Quibus in ll. non Manus militaris, sed simpliciter Manus Latine dici debet. Ac certe illud adj. Militaris, duntaxat ad distinguendam hanc signif. ab aliis, additum a Bud. esse existimo. Possumus alioqui χεῖρα reddere etiam Milites, ut in illo Herodiani loco redditum a me fuit. Pollux hujus significationis exemplum afferre volens dixit χεὶρ στρατιωτικὴ, et πολλῇ χειρὶ, Lat. Magna s. Ingenti manu. Malim autem in interpretandis hisce verbis χεὶρ στρατιωτικὴ uti Latinis illis Manus militaris, quam dicere Manus bellica, licet hoc ex Ovidio ad Pisonem (si modo illius est hoc poema) afferatur. Sed Manus militum magis etiam placet quam Manus militaris. At certe illud adj. στρατιωτικὴ videri et ipsum queat ad distinguendam hanc χειρὸς signif. adjectum esse. Possit vero χεὶρ reddi etiam Copiæ, Vires, ut Cam. ex Polyb. 1 affert, Προσγενομένης αὐτῷ τῆς χειρὸς ταύτης, pro Auctus his viribus. Ex Eodem [1, 26, 5] ἄρισται χεῖρες, qui pluralis diligenter notandus est, pro Copiæ præclaræ. [Id. 3, 89, 9 : Ἦν δὲ τὰ προτερήματα τῶν Ῥωμαίων ἀκατάστατος χορηγία καὶ χειρῶν πλῆθος, ut ἄφθονοι χορηγίαι καὶ χεῖρες 3, 79, 3. 3, 10, 6 : Ταύταις ταῖς χερσὶ πιστεύσαντες· 12, 4, 13 : Ὁ πλείονας ἔχων χεῖρας. Soph. OEd. T. 123 : Οὐ μιᾷ ῥύμῃ κτανεῖν νιν, ἀλλὰ σὺν πλήθει χερῶν.] Ex Herodoto autem [8, 140, 2] : Χεὶρ βασιλῆος ὑπερμήκης, pro Immensa regis potentia, ut Ovid. dixit Longas regibus esse manus. Ex Hom. denique Il. O, [695] : Τὸν δὲ Ζεὺς ὦρσεν ὄπισθε Χειρὶ μάλα μεγάλῃ, pro Magna vi. [Herodot. 7, 20 : Χειρὶ μεγάλῃ πλήθεος. Soph. El. 1091 : Ζώης μοι καθύπερθεν χειρὶ καὶ πλούτῳ τεῶν ἐχθρῶν ὅσον νῦν ὑπόχειρ ναίεις· 456 : Ὀρέστην ἐξ ὑπερτέρας χερὸς ἐχθροῖσιν ... ἐπεμβῆναι ποδί. Eur. Hel. 1524 : Οὐ γὰρ ἐλπίσων εἶσω βέβηκα μίαν ὑπερβαμεῖν χέρα τοσούσδε ναύτας. Suspectum est quod apud Æschylum legitur Suppl. 508 : Β. Κλάδους μὲν αὐτοῦ λεῖπε, σημεῖον πόνου. Χ. Καὶ δή σφε λείπω χειρὶ καὶ λόγοις σέθεν· ubi Valcken. recte corrigere videtur χειρία λόγοις σέθεν. Nam valde diversum est quod Eur. dixit Phœn. 312 : Πῶς ... χερσὶ καὶ λόγοισι ... τέρψιν παλαιᾶν λάβω χαρμονᾶν.]

‖ Χεὶρ et Emplastri nomen est, quod quinque pharmacis, ut manus digitis, constat, inæqualibus etiam ponderibus, Gorr. [V. Alex. Trall. 6, p. 275.] ‖ Χεὶρ a quibusdam dictus est etiam ὁ διψακὸς, ut idem Gorr. refert ex Diosc. [3, 13.]

[Χειρ. in lapidibus comp. scripturæ pro χειροῦργος. Franz. Elem. epigr. gr. p. 373. Hase.]

COMPOSITA IN QUIBUS AMISSA EST VOCALIS SYLLABÆ POSTERIORIS χειρὸς S. χειρί : AUT, SI MAVIS, IN QUIBUS SERVATUR DUNTAXAT PRIOR SYLLABA.

Χειράγρα, ἡ (q. d. Manuum captio s. captura), Articularis morbus, qui manus velut captas et irretitas tenet. Sicut Ποδάγρα, Articularis morbus, qui pedes veluti captos et irretitos tenet. Χειράγρα, inquit Gorr., dicitur Arthritis quæ manuum articulos occupavit. Nec vero Morbus ipse tantum sic appellatur, quum viget et dolorem facit, sed ipsa etiam Articulorum contorsio et imbecillitas post morbum relicta. Tophis enim articuli manent intercepti. Nam id significat ἡ ἄγρα τῆς χειρός : quamvis alii χειράγραν, quasi χείραλγαν, derivari malint ἀπὸ τοῦ ἄλγήματος. Idem Gorr. in Ποδάγρα, Nihil aliud est ποδάγρα, inquit, quam Arthritis pedum. Quum enim pedum tantum articulos noxius humor infestat, articularis quidem morbus fit, sed qui nomen ab affecta parte accipiat. Sic si manuum articulos idem morbus occupet, χειράγρα vocatur. Hæc ille. Quod autem ad duplicem illam deductionem attinet, sc. vel ἀπὸ τοῦ ἀλγήματος, s. potius ἄλγους, vel ἀπὸ τῆς ἄγρας, non dubito quin hæc posterior genuina germanaque sit; nam præterquam quod optima cum ratione morbus hic ἄγρα τῶν ποδῶν vocari potest, utpote eos ἀγρεύων, quoniam velut captos, uti dixi, constrictosque et irretitos tenet, possit etiam metaphora ab altera nominis ποδάγρα signif. sumpta videri, qua sc. dicitur de pedicula s. tendicula quæ ferarum pedes illaqueat. Usurpatum autem fuit prius ποδάγρα, deinde vero et vox χειράγρα illius exemplo formata fuit. Hæc autem ideo hic tracto de anticipiti (ut quidem nonnulli putant) derivatione, quod in Ἄλγος de iis non egerim, sicut in Ποδάγρα posito inter derivata ab ἄγρα, pollicitus fueram. Nec vero quenquam movere debet ποδαλγία et ποδαλγικός : hic enim non positum est λ pro ρ, sed λ ab ἄλγος accipit : sicut ποδάγρα et ποδαγρικὸς accipiunt ρ a nomine ἄγρα. Non ignoro alioqui, quod a schol. Aristoph. scribitur initio Commentarii in Plutum, sc. dici ποδαργία Attice pro ποδαλγία, mutato λ in ρ : et talem esse in voce Ἀργαλέος mutationem elementi; dici enim ἀργαλέος pro ἀλγαλέος, Attice. Sed cur non potius ab ἔργον deduci, et ἀργαλέος quasi ἐργαλέος dici putabimus? Quod vero ad accentum illarum vocum attinet, melius scribi puto χειράγρα et ποδάγρα paroxytone quam χείραγρα et πόδαγρα. Quum autem mihi nunc in mentem veniat vox Chiragra primam correptam apud Latinos poetas habens, hac etiam de re dicam quod sentio. Quum nullum non solum hujus compositi, sed nec alius cujusquam exemplum inveniam talem scripturam habentis, sc. ι pro ει, nec vero vox ipsa simplex in obliquis amittat ε, et servet solum ι, sed potius pro ει retineat duntaxat ε, quum correptione opus est; eo propemodum adducor, ut suspectos eos locos habeam, in quibus Chiragra scriptum est, et Cheragra germanam scripturam esse autumem.

[Χειραγρὸς, ὁ, ἡ, Qui laborat chiragra, Chiragricus. Incert. ed. a Daremb. *Notices et extr. des Mss. médicaux* part. 1, p. 43, 28 : Ἀλοιφὴ εἰς ποδαγρικοὺς καὶ χ. Hase.]

Χειρᾰγωγέω, Manu duco, ut cæcus duci solet. Plutus cæcus ap. Lucian. [Tim. c. 30] dicit Mercurio : Εὖ ποιεῖς, ὦ Ἑρμῆ, χειραγωγῶν· ἐπεὶ, ἦν γε ἀπολίπῃς με, Ὑπερβόλῳ τάχα ἢ Κλέωνι ἐμπεσοῦμαι περινοστῶν. Apud Eundem [Philops. c. 10] : Ἆρα καὶ ἐχειραγώγει τὸν δράκοντα, ἤδη, ὡς φῄς, γεγηρακότα; Greg. Naz. [t, 1, p. 547, C] : Ὥσπερ τυφλὸν χειραγωγῶν. [Et sic alii quo-

que cum accus., ut Posidon. ap. Athen. 5, p. 211, F : Τὸν δεσπότην μετὰ τῆς μητρὸς ἐχειραγώγει. Plut. V. Cleom. c. 38. Lucas Act. 9, 8. Improprie Heliod. 6, 22 : Κυβερνήτου τὴν ὁλκάδα χειραγωγοῦντος. Herodian. 4, 2, 15 : Τὰ φρυκτώρια ... νύκτωρ διὰ τοῦ πυρὸς ἐς ἀσφαλεῖς διαγωγὰς τὰς ναῦς χειραγωγεῖ. Hierocl. ap. Stob. Flor. 75, 74 : Πάππος ὑπὸ σφετέρων ἐκγόνων χειραγωγούμενος (ut παίδων χειραγωγούντων τοὺς γονεῖς ap. Muson. ibid. 75, 15 extr.) et Phintys 74, 61, p. 445, 21, μετὰ θεραπαίνας μιᾶς χειραγωγουμέναν. Schol. Hom. Il. B, 662. Argum. Soph. OEd. Col. Lucas Act. 22, 11.] Dicitur etiam metaphorice, inquit Bud., de fortuna, quæ viam patefacit hominibus felicibus, quasique viam præit ad ornamenta magnaque fastigia assequenda. Herodian. 6, [8, 3] : Κατ' ὀλίγον αὐτὸν χειραγωγούσης τῆς τύχης. Affert alium Ejusdem locum, in quo passiva voce Χειραγωγοῦμαι utitur, 7, [1, 6] : Τεθρύλλητο γὰρ παρὰ πᾶσιν ὅτι ἐπιδοὺς ἑαυτὸν εἰς εὐτελῆ καὶ ἐπιχώριον στρατείαν, ὑπὸ τῆς τύχης ἐπὶ τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν κεχειραγώγητο. Vertit autem illo in loco Polit. χειραγωγούσης τῆς τύχης, Fortuna quasi manu ducente ac prævia. Alium metaphoricum usum huic verbo dedit Alex. Aphr. Præf. Probl. : Χρὴ καὶ τοῖς κατὰ μέρος χειραγωγεῖν τὸν διδασκόμενον, ubi reddere possis, metaphora itidem utens, Viam præire. Polit. ita, Sed tanquam manu ducendus qui eruditur. Redditur et hoc modo, Singularum rerum tractatione animus auditoris regendus est. Ex Heliod. autem affertur, [1, 30 : Ἀπὸ τῆς φωνῆς ἐπ' αὐτὴν χειραγωγηθείς· et 5, 2 : Ἐπὶ τὸ δωμάτιον] ὑπὸ [τοῦ] θρήνου χειραγωγούμενος, pro Abreptus luctu et quasi manu ductus. Sed non bene conveniunt inter se Abreptus et Manu ductus. [Olympiod. In Plat. Alcib. p. 80 : Διὰ τοῦ τῶν Μουσῶν ὀνόματος χειραγωγούμενος. Τὴν εὕρεσιν μνήμῃ χειραγωγεῖν Plutarch. Mor. p. 48, B. Τὴν ψυχὴν χ. ἐπὶ τὸ ζητεῖν τὰ ὄντα Maxim. Tyr. p. 177. Angl. Anna Comn. Alex. vol. 1, p. 22, 14 Bonn. Alex. Comn. Novell. ap. Zachar. Del. hist. juris græcorom. p. 127, 1. Jo. Damasc. t. 1, p. 389, E; 263, D, πίστει χειραγωγούμενος· 144, A, ἐκ τούτων ἐπὶ τὴν θείαν οὐσίαν χ. Hase.]

‖ Χειραγωγεῖν Aristot. dixit etiam de eo qui instrumenta musica pulsat, inquit Bud., locum tamen non indicans. Tunc certe χειραγωγεῖν fuerit, non χειρὶ ἄγειν, sed χεῖρα ἄγειν, i. e. non Manu ducere, sed Manum ducere. Sed hoc vereor ut Latine dici possit; at Gallice omnino ad verbum aptissime reddideris, *Mener la main*. Dicimus enim, *Mener la main doucement*, de eo qui instrumentum musicum pulsat.

[Χειραγώγημα, τὸ, Manuductio. Κούφισμα per χ. exp. schol. Eur. Phœn. 855.]

[Χειραγώγησις, εως, ἡ, idem. Nicet. Chon. Hist. p. 291, A : Παρ' οἰκείων ὀφθαλμῶν χειραγώγησιν ἐφαντάζετο.]

Χειραγωγία, ἡ, Actio illa ducendi manu, s. deducendi. A Suida exp. βοήθεια [quod omittunt libri optimi], Auxilium, Adjumentum. [Longus 4, 12 : Ἀνδρὸς, οὐ παιδὸς, πρὸς χειραγωγίαν δεόμενος. Eustath. Opusc. p. 388, 40 : Εἰς ἀντιληπτικὴν χ. εὔδρομος. G. D. Theod. Prodr. 9, p. 394 : Θεῶν πρόνοια ... τῷ ξύλῳ διδοῦσα χειραγωγίαν. Herch. Proprie Iamblich. V. Pythag. p. 19, 3 Westerm., τὴν τῶν ναυτῶν ὑπέρεισιν καὶ χ. Figurate Basil. t. 2, p. 963, A. Gregor. Naz. t. 1, p. 62, C; 787, C. Greg. Nyss. t. 1, p. 84, D; 499, B; 557, D; 689, D; t. 3, p. 82, C; 189, D. Jo. Damasc. t. 1, p. 320, D. Phot. Epist. p. 103, 33; 197, 25; 358, 7; 1, 16, ἀπλανὴς καὶ σωτήριος χ. Nicetas Paraphr. Greg. Naz. p. 24, 22 Dronk., ποδηγία καὶ χ. πρὸς τὴν σωτήριον πίστιν. Aristeas De legis transl. p. 882, E, σὺν χ. Θεοῦ. Hase.]

Χειραγωγὸς, ὁ, ἡ, Qui manu ducit, ut cæcum ducere solemus, cui viam præimus : unde exp. ὁδηγὸς τοῦ τυφλοῦ. [Plutarch. Mor. p. 1063, B : Ὥσπερ τυφλοὶ χειραγωγοῖς χρῶνται. Ὑφηγητὴς per χ. exp. schol. Soph. OEd. C. 502. Philostr. p. 737 : Χ. ἑαυτοῦ τὴν παῖδα ἐποιεῖτο.] Sic Paulus [Elymas] excæcatus, Act. 13, [11] : Περιάγων ἐζήτει χειραγωγούς. Sic Plutarch. in lib. in quo disputat, Εἰ πρεσβυτέρῳ πολιτευτέον [p. 794, D], scribit, Ἀναθέντα χειραγωγοῖς αὐτὸν, ἢ φοράδην κομιζόμενον· dicit enim χειραγωγοῖς propter Appium Claudium, de quo postea loquitur. Sed qui senem deducit, non quidem cæcum, sed alioqui debilem, possit χειραγωγὸς appellari. Videtur enim Pollux [3, 12] latius hujus nominis signif. extendere, quum hæc simul ponit, Διάδοχοι, Κληρονόμοι, Χειραγωγοὶ, Νοσοκόμοι, etc. [Fortuna βίου τυφλὴ χειραγωγὸς ap. Plutarch. Mor. p. 98, B. Scriptor Compar. Menandri et Philem. p. 358, post locum ex Philemone : Ἔχει γὰρ χειραγωγὸν τὸν πλοῦτον ὁ γέρων. Heliodor. 1, 5 : Καινόν τινα χειραγωγὸν αὐτῷ τὸν δεσμὸν τοῦ ποδὸς ἐπιστήσας. Unde ap. Eustath. p. 160, 15 : Ὅμοιον τῷ χειρονομεῖν σκέλεσι (quod Herodotus dixit) τὸ καθ' Ἡλιόδωρον χειραγωγὸν εἰπεῖν ἱμάντα τὸν ἐκδεδεμένον ποδός.] Generaliter certe pro Deductore s. Duce interdum ponitur, ut quum scribit Dionys. Areop., de Paulo : Ὁ κοινῶς ἡμῶν ἐπὶ τὴν φωτοδοσίαν χειραγωγός. [Proprie Philostr. p. 310, 4 Westerm. Figurate Theophyl. Simoc. Hist. p. 28, 18 Bonn. Leont. Neap. Vita Sym. Sali Actt. SS. Julii t. 1, p. 145, B. Anon. Cat. in Psalm. t. 1, p. 598, C. Herm. Trismeg. Pœmand. p. 54, 11 Parthey : Ζητήσατε χ. τὸν ὁδηγήσοντα ὑμᾶς ἐπὶ τὰς τῆς γνώσεως θύρας. Hase.]

[Χειραδίας. V. Χιράς.]

[Χείρακρα, τὰ, i. q. αἱ χεῖρες ἄκραι. Adamant. Physiogn. 2, 15, p. 388, in lemmate : Περὶ ὠλενῶν καὶ πήχεων καὶ χειράκρων. Sed codex Sylb. χειρῶν καὶ ἀκρῶν, ut χειρῶν ἀκρῶν scribendum videri posset, nisi totum illud καὶ ἀκρῶν supervacaneum esset. G. Dind.]

[Χειραλγία, ἡ, Manuum dolor, Chiragra. Joann. Chrys. In Jo. hom. 22, vol. 2, p. 644, 41 : Καρηβαρίαι, καὶ ἀμβλυωπίαι, καὶ χειραλγίαι, καὶ τρόμοι, καὶ παρέσεις, καὶ ἕκτερος. Seager. Id. Chrys. t. 2, p. 927, B : Φθόη, καὶ κορύζαις, καὶ ποδαλγίαις, καὶ χειραλγίαις. Hase.]

[Χειραλγοποδάγρα, ἡ, Chiragra et podagra. Mazaris in Anecd. meis vol. 3, p. 140, 6. Boiss.]

[Χείραλγος, ὁ, Manuum dolore laborans. Ephr. Syr. p. 149, 33. Hemst. Georg. Al. Vita Chrys. t. 8, p. 255, 18, εἰσήγαγόν τινα πόδαλγον καὶ χ. Hase.]

Χειραλειπτέω, Manus ungo. Ex consequenti autem, Manum exerceo, Me exerceo; vide exemplum apud Suid. [qui χειραλειπτήσας exp. ἀσκήσας τὴν χεῖρα in loco Diodori Exc. p. 513, 83, unde correctum est quod apud Hœschelium legebatur χειμαλειπτήσας.]

[Χειράμαξα, ἡ, Currus qui manu ducitur. Herodotus Oribasii p. 117 Matth. (520 ed. Daremb.).]

[Χειραμάξιον, τὸ, dimin. a χειράμαξα, Gallice *Brouette*. Petron. Satyr. c. 28.]

[Χειραπλόω, Manus porrigo. Athanas. vol. 2, p. 421, A : Τῷ πρεσβύτῃ χειραπλοῦντι τοῦτο ἐπιδίδωσιν.]

[Χειραπτάζω.] Habent VV. LL. etiam Χειραπτάζω, quod exp. Tracto. Malim, Manu contrecto. [Herodot. 2, 90 : Ἀλλά μιν οἱ ἱρέες ... χειραπτάζοντες θάπτουσι· ubi codex unus χειραπάζουσι.] Fit autem χειραπτάζω tanquam ex χειράπτομαι. [Cum ἀνδραπτάζω comparavit Lobeck. ad Phryn. p. 609.]

[Χειραπτέω, idem. Phot. Bibl. p. 67, 14 : Τυχεῖν δέ φησι τοῦ βαπτίσματος ... τελέσαντος, ἀλλ' οὐ ... τῶν αἱρετικῶν τινὸς χειραπτήσαντος. Χειραπτοῦμαι ex Theod. Prodr. fol. 76 affert Bast. Ab hac verbi forma derivatum adjectivum Ἀχειράπτητος, quod v. G. D. Χειραπτεῖν Theod. Balsamo Expos. canon. p. 5, F. Hase.]

[Χείραργος, ὁ, ἡ, Manu segnis. Κολόχειρ per χ. exp. Hesych.]

[Χειραρσία, ἡ, Elatio manuum. V. de hoc voc. A. Rechenberg. Exercitt. ed. Lipsiæ 1707, p. 145—163 in dissert. inscripta : De χ. orantium. Hase.]

[Χειράς. V. Χιράς.]

[Χειραφεσία, ἡ, Emancipatio, Gl.]

[Χειραφετέω, Emancipo; Χεραφιᾶται, Emancipatur, Gl.]

Χειράφετος, ὁ, ἡ, Manu missus, Emancipatus [Gl.]. Affertur ex Suida. Videtur autem factum esse ad exprimenda illa vocabula Latina, Manu missus.

Χειραψία, ἡ, vox facta ex dativo χειρὶ et verbo ἅψασθαι i. e. Manu tangere, s. attingere. Bud. ap. Plutarch. [Mor. p. 234, D] Luctæ genus esse tradit : Ἐν χειραψίᾳ περικρούοντος, προστραχηλίζοντος κενοσπούδως, καὶ ἐπὶ τὴν γῆν κατασπῶντος. [Quod p. 186, D, dixit : Ἀλκιβιάδης ἔτι παῖς ὢν ἐλήφθη λαβὴν ἐν παλαί-

στρᾳ· et in V. Alcib. c. 2 : Ἐν τῷ παλαίειν πιεζόμενος ὑπὲρ τοῦ μὴ πεσεῖν ἀναγαγὼν πρὸς τὸ στόμα τὰ ἄμματα τοῦ πιέζοντος οἷος ἦν διαφαγεῖν τὰς χεῖρας. Schneid.] Ex Eodem affertur in VV. LL. pro Quodam palæstrico manuum nexu, quo se mutuo consertis manibus apprehendunt, ita se exercentes. Remittuntque ad Galen. De san. tuenda. Annotant dici etiam de pugna, quum ad manus ventum est, et res manu conserta geritur, ex Polyb. : Αἱ διὰ τῶν χειρῶν πράξεις ἄπαυστοι ἐγίνοντο, καὶ πειρασμοὶ, καὶ χειραψίαι καὶ πεζῶν καὶ ἱππέων. Cam. χειραψίαι, Conatus et aggressiones, ut in præliis, quum res ad manus pervenit. Apud Medicos autem χειραψίαν esse annotant Levem frictionem, quæ fit suspensa manu et leviter attingendo : quam a Cælio Aurel. Chron. 1, 4, Manutigium vocari. [Idem Acut. 3, 18.]

[Χειρίω. V. Χειριάω.]

[Χειρέας, ὁ, Chireas. X. Ἑρμογένους Γαργήττιος inscr. 620[b] ap. Bœckh. vol. 1, p. 915.]

[Χειρέδιος, ὁ, Chiredius, n. pr. ap. Dionys. schol. Anth. Pal. 7, 573 : Χειρεδίου τόδε σῆμα, τὸν ἔτρεφεν Ἀτθὶς ἄρουρα, εἰκόνα ῥητήρων τῆς προτέρης δεκάδος.]

[Χειρεκμαγεῖον, τὸ, Mantela, Mappa, Gl. Apollon. Dysc. Hist. Mir. c. 36, p. 81 : Ἐπιφύσεις ἔχει ἐριώδεις καὶ χροώδεις, ἐξ οὗ νήθεται καὶ ὑφαίνεται χειρεκμαγεῖα.]

[Χειρέμβολον, τὸ, ap. Ulpian. in l. 1 D. Naut. caup. stab., et l. 53 Basil. tit. 1, nauticorum vox vulgaris, apud quos χειρέμβολον facere dicitur exercitor aut magister navis, si traditam sibi rem aut mercem statim dederit in manum custodis aut dictarii, quasi avertens a se custodiæ periculum idque in illum omne transferens. V. Cujac. Observ. 27, 31, et Alciati Parerga. Ducang.]

[Χειρεπιθεσία, ἡ, Manus impositio. Euseb. Hist. Eccl. 6, 43, p. 243. « Cornel. in Routhii Reliquiis SS. vol. 3, p. 11. » Boiss.]

[Χειρεργάτης, ὁ, Qui manu operatur. Lex. Ms. cod. Par. Reg. 2562, fol. 232 verso : Πένης δὲ ὁ χ. καὶ τέχνης τινὸς ἔμπειρος. Osann. Tzetz. Hist. 10, 779 : Τρέφειν αὐτὸν δυνάμενος ὡς πᾶς τις χ.]

[Χείρεργον, τὸ, Opus manuum, in Prato Spirituali Jo. Moschi c. 13, p. 1062 : Τὸ ἐμὸν χ. τρέφει με. Suic. Moschus ib. c. 130 : Νυνὶ δὲ πράττω ἐπὶ ἡμῶν χύτρα καὶ χ. Ducang. Basil. t. 2, p. 245, D, ubi cusum, ἐν χειρεργίῳ. Hase. Conf. Ἐργόχειρον.]

[Χειριάω. HSt. post ea quæ de v. Χιρόπους s. Χειρόπους, dixit :] Idem [Camerar.] verbum Χειριᾷν, ipsius Pollucis [2, 152] expositionem sequens, interpr. Ruptas manus esse, Rimas in pedibus esse. Sed Pollux non solum dicit χειριᾷν vocatum fuisse τὸ κατερρῆχθαι τὰς χεῖρας, verum addit præterea, ἢ ἀλγεῖν ἐκ κόπου. [Codices Pollucis plerique, ut videtur, χειρᾶν, quod fortasse præferendum, ut similium verborum comparatione ostendit Lobeck. ad Phryn. p. 80.]

Χειρίδιον, τὸ, dimin., si quidem ab illo χειρὶς fuerit, Parvam manicam significabit; sin a χεὶρ, Parvam manum significaturum esse patet. Sed formationis analogia potius a χειρὶς quam a χεὶρ deducere videtur. [Manicillium, Manciola; Χείριον, Manicula, Gl. Doroth. Doctr. p. 755, B : Διὰ τί φοροῦμεν κολόβιον μὴ ἔχον χειρίδια, τῶν ἄλλων ἐχόντων πάντων χ.; Antyll. ap. Oribas. t. 1, p. 494, 10 Daremb., ξηραὶ τρίψεις διά τε σινδόνων ἢ χ.· ad quem l. conf. annot. ibid. p. 657. ‖ I. q. χείρ. Actt. Apost. apocr. ed. Tischendorf. p. 20, 11. Hase.]

[Χειριδόω. Κεχειριδωμένος, Manicatus, Gl.]

[Χειριδωτὸς, ἡ, όν. HSt. s. v. Χειρίς :] Hinc Χειριδωτὸς, vel Χειροδωτὸς, quam tamen scripturam suspectam habeo. ‖[Simili vitio ap. Joseph. A. J. 7, 8, 1 : Ἐφόρουν αἱ τῶν ἀρχαίων παρθένοι χειροδέτους ἄχρι τῶν σφυρῶν πρὸς τὸ μὴ βλέπεσθαι χιτῶνας· ubi χειριδωτοὺς correxit Schotanus.] Est autem χειριδωτὸς dictus χιτὼν, Tunica χειρίδας habens, i. e. Manicas, Manicata tunica, vel Mannleata, ut ex Plauto. Pollux [7, 58] χειριδωτὸν χιτῶνα fuisse dicit τὸν κατὰ τοὺς ὤμους ἐναπτόμενον [Sine interpret. idem 2, 151. Mœris p. 64 : Ἀμφιμάσχαλος χιτὼν Ἀττικοὶ, χειριδωτὸς Ἕλληνες] : at Gellius 7, 12, ἐξωμίδας Vestes dictas fuisse scribit, substrictas et breves tunicas circa humerum desinentes. Idem, Tunicis, inquit, uti virum prolixis ultra brachia, et usque in primores manus, ac prope in digitos, Romæ atque omni in Latio indecorum fuit. Eas tunicas Græco vocabulo nostri χειριδωτοὺς appellarunt. Ibid. habes ex quodam P. Africani loco, Chiridota tunica. Ex Lampridio autem affertur et Chirodotæ vestes. [Et *Chirodota tunica* ap. Capitol. in Pertin. c. 8. Herodotus 7, 61 : Κιθῶνας χειριδωτοὺς, ποικίλους, λεπίδος σιδηρέης ὄψιν ἰχθυοειδέος. Heliodor. 9, 15 : Χ. χιτὼν ἀπ' αὐχένος εἰς γόνυ καθειμένος. Philostr. Imag. p. 804 : Αἰδοῖ τοῦ γυμνοῦσθαι πρὸς τοὺς παρόντας ἔσταλται χ. φοινικῷ. Strabo 15, p. 734 : Χιτὼν δὲ (τοῖς τῶν Περσῶν ἡγεμόσι) χ. διπλοῦς ἕως γονάτων. Symm. Genes. 37, 3, et Sam. 2, 13, 8.] Apud Herodian. iidem χιτῶνες sunt χειριδωτοὶ et ποδήρεις, 5, [3, 12] : Προήει τε [Heliogabalus] σχήματι βαρβάρῳ χιτῶνας χρυσοϋφεῖς καὶ ἁλουργεῖς χειριδωτοὺς καὶ ποδήρεις ἀνεζωσμένος, Tunicas indutus intextas auro, ac manuleatas, et ad pedes usque demissas. Ib. [5, 20] : Ἀνεζωσμένοι οἱ μὲν χιτῶνας ποδήρεις καὶ χειριδωτοὺς, νόμῳ Φοινίκων, ἐν μέσῳ φέροντες μίαν πορφύραν. [Inter Romanos imperatores primus, ut videtur, Commodus χειριδωτὸν χιτῶνα σηρικὸν sumsit, ut est ap. Dion. Cass. 72, 17. Jacobs.] Ceterum pro χειριδωτὸς dicitur etiam Χειρωτὸς, si modo non mentitur Suidas, vel potius, si non mentiuntur ejus exempll. Legimus enim apud eum, Χειριδωτὸς, ὁ χειρωτὸς, et χειριδωτὸς χιτὼν, ὁ χειρίδας ἔχων. Sed suspecta redduntur illa priora verba χειριδωτὸς, χειρωτὸς, vel ab his posterioribus, καὶ χειριδωτὸς χιτών : si enim in ea signif. intelligi voluisset χειριδωτὸς in priore etiam l., non verisimile est additurum illa fuisse. Alioqui ex χειριδωτὸς per sync. factum dicerem hoc χειρωτός. [Postrema verba καὶ χ. χιτὼν ... ἔχων om. codices meliores.]

HACTENUS COMPOSITA NOMINA, ET VERBA AB ILLIS DERIVATA : SEQUUNTUR COMPOSITA VERBA, NON PRÆCEDENTIBUS ULLIS NOMINIBUS : QUÆ VERBA PARTIM IN ῥίζω, PARTIM IN ῥέω DESINUNT. SED IN ῥίζω DESINENTIA, HABENT ETIAM SIMPLEX, IDEOQUE PRIOREM ILLIS LOCUM DEDI.

Χειρίζω, [fut. ίσω, Att. ιῶ,] Manu tracto. Χειρίζειν Hippocrati, Manibus curationem exequi significat, cum alibi, tum in libro qui inscribitur Ἰητρεῖον, Medicina [sæpius, et De fract. p. 750, D : Χειρίσαι χεῖρα κατεαγυῖαν]. Et res, χείρισις. Quam tamen et μεταχείρισιν interpr. Galen. Comm. 1 in Hippocr. De fract. Hæc Cam. Itidem vero ex Hippiatria affert Bud. pro Manum chirurgicam admovere, ubi agitur de strumis eximendis : Ἀπολειφθὲν γὰρ, κἂν μικρὸν ᾖ, ἔσται μέγα, καὶ δεήσει χειρίζειν πάλιν. Ex alio ejusdem libri loco pass. χειρισθῆναι affert : Τηρεῖν δὲ χρὴ ἄποτον αὐτὸν πρὸ τοῦ χειρισθῆναι. Item partic. : Αἱμορραγία δὲ ἐὰν γένηται χειριζομένου, μὴ εὐλαβητέον, Dum scalpellum adigitur. ‖Χειρίζω, pro διαχειρίζω, Administro, Tracto. Polyb.: Ἀδήλως αὐτὰ διενοεῖτο χειρίζειν. Sic pass. ap. Eund. : Ταῦτα χειρίζεται διὰ τῆς συγκλήτου. [X. per διοικεῖν exp. Hesych., per Gero, Tracto, Gl. Compositorum multiplex etiam apud antiquiores scriptores usus est, sed simplici, si ab Hippocrate discedas, et ipsi et posteriorum plerique abstinuerunt, velut Plutarchus et Dio Cassius : nam quod ap. Dion. Cass. 60, 30, legebatur : Καλῶς τὸν πόλεμον χειρίσας καὶ διορθώσας, recte correctum est διαχειρίσας, quod usitatum Dioni in hujusmodi locutionibus. Qui frequenter hoc verbo primus inter scriptores superstites usus esse reperiatur Polybius est, de quo Schweigh.: « 5, 63, 14 : Ἐχείριζον τὸ πλῆθος στρατιωτικῶς, i. e. Exercuerunt ad militiam. 10, 33, 2 : Τοσούτους ἀγῶνας χειρίσαι· 2, 43, 9 : Πραγματικῶς ἕκαστα χ. 10, 24, 3 : Τὰ ὅλα χ. 3, 7, 6 : Οὐδὲν κατὰ τρόπον χ., et κακῶς χ. τὰς πράξεις 1, 75, 1. X. τὰ κατὰ τὴν ἀρχὴν, Administrare provinciam, 2, 13, 1; et similiter cum τὰ κατὰ ... 1, 20, 4; 2, 36, 1; 3, 8, 4; 8, 18, 9, et alibi. Unde 9, 25, 1, τῷ τὰ κατὰ Βρεττίαν χειρίζοντι correctum est pro τῷ κατὰ ... Passiv. 15, 4, 4 : Πῶς χειρίζεται τὰ κατὰ τὰς παρεμβολὰς ex em. Casauboni pro χειρίζει. Et 24, 5, 14 : Τὰ κατὰ τὴν Μεσσήνην χειρισθήσεσθαι κατὰ τὴν αὐτοῦ βούλησιν, ut scrib. est pro ἐγχειρισθήσεσθαι. Sed 31, 18, 7, χειριζόμενοι ex χαριζόμενοι corruptum. » A Polybio

sumsit Diodor. 16, 56 : Λόγον (τῶν ἱερῶν χρημάτων) τοὺς κεχειρικότας (dispensatores) ἀπήτουν (ut χειρίζειν τὸ ἀργύριον dicitur in inscr. Corcyræa ap. Bœckh. 1845, vol. 2, p. 21, 97, 103, et pass. τὸ ἀργύριον χειρίζεσθαι ib. p. 22, 130)· 17, 2 : Τὰς πράξεις χειρισθήσεσθαι μηδὲν καταδεέστερον. Nicet. Chon. Hist. p. 211, D : Τὸ χειρίζον τὰς ἀρχάς. Χειρίζειν λόγους, ἀπορίας et similia ap. Sext. Emp. p. 244, 251, 458, 461, 695.] Ceterum cum hoc χειρίζω et cum verbali χειρισμὸς optime convenit usus verbi *Manier*. Sicut enim χεὶρ nobis est *Main*, ita χειρίζειν pro Administrare, nobis est itidem *Manier* : et χειρισμὸς, *Maniement* : et quidem cum gen. habente signif. illius genitivi πραγμάτων: Dicimus enim *Le maniement des affaires*. At Suidas non satis apte τὸν χειρισμὸν τῶν πραγμάτων exponere videtur τὴν ἐπιχείρησιν. Addit vero et πρᾶξιν.

[Χειρικῶς, Porrecta manu. Hesych. Presb. Cent. p. 1007, B, χ. ἀνταμειβόμεθα. Hase.]

[Χείριξις, εως, ἡ.] Verbale Χειρισμὸς, ὁ [ap. Hippocr. p. 741], et Χείρισμα, τὸ [Hippocr. p. 791, C], item Χείριξις, de Arte chirurgica dicuntur. Χείριξις, inquit Gorr., est Hippocrati [p. 756, G] i. q. ἡ χειρουργία, vel Universa simpliciter rerum omnium admotio quæ manu perficitur : quam et χειρισμὸν appellat. Vide et paulo ante. [‖ Administratio. Inscr. Corcyræa ap. Bœckh. vol. 2, p. 21, 66 : Τὰν χείριξιν τοῦ ἀργυρίου.]

[Χείριος, ία, ιον. HSt. post ea quæ de v. Ὑποχείριος dixit :] Itaque nomen simplex Χείριος, quod poetis potius quam reliquis scriptoribus est usitatum, interdum quidem, sicut ὑποχείριος, dicitur de Eo qui est in potestate alicujus, tanquam sc. in ejus sit manibus. Eur. Cycl. [176] : Ἑλάβετε Τροίαν τὴν Ἑλένην τε χειρίαν; De quo loquendi genere idem dicendum censeo quod de illo ὑποχείριον λαβὼν, quod ex Lys. paulo ante protuli. [Eur. Andr. 411 : Προλείπω βωμὸν ἥδε χειρία σφάζειν, φονεύειν· 628 : Οὐκ ἔκτανες γυναῖκα χειρίαν λαβών· Ion. 1257 : Χειρία γ' ἑλοῦσα (ὄλλυμαι). Æsch. Suppl. 507 : Καὶ δή σφε λείπω χειρὶ καὶ λόγοις σέθεν· ubi Valck. χειρία λ., i. e. Dictis tuis subjecta s. morigera.] Quod autem ad exposs. illas attinet, quibus χείριος non solum dicitur esse ὑπήκοος, sed etiam χρήσιμος, i. e. Utilis : item χειροήθης, Mansuetus, Cicur [Gallice *Maniable*] : eas ap. Eust. pariter et Hesych. videndas tibi relinquo. Apud Soph. [Aj. 495 : Χειρίαν ἐφείς τινι] legimus etiam fem. χειρίαν, sed quod debeat jungi præpositioni ὑπὸ, sejunctæ per tmesin, ut paulo ante dictum fuit. [De loco Sophoclis falli H. Stephanum diximus s. v. Ὑποχείριος. Glossæ Hesychii hæ sunt, Χείριον· ὑποχείριον, τιθασόν. Χείριον· ὑποχείριον, χειροήθη. Χείριος· χρήσιμος, ὑποχείριος. Eustath. ubi de adj. ὑποχείριος agit p. 1788, 28 : Οἱ δὲ παλαιοὶ καὶ δίχα προθέσεως οἴδασι τὴν λέξιν ταύτην, ὡς δηλοῖ ὁ γράψας οὕτω « Χείριος, ὑπήκοος, τιθασὸς, χειροήθης, χρήσιμος, καὶ χείριον, χειρόηθες, ὑπήκοον, ὑποχείριον. » Ὥστε ἡ τοιαύτη γραφὴ ῥητορικῶς οἶδε καὶ τοὺς δουλευτὰς ὑποχειρίους καλεῖσθαι.]

Χειρὶς, ίδος, ἡ [Χειρίδος et casus reliqui in codd. vitio prope constanti scripta pro χειρῖδος χειρῖδα etc., ut κνημῖδος σφραγῖδος ψηφῖδος et alia multa hujusmodi παροξυτόνως contra grammaticorum præcepta violatoque in versibus poetarum metro scribi in codd. solent. Corrigendus igitur accentus in locis ab HSt. infra allatis, ut pridem factum in edd. recentioribus. G. D.], Manica, Manus involucrum. Χειρίδες Xenophonti sunt Manuum involucra s. tegumenta, quas et χειροθήκας quidam appellarunt. Fortasse Manicas has vocavit Virg. [Æn. 9, 616] : Et tunicæ manicas et habent redimicula mitræ. Plautus autem Manicas in Capt. Vincula manuum appellavit, quas Herodot. χειροπέδας. Hæc Cam. Sed in illo Virg. l. Manicas multi generalius poni existimant pro iis quas appellamus *Manches;* quum alioqui Manicas esse etiam quas dicimus *Mitaines*, s. *Gants*, vel hic Plinii Jun. locus ostendat, Ep. 3 ad Macr. : Ad latus notarius cum libro et pugillaribus, cujus manus hyeme manicis muniebantur, ut ne cœli quidem asperitas ullum studii tempus eriperet. Bud. certe χειρίδας ap. Xen. esse putavit Manicas eas quas appellamus *Manches*. Nam ap. Eund. [Cyrop. 8, 3, 13] : Τὰς δὲ χεῖρας ἔξω τῶν χειρίδων εἶχε, vertit Exerta brachia. [Ib. 8, 8, 17 : Περὶ ἄκραις ταῖς χερσὶ χειρῖδας δασείας καὶ δακτυλήθρας ἔχουσιν· Hellen. 2, 1, 8 : Χειρὶς (sic HSt. pro χειρὸς), ἐν ᾗ τὴν χεῖρα ἔχων οὐδὲν ἂν δύναιτο ποιῆσαι. Χειρῖδες e Xen. ap. Polluc. 2, 151.] Usus est hac voce Plut. Othone [c. 6] : Γαλατικῶς ἀναξυρίσι καὶ χειρίσιν ἐνεσκευασμένος. Pollux [7, 62] de vestibus loquens, earum partes esse ait πτέρυγας, quæ sint τὸ ἥμισυ τοῦ χιτωνίσκου : et χειρίδας, quæ sint τὰ περὶ ταῖς χερσί : quibus ὤαν et λίγνα subjungit. At vero ap. Hom. dubitet quispiam non immerito an vestis partes sint, Od. Ω, [229] : Περὶ δὲ κνήμῃσι βοείας Κνημῖδας ῥαπτὰς δέδετο, γραπτῦς ἀλεείνων, Χειρίδας τ' ἐπὶ χερσὶ, βάτων ἕνεκ'· αὐτὰρ ὕπερθεν Αἰγείην κυνέην κεφαλῇ ἔχε, πένθος ἀέξων· ubi Eust. χειρίδας esse dicit τὰ τῶν χειρῶν καλύμματα ἐκ δερμάτων, Manuum integumenta ex corio. Additque Idem, non solum adversus spinas excogitatas fŭisse illas χειρίδας, sed et alium earum usum fuisse; atque adeo profuisse ἐπ' ἔργων εὐχέρειαν : nam et sagittarios quosdam illis uti solitos tradit, nec non τοὺς πλύνοντας, et τοὺς ζυμοῦντας : ut videbis p. 1960 init. Sed observandum est quod de illis sagittariis (fortassis autem et περὶ τῶν πλυνόντων ac ζυμούντων intelligi voluit) annotat peculiariter, in usu fuisse illis χειρίδας, sed non δακτυλωτάς. Hinc enim duo earum genera fŭisse discimus. Possis autem hoc Δακτυλωταὶ reddere Digitatæ. [Herodot. 6, 72 : Χειρῖδι πλέῃ ἀργυρίου. Χειρῖδας inter apparatum histrionum tragicorum memorat Lucian. Jov. Trag. c. 24; gymnastarum Galen. vol. 6, p. 100 : Εἰ δὲ καὶ χειρῖδας ῥαπτὰς περιθέμενοι, ut χειρῖδας ἐξ ὀθονίων ῥαπτὰς dixit Oribas. p 288 ed. Matth.] Ceterum quod ad accentum attinet, sciendum est, in illo quoque Homeri loco, sicut et ap. Eust., scribi vocem illam cum ι acuto, non circumflexo, quamvis producatur. Sed in causa esse puto quod hæc productio non sit a natura. [Librariorum illum esse errorem supra dictum est.]

[Χείρισμα, τό. V. Χείριξις.]

Χειρισμὸς, ὁ, [i. q. χείριξις, quod v.‖] Administratio, ap. eundem Polybium [qui sæpe sic verbo χειρίζω utitur, quod v.] cum alibi tum hic [5, 26, 4] : Τῶν δὲ πραγμάτων χειρισμὸν καὶ τὴν τῶν ὅλων ἐξουσίαν εἰς ἑαυτὴν ἐπανῆγε. [Ἡ περὶ τὰς παρατάξεις οἰκονομία καὶ χ. 10, 23, 1. Ἑκάστων ποιούμενος παραπλήσιον τὸν χ., 3, 104, 7. Ὁ κατὰ μέρος χ. 2, 35, 3. Τῷ χ. τῆς χάριτος 32, 14, 1. Κατὰ τὸν χ., In ipsa exsecutione operis, 10, 44, 9; 10, 45, 6. Τὸν χ. τῶν δογμάτων ἐπιτελοῦσιν οἱ ὕπατοι, i. e. Exsecutionem senatusconsultorum, 6, 12, 3. Ὁ χ. τῆς τύχης, Ratio qua Fortuna res administrat, 1, 4, 1. De modo rei explicandæ, quo scriptor utitur, s. tractatione argumenti, 15, 34, 3; 40, 6, 4. Ὁ χ. καὶ ἡ οἰκονομία. Schweigh. Similiter Diodor. 5, 1 : Ἐν τῷ κατὰ τὴν οἰκονομίαν χ. διήμαρτον· et ib. : Καὶ ἡμεῖς τοῦτο τὸ γένος τοῦ χ. προκρίναντες.] Sic ap. Athen. 5, [p. 195, D] : Ὁ δὲ χειρισμὸς ἐγίνετο τῶν πραγμάτων δι' αὐτοῦ τοῦ βασιλέως, Munera omnia ipse rex obibat, Bud. Ex Eod. in VV. LL. ὁ χειρισμὸς τῆς διανοίας [τῆς διακονίας 12, p. 439, C]. Ibid. χειρισμὸς τῶν οὐσιῶν, ex Can. 3 Conc. Chalc. [Οἱ πρὸς χειρισμοῖς in papyris Ægypt. Reuvens. *Lettres à M. Letronne* 3, p. 87 vertit, *Les sous-administrateurs de l'épistate*. Hase.]

[Χειρίσοφος vitiose pro χειρόσοφος, quod v.]

[Χειρίσοφος, ὁ, Chirisophus. Lacedæmonius ap. Xen. Anab. 1, 4, 3; 2, 1, 5, et alibi sæpe. ‖Cretensis, ap. Pausan. 8, 53, 8. ‖ Parasitus Dionysii, Hegesand. ap. Athen. 6, p. 249, D. ‖ « Alius in tit. Rom. C. I. vol. 3, p. 908, n. 6265, 1. » Hase.]

[Χειριστέον, Tractandum. Diodor. 17, 16 : Χ. τὸν πόλεμον. Clem. Alex. p. 924. Kall.]

[Χείριστα. V. Χείρων.]

[Χειριστὴς, ὁ, Gerulus, Gestor, Gl. Χ. τοῦ πράγματος, Administrator, Qui rei gerendæ præest, Polyb. 3, 98, 3. Ib. c. 4, 13 : Ὧν μὲν συνεργὸς, ὧν δὲ καὶ χ. 5, 26, 4 : Οἱ ἀπὸ Μακεδονίας ἐπιστάται καὶ χ. Schweigh. Dispensator, OEconomus. Cyrill. Alex. Epist. ad Domnum : Βούλονται τοὺς μὲν οἰκονόμους τῆς ἐκκλησίας, ἤτοι τοὺς τῶν ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων χειριστὰς ἐκβαλεῖν. Suicer. Bern. Peyron. *Pap. greci del museo*

Brit. p. 63, pap. 8, 7, μέτρησον Κρατερῷ, χ. τῷ παρὰ Δωρίωνος τοῦ τραπεζείτου (sic). Hase.] A

[Χείριστος. Χειριστότερος. Χειρίστως. V. Χείρων.]

[Χειροβαλίστρα. V. Χειροβολίστρα.]

Χειροβάναυσος, ὁ, ἡ, i. q. et βάναυσος, sive Βαναυσουργὸς, Qui manu opera conficit quæ sunt artis sedentariæ, illiberalis et sordidæ, et, ut vulgo loquimur, *D'un art méchanique*. Sed hoc χειροβάναυσος inter minus recepta ponitur a Polluce [7, 7].

Χειροβᾰρὴς, ὁ, ἡ, Pondere suo manus gravans, Ponderosus, Tantus quantus onerandæ manui satis esse possit. [Philetærus Athenæi 10, p. 418, C.]

[Χειροβία, ἡ, Chirobia. Nonn. Dion. 34, 30, et sæpius, Ion. Χειροβίη.]

Χειρόβιος, ὁ, ἡ, item Χειροβοσκὸς, et Χειροβίοτος, s. Ἀποχειροβίωτος, nec non Χειρογάστωρ, et Χειροτέχνης, et Χειρουργὸς, et Χειρώναξ, Manibus victum quærens, i. e. Manuum labore. Apud Polluc. [7, 7] hæc leguntur præter illa duo Χειρόβιος et Χειροβίοτος. Ex quibus illud quidem Χειρόβιος ap. Suid. [s. h. v. et s. Χερνῆτις] reperitur, a quo additur etiam Ἀποχειρόβιος: B at Χειροβίοτος nec apud eum, nec apud alium nactus sum. [Χειροβίωτος per ω scriptum ponit Herodian. Epimer. p. 215. Et sic ap. Const. Manass. Chron. 5200: Αὐτουργοὶ καὶ πένητες καὶ τῶν χειροβιώτων. Antiquiores scriptores solo usi sunt composito Ἀποχειροβίωτος, quod v.] Illud autem ἀποχειρόβιος an pro ἀποχειροβίωτος, quod ap. Polluc. extat, an contra hoc pro illo scriptum sit, non immerito fortasse quis dubitet. Nisi potius utrumque inveniri existimemus: hoc quidem deducentes a verbo βιῶσαι, illud autem a nomine βίος. Ad χειροβοσκὸς autem quod attinet, extat et ap. Hesych.; nam χειροβοσκὸν exp. τὸν διὰ χειρῶν ζῶντα. Quod compositum alioqui si quis ad normam aliorum ex eodem verbo compositorum nominum exigat, significabit Qui manu ventrem pascit. Sed intelligendum est quasi diceretur ὁ ἀπὸ χειρῶν βοσκόμενος. Est certe hoc, sicut pleraque ex præcedentibus (sc. χειρογάστωρ, χειροβάναυσος, ἀποχειροβίωτος, χειρώναξ), ex eorum numero quibus Pollux minus auctoritatis tribuit. De χειρογάστωρ dictum fuit inter derivata a Γαστήρ: de χειροτέχνης autem, et χειρουργὸς, et χειρώναξ paulo post dicitur. C

[Χειρόβλημα, τό.] Convenit porro cum verbi χειροβλημᾶσθαι scriptura nomen Χειροβλήματα, quod ap. Hesych. habetur; sed signif. longe remotam ei dat, exponens δράγματα: et addens, ab aliis dici Χειρόβλητα. [Hesychii gl. nihil commune habet cum verbo χειροβλιμᾶσθαι.] Idem vero et vox Χειρόβολον ap. Tzetz. [Diaconum] in Hesiod. [Sc. 285] significat: pro quo in VV. LL. est Χερόβολον, Manipulus. [Tzetz. ad Lycophr. 34, p. 329: Ἀμάλη λέγεται τὸ χειρόβολον τῶν σταχύων. Sic enim codd. Mülleri pro vulgato χερόβολον. Boiss. Id. Alleg. Il. Λ, 57, de messe, τὰ χειρόβολα συνεχεστέρως πίπτει. Hase.]

[Χειροβλιμάομαι.] Χειροβλημᾶσθαι, Manibus leniter premere et contrectare mammas. Unum est ex iis verbis quæ a Luciano in Pseudologista [c. 24] reprehenduntur, ubi quidam interpr. Manibus contrectare papillas mulierum. [Verbum inepte fictum, quod χειροβλιμᾶσθαι scribendum esse patet ex iis quæ partim HSt. ipse dixit s. v. Βλιμάζω.] D

[Χειροβολέω, Manu jacio. Lucian. Lexiph. c. 5.]

[Χειροβολίστρα, ἡ, Machinæ bellicæ s. ballistæ species. In Gl. χειροβαλίστρα, Falarica. Constant. De adm. imp. c. 53: Τὰς ἐν τοῖς ἅρμασι κατεσκευασμένας χειροβολίστρας· et ib. p. 204, 209. V. Salmas. De militia p. 224. Ducang.]

[Χειρόβολον. V. Χειρόβλημα.]

[Χειροβοσκός. V. Χειρόβιος.]

Χειροβρὼς, ῶτος, ὁ, q. d. Manus arrodens s. exedens, ut χειροβρῶτι δεσμῷ, de quo lege Hesych. et Suid. [Hesych.: Χειροβρῶτι δεσμῷ· τοῖς πυκτικοῖς ἱμᾶσι, διὰ τὸ τὰς σάρκας διακόπτειν καὶ ἀναλίσκειν. Suidas: Χειροβρῶτι δεσμῷ· ὁ δεσμὸς ὁ ἀποβιβρώσκων τὼ χεῖρε. Cum Hesychio consentit Zenob. Prov. 6, 44, addito: Βέλτιον δὲ τὸν δεσμὸν ἀκούειν τὸν ἀποβιβρώσκοντα τὼ χεῖρε. Ἐδέθη γὰρ ἔν τινι πέτρᾳ, ὡς Στησίχορος ἐν ἀρχῇ τῶν ἐπὶ Πελίᾳ ἄθλων. G. D. Conf. Ott. Jahn. *Die Ficoronische Cista* ed. Lips. 1852, p. 4, (3). Hase.]

Χειρογάστωρ, ὁ [ap. Polluc. 7, 7, et ex Hecatæo 1, 50], sicut et Γαστόχειρ, q. d. Maniventer, i. e. Cui manuum labor ventri alimentum suppeditat, Qui manuum labore vivit: ἐγχειρογάστορες, inquit Hesych., οἱ ἀπὸ τῶν χειρῶν γαστριζόμενοι καὶ τῇ γαστρὶ πορίζοντες. Eosdem et γαστρόχειρας appellari tradit. [Schol. Aristidis vol. 2, p. 710 med. Boiss. Χειρογάστορες Nicophontis comici fabula inscripta fuit, de qua v. Meinek. Hist. Com. p. 257. «Palicos Siculos χειρογάστορας pictos in fictili agnovit Welcker. *Ann. dell' Inst. di corr. archeol.* a. 1830, t. 2, p. 245—257.» Hase.]

Χειρογονία, ἡ, Proserpinæ cognomentum: Χειρογονία, ἡ, Περσεφόνη, Hesych. [An quod manuum labore nascantur fruges? Is. Voss.]

Χειρογρᾰφέω, Chirographo caveo s. promitto, vel Aliud chirographo conscribo, Bud. ex Pand. [Philostorg. H. E. 8, 4. «Procl. Eptan. p. 14, 65.» Boiss. Apollon. Al. De constr. p. 322, 5 Bekker. Theophyl. Simoc. Hist. p. 287, 25 Bonn., χειρογρφήσας τὸ δάνεισμα, Testificatus chirographo. Georg. Pisid. Vita S. Anastasii p. 306, 17, ὁμολογίαν χειρογραφήσαντες. Pass. Andreas Cret. De cruce p. 76, B Grets., ἐχειρογραφήθη. Dosith. Mag. De manum. p. 56, 4 Böcking., εἰ μὴ ἄλλως χειρογραφηθῇ. Forma barbara χιρογραφησάτοσαν Bern. Peyron. *Pap. greci del museo Brit.* p. 82, pap. 14, 33. Hase. Eustath. Opusc. p. 169, 80. Memorat hoc verbum Arcad. p. 174, 17.]

[Χειρογραφή. V. Χειρόγραφον.]

[Χειρογράφημα, τὸ, i. q. χειρόγραφον. Phot. Bibl. p. 31, 18: Περὶ τῶν ἐκδανεισθέντων χρημάτων ... καὶ τοῦ ἐν τῇ ὁμολογίᾳ χειρογραφήματος, in excerptis ex Theophylacti Hist., qui hoc γραμματεῖον dixit p. 172, C.]

Χειρόγραφον, τὸ, Chirographum. Hoc enim et in Lat. sermone passim receptum fuit; at Pollux [2, 152] non videtur pro antiqua voce Græca habere χειρόγραφον, quum scribit Hyperidem appellasse χεῖρα quod a vulgo diceretur χειρόγραφον. [Recte judicavit Pollux. Hesych.: Χ., συμβόλαιον, γραμματεῖον. Sic etiam Cyrillus, nisi quod plenius γρ. χρέως ὁμολογητικόν. Legitur Tob. 5, 3, et 9, 3: Ἔδωκεν αὐτῷ τὸ χ.] Quidam interpr. Cautionem manu alicujus scriptam (intellige autem, manu ipsiusmet a quo proficiscitur), aut annulo obsignatam. Sed hoc posterius a propria Græcæ vocis signif. discedit. Cautionem autem Chirographi Cicero quoque dixit. [Suet. Ner. 52: «Chirographo ipsius scriptis.» De epistola ap. Dionys. A. R. 5, 8: Ταῖς σφραγῖσιν ἑκατέραν (τὴν ἐπιστολὴν) γνωρίσας, μετὰ τὸ λῦσαι τὰ σημεῖα τοῖς χειρογράφοις, ubi gl. manifestum τοῖς χ. recte ab Reiskio deletur. Ceterum *chirographum* etiam Cicero non raro aliique scriptores Latini dixerunt, quorum locos v. apud Forcellinum. G. D. Œcum. In Apoc. p. 250, 26 Cramer. Athanas. t. 2, p. 231, B. Jo. Damasc. t. 1, p. 389, A. Papyr. gr. Casat. biblioth. Cæsar. Paris., πριαμένης διὰ χειρόγραφον οἴκου. Orig. t. 3, p. 642, E, ἀπαλήλειπται τὸ χ. Amphiloch. p. 82, 34, ὁ τὰ χ. διαρρήσσων Artemidor. t. 1, p. 62, 17 Reiff., χ. δὲ, ὅτι καὶ αὐτὰ χεῖρες λέγονται. Hase.] Habetur porro et fem. Χειρογραφαὶ in VV. LL., sed cujus usum ex digno fide scriptore vix afferri posse existimo.

[Χειρόγραφος, ὁ, i. q. χειρόγραφον. Inscr. in Burckhardti *Reisen durch Syrien*, p. 172. Osann.]

Χειροδάϊκτος, ὁ, ἡ, Manu s. Manibus cæsus, i. e. interfectus. Soph. Aj. p. 14 meæ ed. [219]: Χειροδάϊκτα σφάγια· ut p. 3 [v. 26], λείας κατηναρισμένας ἐκ χειρός.

[Χειροδάμας. V. Χερσιδάμας.]

Χειροδεικτέω, Manu ostendo.

Χειρόδεικτος, ὁ, ἡ, q. d. Manu ostensus: unde significat Manifestum. Nam pro φανερὸς et κατάδηλος ex Soph. [OEd. T. 901] affertur.

[Χειροδέσμη, ἡ, Manica. Const. Manass. Chron. 2923: Χ. δύσλυτος, ἄρρηκτος ποδοκάκη.]

[Χειροδέσμητος, ὁ, ἡ, Manicis oneratus. Const. Manass. Chron. 2870: Ὡς χ. λῃστὴς περιηγκωνισμένος.]

[Χειρόδεσμος, ὁ, Manica, Copula, Gl.]

[Χειροδετέω. V. Χειροδοτέω.]

[Χειρόδετος vitiose pro χειριδωτὸς, quod v.]

[Χειροδίκαιος. V. Χειροδίκης.]

Χειροδίκης, ὁ, q. d. Cui jus est in manibus, i. e. in manuum robore, Qui manu jus disceptat, jus robore suo s. potentia sua metitur. Crediderim certe Ovid., quum ita locutus est, Rigido jus dicitur ense, ad hanc vocem respexisse, valde, ob auctorem ejus Hesiodum, celebrem; nam Op. [187] hoc epith. tribuit ferrei sæculi hominibus: Οὐδὲ μὲν οἵγε Γηράντεσσι τοκεῦσιν ἀπὸ θρεπτήρια δοῖεν, Χειροδίκαι· ἕτερος δ' ἑτέρου πόλιν ἐξαλαπάξει. Mirari autem possit quispiam quod sequitur apud eundem poetam, paucis interjectis, δίκη δ' ἐν χερσὶ καὶ αἰδὼς Οὐκ ἔσται, βλάψει δ' ὁ κακὸς τὸν ἀρείονα φῶτα, Μύθοισι σκολιοῖς ἐνέπων. Quomodo enim χειροδίκης damnatur, at is cui δίκη ἐν χερσὶ, laudatur? Eustath. [p. 201, 3; 1450, 54; 1762, 12] ea ita distinguit, ut χειροδίκης sit ὁ κατὰ χεῖρα βίαιος, s. ὁ βίαιος καὶ οὐκ ἐν τοῖς νόμοις, ἀλλ' ἐν ταῖς χερσὶ ταῖς ἑαυτοῦ κείμενον ἔχων τὸ δίκαιον: at vero δίκην ἔχων ἐν χερσὶ, sit ὁ δίκαιος, utpote ἀεὶ πρὸ χειρῶν οἷον φέρων τὸ δίκαιον. At ego malim discrimen in diversa nominis χεῖρες signif. statuere: ut nimirum in χειροδίκης vox χεῖρες ad robur referatur, s. potentiam: at vero ubi dicitur δίκη esse ἐν χερσὶ, per χεῖρας facta ac actiones intelligantur. [Etym. M. p. 820, 42: Χειροδίκαι, οἱ τῇ τῶν χειρῶν δυνάμει πεποιθότες, καὶ δι' ἑαυτῶν ποιοῦντες τὴν ἐκδίκησιν καὶ τύπτοντες· τουτέστιν, ἐν τῇ ἰσχύϊ τὸ δίκαιον ἔχοντες.] Videtur autem hic posse dici Χειροδίκαιος, quod vocab. [corruptum ex χειροδίκαι] ap. Suid. sine ulla expositione habetur. [Χειροδίκης, Gregor. Neoc. p. 83 Par. Routh. Greg. Naz. t. 1, p. 754, D: Οἱ δὲ χ. εἰς ὕψος αἴρονται, ἐξ οὗ καὶ πεσοῦνται. Hase. Nicet. Chon. Hist. p. 212, B: Ἦν δὲ καὶ τοῖς κατειπεῖν ἔχουσι τῶν χειροδικῶν εὐέντευκτος.]

[Χειρόδμητος, ὁ, ἡ, Manu factus. Greg. Nyss. t. 1, p. 732, C, ἄδυτον χ. Hase.]

[Χειροδοσία, ἡ, Fides manu data. Germanus Patr. Cpol. in Epist. 1 ad Cyprios n. 17: Ἴσως γὰρ πληρώσαντες χρημάτων τὰς χεῖρας ἀπολύσουσι τούτους τοῦ τῆς χειροδοσίας ζητήματος. Quod ib. 12 dicitur χερσὶ χεῖρας ἐμβαλεῖν. Ducang.]

[Χειροδόσιον, τὸ, Manupretium, Gl.]

[Χειροδοτέω. Philo vol. 1, p. 640, 29: Ὅταν αὐτοῦ σὴν ἐπιτηδειότητα τῆς φύσεως ἀποδέξηται, χειροδοτεῖ τρόπον ἀλείπτου καὶ πρὸς τὰ γυμνάσια καλεῖ. Συγχροτεῖ Mangeius. Χειροδετεῖ, Manus ligat, sc. pilis, Wyttenb. ad Plutarch. Mor. vol. 6, p. 585.]

Χειρόδοτος, ὁ, q. d. Manu datus: χειρόδοτον δάνεισμα, Mutuum datum sine obligatione, Cam. ex Polluce [2, 152], exponente τὸ ἄνευ συμβόλου. Sed egò συμβολαίου lubentius legerim. [Sic Demosth. p. 1185, 11: Ἀπώλλυτο καὶ τῷ πατρὶ τῷ ἐμῷ τὸ συμβόλαιον· οὔτε γὰρ ἐπ' ἐνεχύρῳ οὔτε μετὰ μαρτύρων ἔδωκε· quibus verbis describitur χειρόδοτον ἀσύγγραφον, de quo dixit Bœckh. OEcon. vol. 1, p. 179. Hesych.: Χ., ἀχρημάτιστον δάνειον. || Adv. Χειροδότως ex Andr. Cret. p. 9 citat Kall., ubi non hoc, sed p. 10, C, ἀχειροδότως legitur. G. D. Neque occurrit, opinor, nisi in chirographo græcitatis inclinatæ ap. Salmas. De modo usur. p. 342, 28, ταῦτα λαβὼν ἐγὼ ... χ. ἅμα καὶ μετρητῶς. Hase.]

[Χειροδράκων, οντος, ὁ, ἡ. Eurip. El. 1344, de Furiis serpentes manu gestantibus: Χειροδράκοντες, χρῶτα κελαιναί.]

Χειροδρόπος, ὁ, ἡ, Qui manu decerpit, Qui manu, non falce metit. Nicander Ther. [752]: Χειροδρόποι δ' ἵνα φῶτες ἄνευ δρεπάνοιο λέγονται Ὄσπρια χεδροπά τ' ἄλλα μεσοχλόου ἐντὸς ἀρούρης, i. e., inquit schol., οἱ ταῖς χερσὶ δρέποντες, ἤγουν θερίζοντες, ἄνευ δρεπάνου. Sed non video cur δρέποντες exponi θερίζοντες, ac non significationem propriam retinere debeat, quum περὶ ὀσπρίων agatur, et ipse poeta dicat λέγονται: atque adeo addat χεδροπὰ, tanquam ad hujus vocis etymum alludens: de qua et ipse agendum hic censeo. [Oxytonum Χεδροπὸς, idque per ο scriptum, ut μαστροπὸς et ἐχθοδοπὸς, memorat Herodian. Epim. p. 208. In locis Theophrasti (H. Pl. 1, 6, 5; 8, 2, 1; 8, 2, 2; 8, 9, 1, C. Pl. 4, cap. 6, 7, 8, 9 et 10) Schneiderus χέδροπα et χεδρόπων scripsit suo ipsius arbitrio: nam codex Urbinas, ut plus uno in loco diserte annotatum est, oxytonum habet. Idem accentus χεδροπὰ et χεδροπῶν est ap. Aristot. De gen. anim. 3, 1, p. 750, A 24, et 2, p. 752, 21 (cum var. lect. χεδρωπὰ et χεδρωπῶν): unde De partt. anim. 2, 7, p. 653, 24, pariter scribendum erat χεδροπῶν pro χεδρόπων, et H. A. 8, 5, p. 594, 17, τοὺς καρποὺς τοὺς χεδροποὺς ex pluribus codicibus, non τοὺς χέδροπας, quod est in aliis, ut χεδροπῶν ap. Hesych., qui per ὀσπρίων exp., et ap. Plutarch. Mor. p. 378, B, C, male χεδρόπων p. 293, C. Qui accentus pariter corrigendus ap. Polluc. 6, 60: Τὰ ὄσπρια ἃ καὶ χέδροπα ὠνόμαζον, et ap. Maxim. Περὶ κατ. 511: Ἄλλα χέδροπα. G. D.] Sunt igitur dicta Χεδροπὰ, quasi χεροδροπὰ, ut opinor, Legumina, ὄσπρια. Theophr. H. Pl. 8 in principio, quum dixisset, σιτώδη esse veluti sunt πυροὶ, κριθαὶ, etc., subjungit, Τὰ δὲ, χεδροπὰ, οἷον κύαμος, ἐρέβινθος, πισὸς, καὶ ὅλως τὰ ὄσπρια προσαγορευόμενα· 4, [2, 8]: Ὁ δὲ καρπὸς ἔλλοβος, καθάπερ τῶν χεδροπῶν. Hesych. quoque habet Χεδροπὰ, quod esse ait ὄσπριόν τι: sed addens, οἱ δὲ πανσπερμίαν. Subjungit autem vocem Χέδρωψ, quam exp. πᾶν ὄσπριον, σπέρμα. Apud Suid. habemus, Χέδροπας, ὄσπρια. Et in sing., inquit, Χέδρωψ, τὸ ὄσπριον: nominatque auctorem Thucydidem. [Recte nunc χέδροψ, quod Hesychio quoque restituendum pro χέδρωψ. Thucydidem Suidas sive suo sive librarii errore nominat pro Theophrasto, cujus nomen Wassius restituit, vel alio. Rarus autem hujus formæ usus fuit. Τὸν χέδροπα est ap. Porphyr. De abstin. 2, 6, p. 110, qui καρπὸν τὸν τῶν χεδρόπων dixit 3, 18, p. 254. Τοῖς χέδροψι ap. Plutarch. Mor. p. 701, E. Τὸν χέδροπα μόνον dixit scriptor Ἀγῆνος fabulæ satyricæ ap. Athen. 13, p. 596, A, ubi codicis scripturam τὸν χεδρώπαν ὠμὸν correxit Porsonus. G. D. Conf. Nauck. Fragm. Aristophanis Byz. p. 228. Galen. vol. 6, p. 409, 5; 554, 7; 750, 2. Χέδροπα Daremberg. ad Oribas t. 1, p. 574, 19 censet esse *les légumineux, les graines à gousse*. Hase.]

|| Hinc adj. Χεδροπώδης, ὁ, ἡ (q. d. Leguminosus), Legumini similis: χεδροπώδης φύσις, [Phanias ap.] Athen. 9, [p. 406, C]. Observa autem convenire vocem Lat. Legumen cum hac Græca χεδροπὰ, quod ad etymum attinet. Appellatum enim fuit legumen a verbo Legere, quod est λέγεσθαι, in loco Nicandri quem modo protuli. Eodemque verbo λέγεσθαι exp. δρέπεσθαι, ex quo vox χεδροπὰ composita est.

[Χειροδωτὸς vitiose pro χειριδωτὸς, quod v.]

Χειροέρκτης ab Hesych. exp. χειρουργός: in qua voce de illa quoque dicam.

[Χειροήθεια, ἡ, Mansuetudo. Geopon. 16, 1, 11. Schneid. Plural. Aristot. Physiogn. 5, p. 809, 33, τάς τε τροφὰς καὶ τὰς χ. μᾶλλον προσδεχόμενα (animalia sexus feminini). Hase.]

Χειροήθης, ὁ, ἡ, Manu tractabilis, Manum patiens, Mansuetus, Cicur. [Hesych.: Χειροήθεις· πρᾶοι, ἥμεροι, quomodo etiam χειρόηθες exp.] Est autem Manum patiens, ex Virg. Æn. 7, de cervo cicure: Ille manum patiens, mensæque assuetus herili, Errabat sylvis. Sic et Lat. Mansuetus quidam dictum putarunt quasi Manu assuetus, s. potius manui. Sed si utraque vox, ex qua compositum est nomen χειροήθης, nobis exprimenda sit, non video qui melius reddi illud possit quam hoc modo, Cui mores sunt manus patientes, i. e. (minus dure loquendo) Qui iis est moribus, ut vel tractari se manu sinat. Brevius dicere possem (sed audacius fortasse quam Latinæ linguæ consuetudo pati queat), Cui tractabiles sunt mores. Hoc saltem constat, χειροήθη dici proprie de mansueto animali et cicure, non amplius fero. [De Apide Herodot. 3, 28: Θεός τις χ. Χ. ἵππος ap. Polluc. 1, 195; πρᾶος καὶ χ. καὶ φιλάνθρωπος πῶλος ap. Xenoph. De re eq. 2, 3; λέων Diodor. 1, 48; ὄρνις Plutarch. V. Flam. c. 21; ἀνθρώποις χ. ἐγχέλεις Mor. p. 976, A; θηρία τιθασευόμενα καὶ χειροήθη γιγνόμενα τοῖς πόνοις p. 2, F. Ælian. N. A. 3, 46.] Athen. 8: Κεστρεῖς χειροήθεις, καὶ ἐγχέλεις ἐνώτια ἐχούσας ἀργύρᾶ καὶ χρυσᾶ. Frequens est autem usus metaphoricus, quo de hominibus quoque dicitur. Demosth. [p. 37, 10]: Τιθασσεύουσι, χειροήθεις αὐτοῖς ποιοῦντες. [Pollux 2, 151: Χειροήθεις παρὰ Δημοσθένει, καὶ χειροήθη ζῷα.] Ubi quemadmodum habes τιθασσεύουσι [τιθασεύουσι] cum χειροήθεις ποιοῦντες, sic ap. Xenoph. OEc. [7, 10] de uxore, Ἐπεὶ ἤδη μοι χειροήθης ἦν καὶ ἐτιθασσεύετο,

Quum jam mihi mansueta esset et cicuraretur. Plutarch. initio libelli quo docet Quomodo juvenis poematum auditor esse debeat [p. 14, E] ὑπηκόους et χειροήθεις copulavit: Ὅτι δὲ τῶν ἐν φιλοσοφίᾳ φλεγομένων οἱ σφόδρα νέοι τοῖς μὴ δοκοῦσι φιλοσόφως μηδὲ ἀπὸ σπουδῆς ἄγεσθαι, χαίρουσι μᾶλλον, καὶ παρέχουσιν ἑαυτοὺς ὑπηκόους καὶ χειροήθεις, δῆλόν ἐστιν ἡμῖν. [Et quæ sunt alia hujusmodi ap. Plutarch., velut χ. conjunctum cum εὔκολος V. Arati c. 47; cum ταπεινὸς V. Philop. c. 16; χ. καὶ πεπαιδαγωγημένος ἀπ' ἀρχῆς ἀκροᾶσθαι γυναικῶν V. Ant. c. 10; ποιεῖν ἀμφοτέρους βασιλεῖ χειροήθεις V. Alc. c. 25; εὔνουν καὶ χ. τῷ βαρβάρῳ παρέχειν V. Fab. Max. c. 21; πράους παρέχει καὶ χ. ἀλλήλοις Mor. p. 138, B. X. δῆμος V. Cor. c. 19; πόλις V. Numæ c. 15. Id. V. Oth. c. 5: Τὰ τῶν πολεμίων οὐδὲ χ. τοῖς ἡγεμόσι· V. Ages. c. 1: Τὴν Σπάρτην ... διὰ τῶν ἐθῶν τοὺς πολίτας τοῖς νόμοις πειθηνίους καὶ χ. ποιοῦσαν ὥσπερ ἵππους εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς δαμαζομένους.] Lucianus autem minus usitato, sed eleganti tamen et venusto loquendi genere dixit aliquos reddi χειροήθεις τῇ ὕβρει, ad verbum, Mansuetos injuriæ, i. e. In patienda etiam injuria mansuetos, Injuriam mansuete ferentes, Ita mansuetos ut etiam injuriam patienter ferant. Locus est hic [De merc. cond. c. 36]: Τοιαῦτα ἐντρυφῶσι, μᾶλλον δὲ ἐνυβρίζουσι τοῖς ξυνοῦσι, κατὰ μικρὸν αὐτοὺς χειροήθεις τῇ ὕβρει παρασκευάζοντες. [Plutarch. V. Marii c. 16: Τὰ φαινόμενα δεινὰ ποιουμένους τῇ διανοίᾳ χειροήθη διὰ τῆς ὄψεως· Mor. p. 123, B: Ποιουμένους ἀτρέμα χειροήθη (τὴν δίαιταν) ταῖς ὀρέξεσι καὶ σύντροφον· 47, B: Συνήθεια πολλὴ ... πάντα φίλα καὶ χειροήθη καὶ ῥᾴδια ... παρέσχεν. Julian. Cæs. p. 13: Ἄνδρα χειροηθέστερον ἡδονῇ καὶ ἀπολαύσει.' G. D. Niceph. Antioch. Vita Sym. jun. Stylitæ in Actt. SS. Maii t. 5, p. 335, A, τιθασσὸς καὶ χ. Scymnus Chius Perieg. 792 Meinek., πλῆθος χειρόηθες ὀρνέων. Hase. || Adverb. Χειροήθως Zosim. Hist. 1, 3, p. 7.]

Χειροθεσία, ἡ, Manuum impositio. [Gestus, Gl.] Intellige autem de illa manuum impositione, cujus a Paulo fit mentio, nec non a Luca in Act. Apost. Alioqui χειροθεσίαν et de lyram pulsante ab Athen. [14, p. 637, E: Ὀλιγοχρόνιον τὴν ἀκμὴν σχὼν διὰ τὸ δοκεῖν ἐργώδης εἶναι κατὰ τὴν χ.] dici tradit Bud. [|| X. fere semper sumitur pro ea manus impositione quæ χειροτονία aliis dicitur, χειρεπιθεσία Eusebio H. E. 6, 42. Zonaras ad Can. 4 Concilii Nicæni: Χειροτονίαν τὴν καθιέρωσιν καὶ χειροθεσίαν ὀνομάζω. At Tarasius Patriarcha Constant. in Act. 1 Concilii Nicæni secundi χειροτονίαν ἀπὸ τῆς χειροθεσίας distinguit, illamque pro ecclesiastica benedictione, hanc pro sacro ordine intelligendam innuit: unde recte Symeon Thessalon. lib. De sacris ordinat (c. 1) discrimen statuit inter χειροτονίαν, χειροθεσίαν et σφραγῖδα, ac χειροτονίαν quidem Presbyterorum et Diaconorum ordinationem spectare ait, χειροθεσίαν Subdiaconorum, σφραγῖδα denique Lectoris propriam esse. Vide etiam c. 13, p. 189, ubi ritum χειροθεσίας quæ fit extra bema pluribus describit. || De χειροθεσίᾳ quæ in fine Lychnici fit v. Clement. Const. Apost. 8, 37 et 39. Ducang.]

Χειροθετέω, Manus impono, pro quo Paulus et Lucas dicunt τὰς χεῖρας ἐπιτίθημι. [Hesych.: Χειροθετεῖ· χεῖρας ἐπιτίθησι.] Bud. χειροθετῶ Dionysio Areop. ait esse verbum sacerdotale. Idem affert hunc l., auctoris nomen tacens: Ὁ ἀπόστολος Παῦλος χειροθετήσας τῷ Διονυσίῳ τὴν Ἀθηναίων ἀρχιερωσύνην, ut sit etiam Cum manuum impositione tradere, s. Per manuum impositionem. [V. Maximi Conf. c. 21: Τούτοις (τοῖς ἱερεῦσι) ἀνεῖται χρίειν καὶ χειροθετεῖν καὶ τὸν ἄρτον προσφέρειν. Ducang. De ordinatione clericorum Phot. Epist. p. 154, 24. De iis quos tetigerat Servator Orig. t. 3, p 660, B, τοῖς ὑπ' αὐτοῦ χειροθετουμένοις. De manibus S. Jo. Baptistæ Anon. Enc. capitis Anon. Actt. SS. Junii t. 4, p. 738, E, αἳ τὸν Χριστὸν χειροθετῆσαι κατηξιώθησαν. Hase.] In VV. LL. pass. χειροθετεῖσθαι affertur pro Accipere manuum impositione, ex Canone 8 Conc. Niceni.

Χειροθήκη, ἡ, q. d. Manus repositorium s. conditorium aut receptaculum. Nisi potius necesse habemus thecam manus dicere, quum nullum horum trium satis hic convenire videatur. Sed possumus et totum Latine reddere, Chirotheca.

Χειροκαλαθίσκος, Saltationis quoddam genus. Tragicarum saltationum erant gestus, inquit Cam., σιμὴ, quod vocab. Repaudi signif. habet: χειροκαλαθίσκος et χεὶρ καταπλανὴς, Manuum gesticulationes, etc. Vide Polluc. [4, 105, ubi vitiosa veterum edd. scriptura σιμὴ χειροκαλαθίσκος χεὶρ καταπλανὴς pridem correcta est σιμὴ χεὶρ, καλαθίσκος, χεὶρ καταπράνής.]

Χειροκένως, vel Χεροκένως, Vacuis manibus, Sine munere, ut habent VV. LL. ex LXX, 1 Paral. 12, [33]: Ἐκπορευόμενοι εἰς παράταξιν πολέμου, ἐν πᾶσι σκεύεσι πολεμικοῖς, πεντήκοντα χιλιάδες βοηθῆσαι τῷ Δαβὶδ, οὐ χεροκένως, ubi Lat. interpretatio habet, Egredientes ad prælium instructi omnibus armis bellicis, quinquaginta milia venerunt in auxilium David, non corde duplici. Ideoque ut Græca quoque cum Hebræis consentiant, annotatur leg. videri ὧν κῆρ ὡς ἑνὸς, Quorum cor tanquam unius. Sed quis nescit κῆρ omnino esse poeticum? Quid vero tali conjectura opus est, quum veram lectionem ab illo χεροκένως longe remotam, Complut. edit. suppeditet? Ea vero est hæc, βοηθῆσαι τῷ Δαβὶδ, οὐδὲ μετὰ καρδίας καὶ καρδίας. Unde autem irrepserit illud χεροκένως, otiosis divinandum relinquo. [Fallitur. Vera scriptura est οὐ χεροκένως.]

[Χειροκμητέω, Manu laboro. Dionys. Alexandr. ap. Euseb. Præp. ev. 7, 19, p. 334, B, χειροκμητεῖν τὸν Θεόν. Hase.]

Χειρόκμητος, ὁ, ἡ, Manu laboratus (usurpando hoc partic., ut quum dicitur a poeta, Arte laboratæ vestes), vel Manu elaboratus. [Hesych.: Χειρόκμητα· χειροποίητα, ἤγουν ὑπὸ χειρῶν γεγενημένα. Suidas et Etym. M. p. 810, 46: Χ., ὑπὸ χειρῶν γεγλυμμένα (γεγραμμένα Etym. codex Voss. et Zonaras p. 1850) ἢ περιεξεσμένα).] Simpliciter etiam pro Manufactus, affert Bud. ex Aristot. 2 De mundo. Affertur vero et ex Philone De mundo, Τὰ χειρόκμητα ἔργα, pro Opera manibus elaborata. Est autem χειρόκμητος istud ποιητικώτερον quam χειροποίητος. [Aristot. Meteor. 2, 1: Τὰ δὲ πηγαῖα ὕδατα πάντα χειρόκμητα, al. χειροποίητα· 4, 3: Ἔργον ἐπὶ τῶν χειροκμήτων τὸ ὀπτῆσαι μᾶλλον ἢ ἑψῆσαι. Timæus Locr. p. 94, E: Ἀφορῶντος οὐκ ἐς χειρόκματα παραδείγματα. Strabo 1, p. 59: Διακοπαὶ χειρόκμητοι γεγόνασι· nam sic ex cod. Vatic. corrigendum pro χειρότμητοι. Eodem errore 2, p. 116, Χειροκμήτων οἰκημάτων (σχημάτων Coraes) in libris pluribus χειροτμήτων scriptum. Recte vero omnes 3, p. 171: Χ. βωμοῖς. Cyrill. Alex. In Nahum 3, p. 504: Οἱ χ. θεοί. Anon. ap. Suidam s. v. Λουτρά: Λουτρὰ τὰ μὲν χ. καὶ τετεχνασμένα, τὰ δὲ ἐκ τῶν κόλπων τῆς γῆς ἀναβρύοντα. Χειρόκμητα inscriptus fuit Democriti liber memoratus ab Diog. L. 9, 49, ubi in χέρνιβα corruptum, quod Salmas. Exerc. Plin. p. 1100 correxit ex Plin. H. N. 24, 17, 102, Columella 7, 5, 17 (qui non Democriti, sed Boli Mendesii esse contendit) et Vitruvio 9, 3, qui nominis rationem reddit: *In quo* (libro) *utebatur annulis, signans cera molli quæ esset expertus;* de quo vide quæ dixit Menag. ad l. Diogenis L. Zosimi, philosophi Alexandrini, Χυμευτικὰ ab aliis Χειρόκμητα inscribi narrat Suidas s. v. Ζώσιμος.]

[Χειρόκνημις, ῖδος, ἡ, q. d. Manus ocrea. Anon. in libello De arte tactica ap. Montef. Bibl. Coisl. p. 514, sine expos., ubi falso accentu χειροκνημίς.]

Χειροκοπέω, Manum abscindo, amputo, ut [Heraclitus in Alleg. Homer. c. 18, p. 434], Οἱ νομοθέται τοὺς πατροτύπτας χειροκοποῦσι. [Diodor. Exc. p. 567: Τοὺς συμμαχοῦντας τοῖς Φοίνιξι χειροκοπεῖν· 595, 29: Τινὰς μὲν χειροκοπήσας διεμέλιζε. Appian. Hisp. c. 68. Χεῖρας ἐναίρων Hom. Il. Φ, 26, per χειροκοπῶν exp. schol. et Eustath. Georg. Acrop. Annal. p. 20, B, ubi χειροκοπήσει ex Dousæ cod. restituendum pro χειροκοπίᾳ. Improprie χ. τὸ αἰδοῖον, Masturbare, Artemidor. 1, 78.] Et passivo. Χειροκοποῦμαι, Manus mihi amputatur. [Strabo 15, p. 710. Pseudo-Plut. Parall. min. 1, p. 305, C: Κυνέγειρος δ' ἐχειροκοπήθη. Herch. Legg. Rotharis p. 17, 15; 73, 12 et 16 ed. Zachar., χειροκοπείσθω. It. Basil. Prochir. p. 236, 4; 237, 15; 248, 9 et 18; 249, 3, χειροκοπείσθωσαν, Manu truncantor. Hase.]

[Χειροκρασία. V. Χειροκρατία.]

Χειροκρατία, ἡ, Manuum potentia s. potestas, Potentia quæ usurpatur ab iis qui viribus plus pollent, quum sc. leges armis opprimuntur. [Χειροκρατία (codd. vet. χειροκρατεία) ex Platone, apud quem non legitur, affert Pollux 2, 149.] Polyb. [6, 9, 7] : [Μεθίσταται δ' εἰς βίαν καὶ χειροκρατίαν ἡ δημοκρατία. [Appian. Civ. 1, 17.] Bud. περὶ ὀχλοκρατίας locutus, Est etiam, inquit, χειροκρατία, vitium seditiosæ politiæ, quod exoritur a democratia corrupta licentia τῶν δημαγωγῶν, et plebis turbulentæ inescatorum, i. e. τῶν δελεαζόντων τὰ πλήθη. Vide Comm. p. 840. Habetur etiam Χειροκρασία, in VV. LL. quo dicitur significari Manuum potentia s. continentia. [Diodor. Exc. p. 534, 28 : Τῆς παρανόμου χειροκρασίας· sed p. 608, 46 : Τῆς π. χειροκρατίας.] Afferturque ex Dionys. H. Hist. 6, [65] : Δεδιότες ὡς οὐ πρόσω χειροκρασίας ἐλευσόμενον, quæ ita redduntur, Veriti ne non diutius a manibus temperaret; Ne ad manus veniret; vel, Ne res manibus ageretur. [Dionys. Exc. vol. 4, p. 2319, 5 : Καταβοαί τ' ἀλλήλων ἐγίνοντο καὶ χειροκρασίαι. Id. 8, 72 : Βίᾳ καὶ χειροκρασίᾳ κυρῶσαι τὸν νόμον· ubi cod. Vat. χειροκρατίᾳ.] Sed χειροκρασίαν, sicut et χειροκρατίαν, posse significare Manuum potentiam, mihi non fit verisimile, licet et ap. Plutarch. [Mor. p. 332, C] legamus, Βίαν πολεμικὴν καὶ χειροκρασίαν, ubi Bud. vertit Imperiosam quandam vim impotentiamque bellicam. Sed eum χειροκρατίαν legisse existimo. Quod autem ad alteram signif. attinet, non video quomodo illi Dionysii loco quadrare possit, de quo tamen, donec eum adire licuerit, ἐπέχω. [De utraque forma similibusque dixit Lobeck. ad Phryn. p. 526.]

Χειροκρατικὸς, ἡ, ὸν, Ad χειροκρατίαν pertinens, Talis qualis est eorum qui χειροκρατίαν exercent. Polyb. [6, 10, 4] : Ἀριστοκρατίᾳ δὲ παρέπεται ὁ θηριώδης τρόπος καὶ χειροκρατικὸς, Tales mores quales sunt eorum qui violentam illam potentiam usurpant, dictam sc. χειροκρατίαν.

[Χειροκτύπος ap. Telestem Athen. 14, p. 616, F, vitiose pro χοροκτύπος, quod v.]

[Χειρολάβη, ἡ, Manubrium. Philo in Mathem. vett. p. 76. Ex Herone Ctesibio affert Ducang.]

Χειρολαβὶς, ίδος, ἡ, Stivæ pars, sc. Cavum illud cui manum arator immittit, τὸ κοῖλον τῆς ἐχέτλης, καθ' ὃ τὴν χεῖρα ἐναρμόζει ὁ ἀρότης, Pollux [1, 252]. Apud eum tamen scio legi χειρολαβὴς, quod et VV. LL. habent; sed quin reponi debeat χειρολαβὶς, ea forma qua dicitur τριχολαβὶς, et alia nonnulla, neminem aliquo judicio præditum inficiaturum puto. Sonat autem χειρολαβὶς, q. d. Manus prehensio, s. potius Prehensorium.

[Χειρολογέω, Manu decerpo. Geopon. 10, 21, 6 : Πλήρωσον μήλων κεχειρολογημένων.]

[Χειρομάγγανον, τὸ, Machina bellica manualis. Anon. in Math. vett. p. 318, 12 : Τὰς λεγομένας ἡλακάτας καὶ χειρομάγγανα.]

Χειρομάγιον, τὸ, Mappa, in Colloquio Græci Sermonis. Ita VV. LL., quæ per Colloquium Græci Sermonis intelligunt Líbellum quendam, in quo duo de rebus ad quotidianos vitæ usus pertinentibus Græce colloquuntur, sine auctoris nomine editum. Sed tam ineptus est ille libellus, ut merito nomen auctoris celatum sit : quo magis miror testimonium inde non in hac voce solum, sed et in aliis nonnullis peti. Si tamen adulterina vox hæc non est, videtur potius i. significare q. proxime sequens χειρόμακτρον.

Χειρόμακτρον, τὸ, Linteum ad abstergendas manus, q. d. Manuum abstersorium (si Abstersorium substantivi forma dici queat), Mantile. [Χειρόμακτρα ab Scythis ex pellibus hostium occisorum facta memorat Herodot 4, 64, de quo more Hesych. : Σκυθιστὶ χειρόμακτρον· οἱ Σκύθαι τῶν ἁλισκομένων πολεμίων τὰς κεφαλὰς ἐκδέροντες τοῖς δέρμασιν ἀντὶ χειρομάκτρων ἐχρῶντο. Nam sic codicis vitia λαμβανομένων πολλοῖς ὧν τὰς κ. ἐ. ἦσαν ἀντὶ ... corrigenda sunt, partim præeunte Lennepio, qui τοῖς δέρμασιν pro ἦσαν restituit. Hesychii autem glossa ex Sophoclis OEnomao (fr. 420) sumta est, cujus versum servavit] Athen. 9, [p. 410, C] : Χειρόμακτρον δὲ καλεῖται ᾧ τὰς χεῖρας ἀπεμάττοντο ὠμολίνῳ. [Post quæ affert versum] Aristoph. [ex Tagenistis] : Φέρε, παῖ, ταχέως κατὰ χειρὸς ὕδωρ, παράπεμπε τὸ χειρόμακτρον. [Tum : Σοφοκλῆς Οἰνομάῳ « Σκυθιστὶ χειρόμακτρον ἐκκεκαρμένος » καὶ Ἡρόδοτος ἐν δευτέρᾳ. Ξενοφῶν δ' ἐν πρώτῳ Παιδείας γράφει, etc.] Xenoph. Cyrop. [1, 3, 5] : Ἀποκαθαίρεις τὴν χεῖρα εἰς τὸ χειρόμακτρον. [Schol. Theocr. 7, 16 : Εἰώθασιν οἱ τυροποιοῦντες ἀπορίᾳ χειρομάκτρων ἀποσπογγίζειν τὰς χεῖρας αὐτῶν ἐν οἷς δερματίνοις εἵμασι περιβέβληνται.] Est χειρόμακτρον i. etiam q. μαγδαλιὰ, ex schol. Aristoph. Eq. [412.] Vocem autem istam vide supra. [Schol. μαγδαλιὰ exp. τὸ σταῖς ᾧ ἀπομάττονται οἱ μάγειροι, ὅπερ ἐκάλουν χειρόμακτρον, ὃ μετὰ τὴν ἐργασίαν ἀπερρίπτουν τοῖς κυσί. Hujusmodi massa, qua αἱ χεῖρες ἀπομάττονται, etsi ipsa quoque χειρόμακτρον dici potuit, tamen in locis supra allatis omnibus nihil impedit quominus ὠμόλινον, i. e. linteum, intelligatur, ut Athenæus accepit. Quod manifestius etiam est in loco Luciani De merc. cond. c. 15 : Τεκμήριον ποιούμενοι τοῦ μὴ παρ' ἄλλῳ πρότερόν σε δεδειπνηκέναι τὸ καινὸν εἶναί σοι καὶ τὸ χ. τιθέμενον. Per ἐκμαγεῖον exp. Pollux 6, 93 : Τὸ ἐκμαγεῖον καὶ χ. ἂν προσείποις.] || Χειρόμακτρον nominatur et in Ornatu muliebri; atque ita videtur posuisse Herodot. 2, [122] : Καί μιν πάλιν ἀπικέσθαι δῶρον ἔχοντα παρ' αὐτῆς χειρόμακτρον χρύσεον, Atque illum reversum a Proserpina, attulisse dono sibi datum velum aureolum, Cam. Ex Athen. discimus fuisse κόσμον κεφαλῆς. [Athenæus l. c. p. 410, E, præter locum Herodoti Sapphonis fragmentum attulit, ex quo appareat χειρόμακτρα κόσμον λέγεσθαι κεφαλῆς, et Hecatæi verba : Γυναῖκες (Asiaticæ) ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ἔχουσι χειρόμακτρα.] || Etiam Χειρόμαστρον legitur ap. Hesych. una cum altero illo Χειρόμακτρον. Ita enim apud eum scriptum est, Χειρόμακτρον, ἢ χειρόμαστρον, μανδίλιον. Sed aliud potius quam χειρόμαστρον scripsisse eum arbitror. [Videtur dittographia esse vitiosa. Etym. M. p. 810, 47 : Χ. ὃ παρὰ Ῥωμαίοις καλεῖται μανδίλιον, quæ gl. etiam apud Suidam legitur, nisi quod μανδήλιον scriptum est (ut ap. Herodian. Epim. p. 150), addita etymologia inepta, παρὰ τὸ μάττειν τὴν ὕλην.]

[Χειρομανικὸν, τὸ, Manica qua manus ligatur. Mich. Sachs. *Beitr. zur Sprachf. aus jüd. Quellen* fasc. 1, p. 130. Hase.]

[Χειρομάντεια, ἡ. V. Χειρόμαντις.]

Χειρόμαντις, εως, ὁ, Ex manu s. manibus divinans, i. e. Ex inspectione manuum. In manu enim sunt variæ incisuræ seu lineæ, i. e. τομαὶ s. γραμμαί : quibus inspectis ac consideratis reperiuntur qui de hominum vita et moribus prædicturos se polliceantur. Hi vocantur non tantum χειρομάντεις, sed etiam χειροσκόποι. Cam. Apud Polluc. [2, 152] est fem. Χειρομάντεις : scribit enim, si mendosæ ibi vulg. editt. non sunt, Χειρομάντεις, αἱ ἐκ τῶν χειρῶν μαντευόμεναι : quasi nimirum feminis peculiare hoc divinationis genus esset, ut hodieque vagas illas mulieres, quæ se Ægyptias aut Ægyptiaca stirpe oriundas mentiuntur, eam divinationem exercere videmus. [Polluci οἱ ... μαντευόμενοι restituendum ex cod. Parisino. Etym. M. p. 810, 48, et Lexicon Bachmanni p. 414 : Χειρόμαντις· ὁ διὰ τῶν ἐν ταῖς χερσὶ γραμμῶν μαντευόμενος. Cujus gl. lemma solum superest apud Suidam in codicibus melioribus in χειρομάστις, in aliis in χειρομάστης corruptum. Plural. ap. Hesych. : Χειρομάντεις· οἱ ἀπὸ χειρῶν μαντευόμενοι.] Ceterum in VV. LL. habetur non solum χειρομάντις (quod potius proparoxytone scribi debet, ut ψευδόμαντις, et alia ex μάντις composita), sed etiam Χειρομάντης, ὁ, quam scripturam nullo idoneo teste probari posse existimo. A χειρόμαντις autem est nomen Χειρομάντεια, Divinatio illa ex inspectione manus s. manuum.

[Χειρόμαστρον. V. Χειρόμακτρον.]

[Χειρομάχα, ἡ. Χειρομάχας, ὁ. V. Χειρομάχος.]

[Χειρομᾰχέω, Manu pugno. Sensu obsceno Scythinus Anth. Pal. 12, 22 : Ἀγρυπνήσω πολλάκι τῇ κενεῇ Κύπριδι χειρομαχῶν. Quocum Jacobs. vol. 12, p. 475, comparavit Martial. 10, 42 : « Pellice læva uteris et Veneri servit amica manus. »]

[Χειρομᾰχία, ἡ. Eustath. p. 1716, 4 : Αὐτοφυῶς καὶ οὐκ ἀπὸ χειρομαχίας τὸ τοιοῦτον φυτὸν γενέσθαι· ubi idem fere est quod χειρωναξία, ars quæ manibus exercetur. Pierson. ad Mœr. p. 407.]

Χειρομάχος, ὁ, ἡ, Manibus pugnans. Apud Eustath. autem [p. 1425, 64; 1783, 13; 1833, 56] ex Athen. [?] χειρομάχα πληθὺς, Vulgus hominum labore manuum victum quæritans, οἱ χειρώνακτες, s. χειρουργοί. [Eustath. Opusc. p. 244, 80 : Οἱ τῆς χειρομάχας πληθύος· 134, 30 : Διέζεταί τις χειρομάχα ψυχὴ, ὅτι κολούεται μισθοῦ ὁ ἄνθρωπος. Mascul. Χειρομάχας, ὁ, ibid. p. 47, 19 : Τοῦ ἀρεϊκὸς εἶναι καὶ ὡς εἰπεῖν χειρομάχας.] At Plutarch. Quæst. Gr. [p. 298, C] apud Milesios sodalitates duas fuisse scribit, quarum una appellata sit χειρομάχα. [Conf. Coraen ad Ælian. V. H. p. 332.]

[Χειρόμαχος, ὁ, Chiromachus, Electryonis et Anaxus filius. Apollod 2, 4, 5.]

[Χειρομήριον, τό. Hesych. : Ῥοκάνη· ἀθλητήριον, χ., ἀμυντήριον, τεκτονικὸν ἐργαλεῖον.]

[Χειρομίσθιον, τὸ, Manupretium. Schol. Basilic. ad 20, p. 472 : Τοῦ λεγομένου χειρομίσθου (sic), τουτέστι μισθοῦ τῆς ἐργασίας. Ducang.]

Χειρομύλη, [s. Χειρόμυλος,] Manuaria s. Trusatilis mola, e Xen. Cyrop. 6, [2, 31]. Invenitur vero pro eodem et Χειρομύλων, ωνος, ὁ, [Pistrilla, Gl.] ap. Diosc. 5, [103. Χειρόμυλον, τὸ, Mola manualis, Gl. Hoc ex Constantini Tacticis p. 19, et Leone c. 5, n. 6, 27, affert Ducang.]

Χειρονάζητος, Ex suis manibus victum habens, VV. LL. et quidem in illis etiam quæ prima omnium edita fuerunt, quibus cetera fidem adhibuerunt. At ego nemini, dicenti vocem illam mendo carere, crediderim.

[Χειρόνιβον, τὸ, i. q. χειρόνιπτρον. Epicharm. ap. Athen. 10, p. 408, D, ubi plur. χειρόνιβα. Ex Athenæo Eustath. p. 1401, 10.]

Χειρόνιπτρον, τὸ, Pelvis in qua manus abluuntur (ut ποδόνιπτρον, Pelvis in qua pedes abluuntur). Maluvium eadem forma qua Pelluvium, quidam dixerunt, haud scio an satis Latine. Hoc certe Pelluvium et de Vase in quo abluuntur manus quidam dici tradiderunt. [Eupolis ap. Athen. 10, p. 408, D : Εἴληφε χ. Schol. Hom. Il. A, 449 : Παρέκειτο τὰ χ. ὅτε βούλοιντο νίπτεσθαι.] Ceterum χειρόνιπτρον est etiam Aqua qua manus abluuntur. Quæ signif. affertur ex auctoritate Etym. [M. p. 810, 50], quoniam ille exp. τὸ χειρὸς ὕδωρ, auctorem citans Aristoph. [per errorem pro Eupolide, quod manifestum fit ex Lex. Bachm. p. 414, 10, qui in eadem glossa ipse quoque Aristophanem nominat, addito qui non legitur in Etym. M. versu, Κἄν τις τύχῃ πρῶτος βαλὼν, εἴληφε χειρόνιπτρα, qui non Aristophanis, sed Eupolidis ex Δήμοις est ap. Athen. l. c., ubi recte scriptum δραμὼν et χειρόνιπτρον. Ex alio Eupolidis Κολάκων loco Pollux 10, 90 : Φροῦδον τὸ χειρόμακτρον. Χερόνιπτρον Eupolidi 6, 92, tribuitur, ubi pariter scribendum χειρόνιπτρον, licet χερόνιπτρον reperiatur etiam in inscr. ap. Bœckh. 161, vol. 1, p. 286 : Σφαγεῖα καὶ χερο....., et in Æginetica 2139, l. 15, vol. 2, p. 173; et ap. Eustath. p. 1351, 53 : Χέρνιβον ἡμῖν συνήθως τὸ χερόνιπτρον· quæ exscripsit Philemo Lex. § 286, ubi χέρνιπτρον. G. D.] In meo autem vet. Lex. legitur, Χειρόνιπτρον, τὸ κατὰ χειρὸς ὕδωρ, citato itidem Aristoph. Additur [ut in cod. Voss. Etym. M.] dici Ποδάνιπτρον, eodem modo, τὸ κατὰ ποδῶν. Et esse ποδάνιπτρον pro ποδόνιπτρον, verso ο in α. At Dioscoridi, quod magis mirandum est, χειρόνιπτρον i. est q. χειρῶν νίψις, Manuum ablutio s. lotio, 1, 6 : Καὶ σήθειν χωρίζοντα τὸν κονιορτὸν, εὐχρηστοῦντα εἰς χειρόνιπτρον, Et incerniculo pulverem excutere eluendis manibus utilem. [Χειρόνιπτρον inter composita cum χειρ ap. Polluc. 2, 150.]

Χειρονομέω, Manus certa lege moveo s. potius motito, concinne gesticulando s. concinnos gestus edendo. Vel brevius, Concinno gestu manus motito. Pollux [2, 152] exp. ταῖν χεροῖν ἐν ῥυθμῷ κινοῦμαι. [Aristæn. Ep. 1, 10, p. 49 : Ἡ διδάσκαλος ἐπέβλεπε τὴν ἀπάδουσαν καὶ εἰς τὸ μέλος ἱκανῶς ἐνεβίβαζε χειρονομοῦσα τὸν τρόπον· ubi Boiss. p. 384 : « Τὸ χειρονομεῖν magistri chori munus erat, fiebatque vel manus motu unius vel manuum complosione exercita intervallorum proportione repetita. »] Herodot. 6, [129] de Hippoclide : Τοῖς ποσὶν [σκέλεσι] ἐχειρονόμησε [quo loco utitur Plutarch. Mor. p. 867, B], Pedibus sublatis edidit gestus quales manibus edi solent, Cam. Apud Xenoph. Symp. [2, 19] dicit quidam se didicisse quidem χειρονομεῖν, sed non item ὀρχεῖσθαι. Ejus enim hæc verba sunt : Καὶ αὐτὸς ἐλθὼν οἴκαδε, ὠρχούμην μὲν οὔ· οὐ γὰρ πώποτε τοῦτ' ἔμαθον· ἐχειρονόμουν δέ· ταῦτα γὰρ ἠπιστάμην. Unde discimus posse aliquem χειρονομεῖν, etiam non ὀρχούμενον. Juvenalis autem hæc duo conjunxit, Sat. 5, [120] : Saltantem spectas et chironomoῦnta volanti Cultello. [Athen. 10, p. 416, A : Πολλοὺς καθ' ἕνα νικήσας μετὰ τοῦτο ἐχειρονόμησε. Ælian. V. H. 14, 22 : Ἐσοφίσαντο τὸ τοῦ τυράννου πρόσταγμα καὶ ἀλλήλοις ἔνευον καὶ ἐχειρονόμουν πρὸς ἀλλήλους. Dio Cass. 36, 13 : Ταῦτ' αὐτοῦ χειρονομοῦντος ὁ ὅμιλος ἀνέκραγεν. Schol. Luciani vol. 2, p. 827 : Τῶν ῥητόρων ... πεπαρρησιασμένως χειρονομούντων ἐπὶ τοῖς λεγομένοις ὑπ' αὐτῶν. Nam sic Bast. Ep. crit. p. 255 correxit pro χειροτονούντων.] At vero cum σκιαμαχεῖν convenire hoc χειρονομεῖν discimus ex Plat. Leg. 8, [p. 830, C]; discimus item ex isto Pausaniæ loco, Eliac. 2 [6, 10, 1], ubi de statua Glauci pugilis loquitur : Σκιαμαχοῦντος γὰρ ὁ ἀνδριὰς παρέχεται σχῆμα· ὅτι ὁ Γλαῦκος ἦν ἐπιτηδειότατος τῶν κατ' αὐτὸν χειρονομῆσαι πεφυκώς. Quo ex l. non recte colligit Suidas (sunt enim hæc verba, illa ipsa quæ affert, auctoris nomen reticens), χειρονομεῖν esse πυκτεύειν. [Plutarch. Mor. p. 747, B : Χειρονομῶν ἐν ταῖς παλαίστραις ἐδόκει διαφέρειν τῶν παίδων. Dio Chr. vol. 1, p. 663 : Χειρονομοῦντες καὶ παλαίοντες. Xenocr. Anth. Plan. 186 : Πῶς ὄρθια χειρονομήσω; G. D. Synes. p. 156, A, ἐν παλαίστρᾳ χειρονομήσας. Hase.]

[Χειρονομησείω.] A Cratino quidam fuerunt etiam dicti Χειρονομησείοντες, teste Polluce [2, 153] : quod partic. videtur significare Eos qui chironomicam illam gesticulationem edere cupiunt.

Χειρονομία, ἡ, Lex gestus, ut Fabius interpr. 1, 19 fin. [c. 11, 17] : Et certe quod facere oporteat, non indignum est discere, quum præsertim hæc χειρονομία, quæ est, ut nomine ipso declaratur, Lex gestus, et ab illis temporibus heroicis orta sit, et a summis Græciæ viris, et ab ipso etiam Socrate probata : a Platone quoque in parte civilium posita virtutum, et Chrysippo in præceptis de liberorum educatione compositis non omissa. Nam Lacedæmonios quidem, etiam saltationem quandam, tanquam ad bella quoque utilem, habuisse inter exercitationes accepimus. Hæc ille. Χειρονομία a quibusdam redditur, Manuum motus et gesticulatio. Sed ad exprimendam vim Græcæ vocis, dicendum potius esset, Manuum certa cum lege motus. [Cyrill. Lex. : Χ., κίνησις, γυμνασία χειρῶν.] A Bud. esse dicitur Saltatio gesticulatrix, (sicut χειρονόμοι ei sunt Gesticulatores,) qualem esse ait quam Mauriquam vocamus. Sed scrib. potius Maurisquam : quod si plane Gallica vox retinenda sit, scribere oportebit *Morisque;* ita enim vocamus Gesticulatricem quandam saltationem, quam quod Mauri in Galliam introduxissent, ab illis dicta fuit *Morisque,* eodem modo sc. quo ipsos Mauros appellamus *Mores,* non *Maures.* Memini autem me puero in frequenti usu fuisse saltationes ejusmodi, et noctu potissimum ad lampades exerceri solitas : qui usus nunc contra propemodum desiit. Est certe hujus generis et ea saltatio, quam vulgo appellamus *Les matachins :* huic autem non parum convenit cum una ex iis quæ a Xen. describuntur Anab. 6 init.: in qua saltantium unus tanquam lethali vulnere accepto concidit, mox a sociis tanquam mortuus effertur. Certe et πυρρίχην, cujus ibi idem Xen. meminit, dictam esse etiam χειρονομίαν testatur Athen. [14, p. 641, C. Plut. Mor. p. 997, C : Μὴ πυρρίχαις χαίρειν μηδὲ χειρονομίαις. Lucian. De salt. c. 78 : Οὐκ ἀπήλλακται ὄρχησις καὶ τῆς ἐναγωνίου χ. Iambl. V. Pyth. p. 210 : Ἐχρῶντο ... ἁλτηροβολίᾳ ἢ χειρονομίᾳ, ut χειρονομίη inter corporis exercitationes numeratur ab Hippocr. p. 374, 3. Antyllus Oribasii p. 121 Matth.: Ὀρχήσεως καὶ σκιομαχίας μεταξὺ χειρονομία ἐστὶ, μᾶλλον μὴν ἔχεται σκιομαχίας. (Galen. vol. 6, p. 324, 17, χειρονομίαι τε καὶ ἀκροχειρισμοὶ καὶ δισκοβολίαι· conf. Daremberg. ad Oribas. t. 1, p. 663. Basil. t. 1, p. 571, D, οἵ γε ἐν χ. καὶ ὀρχήσεσι τὴν ἐμπειρίαν κτησάμενοι. Hase.) De pugilatu Maccab. 3, 1, 5 : Οὕτω συνέβη τοὺς ἀντιπάλους ἐν χειρονομίαις διαφθαρῆναι. Heliod. 4, 1, p. 159,

πυγμῆς χειρονομία· 9, 16, p. 433, τῆς κατὰ συστάδην χειρονομίας.]

Χειρονομικὸς, ἡ, ὸν, Ad chironomiam pertinens, In quo utimur chironomia: ut χ. ὄρχημα, ὄρχησις.

Χειρονόμος, ὁ, [ἡ], Qui certa quadam lege et certa arte manus motitat, ita ut concinne gesticuletur. [Inter composita cum χειρ ap. Herodian. Epimer. p. 150. Femin. ap. Juvenal. 6, 63 : «Chironomon Ledam.» Quod Juvenalis Græce scripserat «χειρονόμον Ledam», ut χειρονομοῦντα 5, 120.] Ab Hesych. exp. ὀρχηστής : quum tamen χειρονομεῖν distinguere ἀπὸ τοῦ ὀρχεῖσθαι Xenophontem videamus.

[Χειρόνως. V. Χείρων.]

Χειροπέδη, ἡ, Manum vinculum. [Eustath. p. 159 extr.] Frequentior est usus numeri pluralis Χειροπέδαι, Vincula manum, Catenæ quibus manus vinciuntur. Uno verbo Manicæ. Extat ap. Herodotum [ex quo χειροπέδας affert Pollux 2, 152, quod non legitur ap. Herodotum. Diodor. 20, 13 : Χειροπεδῶν ζεύγη], nec non Eccles. 21, [21 : Ὡς χειροπέδαι ἐπὶ χειρὸς δεξιᾶς. Jerem. 40, 1 : Λαβεῖν αὐτὸν ἐν χειροπέδαις. Jes. 45, 14; Psalm. 149, 8. Theophyl. Sim. Hist. p. 92, A; 93, B; Eustath. Opusc. p. 186, 70; 279, 60; Const. Manass. Chron. 2464, 2886, 3202, aliique recentiores non pauci. G. D. Theophan. Chronogr. vol. 1, p. 480, 10 Bonn. Jo. Damasc. t. 2, p. 839, E. De Junone Greg. Naz. t. 1, p. 105, A, χρυσαῖς τιμωμένη χ. Hase.]

[Χειρόπεδον, (τὸ,) Manica ferrea, Gl. Male pro χειροπέδη.]

[Χειροπλαστέω, Manibus formo. Jo. Damasc. t. 2, p. 837, D, χειροπλαστήσας τὸν πρῶτον ἐν ἀνθρώποις ἄνθρωπον. Hase.]

[Χειρόπλαστος, ὁ, ἡ, Manibus fictus. Theophil. Protosp. 1, 10.]

Χειροπληθὴς, ὁ, ἡ, Manum implens, Tam magnus ut manum impleat s. implere possit; Qui manu comprehendi potest, ex Celso. [Corpulentus, Gl. Xen. Anab. 3, 3, 17 : Χειροπληθέσι τοῖς λίθοις σφενδονᾶν· ubi codd. χειροπλήθεσι, accentu in libris non infrequenti, ut ἀγκάλισμα χειρόπληθες ap. Lucian. Amor. c. 14, μολυβδίδας χειροπλήθεις Anach. c. 27, contra λίθος χειροπληθὴς ib. c. 32; et χειροπληθέσι λίθοις Dionys. A. R. 5, 24; χειροπληθεῖς λίθους Geopon. 5, 9, 7. (It. Zosim. Hist. p. 247, λίθοις χ., et p. 248, 6, πετρῶν χ. Strabo p. 182, C, de Campo Lapideo ad ostia Rhodani, μεστόν ἐστι λίθων χειροπληθῶν. Hase.) Ξύλα χειροπληθῆ Dionys. A. R. 5, 46. Theocr. 25, 63 : Χειροπληθῆ τε κορύνην. Theophr. H. Pl. 4, 2, 7 : Μέγεθος χειροπληθές. X. στέλεχος Pollux 1, 235.] In VV. LL. χειροπληθὲς ap. Medicos Græcos esse dicitur Quantum manu prehendi potest; quod a Latinis Manipulum appellari. Apud Diosc. δέσμας χειροπληθεῖς Bud. vertit Manuales fasciculos : Εἰς δέσμας ἀναλαμβανόμενος χειροπληθεῖς, In fasciculos manuales collectus et constrictus. Est autem in Diosc. locus 1, 7, ubi interpres Ruellius itidem Manuales fasciculos dixit. [Χειροπληθοῦς πλέον Geopon. 2, 38, 2; χειροπληθῆ δεσμὴν 9, 25, 1; χειροπληθὲς ἀλφίτων 14, 17, 2. X. δεσμίον Alex. Trall. 8, p. 158. || Adverb. Χειροπληθῶς schol. Luciani Tim. c. 20.] Extat porro et aliud adj. Χειροπληθιαῖος, ap. Theophr. H. Pl. 9, 4, [10] pro ead. signif.: Εἰσὶ δέ τινες καὶ μεγάλοι σφόδρα τῷ χόνδρῳ· ὥστε εἶναι τῷ μὲν ὄγκῳ χειροπληθιαίους, σταθμῷ δὲ πλεῖον ἢ τρίτον μέρος μνᾶς· quæ Gaza ita reddidit, Quoddam adeo magna gleba consistit, ut mole sua manum implere, pondere vero plusquam tertiam partem minæ æquare possit. [« Codd. Urbinas et Medicei λόγῳ habent, alterum vocab. non variant, de cujus forma admodum dubito, an vera sit, quum duobus in ll. alteram legitimam Theophr. adhibuerit, nisi in scriptura vitiosa De lapid. § 21, Χειροπληστίας alia latet.» Schneid. Ind. Diodor. 3, 22 : Χειροπληθιαίους ὄγκους. Λίθους χ. ib. 27, et 5, 26, sed λίθοις χειροπληθέσι 3, 32. || Χεροπληθὴς ap. Nicandr. Th. 94 : Ἐν δὲ χεροπληθῆ καρπὸν ... δαυχνοῦ.]

Χειρόπληκτος, ὁ, ἡ, vel Χερόπληκτος, Manu percussus s. Manibus, Manibus inflictus, ex Soph. [Aj. 631]: Χερόπληκτοι δ' ἐν στέρνοισι πεσοῦνται δοῦποι, ubi χειρόπληκτοι exp. Manibus editi; sed malim, ad expri-

A mendam vim vocabuli, Manuum percussu editi s. Manibus percutientibus editi.

[Χειροπληστίας. V. Χειροπληθής.]

[Χειροποδαλγὸς, ὁ, Manuum pedumque dolore laborans. Mazaris in Anecd. meis vol. 3, p. 161 : Φθονεῖ ποδαλγῷ χειροποδαλγός· et p. 166. Boiss.]

[Χειροπόδης. V. Χιράς et Χιρόπους.]

[Χειροποιέω, Manu facio. Soph. Tr. 891 : Αὐτὴ πρὸς αὑτῆς χειροποιεῖται τάδε· quod schol. exp.: Ταῦτα τῇ χειρὶ ἑαυτῆς διεπράξατο. « Epiphan. t. 1, p. 554, A, ματαίως ἐχειροποίει.» Hase.]

Χειροποίητος, ὁ, ἡ, Manu factus, Artificio humano factus s. structus s. fabricatus: pro quo habuisti supra χειρόκμητος, quod est ποιητικώτερον. Paulus Ad Ephes. 2, [11] : Περιτομὴ χειροποίητος. Et ναὸς χειροποίητος, ap. Marc. [14, 58], nec non ap. Lucam, in duobus Act. locis [7, 48; 17, 24], Templum manu ædificatum. [De idolis gentilium manufactis ap. LXX Levit. 26, 1, Jes. 2, 18; 10, 11; 19, 1; 21, 9.] Legimus vero et φλόγα χειροποίητον ap. Thuc. 2, p. 73 B meæ ed. [c. 77], ubi schol. annotat dici ad differentiam τῆς αὐτομάτου. Apud Dem. autem [p. 71, 23] χειροποίητα opponuntur iis quæ natura suppeditat. Nam περὶ χαρακωμάτων et τειχῶν, et τάφρων, ac de similibus locutus, subjungit, Καὶ ταῦτα μέν ἐστιν ἅπαντα χειροποίητα, καὶ δαπάνης πολλῆς προσδεῖται· ἓν δέ τι κοινὸν ἡ φύσις τῶν εὖ φρονούντων ἐν ἑαυτῇ κέκτηται φυλακτήριον. Ubi χειροποίητα non sunt Manu facta, sed potius Quæ manu fieri solent; vel Quæ talia sunt ut manu fieri necesse habeant, Quæ natura non suppeditat, sed artis humanæ sunt opera. [Herodot. 1, 195: Σκῆπτρον χ. 2, 149, Diodor. 13, 82, Ælian. N. A. 13, 18 : Λίμνη χ. Plato Critia p. 118, C : X. ἔργον. Xen. Anab. 4, 3, 5 : Ὁδὸς ... ὥσπερ χ., et quæ sunt alia hujusmodi plurima, ut χ. διεκβολαὶ Polyb. 1, 75, 4; πρόσβασις 5, 59, 9; κατασκευαὶ 5, 69, 2; ἀσφάλειαι 6, 42, 2; ὀχυρότης φυσικὴ καὶ χ. 4, 64, 9; διῶρυξ et στόματα Νείλου χ. Diodor. 1, 33; εὐναὶ ἐξ ἀνθῶν, οὐ χειροποίητοι 3, 68; ὁδοὶ Dionys. A. R. 10, 16; ὄχθαι, Heliodor. 93 (qui 2, 30 : Σκηπτοῦ τινος ἢ χειροποιήτου C πυρός); θεάτροις, λιμέσιν, κάλλεσιν αὐτοφυέσι καὶ χειροποιήτοις Aristid. vol. 1, p. 232, 6; βαθρὴ Himer. Or. 7, 9, p. 526. Τὸ χ. de piscina dictum in Geopon. 20, 1, 2. X. χαράδρια Achill. Tat. 1, 15, qui longius ab usu vulgari recedens etiam μάχην χ. dixit 3, 3, i. e. μάχην χειρῶν, τῶν εἰσβαινόντων εἰς τὴν ἐφολκίδα εἰς χεῖρας ἐλθόντων, ut exp. Jacobsius. Metaph. χ. καὶ ψευδεῖς αἰτίαι, Ficta crimina, Polyb. 5, 41, 3. || Adverb. Χειροποιήτως. Polyb. 10, 10, 12 : Συμβαίνει τὴν λίμνην τῇ παρακειμένῃ θαλάττῃ σύρρουν γεγονέναι χ. Dionys. A. R. 9, 68 : Χωρίον χ. ἐστὶν ὀχυρόν. Joseph. B. J. 7, 8, 3 : Φύσει τε καὶ χ. τὸ φρούριον ὠχύρωτο. « Catena Corderiana in Psalm. 190, 7.» Boiss.]

Χειροπόνητος, ὁ, ἡ, Manu laboratus s. elaboratus.

[Χειροπόνια, τά.] Χειροπονία, ἡ, Festum quoddam in quo opifices sacrificabant, Hesych. Est autem a manuum labore dictum. [Scrib. autem Χειροπόνια, τά. Angl.]

Χειρόπους, vide post Χειράς : nam a χεὶρ est χειράς : a χειρὰς est Χειρόπους, non immediate a χείρ. [V. Χιρόπους s. v. Χιράς.] D

[Χειρόργανον, τὸ, Instrumenti musici species. Anonymus Philosophus chymicus ms.: Τὸ καλούμενον ὄργανον ψαλτήριον καὶ χ. Ducang.]

[Χειρορέκτης. V. Χειρουργός.]

[Χειρόρτιον, τὸ, i. q. χειροθήκη, vox barbara ap. metaphrasten Nicetæ Chon. p. 688, 27 : X. χρυσοῦν, quod Nicetas δορὰν χρυσόπαστον dixit. Codin. De offic. aulæ Cpol. c. 4. Hæc et alia Ducang.]

Χειροσιδήριον, τὸ, Manus ferrea, χεὶρ σιδηρᾶ Thucydidi; Lucano, et aliis, Manus ferrea. A Polluce [2, 152] χειροσιδήριον dicitur esse ναύμαχον ὅπλον. [Recta scriptura χεὶρ σιδηρᾶ restituta ex codd. V. s. v. Χείρ.]

[Χειροσίφωνον, τὸ, Tubulus manualis quo ignem Græcum in hostes ejaculabantur milites. Leo Tact. 19, 58, et Anon. Tacticus ms. ap. Ducang., uterque numero plurali χειροσίφωνα.]

[Χειροσκοπία, ἡ, Inspectio manus. Josephi Hypomn. c. 144 (p. 327 Fabr.). Angl. Jo. Philop. De cr. mundi p. 177, 19. Hase.]

Χειροσκοπικὸς, ἡ, ὸν, Ad artem χειροσκόπου pertinens : ut[a] χειροσκοπικὸν οἰώνισμα. [Suidas : Ἕλενος, ὃς συνέγραψε τὸ χειροσκοπικὸν (cod. Bruxell. χειροσκοπητικὸν) οἰώνισμα, ὡς ὅταν τῆς ἐκτάσεως τῶν χειρῶν τῆς παλάμης ἀπὸ τῶν ῥυτίδων εἴπωμεν, παιδοποιεῖ ἤ τι τοιοῦτον. Χειροσκοπικὸν μαντείας γένος gramm. ms. ap. Boiss. ad Eunap. vol. 1, p. 446, unde corrigendum quod ap. Eudociam p. 41, ubi eadem leguntur, scriptum est χειροσκόπιον. Eumolpi Eleusinii Χειροσκοπικὰ memorat Suidas s. v. Εὔμολπος.] Vide Suid., ap. quem inter alia habes, Χειροσκόποι, οἱ τὰς χειροτονίας ἐπισκοποῦντες· sed non dubito quin pro χειροτονίας reponi debeat χεῖρας. Natum autem errorem esse credo ex sequente verbo Χειροτονεῖν. [Eadem gl. ap. Tim. Lex. Plat. p. 275, etsi nullum hujus voc. vestigium ap. Platonem. Χειροτονίας Petitus Leg. Att. p. 288 defendit, eum intelligens qui sublatas in suffragiis ferendis manus numeret. G. D. Anon. ap. Cramer. Anecd. Ox. vol. 4, p. 241, 12 : Χειροσκοπικὸν, ὅταν διὰ τῆς ἐκτάσεως τῶν χειρῶν διατεινόμενος (fort. διατεινομένων) εἴπωσι, τόδε αὐτῷ γενήσεται. Hase.]

Χειροσκόπος, ὁ, Manus inspector s. Manuum, Qui ex inspectione manuum divinat, χειρόμαντις supra. [Χειροσκόποι Artemid. 2, 69. Vid. Χειροσκοπικός.]

Χειρόσοφος, vel Χειρίσοφος, ὁ, ἡ, q. d. Manu sapiens, i. q. et χειρονόμος. Lesbonax Mitylenæus, ut Lucian. De salt. [c. 69] scribit, ὀρχηστὰς vocabat χειρισόφους [recte nunc χειροσόφους] : quin etiam ᾄει ἐπὶ τὴν θέαν αὐτῶν, ὡς βελτίων ἀναστρέψων ἀπὸ τοῦ θεάτρου. At in Lexiph. [c. 14] habemus χειροσόφους, non χειρισόφους, ubi scribit, Ἥδιον ἀκούοιμι τῶν χειροσόφων τούτων, τοῦ τε αὐλητοῦ καὶ τῆς βαρβιτῳδοῦ. [Adde Rhet. præc. c. 17. Χειρίσοφος ab χειρὶ σοφὸς per ὑφὲν distinguit schol. Dionys. Thr. p. 684, 12, et inter composita cum χεὶρ est ap. Herodian. Epimer. p. 150. Χειρίσοφος μῦς Eustath. Opusc. p. 314, 10; quod relinquendum Eustathio aliisque recentioribus. (Velut Germano CPol. De restit. imag. p. 437, B Grets. Hase.) Ab veteribus hæc forma aliena videtur præterquam in nomine proprio Χειρίσοφος : v. Lobeck. Pathol. Elem. vol. 1, p. 557.]

[Χειροστρόφιον, τὸ, ap. Herodian. Epimer. p. 150 pro χειροτρόφιον restituit Boiss. Est instrumentum quo manus torquentur. Synes. Epist. 58.]

[Χειρότατος. V. Χείρων.]

[Χειροτένων, οντος, ὁ, Manus protendens. Hom. Batrach. 298 : Βλαισοὶ, χειροτένοντες.]

[Χειρότερος. V. Χείρων.]

[Χειρότευκτος, ὁ, ἡ, i. q. χειροποίητος. Cyrill. Alex. In Es. 19, p. 293 : Τὰ ἐν σηκοῖς χειρότευκτα. Suic. Nilus Narr. p. 28 ed. Par. 1639. Boiss. Jo. Damasc. t. 1, p. 313, B. Anon. Laud. comæ p. 28, 8 Miller., χ. φαλάκραν. De castrantibus Epiphan. t. 1, p. 490, A, τὸ χ. ἐργάζονται τῆς τῶν μελῶν ἀφαιρέσεως. Hase.]

Χειροτεχνέω, Manu opus aliquod conficio, Opifex sum. Hippocr. in Ep. ad Demag. : Ὁ δὲ ἰδιώτης ὀρέγεται βασιλείας· ὁ δὲ πολιτευόμενος τὸν χειροτεχνέοντα ὡς ἀκίνδυνον μακαρίζει. Cum quibus optime conveniunt quæ canit Horat. Serm. 1, Sat. 1 init. [Niceph. Antioch. Vita Sym. jun. Stylitæ Actt. SS. Maii t. 5, p. 345, A, χειροτεχνοῦσιν. Id. ib. p. 343, B, εἵς τε τὴν λατομίαν τῆς μονῆς καὶ τὴν οἰκοδομίαν ἐχειροτέχνουν. Dionys. Al. ap. Euseb. Præp. ev. p. 774, D, ὁ ἀράχνης χειροτεχνῶν ἐξ ἑαυτοῦ. Hase.]

[Χειροτέχνημα, τό.] Ejus [verbi χειροτεχνέω] verbale Χειροτέχνημα, significans τὸ χειροτεχνηθὲν, Pollux [7, 7. Babrius Fab. 30, 4 : Ὁ δὲ χειροτέχνημ' ὡς θεὸς καθιδρύσων.]

Χειροτέχνης, ὁ, Manu artem aliquam conficiens, Opifex. Quidam interpr. etiam Operarius, ex Cic. Sonat autem χειροτέχνης, q. d. Manuarius artifex. Apud Aristoph. Pl. [533] dicit Paupertas, Ἐγὼ γὰρ Τὸν χειροτέχνην, ὥσπερ δέσποιν', ἐπαναγκάζουσα κάθημαι Διὰ τὴν χρείαν καὶ τὴν πενίαν, ζητεῖν ὁπόθεν βίον ἕξει. [Ib. 617 : Τῶν χειροτεχνῶν καὶ τῆς Πενίας καταπαρδεῖν. Plato Rep. 10, p. 597, A : Τὸ τοῦ κλινουργοῦ ἔργον ἢ ἄλλου τινὸς χειροτέχνου· 3, p. 405, A : Τοὺς φαύλους τε καὶ χ. Cum βαναύσοις conjunxit Plut. V. Lyc. c. 5.] Xen. Cyrop. 6, p. 96 meæ ed. [c. 2, 34] : Ἔχειν δὲ δεῖ καὶ τὰ ἀναγκαιότατα ὄργανα ἐπὶ ταῦτα πάντα· οὐ γὰρ ἁπανταχοῦ χειροτέχναι παραγίνονται. [De rep. Lac. 11, 1 : Τὰ ἔτη εἰς ἃ δεῖ στρατεύεσθαι καὶ ἱππεῦσι καὶ ὁπλίταις, ἔπειτα καὶ τοῖς χειροτέχναις· De vectig. 5, 4 : X. καὶ σοφισταὶ καὶ φιλόσοφοι· Mem. 3, 11, 4, Hipparch. 6, 1. Polyb. 10, 17, 6 : Πρῶτον τοὺς πολιτικοὺς ἄνδρας ... δεύτερον δὲ τοὺς χειροτέχνας· et 13, 4, 4.] Apud Thuc. autem 6, p. 221 [c. 72], metaphoricum usum habet, præsertim si eam, quam secutus est Valla, lectionem ipsi quoque sequamur : Ἄλλωστε τοῖς πρώτοις τῶν Ἑλλήνων ἐμπειρίᾳ ἰδιώτας ὡς εἰπεῖν χειροτέχναις [χειροτέχνας] ἀνταγωνισαμένους· ita enim ille hunc l. reddit : Præsertim rudes cum eruditissimis Græcorum, et propemodum operariis bellorum, dimicantes. Simul autem addenda esset particula καὶ ante ὡς : atque adeo etiamsi accus. χειροτέχνας retineas, ea omnino opus esse videtur. Sed quomodo retineri possit non video, quum duo illa χειροτέχνας et ἰδιώτας opposita habeamus in isto Hippocr. loco, aut Polybii, ut alii volunt : Οὐ γὰρ ἀπὸ γνώμης ταῦτα εὑρίσκουσιν οἱ ἄνθρωποι, ἀλλὰ μᾶλλον ἀπὸ τύχης· οὐδέ τι οἱ χειροτέχναι ἢ μᾶλλον οἱ ἰδιῶται. Videturque et in alio Hippocr. loco χειροτέχνης de Medico dici. [P. 10, 42 : Χειροτέχνης ὁμολογουμένως ὁ ἰητρός.] Fortassis vero ille Thuc. locus, est is ipse ad quem respexit Pollux, in eo loco quem vulg. edd. ita scriptum habent, 1, c. 10 [§ 156] : Πολέμου δὲ τέχνας, χειροτέχνας στρατιωτικὰς εἴρηκε Θουκυδίδης. [Recte nunc legitur : Πολέμου δὲ χειροτέχνας στρατιώτας εἴρηκε Θ., quæ spectant ad locum supra allatum. Dio Cass. 50, 16 : Τοσοῦτοι χειροτέχναι ἐστὲ ὥστε καὶ καθ' ἑαυτοὺς ἕκαστοι φοβεροὶ τοῖς ἀντιπάλοις εἶναι.] Dico autem, in eo loco quem ita scriptum illæ habent, quod eum aliter scriptum reliquisse illum existimem, s. potius mihi persuadeam. Videndum tamen an alius quispiam ap. Thuc. extet locus, ex quo aptius emendari ille Pollucis queat. Plur. χειροτέχναι, plurali Latino Operæ reddi potest. Χειροτέχναι, inquit Cam., sunt Opifices, et quas vocant Operas, i. e. οἱ ὑπηρετοῦντες τοῖς ἀρχιτέκτοσι, Qui suis manibus opera elaborant. [Plut. Mor. p. 807, C : Εἴ τις ἀρχιτέκτων ὑπουργοὺς καὶ χειροτέχνας ἐκλέγεται.] In Soph. Trach. [1012] χειροτέχνης ἰατορίας est Opifex medicinæ, plane is quem nunc χειρουργὸν vocant. [Plotin. Ennead. p. 100, 46 Creuzer. Theodoret. Gr. aff. cur. p. 257, 3 Gaisf. Greg. Nyss. t. 1, p. 713, A; t. 2, p. 274, C. Synes. p. 22, D. Philo vol. 2, p. 389, 39 : Ὡς εἶπόν τινες, ἐφήμερος ὢν ὁ χ. ἢ ἀχθοφόρος, Quasi animal diarium. Galen. vol. 19, p. 478, 13, εἶναί φασι καθάπερ τινὰ χ. τὸν Δία. Athanas. t. 2, p. 296, D, γεωπόνων ἢ χ. Pachom. Præc. Actt. SS. Maii t. 3, p. 63, D, τὰ ἐργαστήρια τῶν χ. Sopat. In Hermog. in Walzii Rhett. vol. 5, p. 165, 1, στρατηγοὺς καὶ ῥήτορας, οὐ χ. Hase.]

Χειροτεχνία, ἡ, Opificium, Artificium manu factum. Plato [Polit. p. 304, B] : Μουσικῆς ἐστί που ἡμῖν μάθησις καὶ ὅλως τῶν περὶ χειροτεχνίαν ἐπιστημῶν; [Βαναυσία καὶ χ. Rep. 9, p. 590, C. Plur. χειροτεχνιῶν ib. 8, p. 547, D. Ast. Niceph. Antioch. Vita Sym. jun. Stylitæ Actt. SS. Maii t. 5, p. 343, C. Περὶ τῶν ἱερῶν χειροτεχνιῶν exstat dialogus in cod. Lugdun., de quo Jac. Geel. Catal. librr. Mss. ed. 1852, p. 7. Hase.]

Χειροτεχνικὸς, ἡ, ὸν, ut χειροτεχνικαὶ τέχναι, Pollux [7, 6], quæ etiam χειρουργικαὶ, et βαναυσικαί : quod vide. [Plato Rep. 4, p. 425, D : X. ξυμβολαίων· Polit. p. 259, C : Τῆς χ. καὶ ὅλως πρακτικῆς· Phil. p. 55, D : Ἐν ταῖς χειροτεχνικαῖς, ubi Sydenh. χειροτεχνίαις correxit.] Sed χειροτεχνικὸς [ib. 2, 148] dicitur etiam de ipso Artifice : unde χειροτεχνικώτατος, Aristoph. Vesp. [1276], Valde egregius artifex. [Τὸ χειροτεχνικὸν τῆς πόλεως metaphrasta Nicet. Chon. in Isaacio 1, 10, pro χειρωναχτικόν. Ducang.]

[Χειροτεχνικῶς.] Habet Pollux [2, 148] adv. Χειροτέχνως et Χειροτεχνικῶς : quæ reddi possunt Manus artificio, More eorum qui opifices sunt, qui manu opera conficiunt. Quibus adverbiis subjungit et nomen illud χειροτεχνικός.

[Χειροτεχνίτης, ἡ, i. q. χειροτέχνης. Schol. rec. Æsch. Prom. 891, qui χερνήταν per χειροτεχνίτην exponit.]

[Χειροτέχνως. V. Χειροτεχνικῶς.]

[Χειρότμημα. Χειρότμητος. V. Χειρόκμητος.]

Χειροτονέω, q. d. τὴν χεῖρα τείνω, i. q. ἀνατείνω, Manum protendo et attollo, Manum porrigo. Hoc autem quia fiebat in suffragiis ferendis (ut discimus ex Cic. Pro Flacco, tanquam ad Græcam verbi signif. atque adeo etymologiam quoque respiciente : Data concio Lælio est : processit ille, et Græcus apud Græcos, non de culpa sua dixit, sed de pœna questus est. Porrexerunt manus, psephisma natum est) : hinc factum est ut ponatur pro Scisco, Decerno, Creo. [Hesych. : Χειροτονεῖν· καθιστᾶν, ψηφίζειν. Suidas : Χειροτονήσαντες· ἐκλεξάμενοι. Quum duo essent suffragiorum ferendorum modi, alter qui calculis in amphoram conjectis, alter qui manubus porrectis fiebat, prior ψηφίζεσθαι, alter χειροτονεῖν dictus est. Quæ tamen verba non raro ab scriptoribus permutantur, sæpissime ψηφίζεσθαι dicentibus ubi proprie χειροτονεῖν dicendum erat, quod Schœmann. in libro De comitiis p. 122 oratorum exemplis ostendit, velut Lysiæ p. 127, 8 : Συνειδότες ὅτι οὐδὲν κακὸν τῇ πόλει ἐψηφίσαντο· ὀλίγοι δέ τινες καὶ πονηροὶ καὶ κακῶς βουλευόμενοι τὰ προσταχθέντα ἐχειροτόνησαν. « Frequentissima est locutio γνώμας χειροτονεῖν vel ἐπιχειροτονεῖν, quoniam de rogationibus suffragium populus ferebat porrigendis manibus ; tamen ψηφίζεσθαι populum dicunt de ejusmodi rebus, de quibus per χειροτονίαν sciverat, velut ψηφίζεσθαι βοήθειαν, ναῦς aliaque ejusmodi ap. Demosthenem, neque omnino ubi ipsius rei quam populus fieri jussit nomen substantivum ponitur, alio verbo quam ψηφίζεσθαι uti solent, atque v. c. χειροτονεῖν βοήθειαν, ναῦς, στρατὸν, prorsus, ni fallor, inusitatum est. Sed tamen cum infin. constructum invenitur verbum χειροτονεῖν, ut ap. Æschin. p. 29, 44 : Ὁ δῆμος ἅπας ὁμογνωμονῶν ἐχειροτόνησεν ἐξεῖναι δεῦρο Φιλίππῳ ... πρέσβεις πέμπειν ὑπὲρ εἰρήνης. Ceterum de magistratuum creatione in comitiis legitimum est verbum χειροτονεῖν, nunquam ψηφίζεσθαι ; judiciis contra semper ψηφίζεσθαι, nunquam χειροτονεῖν. Sed compositorum alia est ratio. Nam καταψηφίζεσθαι et καταχειροτονεῖν promiscue usurpantur de judiciis, pariterque ἀποψηφίζεσθαι et ἀποχειροτονεῖν.» Schoemann. l. c.] Apud Aristoph. τὰς χεῖρας αἴρειν et χειροτονεῖν eadem de re, Eccles. [264] : Ὅτῳ τρόπῳ Τὰς χεῖρας αἴρειν μνημονεύσομεν τότε ; et mox, Χαλεπὸν τὸ πρᾶγμ'· ὅμως δὲ χειροτονητέον Ἐξωμισάσαις τὸν ἕτερον βραχίονα, Cam. Difficilis est res ; porrigendæ sed manus, Nudato ad humeros usque brachio altero. Χειροτονεῖν Bud. esse ait Sciscere jubereque, ut Latini loquuntur, Scito suo probare. [Plut. V. Aristid. c. 4 : Μελλόντων χειροτονεῖν ἐπετίμησε τοῖς Ἀθηναίοις· V. Dion. c. 48 : Χειροτονεῖν κελευόντων ἐθορύβησεν ὁ ὄχλος. Cum περὶ et genitivo personæ vel rei Plut. V. Phoc. c. 34 : Ψήφισμα καθ' ὃ τὸν δῆμον ἔδει χειροτονεῖν περὶ τῶν ἀνδρῶν. Polyb. 9, 30, 5 : Περὶ τοῦ νῦν ἐνεστῶτος διαβουλίου γράφειν καὶ χειροτονεῖν ἀναγκαῖόν πως ἐστίν. Cum accus. vel rei quæ per suffragia decernitur vel personæ quæ per suffragia ad munus publicum suscipiendum eligitur ; de quo HSt. :] Item Magistratum creare. Aristoph. [Eccl. 297] : Ὡς ἂν χειροτονῶμεν ἅπανθ' ὁπόσ' ἂν δέῃ. Dem. [p. 710, 23, in legis formula] : Ὁπότερον δ' ἂν τῶν νόμων χειροτονήσωσιν οἱ νομοθέται, τοῦτον κύριον εἶναι. Et [p. 309, 27], Ὁ δῆμος τὰς ἐμὰς γνώμας περὶ σωτηρίας τῆς πόλεως ἐχειροτόνει. [Id. p. 81, 14 : Τὴν καταψευδομένην ... γνώμην ... χειροτονῆσαι. Isocr. p. 157, A : Χειροτονεῖ θ' ὅ τι ἂν ὑμῖν δοκῇ μάλιστα συμφέρειν τῇ πόλει.] Dicimur etiam aliquid alicui χειροτονεῖν, pro Tribuere suffragiis nostris, s. Deferre, i. e. per suffragia nostra. Qua in signif. usus est Herodian. At vero cum accus. personæ pro Creare, ap. Eund. [Demosth. p. 47, 15] : Χειροτονεῖτε τοὺς ταξιάρχους. Rursum, Οὔτε βουλῆς οὔτε δήμου χειροτονήσαντος αὐτόν. [Id. p. 712, 23 : Ἐγγυητὰς καταστῆσαι οὓς ἂν ὁ δῆμος χειροτονήσῃ, i. e. quos populus comprobaverit. Pag. 599, 22 : Ἀνελοῦσα ἡ βουλὴ τὸν νόμον τοῦτον ἐχειροτόνησεν αὐτήν, quod schol. exp. ἐστεφάνωσεν ἑαυτήν, Coronam sibi decrevit. Quod non videtur sic dici potuisse, ut jam veteres quidam critici animadverterunt, qui verba defecta esse judicarunt : v. Harpocr. s. v. Ἀνελοῦσα. Xen. Hell. 6, 2, 11 : Τιμόθεον αὐτῶν στρατηγὸν ἐχειροτόνησαν. Isocr. p. 348, B : Τὸν εἰς Σικελίαν στρατηγὸν ἐχειροτόνησεν. Plut. V. Dion. c. 38 : Εἴκοσι στρατηγοὺς ἐχειροτόνησαν. Psephisma in V. Demetr. c. 13 : Δεδόχθαι τῷ δήμῳ χειροτονῆσαι τὸν δῆμον ἕνα ἄνδρα ἐξ Ἀθηναίων· et quæ sunt alia hujusmodi plurima. Non raro tamen obliterata significatione propria simplicem habet Eligendi significationem. Sic Lucian. Philops. c. 12 : Ὁ μάγος οὐκ ἔφη παρεῖναι ἅπαντας, ἀλλ' ἕνα τινὰ τῶν ὄφεων τὸν νεώτατον χειροτονήσας πρεσβευτὴν ἔπεμψεν· De morte Peregr. c. 41 : Τινὰς ἐπὶ τούτῳ πρεσβευτὰς ἐχειροτόνησε· Abdic. c. 25 : Δεσπότας ἂν οὕτω καθ' ἡμῶν εἴημεν τοὺς θεραπευομένους κεχειροτονηκότες.] Sic etiam Lucas Act. 14, [23] : Χειροτονήσαντες αὐτοῖς πρεσβυτέρους κατ' ἐκκλησίαν, Quum creassent, s. potius, Per suffragia creassent s. suffragiis. At vet. Interpr. Quum constituissent. (Sunt tamen qui ad ritum τῆς ἐπιθέσεως τῶν χειρῶν, i. e. Impositionis manuum, id referri putent, quum alioqui novum usum huic verbo hic tribuere, minime necesse videatur.) At Lucian. jocosse dixit [De calumn. c. 17], Καὶ θεὸν χειροτονῆσαι τὸν τετελευτηκότα. Passive autem non solum Χειροτονοῦμαι, sed etiam χειροτονοῦμαι τὴν ἀρχήν : eo modo quo ἐπιτρέπομαι accusativo junctum reperitur. Æschines : Χειροτονουμένων δὲ τῶν δέκα πρέσβεων. [Id. p. 15, 11 : Λαχὼν ἢ χειροτονηθείς· 69, 31 : Πυλαγόρας χειροτονηθεὶς ὑφ' ἡμῶν. Lys. p. 130, 33 : Χειροτονηθέντα στρατηγὸν ἀποδοκιμάζειν.] Cum accus. ap. Eund. [p. 57, 19 : Ἐν ποίᾳ ἐκκλησίᾳ] ἐχειροτονήθη [Δημοσθένης] τὴν ἀρχὴν [τὴν ἐπὶ τῶν θεωρικῶν]. Sic Aristoph. Eccl. [517] : Ἵνα τῆς ἀρχῆς, ἣν ἄρτι κεχειροτόνημαι, Ξυμβούλοισιν ἁπάσαις ὑμῖν χρήσωμαι, quidam interpr. Magistratus ad quem assumptus sum ; sed non expressa vi vocis Græcæ. Alii, Magistratus quem suffragio populi adepta sum. At utendo altera signif. vocis Magistratus, κεχειροτόνημαι τὴν ἀρχὴν s. ἐχειροτονήθην, commode reddideris, Creatus sum magistratus. [Cum infin. Xen. Ephes. 3, 9 : Ἄρχειν ἐχειροτονήθη τῆς εἰρήνης τῆς ἐν Κιλικίᾳ. Cum præp. ἐπὶ Æschin. p. 57, 25 : Οἱ ἐπὶ τὸ θεωρικὸν κεχειροτονημένοι. Dio Cass. 79, 8 : Μὴ χειροτονηθεὶς ἐπ' αὐτὴν (τὴν ὑπατείαν). Cum εἰς 41, 39 : Πρὶν ἐς τὴν ὑπατείαν, ἐς ἣν ἐκεχειροτόνητο, ἐσελθεῖν. De rebus quæ suffragio decernuntur vel confirmantur, Demosth. p. 583, 25 : Κεχειροτόνηται τὸ πρᾶγμα ὕβρις εἶναι. Lucian. Necyom. c. 2 : Οἷα κεχειροτόνηται τὰ ψηφίσματα· ut ψηφίσματα πολλὰ πολλάκις ἐξαπατηθέντες κεχειροτονήκατε, ap. Demosth. p. 458, 5.] At χειροτονεῖν τὸ αἰδοῖον [τουτέστιν αἰσχρῶς ἀνακινεῖν καὶ ἀποσπερματίζειν] de masturbatione dicitur, ut discimus ex iis quæ a Suida scribuntur.

[Χειροτονητέον. V. Χειροτονέω.]

[Χειροτονητὴς, ὁ, Creator, Gl. Joann. Damasc. Ep. ad Theoph. De imag. p. 125. Boiss.]

Χειροτονητὸς, ἡ, ὸν, Suffragiis creatus. [Æschin. p. 3, 35 : Χειροτονητὴ ἀρχή (et numero plurali Aristot. Rhet. ad Alex. c. 3, p. 1424, 14)· 57, 23 : Ἀντιγραφεὺς ἦν χ. τῇ πόλει. Plut. V. Flamin. c. 16 : Ἱερεὺς χ. (apud Chalcidenses). Lucian. Navig. c. 29 : Ἐγὼ ... χειροτονητὸς ὑφ' ἁπάντων προκριθεὶς ἄρχων.] Χειροτονητὰ, liber Democriti, q. d. Electanea. Bud. ex Vitruvio. [Scriptura vitiosa pro Χειρόκμητα. V. Χειρόκμητος. « Ἄνδρες χ. Nicol. Damasc. p. 166, 8 Westerm. ; ἀρχὰς χ. Philo vol. 2, p. 362, 19, ubi opponuntur ταῖς κληρωταῖς. De Essæis Porphyr. De abst. p. 334, 9 Rhoer., χειροτονητοὶ τῶν κοινῶν ἐπιμεληταί. Invidiose Greg. Naz. t. 1, p. 486, C, τοὺς χ. θεολόγους. De ἀρχαῖς χ. Atheniensium egit Aug. Emm. Turettin. dissert. De legationibus publicis ap. Athen. ed. Genevæ a. 1840, p. 21. » Hase.]

Χειροτονία, ἡ, quamvis verbalis formam non habeat, (esset enim potius dicendum χειροτόνησις,) verbalis tamen usum præstat. [Extensio manus. Jes. 58, 9 : Ἐὰν ἀφέλῃς καὶ σύνδεσμον καὶ χειροτονίαν. Ubi alii interpretes δάκτυλον ἐκτεταμένον posuerunt.] Ponitur enim pro Suffragiorum latione. [Per ἐκλογὴ exp. Hesych.] Thuc. [3, 49] : Καὶ ἐγένοντο ἐν τῇ χειροτονίᾳ ἀγχώμαλοι, In ferendo suffragio, s. In ferendis suffragiis. Ex Plat. Leg. [6, p. 755, D] : Οἷς ἂν πλείστη χειροτονία γίγνηται, Qui majori suffragiorum numero sunt delecti. [Ib. p. 756, B ; 2, p. 659, B : Τὸν νικῶντα διακρίνων χειροτονίαις. Isocr. p. 162, A : Παρελήλυθα γὰρ οὐ χειροτονίαν μνηστεύσων, Suffragia ambiturus. Dinarch. p. 104, 45.] Item ex Plut. Themisto-

cle, Χειροτονίᾳ κρατεῖ. [V. Arati c. 35 : Ἐκράτησε τῇ χ.] Et, Ἐν χειροτονίᾳ ἐγένοντο, sine auctoris nomine, pro Venerunt ad suffragia. [V. Philop. c. 12 : Οὔτε νόμον οὔτε χειροτονίαν περιμείναντες· V. Phocion. c. 35 : Τῆς χειροτονίας ἀποδοθείσης. Aristid. vol. 1, p. 571, 11 : Ἀντὶ τῆς χ. τῷ νεύματι τῆς κεφαλῆς χρωμένους.] Bud. χειροτονίαν interpr. Plebiscitum, Suffragium; affertque in exemplum illum Thuc. locum quem modo protuli, Ἐγένοντο δὲ ἐν τῇ χειροτονίᾳ ἀγχώμαλοι, ἐκράτησε δὲ ἡ τοῦ Διοδότου. Verum hic χειροτονία non significat Suffragium, sed potius Suffragiorum lationem (nam Suffragationem cum quibusdam interpretari non audeo), quum alioqui non male ita reddantur illa verba, Pene adæquarunt suffragia populi in utramque partem. Lucian. plurali numero usus est, Hermot. [c. 16] : Ἠρίθμησας γὰρ αὐτοὺς δηλαδὴ, καθάπερ ἐν ταῖς χειροτονίαις. Affertur χειροτονία et pro Creatione magistratus. [De creatione Augusti Theophyl. Simoc. Hist. p. 32, 3 Bonn.; Cæsaris id. ib. p. 138, 4; regis Persarum p. 174, 2; summi ducis p. 59, 17 et 115, 23; æmulorum imperii Zosim. Hist. p. 515, 8; sacerdotis Greg. Nyss. t. 3, p. 171, A, ὁ μηδὲ τῆς χ. ἔχων τὴν δύναμιν. Hase.]

[Χειρότονος, ὁ, ἡ, Manu protenta factus. Æsch. Sept. 172 : Κλύετε (ὦ θεοὶ) παρθένων χειροτόνους λιτάς. Virg. Æn. 10, 667 : « Et duplices cum voce manus ad sidera tendit. »]

Χειροτρῑβέω, Manu frico s. perfrico. [Schol. Demosth. vol. 8, p. 135, 10 : Τὴν χεῖρα τοῖς σώμασι τῶν θηρίων ἐπάγειν, οἱονεὶ κολακεύοντες αὐτὰ διὰ τοῦ χειροτριβεῖν.] Hippiatr.: Πυρία, καὶ χειροτρίβει, Fomentis demulce, et manu perfrica, Bud. [Ἀναφλᾶν Hesych. et Etym. M. p. 100, 15, exp. χειροτριβεῖν (male χειροτρίβειν in Etym.) τὸ αἰδοῖον, οἱ δὲ στύειν ἢ μαλάττειν. Quo sensu χειροτονεῖν τὸ αἰδοῖον dictum annotavit Suidas, nisi fraudem ei fecit scriptura corrupta.]

[Χειροτρῑβία, ἡ.] Apud Hippocr. [p. 28, 33] est nomen Χειροτριβίη, et pro eod. quoque simplex τριβὴ, de usu et exercitatione. [Hippiatr. p. 111, 27 : Διὰ γὰρ τὴν χ. τοῦ ἐντέρου φλεγμονὴ μεγάλη γίνεται. Hase.]

[Χειροτρόφος, ὁ, ἡ, Manu alimenta præbens. Philes De anim. propr. 12, 71 : Πειθοῦς δεκτικὰς χειροτρόφου. ‖ Χειρότροφος, ὁ, ἡ, Qui manu alitur, Mansuetus. Philes De eleph. 168, p. 274 ed. Wernsd. : Ὁ πρὶν γαληνὸς ἐξ ἐθῶν χειροτρόφων.]

[Χειροτῠπής, ὁ, ἡ, Manu pulsatus. Meleager Anth. Pal. 5, 178 : Πηκτὶς καὶ κροτάλων χειροτυπὴς πάταγος. Quod pro κροτάλων χειροτυπῶν πάταγος dictum est. Similiter Aristoph. Pac. 155 : Χρυσοχάλινον πάταγον ψαλίων, nisi hoc χρυσοχαλίνων πάταγον ψαλίων scribendum. G. Dind.]

Χειρουργέω, Manibus operor, opus facio. Potest reddi simpliciter Operor, ea signif. qua dicitur Sacris operor, ap. Philon. V. M. 3 : Ἑκάστου τὰς ὑπὲρ αὐτοῦ θυσίας ἀνάγοντος τότε καὶ χειρουργοῦντος. Cui simile est τὰ ἱερὰ χειρουργεῖν, sicut et τὰ ἱερὰ συγχειρουργεῖν ap. Isæum legitur. Aristot. Pol. 8, [7] χειρουργεῖν eum dixit, qui manu instrumenta musica pulsat : Φανερὸν ὅτι χρηστέον μὲν πάσαις ταῖς ἁρμονίαις, οὐ τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον πάσαις χρηστέον· ἀλλὰ πρὸς μὲν τὴν παιδείαν ταῖς ἠθικωτάταις, πρὸς δὲ ἀκρόασιν, ἑτέρων χειρουργούντων, καὶ ταῖς πρακτικαῖς, καὶ ταῖς ἐνθουσιαστικαῖς. [Ib. c. 6 init. Plut. Mor. p. 1146, D : Χειρουργοῦντι κιθαρῳδῷ.] Itidem dicitur ab illo χειρουργικὴ ἐπιστήμη, ut paulo ante [s. v. Χειρουργικός] annotatum est. Verbi autem χειρουργεῖν eund. usum habebis paulo post ex Aristot. Apud Athen. [4, p. 153, E] legitur etiam κεχειρουργημένον ὄψον, Opsonium cui coquus manus adhibuit, Opsonium arte culinaria apparatum. Χειρουργῶ est etiam Fabricor, Ædifico : unde ἐκεχειρούργητο ap. Plat. Fabricata s. Ædificata erat, in Atlantico [Critia p. 117, C] : Οὗ δὴ πολλὰ μὲν ἱερὰ καὶ πολλῶν θεῶν, πολλοὶ δὲ κῆποι καὶ πολλὰ γυμνάσια ἐκεχειρούργητο, Ubi sane multa fana complurium deorum, multique horti et multa gymnasia ædificata erant, vel fabricata, ut vertit Cam. [Ælian. N. A. 3, 24 : Ἡ χελιδὼν ... ῥάμφει τὴν προκειμένην οἰκοδομίαν χειρουργεῖ· 10, 4 : Τοὺς νομέας χειρουργεῖν (ἁμαξίδας)· 4, 27 : Τὴν κεφαλὴν ἔχειν ὁποίαν οἱ χειρουργοῦντες (i. e. artifices) γράφουσί τε καὶ πλάττουσι· 13, 8 : Οἶνον ἐξ ὀρύζης χειρουργοῦσι. Diodor. 1, 74 : Οὐκ ἐπωάζουσι διὰ τῶν ὀρνίθων, ἀλλ' αὐτοὶ παραδόξως χειρουργοῦντες κτλ., i. e. suis ipsi manibus fœtus excludunt. 3, 62 : Ἀγρίας ἀμπέλους καρποφορεῖν ὁμοίως ταῖς ὑπὸ τῆς ἀνθρωπίνης ἐμπειρίας χειρουργουμέναις. De cibis præparandis Athen. 4, p. 153, E : Ὄψα πολλὰ κεχειρουργημένα ταῖς Ἰνδικαῖς σκευασίαις. Dio Cass. in fragm. Morell. vol. 3, p. 358 ed. Sturz. : Πυλάδης ὁ ὀρχηστὴς οὐκ αὐτὸς χειρουργήσας τὴν πανήγυριν, ἀλλὰ ... τοῖς ἀναλώμασιν. Aristid. vol. 1, p. 336, 13 : Ὁ πάππος, ἐφ' οὗ τὰ πολλὰ καὶ μεγάλα ἐχειρούργησεν ὁ θεός.] Idem annotat χειρουργεῖν Thucydidi esse Manu rem aggredi, 8, [69] : Ἐλθόντες οἱ τετρακόσιοι μετὰ ξιφιδίου ἀφανοῦς ἕκαστος, καὶ οἱ εἴκοσι καὶ ἑκατὸν μετ' αὐτῶν Ἕλληνες νεανίσκοι, οἷς ἐχρῶντο εἴ τι που δέοι χειρουργεῖν, i. e., ut interpr., διαχειρίζεσθαι. Affuere, inquit, quadringenti viri, singuli cum tecto pugione : itemque una centum viginti adolescentes Græci, quorum opera, quum res manum poscebat, uti consueverant. I. e., quum aliqui ex medio tollendi erant. [X. τὸν πόλεμον ap. Theophyl. Sim. Hist. p. 154, C : Πρὸς τοὺς Σκλαβηνοὺς λοιπὸν ἐχειρούργουν τὸν πόλεμον· 35, B : Τὸ πεδίον ἔνθα ἐχειρουργεῖτο ὁ πόλεμος.] Lucian. simpliciter de tractatione posuit [De hist. conscr. c. 36] : Ἐπεὶ κἂν ἐκιθάριζε μὴ μαθὼν, καὶ ηὔλει, καὶ πάντα ἂν ἠπίστατο· νῦν δὲ μὴ μαθὼν οὐκ ἄν τι αὐτῶν χειρουργήσειεν, Hoc modo enim et cithara caneret et tibia, qui nunquam didicisset; nunc vero horum nihil tractare possit indoctus. Ita Cam. hunc l. reddit. Quo in l. observandum est, χειρουργεῖν dici de eo qui instrumentum musicum pulsat, eodem pacto quo ap. Aristot. in eo l. quem modo protuli. Quod autem attinet ad illam signif. quam habere putatur χειρουργεῖν, in illo Aristot. l., cum ea convenit quod scribit Bud., sc. χειρουργοῦντας dici qui non tantum consilium dederunt, sed etiam manum maleficio et facinori accommodarunt. [Antiphon p. 113, 34 : Ἡ αἰτία καὶ ἐνθυμηθεῖσα καὶ χειρουργήσασα. Philo vol. 1, p. 615, 3 : Τὸ χειρουργεῖν τὰ ἄδικα. Dio Cass. 57, 22 : Τοὺς χειρουργήσαντας τὸν ὄλεθρον αὐτοῦ· 74, 1 : Τοὺς χειρουργήσαντας τὸ κατὰ Περτίνακα ἔργον. Theophyl. Sim. Hist. p. 15, B : Φόνον πολὺν χειρουργήσουσιν.] Ap. Æschin. [p. 43, 30] : Τούτους δὲ δίκης ἠξίουν τυχεῖν, μὴ τὰς πατρίδας αὐτῶν, ἀλλὰ τοὺς χειρουργήσαντας, καὶ βουλεύσαντας. Fuerit igitur χειρουργεῖν, Manu perpetrare facinus, non tantum consilio. Is enim, cujus consilio aliquod facinus perpetratur, estque illius consilii auctor, videtur posse dici quodammodo facinus id consilio suo perpetrasse. At in illo Thucyd. loco generalius usurpatur χειρουργεῖν, et non distinguendo ab iis qui consilii duntaxat auctores fuerint : ideoque convenire signif. unam cum altera, non autem omnino eandem esse dixi. [‖ Masturbo. Diog. L. 6, 46 : Ἐπ' ἀγορᾶς ποτε χειρουργῶν « Εἴθε, ἔφη, καὶ τὴν κοιλίαν ἦν παρατρίψαντα μὴ πεινῆν. » Eodem sensu χειροτονεῖν et χειροτριβεῖν dicta sunt, quæ v.] Item verb. Χειρουργέω, Medicam manum admoveo, etc. sequendo ea quæ in sequentibus nominibus mox dicentur. Sed frequens est usus verbi χειρουργεῖν cum accus. pro Curare per chirurgiam, s. utendo arte chirurgiæ. Hippocr. ἐν τῷ Περὶ φυσῶν init. : Ὅσα μὲν χειρουργῆσαι δεῖ, χρὴ συνεθισθῆναι· τὸ γὰρ ἔθος τῇσι χερσὶ κάλλιον διδασκαλεῖον. Galen. in Aphor. Comm. 6, περὶ καρκίνων loquens : Πολλοὶ μὲν γὰρ τῶν ἀξιολόγων ἰατρῶν οὐδὲ τούτους ἐπιτρέπουσι χειρουργεῖν, ἀλλὰ μόνους ἐκείνους, ὅσοιπερ ἂν ἑλκωθέντες, ἅμα μὲν ἀνιαροὶ τοῖς κάμνουσιν ὡς αὐτοὺς ὀρεχθῆναι τῆς χειρουργίας· ἅμα δ' ἐν τοῖς τοιούτοις συστῶσι μορίοις, ἃ μετὰ τῶν ῥιζῶν ἐκτεμεῖν καὶ καῦσαι δυνατόν ἐστιν. Passive autem χειρουργεῖσθαι dicitur aliquis, aut aliqua pars corporis. Idem Galen. Comm. 1 in lib. Hippocr. qui Κατ' ἰητρεῖον inscriptus est, utraque voce eodem in loco usus est : Ἔνια μὲν γὰρ χρὴ πειρᾶσθαι τάχιστα χειρουργεῖν, ὅταν ἥδῃ διὰ τὸ ψυχθῆναι μὲν κίνδυνος ἕπηται μέγιστος· ὡς ἐπὶ τῶν ἀπερῥαμμένων ἦν· φέρονται γὰρ ταχέως εἰς τὸ μέγεθος τῆς ἡδονῆς οἱ χειρουργούμενοι. Idem aliquando ante dixerat, Οὐ γὰρ μόνον ὅπου χρὴ κατακείμενον ἢ καθήμενον χειρουργεῖσθαι τὸν πεπονθότα τόπον ἐπίστασθαι τοῖς μανθάνουσι τὴν τέχνην, ἀλλὰ καὶ τὸ πῶς ἔχει σχήματος. Habetur autem et in Epigramm. 2 aliquoties hoc verbum χειρουργεῖν : ubi reprehenduntur quidam imperite

simul et crudeliter, i. e. lethaliter, chirurgicam artem exercentes. Quæ reprehensio in multis nostro sæculo artem istam profitentibus locum habere posset: quum tamen nunc ista medicinæ pars a reliquis duabus, quarum supra memini, separata sit, ideoque totum se huic dedere aliquis possit. Quoniam autem ἰατρὸς olim ille ipse erat, qui ἐχειρούργει, inde fit ut χειρουργεῖν et χειρουργία potius quam χειρουργὸς apud veteres inveniatur.

Χειρούργημα, τὸ, Opus manu factum, Opificium. [Pollux 7, 7.] Plat. Politico [immo Gorg. p. 450, B: Τῆς δὲ ῥητορικῆς οὐδέν ἐστι τοιοῦτον χ., ubi schol.: Χ. καὶ κύρωσις οὐκ εἴρηται· αἱ δὲ λέξεις Γοργίου ἐγχώριοι· Λεοντῖνος γὰρ ἦν. Dionys. Ep. ad Pomp. p. 754, 2: Χρυσὸς ... καὶ πᾶν ἄλλο χ.] Possit vero esse etiam Homicidium manu perpetratum, sequendo signif. quæ verbo χειρουργεῖν data paulo ante fuit. [Hierocles Philog. p. 304, 2 Boiss., διὰ τοῦ χ., de præcisione capitis. Hase.]

[Χειρουργητέον, Secandum est. Paul. Ægin. edit. Briau. p. 158, 17; 174, 16; 180, 21; 184, 11; 212, 17. Id. ib. p. 132, 17, ποῖα τούτων (hypochymatum) ἐστὶ χειρουργητέα. Hase.]

[Χειρουργία, ἡ.] Venio igitur ad nomen Χειρουργία, quo significatur ipsa χειρουργοῦ actio, vel potius operatio, quæ sc. fit manibus. At opus ipsum s. opificium, dicitur potius χειρούργημα, licet a Polluce [7, 7] pro Opificio poni scribat Bud. Idem [1, 50, 148; 7, 6] χειρουργίαν et χειρουργεῖν dici ait de Omni arte quæ actionem habet manuum cum cognitione conjunctam. Plato Pol. [p. 258, D]: Αἱ δέ γε περὶ τεκτονικὴν αὖ καὶ ξύμπασαν χειρουργίαν τέχναι, ὥσπερ ἐν ταῖς πράξεσιν ἐνοῦσαν σύμφυτον τὴν ἐπιστήμην κέκτηνται. Ibid. [p. 259, E]: Καὶ γὰρ ἀρχιτέκτων γε πᾶς, οὐκ αὐτὸς ἐργαστικὸς, ἀλλὰ ἐργατῶν ἄρχων, παρεχόμενός γέ που γνῶσιν, ἀλλ' οὐ χειρουργίαν. [Plur. ib. p. 277, C, Gorg. p. 450, B, Symp. p. 203, B. Aristoph. Lys. 674: Οὐδὲν ἐλλείψουσιν αὗται λιπαροῦς χειρουργίας, quod schol. exp. οὐκ ἀφέξονται προσεχοῦς ἔργου. De opere artificioso Diodor. 1, 48: Βωμὸς διάφορος χειρουργίᾳ. Anaxandr. ap. Athen. 6, p. 227, B: Τῶν ζωγράφων μὲν ἡ καλὴ χ. ἐν τοῖς πίναξι κρεμαμένη θαυμάζεται. Ælian. N. A. 15, 2: Ὅσον γραφῇ χειρουργία καὶ πλάσματι δείκνυται (ubi Hercherus χειρουργίᾳ, deletis γραφῇ καὶ πλ.)· 12, 38: Γράφουσί τε καὶ πλάττουσι πᾶν ὅσον περὶ χειρουργίαν σπουδαῖον· 7, 14: Δεῖται σοφίας καὶ χ. ἀνθρωπικῆς οὐδὲ ἕν· et similia V. H. 2, 44; 3, 1, et numero plur. 14, 47.] || Χειρουργία, Actio chirurgi, si ita loqui liceat; Curatio quam adhibet chirurgus: ut Græce exponi potest ἡ τοῦ χειρουργοῦ θεραπεία, intelligendo sc. ὑπὸ τοῦ χειρουργοῦ προσαγομένη. Sic Galeno sunt plurali num. quædam θεραπεῖαι, quas dicit peculiariter χειρουργίας vocari: in lib. Hippocr. qui Κατ' ἰητρεῖον inscribitur, Comm. 2: Ἀλλ' οὐ πρόκειται νῦν ἁπάντων αὐτῷ παθῶν ἁπάσας γράφειν θεραπείας, ἀλλὰ τὰς χειρουργίας ἰδίως ὀνομαζομένας. Idem in lib. Περὶ διαίτης ὀξέων νοσημάτων, Comm. 1: Πάντες γὰρ οἱ νοσοῦντες ὑπὸ διαίτης μόνης οὐ θεραπεύονται, διὰ τὸ πολλοὺς δεῖσθαι καὶ χειρουργίας καὶ φαρμακείας· ubi observa tres medicinæ partes constitui, δίαιταν, χειρουργίαν, φαρμακείαν: quam alibi φαρμακευτικὴν appellat, nimirum in eodem Comm. aliquot paginis ante locum præcedentem. Ibi autem ab eo dicitur Δίαιτα esse ἡ διὰ τῶν συνήθων ὑλῶν ἀγωγὴ τῆς θεραπείας: sicut Χειρουργία est ἡ διὰ τῶν συνήθων τομῶν καὶ καύσεων, καὶ τῶν ἄλλων, ὅσα διὰ τῶν χειρῶν ἐνεργεῖται, χειρουργία: tertia autem ἰατρικῆς pars est Φαρμακευτικὴ, ea quæ διὰ φαρμάκων περαίνεται. Ceterum quum illæ a Galeno nominatæ, τομὴ et καῦσις, i. e. Sectio et Ustio, præcipuæ sint chirurgiæ partes, interdum χειρουργία per alteram illarum vocum redditur, ut ex Diosc. 5: Μετὰ τὴν χειρουργίαν ἐκκλυζομένη, affertur in VV. LL., pro Post sectionem infusa. Eadem alioqui ex Paulo Ægin. 6, afferunt, μετὰ τὴν χειρουργίαν, pro Post manum scalprumque, Post manualem curationem (quod barbare potius quam Latine dicitur), Postquam medica manus operam suam impenderit. Legitur porro et ap. Hippocr. vox ista, sed Ionice mutans α in η, in Progn.: Ἄμεινον δὲ καὶ τὴν κοιλίην ὑποκενώσαντα χειρουργίῃ χρῆσθαι. [Aret. p. 88, 23: Οὐ τοῦ παρεόντος λόγου ἡ τῶνδε χειρουργίη·

A 115, 36: Ἐν τῇσι χ. λέλεκται. Sext. Emp. p. 236: Οἱ λέγοντες τῆς ἰατρικῆς μέρη δίαιταν, χειρουργίαν, φαρμακείαν. Plutarch. Mor. p. 974, D: Καὶ χειρουργίᾳ χρῆσθαι τοὺς ἐλέφαντας ἱστοροῦσι· 202, B: Ἐνεκαρτέρησε τῇ χ. (τοῦ ἰατροῦ)· et V. Marii c. 6. Theoph. Nonn. vol. 1, p. 214; 2, p. 276. Plur. schol. Hom. Il. Λ, 515: Φάρμακα καὶ χειρουργίαι. G. D. De sectione Artemid. Onirocr. p. 288, 3 Reiff. Paul. Ægin. p. 88, 10; 94, 4; 132, 10 Briau. Sym. Metaphr. Vita Samps. Xenod. Actt. SS. Junii t. 5, p. 273, A, τομὴν καὶ χ. Plural. Philo vol. 1, p. 526, 40, φαρμάκοις καὶ χ. καὶ διαίταις. Figurate Clem. Al. Strom. 5, § 155; Pædag. 1, § 64. Epiphan. t. 1, p. 568, C. Georg. Pisid. Contra Sev. 28: Ἐκ τῆς δι' αὐτοῦ ψυχικῆς χ. Hase.]

Χειρουργικὸς, ἡ, όν: ut χειρουργικὴ ἐπιστήμη ap. Aristot., Scientia quæ in manuum operatione versatur, i. e. quæ manibus exercetur, s. quæ manus opera indiget. Aristot. de organis musicis quæ manu pulsantur, Polit. 8, [6]: Ὁμοίως δὲ καὶ πολλὰ τῶν ὀργάνων τῶν ἀρχαίων, οἷον πηκτίδες καὶ βάρβιτοι, καὶ τὰ πρὸς ἡδονὴν συντείνοντα τοῖς ἀκούουσι τῶν χρωμένων, ἑπτάγωνα καὶ τρίγωνα καὶ σαμβύκαι, καὶ πάντα τὰ δεόμενα χειρουργικῆς ἐπιστήμης. Eadem vero de re dixisse etiam χειρουργεῖν docui paulo superius. At Pollux [2, 148] substantivi usum tribuit huic vocabulo χειρουργικὸς, quum nomini χειροτέχνης ipsum subjungit: et addit, Ὁ γὰρ χειρουργὸς, εὐτελές. [Τὸ χ. μέρος τῆς μουσικῆς, Plutarch. Mor. p. 1135, E.] || Est etiam adj. Χειρουργικὸς, Chirurgicus, Ad chirurgiam pertinens: ea autem quæ sit, in proxime præcedentibus satis declaratum est. Et χειρουργικὴ τέχνη, vel ἐπιστήμη, ut dicitur θεραπευτικὴ, Ea pars medicinæ quæ sectione et ustione aliisque, quæ dicta sunt, uti docet. [Diog. L. 3, 85: Ἡ χ. διὰ τοῦ τέμνειν καὶ καίειν ὑγιάζει. Schol. Hom. Il. Λ, 515: Τὸ χ. καὶ τὸ φαρμακευτικὸν εὕρητο παρὰ τοῖς παλαιοῖς. G. D. Librum inscriptum τὸ χ. τοῦ Φιλιατροῦ memorat Moschion. De pass. mul. proœm. p. j, 13. || Qui manu intenditur. Hero Belop. in Mathem. vett. p. 122, 41, ἀπὸ τῶν χ. τόξων. Interpr., Ab arcubus manualibus. Hase. || Adverb. Χειρουργικῶς ap. Polluc. 2, 148.]

Χειρουργὸς (ita enim scrib., non χειροῦργος, qui error jam inde a primis Lexx. profectus, in sequentibus religiosissime servatus fuit. Fieri autem ex χειροεργὸς per synæresin, minime ignotum est: et quoniam ο et ε in ου contrahuntur, ideo videri posset non esse amissa hic vocalis ο, ut in præcedentibus), ὁ, ἡ, Qui manu operatur, qui manu opus facit. Gall. omnino ad verbum, *Manouvrier.* Sonat enim composita hæc vox q. d. Lat. Manuoperarius. Redditur alioqui χειρουργὸς (sicut et χειροτέχνης, atque alia hujusmodi) simpliciter Opifex, Operarius. Convenit porro χειρουργὸς cum illa voce Χειροέρκτης, cujus supra memini; sicut enim χειρουργὸς fit ex χεὶρ et ἔργον, sic etiam χειροέρκτης ex χεὶρ et ἔρκτης, quod extra compositionem significaret ἐργάτης, ut ἔργμα est ἔργον: atque adeo per illud χειρουργὸς Hesych. exp. hoc χειροέρκτης [An χειροράκτης? Angl.], quod sane omnino poeticum esse censendum est. At vero χειρουργὸς prosæ quidem conceditur, sed in ea tamen rarum habere usum existimo, et quidem rariorem quam derivata ab eo χειρουργία et χειρουργῶ. Atque adeo Pollux [2, 148] postquam conjunxit, Χειρουργία, Χειροτέχνης, Χειρουργικὸς, addit χειρουργὸς esse εὐτελές. [Memoratur a Polluce etiam 1, 50; 7, 6. Plutarch. Mor. p. 564, E: Φύλακι καὶ χ. De artifice Ælian. N. A. 17, 9: Οἱ χ. περὶ γραφικὴν καὶ πλαστικήν· 12, 7: Αἰγύπτιοι χ. γλύφοντες τὴν σφίγγα· V. A. 14, 47: Ὥσπερ οἱ χ. τεχνικὰ ὄμματα (ἔχουσι). Suidas s. v. Ἀγαλματοποιός.] || Χειρουργὸς peculiariter significat Chirurgus, servata voce Græca (sicut et Gallice *Chirurgien*, pro quo vulgus perperam pronuntiat *Cirurgien*), Is qui medicas manus alicui admovet: Qui morbos, qui in solutione continui aut in partium externarum immoderatione consistunt, tollit sectione, ustione, restitutione in naturalem situm, et medicamentis foris appositis. Sectione enim et ustione tollit quod redundat, luxata et fracta ossa reponit in locum naturalem. Ulcera medicamentis deterget, carne implet, et cicatrice obducit. [Pallad. Anth. Pal. 11, 280:

Τοῦ χειρουργοῦ Γενναδίου παλάμας. Plutarch. Mor. p. 486, C.]

[Χειροχρήστης, ὁ, Diaconus. Athanas. vol. 2, p. 288, E. KALL.]

[Χειρόχρηστος, ὁ, ἡ. Iambl. V. Pyth. § 162, p. 340 : Ὥσπερ διὰ χ. τινῶν λόγων ἢ μικρῶν τοῖς ὄγκοις σπερμάτων ὁ Πύθιός τε καὶ αὐτὴ ἡ φύσις πλήθη ... ἐννοιῶν ... ὑποφαίνουσι. Πυθοχρήστων et βιοχρήστων adscripsit Reinesius. Ἱεροχρήστων λογίων Toupius. || « Χειρόχρηστοι, Qui scribere sciunt. Novella Basilii in Jure Græc. vol. 2, p. 138 : Τὰ λοιπὰ γραφέτωσαν διὰ τῶν χειροχρήστων. » DUCANG.]

Χειρόχωλος, ὁ, ἡ, Manu debilis, Mancus. Pollux [2, 152] ex Hipponacte affert χειρόχωλον, Mancum; hoc enim nomine Latini appellarunt Manu debilem, vel usu manus carentem : unde et Mancini fuerunt vocati. Quin etiam ad ea quæ integra non sunt, Manci vocabulum a Latinis transfertur, ut a Græcis τοῦ χωλοῦ. Dixit porro et χωλὴν τὴν χεῖρα Lucian. Cam.

[Χειρόψελλον, τὸ, Manica ferrea militaris. Basilius in Naumachicis : Δόρατά τε καὶ δρέπανα καὶ χ. Constantin. Tact. p. 4, 18; Leo Tact. c. 118, § 116. DUCANG.]

Χειρόω [de quo infra] vel [forma media] Χειρόομαι, Manuum viribus supero, Manibus superatum capio, In potestatem redigo, Mihi subjicio. Sæpe reddi potest Subigo, Subjugo. Interdum redditur et verbo Domo. [Pollux 1, 166, ubi χειρώσασθαι cum νικῆσαι, ἑλεῖν, καθελεῖν similibusque verbis componitur, et 9, 141, cum παραστήσασθαι καὶ ὑπαγαγέσθαι. Hesych. : Χειρωσάμενοι· καταγωνισάμενοι. Χειρώσασθαι· ὑποτάξαι, φονεῦσαι. Per ὑποτάξαι etiam Suidas exp., addito loco Æliani : Χειρώσασθαι τὸν ἄνδρα καὶ ἔχειν αὐτὸν ὡς εἰπεῖν ἰδιόξενον. Dicitur autem non solum de singulis hominibus, qui vel manuum armorumve vi vel dolo vel alia quacunque ratione in aliorum potestatem veniunt, sed etiam sæpissime de hostibus qui vincuntur vel capiuntur, de populis qui subiguntur, de terris quæ ab hostibus occupantur, de urbibus aliisque locis munitis qui expugnantur. Qui varii verbi usus quum ad unam omnes redeant notionem In potestatem redigendi, exempla scriptorum pauca de plurimis apponimus, secundum ætatem eorum disposita. Herodot. 1, 211 : Ὡς ἐχειρώσαντο τοὺς ἐναντίους· 2, 70 : Κάρτα εὐπετέως τὰ λοιπὰ χειροῦται· 4, 103 : Τοὺς ἂν χειρώσωνται· 164 : Τοὺς δέ τινας χειρωσάμενος. Æsch. Choeph. 694 : Τόξοις πρόσωθεν εὐσκόποις χειρουμένη φίλων ἀποψιλοῖς με. Soph. OEd. Col. 1009 : Ἀφ' ἧς σὺ κλέψας τὸν ἱκέτην γέροντ' ἐμὲ αὐτόν τ' ἐχειροῦ τὰς κόρας τ' οἴχει λαβών· Phil. 92 : Οὐ γὰρ ἐξ ἑνὸς ποδὸς ἡμᾶς τοσούσδε πρὸς βίαν χειρώσεται· ubi cum πρὸς βίαν conjunctum est ut cum eodem vel βίᾳ in locis infra afferendis. Eurip. Iph. T. 359, de Iphigenia mactata : Οὗ μ' ὥστε μόσχον Δαναΐδαι χειρούμενοι ἔσφαζον· Tro. 861 : Δάμαρτα τὴν ἐμὴν (Menelai) χειρώσομαι, Ἑλένην· Herc. F. 570 : Ὅσους κακοὺς ἐφεῦρον ... τῷδ' ὅπλῳ χειρώσομαι. Thucyd. 4, 28 : Ἢ Κλέωνος ἀπαλλαγήσεσθαι ... ἢ σφαλεῖσι γνώμης Λακεδαιμονίους σφίσι χειρώσεσθαι. Plato Hipp. maj. p. 287, A : Εἰ χειρωσόμεθα τὸν ἄνδρα· Menex. p. 242, E : Τοὺς προεστῶτας τῶν ἄλλων Ἑλλήνων χειρωσάμενοι.] Bud. vertit Subigo, Mancipo, afferens ex Isocr. [p. 75, B] : Ἐν μέρει ἕκαστον τῶν ἐθνῶν χειρώσασθαι. [Id. p. 58, E : Τὴν Ἑλλάδα χειρώσασθαι· et de urbe p. 202, A.] Et e Xenoph. Anab. 7, [3, 11] : Ἢν δέ τις ἀντιστῆται, σὺν ὑμῖν πειρασόμεθα χειροῦσθαι. Ejusdem est in Hierone [6, 12] : Τοὺς ἐχθροὺς χειροῦσθαι. [Ages. 1, 20 : Οὐ μόνον τοῦ βίᾳ χειροῦσθαι τοὺς ἐναντίους, ἀλλὰ καὶ τοῦ πραότητι προσάγεσθαι· 2, 30 : Τὸν μισέλληνα μάχῃ νικήσας χειροῦται· Cyrop. 5, 5, 46 : Ὅταν μάχεσθαι δέῃ, ὁ πλείστους χειρωσάμενος ἀλκιμώτατος δοξάζεται· ubi de occidendis hostibus intelligi potest, ut in Hell. 4, 3, 19 : Ἐξὸν αὐτῷ παρέντι τοὺς διαπίπτοντας ἀκολουθοῦντι χειροῦσθαι τοὺς ὄπισθεν. De prædonibus capiendis ib. 2, 4, 26 : Οἱ δὲ ἱππεῖς ἔστιν ὅτε καὶ ληστὰς ἐχειροῦντο. (Improprie de eo qui arte dicendi vincit Mem. 3, 7, 8 : Ἐκείνους (qui te derident) ... ῥᾳδίως χειρούμενος. Similiter Plato Soph. p. 219, C : Τὰ μὲν χειροῦται λόγοις καὶ πράξεσι. Sext. Emp. p. 548 : Οἱ ἐν ταῖς φιλοσόφοις σκέψεσι τὰς πρώτας τῶν πραγμάτων ὑποθέσεις χειρωσάμενοι δυνάμει τὴν παντὸς πράγματος κατάληψιν ἠθετήκασιν. Dio Cass. 57, 17 : Σοφία αὐτὸν διά τινων ἐχειρώσατο.) Polyb. 5, 4, 1 : Χειρωσάμενος τὴν νῆσον· 21, 2, 5 : Χ. τὸ τῶν Ἀχαιῶν ἔθνος. Diodor. 20, 30 : Τὴν πολιορκήσασαν δύναμιν ἐχειρώσαντο τῶν Καρχηδονίων. Apollodor. 2, 5, 9 : Χειρωσάμενος τοὺς ἐνοικοῦντας· 2, 7, 3, τὴν πόλιν· 2, 4, 10, τὸν λέοντα· 3, 13, 3. Plutarch. V. Numæ c. 15 : Χειρώσασθαι τὸν Νομᾶν οἴνῳ· V. Pericl. c. 15 : Ἦν δ' ὅτε καὶ μάλα δυσχεραίνοντα (τὸν δῆμον) κατατείνων καὶ προσβιάζων ἐχειροῦτο τῷ συμφέροντι· 24 : Ἀσπασία ... τῶν πολιτικῶν τοὺς πρωτεύοντας ἐχειρώσατο· V. M. Cat. c. 22 : Πάντα κηλῶν καὶ χειρούμενος ἔρωτα δεινὸν ἐμβέβληκε τοῖς νέοις· et quæ sunt alia hujusmodi ap. Plutarch. aliosque non pauca.] Item Greg. Naz. : Τοὺς οἴκοι τυράννους χειρούμενος. Dixerunt χειροῦσθαι, inquit Cam., Opprimere et capere, quum aliquis superior est, ut Soph. Trach. [1117] : Χειρώσομαι κἀκ τῶνδε. Apud eundem poetam χειροῦσθαι interpr. Domare [OEd. C. 950 : Ὦ πίστιν ἴσχων τήνδ' ἐχειρούμην ἄγραν] : itidemque ap. Eur. Phœn. [1116] : Ἀταλάντην κάπρον χειρουμένην, Atalantam domantem aprum. [Plato Leg. 7, p. 824 : Οὐ φιλοπόνου ψυχῆς νίκῃ χειρουμένων τὴν ἄγριον τῶν θηρίων ῥώμην· Euthyd. p. 290, B : Ἐπειδὰν ... χειρώσωνται τοῦτο ὃ ἂν θηρεύωνται. Isocr. p. 213, A : Τὸν ταῦρον χειρωσάμενος. Diodor. 3, 24 : Δόλῳ τὴν ἐκ βίας ὑπεροχὴν (τῶν θηρίων) χειροῦνται· et 5, 39. Plutarch. V. Thes. c. 14. X. τὸν λαγὼν id. Mor. p. 225, F. X. τοὺς σφῆκας, Opprimere s. capere vespas, Xenoph. Hell. 4, 2, 12.] Activæ autem vocis Χειρῶ nullum ab iis affertur exemplum. [Quod apud Suidam legitur χειρῶσαι· ἐρημῶσαι ex χηρῶσαι corruptum esse ostenderunt editores, ut ἐχειρώθη ex ἐχηρώθη corruptum olim legebatur ap. Herodot. 6, 83. Et χηρῶσαι est in duobus codd. deterioribus.] Cujus tamen usum et ap. Aristoph. invenio Vesp. [441], ubi πρὸς βίαν χειροῦσι dicit pro Per vim prehendunt, s. Impressione facta : aut etiam, Capiunt. [Ælian. N. A. 17, 32 : Τοὺς τὸν ἐλέφαντα χειροῦντας. Κεχείρωται signif. activa Lucian. De salt. c. 79 : Ἡ Βακχικὴ ὄρχησις ... οὕτω κεχείρωται τοὺς ἀνθρώπους τοὺς ἐκεῖ ὥστε κτλ.] Apud eundem partic. Χειρούμενος passiva signif. Qui capitur [Vesp. 439] : Περιορᾷς οὕτω μ' ὑπ' ἀνδρῶν βαρβάρων χειρούμενον. E Xenoph. autem affertur τὰ ἔθνη χειρούμενα pro Gentes subactæ. [Passivi exx. satis frequentia. Herodot. 4, 96 : Ἐχειρώθησαν ὑπὸ Περσέων· 3, 120 : Ἐοῦσαν εὐπετέα χειρωθῆναι. Æsch. Prom. Prom. 353 : Πρὸς βίαν χειρούμενον Τυφῶνα· Sept. 326 : Τὰς δὲ κεχειρωμένας ἄγεσθαι. Soph. Tr. 1057 : Χειρωθεὶς πέδῃ· et OEd. C. 903. Eur. El. 1168 : Πρὸς τέκνων χειρουμένης. Thuc. 5, 96 : Ὅσοι κεχείρωνται· 8, 71 : Αὐτοὺς ἂν χειρωθῆναι σφίσιν, ubi σφίσιν additum est, ut in loco supra allato 4, 28, χειρώσεσθαι σφίσι dixit. Plato Leg. 11, p. 919, A : Αἰχμαλώτους κεχειρωμένους. Diodor. 1, 60. Lucian. De calumn. c. 8, De hist. conscr. c. 5.]

[Χειρύδριον. V. Χερύδριον.]

[Χείρωμα, τὸ, Quod subditum est. Æsch. Ag. 1326 : Δούλης θανούσης, εὐμαροῦς χειρώματος. || Subactio. Soph. OEd. T. 560 : Λάϊος ... ἄφαντος ἔρρει θανασίμῳ χειρώματι. || Quod manu offertur. Æsch. Sept. 1022 : Τυμβοχόα χ., i. e. τὰ διὰ χειρῶν ἐργαζόμενα, ut exp. schol. rec.]

Χείρων, ονος, ὁ, ἡ, [et Χεῖρον, τὸ,] et poetice [de quo infra] Χερείων etiam [Formæ χείρονα χείρονες χείρονας sæpe contrahuntur in χείρω et χείρους, magna quidem ut in aliis omnibus hujusmodi comparativis (ἀμείνων, βελτίων, καλλίων, etc.) librariorum inconstantia, sed tamen ita ut veteres certe Atticos formas contractas prætulisse appareat; recentiores scriptores, velut Plutarchus, formas trisyllabas prætulerunt, quibus etiam Homerus solis usus est, apud quem pauca pluralis tantum numeri χείρονες et χείρονα exempla reperiuntur. Poetas Atticos utraque forma, prout metro commodum esset, usos esse ex aliorum hujusmodi comparativorum usu duobusque formæ χείρους exemplis ap. Aristoph. Thesm. 801, 820, colligitur. Apud Tragicos, qui raro hoc adjectivo usi sunt (Æschylus nusquam), quod pauca tantum formæ trisyllabæ, nulla contractæ exempla reperiuntur, casu, non consilio factum videtur. Da-

tivi χείροσι forma poetica χειρόνεσσι est ap. Pind. Nem. 8, 38], Deterior, Pejor, [Inferior. Hesych. : Χεῖρον· κάκιστον (imo κάκιον), ἔλαττον. Χείρονα· ὅμοια. Hom. Il. Ξ, 377 : Χείρονι φωτὶ δότω (ὀλίγον σάκος)· Κ, 238 : Τὸν μὲν ἀρείω καλλείπειν, σὺ δὲ χείρον' ὀπάσσεαι αἰδοῖ εἴκων, ἐς γενεὴν ὁρόων, ut χείρονα et ἀρείονα opposita sunt Od. Υ, 133, χείρονος et ἀμείνων Il. Ο, 641, ἐσθλὸς et πολὺ χείρων Υ, 434, χείρονες ἄνδρες et ἀνδρὸς ἀμύμονος Od. Φ, 325, et quæ sunt alia hujusmodi apud scriptores quosvis. Soph. Phil. 456 : Ὅπου θ' ὁ χείρων τἀγαθοῦ μεῖζον σθένει. Eurip. Andr. 219 : Χείρον' ἀρσένων νόσον νοσοῦμεν· Heracl. 329 : Μὴ χ. πατρός. Id. ap. Stob. Flor. 38, 13 : Φθονοῦσιν αὐτοὶ χείρονες πεφυκότες· et ap. Plat. Gorg. p. 486, B : Εἴ τις εὐφυῆ λαβοῦσα τέχνη φῶτ' ἔθηκε χείρονα. Τὸν ὄλβιον et τὸν χείρονα opponit Bacch. 422.] Thucyd. 6 : Καὶ χείρων οὐδενὶ ἀξιῶ δοκεῖν ὑμῶν. [Plato Prot. p. 338, B : Οὐκ ὀρθῶς ἂν ἔχοι τὸν χείρω τῶν βελτιόνων ἐπιστατεῖν· Rep. 1, p. 334, B : Βλαπτόμενοι δ' ἵπποι βελτίους ἢ χείρους γίγνονται; Crat. p. 429, A : Ζωγράφοι εἰσί που οἱ μὲν χείρους, οἱ δὲ ἀμείνους; Leg. 8, p. 840, D : Ἱππέας ... ἐδίδαξεν οὐδενὸς χείρους Ἀθηναίων. Xenoph. Apol. § 6 : Ἤν αἰσθάνωμαι χείρων γιγνόμενος (senectute)· Mem. 2, 6, 26 : Ἐν τοῖς γυμνικοῖς ἀγῶσιν ἐξῆν τοῖς κρατίστοις ἐπὶ τοὺς χείρους ἰέναι, ubi superlativus comparativo oppositus est, ut ib. § 27 : Κρεῖττον τοὺς βελτίστους εὖ ποιεῖν ἢ τοὺς χείρονας. Rep. Athen. 1, 4 : Οἱ πένητες καὶ οἱ δημόται (ἰδιῶται duo codd.) καὶ οἱ χείρους εὖ πράττοντες ... τὴν δημοκρατίαν αὔξουσιν, ubi plebeii intelligntur, ut ib. 3, 10, in sententia simili, ubi οἱ χείρους τοῖς βελτίοσιν opponuntur. Nec raro dicitur sine opposito diserte enuntiato, ut ap. Thuc. 3, 9 : Μηδέ τῳ χείρους δόξωμεν εἶναι εἰ ... Demosth. p. 1160, 27 : Χείρων δόξεις πολλοῖς εἶναι· et similiter p. 1239, 10; et, ubi cum positivis conjunctum est, Epist. p. 1485, 14 : Οὔτε ἄξιος οὔτε ἐπιτήδειος οὔτε χείρων.] Dicitur etiam χείρων τοῦτο, pro κατὰ τοῦτο. Æschin. [p. 60, 15], χείρων τὴν ψυχήν. Xenoph. Cyrop. 5, [1, 6] : Οὔτε τὸ εἶδος ἐκείνου χείρονι, οὔτε τὴν γνώμην. Ubi reddi etiam potest Inferior. [Ib. 8, 8, 3 : Πολὺ δὲ καὶ τάδε χείρους νῦν εἰσὶ, ut τὰ πολεμικὰ χείρους ib. § 20. Cum præp. εἰς Plato Theæt. p. 162, C : Μηδὲν χείρων εἰς σοφίαν ὀτουοῦν ἀνθρώπων· Rep. 1, p. 335, D : Εἰς τὴν ἀνθρωπείαν ἀρετὴν χείρους γίγνεσθαι. Cum πρὸς Lucian. Jov. trag. c. 48 : Χ. πρὸς ἀλήθειαν. Cum περὶ et accusativo personæ Demosth. p. 18, 12 : Μὴ χείρους περὶ ἡμᾶς αὐτοὺς εἶναι δόξωμεν τῶν ὑπαρχόντων. Sequente infinitivo Aristoph. Thesm. 820 : Τὰ πατρῷά γε χείρους ἡμῶν εἰσὶν σώζειν. Xenoph. Cyrop. 2, 1, 16 : Εἴ τι χείρους ἡμῶν ταῦτα ποιεῖν ἦτε. Adjectivo ad personam relato Demosth. p. 743, 29 : Οὐδὲν χείρους ἔσεσθε παράδειγμά τι ἀκηκοότες, i. e. οὐ χεῖρον ἔσται ὑμᾶς ἀκούειν.] Sic ex Plat. affertur, Οὐδέν σου χείρων, pro Nulla in re inferior te, Nulla in re tibi cedens. Et ex Thuc., Χείρους τῶν πατέρων, de iis qui a patribus degenerarunt. [Aliter Ælian. Epist. 14 : Χείρων καρπῶν, Frugum non ferax. Herch.] Atque ut aliquis dicitur esse χείρων, ita etiam aliquid vocatur χεῖρον, ut χεῖρον σῶμα, et χείρων ψυχή. [Soph. fragm. 204 : Νικᾷ δ' ἐν πόλει τὰ χείρονα. Eur. Suppl. 196 : Τὰ χείρονα πλείω βροτοῖσίν ἐστι τῶν ἀμεινόνων. Plato Leg. 4, p. 720, E : Κατὰ τὸ χεῖρον ... καὶ ἀγριώτερον ἀπεργαζόμενος.] Apud Xenoph. [Cyrop. 8, 8, 2] ἐπὶ τὸ χεῖρον τρέπεσθαι, ut Latine dicitur In deterius, In pejus. [Id. Mem. 3, 5, 13 : Ἡ πόλις ἐπὶ τὸ χεῖρον ἔκλινε. Plato Rep. 2, p. 381, B : Ἢ ἐπὶ τὸ χ. καὶ τὸ αἴσχιον ἑαυτοῦ μεταβάλλει ἑαυτόν. Diodor. 20, 61 : Τῶν πραγμάτων ἐπὶ τὸ χεῖρον αὐτῷ μεταβεβληκότων. Theophr. C. Pl. 6, 3, 3 : Ἀλλοιουμένοις ὁτὲ μὲν ἐπὶ τὸ βέλτιον, ὁτὲ δ' ἐπὶ τὸ χεῖρον. Dionys. A. R. 6, 85 : Οἱ πολεμιώτατοι καὶ πάντα ὑποπτεύοντες ἐπὶ τὸ χεῖρον. Heliod. 2, 24 : Τὴν ἐπὶ τὸ χεῖρον μεταβολήν. Cum numero plurali, Xenoph. Mem. 3, 3, 9 : Ἀπὸ τῶν βελτιόνων ἐπὶ τὰ χείρω ἰέναι. Demosth. p. 851, 28 : Οὔτ' ἀγνῶτες ὑμῖν οὔτ' ἐπὶ τὰ χείρω γιγνωσκόμενοι. Cum πρὸς Diodor. 20, 57 : Συνέβαινε πρὸς τὸ χεῖρον μεταβαλεῖν τὰ κατὰ Σικελίαν. Ælian. N. A. 8, 1 : Κατώλισθεν ἡ σπορὰ πρὸς τὸ χ. || Χεῖρον et οὐ χεῖρον, verbo ἐστὶ interdum addito, sæpius omisso, ut ap. Hom. Od. Ο, 518 : Ἀλλὰ σοὶ αὐτῷ χεῖρον. Xenoph. Anab. 7, 6, 4 : Διὰ τοῦτο χεῖρόν ἐστιν αὐτῷ, quod repetitur in oratione obliqua ib. § 39 : Διὸ καὶ χεῖρον αὐτῷ εἶναι. Polyb. 3, 101, 10 : Ἵνα πάντων ᾖ ... δαψίλεια τοῖς ἀνδράσι, μὴ χεῖρον δὲ τοῖς ὑποζυγίοις καὶ τοῖς ἵπποις, ubi ad μὴ χεῖρον δὲ intelligendum ᾖ, nisi hoc ipsum excidit.] At vero cum infin. positivi signif. habere existimatur, ut, Οὐ χεῖρόν ἐστι προενέγκασθαι, ap. Plutarch. Lycurg. [c. 21, et alibi sæpe : v. Moral. p. 28, E; 68, E; 544, F; 708, E, etc.] Quidam vero interpr. Non abs re fuerit. Sic, Οὐ χεῖρον διορίσαι. [Plato Phædon. p. 105, A : Οὐ γὰρ χεῖρον πολλάκις ἀκούειν. Aristoph. Eq. 36 : Βούλει τὸ πρᾶγμα τοῖς θεαταῖσιν φράσω; ubi alter respondet : Οὐ χεῖρον, intellecto φράσαι. « Alciphr. 3, 59. Amat οὐ χεῖρον εἰπεῖν Ælianus, N. A. 5, 41; 6, 42; 7, 19; 11, 12; 17, 44, etc. Alciphr. 3, 65. » Herch.] Eodemque modo χείρους pro positivo alicubi usurpari a Thuc. putat schol. [3, 9, de quo loco supra dictum. || Χεῖρον sæpissime adverbii signicationem habet, quum adverbio χειρόνως uti perpaucis scriptoribus placuerit. Sic Plato Rep. 1, p. 344, E : Εἴτε χεῖρον εἴτε βέλτιον βιωσόμεθα· Leg. 10, p. 909, D : Τούτων ἐπιμελείσθων μηδὲν χεῖρον τῶν ἄλλων. Et cum aliis verbis quibusvis, velut χεῖρον ἔχειν Plat. Phædon. p. 85, B, Isocr. p. 92, C; βουλεύεσθαι Thucyd. 3, 46; ἐπίστασθαι Xenoph. OEc. 10, 10; πλεῖν Hell. 1, 6, 31; μηδὲν χ. ὑπηρετεῖν ib. 3, 1, 11; φυλάττεσθαι 6, 2, 17.]

|| Poetice [ab Epicis] dicitur non solum Χερείων, sed et Χερειότερος, quod ap. Hom. redditur etiam Vilior. [Hesych. : Χερεῖον· χείρονα, ἐλάττονα, χεῖρον. Χεῖρον recte delevit Musurus, male vero χερείω in lemmate posuit, quod haud dubie χερείονα fuit, glossa fortasse ex Il. Α, 576 sumta. Hom. Il. Α, 114 : Οὐ ἔθεν ἐστὶ χερείων οὐ δέμας οὐδὲ φυήν· Υ, 106 : Κεῖνος δὲ χερείονος ἐκ θεοῦ ἔστιν· pariterque in Od., velut Ε, 211, Θ, 585, Υ, 45, et genere neutro, ut Il. Α, 576 : Ἐπεὶ τὰ χερείονα νικᾷ· Od. Ρ, 176 : Οὐ μὲν γάρ τι χέρειον ἐν ὥρῃ δεῖπνον ἕλεσθαι· eademque structura Ψ, 262. Apud Hesiod. semel Op. 821 : Ἐπὶ δείελα δ' ἐστὶ χερείων· nec frequenter apud alios, velut χερείων ap. Apoll. Rh. 2, 77; 3, 465; χερείονα ap. Maneth. 3, 201; 6, 629, qui χείρων dixit 5, 123; et forma contracta χερείους ap. Apoll. Rh. 2, 1220. Χερειότερος est ap. Hom. Il. Β, 248 : Σέο ... χερειότερον βροτὸν ἄλλον ἔμμεναι· et Μ, 270, Euenum Anth. Pal. App. 22, Crinagoram, Apollonidem, Stratonem Anth. Pal. 7, 371; 10, 19; 12, 7, Oppian. Hal. 3, 432, ubi χερειοτέρῃσιν ἐδωδαῖς. Rarius Χειρότερος, ap. Hesiod. Op. 127 : Γένος πολὺ χειρότερον· et Sc. 51. Arat. 124. Hesych. : Χειροτερῆ· ἐλάττων, ubi Musurus χειροτερὴς finxit, Hesychius χειροτέρη scripserat, ut χειρότερον per χείρονα explicat. Reprehendit hanc formam allato Hesiodi loco Op. 127 Philoxenus in Etym. M. p. 675, 24 : Καὶ γάρ, inquit, συγκριτικὸν ὂν τὸ χεῖρον συγκριτικὸν ἐποίησεν· ὅπερ ἀδύνατον. Καὶ εἰ ὅλως ὤφειλεν εἰπεῖν, χειρονέστερον ὤφειλεν. Τί οὖν Ἡσίοδος; Ἴσως παρὰ τὸ χεῖρος· in quam opinionem deductus est comparativo Homerico πλειότερος a πλεῖος derivando, de quo ibidem dixit Philoxenus. Similis alius grammatici sententia est de altera forma χερειότεροι p. 808, 49, quam ἀπὸ τοῦ χερείων κατὰ μεταπλασμὸν γίγνεσθαι ait χέρειος, ὥσπερ πλείων πλεῖος πλεία.] Præterea pluralis Χέρηες ap. Hom. extat, Od. Ο, [323] : Οἷά τε τοῖς ἀγαθοῖσι παραδρώωσι χέρηες· ubi χέρηες exp. etiam Abjectiores. Invenitur et dat. sing. χέρηϊ, item accus. χέρηα. At vero χέρεια cum ει, pro χερειότερα, Deteriora, apud Eundem [Hujus formæ quattuor tantum casus reperiuntur, dativus χέρηϊ (Hom. Il. Α, 80), accusat. χέρηα (Il. Δ, 400, Od. Ξ, 176), nominat. plur. χέρηες (Od. Ο, 323, Apoll. Rh. 3, 403), et neutr. χέρηα (Il. Ξ, 382, Od. Σ, 229, Υ, 310). Manifestum est has formas propter metri heroici necessitatem esse inventas fallique recentiores quosdam, inter quos Buttmannus fuit Gramm. vol. 1, p. 273, qui adjectivum quoddam positivi gradus χέρης finxerint, cujus usum nullum fuisse poetarum loci ostendunt, in quibus omnibus χέρηϊ χέρηες χέρηα comparativi gradus sunt. Neque aliter judicarunt grammatici Græci. Etym. M. p. 808, 55 : Χέρηϊ· χερείων χερείονος· ἡ δοτικὴ χερείονι, καὶ κατὰ συγκοπὴν χέρειϊ· καὶ διὰ τὸ ἐπάλληλον τῶν δύο ιι γίνεται τροπὴ τῆς ει διφθόγγου εἰς η, ὡς

ἐν Ἰλιάδος Α (80) « ὅτε χώσεται ἀνδρὶ χέρηϊ »· ἀντὶ του χείρονι, ἐλάσσονι. Ἔστι δὲ συγκριτικόν. Καὶ (Il. Δ, 400) « εἶο χέρεια », ἑαυτοῦ χείρονα, ἐκ τοῦ χερείονα κατὰ συγκοπήν. Similiter schol. ad Il. A, 80 : Χέρηϊ, ὡς Ἄρηϊ. Γέγονε δὲ οὕτως· ἔστι τις χερείονος γενικὴ, καὶ αἰτιατικὴ « χερείονά περ καταπέφνων » (Il. P, 539). Ὃν οὖν τρόπον τὴν χερείονα αἰτιατικὴν συγκόψας ἔφη (Il. Δ, 400) « ἀλλὰ τὸν υἱὸν ἐγείνατο εἶο χέρεια », πληθυντικῶς δὲ τὰ χερείονα χέρεια (Od. Ξ, 382) « χέρεια δὲ χείρονι δόσκεν, » τοῦτον τὸν τρόπον καὶ χερείονι χέρειι, καὶ ἐπεὶ κακόφωνόν ἐστι, τροπὴ ἐγένετο τῆς ει διφθόγγου εἰς τὸ η· οὕτως Ἡρωδιανός. Videntur igitur grammatici veteres consensisse de dativo χέρηϊ per η, χέρεια vero et χέρειες per diphthongum scribendis, ratione discriminis usi non improbabili, eademque Aristarchi sententia fuisse videtur, qui in Od. Ξ, 179, ubi libri vulgati χερείω, aliorum probavit scripturam χέρεια, ut annotatum est in cod. Harleiano. Huc accedit quod codex Iliadis Marcianus aliique libri nonnulli, licet in χέρηϊ Il. A, 80, consentiant, tamen formas χέρεια et χέρειες per diphthongum scriptas servarunt. Hæ igitur Homero et fortasse Apollonio quoque Rh. 3, 403 restituendæ erunt expulso χέρηα et χέρηες et posthabita Eustathii auctoritate, qui p. 488 extr. χέρηι χέρηα et χέρηες διὰ τοῦ η καὶ ι διφθόγγου scripta probat, quæ κατὰ τὰ πλείω τῶν ἀντιγράφων reperiantur, non perspiciens, ut videtur, quid discriminis inter χέρηϊ et χέρειες χέρεια intercedat. Repetit hunc errorem p. 1783, 13 : Χέρηες γίνονται κατὰ συγκοπὴν καὶ τροπὴν Ἰωνικὴν ἀπὸ τοῦ χερείονες· ... τοῦ δὲ χέρηες εὕρηται ἐν ἄλλοις καὶ δοτικὴ χέρηι καὶ αἰτιατικὴ χέρηα. Solum χέρηϊ posuit Hesych. per χείρονι, ἥττονι ἢ ἧσσονι interpretatus. G. Dind.] Dicunt poetæ et Χειρότερος, Deterior. Hesiod. : Γένος πολὺ χειρότερον μετόπισθεν. Quin etiam Χειροτέρης affertur pro eodem. [De comparativo χειρότερος supra diximus, comparando cum similibus formis ἀμεινότερος καλλιώτερος κρεισσότερος, quas sermonis poetici proprias esse admonet Phryn. p. 136 ed. Lob., ex quo colligi potest etiam prosæ orationis scriptores quosdam minus pure scribentes talia sibi permisisse. Aliquanto deterius est χειριστότερος, quod librarii Hippocrati intulerunt p. 25, 12. G. D.] Sed et alius compar. in ων habetur ap. Hesych., sc. Χειρίων, quod exp. ἐλάττων et χείρων. [Decepit Hesychium scriptura vitiose χειρίων pro χερείων. G. D.] Sic autem in superlativo gradu dicitur Χείριστος, Deterrimus, Pessimus, Vilissimus. [Hesych. : Χείριστα· δεινὰ, κάκιστά. Solum κάκιστα Etym. M. p. 810, 29. Dicitur de hominibus pariter ac rebus. Xenoph. Mem. 1, 2, 32 : Οἱ τριάκοντα πολλοὺς τῶν πολιτῶν καὶ οὐ τοὺς χειρίστους ἀπέκτειναν· 3, 1, 8 : Ἐν τῷ πολέμῳ ... ἐν μέσῳ τοὺς χειρίστους, ubi alii libri et Stobæus χείρους. Ib. 9 : Τὸ χείριστον ἀργύριον. Lysias p. 92, 4 : Τὸν χ. τῶν αὐτῶν τυγχάνειν τῷ βελτίστῳ, ut τοὺς χ. τῶν πολιτῶν dixit Isocr. p. 129, B. Τῆς χ. χώρας id. p. 270, D. Demosth. p. 40, 13 : Ὃ γάρ ἐστι χείριστον αὐτῶν ἐκ τοῦ παρεληλυθότος χρόνου, τοῦτο πρὸς τὸν μέλλοντα βέλτιστον ὑπάρχει· et quæ sunt similia ap. Isocr. p. 77, D, Diodor. Exc. p. 552, 69, Lucian. Apol. c. 9, Philops. c. 2. Locutionem Τὰ χείριστα ἀκούσας annotavit Pollux 8, 81. In universum autem monendum superlativo χείριστος scriptores plurimos, qui comparativo χείρων non raro uterentur, prorsus abstinuisse, plerumque adjectivo κάκιστος vel alio similis notionis vocabulo usos. || Adverb. Χείριστα est ap. Theophr. H. Pl. 9, 16, 5 : Χείριστα ἀπαλλάττειν τοὺς ἐν πλείστῳ χρόνῳ. Maccab. 2, 5, 23 : Χείριστα τῶν ἄλλων. Forma deterior Χειρίστως ib. 7, 39.] At poetice Χειρότατος pro eodem, sicut Χειρότερος in comparativo gradu. [Quum χειρότερος pro χείρων dictum sit, ab hoc etiam superlativus χειρότατος formari potuit, etsi exempla ejus nulla allata sunt.] || Χείρων proprie ὁ ταῖς χερσὶν ἥττων καὶ ἐλάττων, ut scribit Etym. [M. p. 808, 53.] Quidam vero a nomine χεὶρ itidem derivantes, exposuerunt ὁ διὰ τῶν χειρῶν πορίζων τὸ ζῆν. [|| Adverb. Χειρόνως, Pejus. Liban. p. 82. Angl. Suidas s. v. Ἄβελ : Χ. βιώσας. « Georg. Pisid. Hexaem. 1387, κἂν δοκῶσι χ. » Hase.]

[Χείρων, ωνος, ὁ, Chiron, unus ex Centauris, Saturni ex Philyra filius. Memoratur ab Homero Il. Δ, 219, Λ, 831 (ubi δικαιότατος Κενταύρων dicitur), Π, 143, Τ, 390, Hesiodo Th. 1001 : Χ. Φιλυρίδης· et in fragm. ap. schol. Pind. Nem. 3, 92, Pindaro Pyth. 3, 135; 6, 20, Soph. Tr. 715 : Θεὸν Χ. Eurip. Iph. A. 705, 709, 927, et al., Plat. Rep. 3, p. 391, C, Xen. Symp. 8, 23, Apoll. Rh. 1, 33, 510, 554, al. et aliis plurimis, poetis præsertim fabularumque scriptoribus et Græcis et Latinis, qui Achillem aliosque heroes institutione ejus usos esse finxerunt : v. Heyn. ad Apollod. 3, 4, 3, et 3, 16, 6, vol. 2, p. 229, 315.] Χείρων est etiam nomen unius ex Centauris, a cujus nomine dictum est Χειρώνειον ἕλκος [et alia. V. Χειρώνειος. Et Χείρωνος ῥίζα, de qua ibid.].

[Χειρωνακτέω, Manu operor. Schol. Hom. Il. H, 435 : Οὐδεὶς αὐτῶν χειρωνακτῶν δρᾶται.]

[Χειρωνάκτης, ὁ, i. q. χειρῶναξ. Zonar. Lex. p. 1847 : Χειρωνάκτης καὶ χειρῶναξ, τεχνίτης διὰ τῶν χειρῶν ἐργαζόμενος. Herodian. Epim. p. 150 : Χειρωνάκτης· ὁ διὰ τῆς τῶν χειρῶν ἐργασίας ζῶν. Plural. χειρωνάκται Erotian. p. 394 per χειροτέχναι, ut accusativum χειρωνάκτας Hesychius in glossa bis apud eum per ο scripta χειρονάκτας. Genitivus χειρωνακτέων est ap. Hippocr. p. 391, 25, nominat. χειρωνάκται p. 384, 46, ubi codd. aliquot Littréi (vol. 2, p. 242) et Galenus χειρώνακτες, ut χειρώνακτος et χειρώναξιν legitur p. 269, 28, et 820, D. Dionys. A. R. 6, 51, χειρώνακτες ex cod. Vat. restitutum pro χειρωνάκται. Apud Procop. Anecd. p. 113 χειρωνάκται, unde ib. p. 115, 116, χειρωνάκτας pro χειρώνακτας scribendum esse monuit Struvius. (Basil. t. 1, p. 578, B, χειρωνακτῶν. Hase.) Cum substantivis similiter formatis composuit Lobeck. Paralip. p. 181.]

Χειρωνακτικὸς, ἡ, ὸν, ut χ. βίος, Vita eorum qui artem aliquam manibus exercent, et manibus victum quærunt, vel Vita qualis est eorum qui etc. Sed auctor Axiochi, qui Dialogus Platoni vulgo ascribitur, tanquam substantivo usus est, usurpans χειρωνακτικοὺς pro χειρώνακτας [p. 368, B] : Τοὺς χειρωνακτικοὺς ἐπέλθωμεν καὶ βαναύσους, πονουμένους ἐκ νυκτὸς εἰς νύκτα, ubi observa etiam copulari χειρωνακτικοὺς et βαναύσους, sicut mox habebis ex Plutarcho βαναύσοις καὶ χειρώναξι. [Dio Chr. vol. 1, p. 410 : Τὸ χ. καὶ δημιουργικὸν γένος. Aristid. Quint. p. 65 : Τῶν χειρωνακτικῶν ἔργων, ubi χειρονακτικῶν per ο scriptum, frequenti in χειρῶναξ, quod χειρόναξ scriptum apud Hesychium, ejusque derivatis vitio. Heraclit. Alleg. Hom. 43 : Τῆς χ. ἐργασίας. Eustath. p. 40, 14 : Ταῖς χ. τέχναις. Niceph. Chumn. in Boiss. An. vol. 5, p. 330, et Epist. 77. G. D. De Telchinibus Eustath. p. 679, 52, δύο γένη αὐτῶν εἶναι, τὸ μὲν βάναυσον καὶ χ. Galen. vol. 1, p. 38, 15 : Τεχνῶν ... ἔνιαι λογικαί τ' εἰσι καὶ σεμναὶ, τινὲς δ' εὐκαταφρόνητοι καὶ διὰ τῶν τοῦ σώματος πόνων, ἃς δὴ βαναύσους τε καὶ χ. ὀνομάζουσιν. Hase.]

Χειρώναξ [immo Χειρῶναξ], κτος, ὁ, i. valet q. præcedentia χειρουργὸς ac χειροτέχνης, Qui manibus operatur s. opus facit, Opifex, Operarius. Sed χειρώναξ dici existimatur quasi χειροάναξ, i. e. Manuum suarum dominus. [Sic Etym. M. p. 811, 8, ubi χειρώναξ, frequenti in hujusmodi compositis accentus vitio, de quo dixit Lobeck. ad Phryn. p. 674.] Eustath. [p. 1425, 64; 1785, 38] exp. ὁ τῆς χειρὸς ἀνάσσων, vel τῶν ἐν χερσὶν, nullam signif. hujus rationem addens. Ego autem crediderim vocari dominum manuum suarum, potius quam τῶν ἐν χερσὶν, quod illis suum pensum quotidie præscribat et imperet, ex quo victum quærit : et ita laborem manuum tributi loco habeat, quod ab illis, ceu dominus, aut etiam rex, exigit. Quæ tamen a me ita dicuntur, præsertim quum extemporanea sint, ut interim liberam aliis suam hac de re conjecturam relinquam. Non ignoro alioqui hæc scribi a Suida, χειρῶν μόνων δεσπόζων, vel διὰ χειρῶν κτεατιζόμενος, vel διὰ χειρῶν ταλαιπωρούμενος. Sed hoc κτεατιζόμενος non satis cum etymo convenire videtur, multo etiam minus ταλαιπωρούμενος. [Soph. ap. Plutarch. Mor. p. 99, A (fragm. 724) : Βᾶτ' εἰς ὁδὸν δὴ πᾶς ὁ χειρῶναξ λεώς· ex quo l. sumta Hesychii gl. Χ. λεώς· ὁ χειροτέχνης, et χειρώναχτες, quod ex Sophocle memorat Pollux 2, 151.] Est porro non poetarum duntaxat, sed interdum solutæ orationis scriptorum hoc vocabulum. Plutarch. βαναύσοις et χειρώ-

ναξι copulavit [Mor. p. 802, A] : Καὶ πᾶσι τοῖς βαναύσοις καὶ χειρώναξι τὸ δύνασθαι λέγειν ἀπομνυμένοις. [Sic etiam Lucian. Somn. c. 9 : Βάναυσος καὶ χ. Ælian. N. A. 2, 31 : Τοὺς χειρώνακτας τοὺς ἐμπύρους. Substantivum hoc, pariterque χειρωναξία, quod v., minus probasse videntur veteres magistri. Hinc Pollux 1, 50, ubi χειρουργὸς, χειροτέχνης et alia memoravit, Τὸ γὰρ χειρογάστορες, inquit, Ἑκαταῖος λεγέτω, καὶ τὸ χειρώνακτες Ἡροδότῳ δεδόσθω, similiterque 7, 7 : Τὰ γὰρ ... χειρῶναξ καὶ χειρογάστωρ καὶ χειροβοσκὸς καὶ χειροβάναυσος ἧττον ἄν τις προσοῖτο. Herodoti loci sunt duo 1, 93 : Οἱ ἀγοραῖοι ἄνθρωποι καὶ οἱ χειρώνακτες· 2, 141 : Καπήλους τε καὶ χειρώνακτας καὶ ἀγοραίους ἀνθρώπους. Lycophr. 521 : Χειρώνακτες ἐργάται· ubi per χειροτέκτονες exp. in gl. Vid. etiam quæ s. v. Χειρωνάκτης dicta sunt. G. D. Clem. Al. Protrept. 10, § 97. Anon. Vita Chrys. t. 8, p. 359, 38, ἰδιῶται καὶ χ. Alius Anon. ap. Bekker. Anecdd. gr. vol. 1, p. 30, 8 : Βασκάνιον ... ὃ πρὸ τῶν ἐργαστηρίων οἱ χ. κρεμαννύουσι. Theodoret. Gr. aff. cur. p. 254, 17 Gaisf. : Δέονται δὲ αὖ πάλιν καὶ οἱ χ. τῶν εὐπόρων καὶ χρήματα χορηγούντων. Synes. p. 73, A, βαναύσοις καὶ χ. Hippocr. t. 4, p. 232, 10 Littr., de Amazonibus, χ. ἄρα τουτέοισι (maribus) χρέονται. Hase. Improprie Eurip. ap. Stob. Ecl. 2, 1, 2, p. 4 : Οὐ τῶνδε χειρώνακτες ἄνθρωποι λόγων.]

Χειρωναξία, ἡ, Ars quæ manibus exercetur, Operatio quæ fit manibus, si ita loqui fas est. Quidam ex Plin. interpr. Manuum operatio. Apud Æsch. Prom. p. 8 meæ ed. [45] exclamat Vulcanus, Ὦ πολλὰ μισηθεῖσα χειρωναξία, appellans χειρωναξίαν, τὴν χαλκευτικὴν τέχνην, suam Artem fabrilem. [Plur. Choeph. 761 : Διπλᾶς χ. ἔχουσα. Ad quos locos spectat Phryn. in Bekk. Anecd. p. 72, 14 : Χειρωναξία· πολὺ μὲν τὸ χειρῶναξ (codex χειρώναξ), τὸ δ' ἔργον οὐχ οὕτως, κἂν Αἰσχύλος δόκιμον ποιῇ τὴν φωνήν.] Herodot. 2, [167] : Τοὺς δὲ ἀπαλλαγμένους τῶν χειρωναξιέων, γενναίους νομίζοντας εἶναι, Alienos ab opificiis, nobiles esse statuunt, Cam. Quidam ἀνώνυμος ap. Suid. : Πλῆθος ὅσον θητικὸν καὶ ἐν χειρωναξίαις, καὶ ἄλλως ἐγκατῳκισμένον τῇ πόλει συναγαγών. || At vero Χειρωνάξιον, τὸ, ex Aristot. OEc. 2, [1] pro Vectigali quod exigebatur viritim a vulgo. Pensitatio erat et πρόσοδος σατραπικὴ, dicta etiam ἐπικεφάλαιον, inquit Bud.

[Χειρωνειὰς, άδος, ἡ, Chironias, synonymum centaurii majoris ap. Diosc. 3, 6 (8).]

[Χειρώνειος, εία, ειον, et ὁ, ἡ.] Χειρώνειον ἕλκος, s. τραῦμα, vel Χειρώνιον [ut ap. Polluc. 4, 194, cui tamen ipsi quoque χειρώνειον restituendum], Hulcus malignum, inveteratum, quod et magnum est, et oras habet duras, callosas, tumentes. Legitur ap. Diosc. et Alex. Aphr. Probl. 1, 92 [p. 278, 21] : Ἡ μέλαινα χολὴ ποιεῖ τὸ χειρώνειον ἕλκος καὶ τὸ νομῶδες ἐν τῷ σκέλει. Dicitur autem Χειρώνειον tanquam Chirone medico opus habens. Appellatur et Τηλέφειον ἕλκος a Telepho. [Sic exp. Eustath. p. 45, 42, ὅσα δυσκλθῆ ὄντα δέοιτ' ἂν ἰατροῦ τοῦ Χείρωνος. Aliter originem proverbii exponit Zenob. Prov. 6, 46 : Τὸ ἀπὸ πολλῆς στάσεως ἐν τοῖς ποσὶ γινόμενον τραῦμα καὶ διηνεκῶς ἰχῶρας ἐκκρῖνον. Τοξευθεὶς γὰρ ὑπὸ Ἡρακλέους ὁ Χείρων, μάχην πρὸς Κενταύρους ἐνστησαμένου, ἀνίατον ἔσχεν ἕλκος περὶ τὸν πόδα, δι' οὗ καὶ ἀπέθανε. Ὅθεν ἡ παροιμία ἐπὶ τῶν ἀνιάτων προήχθη τραυμάτων. Brevius Suidas.] Dicta est Χειρώνειον et Herba quæ alio nomine Centaurium majus appellatur; nec non ea quæ Gentiana dicitur. Vide Diosc. [3, 6 (8), ubi non sic, sed χειρωνιὰς appellatur. Est vero Πάνακες Χειρώνιον (corr. Χειρώνειον) ap. Diosc. 3, 50 (57), ὃ φύεται μάλιστα ἐν Πηλίῳ ὄρει, de quo monte schol. Hom. Il. Π, 144 (ad verba Πηλίου ἐκ κορυφῆς) : Ἔστιν ἄκρα Χειρώνειος ὑπὲρ Σκιάδος ἄκρης ... ἔνθα ᾤκει Χείρων. Conf. Χειρωνὶς et Χειρώνειον σπήλαιον ap. schol. Pind. Pyth. 4, 181, ubi male Χειρωνίου. Χείρωνος ῥίζα est ap. Nicandr. Th. 500, ubi schol. : Παραλαμβάνει τὴν Χειρωνείαν ῥίζαν, ἥτις πρὸς πᾶν ἁρμόζει καὶ πανάκειον καὶ κενταύρειον καλεῖται, addito Theophrasti loco H. Pl. 9, 11, 1, ubi τὸ χειρώνειον ὅμοιον ἀμαράκῳ dicitur pluribusque describitur. Etiam ῥίζαν βρυωνίδος ab aliis χειρώνειον appellari ex Crateua annotavit schol. Nic. Th. 800. G. D. Galen. vol. 14, p. 186, 14 : Βρυωνίας ῥίζης· ταύτην οἱ μὲν ψίλωθρον, οἱ δὲ ἄμπελον ἀγρίαν, οἱ δὲ μάδον, οἱ δὲ χειρωνείαν, οἱ δε κερκίδα καλοῦσι. Rufus ap. Oribas. t. 2, p. 117, 8; 106, 7, ἄμπελος χ.· οἱ δὲ βρυωνίαν καλοῦσι. De ulceribus Hierocles In carm. aur. Pythag. p. 98, 7 Mullach., ἰατροῦ τομαῖς τε καὶ καύσεσι τὰ χ. ἕλκη θεραπεύοντος. It. πάνακες χ. Galen. vol. 14, p. 183, 16; Oribas. t. 2, p. 503, 1. Χείρωνος ῥίζαν Fraas. Syn. plantt. floræ class. p. 160 opinatur esse Erythræam Centaurium, Panaces Χειρώνειον Bussemaker. Schol. Opp. p. 667 Pastinacam opopanacem L. Hase.]

[Χειρωνὶς, ίδος, ἡ, Chironis. Callim. Del. 104 : Χειρωνίδες ἄκραι· i. e. ut schol. exp. τὸ Πήλιον ὄρος τῆς Θεσσαλίας, διὰ (τὸ) τὸν Χείρωνα ἐκεῖ οἰκῆσαι. Ab schol. Hom. Χειρώνειος ἄκρα dicitur. V. Χειρώνειος. || Χειρωνίδες βίβλοι, Libri de arte medica (ab Chirone inventa), Anth. Pal. 7, 158.]

Χείρωσις, εως, ἡ, Subjugatio, Subactio. Proprie, Actio illa devincendi s. superandi viribus et robore manuum, etc., ut in Χειροῦσθαι dixi. [Plato Ep. 7, p. 332, A : Τῆς τοῦ Μήδου τε καὶ εὐνούχου χ. Dio Cass. 53, 7 : X. Μυσίας. « Adrian. Isag. p. 21, 15. Joseph. A. Jud. 18, 9, 3, κατὰ χ. τῶν ἀφεστηκότων. » Hase.]

[Χειρωτικὸς, ἡ, όν, Subjugandi s. potiundi peritus. Plato Soph. p. 219, D : Τὸ λοιπὸν ἢ κατ' ἔργα ἢ κατὰ λόγους χειρούμενον ξύμπαν χειρωτικὸν ἂν εἴη· 221, B : Κτητικοῦ (μέρος) ... χειρωτικόν. Χειρωτικὴ (sc. τέχνη) ib. p. 223, B.]

Χειρωτὸς, ἡ, όν, Qui talis est ut subjugari possit (q. d. Subjugabilis), vel facile subjugari, aut etiam capi, etc. [Hesych. : Χειρωτόν· εὐάλωτον καταγωνίσασθαι.] At vero χειρωτὸς [vitiose pro χειριδωτός] cum nomine χιτὼν, verbale non est, ut docui in Χειριδωτός.

[Χείσομαι. V. Χανδάνω.]

[Χείω. V. Χέω.]

[Χέλεινον vitiose pro Χέλειον, quod v.]

[Χέλειον, τό.] Χέλυον, sive χέλειον, τὸ, Tegmen s. Operimentum testudinis, Testa qua integitur testudo. Plin. modo Corticem vocat, modo Putamen, modo Tegumentum, modo et Superficiem; ut quum 9, 10, scribit Indicum mare tantæ magnitudinis testudines emittere, ut singularum superficie habitabiles casas integant, atque inter insulas rubri præcipue maris his navigent cymbiis. Utitur vocab. Nicander Al. [561], ubi quum dixisset, Ἥν τ' (sc. χελώνην) ἀκάκητα Αὐδήεσσαν ἔθηκεν ἀναύδητόν περ ἐοῦσαν Ἑρμείης, subjungit, Σαρκὸς γὰρ ἀπουνόσφισε [ἀπ' οὖν νόσφισσε] χέλειον Αἰόλον, ἀγκῶνας δὲ δύω παρετείνατο πέζαις, A carne enim testam separavit. Ubi nota etiam ipsum iis astipulari, qui ex testudine excoriata fabricasse lyram tradunt Mercurium. Vocat autem ibi πέζας τοὺς ὤμους : cui τοῦ ὀστράκου parti δύο παρέθηκε πήγματα, s. κανόνας, ὅθεν δέδενται αἱ νευραὶ, inquit schol., apud quem scriptum χέλυον [recte nunc χέλειον] per υ, in textu vero per ει χέλειον : quæ scriptura minus probatur : exponit autem χέλυον αἰόλον et ipse ὄστρακον ποικίλον. [Arat. 494 : Ὁ κύκλος ... διηνεκέως ὑπένερθε χελείου Καρκίνον (τέμνει).] Apud Hesych. legitur Χέλεινον : quod ipse etiam dicit, τὸ ἀπωστρακωμένον τῆς χελώνης δέρμα, χέλυος νῶτον ὀστρακώδη.

[Χελεύς. V. Χελούω.]

Χελιδόνειος, ὁ, ἡ, Hirundinius : ut Plaut. dicit Hirundinius nidus, et Plin. Hirundinius sanguis : χελιδόνειον [Male χελιδόνιον Suidæ codd.] μέλος, Hirundinium carmen : τὸ τῆς χελιδόνος, inquit Suid. : qui etiam addit, ejus vocem esse non θρῆνον, sed ᾆσμα ἐνδοτικὸν καὶ κελευστικὸν πρὸς ἔργα : eamque ob rem avem hanc hyeme nec volare nec canere. Et ap. Polluc. [6, 81] χελιδόνειοι ἰσχάδες, quæ et χελιδόνια σκληρὰ nominantur, et χελιδόνες ut supra [s. v. Χελιδὼν] docui, et in sequenti composito docebo. [Χελιδονείων (sc. ἰσχάδων) Epigen. ap. Athen. 3, p. 75, D, quem l. attulit HSt. s. v. Χελιδόνιος. Χελιδονίας ib. 14, p. 652, E. Attica nominis forma χελιδόνεως p. 75, D, annotata etiam ab Hesych. : Χελιδόνεως· εἶδος ἰσχάδων. Male χελιδώνεως ap. Chœrob. In Theodos. p. 261, 22. || Χελιδόνειος λαγωὸς v. s. v. Χελιδονίας.]

[Χελιδονία ἄκρα. Χελιδονίαι νῆσοι. Χελιδονίαι πέτραι. V. Χελιδόνιος.]

[Χελιδονιαῖος, αία, αῖον, Badius, Gl.]

Χελιδονίας, ὁ, i. q. χελιδόνιος. Piscis nomen est

[ἰχθὺς ποιὸς ap. Hesych.], et Venti. Piscis, ap. Athen. 8, [p. 356, F] : Ἀναλογῶν μέντοι ὁ χελιδονίας τῇ πηλαμύδι, σκληρότερός ἐστιν. Ubi etiam subjungit, Ἡ δὲ χελιδὼν ἡ τῷ πολύπῳ ἐοικυῖα, ἔχει τὸ ἀφ' αὑτῆς ὑγρὸν, εὔχροιαν ποιοῦν, καὶ κινοῦν αἷμα· est enim et χελιδὼν nomen Piscis, uti infra quoque annotabo. [|| Nomen sideris. Schol. Arati 242 : Τοῦτον τὸν βορειότερον ἰχθὺν (de quo Aratus dicit) χελιδόνος ἔχειν τὴν κεφαλήν φασιν, ὃν Χαλδαῖοι καλοῦσιν ἰχθὺν χελιδονίαν.] At Venti nomen est χελιδονίας ap. Plin. 2, 47, ubi ait, Favonium quidam a. d. VII Kal. Martii Chelidonian vocant, ab hirundinis viso; nonnulli vero Ornithian, uno et LXX die post brumam, ab adventu avium, flantem per dies novem. [Theophr. H. Pl. 7, 15, 1 : Καὶ γὰρ τοῦτο (τὸ χελιδόνιον) ἅμα τῇ χελιδόνι ἀνθεῖ· ubi libri deteriores ἅμα τῇ χεληδονίᾳ, unde Schneiderus ἅμα τῷ χελιδονίᾳ ἀνθεῖ, licet in τῇ χελιδόνι consentiat Athenæus 15, p. 684, et Dioscor. 2, 111, dixerit : Ἅμα ταῖς χελιδόσι φαινομέναις ἀναφυομένας. Qui locus eo tantum differt ab Theophrasteo, quod in hoc omissum est φαινομένῃ, quod non satis argumenti est ut ἅμα τῷ χελιδονίᾳ scribatur. Χελιδονίων ἀνέμων τερψίμβροτον αὔρην dixit Nonnus Dion. 11, 495.] || Item et χελιδονίαι λαγωοὶ ap. Athen. 9, [p. 401, A], παρώνυμοι τῇ χελιδόνι. Tales autem fortassis sunt οἱ ἄνω μὲν μέλανες, τὰ δὲ κάτω ὑπόλευκοι, quales sunt etiam hirundines, ut ille testatur qui cecinit, Χελιδὼν, ἐπὶ γαστέρα λευκὰ, ἐπὶ νῶτα μέλαινα. Eustath. p. 1925, [43. Utitur autem Athen. Diphili versibus, in quibus est χελιδόνειος (codex χελιδόνιος contra metrum) ὁ δασύπους. Χελιδόνειον autem leporem, ut monet Meinek., dicit hirundinis instar superiore parte pulla, ventre albo, ut est ap. Varron. De re rust. 3, 12, ubi vid. Schneider. p. 557.]

[Χελιδονιδεὺς, έως, ὁ.] Χελιδονιδεῖς, Hirundinum pulli, οἱ τῶν χελιδόνων νεοσσοί : ut περδικιδεῖς et χηνιδεῖς dicuntur Perdicum Anserumque pulli. Achæus autem σκληρότερον dixit, Χάσκοντα λιμῷ μόσχον ὡς χελιδόνος, quum debuisset dicere χελιδόνος νεοττὸν vel [ἢ ὀνοματικῶς, ut Valcken. ad Theocr. Adon. p. 401 correxit] χελιδονιδῆ. Eustath. p. 753.

Χελῑδονίζω, Hirundines imitor garrulitate; vel, Barbare loquor, ita ut intelligi non magis possim quam hirundo. Æschylum enim [fragm. 408] χελιδονίζειν pro βαρβαρίζειν posuisse annotat schol. Aristoph. [cui comparandum quod Æschylus dixit Agam. 1050 : Χελιδόνος δίκην ἀγνῶτα φωνὴν βάρβαρον κεκτημένη] : itidemque Ionem in Omphale τοὺς βαρβάρους vocasse χελιδόνας, sed masc. gen., teste Herodiano libro 1 τῆς Καθόλου. Atque adeo idem schol. Av. [1679] hoc distichon : Μὰ τὸν Δί' οὐχ οὗτός γε παραδοῦναι λέγει Εἰ μὴ βαδίζειν, ὥσπερ αἱ χελιδόνες, sic exp., μὰ τὸν Δία οὐ λέγει παραδοῦναι, ἀλλὰ βαδίζειν καὶ ἀναχωρεῖν· οὕτω δὲ αὐτό φησι βαρβάρως καὶ δυσφράστως ὥσπερ αἱ χελιδόνες. || Χελιδονίζειν dicitur etiam τῇ χελιδόνι ἀγείρειν, Hirundini stipem colligere, circumeundo oppidanorum ædes, et canendo cantilenam quandam de adventu hirundinis. Athen. 8, [p. 360, B] apud Rhodios scribit χελιδονίζειν nominari ἀγυρμὸν [ἀγερμὸν] quendam, afferens ex Theogn. libro 2 De Rhodiorum sacrificiis hæc verba : Εἶδος δέ τι τοῦ ἀγείρειν Χελιδονίζειν Ῥόδιοι καλοῦσιν· ὃ γίνεται τῷ Βοηδρομιῶνι μηνί. Dici vero ait χελιδονίζειν, quoniam sc. huic ἀγυρμῷ [ἀγερμῷ] soleret ἐπιφωνεῖσθαι et accini hæc cantilena : Ἦλθ', ἦλθε χελιδών, καλὰς ὥρας (unde et Prænuntia veris hirundo Ovidio) ἄγουσα καὶ καλοὺς ἐνιαυτούς· ἐπὶ γαστέρα λευκὰ, κἀπὶ νῶτα μέλαινα· παλάθαν οὐ προκυκλεῖς ἐκ πίονος οἴκου, οἴνου τε δέπαστρον, τυροῦ τε κάνιστρον καὶ πυρῶν; ἃ χελιδὼν καὶ λεκιθίταν οὐκ ἀπωθεῖται. Πότερ' ἀπίωμες ἢ λαβώμεθα; Εἰ μέν τι δώσεις· εἰ δὲ μὴ, οὐκ ἐάσομες. Ἢ τὰν θύραν φέρωμες, ἢ τὸ ὑπέρθυρον, ἢ τὰν γυναῖκα τὰν ἔσω καθημέναν; Μικρὰ μέν ἐστι, ῥᾳδίως μιν οἴσομες. Ἂν δὴ φέρῃς τι, μέγα γε δή τι καὶ φέροις. Ἄνοιγ', ἄνοιγε τὰν θύραν χελιδόνι. Οὐ γὰρ γέροντες ἐσμὲν, ἀλλὰ παιδία. Quæ ap. Eustath. quoque bona ex parte leguntur [ex Athen. excerpta] p. 1914. Similem fere cantilenam Homerus in Samo hyemans, calendis ad ditiorum fores dicitur cantasse, quæ εἰρεσιώνη dicebatur, quam et ipse sic claudit : Νεῦμαί σοι, νεῦμαι ἐνιαύσιος, ὥστε χελιδών. Ἔστηκ' ἐν προθύροισι· κεἰ μέν τι δώσεις· εἰ δὲ μὴ, οὐχ ἑστήξομεν.

Οὐ γὰρ συνοικήσοντες ἐνθάδ' ἤλθομεν. Vide in Herodotea ipsius Vita p. 7 meæ edit. [c. 34.]

[Χελιδόνιον, τὸ, Hirundula, si hoc fas est dictu. Galen. vol. 14, p. 386, 17; 387, 3. Hase.]

[Χελῑδόνιον, ἡ, Chelidonium, n. pr. meretricis ap. Lucian. Dial. mer.]

Χελιδόνιος, ία, ιον, Hirundininus : χελιδόνια σῦκα memorantur ab Athen. 3, [p. 75, D] ubi ex Epigene comico affert, Εἶτ' ἔρχεται Χελιδονίων μετ' ὀλίγον σκληρῶν ἀδρὸς Πινακίσκος [Apud Athen. recte correctum χελιδόνεια et, ut metrum postulat, in versu Epigenis χελιδονείων, ut diximus s. v. Χελιδόνειος]· ubi quæ vocat χελιδόνια σκληρὰ, alii χελιδονίας ἰσχάδας appellant, de quibus supra in Ἰσχὰς, et paulo post in Χελιδών : nam et χελιδόνες nominantur, forsan quod hirundines eis delectentur; vel quoniam tunc primum maturantur, quum migrant hirundines. Plin. enim auctor est novissimam sub hyeme maturari chelidoniam ficum, 15, 18. [Columella 10, 415.] Item, χελιδόνιος λίθος, Lapis chelidonius, Gemma chelidonia. Plin. 11, 37 : In ventre hirundinum pullis lapilli candido aut rubenti colore, qui Chelidonii vocantur, magicis narrati artibus, reperiuntur. Et 37, 10 : Chelidoniæ duorum sunt generum, hirundinum colore, et altera parte purpureæ, nigris interpellantibus maculis. Et 37, 11 : Taos pavoni est similis, item aspidi, quam vocari Chelidoniam invenio. [Galen. vol. 13, p. 940 : Τριπλοῦν ἐστι τὸ εἶδος τῶν ἀσπίδων, ταύτης τε (τῆς πτυάδος) καὶ τῆς χερσαίας λεγομένης, τῆς τε χελιδονίας καλουμένης. Quæ repetit Theoph. Nonn. vol. 2, p. 336, ubi male χελιδωνίαι editum. Recte codd. χελιδονίαι.] Χελιδονία πόα, sive Χελιδόνιον, Chelidonia herba : ita nominata vel quod hirundines eam monstravere, vel quod sub hirundinum adventum floreat. Plin. 8, 27 : Chelidoniam visui saluberrimam hirundines monstravere, vexatis pullorum oculis illa medentes. Et rursum 27, 8 : Animalia quoque invenere herbas, in primisque chelidoniam; hac enim hirundines oculis pullorum in nido restituunt visum, ut quidam volunt, etiam erutis oculis. Genera ejus duo, major et minor. Florent adventu hirundinum, discessu marcescunt. Florentibus succus exprimitur, et in æreo vase cum melle Attico leniter cinere ferventi decoquitur, singulari remedio contra caligines oculorum. Utuntur et per se succo in collyriis, quæ Chelidonia appellantur ab ea. Ut et Theophr. H. Pl. 7, c. ult. : Τὸ χελιδόνιον ἅμα τῇ χελιδόνι ἀνθεῖ. Sic enim reponendum videtur pro χελιδονίᾳ, quod in vulg. edit. habetur; nam insolens esset usus hic nominis χελιδονία pro Hirundine ipsa vel Hirundinis adventu. [De hoc l. dictum s. v. Χελιδονίας.] De utroque chelidonio multa Dioscor. 2, 211, 212. Gaza Hirundinariam novo vocabulo Latino vocare maluit quam cum Plinio Græcum retinere. [Scriptor Cypriorum ap. Athen. 15, p. 683, E : Χελιδονίοισιν... ἄνθεσιν ἰσοδρομεῦσα (Ἶρις) χελιδόσιν· de quo l. Athen. p. 684, E : Ἐκ τούτων τῶν ἐπῶν δῆλον γίνεται ὅτι ἕτερόν ἐστι τὸ χελιδόνιον τῆς ἀνεμώνης· τινὲς γὰρ ταὐτὸ εἶναί φασι. Theocr. 13, 41 : Κυάνεόν τε χελιδόνιον· ubi schol.: Χ. φυτάριόν ἐστι πλατύφυλλον, μέλαν ὡσεὶ χελιδών, ὃ ἅμα τῷ φανῆναι τὴν χελιδόνα ἀνθεῖ. Nicand. Ther. 857 : Χελιδονίου πέταλα (ubi schol. idem fere quod schol. Theocr. annotavit), ut χελιδονίοιο πέτηλα Pancrates dixit ap. Athen. 15, p. 677, E. Pollian. Anth. Pal. 11, 130 : Ἐκ ποταμῶν χλωρὰ χελιδόνια. Georg. Pisid. Opif. 1291 : Πόαν ... ἣν οὐκ ἀκόμψως καὶ χελιδόνιον λέγειν· ubi metro aptior foret forma aliqua quadrisyllaba. Genitivus χελιδωνείας est ap. Theoph. Nonn. vol. 1, p. 26, ubi χελιδονέας scribendum ex duobus codd.] Ab eod. Plin. aliquot in ll. mentio fit Chelidoniarum insularum, ut 5, 31 : Deinde contra Tauri promontorium pestiferæ navigantibus Chelidoniæ. Et 9, 59, de anthia pisce : Chelidonias insulas diximus Asiæ, scopulosi maris, ante promontorium sitas; ibi frequens hic piscis, et celeriter capitur. Et Athen. 7, [p. 298, A] ex Philostephano : Ὅτε αἱ πρύμναι τῶν ἰδίων νηῶν συνέβαλον καὶ συνεθραύσθησαν κατὰ χελιδονίας. Nisi forte χελιδονίας hic appellet quæ Stephano B. sunt χελιδονίαι πέτραι. Earumdem Strabo meminit 14, p. 285, 291, nec non 11, p. 227. Rursum Plin.

Chelidonii promontorii, et Steph. B. Χελιδονίου, ἔθνους Ἰλλυρικοῦ [recte nunc ex codd. Χελιδόνιοι· ἔθνος Ἰλλυρικόν] : ex Hecatæi Europa afferens, Σεσαρηθίων πρὸς βορέω οἰκέουσι Χελιδόνιοι. Vide et sequens derivatum [Χελιδονίας. Χελιδονίαι, ἀκρωτήριον καὶ νῆσοι δύο ap. Scylac. p. 39, ubi Müller. Geogr. vol. 1, p. 74 : « *Chelidonium promontorium* Plin. H. N. 5, 27, et Livio 34, 41, Χελιδονίη ἄκρα Quinto Sm. 3, 232. Χελιδονίαι πέτραι Lucian. Navig. c. 8. Insulæ Straboni 11, p. 466, sunt τρεῖς νῆσοι τραχεῖαι. Conf. ib. p. 520, et 14, p. 651, 663, 677, 682. Tres etiam ap. Dionys. Per. 506, 128. Χελιδονίαι σκόπελοι πέντε recte Ptolem. 5, 3, p. 326. Conf. etiam Agathem. 1, 4, Liv. 34, 41.» Demosth. p. 429, 1 : Ἐντὸς Χελιδονεῶν καὶ Κυανεῶν πλοίῳ μακρῷ μὴ πλεῖν. Ubi χελειδονειων sine accentu codex Paris. S, ceterorum plerique Χελιδονέων, nullus Χελιδονίων. Et scripturæ per ε (Χελιδονέας et Χελιδονέαις), quæ antiquior esse videtur, etiam in codd. Strabonis vestigia relicta sunt, ut Χελιδονέας libri omnes ap. Aristid. vol. 1, p. 153, 18. Contra ἐντὸς Χελιδονίων ap. Plut. V. Cimon. c. 12. G. D. Sed cum ε Suidas in Κίμων, Himer. Orat. 2, 29; Dem. Cydon. Epist. 24 ed. meæ. Boiss. De herba Oribas. t. 2, p. 447, 3, ubi Daremberg. vertit *l'éclaire*. Χελιδόνιον μέγα Dioscoridis Fraas. Syn. plantt. floræ class. p. 126 opinatur esse Chelidonium majus L., χ. τὸ μικρὸν p. 132 Ranunculum ficariam L. De hirundinibus herba illa cæcitati medentibus Georg. Pisid. Hexaem. 1321; de collyrio χ. Caylus. *Rec. d'ant.* t. 1, p. 227 et 230; t. 7, p. 261 sq. Hase. || Χελιδόνιον τεῖχος, murum ab hirundinibus constructum in Ægypto, commentus est Pseudo-Plut. De fluv. c. 16, 2, p. 1159, una cum teste ejus Thrasyllo in Ægyptiacis.]

[Χελιδόνιος, ὁ, Chelidonius, n. pr. ap. Lucian. De merc. cond. c. 16.]

[Χελιδονὶς, ίδος, ἡ, i. q. χελιδών. Antip. Sid. Anth. Pal. 6, 160 : Χελιδονίδων ἅμα φωνᾷ· 7, 210, ubi vocat. χελιδονί, in cod. χελιδόνι scriptus. Anon. in App. Anth. 210 : Ἡ λαλίη φαιδρή τε χ.]

Χελιδόνισμα, τὸ, Cantilena hæc quam canunt οἱ χελιδονίζοντες, ut κορώνισμα dicitur τὸ ὑπὸ τῶν κορωνιζόντων ᾀδόμενον. [Neque hoc nomen nec proximum χελιδονισμὸς usquam legi videtur.]

Χελιδονισμὸς, ὁ, ipsa Circuitio et collectio stipis.

[Χελιδονιστὴς, ὁ.] Nec non Χελιδονισταὶ, ejusmodi ἀγύρται, οἱ τῇ χελιδόνι ἀγείροντες, ut exp. Hesych. [Legitur ap. Athen. 8, p. 360.]

Χελῑδὼ, όος, ἡ, Hirundo. [Hujus formæ exx. nulla sunt præterquam de vocativo χελιδοῖ.] Unde vocativo casu ὦ χελιδοῖ, O hirundo. Eust. p. 601, 716. [Aristoph. Av. 1411 : Τανυσίπτερε ποικίλα χελιδοῖ, ex Simonide, qui κυανέα χ. dixerat, ut annotavit schol. Anacr. ap. Hephæst. p. 39 : Ἀδυμελὲς χαρίεσσα χελιδοῖ.]

Χελῑδὼν, όνος, ἡ [Vocativ. χελιδὸν Æolibus tribuunt Greg. Cor. p. 596, aliique gramm. ib. p. 661, 671. Legitur in fine versus ap. Mnasalc. Anth. Pal. 9, 70; contra τραυλὲ χελιδὼν ap. Philipp. Anth. Plan. 141.], Hirundo. [Apud Aristotelem H. A. et Ælian. N. A. locis pluribus. Λευκὴ χελιδὼν ap. Aristot. De color. p. 798 ed. Bekk., et Theophr. De sign. 3, 2. Χελιδὼν χελώνη κορώνη et alia de utroque sexu dici observat Sextus Emp. p. 248. Est veris nuntia. Aristoph. Pac. 801 : Ὅταν χ. ἠρινὰ φωνῇ κελαδῇ· Thesm. 1 : Ὦ Ζεῦ, χελιδὼν ἆρά ποτε φανήσεται ; ubi vid. schol. Proverb. μία χ. ἔαρ οὐ ποιεῖ ap. Aristot. Eth. 1, 7, et Teletem Stob. Flor. p. 524.] Hesiod. Op. [566] : Τὸν δὲ μέτ' ὀρθρογόη Πανδιονὶς ὦρτο χελιδών. Hom. Od. X, [240] : Χελιδόνι εἰκέλη ἄντην [et Φ, 411]. Anacreont. [33, 1] : Σὺ μὲν, φίλη χελιδὼν, Ἐτησίη μολοῦσα Θέρει πλέκεις καλιήν. Χειμῶνι δ' εἰς ἄφαντος Ἢ Νεῖλον ἢ ἐπὶ Μέμφιν. [Ubi cod. Vat. χελιδὼν cum o superscripto : sed χελιδὼν 12, 2. Herodot. 2, 22. Hesych. : Πεδοίκου χελιδόνος· συνοίκου. Αἰσχύλος Τροφοῖς (fragm. 52). Agam. 1050 : Χελιδόνος δίκην ἀγνῶτα φωνὴν βάρβαρον κεκτημένη· et simil. ap. Aristoph. Av. 1681.] Proverbialiter autem Aristoph. Ran. [93] dixit Χελιδόνων μουσεῖα, pro Garrulitatis officinæ; garrula enim hirundo est, unde et κωτιλὰς nominatur : schol. vero exp. βάρβαρα καὶ ἀσύνετα, addens, proverbialiter dici ἐπὶ τῶν βαρβάρων καὶ πολυλογων καὶ ἐπαχθῶν : quoniam tale est hirundinum genus, garrulum et garrulitate sua molestum, suisque στωμύλμασι aures obtundens. [Hesych. : Χελι, δόνων μουσεῖον· ὡς βάρβαρα καὶ ἀσύνετα ποιούντων τῶν τραγικῶν.] Ideoque sunt qui Pythagoram existiment jussisse χελιδόνα οἰκίᾳ μὴ δέχεσθαι, sc. διὰ τὸ λάλον καὶ πολύφωνον : aliis tamen alias ejus rei causas afferentibus, ut Plut. docet Symp. 8, 7. In propria signif. Eur. [ap. schol. Aristoph. Ran. 93] χελιδόνων μουσεῖον dicit Ubi hirundines garriunt : Πολὺς δ' ἀνεῖρπε κισσὸς, εὐφυὴς κλάδος, Χελιδόνων μουσεῖον. [Χελιδόνων Tragici verbis ex versu Aristophanis illatum esse, quum Euripides ἀηδόνων μουσεῖον scripsisset, intellexit Cobetus. Id παρῳδῶν Aristophanes χ. μουσεῖα dixerat.] At χελιδόνων φάρμακον ap. Hipponact. τὸ φίλτρον τὸ διαγινόμενον ἐπειδὰν χελιδόνα πρῶτόν τις ἴδοι. [‖ Theoph. Nonn. vol. 1, p. 156 : Ἐν τοῖς νεοσσοῖς τῶν χελιδόνων ἀνασχισθεῖσιν εὑρίσκονται λιθάρια δύο, ὧν τὸ μὲν κιρρόν ἐστι, τὸ δὲ λευκόν· quorum de usu medico in curandis epilepticis v. plura ib. cum annot. Bernardi.] || Χελιδόνες dicuntur etiam Barbari, quoniam sermo eorum intelligi nequit, ut nec hirundinum garritus. Hesych. enim annotat τοὺς βαρβάρους χελιδόσιν ἀπεικάζεσθαι διὰ τὴν ἀσύνθετον λαλιάν. Unde et χελιδονίζειν dicitur τὸ βαρβαρίζειν. [V. exx. quæ supra allata sunt. Aristoph. Ran. 681, de Cleophonte : Ἐφ' οὗ δὴ χείλεσιν ἀμφιλάλοις δεινὸν ἐπιβρέμεται Θρηϊκία χελιδὼν ἐπὶ βάρβαρον ἔζομένη πέταλον. Schol. Aristoph. Av. 1679 : Ἴων ἐν Ὀμφάλῃ τοὺς βαρβάρους χελιδόνας ἀρσενικῶς φησιν, ὡς Ἡρωδιανὸς ἐν τῷ πρώτῳ τῆς καθόλου φησίν.] || Χελιδὼν est et Piscis nomen, similis polypo, ap. Athen. 7, [p. 324, F. Et 8, p. 356, F : Ἡ χ. ἡ τῷ πουλύπῳ ἐοικυῖα], nec non ap. Ælian. [N. A. 2, 50; 9, 52, ubi χ. ἡ πελαγία], et Aristot. [H. A. 4, 9 : Χελιδόνες αἱ θαλάττιαι], ap. quem Gaza vertit Hirundinem marinam. [V. Schneid. Hist. Liter. Piscium p. 114.] || Χελιδόνες dicuntur etiam αἱ χελιδόνειοι ἰσχάδες, Ficus Atticæ. Polluc. 6, c. 11 [§ 81] : Ἰσχάδες χελιδόνειοι αἱ Ἀττικαί· αἳ καὶ χελιδόνες καλοῦνται. || Χελιδὼν, Cavitas ungulæ equorum, [Lat. Rana,] τὸ κοῖλον τῆς ὁπλῆς τῶν ἵππων, Hesych., Suid. [Pollux 1, 188, 199.] In Hippiatria [p. 253] : Ἐχέτω δὲ παχὺν τὸν ὄνυχα καὶ κάτωθεν κοίλην τὴν ὁπλὴν, χελιδόνα μικρὰν ἔχουσαν. [Apsyrtus βάτραχον, Vegetius Ranulam dicit : conf. Niclas. ad Geopon. 16, 1, 9, p. 1104.] Itidem Xen. De re eq. ab initio fere : Αἱ μὲν γὰρ ὑψηλαὶ πόρρω ἀπὸ τοῦ δαπέδου ἔχουσι τὴν χελιδόνα καλουμένην. [4, 5 : Τὰς χελιδόνας τῶν ποδῶν.] Et rursum p. 549 [c. 6, 2] : Δύναιτο δ' ἂν καὶ τὴν χελιδόνα τοῦ ἵππου θεραπεύειν, ἀναπτύσσων τὴν ὁπλήν. At Cæl. Aur. χελιδόνας equorum vocat Impetigines; sic enim ille Chron. 1, 4 : Sunt autem equorum impetigines, squamulæ anteriorum crurum sub armorum partibus, in ipsis animalibus natæ : has Græci λειχῆνας vocant s. χελιδόνας : nos vero, ut supra dictum est, Impetigines vel Hirundines. In hominis etiam brachio χελιδὼν dicitur, Cavitas nimirum in brachii flexu circa cubitum, Hesychio τὸ κοῖλον τὸ ἄνωθεν τοῦ ἀγκῶνος τὸ κατὰ τὰς καμπάς. Itidemque Suidæ, qui in canibus etiam χελιδόνα id vocari a quibusdam dicit, quod χελιδὼν in equo nominatur; id autem est τὸ κοῖλον τῶν ἵππων τῆς ὁπλῆς. Eod. Suida teste χελιδὼν appellatur etiam τῶν γυναικῶν τὸ μόριον, Pudendum muliebre : item Peloponnesiacum quoddam ex argento numisma, forsan quod hirundinis figuram haberet impressam. Sed et ἡ ναῦς ἡ τοὺς εἰς Μασσαλίαν διακομίσασα nuncupata χελιδόνος nomine fuit, Eodem auctore : forsan quod ejus παράσημον et insigne esset hirundo : ut aries et taurus dicta fuit arietis ac tauri capite insignita prora. Est vero et χρησμολόγου τινὸς τῶν πάλαι nomen, teste Eodem, qui et τὸν Κλεοπάτρας κίναιδον ita vocatum fuisse tradit. || Est et Brachialis ornamenti nomen. Pollux 5, c. 16 [§ 99], mundi muliebris quædam recensens nomina : Περὶ τοὺς καρποὺς δὲ περικάρπια, καὶ ἐχίνους, καὶ ἀμφιδέας, ὄφεις, ψέλλια, χελιδόνας, καὶ βουβάλια· ὧν ἔνια, inquit, καὶ τοῖς περὶ τοὺς βραχίονας ἐπονομάζουσι καὶ τοῖς περὶ τοὺς πόδας. [Recte nunc χλιδῶνας legitur, nisi quod χλίδωνας scribendum erat. V. Χλίδων.] In qua signif. legimus Eccl. 21, [23] : Χελιδὼν ἐπὶ βραχίονι δεξιῷ. Ubi generaliter quidam interpr. Brachiale, quidam Armilla. [Hoc

quoque vitiose pro χλίδων. G. D. Χελιδόνας pisces Daremberg. Oribas. t. 1, p. 130, 2 vertit, *les poissons volants*. Bussemaker. Schol. Oppian. p. 659 conjicit esse Triglam volitantem L., avem ib. p. 655 Hirundinem rusticam, ripariam et inprimis urbicam L. Hase.]

[Χελιδών, όνος, ὁ, Chelidon. Herodian. Περὶ μ.. λέξ. p. 9, 6 : Τὰ δὲ ἄλλα (τὰ εἰς δων λήγοντα) τρέπει τὸ ω εἰς ο, οἷον χελιδών χελιδόνος, εἴτε τὸ ὄρνεον εἴτε ὁ περὶ τελετῶν γράψας. Ex Suida s. h. v. memoravit HSt. supra. Proverbium ab eo derivatum Πύθου Χελιδόνος ex Mnasea Patarensi annotarunt Photius ac Suidas. || Χελιδών, ἡ, n. pr. muliebre in Anth. Pal. App. 337 : Τὴν Διὸς ἀμφίπολον ... Χελιδόνα. (Conf. C. I. vol. 3, p. 935, n. 6300. Hase.) || Amica Verris in Sicilia, ap. Cicer. Verr. 1, 40, ubi v. schol. Vat. p. 376 ed. Orell.]

Χελίζω, No, Navigo, VV. LL. [Vox nihili.]

[Χέλις, ὁ, Chelis, n. pr. pictoris in vasculo ap. R. Rochett. *Lettre à M. Schorn*, p. 4. G. D. Conf. Panofk. *Abh. der Kön. Ak. der Wissensch. zu Berlin* a. 1848, part. philol. p. 157. Hase.]

[Χελίσκος. V. Χελύσκιον.]

Χελιχελώνη, ἡ, dicta fuit olim, ut Pollux tradit l. 9, [125,] quædam παρθένων παιδιὰ, παρόμοιόν τι ἔχουσα τῇ χύτρᾳ : in eo enim ludo quædam sedet, et vocatur χελώνη : aliæ autem virgines eam circumcurrentes interrogant, Χελιχελώνη τί ποιεῖς ἐν τῷ μέσῳ ; Quibus illa respondet, Ἔρια μαρύομαι καὶ κρόκην Μιλησίαν. Rursum illæ, Ὁ δ' ἔκγονός σου τί ποιῶν ἀπώλετο ; hæc autem, Λευκᾶν ἀφ' ἵππων ἐς θάλασσαν ἅλατο. Eadem Eust. habet p. 1914, ubi divisim scriptum Χέλει χελώνη : atque adeo id χέλει esse ait προστακτικὸν eo in l., παρηχούμενον τῇ χελώνῃ. Ibi vero et ipse dicit, Καθημένης τινὸς ἐν μέσῳ, ἣν χελώνην ἐκάλουν, περιτρέχουσαι παρθένοι ἐπυνθάνοντο καὶ ἀντήκουον ὀι' ἀμοιβαίων ἰάμβων οὕτω, Χέλει χελώνῃ, τί ποιεῖς, κτλ.

[Χελλαρίας, ὁ, piscis marinus ap. Athen. 3, p. 118, C, ex Dorione, ubi χελλαρίης : Τὸν χελλαρίην· καὶ γὰρ καὶ τοῦτον ἕνα ὄντα ἰχθὺν πολλῶν ὀνομασιῶν τετυχηκέναι· καλεῖσθαι γὰρ καὶ βάκχον καὶ ὀνίσκον καὶ χελλαρίην. Conf. Γαλλαρίας et Καλλαρίας et Lobeck. Pathol. Prol. p. 258.]

[Χέλλιοι. V. Χίλιοι.]

[Χελλύσσω. Χελλύσσομαι. V. Χελύσσομαι.]

[Χέλλων, ωνος, ὁ, Chello, n. pr. Callim. ap. Herodian. Περὶ μον. λέξ. p. 12, 6, et Chœrob. In Theodos. p. 134, 21 : Δημεχθέα Χέλλωνα. Male Χέλων ap. Chœrob. l. c. p. 79, 28.]

[Χελλών. Χελμών. V. Χελών.]

[Χελούω. HSt. post ea quæ s. v. Χέλυσμα legentur :] Apud eundem legitur Hesych. et Χελούειν, βήσσειν, i. e. Tussire : cum fut. χελούσειν. [Apud Hesych. καὶ χελούσειν ὁμοίως. « Laconicum vel Bœoticum est pro χελύειν a χέλυς. » Lobeck. Rhemat. p. 206.] Nec non Χελοῦς, μουσικὸν ὄργανον. Item Χελεὺς [codex χελεῦ], χελώνη [et χελεὺς], κιθάρα. Fuerit igitur χελούειν i. q. χελύσσεσθαι, Tussire et screare : χελοῦς autem et χελεὺς, i. q. χέλυς, Testudo : accipiendo eo nomine non solum Animal, sed etiam Musicum instrumentum, a similitudine animalis sic denominatum, quod citharam et lyram alias appellant. Et χελοῦς habuerit o superfluum et ascititium [Χελοῦς, nisi vitiose scriptum pro χέλυος decepit Hesychium, saltem χέλους scribendum erit, Bœotice pro χέλυς, ut χελούειν pro χελύειν. G. Dind.], itidemque χελεὺς suum ε, mutato accentu in utroque ; itidemque χελούειν suum ο habuerit ex abundanti. Nam et Χελύω reperitur ap. Eust., sc. p. 574, ubi dicit primum Mercurium Apollini σκευωρίαν μουσικὴν ἐξ ὀστράκου χελώνης μηχανήσασθαι, εἰς λύσιν μήνιδος τῆς ἐπὶ κλοπῇ βοῶν ἐκείνου : ideoque χέλυν et λύραν eandem esse : ac λύραν quidem dici quasi λύτραν, χέλυν autem veluti a χελώνη : ex quo χελώνη fieri verbum χελύω, ex eo vero postea χέλυς : non tamen declarat quid hoc verbo significetur.

[Χελυδόρεα, τὰ, Chelydorea, mons Arcadiæ. Pausan. 8, 17, 5 : Ἔχεται δὲ ἄλλο ὄρος Κυλλήνης Χελυδόρεα, ἔνθα εὑρὼν χελώνην Ἑρμῆς ἐκδεῖραι τὸ θηρίον, καὶ ἀπ' αὐτῆς λέγεται ποιήσασθαι λύραν. Et mox : Τοῦ ὄρους τῶν Χελυδορέων.]

Χέλυδρος, ὁ, Testudo marina s. aquatica ; nam testudinum quædam terrestres sunt, quædam marinæ ; quædam in dulci aqua vivunt. Geminusque similiter victus in aquis terraque testudinum est, ut et aliorum quorundam animantium, Plinio teste. Itaque χέλυδρος idem est ac si diceres χέλυς ἔνυδρος, Aquatica testudo, Testudo in aquis degens : ad differentiam τῆς χερσινῆς, Terrestris. [Schol. Lycophr. 340.] || Alioqui χέλυδρος est et Venenati serpentis nomen, qui δρύϊνος etiam s. δρυΐνας nominatur, quoniam aquis relictis, in cava quercu aut fago latibulum habet. Sed et ὕδρος nominatur ac χέρσυδρος, quoniam et in aquis et in terra degit, veluti ἀμφίβιον. Testis est Nicander, cujus hæc ex Ther. verba ascribere libuit, 411 : Κῆρα δέ τοι δρυΐναο πιφάσκεο· τὸν δὲ χέλυδρον Ἐξέτεροι καλέουσιν· ὅδ' ἐν δρυσὶν οἰκία τεύξας, Ἢ ὄγε που φηγοῖσιν, ὀρεσκεύει περὶ βήσσας. Ὕδρον μιν καλέουσι, μετεξέτεροι δὲ χέλυδρον. Ὅστε βρύα προλιπὼν καὶ ἕλος καὶ ὁμήθεα λίμνην Ἀγρώσσων λειμῶσι μολουρίδας ἢ βατραχῖδας, Σπέρχεται ἐκ μύωπος ἀήθεα δέγμενος ὁρμήν· Ἔνθα κατὰ πρέμνον κοίλης ἀπεδύσατο φηγοῦ Ὀξὺς ἁλείς· κοῖτον δὲ βαθεῖ ἐνεδείματο θάμνῳ. Latini et ipsi Chelydrum vocant. Virg. Georg. 3, [415] : Disce et odoratam stabulis accendere cedrum, Galbaneoque agitare gravi nidore chelydros. Ubi Serv. : Chelydri dicti sunt quasi Chersydri, quia in aquis et in terris morantur ; nam χέρσον dicimus Terram, ὕδωρ autem, Aquam. Lucanus tamen apertum inter Chersydros facit discrimen. Sic enim ille l. 9, [711] : Natus et ambiguæ coleret qui syrtidos arva Chersydros, tractique via fumante chelydri. Nota igitur obiter in his ll. tam Latinorum poetarum quam Nicandri, nomen Χέρσυδρος et Ὕδρος : item Δρύϊνος, sive Δρυΐνας.

[Χελύκλονος, ὁ, ἡ, A testudine resonans. Orph. Arg. 381 : Φόρμιγγα χ.]

[Χέλυμνα, ἡ. Babrius 113, 5 : Πόσον, χέλυμνα, μισθὸν αἰετῷ δώσεις ; ubi Meinek. χέλυννα conjecit, quod non magis testatum. Scribendum aut χελύνη, aut, ut v. 1, χελώνη. G. Dind.]

[Χελυνάζω.] Apud Hesych. legitur Χελυνάζειν, exponiturque χλευάζειν, Irridere : forsan a χελύνη significante Labrum : ut sit Distortis aut Magno hiatu diductis labris illudere : quod et ἐγχάσκειν, et κατεγχαίνειν s. ἐγχαίνειν, dicitur.

Χελύνη, ἡ, i. q. χέλυς, i. e. Testudo, ut Hesych. quoque testatur, annotans a quibusdam exponi χελώνην, κιθάραν : esse et ὄργανον πολεμιστήριον, Instrumentum bellicum : de quo in Χελώνη plura dicentur. Itidemque in Lex. meo vet. dicitur significari hoc vocabulo ἡ χελώνη, item ἡ κιθάρα τοῦ Αἰόλου. [Χελύνη pro χελώνη dictum memorat Etym. M. p. 87, 33, ubi verba ὡς παρὰ Σαπφοῖ addenda sunt ex Orione p. 28, 16. In Etym. Sorb. ap. Bast. ad Gregor. p. 586, χελύνη ἡ χελώνη κατὰ γλῶσσαν. Explicatius Etym. M. p. 808, 22 : Χελύνη, τὸ περὶ τὸ χεῖλος μέρος τοῦ προσώπου· ὅπερ ἐπώνυμον τῆς ὑπερῴας χελύνης κατάκομον· ὃν δὴ καὶ μύσταξ προσηγόρευσαν οἱ Ῥωμαῖοι· καὶ χελύνιον· καὶ χελυνίδης ὁ τὴν χελύνην μεγάλην ἔχων. Λέγεται δὲ καὶ ἡ χελώνη· δηλοῖ καὶ τὴν κιθάραν παρ' Αἰολεῦσι. Unde corrigendum τοῦ Αἰόλου, quod e suo Lexico affert HSt., comparandumque χέλυς hac signif. dictum.] || Rursum Hesychio χελῦναι sunt χηλαὶ, afferenti itidem χελυνέων pro χηλῶν : est autem χηλὴ Ungula bifurca s. bisulca, aut Forfex, qualis est cancri. || Alioqui χελύνη significat etiam Labrum, Labium, i. q. χεῖλος [Phrynich. in Bekk. Anecd. p. 72, 11 : Χελύνη· τὰ περὶ τὰ χείλη μέρη τοῦ προσώπου. Οἱ δ' ἀμαθεῖς χελύνιον] : unde et derivatum putatur, ut in Lex. meo vet. scriptum est, ubi etiam τῆς ὑπερῴας χελύνης κατάκομον, Pili superioris labri : Romanis μύσταξ, Mystax. [Pollux 2, 89 : Ὅμηρος μὲν ἕρκος ὀδόντων τὰ χείλη καλεῖ, οἱ δὲ παλαιοὶ κωμικοὶ χελύνας.] Usus est hoc vocab. et Aristoph. Vesp. [1081], ubi vesparum chorum sic loquentem introducit : Εὐθέως γὰρ ἐκδραμόντες ξὺν δορὶ, ξὺν ἀσπίδι [σὺν δόρει σὺν ἀσπίδι], Ἐμαχόμεσθ' αὐτοῖσι, θυμὸν ὀξίνην πεπωκότες, Στὰς ἀνὴρ παρ' ἄνδρ', ὑπ' ὀργῆς τὴν χελύνην ἐσθίων· nam ibi schol. χελύνην exp. τὰ χείλη : quoniam sc. οἱ ὀργιζόμενοι ἐνδάκνουσι τὰ χείλη, Mordent labra : quod Hom. ὀδὰξ ἐν χείλεσι φῦναι dicit, in dolore etiam. Præcedentis autem ὑπερῴα χελύνη, Superius labrum, hoc exem-

plum est ap Suid. [ex Theophyl. Sim. Hist. 2, 6]: Εἰς τὴν ὑπερῴαν χελύνην ὀϊστὸς Μηδικὸς ἐνερρίζωτο· quem tamen l. ipse affert, ut probet χελύνην dici τὸ ἄνω χεῖλος: quod verum non est, quum distinctionis causa ibi addatur ὑπερῴαν. [Maxilla ap. Ælian. N. A. 16, 12: Χελύνην πηχῶν πεντεκαίδεκα ἔχει (τὸ κῆτος). || Pars victimarum. V. Χελύνιον.]

[Χελυνίδης. V. Χελυνοίδης.]

[Χελύνιον, τό. HSt. s. v. Χελύνη:] Derivatum inde et Χελύνιον, diminutivi formam habens: quod Hesych. exp. χελώνιον, Tegumentum testudinis: nec non Convexa dorsi pars, in modum testudinei tegminis. Aliis Armus, Gibbosa pars quæ in scapulis prominet: ut Joseph. [A. J. 4, 4]: Εἶναι δὲ καὶ τοῖς κατ οἶκον θύουσιν εὐωχίας ἕνεκα τῆς αὐτῶν, ἀλλὰ μὴ θρησκείας, ἀνάγκην, κομίζειν τοῖς ἱερεῦσιν ἔνυστρόν τε καὶ χελύνιον καὶ τὸν δεξιὸν βραχίονα θύματος, ubi tamen Interpres vertit Pecoris pectus. Hesych. χελύνην quoque dicit esse μέρος τι τῶν ἱερείων, Victimarum partem quandam. [Hipparch. Ad Phæn. Arati p. 243, E, de ceto sidere, ἐν τῷ βορείῳ χελυνίῳ, In boreali convexo tergi. Hase. || Labrum. LXX Deut. 34, 7: Οὐδὲ ἐφθάρησαν τὰ χελύνια αὐτοῦ· ubi alii libri χελώνια. V. Χελύνη. «Vita Athanasii ex Metaphrasta vol. 2, p. 553, D: Τὸ χελύνιον μαστροπορνείᾳ (fort. μαστροπείᾳ) ἀνατείνασα.» Kall. Eustrat. De op. animarum post mortem p. 550, 10. De maxillis aspidis serpentis Pallad. Hist. Laus. p. 928, B; de labris equorum Hippiatr. p. 67, 2; 222, 32; 257, 7; 119, 18, τὰ χελύνια πεπέδηνται. Hase. Male χελύνειον ap. Hippocr. Epist. p. 1289: Γένειόν τε ἀκροτελὲς καὶ χ. γόμφοις συνηρμοσμένον.]

Χελυνοίδης, δ, Qui turgidis s. tumidis est labris, Turgida et crassa habens labra, Labrosus, Labeo: ὁ μεγάλα χείλη ἔχων, Eustath. p. 1684, derivans et ipse a χελύνη significante τὸ χεῖλος: afferensque ibid. similia compp., πεοίδης, et ὠμοίδης et ἰσχιοίδης, et γαστροοίδης. [Phrynichus in Bekk. Anecd. p. 72, 26: Χελυνοίδης· ὁ τὴν χελύνην μεγάλην ἔχων. Ὅμοιον τὸ πεοίδης, οἷον ὁ μέγα καὶ ἀπρεπὲς αἰδοῖον ἔχων.] In Lex. meo vet. [et Etym. M. p. 808, 24] sine diphthongo legitur Χελυνίδης, ὁ τὴν χελύνην μεγάλην ἔχων, Magnum et crassum habens labrum. Et fortassis ea scriptura melior est, ut non compositum esse existimandum sit, sed tantum simpliciter derivatum. [Fallitur: Χελυνίδης librarii error est.]

[Χέλυον. V. Χέλειον.]

[Χελυοξόος, δ, Testudinem sculpens. De Mercurio lyram ex testudine fabricante Alexander Ephes. ap. Theon. Smyrn. p. 182 ed. Martin. (in Meinekii Anal. Alex. p. 372): Χελυοξόου Ἑρμείαο. Nam sic pro χελυσσόου correctum est ex cod. Ven. 203, collato Hom. H. in Merc. 41: Γλυφάνῳ πολιοῖο σιδήρου αἰῶν' ἐξετόρησεν ὀρεσκῴοιο χελώνης.]

Χέλυς, υος [Χέλυς altera syllaba producta in arsi dactylica ap. Hom. H. in Merc. 33: Αἰόλον ὄστρακον ἐσσὶ, χέλυς ὄρεσι ζώουσα· 153: Κεῖτο χέλυν ἐρατὴν ἐπ' ἀριστερὰ χειρὸς ἐέργων. Correpta alii poetæ usi sunt, quorum locos infra vide, quemadmodum etiam aliorum nominum in υς mensura variat], ἡ, Testudo. Empedocles ap. Plutarch. Symp. 1, 2 et in lib. quem scripsit De facie quæ apparet in orbe lunari [p. 927, F], docens Deum creatorem non ubique τὸ πῦρ superiore posuisse loco, et terram inferiore, sed ita ut corporum usus exigebant, Τοῦτο μὲν (sc. φαίνεται s. δῆλόν ἐστιν) ἐν κόγχαισι θαλασσονόμοις βαρυνώτοις, Καὶ μὴν κηρύκων τε λιθορρίνων χελύων τε, Ἔνθ' ὄψει χθόνα χρωτὸς ὑπέρτατα ναιετάουσαν, Apparet hoc ex conchis marinis, buccinarum nimirum et lapidea cute tectarum testudinum; in iis enim videbis terram super corpore habitare. Terram autem appellat ejusmodi lapideum vel osseum tectum, quoniam terrenæ naturæ est. || Χέλυς a similitudine cum animali illo dicitur etiam Instrumentum quoddam musicum, Latinis itidem Chelys, Testudo, Lyra, Cithara [Annotavit Pollux 4, 59. Chœrob. In Theodos. p. 357: Χέλυς χέλυος· σημαίνει δὲ τὴν κιθάραν. «Ἑπτάφων» (sic Lobeck. Aglaoph. p. 1039 pro πάφωνε) οὐρεία χέλυς», Μένανδρος ἐν Λευκαδίᾳ. Allata verba non Menandri nec, quod Lobeckius conjecerat, poetæ lyrici esse, sed Eurip. Alc. 446 (καθ' ἑπτάτονόν τ' ὀρείαν χέλυν) conjicit Meinekius, ubi codices οὐρείαν habent violato metro. Pergit Chœr.: Χέλυς δὲ λέγεται ἡ κιθάρα, ἐπειδὴ ἀπὸ χελώνης κατεσκευάσθη ὑπὸ τοῦ Ἑρμοῦ. «Οὐρεία» δὲ εἶπεν, ἐπειδὴ ἀπὸ χελώνης χερσαίας ἐποίησεν αὐτὴν ὁ Ἑρμῆς, οἷον εἰπεῖν ἐν τοῖς ὄρεσιν εὑρισκομένης. Quocum conf. Philostr. locum infra afferendum]: ut Hesychio χέλυς quoque est non solum χελώνη, verum etiam λύρα: itidemque Suidæ non tantum χελώνη ἡ ὀστρακόνωτος, verum etiam κιθάρα. Ovid.: Pulsatur manibus Phœbea chelys. Seneca [Troad. 321]: Levi canoram verberans plectro chelyn. Stat. [Silv. 1, 5, 11, et 4, 4, 33] Intendere ac laxare chelyn. [Locos Hom. H. in Merc. 33, 153, v. supra, et 242: Χέλυν δ' ὑπὸ μασχάλῃ εἶχεν. Æsch. fragm. 320 (ap. Athen. 14, p. 632, C): Παραπαίων χέλυν.] Eur. [Alc. 446] ἑπτάτονον ὀρείαν χέλυν dicit, Chelyn montanam septem intentam chordis. [Herc. F. 683: Χέλυος ἑπτατόνου. Phanocl. ap. Stob. Flor. 64, 14: Τὴν κεφαλὴν ... εἰς ἄλα Θρηϊκίην ῥῖψαν δμοῦ χέλυϊ.] Utitur et Callim. hoc vocabulo, Hymno in Jovem [Immo in Apoll. 16: Ἐπεὶ χέλυς οὐκέτ' ἀεργός· ubi schol. ἡ κιθάρα. Antiphan. Anth. Pal. 9, 409: Εἴ τινα μὴ τέρπει λωτοῦ χέλυς. Recte Brunckius λωτὸς (tibia), χέλυς, ἢ γλυκὺς ἦχος ψαλμῶν. Anon. Anth. Pal. App. 176: Εἰμὶ δ' ἐγὼ πάντων χέλυς ἄφθιτος.] Est vero et Sidus cœleste hoc nomine, quod itidem λύρα s. κιθάρα dicitur, et Lat. Chelys, Lyra, Fidicula, s. Fides. Aratus 269: Καὶ χέλυς ἦτ' ὀλίγη· τὴν δ' ἄρ' ἔτι καὶ παρὰ λίκνῳ Ἑρμείας ἐτόρησε, λύρην δέ μιν εἶπε λέγεσθαι. Quæ verba Cic. sic vertit: Inde fides leviter posita et convexa videtur, Mercurius parvus manibus quam dicitur olim Infirmis fabricatus, in alta sede locasse. Festus Avienus hoc modo: Est chelys illa dehinc tenero qua lusit in ævo Mercurius, curva religans testudine chordas: Ut Parnasseo munus memorabile Phœbo Formaret nervis opifex deus. Plin. Fidiculam appellat, Vitruv. et Germanicus Lyram. Verum de nominis ratione alii aliter sentiunt. Nam schol. Arati χέλυν ex eo nominatam innuit, quod χελώνην ὁ Ἑρμῆς ἐκδείρας, αὐτὴν κατεσκεύασε. [Sic etiam Etym. M. p. 808, 17, addito, ἢ παρὰ τὸ χέω τὸ λέγω. Philostr. p. 777: Τῆς λύρας τὸ σόφισμα πρῶτος Ἑρμῆς πήξασθαι λέγεται κεράτων δυοῖν, κατὰ ζυγοῦ καὶ χέλυος. Bion. 5, 8: Ὡς χέλυν Ἑρμάων (εὗρεν).] Quidam vero ex eo quod Mercurius eam condiderit ex testudinis similitudine, de Apollinis boum cornibus. Atque illa opinio videtur probabilior, a similitudine sc. id nominis invenisse, quum Plin. quoque testudinis et lyræ similitudinem agnoscat. Is enim de testudinibus loquens, 9, 10, [12] ait, Troglodytæ cornigeras habent, ut in lyra, annexis cornibus latis, sed mobilibus, quorum remigio in natando se adjuvant. Dicitur igitur, regrediente quodam tempore Nilo ad suos meatus, inter cetera relicta etiam testudo fuisse; eamque, quum putrefacta fuisset, et nervi ejus extenti intra corium remansissent, percussa a Mercurio sonitum dedisse: in ejusque similitudinem Mercurius lyram fecisse. Quam idem septem intentam chordis, ex Atlantidum planetarumve numero, Apollini donasse fertur: hic vero Orpheo: qui duabus auctam ex musarum numero chordis Musæo dedisse creditur: cujus postea rogatu in astrorum censum suscepta dicitur. Habet tamen et altera opinio non vulgares confirmatores, ac inter alios Nicandrum, ut supra in Χέλυον [Χέλειον] docui. [Chelyon testudinum Plin. l. c. 6, 29, 34.] || Hesychio est etiam μηχάνημα, de quo in Χελώνη infra. || Pectus quoque significat, ut in Χελύσσομαι videbimus. [Hippocr. p. 915, H: Αὐτὸς δὲ ὁ πνευμὼν συνεξαναπληροῖ τὴν χέλυν τετραμμένος εἰς τὰ ἀριστερά. Eurip. El. 837: Οὐκ ... οἴσει τις ἡμῖν κοπίδ'; ἀπορρήξω χέλυν.]

[Χελύσκιον, τό. HSt. s. v. Χελύσσομαι]: Ex eodem Hippocr. affertur Χελύσκιον pro Sicca tussicula, in qua nihil expuitur screatu. [Galen. Lex. Hipp. p. 596: Χελύσκιον (sic codex: vulgo χελίσκιον) ξηρόν· ὑποκοριστικῶς εἴρηται τὸ χελίσκιον (corr. χελύσκιον) τὸ βραχὺ βηχίον. Ξηρὸν δέ ἐστιν ὅταν μηδὲν ὑγρότητος ἀναχρεμπτομένη, εἰς τὸ στόμα περιγίνηται.] At Χέλισκον apud Eundem Erotianus [p. 394] exp. τρυβλίον. [Nomen suspe-

ctum vitioso quoque accentu, qui χελίσκον esse debebat.]

[Χέλυσμα, τό. HSt. s. v. Χελύσκιον :] Ambiguum porro est an et Χέλυσμα, quod verbalis formam habet, inde derivatum sit, præsertim quum alienam prorsus a superioribus habeat signif.; vocatur enim χέλυσμα, ut Pollux tradit, 1, c. 9 [§ 86] τὸ ὑπὸ τὴν τρόπιν τελευταῖον προσηλούμενον, τοῦ μὴ τρίβεσθαι τὴν τρόπιν, Assamentum quod postremum clavis substernitur, affigiturque carinæ, ne atteratur frangaturve, quum navis subducitur. In qua signif. Theophr. utitur hoc vocab. H. Pl. 5, 8 [7, 2 et 3], dicens ἐκ τῆς ὀξύης τὸ χέλυσμα fieri. Qui ibid. dixerat, Τὴν δὲ τρόπιν, τριήρεσι μὲν δρυΐνην, ἵνα ἀντέχῃ πρὸς τὰς νεωλκίας· ταῖς δὲ ὁλκάσι, πευκίνην· ὑποτιθέασι δ' ἔτι καὶ δρυϊνὸν [δρυΐνην], ἐπὰν νεωλκῶσι. Ubi etiam nota χέλυσμα innui his verbis, τὸ ὑποτιθέμενον τῇ νηὶ ὅταν νεωλκῆται. Forsan autem a figura τῆς χέλυος dictum hoc χέλυσμα, quod supinæ testudinis figuram aliquam gereret; cavum enim fuisse non est dubium. Hesych. quoque esse dicit τὸ προσηλούμενον τῇ τρόπει ξύλον, ἕνεκα τοῦ μὴ πονεῖν τὰ ξύλα ἐν τῷ καθέλκεσθαι τὰ πλοῖα.

[Χελυσσόος vitiose pro χελυοξόος, quod v.]

Χελύσσομαι, sive Χελύττομαι, a χέλυς significante τὸ στῆθος, sonat Expectoro, i. e. Ex pectore ejicio, vel Extussio, Eructo. Nicand. metri causa geminato λ dicit Χελλύσσομαι, Al. 81 : Ξηρὰ δ' ἐπιλλίζων ὁλοῇ χελλύσσεται ἄτῃ. Ubi schol. ξηρὰ δὲ, inquit, βήσσων διὰ χέλυος, τουτέστι τοῦ στήθους, τὴν ἀναφορὰν τῶν ἐρυγμάτων ποιεῖται ἄπαυστον. Hesych. quoque χελύσσεται affert pro βήσσει. [Composito Ἀναχελύσσομαι usus est Hippocr., quod v. Activum posuit Psellus ap. Pierson. ad Mœr. p. 102 : Χελύσσειν δὲ τὸ βήσσειν, ut Pierson. correxit pro χελύσειν δὲ τὸ δήσειν. Χελύττω ap. Clem. Al. loco s. v. Χελῦτις citando.] || Etym. et Lex. meum vetus χελύσσουσα ex Lycophr. afferunt pro διαπλέουσα, νηχομένη, Navi permeans, natans. [Lycophr. 727 : Λίγεια δ' εἰς Τέρειναν ἐκναυσθλώσεται κλύδωνα χελλύσσουσα, ubi libri inter duplex et simplex λ et σ variant, simplex λ inepte defendente Tzetza. Etym. M. p. 808, 29 : Χελύσσουσα, διαπλέουσα, νηχομένη· καὶ γὰρ οἱ νηχόμενοι τοῖς χείλεσι τὸ ὕδωρ παραλείχουσι· κατὰ πλεονασμὸν δὲ τοῦ δ (corr. τοῦ λ cum Piersono). Schol. Lycophr. : Τὸν κλύδωνα νηχομένη, βυσσοῦσα (corr. βήσσουσα) καὶ τοῖς χείλεσιν ὠθοῦσα τὸ ὕδωρ.]

[Χελῦτις, ιδος, ἡ. Clem. Al. Protr. p. 33 : Χελύτιδα Ἄρτεμιν Σπαρτιᾶται σέβουσιν, ἐπεὶ τὸ βήττειν χελύττειν καλοῦσιν.]

[Χελύω. V. Χελούω.]

[Χέλωμα. V. Χήλωμα.]

[Χελὼν, ῶνος, ὁ. HSt. s. v. Χελώνη :] Verum et Χελὼν pro χελώνη reperitur. Hesych. enim τὴν θαλασσίαν χελώνην dici a quibusdam χελῶνα auctor est. [Hesychii gl. est Χελῶνος (χελῶνα Musurus contra seriem)· τὴν θαλασσίαν χελώνην οὕτω λέγουσί τινες, ὡς τὴν ἀράχνην ἀραχθίην. « Pro χελῶνος scribendum est χελωνὸν vel χελωνὸς, quo nomine chelydrus sive testudo marina significatur terrestri multo major, pro ultimo ἄραχνον. Nec fortuitum esse arbitror quod Æschylus insidiatorem ἄραχνον vocavit, insidiatricem ἀράχνην. » Lobeck. Pathol. Proleg. p. 31. Apud Hesych. etiam Χελμών· ἰχθὺς ποιὸς, ubi recte Soping. Χελλών.] Athenæo autem 7, [p. 306, E, et 307, A, ubi nunc recte χελλῶνες pro χελῶνες restitutum e cod. Ven.] χελὼν est Mugilis quædam species : itidemque Aristot. 5, [11] H. A. et alibi [6, 17; 8, 2, p. 591, 23] : quamvis apud eum aliquoties legatur Χάλλωνες pro χελῶνες : seu Χείλωνες, ut quidam scribendum ajunt, qui interpr. Labeones. [Quæ vitia nunc ex libris correcta sunt. Χέλλωνα libri nonnulli 6, 17. Seqq. ex Indice.] Κόλων, ωνος, ὁ, Piscis ex genere τῶν κεστρέων, Mugilum, s. τῶν λευκίσκων, ap. Athen. 8, [p. 356, B], ubi et κολῶνες, properispœmenos : aliquanto ante χελῶνες pro eodem [quod alteri quoque loco restituit Casaub. recte, nisi quod χελλῶνες scribere debebat, reliquit vero quod sequebatur τελευταῖος ὁ κόλων, χέλιον scriptum in apographo Flor., i. e. χελλών] : ap. Aristot. modo χάλλωνες, modo χείλωνες : quam postremam scripturam sunt qui ceteris præferant, eosque pisces Latine reddant Labeones. [Porro HSt. s. v. Χείλων :] Χείλων, Labeo. Dicitur esse etiam obscœnum nomen in Epigramm. et in fine Orationis Cic. in Sallust. Apud Cic. tamen eo in loco quidam scribunt Cyllo. Sic enim ibi : Quicquid impudicorum, cyllonum, parricidarum, sacrilegorum, debitorum fuit in urbe. Apud Hesych. et Χειλῶνες, τῶν ἀλεκτρυόνων τινές. [Hoc voc. Mœridi p. 209 pro κάλλωνας parum probabiliter inferre voluit Pierson. p. 210.]

[Χελωνάριον, τὸ, Testudo parva. Arrian. Peripl. p. 7, 16 ed. Oxon. || I. q. κωλυμάτιον ap. Heron. in Math. vett. p. 128 : Ἐκ τῶν ἄκρων τῆς διώστρας τῶν πρὸς τῷ χ. ὅπλα ἐξάψαντες. Conf. Χελώνιον. Schneid. Id. Hero ib. p. 130, 4, et 171, 20. Hase.]

[Χελωνάτας, ὁ, Chelonatas, promontorium Elidis. Strabo 8, p. 335 : Ἀπὸ τοῦ Χελωνάτα· et 338, 342; 10, p. 456. Χελωνῖτις ἄκρα et Χελωνίτης κόλπος ap. Ptolem. 3, 14, p. 237, 1.]

[Χελώνειον. V. Χελώνιον.]

Χελώνη, ἡ, i. q. χέλυς et χελύνη, Testudo [Sext. Emp. p. 248 : Χελώνη, κορώνη ... καὶ ἐπὶ τοῦ ἄρρενος τὴν φύσιν θηλυκῶς. Nomen ab verbo κέλλειν derivatum esse credidit schol. Hom. Il. Τ, 411], ἡ ὀστρακόνωτος, Testaceum habens dorsum : quæ duorum est generum; altera enim, θαλαττία χελώνη, Testudo marina; altera, χερσαία, Terrestris : quarum illam ἔνυδρον quidam nuncupant, Aquaticam : hanc vero, ὀρεινὴν, Montanam, quoniam in montibus degat. [Testudinem θαλασσίαν Bussemaker. Schol. Oppian. p. 656 opinatur esse Τ. Coananeam, ὀρείαν ib. Τ. Græcam L. Hase.] Utriusque meminit Aristot. H. A. 2, [16] et Nicander Al. [570] his verbis : Ἀμμίγδην ἁλίοιο καθεψηθέντα χελώνης Γυίοις, ἢ ταχινοῖσι διαπλώει πτερύγεσσιν· Ἄλλοτε δ' οὐρείης κυτισηνόμου. Ubi etiam nota hanc οὐρείην χελώνην vocari κυτισηνόμον, quod cytisum pascatur. Εἰσὶ δ' αἱ θαλάσσιαι χελῶναι, πλὴν μεγέθους καὶ ποδῶν, ὅμοιαι ταῖς χερσαίαις, inquit Pausan. sub finem Atticorum, ubi etiam tradit, χελώνην ὑπονηχομένην ταῖς πέτραις, consuevisse ἁρπάζειν τοὺς ὑπὸ Σκίρωνος ἐς τὴν θάλασσαν ἐσβληθέντας. [Geopon. 1, 14, 8 : Χ. τὴν ἐν τοῖς ἕλεσιν εὑρισκομένην. Hom. H. in Merc. 42 : Ὀρεσκῴοιο χ. 48 : Αἰθορρίνοιο χ. Orac. ap. Herodot. 1, 48 : Κραταιρίνοιο χ. Aristoph. Vesp. 1292 : Ἰὼ χελῶναι μακάριαι τοῦ δέρματος· et similiter 429. Soph. fr. 278 : Τραχὺς χελώνης κέρχνος ἐξανίσταται. « Contumeliose dictum ab Alciphr. fr. 4 : Οἷα πάσχεις μετ' ἐκείνης καθεύδων τῆς χελώνης. » Herch.] Lucian. [Vitt. auct. c. 9] : Πῶς τοῦτο φῂς, τὸ μὴ ἀλγεῖν μαστιγούμενον; οὐ γὰρ χελώνης ἢ καράβου τὸ δέρμα περιβέβλημαι. [Jov. Trag. c. 30 : Χελώνη ἐν Λυδίᾳ νῦν οὐχ ἕψεται· Bis acc. c. 1 : Χελώνας καὶ ἄρνεια κρέα.] Ammian. [Lucian. Anth. Pal. 11, 436] Epigramm. in Rhetoras : Θᾶττον ἔην λευκοὺς κόρακας πτηνάς τε χελώνας Εὑρεῖν, Volucres testudines. [Conf. Sext. Emp. p. 148, 572, et Plutarch. Mor. p. 1082, E : Εἰ χελώνην, τὸ τοῦ λόγου, μετόπισθε διώκοι Ἀδράστου ταχὺς ἵππος.] Et proverbiali loquendi genere ap. Suid. [ex Juliani Epist. 59] : Τῷ δὲ Ἀγαμέμνονι τῆς Θερσίτου παῤῥησίας ἧττον ἔμελεν ἢ χελώνῃ μυιῶν, τὸ τῆς παροιμίας· solet enim id proverbio dici ἐπὶ τῶν ἀφροντιστούντων τινός : quoniam nimirum ἡ χελώνη, quum sit ὀστρακόδερμος et σκληροδερμοτάτη, muscæ ictus s. morsus sentire non potest. Idem [ac Photius] et hunc proverbialem senarium affert, Ἦ δεῖ χελώνης κρέα φαγεῖν ἢ μὴ φαγεῖν· quoniam sc. [ut Demo explicabat] ὀλίγα βρωθέντα, στρόφους ποιεῖ, πολλὰ δὲ, καθαίρει. [Sumsit ex Zenob. Proverb. 4, 19, qui addit : Ἕτεροι δὲ ἐπὶ τῶν ἀρχομένων ὁρμᾶν ἐπί τι πρᾶγμα, στραγγευομένων δέ. Φασὶ δὲ αὐτὴν Ἑρψίωνος εἶναι. Hoc Clearchus dixerat, quem v. de hoc proverbio ap. Athen. 8, p. 337, A. De alio proverbio, Αὐτοὶ χελώνας ἔσθεθ' οἵπερ εἵλετε, v. Zenob. 2, 29. || De testudine lyræ Plutarch. Mor. p. 1030 B : Ἐν τῷ ζυγῷ τῆς λύρας καὶ τῇ χελώνῃ καὶ τοῖς κολλάβοις. Conf. Χελωνίς.] || Χελώνη dicitur fuisse Genus numismatis Peloponnesiaci, a testudine insculpta, Hesych. [Pollux 9, 74 : Καὶ μὴν τὸ Πελοποννησίων νόμισμα χελώνην τινὲς ἠξίουν καλεῖν ἀπὸ τοῦ τυπώματος· ὅθεν ἡ μὲν παροιμία « τὰν ἀρετὰν καὶ τὰν σοφίαν νικᾶντι χελῶναι. » Quibus addit ὀβολὸν καλλιχέλωνον ex Eupolidis Εἴλωσιν. V. Bœckh. *Metrolog. Untersuchungen* p. 83, 86. || Eidem Hesy-

chio χελώνη est etiam ὑποπόδιον, Scabellum, s. Scabile, ut Cato vocat : Ciceroni Sedicula. Procul dubio vero et ipsum a testudinis figura denominatum fuit, utpote quod humile esset et superficie convexa, cujus generis quædam hodieque visuntur. Apud Suid. [ex schol. Aristoph. Pl. 179] : Ζηλοτυποῦσαι αἱ Θεττα-λαὶ γυναῖκες τὴν Λαΐδα τὴν ἑταίραν, ξυλίναις χελώναις ἐφόνευσαν τύπτουσαι ἐν τῷ ἱερῷ τῆς Ἀφροδίτης πανηγύ-ρεως· quod iisdem propemodum verbis, sed paulo prolixius, refert Timæus ap. Athen. 13, [p. 589, A]. ‖ Est χελώνη nomen etiam παρατάξεως et συνασπισμοῦ, apud Romanos peculiariter usitati, a quibus Testudo nominatur. Liv. 4, Dec. 5 : Quadrato agmine facto, scutis supra capita densatis, stantibus primis, secundis summissioribus, tertiis magis et quartis, postremis etiam genu nixis, fastigiatam, sicut tecta ædificiorum sunt, testudinem faciebant. Et l. 1, Dec. 4 : Deinde his quoque spretis, partim testudine facta per adversos vadunt hostes. Et l. 3, ab urbe cond. : Galli testudine facta conserti [« conferti » HSt. in Ms. Vindob.] stabant. Itidem Tacit. 18 : Tum quadripartito exercitu, hos in testudinem conglobatos subruendo vallo inducit, alios scalas mœnibus admovere jubet. Et Virg. Æn. 9 : Omnes Ferre jubet subter densa testudine casus. Utuntur itaque illo vocab. χελώνη Græci præsertim rerum Romanorum scriptores : ut Dion, s. potius Xiphilinus qui Dionis historiam in compendium redegit, in Augusto p. 58 meæ ed. [49, 29] : Τήν τε χελώνην ἐξαπιναίως συνασπίσαντες ἐποίησαν, καὶ τὰ γόνατα σφῶν τὰ ἀριστερὰ πρὸς τὴν γῆν ἔρεισαν. Et p. seq. [c. 30] post longam ejus descriptionem, ait duplicem ejus usum fuisse, nimirum vel quando πρὸς φρούριόν τι προσμίσγοντες προεπορεύοντο, vel quando ὑπὸ τοξοτῶν περιεστοιχίζοντο : at vero τῆς χελώνης τὴν ἐπίκλησιν εἰληφέναι πρός τε τὸ ἰσχυρὸν καὶ πρὸς τὸ εὐσκέπαστον αὐτῆς : usque adeo enim ἰσχυρίζεσθαι ὥστε καὶ βαδίζειν τινὰς ἐπάνω αὐτῆς, καὶ προσέτι καὶ ἵππους καὶ ὀχήματα ἐλαύνεσθαι. [Et 74, 7 : Τὰς ἀσπίδας τὰς μὲν προβαλλομένων, τὰς δὲ ἐπιβαλλομένων ἐς χελώνης τρόπον.] Sic et Joseph. De capt. Jud. : Τῶν δὲ Ῥωμαίων οἱ πρῶτοι τοὺς θυρεοὺς εἰς τὸ τεῖχος ἐξερείσαντες, καὶ κατὰ τούτων οἱ κατόπιν ἄλλους, οἵ τε ἑξῆς ὁμοίως, τὴν καλουμένην παρ' αὐτοῖς χελώνην ἐφράξαντο· καθ' ἣς τὰ βέλη φερόμενα περιωλίσθαινεν ἄπρακτα. De eadem intelligendum quod Herodian. 2, [6, 19] de inauguratione Jul. Imp. loquens dicit : Φράξαντες αὐτοὺς οἱ στρατιῶται εἰς φάλαγγος σχῆμα, ὡς, εἰ δέοι, καὶ πολεμήσοντες, ἐν μέσοις αὐτοῖς ἔχοντες τὸν βασιλέα, ὑπέρ τε τῆς κεφαλῆς αἰωροῦντες τὰς ἀσπίδας καὶ τὰ δόρατα, μήπου καὶ λίθων τις βολὴ ἀπὸ τῶν δωμάτων ἐπὶ τῇ πομπῇ γένοιτο. ‖ Est vero et πολιορκητική τις χελώνη [ap. Pollux. 1, 139], Instrumentum bellicum, quo in oppugnandis urbibus utebantur, ut Vitruv. quoque 10, 19, inter oppugnatorias machinationes refert testudinem arietariam : cujus comparatio quanam ratione perficeretur, ibid. docet. Duo autem ejus genera tradit, c. 20 et 21, utriusque faciendæ rationem describens. Testudo, inquit, quæ ad congestionem fossarum paratur, eaque etiam accessus ad murum potest habere, sic erit facienda. Et c. seq. : Est autem et aliud genus testudinis, quod reliqua omnia habet quemadmodum quæ supra scripta sunt, præter capreolos ; sed habet circa pluteum et pinnas ex tabulis et superne suggrundas proclinatas, supraque tabulis et coriis firmiter fixis continetur. Insuper vero argilla cum capillo subacta ad eam crassitudinem inducitur, ut ignis omnino non possit ei machinæ nocere. Quæ autem testudines ad fodiendum comparantur, ὄρυγες Græce dicuntur : cetera omnia habent uti suprascriptum est : frontes autem earum fiunt quemadmodum anguli trigonorum, uti a muro tela, quum in eas mittantur, non planis frontibus excipiat plagas, sed a lateribus labentes, sine periculo fodientes qui intus sunt tueantur. Alii hanc machinalem testudinem tradunt fuisse tabulis contextam, et coriis cilicinis, aut centonibus et aliis quæ difficulter comburi possunt, habuisseque intrinsecus trabem, quæ adunco præfigeretur ferro, et falx vocaretur, ab eo quod incurvata esset, et de muro extraheret lapides ; retro enim duci solitam fuisse trabem funiculis suspensam, ut reversa violentius feriret : ideoque testudinem appellatam esse a similitudine reptilis animalis, quod caput nunc exerit, nunc reducit. Vide et Veget. 4, 14. De ea intelligendum quod Virg. dicit Æn. 2 : Obsessumque acta testudine limen. Et Cæs. B. G. 6 : Reliquisque diebus turres ad altitudinem valli, falces, testudinesque, quas iidem captivi docuerant, parare et facere cœperunt. Diodor. S. 9 : Κατεσκεύασε δὲ καὶ χελώνας, τὰς μὲν, χωστρίδας, τὰς δὲ κριοφόρους, Comparavit vero et testudines partim ad congestionem fossarum, partim arietarias, ad quatiendos muros. [Conf. 20, 48. Id. 2, 27 : Πετροβόλοι ἢ χελῶναι χωστρίδες· ubi Wessel. citat 20, 93, et Exc. p. 506, 60 : Καὶ κριοὺς καὶ χωστρίδας καὶ χελώνας (ubi καὶ ante χελώνας delendum esse monet), Philon. in Mathem. vett. p. 97, 99, et Just. Lipsium Poliorc. 1, 8, qui imaginem hujus machinæ exhibuit. Ælian. N. A. 5, 3.] Polyb. [10, 31, 8] : Ἦν δὲ τὸ πλεῖστον μέρος τῆς ἐπιβολῆς ἐν ταῖς χωστρίσι χελώναις. [Id. 9, 41, 1.] Dionysius Hal. [A. R. 9, 68] : Οὔτε χελώνας χωστρίδας κατασκευάζειν εἰδότες. Xen. quoque has χελώνας novit, ut Hell. 3, p. 282 [c. 1, 7] : Ὡς δ' ἐκ τοῦ τείχους ἐκθέοντες πολλάκις ἐνέβαλλον ἐς τὸ ὄρυγμα, καὶ ξύλα καὶ λίθους, ποιησάμενος αὖ χελώνην ξυλίνην, ἐπέστησεν ἐπὶ τῇ φρεατείᾳ, Testudinem ligneam. [De iisdem machinis Theodos. Exp. Cretæ 2, 53 : Κριοὺς ἀφῆκε καὶ χελωνίους τέχνας, ubi fuit qui χελωναίους corrigeret, adjectivum nusquam inventum. Mihi probabilius videtur χελωνίων τέχνας, ab nominativo χελώνιον, τό. G. Dind.]

[Χελώνη, ἡ, Chelona, nympha, in testudinem mutata : de qua vid. Servius ad Virg. Æn. 1, 509. ‖ Promontorium in insula Co. Pausan. 1, 2, 4.]

[Χελωνία λίθος. V. Χελώνιος.]

[Χελωνιὰς, άδος, ἡ. HSt. s. v. Χελωνίς :] At Χελωνιὰς dicitur ἡ ποικίλη κανθαρὶς, teste Hesychio : forsan quia in modum testudinis est compuncta et distincta variis maculis. [Apud Hesych. Χελωνίας.]

Χελώνιον, τὸ, Tegmen s. Tegumentum testudinis, Cortex s. Corium aut Testa prædura qua testudo tecta est et munita. Aristot. Metaphys. 4, de testudinibus loquens : Κινοῦνται τοῖς ποσὶν ἔτι ὄντων τῶν χελωνίων, Nondum detractis integumentis. Id. De partt. anim. 3, [9], itidemque Aristoph. [Vesp. 1292], qui et δέρμα hoc appellat [Ælian. N. A. 7, 16 ; 12, 41 ; 14, 17 ; 15, 19 ; 16, 14 et 17 ; 17, 3, et ubi de cortice echini dictum est 16, 12 : quibus in locis libri alii χελώνειον], sicut Lucian. [?] quoque. Cancrorum etiam τὸ ὀστράκινον δέρμα nominatur χελώνιον. Plut. [Mor. p. 400, A] : Μόνοι γὰρ, ὡς ἔοικεν, ἐν τῷ χελωνίῳ τύπον πελέκεως ἔχουσι, sc. οἱ περὶ τὸ καλούμενον παρὰ Τενεδίοις Ἀστέριον γινόμενοι καρκίνοι. [Conf. Suidas s. v. Τενέδιος ξυνήγορος.] ‖ Χελώνιον, ut χελύνιον, nominatur etiam Convexa dorsi pars, vel Pars illa gibbosa quæ in scapulis prominet. Pollux 2, [177] : Νῶτα τοίνυν ὑπ' αὐχένι κείμενα· τὸ μὲν ἔγκυρτον, χελώνιον ὀνομάζεται, τὰ δὲ ἑκατέρωθεν ὠμοπλατῶν, πτερύγια. [Oribas. t. 2, p. 589, 8, καρκίνου τὸ χ. vertit Daremberg., *le test des crabes*. De gibba scapularum Hipparch. In Arat. p. 228, D, ἐν ἄκρῳ τῷ χ. Hase. ‖ Vitruv. 10, 2, 2, ubi de machinis tractoriis agitur : « In quadris tignorum posterioribus, quo loci sunt divaricata, figuntur chelonia, in quæ conjiciuntur sucularum capita, ut faciliter axes versentur. » Philander, Chelonia, inquit, hoc l. sunt velut umbilici et ansæ, quæ appinguntur vel affinguntur arrectariis, in quibus ceu in armillis sucularum cardines versantur atque adeo ipsæ rotæ. Dicta vero sunt chelonia a similitudine tegumenti testudinis animalis, quæ χελώνη Græce dicitur et ipsa testa χελώνιον. Utitur voc. schol. Hom. Od. Φ, 47, ubi ὀχῆας interpretatur : Νῦν τὰς λεγομένας βαλάνους τὰς ἐν τῷ λεγομένῳ χ. κατ' ἀντικρὺ τῆς κλειδὸς, αἳ περιάγονται καὶ ἀνοίγονται. Schneid. ad Vitruv. vol. 3, p. 244. Theognost. Can. p. 124, 15 : Χελώνιον τὸ ἐπὶ ταῖς κλεισὶ λεγόμενον, σπανίως δὲ παρὰ τοῖς παλαιοῖς εἰρημένον. ‖ I. q. χελώνη, machina bellica. V. s. v. Χελώνη. (Pars catapultæ ap. Heron. in Math. vett. p. 124, 7 ; 132, 16 ; 135 27. Hase.) ‖ Χελώνειον, synonymum cyclamini ap. Diosc. 2, 193 (194), Apulej. De herb. c. 17.]

Χελώνιος et Χελωνίτης, ὁ, Testudinarius. Fem. gen.

χελωνία λίθος et χελωνῖτις λίθος, Chelonia et Chelonitis gemma : de quibus Plin. 37, 10 : Chelonia, oculus est Indicæ testudinis, vel portentosissima magorum mendaciis ; melle enim colluto ore impositam linguæ, futurorum divinationem præstare promittunt. Sunt et chelonitides, testudinum similes, ex quibus ad tempestates sedandas multa vaticinantur. Ea vero quæ sit aureis guttis, cum scarabeo dejecta in aquam ferventem, tempestates averti. Idem [6, 38, 151] et Chelonitidum insularum meminit. Sed ambiguum an eædem sint quæ Straboni χελωνῶν νῆσοι. [Steph.Byz. : Χελωνῖτις· νῆσος ἐν τῇ Ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ. Τὸ ἐθνικὸν Χελωνίτης· προελήφθη γὰρ τὸ ἐθνικὸν ἐν τῷ πρωτοτύπῳ. Ptolem. 4, 7, p. 305, 21 : Κατάθραι νῆσοι αἱ καὶ Χελωνίτιδες, δύο τὸν ἀριθμόν.]

Χελωνὶς, ίδος, ἡ, Limen ostii dicitur : forsan a testudinea forma et convexitate. Hesych. enim et Suid. χελωνίδος afferunt pro τοῦ οὐδοῦ τῆς θύρας τῆς σκηνῆς : procul dubio uterque ex libro Judith. 14, [15] ubi legimus, de Bagoa, Εἰσῆλθεν εἰς τὸν κοιτῶνα, καὶ εὗρεν αὐτὸν (Olophernem) ἐπὶ τῆς χελωνίδος ἐρριμμένον νεκρόν· καὶ ἡ κεφαλὴ αὐτοῦ ἀφῄρητο ἀπ' αὐτοῦ. Ubi vulgata Versio habet, Accessit ad cortinam. Significat enim Cortina etiam Velum quod limini et aditui tentorii obtenditur. Perperam tamen ibi Complut. ed. habet χετλωνίδος. At pro Musico instrumento potius accipiendum in hoc l. Posidonii ap. Athen. [5, p. 210, F, et] 12, [p. 527, F] de Syriæ populorum luxu : Καταυλουμένους πρὸς χελωνίδος πολυκρότου ψόφον, ὥστε τὰς πόλεις ὅλας τοιούτοις κελάδοις συνηχεῖσθαι. [|| I. q. χελώνη, Scabellum. Sext. Emp. p. 267 : Τὸ ὑφ' ἡμῶν καλούμενον ὑποπόδιον Ἀθηναῖοι καὶ Κῷοι χελωνίδα καλοῦσιν· ἀλλ' ἔστι τὸ μὲν ὑποπόδιον ἔτυμον, ἡ δὲ χελωνὶς ἀνέτυμον, καὶ οὐ διὰ τοῦτο οἱ μὲν Ἀθηναῖοι λέγονται βαρβαρίζειν, ἡμεῖς δὲ ἑλληνίζειν, ἀλλ' ἀμφότεροι ἑλληνίζειν. || Χελωνίδες λίμναι, lacus Libyæ, ap. Ptolem. 4, 6, p. 293, 21.]

[Χελωνίτης. V. Χελωνάτας et Χελώνιος.]

[Χελωνῖτις. V. Χελωνάτας et Χελώνιος.]

[Χελωνοειδὴς, ὁ, ἡ, Testudini similis. Eustath. p. 869, 25.]

[Χελωνόπους, ὁ, ἡ, Testudinis pedes habens, i. e. Tarde incedens. Theodos. Exp. Cretæ Acr. 3, 182 : Ὁ νωθρὸς ἐν γῇ καὶ χ. ὄνος.]

[Χελωνός. V. Χελών.]

Χελωνοφάγος, ὁ, Testudinum vorator, Qui testudinum esu victitat. Ita dicitur Gens quædam Indica. Plin. 10 [9, 12] : Celtium [Chelyon] id genus vocatur, eximiæ testudinis, sed raræ ; namque scopuli præacuti Chelonophagos terrent. Ubi etiam de venatu harum testudinum Indicarum prægrandium dixerat, Adnatare enim singulis ternos ferunt, a duobus in dorsum verti, a tertio injici laqueum supinæ, atque ita ad terram a pluribus trahi. Et 6, 24 : In Carmaniæ angulo sunt Chelonophagi, testudinum superficie casas tegentes, carne vescentes. Meminit eorundem et Pomp. Mela [3, 8. Strabo 16, p. 773 ; Ptolem. 6, 8, p. 415, 9 ; Marcian. Peripl. p. 22 ; Agatharch. p. 34. Diodor. 3, 21.] Præterea Χελωνοφάγοι Hesychio etiam ἀετοί τινες, Aquilarum genus quoddam : quod sc. testudines venatur, et in sublime raptas in saxum aliquod demittit, ut frangantur : atque ita fractæ carne vescitur : ut Æschylum ferunt χελώνης ἐπιῤῥιφείσης αὐτῷ ὑπὸ ἀετοῦ φέροντος κατὰ τῆς κεφαλῆς, ἀπολέσθαι.

[Χέμβης. V. Χέμμις.]

[Χέμβιος. Χέμβις. Χεμβίτης. V. Χέμμις.]

[Χέμετλον. V. Χίμετλον.]

[Χέμμις, εως, ἡ, Chemmis. Steph. Byz. : Χ., πόλις Αἰγύπτου. Ἡρόδοτος (2, 91) « Ἔστι καὶ Χ. πόλις μεγάλη νομοῦ τοῦ Θηβαϊκοῦ ἐγγὺς τῆς Νέης πόλιος. » (Diodor. 1, 18 : Πόλιν καλουμένην μὲν ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων Χέμμιν ἢ (Χέμμιν ἢ om. codd. nonnulli) Χεμμὼ, μεθερμηνευομένην δὲ Πανὸς πόλιν. (Nomen in Χέννιν corrúptum ap. Plutarch. De Is. et Os. p. 356 notavit Holsten.) Φησὶ δ' ὁ αὐτὸς (Herodot. 2, 156) καὶ νῆσον εἶναι Χέμμιν ἐν αὐτῇ. (Hanc memorant etiam Mela 1, 9, et Eustath. p. 1644, qui Ἔχεμιν appellat.) Ὁ πολίτης Χεμμίτης, νομὸς Χεμμίτης (ap. Herodot. 2, 165). Κλίνεται δὲ διὰ τοῦ εως Χέμμεως. Ἔστι καὶ Χέμβις νῆσος διὰ τοῦ β ἐν Βουτοῖ, ὡς Ἑκαταῖος ἐν περιηγήσει Αἰγύπτου. (Sequuntur Hecatæi verba, in quibus est νῆσος Χέμβις ὄνομα ἱρὴ τοῦ Ἀπόλλωνος.) Ὁ νησιώτης Χεμβίτης καὶ Χέμβιος. Dixit de his nominibus Jablonsk. Panth. Ægypt. 2, 7, 5 seqq. || Χέμβις, rex Ægypti. Diodor. 1, 63 : Ὄγδοος βασιλεὺς γενόμενος Χέμβις ὁ Μεμφίτης· ubi alii libri Χέμβης, Χέμμις, Χέμνις. (De originatione nominis R. Rochett. *Journ. des Sav.* a. 1841, p. 239. Hase.) Ab Herodoto 1, 124, Χέοψ appellatur.]

[Χεμμώ. V. Χέμμις.]

[Χέννιον, τό.] Χένιον, Avicula quædam muria condiri solita. Item, Piscis conditanei genus. Plerique χέννιον scribunt ex Athenæo. VV. LL. Vide Hesych., apud quem est itidem Χέννιον, duplici ν. [Hesych. exp. ὀρνιθάριόν τι κατ' Αἴγυπτον ταριχευόμενον. Καὶ εἶδος ἰχθύος. Athen. 9, p. 393, C, auctor est Chennion exiguam esse coturnicem : Τῶν δὲ καλουμένων Χεννίων, μικρὸν δ' ἐστὶν ὀρτύγιον. Ibidem affert hæc ex Cleomenis ad Alexandrum Epistola : Χέννια ταριχηρὰ μύρια, et Hipparchi ex Iliade Ægyptia versus : Οὔ μοι Αἰγυπτίων βίος ἤρεσεν, οἷον ἔχουσιν Χέννια τίλλοντες .... Casaub. affert epigr. (Anth. Pal. 9, 377) : Ἡμεῖς δ' ἐσθίομεν κεκλημένοι ἁλμυρὰ πάντα, χέννια καὶ τυροὺς, χηνὸς ἁλιστὰ λίπη. Vid. et Bochart. Hieroz. 2, 1, 15, p. 107. Has videtur et Clem. Alex. p. 850 designare, quando loquens de sacerdotibus Ægyptiorum castimoniæ operam dantibus : Ὀρνιθείοις τε ὡς κουφοτάτοις χρῶνται. Jablonsk.]

[Χέννος, ὁ, coturnicum genus (v. Χέννιον), vox relicta in solo Ptolemæi Hephæstionis cognomine, de quo v. dicta in Jahnii Annall. phil. et pæd. 1856, Suppl. 1, p. 285. Hercher.]

[Χενόσιρις, ἡ, Hedera. Plutarch. De Is. et Os. p. 365, E : Καὶ παρ' Αἰγυπτίοις λέγεται Χενόσιρις ὁ κιττὸς ὀνομάζεσθαι, σημαίνοντος τοῦ ὀνόματος, ὡς φασι, φυτὸν Ὀσίριδος. Σχενόσιρις Jablonsk. Opusc. vol. 1, p. 400.]

[Χέοψ, πος, ὁ, Cheops, rex Memphidis, conditor pyramidum. Herodot. 1, 124. (Genit. in epigr. emendate edito ab Osanno Syll. p. 413, n. 24, et repetito C. I. vol. 3, p. 342, n. 4699 : Μνήματα Κεφρῆνός τε ... καὶ Χέοπος κατιδὼν Μάξιμος ἠγασάμην. Hase.) Apud Diodor. 1, 63, Χέμβις, ut diximus s. v. Χέμμις.]

[Χέραδος. V. Χηραμός.]

[Χέραδος, τό. HSt. s. v. Χέρμα :] In hac certe signif. qua [Χέρμα ab Hesychio] pro χάλιξ poni dicitur, convenit cum voce Χερὰς, άδος, ἡ, qua dicitur declarari Acervus parvorum lapidum qui una manu tolli possint, s. sustolli. [Corrupte Χελάς· ἴλυς ap. Cyrill. in Matth. Gloss. p. 26.] Apoll. Arg. 1, [1123] : Βωμὸν δ' αὖ χεράδος παρενήνεον. Schol. : Χερὰς ἡ τῶν βραχέων λίθων συλλογὴ, τῶν καθ' ἕνα χειρὶ ληφθῆναι δυναμένων, quos ab Hom. χερμάδια [ap. schol. in codice χερμαδίους] vocari ait. Quibus addit, βωμὸν poni pro εἰς βωμοῦ κατασκευήν. [Scholiastæ annotationi in codice non χέρας vel χερὰς præscriptum est, sed χέραδος, ut in textu legitur.] Vel χεράδες dicuntur, inquit, οἱ μικροὶ σωροὶ τῶν λίθων. Repono autem hic χεράδες pro χέραδες [Scholiasta χέραδος scripserat, ut verba in fine scholii posita ostendunt, χέραδος δὲ ὁ τῶν λίθων σωρός. Εἰς δὲ τὴν τοῦ βωμοῦ κατασκευὴν λίθους ἐσώρευον] : itidemque χερὰς pro χέρας paulo ante [Iterum fallitur HSt., ut modo diximus] : et in ipso Apollonii textu non χέραδος scribo, sed χεράδος a χεράς. [Male HSt. Apollonio infert χεράδος, ut infra apparebit.] Hesychio autem χεράδες sunt αἱ τῶν χειμάῤῥων ποταμῶν λιθώδεις ἀθροίσεις. [Idem : Χεράς· τὸ ἀπὸ θαλάσσης καὶ ποταμῶν λιθῶδες ἢ ὁ σωρὸς τῶν λίθων.] Etym. [M. p. 808, 36] τὰ παραθαλάσσια σκύβαλα (sed aliud etymum quam a χεὶρ affert, sc. παρὰ τὸ γεῖσθαι ῥᾳδίως) : vel, οἱ σωροὶ τῶν λίθων τῶν μικρῶν. [Addit Etym. : Φησὶ δὲ Δημήτριος ὁ Σκήψιος τὴν διάλεκτον Ἀπολλωνιατῶν εἶναι. Καὶ Σαπφὼ « Μὴ κίνει χεράδας. » Quæ integriora leguntur ap. schol. Apoll. Rh. l. c. : Ἀπολλωνιατῶν εἶναι τῶν ἐν Πόντῳ. Μνημονεύει καὶ Σαπφὼ « Μὴ κενὴ χέραδος (Scribendum μὴ κίνη χέραδος cum Ahrensio) » · καὶ Ὅμηρος « ἅλις χέραδος περιχεύας ».] Invenitur porro et nomin. Χέραδος, neutro genere, ap. Suid. et Hesych., a quo exp. ἡ μετ' ὀστράκων καὶ λίθων ὕλη, ubi pro ὕλη repono ἰλύς : de qua emendatione dicam paulo post. Apud Suid. [s. v. Χεράδος, quod χέραδος potius scribendum] duplici mendo scriptum est, ἡ μετ' ὀστράκων λίθων ὕλη : omissa particula καὶ, et po-

sita itidem voce ὕλη pro ἰλύς. Vide Eundem et in [glossa ex Harpocr. excerpta] Χλίδος [ut vitiose apud eum legitur pro χλῆδος]. Extat porro hæc vox ap. Hom. Il. Φ, [319] : Καδδέ μιν αὐτὸν Εἰλύσω ψαμάθοισιν, ἅλις χέραδος [codd. plerique χεράδος] περιχεύας [μυρίον. Schol. vetus codicis Ven. A : Ὅτι (i. e. ἡ διπλῆ σημαίνει ὅτι) ἅπαξ τὸ χέραδος. Ἔστι δὲ τὸ συναγειρόμενον ἐν τῇ ῥύσει πλῆθος ἰλύος καὶ ὀστράκων καὶ λίθων. Φησὶ γοῦν (v. 313) « Πολὺν δ' ὀρυμαγδὸν ὄρινε φιτρῶν καὶ λάων » et in alio ejusdem codicis scholio : Τὸ χέραδος τοῦ χεράδους φασὶν οὐδέτερον. Ἅπαξ δὲ εἴρηται παρὰ τῷ ποιητῇ· σημαίνει δὲ τὰς ψηφῖδας τῶν ποταμῶν ἢ τὰς ἀκαθαρσίας. Cum his convenit schol. codicis Townl. : Τὸ χέραδος οὐδέτερον προπαροξυτόνως ὡς κίναδος. Καὶ Πίνδαρος δὲ τὴν ὀοτικὴν ἐξήνεγκε χεράδει ὡς μεγέθει. Denique Apollon. Lex. Hom. : Χέραδος· σωρὸς λίθων μετ' ἰλύος. Apparet ex his grammaticos veteres unam cognitam habuisse vocabuli formam χέραδος, τὸ (quam etiam Harpocratio ponit s. v. Χλῆδος), femininam autem χερὰς, άδος, ἡ, recentiorum esse commentum, quos forma genitivo similis decepisset : ut non mirandum sit recentiorem quendam scholiastam loci Homerici in cod. Veneto et scholiis vulgatis errorem suum Aristarcho affinxisse, quem χέραδος, τὸ, probasse ex scholio Aristonici, quod primo loco posui, colligitur. Sic autem scribit scholiasta ille : Ἀρίσταρχός φησι χεράδας καλεῖσθαι τοὺς ποταμοὺς καὶ τοὺς ἐν αὐτοῖς λίθους· εἶναι δὲ τὸν νοῦν τοιοῦτον, πολλῇ ἰλύϊ οὐκ ὀλίγον πλῆθος τῶν ποταμίων λίθων ἐπισωρεύσας χώσω. Χεράδας οὖν λιθάδας. Quorum illa Ἀρίσταρχος δέ φησι ... λίθους leguntur etiam in Etym. M. p. 808, 44, præmissa tamen recta sententia : Χέραδος· Ἰλ. φ', ὡς κίναδος· οὐδέτερον γάρ ἐστι· τὸ συναγόμενον ἐν τῇ ῥύσει τοῦ ποταμοῦ πλῆθος ἰλύος καὶ ὀστράκων καὶ λίθων. Καὶ Πίνδαρος τὴν ὀοτικὴν εἶπε χεράδει σποδέων· quod in codice Vossiano χεράδι ποδέων scriptum est, corrupte, ut videtur, pro χεράδει ς' Πυθίων, quod Bœckhius restituit in annot. ad l. Pindari Pyth. 6, 13, ubi nunc legitur παμφόρῳ χεράδι τυπτόμενον, quod χεράδει scribendum ex grammaticis supra indicatis, etsi χεράδι scholiasta quoque in libro suo invenit, qui sic interpretatur : Τῷ κοπρώδει φορυτῷ· φορυτὸς δὲ κυρίως ἡ ἐκ τῆς χαράδρας ἀκαθαρσία· καὶ Ὅμηρος « εἰλύσω ψαμάθοισιν, ἅλις χεράδος περιχεύας. » Χερὰς δὲ ὁ μετὰ ἰλύος καὶ λίθων συρφετός. Mirum quoddam adverbium ab χέραδος derivatum ponere videtur Galen. Lex. Hipp. p. 596 : Χαραδέως· ἀθρόως· γέγονε δὲ ἀπὸ χαράδρας, ubi series literarum scripturam per ε γεραδέως commendat, postrema autem verba temere interpolata sunt. Nam in ed. Aldina legitur ἁλισχέραδος καὶ ἀπὸ τοῦ δὲ ἁλχέρα, in codicibus ἁλχέραδος vel ἁλισχέραδρος. Scribendum igitur γέγονε δὲ ἀπὸ τοῦ « ἅλις χέραδος », quæ Homeri verba sunt. Ex his corrigi poterunt reliquæ de voc. χέραδος et χερὰς observationes Stephani, quas nunc apponam. G. D.] ubi [ad l. Homeri] Eustath. [p. 1238, 6, in excerptis ex scholiis veteribus] scribit, χέραδος secundum quosdam esse Sordes omnes quæ ex aqua in locum aliquem confluunt, easque ita vocari μιμητικῶς : sc. ἀπὸ τοῦ γινομένου ἤχου ἐν τῷ κατασύρεσθαι. Et esse neutrius generis χέραδος (sicut κίναδος), quo in hoc uno loco usus sit Hom. Alii autem, inquit, χέραδος dixerunt esse τὸ πλῆθος τῶν παραθαλασσίων ἢ παραποταμίων ψήφων. Alii hoc nomine significari existimarunt τὴν μετ' ὀστράκων καὶ λίθων ἰλὺν, vel τῶν ἐς χερμάδας ἐπιτηδείων λίθων. (Obiter autem ex illo accus. ἰλὺν animadverte emendari eum Hesychii l. quem modo protuli.) At Pind., inquit, scribens Pyth. [6, 13], χεράδι παμφόρῳ, cogitandum nobis relinquit dici etiam Χερὰς, χεράδος. Nisi tamen aliquis hic quoque χεράδει scrib. esse contendat per ει, ut κινάδει, sicut τείχεϊ τείχει, et βέλεϊ βέλει. Ita quidem ille; sed quid si potius ap. Hom. χεράδος, non χέραδος scr. esse quis contendat? et χεράδος ab illo χερὰς esse dicat? Me certe is assensorem fortassis habebit, quum illi scripturæ assentiri meum vetus exemplar et non paucas editt. typographicas videam (sic autem et ap. Apoll. et ejus schol. depravatum esse hujus vocis accentum admonui), quum etiam adverbio ἅλις genitivum optime convenire sciam : quum denique apud brevium scholl. auctorem χεράδος genitivo expositum inveniam. Exp. enim, τῆς ὑπὸ ποταμῶν ἀθροιζομένης ψάμμου, καὶ ξύλων συγκομιδῆς. In meo autem illo veteri vel potius vetustissimo exemplari hæc annotantur margini, Χεράδος, Ἀπολλόδωρος τὸ πλῆθος τῶν θαλαττίων καὶ ποταμίων λίθων, οὓς ἡμεῖς τροχαλοὺς, οἱ δὲ χερμάδια καλοῦσιν, ὄντας χειροπληθεῖς. Affertur vero ibi et alia lectio, sc. σχεράδος : nec dubito quin utraque vox pro genitivo ibi habeatur. Unum est quod genitivo (i. e. legere volentibus in genitivo), obsistere possit, sc. μυρίον : sed videndum an non adverbialiter positum dici queat. [Huic opinioni non μυρίον solum, sed etiam hoc obstat quod Homerus ἅλις non cum genitivo construere, sed absolute ponere solet, ut monuit Dawes. Misc. crit. p. 42 (72 Kidd.).]

[Χεράς. V. Χέραδος.]

[Χέρασμις, ιος, ὁ, Cherasmis, Persa. Herodot. 7, 78.]

[Χερδὰν, τὸ, synonymum eryngii ap. Afros. Diosc. 3, 21 (24). Alludit ad carduum, in quo genere est eryngium. Vel potius spectat fabulosam opinionem de eryngio, natam ex verbis Aristotelis H. A. 9, 3, male intellectis, ita ut nomen ex Hebr. חרד *Charàd* : Stupere, Consternari, explicandum sit. Bochart Canaan 2, 15. Dahler.]

[Χέρεια. Χερειότερος. Χερείων. V. Χείρων.]

[Χερεκράτης καὶ Χερώνδας διὰ τοῦ ε ψιλοῦ, gl. Suidæ ab interpolatore, ut videtur, Byzantino illata, vitiosa nominum Χαιρεκράτης et Χαιρώνδας scriptura decepto.]

[Χέρης, ητος, Cheres, ὄνομα κύριον apud Suidam. Apud Basil. Gramm. p. 52 : Χέρης· ὄνομα στρατηγοῦ· et in Lex. σχεδογρ. ap. Boiss. Anecd. vol. 4, p. 410 : Χέρης ὁ στρατηγός τε.]

[Χέρης et Χερήων. V. Χείρων.]

[Χεριάρης, ὁ, Manu aptus et apte utens. Χεριάρα τέκτονος, Manu apti, i. e. Artificiosi fabri, Pind. Pyth. 5, 47. ∪∪∪-]

[Χερίας, ὁ, Cherias. Athen. 9, p. 410, F : Τὸν διδόντα κατὰ χειρὸς Ἡρακλεῖ ὕδωρ ... Ἑλλάνικος μὲν ἐν ταῖς ἱστορίαις Ἀρχίαν φησὶ καλεῖσθαι ... ἐν δὲ τῷ δευτέρῳ τῆς Φορωνίδος Χερίαν αὐτὸν ὀνομάζει. Quod Χαιρίαν scriptum Eustath. p. 1900, 24, vel in suo Epitomes codice invenit vel ipse posuit, cujus nominis exx. v. s. v. Χαιρίας.]

[Χερίον, τὸ, Manicula, Manus parva. Paul. Ægin. p. 304, 8 Briau. Hero in Math. vett. p. 265, 46; 270, 18. Hase.]

[Χεριφυρὴς, ὁ, ἡ.] Sunt etiam quædam composita ex χερὸς s. χερὶ, non χειρὸς s. χειρὶ facta. Quorum nonnulla habuisti supra, sc. Χερόβολον et Χερόπληκτος, cum Χειρόβολον et Χειρόπληκτος. Ex iis autem quæ supersunt, alia ejusmodi sunt, ut unde composita sint, facile perspiciatur, in aliis contra facile id perspici non potest. Prioris generis sunt Χεριφυρὴς et Χερνίπτομαι, unde Χέρνιψ (nisi potius hoc prius illo esse quispiam existimet), posterioris, Χερμὰς et Χερνήτης. Illud Χεριφυρὴς pro Manu subactus, ex Epigr. [Philippi Anth. Pal. 6, 251] affertur, Μάζης χεριφυρέα δαῖτα, Manu subactam cœnam. [Producta propter metrum syllaba antepenultima, quæ natura brevis est, ut μιλτοφῦρῆ dixit idem Philipp. ib. 6, 103. Sic πτεροφύτορα et ἀμπελοφύτορα in hexametris dicta sunt producta syllaba antepenultima, quæ in his quoque natura brevis est. G. Dind.]

[Χέρμα, τό. HSt. s. v. Χερμάς :] Habetur vero et vox Χέρμα, in VV. LL., quam interpr. Lapis, Telum, Missile. Ab Hesych. exp. ποίημα, χάλιξ. Ubi ποίημα mendose scriptum esse, satis liquet. In hac certe signif. qua pro χάλιξ poni dicitur, convenit cum voce Χεράς [quam vide s. v. Χέραδος].

[Χερμαδία, ἡ. Schol. cod. Ven. B ad Hom. Il. Φ, 319 : Χέραδος τὸ πλῆθος ... τῶν εἰς χερμαδίας ἐπιτηδείων λίθων. Scribendum χερμάδια. G. Dind.]

[Χερμάδιον. V. Χερμάς.]

[Χερμάζω, Lapides ejicio. Hesych. : Ἐχερμάζομεν· τὴν γῆν εἰργαζόμεθα.]

[Χερμὰς, άδος, ἡ. HSt. post verba s. v. Χεριφυρὴς posita :] Illa vero duo composita Χερμὰς et Χερνήτης, talia sunt, quemadmodum dixi, ut unde sint composita, non itidem facile persviciatur. Hoc alioqui apud

omnes constat, hoc nomine Χερμὰς, ἄδος, ἡ, significari Lapidem χειροπληθῆ, s. πληροῦντα τὴν χεῖρα, i. e. Lapidem qui manum implere possit. [Hesych. : Χερμάς· λίθος χειροπλήθης, ὃν τῇ χειρὶ βαστάσαι καὶ ἀνελέσθαι δύναταί τις.] Alioquì reddi etiam queat Lapis qui manu una sustolli possit. Sed intellige non solum sustolli s. tolli a terra, verum etiam projici. [Pind. Pyth. 3, 86 : Χ. τηλεβόλῳ. Æsch. Sept. 300 : Ἐπ' ἀμφιβόλοισιν ἰάπτουσι πολίταις χερμάδ' ὀχριόεσσαν. Eur. Bacch. 1094 : Χερμάδας κραταιβόλους ἔρριπτον. Lycophr. 333, 616; Paul. Sil. Anth. Pal. 6, 81; Bianor ibid. 9, 272. Oppian. Halieut. 1, 712, πυκνῆς χ.· 3, 418, λᾶας χ. Nonn. Joann. c. 10, 109 : Ὅπως ὑπὸ χερμάδι λύσσῃ Χριστὸν ὀϊστεύσωσι.] In VV. LL. dicitur esse Parvum saxum quod facile manu potest tractari, ut Epigr. [Anth. Plan. 279] : Ὑποκρούσας δέ με λεπτῇ Χερμάδι. (Improprie autem Saxum maritimum magnum sic vocari, cui alligantur funes navium. [Lycophr. 20.] Quin etiam poni pro Tumulo, Epigr. [Crinagoræ Anth. Pal. 7, 371] : Κεῖμαι δὲ ξείνῃ ὑπὸ χερμάδι.) [Apollonid. ib. 7, 693 : Γλῆνιν παρηονῖτις ἀμφέχω χερμάς.] Usus est hujus nominis χερμὰς in prosa quoque; ita enim quidam ap. Suid. (postquam hic dixit χερμάδος λίθου esse πληροῦντος τὴν χεῖρα) : Οἱ δὲ ἀπὸ τοῦ τείχους πλῆθος χερμάδων καὶ βελῶν παντοίων κατέχεαν. [Mich. Psellus Alleg. de Tantalo p. 349, 16 Boiss. Joseph. B. J. 2, 17, 5; 3, 10, 9; 4, 1, 4; 5, 3, 3; 5, 6, 3; 5, 13, 4, ubique de lapidibus manu conjectis, velut 1, 17, 4, πόρρωθεν χερμάσι καὶ παλτοῖς ἔβαλλον. Singul. de magna vi lapidum congesta, id. ibid. 2, 7, 8, συναλισθείσης ἀπείρου χερμάδος. De lapidibus ad ædificationem adhibitis ibid. 5, 5, 4, οὐ γὰρ ἐξ εἰκαίας χερμάδος συνειστήκεσαν (πύργοι). Hase.] Sed unde sit compositum hoc nomen, vel potius quæ vox nomini χεὶρ in compositione hujus vocabuli χερμὰς adjuncta sit, nec ipse, nec Hesych. docet. Etym. [M. p. 808, 46] quidem certe de voce χερμάδιον tanquam minime composita loquitur, quippe qui scribat χερμάδιον habere pleonasmum literæ μ : nam a χεῖρα (scribe potius χέρα), fieri χεράδιον. Minime autem dubium cuiquam esse potest quin de χερμὰς, quod illius prωtotypum est, itidem dicturus fuerit, esse χερμὰς pro χεράς. At vero Eustath. aliquid hac de voce affert, quod a ratione non alienum esse videtur. Scribit enim χερμὰς dictum ἐκ τοῦ χερὶ μάσασθαι, quod est ἅψασθαι. Ipse certe Hom. de tali lapide dicit, Τόν οἱ περὶ χεὶρ ἐκάλυψε, Il. Η, [734] : Ἑτέρῃφι δὲ λάζετο πέτρον Μάρμαρον, ὀχριόεντα, τόν οἱ περὶ χεὶρ ἐκάλυψε· perinde sc. ac si χερμάδιον dixisset. Sciendum est enim Hom. altera illa voce Χερμάδιον uti, quæ ex χερμὰς facta nominis diminutivi formam habet, quum alioqui eandem signif. obtineat. Il. Ε, [302] : Ὁ δὲ χερμάδιον λάβε χειρὶ Τυδείδης, μέγα ἔργον· ὃ οὐ δύο γ' ἄνδρε φέροιεν, Οἷοι νῦν βροτοί εἰσ'· ὁ δέ μιν ῥέα πάλλε καὶ οἷος. [Et similiter Υ, 285.] Ο, [250] : Βοὴν ἀγαθὸς βάλεν Αἴας Χερμαδίῳ πρὸς στῆθος· Δ, [518] : Χερμαδίῳ γὰρ βλῆτο [et ib. Π, 578, Ξ, 410]. Sed apud Eundem legimus etiam [Il. Λ, 265, 541, Ν, 323] μεγάλοισι χερμαδίοισι [et Π, 774 : Πολλὰ χ. μεγάλα], item ἀνδραχθέσι χερμαδίοισι, de ingentibus saxis. Od. Κ, [121] de Læstrygonibus : Μυρίοι, οὐκ ἄνδρεσσιν ἐοικότες, ἀλλὰ γίγασι, Οἵ ῥ' ἀπὸ πετράων ἀνδραχθέσι χερμαδίοισι Βάλλον. [Et Φ, 371.] Sed quum videamus Hom. epithetum addere huic nomini, et aperte etiam in neutro genere usurpare alicubi, assentiri Eustathio non possum, scribenti, cum χερμάδιον subaudiri λίθον. In hunc enim l. Il. Θ, [321] : Ὁ δὲ χερμάδιον λάβε χειρὶ, annotat cum χερμάδιον λείπειν accusativum λίθον : ideoque postea λίθον ὀχριόεντα appellare. Non dubito alioqui quin χερμάδιος λίθος inveniri queat, sicut χερμάδος λίθου ap. Suid. habemus : subjungentem tamen locum in quo vox λίθος non additur. [Anon. De error. Ulixis p. 22 : Χερμαδίοις λίθοις βάλλειν τὰς ναῦς.] At hic Hesychii l., Χερμάδιος, χειροπληθὴς λίθος, καὶ ὁ ἀχροβολισμὸς, talis est ut ex eo statui nihil ea de re possit. [Est gl. Homerica vitiose scripta pro χερμάδιον. Sequitur, Χερμαδίῳ· χειροπλήθει λίθῳ. In gl. inter Χερὰς et Χερείονα posita, Χερδαμός· λίθος πληρῶν τὴν χεῖρα, Musurus χεράδιον correxit. Sed est potius χερμάδος, ut in gl. post Χερμαδίῳ posita, Χερμάδος· λίθος πληρῶν χεῖρα. Post Homerum scriptor Batrach. 230. Χερμαδίῳ πλήξας κατὰ βρέγματος. Tyrtæus ap. Stob. Flor. 50, 7 : Μεγάλοις βάλλετε χ. Mnasalc. Anth. Pal. 6, 125 : Χερμάδι' αἰνά. Archias ib. 7, 147 : Χερμαδίων κτύπος.] Apud Lucian. quidem certe adjective usurpari χερμαδίους manifestum est [Lexiph. c. 5] : Ὁ δὲ μολιβδαίνας χερμαδίους ἀράγδην ἔχων ἐχειροβόλει.

[Χερμαστὴρ, ῆρος, ὁ.] Apud Suid. extat Χερμαστὴρ, expositum σφενδόνη, Funda, [addito Antipatri Sid. versu Anth. Pal. 7, 172 : Ῥινοῦ χερμαστῆρος ἐΰστροφα κῶλα τιταίνων].

[Χερματιστὴς, ὁ.] Ceterum ab illa voce Χερμὰς derivatum est etiam nomen Χερματιστὴς, quod eodem modo ab Hesychio exp., sed addente, καὶ δίσκος βαχχεῖος.

[Χέρνα. Χερνής. Χερνῆσσα. V. Χερνήτης.)

[Χέρνησος. V. Χερρόνησος.]

[Χερνήτης, ὁ. HSt. s. v. Χεριφυρής :] Alterum compositum Χερνήτης, ὁ, quo significatur Qui manibus victum quærit, Qui quæstum manibus facit, deductionem itidem controversam habet. Ac ne de priore quidem compositionis parte constat : quum Hesych. scribat vocem Χέρνα esse i. q. πενία. At si sequamur Eustath. [p. 912, 38], fuerit χερνήτης compositum ex χεὶρ et verbo νήθω. Imo vero, ne quid Eustathio affingere dicar, non masculino χερνήτης, sed fem. Χερνῆτις deductionem illam tribuit, Χερνῆτις δὲ, ἡ διὰ χειρῶν νήθουσα ἔριον τυχόν· ἀφ' οὗ καὶ ἡ ἔριθος. Et quum masculinum nomen dici soleat habere et femininum, illud femininum contra dicit habere etiam masculinum : subjungens, Ταύτης δέ ἐστι καὶ ἀρσενικόν· φασὶ γοῦν οἱ παλαιοὶ, Χερνήτης, λάτρις, χειροτέχνης, ἀπὸ χειρὸς ζῶν. Καὶ πάλιν, Χερνήτης, πένης, χειρόβιος. Hanc autem derivationem sequendo, redditur χερνῆτις, magis peculiari interpretatione, Quæ nendo victum quærit, s. quæritat. Sed quomodo hoc etymum masculino quoque χερνήτης conveniet? an nentes etiam viros imaginabimur? et netores viros sicut netrices mulieres appellabimus? Videtur certe Eustath. hujusmodi quæstioni tacite respondens, aut occurrens, dixisse (contra quam dici in aliis nominibus soleat, ut paulo ante admonui), hoc femininum habere etiam masculinum. Perinde enim est ac si diceret prius fuisse χερνῆτις in usu, ex quo deinde factum sit masculinum χερνήτης. Neque tamen, si χερνήτης itidem exponatur ὁ διὰ χειρῶν νήθων, hoc fidem superare videbitur ei, qui memoria tenebit quæ Herodotus de viris et mulieribus permutantibus inter se suo sexui convenientia munia s. officia, memoriæ prodidit. Ac ne tam procul abeamus, χερνήτας viros, i. e. διὰ χειρῶν s. χερσὶ νήθοντας, suppeditabit Sebusianorum s. Segusianorum regio. Verum enim vero quæcunque sit hujus vocabuli origo, extra controversiam est ea, quam illi assignavi, signif. Conveniunt enim exposs. Hesychii cum iis quas apud Eustath. legimus : atque adeo ex hoc emendare illum possumus : reponentes λάτρις pro λάτρης. Quin etiam χειρόβιος non recte illic in capite collocari, et majuscula litera scribi, tanquam id sit quod exponatur voce χερνίτης, ex eodem Eust. discimus. Contra enim χερνίτης (ut ibi scriptum est), sicut χέρνης, his omnibus vocibus exponere voluit lexicographus, πένης, λάτρις, χειροτέχνης, ὁ ἀπὸ χειρῶν ζῶν, χειρόβιος. Et quum χερνίτης isti χειρόβιος subjungit, indicare vult, opinor, pro illo χέρνης dici etiam χερνίτης : quibus addit, χέρνα γὰρ ἡ πενία. Sed hanc scripturam per ι in secunda syllaba supposititiam esse puto, quum alibi per η scriptum inveniatur, et cum altera illa declinatione χερνὴς, ῆτος, conveniat. Apud Suid. certe χερνήτης et χερνῆτις per η, non ι, in secunda syllaba scriptum est : a quo additur etiam aliquid ad illa quæ de signif. vocis χερνῆτις dicta fuerunt. Ei enim χερνῆτις non simpliciter est ἡ ἀπὸ χειρῶν ζῶσα, s. χειρόβιος, sed simul et χῆρα [χήρα], i. e. Vidua. Quæ vox vereor ne nimis illius nominis signif. restringat. [Χήρα non apud Suidam legitur, sed apud Hesych., cujus gl. sic scripta est in cod. : Χειρόβιος, χερνῆτος. Χέρνα γὰρ ἡ πενία. Χερνῆτις ἡ ἀπὸ χειρῶν ζῶσα πενιχρὰ χήρα· de quo Schowius p. 784 : « Articulus in quo interpretatio glossæ præposita est, sic ordinandus, Χερνῆτις· χειρόβιος· χέρνα γὰρ ἡ πενία.

Χερνῆτις· ἡ ἀπὸ χειρῶν ζῶσα, πενιχρὰ χήρα.» Χήρα vereor ne nihil aliud sit quam dittographia præcedentium literarum χρα. G. D.] Videtur autem [Suidas] et ipse censuisse, fem. χερνῆτις prius esse quam masc. χερνήτης: quum priorem locum illi fem. tribuat: subjungens, Καὶ χερνήτης, ὁ πένης, ἀρσενικῶς. Perperam tamen inter illud fem. et hoc masc. interjectus est locus in quo quidam ἀνώνυμος [Ælianus, ut conj. Hemst.] dativo χερνήταις utitur, et quidem de illis qui ruri opus faciunt (quod observatione dignum est): Ὁ δὲ ὑπὸ τῷ κνέφει σὺν τοῖς χερνήταις τοῖς ἐπὶ τοὺς ἀγροὺς ἰοῦσιν, intelligo, ad opus faciendum. [Simon. Anth. Pal. 7, 507: Ἀνδρὸς χερνήτεω. Æsch. Prom. 893: Τῶν γέννᾳ μεγαλυνομένων ὄντα χερνήταν ἐραστεῦσαι γάμων. Apollod. 2, 5, 1: Ξενίζεται παρὰ ἀνδρὶ χερνήτῃ Μολόρχῳ· et 3, 8, 1. Dionys. A. R. 7, 11: Ἄλλοι κατ' ἄλλας πύλας ὡς χερνῆται παρεισπεσόντες ἔλαθον. Sext. Emp. p. 308: Ὀδυσσεὺς χερνήτου λαβὼν σχῆμα. Manetho 5, 129. || Femin. Χερνῆτις ap. Hom. Il. M, 433: Γυνὴ χερνῆτις ἀληθής· ex quo l. Etym. M. p. 808, 33, exp. ἡ ταπεινὴ, παρὰ τὸ ἐκ τῶν ἰδίων αὐτῆς χειρῶν τρέφεσθαι· et iisdem fere verbis Lexicon ap. Matth. Gloss. min. p. 26. Philipp. Anth. Pal. 6, 203: Ἡ γρῆυς ἡ χ. (ut γυνὴ χ. γραῖα ap. Eust. p. 1665, 60) et Crinag. ib. 9, 276. Parthen. c. 27: Ἐπὶ μισθῷ ἀγαγομένην χ. γυναῖκα. Propria netricis signif. Eratosth. ap. Tzetz. ad Lycophr. 23: Χ. ἔριθος· Apoll. Rh. 3, 292, et anon. ap. Suidam s. h. v.: Ὁ δὲ τὰς θυγατέρας ἐπειρᾶτο ποιεῖν ταλασιουργοὺς καὶ χερνήτιδας. Γυναῖκας χερνήτιδας καὶ ἀκεστρίας Theodoret. Aff. Gr. p. 81, 36 Sylb., et χ. παρθένον p. 112, 4, ubi margo cod. Palat. διὰ χειρὸς ζῶσαν.] Apud eundem lexicogr. extat illius alterius declinationis exemplum, sc. Χερνής: eadem forma qua dicitur γυμνής: legimus enim ibi ex Epigr. [Archiæ Anth. Pal. 6, 39]: Χερνῆτα βίον. Sed hic animadverte esse χερνῆτα adjective positum pro χερνητικόν: quum alioqui χερνῆτες substantive dicatur potius, ut χερνῆται. Extatque hic usus est et ap. Aristot. Polit. 3, [4] ubi etiam vocem hanc exponit: Αἱ γὰρ ἐργασίαι πλείους· ὧν ἓν μέρος κατέχουσιν οἱ χερνῆτες· οὗτοι δ' εἰσὶν, ὥσπερ σημαίνει καὶ τοὔνομ' αὐτοὺς, οἱ ζῶντες ἀπὸ τῶν χειρῶν· ἐν οἷς βάναυσος τεχνίτης ἐστί. Quæ Aristotelica expositio, conveniens cum ea quæ apud alios passim extat, facit ut suspicer χερνὴς habitum non fuisse pro composito, sed pro simplici: et posteriorem syllabam νης non per compositionem accessisse, sed simpliciter esse terminationem: ut in Manuarius et Manualis, quæ ad vocem Manus accedunt, non per compositionem ei adjunguntur, sed tantum παραγωγαὶ sunt terminationem efficientes. Ex χερνὴς autem factum dicemus χερνήτης, deinde χερνῆτις fem. (Scribo enim χερνὴς, non χέρνης, quam posteriorem scripturam habet Hesych. [Χέρνης (recte fortasse Tollius Χερνήτης)· πένης, λάτρις (codex λάτης), χειροτέχνης, ὁ ἀπὸ χειρῶν ζῶν]: sed huic refragatur nomen illud γυμνὴς, similem inflexionem habens.) [Eodem accentus vitio ap. Eurip. El. 207: Ἐν χέρνησι δόμοις ναίω ψυχὰν τακομένα, pro χερνῆσι. Rectum accentum testatur Arcad. p. 96, 7, ubi adject. χερνῆσσα, ἡ, ab oxytono χερνὴς derivatum memorat. Et sic Etym. M. p. 808, 32: Χερνῆσι· πενιχραῖς γυναιξὶ καὶ ἀπὸ χειρῶν ζώσαις.] Fit certe hinc et adj. Χερνητικὸς, ἡ, ὸν, Pertinens ad eos qui χερνῆτες s. χερνῆται appellantur, Qualis est eorum qui χερνῆται dicuntur, ut si dicas χερνητικὸς βίος, pro quo habuisti ex Epigr. χερνῆτα βίον. Aristot. [Polit. 4, 4] varia δήμου εἴδη enumerans, inter ea recenset τὸ χερνητικὸν, καὶ τὸ μικρὰν ἔχον οὐσίαν, ὥστε μὴ δύνασθαι σχολάζειν. Dicitur autem τὸ χερνητικὸν a χερνῆτες, eadem forma qua τὸ θητικὸν, a nominativo θῆτες.

[Χερνήτωρ, ὁ, i. q. χερνήτης. Manetho 4, 114: Λεπτῆς πενίης χερνήτορας.]

[Χερνιβεῖον, τὸ, Pollubrum. Athen. 9, p. 408, C: Ὁ Οὐλπιανὸς ἔζήτει εἰ τὸ χέρνιβον εἴρηται, καθάπερ ἡμεῖς λέγομεν ἐν τῇ συνηθείᾳ... Ἀττικοὶ δὲ χερνίβιον λέγουσιν, ὡς Λυσίας ἐν τῷ κατὰ Ἀλκιβιάδου (imo Andocid. p. 33, 3, ubi libri χερνίβοις) λέγων οὕτως «Τοῖς χρυσοῖς χερνιβίοις καὶ θυμιατηρίοις.» Et p. 409, C: Ἀριστοφάνης δ' ἐν Ἥρωσι (fr. 298) χερνίβιον εἴρηκεν. Scribendum utrobique χερνιβεῖον et in verbis Andocidis χερνιβείοις,

A ut apparet ex versu Antiphanis ap. Polluc. 10, 65: Τὸ χερνιβεῖον πρῶτον ἐκ πομπῆς ἄφες. Nam sic librorum scripturam τὸ χερνίβιον πρῶτον ἡ πομπὴ σαφής recte correxit Bentl. in Epist. ad Hemsterh. p. 66, nisi quod ἀφεὶς potius scribendum, quum in codice Falckenb. ἐκ πομπῆς ἀφεὶς legatur. Χερνίβιον ib. § 90, quod ipsum quoque χερνιβεῖον scribendum videtur. Diminutivum vero Χερνίβιον, τὸ, Matella, legitur ap. Hippocr. p. 1230, D: Τὸ σύστημα (τοῦ οὔρου) οὐκ ἐφαίνετο ἐν τῷ χερνιβίῳ ψύχεος ἐόντος. De glossa Hesychii cui lemma Χερνίβιον præscriptum est v. s. v. Χερνίπτω. G. D. Χερνίβιον, pro χερνιβεῖον, adhuc exstat Clem. Al. Pædag. 2, 3, 37: Εἰ κεραμεοῦν εἴη τὸ χ., οὐ δέξεται τὸ ἀπόνιμμα τῆς χειρός; Hase.]

[Χέρνιβον, τό. V. Χέρνιψ.]

[Χερνιβόξεστον, τὸ, Malluvium politum. Eucholog. p. 81: Κελεύει ὁ ἀρχιερεὺς κομισθῆναι χ. et paullo post iterum. Suicer. Multo plura ex scriptoribus Byzant. collegit Ducangius.]

B Χέρνιμμα, τὸ, Manuum lotio, χειρόνιπτρον, VV. LL. tanquam ex Polluce [2, 149], qui tamen expositionem non addit. Cam. χερνίμματα interpretatus est Manuum lavacra, [Malluvia].

[Χέρνιπτρον. V. Χειρόνιπτρον.]

[Χερνίπτω. HSt. s. v. Χέρνιμμα:] At vero Χερνίπτομαι ap. Hom. legitur, vel potius inde formatum aoristum χερνίψαντο, Il. A, [449]: Χερνίψαντο δ' ἔπειτα καὶ οὐλοχύτας ἀνέλοντο, Manus laverunt s. abluerunt, ante sacrificium sc. [Hesych.: Χερνιψάμενος· τὰς χεῖρας νιψάμενος. Apud eund. inter Χέρνιβα et Χέρνιβος hæc gl. legitur: Χερνίβιον· τὸ ἁγισθῆναι δι' ὕδατος ἔχοντος κριθὰς καὶ ἅλας. Quam interpretationem non nomini illi, sed verbo χερνίψασθαι convenire animadvertit Scaliger. Aristoph. Pac. 961: Αὐτός τε χερνίπτου.] Usus est et Lysias hoc verbo [p. 108, 1]: Ἐχερνίψατο ἐκ τῆς ἱερᾶς χέρνιβος. Et quidam ἀνώνυμος ap. Suid. [ex coque in cod. Monac. Demosth. ad p. 505, 14, ap. Reiskium]: Χερνιπτομένους πρὸς αὐτοῖς τοῖς βωμοῖς ἀπέκτειναν, ut quidem in priore l. legitur; in posteriore enim habetur Χερνιπτομένους, τὰς χεῖρας νιπτομένους πρὸς αὐτοῖς κτλ. Affertur porro et vox activa Χερνίπτω, ex Lycophr. [184], sed ap. eum χερνίψουσι exp. σφαγιάσουσι, θύσουσι, ubi a metaphora τῶν χερνίβων, quibus abluebantur et purgabantur manus, θυσίαν vocasse dicitur χέρνιβα, tanquam purgatricem. Convenit autem hæc expos. θύσουσι, quæ datur verbo χερνίψουσι, cum illa quam habet χερνιφθέντα ap. Suid., sc. τυθέντα. [In epigramm. Theodoridæ Anth. Pal. 6, 156: Καλῷ σὺν Τέττιγι... τρίχα τήνδε κουρόσυνον... θῆκε... σὺν βοΐ χερνιφθέντα. Brodæus χερνιφθέντι. Is qui illa dona ponebat simul taurum immolabat diis. Χερνίπτεσθαι igitur sensu latiore accipiendum pro *dedicare*, respectu tamen habito ad hostiam simul immolandam. Jacobs.] Qui alioqui et priorem illam verbi χερνίψαντο signif. agnoscit. [Consecrandi signif. Iph. T. 622: Χαίτην ἀμφὶ σὴν χερνίψομαι. De forma verbi v. Lobeck. ad Phryn. p. 562.]

[Χερνίτης, ὁ, Chernites, nomen lapidis. Theophr. De lapid. c. 6: Καὶ ὡς ὁ ἐν Αἰγύπτῳ περὶ Θήβας ἀλαβαστρίτης· καὶ γὰρ οὗτος μέγας τέμνεται· καὶ ὁ τῷ ἐλέφαντι ὅμοιος, ὁ χερνίτης καλούμενος, ἐν ᾗ πυέλῳ φασὶ καὶ Δαρεῖον κεῖσθαι. Plin. H. N. 36, 28: « Mitior est servandis corporibus, nec absumendis Chernites: ebori simillimus, in quo Darium conditum ferunt.»]

[Χέρνιψ, ιβος, ἡ. HSt. s. v. Χέρνιμμα:] At vero Χέρνιψ ab Hom. vocatur, ut Idem [Pollux 2, 149; 6, 92; 10, 90] annotat, Aqua qua abluuntur manus ante cibum, Od. A, [136]: Χέρνιβα δ' ἀμφίπολος προχόῳ ἐπέχευε φέρουσα Καλῇ, χρυσείῃ, ὑπὲρ ἀργυρέοιο λέβητος. Dicit enim fuisse Aquam vase allatam, et effusam in prolubrum. [Accus. χέρνιβα ap. Homer. ib. Γ, 440, 445, Δ, 52, H, 172, K, 368, O, 135, P, 91; ap. Æsch. Eum. 656: Ποία δὲ χέρνιψ φρατέρων προσδέξεται;] Apud Eund. Il. Ω, [304]: Ἡ δὲ παρέστη Χέρνιβον ἀμφίπολος πρόχοόν θ' ἅμα χερσὶν ἔχουσα, vocem χέρνιβον interpretati fuere vas quod fuit ab aliis dictum Χερόνιπτρον. Sive Λέβης, Prolubrum Latine: ut Πρόχοον, Gutturnium. Neque alibi reperitur ap. illum poetam in hac forma vocabulum. Athen. [9,

p. 408, C] Atticos hoc ait dixisse Χερνίβιον. [De hoc diximus s. v. Χερνιβεῖον.] Idemque docet, Χερνίβα, penultima acuta ap. Comicos et Tragicos reperiri, de aqua, qua, titione ex ara sublato, quum in illam intinxissent, conspergere quondam in sacris astantes consueverint; sed rationem deductionis repugnare. Hæc ille. [Athenæus : Παρὰ τοῖς τραγικοῖς καὶ τοῖς κωμικοῖς παροξυτόνως ἀνέγνωσται χερνίβα, παρ' Εὐριπίδῃ ἐν Ἡρακλεῖ (929) « Εἰς χερνίβ' ὡς βάψειεν Ἀλκμήνης γόνος », ἀλλὰ καὶ παρ' Εὐπόλιδι ἐν Αἰξὶν « Αὐτοῦ τὴν χερνίβα παύσεις. » Quem accentum falsum esse pluribus docet Athenæus collatis aliis nominibus in ψ exeuntibus. Sic etiam schol. Aristoph. Pac. 956.] Ceterum quod ad hanc vocem Χέρνιψ attinet, (a quo nomin. fit gen. χέρνιβος, quum contra χερνίβος et χερνίβα sint a nomin. χερνὶψ,) pro Lavacro s. ipsa manuum Ablutione sumi manifestum est ap. Thuc. 4, p. 153 meæ ed. [c. 97]: Ὕδωρ τε, ὃ ἦν ἄψαυστον σφίσι, πλὴν πρὸς τὰ ἱερὰ χέρνιβι χρῆσθαι, ἀνασπάσαντας ὑδρεύεσθαι· quæ Interpres ita vertit : Aquam etiam, quam nefas ipsis esset tangere, nisi ad abluendas in sacrificium manus, in alios usus haurire. [Æsch. Choeph. 129 : Χέουσα τάσδε χέρνιβας βροτοῖς· Ag. 1037 : Ἐπεί σ' ἔθηκε Ζεὺς ἀμηνίτως δόμοις κοινωνὸν εἶναι χερνίβων. Soph. OEd. T. 240 : Μήτε χέρνιβας νέμειν, et quæ sunt aliæ hujusmodi locutiones, ut χέρνιβος et χερνίβων θιγεῖν ap. Soph. fragm. 708 et Eurip. Or. 1602; ἐπὶ χέρνιβας μολεῖν Phœn. 666. Id. Iph. T. 58 : Θνήσκουσι δ' οὓς ἂν χέρνιβες βάλωσ' ἐμαί· 643 : Χερνίβων ῥανίσι.‖Χερνίβων πηγαὶ Iph. A. 1479, 1513. Πηγαῖος χ. Alc. 100 : Οὐχ ὁρῶ πηγαῖον χέρνιβ' ἐπὶ φθιτῶν πύλαις. Aristoph. Lys. 1129 : Μιᾶς γε χέρνιβος βωμοὺς περιρραίνοντες.] Ex Eur. [Iph. A. 675] affertur, Χερνίβων ἑστήξῃ πέλας, pro Aderis proxima lavacris. Ab Erasmo χέρνιβες alicubi redditum fuit Piamina. Bud. autem χερνίβων εἴργεσθαι ap. Demosth. [p. 505, 14] tale esse ait, quale ap. Latinos Aqua et igni interdicere. Sed quum sit εἴργεσθαι, passivum, non act. εἴργειν, potius dicendum fuerat, χερνίβων εἴργεσθαι dici eum cui aqua et igni interdicitur. Neque hoc prætereundum est, schol. ibi habere χέρνιβος, non χερνίβων, et admonere, ita vocari non aquam, sed ipsum vas : χέρνιβος, inquit, οὐ τοῦ ὕδατος, ἀλλὰ τοῦ ἀγγείου : quod qua ratione nitatur, ipse viderit. Pro ipso certe Vase legimus et ap. Athen. : Ἀθηναίοις θυομένοις ἐν Δήλῳ, τὴν χέρνιβα βάψας ὁ παῖς προσήνεγκε, κἂν τῇ φιάλῃ μετὰ τοῦ ὕδατος ἰχθῦς κατέχεεν. De accentu autem confer ea quæ Suidas scribit, cum iis quæ ex Athen. paulo ante habuisti, ab Eust. quoque [p. 1401] commemoratis. Porro ab illo neutro Χέρνιβον habemus plur. Χέρνιβα ap. Synes. : Ὡς ἔστι γε τὸ δημόσιον ξίφος, οὐχ ἧττον ἢ τὰ ἐν τοῖς προτεμενίσμασι χέρνιβα, πόλεως καθαρτήριον, Non minus quam lavacra quæ sunt in templorum vestibulis. Forsan autem aliquis Aquam lustratoriam appellarit. [Schol. ad Il. Ω, 304 : Ἀθετεῖται, ὅτι παρὰ τὸ σύνηθες αὐτῷ χέρνιβον τὸ ἀγγεῖον τὸ ὑποδεχόμενον τὸ ὕδωρ, ὡς ἡμεῖς· τοῦτο δὲ αὐτὸς εἴωθε καλεῖν λέβητα· τὸ δὲ κατὰ τῶν χειρῶν διδόμενον ὕδωρ χέρνιβα· ἔνιοι δὲ ὁπλῇ σημειοῦνται, ὡς ἄπαξ ἐνταῦθα εἰρημένον. Hase.]

[Χερόβολον. Χεροκένως. Χερόκμητος. V. Χειρο—.]

[Χερομῦσὴς, ὁ, ἡ, Manus polluens. Æschyl. Choeph. 71 : Χερομυσῆ φόνον, ubi codex χαιρομυσῆι, restituit Porsonus. Æschylum imitari videtur Const. Manass. Chron. 5151 : Χαιρομυσῆ λῄσταρχον κακεργάτην, qui non liquet utrum ipse quoque χερομυσῆ scripserit an vitiosa scriptura deceptus χαιρομυσῆ posuerit, pariterque 6083 : Ἄνδρες τινὲς χαιρομυσεῖς φονίως ἐμπεσόντες, ubi libri χερομισεῖς vel χαιρομισεῖς. G. Dind.]

[Χερόνησος. V. Χερσόνησος.]

[Χερόνιπτρον. V. Χειρόνιπτρον.]

[Χεροπληθής. V. Χειροπληθής.]

[Χερόπληκτος, ὁ, ἡ, Manibus percussus. Soph. Aj. 631 : Δοῦποι χερόπληκτοι· ubi recte forma Dor. χερόπλακτοι restituta.]

[Χερουβείμ. Χερουβεῖς. V. Χερουβίμ.]

[Χερουβικοχάρακτος, ὁ, ἡ, A Cherubim exaratus. Iambograph. ap. Montfauc. Bibl. Coisl. p. 59, 43. Hase.]

[Χερουβικὸς, ἡ, ὸν, Cherubicus. Greg. Thaum. In Annunt. p. 60 ed. Voss. a. 1604. Mich. Syncell. Laudatione Dionysii Areop. p. 350, θρόνος. Boiss. X. ὕμνος in Liturgiis Joann. Chrys. et Basilii. Angl. Pseudo-Chrys. t. 3, p. 948, A, τοῦ χ. καὶ ἐπουρανίου θρόνου. Anon. Vita Chrys. t. 8, p. 359, 6, χερουβικοῖς ὄμμασιν εἰς οὐρανὸν ἀναβλέψας. Hase.]

[Χερουβὶμ, τὰ, Cherubim. Chœrob. In Psalm. p. 163, 29 : Χερουβὶμ παρὰ τὸ χεὶρ·χειρός. Τὸ βιμ ι διὰ τί; Τὰ εἰς βιμ Ἑβραϊκὰ διὰ τῆς ει διφθόγγου γράφεται, Ἰωακείμ, Σεναχερείμ, πλὴν τοῦ Χερουβὶμ καὶ Σεραφὶμ. Aliter Lexicon σχεδογραφικὸν in Boiss. Anecd. vol. 4, p. 405 : Τὸ Χερουβείμ καὶ Σεραφείμ δίφθογγον ει μοι γράφε· οἱ Χερουβὶμ πληθυντικὸν, οἱ Σεραφὶμ ἰῶτα. Quocum consentit Suidas, qui Χερουβείμ ἐπὶ τῶν ἑνικῶν διὰ διφθόγγου, ἐπὶ δὲ τῶν πληθυντικῶν διὰ τοῦ ι scribi tradit, et Zonaras p. 1850, et qui alia plura hujusmodi nomina addit Herodian. Epim. p. 171. Frequentissimus voc. usus in libris V. T., et plerumque quidem numero plurali, qui in libris Χερουβὶμ, Χερουβεὶμ, Χερουβεῖν scriptus est, cum articulo modo neutrius generis, ut Genes. 3, 24 : Ἔταξε τὰ Χερουβὶμ καὶ τὴν φλογίνην ῥομφαίαν, modo masculini, ut Exod. 37, 8 : Ἐποίησε τοὺς δύο Χερουβὶμ, modo ambiguo, ut in genitivo τῶν Χερουβὶμ, vel nullo, ut Reg. 3, 7, 28 : Λέοντες καὶ βόες καὶ Χερουβὶμ. Nec raro numero singulari, libris in terminatione ειμ vel ιμ non magis sibi constantibus, ut Exod. 26, 1 : Κοκκίνου κεκλωσμένου Χερουβείμ. Reg. 2, 22, 11 : Ἐπεκάθισεν ἐπὶ τῷ Χερουβὶμ. Porro numero singulari Χερουβ quoque dicitur, velut Exod. 25, 19 : Χερουβ εἷς ἐκ τοῦ κλίτους τοῦ δευτέρου· et ib. 37, 8. Ezech. 41, 18. Terminatione Græcæ simili Χερουβεῖς ap. Joseph. A. J. 3, 6, 5 : Πρόστυποι δύο· Χερουβεῖς μὲν αὐτοὺς Ἑβραῖοι καλοῦσι· 8, 3, 3 : Δύο Χερουβεῖς ὁλοχρύσους. De signif. Suidas addit, ἑρμηνεύεται δὲ γνῶσις πεπληθυσμένη. Similiter Theodoretus In Ezech. 1, 21, vol. 2, p. 689 : Τοῦτο δὲ καὶ ἡ τῶν Χερουβὶμ ἑρμηνεία δηλοῖ· εἰς γὰρ τὴν Ἑλλάδα φωνὴν μεταφερόμενον πλῆθος γνώσεως ἑρμηνεύεται τὸ ὄνομα. Conf. Albert. Gl. Gr. p. 47. Philo vol. 2, p. 150, 10 : Ἡ κιβωτὸς ἀγγεῖον τῶν νόμων ἐστίν· ... τὸ δ' ἐπίθεμα τὸ προσαγορευόμενον ἱλαστήριον βάσις ἐστὶ τῶν πτηνῶν δυεῖν, ἃ πατρίᾳ μὲν γλώττῃ προσαγορεύεται Χερουβὶμ, ὡς δ' ἂν Ἕλληνες εἴποιεν ἐπίγνωσις καὶ ἐπιστήμη πολλή. Conf. etiam vol. 1, p. 561, 15, 22, ubi Χερουβὶμ et Χερουβὶν scriptum. Pluribus de iis dixit idem in libello Περὶ τῶν Χερουβὶμ καὶ τῆς φλογίνης ῥομφαίας, vol. 1, p. 138—148, et in iis quæ in Exodi caput 25 commentatus erat, quæ ex versione Armena in Latinum sermonem translata primum edidit Aucherus in Philonis Paralipomenis Armenis, Venet. 1826, Græce ex cod. Vatic. 379 Grossmannus in dissertatione Academica Lipsiæ a. 1856. G. D. De porta Antiochiæ τῇ λεγομένῃ τῶν Χερουβὶμ Jo. Malalas Chronogr. p. 261, 1 et 281, 5 Bonn. Hase.]

[Χέρουσκοι, οἱ, Cherusci, gens Germanica ap. Ptolem. 2, 10, p. 152 (ubi libri Χαιρουσκοί, Χαίρουσκοι, Χαιρουσικοί), Dion. Cass. 67, 5. Nomen terræ, Χερουσκὶς, ίδος, ἡ, ib. 54, 33; 56, 18, et, ubi alii libri Χερουσκία, 55, 1. Χηροῦσκοι ap. Strabon. 7, p. 291, 292.]

[Χέρρεως, τὸ, apud Suidam : Χ., φρούριόν τι. « Ἀπὸ γὰρ τοῦ ἐρύματος Χέρρεως διὰ μιᾶς ἐφοίτα ἐς τὴν Ἀντιόχειαν τῇ ὠκύτητι τῶν ποδῶν ὁ Ἴνδακος. » Τὸ Χέρρεως φρούριον ap. Joann. Antioch. in Crameri Anecd. Paris. vol. 2, p. 85.]

[Χέρρη, ὄνομα πόλεως, apud Suidam.]

[Χερρονησιάζω vitiose pro χερρονησίζω, quod v.]

[Χερρονησιαῖος vitiose pro Χερρονήσιος, quod v.]

[Χερρονησίζω. HSt. s. v. Χερρόνησος :] Inde et verbum Χερρονησίζω, sive Χερσονησίζω, significans χερρονησοειδὴς εἰμὶ, Figuram gero cherronesi et peninsulæ. Habebis in Χερρόνησος paulo post ex Strab. Idem alibi p. 113, πέτρα χερσονησίζουσα, Peninsulam efficiens. [Strabo 11, p. 491 : Ἔστι δὲ ταῦτα (τὰ πρὸς βορρᾶν) τρόπον τινὰ χερρονησίζοντα· ubi libri nonnulli χερρονησιάζοντα, forma vitiosa, quæ est in omnibus ib. p. 529, et præter unum omnibus 2, p. 128. Rursus recte χερρονησίζοντας cod. 14, p. 643, ubi edd. vet. χερρονησιάζοντος, et plerique 16, p. 752. G. D.] ‖Χερρονησιτέω, pro eodem : s. potius Sum χερρόνησος et peninsula. Polyb. 1, [73, 4] de Carthagine : Ἐν κόλπῳ κεῖται προτείνουσα καὶ χερρονησιτοῦσα τῇ θέσει· τὸ

μὲν, τῇ θαλάττῃ, τὸ δέ τι καὶ λίμνῃ περιεχομένη κατὰ τὸ πλεῖστον· ὁ δὲ συνάπτων ἰσθμὸς αὐτὴν τῇ Λιβύῃ, τὸ πλάτος ὡς εἴκοσι καὶ πέντε σταδίων ἐστί. Ubi clare explicat quid sit χερρόνησος, nimirum Terra sita in sinu maris, et aliquousque in ipsum mare se protendens : majore ex parte cincta mari, uno tantum in loco isthmum habens quo continenti annectitur. [Recte Ursinus χερρονησίζουσα correxit, ut 10, 10, 5, χερρονησίζον ὄρος dictum est.]

Χερρονήσιος, ία, ιον, sive Χερρονησίτης, δ, Ad Cherronesum pertinens, Ex Cherroneso oriundus. Teste enim Steph. Byz. Χερρονησῖται et Χερρονήσιοι dicuntur οἱ τῆς Χερρονήσου πολῖται. [Χερρονησῖται ap. Xen. Hell. 1, 3, 10, et 3, 2, 8, quo altero loco libri deteriores Χερρονησιωτῶν, quod vitium etiam ap. Demosth. p. 63, 17, in libris quibusdam inter eosque in Parisino S est. Recte vero p. 87, 16, et in psephismate p. 256, 27. Philostr. p. 664 : Ξείνιδος τοῦ Χερρονησίτου· ubi alii libri Χερρονησίου.] Ælian. : Χερρονήσιοι ἀπὸ Κνίδου. Hecatæus : Ἀψινθίοισι πρὸς μεσημβρίην ὁμορέουσι Χερρονησῖται. Et ap. Athen. 2, [p. 65, C] : Ὀπτᾶν τε τυροῦ Χερρονησίτου τόμον. Eur. Hec. [8] fem. : Ὃς τὴν ἀρίστην Χερρονησίαν πλάκα Σπείρει, Optimam telluris in Cherroneso portionem, i. e. Optimos in Cherroneso agros. [Ib. 33 : Γῆ Χερρονησία. Recte Brunckius Χερσονησίαν et Χερσονησίᾳ, ut dialectus postulat Tragicorum, etsi in Χερρονησίαν consentit Steph. Byz. s. v. Χερρόνησος, ubi Meinekius p. 691, 16, tacite posuit Χερσονησίαν.] Item Χερρονησία γῆ dicitur quæ et Χερρόνησος γῆ, Terra utrimque mari cincta, una tantum parte juncta continenti, Hesych. [Lexicon ms. Havn. ap. Osann. Auctar. p. 168 : Χερρονησιαίη, ἡ εἰς θάλασσαν ἐκνεύουσα, εἰ μήτε χέρσος μήτε θάλασσα, ἀλλὰ περικλυζομένη καὶ μίαν ἔχουσα διέξοδον. Est glossa Cyrilli, quam Schowius ad Hesych. p. 785 sic scriptam affert, Χειρονησία γῆ· εἰς θάλασσαν ἐκνεύουσα μήτε χέρσος μήτε θάλασσα, ἀλλὰ περικλυζομένη καὶ μὴ ἀνέχουσα διέξοδον. Apud Hesych. est : Χερσόνησος· γῆ εἰς θάλασσαν ἐκνεύουσα ἡ μήτε χέρσος μήτε θάλασσα, omissis reliquis : cui ex Cyrillo restituendum Χερσονησία. In ultimis Cyrilli verbis scribendum καὶ μὴ ἔχουσα. De Suidæ gl. huc referenda vide s. v. Χεῦμα. G. D.]

[Χερρονησίτης. V. Χερρονήσιος.]

[Χερρονησιτέω vitiose pro χερρονησίζω, quod v.]

[Χερρονησιώτης vitiose pro Χερρονησίτης. V. Χερρονήσιος.]

Χερρονησοειδὴς [sive Χερσονησοειδὴς], δ, ἡ, Speciem gerens χερσονήσου, s. peninsulæ, χερρονησίζων. [Herodot. 7, 22 : Τὸ ὄρος χερσονησοειδές ἐστι. Steph. Byz. s. v. Δῶρος p. 255, 18, ex Artemidoro : Χερσονησοειδοῦς τόπου. (Marcian. Heracl. Peripl. in Car. Müller. Geogr. gr. min. vol. 1, p. 526, 29, de Arabia. Hase.) Forma vulgari χερρονησοειδοῦς τόπου utitur Strabo 9, p. 393, et rariore Χερρονησώδης, 14, p. 683 : Κουριὰς χ., ubi ed. Ald. χερρονησιώδης. Ἰσθμὸν χερονησώδη schol. rec. Hom. Il. Ξ, 229, quod χερρονησώδη scribendum.]

Χερρόνησος, sive Χερσόνησος, δ, sub. χώρα vel πόλις, Regio vel Urbs quæ dimidia ex parte χέρσος est, et dimidia ex parte νῆσος, Quæ sc., veluti insula, mari circumdata et cincta est : nisi quod uno tantum eoque angusto spatio, quod Isthmus appellatur, continenti adjuncta est. Peninsulam vocare possis Latine, quoniam sc. pene insula est. Hesychio est γῆ εἰς θάλασσαν ἐκνεύουσα ἡ μήτε χέρσος μήτε θάλασσα. [In gl. Hesychii Χερσόνησος vitiose scriptum esse pro Χερσονησία diximus s. v. Χερρονήσιος.] Clarius tamen paulo ante χερρονησία γῆ exposuerat ἡ ἐκ δεξιῶν καὶ ἀριστερῶν ἔχουσα θάλασσαν, Quæ et a dextro et a sinistro latere habet mare. [Hujus nominis et adjectivi et substantivi multiplex est in quorumvis auctorum libris scriptura, Χερρόνησος, Χερσόνησος, eademque duplici ν, Χερόννησος, Χερρόννησος. Antiquior forma Χερσόνησος est, qua Herodotus, Thucydides et Tragici constanter usi sunt, recentior Χερρόνησος. Pro ea Χερόνησος metri causa dictum ab Apoll. Rh. 1, 925 : Ἠελίοιο | δυομένου Χερόνησον ἐπὶ προὔχουσαν ἵκοντο (quod in cod. Laurent. χέρνησον scriptum est), ut ἐκ Χερονήσου in fine hexametri Anth. Pal. App. 187 (ap. Pausan. 6, 19, 5). Χερρόννησος duplici ν scribendum esse recentiorum quorundam grammaticorum opinio est Πελοποννήσου et aliorum quorundam nominum similitudine deceptorum, velut schol. ad Philostr. Her. p. 541 ed. Boiss. : Πελοπόννησος καὶ Χερρόννησος καὶ ὅσα τῷ νῆσος συντίθενται, τὸ ν φιλοῦσι διπλασιάζειν, ὅθεν κἀν βίβλοις παλαιαῖς εὖ καὶ ὑγιῶς γραφείσαις διὰ δύο ν αἱ τοιαῦται συνθέσεις εὑρίσκονται· et gramm. cod. Paris. in Append. ad Greg. Cor. p. 680, qui Atticos euphoniæ caussa Χερρόνησος pro Χερρόννησος dixisse opinatur. Scripturæ per duplex ν exx. v. ap. Schweigh. ad Appian. vol. 3, p. 113, Boisson. ad Philostr. Her. p. 318, 541, 544.] Est autem Χερρόνησος s. Χερσόννησος interdum Regionis proprium nomen, interdum Urbis; quatuor enim Χερρονήσους commemorat Steph. Byz., Cnidiam, Thracicam, Tauricam, Creticam : de quibus eum consule. Inter alia autem de Thracia Cherroneso affert ex Hecatæi Europa, Ἐν δ' αὐτοῖσι πόλις Χερρόνησος ἔν τῷ ἰσθμῷ τῆς Χερρονήσου. [Post quattuor has urbes, quarum gentile duplex, Χερρονήσιοι et Χερρονησῖται, ponit Steph. Byz., sic pergit : Ἔστιν ε' πόλις Λιβύης Χέρρουρα καλουμένη, ὡς Ἀλέξανδρος ἐν Λιβυκῶν τρίτῳ « Ἔχεται χερρόνησος ὄνομα Χέρρουρα. » Ὁ πολίτης Χερρούριος (χερρούρειος cod. Voss.), ὡς τοῦ Ταύχειρα Ταυχείριος. ς' Χερρόνησος (sic Meinek. collato Thucyd. 4, 42, 43, pro ἡ χερρηνός vel ἡ χερνησσός, quæ librorum vitia sunt) ἡ πρὸς τῇ Κορίνθῳ. Ἔστι καὶ ἄλλη ἄκρα Χερρόνησος ἐν Λυκίᾳ, καὶ ἄλλη πρὸς τὴν Κορωνιτῶν πόλιν. Τὸ ἐθνικὸν τούτων Χερρονήσιος.] Meminit Strabo quoque quarundam Χερρονήσων πόλεων, inter alias et illius, lib. 16, p. 328 [752] : Ἥ τε δὴ πόλις, inquit, οὕτως ἀσφαλῶς κεῖται, καὶ δὴ καὶ Χερρόνησος ἐκλήθη, διὰ τὸ συμβεβηκὸς, quoniam sc. λίμνην περίκειται μεγάλην, καὶ ἕλη πλατέα, λειμῶνάς τε βουβότους καὶ ἱπποβότους διαχεομένους, ὑπερβάλλοντας τὸ μέγεθος· καὶ λόφος ἐστὶν ἐν πεδίῳ κοίλῳ τετειχισμένος καλῶς, ὃν ποιεῖ χερρονησίζοντα ὁ Ὀρόντης. [Celebrior ceteris est Chersonesus Taurica, sæpissime memorata ab Geographis aliisque scriptoribus : v. Müller. ad Geogr. min. vol. 1, p. 395. Hæc *Cherronè* dicitur ab Mela 2, 1, 3, ubi v. Tzschuck. vol. 2, 2, p. 22, et vol. 3, 2, p. 18 sq. Ab inferiorum temporum Græcis Χερσὼν dicta est, cujus formæ frequentia exx. sunt ap. Procopium (B. Pers. 1, 12, Goth. 4, 5), Zonaram aliosque scriptores Byzantinos. G. D. Incolæ Χέρσακες, unde Χερσακινὸν πλοῖον Epiphan. Mon. p. 68, 19 et 22 Dressel. Nomen urbis XEPCWNOC legitur in numis Mauricii et Constantinæ Augg. *Revue numism.* a. 1839, p. 250. Hase.]

[Χερρονησώδης. V. Χερρονησοειδής.]

[Χερρόννησος vitiose pro Χερρόνησος, quod v.]

[Χερρὸς Æol. pro χειρός. V. Χείρ.]

Χέρρος, sive Χέρσος, δ, ἡ, Desertus incultusque, Asper. Diosc. 2, 158, de coronopode herba : Γίνεται δὲ ἐν χέρσοις τόποις, καὶ ἐν χώμασι καὶ ἐν ταῖς ὁδοῖς, In locis incultis, Ruell. [Χέρσος γῆ, τόπος, Inculta terra, Gl.] Capite præcedente dixerat, Φυόμενον ἐν πετρώδεσι καὶ παραθαλασσίοις τόποις· opponens his c. 161, ἐν γεώδεσι καὶ ἐργασίμοις χωρίοις· siquidem χέρσος τόπος dicitur ubi est γῆ χέρσος, quæ et ἀνέργαστος, Inculta, desertaque et aspera. [« Sic ap. Herodot. 4, 123, Persæ in Scythia nihil quod vastare possent, repererunt, ἅτε τῆς χώρης ἐούσης χέρσου, Quippe in deserta s. arida et inculta terra. Idem 2, 99, terræ tractum, quem diu Nilus quotannis inundarat, a Mene rege aggeribus a fluvii inundatione seclusum fuisse ait, atque ita χέρσον γεγονέναι, Siccum factum, In sicco positum. » Schweigh. Pind. Nem. 4, 114 : Εὐρώπαν ποτὶ χέρσον· 9, 103 : Ἐν κονίᾳ χέρσῳ, ubi schol. qui per ἠπείρου exp., genitivum substantivi χέρσω legit. Soph. Ant. 251 : Στυφλὸς γῆ καὶ χέρσος, ἀρρὼξ οὐδ' ἐπημαξευμένη τροχοῖσιν. Eurip. Ion. 1584 : Κυκλάδας ... νησαίας πόλεις χέρσους τε παράλους. Diocles Anth. Pal. 7, 393 : Χέρσοισι... ῥαχίαις.] Itidem in Epigr. [Anth. Pal. 9, 427] legimus χέρσον λιμένα, Portum desertum et incultum. Metaph. vero Greg. Naz. : Ψυχὴν χέρσον τε οὖσαν καὶ ἄνυδρον, Incultam nec ullis riguam aquis. Metaphorice itidem Soph. OEd. T. p. 209 [1501] χέρσους παῖδας vocat Virgines illocatas ac innuptas, quoniam sc. elocatæ et nuptæ dicuntur ἀροτριᾶσθαι et σπείρεσθαι, ac postea σπορὰν ἐκφῦναι : translatione ab agris qui coluntur aut inculti deseruntur : Τὴν

τεκοῦσαν, inquit, ἤροσεν, Ὅθεν περ αὐτὸς ἐσπάρη, κἀκ τῶν ἴσων Ἐκτήσαθ' ὑμᾶς ὥνπερ αὐτὸς ἐξέφυ. Τοιαῦτ' ὀνειδιεῖσθε· κᾆτα τίς γαμεῖ; Οὐκ ἔστιν οὕτις, ὦ τέκν', ἀλλὰ δηλαδὴ Χέρσους φθαρῆναι κἀγάμους ὑμᾶς χρεών. [Addito genitivo Eur. El. 325 : Πυρὰ δὲ χέρσος ἀγλαϊσμάτων, i. e. Expers ornamentorum.] Proprie enim χέρσος γῆ dicitur ἡ οὐκ ἀροτριουμένη, s. ἀνήροτος, Quæ non aratur, sed inculta relinquitur, cui opp. ἄρουρα. [Sic χέρσος χώρη in loco Herodoti supra cit. 4, 123. Dionys. A. R. 9, 51 : Ἵνα μὴ γῆ χ. ᾖ· et 10, 54 : Χέρσου τῆς γῆς ἀφειμένης. Τὰ χέρσα dixit Æschylus ap. Antiatt. in Bekk. Anecd. p. 116, 7 : Χερσά· τὰ γεωργούμενα Αἰσχύλος Προμηθεῖ (λυομένῳ vel πυρφόρῳ, nisi in versibus lectum fuit Promethei vincti qui exciderunt). Corrigendus accentus χέρσα. Nam χέρσος paroxytonum est : v. Arcad. p. 76, 3. Χέρσος ἀγρὸς ap. Hoseam 10, 4 et 12, 11.] || Ut plurimum vero χέρσος subst. ponitur pro χέρσος γῆ, ut Hesychio quoque χέρσος est ἡ ἔρημος γῆ καὶ τραχεῖα, Desertum et asperum solum : καὶ πᾶσα γῆ ἄκαρπος καὶ ἀνέργαστος, Omneque solum sterile et incultum. [Theophr. H. Pl. 8, 6, 4 : Ταῖς χέρσοις καὶ διὰ χρόνου κινουμέναις.] Itidemque Gaza ap. Theophr. C. Pl. 3, [13, 3 : Τὰ ἐν τῇ χέρσῳ φυτευθέντα] χέρσον Agrum rudem interpr. Nonnunquam tamen et simpliciter pro Terra s. Solo accipitur, ut quum Philo De mundo dicit χέρσος θαλαττωθεῖσα, Terra admisso mari mersa : ut ibid. : Ἀποτομαί τινες κατακλυζόμεναι τοῖς πάλαι χρόνοις, αὖθις ἠπειρώθησαν, Continens terra factæ sunt quæ olim aquis operiebantur. [Esaias 5, 6 : Ἀναβήσεται εἰς αὐτὸν ὡς εἰς χέρσον ἄκανθα· et ib. 7, 23—25.] Et Theophyl. Ep. 15 : Κυανίζουσαν ὥρᾳ γαλήνης τὴν θάλασσαν εἰκονίζετο· ὅτε καὶ τὴν γείτονα χέρσον ἁπαλῷ περιπτύσσεται ῥείθρῳ, τὸ μανιῶδες τοῦ κλύδωνος καὶ βάρβαρον παρεάσασα, Vicinam terram, s. continentem. Et ante hos Hom. [Il. Δ, 425 : Κῦμα χέρσῳ ῥηγνύμενον μεγάλα βρέμει·] Od. [Z, 95 : Μάλιστα λάϊγγας ποτὶ χέρσον ἀποπλύνεσκε θάλασσα· I, 147 : Κύματα μακρὰ κυλινδόμενα προτὶ χέρσον·] I, 485 : Τὴν δ' ἂψ ἠπειρόνδε παλιῤῥόθιον φέρε κῦμα Πλημμυρὶς ἐκ πόντοιο, θέμωσε δὲ χέρσον ἱκέσθαι, i. e. ἐγγίσαι ἐποίησε τῇ γῇ, Ad terram appulit. Poniturque his in ll. χέρσος et ἤπειρος pro eod., i. e. pro Terra continente, s. Terra quæ aquis non operitur. Opponitur enim ἡ χέρσος, i. e. ἡ ξηρὰ γῆ τῇ κατακλυζομένῃ, Ei quæ operitur undis marinis. [Ἐπὶ χέρσου Τ, 218 : Τὸν δ' ἄρ' ἐπὶ τρόπιος νεὸς ἔκβαλε κῦμ' ἐπὶ χέρσου· et O, 495, Ω, 111, 291. Pind. Ol. 12, 5 : Ἐν πόντῳ νᾶες, ἐν χέρσῳ πόλεμοι· et Nem. 1, 95. Id. fragm. 45, 15 : Ἀμβρόταν χέρσον. Frequentius ap. Tragicos, velut Æsch. Suppl. 31 : Χέρσῳ τῇδ' ἐν ἀσώδει, ex quo loco colligi potest χέρσον etiam in ceteris Tragicorum locis, ubi sine generis nota legitur, femininum esse habendum, ut ib. 177; Pers. 707 : Πολλὰ μὲν γὰρ ἐκ θαλάσσης, πολλὰ δ' ἐκ χέρσον κακά· et 871, Eum. 240, Sept. 860. Soph. fragm. 678. Eur. Hipp. 149 : Διὰ λίμνας χέρσου τε· et Rhes. 67, Hel. 1069, Herc. F. 226. Theocr. 11, 43. Diodor. 3, 14 : Ὅταν ἡ πλημμυρὶς τῆς θαλάσσης ἐπὶ τὴν χέρσον φέρηται· et ib. c. 45; 13, 16, et alibi. Apud Ælian. N. A. 5, 30 : Τῆς ἐν τῇ χέρσῳ διατριβῆς, male aliquot libri τῷ. Fallitur Mœris p. 401, qui χέρσον οὐδετέρως Atticæ, θηλυκῶς communi dialecto tribuit.] Lacones vero τὴν χέρσον γῆν appellant χέῤῥονα, a nom. χέῤῥων, Hesych. [Χέρρονα male scriptum esse pro χέρρον monuit Hemst. ad Thom. p. 535 in Addendis.]

[Χέρρων i. q. χείρων, quod v.]

[Χέρρων. V. Χέρρος.]

[Χερρώνη. V. Χερρόνησος.]

Χερσαῖος, αία, αῖον, Terrestris, ἐν τῇ χέρσῳ διάγων. [Herodot. 4, 192 : Χερσαῖοι κροκόδειλοι τριπήχεις, a quibus differunt οἱ ἐν τῇσι αἱμασιῇσι κροκόδειλοι 2, 69. Ὄρνιθες χ. 7, 119. Schweigh. Τὰ χ. 2, 123 : Ἐπεὰν ἡ ψυχὴ περιέλθῃ πάντα τὰ χ. καὶ τὰ θαλάσσια καὶ τὰ πετεινά. Sic Plut. Mor. p. 669, D; 730, B. Χερσαῖος ἐχῖνος ib. p. 670, D; βάτραχος Lucian. Merc. cond. c. 28, et Adv. indoct. c. 20. Ælian. N. A. 1, 58; 3, 10; 4, 17. Diodor. 1, 35, de hippopotamo : Ποτάμιον ὑπάρχον καὶ χερσαῖον· 2, 50 : X. ἅμα φαίνεται (struthocamelus) καὶ πτηνόν. X. καὶ πεζὸς Plato Tim. p. 40, A.] Philo De mundo : Χερσαίων φθορὰ ζώων, Terrestrium animantium. Itidem χερσαῖαι χελῶναι, Terrestres testudines : et χερσαῖοι μύες, Terrestres mures, ap. Aristot. [H. A. 2, 17] et alios, ad differentiam τῶν θαλασσίων s. ἐνύδρων, Marinorum et aquaticorum. Et Plut. [Mor. p. 965, A, ex poeta] : Χερσαίας δαήμων ἄγρας [ut ἄγρης χερσαίας ... καὶ εἰναλίης Antiphil. Anth. Pal. 9, 14], Terrestris capturæ s. venationis gnarus, i. e. Venationis capturæque animantium terrestrium, ut sunt lepores, cervi, damæ, et hujusmodi : ad differentiam τῆς ἁλιευτικῆς, Piscatus. [Plat. Soph. p. 223, D : Πεζοθηρίας, χερσαίας.] Thuc. 7, p. 255 [c. 67] dicit etiam ἀκοντισταὶ χερσαῖοι, iis verbis intelligens non τοὺς ἠπειρώτας, sed τοὺς ἀπείρους θαλασσῶν, Maria non expertos, schol. [Eur. Andr. 458 : Ὅς σε ... ναύτην ἔθηκεν ἀντὶ χερσαίου κακόν. Lycophr. 480. Plut. V. Solon. c. 27 : Ἀνδρὶ χερσαίῳ κατιόντι πρῶτον ἐπὶ θάλατταν· et V. Arati c. 50. De urbe Plato Leg. 4, p. 704, B : Πόλις ἐπιθαλαττίδιος ἢ χερσαία. Lycophr. 534 : Μαζουσία προῦχουσα χερσαίου κέρως (i. e. Χερσονήσου). Agathias Anth. Pal. 4, 3, 92 : Θάλασσα πόρον χερσαῖον ἀνοίγει. Χερσαίας ὁδοὺς Crinag. ib. 11, 42. Βραδὺς καὶ χ. ἕρως Plut. Mor. p. 750, B. Figurate Æsch. Sept. 64 : Κῦμα χερσαῖον στρατοῦ.] Ajunt χερσαῖα dici etiam Quæ in incultis locis nascuntur : item χερσαίαν dici Terram incultam, s. quæ cultores non habet, sed deserta est. [Ἀσπὶς χερσαία Galen. vol. 14, p. 235, 6; κύων χ. Alex. Aphrodis. De febr., ed. a Demetrio Schina Mus. crit. a. 1821, p. 365, 3. Τρίβολος χερσαῖος Diosc. 4, 15, quem Fraas. Syn. plantt. floræ class. p. 83 opinatur esse Tr. terrestrem L. Hase. Χερσαῖα adverbialiter Arat. 919 : Αἴθυιαι χερσαῖα τινάσσονται πτερύγεσσιν.]

[Χερσακινός. V. Χερρόνησος.]

[Χερσέας. V. Χορσέας.]

Χερσεία, ἡ, dicitur τὸ χερσεύειν s. χέρσον γεγενῆσθαι, Solitudo. [Per ἐρημία exp. Hesych. et Suidas. Apud Suidam male χερσία.]

Χερσεύω, s. Χερσεύομαι, Sum χέρσος, Incultus jaceo s. Negligor, Incultus sum, Non color. Xen. [OEc. 5, 17] : Ὅπου δ' ἂν ἀναγκασθῇ ἡ γῆ χερσεύειν, ἀποσβέννυνται καὶ αἱ ἄλλαι τέχναι. [Et ib. 16, 5. Diodor. 1, 36 : Οἱ χερσεύειν ἐάσαντες τὴν ἐπικεκλυσμένην χώραν. Homil. Clem. 11, 2 : Γῆ ἀπορίᾳ γεωργοῦ χερσεύσασα.] Diosc. 3, 79 : Φύεται δὲ ἐν πετρώδεσι τόποις καὶ γεωλόφοις καὶ ἀνίκμοις, καὶ γωνίαις χερσευούσαις, In angulis incultis et desertis. Pro quo alibi dicit χέρσοις τόποις. Ruell. tamen vertit Limitibus terrenis, ac si dixisset γεώδεσι vel χερσαίαις. Pass. voce Χερσεύεσθαι utitur [Aristot. Meteor. 1, extr.: Οὐκ ἀεὶ ταὐτὰ οὔτε χερσεύεται τῆς γῆς οὔτε πλωτά ἐστι.] Plut. pro χερσοῦσθαι, s. χερσομανεῖν, Sylvescere, aut etiam Sterilescere : quoniam sc. χέρσος vocatur etiam ἡ ἄκαρπος γῆ, Terra quæ fructum non fert, Infructuosa. Plut. [Mor. p. 2, D] : Ἀγαθὴ γῆ πέφυκεν, ἀλλ' ἀμεληθεῖσα χερσεύεται, Bona quidem terra est, sed neglecta sylvescit, In χέρσον degenerat. [Pseudo-Chrys. t. 8, p. 730, C. De malo agricola Philo vol. 2, p. 306, 27, τὰς βαθυγείους καὶ εὐκάρπους ἀρούρας χερσεύειν ἐᾷ· de animabus Basil. t. 1, p. 1010, C, ἐχέρσευον καὶ ἠκανθοφόρουν. Passiv. Artapan. ap. Euseb. Præp. ev. p. 429, D, γῆν χερσευομένην. Hase. || In terra dego. Eurip. Polyidi fragm. 1 : Τὸν παῖδα χερσεύειν (sic Dobræus pro χερσεύει) μόρος. Aristot. Meteor. 1, 14 : Πλείους εἰσὶν οἱ πρότερον ἔνυδροι, νῦν δὲ χερσεύοντες. Plut. Mor. p. 982, B : Χελώνη μὴ δυναμένη χερσεύειν πολὺν χρόνον. Philostr. p. 884 : Τὸ κῆτος ὡς χερσεῦσον ὥρμηκε.]

[Χερσία. V. Χερσεία.]

[Χερσίας, ὁ, Chersias, poeta epicus Orchomenius. Pausan. 9, 38, 9. Fuit æqualis Periandri : v. Plut. Sept. sap. conv. p. 156, F, seqq.]

[Χερσιδάμας, αντος, ὁ, Chersidamas, Priami filius. Hom. Il. Λ, 423; Apollod. 3, 12, 5. || Pterelai filius. Apollod. 2, 4, 5.]

[Χερσικράτης, ους, ὁ, Chersicrates, Heraclida. Strabo 6, p. 269; Timæus ap. schol. Apoll. Rh. 4, 1216.]

[Χερσιμαχία, ἡ, Manuum pugna. Χερσιμαχίας, Πλάτων Νόμων α', glossa Mœridi illata p. 406. Apud Plat. Leg. 1, p. 663, B, nunc legitur : Ἐν ταῖς πρὸς ἀλλήλους ταῖς χερσὶ μάχαις.]

[Χέρσινος (nam hic rectus accentus est), ίνη, ινον.]

Χερσινὸς, Terrestris, itidem ut χερσαῖος. Plin. 9, 10, de testudinibus: Sunt et terrestres quæ ob id in operibus Chersinæ vocantur, in Africæ desertis, qua parte maxime sitientibus harenis squalent, roscido, ut creditur, humore viventes. Vocantur autem χερσιναὶ s. χερσαῖαι ad differentiam τῶν ἐναλίων s. θαλασσίων, Marinarum.

[Χέρσινος, ὁ, Chersinus, fl. Sarmatiæ, ap. Ptolem. 3, 5, ubi v. l. Χεσίνου.]

[Χέρσις, ιος, ὁ, Chersis, Onesili pater, rex Cypri. Herodot. 5, 104. || Gorgi pater, ib. 7, 98; 8, 11. || « Harpagi filius, ex conj. Franzii ad inscr. Lyciam C. I. vol. 3, p. 147, n. 4269, 5. » Hase. || Χέρσις, ἡ, vicus Cyrenaicæ. Ptolem. 4, 4, 5.]

[Χερσίφρων, ονος, ὁ, Chersiphron, templi Dianæ Ephesii conditor. Strabo 14, p. 640; Plin. H. N. 7, 37, 38; Vitruv. 7 præf. 3, 16.]

[Χερσόβιος, ὁ, ἡ, In terra firma vivens. Aetii Alexiph. 36.]

[Χερσογενὴς, ὁ, ἡ, In terra natus. Const. Manass. 400: Ποντογενῆ, χερσογενῆ.]

[Χερσοειδὴς, ὁ, ἡ, Terræ firmæ similis. Dionys. A. R. 2, 63: Χ. σκόπελος.]

[Χερσόθεν, A terra. Pind. Ol. 2, 132. Eur. Hel. 1285: Ὥστ' ἐξορᾶσθαι ῥόθια χ. μόλις· Heracl. 430. Apoll. Rh. 4, 1263. Theod. Prodr. Rhod. 5, p. 189.]

Χερσόθι, In terra, In continenti, ἐν τῇ χέρσῳ, Epigr. [Anth. Pal. 5, 373; 9, 105.]

Χερσομᾰ́νέω, Inculta asperitate insanio; ut ὑλομανέω, Arboribus et fruticibus insanio: i. e. Desertus et Incultus fio, Sylvesco, Incultam naturam induo. Metaph. Greg. Naz. in Epitaph. Patris [vol. 1, p. 296, B]: Λαβὼν ἐκκλησίαν ῥᾳθυμηθεῖσάν τε καὶ χερσομανήσασαν ἐξ ἀναρχίας, πρῶτον μὲν τὰ ἤθη τῶν ἀνθρώπων ἐξημέρωσεν λόγοις ποιμαντικῆς ἐπιστήμης καὶ τῷ προθεῖναι τύπον ἑαυτὸν, pro Ad mores incultos redactam. Bud. [Id. Gregor. t. 1, p. 232, B, χερσομανῶν καὶ ἀκανθοφορῶν. Philotheus Laud. Basil. p. 342, B, χερσομανοῦν καὶ ὑλομανοῦν. Hase. Theodor. Metoch. Misc. p. 576.]

[Χερσομᾰχέω, In terra firma pugno. Theodor. Prodr. Rhod. 4, p. 178.]

[Χερσομάχος, ὁ, ἡ, In terra firma pugnans. Theod. Prodr. Rhod. 4, p. 178: Καὶ χερσομάχων στρατιαῖς καὶ ναυμάχων· et p. 181, 190; 5, p. 205, 225, 229; 2, p. 73.]

[Χερσοναυμάχος, ὁ, ἡ, Terra marique pugnans. Theod. Prodr. Rhod. 5, p. 206: Ἀμφίβιον στράτευμα, χερσοναυμάχοι.]

Χέρσονδε adverbialiter pro ἐς χέρσον, In terram s. continentem. Hom. Il. Φ, [238]: Τοὺς ἔκβαλλε θύραζε, μεμυκὼς ἠΰτε ταῦρος, Χέρσονδε, ζωοὺς δ' ἐσάω κατὰ καλὰ ῥέεθρα, de Scamandro fluvio. [Hom. H. in Apoll. 29. Theocr. 16, 61.]

[Χερσονησιάζω. Χερσονησίζω. V. Χερρονησίζω.]

[Χερσονησίτης. V. Χερρονησίτης.]

[Χερσονησοειδής. V. Χερρονησοειδής.]

[Χερσόνησος. V. Χερρόνησος.]

[Χερσονησώδης. V. Χερρονησοειδής.]

[Χερσοποιέω, Incultum facio. Theodr. Prodr. Ep. fol. 73.]

[Χερσοπορέω, Cum pedestribus copiis progredior. Const. Manass. Chron. 4053: Αὐτὸς αὐτῷ χερσοπορεῖ μέχρι καὶ τῆς Σινώπης.]

[Χερσοπόρος, ὁ, ἡ, In terra firma incedens, Terrestris. Const. Manass. Chron. 4480: Ἄλλο δ' οὐδὲν οὐχ ἔνυγρον, ἀλλ' οὐδὲ χ. Idem Amat. 1, 58.]

[Χέρσος. V. Χέρρος.]

[Χερσόϋγρος, ὁ, ἡ, Terrenus et aquatilis. Const. Manass. Chron. 394: Καὶ ζῷον ἅπαν ἐν αὐτῇ χερσόϋγρον ἐγκλεῖσαι· 4119: Θηρία τὰ χερσόϋγρα. || Χέρσυγρος ib. 410: Ἀεροδρόμον, χέρσυγρον· 4643: Ζῷον χέρσυδρον κάστων ὠνομασμένον. Hic quoque χέρσυγρον scribendum ex cod. Paris.]

Χερσόω, In χέρσον converto [Tzetz. Hist. 2, 27: Τὴν θάλασσαν χερσώσας], Desolo, Efficio ut incultus et desertus fiat. Unde pass. χερσοῦσθαι, Desertum incultumque fieri, Sylvescere, s. In inculti loci instar abire, Bud., afferens hunc adespotum locum: Ἐὰν γὰρ ἀφῇς γεώργιον, χερσωθήσεται, καὶ χορτομανήσει. Et hunc ex Theodor. H. E. 4: Ὁ δὲ γεωργεῖν προσετάχθη τὰς Κάρρας, πόλιν κεχερσωμένην, καὶ ἀκανθῶν Ἑλληνικῶν πεπληρωμένην, καὶ πολλῆς δεομένην φιλοπονίας, sc. ad instituendum Christianismum, ubi metaphora est. [Locus a Budæo pro adespoto allatus est Proverb. 24, 31; unde Greg. Nyss. t. 1, p. 504, D; t. 2, p. 942, D; Basil. t. 2, p. 554, B; Anon. Vita Pachomii Actt. SS. Maii t. 3, p. 33, E; Ammon episc. De eod. ibid. p. 69, B; Callinic. Actt. Hypatii ib. Junio t. 3, p. 345, C. Joseph. Can. de S. Tychone ibid. p. 95, E, ψυχὰς χερσωθείσας. Nilus Epist. p. 307, 9, ἐρημωθεῖσα καὶ χερσωθεῖσα ψ. Proprie de solo Philo vol. 2, p. 485, 22, τὸ χερσωθὲν ἔδαφος. Hase.] Itidem Plutarch. [Mor. p. 10, D]: Γῆν καταλαβὼν κεχερσωμένην, Terram desertam incultamque et squalentem, utpote diu neglectam. De humano etiam genere dictum legitur Sapient. 14, [19] de impiis: Σαλεύσει αὐτοὺς ἐκ θεμελίων, καὶ ἕως ἐσχάτου χερσωθήσονται, ubi vulg. Versio habet, Usque ad supremum desolabuntur. [Sterilesco, Clem. Al. p. 252: Αἱ τὴν ἐπιφάνειαν καλλωπιζόμεναι καὶ τὰ βάθη χερσούμεναι. Wakef. Schol. Theocr. 16, 94: Κεχερσωμέναι χῶραι.]

[Χέρσυγρος. V. Χερσόϋγρος.]

Χέρσυδρος, vide in Ὕδρος et Χέλυδρος supra [et s. v. Χερσόϋγρος].

[Χερσώδης, ὁ, ἡ, Dumosus, Gl.]

[Χερσὼν, ῶνος, ἡ. V. Χερρόνησος.]

[Χέρσωσις, ἡ, In continentem terram mutatio, θαλάσσης, in lemmate codicis Allegoriarum Homer. Tzetzæ, proleg. 12. Boiss. || Efferatio, Incultus, si quidem legend. χερσώσεως ap. Procop. Gaz. In Esaiam p. 388, C, ubi ed. τῆς τοῦ λαοῦ τῶν ἀπίστων χέρσεως. Hase.]

[Χερτόβαλος, ἡ, Chertobalus, oppidum Pannoniæ. Ptolem. 2, 14 (15), 3.]

[Χερύδριον, τό. HSt. s. v. Χείρ:] A χεὶρ autem constat esse dimin. Χειρύδριον, sive Χερύδριον: cujus plur. χερύδρια, Manus parvæ, extat in Moschi Idyllio quod inscribitur Amor fugitivus [13]: Μικκύλα μὲν τήνω τὰ χερύδρια, μακρὰ δὲ βάλλει. In VV. LL. annotatur ex Polluce χειρίδιον fuisse Instrumentum instar manus, repurgandis pavimenti parietumque sordibus accommodatum.

[Χερωΐς· εἶδος δρυὸς, Hesych. Est ἀχερωΐς.]

[Χεσᾶς, ᾶ, ὁ. HSt. s. v. Χεσείω:] Ab eodem Aristoph., teste eodem Suida, quidam dicitur Χεσᾶς per risum, forsan qui semper vultum cacaturientis gereret. [Non χεσᾶς ap. Aristoph. legitur, sed Πατροκλείδης χεζητιῶν Av. 790, ubi schol.: Π. καταςχημονῶν τῶν στρωμάτων· διὸ καὶ χεσᾶς ἐλέγετο. Sic etiam Pollux 5, 91: Χέσαι, ὅθεν καὶ χεσᾶς Πατροκλείδης, ubi olim falso accentu χέσας, recto ap. Eustath. p. 1000, 12. V. de hoc genere nominum Lobeck. ad Phrynich. p. 434.]

Χεσείω, Cacaturio, Cacare et alvum evacuare cupio. Aristoph. Nub. [295]: Κεἰ μὴ θέμις ἐστὶ, χεσείω. Sic ἐμεσείω, Vomiturio. Affert alium ex Eod. locum [Eq. 888] Suidas, exponens ἐπείγομαι χέσαι, ἐπιθυμητικῶς τοῦ χέσαι ἔχω.

[Χέσινος, ὁ, Chesinus, fl. Sarmatiæ. Ptolem. 3, 5, 2, ubi var. lect. Χέρσινος.]

[Χέσιππος, ὁ. Cicero De N. D. 1, 34, 93: « Zeno ... Socratem ... scurram Atticum fere dicebat, Chrysippum nunquam nisi *Chesippum* vocabat. »]

[Χεσιφωνέω. V. Χθεσιφωνέω.]

[Χέσουφις, ιος, ὁ, Chesuphis, Ægyptius. Polyb. 23, 16.]

[Χεττaία, ἡ, Chettæa, vicus Marmaricæ. Ptolem. 4, 5, p. 276, 10.]

[Χεττaῖοι, οἱ, Chettæi. Suidas: Χ., ὄνομα ἔθνους, οἱ Χαναναῖοι. Χεττaῖος, Chanaani filius, memoratur ab Josepho A. J. 1, 6, 2.]

[Χεῦαι. V. Χέω.]

Χεῦμα, τὸ, Id quod fusum, s. effusum aut diffusum, fluit, Flumen; idem enim significat quod ῥεῦμα. [Per ῥεῦμα, ὕδωρ exp. Hesych., quod ῥεῦμα ὕδατος scriptum ap. Suidam.] Longin. [13, 1]: Ὅτι μέντοι ὁ Πλάτων χεύματί τινι ἀψοφητὶ ῥέων, οὐδὲν ἧττον μεγεθύνεται, In modum leniter fluentis aquæ. [Photius p. 534, 1, ex eoque Suidas: Σταθερόν· ... τινὲς καὶ ἐπὶ τοῦ στασίμου, ὡς Αἰσχύλος ἐν Ψυχαγωγοῖς « Σταθεροῦ χεύματος. » Sæ-

pissime de mari et fluminibus dicitur. Æsch. fragm. 192 : Ἐρυθρᾶς ἱερὸν χεῦμα θαλάσσης. Idem Ἐρασίνου et Τρίτωνος χεῦμα dixit Suppl. 1020, Eum. 293. Eurip. ap. Stob. Flor. 75, 4 : Πόντου χεῦμ' εὐήνεμον· Hel. 1320 : Ποταμίων χεῦμ' ὑδάτων. X. Ἀμφιτρίτης Dionys. P. 297; Εὐρώταο Antiphil. Anth. Pal. 5, 307; Ἀμφρύσου Orph. Arg. 190; Ἠριδανοῖο Nonn. Dion. 2, 152, et de mari ib. 398 : Ἑσπέριον παρὰ χ., et ap. anon. Anth. Plan. 125 : Αἰεὶ Λαρτιάδῃ πόντος βαρύς· εἰκόνα χεῦμα ἔκλυσε· ubi frustra κῦμα correctum est. De imbre Nonn. Dion. 3, 210: Χεύματι λυσσήεντι κατέκρυφε δύσνιφον ὕδωρ. Nec raro numero plurali, ut ap. Pind. Nem. 9, 94 : Σκαμάνδρου χ. Æsch. Suppl. 1029 : Ποταμοὶ λιπαροῖς χεύμασι γαίας τόδε μειλίσσοντες οὖδας. Eur. El. 172 : Ποταμίοις παρὰ χεύμασι. Εὐρίπου et Ἰσμηνοῦ χεύματα Iph. A. 166, Phœn. 800. Orph. Arg. 1054 : Χεύμασιν ἁπλήτοισι περισχίζουσι ῥέεθρα Φᾶσίς τ' εὐρυμενὴς ἀκαλαρρείτης τε Σαράγγης. Procl. Hymn. 2, 25 : Ληθαίοις χ.] Pro Libamen et χοὴ accipitur in hoc ap. Suid. ex Aristoph. schol. loco [Sophoclis OEd. Col. 471] : Ὅταν δὲ χεῦμα τοῦτ' ἀκήρατον λάβῃς. [Ubi de aqua fontana dictum est.] Subjunguntur enim ap. eos hæc verba loco Soph. in Χοὴ citando. [Eur. Herc. F. 892 : Τᾶς Διονυσιάδος βοτρύων ἐπὶ χεύμασι λοιβᾶς. G. D. Greg. Nyss. t. 2, p. 1034, D. Philostephanus ap. Jo. Tzetz. Chiliad. 7, 673, χεῦμα δέδεικται αἰνότατον λίμνη. Jo. Philop. De cr. mundi p. 55, 25, ἀέρος χ. καὶ ῥεῦμα. Orac. Sibyll. 4, 82, βαθὺ χ. 11, 254, παρὰ χεύμασι Νείλου. Euseb. Hist. eccl. p. 380, D, πολλῷ τῷ χ. τοῦ νάματος· sicut Orpheus ap. eund. Præp. ev. p. 665, C, περὶ χεῦμα νάματος. Hase. || Figurate de oratione fluente Longinus l. supra ab HSt. citato. Julian. Anth. Pal. 9, 661 : Κρατεροῦ κρατεροῖς ὑπὸ μύθοις ἄρδομαι εὐμούσοις χεύμασι τηλεθάον (δένδρον).] || Χεύματα dicuntur etiam Vasa quædam escaria, uti disci : forsan quoniam ex stanno, aliove metallo fusili sunt confecta, [ut χεῦμα φαεινοῦ κασσιτέροιο est ap. Hom. Il. Ψ, 561]. Pollux 6, c. 13 [§ 84] : Καθ' ἕκαστον δὲ οὓς μὲν δίσκους καλοῦσιν, ἐρεῖς κύκλους ἀργυροῦς, ἢ χεύματα ἀργυρᾶ, ἢ πίνακας. [Memorat iterum 10, 82. Herodot. 1, 51 : Χεύματα ἀργύρεα κυκλοτερέα. Χεύμασι per προχοὴ (προχόη codex Hesychii) exp. Hesych., Suidas et Lex. Seg. ap. Bachm. Anecd. vol. 1, p. 415, 3 (ubi codex χευμασίπροχον). Cui glossæ quæ ap. hos grammaticos addita sunt, ἡ ἐκ δεξιῶν καὶ ἀριστερῶν ἔχουσα θάλασσαν, ad χερσονήσου vocabuli explicationem pertinere monuit Schowius ad Hesych. p. 785.]

[Χεύω. V. Χέω.]

Χέω, Fundo. Triplex habet futurum : quorum primum ex sese sumit, χέσω regulariter : unde χεθῆναι, Fundi s. Diffundi : ex quo particip. χεθείς, Fusus, s. Late diffusus, ut Suid. χεθέντος exp. πλατυνθέντος. Secundum itidem ex sese, sc. χείσω, assumpto ι, de quo infra in χέω significante Capio. Tertium, quod est χεύσω, mutatitium habet, ab inus. them. Χεύω. Quibus et quartum addere queas, χύσω, a χύω, de quo themate, itidem fortasse inusitato, seorsim agam propter derivatorum multitudinem. Præcedens autem χεύσω ita ex se format ut πλέω ex sese πλεύσω facit, πνέω, πνεύσω, ῥέω, ῥεύσω. Ex quo χεύσω fit aor. 1 ἔχευσα : pro quo dempto σ dicitur Ἔχευα, nec non Ἔχεα, dempto præterea υ. [Valde imperfecta sunt quæ de formis verbi Χέω tradidit HSt. Præsenti Χεύω, quod Hesych. posuit Χεύει per ῥεῖ interpretatus, fortasse conjunctivo χεύῃ alicubi lecto, recentiores poetæ epici usi sunt ficto ex aoristi forma vetere epica Ἔχευα ejusque conjunctivo Χεύω. Sic Oppian. Cyn. 2, 127 : Χέρσον δμοῦ καὶ νῆσον, ἐμὴν πόλιν, ὕδατι χεύων. Nonn. Dion. 18, 344 : Πόθεν τάδε δάκρυα χεύεις; Dionys. P. 52 : Τὸ Περσικὸν οἴδμα προχεύων, et περιχεύεται Nicand. Th. 255; ἐκχεύετον idem ap. Athen. 15, p. 683, 34; συγχεύειν Apollin. Psalm. 139, 8; ἐπιχευομένων 31, 12. Qui omnes hanc formam vitare potuissent, si χείω dicere eis placuisset, ut ἐγχείῃ pro ἐγχέῃ dixit Hom. Od. I, 10, et Hesiod. Theog. 83 : Τῷ μὲν ἐπὶ γλώσσῃ γλυκερὴν χείουσιν ἔέρσην, quod male χεύουσιν scriptum est ap. Themistium Or. 9, p. 122, A, et in codd. multis ap. Aristid. vol. 2, p. 98, προχέουσιν ap. Stobæum Flor. 48, 12. Alia per errorem huc relata sunt, velut καταχεύεται et περιχεύεται ap. Hom. Od. Ψ, 159, et Hesiod. Op. 583, qui conjunctivi aoristi epici esse possunt pro περιχεύηται et καταχεύηται, aut Apoll. Rh. 2, 926 : Χύτλα τέ οἱ χεύοντο καὶ ἤγνισαν ἔντομα μήλων, recte a Brunckio in χεύαντο mutatum, quemadmodum 1, 565 : Κὰδ δ' αὐτοῦ λίνα χεῦαν pridem erat restitutum pro χεῦον, quod est in cod. Flor. et ap. schol. Hom. Il. Π, 183, et Etym. M. p. 424, 50, nisi quod Etymologici duo codd. optimi χεύων habent. Suspectum etiam quod ap. Eurip. Ion. 148 legitur : Χρυσέων δ' ἐκ τευχέων ῥίψω γαίας παγὰν, ἂν ἀποχεύονται Κασταλίας δῖναι, quod is fortasse ἀποχεύωνται dixerat. Neque El. 181 δάκρυσι χεύω scripserat, sed δάκρυσι νυχεύω, quod metro et sententia postulante restituit Hermannus. Deterior etiam aoristus est ἔχευσα, ab librario illatus Anth. Pal. 14, 124, δάκρυα χεύσας pro χεύας, ut in fragm. Alcæi ap. Athen. 15, p. 687, D, Κὰδ δὲ χευάτω, in codice corruptum est in κὰδ δ' ἐχεύσατο, relinquendus fortasse Apollin. Psalm. 61, 16, περιχεύσατο, dubius vero ap. Andromachum Galeni vol. 13, p. 876, ἐγχεύσας, qui fortasse ἐγχεύας scripserat. Ceterum notandus Aristarchi error est, qui ap. Hom. Il. Γ, 270 : Μίσγον, ἀτὰρ βασιλεῦσιν ὕδωρ ἐπὶ χεῖρας ἔχευαν, si vera tradidit scholiasta, ἔχευον scribi voluit propter imperfectum μίσγον, quod perineptum argumentum est. Eustathius quod locis non paucis, quos Devarius in Indice collegit, præseus χεύειν ut Homericum posuit, grammaticorum more fecit, qui ab aoristis quibusvis præsentia fingere solent : cui errori alios addunt grammatici in Etymol. M. p. 809, 34, sic de conjugatione hujus verbi scribentes : Περὶ τοῦ χεύσω καὶ πνεύσω μέλλοντος εὗρον ἐγὼ ἐν τοῖς Εὐλογίου τοῦ σχολαστικοῦ δυσκλίτοις ῥήμασι, μὴ εἶναι ἀπὸ τοῦ χέω καὶ πνέω κατὰ πλεονασμόν. Φησὶ γὰρ οὕτως· εἰδότες γὰρ ὡς οὐδέποτε τὸ ε διὰ τοῦ υ μηκύνεται, μᾶλλον τὸ πνεύω καὶ χεύω ἐνεστῶτας παραδεχόμεθα· ὧν ἐστιν ὑπόμνησις παρὰ τῷ ποιητῇ· τὸ γὰρ ἔκηλος εὔκηλος πλεονασμὸν ἔχει· ὅπερ πάθος, οὐκ αὔξησις. — Χεῶ· χέω χεύσω· ὁ δεύτερος ἀόριστος ἔχεον· ὁ μέλλων δεύτερος χεῶ. Τὰ εἰς ω καθαρὰ δισύλλαβα βαρύτονα τῷ ε παραληγόμενα δύναται ἐπὶ δευτέρου καὶ τρίτου προσώπου συναίρεσιν δέξασθαι. Πλεονασμῷ τοῦ υ, κατὰ τὸν μέλλοντα, χεύσω· ὁ παθητικὸς ἀόριστος ἐκ τοῦ παθητικοῦ παρακειμένου, ἐχέθην ἐχέθης· ἐξῆλθε τὸ υ, διὰ τὴν κακοφωνίαν· ὁ ἐνεργητικὸς πρῶτος ἀόριστος, ἔχευα καὶ ἔχεα. Χεύω Æolice pro χέω dictum cum θεύω et νεύω eadem in dialecto pro θέω et νέω dictis comparat Greg. Cor. p. 612. Usitatissima verbi forma ap. Homerum et alios scriptores omnes est χέω, χέομαι cum imperfecto ἔχεον, ἐχεόμην, syllabis εω et εο nusquam contractis, nisi quod ἐγχεῦντα pro ἐγχέοντα dixit Theocr. 10, 54, εε vero et εει modo solutis modo contractis, inter quas formas sæpe variant libri. Solutas improbat Thomas M. p. 366, ἔχει, ut ἔρρει ἔπλει ἔθει dici jubens, non ἔχεεν ἔπλεεν et ἔρρεεν, quemadmodum Phryn. p. 220, ῥέει ζέει πλέει ἐδέετο ἐπλέετο Ionica, non Attica, esse docet reprehenditque Phavorinum qui προσδέεσθαι pro προσδεῖσθαι dixerit : ubi Lobeck. p. 222 : « Addit Thomas non ἔχεε, sed ἔχει dicendum esse, quod præscriptum plerique servant, non evitata illa ambiguitate, cujus caussa Buttmannus putat diæresin inductam esse. Ac si quis eo inclinet ut ἔχει imperfecti, ἔχεε aoristi esse censeat, ut κατέχεε Aristoph. Nub. 74, Demosth. p. 1124, Aristid. vol. 1, p. 546, Alciphr. 3, 53; συνέχεε Plat. Rep. 2, p. 379, E, Plut. V. Pelop. c. 23, 29, et sæpius, ἐνέχεε Pherecr. ap. Athen. p. 430, D, Lucian. Bis accus. c. 34, ἐξέχεε Dial. meretr. 15, Themist. Or. 2, p. 27, A, Synes. p. 139, B, etc., etc., si igitur in his locis formam non contractam aoristi esse contendat, quem sane multi videntur pro imperfecto habuisse, tamen non diffitebitur vitiosam diæresin certis indiciis argui : ἔγχεε Doroth. ap. Athen. 9, 78, ἐπίχεε Dioscor. 1, 59, 63, Clidem. ap. Athen. 9, 78, Zosim. 5, 32; καταχέεις Galen. vol. 7, p. 123; μεταχεέσθω Geopon. 2, 8, p. 114; συγχέειν Eustath. p. 388. Quid horum genuinum sit, tantum in iis scriptoribus probabiliter judicari licet, quorum aut codices multi et accurate recogniti exstant, aut stilus nobis notior est, ut v. c. Æliani, apud quem ἐξέχεε et καταχέει (fort. καταχέοι) legitur

N. A. 2, 50; 9, 14.» Alia utriusque formæ exx. collegerunt Schæferus ad Greg. Cor. p. 431, aliique, quæ nihil attinet pluribus augere, quum Phrynichi auctoritas potior sit habenda codicibus. Ἐνέχεις metro postulante legitur ap. Aristoph. Pl. 1021, χεῖτε ap. Theocr. 1, 118. || Futurum est Χέω, eodem quo præsens accentu, quemadmodum formæ contractæ καλῶ τελῶ et præsentis καλέω τελέω et futuri καλέσω τελέσω significationem habent. Sic ap. Eurip. Thes. fragm. 1 : Κάρα τε γάρ σου συγχέω ... Plat. com. ap. Athen. 14, p. 665, C : Παραχέων ἔρχομαι· et apud recentiores quoque, velut Hesych. qui Καταχρίσω (corruptum ex καταχαχρύσω, quod restituit Cobet. Var. Lect. p. 362) per συγχέω, ταράξω explicat. Alexandrini vero χεῶ scripserunt, quem accentum probat Chœrob. In Theodos. p. 663, 11, ubi de futuris secundis περισπωμένοις agit : Σημειοῦται δὲ τὸ ἐχεῶ (sic recte ap. Bekk. Anecd. p. 1290, non ἐχέω, ut ap. Gaisfordium scriptum est contra mentem grammatici) δευτέρου μέλλοντος, οἷον καὶ τὸ κατακλιεῖ παρ' Εὐπόλιδι. Et sic ἐχεῶ est apud Jerem. 6, 11, Ezech. 7, 8; 12, 14; 14, 19; 21, 31; 30, 15, et alibi non raro in V. T., pariterque ἐχεεῖς ἐχεεῖ ἐχεοῦσιν, quas formas alienas fuisse ab usu veterum secunda tertiaque persona singularis ostendit, quæ apud eos non χεεῖς et χεεῖ est, ut esse deberet, si prima χεῶ esset, sed χεῖς et χεῖ, quæ ex χέεις et χέει contracta sunt. Sic ap. Aristoph. Pac. 169 : Οὐ κατορύξεις καὶ μύρον ἐπιχεῖς. Demosth. p. 407, 16 : Οὐ γὰρ ἐγὼ κρίνομαι τήμερον οὐδ' ἐγχεῖ μετὰ ταῦθ' ὕδωρ οὐδεὶς ἐμοί. Dionys. A. R. 6, 62 : Διαχεῖ καὶ διαλύσει τὰ βουλεύματα, quod in libris διαχέει scriptum eodem errore quo 11, 31, συγχέειν et ἐχχέειν legitur pro συγχεῖν et ἐχχεῖν, quod notavit Cobetus l. c. Futuri formam mediam ex Isæo p. 61, 21, memorat Buttmann.: Χεόμενον καὶ ἐναγιοῦντα, in libris nonnullis in χρώμενον corruptam. || Aoristi epici ἔχευα et ἐχευάμην exx. sunt in locis ab HSt. infra allatis. Conjunctivus χεύωσιν est ap. Hom. Il. H, 861, et correpta syllaba penultima χεύομεν pro χεύωμεν, quod futuri signif. habet, ib. 336 : Τύμβον ... χεύομεν, sequente ποιήσομεν, ut χεύω Od. B, 222 cum κτερείξω conjunctum est. Attica et vulgaris aoristi forma est ἔχεα, cujus frequentia per omnes modos exempla sunt; rarior imperativi persona secunda est, cujus exemplum præbet compositum ἔχχεον Eurip. Cycl. 568. Forma media ἐχεάμην est ap. Herodot. 7, 43, Æsch. Pers. 220, Soph. OEd. C. 477, aliosque. De perfecto κέχυκα et κέχυμαι, aliisque temporibus, in quibus litera ε in υ transiit, infra dicetur ubi HSt. de formis Χύνω et Χύω separatim egit. Inter illa tempora aoristus quoque est ἐχύθην, pro quo recentiores Græci ἐχέθην dixerunt, de quo Lobeck. ad Phryn. p. 731 : « Aoristi passivi antiqua forma est ἐχύθην, recentior ἐχέθην, ab Etymol. agnita s. Χέω, quam nimium frequenter obliterarunt critici. Primum in Hesychio v. Δευτερίναρ, ὁ μετὰ τὸ ὕδωρ ἐπιχυθῆναι εἰς τὰ στέμφυλα οἶνος, revocanda est pristina lectio temere mota. Tum Suidæ v. Οἰωνισμὸς asserendum ἐχέθη, cui Kust. ἐχύθη substituit. Eodem errore Heynius Apollod. 1, 7, 2, 4, innocentissimum συνεχέθη exagitavit, quod etiam in Theophili Institt. l. 1, tit. 1, § 27, in veterem possessionem, unde a Gothofredo pulsum est, remigrabit. Antiquissimum hujus formæ, quæ fere nullo loco quieta intactaque fuit, auctorem nominare possum Philonem De migr. Abrah. p. 406 ἀναχεθῆναι usurpantem. Posthac magis ac magis increscit et fit manifestior. Χεθείη, Galen. De elem. 1, 4, 10; χεθεῖσα, Callistratus Imagg. 7, p. 898; κατεχέθη, Ælian. N. A. 5, 3, ubi Schneiderus κατεχύθη correxit. Ἐπιχεθεῖσα, Himer. Or. 7, p. 522; περιχεθεὶς, Tzetz. Chil. 1, 19, p. 509; περιεχέθη, Basil. Ep. ad Monach. laps. vol. 3, p. 9; συνεχέθη, Harmenop. Man. 2, tit. 1, p. 107, Nicet. Ann. 16, 5, p. 319, Synes. Ep. 67, p. 208. Χεθέντων, Niceph. Greg. 3, 3, p. 38; conf. 2, 5, p. 21; χεθῶσι, 5, 5, p. 84. Suidæ glossa Χεθέντος, πλατυνθέντος, pertinet fortasse ad Theologi locum Or. 4, p. 113 : Τοῦ σωτηρίου λόγου χεθέντος. Χεθήσεσθαι, Fusile fore, Galen. Comm. in Aphor. 7, p. 317.» Quæ tamen inter exempla plura sunt non scriptoribus, sed librariis imputanda. Nam Apollodorum certe et Galenum multo probabilius est vetere usos esse forma χυθῆναι χυθήσεσθαι quam novitia χεθῆναι χεθήσεσθαι, quæ fortasse ne Callistrato quidem relinquenda. Multo minus Æliani Himeriique loci afferri debebant. Nam Æliano κατεχέθη Gronovii errore illatum est pro κατεχύθη, quod est in codicibus, Himerio vero (p. 61, 46), ubi solum apogr. Cantabrig. ἐπιχεθεῖσα, Barocc. ἐπιχθεῖσα, codex Rom. ἐπισχεθεῖσα, veram scripturam restituit Dübnerus ἐποχηθεῖσα. Nam insula ibi memoratur ἐποχηθεῖσα πᾶσιν αἰγιαλοῖς καὶ πᾶσι πεδίοις, quæ non potuit ἐπιχεῖσθαι dici. G. D.] Hæc de formatione temporum tam regulari quam irregulari : venio nunc ad exempla. Pro Fundo igitur vel Effundo aut Diffundo utuntur et poetæ et prosæ scriptores, idque cum in propria, tum metaphorica signif. In propria quidem, de rebus liquidis. Hom. Od. K, [518] : Βόθρον ὀρύξαι ὅσον τε πυγούσιον ἔνθα καὶ ἔνθα, Ἀμφ' αὐτῷ δὲ χοὴν χεῖσθαι πᾶσι νεκύεσσι, Πρῶτα μελικρήτῳ, μετέπειτα δὲ ἡδεῖ οἴνῳ. [Ubi notanda forma contracta χεῖσθαι, pro qua χέεσθαι dicturus erat poeta, si per metrum licuisset.] A, [146, et alibi non raro] : Ὕδωρ ἐπὶ χεῖρας ἔχευαν, Aquam super manus fuderunt, i. e. Aquam infudere manibus. [Il. Π, 385, de pluvia : Ἧματ' ὀπωρινῷ, ὅτε λαβρότατον χέει ὕδωρ Ζεύς· M, 281, de nive : Ζεὺς κοιμήσας ἀνέμους χέει ἔμπεδον· ubi nivem intelligi ex præcedente νιφέμεν et verbis sequentibus apparet. Eur. Cycl. 328 : Ὅταν βορέας χιόνα χέῃ. Æsch. Suppl. 1027 : Ποταμοὺς οἳ διὰ χώρας θελεμὸν πῶμα χέουσιν. Soph. Phil. 293 : Πάγου χυθέντος οἷα χείματι. Eur. Hipp. 748 : Κρῆναι ἀμβρόσιαι χέονται.] Et alibi [Od. Δ, 214] χευάντων pro χεέτωσαν, Fundant. Sic Soph. [El. 84] : Πατρὸς χέοντες λουτρὰ, Patris lavacra fundentes s. effundentes : vel potius, subaudiendo κατὰ, Infundentes patri aut super patrem, Patrem aspergentes lavacris. Et Theocr. 7, [82] : Οὔνεκά οἱ γλυκὺ μοῖσα κατὰ στόματος χέε νέκταρ, Ori infudit dulce nectar. Est enim aor. 1 pro ἔχεε, ab ἔχεα pro ἔχευα. Rursum Od. Ω, [46] : Πολλὰ δέ σ' ἄμφι Δάκρυα θερμὰ χέον Δαναοὶ, Multas circum te fundebant lacrymas, i. e. Multis te lacrymis deplorabant. [Sic etiam Il. Π, 3, Σ, 17, 235, et passiv. Od. Δ, 523 : Πολλὰ ... δάκρυα θερμὰ χέοντο. Eur. Cycl. 404 : Δάκρυ' ἀπ' ὀφθαλμῶν χέων. De sanguine effuso Or. 1398 : Ὅταν αἷμα χυθῇ κατὰ γᾶν· et El. 486, 514. Forma med. Plato Tim. p. 83, E : Ὅσα τε ἄλλα τοιαῦτα σῶμα τὸ καθ' ἡμέραν χεῖται καθαιρόμενον.] Transfertur porro et ad nonnulla quæ liquida non sunt, veluti quum Hom. Od. N, [199] dicit, Περὶ γὰρ θεὸς ἠέρα χεῦεν Παλλὰς Ἀθηναίη, κούρη Διὸς, ὄφρα μιν αὐτὸν Ἄγνωστον τεύξειε· ex quo Virg. Æn. 1 : Et multo nebulæ circum dea fudit amictu, Cernere ne quis eos neu quis contingere posset : alibi pro eo dicens, Obscuro gradientes aere sepsit. Ubi ut ἀέρα χέειν dicitur deus, ita vicissim ipse aer χεῖσθαι, pro Fundi, s. Diffundi et spargi, velut in Axiocho [p. 371, D] : Οὔτε γὰρ χεῖμα σφοδρὸν οὔτε θάλπος ἐγγίνεται, ἀλλ' εὔκρατος ἀὴρ χεῖται ἁπαλαῖς ἡλίου ἀκτῖσιν ἀνακιρνάμενος, Funditur, s. Fusus est et sparsus : ut Ciceroni quoque Aer fusus et extenuatus sublime fertur. [Hom. Il. Υ, 321 : Κατ' ὀφθαλμῶν χέεν ἀχλύν· Χ, 468 : Τῆλε δ' ἀπὸ κρατὸς χέε δέσματα· Ψ, 765 : Κὰδ δ' ἄρα οἱ κεφαλῆς χέ' ἀϋτμένα· Od. Ψ, 156 : Κὰκ κεφαλῆς χεῦεν πολὺ κάλλος Ἀθήνη· Λ, 588 : Δένδρεα ... κατακρῆθεν χέε καρπόν. Hesiod. Op. 421 : Ὕλη ... φύλλα δ' ἔραζε χέει. Forma media Il. O, 590 : Βέλεα στονόεντα χέοντο. De morbo per corpus fuso Soph. Tr. 853 : Κέχυται νόσος.] Rursum Od. H, [286] : Ὕπνον δὲ θεὸς κατ' ἀπείρονα χεῦεν, Somnum per totam terram diffuderat, veluti diffundendo sparserat. [Immo ὕπνον ἀπείρονα κατέχ.] Præcedenti vero ejus l. similior hic Il. E, [314] : Ἀμφὶ δ' ἓὸν φίλον υἱὸν ἐχεύατο πήχεε λευκὼ, Candida circum filium fudit brachia, pro Molliter amplexa est filium candidis ulnis; ὑγρότητα enim quandam denotat hoc verbum χέειν. Similiter autem nota ibi activum mediæ vocis usum, ut et ap. Aristoph. Vesp. [1020] : Εἰς ἀλλοτρίας γαστέρας ἐνδὺς κωμῳδικὰ πολλὰ χέασθαι, Multa comica fudisse : ut Cic. quoque Oracula fundere dicit, et Orationem numerose et volubiliter fundere : nec non Versus fundere ac Verba fundere. Et in hoc Oppiani Cyn. 3, [172] : Χιὼν ὅτε πάντα παλύνει, Ἑσπε-

ρίου ζεφύρου πανεπήτριμα χευαμένοιο, Densissime eam fundente spargenteque. [De voce Hom. Od. T, 521 : Ἀηδὼν χέει πολυηχέα φωνήν. Hesiod. Sc. 396 : Τέττιξ ... χέει αὐδήν. Æsch. Sept. 73 : Πόλιν ... Ἑλλάδος φθόγγον χέουσαν· fragm. 34 : Εὐοδίαν μὲν πρῶτον ἀπὸ στόματος χέομεν· Suppl. 631 : Εὐκταῖα γένει χεούσας. Pind. Isthm. ὅ, 129 : Θρῆνον ἔχεαν.] || Χέομαι, Fundo, Libamina manibus fundo, Supina manu libo, ut Serv. Fundo ap. Virg. exp. Isæus [p. 62, 40] : Ποῦ δ' ἔτι ὄντες οἱ παῖδες ἐναγίζουσι καὶ χέονται, Libamina manibus fundunt, Inferias faciunt, τὰ νομιζόμενα ποιοῦνται. Et rursum [p. 61, 21] : Ἐπὶ τὰ μνήματα ἰέναι χεόμενον καὶ ἐναγιοῦντα. Bud. p. 765. Addito accus. [Hom. Od. Λ, 26 : Χοὴν χεόμην πᾶσιν νεκύεσσιν· et K, 518. Æsch. Choeph. 85 : Τύμβῳ χέουσα τάσδε κηδείους χοάς· 90 : Χέουσα τόνδε πέλανον ἐν τύμβῳ πατρός· 127 : Χέουσα τάσδε χέρνιβας βροτοῖς· Pers. 216 : Χοὰς γῇ τε καὶ φθιτοῖς χέασθαι (et simil. Soph. OEd. C. 477)· Choeph. 156 : Κεχυμένων χοᾶν.] Apoll. Arg. 2, [926] : Χύτλα τέ οἱ χεύοντο, Ei libamina et inferias fundebant.

[|| Χέομαι, Fundor, i. e. Prodeo. Hom. Il. T, 356 : Τοὶ δ' ἀπάνευθε νεῶν ἐχέοντο. De ovibus quæ confertæ funduntur super se invicem, Il. E, 141 : Αἱ μέν τ' ἀγχιστῖναι ἐπ' ἀλλήλῃσι κέχυνται. De procis prostratis Od. X, 89 : Ὡς τότ' ἄρα μνηστῆρες ἐπ' ἀλλήλοισι κέχυντο. De anseribus occisis T, 539 : Οἱ δ' ἐκέχυντο ἀθρόοι. Diffundo, Pind. Pyth. 4, 75 : Ἐν ... νάσῳ κέχυται Λιβύας ... σπέρμα· quod per διεχύθη exp. schol. Isthm. 1, 4 : Δᾶλος, ἐν ᾇ κέχυμαι· ubi schol.: Τουτέστιν ἐφ' ᾗ νῦν τῇ Δήλῳ τὴν σπουδὴν εἶχον τῆς γραφῆς.] || Χέω, Fundo (ea signif. qua Quintil. dicit, Neque enim, quanquam fusis omnibus membris, statua fit, nisi collocetur. Et ea signif., qua dicitur aurum Fusile), i. e. Liquefaciendo diffundo et diffluere facio. Galen.: Τὴν μὲν πύκνωσιν ἰᾶσθαι χρὴ τοῖς ἀραιοῦσι, τὴν δὲ πίλησιν τοῖς χέουσι. Itidemque χέεσθαι est Liquatum diffundi ac diffluere. Herodian. 8, [4; 27] : Φερομένη δὲ ἡ πίσσα σὺν οἷς προείρηται, δυομένη τε διὰ τῶν γεγυμνωμένων τοῦ σώματος, εἰς πᾶν ἐχεῖτο, Per omnes corporis partes diffundebatur : liquefacta sc. igni, quocum emittebatur. Hinc χρυσοχόοι et ἀργυροχόοι, nec non χόανος infra cum suis derivatis. || Item σῆμα vel τύμβον alicui χεῦαι dicitur aliquis pro χῶσαι, s. διὰ χυτῆς γῆς ἀναχωματίσαι, Ex terra fusili educere, ut Eust. exp. cum schol. Homeri, qui χέειν interdum poni ait pro γῆν ἐπιχέειν τοῖς τεθνεῶσι, Terra obruere mortuos : quod est Humare, Humo condere, Sepelire. Frequens autem est id loquendi genus ap. Hom. Il. Ψ, [46] : Πρίν γ' ἐνὶ Πάτροκλον θέμεναι πυρὶ, σῆμά τε χεῦαι, Κείρασθαί τε κόμην· et [257] : Χεύαντες δὲ τὸ σῆμα, πάλιν κίον· Od. Α, [291] : Σῆμά τέ οἱ χεῦσαι, καὶ ἐπὶ κτέρεα κτερεΐξαι· Μ, [14] : Τύμβον χεύαντες· Il. Η, [336] : Τύμβον δ' ἀμφὶ πυρὴν ἕνα χεύομεν ἐξαγαγόντες Ἄκριτον ἐν πεδίῳ, Humo aggesta s. egesta bustum struemus; in futuro enim accipit pro χεύσομεν, ut ex præcedentibus patet : atque ita et Paraphrastes exp. || Χέω, sive Χείω, Capio, χωρῶ : ea signif. accipiendo Capio, qua vas aliquod dicitur capere tantam vel tantam mensuram. Athen. 11, [p. 477, D] : Ἄλλοι δὲ ἐτυμολογοῦσι αὐτὸ (sc. τὸ κισσύβιον) ἀπὸ τοῦ χεῖσθαι· τὸ δ' ἐστὶ χωρεῖν· ubi etiam affert ex Hom. Od. [Σ, 17] : Οὐδὸς δ' ἀμφοτέρους ὅδε χείσεται, i. e. χωρήσει, ut Eust. quoque exp.: addens per diphthongum scribi ut κείσεται, derivari autem ex χείω. [Hoc futurum est verbi χανδάνω.]

|| Χύω sive Χύνω, i. q. χέω; atque adeo χύω ex χέω derivatum est, ut ῥύω ex ῥέω, ex quo χύω postea χύνω factum est, sicuti τίνω ex τίω. Verum præsentis temporis aut nullus est usus, aut certe perrarus; sed eorum potius, quæ ex futuro derivata sunt, ut est χύσον ap. Aristoph., Funde. [Av. 210, ubi nunc λῦσον restitutum ex libris optimis. Idem vitium ap. Tryphiod. 205 correxit Schæferus. « Ἀποχύσας ap. Hippocr. p. 634, 3, sed circumfluentibus undique legitimæ formæ exemplis superfusum et oppressum. (Recte codd. ἀποχέας.) Διαχῦσαι in Xen. Mem. 4, 3, 8, editum, sed ex additamento codicis Meermanniani, quod non hoc uno nomine suspectum est. Dehinc, si forte προσέχυσε excipias in Incert. Exod. 24, 26, per plura secula hic aoristus quiescit, donec sub extremam fere tempestatem lætius repullulat. Διαχύσει, *dissolvet*, Geopon. 7, 8, p. 479, et ap. Hesych. Διαχύσει, ἁπλώσει, quod et pro dativo nominis haberi potest. (Idem Χεύωσι· χεύσωσι, χώσωσιν, ubi χεύσωσι in χύσωσι mutandum. Et Ὑπέχευεν· ὑπέβαλλεν (corr. ὑπέβαλεν), ὑπέχυσεν. G. D.) Ἐκχῦσαι Eumath. 2, p. 44, Hesych. et Phot. s. v. Σπεῖσαι; ἐπέχυσε schol. Lucian. Sympos. c. 5, ἐγχύσομεν Mechan. vett. p. 186, προσέχυσε Metaphr. Hom. Il. Γ, 10 ed. Vill. (Καταχύσας Alex. Trall. 1, 9, 16.) Alia verbi forma est Χύνω a Luciano reprehensa Pseudos. c. 29. Nam quod de ἐκχύνειν dicit, valet et de simplici verbo et de compositis omnibus, quanquam ἐγχυνόμενον ipsi censori elapsum est Pro imag. extr., quod Heroni restituendum pro ἐγχυόμενος Spirit. p. 160; ἐπιχύνειν Hermes Stobæi Ecl. phys. 1, 52, p. 1092; χύνονται auctor anon. in Iriarti Catal. codd. Matrit. p. 453; ἐγχύνεσθαι Mechan. vett. p. 177, 204; συγχύνεσθαι Apollon. De pronom. p. 132; διασυγχύνω idem De adverb. p. 616 (συνέχυνε Lucas Act. Ap. 9, 22); ὑποσυγχυνόμενος Joseph. A. J. 16, 4, p. 795. » Lobeck. ad Phryn. p. 726. Quod ex Alex. Trall. 1, 3, 8, affertur ἐπίχυε, scribendum ἐπίχυνε. Neque Aretæus p. 117, 25, χύον scripserat, sed χέον, quod est in cod. Parisino ap. Ermerins. p. 244. Non minus mirum est quod ap. Hesych. legitur Ἐχύη· ἐχύθη. || Perf. κέχυκα in composito συγκέχυκα ap. Menandr. Stobæi Flor. 28, 7.] Præt. perf. pass. κέχυμαι, Fusus s. Effusus sum. Unde particip. κεχυμένος, Fusus s. Effusus. In quibus poetæ augmentum sæpenumero omittunt, dicentes χύτο et χύμενος, pro ἐκέχυτο et κεχυμένος : et χῦνται vel χῦντο [imo χύνται et χύντο] pro κέχυνται vel ἐκέχυντο : præteritum hoc plusquam perfectum usurpantes etiam pro imperfecto, ut in multis aliis. Hom. Il. Ψ, [385] : Τοῖο δ' ἀπ' ὀφθαλμῶν χύτο δάκρυα χωομένοιο, Fundebantur s. Effundebantur. Φ, [181] : Γαστέρα γάρ μιν τύψε παρ' ὀμφαλόν· ἐκ δ' ἄρα πᾶσαι Χῦντο [χύντο] χαμαὶ χολάδες, Effundebantur : ubi tamen potius tmesis est pro ἐξέχυντο. [Hesiod. Th. 727 : Ἀμφὶ δέ μιν νὺξ ... κέχυται περὶ δειρήν. Eur. Bacch. 456 : Πλόκαμος ... γένυν παρ' αὐτὴν κεχυμένος. Babrius Fab. 129, 6 : Τῶν ὀστράκων κεχυμένων ἐπ' ἀλλήλοις.] At vero ap. Lucian. [De sacrif. c. 5] legimus, Ἐρωτικὸς ὢν καὶ εἰς ἀφροδίσια κεχυμένος, In venerem effusus : metaphorice. [Alciphr. 1, 6 : Κεχυμένος πρὸς ἡδονήν.] Paulo alia metaphora Aristot. H. A. 8, dicit κεχυμέναι σάρκες pro Caro mollis solutaque, s. Laxa et fluida, Quæ sc. quasi diffunditur et diffluit, χαύνη. [Plato Tim. p. 66, C : Τὰ παρὰ φύσιν ξυνεστῶτα ἢ κεχυμένα. « Κεχυμένη φράσις, Elocutio late fusa et diluta, opposita τῇ κεκροτημένῃ, densæ et compactæ, Dionys. Jud. Isocr. cap. 2; v. Aristid. Opp. p. 661. Apud Dionys. Jud. Dinarchi cap. 11, p. 660, jungitur χαρακτὴρ ὑδαρὸς, κεχυμένος, ψυχρὸς, Ratio dicendi diluta, infirma, frigida. » Ernest. Lex. rhet.] Sicut vero Hom. dicit aliquem ἀμφί τινα χεύασθαι πήχεε λευκὼ, ita Il. Τ, [284] : Ὡς ἴδε Πάτροκλον δεδαϊγμένον ὀξέϊ χαλκῷ, Ἀμφ' αὐτῷ χυμένη λίγ' ἐκώκυε· et Od. Θ, [527] : Ἣ μὲν τὸν θνήσκοντα καὶ ἀσπαίροντ' ἐσιδοῦσα, Ἀμφ' αὐτῷ χυμένη λίγα κωκύει, Circum ipsum fusa, s. Brachiis circumfusis eum amplexa. Sed et absque illa præpositione usus est, Od. K, [415] : Ὡς ἐμὲ κεῖνοι ἐπεὶ ἴδον ὀφθαλμοῖσι, Δακρυόεντες ἔχυντο, Piorabundi fusi erant, circa me sc., Circumfusi mihi erant. || Præterea ut χεῦαι τύμβον alicui dicimur pro χῶσαι χῶμα, ita et κεχύσθαι τύμβος ipse dicitur : ut Apollonius κέχυται τύμβος ait pro κέχωσται, Ex fossili terra aggestum est sepulcrum. Notandum autem est, quosdam constituere thema Χῦμι, ex cujus pass. χύμαι sit particip. χύμενος [Æsch. Choeph. 400 : Φονίας σταγόνας χυμένας ἐς πέδον· et simil. Eum. 263], et præt. imperf. χῦντο [χύντο] pro ἔχυντο. Sed iis ego assentiri nequeo; nam χύμενος non præsentis, sed præteriti habet signif., ideoque exp. χυθεὶς, Fusus, Effusus : χῦντο [χύντο] autem licet imperfecti habeat significationem, tamen esse plusquamperfectum augmento suo truncatum, testantur ii etiam a quibus exp. per aor. ἐξεχύθησαν.

Χῇ ab Hesych. exp. ἔθος, ἀπορία. Fuerit autem fortassis in hac posteriore signif. χῇ pro χῆτος.

[Χηλαὶ, αἱ, Chelæ, nomen loci Pontici. Arrian.

Peripl. Ponti Eux. p. 13 (vol. 1, p. 383 ed. Müll.): Ἔνθεν (ab Apollonia insula) εἰς Χηλὰς στάδιοι εἴκοσιν. Ἀπὸ Χηλῶν ὀγδοήκοντα καὶ ἑκατὸν ἴναπερ Σαγγάριος ποταμὸς ἐσβάλλει ἐς τὸν Πόντον· ubi Müller.: «Locum memorant Geogr. Ravennates et Tab. Peutingeriana. ... Præterea Anonymus: Αὕτη ἐστὶν ἡ λεγομένη Χηλαὶ Μηδιανῶν, quod aliunde non novimus.»]

[Χηλαμὸς i. q. χηραμὸς, quod v.]

Χηλαργὸς, ὁ, ἡ, Qui est velocibus s. albis chelis, vel ungulis, epith. equi. Pro quo Dorice dicitur Χαλαργὸς, ut χαλὰ pro χηλή. Soph. El. p. 120 [867]: Ἢ καὶ χαλαργαῖς [ap. Sophoclem legitur χαλαργοῖς: sed χαλαργαῖς annotatum in cod. Jenensi] ἐν ἁμίλλαις, οὕτως ὡς κείνῳ δυστάνῳ τμητοῖς ὁλκοῖς ἐγκύρσαι· ubi χαλαργοὺς ἁμίλλας vocat τὰς ἱππικὰς ἁμίλλας, ut schol. docet, χαλαργοῖς exponens λευκόποσι, et ταῖς ταχείαις ἐν ταῖς χηλαῖς: χηλὰς accipiendo ἀντὶ τῶν ὁπλῶν. Suidas habet χηλαργοῖς, ad eum locum respiciens, ut expositione ostendit, quæ eadem est cum scholiastæ expositione. Hesych. quoque χαλαργοὺς affert pro ποδαργοὺς s. ταχύποδας, s. τὰ ἄκρα τῶν ὀνύχων τῶν ποδῶν ἀργούς: ita enim reponendum apud eum videtur. [Hesychii gl. est Χαλαργούς· τὰ ἄκρα τῶν ποδῶν τῶν ὀνύχων, οἷον ποδαργοὺς, ἢ ταχύποδας· ubi Ruhnken. X. ἀργοὺς τὰ ἄκρα τῶν ὁπλῶν ἢ τῶν ὀνύχων. Ceterum rectus accentus videtur χήλαργος, ut πόδαργος scribitur, non ποδαργός.]

[Χηλᾶς. V. Χηλεύω.]

[Χήλευμα. Χήλευσις. Χηλευτής. Χηλευτός. V. Χηλεύω.]

[Χηλεύω. HSt. post derivata ab χηλή:] At vero Χηλινὸς, et verb. Χηλεύω cum suis verbalibus, Χήλευμα, et Χηλευτὸς, nec non Χηλὸς, an huc pertineant, ambiguum est; remotam enim longe a subst. χηλὴ signif. habent. Nam Hesych. χηλινὸν exp. πλεκτόν. Itidemque annotat Pollux 7, [172] Anacreontem, quum dixit, Χηλινὸν ἄγγος ἔχον πυθμένας ἀγγελοσελίνων (quæ postrema vox mendo non caret), intellexisse τὸ ἐκ σχοινίων πλέγμα, Textile ex junco: quale supra fuit πλεκτὸν ὕφασμα σχοίνου. [Vitiosum accentum χηλινὸν notavit Lobeck. Pathol. Prol. p. 201, rectum χήλινον, qui nunc Polluci restitutus est, servavit Hesych. in gl. Κεχήλωμαι, quam v. s. v. Χηλόω, ubi ad Anacreontis locum respicit. Ἀγγελοσελίνων, quod in aliis libris ἀγγεοσελίνων scriptum est, recte correxit Bergkius ἀγγειοσελίνων. ‖ Χηλεύω, de quo verbo conf. infra s. v. Χηλόω.] Rursum Hesych. χηλεύσεις exp. πλέξεις, Nectes, Plectes, Contexes: subjungens, Χηλεύματα γὰρ ἐλέγοντο οἷον ὀπήτια (pro ἠπήτια [HSt. in marg. Ms. Vindob. πυ, i. e. ἠπύτια, ut edd. vet. Hesychii] enim sic reponendum est), οἷς πλέκουσιν ἢ ῥάπτουσι, Subulæ quibus in plectendo et suendo utuntur, ut Pollux quoque 7, c. 21 [§ 83], inter ἐργαλεῖα σκυτοτόμου numerans ὀπήτεια et ὀπητείδια (nam per diphthongum ap. eum ibi scriptum est [Recte nunc ap. Poll. ὀπήτια δὲ καὶ ὀπητίδια, ut 10, 141, χηλεύματα, ὄπεας et ὀπήτιον conjuncta sunt]), subjicit: Ἃ καὶ χηλεύματα ἐκάλουν οἱ ποιηταί· μάλιστα δὲ οὕτως ὠνόμαζον τῶν τὰς σχοίνους πλεκόντων, ὡς καὶ κράνη χηλευτὰ, τὰ πλεκτὰ, Ἡρόδοτος λέγει. Ita ut χηλεύειν sic Nectere, Plectere, Suere: ut idem rursum Hesych. χηλεύει exp. ῥάπτει, πλέκει. Et Χήλευμα ipsum instrumentum τοῦ ῥάπτου s. πλέκτου, Ejus qui suit vel nectit s. plectit aliquid, i. e. Subula. Vel etiam ipsum opus Plectile, Nectile, Sutile. Hesychio enim χηλεύματα sunt κράνη τὰ ῥαπτὰ, Sutiles galeæ s. cassides: χηλὰς ἔχοντα ποιάς. [Apud eundem s. v. Κεχήλωμαι nunc ex Musuri interpolatione legitur: Καὶ χήλευμα τὸ σπαρτίον Σοφοκλῆς Πανδώρᾳ ἢ Σφυροκόποις, quod fraudi fuit Brunckio qui χήλωμα corrigi voluit. Codex τὸ σπήτιον, quod, servato χήλευμα, in ὀπήτιον mutandum esse docent verba Pollucis supra allata. G. D.] At Χηλευτὸς, Nexilis, Plexilis, Sutilis, Nexus, Plexus, Consutus, ut in loco illo Herodoti a Polluce [7, 83] citato, qui est 7, p. 261 [c. 89], de Ægyptiis: Οὗτοι δὲ εἶχον περὶ μὲν τῇσι κεφαλῇσι κράνεα χηλευτά· i. e. πλεκτὰ s. πεπλεγμένα, ut p. 259 [c. 79] dicit: Μᾶρες δὲ ἐπὶ μὲν τῇσι κεφαλῇσι κράνεα ἐπιχώρια πλεκτὰ εἶχον· et p. 258 [c. 72] de Paphlagonibus: Ἐπὶ μὲν τῇσι κεφαλῇσι ἔχοντες κράνεα πεπλεγμένα· et p. 257 [c. 63] de Assyriis: Περὶ μὲν τῇσι κεφαλῇσι εἶχον χάλκεά τε κράνεα καὶ πεπλεγμένα τρόπον τινὰ βάρβαρον οὐκ εὐαπήγητον. Valla tamen eo in l. χηλευτὰ non exposuit cum Polluce πλεκτὰ, sed Forcipiculata: procul dubio interpretationis illius occasione sumpta ex eo, quod Hesych. quum χηλεύματα exposuisset κράνη τὰ ῥαπτὰ, subjunxit etiam χηλὰς ἔχοντα ποιὰς, Forcipes habentia quasdam, s. Habentia quasdam veluti forcipes, ut Herodot. p. 258 [c. 70] scribit Æthiopas Asianos habuisse προμετωπίδια ἵππων ἐπὶ τῇσι κεφαλῇσι, σύν τε τοῖσι ὠσὶ ἐκδεδαρμένα καὶ τῇσι λοφιῇσι, atque hæc ὦτα τῶν ἵππων habuisse ὀρθὰ πεπηγότα: referunt enim ejusmodi equorum aures ὀρθαὶ πεπηγυῖαι aliquam χηλῶν speciem. Rursum Pollux l. paulo ante citato, ex Eupolide affert, Σκύτινα χηλεῦσι, quod interpr. Coria consuunt et sarciunt subula: accipientes χηλεῦσι pro χηλεύουσι. [Recta scriptura σκύτινα χηλεύει nunc ex libris restituta.] Apud Hesych. vero legitur etiam Χηλᾶς, ῥάπτης, πλέκτης, Sutor, Qui suit, Qui nectit s. plectit: ut σπαρτοπλόκος et σχοινοπλόκος. [Vocabulum linguæ vulgaris esse monet Lobeck. ad Phryn. p. 435 «et in dissert. De substantivis in ᾶς exeuntibus, ed. in Fr. Aug. Wolfii Anal. litt. vol. 2, p. 52, ubi etiam affert formam Χηλευτὴς, ὁ ῥάπτης.» Hase.] Item Χηλώτια, αἱ ῥαφίδες τῶν δικτυοπλόκων, Acus quibus retia et plagæ nectuntur s. contexuntur.

Χηλὴ, ῆς, ἡ, [Ungula patens, a χάω, Hisco: in Gl. Distula, pro Disulca vel Bisulca, ut conjicit Fischer. ad Anacreont. 35, 6,] Forfex, s. Forceps: ea quidem signif., qua Plin. dicit cancris esse bina brachia denticulatis forcipibus; nam de cancrorum tantum forcipibus s. forficibus dicitur. Aristot. H. A. 4, 2, de astacis: Οὗτοι δὲ διαφέρουσι τῶν καράβων τῷ ἔχειν χηλάς· aliquanto post, Πόδας δ' οἱ μὲν κάραβοι ἐφ' ἑκάτερα ἔχουσι πέντε σὺν ταῖς ἐσχάταις χηλαῖς· ὁμοίως δὲ καὶ οἱ καρκίνοι, δέκα τοὺς πάντας σὺν ταῖς χηλαῖς. Id. 2: Χηλὰς ἔχει ἀντὶ τῶν ὀνύχων, Pro unguibus forcipem habet, Gaza. Sed et cœlestis cancer inter duodecim zodiaci signa habet suas χηλάς: ut ap. Arat. [607]: Οὐδ' ἂν ἐπερχόμεναι χηλαὶ καὶ λεπτὰ φάουσαι, Ἄφραστοι παρίοιεν. [Adde ib. 89: Μεγάλας ἐπιμαίεο χηλάς· 232: Ἠχί περ ἄκραι χηλαὶ καὶ ζώνη περιτέλλεται Ὠρίωνος· 438, 521 (ubi χηλάων), 546.] Latini Chelas etiam ipsi vocant, ut Cic., ea verba sic reddens: Quum procedunt obscuro corpore chelæ; et Festus Avienus: Quum flagratas emittunt marmora chelas, Sideris expertes et clara luce carentes. Et Hyginus: In ea quæ chela dexterior dicitur, habet stellas tres similes, non grandes, in sinistra similes duas. Boum etiam ungulæ bisulcæ et bipartitæ, nominantur χηλαί: quoniam sc. etiam ipsæ sunt bisulcæ s. bifurcæ, ut cancrorum forfices. [Hesych.: Χ., ὁπλὴ, ὄνυξ βοός. Apoll. Lex. Hom. s. v. Μώνυχας: Ἡ ὁπλὴ τοῦ ἵππου ὥσπερ ὄνυξ ἐστίν· οἱ γὰρ βόες χηλὰς ἔχουσιν. Eurip. Bacch. 619: Ταῦρον εὑρὼν.... τῷδε περὶ βρόχους ἔβαλλε γόνασι καὶ χηλαῖς ποδῶν. Anacreont. 35, 6: Τέμνει δὲ (ταῦρος) κῦμα χηλαῖς.] Apoll. Arg. 2, [667]: Ἐνὶ γαίῃ Χηλὰς σκηρίπτοντε, Ungulas bisulcas figentes. Plut. [Mor. p. 559, E]: Τῶν βοῶν, ἂν εἰς τὰς χηλὰς μαλακιῶσι, προσαλείφειν τὰ ἄκρα τῶν κεράτων. [Geopon. 1, 3, 10: Βόες τὰς χηλὰς περιλιχμώμεναι, ut Theophr. De sign. § 15: Βοῦς τὴν προσθίαν ὁπλὴν λείξας.] Itidem ungulæ ovis et capræ, teste Suida, χηλαὶ nominantur. [Suidas: Χηλή· ὁπλὴ, ὄνυξ βοὸς καὶ προβάτου καὶ αἰγός. «Ὄνυχες χηλῶν Longus 1, 30; τὰ κέρατα τῶν χηλῶν 2, 28.» Herch. Generatim LXX Lev. 11, 3, et Deut. 14, 6: Πᾶν κτῆνος διχηλοῦν ὁπλὴν καὶ ὀνυχιστῆρας ὀνυχίζον δύο χηλῶν. De capra Longus 1, 1. Et Pollux 4, 60: Αἰγῶν χηλαὶ τὰ πλῆκτρα.] Hesiod. tamen et equorum ungulas μωνύχους appellavit χηλὰς, Sc. [61]: Χθόνα δ' ἔκτυπον ὠκέες ἵπποι Νύσσοντες χηλῇσι, Ungulis terram tundentes: unde et Hesychio χηλὴ est non solum ὄνυξ βοὸς, sed etiam generalius ὁπλή. [Eur. Phœn. 42: Πῶλοι δέ νιν χηλαῖς τένοντας ἐξεφοίνισσον ποδῶν. Forma Dor. Ion. 1242: Τεθρίππων ὠκίσταν χαλὰν ἐπιβᾶσα. De unguibus lupi Theocr. Epigr. 6, 4: Τραχὺς γὰρ χαλαῖς ἀμφεπίαξε λύκος. Neque aliter Eurip. Hec. 91: Εἶδον βαλιὰν ἔλαφον λύκου αἵμονι χαλᾷ σφαζομέναν· etsi hujusmodi aliquo in loco de maxilla dictum fortasse acceptum est, unde Hesych. s. v. Χηλὴ post verba supra apposita etiam per γνάθος interpretatur.

Χῑλεύω, i. q. χιλόω, Pasco, Sagino, sc. fœno aliove pabulo, quod jumentis offerri solet. Theophr. C. Pl. 2, 23 [17, 6] : Τούτοις καὶ τοὺς βοῦς καὶ τὰ ὑποζύγια χιλεύουσι καὶ ἀνατρέφουσι, Hoc pabulo pascunt saginantque boves et jumenta (Sic enim scr. pro χυλεύουσι.) Et apud Hesych. Χιλεύει στρατὸν, σιτοδοτεῖ στρατὸν, τρέφει. || Pascor, Depascor, ea signif. qua Virg. dicit Pasci sylvas, arbuta, Depasci artus, i. e. νέμεσθαι. Nicander Ther. [635] : Παρθένιον ναίουσι λέπας, τόθι Κλέζος ἀεργοὶ Ἵπποι χιλεύουσι, Ubi Clezos cessantes equi pascuntur, νέμονται, ut schol. exp., qui et τρέφονται ἐσθίοντες s. ἐσθίουσιν exp., quæ cum accus. Κλέζος, qui est nomen loci, non satis apte jungi possunt.

[Χιλή. V. Χιλός.]

[Χιλήγονος, ὁ, ἡ, Qui nascitur ut pabulo sit. Nicand. Al. 424 : Βουκέραος χιληγόνου. Nam sic ex cod. Paris. D et Etym. M. p. 207, 38, ceterorum librorum scriptura σιτηγόνου, quæ interpreti debetur, correcta est, memoraturque hæc lectio etiam ab schol., etsi male χιλογόνου scripta, cum alia κεβληγόνου, quod correctoris alicujus inventum videtur. G. Dind.]

[Χῑλιάγωνος, ὁ, ἡ, Millangularis. Archimed. Aren. p. 123 ed. Bas. (324 Tor.) : Δῆλον ὅτι μείζων ἐστὶν ἡ τοῦ ἁλίου διάμετρος τᾶς τοῦ χιλιαγώνου πλευρᾶς.]

[Χῑλιάζω, Mille annos ago. Tzetz. Hist. 9, 656 : Οὐαὶ σοὶ, ὦ ἑπτάλοφε (Roma), ὅτι οὐ χιλιάσεις· et 670, 677 ; χιλιάσῃς 681.]

[Χῑλιάκις, Millies, Gl.]

[Χιλιακισχίλιοι. V. Δισχίλιοι.]

[Χιλιακὸς, ὴ, ὸν, Millenarius. OEcum. Comm. in Apoc. p. 243, 22 Cramer., διὰ τοῦ χ. καὶ μυριαδικοῦ ἀριθμοῦ. Hase.]

[Χιλιανδρία, ἡ, Mille virorum numerus. Const. Manass. Chron. 660 : Στρατὸν ... εἰς ἑκατὸν ποσούμενον χιλιανδρίας ὅλας· 1269, 3226, 3530.]

[Χιλίανδρος, ὁ, ἡ, Mille viris constans. Plato Polit. p. 292, E : Ἐν χ. πόλει. « Theodos. De exp. Cretæ p. 269, 146 Bonn., πλῆθος χ. » Hase.]

[Χιλιάροτρος, ὁ, ἡ, Mille aratra æquans. Schol. Hom. Il. N, 703 : Τὸ τῆς Ἀρσινόης χ. τέμενος.]

Χιλιαρχέω, Mille viris s. militibus præsum, Sum tribunus militaris, Tribuni militum officio fungor. Unde particip. χιλιαρχῶν dicitur ὁ χιλίαρχος s. χιλιάρχης. [Plutarch. V. Cat. maj. c. 12, Comp. Arist. c. Cat. maj. c. 2, Sullæ c. 4, Mor. p. 805, A ; Lucian. D. mer. 9, 4 ; Joseph. B. J. 3, 4, 1. Cum genit. Phot. Bibl. p. 69, 22, in Excerptis ex Arriano : Περδίκκαν χιλιαρχεῖν χιλιαρχίας ἧς ἦρχεν Ἡφαιστίων. Ap. Arrian. Anab. 7, 14 extr. est : Ἡφαιστίωνος ἡ χιλιαρχία. G. D. Inscr. Themison. C. I. vol. 3, p. 46, n. 3953, l, 5, χειλαρχήσαντα (sic). Hales ib. p. 620, n. 5598, 9, χιλιαρχήσαντα ἐν Ἔρυκι· Panapol. ib. p. 357, n. 4714, 4, τῶν κεχειλιαρχηκότων. Hase.]

[Χιλιάρχης. V. Χιλίαρχος.]

Χιλιαρχία, ἡ, Imperium in mille viros s. equites, Præfectura mille virum s. militum, Tribunatus militaris. [Xenoph. Cyrop. 4, 1, 4 : Τὸν Χρυσάνταν χιλιαρχίᾳ τιμᾷ. Polyæn. 3, 9, 10 : Τοῖς μείνασι χιλιαρχίας καὶ ταξιαρχίας ἔδωκεν.] Plutarch. Camillo [c. 38 : Τῆς ἕκτης χ. ἐπιφανέσταται πράξεις. Ib. c. 37, V. Cat. maj. c. 3, Cat. min. c. 8, Cæs. c. 5. Arrian. Anab. 7, 14 extr. LXX Num. 31, 48 : Οἱ καθεσταμένοι εἰς τὰς χ. τῆς δυνάμεως. || Mille virorum ordo. Maccab. 1, 5, 13 : Ἀπώλεσαν ἐκεῖ ὡς μίαν χ. ἀνδρῶν. Quod uno verbo χιλιανδρίαν dicere poterat.]

[Χιλιαρχικὸς, ὴ, ὸν, Ad officium chiliarchi pertinens. X. ἡγεμονία Diodor. 19, 3.]

Χιλίαρχος sive Χιλιάρχης, ὁ [Veteres Atticos hujusmodi composita, ut ταξίαρχος, ἑκατόνταρχος, φύλαρχος et reliqua secundæ, non primæ declinationis esse voluisse satis hodie constat, iisdemque formis recentiores scriptores plurimi usi sunt. Nec Herodotum, de quo dixi in Commentatione de dialecto ejus p. XLIII, certum haberi potest talia substantiva in ης terminasse, quum nec libri sibi constent nec quidquam tribuendum sit genitivi formis ταξιαρχέων et στρατάρχεω, quæ uno alteroque loco reperiuntur, quum Κροίσεω quoque, Κλεομβρότεω et alia, quæ in ου terminari debebant, falso Ionismi studio corruperint librarii. Itaque vereor ne χιλιάρχας quoque, quod 7, 81, nunc legitur, ab librariis positum sit pro χιλιάρχους. G. D.], Qui mille viris præest [Χιλίων ἄρχων exp. Hesych.], Mille militum tribunus, s. simpliciter Tribunus militum, Tribunus militaris, Tribunus, ut ex Suida patet : Δεκαπέντε, πρὸς τοῖς τριακοσίοις ἐτῶν ἀπὸ τοῦ πρώτου συνοικισμοῦ τοῦ ἄστεος διαγεγονότων, χιλίαρχοι τὴν ἀρχὴν Ῥωμαίων παρειλήφασι· circa id tempus enim tribuni militum consulari potestate creati sunt, ut videre est ap. Liv. [Χιλίαρχος ap. Æsch. Pers. 304, Lycophr. 210, Xenoph. Cyrop. 2, 1, 23 ; 3, 3, 11 ; 8, 1, 14 ; 8, 6, 1, 9 ; Polyb. 6, 19, 1 ; 34, 2 ; Plutarch. V. Themist. c. 27, 29, Camilli 1, Fab. Max. 3, et alibi, Dion. Cassium, Veteris Novique Testamenti scriptores aliosque multos. Inter quos locos multi sunt ubi dignitas chiliarchi magis spectatur quam numerus sæpe non plenus subditorum, velut ap. Xen. Cyrop. 8, 6, 1 : Τοὺς ἐν ταῖς ἄκραις φρουράρχους καὶ τοὺς χιλιάρχους τῶν κατὰ τὴν χώραν φυλακῶν· OEc. 4, 7 : Οἳ ἂν φαίνωνται τῶν φρουράρχων καὶ τῶν χιλιάρχων καὶ τῶν σατραπῶν τὸν ἀριθμὸν τον τεταγμένον ἔκπλεων ἔχοντες, κτλ. De chiliarchis Persarum et Macedonum Diodor. 18, 48 : Ἀντίπατρος ἐσχάτως διακείμενος ἀνέδειξεν ἐπιμελητὴν τῶν βασιλέων Πολυσπέρχοντα καὶ στρατηγὸν αὐτοκράτορα· ... τὸν δ' υἱὸν Κάσσανδρον χιλίαρχον καὶ δευτερεύοντα κατὰ τὴν τάξιν. Ἡ δὲ τοῦ χιλιάρχου τάξις καὶ προσαγωγὴ τὸ μὲν πρῶτον ὑπὸ τῶν Περσικῶν βασιλέων εἰς ὄνομα καὶ δόξαν προήχθη· μετὰ δὲ ταῦτα πάλιν ὑπ' Ἀλεξάνδρου μεγάλης ἔτυχεν ἐξουσίας καὶ τιμῆς, ὅτε καὶ τῶν ἄλλων τῶν Περσικῶν νομίμων ζηλωτὴς ἐγένετο· ubi Wessel. comparavit Ælian. V. H. 1, 21, qui chiliarchi partes fuisse ait τὰς ἀγγελίας εἰσκομίζειν τῷ βασιλεῖ, et Corn. Nepot. V. Conon. c. 3, ubi chiliarchus *secundum gradum imperii tenuisse* dicitur. G. D. Vita Pachomii Actt. SS. Maii t. 3, p. 37, E ; Comm. de SS. Petro et Paulo Junii t. 5, p. 421, A. Clem. Rom. Epist. 1 ad Corinth.

p. 56, 22 Frey. Zosim. Hist. p. 158, 2, οὐ μόνον ἑκατοντάρχων καὶ χ., ἀλλὰ καὶ τῶν λεγομένων δουκῶν. Inscr. Phanagor. C. I. vol. 2, p. 161, n. 2124, 5, Ἰούλιος Φανέστρατος χειλίαρχος (sic). HASE.]

Χῑλιάς, άδος, ἡ, [Genitivus plur. χιλιαδέων vulgo scriptus est ap. Herodot. 7, 28, quod χιλιάδων scribendum ex libris melioribus ostendi in Comment. De dialecto p. XIV. Atticos χιλιαδῶν et μυριαδῶν pronuntiasse tradunt Arcad. p. 136, 4 : Χωρὶς τῶν παρ' Ἀθηναίοις ἀριθμητικῶν τοῦ χιλιάδων καὶ μυριάδων· ταῦτα γὰρ παρ' αὐτοῖς περισπῶνται, παρ' ἡμῖν δὲ βαρύνονται· et Chœrob. In Theodos. p. 458, 27, qui eadem fere ponens verba Herodiani (nam hunc significat verbis τινὲς τῶν τεχνικῶν), παρὰ τοῖς Ἀθηναίοις τοῖς μεταγενεστέροις habet], Numerus mille continens, simpliciter Mille s. Mile, ut Quadrigarius ap. Gell. 1, 16 : Ibi occiditur mile hominum. Lucil. : Hunc mili passûm qui vicerit atque duobus. Et, Tu mili numûm potes uno quærere centum. Cic. : Qui L. Antonio mile numûm ferret expensum. Et rursum, Quo in fundo facile mile hominum versabatur valentium. Hic enim Mile non pro eo ponitur, quod Græce χίλιοι dicitur, sed quod χιλιάς : et sicuti una χιλιὰς, et duæ χιλιάδες, ita unum mile et duo milia, certa atque directa ratione dicitur. Hæc inter alia ibi Gell. [Herodot. 2, 28 : Πολλέων χιλιάδων ὀργυιέων· 96 : Πολλὰς χ. ταλάντων. Æsch. Pers. 341 : Ξέρξῃ χιλιὰς μὲν ἦν ὧν ἦγε πλῆθος. Plato Phædr. p. 256, E : Ἐννέα χ. ἐτῶν. Plutarch. V. Ages. c. 14. Interdum de numero magno non accuratius definiendo. Sic Theocr. 16, 91 : Μάλων χιλιάδας. Lucian. Hermot. c. 56 : Ἑκατοντάδας καὶ χ. βίβλίων ἕκαστοι συγγεγράφασιν. LXX Genes. 24, 60 : Γίνου εἰς χιλιάδας μυριάδων. Adject. Manetho 4, 66 : Χιλιάδας τε ἀρχάς· ubi in cod. χειλιάδας scriptum. ‖ Χιλιὰς Ῥωμαϊκὴ Asinii Quadrati liber inscriptus fuit, quo imperii Romani mille per annos florentis historiam scripserat, memoratus ab Steph. Byz. s. v. Ἄνθιοι, et alio nomine Χιλιαρχία s. v. Ὀξύβιοι, secundum Suidam vero (s. v. Κοδράτος) Χιλιετηρίς. Hinc ἱερὰν χιλιάδα in versu Alexandri Ætoli ap. Macrob. Saturn. 5, 22, Meinekius p. 228 intelligit de solennitate qua Artemisii ante mille annos conditi memoria ab Ephesiis celebrata fuerit. Porro Χιλιάδες Euphorionis carmen inscriptum fuit, cujus de argumento Suidas s. v. Εὐφορίων, ἔχει ὑπόθεσιν εἰς τοὺς ἀποστερήσαντας αὐτὸν χρήματα ἃ παρέθετο· εἶτα συνάγει διὰ χιλίων ἐπῶν (sic Heynius pro ἐτῶν) χρησμοὺς ἀποτελεσθέντας· εἰσὶ δὲ βιβλία ε'. De quibus v. Meinek. p. 12 seqq.]

Χῑλιασταὶ, οἱ, Hæretici quidam dicebantur, Lat. Millenarii s. Miliarii, ut Augustin. et Hieronym. vocant : ille, De civit. Dei 20, 7, hic autem Comm. in cap. ult. Jerem., ubi de horum erroribus vide quæ scribantur : nec non apud Philastrium et Epiphanium ac Irenæum. Restringebant autem ad mille annos impletionem quarundam prophetiarum.

[Χιλιετηρὶς, ίδος, ἡ. V. Χιλιάς. Χιλιοετηρὶς Georg. Cedren. p. 3. G. D. Χιλιετηρὶς Hierocl. Philog. p. 280, 13 Boiss. HASE.]

Χιλιέτης, ὁ, sive Χιλιετὴς [nam accentus variat in libris ut in διέτης διετής ceterisque omnibus hujusmodi compositis], ὁ, ἡ, Millennis, Mille annorum. Athen. 15 : Σὸν οὖν ἐστιν, ὦ μουσικώτατε, τὴν χιλιετῆ μου ταύτην ζήτησιν ἀπολύσασθαι, Mille annis agitatam quæstionem dissolvere, Bud. Affertur et χιλιετὴς ὁ βίος [ex Aristot. De gen. anim. 2, 6], pro Mille annis vita servata. [Plato Phædr. p. 249, A : Περιόδῳ χιλιετεῖ· Rep. 10, p. 615, A : Πορείαν χιλιετῆ· ubi codex Pal. χιλιέτη, optimus vero Paris. χιλίετιν, i. e. χιλιέτιν. Ib. p. 621, D : Τῇ χιλιετεῖ πορείᾳ· ubi idem codex χιλιέτι. Strabo 15, p. 711 : Τῶν χιλιετῶν Ὑπερβορέων. « Χιλιέτης ap. OEcumen. Explic. Epist. Cathol. p. 92, 2. » Boiss. Id. OEcum. Comm. in Apoc. p. 315, 5 Cramer., τὴν χ. Χριστοῦ βασιλείαν. Iamblich. Vita Pythag. p. 24, 41 Westerm., δεκετῆ καὶ χ. τιμωρίαν. Alia forma ap. Greg. Naz. t. 1, p. 747, C : Ἡ χιλιοέτις καὶ ληρώδης ἐν τῷ παραδείσῳ τρυφή. HASE.]

Χιλιετία, ἡ, Spatium mille annorum, Mille anni. Areth. [Theodoret. Gr. aff. cur. p. 432, 7 Gaisf. OEcum. Comm. in Apoc. p. 433, 24, τὴν πέμπτην χ. HASE.]

[Χιλίη. V. Χίλιοι.]

[Χιλιοδύναμις, εως, ἡ.] Χιλιοδύναμος, Mille viribus s. virtutibus prædita. Ita vocatur a Cappadocum gente herba illa, quam alii Polemoniam, alii Philetæriam appellant, teste Diosc. 4, 8 [ubi recte χιλιοδύναμις, ut ap. Galen. vol. 13, p. 221]. Itidem et Plin. 25, 6 : Polemiam alii Philetæriam a certamine regum inventionis appellant : Cappadoces autem Chiliodynamam. [Fraas. Syn. plantt. floræ class. p. 112 conjicit esse Hypericum olympicum L. HASE.]

[Χιλιοετηρίς. V. Χιλιετηρίς.]

Χίλιοι, [Æolice Χέλλιοι : v. Etym. M. p. 817, 1,] Mille. Fem. Χίλιαι, neutr. Χίλια. [Genitivum feminini χίλιαι circumflecti grammatici tradunt. Jo. Alex. Ton. παραγγ. p. 18, 6 : Τὸ χιλιῶν παρ' Ἀθηναίοις παραλόγως (nam aliorum adjectivorum genitivi paroxytoni sunt) περισπᾶσθαι· quo accentu etiam χιλιαδῶν et μυριαδῶν pro χιλιάδων et μυριάδων Athenienses pronunciasse testantur Arcadius p. 136, 4, et Chœrob. In Theodos. p. 458, 29. Cum Joanne consentit Suidas : Χιλιῶν δραχμῶν· οὕτως οἱ Ἀττικοὶ περισπῶσιν· et hoc ipsum χιλιῶν δραχμῶν ap. Aristoph. Pac. 1237, ubi vulgo χιλίων δρ., præbet codex Ravennas, qui in Acharn. 1055, ubi libri ceteri pariter χιλίων δραχμῶν scribunt, μυρίων δραχμῶν habet. Non improbabilis Bernhardyi conjectura est χιλιῶν pronunciatum esse ubi nomen omissum esset, ita ut χίλιαι substantivi et vicem ageret et accentum haberet. Quod si ita est, χιλίων δραχμῶν παροξυτόνως scribendum, ubi vero δραχμῶν nomen omissum est, ut ap. Demosth. p. 599 extr., χιλιῶν circumflectendum erit, recteque habebit ap. Aristoph. Eq. 660 : Κατὰ χιλίων παρήνεσα εὐχὴν ποιήσασθαι χιμάρων, ubi schol. pariter χιλιῶν vel scriptum invenit vel scribi voluit : nam annotavit, τὸ δὲ χιλιῶν περισπῶσι.] Hom. [tribus locis, Il. H, 471 : Χίλια μέτρα (οἴνου)· et χ. πυρὰ Θ, 562; et neutro, quod intellecto ζῷα explicatur, ante feminina duo posito] Il. Λ, [244] : Πρῶθ' ἑκατὸν βοῦς δῶκεν, ἔπειτα δὲ χίλι' ἐπέστη Αἶγας ὁμοῦ καὶ ὄϊς, τά οἱ ἄσπετα ποιμαίνοντο, Primum centum boves dedit, deinde mille pollicitus est, capras simul et oves. [Et scriptores post Homerum quivis. Numerus millenarius multiplicatur vel præfixis adverbiis numeralibus, velut δισχίλιοι, τρισχίλιοι, τετρακισχίλιοι et reliqua, vel per nomen χιλιὰς cum numero suo, velut δύο χιλιάδες, τρεῖς χιλιάδες usque ad ἐννέα χιλιάδας, post quas sequuntur μύριοι et μυριάδες, etsi majores quoque hi numeri interdum per χιλιάδας exprimuntur, ut δέκα χιλιάδες, ἑκατὸν χιλιάδες, χίλιαι χιλιάδες. Adverbia autem illa interdum sejuncta ab χίλιοι reperiuntur, præsertim ap. poetas metro postulante, velut ap. Hesiod. Th. 365 : Τρὶς γὰρ χίλιαί εἰσι τανύσφυροι Ὠκεανῖναι. Numeri minores per καὶ particulam vel adjunguntur, velut χίλιοι καὶ διακόσιοι, χ. καὶ τριακόσιοι, etc., ut χ. καὶ πεντακόσιοι ap. Æschin. p. 38, 15; 87, 20; vel præponuntur, ut ἕνα καὶ χιλίους ἐκ τῶν ὁμωμοκότων dixit scriptor decreti ap. Demosth. p. 708 extr., διακοσίων καὶ χιλίων νεῶν Plato Critia p. 119, B; ὁπλίτας πεντακοσίους καὶ χιλίους Xen. Hell. 1, 4, 21.] Et ap. Isocr. [p. 58, C; 65, B] διακόσιοι καὶ χίλιοι· pro quo Idem [p. 60, B] dicit inverso ordine χίλιοι καὶ διακόσιοι. [Πεντακοσίους καὶ χ. p. 397, D.] At schol. Dem., omissa præp. illa copulativa, Οἱ χίλιοι διακόσιοι ἄνδρες παρ' Ἀθηναίοις, Mille ducenti viri. [Polyb. 3, 33, 10 : Ἱππεῖς μὲν χίλιοι διακόσιοι, πεζοὶ δὲ μύριοι τρισχίλιοι ὀκτακόσιοι πεντήκοντα. Hujusmodi plurima in libris V. et N. T. et scriptorum recentiorum reperiuntur, præsertim ubi tres quattuorve deinceps numeri positi sunt, velut ap. LXX Exod. 38, 25 : Χίλιοι ἑπτακόσιοι ἑβδομήκοντα πέντε· in libro Esdræ 2, 31 : Χίλιοι διακόσιοι πεντήκοντα τέσσαρες· 38 : Χίλιοι διακόσιοι τεσσαράκοντα ἑπτά· ap. Joann. Apocal. 11, 3 : Ἡμέρας χιλίας διακοσίας ἑξήκοντα· etsi libri in talibus sibi non constant. Sic ap. LXX Paralip. 1, 9, 13, codex Alexandrinus : Ἀδελφοὶ χίλιοι ἑπτακόσιοι ἐνενήκοντα, ubi alii χίλιοι καὶ ἑπτακόσιοι καὶ ἑξήκοντα. Ubi vero duo tantum numeri positi sunt, καὶ plerumque additur, ut ap. LXX Jud. 8, 26 : Χίλιοι καὶ ἑπτακόσιοι· et χίλιοι καὶ ἑκατὸν ib. 16, 5; 17, 2; rarius omittitur, ut χίλιοι ἑπτὰ vel ἑπτακαίδεκα est in libro Esdræ 2, 39, et ap. Nehem.

7, 42. Ceterum in his ut in aliis numeris plurimis sæpe dubium est quid scriptoribus quid librariis debeatur, qui numeros in antiquioribus codicibus literis expressos sæpe male transtulerunt, unde formæ prodierunt numerorum veteribus inauditæ, velut δεκαδύο δεκαπέντε δεκαεπτὰ pro δώδεκα πεντεκαίδεκα ἑπτακαίδεκα. Rarius χίλιοι cum numero altero vel præposito vel postposito per præpositionem conjungitur, ut τέτταρας πρὸς τοῖς χιλίοις dixit Lucian. Cataplo c. 4, et Plato Leg. 10, p. 894, E : Ὅταν οὕτω δὴ χίλια ἐπὶ μυρίοις γίγνηται τὰ κινηθέντα.] Et ap. Plat. Apol. Socr. [p. 36, A] : Ὤφειλεν ὁ κατήγορος χιλίας δραχμὰς, οὐ μεταλαβὼν τὸ πέμπτον μέρος τῶν ψήφων, Mille drachmas debebat accusator, qui quintam suffragiorum partem non tulisset. [Δραχμῶν nomen sæpe omittitur, ut in locutionibus περὶ χιλίων κινδυνεύειν ap. Demosth. p. 599 extr., ἐν χιλίαις ὁ κίνδυνος p. 601, 20; 701, 1, et sæpius χιλίας ὀφλεῖν, χιλίας ἀποτίνειν. Quo exemplo etiam χιλίας αἰτεῖν dixit Lucian. D. mer. 11, 3.] Et ap. Hermog. χιλίας δραχμὰς virgini pro dote jubetur dare, qui eam vitiavit. [Οἱ χίλιοι sæpe dicuntur mille viri, quorum hic numerus lege constitutus est vel in re bellica vel in re publica gerenda, ut οἱ χίλιοι Argivorum ap. Thucyd. 5, 67, 81, Aristot. Polit. 5, 4, Diodor. 12, 75, 80, aliosque; οἱ χίλιοι, ex δμοτίμοις delecti, in exercitu Persarum, ap. Xenoph. Cyrop. 1, 5, 5. Οἱ χ. in republica Locrensium ap. Polyb. 12, 16, 10 : Καθισάντων τῶν χιλίων· apud Agrigentinos, Diog. L. 8, 66 : Ἐμπεδοκλῆς τὸ τῶν χιλίων ἄθροισμα κατέλυσεν· apud Crotoniatas Iambl. V. Pyth. p. 92 : Ἐκάλεσαν οἱ χίλιοι τὸν Πυθαγόραν εἰς τὸ συνέδριον.] Apud Aristoph. autem [Vesp. 707 : Εἰσίν γε πόλεις χίλιαι, αἳ νῦν τὸν φόρον ἡμῖν ἀπάγουσιν] χίλιαι πόλεις schol. exp. πολλαὶ, finitum numerum pro infinito accipiens. [Addit schol. : Ἢ καὶ ἀπὸ ἱστορίας τὸ τοιοῦτον ἔλαβεν.] Est porro et singularis numeri aliquis usus. Nam Χιλίη ἵππος ap. Herodot. [5, 63; 7, 41; 8, 113; et ἵππον εἰς χιλίαν vulgo ap. Xen. Cyrop. 4, 6, 2, sed vitiose pro δισχιλίαν] legimus pro χίλιοι ἱππεῖς, Mille equites. Quibus similia exempla vide in Ἵππος. [Ὁλοκαύτωσιν χιλίαν LXX Paral. 2, 1, 6. ῑ]

[Χιλιοκαιπεντηκονταπλασίων, ὁ, ἡ, Multiplicatus numero 1050. Cleom. Cycl. Theor. 2, p. 227.]

[Χιλιοκράτωρ, ορος, ὁ, i. q. χιλίαρχος. Tzetz. Hist. 3, 719 : Χιλιοκράτορες ἱππέων ἐπιλέκτων.]

Χιλιόκωμος, ὁ, ἡ, Mille vicos s. pagos habens. Strabo 12, p. 245 [561] : Οὐ πλατὺς τὸ πρῶτον τελέως, ἔπειτα πλατύνεται, καὶ ποιεῖ τὸ χιλιόκωμον καλούμενον πεδίον. [Ammian. Marc. 23, 3, 5.]

Χιλιόμβη, ἡ, Sacrificium ex mille bobus s. aliis animantibus. Eustath. p. 1454 : Ὅτι δὲ οὐ μόνον ἑκατόμβαι, ἀλλὰ καὶ χιλιόμβαι ἦσαν παρὰ τοῖς παλαιοῖς, δηλοῖ ὁ γράψας ὅτι ἐν τῇ Μιλτιάδου νίκῃ χιλίας χιμαίρας Ἀθηναῖοι τῇ Ἀγροτέρᾳ Ἀρτέμιδι ἔθυσαν. [Joseph. Hypomn. c. 74, p. 172 : Χιλιόμβην πρώτην ποιούμενος ἀπὸ τῆς ἑκυτοῦ βασιλείας θυσίαν. Theodoret. Or. 7 ad Græcos : Ἑκατόμβας καὶ χ. κατέθυον. Suicer. Greg. Nyss. t. 1, p. 475, C. Julian. Imp. p. 214, A, ἡ τῆς Ὀλυμπιάδος χ. De accessione hæreticorum ad veram de rebus divinis doctrinam Anon. Vita Chrys. t. 8, p. 333, 18 : Ποίας ἑκατόμβης ἢ χ. (τοῦτο) οὐ χαριέστερον; Hase.]

Χῑλιόναυς, ὁ, ἡ, Mille instructus navibus, Mille habens naves. Eur. Or. [352] : Ὦ χιλιόναυν στρατὸν ὁρμήσας εἰς γῆν Ἀσίαν, χαῖρε· tot enim erant Græcorum naves, sc. χίλιαι πρὸς ταῖς ρνε', M. C. LV. [Andr. 106 : Χιλιόναυς Ἑλλάδος ὠκὺς Ἄρης· Rhes. 262 : Χ. στρατεία· Iph. A. 174 : Ἐλάταις χιλιόναυσιν, pro ἐλατίναις ναυσὶ χιλίαις. Const. Manass. Chron. 1238.]

[Χιλιοναύστολος. V. Χιλιοναύτης.]

Χιλιοναύτης s. Χιλιόναυτος, ὁ, Mille nautas habens : ut χιλιοναύταν [χιλιοναύτην] στόλον dixit Æschylus [Ag. 45] (qui voce composita Χιλιοναύστολος a Strab. vocari dicitur, exponiturque Classis mille navium) : pro quo diceretur tamen potius χιλιόναυς. Itidem vero ex Eur. [Iph. T. 141], χιλιοναύτα κώπα affertur pro Mille navibus. [Ubi cum nomine feminino conjunctum est, de quo v. Lobeck. Paral. p. 268.]

[Χιλιονταετηρὶς, ίδος, ἡ, Mille annorum tempus, Mille anni. Epiphan. Hæres. 77, p. 1031. Jo. Chrys. In Psalm. p. 1 Coteler. « Method. Conviv. p. 133, C. » Boiss. Justin. Mart. p. 307, B : Οὕτως γὰρ Ἡσαΐας (65, 17) περὶ τῆς χ. ταύτης εἶπεν. Hase. Conf. Ἑκατονταετηρίς.]

[Χιλιονταετὴς, δ, ἡ, ap. Justin. Mart. p. 57, B, χιλιονταετῆ περίοδον, Mille annorum ambitum. Hase.]

[Χιλιονταετία, ἡ, Mille annorum tempus, Mille anni. Euseb. H. E. 3, 28. Joann. Malal. p. 7, 2.]

[Χιλιοντὰς, άδος, ἡ, Millenarius numerus. Andreas Hieros. De rat. inv. circuli solar. : Κράτει τὰ κάτω τῶν χιλιοντάδων καὶ ἑκατοντάδων τῶν ἀπὸ κτίσεως κόσμου. Et mox ibid. Ducang. Nicol. Artabasd. init. Boiss.]

Χιλιόπαλαι, q. d. Millies olim, [vox comica ap. Aristoph. Eq. 1155].

Χιλιοπλάσιος, ία, ιον, Millecuplex, vel potius Milleplex, i. e. Millies auctus, Mille accessionibus amplificatus, Themist. p. 33; ubi etiam μυριοπλάσιος, δεκαπλάσιος, leguntur. [OEcum. In Apoc. p. 328, 27 Cramer., χ. τὴν πτῶσιν. Hase. || Adverb. Χιλιοπλασίως LXX Deut. 1, 11.]

[Χιλιοπλασίων, δ, ἡ, idem. Symm. sec. cod. Coisl. Sam. 2, 18, 3 : Σὺ γὰρ χιλιοπλασίων ἡμῶν, Tu enim millies potior es nobis. Schleusn.]

[Χιλιόπους, δ, ἡ, Millepeda, Gl.]

[Χίλιος. V. Χίλιοι.]

[Χίλιος vitiose pro Χείλεως, quod v.]

[Χῑλιόσῑτος, δ, ἡ, Plurimo frumento refertus. Const. Manass. Chron. 5808 : Χιλιόσιτα πλουτῶν σιτοδοχεῖα.]

[Χιλιοστία, ἡ, Spatium mille annorum. OEcum. In Apoc. p. 338, 6; 433, 23 Cramer. Hase.]

Χῑλιοστὸς, ὴ, ὸν, Millesimus [Plato Phædr. p. 249, B : Τῷ χ. ἔτει· et Rep. 10, p. 615, C. Xenoph. Cyrop. 2, 3, 6 : Οὐκ ἂν κριθείην οὔτε πρῶτος οὔτε δεύτερος, οἶμαι δὲ οὐδὲ χ.] : ut ἡ χιλιοστὴ μοῖρα, Millesima pars : pro quo et χιλιοστὴ dicitur sine adjectione substantivi, ut μυριοστή. Nec non Χιλιοστὺς, ύος, ἡ, pro χιλιοστὴ μοῖρα, Millesima pars. [Pollux 1, 27; Etym. M. p. 728, 56.] Et in exercitu χιλιοστὺς dicuntur Mille viri, milites : χίλιοι ἄνδρες, teste Suida, qui hæc affert ex quodam quem non nominat : Τῶν δὲ ἱππέων καθ' ἑκάστην χιλιοστὺν δράκων ἡγεῖτο ἐπὶ κάμακος ἀνατεταμένος. Rursum Hesychio χιλιοστὴ est τέλος ἀπὸ τῆς θυσίας, Tributum quoddam ex sacrificio : forsan Millesima sacrificii pars, quæ dabatur sacerdotibus vel aliis. Idem χιλιοστὴ Bud. interpr. Cohors millenaria, Numerus millenarius, afferens e Xenoph. Cyrop. 6, [3, 13] : Καὶ σὺ, ὦ Φαρνοῦχε καὶ Ἀσιαδάτα, τὴν τῶν ἱππέων χιλιοστὴν, ἧς ἑκάτερος ἡμῶν ἄρχει, μὴ συγκατατάττετε εἰς τὴν φάλαγγα. Sed ibi potius scrib. χιλιοστὺν per υ in ultima syllaba, ut in præcedente ex Suida loco; atque ita habet mea quoque edit. p. 99. [Recte nunc legitur χιλιοστὺν, ut ib. § 31; 2, 4, 3, ubi plur. χιλιοστύες, et 7, 5, 17.] At Χιλιαστὺς, quod in VV. legitur, exponiturque itidem Numerus mille milites continens, mendosum esse et ipsum dico, ac pro eo scrib. Χιλιοστύς.

[Χιλιοστὺς, ύος, ἡ. V. Χιλιοστός.]

Χιλιοτάλαντος, ὁ, ἡ, Mille valens aut constans talentis, ut Plutarch. Pericle [c. 12] dicit ναοὺς χιλιοταλάντους. [Alexis ap. Athen. 6, p. 237, C : Ὄφρῦς ἔχων χιλιοταλάντους.]

[Χιλιοφόρος, ὁ, ἡ, Mille amphoras capiens. Dio Cass. 56, 27 : Μήτε πλοῖα πλείω φορτικοῦ ἑνὸς χιλιοφόρου.]

[Χιλιόφυλλος, ἡ, synonymum polygoni ap. Diosc. 4, 4, achilleæ 4, 36.]

[Χιλιόχρυσος, ὁ, nomen medicamenti, ap. Alex. Trall. 11, p. 643.]

Χιλιόω, Mille drachmis multo, Mili drachmarum multo : unde ap. Hesych. Χιλιωθῆναι [sic recte correxit quod ap. Hesych. est χιλωθῆναι], χιλίας δραχμὰς ζημιωθῆναι [Idem Κεχιλιῶσθαι· χίλια ἐζημιῶσθαι· ubi χίλια pro χιλίας scriptum est, ut in Etym. M. p. 404, 43 : Ἐχιλιώθη· χίλια ἐζημιώθη] : et ap. Harpocr. ac Suid. ex Lycurgo In Aristog. χιλιωθέντα pro χιλίας ὀφλόντα [ὀφλόντα], subaudiendo δραχμάς. (Ita enim repono pro χίλια σοφὰ ὄντα, quod in Ms. etiam Suidæ exemplari legi demiror.) [Recta scriptura est in Lex. rhet. in Bekk. p. 315, 30.] Iidem vero et χιλιῶσαι afferunt ex ejusdem Lycurgi Or. in Cephisod. [Harporationis libri non χιλιῶσαι, sed κεχιλιῶσαι, quod apud Suidam ulterius depravatum est in καὶ χιλιῶσαι. Re-

ctam scripturam κεχιλιῶσθαι, quæ ex gl. Hesychii supra allata peti poterat et ex Polluce 8, 23, restituit Salmasius.] || Ceterum notandum est, quædam ex superioribus derivatis admittere diphthongum, etiam in prima syllaba, ut pro χιλιοστὺς scribitur Χειλιοστύς : unde apud Hesych. Χειλιοστύες, quod exp. αἱ φυλαὶ, Tribus : quomodo supra χιλίαρχοι, Tribuni, Tribuni militum. Itidem pro χίλιοι scribitur Χείλιοι : quod Æolicum esse tradunt Etym. et Lex. meum vetus. [Æolicum est Χέλλιοι. V. Χίλιοι.] Similis vero scripturæ ratio dicetur in seq. Χιλός.

Χῑλίωρος, [ὁ, ἡ,] pro Mille annorum tempus, ex Lycophr. affertur; sed puto ibi aliquid deesse. [Recte legitur v. 1135 : Τὸν χιλίωρον ... χρόνον· ubi schol. : Τὸν χιλιετῆ· ὧρος γὰρ ὁ ἐνιαυτός. Alius exp. κατὰ χιλιοστόν.]

Χιλὸς [in libris antiquis χειλὸς, de quo v. s. v. Χιλόω], ὁ, Pabulum; peculiariter jumentorum : ut est fœnum, avena, et similes aliæ vel herbæ vel semina, quibus vesci jumenta consuevere vel viridibus vel aridis. [Χιλὸς inter τροφὰς ἵππων ap. Poll. 1, 183. Φέρειν χιλὸν τοῖς ὑποζυγίοις id. 10, 166.] Apud Suid. : Τὰ δὲ κτήνη πάντα χιλῷ ἔνδον ἐτρέφετο, e Xenoph. [Anab. 4, 5, 25.] Itemque ex Herodoto [4, 140] : Διὰ τῆς ἑτέρης χώρης, τῇ χιλός τε ἵπποις καὶ ὕδατα ἦν. Item ex quodam, quem non nominat : Ὅσος τε σῖτος καὶ χιλὸς ἐν τῇ χώρᾳ, εἴσω τειχῶν κομίζεσθαι, Quidquid frumenti et pabuli erat in regione. Sic Arrian. 3, [7, 6] : Καὶ χιλὸς τοῖς ἵπποις καὶ τὰ ἐπιτήδεια. Et rursum, Χιλὸς τοῖς ἵπποις πολὺς ταύτῃ ἦν. Et Plut. : Ἦν γὰρ οὔτε σῖτος τοῖς ἀνδράσιν ἄφθονος, οὔτε τοῖς ὑποζυγίοις χιλός. [Id. V. Eumen. c. 9 : Τοῖς ἵπποις χιλὸν ἐμβαλόντας· Mor. p. 678, A : Παραβαλλόμενον ἵπποις σέλινον ἢ τινα τοιοῦτον χιλόν.] Item et ἐπιμελεῖσθαι χιλοῦ dicitur eques et ἐπὶ χιλὸν ἐξέρχεσθαι, quum sibi de pabulo prospicit et pabulatum exit. Xenoph. Hipparch. [6, 3] : Ἐν δὲ ταῖς φρουραῖς χρὴ καὶ χιλοῦ καὶ σκηνῶν καὶ ὑδάτων, καὶ τῶν ἄλλων ἐπιτηδείων φανερὸν εἶναι ἐπιμελούμενον· Cyrop. 6, p. 97 [c. 3, 9] : Οἱ δὲ ληφθέντες, ἀνερωτώμενοι ὑπὸ τοῦ Κύρου ἔλεγον ὅτι ἀπὸ τοῦ στρατοπέδου εἶεν, προεληλύθοιεν δὲ ἐπὶ χιλὸν, οἱ δ' ἐπὶ ξύλα, παρελθόντες τὰς προφυλακάς. Itidemque alibi sæpe. [Id. Anab. 1, 5, 7 : Ὁπότε ἢ πρὸς ὕδωρ βούλοιτο διατελέσαι ἢ πρὸς χιλόν. Plutarch. V. Anton. c. 46 : Τοῖς ἐπὶ χιλὸν ἢ σῖτον προερχομένοις. Χιλοῦ καὶ σίτου Xenoph. Cyrop. 5, 4, 40.] Nec non et τὸν χιλὸν καταπατεῖν, Conculcare pabulum quod adhuc in viridi herba est : ut ap. Arrian. [1, 12, 17] : Τόν τε χιλὸν ἀφανίζειν καταπατοῦντας τῇ ἵππῳ, καὶ τὸν ἐν τῇ γῇ καρπὸν ἐμπιπράναι. Ubi de fœnis, avenis, hordeisve nondum demessis dicitur, ut et ap. Suid. in hoc l. : Ὁ χιλὸς ἐν χέρσῳ φύεται· quod exp. χόρτος s. ὁ χόρτος τῶν βοσκημάτων, sed etiam τροφὴ, βρῶσις, καὶ πᾶν ἄλλο χόρτασμα : ut de Quavis esca s. Re esculenta dici putandum sit. [Schol. Nicandri Ther. 569 : Χιλοὶ ὑπό τινων ὁ Δημητριακὸς καρπὸς, ὑπὸ δὲ ἄλλων αἱ κριθαὶ καλοῦνται. Euphorio in Etym. M. p. 181, 31 : Ἐς Φθίην χιλοῖο κατήϊε πάμπαν ἅπαστος.] Quorum hic fem. etiam genere dici Χιλὴ, ille neutro Χιλὸν, innuit : neuter tamen ullo allato exemplo vel citato auctore. [Hesychii verba sunt Χιλὸς ἡ τροφὴ καὶ χιλὸν τὸ αὐτὸ κτλ., ubi καὶ χιλὴ scribendum videri potest ex Suida, Χιλή· τροφὴ, καὶ χιλὸς ἀρσενικῶς ἡ τροφή. Τὴν χιλὸν, quod nemo dixit, dicere videtur Etym. M. p. 811, 47 : Χιλός· θηλυκῶς λέγεται· σημαίνει δὲ τὴν τροφὴν παρὰ τὸ ἔχειν τὸ σῶμα, τουτέστι κρατεῖν· ἢ παρὰ τὸ χεῖλος. Χεῖλος δὲ ὁ χόρτος τῶν βοσκημάτων, παρὰ τὸ χεῖσθαι τῷ ἔλει· et disertius Chœrob. in Cram. Anecd. Oxon. vol. 2, p. 276, 23 : Χιλός· σημαίνει δὲ τὴν τροφὴν καὶ ὀξύνεται, καὶ θηλυκῶς λέγεται καὶ διὰ τοῦ ι γράφεται. Contra in Etymologici codice Voss. omissis verbis θηλυκῶς λέγεται, post τροφὴν pergitur, Τινὲς δὲ διὰ τῆς ει διφθόγγου γράφουσιν, ὅτι ἀπὸ τοῦ χεῖλος, ἀλλὰ διὰ τοῦ ιλος· παρὰ τὸ ἔχειν οὖν, τουτέστι τὸ κρατεῖν, τὸ σῶμα. Apparet ex his utriusque feminini, ἡ χιλὸς et ἡ χιλὴ, fidem valde incertam esse.]

Χιλόω, Pasco : ut equum pabulo in præsepe injecto pascimus alimusque, s. saginamus. Et pass. Χιλοῦσθαι, Pasci, Ali, Saginari, σιτίζεσθαι, παχύνεσθαι, ut Hesych. exp. (At pro χιλωθῆναι, quod apud Eundem legitur, exponiturque ζημιωθῆναι χιλίας δραχμὰς, reponendum χιλιωθῆναι, a χιλιόω.) Rursum ἵππον χιλοῖ, qui ei χιλὸν et pabulum offert quod comedat, Pabulum præbet. Xenoph. Anab. 7, [2, 21] : Διὰ γὰρ τὸν φόβον τὰς μὲν ἡμέρας ἐχίλου τοὺς ἵππους, τὰς δὲ νύκτας ἐφυλάττετο. [Schol. Æsch. Suppl. 540 βούχιλον exp. ἔνθα ἐχιλοῦτο ἡ βοῦς καὶ ἤσθιεν.]

|| Porro sciendum est, ι in hisce ex χιλὸς derivatis atque adeo in ipso χιλὸς, asciscere sibi ε, et primam syllabam diphthongo scribi, nimirum Χειλὸς pro χιλός. Id quod ex Eustath. patet, p. 772 : Ὅτι δὲ ἡ χλόη καὶ χειλὸς ἐλέγετο, δηλοῖ Αἴλιος Διονύσιος, εἰπών, Χειλὸς, πόα, χόρτος· παρ' αὐτῷ δὲ καὶ διὰ διφθόγγου γράφεται ὁ τοιοῦτος χιλὸς, ὡς ἡ αὐτοῦ στοιχειακὴ ἀκολουθία βούλεται. [Etym. M. p. 322, 16 : Ὁ χείλων ἐν χέρσῳ φύεται· τοῦτο δέ ἐστι χόρτος. Cod. Voss. χείλος. Scribendum igitur χιλὸς et in lemmate glossæ ἐκκεχιλωμένην pro ἐκκεχειλωμένην, ut est ap. Zonar. p. 666.] Sic Χειλόω et Χειλεύω pro χιλόω et χιλεύω. Unde ap. Hesych. χειλοῦσθαι, παχύνεσθαι, σιτίζεσθαι : et χειλοῦται, μεγαλύνεται, αὔξεται : pabulo enim jumenta fiunt habitiora et crassiora. Item, Χειλεύει στρατὸν, σιτοδοτεῖ στρατὸν, τρέφει. Nec non ipsum Χειλὸς legitur apud Eundem, itidemque exp. τροφὴ, βρῶσις, χόρτος, καὶ πᾶν ἄλλο χόρτασμα. Quanquam hæc duo postrema, χειλεύει et χειλὸς, apud eum non cum diphthongo scripta sunt, sed simplici ι, posita tamen in serie eorum nominum quorum initium est Χει. Unde per diphthongum ab eo scripta fuisse satis liquet. Sed et Χειλωτὴρ, apud Eundem extat pro χιλωτὴρ, sc. in expos. φορβειά. Φορβειὰ, inquit, ἡ αὐλητικὴ στομίς· λέγεται δὲ καὶ ὁ χειλωτήρ· indicans, vocab. illud φορβειὰ significare non solum τὴν αὐλητικὴν στομίδα, verum etiam τὸν χειλωτῆρα, i. e. Camum s. Fiscellam quæ ori jumentorum circumponitur, injecto fœno aut alio pabulo, ut docebo in Χιλωτὴρ ex Eodem. (Hoc ipsum vero χειλωτὴρ aliquando significat et τὴν αὐλητικὴν στομίδα : sed tunc aliam habet originem, ut ii testantur, qui φορβειὰς fuisse dicunt δέρματα τὰ περὶ τὸ στόμα τῶν αὐλητῶν προσδεσμευόμενα s. περικείμενα τῷ στόματι τῶν αὐλητῶν, ἵνα μὴ σχισθῇ τὰ χείλη αὐτῶν, καὶ σύμμετρον τὸ πνεῦμα πεμπόμενον, ἡδεῖαν τὴν φωνὴν τοῦ αὐλοῦ ποιήσῃ : derivatur enim ea ratione a χεῖλος, et χειλωτὴρ nominatur ejusmodi αὐλητικὴ στομὶς, quoniam labris circumponitur s. circumligatur, ut intentiore flatu non rumpantur.) Sic Εὔχειλος et Περιχειλόω pro εὔχιλος et περιχιλόω. Verum non sequitur ut quemadmodum χιλὸς cum suis derivatis asciscit interdum ε ad ι in prima syllaba, ita vicissim χεῖλος cum suis hoc ipsum ε abjicere posse credamus. [HSt. ubi de derivatis ab Χεῖλος agit :] At Χειλόω et Χειλωτὴρ, quæ ap. Hesych. leguntur, sine diphthongo potius scrib. sunt, a χιλός : quanquam et hoc χιλὸς cum diphthongo scribi testatur Eustath. ex Ælio Dionysio afferens, Χειλὸς, πόα, χόρτος : itidemque χείλιοι [immo χέλλιοι] pro χίλιοι Æolica usurpari dialecto tradit Etymologus. Sed de his alibi. || Alioqui Χειλόω et comp. Περιχειλόω, Labro circumdo, Labrum in ambitu duco. Bud e Xenoph. De re eq. [4, 4] : Εἰ λίθων στρογγύλων ὅσον μνααίων ἁμάξας τέτταρας καταβάλλοι, περιχειλώσας σιδήρῳ, ὡς ἂν μὴ σκεδαννύωνται.

[Χίλωμα, τὸ, Pabulatio, Pabulum. Phot. Bibl. p. 454, 15 : Τρωγλοδύται μαχόμενοι περὶ τοῦ χ. Per diphthongum in fragm. Æschyli 270 (ap. schol. Hom. Od. Λ, 134) : Ἐρωδιὸς ... ὄνθῳ σε πλήξει, νηδύος χειλώμασι.]

[Χείλων vitiose pro χιλός. V. Χιλόω.]

[Χίλων, ωνος, ὁ, Chilon, Demageti filius, Lacedæmonius, unus ex septem sapientibus, cujus vitam scripsit Diog. L. 1, 68 seqq. Memoratur ab Herodoto 1, 59, Plat. Protag. p. 343, A, aliisque. || Lacedæmonius, Archidami sororis maritus. Xenoph. Hell. 7, 4, 23. || Nauarchus Lacedæmoniorum apud Æschin. p. 38, 23. || Alius, pariter Lacedæmonius, ap. Polyb. 4, 81. || Periodonica Patrensis ap. Pausan. 6, 4, 4; 7, 6, 4. Frequens in codicibus et constans apud Diogenem L. nominis scriptura est Χείλων. Χίλων inter nomina ab χι incipientia ponit Herodian. Epim. p. 149. G. D. ΓΙΛΟΝ scriptum in fictili *Catal. di ant. etr. del princ. di Canino* p. 119, n. 1434. At in inscr. Bostr. C. I. vol. 3, p. 270, n. 4648, 2, Χείλωνος Μαλχίωνος. Hase.]

[Χιλώνειος, ὁ, ἡ, Chiloneus. Aristot. Rhet. 2, 12 : Ἁμαρτάνουσι παρὰ τὸ Χιλώνειον, i. e. Præceptum Chilonis. Diog. L. 1, 72 : Βραχυλόχος ἦν (ὁ Χείλων)· ὅθεν καὶ Ἀρισταγόρας ὁ Μιλήσιος τοῦτον τὸν τρόπον Χειλώνειον καλεῖ. Quæ Suidas excerpsit s. v. Χίλων, ubi Χιλώνειος scriptum.]

[Χιλωνίς, ίδος, ἡ, Chilonis, Cleadæ filia. Polyæn. 8, 34. || Idem nomen per diphthongum scribitur. Χειλωνίς, θυγάτηρ Χείλωνος τοῦ Λακεδαιμονίου, Pythagorea ap. Iambl. V. Pyth. p. 532. || Χειλωνίς, Cleonymi Lacedæmonii uxor, ap. Parthen. c. 23, cujus nomen in Χελιδονὶς corruptum in libris deterioribus Plutarchi V. Pyrrhi c. 26—28, cui nunc ex melioribus Χιλωνὶς restitutum. Χιλωνίς, Leonidæ filia, ap. eund. V. Agidis c. 17 et 18, libris partim diphthongum præbentibus.]

Χῑλωτήρ, ῆρος, ὁ, Camus, s. Fiscella quæ ori equi circumponitur, ex vertice loro aut funiculo aliquo suspensa, in quam fœnum aliudve pabulum conjicitur : idque ea potissimum de causa, ne equus alicubi subsistere cogatur, et pabulum capere : cujusmodi fiscellas s. potius reticula hodieque mulis dossuariis circumponi videmus. Hesychio τὸ τοῖς ὑποζυγίοις ἀπὸ κορυφῆς ἐξαρτώμενον, ἐν ᾧ ἡ τροφή. [Pollux 1, 185 : Ἀφ' οὗ ἐσθίει ὁ ἵππος, κρεμαμένου μὲν ἐκ τῆς κορυφαίας, περιτιθεμένου δὲ τῷ στόματι, χιλωτήρ· et 10, 56.] Tale quid fere erat etiam ἡ φορβειὰ s. ἡ φορβέα : legimus enim in Hippiatr. : Τὰς δὲ φάτνας ὑψηλοτέρας εἶναι δεῖ, ὡς ἀνηρτῆσθαι ἀπ' αὐτῶν τὰς φορβέας, καὶ ἀνανευούσας λαμβάνειν τὴν τροφήν. Et equus, cui ejusmodi fiscella circumposita est, dicitur τὴν φορβειὰν περιτεθεῖσθαι s. περιεζῶσθαι τὴν φορβειάν : quamobrem et περιστόμιον nominatur.

[Χιμάδιον. Χιμάζω. V. Χειμάδιος et Χίμαιρα.]

[Χίμαιρα, ἡ. HSt. s. v. Χίμετλον] : Porro observandum est, non solum in χίμετλον dissolvi diphthongum, et ε eximi, verum etiam in aliis quibusdam. Nam Χιμάδιος dicitur, et Χιμάζω, et Χιμάω, pro χειμάδιος et χειμάζω et χειμάω, Hesych. Is enim χιμαδίῳ affert pro χειμῶνος : forsan subaudito χρόνῳ vel ὥρῃ, ut sit Brumali tempore. Et χιμάζειν, pro τὸν χειμῶνα διάγειν, Hyemem traducere, Hyemare : itidemque χιμάζω pro παραχειμάζω : nec non χιμᾶν pro ῥιγοῦν, Rigere, Frigere, Algere : ut solet fieri hyberno tempore. Sed et Χίμαροι Eidem sunt αἶγες χειμέριαι, ἢ τράγοι, Capræ hybernæ aut Hirci, s. οἱ ἐν τῷ χειμῶνι γενόμενοι ἔριφοι, Hœdi qui hyeme nati sunt : nec non ῥύακες, ποταμοὶ ἐξ ὄμβρων, Fluvii ex imbribus. [Confundit Hesychius χιμάρους et χειμάρρους non solum hic, sed etiam supra, Χείμαρροι (Musurus Χίμαροι contra seriem)· οἱ ἐν τῷ χειμῶνι γενόμενοι ἔριφοι· καὶ οἱ ποταμοὶ καὶ ῥύακες. Accurate distinxit Etym. M. p. 811, 50 : Χίμαρος· σημαίνει τὸν τράγον· ἐκ τοῦ χίμαιρα, πρὸς ἀντιδιαστολὴν τοῦ ἐν τῷ χειμῶνι ῥέοντος ποταμοῦ. Γίνεται παρὰ τὸ κίω τὸ πορεύομαι, κίμαρος καὶ χίμαρος. Χίμαρος, ὁ, Hircus, ap. Theocr. Epigr. 4, 15 : Ἀπορρέξαι χίμαρον καλόν. Gætul. Anth. Pal. 6, 190 : Ἰταλέον χ., et ib. 154 : Ἀρτίτοκον χ. συμπαίστορα ματρός. Oppian. Cyn. 1, 390 : Χίμαροι λασίῃσιν ἐφιππεύουσι χιμαίραις. Frequens in libris V. T., velut Levit. 4, 23 : Προσοίσει τὸ δῶρον αὐτοῦ χίμαρον ἐξ αἰγῶν· Num. 7, 87 : Χίμαροι ἐξ αἰγῶν δώδεκα περὶ ἁμαρτίας· ut ceteris quoque in locis plerumque ἐξ αἰγῶν additum est. || Χίμαρος, ἡ, Capra, ap. Theocr. 1, 6, quem locum infra attulit HSt., et Epigr. 6, 3 : Οἴχεται ἃ χίμαρος, τὸ καλὸν τέκος, Theodorid. Anth. Pal. 6, 157 : Χιμάροιο νομαίης· et Mæcius ib. 9, 403, et sic ap. Aristoph. quoque Eq. 661 χιμάρων de capris, non de hircis intelligendum. Antonin. Lib. c. 12.] Cujus χίμαρος fem. genus est Χίμαιρα [cujus de accentu v. Arcad. p. 97, 5], Capella hyberna, hyeme nata, sylvatica; idem enim Hesych. χίμαιραν exp. αἶγα ἀγρίαν, Capram agrestem s. sylvestrem. De his Eustath. quoque p. 635, Ἡ δὲ γραφὴ, inquit, τῆς κατὰ τὴν χίμαιραν ἀρχούσης ὁμοία τῇ τῶν χιμέτλων· ἐκεῖνά τε γὰρ παρὰ τὸν χειμῶνα γινόμενα, διὰ μόνου διχρόνου γράφεται· καὶ χίμαρος δὲ ὁμοίως ὁ τράγος, καὶ χίμαιρα τὸ αὐτοῦ θηλυκὸν, ἡ ἐν χειμῶνι, φασὶ, κυρίως τεχθεῖσα. Idem p. 1625, ex Aristoph. grammatico : Τῶν αἰγῶν οἱ μὲν τέλειοι, τράγοι καὶ ἴξαλοι· ἡ δὲ ἐχομένη ἡλικία, χίμαροι· τὰ δὲ νεώτατα, ἔριφοι. At de fabulosa χιμαίρᾳ vide quæ prolixe Idem refert p. 234 et 635. Nec vero prorsus ficta hæc fuisse de chimæra ista, ex eo conjiciunt veteres, quod Hom. et tempus commemoret quo fuerit, et eum qui aluit [v. Il. Z, 179, Π, 328, H. Apoll. 368 : unde Lucill. Anth. Pal. 11, 239 : Οὔτε Χ. τοιοῦτον ἔπνει κακὸν ἡ καθ' Ὅμηρον] : fortassis igitur χίμαρος ἐξ αἰπολίου ἀγριανθείς, καὶ ὥσπερ τι τέρας ἀπεχθὰς (ut aper ille Calydonius, et is cujus ab Herodoto fit mentio), καὶ πολλοὺς βλάπτων, ἀφορμὴ τῆς ποιητικῆς τερατολογίας ἐγένετο. Hesiod. Theog. [322] ex hydra Lernæa ortam tradit, et πνεῖν ἀμαιμάκετον πῦρ. Eodem teste, Τῆς δ' ἦν τρεῖς κεφαλαὶ, μία μὲν χαροποῖο λέοντος· Ἡ δὲ, χιμαίρης, ἡ δ' ὄφιος κρατεροῖο δράκοντος· Πρόσθε λέων, ὄπιθεν δὲ δράκων, μέσση δὲ χίμαιρα, Δεινὸν ἀποπνείουσα πυρὸς μένος αἰθομένοιο. [Similiter Hesych. s. h. v., addens φασὶ δὲ ἐν Λυκίᾳ γίνεσθαι.] Ubi sicut χίμαιρα dicitur ἀποπνείειν πυρὸς μένος αἰθομένοιο, ita ap. Athen. 11, et 13, [p. 583, E] vocatur πυρπνόος a Comico quodam : ibidemque meretrix quædam ὥσπερ ἡ χίμαιρα πυρπολεῖ τοὺς βαρβάρους. [Pind. Ol. 13, 128 : Χίμαιραν πῦρ πνέοισαν. Apollod. 1, 9, 3 : Τὴν πυρίπνουν Χ., et 2, 3, 3. Nomen a montibus quibusdam ignivomis repetit Strabo 14, p. 665 sq. Inter fabulas refert Sext. Emp. p. 386 : Καὶ γὰρ Σκύλλα καὶ Χίμαιρα καὶ πολλὰ τῶν μὴ ὄντων φρονεῖται. Plutarch. Mor. p. 640, B : Τῶν ποιητικῶν Σφιγγῶν καὶ Χιμαιρῶν τερατωδέστερα γένη. Lucian. Hermot. c. 72 : Τῶν ἱπποκενταύρων καὶ Χιμαιρῶν ... καὶ ὅσα ἄλλα ... ποιηταὶ ... ἀναπλάττουσιν. Tzetz. ad Lycophr. 17 : Ἦν γὰρ καὶ προϊδόντα τινὰ καὶ τὸ πῦρ τῆς Χιμαίρας φυλάξασθαι.] Inde et ap. Lucr. [2, 704] : Flammam spirantes ore chimæræ. Virg. [Æn. 6, 288] : Flammis armata chimæra. Horat. [Carm. 4, 2, 16; 2, 17, 13] : Tremendæ flamma chimæræ, et Igneæ spiritus chimæræ. Rursum Virg. [Æn. 7, 785] dicit Chimæram Ætnæos efflantem faucibus ignes. Nota vero et proprium usum hujus vocabuli χίμαιρα in Hesiodeo illo loco, sc. pro Capella s. Capra : qui Doricus esse videtur, quum Laconibus fuisse usitatum e Xenoph. cognoscamus et Plutarcho. Ille enim Hell. 4, p. 302 [c. 2, 20], Οὐκέτι δὲ, inquit, στάδιον ἀπεχόντων, σφαγιασάμενοι οἱ Λακεδαιμόνιοι τῇ ἀγροτέρᾳ, ὥσπερ νομίζεται, τὴν χίμαιραν, ἡγοῦντο ἐπὶ τοὺς ἐναντίους. [Id. Anab. 3, 2, 12 : Εὐξάμενοι τῇ Ἀρτέμιδι (ante pugnam Marathoniam) ὁπόσους ἂν κατακάνοιεν τῶν πολεμίων τοσαύτας χιμαίρας καταθύσειν. Et Rep. Lac. 13, 8. Ælian. V. H. 2, 25.] Hic vero in Lycurgo p. 97 [c. 22] : Καὶ τῶν πολεμίων παρόντων, ὁ βασιλεὺς ἅμα τήν τε χίμαιραν ἐσφαγιάζετο, καὶ στεφανοῦσθαι παρήγγειλε πᾶσι, καὶ τοὺς αὐλητὰς αὐλεῖν ἐκέλευε τὸ καστόρειον μέλος. [Æsch. Agam. 233, de Iphigenia mactata : Δίκαν χιμαίρας ὕπερθε βωμοῦ. Soph. fragm. 445 : Θαλλὸν χιμαίρᾳ προσφέρων νεόσπάδα. Oppian. Cyn. 1, 390; 2, 327. Χίμαιρα ἐξ αἰγῶν LXX Levit. 4, 28; 5, 6.] Theocr. quoque Doricum fuisse ostendit, qui et fem. genere χίμαρος usurpat, Idyll. 1 init. : Αἴκα δ' αἶγα λάβῃ τῆνος γέρας, ἐς τὲ καταῤῥεῖ Ἁ χίμαρος· χιμάρῳ [χιμάρω] δὲ καλὸν κρῆς, ἔστε κ' ἀμέλξῃς. Ubi schol. annotat, χίμαρον masc. quidem genere dici τὸν τράγον, fem. autem τὴν ἐνιαυσιαίαν αἶγα, Anniculam capram, τὴν ἐνὸς χειμῶνος ἰοῦσαν [οὖσαν. Etym. M. p. 811, 53 : Χ. ἡ ἐν χειμῶνι τεχθεῖσα, οἷον ἡ ἕνα χειμῶνα ἔχουσα.] Aliquanto post addit, ἔριφον dici μέχρι τριῶν καὶ τεττάρων μηνῶν : fem. autem genere χίμαρον, ἕως ἐνιαυτοῦ, h. e. ἕως ἂν τέκῃ καὶ ἀμελχθῇ : nam posteaquam peperit ἡ χίμαρος, non amplius χίμαρον nominari, sed χίμαιραν vel αἶγα : idem enim esse χίμαιραν et αἶγα. Malim tamen ego χίμαρον et χίμαιραν interpretari Capellam, Capram juvencam, quam simpliciter Capram, quum ab Aristot. videamus discrimen fieri inter χίμαιραν et αἶγα : sic enim ille H. A. 3, [21] : Ὀΐ καὶ αἰγὶ, καὶ βοῒ καὶ χιμαίρᾳ, ubi Gaza, Ovi, capræ, bovi et capellæ. || [Nomen piscis apud Ananium Athen. 7, p. 282, B : Ἡδὺ δ' ἐσθίειν χιμαίρης φθινοπωρισμῷ κρεῖας. || Chimæra, nympha ab Daphnide amata : Serv. ad Virgil. Ecl. 8, 68. || Nomen navis, cujus insigne erat Chimæra, ap. Virgil. Æn. 5, 118, 223. ||] Est χίμαιρα Montis etiam nomen, nec non Meretricis, ap. Athen. 13, [p. 583, E]. Est et Castellum in Epiri ora in Acroceraunii [ap. Procop. De ædif. 4, p. 75, D]:

pro quo in Epigr. [Anth. Pal. 7, 529] legitur Χίμαρα, ubi Theodorides ait, Ἐῤῥαίσθη Σικῶν [Σηκῶν] μεσσόθι καὶ Χιμάρας. [Cod. Pal. Χιμέρας, quod non debebat mutari. Nam *Chimera* est etiam ap. Plin. H. N. 4, 1, 3. Urbs Χείμαρρα, ἡ, memoratur ab Cantacuz. Hist. 2, p. 310, A.]

[Χιμαίρειος, ὁ, ἡ, Chimæreus. Herodian. Epimer. p. 149 : Χίμαιρα ζῷον θηριῶδες. Χιμαίρειον θράσος, τὸ τῆς Χιμαίρας. *Liquor Chimæreus* (Xanthi fluvii) ap. Virgil. Cul. 14.]

[Χιμαιρεὺς, έως, ὁ, Chimæreus, Promethei ex Celæno filius. Lycophr. 132, ubi vid. Tzetz.]

Χῑμαιροβάτης, ὁ, dicitur Pan in Epigr. [Leonidæ Anth. Pal. 6, 35], quod interpr. Initor capellarum; nisi sit Capripes, Caprinis incedens pedibus, αἰγίπους, αἰγιπόδης, s. αἰγοπόδης.

[Χιμαιροθύτης, ὁ, Capras sacrificans. Leon. Tar. Anth. Pal. 6, 300.]

[Χιμαιροφόνος, ὁ, ἡ.] Ex Epigr. [Glauci Anth. Pal. 9, 774] affertur et Χιμαιροφόνον θαῦμα, [Θυιάδα μαινομέναν,] pro Miraculum capras occidens.

[Χιμαιροφύλαξ, ακος, ὁ, Caprarum custos. Apoll. Dysc. in Bekk. Anecd. p. 602, 5.]

[Χιμάρα. V. Χίμαιρα.]

[Χιμάραρχος, ὁ, Dux caprarum. Τράγος χ. Leon. Anth. Pal. 9, 744.]

[Χιμαρίδαι, οἱ, Caprarii, γένος τι Ἀθήνησιν ap. Hesych., aliunde non magis cogniti quam qui ab eodem memorantur Χαρίδαι.]

[Χιμαροκτόνος, ὁ, ἡ, Capras occidens. Oppian. Cyn. 1, 233.]

[Χίμαρος, ὁ, Hircus. V. Χίμαιρα. Producta syllaba media Orac. Sibyll. 3, 747 : Ἔκ τ' ἀρνῶν ἄρνας αἰγῶν τε χιμάρους.]

[Χίμαρος, ὁ, Chimarus, statuarius, qui circa Tiberii tempora vixit. Inscriptio apud Donatum Suppl. Inscr. ad Thes. Murat. vol. 2, p. 210 : *Iulius Chimarus statuas et ædiculam effecit.*]

[Χιμαροσφακτὴρ, ῆρος, ὁ, Caprarum occisor. Λύκου χ. Eryc. Anth. Pal. 9, 558.]

[Χιμάω. V. Χειμάω et Χίμαιρα.]

[Χιμέρα. V. Χίμαιρα.]

[Χιμετλιάω.] Χειμεθλιάω, sive Χιμετλιάω, Pernionibus laboro s. vexor, Manus pedesve frigore hyberno exulceratas habeo. [Χιμετλιάω, Diosc. 2, 39.]

[Χίμετλον, τό.] Χείμεθλον, sive Χίμετλον (pro quo alicubi scriptum Χέμετλον vel Χύμετλον), Ulcus ex hyberno frigore, quod frigore hyberno digiti pedum manuumque, nec non tali, contrahunt. Pernionem Latini vocant. [Scripturam per ι probat Eustath. p. 634, 25.] Suidæ τὸ ἐν χειμῶνι γενόμενον ἕλκος ταῖς ῥήξεσι τῶν δακτύλων. [Schol. Nicand. Th. 682 : Χ. τὰ ἀπὸ κρυμοῦ γινόμενα τῶν ποδῶν ὑπεκκαύματα. Similiter Etym. M. p. 811, 57, derivans παρὰ τὸ ἐν χειμῶνι τλεῖν. Theoph. Nonnus vol. 2, p. 204 : Τὰ χίμετλα (alii libri χείμετλα vel χείμεθλα) ἑλκώδεις εἰσὶ διαθέσεις περὶ τοὺς δακτύλους τῶν χειρῶν καὶ ποδῶν συνιστάμεναι ἐν χειμῶνι· ubi Bern. citat Paul. Ægin. 3, 39, Celsum 5, 28, Eustath. ad Dionys. P. 916.] Hesychio itidem τὸ ἐν χειμῶνι γενόμενον ἕλκος : apud quem et sine diphthongo et per τ scriptum est Χίμετλον, τὸ ἐν χειμῶνι γενόμενον ἕλκος ὑπὸ ψύχους : ap. Suid. vero et Χέμετλα : quod dici scribit ut χέρνιβα, sc. exempto ἴῶτα. [Χέμετλα est in codd. duobus Theoph. Nonni l. c.] At χύμετλον s. χύμεθλον, quod aliquoties apud Diosc. legitur, omnino mendosum censeo in prima syllaba, quum eam scripturam apud neutrum horum lexicographorum reperiam : licet ap. Polluc. quoque legatur, lib. 2, [198] ubi ait χύμετλον nominari τὸ ὑπὸ τοὺς δακτύλους ῥῆγμα : secundum quosdam vero, καὶ αὐτὸ τὸ μέρος ᾧ ἐπιγίγνεται τοῦτο ἕλκος. [Recte nunc χίμετλον.] Apud Eund. sub fin. lib. 4, [202] : Χίμετλα γίνεται μὲν ὑπὸ κρύους ὑπὸ [ἐπὶ] δακτύλοις καὶ ἴχνεσι ποδῶν καὶ χερσί· multo rectius, quum hæc scriptura metri etiam auctoritate nitatur; ait namque Aristoph. Vesp. [1167] : Κακοδαίμων ἐγὼ Ὅστις ἐπὶ γήρᾳ χίμετλον οὐδὲν λήψομαι· correptis primis duabus syllabis. Itidemque quidam ap. Aristot. Rhet. 3, [11] in hoc hemistichio γελοίως παραπεποιημένῳ ait, Ἔστειχε δ' ἔχων ὑπὸ ποσσὶ χίμετλα· qui jocus ἐκ τοῦ παρὰ προσδοκίαν est; altero enim expectante ut diceret πέδιλα, ut est ap. Hom., hic χίμετλα, risus movĕndi et ludificandi gratia, dixit. [Hipponax ap. Tzetz. ad Lycophr. 855 : Ὡς μή μοι χίμετλα γίγνηται. Nicand. Th. 682 : Ὀλοφυδνὰ διήφυσε ποσσὶ χίμετλα. Lycophr. 1290 : Χίμετλα (libri multi χίμαιτλα) ποδῶν.] Porro ap. Diosc. legitur non solum χίμετλον s. χύμετλον, neutro genere, sed et Χιμέτλη sive Χυμέτλη fem. genere : [2, 12 : Χιμέθλας καὶ καρκινώματα : sed χιμέτλας ib. c. 44, et χιμέτλης 4, 104 (106);] 2, 199 : Εἵλκωμένας χιμέτλας καὶ πυρίκαυτα ἐπαλειφόμενον ὠφελεῖ· 1, 184 : Χιμέτλας ἰᾶται, Pernionibus medetur. Ib. 149, de beta : Χιμέτλης πραϋντικὸν καταντλούμενον, Perniones fotu mitigat. [Seqq. ex Indice.] Χυμέθλη et Χύμεθλον, VV. LL. pro χιμέτλη et χίμετλον : ib. et Χειμέθλη. [Omnia vitiose. « Georg. Pisid. Hexaem. 1558 : Φθίσιν δὲ καὶ χίμετλα. Χείμεθλα adhuc legitur Galen. vol. 14, p. 778, 18, et Oribas. t. 2, p. 447, 9. » Hase.]

[Χινασέας, ὁ, Chinaseas, n. pr. in numo Achaiæ ap. Mionnet. *Suppl.* vol. 4, p. 18.]

[Χινδηνοὶ, οἱ, Chindeni, gens Saracenica. Nonnosus ap. Phot. Bibl. p. 2, 36.]

[Χινίαλος, ὁ, Chinialus, Cuturgurorum princeps, ap. Procop. Hist. p. 616, B; 617, C.]

[Χίννα, ἡ, Chinna, oppidum Dalmatiæ. Ptolem. 2, 15, p. 167, 19.]

[Χῖογενὴς, ὁ, ἡ, Chio oriundus. Philodem. Anth. Pal. 11, 46 : Βρομίου χιογενῆ πρόποσιν.]

[Χιοειδὴς, ὁ, ἡ, Literæ Χῖ formam habens. Paul. Ægin. p. 286, 9 Briau., χιοειδεῖ ἐπιδέσμῳ. Adverb. Χιοειδῶς, In formam literæ X, Leo philos. Consp. med. p. 129, 11 Ermerins., συναπτόμενα ἀλλήλοις χ. Hase.]

[Χιομάρα, ἡ, Chiomara, uxor Ortiagonis, regis Galatiæ. Polyb. 22, 21 5 seqq.; Plut. Mor. p. 258, D.]

Χιόνεος, έα, εον, Niveus, Nivalis, ut χιόνεαι νιφάδες, Epigr. [Apollonidæ Anth. Pal. 9, 244.] Ibid. χιονέη λίθος [Theæteti Anth. Plan. 221, quocum conf. *niveos lapillos* Horatii Serm. 1, 2, 80], ut ap. Athen. 12, [p. 525, F] Asius de Samiis : Πεπυκασμένοι εἵμασι καλοῖς, Χιονέοισι χιτῶσι πέδον χθονὸς εὐρέος εἶχον. [Χιονέας σαρκὸς, Bion 1, 10, ut ap. Rufin. Anth. Pal. 5, 35; χ. παρειαὶ ap. Musæum 58; χ. πρόσωπα in Append. Anth. Pal. 209, ubi in marmore scriptum χειονειοισι; χ. θρὶξ Anth. Pal. 9, 511; κρύσταλλος Claudian. ib. 753; στεφάναι Oppian. Cyn. 3, 188; ποταμὸς Coluth. 226.] Et apud Nonnum, χιονέη χρόη, Niveus color, i. e. Candidus [Oppian. Cyn. 2, 86 : Αἰγύπτιοι ... χιόνεοι χροιήν. Nonn. Dion. 5, 486 : Χιονέοις ἀκτῖνας ἀκοντίζουσα ῥεέθροις· Joann. c. 20, 56 : Χιονέους σπινθῆρας ἀκοντίζοντα χιτῶνος], ut Hesych. quoque χιονέαν exp. λευκὴν, item φωτώδη. [Epitaph. Att. C. I. vol. 1, p. 547, n. 1012, 3 : Χιονέοις τε πρέπουσα προσώποις ἠδὲ παρειαῖς. Hase. Syllaba prima brevis est, sed producitur in versibus dactylicis.]

[Χιόνη, ἡ, Chione, Boreæ ex Orithyia filia. Lycurg. p. 160, 9; Pausan. 1, 38, 3; Apollod. 3, 15, 2, 4; Hygin. Fab. 157. || Dædalionis filia. Ovid. Metam. 11, 301; Hygin. Fab. 200. || Priapi mater. Schol. Theocr. 1, 21 : Τὸν Ἱρίηπον νύμφης Ναΐδος ἢ Χιόνης καὶ Διονύσου φασὶν υἱόν. || Nili et Callirrhoæ filia. Serv. ad Virgil. Æn. 4, 250. || Meretrix, ap. Martial. 3, 34. || Χιόνης νύμφης nomen Stephano Byz. s. v. Χίος restituit Meinek., ubi libri vitiose χιόνος. G. Dind. || X.ONE in fictili ascriptum crotalistriæ saltanti. De Witte *Descr. de vases peints* p. 20, n. 24, et *Descr. de vases de l'Étr.* p. 27, n. 59. Hase.]

[Χιονίδης. V. Χιωνίδης.]

Χιονίζω, i. q. χιονόω s. χιονοβολῶ, Nive perfundo, conspergo, obruo. [Ζαλόωσα schol. Nicandri Th. 252 exp. χιονίζουσα, τρέφουσα χειμερινὸν κρύος ζαλῶν.] Unde pass. voce aliquis vel aliquid χιονίζεσθαι dicitur : ut χιονοῦσθαι et χιονοβολεῖσθαι s. νίφεσθαι, quum nivibus perfunditur s. operitur, veluti quum ἀγάννιφον ὄρος ap. Hom. interpr. τὸ ἄγαν νιφόμενον s. χιονιζόμενον. [Diodor. 1, 39 : Τὸν περὶ τὴν μεσημβρίαν χιονίζεσθαι.] Sic κεχιονισμένοι ἀνδριάντες, Statuæ nive perfusæ s. conspersæ. Diog. L. in V. Diog. Cyn. p. 207 meæ edit. [6, 23] : Θέρους μὲν ἐπὶ ψάμμου ζεστῆς ἐκυλινδεῖτο, χειμῶνος δὲ ἀνδριάντας κεχιονισμένους περιελάμβανε, παντα-

χόθεν ἑαυτὸν συνασκῶν. [In aliis libris legitur κεχιονωμένους, qua scriptura HSt. utitur s. v. Χιονόω.] Idem et γυμνοῖς ποσὶ χιόνα ἐπάτει, p. 211. [Geopon. 2, 20, 3 : Τὴν συνεχῶς χιονιζομένην γῆν. Schol. Apoll. Rh. 4, 269 : Τὴν Αἴγυπτον χιονίζεσθαι. Paraphr. Hom. Il. M, 280, Ξ, 227. Aor. χιονισθεῖσα ap. Symm. Psalm. 67, 15.] || Impersonaliter etiam ap. Herodot. [2, 22], ἐχιόνιζε, Ningebat, Bud., ut ὗε [ὖε], Pluebat. [Transitive eodem in capite : Εἰ ἐχιόνιζε καὶ ὁσονῶν ταύτην τὴν χώρην. «Suidas in Νίφει.» Boiss. Proverb. 31, 21, ὅταν που χρονίζῃ, fort. legend. χιονίζῃ. Passiv. Galen. vol. 6, p. 832; 7, ὁ χιονίζεσθαι δοκῶν, Qui nive conspergi sibi videtur. Aor. Achmes Onirocr. p. 166, 11, ἐχιονίσθη τόπος ἢ χώρα. Hase.] || Rursum χιονίζω active, Dealbo et niveum reddo. Hesych. enim χιονίζει exp. λευκαίνει.

[Χιονικὸς, ἡ, ὸν, Niveus, Gl. Theophr. De sign. 3, 5 : Ἐὰν κύκλῳ περὶ τὸ λαμπρὸν ὦσιν (μύκαι) εὐδίας οὔσης, χιονικὸν, i. e. Nivem significat.]

[Χιόνινος, η, ον. Ptolem. ap. Athen. 9, p. 375, D : Χοῖρον τῇ χροιᾷ χιόνινον. Χιόνιον est in Epitomes exemplari Hœscheliano. Recta et usitata adjectivi forma est χιόνεος.]

[Χιόνιον, τὸ, nomen Collyrii, Alex. Trall. 2, p. 142.]

[Χιόνιος. V. Χιόνινος.]

[Χίονις, ιδος, ὁ, Chionis, Lacedæmonius. Thucyd. 5, 19, 24. || Alius, ipse quoque Lacedæmonius, victor Olympicus. Pausan. 3, 14, 3; 4, 23, 4 et 10; 6, 13, 2; 8, 39, 3. || Corinthius, statuarius, ibid. 10, 13, 7. || Demostrati filius, in inscr. ap. Bœckh. 199, vol. 1, p. 334.]

[Χιονισμὸς, ὁ, i. q. τὸ χιονίζεσθαι, Nive perfundi. Apoll. Lex. Hom. : Νιφάδεσσι· νιφετός ἐστιν ὁ χ. Sic etiam Hesych. s. h. v. et schol. Hom. Il. M, 286.]

Χιονόβας, Per nives gradiens, ὁ χιόνας στείβων, ὁ διὰ χιόνος βαδίζων. Exp. tamen in VV. LL. Nive conspersus. [Arrian. Ind. c. 6 : Χιονόβατα εἴη ἂν τὰ Αἰθιόπων ὄρεα. Recte corrigitur χιονόβλητα.]

[Χιονοβλέφαρος, ὁ, ἡ, Nivea (i. e. splendida) supercilia habens. Dionys. H. 2 in Brunckii Anal. vol. 2, p. 253 : Χιονοβλεφάρου πάτερ Ἀοῦς (Apollo).]

Χιονόβλητος, ὁ, ἡ, Nive obrutus s. conspersus, Nivibus tectus, ab Jove perfusus. Sonat enim ac si diceres, In quem Jupiter nives ejaculatus est aut dejecit. Aristoph. Nub. [270] : Εἶτ' ἐπ' Ὀλύμπου κορυφαῖς ἱεραῖς χιονοβλήτοισι κάθησθε. Sunt enim τὰ ὑψηλὰ τῶν ὀρῶν χιονόβλητα, schol. [V. Χιονόβας.]

Χιονοβολέω, Nivibus dejectis obruo. Diod. S. [17, 82] : Ἡ δὲ τούτων χώρα κεῖται μὲν ὑπ' αὐτὰς τὰς ἄρκτους, χιονοβολεῖται δὲ πᾶσα. [Id. 5, 39 : Ὄρεσι χιονοβολουμένοις. Strabo 15, p. 725 : Ἔστι δ' ὀρεινὴ καὶ κεχιονοβόλητο τότε· quod ἐκεχιονοβόλητο potius scribendum. G. D. Athen. medicus ap. Oribas. t. 1, p. 12, 3 Daremb., ἐν ψυχροῖς ἄγαν καὶ χιονοβολουμένοις (τόποις). Hase.]

Χιονοβόλος, ὁ, ἡ, Qui nives cœlitus jaculatur, ut Jupiter qui ningit. Potest dici et de ipso cœlo s. aere. Rhetor quidam ap. Plutarch. [Mor. p. 182, E] : Χιονοβόλος ἡ ὥρα γινομένη λειποβοτανεῖν ἐποίησε τὴν χώραν. [Strabo 9, p. 410 : Ὄρη χ.]

[Χιονόβοσκος, ὁ, ἡ, A nivibus nutritus. Æsch. Suppl. 559 : Λειμῶνα χ., ubi schol. : Φασὶ γὰρ λυομένης χιόνος παρὰ Ἰνδοῖς πληροῦσθαι αὐτόν.]

Χιονόεις, εσσα, εν, idem [quod χιονώδης]. Nicand. Al. [512], de remedio sanguisugis potis adhibendo : Καὶ σὺ τότ' ἐν δεπάεσσι κεραιόμενον ποτὸν ὄξευς Νείμειας, ποτὲ δαῖτα συνήρεα χιονόεσσαν, Πολλάκι κρυστάλλοιο νέον βορέῃσι παγέντος· jubet offerri acetum, nives aut glaciem; quum enim δαῖτα χιονόεσσαν dicit, nives comedi jubet. Diosc. vero ψυχρὸν ὕδωρ ἐν τῷ στόματι διακρατεῖν. Schol. tamen ibi χιονόεσσαν δαῖτα exp. τὴν ὑπὸ χιόνος παγεῖσαν, Nivali glaciatam frigore.

[Χιονοθρέμμων, ὁ, ἡ, Nives alens. Eur. Hel. 1339 : Χ. σκοπιάς.]

Χιονόκτῦπος, ὁ, ἡ, i. q. χιονόβλητος : nam ut βάλλω, ita et κτυπέω significat interdum τύπτω, πλήττω, Verbero, Ferio. Soph. Aj. p. 42 [701] : Πὰν ἁλίπλαγκτε, Κυλλανίας χιονοκτύπου πετραίας ἀπὸ δειράδος φάνηθι, i. e. τῆς ὑπὸ χιόνος τυπτομένης, schol.

[Χιονόμελι, τὸ, Mel cum nive mixtum. Geopon. 8, 28, 3.]

[Χιονόπεζα, ἡ, Niveos (i. e. candidos) pedes habens. Nonn. Dion. 22, 136.]

Χλοηφορέω, Herbam s. Gramen viride fero, etiam Herbesco s. Herbasco. Theophr. H. Pl. 8, 6, [5] : Ὕδωρ δὲ, ὅταν μὲν χλοηφορήσῃ καὶ κυήσῃ, πλεῖον ἅπασι ξυμφέρει, Quum virentia germina emiserunt, Quum virere cœperunt. [Philo vol. 1, p. 358, 33 : Ἀναβλαστάνειν καὶ χλ. 2, p. 340, 30 : Βαθύγειον πεδιάδα χλοηφοροῦσαν.] Arethas : Πᾶν γὰρ τὸ σπέρμα χλοηφορεῖ πρὸς τροφὴν τοῖς ζῶσιν ὑπὸ Θεοῦ τεταγμένον. [Cyrill. C. Julian. p. 55, B : Πόαις καὶ ξύλοις χλοηφοροῦσαν τὴν γῆν. Schol. Apoll. Rh. 1, 545 : Διὰ χλοηφοροῦντος πεδίου. Cyrillus ap. Valck. Anim. ad Ammon. p. 128, et Suidas κομᾷ inter alia exp. per χλοηφορεῖ, quod de arboribus dictum esse quæ frondibus et foliis vestitæ sint monet Kusterus. G. D. OEcum. In Apoc. p. 238, 27 Cramer. Nilus Epist. p. 123, 27. Jo. Philop. De cr. mundi p. 160, 9; 196, 33. Pseudo-Chrys. t. 8, p. 956, B, χλοηφορεῖ ἤδη πᾶσα ἡ γῆ· t. 11, p. 895, B, χλοηφορεῖν αὐτὴν (τὴν γῆν) ποιήσω. Method. Conv. decem virg. p. 100, 14, τὸ δένδρον χλ. πέφυκεν ὕδατι. Hase.]

Χλοηφόρος, ὁ, ἡ, Viridem herbam s. Viridia gramina ferens. Aliis, Ferens viriditatem, Germinans. [Eur. Phœn. 649 : Γαίας χλ. 656 : Χλ. ἔρνεσιν. lxx Sap. 19, 7 : Χλ. πεδίον. Empedocl. Sphæra 142 : Ἡ μὲν γὰρ ἐν γῇ φέρβεται χλοηφόρῳ. Plochir. Dram. 113 : Ἀχαίνοις χλ. Eumath. 4, p. 126. G. D. Amphiloch. p. 30, D. Jo. Climac. p. 489, 23. Theophan. Chronogr. p. 477, 16 Bonn., πεδίον χλ. Philo vol. 2, p. 494, 7, πεδιάδα εὔχορτον καὶ χλ. vol. 1, p. 681, 20, χώρα χλ. καὶ καρποτόκος. Hase.]

[Χλοιάω. V. Χλοάω.]

[Χλοιδάζω. Χλοιδάω. Χλοιδέσχω. V. Χλιδή.]

[Χλοίη, ἡ. HSt. s. v. Χλόη :] Χλοίη etiam dicitur pro χλόη, Ionice inserto ι, ut ποίη pro πόη. Nec non Χλοιοῦσθαι pro χλοοῦσθαι, ut ap. Hippocr. legimus χλοιοῦνται : quod idem est ac si dixisset χλωραίνονται, teste Galeno Lex. [p. 596]. Sic vero et Χλοιώδης pro χλοώδης invenio ap. Eund., ut quum in Κωακαῖς Προγνώσεσι dicit χλοιώδεα οὖρα, Urinas quæ χλοίης colore

sunt: i. e. Virides, vel etiam Pallide virentes. [V. Χλοώδης.]

[Χλοϊκός, ή, όν, Herbosus. Epist. Alexandri in Bergeri *Trad. tératologiques* p. 358. Osann.]

[Χλοιόω. V. Χλοάω.]

[Χλοΐτης. V. Χλωρίτης.]

[Χλομαρῶν, τό, Chlomaron, nomen castelli ap. Theophyl. Sim. Hist. p. 40, A; 41, C, Χλομάρων scriptum ap. Suidam s. h. v., Χλωμάρων ap. Menandr. Hist. Exc. p. 329, 14.]

Χλοόκαρπος, ό, ή, Cujus fructus virent, Virere fruges faciens. Orph. H. [39, 5]: Σπερμείη, σωρῖτις, ἁλωαίη, χλοόκαρπε. [Ib. 28, 13; 52, 8; 57, 6.]

[Χλοόμορφος, ό, ή, Herbæ formam habens, Virens. Orph. H. 83, 6, ubi est Vestæ epitheton.]

[Χλοοποιέω, Herbas produco. Cæsarius Dial. 1, Interrog. 43: Ὕδατος τὸ χλοοποιεῖν καὶ σήπειν. Suic.]

[Χλοοποιός, ό, ή, Herbas producens. Cyrill. Hier. p. 180.]

Χλόος, ό, i. q. χλόη, quatenus quidem Viriditatem s. Virorem significat. Ita tamen id ipsum pro Virore s. Viriditate accipitur, ut simul significet etiam Virorem s. Viriditatem pallidam s. vergentem in pallorem, qualis est herbarum flaccescentium et arescentium; ariditate enim viror ille plantarum in pallorem vertitur. Unde ab Hesych. [χλόος et χλοῦς] et aliis exp. [χλωρίασις et] ὠχρίασις, ὠχρότης. Apoll. Arg. 2, [1218]: Χλόος εἶλε παρειὰς, Pallor corripuit genas s. ora. [Et 4, 1279: Χύτο δὲ χλόος ἀμφὶ παρειάς· 3, 297: Ἁπαλὰς δὲ μετετρωπᾶτο παρειὰς ἐς χλόον.] Nicander Al. [583]: Ἄγει χλόος ἠΰτε θάψου· et [592]: Καὶ πύξοιο χλόον κατεχεύατο γυίοις· thapsi enim et buxi lignum est pallidum s. flavum. Ovidius: Oraque buxo pallidiora gerens. Pro eodem χλόος dicitur Χλοῦς, per contr., ut νοῦς pro νόος, et χοῦς pro χόος. [Inter nomina in ους memorat Herodian. Περὶ μον. λέξ. p. 14, 25.] Utitur autem eo Hippocr., ap. quem Galen. ipsum exp. χλωρότης. [Apud Hom. Il. Υ, 421, in libris nonnullis pro κέχυτ' ἀχλύς scriptum κέχυτο χλόος cum gl. ὠχρότης.]

[Χλοόω.] Χλοοῦσθαι quoque pro Virere et Germinare affertur, ut i. sit q. χλοάειν s. χλοάζειν. [Vide Χλοιοῦσθαι s. v. Χλοίη.]

[Χλοσσός (?)· ἰχθὺς ὑπὸ Ἰώνων, Hesych.]

[Χλουδέω, Spumo. Schol. Hom. Il. I, 539: Χλούνην οἱ μὲν ἀφριστήν· χλουδεῖν γὰρ τὸ ἀφρίζειν τινὲς Δωριέων ἔλεγον.]

[Χλουνάζω. HSt. s. v. Χλούνειος:] Apud Hesych. vero legitur Χλουνάζεσθαι [imo χλουνάζειν], κινύρεσθαι, Quiritari, Lamentari. Et Χλουνὸς, χρυσὸς, Aurum. Quorum illud, a χλούνης forsan dictum est, quod significet κινύρεσθαι in modum χλούνων dolentium; hoc vero potius ex χλοῦς derivatum significante Pallorem: sequente ea quæ dicentur de χλωρὸς pro Pallido. [De loco Hesychii conf. Nauck. Fragm. Aristophanis Byz. p. 121. Hase.]

Χλούνειος, ό, ή, Aprugnus, vel etiam Suillus, Porcinus; Suid. enim χλούνειον dici scribit τὸ χοίρειον. ‖ At Χλούνιον sine diphthongo, loci esse nomen proprium. [Recte nunc Χλούνειον, ὄνομα τόπου ex codd. (sublatis quæ ex Zonara p. 1855 illata erant, χλούνειον δὲ τὸ χοίρειον δίφθογγον), Arcadio p. 121, 2, Theognosto Can. p. 127, 31, et Etym. M. p. 533, 32, ex quo discimus locum fuisse Ætoliæ. Est haud dubie idem quem Χλούνην τόπον τινὰ περὶ Καλυδῶνα dicit schol. Hom. Il. I, 539.]

Χλούνης, ου, per contract. sive per crasin factum ex Χλοεύνης, testantur grammatici et lexicographi fere omnes, Hesych., Suidas, Etym. [M. p. 812, 46, Apoll. Lex. Hom., Chœrob. In Theodos. p. 455, 33], Eust., nec non brevium in Hom. scholl. auctor [ad Il. I, 539]: ut sit Qui in virenti gramine cubat, Cubilia sua habens in virentibus herbis, ὁ ἐν τῇ χλόῃ εὐναζόμενος, καὶ ἄνετος, ideoque ἄγριος. [Per ἀγριόχοιρος exp. Cyrill. in Matth. Gloss. min. p. 29, Zonar. Lex. p. 1854, Thom. M. p. 916. Veterum grammaticorum opiniones exponuntur in schol. Hom. Il. I, 539: Χλούνην· οἱ μὲν τὸν ἐντομίαν· κνώμενοι γὰρ πρὸς τὰ φυτὰ παρατρίβονται καὶ ἀγριώτεροι γίνονται· οἱ δὲ τὸν ἐν χλόῃ διάγοντα· τὸν γὰρ οἰκοτραφῆ σίαλόν φησιν· οἱ δὲ τὸν

εἰς γῆν καταβάλλοντα τὰ φυτά. Ἄλλοι δὲ τὸν ἐπὶ Χλούνῃ, χωρίῳ οὕτω καλουμένῳ, ἐνδιατρίβοντα. Et in alio scholio: Οἱ μὲν ἀφριστήν· χλουδεῖν γὰρ τὸ ἀφρίζειν τινὲς Δωριέων ἔλεγον· ἄλλοι δὲ κακοῦργον· καὶ γὰρ τῶν ἀρχαίων ἰαμβοποιῶν τινὰ φάναι «ἀνὴρ ὅδ' ἐσπέρης καθεύδοντα ἄπουν ἔδησε χλούνην» (χλούνην ἀπ' ὧν ἔδυσε Meinek. ad Hippon. p. 121). Ξενοφῶντα δὲ γένος τι Ἰνδῶν (Ξενοφάνη (in Sillis) ... ἀκρίδων Herm. ad Æschyli Fragm. 60, p. 326, collato schol. Theocr. 10, 18, qui ἀκρίδα μακροσκελῆ nominat et ib. Aristarchi commentarium in Æschyli Lycurgum citat) φάναι τὸν χλούνην εἶναι, καθάπερ καὶ παρ' Αἰσχύλῳ ἐν Ἠδωνοῖς «μακροσκελὴς μὲν ἄραμα χλούνης τις ἦ.» (A. μακροσκελὴς μέν. B. ἆρα μὴ χλούνης τις ἦν; Hermann.) Τινὲς δὲ τῶν τὰ Αἰολικὰ ἀναγεγραφότων Χλούνην τόπον τινά φασι καλεῖσθαι περὶ Καλυδῶνα, ἐν ᾧ τὸν κάπρον διατρίβειν, καὶ διὰ τοῦτο χλούνην προσαγορευθῆναι. Τινὲς δὲ ἐπὶ τὸ αὖτε παρατείνονται τὸν ποιητὴν σῦν ἄγριον εἰρηκέναι.] Epitheton ap. Hom. est apri, ut Il. I, [535] de apro Calydonio: Ὦρσεν ἐπὶ χλούνην σῦν ἄγριον ἀργιόδοντα, Ὃς κακὰ πόλλ' ἔρδεσκεν ἔθων Οἰνῆος ἀλωήν. Et [Od. I, 191]: Θρέψεν ἐπὶ χλούνην σῦν ἄγριον· οὐδὲ ἐώκει Θηρί γε σιτοφάγῳ, ἀλλὰ ῥίῳ ὑλήεντι. Itidemque ap. Hesiod. Sc. [168]: Ἐν δὲ συῶν ἀγέλαι χλούνων ἔσαν, ἐν δὲ λέοντες· quos enim ibi σῦς χλούνας appellat, paulo post κάπρους nominat. Verum eo nomine intelligunt non solum τὸν ἐν χλόῃ εὐναζόμενον, sed et τὸν ἀφριστὴν καὶ εὐμεγέθη, in primis autem τὸν ἐκτομίαν. Inter quos est Aristot. quoque; is enim H. A. 6, 28, illum posteriorem Homeri locum affert, ut probet τῶν ἀῤῥένων καὶ ἀγρίων συῶν τοὺς τομίας μείζους γίνεσθαι καὶ χαλεπωτέρους: subjungens etiam, Γίνονται δὲ τομίαι διὰ τὸ νέοις οὖσιν ἐμπίπτειν νόσημα κνησμῶν εἰς τοὺς ὄρχεις· εἶτα ξυόμενοι πρὸς τὰ δένδρα, ἐκθλίβουσι τοὺς ὄρχεις. Itidemque Plut. [Mor. p. 917, D] ex eodem Aristot. tradit, Homerum χλούνην nominasse σῦν τὸν μονόρχιν: nam τῶν πλείστων προσκνωμένων τοῖς στελέχεσι θρύπτεσθαι τοὺς ὄρχεις. Sic vero et Ælian. in lib. De providentia χλούνην nominasse τὸν ἀπόκοπον testatur Eust. p. 772, Æschylum quoque eodem modo usurpasse hoc vocab. dicens. His tamen non assentitur Aristoph. grammaticus in lib. Περὶ ὀνομασίας ἡλικιῶν, sic scribens: Καλοῦνται τῶν ὑῶν τινὲς μονιοί· τάχα δ' ἂν παραπλήσιος εἴη τούτοις καὶ ὁ χλούνης κατά τε χαλεπότητα καὶ ἀλκήν· οἱ δὲ ἐκτομίαν λέγοντες, τελείως ἀπήρτηνται τοῦ ὑποκειμένου. Cum quo aliquatenus facit Suidas quoque; nam et ipsi χλούνης est μονιὸς, Solivagus s. Solitarius, ideoque ferus: addenti has etiam exposs. πλήκτης, κακοῦργος, χαλεπός. Meminit tamen idem lexicographus et superioris, χλούνην nominari dicens etiam τὸν ἀπόκοπον, subjungensque inter alia [ex Æliani loco, ad quem respexit Eustath. l. c.], Καὶ γύναδρος ἀνὴρ, διὰ τῶν Ἐπικούρου λόγων τὴν ψυχὴν ἐκνευρισθεὶς καὶ θῆλυς γενόμενος, ὁ χλούνης τε καὶ γύννις. Itidemque in Γύννις, de Epicuro: Ἦν (τὴν ἡδονὴν) ἐκεῖνος ὕμνει, ὁ χλούνης τε καὶ γύννις. Eidem rursum Suidæ, itidemque Hesychio χλοῦναι sunt non solum οἱ ἐν τῇ χλόῃ εὐναζόμενοι, sed etiam λωποδύται. [Et in alia gl. Hesychii, Χλούνην· τὸν τῇ χλόῃ εὐναζόμενον. «Aristophanes grammaticus eos maxime impugnat qui castratum porcum intellexerint: quorum agmen quamvis ipse ducat Aristoteles H. A. 6, 28, tamen si Il. I, 539, respexeris, minime improbandum censebis Aristophanis judicium, qui perniciosum potius aprum et ferocem (χαλεπὸν καὶ ἄλκιμον) quam virilitatis expertem et elumbem significari voluerit. Ceterum Aristoteles τομίαν σῦν non alium intellexit quam ἄγριον. Turpius lapsi sunt qui οἰκοτραφῆ σίαλόν interpretarentur, quod adeo in Homerico loco a nonnullis admissum est. Similiter schol. Æsch. Eum. 183: Ἐπεὶ χλούνης (χλοῦνις codex) ὁ σῦς, κάπροι δὲ συνεχῶς εὐνουχίζονται, διὰ τοῦτο τὴν ἀποκοπὴν συϊκὴν εἶπεν, οὐχ ἀνθρωπίνην. Jam quod de spadone dictum vulgo opinantur ap. Æschylum in Edonis collato nomine χλοῦνις, quod de castratione solet accipi Eum. 188, utriusque loci adeo etiam nunc dubia est et incerta interpretatio, ut nolim ambiguis hisce quempiam uti testimoniis. Æschylum nomine χλούνης de spadone usum esse solus tradit Eustathius cum inepto scholiasta ad locum Eumenidum 188, in quo qui vulgo præcipitur nominis χλοῦνις signi-

ficatus plane repudiandus est : Edonorum fragmentum, de quo Bernhard. in Dionys. P. p. 942 conjecturam periclitatus est, nimia versatur in obscuritate. Itaque si hæc mittamus, certus auctor cui χλούνης i. q. ἀπόκοπος sive ἐκτομίας fuerit, præter Aristotelem et grammaticos ei addictos non exstare videtur nisi Ælianus. Sed Æliani usu sive abusu prisci vocabuli significatum ceteroquin suspectum nemo stabiliet; ac vides quod χλούνης spado esse perhibetur, id recidere ad Aristoteleam Homericæ glossæ interpretationem. Cui interpretationi neque Iliadis locus favet, et aperte refragatur tum quod χλούνης nonnunquam λωποδύτην significat, quam notionem afferunt Hesychius et Suidas, confirmant vetus iambographus qui Hipponax putatur ap. schol. Il. I, 539, et Alex. Ætolus ap. Athen. 15, p. 699, C; tum Hesychii mentio de verbo hinc derivato : Χλουνάζειν· κινύρεσθαι. Quæ notionum differentia consentaneum est ut ad communem significatum revocetur ex ipsa si fieri possit origine vocabuli repetendum. Ac primum indubium est nomen χλούνης antiquitus (Il. I, 539, Hesiod. Scut. 168, 177) non peculiarem apri qualiscunque denominationem efficere, sed epitheti loco nomini σῦς apponi. Falso igitur complures poetæ Alexandrini atque ipse Aristophanes substantivum nomen habuerunt quod esset adjectivum. Ita χλούνην aprum dixerunt Callim. H. Dian. 150, Nicand. ap. Athen. 15, p. 683, A, Oppian. Hal. 1, 12; 5, 35. Minus certo etymologiam vocabuli præstiterim : fortasse χλούνης ejusdem ac nomen κλόνος radicis est et *turbas cientem, perniciosum* significat, unde quomodo λωποδύτου notionem potuerit induere facile assequimur (quem significatum diversa via veteres assequuntur, χλούνην intelligentes prædonem utpote τὸν τῇ χλόῃ ἐνευναζόμενον : conf. Meinek. Anal. Alex. p. 232). Χλουνάζεσθαι, id enim Hesychius flagitare videtur, inde fuerit *perturbato, anxio, sollicito animo esse*, quæ certe ei quem Hesychius tradit significatui satis sunt contigua, atque eodem Æschyleum locum Eum. 188 revocarim. » Nauck. De Aristoph. p. 120 sqq.] Quod porro attinet ad gen. plur. χλούνων, grammatici fere omnes annotant eum non περισπᾶσθαι juxta regulam, sed παροξύνεσθαι, veluti a nomin. χλοῦνος contr. ex χλόευνος. [Sic Arcad. p. 134, 29, Chœrob. In Theodos. p. 455, 33. Etym. M. p. 812, 46 : Κλίνεται χλούνων ὡς ἀπὸ τοῦ χλόευνοι (χλοεῦναι ap. Chœrob.) χλοεύνων.]

[Χλούνιον. V. Χλούνειος.]

[Χλοῦνις, ἡ, Castratio. Sic ap. Æsch. Eum. 188 : Παίδων κακοῦται χλοῦνις ἠδ' ἀκρωνία, explicat schol. : Χλοῦνις ἀκρωνία· ἀκμαία ἀποκοπὴ παρὰ τὴν χλόην, ἢ ἐπεὶ χλοῦνις ὁ σῦς, et quæ sunt reliqua quæ s. v. Χλούνης apposita sunt. Βοῦνις et χλοῦνις inter nomina in νις ap. Arcad. p. 32, 18.]

[Χλουνός. V. Χλουνάζω.]

[Χλοῦς. V. Χλόος.]

Χλοώδης, ὁ, ἡ, Virenti gramini similis, Herbaceus, Viridis [Χλοώδης ἕλιξ Theophr. H. Pl. 3, 18, 8, quæ antea χλωρὰ καὶ ποώδης erat. Ποώδη καὶ χλοώδη ib. 7, 9, 2. Schneid.] : Galen. enim ap. Hippocr. χλοῶδες exp. χλωρὸν, et Erot. χλοώδει ap. Eund. χλωρῷ καὶ ἰκτερώδει, annotans πεποιῆσθαι τὴν λέξιν ἀπὸ τῆς χλόης. Qui quum dicit ἰκτερώδει, intelligit etiam Flavum s. Pallidum colorem, qualis est icteri. [Τὰ χλοιώδεα μὴ ἐπὶ χροιῇ ἐόντα, de urinis viridantibus, aut ex viridi pallescentibus, quæ colorem non servant, dixit Hippocr. p. 211, F, ubi de urinis oleicoloribus, aut his quæ olei faciem habent, intelligi posse diximus, quæ ex biliosi et æruginosi succi permixtione tales evadunt. Possunt etiam capi urinæ simpliciter biliosum humorem inflammatum indicantes, neque tamen pro caloris modo colore respondentes. Χλοώδεες etiam Ex viridi pallescentes dicuntur p. 165, G (quos ἰκτεριχοὺς vocat p. 82, B, et 211, A). Erot. quoque (p. 390) apud Hippocr. χλοώδει, χλωρῷ καὶ ἰκτερώδει exponit, ductamque vocem ἀπὸ τῆς χλόης scribit. Ubi tamen χλοώδεις χλωροὶ καὶ ἰκτερώδεις potius legam ex p. 165, G, quales sunt auriginosi flavo et pallido colore infecti, male affecto hepate. Velut p. 1129, E, Temenei filius χλοώδης εἰς νῶτα, et εἰς χεῖρας χλοώδης scribitur. Et rursus p. 1137, A, Τοῦ χλοώδεος δὲ λήγοντος ταχέως, A hujusmodi colore cito desinente. Quod de male affecto hepate exponit Galen. (vol. 7, p. 289). Est enim ut scribit τὸ χλοῶδες χρῶμα, κακοπραγοῦντος ἥπατος γνώρισμα. Χλοῶδες quoque Galen. in Exeg. (p. 596) χλωρὸν exponit, hoc est, Ex virore pallescens. Veluti p. 1123, A : Ἐκ ῥινῶν αἷμα χλοῶδες ἐπὶ σπλήνοισιν. Sic enim ex Mss. regiis legimus pro χολῶδες, χλωρὸν autem αἷμα Decolorem sanguinem vertit Cicero Quæst. Tusc. 2, ex Soph. in Trach. Foes. Σχῆμα χλοῶδες, Vestis viridis, Joann. Malal. p. 173, 22; 174, 12; 175, 22; 176, 4.]

[Χλύδαι vitiose pro Χύδαι, quod v.]

[Χλωθάριος, Χλωθοαῖος (libri deteriores Χλωθαῖος) et Χλωθόμυρος, nomina propria in tribus glossis Suidæ. Tertium in Χλωθόμαρος vel Χλωθόμηρος mutat Bernhardyus.]

[Χλωμάρων. V. Χλομαρῶν.]

[Χλωράζω. V. Χλώρασμα.]

Χλωραίνω, Viridem reddo, ut μελαίνω, Nigrum reddo, et λευκαίνω, Album reddo, et ἐρυθραίνω, Rubore perfundo. Unde χλωρανθεὶς, quod Suidas ap. Soph. [fragm. 959] extare ait pro χλωρὸς γενηθείς. [Epiphan. t. 2, p. 226, C, χλωραίνεσθαι τὸ ἔλαιον. Hase.]

[Χλωρὰς, ἡ, Glumea, Gl.]

[Χλώρασμα, τό. HSt. s. v. Χλωραίνω :] Inde et verbale Χλώρασμα derivari potest, et accipi pro χλωρότης, Viror s. Pallor, ut μέλασμα pro Nigrore s. Macula nigra. Legitur autem ap. Hippocr. Epid. 6 [p. 1169], ubi ait, Φλέβες κροτάφων οὐχ ἱδρυμέναι, οὐδὲ χλώρασμα λαμπρόν. Quæ verba Galen. Comm. 2 [vol. 9, p. 404] dicit esse ἀσαφῆ, quemadmodum in aliis quoque φήσεσιν, in quibus utitur voce χλωρὸς, non posse certo cognosci qualemnam colorem indicet : nec minus incertam esse eorum scripturam, qui χλόασμα ibi legunt. Videmus enim, inquit, etiamnum in ipsius Hippocratis patria et tota nostra Asia χλωρὰ nominari et Olera et Arbores Plantasque, quæ quasi χλοερὰ sunt. Itemque Χλωράζειν dicimus jumenta τὰ τὴν ἔαρινὴν βοτάνην ἐσθίοντα, Quæ vernas herbas comedunt, s. Quæ depascuntur herbas verno tempore virentes. Hominum etiam quosdam χλωρούς vocant, non eos quidem qui habeant similem τῇ χλόῃ colorem (viridem sc.), sed potius qui ὠχρὸν, i. e. Pallidum. Incertum igitur est utrum τὴν ὕπωχρον χρόαν, i. e. Colorem suppallidum, Hippocr. nominet χλωράν τε καὶ χλοερὰν, (id quod non paucis accidere videmus,) an τὴν χλόῃ παραπλησίαν, quod raro admodum fieri cernimus. Hæc fere ille : qui etiam addit, quosdam ἐξηγητὰς ταύτην τὴν ἀσάφειαν θελήσαντας φυγεῖν, scripsisse χρῶμα pro χλώρασμα. Nota autem illic et verb. Χλωράζω pro eo quod in Hippiatr. est χλωροφαγῶ, Viridi pascor gramine, Virides depascor herbas. Idem in Lex. suo Hippocratico [p. 596] hoc ipsum χλώρασμα λαμπρὸν exp. χλωρότης λαμπρὸν διαυγουμένη, καὶ ἐπὶ τὸ ὑδαρῶδες ῥέπουσα, Pallor splendore quodam lucido nitens, et in aqueam naturam vergens.

[Χλωραύχην. V. Χλωρηΐς.]

[Χλωράω. Χλωρήσαντα vitiose pro χλοήσαντα. V. Χλοάω.]

Χλωρεῖον, τὸ, Suidæ εἶδος ζώου, procul dubio a colore. [Fortasse corruptum ex χλωρίων. G. Dind.]

[Χλωρεύς. V. Χλωρίων.]

Χλωρηΐς, ίδος, itidem Virens, Viridans, Viridis. Nicander Ther. [88] : Κάμπην κηπείην δροσόεσσαν ἐπὶ χλωρηΐδα νώτῳ, Viridem in dorso; sunt enim erucæ tales. Itidem χλωρηΐς vocatur Luscinia, quoniam luteus orbis collum ejus circumdat. Unde Χλωραύχην etiam nominata fuit a Simonide, ut testatur brevium scholl. in Homerum [Od. T, 518] auctor [et Eustath. p. 1875, 40], qui tamen et has nominis rationes affert, χλωρηΐδα dici etiam posse διὰ τὸ ἐν χλωροῖς διατρίβειν, vel διὰ τὸ ἅμα τοῖς χλωροῖς φαίνεσθαι : vere enim apparet, et in virentibus arborum frondibus sedens, dulce modulatur melos, ut Hom. quoque docet his verbis Od. T, [518] : Ὡς δ' ὅτε Πανδαρέου κούρη χλωρηΐς ἀηδὼν Καλὸν ἀείδῃσιν ἔαρος νέον ἱσταμένοιο, Δενδρέων ἐν πετάλοισι καθεζομένη πυκινοῖσι. [Hesych. : Χλ. ἀηδών· ἤτοι ἀπὸ τοῦ χρώματος· ἢ χλωρά· ἢ διὰ τὸ ἐπὶ χλωρῶν καθέζεσθαι δένδρων· ἢ ἀπὸ Χλωρίδος τὸ γένος

ἔχουσα. Etym. M. p. 813, 8 : Χλωρηΐς ἀηδὼν ἀπὸ τοῦ χρώματος· ἢ διότι ἐν ἔαρι φαίνεται, ὅτε πάντα χλωρά· οἱ δὲ τὴν χλωροῖς ἡδομένην. Κρεῖττον δὲ τὸ πρῶτον· τοιαύτην γὰρ τὴν πτέρωσιν ἔχει· quod probat addito Simonidis versu.]

Χλωρίασις, εως, ἡ, Viror, Viriditas, Pallor, Palliditas. Utitur eo vocab. Hesych., in exponendo χλόος, adjungens ei synonymum ὠχρότης. [Et s. v. Χλωρὸν δέος.] Dicitur autem ut ὠχρίασις : quod sicut ab ὠχριάω derivatur, ita huic verbali χλωρίασις fingere possemus verbum χλωριάω, quod vide.

Χλωριάω, pro Viridis sum, Vireo, Pallidus sum, Palleo. [Hippocr. p. 1134, B : Ἐχλωρίασε κάρτα. Longus 4, 31 : Ὁρῶν αὐτὸν χλωριῶντα (χλωρῶντα codex Flor. ap. Villois. p. 290) καὶ κρύφα δακρύοντα. Schol. rec. Æsch. Pr. 134 : Ἡ δὲ γαμηθεῖσα ἐκείνη χλωριάσασα τὴν ὄψιν ἐστίν· ubi in cod. Paris. adscriptum γρ. χλωρίζουσα.]

Χλωρίζω, Viridi sum colore, Viridantes herbas et virentia germina colore imitor, Vireo : ut χλωρίζουσα ἴασπις ap. Areth. In Apoc., Viridis iaspis, Viridem colorem præferens. Idem metaph. dicit Χλωρίζον κήρυγμα τοῦ εὐαγγελίου καὶ ἀμάραντον, Virens vigensque, ut ap. Horat. Genua virent pro Vigent et firma sunt. ‖Palleo, Pallidus sum, ut affertur ex Levit. 14, [37] : Κοιλὰς χλωρίζουσα [ἢ πυρρίζουσα], pro Vallis pallore deformis. [Ib. 13, 49 : Καὶ γένηται ἡ ἁφὴ χλωρίζουσά ἢ πυρρίζουσα. Nicet. Chon. Hist. p. 56 : Χλωρίζειν ὑπὸ δέους. G. D. Philo vol. 1, p. 194, 33. De viridi colore Epiphan. t. 2, p. 226, C, et de jaspide p. 228, A, κατὰ τὴν σμάραγδόν ἐστι χλωρίζουσα. Hase. V. s. v. Χλωριάω.]

[Χλωρὶς, ίδος, ἡ. V. Χλωρίων. ‖] At Χλῶρις, ιδος, ἡ, nomen proprium. Hom. Od. Λ. [Accentus nominis proprii in libris plerumque est Χλῶρις, rarius Χλωρίς, quod in χωρὶς corruptum in codicibus Apollod. 3, 5, 6 : quem accentum probat Lobeck. Pathol. Prol. p. 512, comparatis aliis hujusmodi nominibus. Accusativus plerumque Χλῶριν est, Χλωρίδα ap. Apollod. 1, 9, 9. Nomen ipsum pluribus commune fuit. 1. Χλῶρις Amphionis Iasidæ ex Persephone filia, Nelei uxor, ap. Hom. Od. Λ, 281 (ubi accus. est Χλῶριν, schol. vero ad v. 285, 286, genitivo Χλωρίδος sæpius utitur), Pausan. 9, 36, 8; 10, 29, 5 (ubi Χλῶρις et Χλῶριν), Apollod. 1, 9, 9; 3, 5, 6. 2. Amphionis Thebani ex Niobe filia. Pausan. 2, 21, 9; 5, 16, 4 (ubi Χλῶρις et Χλῶριν), Tzetz. Hist. 4, 423 (ubi Χλωρίδα). 3. Ampyci uxor, Mopsi mater. Schol. Apoll. Rh. 1, 65 (ubi Χλωρίδος, qui accentus etiam accusativo Χλώριδα restitui potest locis supra citatis). Hygin. Fab. 14. ‖ Uxor Zephyri, dea florum, ap. Ovid. Fast. 5, 97. Respondet Latino nomini *Flora*.]

[Χλωριὸς, ὁ. Arcad. p. 40, 13, ubi de adject. in ιος agit : Τὸ δὲ χλωριός ὀξύνεται καὶ θαλαμιός ὁ κωπηλάτης.]

Χλωρίτης, ὁ, Viridans, Virens, ut χλωρίτης λίθος : de quo hæc Plin. 37, 10 : Chlorites herbacei coloris est. Sed fortasse scrib. Χλοΐτης eo in l.

Χλωρίων, ωνος, ὁ, et Χλωρεὺς, έως, ὁ, avis nomen ex colore. Aristot. H. A. 9, 22 : Ὁ δὲ χλωρίων, χλωρὸς ὅλος· οὗτος τὸν χειμῶνα οὐχ ὁρᾶται, περὶ δὲ τὰς τροπὰς τὰς θερινὰς φανερὸς μάλιστα γίνεται. Unde Plin. 10, 29 : Chlorion quoque, qui totus est luteus, hyeme non visus, circa solstitia procedit. Idem Chlorionem vocat, quem Aristot. χλωρέα, ut videbunt qui conferre volent quæ hic scripsit H. A. 9, 1, ille autem 10, 74, de avium inter se dissidiis. Atque ita, Plinio judice, ejusdem avis hæc nomina essent : quum tamen Aristot. utriusque mentionem faciens, eo loco distinguere alterum ab altero videatur : χλωρέας Gaza appellat Luteones, et χλωρίωνας, Vireones : quos ab Alex. Trall. χλωροὺς πυργίτας nominari ajunt : χλωρέως meminit Hesych. quoque, dicens esse ὀρνίθιον [ὀρνιθάριον] χλωρόν. [Ælian. N. A. 5, 48 : Ὁ χλωρεὺς πολέμιος πρὸς τρυγόνα. Femininum χλωρὶς, ίδος, ἡ, ap. Aristot. H. A. 9, 13 : Ἡ δὲ καλουμένη χλωρὶς διὰ τὸ τὰ κάτω ἔχειν ὠχρὰ ἔστι μὲν ἡλίκον κόρυδος, τίκτει δ' ὡὰ τέτταρα ἢ πέντε, τὴν δὲ νεοττιὰν ποιεῖται μὲν ἐκ τοῦ συμφύτου ἕλκουσα πρόσριζον, στρώματα δ' ὑποβάλλει τρίχας καὶ ἔρια. Memoratur ib. c. 29, et 8, 3, ab Anton. Lib. c. 9. Ælianus N. A. 4, 47, Χλωρὶς femininum esse, χλωρίωνα masculinum observat, ubi Schneid. : « Gravis error Æliani, cui quid occasionem præbuerit non reperio. Χλωρὶς quidem τὰ κάτω ἔχει ὠχρὰ, ἔστι δὲ ἡλίκος κόρυδος, ut habet Aristot. l. c. : contra χλωρίων eidem ὅλος χλωρὸς, τὸ δὲ μέγεθός ἐστιν ὅσον τρυγών. » Quæ repetit ad Aristot. H. A. vol. 4, p. 101, adversante Lobeckio Pathol. Prol. p. 49, qui recte monet nihil obstare quominus aliquis his terminationibus, si usus ita veniret, sexus notaret diversos, quod aliorum quorundam nominum exemplis probat. G. D. Manuel Philes De propr. an. 690 : Τὴν τρυγόνα χλωρεὺς δὲ (μισεῖ), καὶ τοῦτον κόραξ. Chloreum Bussemaker. Schol. Oppian. p. 655 opinatur esse Oriolum Galbulam L.; χλωρὶς Oribas. t. 1, p. 15, 10 Daremb. vertit *le bruant*. Hase.]

[Χλωροειδὴς, ὁ, ἡ, Viridans. Theophr. De lapid. § 33 : Χλωροειδέστερος λίθος.]

Χλωρόκομος, ὁ, ἡ, Qui viridi coma est, Viridans comis : χλ. στέφανος, Eur. [Iph. A. 759], Corona ex viridibus arborum comis, Corona frondea : frondes enim arborum virent.

[Χλωροκοπέω, Herbas virides succido, Tenera ætate occido. Pseudo-Chrys. Serm. 26, vol. 7, p. 319, 42. Seager.]

[Χλωροκυρτίδες· εἶδος καρίδων, Hesych., quocum Albertus comparavit glossam, Κουρίδες· καρίδες· ἢ τὰς μικρὰς ἐγχλώρους, τὰς δὲ ἐρυθρὰς καμμάρους· ut in altera gl. χλωροκουρίδες scribendum videri possit. Cum ἁπαλοκουρὶς et aliis hujusmodi compositis oxytonis comparavit Lobeck. Pathol. Proleg. p. 457.]

[Χλωρομέλας. V. Ὑποχλωρομέλας.]

[Χλωροποιὸς, ὁ, ἡ, Viridem faciens. Schol. Pindari Nem. 8, 68 : Αὐξάνεται ταῖς χλ. δρόσοις. ‖ Pallidum faciens. Χλωρὸν δέος per χλωροποιὸν exp. schol. Pind. Pyth. 4, 138, schol. Hom. Il. Z, 132, H, 479 (ubi alius codex ὠχροποιόν), Eustath. p. 1395, 32, schol. Hesiod. Theog. 138, Hesych. s. v. Χλωρὸν δέος. G. D. Omnes post Sextum Empir. p. 366, 17. Hase.]

[Χλωρόπτιλος, ὁ, ἡ, Virides pennas habens. Πελειάδες χλ. Ælian. N. A. 16, 2.]

Χλωρὸς, ὰ, ὸν, i. q. χλοηρὸς s. χλοερὸς, ex iisque factum per crasin. [De accentu Arcad. p. 69, 12.] De eo autem infra seorsim dicam, propter derivatorum multitudinem. [Et infra post Χλόος :] Sequitur Χλωρὸς cum suis derivatis. Χλωρὸς, per crasin factum ex χλοερὸς s. χλοηρὸς, idem cum ipsis significat : sc. Viridis s. Virens, Herbidus s. Herbaceus. Vel, Virens in modum germinum recens ex planta pullulantium. Hom. Od. Π, [47] : Τῷ δὲ συβώτης Χεῦεν ὑπὸ χλωρὰς ῥῶπας καὶ κῶας ὕπερθεν. Et ap. Plut. [Mor. p. 735, D] quærit quidam πῶς ἔκ τε τῶν λευκῶν καὶ τῶν μελάνων κυάμων ὅμως χλωρὸν γίνεται τὸ ἔτνος. [Lucian. Vitt. auct. c. 6 : Κύαμον ἔτι χλ. ἑόντα.] Itidem ap. Soph. [Aj. 1075], Ἀμφὶ χλωρὸν ψάμαθον, exp. nonnulli Circum viridem arenam, ut Virg. dicit, Viridi in litore, et Viridissima gramine ripa : χλωρὰν accipientes pro χλοηφόρον, Herbidam s. Herbiferam, Virentem herbis. Alii tamen malunt interpretari Fulvam s. Pallidam : quidam et Recentem. Nam has signiff. habere vocab. χλωρὸς docebo. [Ὄρος χλ. Hom. H. in Apoll. 223 : Εὕριπον διαβὰς... βῆς ἂν' ὄρος ζάθεον χλωρόν. Soph. Ant. 1133 : Χλωρά τ' ἀκτὰ πολυστάφυλος· OEd. C. 673 : Χλωραῖς ὑπὸ βάσσαις. Eur. Hipp. 17 : Χλωρὰν ἀν' ὕλην· Hel. 355 : Ὑδρόεντι δόνακι χλωρὸν Εὐρώταν. Hesych. : Χλωροπέδῳ· νεαρῷ. Corrigendum χλωρῷ· πέδῳ. Glossa fortasse ex Tragico aliquo sumta. Plut. V. Luculli c. 31 : Θέρους ἀκμάζοντος τὸν Ταῦρον ὑπερβαλὼν ἠθύμησε χλωρῶν τῶν πεδίων ἐκφανέντων· τοσοῦτον αἱ ὧραι διὰ τὴν ψυχρότητα τοῦ ἀέρος ὑστερίζουσιν. Theophr. H. Pl. 8, 10, 5 : Ἐν τοῖς χλωροῖς καὶ ἐν τοῖς καρποῖς. Id. fragm. 20, 27 : Πάντων τῶν φυομένων τὰ ὑπὲρ γῆς χλωρὰ τὸ πρῶτόν ἐστι, τὰ δὲ κατὰ γῆς λευκά. Χλ. σῖτος, Frumentum nondum maturum, Thucyd. 4, 6, ex quo Pollux 1, 61, 180. De arboribus, floribus, foliis, Æsch. Suppl. 63 : Ἀπὸ χλωρῶν πετάλων ἐγρομένα (ἀηδὼν), ex emend. Hermanni : nam codex χώρων ποταμῶν τ'. Theocr. 7, 9 : Αἴγειροι χλωροῖσιν πετάλοισι κατηρεφέες κεμόωσαι. Soph. fragm. 239 : Χλωρὸν οἰνάνθης δέμας. Eur. Bacch. 38 : Χλωραῖς ὑπ' ἐλάταις. Τὰ χλωρὰ, sine

substantivo, Ælian. V. H. 13, 16: Περὶ αὐτὸν (τὸν περίβολον) ἐστὶ δένδρα εὐθαλῆ καὶ πολλὰ χλωρά. LXX Num. 22, 4: Ὡσεὶ ἐκλείξαι ὁ μόσχος τὰ χλωρά. Prov. 27, 25: Ἐπιμελοῦ τῶν ἐν τῷ πεδίῳ χλωρῶν. Esa. 27, 11: Καὶ μετὰ χρόνον οὐκ ἔσται ἐν αὐτῇ χλωρόν. Χλωρὰ βοτάνη Reg. 4, 19, 26. Χόρτος χλ. ib. 15, 6, et Genes. 1, 30, et in N. T. Ev. Marci 6, 36, Apocal. 8, 7. Hesych.: Χλωροί· οἱ φάσηλοι. Μήποτε δὲ ὠχροὶ (ὦχροι) γραπτέον.] || Χλωρὸς ergo interdum opponitur τῷ ξηρῷ s. αὔῳ, ut ap. Latinos quoque Viridis sicco, veluti quum Cic. dicit, Ignem ex lignis viridibus atque humidis fieri jussit. Nec enim viridia ligna dicuntur hoc loco ratione coloris, sed succi. [Ab Hesych. exp. ὑγρὸς et ἁπαλός.] Hom. Od. I, [320]: Κύκλωπος γὰρ ἔκειτο μέγα ῥόπαλον παρὰ σηκῷ Χλωρὸν, ἐλαΐνεον, τὸ μὲν ἔκταμεν ὄφρα φοροίη Αὐανθέν, Viride, quod exciderat ut arefactum gestaret. [Ib. 379: Μοχλὸς χλ.] Sic Hesiod. Op. [742]: Μηδ' ἀπὸ πεντόζοιο θεῶν ἐνὶ δαιτὶ θαλείῃ Αὖον ἀπὸ χλωροῦ τάμνειν αἴθωνι σιδήρῳ. Quum vero caseus, caro aut simile quid χλωρὸν dicitur, significat potius Recens, νεαρὸς, πρόσφατος: interdum etiam Tener ac mollis, ἁπαλὸς καὶ μαλακός. Athen. 2, [p. 53, D] de amygdalis: Λυπεῖ δ' ἧττον τὰ χλωρὰ τῶν ξηρῶν, καὶ τὰ βεβρεγμένα τῶν ἀβρόχων, καὶ τὰ πεφρυγμένα τῶν ὠμῶν. Et 7, [p. 309, B]: Ἡ δὲ τῶν χλωρῶν κωβίων σὰρξ χαυνοτέρα ἐστὶ καὶ ἀλιπεστέρα, καὶ χυλὸν ἐλάττονα καὶ λεπτότερον ἐναφίησι. [Hesych.: Χλωραὶ συκαῖ et Χλωρὸς τυρὸς sine expos. Σῦκα χλ. Pollux 6, 48, Eurip. ap. Athen. 7, p. 276, E. Ἰσχὰς χλ. Pollux 1, 242.] Itidem χλωρὸς τυρὸς dicitur ὁ νεοπαγὴς, ἁπαλός τε ἔτι καὶ μαλακὸς, Caseus recens, tenerque adhuc et mollis. [Mœris p. 403: Χλωρὸν τυρὸν Ἀττικοὶ, ἁπαλὸν δὲ Ἕλληνες. Phryn. in Bekk. Anecd. p. 73, 3: Χλ. τ. ὁ νέος καὶ πρόσφατος. Per ἁπαλὸν exp. Hesych., ut ap. Aristoph. Ran. 667 per νέον, ἁπαλὸν exp. gl. cod. Ven. De loco ubi venum exponitur ap. Polluc. 10, 19: Εἰς τὸν χλ. τ., et sic ap. Lysiam p. 167, 7. Ὄσπρια χλ. Hippocr. p. 404, 31. Στέαρ χλ., Adeps recens, id. p. 616, 13. Χλ. ὑποτρίμματα Pollux 6, 71.] Sed et μέλι χλωρὸν, Hom. Il. Λ, [630, et Od. K, 234] interpr. πρόσφατον, Recens (quod tamen et Pallidum reddi potest), et χλωρὸν ἄνθος, ap. Diosc. 3, 90, Flos recens. [Eur. Iph. A. 1297: Ἄνθεσι χλωροῖς.] Metaph. vero Gorgias ap. Aristot. Rhet. 3, [c. 3]: Χλωρὰ καὶ ἔναιμα τὰ πράγματα: quam metaphoram hic dicit esse ἀσαφῆ, utpote sumptam πόρρωθεν. Apud Hesych. Χλωρόν τε καὶ βλέποντα [ἀντὶ τοῦ ζῶντα], pro Bene valentem, Vigentem viribus corporis, et veluti virentem adhuc, ut Menander quoque χλωρὸν vocavit τὸ ἀχμάζον, teste Suida. [Hesychii gl., quod animadvertit Toupius, sumta haud dubie ex Æschyli Agam. 677, ubi nunc illato glossemate legitur καὶ ζῶντα καὶ βλέποντα.] Latini etiam metaphorice utuntur suo Viridis: veluti quum Virg. dicit Viridis juventa, Cruda viridisque senectus, Catull. Flore viridissimo puella; Ovid. Ævum viride; Sil. Animi virides ausis. At Seneca, Obiit viridis, pro Ætate adhuc viridi. Huc pertinet ap. Theocr. γόνυ χλωρόν [14, 70: Ποιῆν τι δεῖ οἷς γόνυ χλωρόν]: quod imitans Flaccus, dixit, Dumque virent genua. [|| De lacrimis dictum, ut θαλερὸν δάκρυ dixit Homerus, explicat Eustath. p. 217, 1: Ἐπεὶ καὶ χλωρά εἰσι τὰ θάλλοντα καὶ ὑγρότητα ἔχει πλείω, διὰ τοῦτο καὶ ὑγρὸν δάκρυον καὶ χλωρὸν ὁ Εὐριπίδης (Med. 906, 922, Hel. 1205) φησί. Σοφοκλῆς δὲ ἐν Τραχινίαις (847) χλωρὰν ἔχνην δακρύων ἔφη. Anyte Anth. Pal. 7, 646: Χλωροῖς δάκρυσι λειβομένα.] || Rursum χλωρὸς ratione coloris dictum significat Ita viridis ut in pallorem vergat, vel simpliciter etiam Pallidus, Referens colorem herbarum foliorumque flaccescentium et arescentium; arentes enim herbæ virorem illum pristinum paulatim amittunt et pallorem induunt: ut ap. Hippocr. [p. 155, E, et] Epid. 6, annotat Galen. [Comm. l. 5] γλώσσας ab eo χλωρὰς dici eo sensu, quo in quotidiano usu dicere solent sese vidisse χλωρούς τινας, sc. οἷς ἂν ἐπὶ τὸ χολωδέστερον ἡ χρόα μεταβάλῃ, τῆς ὠχρᾶς δηλονότι χολῆς: est enim χολῆς species quædam ὠχρὰ, quacum pene eadem est ἡ λεκιθώδης, Quæ luteum s. vitellum ovi refert colore suo. Itidemque Comm. 2 in Progn. [vol. 8, p. 629, 642], ubi idem Hippocr. dicit χλωρὸν πτύελον (diversum id faciens ἀπὸ τοῦ ξανθοῦ), annotat rursum idem Galen. χλωρὸν dici solere ἐπί τε τοῦ ὠχροῦ καὶ τοῦ καλουμένου ἰώδους: i. e. non solum poni pro Viridi, qualis est color æruginis, et pro Prasino, quem πρασοειδῆ nuncupant, sed etiam pro Pallido. Sic vero et alibi sæpe annotat, χλωρὸν dici interdum i. q. ὠχρὸν, interdum τὸ οἷον ἰῶδες τῇ χρόᾳ, s. τὴν ἰώδη χρόαν ἔχον. Asiaticæ autem gentis proprium esse usum ait [vol. 11, p. 51] τοῦ χλωροῦ ἀντὶ τοῦ ὠχροῦ: quum enim vident ὠχροὺς τινὰς, dicit eos interrogare, quamobrem οὕτω γεγόνασι χλωροί· μηδὲν διαφέρειν ἡγουμένους χλωρὸν εἰπεῖν καὶ ὠχρόν. Atque adeo antiquum esse hunc usum scribit 1 Comm. in Progn. [vol. 8, p. 605.] Alioqui communi usu solere dici pro Viridi, veluti quum κράμβαι et θριδακίναι vocantur χλωραί [Adde locum Galeni s. v. Χλώρισμα allatum]: quod χρῶμα esse μελάντερον ἐρυθροῦ, καὶ οἷον ἀρχήν τινα τοῦ μελαίνεσθαί τε καὶ πελιδνοῦσθαι, ψύξεως ἐργαζομένης αὐτὸ, καθάπερ καὶ τὸ μέλαν. Celsus quoque ita interpr., ut quum pro his ex Progn. [p. 40, 13]: Ὑδαρὲς δὲ κάρτα ἢ λευκὸν ἢ χλωρὸν ἢ ἐρυθρὸν ἰσχυρῶς ἢ ἀφρῶδες διαχωρέειν, πονηρὰ ταῦτα πάντα, sic habet 2, 4: Utique si quod descendit, est perliquidum aut albidum aut pallidum aut spumans, periculosum est. Et pro his ex iisd. Progn.: Τὸ χρῶμα προσώπου χλωρόν τε ἢ καὶ μέλαν ἐὸν, καὶ πέλιον ἢ μολιβδῶδες, ipse 2, 6: Color cutis aut niger aut perpallidus. Solet igitur χλωρὸν vocare Hippocr. quod alii ὠχρὸν (colorem vicinum τῷ ξανθῷ καὶ λεκιθώδει), Latini Pallidum s. Perpallidum: quod vero iidem Latini Viride, ipse modo ἰῶδες appellat, modo πρασοειδές: quoniam sc. æruginis et prasi color viridis est. Simili modo Plin. χλωρὸν accepit ap. Diosc. Hæc enim ipsius verba, 3, 79, de smyrnio: Φλοιὸν ἔχουσα ἔξωθεν μὲν μέλανα, ἔνδοθεν δὲ χλωρὸν ἢ ὑπόλευκον, ipse sic vertit 27, 13: Cortex ejus foris niger, intus pallidus. Sic accipiendum et ap. Hesiod., quum Sc. [231] dicit Ἐπὶ χλωροῦ ἀδάμαντος· quum idem Plin. scribat 37, 4, adamantis genera quædam pallere, ac inter alia Cyprium vergere in æreum colorem: quum tamen quidam colore translucido non multum differant a crystallo. [Χλωρὰ ἴασπις Dion. Per. 723, 1118, Naumach. ap. Stob. Flor. 74, 7, p. 437. Theoph. Nonn. vol. 1, p. 150. Χλ. ἵππος, pallidus s. gilvus, Joann. Apocal. 6, 8. Χλ. χρυσὸς Artemid. 1, 67.] Itidem vero Hom. μέλι et ἔλαιον vocat χλωρὸν, οἶνον autem et νέκταρ ἐρυθρὸν, teste Athen. 2, [p. 43, F. Eurip. Cycl. 67: Οἴνου χλωραὶ σταγόνες.] Quin etiam δέος ab eo χλωρὸν nominatur, sed pro χλωροποιὸν, quoniam eo facies pallescit, ut Il. H, [479, Θ, 77] et Od. [Λ, 43, 633,] M, [243]: Τοὺς δὲ χλωρὸν δέος ἥρει· Il. P, [67]: Μάλα γὰρ χλωρὸν δέος αἱρεῖ. [Od. X, 42, Ω, 450, 533. Hesych.: Χλωρόν· ὑγρὸν, δεινὸν, χαλεπόν. Χλωρὸν δέος· τὸ χλωροποιόν· τοιοῦτος γὰρ ὁ φόβος, χλωριάσεως ποιητικός.] Pro quo χλωρὸν δέος Apoll. et Nicander χλόος dicunt. [Χλωρῷ δείματι Æsch. Suppl. 566. Sappho 2, 14: Τρόμος δὲ πᾶσαν ἄγρει, χλωροτέρα δὲ ποίας ἔμμι. Lucian. D. mer. 13, 5: Χλωρὰ ἐγένετο ἔτι σοῦ... διηγουμένου καὶ... ὑπέφριξεν. Themist. Or. 15, p. 190, C: Χλωρὸς ὑπὸ δέους.] Sed possis hic istud χλωρὸν δέος interpretari etiam Decolorem metum (pro Eo qui decolores efficit), ut ap. Soph. Tr. [1064]: Ἐκ δὲ χλωρὸν αἷμά μου πέπωκεν ἤδη, Actius vertit, Jam decolorem sanguinem omnem exorbuit. [In versu Sophoclis sanguinem significat viventis s. animantis. De sanguine virginis immolandæ Eurip. Hec. 129: Τὸν Ἀχίλλειον τύμβον στεφανοῦν αἵματι χλωρῷ· quod schol. rec. exp. νεάζοντι, νέῳ καὶ παρθενικῷ, ὑγρῷ, νεορρύτῳ νέας παρθένου. De aqua Eurip. ap. Plut. Mor. p. 767, F: Ὕδατι χλωρῷ κατακλυζόμενον Ἀκροκόρινθον· ut ῥέεθρα χλοερὰ dixit Phœn. 669. De Acheronte Anyte Anth. Pal. 7, 486: Χλωρὸν ὑπὲρ ποταμοῦ χεῦμ' Ἀχέροντος ἔβα. De roribus vegetis Pind. Nem. 8, 68: Χλωραῖς ἐέρσαις.]

[Χλωρός· χλωρίασις, Erotian. p. 390, ex qua gl. fuerunt qui substantivum fingerent Χλῶρος, ὁ, quod cum similibus comparavit Lobeck. Paralip. p. 341. Sed libri χλώος habere videntur, quod χλόος esse potest.]

[Χλῶρος, ὁ, Chlorus, n. pr., quod ab adjectivo distinguit Arcad. p. 69, 10. Quod nihil commune habet cum cognomine Demetrii cujusdam ap. schol.

Nicandri Th. 585 : Δ. ὁ χλωρός. Nam Chlorus quis fuerit docet Steph. Byz. s. v. Αἰμονία : Αἴμων υἱὸς Χλώρου τοῦ Πελασγοῦ. G. D. Tessera hosp. C. I. vol. 3, p. 597, n. 5496, 2, Ἰμίλχων Ἰνίβαλος Χλῶρος. Hase.]

Χλωροσαῦρα, ἡ, Viridis lacerta, ut loquitur Virg. Schol. Theocr. 2, [58] exponens hæc verba, Σαῦράν τοι τρίψασα, ait, σαῦραν ibi ab eo nominari τὴν κοινῶς λεγομένην χλωροσαῦραν. [Schol. ad 7, 22. Demetr. Hieracosoph. 2, 54 : Χλ. ζώσας.]

[Χλωροστρουθίον, Galucis, Gl.]

Χλωρότης, ητος, ἡ, Viriditas, Viror. [Ap. Suidam s. v. Χλωρός.] Plut. [V. Flam. c. 3 : Κάλλη δένδρων καὶ χλωρότητα ὕλης· Mor. p. 565, E : Ὑλὴ καὶ χλωρότητι καὶ χλόαις ἀνθέων ἁπάσαις· 952, C : Φλόγα ζοφερὰν καὶ ἀμβλεῖαν ὑπὸ χλωρότητος ἀναδίδωσι (τὸ ξύλον)·] Symp. 5 : Μάλιστα τῶν καρπῶν ἡ χλωρότης καὶ τὸ τεθηλέναι τῷ μήλῳ παραμένει. ‖ Palliditas, Pallor, ὠχρότης. Frequens ap. Hippocr. Itidem vero Plut. dicit De orac. Pyth. [p. 395, C] τοὺς ἀνακεραννύντας ἀργύρῳ χρυσὸν videri sibi νοσώδη χλωρότητα καὶ φθορὰν ἀκαλλῆ παρέχειν, Morbosum pallorem; pallent enim ex morbis, ut etiam ex fame. Unde Hesiod. Sc. [265] : Χλωρὴ, αὐσταλέη, λιμῷ καταπεπτηυῖα. Et in Ps. 67, [14] : Χλωρότης χρυσίου, Pallor auri. Sunt enim quædam ejus genera, quæ palleant, ignobiliora sc.; nam præstantiora rutila sunt et fulva. [Anon. De inv. capitis S. Jo. Actt. SS. Junii t. 4, p. 738, F. Hase.]

Χλωροφᾰγέω, Virentibus herbis vescor, Viridi gramine pascor. Scribit Bud. χλωροφαγεῖν in Hippiatr. [p. 41, 17] dici de equis qui in campis herbosis pascuntur : quod fieri ad creandum novum sanguinem.

[Χλωροφάγος, ὁ, ἡ, Virentibus herbis vescens. Const. Manass. Amat. 4, 53. Boiss.]

[Χνᾶ, ἡ, Chna. Steph. Byz.: Χνᾶ· οὕτως ἡ Φοινίκη ἐκαλεῖτο, ὥσπερ Λᾶ ἡ Λακωνικὴ πόλις. Τὸ ἐθνικὸν ταύτης Χνᾶος, ὡς τῆς Λᾶ Λᾶος. (Libri Χνά et Λά.) Herodian. Περὶ μον. λέξ. p. 8, 8, ubi de nominibus in να perispomenis agit : Ἀπεξενωμένον τὸ Χνᾶ· οὕτω γὰρ πρότερον ἡ Φοινίκη ἐκαλεῖτο, et iisdem verbis Joann. Alex. Ton. παραγγ. p. 8, 4. Chœrob. In Theodos. p. 16, 5 : Ὁ Χνᾶς τοῦ Χνᾶ· οὕτω δὲ ἐλέγετο ὁ Ἀγήνωρ, ὅθεν καὶ ἡ Φοινίκη Χνᾶ λέγεται. Quæ repetit p. 133, 6; 249, 9; 379, 29. Ὁ Χνᾶς τοῦ Χνᾶ etiam ap. Arcad. p. 125, 16, in Etym. M. p. 635, 29. In Χᾶς corruptum in Reg. prosod. Herm. p. 449. « Conf. Lobeck. De substantivis in ᾶς exeuntibus, in Frid. Aug. Wolfii Anal. litt. vol. 2, p. 49. » Hase.]

[[Χνασμὸς vitiose pro κνησμὸς vel κνισμός. V. Κνῦμα.]

Χναῦμα, τὸ, Id ipsum quod aliquis χναύει, i. e. Quod carpitur, et catillonum gulosorumque more deglutitur, ut sunt edulia delicatiora. Pollux 6, cap. 9 [§ 62] scribit χναύματα a Comicis vocari τὰ περικομμάτια, alio nomine dicta νωγαλίσματα. [Mnesimachus ap. Athen. 9, p. 403, A : Σπλάγχν' ὀπτᾶται, χναῦμ' ἥρπασται. Nam sic scripturam codicis χναυὼ correxit Meinek.] Hesychio vero [Χναῦμα· βρῶμα, et] χναύματα sunt τὰ βρώματα, et τὰ τῶν κρεῶν ἀπανθρακίσματα : ut sint Particulæ a carnibus recisæ, quæ super carbonibus tostæ devorantur. [Zenob. Proverb. 5, 73 : Πᾶν χναῦμα· χναύματα λέγουσι (nam sic ex Append. Bodl. corrigendum quod apud Zenobium legitur πάντα χναύματα λέγουσι) τὰ ἀποθραύσματα τῶν ἰτρίων καὶ πλακούντων. Τὸ γοῦν « πᾶν χναῦμα » σημαίνει οἷον πᾶν πρᾶγμα.]

Χναυμάτιον, τὸ, forma diminutiva, ut ap. Athen. 9, [p. 368, E] ex Aristoph. Δαιταλεῦσιν : Καὶ δελφακίων ἁπαλῶν κωλαὶ [κωλαῖ] καὶ χναυμάτια πτερόεντα. Ubi πτερόεντα χναυμάτια esse videntur Aviculæ quæ χναύονται et gulose devorantur, utpote apparatæ delicatius. [Teleclid. ib. 6, p. 268, D : Μήτρας δὲ τόμοις καὶ χναυματίοις οἱ παῖδες ἂν ἠστραγάλιζον. Athen. 9, p. 381, B : Προεψήσας μετὰ πολλοῦ πεπέρεως τὰ χναυμάτια.]

[Χναυρὸς, ὰ, ὸν, Delicatus, Suavis. Pherecrates ap. Athen. 6, p. 269, A : Πλευρὰ δελφάκει' ἐπεξανθισμένα χναυρότατα παρέκειτο. Schweigh. In χαυνώρατ' (vel χαυνότατ') ἐπέκειτο corruptum ap. Polluc. 6, 59.]

Χναυστικὸς, ὴ, ὸν, Qui libenter χναύει, Qui χναύμασι delectatur, i. e. Catillo, Gulosus, Inhians cibis delicatioribus. Posidippus comicus ap. Athen. 14, [p. 662, A] : Τὴν γλῶσσαν εἰς ἀσχήμονας Ἐπιθυμίας ἔνιά τε τῶν ἡδυσμάτων, Κάθαλος, κάτοξος, χναυστικός.

Χναύω, Carpo, Vellico. Hesych. enim. χναύων exp. περικνίζων, περιτίλλων : itidemque Χναύει, λαμβάνει, κνίζει, et Χναύεται, περικνίζεται, λαμβάνει. Eust. p. 1063, χναύειν exp. λίχνως ἐσθίειν, Catillonum more vorare et deglutire : afferens ex Comico quodam ap. Athen. 2, [p. 58, A] : Πάντα ταῦτ' ἐχναύομεν. Item, Ὁμοῦ τε χναύειν μαινίσι σηπίδια. Alibi hoc ipsum χναύειν exp. καταπίνειν, derivari dicens ex χνάω, ut χραύω ex χράω. Locus autem ille posterior, quem ex Athen. affert, est ap. eum Eubuli comici [p. 65, D]. At 9, [p. 370, D] paulo aliter legitur : sic nimirum, Κοινῇ τε χναύειν τευθίσι σηπίδα, et Ephippo comico tribuitur, non Eubulo : utrobique præmissum habens hunc versum, Τίλλειν τε φάττας καὶ κίχλας ὁμοῦ σπίνοις. [Ephipp. ib. 2, p. 58, A, et 14, p. 642, E : Πάντα ταῦτ' ἐχναύομεν. Epicharm. 7, p. 307, F : Κόκκυγες, οὓς ὀπτῶντες ... χναύομες. Eurip. Cycl. 357 : Ἑφθὰ καὶ ὀπταλέ' ἀνθρακιᾶς ἄπο χναύειν.]

[Χνάω. V. Χναύω.]

[Χνεμύρεται (?)· κινύρεται (κισύρεται codex), Hesych. Eandem signif. tribuit verbo χλουνάζειν.]

[Χνεῦρος. V. Χνοῦβος.]

[Χνιαρωτέρα· γνοωτέρα, Hesych. Conf. Μνιαρός.]

[Χνίει (?)· ψακάζει, θρύπτει, Hesych.]

[Χνοάδας, ὁ, Chnoadas, n. pr. in inscript. Peloponnesiaca Fourmonti ap. Bœckh. 42, vol. 1, p. 56. Nomen non satis certum.]

Χνοάω, sive Χνοάζω, Lanugine obsitus sum. Dicitur interdum de ipsis genis aut pubescente adolescente, ut Lucian. [Bacch. c. 2] : Ἀγένειον ἀκριβῶς, οὐδ' ἐπ' ὀλίγον χνοῶντα τὰς παρειάς. [Apoll. Rh. 2, 781 : Ἐμὲ δ' εὗρε νέον χνοάοντα ἰούλους. Oppian. Cyn. 4, 347 : Παῖδες ἔτι χνοάοντες ἰούλους. Theod. Prodr. p. 173 : Κόραις ἐῴκει, τὴν γένυν οὐκ ἐχνόα.] At ex Soph. [OEd. T. 72] : Χνοάζων ἄρτι λευκανθὲς κάρα, pro ἀνθῶν. [Aristag. ap. Athen. 13, p. 571, B : Ἄρτι χνοαζούσας αὐλητρίδας. Himer. p. 516 : Ἡβῶντας καὶ ἰούλῳ πρώτῳ χνοάζοντας, ut Wernsd. correxit pro χλοάζοντας.] Interdum de ipsis pilis lanuginosis, ut ap. Apoll. Arg. 2, [43] : Τοῖος ἔην Διὸς υἱὸς ἔτι χνοάοντας ἰούλους Ἀντέλλων, schol. τοὺς ἰούλους ὡς χνοῦν ἀναφύοντας ἔχων : accipiens ἰούλων nomine τὰς ἐξανθήσεις τῶν γενείων, qui ἴουλοι i. sunt q. χνοῦς. [Anon. Anth. Pal. Append. 306 : Πρωθήβην ἔτι κοῦρον, ἔτι χνοάοντος ἰούλου δευόμενον. Theodor. Prodr. Amor. p. 305 : Ἄρτι χνοῶσαν ἀνατέλλων τὴν γένυν. De mamillis virginum Theocr. 27, 49 : Μᾶλα τεὰ χνοάοντα. Impropire de malis Nicand. ap. Athen. 3, p. 82, A : Μῆλα ταμὼν χνοάοντα. Σίκυον χνοάοντα Philipp. Anth. Pal. 6, 102. De rore matutino Tryphiod. 343 : Χνοόωσαν χάριν ὄμβρου. G. D. Philostr. Epist. p. 38, 10 Boiss., ἤδη χνοάζεις· 35, 18, αἱ παρειαὶ χνοάζουσιν. Hase.]

Χνόη [De accentu Arcad. p. 103, 15, Herodian. ap. schol. Soph. El. 711, et schol. rec. Æsch. Sept. 154. Χνόαί duplici accentu codex Mediceus Æsch. Sept. 157], ἡ, i. q. χνόος s. χνοῦς, quatenus quidem significat ψόφος, φθόγγος (cui significatui ibi postremus locus datus est). Scribit enim Hesych. χνόην dici τὸν τῶν ποδῶν ψόφον, Strepitum pedum. Alioqui χνόαι Eidem sunt αἱ χοινικίδες, αἱ τοῦ ἄξονος σύριγγες, Modioli, Axis fistulæ, s. Fistulæ quibus immittitur axis, ut Suid. quoque et schol. Soph. χνόας exp. τὰς τοῦ ἄξονος σύριγγας, El. p. 113, [719] ubi de equestri certamine sermo est : Φείδοντο κέντρων οὐδὲν, ὡς ὑπερβάλοι τις αὐτῶν καὶ φρυάγμαθ' ἱππικά. [Schol. Hom. Il. E, 726 : Πλῆμναι λέγονται διὰ τὸ πλήσσεσθαι ὑπὸ τοῦ ἄξονος. Ταύτας δὲ ἔνιοι χνόας ὀνομάζουσι.] Sed addit Suidas, σύριγγα dici non solum αὐτὴν τὴν ὀπὴν τοῦ τροχοῦ, sed etiam τὸ εἰς τὴν ὀπὴν τοῦ τροχοῦ ἐμβαλλόμενον μέρος τοῦ ἄξονος, Axis eam partem quæ modiolo s. foramini rotæ inseritur : ut χνόαι dicantur etiam τὰ ἀκραξόνια, περὶ ἃ αἱ χοινικίδες, quæ et παραξονίτιδες nominantur : quo modo accipiunt ap. Æsch. Sept. c. Th. p. 75 [157] : Ἔλακον ἀξόνων βριθομένων χνόαι· quanquam et ibi χνόαι ac σύριγγες synonyma esse queunt, quum aliquanto post, p. 78 [210], idem Tragicus dicat : Ἔδεισ' ἀκούσασα τὸν ἁρματόκτυπον ὄττοβον, ὅτι τε σύριγγες ἔκλαγξαν ἑλίτροχοι· quum enim αἱ σύριγγες τοῦ τροχοῦ

περὶ τὸν ἄξονα ἑλίσσονται, κλάγγουσι καὶ ἁρματόκτυπος ὄττοβος ἀκούεται. Ita tamen ut præcedens quoque expositio vera esse possit : dicente Homero, Καὶ ἔβραχε φήγινος ἄξων. [Ἀντύγων χνόας Eurip. Rhes. 118.] Metaphorice idem Tragicus [Æsch. ib. 377] : Σπουδῇ ὀιώκων πομπίμους χνόας ποδῶν, vocans χνόας ποδῶν τὰ ἄκρα τῶν ποδῶν, vel παραβόλως τὸ συνεχὲς κίνημα τῶν ποδῶν, schol.; qui et ibi subjungit, χνόην vocari τοῦ ἄξονος τὸ ἄκρον τὸ ἐντιθέμενον τῇ χοινικίδι, Extremam axis partem, quæ modiolo inseritur. Pro eodem poetæ dicunt Χνοίη, Ionico more inserto ι, ut testatur idem schol. Æsch. [Sept. 153. Parmen. ap. Sext. Emp. p. 393 : Ἄξων ἐν χνοιῇσιν ἴει σύριγγος ἀϋτὴν αἰθόμενος.]

[Χνόϊος, ία, ιον, Lanatus. Anacreont. 29, 19 : Ῥοδίνην δ' ὁποῖα μᾶλον χνοΐην ποίει παρείην.]

[Χνοΐζω, Lanuginosum reddo. Passiv. χνοΐζονται, de crinibus, Galen. vol. 14, p. 778, 2. Hase.]

Χνόος quoque, [δ, et in loco Euripidis infra afferendo χνοῦς, ἡ. Dativus χνοῖ ap. Theophr. C. Pl. 6, 10, 7, vitiose pro χροΐ, quod restituit Schneid.] (pro quo per contr. dicitur Χνοῦς, ut χλοῦς pro χλόος, et νοῦς pro νόος) [Etym. p. 813, 9 : Χνοῦς πλεονασμῷ τοῦ ν παρὰ τὸ χοῦς· τοῦτο παρὰ τὸ χόος· τοῦτο παρὰ τὸ χέω] ejusdem est originis cum præcedentibus, ut indicat Hesych., quum χνόος exp. ξυσμὸς, i. e. Rasio : addens tamen et χνόος, ὁ χνοῦς τοῦ γενειᾶν ἀρξαμένου, i. e. Lanugo : ut hæc lanugo χνοῦς dicta sit, quoniam ξύεσθαι potest, s. primi pili qui in gena erumpentes radi possunt. [Ex Sophocle (fragm. 961), incertum quo significatu dictum, memorat Herodian. Περὶ μον. λέξ. p. 14, 25.] Callim. H. in Ap. [37] : Καί κεν ἀεὶ καλὸς, καὶ ἀεὶ νέος· οὔποτε Φοίβου Θηλείαις οὐδ' ὅσσον ἐπὶ χνόος ἦλθε παρειαῖς, Nunquam ne tantillum quidem lanuginis Phœbi malis lævibus s. glabris obortum est : ideoque nunquam rasæ sunt. [Diodor. Anth. Pal. 9, 219 : Κοῦρος ἔτ' ἀρτιγένειον ἔχων χνόον. Lucian. Am. c. 10 : Μέχρι τοῦ πρῶτον ὑπογραφέντος χνοῦ παραμένοντες.] At Aristoph. Nub. [978] : Τοῖς αἰδοίοισι δρόσος καὶ χνοῦς ὥσπερ μήλοισιν ἐπήνθει. Ubi nota eum usurpasse verbum ἐπανθεῖν : ut Pollux quoque l. 2, [88] χνοῦν esse dicit τὴν πρώτην τριχῶν περὶ τὰς παρειὰς ἄνθην, Pilos qui primi in malis efflorescunt. Nota etiam dixisse μήλοις, ut ap. Virg. Georg. : Sunt tenera cana lanugine mala. [Asclepiad. Anth. Pal. 12, 36 : Λεπτὸς ὑπὸ κροτάφοισιν ἴουλος ἕρπει καὶ μηροῖς ὀξὺς ἔπεστι χνόος. De lanugine plantarum Theophr. H. Pl. 2, 8 extr.: Τὸν χνοῦν καὶ τὸ ἄνθος καὶ τὸν κονιορτὸν κατασείουσι (palmæ mares) κατὰ τοῦ καρποῦ τῆς θηλείας· C. Pl. 6, 10, 7 : Ἐν Καρίᾳ φασὶν ἄπιόν τιν' ἔχειν χνοῦν ἁλμώδη. Diodor. 2, 59 : Καλάμων ἐχόντων ἐν τῷ μέσῳ χνοῦν λαμπρὸν καὶ μαλακόν. Zonas Anth. Pal. 9, 226 : Μάλων χνοῦν ἐπικαρπίδιον.] || Molle etiam tomentum, quo culcitræ inferciuntur, χνοῦς nominatur, quod ex tenera lana mollive villo sit : ut genarum lanugo tenerrima est et mollissima. [Hippocr. p. 612, 30 : Μαλθακὸς ὡς χνοῦς ἐστιν, de splene aquoso qui mollis est ut lanugo aut tomentum.] Scribit enim Pollux 10, c. 8 [§ 38] ἐπὶ τῶν τυλείων s. κνεφάλων dici posse χνοῦν, quum Aristoph. in Babyloniis [fragm. 59] dicat, Ἔχειν ἄχυρα καὶ χνοῦν. Ubi similem usum habere μνοῦν ait. [Pollucis verba sunt : Εἴποις δ' ἂν οἶμαι καὶ χνοῦν καὶ μνοῦν ἐπὶ τῶν μαλαχῶν, additis duobus exemplis, altero ex Babyl. Aristophanis, in quo est χνοῦς, altero ex Danaidibus, in quo est μνοῦς.] Hesychio τὰ λεπτὰ τῶν ἀχύρων etiam χνοῦς sunt. [Idem s. v. Ἰμαλίην· ὁ ἀπὸ τῶν ἀχύρων χνοῦς. Lex. Bachm. Anecd. vol. 1, p. 418, 24 : Χνοῦν· τὸ λεπτὸν τοῦ ἀχύρου. Ἀριστοφάνης. Εὐριπίδης δὲ θηλυκῶς τὴν χνοῦν. De pulvere carbonum Pollux 10, 111 : Μαρίλαν δ' ἐκάλουν τὸν χνοῦν τῶν ἀνθράκων. Per λεπτὸς κονιορτὸς exp. Cyrillus in Lexico, haud dubie e locis V. T., velut Psalm. 1, 4 : Ὡσεὶ χνοῦς, ὃν ἐκρίπτει ἄνεμος· 17, 46 : Λεπτυνῶ αὐτοὺς ὡσεὶ χνοῦν κατὰ πρόσωπον ἀνέμου. Esa. 29, 5 : Ὡς χνοῦς φερόμενος τὸ πλῆθος. Oseæ 13, 3 : Ὡς χνοῦς φυσώμενος ἀπὸ ἅλωνος καὶ ὡς ἀτμίς. De cinere Orac. Sibyll. 8, 15 : Πῦρ τότε πάντ' ὀλέσει καὶ λεπτὸν χνοῦν ἀποδώσει. || Χνοῦς orationis ap. Plut. Mor. p. 79, D : Τὸ καθαρόν τε καὶ Ἀττικὸν ὥσπερ δρόσον καὶ χνοῦν ἀποδρεπομένους· ubi Wyttenb. vol. 6, p. 580 : « Χνοῦς, Lanugo, quæ in pomis, juventute hominum animaliumque quorundam apparet, eleganter transfertur ad orationis integritatem et teneritatem. Sic Dionys. Halic. aliquoties, De comp. verb. c. 25, p. 30, De vi Demosth. c. 51, p. 194, comparans oratores pictoribus πτίλα καὶ χνοῦς exprimentibus. Ep. ad Pomp. c. 2, p. 127, de Platonis dictione : Ὅ τε πίνος αὐτῇ καὶ χνοῦς τῆς ἀρχαιότητος ἠρέμα καὶ λεληθότως ἐπιτρέχει, χλοερόν τέ τι καὶ τεθηλὸς καὶ μεστὸν ὥρας ἀναδίδωσι. Item De vi Demosth. c. 5, p. 166; c. 38, p. 186 : Ἐπανθῇ τις αὐταῖς χνοῦς ἀρχαιοπινὴς καὶ χάρις ἀβίαστος. Iambl. V. Pyth. § 157 : Ἀρχαιοτρόπου καὶ παλαιοῦ πίνου ὥσπερ τινὸς ἀχειράπτου χνοῦ προσπνέοντα· ubi vid. Kust.»] || At ἁλὸς χνοῦς dicitur ἡ ἀκαθαρσία, ut Eust. [p. 1560, 47] ex veteribus tradit, i. e., inquit, ἡ ἐν ἄλλοις ἁλὸς ἄχνη, Maris spuma. Dicitur itaque hæc spuma χνοῦς, quoniam est veluti lanugo mari innatans. Hom. Od. Z, [224] de Ulysse naufrago : Αὐτὰρ ὁ ἐκ ποταμοῦ χρόα νίζετο δῖος Ὀδυσσεὺς Ἅλμην, ἥ οἱ νῶτα καὶ εὐρέας ἄμπεχεν ὤμους· Ἐκ κεφαλῆς δ' ἔσμηχεν ἁλὸς χνόον ἀτρυγέτοιο. [De spuma equi Theodorid. Anth. Pal. 6, 156 : Παΐς δ' ἴσον ἀστέρι λάμπει πωλικὸν ὡς ἵππος χνοῦν ἀποσεισάμενος.] || Χνόος, Hesychio etiam ψόφος, φθόγγος. [Hanc in significationem accipi potest quod scribitur ab Hippocr. p. 536, 51, in phthisi : Ὁ φάρυγξ χνόου πίμπλαται, Fauces sono implentur, i. e. Fauces stridunt præ siccitate. Sequitur namque, Καὶ συρίζει ὡς διὰ καλάμου. Sic enim vel ut tenuibus paleis refertæ exasperantur et siccescunt. Foes.]

[|| Χνοῦν vitiose pro χνούην. V. Χνούη.]

[Χνοῦβος Γνεῦρος, nomen regis Thebæi, de quo Eratosth. in Catal. num. 12, p. 748 : Χνοῦβος Γνεῦρος, ὅ ἐστι χρύσης, χρυσοῦ υἱὸς, cujus loci explicationem, ut in Vignolii Chronol. S. vol. 2 edita est, subjungam. « Locum hunc tentavit Salmas. De ann. clim. p. 566: In regibus Thebæorum, inquit, χνοῦβος vel χνουβὶς redditur χρυσῆς, et χνουβσιρὶ, χρυσοῦ υἱός. Sic enim legendum. Perperam ap. Scaliger. scribitur χνοῦβις χνεῦρος. Nam σηρὶ vel σιρὶ est Filius Ægyptiis. Hæc ille. Legerem itaque in Eratosth. χνοῦβος χρυσοῦς, i. e. χνοῦβος significat Aureum. Et forsitan regi illi Ægyptio, cujus nomen Eratosth. interpretatur, ab Anubide numine impositum fuit nomen, quod tamen revera Aureum sonat. Sequentia, Γνεῦρος χρυσοῦ υἱὸς, Salmasius ita corrigit χνουβσιρὶ, χρυσοῦ υἱός. Jablonsk. || Inscr. in insula Bacchi C. I. vol. 3, p. 418, n. 4893, 7, Χνούβει τῷ καὶ Ἄμμωνι· ubi vidend. interpr. et Letronn. *Rec. des inscr. de l'Ég.* t. 1, p. 390, 397, 447. Hase.]

[Χνούη, ἡ, Tuba Ægyptia ab Osiride inventa. Eustath. p. 1139 : Δευτέρα, ἡ στρογγύλη (σάλπιγξ) παρ' Αἰγυπτίοις, ἣν Ὄσιρις εὗρε, καλουμένη φασὶ Χνούη· χρῶνται δ' αὐτῇ πρὸς θυσίαν, καλοῦντες τοὺς ὄχλους δι' αὐτῆς. (In schol. cod. Vict. ad Il. Σ, 219, est accus. ἣν χνοῦν καλοῦσι, vitiose pro ἣν χνούην κ. G. D.) Ait igitur Eustath., esse Tubam Ægyptiacam inflexam vel recurvam, cujus imaginem vide ap. Bartholin. De tibiis p. 403 ed. Amstel. Idem instrumentum videtur subinnuere Apul. Miles. 11, p. 261 (772) : « Ibant et dicati magno Serapi tibicines, qui per obliquum calamum ad aurem porrectum dextram, familiarem templi deique modulum frequentabant. » Ubi tamen non tubicinum, sed tibicinum mentionem fieri videmus, ut usus tibiæ in festo Osiridis Herodot. 2, 48 meminit. Et certe quæ Eustath. de tuba Ægyptiaca memoriæ prodidit, eadem Pollux 4, 77 de tibia refert : Παρὰ δὲ Αἰγυπτίοις πολύφθογγος αὐλὸς, Ὀσίριδος εὕρημα, ἐκ καλάμης κριθίνης. Idem ib. § 74 : Μόναυλος εὕρημά μέν ἐστιν Αἰγυπτίων. Tibiarum Ægyptiarum ex arundine confectarum meminit etiam Solinus Polyh. c. 11. Ipse Eustath. p. 1157 scribit : Παρὰ γοῦν Ἀλεξανδρεῦσιν ἦν μόναυλος κάλαμος. Ὀσίριδός φασιν εὕρημα. Et quibusdam interjectis, Καὶ ὅτι καὶ νεβροῦ κῶλα ἐποίουν αὐλοὺς, οἳ Θηβαίων ἦσαν εὕρημα τῶν κατ' Αἴγυπτον, ἴσως, ἐπεὶ καὶ Ἰόβας ὁ τοῦτο ἱστορῶν Λίβυς ἦν. Quæ Eustath. sumsit ex Athen. 4, p. 175 : Ἰόβας μὲν ... Αἰγυπτίους φησὶ λέγειν τὸν μόναυλον Ὀσίριδος εἶναι εὕρημα, καθάπερ καὶ τὸν καλούμενον φώτιγγα πλαγίαυλον, ubi tamen etiam πλαγίαυλος, tibia obliqua, Osiridis inventum perhibe-

tur. Utriusque hujus tibiæ, et μοναύλου, s. tibiæ simplicis et rectæ, et πλαγιαύλου, s. tibiæ obliquæ et recurvatæ, effigiem puto exhiberi in monumento antiquo ap. Gruter. p. xxvii. Tibiam rectam exhiberi etiam existimo in marmore ap. P. Lucam in Itiner. postr. vol. 1, p. 282. Πλαγίαυλον, quia illi inest κώδων, tubæ propria, Eustath. et alii Græci videntur nonnunquam σάλπιγγα, tubam, appellare. Sic etiam Pollux, ubi de tuba disserit, 4, 86 : Ἔστι δέ τι καὶ πομπικὸν ἐπὶ πομπαῖς καὶ ἱερουργικὸν ἐπὶ θυσίαις Αἰγυπτίοις τε καὶ Ἀργείοις καὶ Τυρρηνοῖς καὶ Ῥωμαίοις. Plut. etiam De Is. et Os. p. 362, F, observat inter Ægyptios Lycopolitas et Busiritas in sacris a tubarum usu in universum abstinere. Quibus Ælian. Abydenos addit N. A. 10, 28 : Σάλπιγγος ἦχον βδελύττονται Βουσιρῖται καὶ Ἄβυδος ἡ Αἰγυπτία, καὶ Λύκων πόλις. Strabo pro tuba tibiam dixit 17, p. 560 : Ἐν τῇ Ἀβύδῳ τιμῶσι τὸν Ὄσιριν· ἐν δὲ τῷ ἱερῷ τοῦ Ὀσίριδος οὐκ ἔξεστιν οὔτε ᾠδὸν οὔτε αὐλητὴν οὔτε ψάλτην ἀπάρχεσθαι τῷ θεῷ, καθάπερ τοῖς ἄλλοις θεοῖς ἔθος. Similiter Demetr. De eloc. § 71, hunc Ægyptiorum ritum refert. In Ægypto sacerdotes deos celebrant, septem vocales pronunciando continuo. Loco tibiæ et citharæ, literarum harum sonus auditur, ob suavitatem vocis, quam in se habent. Si quis loca omnia a me citata conferat, inveniet facile unum idemque instrumentum in sacris Ægyptiorum adhiberi solitum, modo tibiam, modo etiam tubam vocari, quantumvis Ægyptii vocabulo proprio, ad designandam tubam, plane caruisse videantur. Certe quoties in V. aut N. T. vocc. σάλπιγξ, Tuba, et σαλπίζειν, Tuba canere, occurrunt, occurrunt autem sæpissime, interpretes Ægyptiaci verba hæc Græca retinent, neque ea per alia, sibi vernacula, vertunt. Matth. tamen 6, 2, ubi in Gr. habemus, μὴ σαλπίσῃς ἔμπροσθέν σου, legimus in vers. Copt. ⲓⲙⲉⲣ ⲉⲱⲧⲛⲁⲡ ϧⲗⲁⲭⲱⲣ, ex quo intelligitur Ægyptios dixisse σαλπίζειν ⲉⲱⲧⲛⲁⲡ, quasi dicas Clangere cornu. Existimo igitur Ægyptios τὴν σάλπιγγα, tubam, habuisse pro instrumento Græco sibi peregrino, adeoque vocem illam Græcam in versione sua retinuisse. Sed quia tamen semel et forte iterum clangorem tubæ τὸ σαλπίζειν reddidere ⲉⲱⲧⲛⲁⲡ Canere cornu, suspicor ipsos habuisse instrumentum, quod patrio suo sermone ⲧⲁⲡ appellare consueverunt. Erit autem illud haud dubie πλαγίαυλος, quippe obliquum et ad instar cornu recurvatum. Itaque tibiam Ægyptiorum curvam, non ut volebat Eustath., χνούη, sed Ταπ appellatam fuisse, monumenta gentis hujus antiqua fidem faciunt. Sine dubio χνούη erat μόναυλος, tibia simplex et recta, quæ κατ' ἐξοχὴν tibia appellari potest, cujus iconem cernere licet ap. Gruter. l. c. Sed videtur ap. Eustath. legendum esse Χωνούη pro χνούη. Certe αὐλὸς in Copt. libris semper appellatur ϧⲱ, aut ϩⲏⲃⲓ ⲛ̀ϧⲱ, Cor. 1, 14, 7, quemadmodum tibia canere ϧⲱ et ⲉⲣϧⲱ, et tibicen ⲣⲉϥϧⲱ, Matth. 9, 23, Apoc. 18, 22, οὐὴ hic puto eandem esse voc., quam Horapollo 1, 29 expressit οὐαιὲ, et quam suo loco explicuimus. Nempe ⲟⲩϩ, ⲟⲩⲉⲓ, ⲟⲩϩⲟⲩ, Ægyptiis dicitur Longus et longinquus. Itaque Horapollo οὐαιὲ exponebat φωνὴν μακρόθεν, Vocem quæ ex longinquo auditur. Erit igitur ϧⲱ ⲛ̀ⲟⲩⲉⲓ, ϧⲱⲛⲟⲩϩ, Tibia quæ ex longinquo auditur. Testatur enim Pollux tibiam Ægyptiacam fuisse πολύφθογγον, sonoram, quæ audiri ex longinquo potuerit. Et sane testatur Eustath. loco supra cit., Ægyptios per tibiam vel tubam populum ad sacra vocasse, ut tibia ipsis vicem campanæ præstiterit. Tibias Ægyptiorum sacras memorat Synes. De provid. 1, p. 66, et Claudian. De 4 Cons. Honorii v. 574—5. Aut ϧⲱⲛⲟⲩⲉⲓ possumus etiam interpretari Tibiam longam, quod re ipsa longa esset. Hujusmodi tibiis in templis uti inter sacra moris erat. Testis est Marius Victor. Art. Gramm. 1, p. 2487 Putsch.: Spondeus ex duabus longis ... dictus a tractu cantus ejus, qui per longas tibias, in templis, a supplicantibus (ita lego) editur. De Othone imperatore refert Xiphilinus p. 67, eum dixisse : Quid me oportebat longis tibiis (μακροῖς αὐλοῖς) canere? Et forte ap. Ægyptios tibia illa singulatim hoc cognomen accepit, ut distingueretur ab alia longe minori, de qua Pollux 4, 82 : Γίγγλαρος δὲ μικρός τις αὐλίσκος Αἰγύπτιος, μονῳδία πρόσφορος, de quo suo loco. Jablonsk. Opusc. vol. 1, p. 407.]

[Χνοῦς. V. Χνόος.]

[Χνοῦς, ὁ, Scolymus, apud Ægyptios. Dioscor. 2, 16.]

Χνοώδης, δ, ἡ, Lanuginosus. Dioscor. [4, 69] de Apollinaris herbæ tertio genere : Λιπαρὸς καὶ ἁπαλὸς καὶ χνοώδης, καὶ τὸ σπέρμα λευκὸν ἔχων. Unde Plin.: Apollinaris quartum genus molle, lanuginosum, pinguius ceteris, candidi seminis. Itidem Theophr. H. Pl. 1, 21 : Τῶν ἀνθῶν τὰ μέν ἐστι χνοώδη, τὰ δὲ, φυλλώδη· χνοώδη autem ἄνθη esse dicit veluti vitis, mori, hederæ. [Ib. 1, 10, 3 : Ἔνικμον καὶ χν. φύλλον.] Apud Diosc. vero 4, 150, de elleboro Galatico et Cappadocico, ubi vulg. edd. habent λευκότερος καὶ χνοώδης, Marcell. et alii interpr. Pulvere quodam obsitus, Pulverulentus : unde patet eos legisse χοώδης. Itidemque paulo ante pro χνοῦν ἀφιεὶς ἐν τῷ θραύεσθαι reponunt χοῦν iidem, sic interpretantes ea verba, Frangendo pulverem emittit. [Sext. Emp. p. 34 : Ἑλλέβορος λεπτὸς καὶ χν. Apoll. Hist. mir. c. 36 : Ὁ Καρύστιος λίθος ἐπιφύσεις ἔχει ἐριώδεις καὶ χνοώδεις. Nam sic Bast. Ep. crit. p. 76 correxit codicis scripturam χροώδεις. Clem. Al. p. 218 : Ἡ ἐν τοῖς χνοώδεσι τῶν πτίλων ἐγκοίμησις. Schol. Hom. Il. Λ, 846 : Τὸ λεπτὸν καὶ χν. (τῆς ῥίζης). Compar. ap. Suidam Χνοωδεστέρα· λεπτοτέρα, addito loco anonymi (Æliani, ut videtur Valck.), in quo est γῆ ψάμμου πάσης χνοωδεστέρα διὰ λεπτότητα. G. D. Greg. Nyss. t. 1, p. 165, D; 278, C; t. 2, p. 897, B. Clem. Al. Pæd. 2, 9, 77. Galen. vol. 2, p. 868, 7; vol. 19, p. 431, 1; vol. 14, p. 348, 2, μετὰ χν. ἀλφίτου. Superl. id. vol. 6, p. 283, 6, χνοωδέστατον ἐργασάμενος· compar. Dioscor. 2, 206 : Ἔστι δὲ καὶ ἕτερον εἶδος (βατραχίου) χνοωδέστερον. Positivo Georg. Pisid. Hexaem. 1579, τῇ χν. αἰθάλῃ. Olympiod. Alex. ap. Hœfer. *Hist. de la chimie* t. 1, p. 502, 2, χνοῶδες ποιήσας (ἀρσενικὸν τὸ σχιστόν). Jo. Philop. De cr. mundi p. 235, 3, τὸ χν. τῶν ἀνθῶν, Lanuginem florum. Hase. || Caliginosus. Hippocr. p. 290, 16 : Ἠέρι οὐ λαμπρῷ, ἀλλὰ χνοώδει τε καὶ διερῷ. || Adverb. Χνοωδῶς. Galen. vol. 13, p. 11 : Διὰ τὸ μὴ δύνασθαι καταθραυσθῆναι χν., Comminui in pulerem. (Quæ verba repetit Oribas. t. 2, p. 527, 14, ed. Daremb. Hase.) || Suspectum est quod ap. Athen. legitur in excerpto ex Androtionis Γεωργικῷ 3, p. 82, C : Τὰς δὲ ἠρινὰς (μηλέας) ἥ Λακωνικὰς, ἥ Σιδουντίας, ἥ χνοωδίας.]

[Χοαῖος, αία, αῖον. HSt. s. v. Χοῦς :] Ab eodem χοῦς est etiam Χοαῖος, Congium capiens, æquans : ut σκύφος χοαῖος, Scyphus qui unius congii est. Apud Eust. [ex Athen. 4, p. 129, E] : Αἰτεῖ σκύφον χοαῖον, καὶ πλήσας οἴνου Θασίου, ὀλίγον ἐπιῤῥάνας ὕδατος, ἐξέπιεν, εἰπὼν, Ὁ πλεῖστα πίνων, πλεῖστα κεὐφρανθήσεται.

[Χόανα, τὰ, Choana, urbs Mediæ. Ptolem. 6, 2, p. 394, 6, ubi alii libri Χοάνα, quod femininum foret singul. || Urbs Bactrianæ. Ptolem. 6, 11, p. 420, 16, ubi pariter alii Χοάνα. || Urbs Parthiæ ib. 6, 5, p. 400, 23, ubi nec Χόανα nec Χοάνα verum est, sed recte corrigi videtur Χόαρα, quum nomen regionis Χοαρηνὴ sit, quod v.]

[Χοανευτὴς, οῦ, ὁ, Fusor monetarius. Nicetas in Annæ Comn. Supplem. a Tafelio Tubingæ 1833 editis p. 6. Osann.]

Χοᾰνεύω, Fundo et liquo ἐν τῷ χοάνῳ s. τῇ χοάνῃ, Conflo, Hesych. Meminit Eust. quoque [p. 1153, 40] hujus verbi, et Aristoph. usurpatum esse dicit, sed

ῥηθὲν οὐ σεμνῶς ἐφ' οὗ ἐκεῖνος ἤθελε. [Mœris p. 409: Χοανεῦσαι Ἀττικοί, χωνεῦσαι Ἕλληνες, ut Hesych. χοανεῦσαι per χωνεῦσαι exp., et schol. Aristoph. Thesm. 62: Καὶ γογγύλλει καὶ χρανεύει, per χωνεύει. Ib. 68: Συστρέψας τουτὶ τὸ πέος χοανεῦσαι· ubi schol.: Ὡς χόανον εἰς τὸν πρωκτὸν ἐμβαλεῖν. Conf. Χωνεύω.]

Χοάνη, ἡ, i. q. χόανος, ut Hesych. quoque χοάνην esse dicit [i. q. χώνην et] τύπον εἰς ὃν μεταχεῖται τὸ χωνευόμενον. [Idem s. v. Γλίδου et Λιγδοῦ Sophocleum λίγδος per χοάνη exp. Χοάναι inter apparatum χαλκέως ap. Pollux. 7, 106; 10, 147. Est autem, ut Mœris observat p. 401, χοάνη forma Attica pro χώνη vulgari. Aristoph. Thesm. 18: Δίκην δὲ χοάνης ὦτα διετιτρήνατο. Et Philo vol. 1, p. 245, 14: Τὴν φωνὴν οἷα διὰ χοάνης τῆς ἀκοῆς εἰς τὰς τοῦ ἡγεμονικοῦ δεξαμενὰς ἐπαντλεῖσθαι. Nam sic Markl. ad Eurip. Suppl. p. 253 correxit quod legitur διαχεομένης. Quanquam Attici etiam χώνη dixerunt, ut s. h. v. ostendetur. Inter χοάνης et χώνης variant codd. ap. Theoph. Nonn. vol. 1, p. 388.] Itidemque Gregor. Nyss. usurpavit in lib. De homine [t. 1, p. 133, B], ubi de ὀρέξει loquens ait, Εἰ δὲ περιδράξαιτο τῆς ἀρχούσης ὕλης τὸ περιεκτικὸν τῆς τροφῆς, οὐδὲ οὕτως ἠρεμεῖ τοῦ πυρὸς ἡ ἐνέργεια, ἀλλὰ καθάπερ ἐν χωνευτηρίῳ, σύντηξίν τινα τῆς ὕλης ποιεῖ, καὶ διαλύσασα τὰ συνεστῶτα καὶ ἀναχέασα, καθάπερ ἐκ χοάνης τινὸς πρὸς τοὺς ἐφεξῆς πόρους· quanquam ibi et pro Homerico atque Hesiodico χοάνῳ accipi potest, in quo sc. metallica materies liquefit vel emollitur, non itidem formatur: quum dicat eam post τὴν σύντηξιν καὶ διάλυσιν τῶν συνεστώτων, μεταχεῖν αὐτὰ ἐκ τῆς χοάνης: atque ita synonymos acceperit χοάνην et χωνευτήριον. Aliquando vero significat Infundibulum: quod est vasculum in summo lati oris, in imo angustam habens fistulam: quo uti solent in vino aliove liquore ex uno vase in aliud transfundendo. Atque ab hujus similitudine ap. Medicos, ac inter hos ap. Galen., χοάνην nominari ajunt Concavitatem quandam cerebri meatus excipientem, quam alio nomine πύελον et ληνὸν nuncupari. Gorr. χοάνην esse dicit Cavitatem in cerebro membranosam, ex portione meningis tenuis s. χωροειδοῦς factam: incipere ubi meatus duo coeunt, unus ex fundo medii ventriculi, alter a meatu in ventriculum postremum: desinere autem in glandulam cerebro et crasso meningi in clinoide subditam, qua pituitam ex medio ventre per hanc choanam, i. e. ductum et canalem, influentem transcolari in palatum et nares.

Χόανος, ὁ, sive Χόανον, τὸ, dicitur Vas ex argilla quo Argentarii et Chemici utuntur in fundendis ac liquefaciendis metallis, Fornax s. Fusorium vas in quo liquantur metalla. Fusoriam fornacem nominare possumus, s. Conflatoriam fornacem, vel etiam Fusorium: sic enim Pallad. 1, 37: Ab his apium castris longe sint omnia odoris horrendi, balneæ, stabula, coquinæ, fusoria (nisi officinam potius fusoriam eo nomine intellexisse putandus sit), ut Eust. quoque χοάνων nomine vocari scribit τὰ φυσώμενα ἀγγεῖα ἐν οἷς αἱ ὕλαι τήκονται, ἃ, inquit, παρ' ἡμῖν ἐστὶ πήλινα, Lutea, s. Argillacea. Hom. Il. Σ, [470] de Vulcano ejusque officina: Φῦσαι δ' ἐν χοάνοισιν ἐείκοσι πᾶσαι ἐφύσων, Παντοίην εὔπριστον ἀϋτμὴν ἐξανιεῖσαι. Quibus verbis paulo post subjungit, Χαλκὸν δ' ἐν πυρὶ βάλλεν ἀτειρέα, κασσίτερόν τε, Καὶ χρυσὸν τιμῆντα καὶ ἄργυρον· clare indicans sese hoc vocabulo intelligere Vas illud in quod τὰ ἀκροφύσια ἐνίεται (vocant autem ἀκροφύσια, τῶν φυσῶν τὰ ἀκροστόμια, Rostra et fistulas follium), et in quod illis ἀκροφυσίοις excitato igne, metallica materia imponitur, ut fundatur ac colliquescat. [Nicand. Alex. 52: Καμίνων ἔντοσθεν χοάνοιο διχῇ πυρὸς ἥλασε λιγνύς.] Hesych. χοάνοις exp. χώναις, et κοιλώμασιν, εἰς ἃ ἐγχεῖται τὸ χωνευόμενον: item τοῖς πηλίνοις τύποις: innuens ita vocari Typos et formas ex luto in quas liquefactum metallum transfunditur et in diversos usus formatur: quomodo Anacreon accepisse videtur, quum de vacca Myronis in Epigrr. [Anth. Pal. 9, 716] ait, Βοίδιον οὐ χοάνοις τετυπωμένον, ἀλλ' ὑπὸ γήρως Χαλκωθέν. In priore autem signif. pro ipso Vase argillaceo, in quo funduntur metalla, aperte usurpatum habes et ap. Hesiod. [Th. 863]: Κασσίτερος ὥς Τέχνῃ ὑπ' αἰζηῶν ὑπό τ' εὐτρήτου χοάνοιο Θαλφθεὶς, Calefactus ac liquatus. Ubi etiam nota dici εὔτρητον hoc vas, quoniam magno foramine hiat, i. e. lato est ore; atque adeo superiore parte latius esse solet quam inferiore. Suidæ vero χόανα sunt etiam τὰ μέταλλα: forsan quoniam ἐν τῷ χοάνῳ s. χωνειῳ liquari solent. Porro annotat Eust. [p. 1153, 39] ex veteribus in Homerico illo χοάνοις τὸ γένος ἄδηλον εἶναι: sicut nec ex Hesiodico illo χοάνοιο intelligi potest quo genere ab eo usurpatum sit. [Mascul. χόανος ponit Arcad. p. 64, 13.] Masculino tamen genere dici χόανος patet ex contract. χῶνος [quod v.]: atque adeo ipse Eust. ibid. dicit οἱ χαλκευτικοὶ χόανοι. [Hippocr. p. 269, 31: Παρέθηκεν αὐτέῳ φύσας, καθάπερ τοῖσ. χοάνοισι οἱ χαλκέες, ὥστε διὰ τουτέων χειροῦται τὴν ῥοήν. Kall. Greg. Naz. t. 2, p. 77, 13, χρυσοῖο καθαιρομένου χοάνοισι. Masc. χόανοι Tzetz. Alleg. Il. Σ, 666. Hase. Neutro genere Χόανα, τὰ μέταλλα ap. Suidam.]

[Χόαρα, τά. V. Χόανα.]

[Χοάρβηνα (?)· τὰ γράμματα, Hesych.]

[Χοαρηνὴ, ἡ, Choarene, regio Parthica. Ptolem. 6, 5, p. 400, ubi in χοροανὴ corruptum, et Isidor. in Mülleri Geogr. vol. 1, p. 244, 251. Χωρηνὴ ap. Strab. 11, p. 514, ubi libri aliquot χωρινή. *Choara* ap. Plin. H. N. 6, 17: *Parthiæ amœnissimus situs qui vocatur Choara*. Diversum ab hoc nomen est Χοαρηνὴ Arianæ ap. Strab. 15, p. 725, ubi var. lect. χοαρινὴ et χωαρηνή.]

[Χοᾶσθαι· καυχᾶσθαι. Χοάσσομαι· ἐπίξομαι, glossæ obscuræ Hesychii.]

[Χοάσπα, ἡ, Choaspa, urbs Arachosiæ. Ptolem. 6, 20, p. 438, 7.]

[Χοάσπης, ὁ, Choaspes, fluvius Susianæ. Herodot. 1, 188, ubi genit. Χοάσπεω, 5, 49, ubi Χοάσπεα, sed Χοάσπην ib. c. 52. Χοάσπης Χοάσπῃ Χοάσπην ap. Strab. 1, p. 47 (ubi libri multi χόασπιν); 15, p. 228, Aristot. Meteor. 1, 13. Χοάσπου ap. Pausan. 10, 31, 7, Lucian. Necyom. c. 7, et in Epit. Athenæi 2, p. 45, B, in loco Herodoti 1, 188, ubi Χοάσπεω. *Choaspes* ap. Plin. H. N. 6, 27, 31; 31, 3, 23, Tibull. 4, 1, 140. Vitiose Χόασπις vulgo ap. Dionys. P. 1073, ubi nunc Χοάσπης ex codd. || Fluvius Indiæ. Hesych.: Χοάσπις· ποταμὸς Ἰνδίας· ubi Musurus Χόασπις. Scribendum Χοάσπης, ut est ap. Strabon. 15, p. 697, et Curtium 8, 10, 22. Nicand. Th. 890: Ἰνδὸν χεῦμα πολυφλοίσβοιο Χοάσπεω. || Adj. Χοάσπειος, εία, ειον, vel ὁ, ἡ, annotavit Herodian. Epim. p. 172. Suidas: Χοάσπειον ὕδωρ, καὶ Χοάσπης ποταμός. Καὶ κύριον ὄνομα· ubi libri deteriores Χοάσπης ποταμὸς καὶ Χοάσπειον ὕδωρ τὸ ἐκ τούτου. Καὶ κύριον ὄνομα ὁ Χοάσπης. G. D. Clem. Al. Pæd. 2, 2, § 30: Χόασπις ποταμὸς οὕτω λεγόμενος τῆς Ἰνδικῆς, οὗ κάλλιστον ὕδωρ εἰς πόσιν τὸ Χοάσπιον (sic). Basil. t. 1, p. 37, B, ὁ Χοάσπης. Hase.]

[Χοασπίτης, ὁ, Choaspites, lapis qui in vicinia Choaspis fluvii reperitur. Plin. H. N. 37, 10, 56.]

[Χοάστρα, ἡ, vel Χόαστρα, τὰ, Choastra, urbs Mediæ. Ptolem. 6, 2, p. 394, 3, ubi alii libri Λοκάστρα.]

[Χοάτραι, οἱ, Choatræ, populus in vicinia lacus Mæotidis, ap. Plin. H. N. 6, 7, 7, Lucan. 3, 246, Val. Flacc. 6, 151.]

[Χοάτρας, ὁ, Choatras, mons Mediæ. Plin. H. N. 5, 27. || *Choatres*, fluvius Parthiæ. Ammian. Marc. 23, 24.]

[Χοβάρ· ὄνομα ποταμοῦ, Suidas.]

[Χοβάτα, ἡ, Chobata, urbs Albaniæ. Ptolem. 5, 11, p. 354, 3, ubi alii libri Χοβῶτα, Χωβάτα, Χοβέντα.]

[Χόδανος, ὁ, Podex. Hesych.: Χύδανον· τὴν ἕδραν. Recte Is. Voss. Χόδανον, ut docet verbum quod præcedit, Χοδιτεύειν· ἀποπατεῖν. Comparandum verbi χέζω perfectum κέχοδα et substantivum μυόχοδος.]

[Χόδδα, τὰ, Chodda, urbs Carmaniæ. Ptolem. 6, 8, p. 415, 16.]

[Χοδιτεύω. V. Χόδανος.]

[Χοεῖον, τό. HSt. s. v. Χοΐδιον:] At Χοεῖον Eidem [Suidæ] est παχὺ ἔντερον, Crassum intestinum. [Hoc nihili est. Simile χορεῖον, quod interdum vitiose scriptum reperitur pro χόριον. G. Dind.]

[Χόες, οἱ. V. Χοεύς.]

Χοεὺς, έως, et Χοῦς, οὸς, ὁ, [Rarius χοῦς, ἡ, ap. Athen. 4, p. 131, B, Nicandr. Th. 103: v. Eustath. p. 1835 10] (per contract. ex Χόος, ut νοῦς ex νόος),

Congius, mensura liquidorum apud Atticos, capiens ξέστας, i. e. Sextarios, sex, s. libras novem, s. cotylas Atticas duodecim, teste Gorr. [Galen. vol. 13, p. 499: Χοέως, τουτέστι ξε. ς′ τῶν Ῥωμαϊκῶν ξεστῶν. V. Bœckh. Disquis. metrol. p. 201. Schol. Aristoph. Thesm. 354: Χοός· τοῦ διξέστου. Χοῦς γὰρ δύο ξέσται, χοεὺς δὲ ἕξ. Quod discrimen commentitium est.] Paul. Ægin. 7, c. ult., quod Περὶ σταθμῶν καὶ μέτρων inscribitur, ait τὸν χοῦν ἔχειν ξέστας ἕξ, κοτύλας δύο: quas κοτύλας nominari et τρυβλία. Ubi etiam tradit Idem notam ejus compendiarium esse χ cum superimposito ο. [Schol. Nicandri Ther. 103: Ὁ χοῦς ιϐ′ κοτύλας ἔχει· et ad v. 619: Χοὸς δεκάτη ἀντὶ τοῦ δέκατον μέρος τοῦ χοὸς, ἤγουν τὴν κοτύλην καὶ πλέον.] Esse autem hunc Græcorum χόα, Congium Latinorum, Plin. testatur, nec non Fannius, sic canens: At cotylas (quas, si placeat, dixisse licebit Heminas) recipit geminas sextarius unus. Qui quater assumptus, fit Græco nomine χοῖνιξ. Adde duos, χοῦς fit, vulgo qui est congius idem. A quo sextarii nomen fecisse priores Crediderim, quod eos capiat sex congius idem. Diosc. 5, 15, de vino melitite: Ὁ δὲ μελιτίτης, πρὸς ε′ χόας αὐστηροῦ γλεύκους, μέλιτος χοῦν ἕνα, καὶ ἁλὸς κύαθον ἕνα. Unde Plin. 14, 9: Melitites fit ex musto, cum quinque congiis austeri musti, congio mellis et salis cyatho suffervefactis. Rursum Diosc. c. 78, de vino thymelaite: Βάλε εἰς γλεύκους χόας γ′, καὶ σκεύαζε ἕψων κούφως, ἄχρις ἂν β ἀπολειφθῶσι χόες. Et cap. seq., Εἰς γλεύκους χοῦν. Qui tamen accus. est potius a nomin. χόος, ut accus. νοῦν ex νόος, facta contractione. Ex χοῦς autem est accus. χόα, apud Ctesiam, ut νόα ex νοῦς. At præcedens χοεὺς apud Atticos frequens est, apud quos ejus obliqui casus contrahuntur: pro χοέως enim dicunt χοῶς, et χοᾶ pro χοέα, et χοᾶς pro χοέας, ut Eust. quoque testatur. Aristot. OEcon. 2, [c. 7]: Τοῦ ἐλαίου τὸν χοᾶ· Aristoph. Nub. [1240]: Ἓξ χοᾶς χωρήσεται, ubi schol. ait esse εἶδος μέτρου ᾧ μετροῦσι τὸν οἶνον: afferens ex Ejusd. Eq. [95]: Ἀλλ' ἐξένεγκέ μοι ταχέως οἴνου χοᾶ· dixisse autem ait Comicum in præcedente l. χοᾶς pro χοῆς licentia quadam poetica: et ita χοῆς dici ut ἱππῆς. [Inepte vero addit: Εἰ δὲ βαρύνεται, ἓξ ἑτέρας ἐστὶν εὐθείας, ἥτις ἐστὶν ἡ χοή θηλυκῶς καὶ κλίνεται τῆς χοῆς. Nam χοὴ nunquam de mensura dicitur. Itaque sic potius præcipere debebat: Εἰ δὲ βαρύνεται (χόας), ἓξ ἑτέρας ἐστὶν εὐθείας, ἥτις ἐστὶ χοῦς καὶ κλίνεται χοός.] Rursum Aristoph. [Eccl. 44]: Τὴν ὑστάτην ἥκουσαν οἴνου τρεῖς χοᾶς Ἡμῶν ἀποτίσειν, καρεβίνθων χοίνικα. Extat et χοεῖς, 3 Reg. 7, [25] ubi interpr. Bati. At χοᾶς oxytonως vocant τὰς νεκρικὰς σπονδὰς, a nominativo χοή, de quo supra [infra. De formis hujus vocabuli recte judicavit Buttmann. Gramm. vol. 1, p. 240. Duplex ejus forma fuit, altera χοῦς (ut βοῦς) χοός χοΐ χοῦν χόες χοῶν χουσί χόας, altera χοεύς χοέως, vel χοῶς, χοεῖ χοέα, vel χοᾶ, χοεῖς χοέων, vel χοῶν, χοεῦσι χοᾶς. His formis Attici ita esse usi videntur ut hanc fere declinationem sequerentur ex utraque compositam, χοῦς χοός χοΐ χοῦν vel χοᾶ, χόες χοῶν χουσί χόας vel χοᾶς. Exempla singulorum casuum Buttmannus, Elmslejus (ad Aristoph. Ach. 1000), Lobeck. Paralip. p. 233, aliique hæc collegerunt, inter quæ non pauca sunt incerta, quum libri et in scriptura et in accentu varient. Nomin. χοεὺς affertur ex Hippocr. Epidem. 7, 9. Multo frequentius est χοῦς ap. veteres pariter ac recentiores: v. Menand. ap. Athen. 10, p. 426, C: Χοῦς κεχραμένου οἴνου. LXX Lev. 19, 36: Χοῦς δίκαιος ἔσται ἐν ὑμῖν. Genitiv. χοὸς Aristoph. Thesm. 347: Εἰ καπηλὶς τοῦ χοὸς ἢ τῶν κοτυλῶν τὸ νόμισμα διαλυμαίνεται· unde eidem Pac. 537 restitui pro χοῶς. Porro χοὸς ap. Nicandr. Ther. 103, 619. Recentior forma χοέως ap. Galen. vol. 13, p. 499: Τὸ πλῆθος τοῦ χυλοῦ χοέως εἶναι κελεύει. Sext. Emp. p. 613: Τῆς ἀπὸ χοέως ἀφαιρουμένης κοτύλης. Non melioris notæ est dativus χοεΐ, quem Buttmann. ex Hippocr. De sal. diæta p. 338, 48, affert, vel χοεῖ, quod Demostheni inferri vult p. 1459 extr., quod in uno alterove nullius auctoritatis libro χοῇ scriptum sit. Recte plerique χοΐ, quod postulante metro legitur in versu Anaxandr. ap. Athen. 4, p. 131, B: Ἐν χοῒ χρυσῇ. Accusativi forma soluta χοέα ap. Hippocr. De morb. 3, p. 496, 54. Longe frequentior contracta χοᾶ, quam Comicorum A versus omnes vel postulant vel ferunt, in codd. interdum pravo accentu χόα scripta. Vide exx. ab HSt. supra allata, facile aliis aliorum augenda, velut Plut. Mor. p. 410, E, Ælian. V. H. 1, 26. Longe rarius χοῦν, ut ap. Ælian. N. A. 16, 12, Diosc. 5, 15, 79. Hesych.: Χοῦν· χόα, μέτρον ὑγρῶν. Barbarum est τὸν χόαν, illatum Diosc. 1, 33, et Galen. De mens. et pond. vol. 13, p. 978, similibus barbarismis comparatum ab Lobeck. Paral. p. 142, pro χοᾶ vel χοῦν scriptum, ut ap. Aristot. OEcon. 2, p. 1346, 33, in libris pluribus χόαν est pro χοᾶ. Nom. plur. χόες est ap. Plat. Theæt. p. 173, D: Οἱ τῆς θαλάττης λεγόμενοι χόες· ex eoque ap. Liban. vol. 1, p. 312, 9, Aristid. vol. 1, p. 18, 11 (ubi libri præter unum vitiose τὰς χοάς), Themist. Or. 21, p. 262, B. Forma contr. χοῦς Posidipp. Anth. Pal. 5, 183: Χοῦς γὰρ ἔνεισι δύο. Genit. χοῶν ap. Eubulid. Athen. 10, p. 437, D: Χοῶν δὲ τῶν μισθοδώρων, ubi de festo dictum est: nam ἐν τῇ ἑορτῇ τῶν χοῶν ἔθος ἐστὶν Ἀθήνησι πέμπεσθαι δῶρά τε καὶ μισθοὺς τοῖς σοφισταῖς. Plutarch. V. Alexandri c. 70, Antonii c. 70, Ælian. V. H. 2, 41. Dativus χουσὶ (de nomine festi) ap. Aristoph. Ach. 1211. Χοεῦσι ap. Aristot. De generat. et interitu c. 10, p. 328, 27: Μυρίοις χοεῦσιν ὕδατος· ubi codex unus χοῦσιν, quod χουσὶν scribendum foret. « Accusativi forma quadruplex χόας, χοεῖς, χοέας et χοᾶς in codd. ubique variatur, Demosth. p. 1052, 21, Aristot. H. A. 9, 40, Athen. 5, p. 200, A; 10, p. 412, E; 11, p. 781, D. » Lobeck. Paral. p. 234. Adde exx. supra allata ab HSt., et Plat. Hipp. maj. p. 288, D: Τῶν ἓξ χόας χωρουσῶν, et τρεῖς χόας πυρῶν ap. Polluc. 4, 169. Attici χοᾶς dixisse videntur, ut χοᾶ. Vitiosum vero est χοὰς, quod librarii interdum scripserunt ad χοὴ nomen aberrantes.] || Οἱ χόες erat etiam Festum quoddam Athenis, Anthesterione mense celebrari solitum in honorem Bacchi. Orestes post cædem matris quum Athenas venisset, dum Διονύσου Ληναίου festum agitabatur, ne Atheniensibus foret δμόσπονδος, ut qui matris sanguine manus polluisset, a festi tamen celebratione non arceretur, dicitur Pandion tale quid esse machinatus: Χοᾶ οἴνου τῶν δαιτυμόνων ἑκάστῳ παραστήσας, ἐξ αὐτοῦ πίνειν ἐκέλευσε, μηδὲν ὑπομιγνύντας ἀλλήλοις, ὡς μήτε ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ κρατῆρος πίοι Ὀρέστης, μήτε ἐκεῖνος ἄχθοιτο καθ' αὑτὸν πίνων μόνος· καὶ ἀπ' ἐκείνου Ἀθηναίοις ἑορτὴ ἐνομίσθη οἱ χόες· ut schol. Aristoph. annotat in Ach. [960]: Εἰς τοὺς χόας αὐτῷ μεταδοῦναι τῶν κιχλῶν. Idem Aristoph. in eadem fabula aliquanto post [1000]: Ἀκούετε λεῳ, κατὰ τὰ πάτρια τοὺς χόας Πίνειν ὑπὸ τῆς σάλπιγγος· ὃς δ' ἂν ἐκπίῃ Πρώτιστος, ἀσκὸν Κτησιφῶντος λήψεται. Ubi schol. annotat, Ctesiphontem κωμῳδεῖσθαι ὡς παχὺν καὶ προγάστορα· subjungens hæc verba, Ἐτίθετο δὲ ἀσκὸς πεφυσημένος ἐν τῇ τῶν χόων ἑορτῇ, ἐφ' οὗ τοὺς πίνοντας πρὸς ἀγῶνα ἑστάναι· τὸν πρῶτον πιόντα δὲ, ὡς νικήσαντα λαμϐάνειν ἀσκόν· ἔπινον δὲ μέτρον τι οἷον χοᾶ. Quæ ap. Suid. quoque leguntur in Ἀσκὸς Κτησιφῶντος. Sed notandum est, in Aristoph. illo loco vulg. edd. perperam habere τὰς χοὰς pro τοὺς χοὰς, itidemque vulgata Suidæ exempll., at non item Ms.; recte enim illud, τοὺς χόας, ut ipsa ratio postulat: nec enim χοαὶ Festum id nominatur, et Mensura certa vini quæ in eo bibebatur, sed χόες. Quanquam rursum in illo ipso Suidæ Ms. cod. legimus, Ἐν γὰρ ταῖς χοαῖς ἀγὼν ἦν περὶ τοῦ ἐκπιεῖν πρῶτον τινὰ χοᾶ· καὶ ὁ νικῶν ἐστέφετο φυλλίνῳ στεφάνῳ, καὶ ἀσκὸν οἴνου ἐλάμϐανε· ac si id festum vocaretur etiam χοαί. Iterumque ibidem: Ἐν τῇ τῶν χοῶν ἑορτῇ· itidem a nomin. χοαὶ, quum tamen potius debeat scribi χόων, a nomin. χόες [De accentu fallitur: hic quoque genitivus χοῶν scribendus, ut βόες βοῶν]: nam, ut Aristoph. schol. annotat, χόας, ultima brevi et barytona, appellabant τὴν ἑορτήν: χοᾶς autem perispωmenως, τὸ μέτρον: at χοὰς oxytonως, τὰς ἐκχύσεις καὶ σπονδὰς νεκρικάς. Ejusdemque discriminis Ammonius quoque [p. 148] ex parte meminit, scribens χόας συνεσταλμένως dici τὴν ἑορτὴν, χοᾶς autem perispωmenως, ἐπὶ μέτρου τοῦ οἴνου: ubi etiam ipse affert Aristophanicum illum ex Ach. locum, cujus jam memini: ac recte quidem χόας ap. eum scribitur paroxytonως, perperam vero τῆς pro τούς. [In loco Arist.

Ach. 1000 quum τοὺς χόας πίνειν dictum sit, non potest de festo Choum accipi, quæ Ammonii sententia est (nam hoc τοὺς χόας ἄγειν dicendum fuisset, ut dixit Demosth. p. 999, 9), sed de congiis, etsi hoc, si sensum spectas, eodem redit, quum de congiis dictum sit Choum in festo bibendis. Falli videtur Valcken., qui in Anim. ad Ammon. p. 234 verba Aristophanis, in quibus τοὺς χοᾶς scribit, apud Ammon. sic transponebat ut ἐπὶ μέτρου τοῦ οἴνου dicta sint.] Perperam præterea in VV. LL. hujus accusativi χόας constituitur thema Χόα, cum falsa etiam interpretatione; dicitur enim ibi χόα esse Genus mensuræ, Congius; vel Pila, Vas ubi ponuntur libamina. Hos porro ipsos χόας, Festum sc., χοᾶς quoque dici Eust. tradit: sic scribens p. 1401: Ἔλεγον δὲ καὶ Ἀθηναίων ἑορτήν τινα χοᾶς, συναιροῦντες ἐκ τοῦ χοέας· sed id contra Ammon. et schol. Aristoph. || Hesychio χόες sunt etiam χῶναι, Fusoria, Fornaces s. Infundibula. || At de χοῦς significante Humum egestam, paulo post. [V. s. v. Χοῦς.]

|| Porro Dorice dicitur Χῶς, ut βῶς pro βοῦς. Eustath. p. 1085, ubi ex Athen. refert, Ὡς τὴν μὲν ἐπὶ συμποσίῳ συμβολὴν, χῶν οἱ Ἀργεῖοι ἐκάλουν, τὴν δὲ μερίδα, αἶσαν· subjungens fieri χῶν ex χοῦν: id autem esse ἀγγεῖον συμποτικὸν, Atticis χοεὺς dictum: cujus genit. esse χοέως, χοῶς, ut Πειραιῶς. Locus Athenæi, s. potius Hegesandri ap. Athen., est in fine l. 8, [p. 365]: Ἀργεῖοι δὲ τὴν συμβολὴν τὴν εἰς τὰ συμπόσια ὑπὸ τῶν πινόντων εἰσφερομένην, χῶν καλοῦσι, τὴν δὲ μερίδα, αἶσαν· forsan ex eo quod unusquisque in convivium s. compotationem apud eos olim non amplius conferebat quam vini congium: ut Pandionem quoque suorum convivarum unicuique in Bacchico festo apposuisse χοᾶ s. χοῦν, retuli in superiori Χοῦς [pag. præced. C] ex schol. Aristoph.

|| Feminino autem genere ἡ χοῦς dicitur Aqualis, Vas aquarium, quo aqua manibus datur, et in mensam infertur miscendo vino (quæ et πρόχους nominatur voce composita, ἀπὸ τοῦ προχέειν), ut in hoc l. ap. Eustath. p. 1835: Ζωμόν τε φέρει ἐν χοῒ χρυσῇ [Est versus Anaxandridis ap. Athen. 4, p. 131, B, quem supra attulimus], ubi etiam compositi πρόχους hoc affert exemplum, Φιάλην τε λεπαστὴν, χιόνος τε πρόχουν. Contractum vero esse χοῦς ex χόος, ut νοῦς ex νόος, Idem annotat.

[Χόζαλα. V. Χίζαλα.]

Χοὴ, ἡ [Numeri singularis exx. nulla allata sunt, præter duo Homeri unumque Euripidis ap. Clem. Al. p. 688, in quo χλόην potius scribendum videtur, quod conjecit Bergkius], Libamen patera fusum, quod patera funditur; peculiariter vero, super tumulo s. busto defuncti alicujus. [Hesych.: Χοαί· θυσίαι· καὶ τὸ μελίκρατον καὶ ἔλαιον. Χοάς· τὰς σπονδὰς τῶν νεκρῶν.] Unde redditur etiam Inferiæ, Exequiæ: ut χέεσθαι quoque et ἐναγίζειν supra habuimus, itidemque χύτλα χέεσθαί τινι, Vinum aut tale quid libare super tumulo. Utuntur vero in hac signif. verbali hoc tum poetæ tum prosæ orationis scriptores. Ac ex Hom. quidem habuisti in Χέω, initio [ex Od. K, 518: Ἀμφ' αὐτῷ δὲ χοὴν χεῖσθαι πᾶσιν νεκύεσσιν, et Λ, 26]: ap. alios vero non minus est frequens. Soph. [OEd. C. 469] ap. Aristoph. schol. et Suid.: Πρῶτον μὲν ἱερὰς ἐξ ἀειῤῥύτου χοὰς Κρήνης ἐνέγκοι δι' ὁσίων χειρῶν θίγων. Quod ibid. χεῦμα appellat, subjungens, Ὅταν δὲ χεῦμα τοῦτ' ἀκήρατον λάβῃς, et quæ sequuntur. [Ib. 1599: Ῥυτῶν ὑδάτων ἐνεγκεῖν λουτρὰ καὶ χοὰς ποθέν. Aliter fragm. 469: Ἀχέροντος ὀξυπλῆγας ἄρσενας χοάς. « Quod non de inferiis interpretor cum Heynio ad Apollod. vol. 1, p. 392, sed de ipsa paludis Acherusiæ aqua, quæ graviter commota et concitata questus et lamentationes videbatur edere. » Jacobs. Lectt. Stob. p. 6. Longe frequentius de inferiis dicitur. Æsch. Pers. 219: Χρὴ χοὰς γῇ τε καὶ φθιτοῖς χέασθαι (ut χοὰς χεόμενοι in versu Comici ignoti ap. Stob. Flor. 121, 18)· 609: Πατρὶ πρευμενεῖς χοὰς φέρουσ', ἅπερ νεκροῖσι μειλικτήρια· 619: Χοαῖσι ταῖσδε νερτέρων· 624: Πέμπε χοὰς θαλάμους ὑπὸ γῆς· Choeph. 23: Χοᾶν προπομπός· et aliis locis pluribus hujus fabulæ cum verbis φέρειν, χέειν, ἐπισπένδειν, πέμπειν (v. 15, 85, 149, 515, 525), vel adjectivis κήδειοι, γάποτοι, γαμήλιοι (v. 85, 538, 164, 487). Apud Soph. τυμβεῦσαι χοὰς El. 406, ἐπιστέφειν vel στέφειν ib. 441, et Ant. 431, δοῦναι Ant. 902.] Eur. Hec. [528]: Πλῆρες δ' ἐν χεροῖν λαβὼν δέπας Ἁγχρυσον, ἔῤῥει παῖς Ἀχιλλέως χοὰς Θανόντι πατρί. [Et cum verbis διδόναι, φέρειν, σπένδειν, κατασπένδειν, στάζειν Or. 124, 96, 1322, 1187, Heracl. 1041.] Nec minorem in prosa usum habet. [Xen. Cyr. 3, 3, 22: Χοαῖς ἱλάσκεσθαι γῆν.] Aristot. De mundo [c. 6]: Θεῶν τε θυσίαι, καὶ ἡρώων θεραπεῖαι, καὶ χοαὶ κεκμηκότων, Inferiæ mortuorum, s. quæ mortuis inferri solent. Lucian. [De luctu c. 9]: Τρέφονται δὲ ἄρα ταῖς παρ' ἡμῖν χοαῖς καὶ τοῖς καθαγιζομένοις ἐπὶ τῶν τάφων, Libationibus et parentationibus. Plut. [Mor. p. 555, C]: Πλεύσας ἐπὶ τὸ ψυχοπομπεῖον εἰς Ἡράκλειαν, ἱλασμοῖς τισι καὶ χοαῖς ἀνεκαλεῖτο τὴν ψυχὴν τῆς κόρης. [Ib. p. 418, B: Χοάς τινας χεῖσθαι· 272, E: Χοὰς ἐπιφέρουσιν ἐπὶ τὸν τάφον, quo verbo etiam in V. Rom. c. 4 et Anton. c. 84 utitur. Et Xen. Eph. 5, 10: Ἐπενέγκας αὐτῷ χοάς· sed infra forma media: Χοὰς ἐπένεγκαι.] Herodot. [7, 43]: Χοὰς ἐχέαντο τοῖς ἥρωσι, Heroibus libamina fuderunt: ut Hom. quoque χοὴν χέεσθαι νεκύεσσι. [Theodor. Prodr. Rhod. 2, p. 53: Θύσεις χοὰς, ἀπαρχὰς δακρύων.]

Χοήρης, ὁ, ἡ, Aptus et idoneus ταῖς χυαῖς. Ex Eur. [Iph. T. 960] χοῆρες ἄγγος, Vas aptum ad infundendos liquores.

Χοηφόρος, ὁ, ἡ, dicitur ὁ τὴν χοὴν s. τὰς χοὰς φορῶν, Qui libamina gestat, gestat libamina mortuorum bustis infundenda. Æschylus tragœdiam quandam inscripsit Χοηφόρους, significans eo vocab. δμήγυριν quandam γυναικῶν φάρεσιν μελαγχίμοις πρέπουσαν καὶ Ἀγαμέμνονι Χοὰς φέρουσαν νερτέροις μειλίγμασι, ut ipse ejus Fabulæ initio declarat.

[Χοὶ, οἱ, nomen populi, de quo Steph. Byz.: Χοὶ, ἔθνος Βεχείρων ἔγγυς, additis tribus locis Hecatæi, quorum in duobus nominativus est Χοὶ, in tertio dativus Χοῖσι.]

[Χοιὰχ, ὁ, nomen mensis, qui fere respondet Decembri Romanorum. Et ita schol. Arati in Phæn. v. 300, 314, ubi tamen minus emendate χοιὰχ legitur. (Fallitur Jablonsk. Nam Χοιὰχ frequens est in papyris Ægyptiacis: v. Ideler. Chronol. vol. 1, p. 97. G. D.) Græci semper scribunt χοιὰκ, ut Latini *Chœac.* Est autem December, sive Choiac, in Ægypto quædam terræ renovatio; nam in eo mense primitiæ frugum ex terra in Ægypto prodire incipiunt, unde in epigr. (Anth. Pal. 9, 383): Χοιὰκ σπειρομένων σταχύων δείκνυσι γενέθλην. Jablonsk. Opusc. vol. 1, p. 411.]

[Χοΐδιον, τό.] Ab χοῦς significante ipsum Vas congiale s. congiarium, est etiam dimin. Χοΐδιον: quod Suid. exp. σταμνίον, afferens hunc anonymi cujuspiam locum: Κατεσκεύασαν χοΐδια τὸ μέγεθος, λεπτὰ ταῖς κατασκευαῖς διαφερόντως. Ubi post τὸ μέγεθος videtur aliquid deesse, aut χοΐδια esse adject., et χοΐδια τὸ μέγεθος dici τὰ χοαῖα. [Comparandum compositum προχοΐδιον. De utriusque forma dixit Lobeck. ad Phryn. p. 88.]

[Χοίζαλα. V. Χίζαλα.]

Χοϊκὸς, sive Χόϊνος, η, ον, Terreus, Terrenus, ὁ ἐκ χοὸς, ut Hesych. et Suidæ χοϊκὸς est γήϊνος, πήλινος. Verum idem Hesych. χόϊνον esse dicit etiam ποτήριον χαλκοῦν, Poculum æreum, forsan i. q. χόννος infra. Procul dubio autem uterque lexicographus, Suidas sc. et Hesych., quum χοϊκὸς exponunt γήϊνος, πήλινος, respexerunt ad 1 Cor. 15, [47]: Ὁ πρῶτος ἄνθρωπος ἐκ γῆς, χοϊκός· ὁ δὲ δεύτερος ἄνθρωπος, ὁ κύριος ἐξ οὐρανοῦ. Ubi tamen χοϊκὸς non tam μετουσιαστικὸν nomen est quam τοπικὸν, loci sc. simul ac materiæ contagionem declarans, q. d. In limo versantem, ipsumque adeo limum, unde et sumptus est: s. In cœno manentem et terrestri naturæ addictum, ac proinde mortalem, fæculentum et imbecillum. Ac materiæ quidem signif. ei inesse, patet ex eo, quod dicit ἐκ γῆς, Ex terra: nec non ex eo, quod Moses dicit Gen. 2, [7]: Ἔπλασεν ὁ θεὸς τὸν ἄνθρωπον, χοῦν λαβὼν ἀπὸ τῆς γῆς, unde et Nonnus dicit πηλὸν ἐκ χοὸς ἀνδρογόνοιο, Ex terra s. limo ex quo homo ortus est. Et Job. 4, [19]: Τοὺς κατοικοῦντας οἰκίας πηλίνας, ἐξ ὧν καὶ αὐτοὶ ἐκ τοῦ αὐτοῦ πηλοῦ ἐσμέν· et Tertullianus hominem Limaceum appellat. Simul vero cum materia et loci habere significationem hoc χοϊκὸς in Apostoli l., liquet

apertissime ex hac ἀντιθέσει versus sequentis: Οἷος ὁ χοϊκὸς, τοιοῦτοι καὶ οἱ χοϊκοί· καὶ οἷος ὁ ἐπουράνιος, τοιοῦτοι καὶ οἱ ἐπουράνιοι· nam ἐπουράνιος non declarat Eum qui sit ex cœlesti quadam materia compactus, sed qui in cœlis maneat, particeps cœlestium qualitatum, i. e. immortalitatis, gloriæ, ac potentiæ. [Anon. in Walzii Rhett. vol. 1, p. 613, 4 : Γυμνοῖ τούτους τοῦ χοϊκοῦ βάρους.]

[Χοινίκη, ἡ. HSt. s. v. Χοινικίς :] Verum et Χοινίκη dicitur pro χοινικίς. Apud Hesych. enim legimus, Χοινίκη, τοῦ τροχοῦ, ἐν ᾧ στρέφεται ὁ ἄξων, Modiolus in quo axis volvitur. In curru tamen ipse potius modi olus cum rota vertitur circumagiturque, axis autem p ermanet immobilis. [Schol. Hom. Il. B, 104, E, 123, et Paraphr. Ψ, 723.]

[Χοινῖκιαῖος, αία, αῖον, Chœnicis mensuram æquans. Inscr. ap. Chandler. Marm. Oxon. 2, 21 : Ποσειδῶνι χαμαιζήλῳ πόπανον χ. δωδεκόμφαλον καθήμενον. Conf. Athen. 14, p. 647, B : Κοτυλίσκος, πλακοῦς ὁ ἐκ τρίτου μέρους τῆς χοίνικος γινόμενος. Schneid.]

Χοινίκιον, τὸ, sive Χοινικὶς, ίδος, ἡ, Modiolus. In quo significatu primum dicitur de Modiolo rotæ vel alterius instrumenti, i. e. Foramine longo et rotundo cui axis immittitur : ut quum Galen. Comm. 2 εἰς τὸ Περὶ ἀγμῶν scribit, τὴν καλουμένην χοινικίδα τοῦ τροχοῦ, πλήμνην ὑπὸ τῶν Ἰώνων λέγεσθαι· itidemque Hesych. χνόας nominari τὰς χοινικίδας et τὰς τοῦ ἄξονος σύριγγας, Modiolos, Fistulasque quibus axis inditur. Itidem quos Vitr. 10, 17, Modiolos in balista vocat, Turn. χοινικίδας Græce vocari ait Advers. 2; ubi citatis quibusdam ipsius verbis, subjungit, Modioli sunt qui a Græcis appellantur χοινικίδες : suntque formæ rotundæ ac turbinatæ, indunturque foramini : idque perspici potest ex sequenti capite Vitruvii, in quo ita scribitur : Tum vero modioli ærei in ea capitula includuntur, et in eos cuneoli ferrei, quos ἐπισχίδας Græci vocant, collocantur. Dicitur et de Chirurgorum quodam instrumento. Cels. 8, 3 : Exciditur vero os duobus modis. Si parvulum est quod læsum est, modiolo, quem χοινίκιον Græci vocant; si spatiosum, terebris. [Codices, ut videtur, omnes non *quem*, sed *quam*, pro χοινίκιον vero unus XOINEIKIA, alii XOINEKIAA. Recte igitur Cocchius *quam* χοινικίδα.] Et mox, Modiolus ferramentum concavum teres est, imis oris ferratum, per quod medium clavus, ipse quoque interiore orbe cinctus, demittitur. Paul. Ægin. 6, 90, de fracturis in capite : Ἡ δὲ διὰ τῶν πριόνων τε καὶ χοινικίδων χειρουργία τοῖς νεωτέροις ὡς μοχθηρὰ διαβέβληται. [‖ Χοινικὶς de lamina aurea, corpus coronæ efficiente et caput ambiente, ap. Demosth. p. 616, 1 (et 756, 8) : Ὑπὸ ταῖς τῶν στεφάνων χοινικίσι γεγραμμένα κάτωθεν. ‖ Pedica. V. Χοῖνιξ. ‖ Caverna. Strabo 12, p. 545 : Ῥαχιώδεις ἀκτὰς, ἐχούσας καὶ κοιλάδας τινὰς, ὡσανεὶ βόθρους πετρίνους, οὓς καλοῦσι χοινικίδας. Has χοιράδας potius dictas esse exspectes quam χοινικίδας. ‖ Χοινίκιον, τὸ, ap. Themist. Or. 21, p. 248, D : Τὸν ἐκ μαγείρου τυχὸν ἴσως ἢ ἀρτοκόπου, ἐντεθραμμένον χοινικίοις τε καὶ κονδύλοις. Quod sive de chœnicis mensura sive de pedicis dictum χοίνιξι potius scribi debebat.]

Χοινικομέτρης, ὁ, Qui chœnice metitur s. demetitur et distribuit. Athen. 7, [p. 272, B] ex Epitimæo refert, Corinthiorum urbem usqueadeo εὐδαιμονῆσαι ὡς κτήσασθαι δούλων μυριάδας ἓξ καὶ τεσσαράκοντα : eamque ob rem Pythiam ipsos vocasse χοινικομέτρας : procul dubio quoniam iis quotidie suam χοίνικα ἐμέτρουν : erat enim ἡ χοινὶξ ἡμεροτροφὶς, ut mox docebo. Vide et Σιτομέτριον.

Χοῖνιξ, ῖκος [Casuum obliquorum syllabam penultimam produci ait Draco p. 27, 11; 44, 7; 93, 10; 100, 3, errore manifesto, ut docent poetarum loci], ἡ, Mensura quæ continet sextarios duos, s. cotylas quatuor, ut Marcell. Emp. tradit, et Paul. Ægin., qui etiam dicit esse octavam partem modii Italici s. Ægyptii. At Fannius multo majorem facit χοίνικα, tribuens ei quatuor sextarios; sic enim ille in poematio de mensuris : At cotylas (quas, si placeat, dixisse licebit Heminas), recipit geminas sextarius unus : Qui quater assumptus fit Graio nomine chœnix. Contra multo minorem faciunt quidam : a quibus esse dicitur mensura aridorum Attica, continens cotylas tres s. sextarium unum et dimidium, s. duas libras mensurales et quadrantem. [De chœnicis mensura varia v. Galen. vol. 13, p. 977 seqq. et Bœckh. in Disquisitt. metrol. p. 200 seqq. Xenoph. Anab. 1, 5, 6 : Ἡ δὲ καπίθη δύο χοίνικας Ἀττικὰς (libri aliquot Ἀττικοὺς) ἐχώρει. Ezech. 45, 11 : Τὸ δέκατον τοῦ γομὸρ χοῖνιξ. Geopon. 7, 20, 1 : Ἐν τῷ κάβῳ τῷ λεγομένῳ χοίνικι· ubi Nicl. comparat Pallad. 11, 14, 5 : « Unam floris mensuram, quam Syri chœnicam vocant, » quem scribere aut debuisse aut voluisse « quam Syri cabum, Græci chœnicam vocant. »] Ita ut in varietate ista tutius sit Græcum retinere voc. Athen. 5, [p. 214, F] : Χοίνικα κριθῶν εἰς τέσσαρας ἡμέρας διεμέτρει τοῖς ἀνοήτοις Ἀθηναίοις. Apud Herodot. 3, et 7, χοῖνιξ frumenti tantum est quantum homini uno die satis sit. [7, 187 : Χοίνικα πυρῶν ἕκαστος τῆς ἡμέρης ἐλάμβανε· 1, 192 : Μεδίμνου Ἀττικῆς πλέον χοίνιξι τρισὶ Ἀττικῇσι. Hom. Od. T, 28 : Ὅς κεν ἐμῆς γε χοίνικος ἅπτηται] : unde Alexarchus Uranopolis conditor ap. Athen. 3, [p. 98, D] τὴν χοίνικα appellat ἡμεροτροφίδα : et Hesychio χοίνικες sunt αἱ ἀπὸ μέρους τροφαί. [Χ. ἡμερήσιος τροφὴ Diog. L. 8, 18. Lucian. Navig. c. 27 : Οὐδὲ τὴν χ. ἔτι λήψῃ.] Item Pythagorici ἐκώλυον ἐπὶ χοίνικος καθῆσθαι, eo præcepto jubentes μὴ σκοπεῖν τὰ ἐφ' ἡμέραν, ἀλλὰ τὴν ἐπιοῦσαν ἀεὶ προσδέχεσθαι, ut docet Athen. 10, [p. 452, E]. Itidemque Plut. Symp. 7, 4 [p. 703, E] : Μετὰ τῆς Πυθαγορικῆς χοίνικος, ἐφ' ἧς ἀπηγόρευκε καθῆσθαι, διδάσκων ἡμᾶς ἀεί τι τοῦ παρόντος εἰς τὸ μέλλον ὑπολιπεῖν, καὶ τῆς αὔριον ἐν τῇ σήμερον μνημονεύειν· ut reprehendantur ii, qui τὴν ἐφ' ἡμέραν χοίνικα λαβόντες, de cetero nihil sunt soliciti. [Id. p. 12, D. Diodor. 19, 49 : Τῷ στρατιώτῃ σιτομετρεῖν χοίνικας πέντε τοῦ μηνός. Lucian. Tim. c. 57 : Ἐπεμβαλῶ χοίνικας ὑπὲρ τὸ μέτρον τέτταρας· Epist. Sat. c. 21 : Ἀπὸ μεδίμνων τοσούτων χρυσίου χοίνικα ἡμῶν κατασκεδάσαι. Et sic sæpe cum genitivo, ut χ. πυρῶν ap. Herodot. 7, 187, Thucyd. 4, 16; ἀλφίτων Plut. V. Anton. c. 45. Joann. Apoc. 6, 6 : Χοῖνιξ σίτου δηναρίου καὶ τρεῖς χοίνικες κριθῆς δηναρίου.] Nota autem hujus mensuræ ap. Græcos fuit diphthongus οι superposita literæ χ, hoc modo $\overset{\text{οι}}{\chi}$, ut docet Paul. Ægin. Alii vero dicunt fuisse χ cum ν superimposito. [Sic Galen. vol. 13, p. 978.] ‖ Χοίνικες vocabantur etiam Pedicæ quædam, quæ dicuntur fuisse ligna crassa et rotunda, in quæ crura immittebantur. Non ii male, quum ap. Demosth. [p. 270, 8] legamus, de Tromete patre Æschinis, Ἐδούλευε παρ' Ἐλπίᾳ τῷ πρὸς τὸ Θησεῖον διδάσκοντι γράμματα, χοίνικας παχείας ἔχων καὶ ξύλον. Et ap. Aristoph. Pl. [275] : Αἱ κνῆμαι δέ σου βοῶσιν Ἰοὺ ἰού, τὰς χοίνικας καὶ τὰς πέδας ποθοῦσαι. Ubi speciei subjunxit genus ad vitandam amphibologiam; sunt enim χοίνικες, πέδαι τινὲς, eæque βαθεῖαι καὶ περιφερεῖς, ut ex Hesych. et schol. Aristoph. discimus, qui etiam addit, χοίνικα nominari πᾶν περιφερές. [Hesych. : Χοίνικες· αἱ βαθεῖαι πέδαι καὶ αἱ ἀπὸ μέρους τροφαί. Χοῖνιξ· μέτρον τι καὶ πέδη καὶ νάρθηξ.] Itaque intelligimus χοίνικας nominatas fuisse ejusmodi πέδας quod chœnicis modo essent et περιφερεῖς et βαθεῖαι et παχεῖαι. [Pedicas χοινικίδας dixit Appian. Civ. 4, 30 : Ἐς τὴν ἁμαξιτὸν αὐταῖς χοινικίσι διέδρα. Nisi χοινιξὶ scripsit.] Apud Suid. vero χοίνικες, οἷς τὰς περιόδους μετροῦσιν Αἰγύπτιοι, masc. genere, et ambiguum qua signif. [Addit Suidas : Σπανιώτερον δὲ τὸ γένος τῶν θεωρητικωτάτων ψυχῶν ἢ τὸ τοῦ χοίνικος, ᾧ τὰς περιόδους μετροῦσιν Αἰγύπτιοι· οἷος ἦν Ἀμοῦς καὶ Ἀντώνιος. Gravis error Suidæ vitiosa scriptura decepti. Nam apud Synes. p. 49, A, ex quo hæc excerpta sunt, recte legitur Σπανιώτερον δὲ δήπου τὸ γένος τῶν τοιούτων ψυχῶν ἢ τὸ τοῦ φοίνικος, ᾧ ... Αἰγύπτιοι· ubi phœnix avis intelligenda, celebrata propter vitæ longitudinem et culta ab Ægyptiis, de quo supra diximus p. 982 sq., ubi hic Synesii locus addendus. Postrema autem illa οἷος ἦν Ἀμοῦς καὶ Ἀντώνιος partim ex præcedentibus Synesii verbis conficta p. 48, D.]

[Χόϊνος. V. Χοϊκός.]

[Χοίρα, ἡ, Chœra. Herodian. Περὶ μον. λέξ. p. 8, 12 : Τὸ Χοίρα ἐκτείνεται κατὰ τὸ ἐπώνυμον, ὥσπερ καὶ παρὰ Δεινίᾳ « Περιμήδας ἐν Τεγέᾳ δυναστευούσης, ἣν οἱ πλεῖ-

στοι καλοῦσι Χοίραν. » Mulierem Tegeatida Μάρπησσαν ἐπίκλησιν Χήραν memorat Pausan. 8, 47, 2, et 48, 5, ubi alii libri non minus vitiose Χώραν. Scribendum Χοίραν cum L. Dindorfio in Præfat. edit. Paris. p. II.]

[Χοιράγγη, ἡ, s. Χοιράγγης, ὁ. Apollon. De adverb. p. 622 : Πρόσκειται Δώρια μὲν τὰ τοιαῦτα μεταποιούμενα, Εἶ τὰ τῶν χοιραγγᾶν, Πεῖ γὰρ ἃ ἄσφαλτος, αὐτοῦ αὐτεῖ· et p. 625 : Τὸ Εἶ τὰ τῶν χοιραγγᾶν, ἐν ἴσῳ ἐστὶ τῷ ὅπου, καὶ τὸ, Πεῖ γὰρ ἃ ἄσφαλτος, ἐν ἴσῳ τῷ ποῦ. Sophronis hæc esse verba recte conjicit Portus ad Apollon. De synt. p. 384. « Verba, Εἶ τὰ τῶν χοιραγγᾶν, etiam in opere Περὶ συντάξεως 4, p. 329, citantur, ubi Εἶτα τὸν χοιράγγαν editum est. Χοιραγγᾶν, si accentum recte posui, videtur Doricus genitivus nominis χοιράγγη, cujus quæ significatio sit, quum nullo alio loco legerim, pro certo non dicam. Ceterum vocem recte formatam puto. Sic dicuntur κυνάγγη, ἀργυράγγη, δεράγγη, τραχηλάγγη. Quanquam scriptor, nisi fallor, τᾶν χοιραγγᾶν posuisset, si genitivo uti voluisset. Sylburgius addit : « Herculem fortasse significat, qui porcum Erymanthium strangulavit. » Hoc si verum est, oportetque χοιράγγαν a χοιράγγης, Porcorum strangulator, derivari, sic fortasse recte distinguas, Εἶ τατῶν χοιράγγαν, i. e. οὗ ζητῶν χοιράγγην. » Bast. ad Greg. Cor. p. 352. Vide supra Λεοντάγγωνος. Angl.]

[Χοιράδες, αἱ, Chœrades. Steph. Byz. : X., πόλις Μοσσυνοίκων. Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ. ... Τὸ ἐθνικὸν Χοιραδεὺς, ὡς τῆς Ἀρκάδος Ἀρκαδεὺς κτλ. || Insulæ quædam. Thucyd. 7, 33 : Κατίσχουσιν ἐς τὰς Χοιράδας νήσους Ἰαπυγίας.]

[Χοιραδικὸς, ἡ, ὸν, Strumosus. Herodian. Epim. p. 153 : Χοιράδες τὰ χυιραδικὰ νοσήματα.]

[Χοιραδόλεθρον, τὸ, synonymum xanthii ap. Diosc. 4, 138.]

Χοιραδώδης, ὁ, ἡ, [Scopulosus. Strabo 3, p. 140 : X. ἐστὶν ὁ τόπος· et p. 167. ||] Strumosus. Plutarch. [Mor. p. 664, F] : Ὥσπερ ἐν τοῖς σώμασι τὰ χοιραδώδη καὶ ἀδενώδη φύματα θερμότητές τινες καὶ ὑγρότητες αἱματώδεις ἐνδημιουργοῦσι. [Oribas. p. 227 Matth. : Χοιραδώδεσι φλεγμοναῖς.]

[Χοίρᾰκος, ὁ, Suarius. Athen. 4, p. 173, ex Apollodoro : Καλοῦνται καὶ μέχρι νῦν τινες αὐτῶν (τῶν Δηλίων) χοίρακοι καὶ ἀμνοὶ κτλ. De accentu v. Lobeck. Pathol. Proleg. p. 311.]

Χοιρὰς, άδος, ἡ, Porcula, Scrofula. Peculiari nomine χοιράδες dicuntur πέτραι λεῖαι ἐν θαλάσσῃ, ἢ ἐξοχαὶ, ἢ ὄχθη πετρῶν, Suid. [Herodian. Epim. p. 153 : Χοιρὰς, θαλασσία πέτρα. Χοιράδες Pollux 1, 115.] Aliis, Saxa sub mari nigra, aliquantulum eminentia, ut porco nanti similia videantur. [« Dorsum immane mari summo », Virg. Æn. 1, 110. Theognis 576 : X. εἰναλίας, ut εἰναλίης χ. Diodor. Anth. Pal. 9, 16, et χ. ἁλίξαντοι ap. Mæcium ib. 6, 89. Archil. ap. schol. Nicandri Th. 158 : Ἀμυδρὰν χοιράδ' ἐξαλεύμενος. Herodot. 2, 29 : Σκόπελοι ἐν τῷ Νείλῳ ὀξέες ἀνέχουσι καὶ πολλαὶ χοιράδες εἰσί. Æsch. Pers. 421 : Ἀκταὶ δὲ νεκρῶν χοιράδες τ' ἐπλήθυον.] Sic Eur. quoque schol. χοιράδα nominari scribit πᾶσαν πέτραν ἐξέχουσαν καὶ περικλυζομένην θαλάσσῃ, σπήλαιον ἔχουσαν, quamlibet rupem ex mari eminentem, quæque undis marinis circumluitur, et cavum antrum habet : id quod ipse Tragicus innuit, sub fin. Androm. [1266] : Ἐλθὼν παλαιᾶς χοιράδος κοῖλον μυχὸν Σηπιάδος, ἵζευ. Idem alibi [Tro. 89] Δήλιοι χοιράδες dicit, Delii scopuli. [Delum Δηλίαν χοιράδα vocat Æsch. Eum. 9.] Theocr. petras symplegadas etiam χοιράδας appellat, 13, [24] de Argo navi : Ἅτις κυανεᾶν οὐχ ἥψατο συνδρομάδων ναῦς, Ἀλλὰ διεξάϊξε, βαθὺν δ' εἰσέδραμε Φᾶσιν, Αἰητὸς ὡς μέγα λαῖτμα· ἀφ' οὗ τότε χοιράδες ἔσταν· ex quo tempore factum est ut petræ illæ, quæ navi prætereunte concurrere solebant et collidi, postea steterint et immotæ manserint. In Epigr. [Bassi Anth. Pal. 9, 289] legimus etiam χοιράδας ἐς πέτρας, addito subst. quod in præcedentibus omissum est. [Pind. Pyth. 10, 81 : Χοιράδος πέτρας ἄλκαρ. Phocyl. 164 : Κοίλης πέτρης κατὰ χοιράδος. Plut. Mor. p. 162, D : Περικλύστῳ χ. μικρὸν ὑπὲρ τὴν θάλασσαν ἀνεχούσῃ.] ||Χοιρὰς dicitur etiam Struma. [Hesych.: Χοιράδες· ἐγκείμεναι (fortasse excidit θαλάσσῃ) πέτραι· καὶ πάθος τι δεινόν. Pollux 4, 201 : Χοιράδα καὶ χοιράδες περὶ σιαγόσι καὶ μασχάλαις καὶ βουβῶσιν· et similiter 2, 225.] Χοιρὰς, inquit Gorr., Struma : est tumor durus glandularum, quæ in cervice, alis et inguinibus sunt : ortus non ex calida quidem materia, neque ad suppurationem tendente, sed pituitosiore et frigidiore : qui subinde affluens strumam non modo duram, sed miræ etiam magnitudinis, aliquando excitat. Quanquam accidit interdum (licet raro) ut non ex humore pituitoso, sed ex ipsa carne struma consistat : et tunc non aliud est quam caro superflua, materiæ accessione augescens. Omnis autem struma includitur membrana, quemadmodum steatoma, atheroma, meliceris : et nascitur plerumque in priore cervicis parte, aut in altera, aut utrimque, una aut duæ aut plures. Ceterum differunt inter se magnitudine, natura, loco, ortu, multitudine, et vasorum complicatione. Magnitudine, quod aliæ parvæ, aliæ magnæ, aliæ mediocres. Natura, quod aliæ mansuetæ, aliæ malignæ sunt. Mansuetæ quidem, citra inflammationem, citra dolorem, moderatam duritiem habent, et tumorem circumscriptum, rotundum et æqualem. Malignæ vero inflammationes habent et dolores pulsantes et tumorem inæqualem, in quo vasa prominent, et contactu medicamentisque efferantur. Loco, quod aliæ anteriori, aliæ ab altera, quædam ab utraque parte colli oriantur : quodque aliæ sub cute sint, aliæ magnis vasis penitus insideant. Ortu, quod aliæ sublimes et quasi pendulæ sint, facile huc et illuc mobiles, aliæ insertæ fixæque. Multitudine, quod una aut plures generantur. Vasorum complicatione, quod aliæ venas et arterias implicatas habeant, aliæ omnino non habeant. Dicitur autem χοιρὰς vel ἀπὸ τῶν χοιράδων πετρῶν, vel a porcis, in quorum gutture frequentes ejusmodi tumores reperiuntur. Alii vero a multiplici partu porcorum nomen desumptum putant. Hæc ille. Vide et Cels. 5, 28. [Hippocr. p. 271, 55 : Χοιράδες ἐγγίνονται. V. Galen. Comm. ad Aphor. 3, 26. Paulus Æg. 4, 33; 6, 35. Foes. Cassium Quæst. med. 40, Actuar. De dignot. morb. 2, 37, addit Bernard. ad Theoph. Nonn. vol. 1, p. 378. Callicter. Anth. Pal. 11, 333 : Φαρμακίοισι Ῥόδων λέπραν καὶ χοιράδας αἴρει. Plut. V. Cicer. c. 9 : Χοιράδων τὸν τράχηλον περίπλεως· 26 : Χοιράδας ἔχοντα ἐν τῷ τραχήλῳ.]

[Χοιρέαι, αἱ, nomen loci ap. Herodot. 6, 101 : Οἱ Πέρσαι πλέοντες κατέσχον τὰς νέας τῆς Ἐρετρικῆς χώρης κατὰ Ταμύνας καὶ Χοιρέας.]

Χοιρεᾶται, οἱ, q. d. Porcales, Porcarii, Porculatores, dicti fuere a Clisthene Sicyonis tyranno, tribules quidam urbis Sicyoniorum, per derisionem mutato pristino nomine. [V. Herodot. 5, 78.] Qua de re et sub v. Ὑᾶται.

Χοίρειος, εία, ειον, Porcinus, ut ὕειος et σύειος, Suillus : χ. ἐγκέφαλοι, Athen. 2, [p. 65, F]. Sic χοιρείων εἴργειν κρεῶν, Porcina s. Suilla carne prohibere, Galen. Ad Glauc. 1. [X. κρέα Pollux 6, 33, Aristoph. Ran. 338, Xen. Anab. 4, 5, 31. Omisso κρέας, Sext. Emp. p. 183 : Ἰουδαῖος θᾶττον ἂν ἀποθάνοι ἢ χοίρειον φάγοι· et Symm. et Theod. Jes. 66, 17. Numero plur. χοίρεια Plut. Mor. p. 197, C, in versu ficto ap. Lucian. Alex. c. 25. X. μερὶς Pollian. Anth. Pal. 11, 128 : Χοιρείας τοῦ στεφάνου μερίδος.] Notandum porro est, citra diphthongum etiam reperiri scriptum modo Χοίριος [vitiose], modo Χοίρεος. Ac dempto quidem ε, ex Diosc. 5, affertur χοίριος κοιλία, Venter suillus, (ubi etiam nota esse fem.,) itidemque ex Galeno Ad Glauc. 2, κύστις χοιρία, Vesica porcina. [Scribendum χοίρειος et χοιρεία. Nec κύστιν χοιρίαν Theoph. Nonno vol. 2, p. 82 relinquendum, quum στέαρ χοίρειον scriptum sit p. 184 (ubi var. lect. χήνειον) et p. 208. Rectam formam habet Arcad. p. 42, 16, inter adjectiva in ειος.] Dempto autem ι, ap. Hom. legimus χοίρεα, sc. κρέα, Porcinæ s. Suillæ carnes, Od. Ξ, [81]: Ἔσθιε νῦν, ὦ ξεῖνε, τά τε δμώεσσι πάρεστι Χοίρε', ἀτὰρ σιάλους γε σὰς μνηστῆρες ἔδουσι, Comede porcinas, vel potius Comede ex porculis juvencis; vocat enim hic χοίρους Porculos recenti editos partu, et adhuc ἁπαλοὺς καὶ ἐνίκμους : σιάλους σὰς autem, Adultos porcos s. sues, τὰ ἤδη συμπεπηγότα καὶ τέλεια, quæ δέλφακες etiam nominantur, ut in Χοῖρος annotabo ex Ari-

stoph. grammatico. At nostra ætate porculi lactentes et teneri adhuc, non famulis servari solent, sed in delicatis habentur dapibus, adultorum autem vetulorumque suum carnes præ illis negliguntur. Unde Galen. quoque bonos hosce viros irridens scribit, Οἱ δὴ μνηστῆρες οὐκ οἶδ' ὅπως τοὺς σιάλους ἤσθιον· ita enim vocatos fuisse porcos qui essent ὑπὲρ τοὺς τελείους. Quibus subjungit, ἀναισθητοτάτους πάντων eos fuisse εἰς διάγνωσιν εὐπέπτων τε ἅμα καὶ ἡδέων ἐδεσμάτων.

[Χοιρέλαφος, δ, Sus et cervus. Cosmas Indopl. 11, ε. 7.]

[Χοιρέμπορος, ὁ, Porcinarius. Scriptor Timarionis in Notitt. Mss. vol. 9, p. 237 : X. Διογένην. Ex Basilicis ad Tit. de suariis Cod. lib. 11 affert Ducang.]

[Χοίρεος. V. Χοίρειος.]

[Χοιρεών, δ, Suile. Schol. Thucyd. 4, 8. Tzetz. Hist. 11, 431, 433. Elberling.]

[Χοιριάω, Porco similis sum. Tzetz. in Cram. An. Oxon. vol. 3, p. 365, 14 : Τὰς δυσόδμους βορβόρους τοῦ χοιριῶντος τοῦδε καὶ κοπρογράφου.]

[Χοιρίδιον. V. Χοιρίον.]

[Χοιρίδιος, ία, ιον, Suillus. Χοιριδίῳ δεσμῷ in gl. obscura Hesychii, de qua dictum s. v. Μαλικᾷ.]

[Χοιρίημα (?)· τὸ χοιρίδιον, Hesych. Infra Χοιροφόρημα· χοιρίδιον.]

[Χοιρικός, ἡ, όν, Suillus. Tzetz. Educ. fil. 263 : X. κόπρος. Elberling. Etym. M. p. 775, 33 : Οὐ λέγομεν χοιρικὸν κρέας, ἀλλὰ χοίρειον.]

[Χοιριλεκφαντίδης. V. Χοιρίλος.]

[Χοιρίλη, ἡ, Chœrila, Mnesilochi filia, uxor Euripidis. V. scriptores vitæ Euripidis et schol. Aristoph. Thesm. init. vol. 3, p. 310, 6, ubi cod. Rav. χοιρίνην, ut est ap. Suidam s. v. Εὐριπίδης, ubi codex Bruxell. χοιρίλλην, quemadmodum scribitur in Vita Eurip. in cod. Havn. 3549. || I. q. Ἑκάβη. V. Χοιρίλος.]

[Χοιρίλος, δ, Chœrilus.] Χοίριλλος autem, sive Χοιρίλος, nomen propr. ap. Athen. et Suid., ap. quem et Χοιρίλη, ἡ Ἑκάβη : forsan quod multiplici prole scrofam æquarit; fœcundissimum enim id animal est, fœcunditatis numero ad vicenos pertingente : bisque anno parit, ut Plin. docet. [Vitiose in alia gl. Suidæ Χορίλη· ἡ Ἑκάβη, et ap. Herodian. Epim. p. 153.: Χοιρύλλη, ἡ Ἑκάβη. Schol. vetus Eurip. Hec. 1 : Τὰ περὶ τὴν Ἑκάβην διαφόρως ἱστορεῖται. Φιλόχορος μὲν γὰρ ἐν τῷ περὶ τραγῳδιῶν Χοιρίλην αὐτήν φησι καλεῖσθαι· ἴσως δὲ διὰ τὸ πολύπαιδα γεγενῆσθαι· ἡ γὰρ χοῖρος πολλὰ τίκτει, καὶ ἐν τοῖς Ὀρφικοῖς οἱ χοῖροι ἑκάβαι προσαγορεύονται. Οἱ δὲ λοιποὶ πάντες κυρίῳ αὐτὴν ὀνόματι προσηγόρευσαν. || Nominis proprii Χοιρίλος hæc sola recta scriptura est; in libris non raro vel accentu peccatum est vel scriptura, Χοίριλος Χοίριλλος Χοιρίλλος, quorum vitiorum exx. collegit Nækius in libro de Chœrilo Samio (Lipsiæ a. 1817) p. 32 seqq. Quinque autem ab veteribus memorantur Chœrili, quorum antiquissimus fuit poeta tragicus Atheniensis. 2. Famulus Ecphantidis comici, quem in comœdiis scribendis adjuvisse dicitur : unde factum est verbum Ἐχοιριλόω (Thesauro inserendum vol. 3, p. 648), quod ex Comico aliquo (Cratino, ut conjecit Nækius p. 56) annotavit Hesychius, Ἐκχεχοιριλωμένη· οὐ Χοιρίλου οὖσα (i. e. comœdia ex qua exemtus Chœrilus, in qua nihil Chœrili, ut exp. Nækius, rejecta Casauboni conjectura τοῦ (vel ὡς) Χοιρίλου)· Ἐκφαντίδῃ γὰρ τῷ κωμικῷ Χοιρίλος (codex χοίριλος) θεράπων ἦν, ὃς συνεποιεῖτο (corr. συνεποίει αὐτῷ vel συνεποίει τὰς) κωμῳδίας. Quibuscum comparanda alia gl. Hesychii, Χορίλα Ἐκφαντίδες· Κρατῖνος τὸν Ἐκφάντιδος οὕτως εἶπεν αὐτὸν τὸν Χορίλλον· quam Meinek. Com. vol. 2, p. 199 sic corrigit, Χοιριλεκφαντίδης· Κρατῖνος τὸν Ἐκφαντίδην οὕτως εἶπεν διὰ τὸν Χοιρίλον. Similis etiam tertia, sed corrupta et obscura gl. Ἐγχεχυριλωμένην· λέπραν. 3. Samius vel Halicarnassensis, poeta epicus. 4. Iasensis, comes Alexandri M., de quo Strabo 14, p. 672, Athen. 12, p. 529, F. 5. Eleus, victor Olympicus, ap. Pausan. 6, 17, 15. De his omnibus diligenter examinatis veterum testimoniis copiose dixit Nækius in libro citato. Ab tragico Atheniensi nomen factum est metro quod *Chœrileum* vocant grammatici, dactylico catalectico, cujus exemplum est versus, ἡνίκα μὲν βασιλεὺς ἦν | Χοιρίλος ἐν σατύροις. Id ex Græcis grammaticis vix unus et alter memorant, Chœrilei nomine nullus; Latini sæpius et hoc et aliis nominibus : de quo dixit Nækius p. 257 seqq.]

Χοιρίνη, ἡ, sc. δορὰ, Porcina pellis, Spolium suis s. porci, i. q. φορίνη. Item χοιρίνη dicitur Seta porcina, ἡ θρὶξ τοῦ χοίρου, ut Suid. accipit in Aristoph. Vesp. [349] : Οὕτω κιττῶ διὰ τῶν σανίδων μετὰ χοιρίνης περιελθεῖν· ut sit, Usque adeo cupio per tabulas seta porcina penetrare. Penetrare autem illum velle, ostendunt hæc sequentia, Ἔστιν ὀπὴ δῆθ' ἥντιν' ἂν ἔνδοθεν οἷός τ' ἦς [εἴης] διορύξαι, Εἶτ' ἐκδῦναι. Et hæc, Πάντα πέφραχται, κοὐκ ἔστιν ὀπῆς οὐδ' εἰ σέρφῳ διαδῦναι. Obiter igitur item hic nota usum verbi Περιέρχομαι. [Lucian. De hist. conscr. c. 23 : Ἡ ἀσπὶς οἰσυΐνη καὶ χοιρίνῃ περὶ ταῖς κνήμαις.] || Χοιρίναι [Χοιρῖναι] dicuntur item Conchæ marinæ, quibus olim in suffragiis ferendis utebantur. Pollux 8, c. 1 [§ 16] de judicialibus quibusdam vasis et instrumentis : Κημὸς, καδίσκος, ἐχῖνος, ψῆφος, χοιρίναι [χοιρῖναι], κλεψύδρα. Et mox, Πάλαι γὰρ χοιρίναις ἀντὶ ψήφων ἐχρῶντο, αἵπερ ἦσαν κόγχαι θαλάττιαι. Itidem Aristoph. schol. ex Epaphroditi Lex. tradit χοιρίνας fuisse κόγχας τινὰς, sc. θαλασσίας, iisque judices usos fuisse ἀντὶ καὶ πρὸ τῶν ψήφων. [Male addidit ἀντὶ καὶ, quod non legitur in hoc scholio, recte vero habet in scholio codicis Ven. : Εἰσὶ δὲ ὥσπερ κογχύλια λεπτὰ, οἷς πρότερον ἐχρῶντο οἱ δικασταὶ πρὸ τῆς εὑρέσεως τῶν κυάμων. Οἱ δέ φασι καὶ παρὰ τὰς πέτρας αὐτὰς ἔχειν τὴν ὀνομασίαν, ἐξ ὧν ἐκλέγονται τὰ κογχύλια. Χοιρίδες (imo χοιράδες) δὲ αἱ πέτραι.] Id quod ex ipso etiam Aristoph. patet, Vesp. [333] : Ἢ δῆτα λίθον με ποίησον, ἐφ' οὗ Τὰς χοιρίνας ἀριθμοῦσι, Super quo conchas marinas numerant, quibus judices in ferenda sententia utuntur. Idem per jocum Eq. [1332] dixit, Ὅδ' ἐκεῖνος ὁρᾷν τεττιγοφόρος [—φόρας], ἀρχαίῳ σχήματι λαμπρός· Οὐ χοιρίνων [χοιρινῶν] ὄζων, ἀλλὰ σπονδῶν, Non conchas marinas et judiciales redolens calculos. Suidas quoque dicit fuisse κόγχας θαλασσίους, αἷς ἐν τοῖς δικαστηρίοις ἐχρῶντο Ἀθήνησι : Hesych. τὰς θαλασσίας ψήφους. [Athen. 3, p. 93, B : Τῶν στρόμβων καὶ χοιρίνων καὶ τῶν λοιπῶν κογχυλίων, accentu mendoso pro χοιρινῶν. Concha illa hodie γουρουνάκι vocatur : v. Coraes ad Xenocr. p. 129, a γουροῦνι, i. e. χοῖρος. Lobeck. Pathol. Proleg. p. 217.] || Χοιρίναι ap. Athen. 4, [p. 647, B] in Placentarum genere, itidemque ap. Eust. p. 1753 [ex Athenæo, cujus verba sunt : Χοιρίναι· τούτων μνημονεύει Ἰατροκλῆς ἐν τῷ Περὶ πλακούντων ... διαφέρειν λέγων τῆς πυραμίδος καλουμένης· γίνεσθαι γὰρ ταύτην ἐκ πυρῶν πεφωσμένων καὶ μέλιτι δεδευμένων. Αὗται δὲ ἆθλα τίθενται ταῖς παννυχίσι τῷ διαγρυπνήσαντι. In his pro αὗται scribendum οὗτοι. Neque enim χοιρίνας a nominativo χοιρίνη derivandum, sed ab ὁ χοιρίνης sive χοιρίνας, scil. πλακοῦς, quemadmodum τυρακίνας et γλυκίνας dicuntur. Meinek. Com. vol. 3, p. 641. Qui Philoxeno Cytherio ap. Athen. 14, p. 643, C, ὁ ... χοιρίνας restituit, quod in codice cum proximo vocabulo (ἁδέα) in unum coaluit χοιρινισάδεα. Substantivi igitur χοιρίνης vel χοιρίνας syllaba media brevis est, longa vero in χοιρίνη, ἡ.]

[Χοίρινος, ίνη, ινον, Porcarius, Gl. Quo adj. utitur Plin. 11, 37. Apud Lucian. De hist. conscr. c. 23 ed. Ald. : Χοίρινα τὰ περὶ ταῖς κνήμαις· ubi recte codd. χοιρίνη περὶ ταῖς κν. V. Χοιρίνη.]

Χοιρίον sive Χοιρίδιον, τὸ, Porculus s. Porcellus, Porcus parvulus, ut Cato loquitur. [Χοιρίδιον est ap. Aristoph. Pac. 374, Stratiin ap. Athen. 9, p. 373, F, et Menandr. ib. 4, p. 172, A, Plat. Euthyd. p. 298, D, et sæpius apud grammaticos ritum concionis populi per porcellum lustrandæ exponentes : v. schol. Ar. Ach. 44, Hesych. s. v. Κάθαρμα, et qui χοιρίδια μικρὰ vel πάνυ μικρὰ dixerunt Pollux 8, 104, Harpocr., Phot. et Suidas s. v. Καθάρσιον, schol. Apoll. Rh. 4, 704. Χοῖρος βραχὺς in Lex. rhet. Bekk. Anecd. p. 269. « Dionys. Anth. Pal. 11, 182 : χοιρι μὲν οὐκ ιδιον δέ με θύετε· καί με καλεῖτε χοιριδιον, φανερῶς εἰδότες οὐκ ἴδιον. Frigide luditur in voce χοιρίδιον, quæ porcellum significat. Fures χοιρίδιον de præda immolantes quum non suum (ἴδιον), sed alienum immolent, χοῖρι tantum, sublato ἴδιον, mactare dicuntur. Ipse porcellus loquitur. Lucill. ib. 141 : Χοιρίδιον καὶ βοῦν ἀπολώλεκα· et in fine

carminis : Μέγα κράζω, ἄλλα λέγει Μενεκλῆς, ἄλλα τὸ χοιρίδιον. De origine hujus parœmiæ non constat. » Jacobs.] Aristoph. Ach. [747] : Γρυλλιξεῖτε καὶ κοΐξετε, Χήσειτε φωνὰν χοιρίων μυστηρικῶν· mox, Ἦ λῆς πρίασθαι χοιρία; Visne emere porculos? aliquanto post, Ἐνεγκάτω τις ἔνδοθεν τῶν ἰσχάδων Τοῖς χοιριδίοις, Ferat aliquis foras porculis ex caricis. [Et ib. 777 : Φώνει δὴ τὺ ταχέως, χοιρίον· ubi libri plerique χοιρίδιον. Et 808 : Ποδαπὰ τὰ χοιρία;] Solebant enim caricis pasci porculi ut caro eorum esset delicatior : unde et ficata porculorum jecora nominantur. Ubi etiam nota fictitium verb. Κοΐζειν : κοΐζειν enim porculi dicuntur quum λέγουσι suum κοῖ κοῖ, ut ex illo l. patet. Verum et ex ambiguo ibi ludit, χοιρίου s. χοιριδίου nomine innuens τὸ γυναικεῖον αἰδοῖον, ut ap. Eund. Vesp. [1353] senex quidam meretrici ait, Ἐγώ θ', ἐπειδὰν οὑμὸς υἱὸς ἀποθάνῃ, Λυσάμενος, ἔξω παλλακὴν, ὦ χοιρίον, Liberatam te ex lupanari habebo pellicem, o porcule (nam et Porcus dicitur natura qua feminæ sunt, teste Varrone). Unde idem senex ibid. nominatur χοιρόθλιψ, utpote qui libidinosius contrectet et manu premat τὸ τῆς πόρνης χοιρίον s. χοιρίδιον. [Convicium ap. Athen. 4, p. 165, B : Πρὸς ὃν ὁ Κύνουλκος, Ἀλλ' ὦ χοιρίον εὐάρτυτον ....]

[Χοίριος vitiose pro χοίρειος, quod v.]

[Χοιρίσκος, ὁ, Porcellus. Lucian. Dial. mer. 7.]

[Χοιρόβιος, ὁ, ἡ, Porci vitam agens. Photius Bibl. p. 502, 14, in excerptis ex Asterio : Καὶ χοιροβίων ἐστὶν ἀγελάρχης (ὁ διάβολος). Eustath. p. 1657, 11 : Κατηγορεῖ τῶν χοιροβίων (ἑταίρων τοῦ Ὀδυσσέως). Theophanes contin. p. 234, B : Χ. τὸν ἀνόητον ὑπεμφαίνοντες. Const. Manass. Chron. : 625 : Χοιρόβιον ... τυγχάνειν καὶ κτηνώδη τὸν ... κράτορα· et 5080, 6126.]

[Χοιροβοσκέω, Sues pasco. Theod. Prodr. Epist. fol. 54.]

Χοιροβοσκὸς, ὁ, Qui porcos pascit, Porcorum pastor, Subulcus, Porculator, συφορβὸς, συβώτης, [Porcarius, Gl. Legitur in Paraphr. Hom. Il. Φ, 282. Pro συοφορβοὶ ap. Nicet. Chon. Hist. p. 263, D, posuit metaphrastes.] Est et grammatici cujusdam cognomentum. [Georgii Chœrobosci scripta plura vel integra supersunt, inter quæ eminent Dictata in Theodosii Canones ab Gaisfordio edita Oxonii n. 1842, vel ab aliis grammaticis excerpta, insignia propter Herodianea plurima, quibus Georgius usus est integris.]

[Χοιροβότινον, τὸ, Portulaca, ἀνδράχνη, in Lexico iatrico Ms. Nicomedis et in Grammatica Ms. Pselli. Ducang.]

Χοιρογρύλλιος, ὁ, dicitur ὁ ἀχανθόχοιρος s. ὕστριξ, i. e. ἐχῖνος χερσαῖος, Echinus terrestris, Suid. [Hesych. : Χοιρογρύλλιον· ὁ ἐχῖνος. In Gl. ἐχῖνος χερσαῖος, Erinaceus.] Legitur hoc vocab. Levit. 11, [5] ubi usus ejus vetatur : legitur et ap. schol. Aristoph. [Pac. 527], sed unico λ. [Duplex λ restitutum ex codd. et Suida. « Est porci genus, quum tam χοῖρος quam γρύλλος porcum significet. Non est tamen communis porcus, sed parvum animal cuniculi magnitudine, ἀχανθόχοιρον sc. seu herinaceum, qui licet capite valde similis sit porco, reliquo corpore spinis horret. V. Bonfrer. ad Pentateuch. p. 620. Legitur non solum Lev. 11, 5, sed etiam Prov. 30, 26 (ubi schol. εἶδος ἰχθύος, ἤτοι οἱ λαγωοὶ, ἢ οἱ καλούμενοι οἶστροι). Al. Psalm. 103, 19. Cyrill. Lex. : Χοιρογρύλλιος· ἐχῖνος θηρίον, ὕστριξ, ἀρκόμυς, χοιρόσυνος· ubi ἀρκτόμυς corrigendum esse patet ex Hieronymo in Ep. ad Suniam : « Sciendum est, animal esse non majus hericio, habens similitudinem muris et ursi, unde et in Palæstina ἀρκτόμυς dicitur. » (Mus jaculus Linnæi. Schneid.) Conf. Bochart. Hieroz. 1, 3, p. 1008, ubi recensitis aliorum sententiis probare conatur murem esse intelligendum in Ægypto, Africa, Palæstina occurrentem, qui posteriores pedes anterioribus habeat longiores, bipes incedat et anterioribus tanquam manibus utatur atque, quum ursis in eo similis fuerit, etiam ἀρκτόμυς, ursinus mus, vocatus sit, mure illo ipso χοιρογρυλλίῳ dicto a porci sagina aut specie. » Schleusn. Frustra Schleusn. ἀρκόμυς in ἀρκτόμυς mutat. Nam recentiores Græci ἄρκτον etiam ἄρκον dixerunt : quod ex Ducangii Glossario discere poterat. « Anastasius Monachus De patribus Sinait. Ms. genere neutro τὰ χοιρογρούλλια. Vide etiam Glossar. mediæ Latin. s. v. *Cirogrillus*. » Ducang.]

Χοιρόθλιψ, ὁ, ἡ, Qui χοῖρον libidinose contrectat et manu premit, Muliebris pudendi (id enim χοῖρος etiam nominatur) contrectator, i. e. Lascivus, Libidinosus. Aristoph. Vesp. [1364] : Ὦ οὗτος, τυφεδανὲ καὶ χοιρόθλιψ, Ποθεῖν ἐρᾷν τ' ἔοικας ὡραίας σοροῦ. Ubi schol. quoque χοιρόθλιβα nominari ait τὸν τὸ γυναικεῖον αἰδοῖον ἀποθλίβοντα. Id etiam κλητορίζειν dicitur s. κλητοριάζειν. [Immo κλειτορίζειν.]

[Χοιροκέφαλος, ὁ, ἡ, Caput suillum habens. Jo. Malal. p. 120, 3 : Ἀρκομόρφους καὶ χ.]

Χοιροκομεῖον, τὸ, Textile ex vimine plexum in quo porcelli saginantur. [Pollux 1, 251; 7, 187. Hesych. : Χ., λεπτόν τι πλεκτὸν ὡς ὀρνιθοτροφεῖον.] Suidas esse dicit πλεκτὸν ἀγγεῖον ἐν ᾧ τοὺς νέους ἔτρεφον χοίρους περιδήσαντες : vel τὸν πάτταλον ἐν ᾧ δεσμεύοντες τοὺς χοίρους ἔτρεφον. Itidem schol. Aristoph. esse dicit ἀγγεῖόν τι κανωτὸν ὅπου οἱ χοῖροι τρέφονται, Vas forma canistri, in quo porcelli aluntur. Aristoph. Vesp. [844] : Τουτὶ τί ἐστι; χοιροκομεῖον ἑστίας. Ab eodem Comico [Lys. 1073] legati Spartani dicuntur incedere ὥσπερ χοιροκομεῖον περὶ τοῖς μηροῖσιν ἔχοντες, quoniam veniebant ἐγκεκολπωμένα τὰ ἱμάτια ἔχοντες. [Ex quo l. Pollux 10, 159.] Suid. infra χοιροτροφεῖον pro eodem.

[Χοιροκτόνος, ὁ, ἡ, Sues occidens. Δημήτηρ χ. schol. Aristoph. Pac. 373. ‖ Χοιρόκτονος, ὁ, ἡ, A porcis mactatis proveniens. Æsch. fragm. 340 : Παλαγμοῖς αἵματος χοιροκτόνου· Eum. 283 : Καθαρμοῖς ἡλάθη χοιροκτόνοις.]

[Χοιρομάνδριον, τὸ, Suile. Basilius De exercit. grammat. et Moschop. a Ducang. citati : Συφεός· τὸ χ. Unde Etym. M. p. 736, 46, intulit Turrisanus. Nicet. Chon. Hist. p. 263, D : Εἰς συφεὸν ... εἰς ἕνα σταθμόν· ubi metaphrastes χοιρομάνδρα.]

[Χοιρόνους, ὁ, ἡ, Qui mente porcina est, Porco similis. Const. Manass. Chron. 6141 : Τὸν κτηνωδέστατον, τὸν ἄντικρυς χοιρόνουν· ubi v. l. χειρόνουν.]

Χοιροπίθηκος, ὁ, Simia porcaria, Gazæ ap. Aristot. H. A. 2, [11].

Χοιροπωλέω, Porcum vendo. Dicitur etiam femina χοιροπωλεῖν, quum suum vendit porcum et quæstui habet, cuivis eum prostituens. Ex quo proverb. Ἀκροκορινθίᾳ ἔοικας [Recte ἃ Κορινθία ἔοικε in Prov. Coisl. 6] χοιροπωλήσειν, pro ἔοικας μισθαρνήσειν ἐν Κορίνθῳ· multæ enim illic meretrices erant. Atque adeo Corinthiis peculiaris esse videtur usus iste vocabuli χοῖρος pro Pudendo muliebri. Suid. [s. v. Χοῖρος.]

Χοιροπώλης, ὁ, Porcorum venditor, Qui porculos venditat. Aristoph. Ach. [818] : Ἄνθρωπε, ποδαπός; Heus tu, cujas es? Respondet alter, Χοιροπώλας Μεγαρικός. [Ex ejusdem Ὥραις (fr. 485) annotavit Pollux 7, 187.]

Χοῖρος, ὁ [et ἡ], Porcus, Sus, ὗς s. σῦς. [Etym. M. p. 812, 52 : Χ. παρὰ τὸ χοῦν ἐρευνῶν χόϊρος καὶ συναιρέσει χοῖρος· ἢ παρὰ τὸ τοῦ χείρονος ἐρᾶν. Eædem ineptiæ ap. Chœrob. In Psalm. p. 33, 12. Hom. Od. Ξ, 73 : Ἐς συφεούς, ὅθι ξύνεα ἔρχεται χοίρων.] Plut. [Mor. p. 692, B] : Ἐκτεμεῖν καὶ τοὺς χοίρους. Plato Rep. 2, [p. 378, A] : Θυσαμένους οὐ χοῖρον, ἀλλά τι μέγα καὶ ἄπορον θῦμα, Non porcum, sed magnam aliquam et ægre parabilem hostiam. Aristoph. Pl. [307] : Ὑμεῖς δὲ γρυλλίζοντες ὑπὸ φιληδίας Ἕπεσθε μητρὶ χοῖροι. Ubi nota de porcis juvencis dici, qui matrem adhuc sequuntur, ut Aristoph. grammaticus ἐν τῷ Περὶ ἡλικιῶν scribit τῶν συῶν τὰ μὲν ἤδη συμπεπηγότα, vocari δέλφακας : χοίρους autem, τὰ ἁπαλὰ καὶ ἔνικμα : ideoque τὰ τέλεια convivis apposita fuisse, ut ap. Hom., Τά τε δμώεσσι πάρεστι Χοίρε', ἀτὰρ σιάλους γε σύας μνηστῆρες ἔδουσι. [Galen. vol. 11, p. 171 : Χοῖρον ἐξαιρέτως ὠνόμαζον οἱ παλαιοὶ τὸν μικρὸν λίαν.] De ejusdem animantis ætate ita Cratinus : Ἤδη δέλφακες, χοῖροι δὲ τοῖσιν ἄλλοις. [Æschylus fr. 321 (ap. Athen. 9, p. 375, D) : Χοῖρον εὐθηλούμενον· et χ. ἠφευμένος. Ib. : Θύσας δὲ χοῖρον τόνδε τῆς αὐτῆς ὑός. Sic Xenoph. Anab. 7, 8, 5 : Ὁλοκαύτει χοίρους τῷ πατρίῳ νόμῳ· Rep. Lac. 15, 5 : Ἀπὸ τόκου χοῖρον (ad sacrificia sumit)· OEc. 17, 10 : Ἀδροὺς χ. Demosth. p. 1269, 10 : Τοὺς ὄρχεις τοὺς ἐκ τῶν χοίρων οἷς καθαίρουσι (prytanes concionem). Sext. Emp. p. 183 : Σαράπιδι χοῖρον οὐκ ἂν θύσειέ τις, Ἡρακλεῖ

δὲ καὶ Ἀσκλῃπιῷ θύουσι.] Fem. etiam genere usurpatum reperitur, idque Ionico more, ut testatur Athen. 9, [p. 375, D] afferens ex Hipponacte, Σπλάγχνοισιν ἀγρίας χοίρου. [Χοῖρος θήλεια Theophan. Nonn. vol. 1, p. 380.] Ib. ex Ptolemæo, Χοῖρον υἱὸν ἔχοντα. [Χοίρων ἀγέλη ap. Matth. 8, 30. Figurate ib. 7, 6 : Μηδὲ βάλητε τοὺς μαργαρίτας ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν χοίρων· de quo v. quæ ex Patribus collegit Suicerus.] Porro de porco aut porca juvenca dici Aristoph. rursum indicat Ach. [781], ubi quidam interroganti, Αὕτα 'στὶ χοῖρος; respondet, Νῦν γε χοῖρος φαίνεται, Ἀτὰρ ἐκτραφείς γε, κύσθος ἔσται πέντ' ἐτῶν· et mox dicenti, κέρκον non habere, respondet, Νέα γάρ ἐστιν, ἀλλὰ δελφακουμένα, Ἕξει μεγάλαν τε καὶ παχεῖαν κἠρυθράν. Ubi nota prius vocari χοῖρον, ejusmodi porculum, postea Adultum nominari δέλφακα. Sed ludit ibi in ambiguo Aristoph., χοίρου vocabulo innuens etiam τὸ γυναικεῖον αἰδοῖον. Ideoque ibid. quidam, sublatis puellæ vestibus, et monstrato pudendo, dicit, Ἢ οὐ χοῖρος ἔσθ' ἅδ'; Et mox id ipsum τὸ αἰδοῖον esse ait χοῖρον Ἑλλάνων νόμῳ, i. e. χοῖρον a Græcis nuncupari. Quamobrem alter subjungit, Ἀλλ' ἔστιν ἀνθρώπου γε, Ita, est χοῖρος, sed est χοῖρος hominis. Cujus signif. Varro quoque meminit, sic scribens R. R. 2, 4 : Nam et nostræ mulieres, maxime nutrices, naturam qua feminæ sunt, in virginibus appellant porcum, et Græce χοῖρον : significantes esse dignum insigni nuptiarum; in conjunctione enim nuptiali porcus immolatur. Idem aliquanto post ait Porcus Græcum esse nomen antiquum, sed obscuratum, quod nunc eum vocent χοῖρον. [Hesych. (post Χοιροκομεῖον, quod exp. λεπτόν τι πλεκτόν) : Χοῖροι· ὁμοίως, ἢ καὶ αὐτὰ τὰ ζῶα οἱ χοῖροι. Χοῖρος· χοιρόσακα (?), μηχάνημά τι οὕτως ἐκαλεῖτο.] ‖ Χοῖρος est etiam nomen Nilotici piscis. Athen. [7, p. 312. ‖ Χοῖρος, nomen pr. ap. Herodot. 7, 170, Pausan. 5, 26, 5, et in inscrr. ap. Bœckh. 7593, 8378, vol. 4, p. 131, 223.]

[Χοιρόσακα. V. Χοῖρος.]

[Χοιροσπαθέω, Porcos s. Sues occido. Schol. Aristoph. Ran. 341 : Διὰ τὸ χοιροσπαθεῖν τοῖς Θεσμοφορίοις. Est recentioris linguæ verbum.]

Χοιροσπέλεθος, ὁ, Succerda, Stercus porcinum. Ita cognominatur Anchusæ species quædam, ut patet ex Paulo Ægin. 7, 17, sic scribente in βοτανικῷ quodam emplastro : Λαπάθου, ῥυπελαίου, ἀγχούσης τῆς χοιροσπελέθου (ἐστὶ δὲ ἡ ὀνόκλεια), ἑπτανεύρου, ἀρνογλώσσου, ἀνὰ ϛ γ'. Hujus autem onocleæ anchusæ meminit Plin. 22, 20, 21, et ante eum Diosc. 4, 23; neuter tamen facta hujus vocab. χοιροσπέλεθος mentione.

[Χοιροστρόφιον. V. Χοιροτροφεῖον.]

[Χοιροσφαγεῖον, τὸ, Confectorium, Gl.]

Χοιροσφάγος, ὁ, Porcorum jugulator, Qui porcos jugulat et mactat. Hesychio θύτης : qui ea expositione videtur innuere, χοιροσφάγον nominari proprie Eum qui in sacrificiis porcos mactat.

[Χοιροσφάκτης, ὁ, i. q. χοιροσφάγος. Eustath. Opusc. p. 356, 80 : Τῷ χ. Μιχαήλ.]

Χοιροτροφεῖον, τὸ, Locus in quo porculi aluntur s. nutriuntur saginanturque, χοιροκομεῖον supra. Pollux 7, [187] : Συφεὸς, ὑφεὸς, σύφος, χοιροκομεῖον· χοιροτροφεῖον δὲ ὅ τε σύφος καὶ πλέγμα τι ἐν ᾧ χοῖροι τρέφονται· 10, c. 36, ubi agit περὶ οἰκιδίων ἐν οἷς τρέφεται τὰ ζῶα [§ 159] : Χοιροτροφεῖον δὲ, ἐν ᾧ χοῖροι τρέφονται. Ubi etiam addit, vocab. hoc uti Eupolidem et Phrynichum, idemque et χοιροκομεῖον appellari ab Aristoph. Lys. Itaque χοιροτροφεῖον ac χοιροκομεῖον dicitur modo Hara s. Stabulum in quo curantur nutriunturque porci, modo Domuncula ex vimine plexa in qua itidem saginantur porci s. porculi. [Schol. Hom. Il. Λ, 678. Hesychio est etiam περίζωμα γυναικεῖον, ubi Χοιροστρόφιον, Zona pudendi muliebris, Pergerus.]

[Χοιροφορβεῖον, τὸ, Suile. Sic συοβόσιον exp. Suidas. Χοιροφόρβιον ap. schol. Hom. Il. Λ, 678.]

[Χοιροφορέω, Porcellum fero. Phot. Lex. s. v. Περιστίαρχος p. 422, 26 : Οἱ τὰ ἱερὰ καθαίροντες περιστίαρχοι ἔξωθεν περιέρχονται χοιροφοροῦντες. In μαχαιροφοῦντος corruptum apud Suidam, genitivo ab librario posito propter ἑκάστου, a quo verba proxima incipiunt.]

[Χοιροφόρημα, τὸ, per χοιρίδιον exp. Hesych. Conf. Χοιρίημα.]

[Χοιρόφρων, ὁ, ἡ, Ad suis naturam sentiens. Tzetzes Epist. 5, p. 6. Osann.]

[Χοιροψάλης, ὁ, Cunni contrectator, i. q. χοιρόθλιψ, Bacchi epitheton ap. Clem. Alex. Protr. 25, p. 33. Schol. Æsch. Pers. 1062 : Ψάλλε ἀντὶ τοῦ τίλλε· καὶ χοιροψάλας Διόνυσος ὁ τίλλων τὰ μόρια τῶν γυναικῶν.]

[Χοιρώδης, ὁ, ἡ, Porcinus, Spurcus, Immundus, Turpiter voluptatibus deditus. Herodian. Epim. p. 153. « Joann. Chrys. Homil. 16 in Genesin ad locum Matthæi 7, 6 : Οὐ περὶ χοίρων, ἀλλὰ τοὺς χοιρώδεις τῶν ἀνθρώπων αἰνίττεται. Isidor. Pelus. Epist. 1, 143, p. 45 : Χοῖροι ... οἱ χοιρώδη βίον μετερχόμενοι. » Suicer. X. βίος etiam Method. p. 338, D.]

[Χοιρωδία, ἡ, Spurcities porcina. Schol. Aristoph. Eq. 982 : Ὑρμουσίας· τῆς χ., τῆς ἀπαιδευσίας.]

[Χόκη, ἡ, Choca, urbs Arabiæ. Ptolem. 5, 18, p. 381, 12, ubi codex unus χόκα, vulgo Κώχη.]

Χολαγωγὸς, ὁ, ἡ, i. q. χοληγὸς infra, i. e. Bilem ducens s. educens et evacuans. Galen. in Hippocr. Aphor. Comm. 4 init. : Πλεονάζει γὰρ ἐν τοῖς τοιούτοις ἅπασιν ἡ ξανθὴ χολὴ, καὶ διὰ τοῦτο ἐξάγειν αὐτὴν ἐπιχειρήσομεν ἐκείνοις τοῖς φαρμάκοις, ὅσα δι' αὐτὴν τὴν ἐνέργειαν ὀνομάζουσι χολαγωγά. [Alex. Trall. 1, p. 33; Theophan. Nonn. c. 246, vol. 2, p. 252.]

[Χολαίνω, i. q. χολάω, ut ὁρμαίνω ex ὁρμάω. Æsop. Fab. 152 Flor., 197 Cor. p. 369 : Πολλὰ αὐτῇ χολάνας. « Tzetz. 2, 570 (?). » Boiss.]

Χολαῖος, αία, αῖον, videtur significare Biliosus s. Felleus. Suidas χολαῖον dici scribit τὸ ἧπαρ, fortassis quoniam ex ejus inferiore parte cava dependet ἡ χοληδόχος κύστις, Vesicula illa quæ fellis est receptaculum.

[Χόλαπτος, ὁ, ἡ, Bile incensus. Theodor. Prodromus in *Bibl. de l'école des chartes* vol. 2, p. 413. Osann.]

[Χολαργὸς, ὁ, Cholargus. Steph. Byz. : Χολαργός (hoc accentu Meinek. : libri Χόλαργος)· οὕτω Δίδυμος καὶ Διόδωρος, Διονύσιος δὲ Χολαργεῖς (sic Meinek.; libri χολαργεῖ, χολάργη, χολάργοι) καὶ πληθυντικῶς ... μαρτυρεῖ. Ἔστι δὲ δῆμος τῆς Ἀκαμαντίδος φυλῆς. Ὁ δημότης Χολαργεύς. Ante μαρτυρεῖ lacuna est in libris : nam excidit nomen scriptoris qui gentili Χολαργεῖς usus erat. Harpocr. : Χολαργεύς· Ἰσαῖος ἐν τῷ περὶ τοῦ Κίρωνος κλήρου (p. 69, 27). Χολαργία δῆμος τῆς Ἀκαμαντίδος. Vitiosa nominis forma est Χολαργία, quæ in Χολαργεῖς potius mutanda videtur quam, quod Valesio placuit, Χολαργός. Attici enim etsi fortasse etiam Χολαργὸν demum dixerunt, tamen, ut in aliis non paucis demorum nominibus factum videmus, haud dubie plerumque Χολαργεῖς, οἱ, dixerunt. Nec Χολαργοῦ nominis exempla superesse videntur. Nam in inscr. apud Rossium in libro De demis p. 151, ubi in lapide supersunt literæ ΧΟΛΑΡΓ, non opus est ut Χολαργὸς scribatur cum editore, quum etiam Χολαργῆς esse potuerit. Adjectivi Χολαργεὺς et Χολαργεῖς exx. ex inscriptionibus collecta v. ap. Ross. p. 138, 139. Χολαργέων ὄνειδος est ap. Aristoph. Ach. 855, quo spectat Suidæ gl. Χολαργέων, qui ipse quoque demoticum pro nomine demi posuit, Χολαργεῖς δῆμος τῆς Ἀττικῆς· ἡ εὐθεῖα Χολαργεύς, haud dubie Photio præeunte in parte Lexici nunc perdita. Et Hesych. : Χολαργεῖς· δῆμος φυλῆς Ἀκαμαντίδος. Ἀρχίας Χολαργεὺς ap. Demosth. p. 605, 25. Alii ib. p. 1009, 25; 1312, 13; 1320, 91; ap. Alciphr. 1, 9. G. Dind.]

Χολὰς, άδος, ἡ, i. q. ἔντερον (ut testatur etiam Alex. Trall. in Χολέρα), i. e. Intestinum : nomine ei imposito παρὰ τὸ δέχεσθαι τὸ χολῶδες τοῦ ἥπατος. Hom. Il. Δ, [526] : Οὗτα δὲ δουρὶ παρ' ὀμφαλὸν, ἐκ δ' ἄρα πᾶσαι Χῦντο [χύντο] χαμαὶ χολάδες. [Ubi schol. : Χολάδες τὰ ἔντερα, ἐπειδὴ εἰς αὐτὰ συρρεῖ ἡ ξανθὴ χολή.] Itidemque Φ, [181] : Γαστέρα γάρ μιν τύψε παρ' ὀμφαλὸν, ἐκ δ' ἄρα πᾶσαι Χῦντο [χύντο] χαμαὶ χολάδες. [Ubi schol. similiter ut supra, sed addito ἀπὸ τῆς κοιλότητος ἢ τοῦ κεχαλάσθαι· ὅθεν καὶ κῶλον (corr. κόλον cum Lobeck. Pathol. Prol. p. 389). Mœris p. 404 : Χολάδας οἱ πρῶτοι Ἀττικοὶ, χόλικας θηλυκῶς οἱ μέσοι· « χόλικας ἑφθάς· » τοὺς χόλικας ἀρσενικῶς Ἕλληνες· ubi Sallier. : « Vult itaque Mœris nomen illud veterum Atticorum fuisse particulare. At Alex. Trall. 7, 16, p. 369, nulla eorum facta mentione, priscis omni-

bus tribuere videtur : Τὰ δὲ ἔντερα, nquit, χολάδας ἐκάλουν οἱ παλαιοὶ, ὥς φησι καὶ Ὅμηρος, λέγων « κέχυντο χαμαὶ χολάδες. » Quod et nos verisimillimum judicamus, quum eadem præterea voce utatur auctor Hymni in Mercur. v. 123 : Ὤπτα δ' ἀμφ' ὀβελοῖσι πεπαρμένα δουρατέοισι, σάρκας ὁμοῦ καὶ νῶτα γεράσμια καὶ μέλαν αἷμα, ἐργμένον ἐν χολάδεσσι· ubi de bubulis intestinis sermo est. Quam ob rem non audiendus Ammonius p. 148, qui discrimen illud inter χολάδας et χόλικας statuit, quod priori nomine *intestina*, altero *boum ventres* significentur. Χολάδες, inquit, καὶ χόλικες διαφέρει· χολάδες μὲν γὰρ τὰ ἔντερα· « Χύντο χαμαὶ χολάδες. » Χόλικες δὲ τῶν βοῶν κοιλίαι. Ἀριστοφάνης Βαβυλωνίοις « Ἤ βοιδαρίων τις ἀπέκτεινε ζεῦγος, χολίκων ἐπιθυμῶν. » Atque hanc illius sententiam Suidas et Etym. M. amplecti non dubitaverunt : cui refellendæ etsi versus jam allati satis superque esse videantur, alios ex Orpheo in Argonaut. adducere non pigebit, quibus ostenditur χολάδας de quibuslibet intestinis dici. Poeta enim, postquam de variis animalibus Medeæ jussu mactatis verba fecit, subjungit v. 962 : Αὐτὰρ ἔπειτα νήδυας ἐμπλήσας σκυλάκων, φιτροῖσιν ἔθηκα ὕδατι, μιξ δ' ὠμὰς χολάδας χεόμην περὶ βόθρον. » Aretæus p. 103, 45 (131, 13 Erm.) : Ἐντέρων τὰ μὲν ἄνω λεπτὰ καὶ χολώδεα μέσφι τοῦ τυφλοῦ χολάδες ἐπίκλην· ubi libri plerique χολώδεες pro χολάδες. Paul. Sil. Anth. Pal. 6, 81 : Ἀντιβίων ... ἐγχείην γευσαμένην χολάδων. Agathias ibid. 11, 352 : Νευρία πάντα τέτυκται ἐξ ὅιος χολάδων ἄμμιγα τερσομένων. Babrius Fab. 1, 10 : Λέοντος ὑγραῖς χολάσιν.] Menander ap. Athen. 12, [p. 549, C] de Dionysio Heracleota : Μόνος μοι θάνατος οὗτος φαίνεται Εὐθάνατος, ἔχοντα πολλὰς χολάδας κεῖσθαι παχύν. [Metrum postulat χολλάδας, quod restituit Schweigh. : quam formam Atticis tribuere videtur Phryn. in Bekk. Anecd. p. 72, 19 : Χολλάδες· διὰ δυοῖν λλ, αἱ τῆς γαστρὸς διὰ παχύτητα ἐπιπτύξεις. Ὅμηρος δι' ἑνὸς τὰ ἔντερα· et gramm. in Bachm. Anecd. vol. 1, p. 418 : Χολλάδας διὰ τῶν δύο λλ, τὰς ἐν ταῖς λαγόσι σάρκας. Οὕτως Φερεκράτης.] Aristoteli H. A. 1, 13, χολὰς est τὸ κενὸν ὑποχονδρίου καὶ λαγόνος, Cavum hypochondriorum et ilium. Gaza Cholaginem interpr. Hesych. χολάδας appellari τὰ ἔντερα scribit ἀπὸ τοῦ κεχαλᾶσθαι [κεχαλάσθαι], alii etiam quasi κοιλάδας nominatas volunt.=Eidem Hesych. χολὰς [quod ex Χόες corruptum esse conjecit Maussacus] est etiam ἑορτὴ Διονύσου, Festum in honorem Bacchi. [|| Corrupte apud eundem Χαλάδες (χολάδες Musurus contra seriem)· τὰ ἔντερα· ἢ λιθώδεις. Χαλάδος· λιθώδης, ἐξέντερος (ἢ ἔντερον Guyet.)· ubi quod de lapidibus dicit spectat ad χέραδος.]

[Χολᾶς, ὁ, Cholas. Eustath. p. 728, 48 : Τὸ στίμμι, ὃ δηλοῖ τὸν καὶ παρὰ τοῖς παλαιοῖς καὶ παρὰ τοῖς ἄρτι δὲ χολᾶν, ὃν κόχλον ἡ γυναικεία γλῶσσα φιλεῖ καλεῖν. || Plin. H. N. 37, 18 : « Juba est auctor, smaragdum, quem Cholan vocant in Arabia, ædificiorum ornamentis includi, et lapidem, quem Alabastriten Ægyptii vocant. » « Χολὸς, vel χολὴ, genus smaragdi fellei coloris. Libri quidem habent *cholan*. Frustra est, quod *chloeron*, aut *chloron*, scribendum existimant. Nam hoc proprium omnium smaragdorum. » Salmas. in Solin. p. 140, E.]

[Χολάφινος vitiose pro χολοβάφινος, quod v.]

Χολάω, Bile mihi accenditur jecur, Bile mihi jecur tumescit s. turgescit, i. e. Ira inflammor, Irascor. [Pollux 2, 214. Nicand. Ther. 140 : Ὁπότε ... ἀνδρὸς ἐνισκίμψῃ χολόων (ὄφις) γυιοφθόρον ἰόν· quod schol. exp. πλήρης ὢν χολῆς.] Lucian. [De calumn. c. 27] : Ἄνθρωπος δὲ καὶ αὐτὸς ἦν, καὶ χολᾷν [nunc χολὴν ex aliis codd.] εἶχε· καὶ ἠγάπα τινὰς καὶ ἐμίσει· de Aristide. Paulo ante dixerat, Ἀλλ' ὅμως κἀκεῖνος συνέστη ἐπὶ τὸν Θεμιστοκλέα, καὶ συμπαρώξυνε τὸν δῆμον. Cum dat. etiam junctum reperitur, ut synonymum ὀργίζεσθαι. Jo. 7, [23] : Εἰ περιτομὴν λαμβάνει ἄνθρωπος ἐν σαββάτῳ, ἵνα μὴ λυθῇ ὁ νόμος Μωσέως, ἐμοὶ χολᾶτε ὅτι ὅλον ἄνθρωπον ὑγιῆ ἐποίησα ἐν σαββάτῳ; Mihi irascimini? Mihi indignamini et succensetis? Adversum me vobis jecur bili exardescit? Porro annotat schol. Aristoph. [Pl. 12] χολᾶν in communi lingua esse τὸ θυμοῦσθαι, Atticis autem τὸ μαίνεσθαι, Insanire, Furere, ut i. sit q. μελαγχολᾶν. [Lucian. Lexiph. c. 20 : Τῶν χολωτῶν τινὶ φάρμακον τουτὶ κερασάμενος. Emendandum χολώντων. Valck.] Quo modo accipi potest in hoc l. Stratonis ap. Athen. 9, [p. 382, C] ubi cuidam roganti Πόσους κέκληκας μέροπας ἐπὶ δεῖπνον; λέγε, respondet alter, Ἐγὼ κέκληκα μέροπας ἐπὶ δεῖπνον; χολᾷς· ut furere s. insanire eum dicat, qui interroget quot meropes ad cœnam invitarit : intelligens aves, quum alter μερόπων nomine homines acciperet. Eadem interpret. convenire potest huic ap. Suid. l., quem sine auctoris nomine, sine expositione etiam affert [Aristoph. Nub. 833] : Σὺ δ' εἰς τοσοῦτον τῶν μανιῶν ἐλήλυθας, Ὥστ' ἀνδράσι πείθῃ χολῶσι. Nisi forte pro Iratis accipiendum potius sit hoc χολῶσι. [Fallitur. Est *insanientibus*, ut exp. Thom. M. p. 916. De ira dictum annotavit Antiatt. in Bekk. An. p. 116, 8 : Χολᾶν· ὀργίζεσθαι. Ἀντιφάνης. Et sic Epicrates ap. Athen. 6, p. 262, E : Ὁ δὲ χολᾶν ποιεῖ. Cum ὀργίζεσθαι conjunxit Nicostr. ap. Stob. Flor. 70, 12, p. 427, 12 : Οὔτε ὀργιζόμενον οὔτε χολῶντα. Suidas : Χολῶ· δοτικῇ.] At pro χολάοντα, quod ap. Hesych. legitur, exponiturque ἀνθοῦντα, reponendum χλοάοντα.

[Χολέδρα. V. Χολέρα.]

[Χολεμεσία. Χολεμετέω. V. Χολημ—.]

Χολέρα [De accentu v. Lobeck. Paralip. p. 355], ἡ, Morbus in quo bilis vel exernitur vel evomitur. [Pollux 2, 214.] Est perturbatio, ait Gorr., ventris immodica bilem per vomitus et dejectiones excernentis ex continua ciborum cruditate [V. Paul. Æg. 3, 39] : morbus peracutus, ut qui quarto ad summum die finiatur. Sunt autem ejus symptomata, præter vomitus et dejectiones bilis frequentissimas, defectus animi, sudores exigui, sitis, pulsus vermiculantes, musculorumque manuum ac pedum, maxime vero surarum, contractio et tensio. Idem morbus quibusdam accidit certis intervallis, omnemque corporis redundantiam educit, una cum vitiosis humoribus magnam quoque bonorum partem evacuans : tantus est impetus tantaque vis erumpentis humoris biliosi. [Χολέραι in ætate progressis ex flava bile, Hippocr. Aphor. 3, 30. Foes.] Sunt porro qui negent hanc χολέραν dictam ἀπὸ τῆς χολῆς, sed ἀπὸ τῶν χολάδων, præsertim quum aliquando in hoc morbo nihil bilis excernatur. Quam suam opinionem Alexandri Trall. l. 7, [14, p. 369] auctoritate tueri nituntur, qui quum χολέρα esse dixisset ἄμετρον ἐκτάραξιν διὰ γαστρὸς καὶ ἐμέτων γινομένην ἐπ' ἀνατροπῇ καὶ κακώσει τοῦ στομάχου, subjungit hæc de etymo et ratione nominis : Μὴ ὑπολάβῃ δέ τις χολέραν καλεῖσθαι τὸ πάθος ὅτι ὑπὸ χολῆς εἴωθε γίνεσθαι πάντως, ἀλλ' ἐπειδὰν διὰ τῶν ἐντέρων ἐθεώρουν ἐκκρινομένην τὴν διὰ γαστρὸς προσφερομένην ὕλην· quæ sc. ἔντερα, i. e. Intestina, appellantur a veteribus Græcis χολάδες. Ego cum Gorræo potius sentio, nec cum eo solum, verum etiam cum Celso, qui παρὰ τὴν χολὴν denominatam τὴν χολέραν innuit his verbis, 4, 11 : Primoque facienda mentio est choleræ, quia commune stomachi atque intestinorum vitium videri potest. Nam simul et dejectio et vomitus est, præterque hæc inflatio : intestina torquentur : bilis supra infraque erumpit, primum aquæ similis, deinde ut in ea recens caro lota esse videatur, interdum alba, nonnunquam nigra vel varia : ergo eo nomine morbum hunc χολέραν Græci nominarunt. Hesych. quoque huc facere videtur quum χολέραν esse dicit ἔκκρισιν κάτωθεν διὰ γαστρὸς, καὶ ἄνωθεν διὰ στόματος ἔμετον, procul dubio subaudiens gen. χολῆς. [Similiter Cyrillus, glossa, ut videtur, sumta ex LXX Num. 11, 20, vel Sir. 31, 23; 37, 33.] Porro duplicem facit χολέραν Hippocr. De victu acut. morb., nimirum ξηρὰν et ὑγράν : de quibus hæc ibi Galen. Comm. : [Τὴν ἁπλῶς ὀνομαζομένην ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων χολέραν, ὑγρότητι διορίζει τῆς ξηρᾶς χολέρας· ὀνόματι δὲ κοινῷ κατ' ἄμφω κέχρηται, πρὸς τὸν τῆς γενέσεως τρόπον ἀποβλέπων ὄντα κοινόν.] Ὡς γὰρ ὑγρὰ χολέρα γίνεται δριμέων χυμῶν ἐκ τῆς διαφθορᾶς τῶν ἐδηδεσμένων γεννηθέντων, οὕτως ἡ ξηρὰ πνεύματος φυσώδους δριμέος. [Διὸ καὶ τὰ πλησιάζοντα τῇ γαστρὶ νευρώδη σώματα δακνόμενά τε καὶ τεινόμενα, πόνον ποιοῦσι. Verum χολέρη simpliciter dicta choleram humidam indicat, quæ fit ab acribus, serosis et biliosis humoribus, qui ex acrium ciborum corruptione generantur. Sic enim αἴγεια κρέα χολέρην ποιέειν scribit Hippocr.

p. 404, 47, carnes caprinas choleram gignere. Et rursus ibid. l. 53, porcinas carnes χολώδεις esse scribit, hoc est, ut exponit Galen., χολέρας ποιητικὰς, ob eam quam habent acrimoniam. Choleram namque gignunt humida et acria alimenta, quæ statim corrumpuntur, acresque succos pariunt, qui vellicant et mordent viscerum ora quæ ad ventriculum pertinent, itaque fluxionem ex toto corpore irritant, qua biliosa et acria vomitu et dejectione educuntur, ut ibid. scribit Galen. in Comment. Cholera vero sicca dicitur quæ fit ex spiritu flatuoso et acri in ventriculo collecto, qui nervosa corpora quæ sunt circa ventriculum intercipit, vellicat et extendit. Unde fit quædam imago choleræ humidæ. Eam sic ibidem describit Hippocr. p. 404, 55 : Χολέρης δὲ ξηρῆς ἡ γαστὴρ πεφύσηται, καὶ ψόφοι ἔνεισι, καὶ ὀδύνη πλευρέων καὶ ὀσφύος. Διαχωρέει δὲ οὐδὲν κάτω, ἀλλ' ἀπεστέγνωται. Cujus etiam paulo prius ibidem meminit lin. 38, quum propter silphii flatuosam et acrem alimoniam choleram siccam fieri scribit. Atque ibi Galen. optime utriusque choleræ differentiam statuit verbis supra appositis. Choleram etiam vocat Celsus 4, 11, et 2, 1, ex Aphorism. 3, 30. Χολέρα etiam inde apud Hippocr. pro critica aut effusa ventris perturbatione sumitur, ex qua biliosa vomitu et secessu refunduntur, velut p. 379, 54, et p. 134, E : Τὰ λειπουρικὰ μὴ χολέρας ἐπιγενομένης οὐ λύεται. Foes. Sext. Emp. p. 22 : Ὑπὸ Λεσβίου οἰναρίου εἰς χολέραν περιτρέπεσθαι, et χολέρα ἡλίσκετο ib. p. 23. || Hesych. : Χολέρα· σωλὴν δι' οὗ τὸ ὕδωρ ἀπὸ τῶν κεράμων φέρεται καὶ ἐξακοντίζεται. De tubo Apollod. in Math. vett. p. 37 : Κάμαξ ... ἐκκεχολαμμένος κοιλάσματι ἡμικυκλίου χολέρας τὸ σχῆμα. Sed ap. Philon. ib. 98 : Χολέδραις ἄνωθεν κατασκευάσας, ut ap. Eutoc. In Archimed. est p. 145 : Πιναχίσκοι ἐπωστοὶ ἐν χολέδραις· ubi pariter de tubis vel strigibus dictum est. Et ap. Horapoll. Hierogl. 1, 21 : Τὰς χολέδρας καὶ τοὺς εἰσαγωγεῖς τῶν ἱερῶν κρηνῶν λεοντομόρφους κατεσκεύασαν οἱ ἀρχαῖοι τῶν ἱερατικῶν ἔργων ἐπιστάται. Recte χολέρας Pauwius, quem v. p. 312 et Keuchen. ad Frontin. p. 253.]

Χολεριάω, Laboro cholera. [Suidas : Χολέρα, καὶ Χολεριῶ ῥῆμα.] Galen. τῶν Κατὰ τόπους 7, 5 : Δίδου σὺν ὕδατι θερμῷ κυάθοις δυσὶν, χολεριῶσι σὺν ὕδατι ψυχρῷ. Itidem Diosc. 1, 161, de malis cotoneis : Χρήσιμα κοιλιακοῖς καὶ δυσεντερικοῖς καὶ ἐμπυϊκοῖς καὶ χολεριῶσι, μάλιστα ὠμὰ, Cholera laborantibus, Cholericis ; iidem enim χολεριῶντες dicuntur qui χολερικοί. [Plutarch. Mor. p. 974, B.]

Χολερώδης, δ, ἡ, et Χολέρικὸς, ἡ, ὸν, ut ἀλγεῖν χολερώδη τρόπον dicitur Qui sentit dolores similes eorum doloribus qui cholera vexantur. Hippocr. Coac. Progn. [p. 205, E] : Αἱ προαλγήσασαι τρόπον χολερώδεα πρὸ τῶν τόκων, τίκτουσι μὲν ῥηϊδίως, πυρέξασαι δὲ, κακοήθεες. [Χολερώδεις Oribas. p. 18, 33 ed. Matth.] Item et χολερικὰ πάθη dicuntur Affectus s. Morbi quales sunt cholera laborantium, Epid. 5, [p. 1157, D] : Βίαντι τῷ πύκτῃ, φύσει πολυβόρῳ ἐόντι, ξυνέβη ἐμπεσεῖν εἰς πάθεα χολερικὰ ἐκ κρεηφαγίης. [Sext. Emp. p. 34 : Ἀπεψιῶν καὶ χ. παθῶν. Et τὰ χολερικὰ simpliciter Hippocr. p. 1230, A.] Item χολερικοὶ dicuntur Qui sunt obnoxii choleræ s. τοῖς χολερικοῖς πάθεσι, quos Latini etiam Cholericos vocant. Diosc. 4, 4, de polygono : Ἁρμόζει δὲ αἱμοπτυϊκοῖς, καὶ τοῖς κατὰ κοιλίαν ῥεύμασι, χολερικοῖς τε καὶ στραγγουριῶσι. [Oribas. p. 61 Matth. : Τῶν χολερικῶν ἴαμα. || Adv. Χολερικῶς ap. Diog. L. 6, 76 : Πολύποδα φαγόντα ὠμὸν χολερικῶς ληφθῆναι καὶ ὧδε τελευτῆσαι· ubi Casaub. χολερικῷ (sc. πάθει) corrigebat. In Cobeti editione χολερικῇ, fortasse ex conjectura.]

Χολὴ, ἡ, Bilis, Fel. Est omnis humor in nobis calidus, siccus. Isque duplex : unus, naturalis, qui χολὴ simpliciter dicitur : alter, qui a naturæ mediocritate recedit. Naturalis ille dicitur qui sanguini mistus, utilis est alendo corpori, colore flavus aut suppallidus, sapore amarus, consistentia tenuis, et flori vini similis, viribus calidus et siccus. At quæ a naturæ modo bilis recessit, jam non simpliciter bilis dicitur, sed addito nomine vitium designante. Multiplex enim est, quod magna sit excessus caloris et aliarum qualitatum latitudo. Sunt autem hujus istæ fere omnes differentiæ, quarum medici meminerunt, a colore aut consistentia nominatæ. [De his differentiis plurima dixit Galenus, cujus loci collecti sunt in Indice editionis Kühnii vol. 20, p. 89—93. Nos satis habemus unum apposuisse, qui memorabilis est propter ea quæ de usu loquendi observavit Galenus, vol. 9, p. 525 : Χλωρὰς γλώττας εἴρηκεν, ὡς ἐν τῷ βίῳ συνήθως ὀνομάζουσιν ἄνθρωποι, χλωρούς τινας ἑωρακέναι φάσκοντες, οἷς ἂν ἐπὶ τὸ χολωδέστερον ἡ χρόα μεταβάλλῃ, τῆς ὠχρᾶς δηλονότι χολῆς. Ταύτην γὰρ ἁπλῶς ὀνομάζουσιν, οὐχ ὥσπερ τὰς ἄλλας μετὰ προσθήκης, ἤτοι μέλαιναν ἢ ἰώδη καλοῦντες, ἢ ἐρυθρὰν, ἢ ξανθὴν, ἢ λεκιθώδη. Ἐγγυτάτω μὲν οὖν ἐστι καὶ τοῦ αὐτοῦ σχεδόν τι γένους ἡ ξανθὴ χολὴ τῇ ὠχρᾷ. Λέγουσι δὲ τοὐπίπαν ἄνευ τοῦ προσθεῖναι τὴν ὠχρὰν, ἁπλῶς οὕτως χολὴν ἐμεμηκέναι τὸν ἄνθρωπον. Ἐπὶ δὲ τῆς ξανθῆς σπανίως ἔστιν εὑρεῖν ἁπλῶς τινα λέγοντα· προστιθέασι γὰρ εὐθέως αὐτῇ τὸ τοῦ χρώματος ὄνομα, ξανθὴν χολὴν ἐμεμηκέναι τόνδε τινὰ λέγοντες ἢ ἄκρατον χολήν. Ἰώδη δὲ καὶ μέλαιναν χολὴν οὔτ' ἰατρός τις οὔτ' ἰδιώτης ὠνόμασεν ἄνευ προσθήκης, ὥσπερ οὐδὲ ἰσατώδη καὶ πρασοειδῆ καὶ λεκιθώδη· καὶ γὰρ ταῦτα χολῶν ὀνόματά εἰσιν ὑπό τινων ἰατρῶν εἰρημένα παρωνύμως ταῖς χρόαις ἃς ἔχουσιν. Οὕτως δὲ καὶ τὴν ἐρυθρὰν χολὴν ὀνομάζουσιν αἵματος οὖσαν ὀρρόν· ἡ δὲ λεκιθώδης τῆς ξανθῆς παχυνθείσης γίνεται χολῆς, καθάπερ ἡ ὠχρὰ προσλαβούσης ὑδατώδη τινὰ οὐσίαν.] Ἐρυθρὰ, Rubra : quæ vel sanguinis serum est acre et mordax, vel ad tenuem sanguinem consistentia proxime accedit : sed quoniam non concrescit ut sanguis, extra vasa effusa, idcirco bilis vocatur. [V. Galen. vol. 3, p. 167.] Ἰσατώδης, Glastea, s. Glastum colore cæsio referens, qui quidem magis est colore brassicæ fuscus. Acerrima autem ea est, calidissima et mordacissima, jam atræ bili consistentia, colore et viribus proxima : extremamque inter omnia bilis genera malignitatem obtinet. [V. Galen. vol. 3, p. 167.] Ἰώδης, Æruginosa s. Æruginis colore, quæ viridis est : valde acris, calida et mordax est, et proxima isatodei, sed nondum tam maligna. [V. Galen. l. c. Ἰώδης καὶ φαιὰ χολὴ ib. p. 102.] Κυανῆ, s. κυανίζουσα, Cœrulea : quæ cum isatode videtur esse eadem ; est enim isatidis color hujusmodi. Λεκιθώδης, Vitellina, h. e. Ovorum crudorum vitello colore et consistentia similis : crassa autem ea est et summe flava, media fere inter naturalem bilem et eam quæ ad summam malignitatem pervenit. Μέλαινα, Nigra s. Atra : quæ bilis genus jam excessit, et in alia humoris specie continetur. [De atra bile singulari libello egit Galenus vol. 3, p. 165 seqq.] Ac χολὴ μέλαινα dicitur quidem communi signif. Omnis humor crassus et niger, sive sanguinis limus fuerit, sive sanguis ustus, sive bili supra modum torrida, sive alio quovis modo genitus : verum proprie sic appellatur Humor præter naturam ex ustione redditus mordax, acidus, acerbus, splendidus, exedens, malignus : qui effusus in terram, ebullit, eamque fermenti et aceti modo attollit, et ulcera insanabilia excitat : tamque insuavis est ut eam nec musca, nec mus, nec aliud quodvis animal degustare velit. Hæc autem ἀκριβὴς μέλαινα χολὴ manifesto distincta est ἀπὸ τοῦ μελαγχολικοῦ s. μέλανος χυμοῦ : hic enim inter elementa corporis censetur cum sanguine confusus ad generationem nutritionemque animalis, nihil habens acidi, nihil acris, nihil erodentis, sed veluti sanguinis limus, fæci vinorum crassorum proportione respondet. Eum lien ad se attrahit, jecur et sanguinem expurgans, eoque ad sui nutritionem alterato utitur, ejusque reliquias ad ventriculum expellit, una cum aliis excrementis vacuandas. Veruntamen si diutus in corpore retineatur (per alvum enim aut vomitum excerni solet), nec vacuetur per meatum aliquem visibilem aut occultum, jecur gravat et debilitat, transmutaturque et putrescit, et a febre inflammante uritur : fitque bilis illa atra exquisita, de qua modo diximus. Ξανθὴ, Flava : proxime ad naturalem bilem accedens, quam mediam esse oportet inter pallidam et flavam. Ὀρφνώδης, Obscura : quod bilis epitheton habetur ap. Galen. Comm. 4 in lib. 6 Epid., videturque significare τὴν κυανῆν καὶ τὴν ἰσατώδη. Πρασοειδὴς s. πρασώδης, Porracea : viridis ea est ut ἡ ἰώδης : sed illa a

vehementiore calore acrior, mordacior, crassior : πρασώδης vero, multo minus acris, mordax crassaque est. Πυῤῥὰ, Rufa : quæ quum fiat a calore minus intenso quam flava, rufus autem color inter pallidum et flavum medius sit, fit ut propter colorum vicinitatem sæpe nomina ipsa confundantur, ut scribit Galen. De cris. 1, 12. Ὑγρὰ, Liquida, h. e. multo sero aut alio humore perfusa. Ὑδατώδης, Aquosa : eadem cum τῇ ὑγρᾷ. Ὑπέρυθρος, Subrubra : quæ cum sanguinis sero aut tenuiore sanguine mistam habet substantiam alterius a sanguine coloris. Φαιὰ, Fusca : eadem quæ et ὀρφνώδης et κυανέη dicitur. Χλωρὰ, Viridis vel Pallida ; utrumque enim significat τὸ χλωρὸν, ut supra ex Galeno docuimus. Sed quæ proprie viridis est, bile pallida et crocea tingitur. Ὠχρὰ, Pallida : omnium moderatissima et minimum calida, amara mordaxque : humidior minusque flava, ut quæ permistum habeat pituitosum humorem tenuem, vel aquosum aliquod excrementum. Hæc nomine bilis, quum absolute et sine alia adjectione dicitur, frequentius quam flava intelligitur, quoniam minorem caloris excessum, qui omnis contra naturam est, significat. Gorr. Porro notandum est, hoc vocab. non semper promiscue significare Bilem vel Fel, sed alicubi quidem denotare Bilem, alicubi Fel. Bilem, ut ap. Plutarch. [Mor. p. 468, B] : Ὥσπερ οἱ Σοφοκλέους ἰατροὶ Πικρὰν χολὴν κλύζουσι φαρμάκῳ πικρῷ, Amaram bilem eluunt pharmaco amaro. Fel, ut ap. Eund. [p. 552, F] : Ὑαίνης χολὴ καὶ φώκης πυτία, θηρίων τἄλλα μιαρῶν, ἔχουσί τι πρὸς τὰς νόσους χρήσιμον. Et alibi [p. 86, D] : Χολαῖς καὶ πυτίαις ἰατρευόμενοι, Animantium fellibus et coagulis. [Diodor. 4, 11 : Εἰς τὴν χ. (hydræ Lernææ) ἀπέβαπτε τὰς ἀκίδας.] Interdum tamen utrumque simul hoc vocabulo significatur, veluti quum ap. eund. Plut. [p. 94, D] et Athen., nec non apud Medicos aliquis dicitur χολὴν ἐμεῖν, Bilem vomere s. Fel. Et rursum quum Comicus quidam [Alexis] ap. Athen. init. 6 dicit, Ταῦτ' οὐχὶ πικρότερ' ἐστὶν αὐτῆς τῆς χολῆς; An non hæc ipsa bile et ipso felle amariora sunt? insignis enim fellis bilisque est amaror, ut ex supra dictis patet. [Χολὴ non legitur apud Homerum, qui sæpe χόλος dixit. Archilochus ap. Athen. 3, p. 107, F : Χολὴν γὰρ οὐκ ἔχεις ἐφ' ἥπατι. Æsch. Prom. 495 (si hic versus scriptus ab Æschylo est) : Χολῆς λοβοῦ τε ποικίλην εὐμορφίαν. Eur. El. 828 : Δοχαὶ χολῆς. Id. in fragm. ap. Sext. Emp. p. 285 : Μῶν κρυμὸς αὐτῆς πλευρὰ γυμνάζει χολῆς; quod Sext. exp. : Πυνθάνεται μή τι πλευριτικὴ γέγονε διὰ τὸ τοὺς πλευριτικοὺς βήσσοντας ὑπόχολον ἀνάγειν. Thucyd. 2, 49 : Ἀποκαθάρσεις χολῆς. Plato Rep. 8, p. 564, B : Οἷον περὶ σῶμα φλέγμα τε καὶ χολή· Tim. p. 83, C : Μελαίνης χολῆς ὀξείας τε. Numero plurali Soph. Ant. 1010 : Μετάρσιοι χολαὶ διεσπείροντο. Plato Tim. p. 82, E : Χολὰς καὶ φλέγματα ἴσχει παντοῖα.] Dicitur χολὴ etiam ἐπὶ τῆς ὀργῆς, ut Lat. quoque vocab. Bilis. [Hesych. : Χ., μανία πικρά. Χολὴ πικρίας est ap. Lucam Act. 8, 23.] Ita enim Plautus : Fames et mora bilem in nasum conciunt. Pers., Acri bile tumet. Idem, Commota fervere bile ; et rursum, Calido sub pectore mascula bilis Intumuit. Horat., Tumet bile jecur. Rursum Plaut., Atra bili percita est. [Æsch. Choeph. 184 : Κἀμοὶ προσέστη καρδίας κλυδώνιον χολῆς· Ag. 1660 : Δαίμονος χολῇ βαρείᾳ δυστυχῶς πεπληγμένοι. Aristoph. Pac. 66 : Ἃ δ' εἶπε πρῶτον ἡνίχ' ἦρχεθ' ἡ χολὴ, πεύσεσθε. Theocr. 23, 13 : Τᾷ δὲ χολᾷ τὸ πρόσωπον ἀμείβετο. Cum ὀργὴ conjunctum ap. Demosth. p. 778, 8 : Οὐδεὶς ὑμῶν χολὴν αὐδ' ὀργὴν ἔχων φανήσεται.] Athen. 3, [p. 107, F] : Οὐκ ὤου με χολὴν ἔχειν. Apud Eund. 11, ex Comico quodam [Pherecrate, p. 481, A] : Κινεῖται γὰρ εὐθύς μοι χολὴ Ἐξ οὗπερ ἔπιον ἐκ τοιαύτης (μικρᾶς κύλικος) φάρμακον, Statim enim mihi bilis in nasum concitur. Itidem ap. Aristoph. Ran. init., Bacchus famulo suo cavendum monet ne dicat se πιέζεσθαι, subjungens, Πάνυ γὰρ ἔστ' ἤδη χολὴ, Admodum enim acri bile mihi jecur jam tumet. [Rectius Phryn. in Bekk. Anecd. p. 73, 1 : Χολή ἐστιν· οἷον ἀηδὲς καὶ προσκορές. Ἀριστοφάνης.] Et Comicus quidam [Alexis] ap. Athen. 10 [imo 13, p. 558, F] : Πικράν γε καὶ μεστὴν γυναικείας χολῆς. Ἡ τῶν γὰρ ἀνδρῶν ἐστὶ πρὸς κείνην μέλι· sunt enim mulieres ὀργιλώτεραι et ὀξυθυμότεραι quam viri. [Aristoph. Lys. 465 : Ἢ γυναιξὶν οὐκ οἴει' χολὴν ἐνεῖναι; Cum verbo ἐπιζεῖν Thesm. 468; cum κινεῖν Vesp. 403 : Τί μέλλομεν κινεῖν ἐκείνην τὴν χ. ἥνπερ κτλ. Cum κινεῖν et ζεῖν Anaxipp. ap. Ælian. N. A. 13, 4. Cum ἔχειν Plutarch. Mor. p. 170, C. Cum κατέχειν Dionys. A. R. 11, 5.] Sed et Lucian. De calumn. [c. 24] : Ἐνδακόντα τὸ χεῖλος ὑποτρέφειν τὴν χολήν· Timon. [c. 6] : Ἐπιδείξαιό τινα χολὴν ἀνδρώδους καὶ νεανικοῦ Διός. Alicubi tamen non tam Iram quam Fastidium et nauseam significat. Plut. Symp. 7, 7 [p. 711, C] : Ταῦθ' οἱ μὲν αὐστηροὶ καὶ χαρίεντες ἠγάπησαν ὑπερφυῶς, οἱ δὲ ἄνανδροι καὶ διατεθρυμμένοι τὰ ὦτα δι' ἀμουσίαν καὶ ἀπειροκαλίαν, οὓς φησιν Ἀριστόξενος χολὴν ἐμεῖν, ὅταν ἐναρμονίου ἀκούσωσιν, ἐξέβαλλον· significans, eos præ harmoniæ fastidio tantum non bilem et fel evomere. [De oratione amara Philostr. p. 568 : Χολὴ ἄπεστι τοῦ λόγου. Lucian. Pseudol. c. 1 : Χολὴ τῶν Ἀρχιλόχου ἰάμβων. Χολῆς μεστὸς ῥήτωρ ap. Polluc. 4, 21.] ‖ Χολὴ dicitur etiam τὸ χοληδόχον ἀγγεῖον, ὁμωνύμως τῷ αὐτοῦ ὑγρῷ, teste Polluce 2, [224] i. e. Vesica et Vasculum quo fel s. bilis continetur. ‖ Rursum χολὴ pro ipso humore positum, dicitur de sepiæ atramento ; id enim quum effundit, atram evomere bilem s. atrum fel evomere videtur. Nicand. Al. [472] : Ἢ ἅτε σηπιάδος φυξήλιδος, ἥτε μελαίνει Οἶδμα χολῇ, δολόεντα μαθοῦσ' ἀγρώστορος ὁρμὴν, schol. τῷ μέλανι. [Id. Th. 561. ‖ Χολὴ et χόλος quomodo differant s. v. Χόλος.]

Χοληγὸς, ὁ, ἡ, Bilem educens, s. evacuans et purgans, expellens. [Erotian. p. 392 : Χοληγόν· χολῆς ἀγωγόν.] Hippocr. Γυναικ. 1 [p. 601, 22] : Ταύτην φάρμακον πίσαι χοληγόν. Item Χοληγαγὸς eadem signif. apud Eundem De locis in hom. [p. 418, 37] : Χοληγαγὰ δὲ φάρμακα μὴ πίπισκε, ὡς μὴ ταράσσῃ μᾶλλον τὸ σῶμα τοῦτον, Bilem ducentia medicamenta ne propines. Nec non Χοληγαγικὸς pro eodem paulo ante [lin. 4] : Καὶ ἢν μὴ παύηται, φάρμακον πίσαι χοληγαγικόν. Sed Ionica hæc videntur esse, si mendo carent ; communi enim linguæ magis convenire χολαγωγός. [Χοληγαγὸς et χοληγαγικὸς librariorum errores sunt. Hippocrates una usus erat forma χοληγὸς, quam pro χοληγαγικὸν præbet liber unus apud Littré vol. 6, p. 318, alius χολικόν.] Χολήϊος, i. q. χοληγός : ut enim Erotian. [p. 392, et Cyrill. in Matthæi Gloss. min. vol. 2, p. 30] ap. Hippocr. χολήϊον [Apud Erot. legitur χοληγόν] exp. χολῆς ἀγωγὸν, ita Galen. [Lex. p. 596] apud Eundem χολήϊον itidem χολῆς ἀγωγόν.

Χοληδόχος, ὁ, ἡ, Fel s. Bilem recipiens : χ. κύστις, Galen., Vesica quæ bilem ex jecinore manantem recipit, Folliculus fellis, ex inferiore jecinoris parte cava dependens. [De nomine χοληδόχος Galen. vol. 3, p. 208 ; vol. 4, p. 102, 143, 381, Nemes. De nat. hom. 23, p. 239, Actuar. ap. Bernard. ad Demetr. Pepag. p. 60, Theoph. Nonni vol. 2, p. 108. Expressum habemus Galeni testimonium, etiam χολοδόχος in usu fuisse, vol. 4, p. 143 : Καλοῦσι δ' αὐτοὺς (τοὺς χολώδεις πόρους) οὐχ οὕτω μόνον, ἀλλὰ καὶ χοληδόχους, ἤτοι διὰ τοῦ η τὴν δευτέραν συλλαβὴν προφερόμενοι. Lobeck. ad Phryn. p. 635. Χοληδόχον ἀγγεῖον ap. Suidam. Χολοδόχον ἀγγ. ap. Herodian. Epim. p. 152.]

[Χολήϊος. V. Χοληγός.]

Χολημεσία, ἡ, Fellis s. Bilis vomitio ; Fastidium, Nausea : antecedente posito pro consequente. Plut. Symp. 6, 7 [p. 692, E] de vino percolato : Ὥσπερ χολημεσίαν καὶ τὸ βαρὺ καὶ μεθυστικὸν ἀφεὶς καὶ νοσῶδες, ἐλαφρὸς καὶ ἄνευ ὀργῆς ἀναμίγνυται ἡμῖν. Legitur et ap. Polluc. 2, [214. Forma deterior Χολεμεσία ap. Paul. Æg. 6, 90, et Theod. Prodr. in Notitt. Mss. vol. 6, p. 547. V. Lobeck. ad Phryn. p. 706.]

[Χοληµετέω, Bilem s. fel vomo. Herodotus Oribasii p. 80 Matth., et Philum. ap. Aetium.]

[Χολιᾶται, οἱ, Choliatæ, gens Turcis subjecta, ap. Menandr. Hist. Exc. p. 300, 12 (ubi Χλιατῶν)· 383, 16, ubi Hœsch. editio Χοαλιτῶν, ut est p. 385, 9.]

[Χολίκιον, τὸ, dimin. a χόλιξ. Theophr. Char. c. 9 : Ἁρπάσας ἀπὸ τῆς τραπέζης χολίκιον. Χόλιξ καὶ χολίκια ὕεια Pollux 6, 52.]

Χολικὸς, ἡ, ὸν, i. q. χολώδης, Biliosus. Atque ut homo quispiam χολώδης dicitur, ita etiam χολικὸς, Qui naturæ est biliosæ, in quo flava bilis ceteros hu-

mores, ex quibus corpus constat, exuperat. Plutarch. [Mor. p. 101, C] : Οἶνον διηθεῖς πυρέττοντι, καὶ χολικῷ μέλι προσφέρεις, Et homini qui natura biliosus est, mel comedendum offers. Id enim sua natura est χολοποιὸν, et ἐχχολοῦται, præsertim in πικροχόλοις, ut videre est ex Il. Galeni et Hippocr. in Ἐχχολόω et Χολώδης citatis.

[Χολίμμα, τὸ, Cholimma, urbs Armeniæ. Ptolem. 5, 12, p. 360, 18.]

Χόλιξ, ικος, ἡ, i. q. χολάς [Hesych. : Χόλικες· αἱ παχύταται κοιλίαι· οἱ δὲ τὰ τῆς κοιλίας γράμματα (φράγματα vel ῥάμματα Palmer.; στρέμματα Reinesius). Χόλιξι· κοιλίαις] : nam et χόλικας dici τὰ ἔντερα testatur schol. Aristoph., sed addens παχέα, Intestina crassa. Idemque ex Artemidoro refert χόλικας dici τὰς ἐπὶ τῆς κοιλίας λεγομένας χολάδας : ex Euphronio autem, Οὐ τὰ ἔντερα καθ' αὑτὰ, ἀλλὰ πᾶν σὺν τῷ λίπει καὶ τοῖς ὑμέσιν. Idem rursum quum χόλικας esse dixisset τὰ παχέα ἔντερα, addit χόλικα et ἤνυστρον poni ἐκ παραλλήλου in hoc l. Eq. [1179] : Καὶ χόλικος ἠνύστρου τε καὶ γαστρὸς τόμον, vocarique χόλικα et ἤνυστρον τὰ ἐγκατώδη κρέα, Intestinas carnes, ubi tamen ἤνυστρον esse dicit etiam τὴν κάτω κοιλίαν, Inferiorem alvum : ut et Ammon. [p. 148], qui inter χολάδας et χόλικας discrimen facit : nam χολάδας nominari scribit τὰ ἔντερα, χόλικας autem τὰς τῶν βοῶν κοιλίας, Boum ventres : afferens ex Aristoph. [fragm. 52] : Ἤ βοϊδαρίων τις ἀπέκτεινε ζεῦγος, χολίκων ἐπιθυμῶν. Sed non video quid obstet quominus hæc duo vocabula synonymos accipi queant : nisi forte χολίκων nomine intelligantur πάντα τὰ ἔγκατα, Omnia intestina et interanea, ut sunt non solum αἱ χορδαὶ, sed etiam αἱ κοιλίαι, nec non pulmo, jecur, lien, cor, et alia. Rursum schol. in Aristoph. Pac. [717] : Ὅσον βοφήσεις ζωμὸν ἡμερῶν τριῶν, Ὅσας δὲ κατέδει χόλικας ἑφθὰς καὶ κρέα, isto χολίκων nomine accipit itidem ut supra τὰ τῶν βοῶν παχέα ἔντερα, Boum crassa intestina : quæ etiam dicit non solita fuisse sacrificari ut reliquum corpus. Idem ibid. scribit χόλικα quosdam esse dicere εἶδος ἰχθύος : ut et Suidas. [Mœris p. 404 : Χολάδας οἱ πρῶτοι Ἀττικοὶ, χόλικας οἱ μέσοι θηλυκῶς, « χόλικας ἑφθάς· » τοὺς χόλικας ἀρσενικῶς Ἕλληνες· ubi Piersou. : « Χολάδες et χόλικες, quæ distinguit Ammonius, quin idem fere denotaverint, dubitari vix potest. Χολάδες in Hymno in Mercurium sunt *intestina bubula*. Similiter schol. Aristoph. ad Pac. 716, Ὅσας δὲ κατέδῃ χόλικας ἑφθὰς καὶ κρέα, quem versum Mœris respicit, hæc notat : Χόλικες, τὰ παχέα ἔντερα τῶν βοῶν. Ταῦτα δὲ οὐχ ἱεροῦντο, ὡς τὸ ἄλλο σῶμα· τινὲς δὲ χόλικά φασιν εἶδος ἰχθύων. Conf. ad Equit. 1176 et Vesp. 1139. Aristophanes ap. Polluc. 6, 56 : Χορδαὶ, φύσκαι, πάσται, ζωμοὶ, χόλικες. Ibid. 52 : Χόλιξ καὶ χολίκια ὕεια. Χόλικες βοὸς, Pherecrates apud Athen. 6, p. 269, A. Apud Atticos hoc nomen feminino genere usurpari adnotavit et Phrynichus p. 136 (310 ed. Lob.) : Οἱ χόλικες ἁμαθές· οἱ γὰρ δόκιμοι θηλυκῶς αἱ χόλικες. Idem Phryn. App. Soph. (in Bekk. Anecd. p. 72, 5) : Χόλικες οἱ πολλοὶ ἀρρενικῶς· οἱ δ' ἀρχαῖοι θηλυκῶς. Emaculandus Suidas v. Χόλικες, ubi scholiastæ Aristophanis verba, quæ modo apposui, expilat, in fine addens : θηλυκῶς δὲ ἡ χόλιξ, ἐθνικόν. Lege Ἀττικόν. (Ἐθνικὸν recte omittunt codices.) Per Atticos autem πρώτους hoc in loco intelligendus Homerus aliique Aristophane antiquiores, per μέσους Aristophanes ceterique ejus ætatis scriptores. De duplici dialecto Attica post H. Stephanum Add. de dial. Att. p. 235, quædam notavit Taylorus in Præfatione ad Ind. Att. in Lysiam, et Bernard. ad Thom. M. p. 579. » Aristoph. Ran. 576 : Τὸν λάρυγγ' ... ᾧ τοὺς κόλικας κατέσπασας. Τοὺς χόλικας Schweigh. ad Athen. vol. 7, p. 540, quod τὰς χόλικας scribendum fuisse docent grammaticorum loci a Piersono allati. Ad utramque scripturam, κόλικας et χόλικας, spectat annotatio scholiastæ : Ἤ ἄρτους ἢ ἔντερα.]

[Χολίον, τὸ, dimin. a χολή. Marc. Anton. 6, 57 : Ἤ δοκεῖ σοι ἔλασσον ἰσχύειν τὸ διεψευσμένον ἢ τὸ χολίον τῷ ἰκτεριῶντι, καὶ ὁ ἰὸς τῷ λυσσοδήκτῳ; Rectior accentus est Χόλιον.]

Χόλιος, ία, ιον, pro Iratus, [Infestus add. Gl., ubi χολιός] affertur ex Epigr. [Palladæ Anth. Pal. 9, 165 : Ὅμηρος καὶ Δία συγγράψας τῇ γαμετῇ χόλιον.]

[Χολλάς. V. Χολάς.]

[Χολλεῖδαι, οἱ, Chollidæ. Steph. Byz. : Χολλεῖδαι (sic Harpocratio : apud Stephanum libri hic Χολλίδαι et in sequentibus verbis partim ει partim ι)· δῆμος τῆς Λεοντίδος φυλῆς. Ὁ δημότης Χολλείδης. Διογένης δ' ὁ Λαερτιεὺς ἐν τρίτῳ φιλοσόφου ἱστορίας (§ 41) Χολλειδεύς φησι. (Sic cod. Vratisl. : ceteri Χολλιδεύς. Apud Diogenem Χολιδεύς.) Τὰ τοπικὰ ἐκ Χολλειδῶν, εἰς Χολλειδῶν. Quod gentilicium in ευς terminatum apud Diogenem in Testamento Platonis legitur, ipsius esse error videtur. Nam Platonem id scripsisse nemo facile credet, quum constans sit alterius formæ usus Χολλείδης et Χολλεῖδαι et in inscriptionibus ap. Bœckh. n. 798 seqq. et in locis scriptorum, nisi quod in codicibus constanter peccatum est syllaba media per ι pro ει scripta, ut Δικαιόπολις ὁ Χολλίδης ap. Aristoph. Ach. 404, et cum aliis nominibus, velut Ἀριστοφάνης ap. Lysiam p. 135, Εὐξίθεος et Μίκων ap. Demosth. p. 1260, 2; 1323, 12, Διονύσιος p. 929, 26. G. Dind.]

[Χολλὴ, ἡ, Cholle, urbs Cœlesyriæ. Ptolem. 5, 15, 24.]

[Χολμαδάρα, ἡ, Cholmadara, urbs Cœlesyriæ. Ptolem. 5, 15, 11.]

[Χολοβαφής. Χολοβάφινος. V. seq.]

Χολόβαφος, [s. Χολοβαφὴς,] ὁ, ἡ, Felle s. Bile tinctus. [Hesych. : Χολόβαφα· τὰ χρυσῷ ἐμφερῶς βεβαμμένα. Χολόβαφα οὖρα Aretæus p. 16, 46; 50, 44. Χολόβαφοι τὸ πᾶν p. 20, 14 : unde eidem p. 127, 51, ubi libri χολοβάψια, non χολοβαφέα cum Petito, sed potius χολόβαφα restituendum erat, etsi forma illa per se non reprehendenda. Χολοβαφῆ χαλκώματα est ap. schol. Hermog. in Walzii Rhett. vol. 4, p. 148, 1.] Et Χολοβαφίνη, Felle s. Bile imbuta; ideoque Flavo s. Aureo colore imbuta : talis enim fellis et bilis naturalis color est. Pollux 2, [214] scribit Atticis χολόβαφον et χολοβαφίνην, ἐπὶ τῶν πλασμάτων dici τὴν χρυσοειδῆ, Quæ auri speciem gerit. [Hesych. : Χολοβαφία (recte χολοβάφινα Jungerm. ad Polluc. 2, 214)· τοῦτο λέγεται ἅμα μὲν ὅτι τὰ φαῦλα βαφέντα χολῇ βάπτεται, ἅμα δὲ τὰ χρυσῷ ἐμφερῶς βεβαμμένα.] Arquatos etiam s. ictero et aurugine laborantes, χολοβάφους nominari ajunt; videtur enim eorum facies perfusa esse flava bile et felle : unde ἰκτερόεις χόλος, Pallor qualis est in facie ictericorum, Nicand. Al. [475] : Τῶν ἐπὶ χόλος ἔδραμε γυίοις Ἰκτερόεις. [Χολοβάφινος, Aristot. Elench. Soph. 1, 1, Pollux 7, 163 : Κοροπλάθων ἴδιον τὸ τὰ χολοβάφινα βάπτειν. Phryn. in Bekk. Anecd. p. 72, 25 : Χολοβάφινα (codex χολάφινα)· τὰ χολῇ κεχρισμένα. Schol. Nic. Th. 438 : Παρέχουσι φαντασίαν χολοβαφίνῳ (codd. χολοβαφηνῷ) σώματι προσεοικότος. Const. Manass. Chron. 4770 : Χρῶμα χ. Eustath. Opusc. p. 73, 30 : Οὐ κατά τι χολοβάφινον, ἀλλ' ἀμυδρόν τι· et p. 309, 10. G. D. Ap. Niceph. Gregor. Dialogo Florentio p. 533 editum a Jahnio χολαβάρινος emendandum ex codice quem vidi. Boiss. Alia adjectivi forma est Χολοίβαφος, quod v.]

[Χολοβητηνὴ, ἡ, Cholobetene. Steph. Byz. : Χ., μοῖρα Ἀρμενίας. Ἀρριανὸς ἕκτῳ Παρθικῶν « ... Ἡ δὲ χώρα ἧς ἐπῆρχε (Τιγράνης) Χ. ὀνομάζεται. » Τὸ ἐθνικὸν ὁμοίως διὰ τὴν πρόληψιν τῆς (τὴν Meinek.) ἐν τῷ πρωτοτύπῳ τούτου.]

[Χολογία vitiose pro Χολόη, quod v.]

[Χολογοδόμορ, κύριον, ap. Herodian. Epim. p. 152, ubi Boiss. : « Suidas Χολοδογαμόρ (codex Paris. A Χολοδαγομόρ)· ἐθνικόν. Moschopulus Χοδολλογομάρ. Herodianus infra p. 192 : Χολοδογόμορ. Respicitur Genesis 14, 1 (ubi Χοδολλογομόρ). Apud Joseph. A. J. 1, 9 editum est Χοδολλαμόρου cum varietate Χοδολλογομόρου. »]

[Χολοδόχος. V. Χοληδόχος.]

[Χολοειδὴς, ὁ, ἡ, Bili s. felli similis. Nicander Th. 435. Aret. p. 45, 35 : Χ. αἷμα.]

Χολόεις, εσσα, εν, Biliosus, Felleus. [Hesych. : Χολόεν· πικρὸν, χολοποιόν.] Nicand. Th. [253], de icto a vipera : Πολλάκι δ' αὖ χολόεντας ἀπήρυγε νηδύος ὄγκους, Ὠχραίνων δέμας ἀμφὶς, Ex ventre eructavit s. evomuit grumos bilis s. fellis, i. e. bilem s. fel : ut schol. quoque ait eum periphrastice χολόεντας ὄγκους nominasse τὴν χολὴν s. τὰ χολώδη. [Ibid. 302, et Al. 12, 17, 580. Oppian. Cyn. 1, 380.]

[Χολοζύγης, ὁ, nomen pr. comice fictum ab Aristoph. Lys. 398, ubi schol. : Δημόστρατος βουζύγης ἐλέγετο, ὃν Χολοζύγην εἶπε διὰ τὸ μελαγχολᾶν.]

[Χολόη, ἡ, Choloe, urbs Cappodociæ ap. Ptolem. 5, 6, p. 336, 13, ubi libri multi Χολογὶ, unus Χολογία. Est inter trisyllaba in οη ap. Arcad. p. 103, 21.]

Χολοίβαφος, ὁ, ἡ, i. q. χολόβαφος, poetice metri causa inserto ι. Nicander Ther. [444] : Νέρθε δὲ πώγων Ἔπλεθ' ὑπ' ἀνθερεῶνα χολοίβαφος, i. e. χολῆς χρώματι βεβαμμένος, χολώδης, χλωρὸς, χρυσίζων.

Χολοιβόρος, ὁ, ἡ, Bilis in modum exedens et erodens. Nicand. Ther. [593] : Φύρσας δὲ πληγῇσι χολοιβόρον ἰὸν ἐρύξεις, Abiges ex parte icta venenum erodens in modum bilis s. fellis, τὸν ὁμοίως τῇ χολῇ κατατρώγοντα : bilis enim s. fel venenatorum serpentum in partem corporis injectum, eam erodit et putrefacit, prætereaque inflammat.

[Χολόκοκκα, τὰ, Lathyridis grana bilem expurgandi vim habentia. Nicomedis Glossæ iatr. Mss. : Λαθυρίδες, χ. Eodem modo κρότονες explicantur in Lexico cod. Reg. 1843. Vita Ms. Theodosii Syceotæ : Ἐκβαλοῦσα ἐκ τοῦ ἐγχειριδίου αὐτῆς ὡς χ. τρία. Hæc et alia Ducang.]

Χολοποιὸς, ὁ, ἡ, Bilem conciens s. commovens, Bilem movens s. excitans. Hippocr. De hum. circa fin. : Τὸ θέρος χολοποιὸν, ἦρ ἔναιμον. Galen. εἰς τὸ Περὶ διαίτης ὀξέων νοσημάτων, Comm. 2 : Συμφέρει γὰρ αὐτοῦ ὑδαρέστερον ἐπὶ τῶν τοιούτων φύσεων δίδοσθαι τὸ μελίκρατον, ὅπως μήτε διψῶδες εἴη μήτε χολοποιὸν, Ut ne sitim faciat, vel bilem moveat. [Sext. Emp. p. 574 : Χ. καὶ αἵματος γεννητικὸν εἶναι τὸν κόσμον. Χολόεν per χολοποιὸν exp. Hesych.] || Χολοποιὸν dicitur etiam τὸ ἀβρότονον, Diosc. [3, 26 (29).]

Χόλος, ὁ, i. cum χολὴ significante Bilem qua jecur alicui intumescere s. turgescere dicitur, aut accendi, inflammari, ardere, uri. [Hesych. : Χόλος· ὀργὴ, ἐπιμονὴ, καὶ ἡ τῆς χολῆς διάθεσις. Suidas : Χόλος· ὀργὴ, ἀλλὰ πρόσκαιρον, παρὰ τὸ χεῖσθαι] : unde a poetis ponitur pro Ira. Hom. Il. Σ, [108] : Ὡς ἔρις ἔκ τε θεῶν ἔκ τ' ἀνθρώπων ἀπόλοιτο, Καὶ χόλος, ὅστ' ἐφέηκε πολύφρονά περ χαλεπῆναι. Porro idem Hom. cum diversis verbis nomen hoc copulans, diversas phrases et loquendi formas efficit. Dicitur enim apud eum aliquem χόλος ἱκέσθαι, δῦσαι, λαβεῖν, ἑλεῖν s. αἱρεῖν, qui sc. irascitur; ira enim et indignatione subeunte animum alicujus et corripiente occupanteque, irasci necesse est. Il. I, [521] : Ὅτε κέν τιν' ἐπιζάφελος χόλος ἵκοι· P, [399] : Οὐδ' εἰ μάλα μιν χόλος ἵκοι· X, [94] de dracone : Βεβρωκὼς κακὰ φάρμακ', ἔδυ δέ τε μιν χόλος αἰνὸς, Σμερδαλέον δὲ δέδορκεν· Τ, [16] : Ὡς εἰδ' ὥς μιν μᾶλλον ἔδυ χόλος· Α, [387] : Ἀτρείωνα δ' ἔπειτα χόλος λάβεν· Π, [30] : Μὴ ἐμὲ γοῦν οὗτός γε λάβοι χόλος, ὃν σὺ φυλάσσεις· Δ, [23], Θ, [460], Od. Θ, [304] : Χόλος δέ μιν ἄγριος ἦρει· Il. Σ, [322] : Μάλα γὰρ δριμὺς χόλος αἱρεῖ. Ead. signif. Ξ, [207] : Ἐπεὶ χόλος ἔμπεσε θυμῷ, Quoniam ira incidit in animum, i. e. Quoniam ira eum invasit, et excanduit. Π, [206] : Ἐπεί ῥα τοι ὧδε κακὸς χόλος ἔμπεσε θυμῷ. Item χόλῳ οἰδάνεσθαι κραδίῃ alicui dicitur, i. e. Bile intumescere s. turgescere cor, quum sc. inflammatur et excandescit ira. Il. I, [642] : Ἀλλά μοι οἰδάνεται κραδίη χόλῳ, ὁππότ' ἐκείνων Μνήσομαι, ὥς μ' ἀσύφηλον ἐν Ἀργείοισιν ἔρεξεν Ἀτρείδης, Ciceroni, Corque meum penitus turgescit tristibus iris. Dicitur idem χόλον θυμῷ ἐντίθεσθαι, quum animo iras sumit et excandescit: nec non τελέσαι, pro πληρῶσαι. Il. Z, [326] : Δαιμόνι', οὐ μὲν καλὰ χόλον τόνδ' ἔνθεο θυμῷ· Od. Ω, [247] : Ἄλλο δέ τοι ἐρέω, σὺ δὲ μὴ χόλον ἔνθεο θυμῷ, Tu autem ne iras animo sumas et succenseas. Il. Δ, [178] : Αἴθ' οὕτως ἐπὶ πᾶσι χόλον τελέσει Ἀγαμέμνων. Eidem στῆθος χόλον χάζει, nec non πέσσει s. καταπέσσει, Il. Δ, [24] : Ἥρη δ' οὐκ ἔχαδε στῆθος χόλον, Non capiebat s. continere poterat iram; de ea enim dicitur Σκυζομένη Διῒ πατρὶ, χόλος δέ μιν ἄγριος ἦρει, et [513] de Achille, Ἐπὶ νηυσὶ χόλον θυμαλγέα πέσσει· I, [561] de eodem : Χόλον θυμαλγέα πέσσων, Ἐξ ἀρέων μητρὸς κεχολωμένος· Α, [81] : Εἴπερ γάρ τε χόλον γε καὶ αὐτῆμαρ καταπέψῃ. Idem dicitur ἐξακέεσθαι χόλον, παύειν s. καταπαύειν, ἐᾶν, μεθιέναι, Δ, [36] : Εἰ ὤμὸν βεβρώθοις Πρίαμον Πριάμοιό τε παῖδας, Ἄλλους τε Τρῶας, τότε κεν χόλον ἐξακέσαιο, Tunc medereris iræ tuæ. Γ, [145] : Ὡς τὸν Ἀθηναίης δεινὸν χόλον ἐξακέσαιτο, Medicaretur et leniret iram Minervæ. (Unde ἀνήκεστος χόλος, Immedicabilis ira, quæ nullis medelis leniri potest, O, [217] : Ἴστω νῦν ὅτι νῶϊν ἀνήκεστος χόλος ἔσται.) Il. I, [260] : Ἀλλ' ἔτι καὶ νῦν Παύε', ἔα δὲ χόλον θυμαλγέα, Sine iram, s. Pone et dimitte iram. Α, [192] : Ἠὲ χόλον παύσειεν, ἐρητύσειέ τε θυμόν· Od. Δ, [583] : Αὐτὰρ ἐπεὶ κατέπαυσα θεῶν χόλον αἰὲν ἐόντων· Il. Α, [283] : Ἀτρείδη, σὺ δὲ παῦε τεὸν μένος, αὐτὰρ ἔγωγε Λίσσομ' Ἀχιλλῆϊ μεθέμεν χόλον· Od. Α, [78] : Ποσειδάων δὲ μεθήσει Ὄν χόλον. Nec non σβεννύναι χόλον dicit Idem, eodem sensu quo παύειν et μεθιέναι, Il. I, [675] : Κεῖνος δ' οὐκ ἐθέλει σβέσσαι μένος, ἀλλ' ἔτι μᾶλλον Πιμπλάνεται μένεος. Sed et παύεσθαι ac μεταλήγειν χόλου dicitur eadem signif., itemque ἐκ χόλου μεταστρέφειν ἦτορ, ut ap. Hesiod. Theog. [533] : Καίπερ χωόμενος παύθη χόλου ὃν πρὶν ἔχεσκεν. Et Il. I, [157] : Ταῦτά κέ οἱ τελέσαιμι μεταλλήξαντι χόλοιο· Κ, [107] : Εἴ κεν Ἀχιλλεὺς Ἐκ χόλου ἀργαλέοιο μεταστρέψῃ φίλον ἦτορ. Apud Eundem sine verbo, B, [241] : Ἀλλὰ μάλ' οὐκ Ἀχιλῆϊ χόλος φρεσὶν, ἀλλὰ μεθήμων, Achilles non irato est animo, sed iram remisit s. deposuit. Præterea χόλος alicui τεύχεται, Conciliatur, Il. O, [122] : Ἔνθα κέ τις μείζων καὶ ἀργαλεώτερος ἄλλος Πὰρ Διὸς ἀθανάτοισι χόλος καὶ μῆνις ἐτύχθη. Ubi etiam nota μῆνις cum hoc χόλος copulatum, et posteriore loco positum veluti gravius; Inveteratam enim iram significat. [Hom. H. in Cer. 350 : Ὄφρα ἑ μήτηρ ... χόλου καὶ μήνιος αἰνῆς ἀθανάτοις παύσειε· et 410.] Cum genit. etiam dicitur Τρώων χόλῳ, Ira et indignatione adversum Trojanos concepta, Il. Z, [335] : Οὗτοι ἐγὼ Τρώων τόσσον χόλῳ οὐδὲ νεμέσσει Ἥμην ἐν θαλάμῳ. [Post Homerum alii poetæ, Herodotus et paucis in locis prosæ orationis scriptores recentiores. Herodot. 1, 118 : Κρύπτων τόν οἱ ἐνεῖχε χόλον· et cum eodem verbo et dativo personæ 6, 119; 8, 27. Pind. Ol. 6, 62 : Θυμῷ πιέσαις χόλον οὐ φατόν· Pyth. 3, 20 : Χ. οὐκ ἀλίθιος. Apud Æschylum quattuor in locis Promethei, v. 29 : Θεὸς θεῶν γὰρ οὐχ ὑποπτήσσων χόλον· 199 : Ἐπεὶ τάχιστ' ἤρξαντο δαίμονες χόλου· 370 : Τοιόνδε Τυφὼς ἐξαναζέσει χόλον· et 376. Nam in quinto loco 313 χόλον μόχθων inepte legitur pro ὄχλον μόχθων, quod restituit Dœderlinus. Soph. El. 176 : Τὸν ὑπεραλγῆ χ. Cum genit. rei Aj. 41 : Χόλῳ βαρυνθεὶς τῶν Ἀχιλλείων ὅπλων· Ph. 328 : Τίνος γὰρ ὧδε τὸν μέγαν χόλον κατ' αὐτῶν ἐγκαλῶν ἐλήλυθας; Eur. Hec. 1118 : Μέγαν χ. σοὶ καὶ τέκνοισιν εἶχεν· Herc. F. 840 : Γνῷ τὸν Ἥρας οἷός ἐστ' αὐτῷ χ. Med. 99 : Κινεῖ κραδίαν, κινεῖ δὲ χόλον· 590 : Μεθεῖναι καρδίας μέγαν χ. 898 : Μεθέστηκεν χόλος. Cum ὀργαὶ conjunctum 1150 : Πόσις δὲ σὸς ὀργὰς ἀφῄρει καὶ νεάνιδος χόλον. Χόλος δαιμόνιος Dionys. A. R. 3, 5; χόλοι δαιμόνιοι 1, 23; χ. θεῖος 10, 10; χ. ἀμείλικτος 8, 52. Lucian. Amor. c. 2 : Τίς οὗτος Ἀφροδίτης ὁ χόλος;] || Χόλος significat idem etiam quod χολὴ, Fel, Bilis. Affertur enim ex Epigr. [Gætulici Anth. Pal. 7, 71, de Archilocho : Μοῦσαν ἔβαψεν] χόλῳ ἐχιδναίῳ, pro Felle vipereo, ut et schol. Homeri χόλῳ accipit pro χολῇ, Il. Π, [203] : Σχέτλιε Πηλέος υἱὲ, χόλῳ ἄρα σ' ἔτρεφε μήτηρ. [Schol. : Ἡ διπλῇ ... ὅτι χόλῳ ἀρσενικῶς ἀντὶ τοῦ χολῇ. Ὑπερβολικῶς οὐ γάλακτι, ἀλλὰ χολῇ. Il. Β, 241 : Ἀλλὰ μάλ' οὐκ Ἀχιλῆϊ χόλος φρεσὶν, ἀλλὰ μεθήμων· ubi schol. : Οὕτω τὴν ἐκ χολῆς γινομένην τοῦ θυμοῦ κίνησιν ὀνομάζει. Ad personam translatum a Pallada Anth. Pal. 11, 381 : Πᾶσα γυνὴ χόλος ἐστίν· ἔχει δ' ἀγαθὰς δύω ὥρας κτλ.]

[Χολούα, ἡ, Cholua, urbs Armeniæ. Ptolem. 5, 12, p. 357, 17; 359, 3. Et alia, Χολουάτα, ἡ, ib. p. 357, 28.]

Χολόω, Bile inflammo s. accendo, Ad iram concito, Irrito, εἰς ὀργὴν ἐμβάλλω, s. ὀργίζω. [Hesych. : Χολωσέμεν· ὀργισθήσεσθαι. Nam sic Musurus correxit codicis scripturam Χολεσέμεν ὀργισθησόμεθα, quæ ex χολωσέμεναι orta est, quod apud Suidam (qui per εἰς ὀργὴν ἐμβαλεῖν exp.) præbent codices et Zonaras, in χολωσέμεν mutatum ab editoribus.] Hom. Il. Α, [78] : Ἦ γὰρ οἴομαι ἄνδρα χολωσέμεν· Od. Θ, [205] : Ἐπεί μ' ἐχολώσατε λίην. At Hesiod. Theog. [568] : Ἐχόλωσε δέ μιν φίλον ἦτορ, Ad iram concitavit, Iratum reddidit. [Soph. Tr. 1035 : Ἀκοῦ δ' ἄχος, ᾧ μ' ἐχόλωσε σὰ μάτηρ ἄθεος. Apoll. Rh. 4, 863 : Μή με χολώσῃς πλεῖον ἔτ' ἢ τὸ πάροιθεν ... ἐχόλωσας. Orph. Arg. 549 : Θυμὸν δὲ

θεᾶς ἐχολώσατε Ῥείης.] Passiva vox et media longe usitatiores sunt, et non tam passivam quam neutralem habent signif., χολοῦμαι sc. significante non tam Animus mihi bile accenditur et inflammatur, et Ad iram concitor, quam Irascor, Indignor. [Hesych. : Χολοῦται· πικραίνεται, θυμοῦται. Χολωθείς· ὀργισθείς, εἰς χόλον ἀχθείς· et similiter s. v. Κεχολωμένον et Κεχολώσεται.] Il. Π, [585] : Κεχόλωτο δὲ κῆρ ἑτάροιο· Od. I, [480] : Χολώσατο κηρόθι μᾶλλον. Hesiod. Op. [137] : Ζεὺς Κρονίδης ἔκρυψε χολούμενος. Hom. Il. Η, [61] : Οὐδ' ἄρα περ ἦν Ἀσπερχὲς κεχολῶσθαι ἐνὶ φρεσί· Ω, [113] : Σκύζεσθαί οἱ εἰπὲ θεοὺς, ἐμὲ δ' ἔξοχα πάντων Ἀθανάτων κεχολῶσθαι, Iratum esse. Od. Τ, [324] : Μάλα περ κεχολωμένος αἰνῶς· Il. Β, [195] : Μή τι χολωσάμενος ῥέξῃ κακὸν υἷας Ἀχαιῶν, Iratus, Indignatus, Stomachatus. Ψ, [88] : Ἀμφ' ἀστραγάλοισι χολωθείς. [Sic Pind. Nem. 10, 112 : Ἀμφὶ βουσὶ χολωθείς. Cum ἐπὶ Batrach. 109 : Τρωξάρτης ἐπὶ παιδὶ χολούμενος.] Interdum cum gen., subaudito ἕνεκα : ut [Od. Α, 69] : Ἀσκελὲς αἰὲν Κύκλωπος κεχόλωται· Il. Σ, [337] : Σέθεν κταμένοιο χολωθείς· Ν, [660] : Τοῦ δὲ Πάρις μάλα θυμὸν ἀποκταμένοιο χολώθη· aliquanto ante, Καὶ τότε δὴ περὶ κῆρι Ποσειδάων ἐχολώθη Ὑιωνοῖο πεσόντος ἐν αἰνῇ δηϊοτῆτι. Possis tamen et absolute accipere nomen cum partic. in his tribus posterioribus Il. [Pind. Nem. 7, 37 : Ὅπλων χολωθείς. Quint. Sm. 2, 446 : Ἕκτορα γὰρ Πατρόκλοιο, σὲ δ' Ἀντιλόχοιο χολωθεὶς τίσομαι. Addito ἕνεκα Hom. Od. Α, 545 : Κεχολωμένη εἵνεκα νίκης.] It. cum dat., ut χολάω quoque, et synonymum his ὀργίζομαι, Il. Α, [9] : Βασιλῆϊ χολωθείς· Θ, [407] : Ἥρῃ δ' οὐ τόσσον νεμεσίζομαι οὐδὲ χολοῦμαι· Ε, [421] : Ζεῦ πάτερ, ἦ ῥά τί μοι κεχολώσεαι ὅττι κεν εἶπω; Ρ, [710] : Οὐδέ μιν οἷω Νῦν ἰέναι μάλα περ κεχολωμένον Ἕκτορι δίῳ. [Apoll. Rh. 1, 1332 : Μή μοί τι χολώσεαι· 3, 493 : Αἰήταο ἄμφι φίλον κῆρ ἀντικρὺ κεχόλωται· nec raro apud ceteros Epicos. Rarior verbi usus apud Tragicos, velut Soph. Ant. 1235 : Αὐτῷ χολωθείς· et Ph. 374. Eur. Herc. F. 1189 : Ἥρας χολουμένης. Aor. χολωθεὶς Alc. 5. Fut. Tro. 730 : Εἴ τι λέξεις ὧν χολώσεται στρατός. Apud Herodotum, qui aliquoties usus est substantivo χόλος, verbi unum est exemplum 8, 31 : Οἱ Θεσσαλοὶ κεχολωμένοι.] Plutarch. quoque eodem modo [cum dativo, V. Fabii c. 22 et Marcelli c. 21, et Mor. p. 195, F] : Κεχολωμένοι θεοὶ Ταραντίνοις, Infensi Tarentinis : ποιητικώτερον usurpato hoc vocabulo prosæ alioquin inusitato. [Mor. p. 461, C : Πολλὰ χολουμένους καὶ δυσκολαίνοντας. Diodor. 3, 66 : Τὰς θεὰς αὐτῷ χολωθείσας. Dio Chr. vol. 1, p. 169 : Χολουμένην τὴν θεόν· et vol. 2, p. 190, in dicto Epaminondæ : Ἀλλά τοι Δαμάτηρ κεχολωμένα γένοιτο. Porphyr. De abstin. 2, 37. In Ind. :] Κεχολώατο, Ionice pro κεχόλωντο. [|| Χολώομαι ap. Nonn. Dion. 4, 169 : Χολωομένης δὲ τεκούσης· 5, 447 : Σκυλάκεσσι χολώεται· et anonym. Anth. Plan. 128.]

[Χόλχος, ὁ, n. pr. artificis in inscrr. ap. Bœckh. 8200, 8239, vol. 4, p. 195, 201, pro Κόλχος, ut videtur, dictum, ut Χαχρυλίων (i. e. Καχρυλίων) in aliis inscrr., quod comparavit Franzius.]

[Χολχύται, οἱ, Cholchytæ, sacerdotes quidam Ægyptiorum, quorum præcipuum officium fuisse videtur cadavera curandi. Frequens eorum mentio in papyris Ægyptiacis, velut ap. Peyron. vol. 1, p. 24, 21 : Τῶν τὰς λειτουργίας ἐν ταῖς νεκρίαις παρεχομένων, καλουμένων δὲ Χολχυτῶν· ubi copiose de iis dixit Peyron. p. 77 seqq. Et numero singulari Χολχύτης, ut in papyro Youngii ap. Peyron. p. 80. || Hinc formatum Χολχυτέω, Cholchytæ munere fungor, in papyro Peyron. p. 40, 22, ubi est particip. χολχυτοῦντας. G. Dind. V. *Nouv. Annales de l'Inst. archéol.* vol. 1, p. 279. Osann.]

Χολώδης, δ, ἡ, Biliosus, Felleus : χ. χυμοὶ, Biliosi humores, Paul. Ægin. 6, de absinthio, itidemque apud Galen., discernentem ab eo τὸν μελαγχολικὸν χυμὸν et τὸ αἷμα. [Χ. ὑγρότης Aristot. H. A. 2, 16.] Sic χολώδης φύσις, Biliosa natura apud eundem Galen. Ad Glauc. 1 : Ἔστω δὲ καὶ ἡ φύσις τοῦ κάμνοντος θερμοτέρα τε καὶ χολωδεστέρα. Atque ut sunt φύσεις χολώδεις, ita et homines. Hippocr. in lib. De vuln. in cap. : Τοῖσι δὲ χολώδεσι ὀφθαλμίαι ξηραὶ διὰ τὴν θερμότητα καὶ ξηρότητα τῆς σαρκὸς, Qui biliosi sunt natura, s. sunt naturæ biliosæ, iis oriuntur siccæ lippitudines ob carnis calorem et siccitatem. Qui enim biliosi sunt, sunt etiam calidæ siccæque naturæ. Unde Galen. Comm. 3 in lib. De victu in morb. acut. : Μᾶλλον δὲ τὸ τοιοῦτον διαχώρημά φησιν ὑπὸ τοῦ μελικράτου γίνεσθαι τοῖς φύσει μὲν χολώδεσι, τουτέστι τοῖς θερμοῖς ἀμέτρως. Ubi etiam sunt χολώδη διαχωρήματα, Excrementa biliosa, i. e. Excrementa permixta bile, s. Quæ biliosi et fellei coloris sunt. Quum enim dixisset τοῖς πικροχόλοις μελίκρατον utile non esse, subjungit, Ἐχολοῦται γὰρ ἐν αὐτοῖς, ἐὰν μὴ φθάσῃ διεξελθεῖν ἢ κατ' ἔντερον ἢ κύστιν· ὡς εἴ γε διεξέλθῃ, πρὸς τῷ μὴ βλάψαι μηδὲν, ὀνίνησι μέγιστα· συνυπάγει γὰρ αὐτῷ χολώδη περιττώματα· quia enim est χολοποιὸν, atque adeo ἐχολοῦται, necesse est excrementa etiam ejus esse χολώδη. [V. Galen. vol. 11, p. 88.] Sic Hippocr. De epilepsia : Καὶ μὴ διακρίνειν μήτε χολώδεα μήτε φλεγματώδεα. [Hippocr. p. 1180, A : Ἐμέσματι χολώδει.] Et ap. Diosc. χολώδεις ἱδρῶτες, Sudores biliosi, vel etiam fellei, ut ap. Plin. legimus. Est vero et color χολώδης, Qui felleus est : is est qui felli s. bili similis est : pallidus sc. aut flavus. Itidemque aliquid coloris illius respectu χολῶδες nominatur : veluti quum Galen. ap. Hippocr. tradit homines χλωροὺς nominari οἷς ἂν ἐπὶ τὸ χολωδέστερον ἡ χρόα μεταβάλῃ, τῆς ὠχρᾶς δηλονότι χολῆς. Sic idem Galen. [vol. 9, p. 251] apud Eundem, Χολώδη διεχώρησεν ἄκρατα, exp. ξανθὰ κατὰ τὴν χρόαν ἢ πυρρά, Flava colore, aut Fulva. Ubi etiam subjungit, Medicos solere dicere aliquem χολώδη διαχωρῆσαι sine adjectione, ἐπὶ τῇ χολῇ ξανθῇ, τοιαύτῃ λέξει χρωμένους. [Addit Galenus : Τὰ δὲ τῆς ἰώδους, ἢ μελαίνης, ἤ τινος ἑτέρας χολῆς οὐ λέγομεν ἁπλῶς χολώδη, τίθεμεν δ' αὐτοὶ τὴν ἀπὸ τῆς χρόας διάκρισιν αὐτοῖς, καὶ τοῦτό γ' ἐν ἅπασι τὸ ἔθος ὑπῆρξε διὰ τὸ συνεχῶς μὲν ἐμεῖσθαί τε καὶ διαχωρεῖσθαι τὴν ὠχράν τε καὶ ξανθὴν χολὴν, οὐ μόνοις τοῖς νοσοῦσιν, ἀλλὰ καὶ τοῖς ὑγιαίνουσι, σπανίως δὲ τὰς ἄλλας, καὶ μόνον ἐπὶ τῶν νοσώδη διάθεσιν ἐχόντων. Conf. vol. 11, p. 81.] Idem rursum Hippocr. Epid. 6 dicit γλώσσας χλωρὰς χολώδεις, Linguas felleo colore pallentes, quarum color vergit in felleum s. pallidum colorem. In melle quoque χολῶδες dicitur quod est naturæ s. qualitatis biliosæ, et χολοποιόν. Hippocr. De victu in morb. acutis, loquens de oxymelite : Τὰς ἀπὸ μέλιτος βλάβας ταύτῃ κωλύει· τὸ γὰρ ἐν μέλιτι χολῶδες κολάζεται: mel enim χολοποιὸν est, et in πικροχόλοις præsertim ἐχολοῦται. [Χολῶδες χωρίον ap. Polluc. 5, 110.] || Χολῶδες, Biliosum. Lucian. [Vitt. auct. c. 7] : Ἀπειλητικόν τι καὶ χολῶδες ὑποβλέπει, Bilioso quodam est aspectu, Biliosam quandam naturam aspectu præ se fert. [Philostr. p. 829 : Φαιδρὸν αὐτῷ τὸ εἶδος καὶ τῆς φρενὸς οὐδὲν χολῶδες. Ἄνθρωπος χολώδης ap. Polluc. 6, 124.]

Χολωτὸς, ἡ, ὸν, Iratus, etiam Iracundus, χολώδης. Hom. Il. Ο, [210] : Ὁππόταν ἰσόμορον καὶ ὁμῇ πεπρωμένον αἴσῃ Νεικείειν ἐθέλῃσι χολωτοῖσιν ἐπέεσσιν· Od. Χ, [26] : Νείκειον δ' Ὀδυσῆα χολωτοῖσιν ἐπέεσσι. [Χολωτῶν vitiose pro χολώντων scriptum v. s. v. Χολάω.]

[Χολώομαι. V. Χολόω.]

[Χόμαρα, τὰ, Chomara, urbs Bactrianæ. Ptolem. 6, 11, § 8, p. 420, 21, ubi libri plerique Χομάρα, quod femininum singularis foret. Et incolæ Χόμαροι, οἱ, ib. § 6. Plin. H. N. 6, 16; Pomp. Mela 1, 2.]

[Χομοεφθὰ, nomen regis Thebæi in Ægypto, quod Eratosth. in Catal. interpretatur κόσμος φιλήφαιστος. Verba Eratosthenis levi emendatione indigent, quam suppeditat Salmas. De ling. Hellen. p. 391 ita scribens : « Huic proximum est Ægypt. XUU, quod est θέσις, vel κόσμος, unde nomen Ægyptii vel Thebæi regis χωμαιφθά. Quod Eratosth. Græce vertit κόσμος φιλήφαιστος. Nam Φθὰ est Vulcanus, ex quo Ἥφαιστον fecere Græci. » Quæ fere repetit in libro De anno clim. p. 567. Inde alterius regis Thebæorum nomen χωμαιφθὰ, i. e. interprete Eratosth., φιλήφαιστος. Prave editur χομοεφθά. In explicatione Catalogi illius Eratosth., Chronol. S. vol. 2, p. 760, hæc addidi : « Satis bene Salmas. nomen hoc explicuit. Nam primo XUU lingua Ægyptiorum dicitur Terra, UEI vero et UNI, præcipue in compositionibus est

Amare. Sic deus dicitur frequentissime in Copt. libris ΦΛΙΡΩΜΙ, φιλάνθρωπος. Superest φθὰ, vel rectius φθὰς, quod nomen esse Vulcani Ægyptiacum testantur veterum plurimi. Apparet jam ex his scribendum esse χωμαιφθὰς, vel, quod idem est, χομαιφθάς. » Jablonsk.]

[Χομψὼ, ἡ. Steph. Byz. : X., νῆσος ἐν τῷ Νείλῳ, μέση Αἰθιοπίας καὶ Αἰγύπτου, ὡς Ἡρόδοτος δευτέρᾳ (c. 29, ubi nunc Ταχεμψὼ legitur). Τὸ ἐθνικὸν Χομψοίτης, ὡς Σαβοίτης.]

[Χόνας· ὄνομα ἔθνους, Suidas. Χῶνας Kusterus. V. Χώνη.]

Χονδράκανθος, ὁ, Spinam habens ex cartilagine, Pro spina cartilaginem habens. [Aristot. De partt. anim. 2, 9 : Σελάχη χονδράκανθα τὴν φύσιν ἐστί· et 4, 13, H. A. 3, 7 et 8.] Galen. enim χονδράκανθα vocare dicitur Quæ pro spina cartilaginem habent, Cartilaginea.

Χονδρεύω, Facio χόνδρον : Hesych. χονδρεύει, σεμίδαλιν ποιεῖ, Similam facit. [Χονδρεύουσι librarii errore legitur in fragm. Anaxippi ap. Athen. 9, p. 404, C, ubi nomen aliquod proprium requiritur, velut Διοδώρου, quod conjecit Meinekius.]

Χονδριάω, Sum χονδρώδης s. θρομβώδης : ut χονδριῶντες μαστοὶ, Diosc. 2, [129] de lente, Mammæ quæ ita turgescunt ut in eis χόνδροι esse videantur, i. e. Grumi lactis concreti. Marc. in eum locum, Duo mammarum, inquit, in feminis vitia Diosc. conjungit : alterum, quum in grumos lac densatur, quod χονδριῶντας μαστοὺς vocant; alterum, quo majore impetu lactis a natura in eam partem facto tument, inflammanturque, nec possunt copiam ejus muliebres mammæ ferre : quod σπαργῶντας appellant. Verba Diosc. sunt : Πρὸς δὲ χονδριῶντας μαστοὺς καὶ σπαργανώσεις ἑψόμενος ἐν θαλάττῃ ἁρμόζει καταπλασθείς. Pro quo σπαργανώσεις ipse reponit σπαργῶντας.

[Χόνδριβος vitiose pro χόνδρινος. V. Χονδρίτης.]

Χονδρίλη, ἡ, Hesychio est ἄγριόν τι λάχανον, Agreste quoddam olus, caulem, folia et flores cichorio similia habens : unde ipsum et Sylvestris intybi speciem esse dixerunt nonnulli, σέριδα quoque et κιχώριον nominantes, teste Diosc. 2, 161. Plin. 22, 22 : Chondrillon s. Chondrille, folia habet intybi, circumrosis similia, caulem minus pedalem, succo madentem amaro. Ubi nota duplici λ scribi, et neutro genere legi etiam Χόνδριλλον. Apud Diosc. quoque duplici λ scribitur, sed per κ ab initio, nimirum Κονδρίλλη, ut ap. Plin. quoque rursum Condrilla, 21, 15, et 17. Sed magis primam scripturam probo, quæ non solum ap. Hesych. extat, verum etiam ap. Galen. [vol. 6, p. 358, 359 (ubi plur. χονδρίλας); 9, p. 536; 13, p. 227, 242. Oribas. p. 355 Matth.] et Paul. Ægin. [p. 250, 39. Forma suspecta χόνδρυλλα, ἡ, locis duobus Theophrasti (de quibus v. Schneid. vol. 3, p. 619, et vol. 5, p. 545) ex conjectura est illata, H. Pl. 7, 7, 1, et 7, 11, 4, ubi libri loco priore ἀνδρύαλα, altero χανδρὺ αλλα, quod est in codd. Urbinate et Mediceo, vel χανδρὰς ἄλλα, quod posuit Aldus. Rectam vocabuli formam χονδρίλη esse ex Galeni locorum quinque et Oribasii et Pauli Æginetæ consensu cum Hesychio colligi posse videtur : de qua dixit Lobeck. Pathol. Proleg. p. 118.]

[Χόνδρινος. V. Χονδρίτης.]

Χονδρίον, τὸ, Hesychio est πίναξ, κέραμος, Discus, Cacabus; vel etiam, ut alii interpr., Patina, Vas testaceum. [Χόνδριον et χονδροκοπεῖον ap. Polluc. 7, 19.]

[Χονδρὶς, ίδος, ἡ, Chondris, herba eadem quæ pseudodictamnum. Plin. H. N. 25, 8, 53; 26, 8, 31.]

Χονδρίτης, ὁ, ut χ. ἄρτος, Panis ex chondro s. alica. [Per σεμίδαλις exp. Hesych. Sic etiam Suidas, cujus tamen libri meliores lemma habent χονδρῖτις.] Apud Athen. 3, [p. 109, C] Tryphon hæc ἄρτων γένη ἐκτίθεται, ζυμίτην, ἄζυμον, σεμιδαλίτην, χονδρίτην, συγκομιστόν· fierique τὸν χονδρίτην ait ἐκ τῶν ζειῶν : nam ἐκ τῆς κριθῆς χόνδρον μὴ γίνεσθαι. [Ib. p. 115, D : Φιλιστίων ὁ Λοκρὸς τῶν χονδριτῶν τοὺς σεμιδαλίτας πρὸς ἰσχὺν φησι μᾶλλον πεφυκέναι. LXX Genes. 40, 16 : Τρία κανᾶ χονδριτῶν.] Est ib. [Ath. p. 112, B] et Χόνδριβος ἄρτος, de quo hæc Archestratus : Κόλλιξ Θεσσαλικός σοι ὑπαρχέτω, ὃν καλέουσι Κεῖνοι κριμματίαν, οἱ δ' ἄλλοι χόνδριβον ἄρτον. [Vitium ed. Aldinæ. Codex recte χόνδρινον.] Apud Hesych. et femin. Χονδρῖτις [codex χονδρίτων, i. e. χονδριτῶν, quod legitur ap. LXX l. c.], quod exp. παχεῖα σεμίδαλις, Crassa simila : σεμίδαλιν tamen et χόνδρον differre, Trypho innuit, quum ἄρτον σεμιδαλίτην diversum facit a χονδρίτῃ.

[Χονδροβολία, ἡ. Χονδροβολίας ἔδαφος, Pavimentum, Gl.]

Χονδροκοπεῖον, τὸ, Ubi κόπτεται ὁ χόνδρος, Mola s. Pistrini genus, in quo alica tunditur s. frangitur. Pollux 3, [78] μύλωνας, χονδροκοπεῖα, ἁλφιτεῖα, numerat inter ea ἵνα κολάζονται οἱ δοῦλοι : conjiciebantur enim olim in pistrina. [Id. 7, 19.] Apud Hesych. vero proparoxytonως legitur, Χονδροκόπια, μύλων ὅπου ὁ χόνδρος κόπτεται. [Hoc quoque χονδροκοπεῖα scribendum. Reprehendit Phryn. p. 310 ed. Lob. : Χονδροκοπεῖον (nam sic pro χονδροκόνειον vel χονδροκώνειον correxit Pauwius)· ἀμαθὲς τὸ σύνθετον τοῦτο καὶ ἀλλόκοτον. Est recentioris originis vocabulum, ut χορτοκόπιον (vel —εῖον), quod sua ætate pro ποάστριον dictum notat Pollux 7, 184.]

[Χόνδρον, τὸ, i. q. χόνδρος, δ. Man. Philes De eleph. 96, p. 264 ed. Wernsd. : X. μαλαχθὲν, Cartilaginem mollem.]

[Χονδρονευρώδης, δ, ἡ, Cartilagineus et nervosus. Hippocr. p. 842.]

[Χονδροποιητικὸς, ἡ, ὸν, Cartilaginem faciens. Galen. vol. 5, p. 12 : Δυνάμει ὀστοποιητικῇ τε καὶ νευροποιητικῇ καὶ χ. G. Dind.]

[Χονδροπτισσάνη. V. Πτισσάνη.]

Χόνδρος [Χόνδρος in codd. constanter paroxytonum est : oxytonum esse præcipiunt Arcadius et Chœroboscus, quorum locos infra apponemus ubi de adjectivo Χονδρὸς agetur], ὁ, communi signif. dicitur Granum, et quod seorsim ex aliquo concrevit, ut salis frustum aut grumus, et thuris mica s. granum, quod et χόνδρος λιβάνου a Græcis appellatur, Gorr. [Herodot. 4, 181 : Ἁλὸς τρύφεα κατὰ χόνδρους μεγάλους· 185 : Οἰκία ἐκ τῶν ἁλίνων χόνδρων οἰκοδομέεται. Diodor. 3, 13 : Χόνδρους ἁλῶν· et Clem. Al. p. 843. Geopon. 9, 23, 5.] Sic ap. Hesych. Χόνδροι ἁλῶν, παχεῖς ἅλες, ut i. sit q. θρόμβος. [V. quæ s. v. Χονδρὸς dicentur.] Aet. 9, 39 : Ἁλῶν χόνδρον ἐν τῷ στόματι κατεχέτωσαν, Grumum salis. Et 37 : Λιβάνου χόνδρος κυαμιαῖος, Thuris granum fabæ magnitudine. [Χόνδρος λιβάνου vel λιβανωτοῦ ap. Lucian. Asin. c. 12, Jov. Tr. 15, Cronos. 16, Alciphr. 3, 35 et 53, Orac. Sibyll. 7, 77, Theodor. Prodr. Rhod. p. 329.] Theophr. H. Pl. 9, 4, [10] χόνδρος σμύρνης, quod Herm. interpr. Gleba myrrhæ. [Conf. C. Pl. 4, 16, 2, not.] || Χόνδρος, inquit idem Gorr., quod a Latinis Alica dictus sit, nemo doctorum ignoravit : tam consentiunt omnia inter se quæ Græci περὶ χόνδρου, Latini de alica prodiderunt. Hoc unum de utroque dubitatur, an certa quædam frugum species sit, quam his nominibus veteres designarint. Galen. Tritici speciem esse τὸν χόνδρον, videtur innuere libro 1 De fac. alim. his verbis : Τοῦ γένους τῶν πυρῶν ἐστὶν ὁ χόνδρος. Plin. 18, 11, alicam palmam frugum appellat. At ejusdem libri c. 7, alicam inter fruges non obscure enumerat, eamque similem facit milio, panico, lenti, ciceri : frugum hæc genera, verna, quod vere serantur, appellans : et paulo post scribens, tunicas frumento plures esse, hordeum maxime nudum et alicam, sed præcipue avenam. Quibus testimoniis plerique convicti, χόνδρον s. Alicam, tritici genus esse certæque frugis nomen, arbitrantur. Verum quænam ea sit, interrogati, non possunt respondere; quod nec Theophr. [H. Pl. 4, 4, 9, 10], nec Diosc., vel nominis solius mentionem fecerint : nec Plin. et Galen., quid sit, dixisse videantur. Est enim rarissimum τοῦ χόνδρου nomen apud Medicos, ut Galen. memoriæ prodidit. [Χόνδρον Hippocratis tempore num usurpatum fuerit dubitasse quosdam apparet ex Galeno (vol. 11, p. 14 : Τοὺς οἰομένους μηδέπω χόνδρον εἶναι κατὰ τοὺς Ἱπποκράτους χρόνους ἀγνοοῦντας ἐλέγξεις ἐκ τοῦ τῶν παλαιῶν κωμικῶν ἐνίους μεμνημονευκέναι χόνδρου, καὶ αὐτὸν δὲ τὸν Ἱπποκράτην κατὰ τὸ Περὶ διαίτης ὑγιεινῆς (p. 356, 18)· εἰ γὰρ

καὶ μὴ Ἱπποκράτους ἐστὶν ἐκεῖνο τὸ βιβλίον, ἀλλ' Εὐρυφῶντος ἢ Φαῶντος ἢ Φιλιστίωνος ἢ Ἀρίστωνος ἤ τινος ἄλλου τῶν παλαιῶν ..., πάντες ἐκεῖνοι τῶν παλαιῶν ἀνδρῶν εἰσιν, ἔνιοι μὲν Ἱπποκράτους πρεσβύτεροι, τινὲς δὲ συνηκμακότες αὐτῷ). Adde Hippocr. p. 527, 7 : Ἐὰν δέ τι διδόναι θέλῃς κομιδῆς ἕνεκα, διδόναι χόνδρον, ἢ πτισσάνην πυρίνην· ταῦτα γὰρ τῶν βοφημάτων τὰ ἰσχυρότερα. Nempe his verbis alica integra designatur, quæ et χονδροπτισσάνη dicebatur et πτισσάνη πυρίνη Diocli et Philotimo, ut scribit Galen. lib. 1 De alim. fac. Foes. De chondri s. alicæ viribus medicis v. Galen. vol. 13, p. 242.] Alii vero in media quodammodo sententia sunt, dicentes τὸν χόνδρον et alicam fruges quidem esse et pro frugibus accipi, dicique apud auctores non proprio quidem nomine, sed mutuato ab ea re in quam protinus transire debent : itaque alicam pro zea dici, ex qua alicam fieri notum est. Quibus non obest quod Galen. ait χόνδρον genus esse tritici, non zeæ : quoniam zea pista sataque dicitur tertio fere anno in frumentum degenerare : ex quo, præsertim in Africa, alicam fieri, Plinius auctor est. Ceterum περὶ τῆς τοῦ χόνδρου κατασκευῆς, i. e. de alicæ confectione, nemo ambigit, in modum bromi, tragi, aut ptisanæ præparari, inventumque id esse non pridem excogitatum, ut Plin. [H. N. 18, 29] refert. Fieri τὸν χόνδρον ex zea quam δίκοκκον appellant, Diosc. [2, 111 et 118] scripsit. Est autem zea tritici species; Speltam Itali, Galli Espeltram vocant; ex qua confectum χόνδρον non zeas nomine, sed potius τοῦ πυροῦ, i. e. tritici, veteres designarunt, veluti Diocles et Philotimus, qui eum πτισσάνην πυρίνην, i. e. ptisanam triticeam, appellavere. At ejus parandi modum nemo Græcorum, quod sciam, prodidit [Prodidit scriptor Geopon. 3, 7, ubi v. Niclas], præter unum Constantinum Cæsarem : qui tamen Latinus a Latinis eam videtur accepisse. Is lib. 3 De agricultura his verbis eam aperit : Zea decorticata in ferventem aquam immittitur, atque exprimitur : deinde gypsum candidum contusum et arctiore cribro transmissum, arenæque candidissimæ et tenuissimæ quarta pars cum portione gypsi paulatim admiscetur, zea denuo probe repurgata. Id autem agendum sub canicula, ne acescat. Ubi tota repurgata fuerit, angustiore cribro cernatur. Idem Plin. quoque docet de alica, et præterea eam adulterinam fieri maxime ex zea quæ in Africa degeneret, vel ex granis etiam tritici quæ candidissima atque grandissima deliguntur, et semicocta in ollis, postea arefiunt sole ad initium, rursusque leniter aspersa molis franguntur. Additque aliud mirum dictu, alicæ admisceri cretam, quæ transit in corpus, coloremque et teneritatem affert : negareque Campanos, apud quos præstantissima conficitur, aliquam confici sine eo metallo posse. Attamen Constantinus (uti supra retulimus), non cretam, sed gypsum injicit, quod etiam in alica adulterina inspergi postea declarat : de quo tamen mirandum, Græcos medicos, alimentorum facultatem studiose perscrutantes, tacuisse. Nam ut forte creta ad detersionem glutinosi lentique humoris, quem χόνδρος habet, contulerit, at gypsum vehementer nocere videbitur, quod obstruat et emplasticum sit, et ventriculo ejusque ori valde adversum. Propterea dubito plurimum num simplicior fuerit Græcorum χόνδρος Romanorum alica, eoque invicem discreparint quod hæc gypso constaret, ille nihil gypsi haberet. Siquidem nonnihil discriminis inter hæc fuisse, Paul. Ægin. declarat, non ita tamen ut genere et materia doceat discrepare. Neque enim dixisset alicam chondro in aliis persimilem esse, si diversa materia constare credidisset, sicut bromum, tragum et ptisanam. Dicit tantum ab alica alvum magis astringi. Quod si χόνδρος metalla ejusmodi in consortium admisisset, vix possem credere tam celebrem apud omnes futurum fuisse, ut alimentum nullum esset in arte medica tam multis abundante et luxuriante remediis, quod in febribus tertianis et continuis, in calidis et siccis naturis, atque etiam stomachicis, frequentius exhiberetur. Nec tamen discrimen hoc tanti faciendum fuit, ut χόνδρος alio nomine quam Alicæ apud Latinos diceretur : quod alia prope infinita sint, quibus diversissimæ parandi rationes, manente semper primaria præcipuaque materia, nomina non immutavere. Itaque χόνδρος s. Alica, non aliud est quam Zea, eo modo, quem declaravi, concinnata. Cujus tamen differentias tres Plinius, et post eum Constantinus Cæsar annotavit; primam quidem, quæ Minima ab eo vocatur et Cribraria; alteram vero, quæ Secundaria; tertiam, quæ grandissima est, et Exceptitia atque ἀφαίρημα appellatur. Omnes autem ejusmodi farinæ aqua aspersæ postea exiccabantur, et in grumos granaque concrescebant, quæ ad usum reponebantur, a quibus τοῦ χόνδρου nomen inditum fuisse arbitror; χόνδρος enim Granum significat, et quod ex continuo aliquo seorsum concreverit, ut salis frusta et thuris micæ s. grana, quæ χόνδρος λιβάνου a medicis nominantur, et de qua nunc agimus alica, quam et Granum ob eam causam Plin. videtur appellasse. Scribit enim 18, 11, de Alica disserens : Ex zea pulcrius quam ex tritico fit granum, quamvis id alicæ vitium sit. Quod quidem non potest aliter quam de chondro intelligi; vitans enim verbum Græcum, Granum Latinam vocem usurpavit. Ac quamvis, quidquid in granum coaluit, χόνδρος vocari possit, velut τράγος et βρόμος, ex zea tamen granum id sibi peculiariter nomen vindicavit, sicut hordei apparatus τῆς πτισσάνης nomenclaturam, quamvis τὸ πτίσσειν multis frugibus commune sit, quæ perinde atque hordeum, tundi et deglubi solebant. [Χόνδρος ἐξ ὀλυρῶν πεποιημένος ap. Polyæn. 4, 3, 32, p. 355 et 360.] Ceterum duobus modis veteres τῷ χόνδρῳ utebantur, interdum integro, interdum loto : illud, χόνδρον simpliciter, vel χόνδρου πτισσάνην, i. e. Chondrum ptissanæ modo comparatum, vel, ut Diocles et Philotimus, πτισσάνην πυρίνην, hoc vero χόνδρον πλυτὸν, appellant, i. e. Alicam elotam, ipsum nimirum succum alicæ cum aqua mistum. Paulo post, Porro quod apud Aetium aliquando legitur conjunctim χόνδρος ἅλικος, non aliud quam χόνδρον simpliciter significat. Ideo autem videtur utrumque nomen conjunxisse, ne quis de re ipsa ambigeret : vel quod ita forte Græcorum vulgo suis temporibus diceretur : siquidem tum is, tum Paulus multa nomina scriptis suis inseruerunt veteribus prorsus inusitata, commoditati potius quam vocabulorum proprietati et elegantiæ inservientes. Hæc ille inter alia. Vide et quæ ap. Athen. sub fin. l. 3 [p. 127] de hoc χόνδρῳ disseruntur, ubi inter alia dicitur χόνδρος et μύστρον idem esse, idque ex Nicandri quodam loco probatur. Ibid. quum attulisset hunc Antiphanis l. : Ἐν ταῖς τρισὶ μὲν (sc. σπυρίσι) χόνδρος ἀγαθὸς Μεγαρικὸς, [Ibid. χ. Θετταλικὸς ex Antiphane et Alexide,] dicitur Aristoph. χόνδρον vocasse τὸ βόφημα, in hoc Δαιταλέων l. : Ἢ χόνδρον ἑψῶν, εἶτα μυῖαν ἐμβαλὼν, Ἐδίδου βοφεῖν ἄν. [Χόνδρον ἕψειν vel ἑψῆσαι Menander ap. Athen. 4, p. 172, B; 153, E. X. λείχειν Aristoph. Vesp. 737.] Ap. Eund. 12, [p. 553, B] : Χόνδρον αὐτῷ δεύσετε γάλακτι χηνός. [Adde Hermipp. ap. Athen. 1, p. 27, F : Ἐκ δ' αὖ Ἰταλίας χόνδρον καὶ πλευρὰ βόεια. Pherecrates apud eundem 6, p. 269, A : Χόνδρος γάλατι κατανενιμμένος. Aristoph. fragm. 364 : Ἀράκους, πυροὺς, πτισάνην, χόνδρον, ζειὰς, αἶρας, σεμίδαλιν. Polyb. 12, 2, 5 : Τὸν καρπὸν τοῦ λωτοῦ τοῖς οἰκέταις μετὰ χόνδρου κόψαντες σάττουσιν (οἱ Λίβυες) εἰς ἀγγεῖα. Plutarch. Mor. p. 912, D : Μὴ γλυκεῖ μηδὲ χονδρῷ τρέφειν· ubi χονδρῷ sive sic sive χόνδρῳ scriptum et substantivum esse potest, ut in locis Aristophanis, et adjectivum, ut ἄλευρα χονδρότερα dixit Hippocrates.] Hesychio χόνδρος τραγανὸς est ὁ ἅλιξ, Alica : qui χόνδρον exposuerat etiam σεμίδαλιν μεμιγμένην ὡς πλακοῦντα. [Pollux 6, 57 : Στέαρ ὕειον ἑφθὸν μετὰ γάλακτος μίγνυ χόνδρῳ παχεῖ (ex quo fit θρῖον).] Idem vero et metaphoricum usum huic vocab. tribuit, quum hoc χόνδρος exp. παχὺς, μωρός. Ita ut suspicari quis possit χόνδρον [s. χονδρὸν] nominari Eum qui crassus sit veluti chondrus. [V. quæ s. v. Χονδρὸς dicentur.] || Cartilago, pars corporis omnium, post os, maxime terrea et solida, sensus expers. Est igitur cartilago post os siccissima et durissima : siquidem osse minus sicca duraque est. Quamvis autem diversa sit ab osse cartilago, sæpe tamen ætatis spatio cartilago in os degenerat : imo vero nulla fere

sunt ossa quæ ante cartilagines non fuerint. Ossa namque omnia et dentes genis adhuc conclusi, infantibus cartilago sunt, quæ tandem in ossa duratur, uti cartilagines quæ inter sterni ossa continentur : ξιφοειδὲς, quod Galeno propterea nunc Os nunc Cartilago dicitur : costarum fines, coccygis extremum : acromium, quod ob id Hippocrati Os, Galeno Cartilago nominatur, et quod in cordis basi media situm est, unde arteria magna et vena arteriosa emergit; id enim minoribus animalibus mollius, grandioribus durius, maximis vel os plane est vel ossea cartilago. Ob id videtur recte scripsisse Aristot. H. A. 1, 1, cartilaginis et ossis eandem materiam esse, sola siccitate differentem. [Aristot. ib. 3, 8 : Ἔστιν δ χ. τῆς αὐτῆς φύσεως τοῖς ὀστοῖς, ἀλλὰ τῷ μᾶλλον διαφέρει καὶ ἧττον, καὶ ὥσπερ οὐδ' ὀστοῦν οὐδ' ὁ χόνδρος αὐξάνεται, ἂν ἀποκοπῇ· et similiter De partt. anim. 2, 9. Τῶν ἀρχαίων ὀστῶν χόνδρους Diodor. 3, 20, ubi in cod. Vat. schol. : Ἤτοι τὰ τρυφερώτερα καὶ μαλακώτερα τῶν ὀστῶν μέρη.] Hæc Gorr., apud quem vide et alia de differentia cartilaginum, de duplici eorum genere et usu. [Χόνδρος in genere Cartilago dicitur, verum præcipue eo nomine illam comprehendit Hippocr. quæ ad costas spurias adnascitur, estque ad cavum pectoris, sub qua os ventriculi delitescit, et ξιφοειδὴς nominatur. Pag. 1208, D : Μέσον δὲ ὀμφαλοῦ καὶ χόνδρου (libri multi χονάρου ap. Littré vol. 5, p. 371) κατὰ ταύτην τὴν καταγωγὴν ἅπτομένῳ τῇ χειρί. P. 91, B, de pectore laudabili : Καὶ ὁ χόνδρος αὐτοῦ μικρὸς ἔστω καὶ σεσαρκωμένος ἰσχυρῶς. Isagoges quoque auctor hanc cartilaginem χόνδρον proprio quodam nomine vocat p. 376, 23, et totum locum στέρνον : Τὸ δὲ μεταξὺ τῶν πλευρῶν στῆθος καὶ τὸ μεσαίτατον αὐτοῦ στέρνον, μέχρι τοῦ χόνδρου, ὑφ' ὃν τὸ στόμα τῆς κοιλίας. Etsi eo nomine etiam hypochondria capi possunt, quibus viscera continentur. Foes.] Nicand. Al. [123] : Περιψαύουσι δ' ἀνίαι Θώρηκος· τόθι χόνδρος ὑπὲρ κύτος ἕζετο γαστρός. [Ubi schol. : Χόνδρος· τοῦ στομάχου ἕντερον (sic etiam Suidas), ὅθεν καὶ ὑποχόνδρια φαμεν, ἢ μέρος τοῦ θώρακος μεθ' ὃ τὰ ὑποχόνδρια, ut per εἶδος ἐντέρου exp. Arcad. p. 73, 25. Et Herodian. Epim. p. 152 : Χόνδρος τὸ ἐν τοῖς μέλεσι τραγανόν. Pollux 2, 232 : Ὁ χόνδρος συγκείμενος ἐκ νεύρων τε καὶ ὀστῶν καὶ ἑκατέρῳ τούτων προσεοικὼς μάλιστα δοκεῖ εἶναι τῶν ὀστῶν τέλος.] Pollux 2, [79] χόνδρον vocat τὸ μέσον τῆς ῥινὸς, Septum cartilagineum, quod nasum medium dividit. Idem [§ 99, 207] χόνδρον nominari ait τὸν βρόγχον s. γαργαρεῶνα, quoniam sc. cartilagineus est. [Ibid. § 164 : Τῷ χόνδρῳ τοῦ στήθους, ὅ ἐστιν ὀστοῦν ἐκπεφυκὸς τοῦ στήθους. De aure Aristot. H. A. 1, 11 : Τὸ οὖς ἐκ χόνδρου καὶ σαρκὸς σύγκειται. Ibid. 4, 1, in descriptione τευθίδος : Μεταξὺ τῶν ὀφθαλμῶν μικρὸς χ. ἔχων ἐγκέφαλον μικρόν. Ὠλενίτης χ. ap. Lycophr. 155, quod schol. exp. νευρῶδες ὀστοῦν. De teneris et recentibus cornibus cervorum Ælian. N. A. 6, 5 : Πρὶν τοὺς καλουμένους χ. λαβεῖν.]

[Χονδρὸς, ὰ, ὸν, Crassus, adjectivum sæpe cum substantivo χόνδρος confusum, quæ distinguuntur in Arcadii Epitome p. 73, 23 : Σεσημείωται τὸ χονδρὸς ὀξυνόμενον, οὐ τὸ ἐπίθετον, τριγενὲς ὄν, ἀλλὰ τὸ προσηγορικὸν, εἶδος ἐντέρου ὄν. Recto accentu ap. Chœrob. In Theodos. p. 550, 31 : Χονδρός χονδρότερος χονδρότατος (Ἄλευρα χονδρότερα Hippocr. p. 285, 37)· et in Etym. M. p. 18, 44 : Ἀδρός· ὁ χονδρός· παρὰ τὸ ἥδω τὸ εὐφραίνω. Ἡδόμεθα γὰρ τοῖς μεγάλοις καὶ χονδροῖς. Ubi verba ἡδόμεθα γὰρ τοῖς μ. καὶ χ. (in quibus ἁδροῖς pro χονδροῖς in aliis codicibus scriptum) non scriptoris alicujus sunt, sed ipsius grammatici. Antiquiores scriptores hoc adjectivo raro aliter quam cum subst. ἅλς usi sunt. Recto accentu ap. Aristot. Meteor. 2, 3 : Ἅλες οὐ χονδροὶ, ἀλλὰ χαῦνοι καὶ λεπτοὶ ὥσπερ χιών· et Probl. 21, 9 : Ἁραιὸν καὶ χονδρὸν ἅλφιτον· et ap. Aristoph. Ach. 521, in cod. Rav. χόνδρας ἅλας, quod χονδροὺς ἅλας scribendum. Libri ceteri χόνδρους ἁλὸς, de quo recte judicavit Elmslejus, nisi quod falsum accentum χόνδρους servavit : «Χόνδρους ἁλὸς vulgo : ubi ex Atticorum consuetudine saltem rescribi debebat ἁλῶν. Hesych. : Χόνδροι ἁλῶν· παχεῖς ἅλες. Suidas : Χόνδρος ... καὶ χόνδροι ἁλῶν, θρόμβοι, παχὺς ἅλς. Sed vera scriptura debetur Phœnici Colophonio ap. Athen. 9, p. 359, F : Χᾶλα λήψεται χόνδρον. Nimirum χόνδρος pro adjectivo usurpatur. Nec dubitari potest quin rectam scripturam habuerit scholiasta, qui annotavit, Ἡ χόνδρους ἁλός· οὕτως οἱ Ἀττικοί. Atqui in vulgata scriptura nihil Atticorum proprium est. » Ἁλὸς χόνδρους legitur ap. Hippocr. p. 879, C. Grammaticos disceptasse utrum χόνδρος ἅλς an χόνδρος ἁλὸς dicendum esset apparet ex verbis Chœrobosci In Theodos. p. 269, 7 : Περὶ τοῦ χόνδρος ἅλς εἴτε ὁμοιοπτώτως δεῖ συντάττειν εἴτε ἀνομοιοπτώτως, ἐν τῷ Ὀνοματικῷ Ἡρωδιανοῦ μαθησόμεθα. Χόνδρος ἐποψίδιος, Sal obsonii loco cum pane sumtus, Leonid. Anth. Pal. 7, 736. Frequens hujus adjectivi modo χονδρός modo χοντρός scripti usus est ap. Græcos medii et infimi ævi, quorum exx. collegit Ducangius. Sic de lignis crassis Phranzes 3, 9 : Ἑλέπολιν ... μετὰ ξύλων χοντρῶν κατεσκεύασε. Joann. Iatrosoph. : Πανίον χοντρὸν παχύ. Quod πανίον χονδρὸν scriptum ap. metaphrasten Nicetæ Chon. p. 503, 27 ed. Bekk. Myrepsus 49, 37 : Χονδρῷ ὀθωνίῳ. De pallio schol. rec. Hom. Od. N, 399 : Ἱμάτιον παχὺ ἤτοι χοντρόν. De homine stupido Nicetas Stethatus in præfat. in sacras laudes : Τῶν πάντη χοντρῶν καὶ ἀμύστων. Quo sensu etiam ab antiquioribus dictum esse ostendit Hesychii glossa qua χόνδρος per παχὺς, μωρὸς explicatur.]

[Χονδροσύνδεσμος, ὁ, Cartilagineum ligamentum. Galen. vol. 3, p. 50 : Ἧττον (τῆς τριχὸς) ὀστοῦν ψυχρόν ἐστι καὶ ξηρὸν, καὶ τοῦδε χόνδρος ἧττον ξηρός. Ἐφεξῆς δὲ χόνδρῳ σύνδεσμος καὶ ὃν χονδροσύνδεσμον ὀνομάζουσιν.]

[Χονδροσύνθετος, ὁ, ἡ, Ex cartilagine compositus. Philes De eleph. 70, p. 262 ed. Wernsd. : Τὰς βάσεις ἔχοντα χονδροσυνθέτους.]

Χονδρότῠπος, ὁ, ἡ, Ex cartilagine formatus, Cartilaginis figuram gerens, Cartilagineus. Ex Aristot. H. A. 9, [22] χονδρότυπος κεφαλὴ pro Caput cartilagineum.

[Χονδροφῠὴς, ὁ, ἡ, Cartilagineus, Cartilaginosus. Pro quo alias χονδρώδης. Matro ap. Athen. 4, p. 135, B : Ψῆττα χ. Schweigh.]

[Χόνδρυλλα. V. Χονδρίλη.]

Χονδρώδης, ὁ, ἡ, Speciem χόνδρου gerens, Grumosus. Athen. 3, [p. 115, D] : Ἀσήστου πυροῦ γιγνόμενον καὶ χονδρώδους. [Quæ ἄλευρα χονδρώδη dicuntur ab Hippocr. p. 585, 33, ea farinam crassiorem et in grumos collectam et crassius subactam, velut alicæ similem, aut in grana coactam, significant, quæ ἄλευρα χονδρότερα eadem in re dicuntur p. 668, 6, et de ervi aut lentis farina ad fotus adhibita efferuntur. Foes.] Item Cartilagineus s. Cartilaginosus. Aristot. H. A. 1, [12] : Χονδρῶδες γὰρ ἔχει, Cartilagineum enim habet, et proinde duriusculum. Apud Eund. τὰ χονδρώδη, Partes s. Appendices cartilaginosæ. [Χ. μόρια De partt. anim. 2, 9, et Oribas. p. 298 Matth., ut χ. μέρεα ap. Aret. p. 39, 6.] Hippocr. De fract. : Ὁτὲ μὲν τὸ χονδρῶδες αὐτοῦ, ἀφ' οὗ πέφυκεν ὁ τένων ὄπισθεν τοῦ βραχίονος. [Χ. χιτὼν ὀφθαλμοῦ ap. Polluc. 2, 70. Τὸ χ. τῶν ὤτων Nemes. De nat. hom. p. 198; τὸ χ. τῆς τραχείας ἀρτηρίας p. 236.] Apud Athen. 7, [p. 282, D] sunt etiam piscium genera quædam χονδρώδη, quæ et σελαχώδη, Latinis Cartilaginea, teste Plin. 9, 24. Tales autem esse dicit πολύποδας, γαλεοὺς, κύνας. Idem eod. lib. ait, Οὔτε δὲ στέαρ οὔτε πιμελὴν ἔχειν τοὺς ἰχθῦς τούτους, διὰ τὸ χονδρώδεις εἶναι.

[Χοννομάγαρα, τὰ, urbs Indiæ. Ptolem. 7, 1, p. 202 ed. Bert.]

[Χόννος, ὁ. HSt. s. v. Χῶνος :] At Χόννος apud Gortynios ποτήριόν τι χάλκεον Θηρικλείῳ ἐοικὸς, Eust. p. 1153, ubi etiam addit, ν Æolice duplicari, quanquam simplici ν ap. Hesych. legatur. [Χόνος· ποτήριον χαλκεῖον· quod χάλκεον scribendum vel χαλκοῦν, ut supra ubi lemmate corrupto Χόϊνον· ποτήριον χαλκοῦν. Eustath. autem sua debet Athenæo 11, p. 502, B, qui addit, Ὃ δίδοσθαι τῷ ἁρπασθέντι ὑπὸ τοῦ ἐραστοῦ φησὶν Ἑρμῶναξ.]

[Χονόπρης, έους, ὁ, Chonopres, Ægyptius, in papyro Peyroni vol. 1, p. 24, 11, ubi accus. Χονόπρην. Genit. Χονοπρέους ib. p. 24, 19; 36, 6.]

[Χόνουφις, ὁ, nomen pr. Ægyptiacum ap. Plut. Mor. p. 354, E, qui p. 578, F, narrat Agetoridem venisse Memphim ad Χόνουφιν τὸν προφήτην, ac pe-

tiisse ut, si quid de tabula ærea in Alcmenæ sepulcro condita intelligeret, sibi interpretaretur. Idem fortasse Χόνουφις ap. Clem. Alex. Strom. p. 357. Dicitur enim eo præceptore in Ægypto usus esse Eudoxus astronomus. Nec alius Χόνουφις ὁ Ἡλιουπολίτης, de quo Diog. L. 8, 90, et Ψένωφις ap. Plut. V. Solon. c. 26. Jablonsk.]

[Χονσά· παρὰ Βουλγάροις οἱ κλέπται, Suidas.]

[Χοοπλαστέω, E luto efformo. Athan. 2, p. 428, F: Ὁ τὸν Ἀδὰμ χοοπλαστήσας.]

[Χοοπότης, ὁ, Qui congios ebibit, Vinosus. Epith. Bacchi, Athen. 12, p. 533, E: Πόσσις... Θεμιστοκλέα φησὶν ἐν Μαγνησίᾳ ... Διονύσῳ χοοπότῃ θυσιάσαντα καὶ τὴν Χοῶν ἑορτὴν αὐτόθι καταδεῖξαι.]

[Χόος. V. Χοεύς.]

[Χόος. V. Χοῦς.]

[Χοραγεῖον. V. Χορηγεῖον.]

[Χοραγός. V. Χορηγός.]

[Χορασμία, ἡ, Chorasmia. Steph. Byz.: Χορασμίη, πόλις πρὸς ἕω Πάρθων, formam Ionicam ponens, quam ex Hecatæo affert, ex eodem et Herodoto 3, 93 etiam gentilicium memorans Χοράσμιοι, οἱ. Χωράσμιοι ap. Strab. 11, p. 513, Arrian. Anab. 4, 15, 4; 5, 5, 2; 7, 10, 6. Utraque scriptura est in codd. Ptolemæi 6, 12, p. 423, 2. Memorantur Chorasmii etiam a Plinio H. N. 6, 18, 16, et Curtio 7, 4, 6; 8, 3, 16.]

[Χοραυλέω, Tibias in choro inflo. Strabo 17, p. 796: Χωρὶς τῆς ἄλλης ἀσελγείας χοραυλεῖν ἤσκησε. Libri plerique χοραύλην. Eustath. Opusc. p. 54, 20: Μισθοῦ οἱ λυρῳδοὶ χοραυλοῦντες.]

Χοραύλης, ὁ, Qui tibias in choro inflat. [Plut. V. Ant. c. 24: Κιθαρῳδοὶ καὶ χοραῦλαι. Lucill. Anth. Pal. 11, 11: Οὐκ ἤδειν σε τραγῳδὸν ... οὐδὲ χοραύλην. *Choraules* etiam ap. scriptores Latinos, velut Martial. 5, 57, 9; 9, 78, 6, Sueton. V. Ner. c. 54.] Præter fides enim choro tibiæ etiam adhibebantur, ut Horat. quoque testatur, et ante eum Aristot. Polit. 8, [c. 6, 6] ubi ait, Καὶ γὰρ ἐν Λακεδαίμονί τις χορηγὸς, αὐτὸς ηὔλησε τῷ χορῷ, Ipsemet choro saltanti fistula cecinit. Proverbio solet dici ap. Latinos, Malus choraules, bonus symphoniacus: de quo Erasm. Chiliad. Utuntur vero hoc vocab. ap. Eosdem tum poetæ tum prosæ scriptores. [V. Salmas. ad Scriptt. H. A. p. 491.]

[Χορδάριον, τὸ, dimin. a χορδὴ, Intestinum (in cibum paratum). Alexis ap. Athen. 3, p. 95, A: Χορδαρίου τόμος.]

Χορδαψὸς, ὁ, sive Χόρδαψος (utroque enim modo scriptum reperitur) [Rectus et prope constans in libris accentus est χορδαψὸς, quem præcipit Arcad. p. 85, 12. V. Lobeck. Paralip. p. 333. Hesych.: Χορδαψός· πάθος ἐντέρων. Schol. Nic. Al. 382: Δυσεντέριον... ἔστι πάθος ὃ καλεῖται χορδαψός. Ἰδιώταις tribuit Theoph. Nonn. vol. 2, p. 52: Ἰλεός ἐστιν ὅταν δι' ἔμφραξιν τῶν ἐντέρων μηκέτι κάτωθεν ἐκκρίνουσι τὴν κόπρον, ἀλλ' ἐκκρίνουσιν αὐτὴν ἄνωθεν. Καλοῦσι δ' αὐτὸ οἱ ἰδιῶται χορδαψόν], dicitur Tumor tenuis intestini, ut videatur intestinum ad chordæ similitudinem convolutum, ut scribit Galen. De locis aff. 6 [vol. 7, p. 509. Hippocr. p. 101, B: Μὴ σύμφυτος χ.]. Archigenes, ut refert Aetius lib. 13, χορδαψὸν τοῦ εἰλεοῦ speciem esse dicit, quum uno in loco circa tenuia intestina dolor consistit, ut admota manu durities et tumor tactui succumbat: ex quo subitum periculum creari, atque ut plurimum intra tertiam vel quartam horam: quod si ad suppurationem inflammatio vergat, aut in longius tempus trahatur, ne tum quidem abesse periculum, quanquam ex iis aliqui evadant. Celsus [4, 16] scribit Dioclem Carystium tenuioris intestini morbum nominasse χορδαψὸν, a plerisque vero suo tempore appellari εἰλεόν. Dicitur autem χορδαψὸς, quod qui manum loco dolenti admoverit, is veluti τῆς χορδῆς ἅπτεται, i. e. videtur sibi chordam tangere, propter magnam ex intestini inflammatione tensionem. Gorr. Itidem vero Aret. εἰλεὸν et χορδαψὸν habere magnam inter se affinitatem indicat, de ambobus tractans eodem capite: et post εἰλεοῦ definitionem subjungens, χορδαψὸν nominari ἦν πρὸς τοῖς στρόφοις καὶ πίεσις καὶ μάλθαξις τῶν ἐντέρων ἔῃ, καὶ πολὺ τὸ ὑπογάστριον ὑπερίσχῃ. Sed aliunde ipse derivat, sc. ab ἔψησις significante μάλθαξις, et χορδὴ quod est ἔντερον. Vide Περὶ ὀξέων παθ. 2, 6. [Adde Alex. Trall. 10, p. 561, et Cœl. Aurel. Acut. 3, 17.] In equis autem χόρδαψὸν esse dicit Apsyrtus in Hippiatr., ὅταν τὴν τροφὴν ἀναφέρῃ διὰ τοῦ στόματος ἢ μυκτῆρος.

Χόρδευμα, τὸ, i. q. χορδὴ, Intestinum; scribit enim schol. Aristoph. χορδὰς et χορδεύματα vocari τὰ ἔντερα, in Eq. [313]: Εἰ δὲ μὴ σύ γ' οἶσθα κάττυμ', οὐδ' ἐγὼ χορδεύματα. Quæ verba sunt ἀλλαντοπώλου.

Χορδεύω, idem quod χορδόω. Aristoph. [Eq. 241]: Τάραττε καὶ χόρδευ' δμοῦ τὰ πράγματα Ἅπαντα· καὶ τὸν δῆμον αἰὲν προσποιοῦ, Ὑπογλυκαίνων ῥηματίοις μαγειρικοῖς. Ibi enim schol. et [ex eo] Suid. exp. σύμπλεκε ἀλλήλοις καὶ συγκύκα, qui metaph. esse sumptam ajunt ab ἀλλαντοπώλαις: ii enim τὰς χορδὰς, i. e. τὰ ἔντερα τῶν τετραπόδων, γεμίζουσι καὶ πληροῦσι παντὸς τοῦ φυράματος: quorum more jubet et illum (utpote ἀλλαντοπώλου personam gerentem) χορδεύειν καὶ ταράττειν τὰ πολιτικὰ, συνταράττειν καὶ συμφυρᾶν τὰ πράγματα, ἡδύσμασι χρώμενον καὶ ἀρτύοντα κακίαις. Addit præterea ibid. schol. χορδὴν esse τὸ λεπτὸν ἔντερον, Tenue intestinum, quod solent πλέκειν οἱ μάγειροι: traduci autem et taxari ibi τοὺς στρατηγοὺς, utpote ταράττοντας καὶ εἰς πλοκὰς ἐμβάλλοντας τὴν πόλιν, Involventes, Implicantes, Intricantes urbem, eo sc. modo quo intestina a coquis solent involvi et sibi implicari. [Tzetz. Hist. 13, 274: Χορδεύειν ἐστὶν ἔντερα προβάτων περιπλέκειν.] Hesych. vero χορδεῦσαι exp. κακοποιῆσαι, τεμεῖν, ut in Herodoteo etiam Lex. χορδεύων exp. τέμνων. [Eustath. Opusc. p. 12, 80: Κόπος ... χορδεύων οἷον τὴν ἔνθεον ὁλομέλειαν· 103, 70: Οὔτε τὸ κατὰ τόσον ἠλιθιὸς μέρος ... ἐκτέμοιμι, χορδεύσας, ὅ φασιν, ἐμαυτόν.]

Χορδὴ [De accentu Arcad. p. 105, 17], ἡ, Intestinum, i. q. χολὰς s. χόλιξ: quanquam iis nominibus intelligi putantur potius Crassiora intestina. [Hom. Batrach. 224: Παρ' ἠϊόν' ἐξετανύσθη χορδῇσιν λιπαρῇσί τ' ἐπορνύμενος λαγόνεσσιν.] Apud Athen. in fine l. 7, [p. 330, C, Eubulus]: Θύννου τέμαχος, κρέα δελφακίων, χορδαί τ' ἐρίφων, ἦπάρ τε κάπρου, κριοῦ τ' ὄρχεις, χόλικές τε βοός. [Pherecrates ibid. 6, p. 269, D: Χορδαῖς ὀπταῖς ἐριφείοις. Epicharm. 8, p. 366, B: Χορδαί τε ἀδύ ... χὠ κωλεός. «Χορδὴ s. Χορδαὶ præsertim dicuntur Intestina (ovium, vitulorum, hœdorum) in cibum parata, Lat. Lactes. Vide ad Athen. 1, p. 4, Animadv. vol. 1, p. 48.» Schweigh. Aristoph. Ach. 1119: Δεῦρο τὴν χ. φέρε· ubi schol. exp. τὸ παχὺ ἔντερον τοῦ προβάτου. Ran. 339: Ἦν τι καὶ χορδῆς λάβῃς· ubi schol.: Ἡ εἴλησις ἡ τῶν ἐντέρων ἐστὶ χορδὴ, ἣν εἰλητὸν καλοῦμεν ἡμεῖς. Χορδὴν αἱματῖτιν σκευάσαι Sophilus ap. Athen. 3, p. 125, E. Χορδῆς τόμος Cratin. p. 94, F, et χορδῆς μεσαῖον Antiphanes ib. Comice Strepsiades ap. Aristoph. Nub. 455: Ἔκ μου χορδὴν τοῖς φροντισταῖς παραθέντων.] || Frequentius χορδὴ nominatur ipsa Chorda s. Fides ex intestino contorto et arefacto, quæ testudini lyræve aut alii instrumento musico intenta sonos melodicos edit pulsu. [V. Plut. in libro De musica p. 1141 seqq. (ubi etiam de numero chordarum variante agitur), ceterosque de re musica scriptores.] Hom. [Od. Φ, 406]: Ὡς δ' ὅτ' ἀνὴρ φόρμιγγος ἐπιστάμενος καὶ ἀοιδῆς, Ῥηϊδίως ἐτάνυσσε νέῳ ἐπὶ κόλλοπι χορδὴν, Ἅψας ἀμφοτέρωθεν, ἐϋστρεφὲς ἔντερον οἰός. Ubi clare innuit quid sit χορδὴ μουσικὴ, sc. ἐϋστρεφὲς ἔντερον οἰός: nam ex ovium in primis intestinis contortis fiunt ejusmodi fides. [Hom. H. in Merc. 51: Ἑπτὰ δὲ συμφώνους ὀΐων ἐτανύσσατο χορδάς. Pind. Pyth. 2, 128: Ἐν Αἰολίδεσσι χορδαῖς. Eur. Hipp. 1135: Μοῦσα δ' ἄϋπνος ὑπ' ἄντυγι χορδᾶν λήξει. Quo uno loco legitur in Tragicorum fabulis quæ nunc supersunt.] Plato Rep. 1, [p. 349, E]: Δοκεῖ ἂν οὖν τίς σοι μουσικὸς ἀνὴρ, ἁρμοττόμενος λύραν, ἐθέλειν μουσικοῦ ἀνδρὸς ἐν τῇ ἐπιτάσει καὶ ἀνέσει τῶν χορδῶν πλεονεκτεῖν, ἢ ἀξιοῦν πλέον ἔχειν; [Ib. 3, p. 412, A: Τὸν τὰς χ. ἀλλήλαις ξυνιστάντα· 7, p. 531, B: Τοὺς ταῖς χ. πράγματα παρέχοντας καὶ βασανίζοντας· Phædr. p. 268, D: Ἐπιστάμενος ὡς οἷόν τε ὀξυτάτην καὶ βαρυτάτην χ. ποιεῖν· Leg. 7, p. 812, D: Σαφηνείας ἕνεκα τῶν χ. Phædon. p. 86, A: Τὰς χ. θνητοειδεῖς οὔσας. Aristot. H. A. 7, 1: Ταῖς παρανενευρισμέναις καὶ τραχείαις χορδαῖς. Lucian. D. deor. 7, 4: Ἐντεινάμενος ἑπτὰ χορδάς· Adv. indoct. c. 9: Χορδὰς τρεῖς ἅμα ἀπορρήγνυσι. Χ. κατεστραμμέναι Aristot. De audib. p. 803, 28 Bekk.]

Quidam [Anacreon] ap. Athen. 14, [p. 634]: Ψάλλω δ' εἴκοσι χορδαῖσι, μάγαδιν ἔχων. [Aristid. vol. 1, p. 206, 17: Ῥᾷον ἤ τις ἂν χορδὴν ψήλειε.] Metaph. ap. Plut. [Mor. p. 43, E; 456, C; 501, A; 502, D; 657, C] ex poeta quopiam [tragico]: Κινοῦσα χορδὰς τὰς ἀκινήτους φρενῶν. [Ductum ex proverbio τὰ ἀκίνητα κινεῖν, ut monuit Erasm. Prov. p. 1819.] Unde ap. Erasm. in proverb. Chordas non movendas movere: ap. quem vide et aliud proverb. Ἀντὶ χορδῆς, Chordæ vice. [Lucian. De salt. c. 80: Ἄλογα κινούμενοι καὶ μηδὲν ὥς φασι πρὸς τὴν χορδήν. Quod uno verbo παραχορδίζειν dicitur.] Affertur porro et χορδὴ τόξου pro Nervus arcus, Nervus et chorda qua arcus intenditur, νεῦρον s. νευρά.

[Χορδίον vulgo ap. Thom. M. p. 627, cui χορδὴ ex codd. restituit Ritschelius p. 244, 8.]

[Χορδίραζα, τὰ, Chordiraza, urbs Mygdonum. Strabo 16, p. 747.]

Χορδολογέω, Chordis loquor, Chordarum pulsu loquor, i. e. Fidibus cano, Alii, Chordas s. Fides deligo. Plut. [Mor. p. 87, B], loquens de musicis artificibus: Ὅταν δὲ ἅμιλλα καὶ ἀγὼν γένηται πρὸς ἑτέρους, οὐ μόνον αὑτοὺς, ἀλλὰ καὶ τὰ ὄργανα μᾶλλον συνεπιστρέφουσι χορδολογοῦντες, καὶ ἀκριβέστερον ἁρμοζόμενοι καὶ καταυλοῦντες. [Conf. Nicet. Annal. 16, 2: Τὸ τοῦ λόγου βάρβιτον χ.]

Χορδοποιΐα, ἡ, Chordarum confectio, Chordarum conficiendarum artificium. [Pollux 7, 154.]

Χορδοποιϊκὸς, ἡ, ὸν, Pertinens ad ejusmodi artificem, Quo ejusmodi artifex utitur. [Pollux l. c.] ‖ Adverb. Χορδοποιϊκῶς, More eorum qui chordas conficiunt. Omnia hæc ap. Polluc. 7, [154].

Χορδοποιὸς, ὁ, ἡ, Qui chordas conficit, Chordarum s. Fidium conficiendarum artifex. [Ibid.]

Χορδοπώλης, ὁ, Chordarum venditor, Qui chordas s. fides venditat. Pollux 7, [154] ex Critia.

[Χορδοστροφία, ἡ. Ælian. N. A. 17, 6: Ἔοικε δ' αὐτῶν (τῶν κητῶν) καὶ τὰ νεῦρα λυσιτελῆ εἶναι εἰς τὰς τῶν ψαλτηρίων καὶ τῶν ἄλλων ὀργάνων χορδοστροφίας. Videtur esse Chordarum obductio, non Fidicula, ut vertunt interpretes. Bast. Hanc interpretationem confirmat subst. Χορδοστρόφος, ὁ, quo utuntur Dio Chrys. vol. 1, p. 276: Ἐνίοτε ἐπέτεινεν αὐτὸν, ἐνίοτε δὲ ἐπειρᾶτο ἀνιέναι, ὥσπερ οἱ χορδοστρόφοι τὰ νεῦρα τείνουσι, προσέχοντες μὴ ῥαγῇ· et Procl. Paraphr. Ptolem. 4, 4, p. 250: Ὀργανοποιοὺς, χορευτὰς, χορδοστρόφους.]

[Χορδοστρόφος. V. Χορδοστροφία.]

Χορδοτονία, ἡ, Chordarum intentio in lyra, Bud. ex [Artemone ap.] Athen. 14, [p. 637, D, in descriptione τρίποδος, instrumenti musici: Τὰς μέσας τρεῖς χώρας τὰς ἀπὸ ποδὸς ἐπὶ πόδα διεστώσας ἐνέτεινε χορδαῖς, ὑπερθεὶς ἑκάστῃ πῆχυν καὶ κάτω προσαρμόσας χορδοτονία. Recte Schweigh. generis neutrius formam restituit χορδοτόνια, nisi quod probabilius videtur χορδότονα. Nam usitata forma Χορδότονον, τὸ, est.]

[Χορδότονον, τὸ, inter instrumentorum partes memorat Pollux 4, 62, ubi in codice Jungerm. χορδοτόνον scriptum παροξυτόνως. Est pars instrumenti inferior cui chordæ affiguntur. Nicom. Harmon. p. 13: Μετέθηκεν εὐμηχάνως τὴν τῶν χορδῶν κοινὴν ἀπόδοσιν τὴν ἐκ τοῦ διαγωνίου πασσάλου εἰς τὸν τοῦ ὀργάνου βατῆρα, ὃν χορδότονον ὠνόμαζε. Aristot. De audib. p. 803, 41 Bekk.: Τοῦ ὀργάνου σκληροτέρας συμβαίνει γίγνεσθαι τὰς φωνὰς, ὅταν μὴ κατὰ μέσον τις ἅπτηται τῶν χορδῶν, διὰ τὸ μᾶλλον αὐτῶν τὰ πρὸς αὐτῷ τῷ ζυγῷ καὶ τῷ χορδοτόνῳ κατατετάσθαι. Χορδοτόνος σανὶς ap. Bryenn. Music. p. 417: Ἡ ὑπὸ τὰς χορδὰς ὑποκειμένη σανὶς χορδοτόνος ὀνομάζεται.]

[Χορδότονος, ὁ, ἡ, Chordis tensus. Soph. fragm. 232 (ap. Plut. Mor. p. 455, D): Ῥηγνὺς χρυσόδετον κέρας, ῥηγνὺς ἁρμονίαν χορδοτόνου λύρας.]

Χορδόω, Implico et involvo, ut αἱ χορδαὶ εἱλεῖσθαι solent. Praxagora meretrix in Aristoph. Eccl. [10] de lychno: Κἂν τοῖσι δωματίοισιν Ἀφροδίτης τρόπων Πειρωμέναισι πλησίον παραστατεῖς Χορδουμένων [vitium editionis Ald. pro λορδουμένων, quod nunc ex codd. et Suida restitutum] τῶν σωμάτων, Dum corpora in coitu implicantur sibi mutuo. Schol. exp. κινουμένων, hoc dici scribens, quoniam οἱ συνουσιάζοντες κινοῦνται.

[Χορδύβη, ἡ, Chordybe, urbs Cappadociæ. Ptolem. 5, 6, p. 335, 9, ex codd. pro vulgato Χορδύλη. Unus codex Κορδύλη, quod alius urbis nomen est p. 337, 10.]

Χορεία, ἡ, Chorea, Saltatio [vel simpliciter, vel] cum cantu, Tripudium cantu mixtum. [Pollux 4, 44.] Scribit enim Suidas veteres χορείαν appellasse τὴν μετὰ ᾠδῆς ὄρχησιν, et ante eum Plato Leg. 2, [p. 654, B]: Χορεία γε μὴν ὄρχησίς τε καὶ ᾠδὴ ξύνολόν ἐστι. [Et alibi sæpe ap. Platonem, velut ib. p. 672, E: Ὅλη χ. ὅλη παίδευσις ἦν ἡμῖν· 7, p. 796, B: Εὐφρανθεῖσα τῇ τῆς χ. παιδιᾷ· 2, p. 655, D: Μιμήματα τρόπων ἐστὶ τὰ περὶ τὰς χ. 6, p. 772, B: Θυσιῶν τε καὶ χορειῶν· Tim. p. 40, C: Χορείαις τῶν θεῶν. Χορείαν καὶ ὀρχηστικὴν Ælian. N. A. 2, 11. Semel ap. Tragicos, Eurip. Phœn. 1271: Οὐκ ἐν χορείαις... σοὶ προχωρεῖ δαιμόνων κατάστασις. Sæpius ap. Aristoph., ut Thesm. 956: Ῥυθμὸν χορείας ὕπαγε πᾶσα· 968: Εὐκύκλου χ. 982: Διπλῆν χάριν χορείας· Ran. 248: Ἔνυδρον ἐν βυθῷ χ. Antiphan. ap. Athen. 14, p. 642, A: Εἶτ' ἐπεισῆγεν χορείαν. Inscr. vasculi ap. Bœckh. n. 8387, vol. 4, p. 225: Διώνη Μαινάς. Θάλεια. Χορεία.] Plutarch. Symp. sept. sap. [p. 160, E]: Τῇ τελευταίᾳ ἡμέρᾳ παννυχίδος οὔσης καὶ χορείας τινὸς καὶ παιδιᾶς παρὰ τὸν αἰγιαλὸν, Chorea quadam. Id. De def. orac. [p. 422, B]: Ἅπτεσθαι δὲ τοὺς ἑφεξῆς ἀλλήλων [κόσμους] ἀτρέμα περιϊόντας ὥσπερ ἐν χορείᾳ, Eos porro inter se deinceps contingere ac velut in chorea leniter se torquere. [De sideribus Plato Epinom. p. 982, E: Πορείαν δὲ καὶ χ. πάντων χορῶν καλλίστην... χορεύοντα. De sole Lucian. De salt. c. 17: Πρὸς τὴν ἀνατολὴν στάντες ὀρχήσει τὸν Ἥλιον ἀσπάζονται... μιμούμενοι τὴν χ. τοῦ θεοῦ. Ælian. N. A. 9, 36: Ἀναπάλλεται καὶ πηδᾷ χορείᾳ τινὶ φυσικῇ καὶ ὀρχηστικῇ. Longus p. 5, 10: Τὸ πᾶν σχῆμα χορεία ἦν ὀρχουμένων. Χορείαν ἱστάναι Heliodor. 5, 16. De cantu Pratinas ap. Athen. 14, p. 617, F: Ἄκουε τὰν ἐμὰν Δώριον χορείαν.] Basil. in Epist. quadam ad Greg. Naz.: Τί μακαριώτερον τοῦ τὴν ἀγγέλων χορείαν ἐν γῇ μιμεῖσθαι; Angelos choris cantuque Deum celebrantes imitari.

[Χορειάρχης, Chorearum præses. Jo. Chrys. Hom. 13, vol. 5, p. 70, 36. Seager.]

[Χορειοβακχεῖος et Χορειοδάκτυλος, ὁ, Tribrachus cum baccheo vel dactylo compositus. Tzetz. in Cram. Anecd. Oxon. vol. 3, p. 307, 21.]

[Χορεῖον, i. q. χόριον, quod v.]

Χορεῖον, τὸ, Locus in quo χορεύουσι, Locus exercendis celebrandisque choreis destinatus, ubi chori agitantur, cum cantu saltatur, χορηγεῖον. [Zonaras Lex. p. 1857: Χ. ὁ τόπος τοῦ χοροῦ.] Hesychio διδασκαλεῖον, item βωμός τις et αὔλημά τι. Suidæ vero etiam ἡ χόρευσις. [Tzetz. Alleg. Iliad. Σ, 763. Boiss. Lex. rhet. in Bekk. Anecd. p. 316, 19: Χόρειον (sic) ἄγγος, ἢ ἀσκός. Hoc est χόριον.]

[Χορεῖος, εία, εῖον. HSt. post verba s. v. Χορεῖος, ὁ, posita:] Porro ut ad Χορεῖος revertar, afferunt et χορεῖα μέλη s. ἄσματα ex Aristoph. schol. pro Carmina quæ in choris canuntur [Ran. 1303: Θρήνων, χορείων]: ut et χορεία ἀοιδὴ Apollonio est ἡ μετὰ χοροῦ λεγομένη ᾠδὴ, Quæ cum saltatione decantatur, s. Ad quam saltatur, Ad quam chorea agitatur, Quæ tripudiando canitur: Arg. 2, [714]: Τόν γε χορείᾳ μέλψαν ἀοιδῇ. [Ælian. N. A. 2, 11: Χορεῖόν τι καὶ ἐμμελὲς ὁμορροθοῦντες.] Item χορεῖος quædam αὔλησις ap. Athen. 14, [p. 618, C, ex Tryphone,] procul dubio quæ choris s. choreis adhibebatur; choris enim tibias adhiberi solitas, patet ex iis quæ in Χορὸς dicam et in Χοραύλης dixi. Sed posset fortassis hoc χορεῖος ex χορεύω quoque derivari. [Diversa mixta sunt in gl. Hesychii, Χορεῖον· διδασκαλεῖον. Καὶ βωμός τις. Καὶ αὔλημά τι. Καὶ μέρος τι χωρίον. Καὶ τὸ κάλυμμα τὸ συγγενόμενον ἐκ τῆς κοιλίας. Duas primas interpretationes Hemst. ad Polluc. 9, 42 sic dispescuit, Χορηγεῖον· διδασκαλεῖον. Χορεῖον· βωμός τις, recte fortasse prius, sed de altero probabilior est Scaligeri conjectura καὶ βρῶμά τι, collatis locis Athenæi qui s. v. Χόριον afferentur. Tertia interpretatio confirmatur loco Athenæi ab HSt. allato p. 618, C. Quarta manifesto corrupta, quam in μέλος τι χορικόν mutabat Valesius. Quintam ad χόριον esse referendam vidit HSt. s. h. v. ‖ Cognomen Bacchi. Plut. Mor. p. 680, D: Ὁ Λυαῖος θεὸς καὶ χ.]

[Χορεῖος, ὁ.] Χόριος; sive Χορεῖος, ὁ, Pes quidam nominatus fuit, quod eo pedis genere conscripti versus choris s. choreis apti essent: unde et τροχαίου nomen invenit, quod ἐν τοῖς χοροῖς agilius moventur, in modum τῶν τρεχόντων: ut Hephæstionis quoque schol. [ad 3, 21, p. 170 Gaisf.] docet: Τῶν δὲ τρισυλλάβων ποδῶν, πρῶτος μὲν, ὁ χορεῖος, ὁ καὶ τρίβραχυς ἐκ τριῶν βραχειῶν· ἐκλήθη δὲ χορεῖος, ὅτι οἱ ἀπὸ τῶν χορευόντων ἀδόμενοι ἐν ταῖς χορείαις ὕμνοι, ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον ἐκ τοιούτων συνίσταντο μέτρων· ὁ καὶ τροχαῖος καὶ βραχυσύλλαβος. Ubi etiam nota tribrachyn, i. e. pedem tribus constantem brevibus syllabis, choreion nominari, quum alioqui ita dici soleat qui prima longa et secunda brevi constat, ut supra in Τροχαῖος docui, ubi et Χόριος habes ex Terentiano Mauro. [Grammaticorum Græcorum et Latinorum locos in quibus vel trochæus vel tribrachus Græce χορεῖος s. χόριος, Latine *choreus* s. *chorius* vocatur, collegit Santen. ad Terent. Maur. p. 69—73. *Chorios* vel *chorius* correpta syllaba media est ap. Terentian. 1386, 1488, 1907, 2152. Eadem mensura in epigr. Anth. Pal. 14, 15: Σπονδεῖος, χόριος καὶ δάκτυλος ἠδ' ἀνάπαιστος· confirmatque hanc formam etiam χοριάμβου nomen, quod ex χόριος et ἴαμβος potius formatum est quam ex χορεῖος et ἴαμβος, ut nihil tribuendum videatur locis non paucis in quibus apud Græcos χορεῖος, apud Latinus *choreus* scribitur. G. Dind.]

Χόρευμα, τὸ, Id quod saltando exprimitur, Saltatio: χ. Βακχεῖον, Eur. Phœn. [658], Bacchica saltatio s. tripudiatio, Bacchatio, βάκχευμα. [Bacch. 132: Χορεύματα τριετηρίδων· El. 875: Χωρήσεται Μούσαισι χ. φίλον· Herc. F. 889: Κατάρχεται χόρευμα τυμπάνων ἄτερ. Pratinas ap. Athen. 14, p. 617, C: Τί τάδε τὰ χ.; Anth. Plan. 289: Κάδμου τὰ πάρηβα χ. Dionys. A. R. 2, 70: Πολὺ τὸ χ. καὶ σκίρτημα. De saltatione mores imitante Plato Leg. 2, p. 655, C: Οὐ γὰρ ... τὰ τῆς κακίας ἢ ἀρετῆς καλλίονα χ.]

Χόρευσις, εως, ἡ, Saltatio. Utitur eo verbali Suidas in Χορεῖον.

[Χορευτέον, Saltandum. Eur. Bacch. 324.]

Χορευτὴς, ὁ, Saltator, Tripudiator, vel potius Qui simul cantat et saltat, ut in choris fit, Qui choros agitat s. exercet. [Pind. Pyth. 12, 48: Χορευτᾶν μάρτυρες.] Bud. χορευτὰς esse dicit Eos qui chorum conficiunt, et una cum ὑποκριταῖς ab Alexandro Aphr. in Probl. inter φωνασκοῦντας numerari. Quomodo Pollux quoque 4, c. 15 [§ 109], dicit τὸν κωμικὸν χορὸν fuisse τέσσαρας καὶ εἴκοσι χορευτὰς, ubi etiam παρασκήνιον vocatum fuisse ait, ὁπότε ἀντὶ τετάρτου ὑποκριτοῦ δέοι τινὰ τῶν χορευτῶν εἰπεῖν ἐν ᾠδῇ. [Aristoph. Ach. 443: Τοὺς χ. ἡλιθίους παρεστάναι.] Nec non Plato Symp. [p. 173, A]: Αὐτός τε καὶ οἱ χορευταὶ, Ipse cum choricis, de Agathone qui τῇ πρώτῃ τραγῳδίᾳ ἐνίκησεν. [Rep. 2, p. 373, B: Ποιηταί τε καὶ τούτων ὑπηρέται, ῥαψῳδοὶ, ὑποκριταὶ, χορευταί· Ion. p. 536, A: Ὁρμαθὸς χορευτῶν τε καὶ διδασκάλων. Xen. Mem. 3, 5, 6: Καραδοκοῦντες τὰ προσταχθησόμενα ὥσπερ χορευταί· et ib. 21, ubi choragi dicuntur ἄρχειν χορευτῶν καὶ ὀρχηστῶν. Andoc. p. 31, 37: Κελεύοντος τοῦ νόμου ἐξάγειν τῶν χορευτῶν τὸν ἀγωνιζόμενον ξένον. Quam legem memorat etiam Plut. V. Phocion. c. 30. Antiphontis oratio superest περὶ τοῦ χορευτοῦ.] Et Plut. [Mor. p. 349, A]: Οἱ δὲ χορηγοὶ τοῖς χορευταῖς ἐγχέλια καὶ θριδάκια καὶ σκελλίδας καὶ μυελὸν παρατιθέντες, εὐώχουν ἐπὶ πολὺν χρόνον, φωνασκουμένους καὶ τρυφῶντας (nam choragi ludorum tempore alebant τοὺς περὶ τὴν χορῳδίαν, ut Plato vocat hosce χορευτάς). Aristot. Polit. 3, [c. 4]: Ὥσπερ οὐδὲ τῶν χορευτῶν κορυφαίου καὶ παραστάτου, sc. ἀνάγκη μίαν εἶναι τὴν ἀρετήν. Ubi qui χορευτῶν κορυφαῖος dicitur, vocatur etiam χοροστάτης, χοροδιδάσκαλος et χορηγός: post quem παραστάτης, τριτοστάτης, et qui deinceps sequuntur. [Χορευταὶ παῖδες Heliodor. 4, 19. Translate de cicadis Ælian. N. A. 1, 20. Herch. Δελφῖνες χορευταὶ (i. e. qui natantes in mari exsultant) in carm. Anacreontico 51, 24. Sensu latiore χορευταὶ τῆς Ἀθηνᾶς, Cultores Minervæ, Aristid. vol. 1, p. 10.]

[Χορευτικὸς, ἡ, ὸν, Saltatorius, Gl.] Χορευτικὰ σχήματα, Lucian. De saltat. [c. 10], Qualia sunt τῶν χορευτῶν. [Χορευτικαὶ στολαὶ Ælian. N. A. 2, 11. ‖ Adverb. Χορευτικῶς, Eustath. Opusc. p. 195, 1: Σκιρτᾶν οἷον χ.]

[Χορεύτρια, ἡ, Saltatrix. Sacra virgo, ap. Athanas. vol. 1, p. 834.]

Χορεύω, Choros agito s. celebro, Choros exerceo s. duco, χορὸν ἀρτίζομαι s. ποιοῦμαι, ut Musæ ap. Hesiod. Theog. init.: Ἀκροτάτῳ Ἑλικῶνι χοροὺς ἐνεποιήσαντο Καλούς, ἱμερόεντας, ἐπερῥώσαντο δὲ ποσσίν· quæ ibid. περὶ κρήνην ἰοειδέα πόσσ' ἁπαλοῖσιν Ὀρχεῦνται. [Hesych.: Χορεύει· μελῳδεῖ, βακχεύει, ὀρχεῖται.] Nam vel idem significant ὀρχέομαι et χορεύω, Salto, Tripudio, vel parum a se differunt; alicubi enim copulata leguntur: ut ap. Herodian. [5, 7, 8] Antoninus Heliogabalus Alexandrum ἐβούλετο τὰ ἑαυτοῦ παιδεύειν ἐπιτηδεύματα, ὀρχεῖσθαί τε καὶ χορεύειν. Itemque apud Aristoph. Pl. [761]: Ὀρχεῖσθε καὶ σκιρτᾶτε καὶ χορεύετε. Non multum certe a se differre patet itidem ex Luciano De salt. [c. 12]: Ἡ δὲ ὄρχησις, ἐφήβων τε καὶ παρθένων παρ' ἕνα χορευόντων, Adolescentium virginumque serie constat per manus reste ducta alternantium in chorea. [Ib. c. 16: Παίδων χοροὶ συνελθόντες ὑπ' αὐλῷ καὶ κιθάρᾳ οἱ μὲν ἐχόρευον, ὑπωρχοῦντο δὲ οἱ ἄριστοι.] Hoc igitur discriminis forsitan fuerit, quod τὸ χορεύειν erat Saltare s. Tripudiare cum cantu, ὀρχεῖσθαι autem Rhythmice moveri etiam sine cantu. [Origine sua hæc verba ita differunt ut ὀρχεῖσθαι motum rhythmicum per se spectatum significet sive unius personæ sive complurium, χορεύειν vero saltationem choricam. Sæpissime tamen hoc quoque verbum, neglecta nominis χορὸς, a quo derivatum est, notione, de saltantibus singulis dicitur.] Herodian. 5, [5, 18] de Antonino Heliogabalo: Γύναιά τε ἐπιχώρια ἐχόρευε σὺν αὐτῷ περιθέοντα τοῖς βωμοῖς, κύμβαλα ἢ τύμπανα μετὰ χεῖρας φέροντα. Et [ib. 17], Περί τε τοὺς βωμοὺς ἐχόρευεν ὑπὸ παντοδαποῖς ἤχοις ὀργάνων. Itidemque aliquanto ante, Περί τε τοῖς βωμοῖς χορεύοντα νόμῳ βαρβάρων, ὑπό τε αὐλοῖς καὶ σύριγξι, παντοδαπῶν τε ὀργάνων ἤχῳ. At ex Greg. Naz.: Χορευούσας περὶ τὸ πρῶτον αἴτιον, pro Exultantes circa primam causam: possis etiam, Præ lætitia choros ducentes circa primam causam. Isocr. Areop. [p. 150, D]: Χορεύοντας ἐν χρυσοῖς ἱματίοις. Plut. Lyc. [c. 28]: Χορείας χορεύειν ἀγεννεῖς, Ignobilibus exerceri choreis. Plato [Epin. p. 982, E]: Χορείαν χορεῦον καλλίστην. Athen. 14: Τοὺς κάλλιστα χορεύοντας. [Epicorum veterum exempla nulla sunt, sæpius vero hoc verbo usi sunt poetæ lyrici et tragici et posteriorum temporum scriptores quivis. Soph. Aj. 701: Νῦν γὰρ ἐμοὶ μέλει χορεῦσαι. Eur. Cycl. 156: Χορεῦσαι παρακαλεῖ μ' ὁ Βάκχιος· Herc. F. 1303: Χορευέτω Ζηνὸς ἡ κλεινὴ δάμαρ· Bacch. 21, ubi Bacchus cultum suum Thebis ab se institutum describit: Κἀκεῖ χορεύσας καὶ καταστήσας ἐμὰς τελετάς· unde Cadmus ib. 184: Ποῖ δεῖ χορεύειν, ποῖ καθιστάναι πόδα; chorus 194: Αὐτίκα γᾶ πᾶσα χορεύσει· et Tiresias 207: Οὐ γὰρ διήρηχ' ὁ θεὸς εἴτε τὸν νέον ἐχρῆν χορεύειν εἴτε τὸν γεραίτερον· et ironice Pentheus de Baccho in carcerem conjiciendo 511: Ἐκεῖ χόρευε. De choro in honorem dei saltante Soph. OEd. T. 896: Τί δεῖ με χορεύειν. Cum ὀργιάζειν conjunxit Plut. Mor. p. 1101, E: Ὀργιάζοντες ἢ χορεύοντες ἢ θυσίαις παρόντες. Xen. Anab. 4, 7, 16: Ἥδυν καὶ ἐχόρευον (Chalybes ante pugnam)· 5, 4, 17: Ἅμα ἐχόρευον ᾄδοντες. Addito dativo Eur. Bacch. 195: Βακχίῳ χορεύσομεν. Xen. Hipparch. 3, 2: Οἱ χοροὶ τοῖς θεοῖς χορεύοντες. Aristid. vol. 1, p. 28, 12: Διόνυσος, ᾧ χορεῦσαι δεῖ. Cum accus. Pind. Isthm. 1, 8: Φοῖβον χορεύων, i. e. Phœbum choris celebrans. Soph. Ant. 1153: Θυίαισιν, αἵ σε μαινόμεναι πάννυχοι χορεύουσι (Bacchum). Cum præposs., ut ἀμφὶ ap. Eurip. Alc. 586: Ἐχόρευσεν ἀμφὶ σὰν κιθάραν νεβρός. Cum ἐπὶ Soph. fragm. 740: Κἀπὶ Κυρβάντεσσι χορεύσατε. Cum περὶ Plato Euthyd. p. 277, E: Τούτῳ οὐδὲν ἄλλο ἢ χορεύετον περὶ σέ. Plut. Mor. p. 766, B: Περὶ τὸν αὐτὸν θεὸν ἄνω χορεύων καὶ περιπολῶν. Cum παρὰ Anton. Lib. c. 1: Κτήσυλλαν χορεύουσαν Πυθίοις παρὰ τὸν βωμὸν τοῦ Ἀπόλλωνος· nisi hic quoque περὶ scribendum cum Verheykio. Tibia, quæ choros comitatur, ipsa χορεύειν dicitur a Pratina ap. Athen. 14, p. 617, D: Ὁ δ' αὐλὸς ὕστερον χορευέτω· καὶ γάρ ἐσθ' ὑπηρέτας χώμων μόνον. Improprie de motu siderum Plato supra ab HSt. citatus Epinom. p. 982, E: Πορείαν ...

καὶ χορείαν πάντων χορῶν καλλίστην ... χορεύοντα (ἄστρα). De luna Eur. Ion. 1080 : Ἀνεχόρευσεν αἰθὴρ, χορεύει δὲ Σελάνα. De citatiore circulatione poculi in convivio Antiphanes ap. Athen. 11, p. 781, F : Δέπας μεστὸν, κύκλῳ χορεῦον· ut κύλιξ περιελαύνεσθαι vel περισοβεῖσθαι dicitur, et quæ sunt similia comparata ab Valcken. ad Callim. p. 259. De pulvere in altum sublato Theophyl. Sim. Hist. p. 81, C : Εἰς ὕψος ἡ κόνις ἐχόρευεν. De animi motu Eunap. p. 113 : Τῶν ὀφθαλμῶν ἑρμηνευόντων χορεύουσαν ἔνδον τὴν ψυχὴν περὶ τὰ δόγματα.] Pass. etiam voce et significatione κεχόρευται dicitur pro Chori exerciti sunt, (si hoc particip. ita licet uti, ut dicuntur chori exerceri,) Chori agitati s. celebrati sunt, Tripudiatum est et saltatum. Aristoph. Nub. [fin.] : Ἡγεῖσθ' ἔξω· κεχόρευται γὰρ μετρίως τόγε τήμερον ἡμῖν. [Plut. Mor. p. 762, F : Ἱκανά σοι τέθυται καὶ πεπόμπευται καὶ κεχόρευται.] At γάμους ἐχόρευσαν ex Eur. [Iph. A. 1057] affertur pro Choris nuptias celebrarunt; nuptiarum enim tempore totam fere urbem θαλίαι τε χοροί τε Ἀγλαΐαι τε ἔχουσι, ut in Χορὸς videre est ex Hesiodi quodam loco. [Ἐπινίκια χ. Eumath. 10, p. 401. Similiter χορεύειν τοὺς ἀγῶνας Polyb. 4, 20, 9. Μέλος χ. Archias Anth. Pal. 7, 214 : Δελφὶς ... πολυτρήτοιο μέλος καλάμοιο χορεύων. Χορεύειν ὕμνον Heliodor. 5, 16. Similiter Aristoph. Thesm. 103 : Δεξάμεναι λαμπάδα, κοῦραι, ... χορεύσασθε βοάν, forma media, ut Æsch. Ag. 31 : Φροίμιον χορεύσομαι· et Eurip. Ion. 1084 : Κόραι Νηρέος αἳ κατὰ πόντον χορευόμεναι. Cum accus. personæ, Ad saltandum excito. Eur. Herc. F. 686 : Μούσας, αἵ μ' ἐχόρευσαν· 871, de Hercule in furorem conjiciendo : Τάχα σ' ἐγὼ μᾶλλον χορεύσω καὶ καταυλήσω φόβῳ· et passive de eodem 878 : Μανιάσιν Λύσσας χορευθέντ' ἐν αὐλοῖς. Quocum Jacobs. comparavit quod de Furia dixit Philostr. p. 849 : Διὰ τοῦ στέρνου (τοῦ Ἡρακλέους) χορεύει μέσῳ αὐτῷ. Significatione propria Soph. OEd. T. 1093, χορεύεσθαι πρὸς ἡμῶν, de Cithærone qui saltationibus et choris impletur.] Porro reperitur et χορεύειν πόδας, ut ἄλλεσθαι πόδας, pro Movere s. Agitare pedes modo saltantium et choros celebrantium. Philipp. lib. 2 Epigrr. p. 174 [Anth. Pal. 11, 33] : Λάθριον ἑρπύστην σκολιὸν πόδα κισσὲ χορεύσας, Flexuosum pedem saltantium more movens. Erycius lib. 3, p. 274 [Anth. Pal. 7, 36] in Sophoclem : Αἰεί τοι λιπαρῷ ἐπὶ σήματι, δῖε Σοφοκλεῖς [Σοφόκλεις], Σκηνίτης μαλακοὺς κισσὸς ἄλοιτο πόδας. Ubi etiam obiter nota hunc usum verbi Ἄλλομαι. [De hominibus ad prandium festinantibus Ælian. N. A. 3, 46 : Ἄνθρωποι πονηροὶ καὶ περὶ τράπεζαν ... ἀεὶ ἐπ' ἄριστά τε χορεύοντες.] Rursum passive aliquid χορεύεσθαι dicitur. Affertur enim ex Plat. Leg. [2, p. 655, D : Τὰ ῥηθέντα ... ἢ καὶ ὁπωσοῦν χορευθέντα], χορευθεὶς pro Sub specie saltationis expressus.

[Χορζηνὴ, ἡ, Chorzena, regio Armeniæ. Strabo 11, p. 528.]

[Χορηγέτης, ὁ, i. q. χορηγός. Iambl. V. Pyth. p. 386.]

[Χορηγεῖον, τό.] Χοραγεῖον, τὸ, Locus in quo chori s. choreæ ducuntur. Hesych. ut χοραγὸς exp. διδάσκαλος, ita χοραγείων exp. διδασκαλείων. Infra autem χορηγὸς et χορηγεῖον habebimus. [Ibi HSt. s. v. Χορηγέω :] Est inde Χορηγεῖον quoque sive Χορήγιον, quæ idem significant cum superiore χοραγεῖον, i. e. Locus in quo chori ducuntur, Locus ducendis s. exercendis choris destinatus. Item Locus in quo chorus a chorago suis ornamentis instruitur et apparatur. Vitr. 5, 9 : Post scenam porticus sunt constituendæ, uti, quum imbres repentini ludos interpellarint, habeat populus quo se recipiat ex theatro : choragiaque laxamentum habeant ad chorum parandum : uti sunt porticus Pompeianæ, itemque Athenis porticus Eumenici, patrisque Liberi fanum. [Phryn. in Bekk. Anecd. p. 72, 17 : Χορηγεῖον· ὁ τόπος, ἔνθα ὁ χορηγὸς τούς τε χοροὺς καὶ τοὺς ὑποκριτὰς συνάγων συνεκρότει.] Itidem Pollux 4, c. 15 [§ 106] χορηγίον [scribendum χορηγεῖον] nominari scribit τὸν τόπον, οὗ ἡ παρασκευὴ τοῦ χορηγοῦ, Ubi choragi est apparatus, Ubi choragus habet ea quæ apparando et adornando choro sunt necessaria. Alioqui χορηγίου nomine significatur ipsum etiam Instrumentum chori, h. e. Ea quæ instruendo adornandoque choro necessaria sunt, Ornamenta et instrumenta chorica, quæ choragus suppeditat τοῖς ἀγωνισομένοις. Quo modo Bud. accipit in hoc l. Demosth. [p. 403, 22] : Τὰ τελευταῖα δὲ ἔναγχος ἐν χορηγίοις ἀλλοτρίοις ἐπὶ τῷ τριταγωνιστεῖν ἀγαπητῶς, παρατρεφόμενον. Latini certe ita usurparunt vocab. Choragium, ut idem Bud. p. 1008 docet. Interdum tamen et simpliciter pro Apparatu, ut quum Auctor Rhet. ad Herenn. 4 dicit, Aut aliquod fragile falsæ choragium gloriæ comparetur. At Polyb. παρασκευὰς et χορήγια copulavit in hoc ap. Suid. l. : Μὴ οἷον κατὰ θάλατταν τὰς παρασκευὰς καὶ τὰ χορήγια παρακομίζειν τοῖς στρατοπέδοις, μηδὲ ἐπὶ ὑποζυγίων, ἀλλ' ἐν πήραις δέχ' ἡμερῶν ἔχοντας ἐφόδια. [Τὰ χορηγεῖα de omni commeatuum genere ap. Polyb. 1, 17, 5 : Ἤθροισαν τὰ χ. καὶ τὰς δυνάμεις· ib. 18, 5 : Τὰ χ. καὶ τὴν ἄλλην παρασκευήν. Quod χορήγια scribi vult Schweigh., ut χορήγια est 3, 89, 9; 18, 24, 5; et genitivus falso accentu χορηγιῶν scriptus pro χορηγίων 15, 31, 4; 32, 11, 7.] Similiter pro Apparatu, vel etiam Loco unde apparatus depromitur, accipi potest ap. Athen. 12, [p. 546, A] ubi regi Persarum beatitudine et voluptatum omni genere secundus esse dicitur rex Siciliæ, sed longe inferior : Ἐκείνῳ μὲν γὰρ ἦτε (sed videtur scribi debere ἦγε, aut certe aliquid deesse) Ἀσία ὅλη χορηγεῖ, τὸ δὲ Διονυσίου χορηγεῖον παντελῶς ἂν εὐτελές τι φανείη πρὸς ἐκεῖνο συγκρινόμενον. Ubi nota properispωmenωs scribi χορηγεῖον, sed Budæo videri scr. proparoxytonωs χορήγιον. [Subtilius si quæras, intelliges non tam ipsum apparatum χορηγεῖον dici ab eo auctore cujus ibi verba citat Athenæus, quam Regionem quæ apparatum et opes suppeditat. Schweigh.] Rursum tamen properispωmenωs ap. Polluc. legitur, sed in prima signif., vel potius in ea signif. quæ a prima defluxit, ut quum 9, [42] urbis quasdam partes recensens, synonymωs ponit γραμματεῖα, διδασκαλεῖα, παιδαγωγεῖα, φωλεοί, subjungitque, Ἐκάλουν δὲ τὸ διδασκαλεῖον καὶ χορὸν, ὁπότε καὶ τὸν διδάσκαλον, χορηγὸν, καὶ τὸ διδάσκειν, χορηγεῖν. Doricæ vero dialecti peculiarem hunc hujus verbi usum esse dicit; ita enim usurpasse Epicharmum ἐν Ὀδυσσεῖ Αὐτομόλῳ : at ἐν Ἁρπαγαῖς Eund. χορηγεῖον appellasse τὸ διδασκαλεῖον. [Χορεῖον per διδασκαλεῖον exp. Hesych., quod ex χορηγεῖον corruptum videtur Hemsterhusio.] Proprie igitur χορηγὸς dicitur Dux et magister chori, qui chorum ducit eique præit, docens eum quomodo canendum sit et quomodo saltandum : et χορηγεῖον, Locus in quo id fit : latius deinde χορηγὸς ponitur pro Quovis magistro, et χορηγεῖον pro Quavis schola et ludo : ut et παιδευομένων χορὸς dictus per metaph. pro σύστημα. Apud Ammon. autem [p. 148] proparoxytonωs χορήγιον pro διδασκαλεῖον. [Recte Valck. χορηγεῖον. Quæ scriptura etiam Demostheni restituenda l. supra ab HSt. citato. De apparatu vero s. commeatu dictum in locis Polybii incertum est utrum sic an χορήγιον scribendum sit, quod pro χορηγία, ἡ, dicere fortasse placuit posteriorum temporum scriptoribus. G. D.]

[Χορηγέω.] Ab χορηγὸς est et verb. Χορηγέω, quod significat Chori dux sum, Chorum duco, Choro præeo, Chorum erudio et doceo. Aliquando et generalius pro Doceo, Erudio; nam, ut in præcedente χορηγεῖον docui, solet Dorica dialectus χορηγεῖν pro διδάσκειν usurpare, veluti Epicharmus in Ulysse transfuga usurpasse comperitur, [ut docet Pollux 9, 41. Propria verbi significatio est chorum ducendi, ut χορηγὸς, quod v., proprie est ὁ καθηγούμενος τοῦ χοροῦ. Hinc cum genitivo construxit Plato, bis eo verbo usus improprie de eo qui primus aliquid instituit, Theæt. p. 179, D : Οἱ τοῦ Ἡρακλείτου ἑταῖροι χορηγοῦσι τούτου τοῦ λόγου μάλα ἐρρωμένως· et Leg. 2, p. 653, E : Ἔνρυθμον ... αἴσθησιν μεθ' ἡδονῆς, ἣ δὴ κινεῖν τε ἡμᾶς καὶ χορηγεῖν ἡμῶν τούτους· ubi alii libri ἡμῖν. Cum accus. Bacchyl. vel Simonides Anth. Pal. 13, 28 : Τῶν ἐχορήγησεν κύκλον μελίγηρυν Ἱππόνικος.] ‖ Choragus sum, Choragi munere fungor, h. e. Choris sumptus præbeo, Choros ludis Bacchanalibus instituo, et adorno meis sumptibus, Ludos choricos meis sumptibus publice edo s. exhibeo. [Qui usus verbi fere proprius est Atticorum, quorum inter λειτουργίας erat τὸ χορηγεῖν. Xen. De rep. Ath. 1, 13 : Χορηγοῦσιν οἱ πλούσιοι· Mem. 3, 4, 3 : Ὁσάκις κεχορήγηκε,

πᾶσι τοῖς χοροῖς νενίκηκε.] Dem. [p. 312, 25]: Ἐξελθόντι δὲ ἐκ παίδων, τἀκόλουθα τούτοις πράττειν, χορηγεῖν, τριηραρχεῖν, εἰσφέρειν. [Id. p. 315, 8: Ἐχόρευες, ἐγὼ δ' ἐχορήρουν. Lycurg. p. 167, 31: Εἴ τις κεχορήγηκε λαμπρῶς. Et cum eodem adverbio Antipho p. 117, 33.] Isocr. Æginet. [p. 391, D]: Τίνες γὰρ ἢ μειζόνων ἀρχῶν ἠξιώθησαν, ἢ πλείω χρήματα εἰσήνεγκαν, ἢ κάλλιον ἐχορήγησαν, ἢ μεγαλοπρεπέστερον τὰς ἄλλας λειτουργίας ἐλειτούργησαν. (Ubi nota τὴν χορηγίαν vocari λειτουργίαν, ut a Demosth. quoque vocari in Χορηγία doceo.) Itidem De fort. Alex. 2, [p. 334, E] de Thessalo et Athenodoro Tragicis: Ὧν ἀνταγωνιζομένων ἀλλήλοις, ἐχορήγουν μὲν οἱ Κύπριοι βασιλεῖς, ἔκρινον δὲ οἱ δοκιμώτατοι τῶν στρατηγῶν. [Et sæpissime in monumentis agonisticis, quorum exempla v. ap. Bœckh. in Corp. Inscrr. vol. 1, p. 343 seqq., et in locis scriptorum qui ex hujusmodi monumentis derivati sunt: velut ap. Plut. V. Themist. c. 5: Θεμιστοκλῆς ἐχορήγει, Φρύνιχος ἐδίδασκεν, Ἀδείμαντος ἦρχεν. Ap. Steph. Byz. s. v. Ἀτήνη, Πατροκλῆς Ἀτηνεὺς ἐχορήγει. In Argumento Æschyli Agam.: Ἐχορήγει Ξενοκλῆς Ἀφιδνεύς· ubi grammaticus verbum, quod in monumentis nomini postponi solet, præposuit. Addito accusativo cognato χορηγεῖν χορηγίας Antipho p. 138, 27. Non raro choragi officium accuratius definitur addito nomine tribus, pro qua sumtum facit, quod χορηγεῖν τῇ φυλῇ aut, ubi de pluribus agitur, ταῖς φυλαῖς dicitur, vel festi, cui celebrando inservit, chorique vel artificum quos instituendos curat, ut ap. Isæum p. 54, 29: Τῇ μὲν φυλῇ εἰς Διονύσια χορηγήσας τέταρτος ἐγένετο, τραγῳδοῖς δὲ καὶ πυρριχισταῖς ὕστατος. Lysias p. 161, 37: Χορηγεῖν ἀνδράσιν ἐς Διονύσια· et κωμῳδοῖς ib. p. 162, 2, ut χορηγεῖν παισὶ Διονύσια Demosth. p. 535, 12, Παναθηναίοις κεχορήγηκα p. 565, 11, Διονυσίοις χ. Antiph. p. 142, 34. Λήναια χ. Aristoph. Ach. 1133. Simon. Anth. Pal. App. 79: Ἀριστείδης ἐχορήγει πεντήκοντ' ἀνδρῶν καλὰ μαθόντι χορῷ, ut χορὸν ᾧ χορηγοίην Plato dixit Gorg. p. 482, B, παίδων χορῷ χ. Plut. V. Dion. c. 17, τοῖς ὑποκριταῖς χ. V. Alex. c. 29. Cum genitivo Plut. Mor. p. 724, B: Ἐν Δήλῳ Νικίας χορηγήσας Ἀθηναίων. Ps.-Lucian. Demosth. enc. c. 45: Φυλὴ Πανδιονὶς ἧς ἐθελοντὴς ἐχορήγουν ἐγώ. Quæ parum certa sunt exempla, quum facile corrigi possit Ἀθηναίοις et ἧ. Nam χορηγεῖν χοροῦ non sumtum choro præbere significat, sed ducem chori esse, ut in locis Platonicis supra allatis.] || Cum dat. etiam personæ jungitur, et significat modo Sumptus præbeo et magnas pecunias erogo, more choragorum, modo Largior. Aristot. Eth. 4, 2, de prodigo, qui λαμπρύνεται παρὰ τὸ μέλος, ut dives esse videatur et admirationi habeatur, ἐρανιστὰς γαμικῶς ἑστιῶν, καὶ κωμῳδοῖς χορηγῶν, ἐν τῇ παρόδῳ πορφύραν εἰσφέρων. Plut. De non fœnerando [p. 830, E]: Οὐ γὰρ ἄρτων οὐδὲ οἴνου τιμὴν ὀφείλομεν, ἀλλὰ χωρίων καὶ ἀνδραπόδων καὶ ἡμιόνων καὶ τρικλίνων καὶ τραπεζῶν, καὶ χορηγοῦντες ἐκλελυμένως πόλεσι, φιλοτιμούμενοι φιλοτιμίας ἀκάρπους καὶ ἀχαρίστους· profusis enim largitionibus erogationibusque pecuniarum exhauriuntur ditissimi alioqui, et ære alieno se obstringunt. Nisi de illis ipsis sumptibus dicatur, quos facit qui χορηγὸς est: ut infra ap. Antiphanem quispiam χορηγὸς αἱρεθείς, Ἱμάτια χρυσᾶ παρασχὼν τῷ χορῷ, ῥάκος φορεῖ. Herodian. 3, [13, 10]: Τοσαύτης οὔσης οἴκοι περιουσίας ὡς ἀφειδῶς καὶ δαψιλῶς τοῖς στρατιώταις χορηγεῖν. At Æschin. [p. 88, 12]: Σὺ δὲ πλουτεῖς, καὶ ταῖς ἡδοναῖς ταῖς σαυτοῦ χορηγεῖς. [Cum dativo personæ, intellecto accusativo rei, Polyb. 1, 16, 10: Χορηγεῖν ἀεὶ τούτοις εἰς τὰ ἐπείγοντα τῶν πραγμάτων· 1, 62, 2: Οὔτε χορηγεῖν ἔτι ταῖς ἐν Σικελίᾳ δυνάμεσιν οἷοί τ' ἦσαν, ut χ. τοῖς πολεμίοις 1, 83, 7; χ. Κλεομένει 2, 51, 2. Diodor. 1, 73: Ἐκ τούτων τοὺς ὑπηρέτας τρέφουσι καὶ ταῖς ἰδίαις χρείαις χορηγοῦσι.] Interdum cum accus. rei [et dativo personæ vel addito vel intellecto], et tunc significat Præbeo, Suppedito, Subministro, Largior. Philo V. M. 1: Διὰ παρασκευὰς ἀφθόνους, ἃς αἱ βασιλεῖαι χορηγοῦσι, Quas regna suppeditare solent. Demosth. Ad epist. Phil. [p. 153, 27]: Βασιλέα τῶν Περσῶν χρήματα χορηγεῖν ἡμῖν προτρέψονται. Ubi nota etiam dat. personæ. [Polyb. 22, 26, 2: Μηδὲ χορηγεῖν αὐτοῖς μηδέν. Diodor. 2, 35: Χώρα χορηγοῦσα τὰς τροφὰς ἀφθόνως· 20, 37: Χορηγήσειν σῖτον καὶ χρήματα. Figurate Heliodor. 4, 5: Μηδὲ χορήγει τῷ λυποῦντι μέγεθος σιωπῶσα.] Invenitur tamen junctum et cum accusativo personæ et dat. rei instrumentali, ut δωροῦμαι, Dono. Polyb. 3, [68, 8]: Τὸ δὲ τῶν Κελτῶν πλῆθος δαψιλῶς μὲν ἐχορήγει τὸ στρατόπεδον τοῖς ἐπιτηδείοις, Liberaliter donabat exercitum rebus ad victum necessariis, Liberaliter subministrabat et suppeditabat exercitui res ad victum necessarias, Largiter præbebat annonam et commeatus. Ubi transitivum est, sicuti et pass. χορηγεῖσθαι. [Sic sæpe Polybius aliique posteriorum temporum scriptores, accusativo personæ modo addito modo intellecto, velut ap. Polyb. 3, 52, 7: Τῶν βαρβάρων θρέμμασι χορηγούντων ἀφθόνως· 5, 42, 7: Πτολεμαῖον παρακαλεῖ πραγμάτων ἀντιποιήσασθαι καί φησι καὶ ναυσὶ καὶ χρήμασι χορηγήσειν πρὸς πάσας ἐπιβολάς· 10, 27, 2: Ἡ Μηδία ... τοῖς ζώοις τούτοις σχεδὸν ἅπασαν χορηγεῖ τὴν Ἀσίαν.] Dicitur enim χορηγεῖσθαι aliquis, cui sumptus præbentur et subministrantur, s. Cui suppeditantur omnia, suppeditant et suppetunt omnia; nam et neutraliter usurpatum reperitur verbum illud Suppedito. Antiphon, περὶ τοῦ χορευτοῦ loquens [p. 143, 4]: Ὅπως ἄριστα χορηγοῖντο οἱ παῖδες, καὶ μηδενὸς ἐνδεεῖς εἶεν. Plut. [V. Cæs. c. 39]: Πομπήϊον ἔκ τε γῆς καὶ θαλάσσης χορηγούμενον. [Translate Heliodor. 2, 28: Nilus ἐξ ὄμβρων οὐρανίων χορηγούμενος. Herch.] Aristot. Polit. 4, 2: Βούλεται γὰρ ἑκατέρα κατ' ἀρετὴν συνεστάναι κεχορηγημένην. [Ib. c. 1: Τῷ κάλλιστα πεφυκότι καὶ κεχορηγημένῳ τὴν ἄρίστην (ἄσκησιν) ἀναγκαῖον ἁρμόττειν.] Idem addito dat. instrumentali, Eth. 10, 8, dicit Solonem εὐδαίμονας censere τοὺς μετρίως τοῖς ἐκτὸς κεχορηγημένους, Qui mediocriter externis bonis suppeditantur et affluunt: ut idem Aristot. Eth. 1, [10] tradit εὐδαίμονα dici posse τὸν κατ' ἀρετὴν τελείαν ἐνεργοῦντα, καὶ τοῖς ἐκτὸς ἀγαθοῖς τελείως κεχορηγημένον, μὴ τὸν τυχόντα χρόνον. [Polyb. 3, 75, 3: Χορηγεῖσθαι τοῖς ἀναγκαίοις ἐκ θαλάττης· 9, 44, 1: Βουλόμενοι σίτῳ χορηγηθῆναι.] Idem Diod. S. [1, 15]: Ἑρμῆν διαφόρῳ φύσει κεχορηγημένον πρὸς ἐπίνοιαν τῶν δυναμένων ὠφελῆσαι τὸν βίον. Id. Exc. p. 568, 52: Κεχορηγημένος ὑπὸ τῆς φύσεως ἀγχινοίᾳ·] 2, [6]: Ἦν δὲ συνέσει καὶ τοῖς ἄλλοις πρὸς ἐπιφάνειαν συντείνουσι κεχορηγημένη. [Et Dionys. H. Cens. script. vet. 5, 6, p. 435, de Hyperide: Συνέσει πολλῇ κεχορήγηται, ut paullo ante (§ 5) de Æschine: Τῇ παρὰ τῆς φύσεως εὐχερείᾳ κεχορηγημένος. Polyb. 4, 77, 2: Πολλαῖς ἀφορμαῖς ἐκ φύσεως κεχορηγημένος πρὸς πραγμάτων κατάκτησιν.] Sic Cic., Si omissis his rebus omnibus, quibus nos suppeditamur, eget ille senatu, οἷς ἡμεῖς κεχορηγήμεθα. [Cum accus. rei Dionys. l. c. p. 415: Ἵν' ἐντεῦθεν μὴ μόνον τῆς ὑποθέσεως τὴν ὕλην, ἀλλὰ καὶ τὸν τῶν ἰδιωμάτων ζῆλον χορηγηθῶμεν.] Alioqui tamen et res aliqua χορηγεῖσθαι dicitur, pro Præberi, Suppeditari, Subministrari [dativo personæ vel addito vel intellecto. Polyb. 6, 15, 4: Οὔτε σῖτος δύναται χορηγεῖσθαι τοῖς στρατοπέδοις.] Theodor. H. E. 3: Ταῖς ἄρτι χορηγουμέναις δωρεαῖς τὰς ἐλπιζομένας πιστούμενος. At Alex. Probl. 1, [81]: Τὸ πλεῖστον τῆς τροφῆς ἐξυδαρούμενον χορηγεῖται πρὸς γένεσιν τοῦ πάθους, pro Suggeritur subministraturque ad vitium illud ingenerandum.

Χορήγημα, τὸ, Id ipsum quod χορηγεῖται, Id quod subministratur s. suggeritur, χορήγιον s. χορηγία: etiam Id ipsum quo aliquid suppeditatur et instruitur, ut Plut. Othone [c. 9]: Ἡ Οὐιτελλίῳ λαιμαργίας καὶ οἰνοφλυγίας, ἢ τρυφῆς καὶ ἀκολασίας Ὄθωνι τὴν ἡγεμονίαν χορήγημα προθεμένους· i. e. τὴν ἡγεμονίαν fuisse Ὄθωνι χορηγὸν τρυφῆς καὶ ἀκολασίας.

[Χορηγητήρ, ῆρος, ὁ, Præbitor. Orac. Sibyll. 7, 90: Σὺ, πάτερ, σὺ χορηγητήρ, ἐπάκουσον.]

Χορηγία, ἡ, Munus choragi, Officium quo choragus fungitur. [Pollux 4, 106. Fuit autem choregia inter primarias Atheniensium λειτουργίας, de quo præter alios plurimos v. Bœckh. OEc. civ. vol. 1, p. 600 seqq. ed. sec.] Liban. Argum. Or. Dem. c. Mid.: Φησὶ μὲν καὶ ἄλλα παρὰ τὴν χορηγίαν ὑπ' αὐτοῦ πεπονθέναι κακῶς. Ubi quam ipse speciali vocabulo χορηγίαν nominat, orator generaliore appellat λειτουργίαν, his verbis [p. 519]: Παρηκολούθησε παρ' ὅλην τὴν λειτουργίαν ἐπηρεάζων ἐμοὶ συνεχῶς. Item accipitur pro Erogatione sumptuum in ludos choricos, ut ap. Plut., paulo post l. illum quem in Χοροποιὸς citabo [Mor. p. 834, F]:

Καὶ χορηγία πολυτελὴς παρασκευαζέσθω. Nisi et hic pro ipso choragi munere capere malis. [Aristot. Polit. 5, 8 : Τὰς δαπανηρὰς λειτουργίας, οἷον χορηγίας καὶ λαμπαδαρχίας. Thucyd. 6, 16 : Χορηγίαις ἢ ἄλλῳ τῳ λαμπρύνομαι. Χορηγίαι καὶ γυμνασιαρχίαι Xen. Rep. Ath. 1, 13, et similiter Œc. 2, 6; 7, 3. Εἰσφοραὶ καὶ χορηγίαι Antipho p. 118, 34. Χορηγίας χορηγεῖν p. 138, 27. Plato Epist. 13, p. 362, A : Ἐάν τι δέῃ ἐμὲ ἀναλίσκειν εἰς χορηγίαν ἤ τι τοιοῦτον. Demosth. p. 465, 6 : Τὰς ἐπὶ τῶν χορηγιῶν δαπάνας. De spectaculo publicis sumtibus præbendo Maccab. 2, 4, 14 : Μετέχειν τῆς ἐν παλαίστρᾳ παρανόμου χ.] || Ab hac Choragorum erogatione in ludos choricos translatum, generaliter ponitur pro quavis Erogatione et Largitione s. suppeditatione, nec non pro ipso Sumptu s. Impensa. Hesychio et Suidæ δόσις, παροχή. [Dionys. A. R. 4, 19 : Τὸν ἐπισιτισμὸν καὶ τὰς ἄλλας χ. τὰς πολεμικάς. Id. in Exc. vol. 4, p. 2349, 9 : X. βασιλικῆς.] Herodian. 7, [3, 6] : Τοσαύτη τις τυραννίδος ἡ φιλοχρηματία ἐπὶ προφάσει τῆς περὶ τοὺς στρατιώτας χορηγίας, Quod prætexerat sibi esse largiendas militibus pecunias. Philo V. M. 1 : Χορηγίαις οὐδὲν ἀντειπών, Nihil præbere ac largiri detrectans, Nullum sumptum recusans. Plut. De exilio [p. 602, A], de Themistocle loquens : Χορηγίᾳ βασιλικῇ πρυτανευόμενος· rex enim Persarum eum urbe sua pulsum tribus urbibus donavit εἰς ἄρτον καὶ οἶνον καὶ ὄψον : quibus nonnulli duas addunt, εἰς στρωμνὴν καὶ ἀμπεχόνην, ut idem Plut. in Vita ipsius et Athen. [1, p. 29, F] referunt. Aristot. Polit. 4, [c. 1] : Τὴν ἀκροτάτην καὶ δεομένην πολλῆς χορηγίας ζητοῦσι μόνον. Et rursum [c. 11] : Ὁ φύσεως δεῖται καὶ χορηγίας τυχηρᾶς. Itidem 7, [c. 4] : Οὐ γὰρ οἷόν τε πολιτείαν γενέσθαι τὴν ἀρίστην ἄνευ συμμέτρου χορηγίας. [Eth. Nic. 10, 8 : Δόξειε δ' ἂν καὶ τῆς ἐκτὸς χορηγίας ἐπὶ μικρὸν ἡ ἐπ' ἔλαττον δεῖσθαι τῆς ἠθικῆς.] Polyb. : Ποίαις δυνάμεσι καὶ χορηγίαις; [X. τῶν ἀναγκαίων, Rerum necessariarum suppeditatio s. subvectio, ap. Polyb. 1, 18, 9, ut ib. 59, 6 : Ἀποκλείσαντες τὰ στρατόπεδα τῆς κατὰ θάλατταν χορηγίας. X. τῶν βελῶν καὶ τῶν ἄλλων πρὸς τὴν χρείαν ἐπιτηδείων 4, 71, 10. Ἡ τοῦ βίου χ., Res familiaris, bona, reditus, 32, 12, 6; et ἡ ἐκ τοῦ βίου χ., Reditus ex bonis ad parandas vitæ commoditates, 11, 8, 5. Id. 18, 18, 5 : Κατὰ τὸν ἴδιον βίον οὐ περιττεύων τῇ χ. 10, 25, 5 : Πολυτελέστερον ζῇ τῆς κατὰ τὴν ἰδίαν ὕπαρξιν χ. Et nude ἡ χ., Opes, divitiæ, 6, 2, 13; 12, 4, 8. Sigillatim χ. est pecunia ad faciendos sumtus bellicos 1, 59, 6; 1, 72, 6; 10, 19, 2. Numero plur. αἱ χορηγίαι, Subsidia vel præsidia quælibet ad res gerendas necessaria, 1, 3, 9. Commeatus, 1, 16, 6, et 71, 6 (quibus duobus posterioribus locis ἡ τῶν χορηγιῶν διάθεσις vel παράθεσις et pecuniæ apparatum comprehendit et horrea granaria, sicut τῆς χορηγίας παράθεσις 10, 19, 2 pecuniæ apparatum denotat); 3, 97, 3; 6, 15, 4, et alibi. Πλείστας χ. ἑτοιμάζειν τῇ πόλει, Plurimos reditus parare, 1, 72, 3. Schweigh. Similia plurima apud posteriorum temporum scriptores reperiuntur. Diodor. 1, 4, de subsidiis historiarum scribendarum : Τὴν ἐν τῇ Ῥώμῃ χ. τῶν πρὸς τὴν ὑπόθεσιν ἀνηκόντων. Ib. 50 : Τάφον, ὃς δοκεῖ τῇ κατὰ τὴν δαπάνην χ. πολὺ τῶν ἄλλων διενεγκεῖν· 64 : Παρασχομένους τὰς εἰς ταῦτα (pyramides) χορηγίας· 84 : Τὴν ἡτοιμασμένην χ. Plut. Mor. p. 941, E : Θυσίαις καὶ χορηγίαις· 1097, D : Πρὸς τὰς τοῦ σώματος ἡδονὰς ἡ φύσις πολυτελοῦς δεῖται χ. De convivio πολυτελὴς χ. ib. p. 692, D. X. καὶ κατασκευὴ V. Lyc. c. 13; παρασκευὴ καὶ χ. V. Demosth. c. 29. Id. V. Flamin. c. 2 : Φιλίππῳ ἦν ... χ. καὶ καταφυγὴ ... ἡ τῶν Ἑλλήνων δύναμις. LXX Esdr. 3, 4, 54, de stipendio : Ἔγραψε δὲ καὶ τὴν χ. (τοῖς ἱερεῦσι).] Rursum Herodian. dicit παρέχειν χορηγίαν ὕδατος pro παρέχειν ὕδωρ s. χορηγεῖν ὕδωρ, vel etiam δαψιλῶς χορηγεῖν, 8, [2, 16], de fluvio Aquileiam urbem circumfluente : Ὁμοῦ παρέχων τε προβολὴν τάφρου καὶ χορηγίαν ὕδατος, Aquarum præbens copiam. [Schol. Aristoph. Ach. 347 : Ὄρος χορηγίαν ἔχον πολλῶν ξύλων. Plut. Mor. p. 956, D : Ἡ ἐκ τοῦ πυρὸς (παρασκευὴ) χορηγίας δεῖται καὶ ὕλης. Sim. Lucian. Anach. c. 2 : Τὸ τοῦ λύχνου φῶς οὐκ ἔχον ἀποχρῶσαν τῆς ὕλης τὴν χ. Minus usitate dictum ap. Philostr. p. 849 : Φλέβες, δι' ὧν εἰς τὰ καίρια τῆς κεφαλῆς ἀναρρεῖ πᾶσα χορηγία τῆς νόσου. « Hippocr. p. 27, 3, hoc nom. omnia remedia quæ ad opem et operam medicam spectant comprehendit : Ἦν δὲ καιρὸς εἴη χορηγίης, ξένῳ τε ἐόντι καὶ ἀπορέοντι, μάλιστα ἐπαρκέειν τοῖσι τοιούτοισι. » Foes.]

[Χορηγικὸς, ἡ, ὀν, Ad choregum pertinens, Ab chorego factus s. institutus. X. ἀγῶνες, Xen. Hier. 9, 11. X. τρίποδες Plut. V. Aristid. 1, Nic. c. 3.]

[Χορήγιον. V. Χορηγεῖον.]

[Χορηγὶς, ίδος, ἡ, Choregis, meretrix. Athen. 13, p. 577, C. || Χορηγὶς Alexidis comœdia fuit, memorata ab Athen. 7, p. 287.]

[Χορηγὸς, ὁ.] Χορᾱγὸς, Qui chorum ducit, ὁ τὸν χορὸν ἄγων, Qui choro præit, i. q. χοροστάτης et χοροποιός. Hesychio ὁ διδάσκαλος, ὁ ἔξαρχος. [Soph. Ant. 1147 : Πῦρ πνεόντων χοράγ' ἄστρων. Eur. Hel. 1470 : Χοραγὲ τῶν καλλιχόρων δελφίνων. Laco ap. Plut. Mor. p. 219, E : Δαμωνίδης ταχθεὶς ἔσχατος τοῦ χοροῦ ὑπὸ τοῦ τὸν χορὸν ἱστῶντος, Εὖ γε, εἶπεν, ὦ χοραγέ. Theocr. Epigr. 12, 1 (Anth. Pal. 6, 339) : Δαμομένης ὁ χοραγὸς ὁ τὸν τρίποδα ... ἀναθείς. Anon. ap. Dionys. De comp. verb. c. 17, p. 108 : Ἴαχχε ... σὺ τῶνδε χοραγέ. Et in his quidem locis forma hæc Dorica est, etsi litera α in hujusmodi derivatis ab ἄγω etiam extra dialectum illam reperitur, de quo dixit Lobeck. ad Phryn. p. 430.] Χορηγὸς, ὁ, Dux chori, Qui chorum ducit, choro præit; Lat. etiam Choragus; i. q. χοροποιὸς et χοροστάτης. Hesychio ὁ διδάσκαλος [sic etiam Ammon. p. 148], et τοῦ χοροῦ ἐξάρχων, Suidæ ὁ τοῦ χοροῦ ἡγούμενος. [Pollux 9, 41 : Ἐκάλουν τὸ διδασκαλεῖον χορὸν, ὁπότε καὶ τὸν διδάσκαλον χορηγὸν καὶ τὸ διδάσκειν χορηγεῖν, καὶ μάλιστα οἱ Δωριεῖς. Plato Leg. 2, p. 655, A : Θεοὺς συγχορευτάς τε καὶ χορηγοὺς ἡμῖν δεδωκέναι τόν τε Ἀπόλλωνα καὶ Μούσας.] Item Is qui ornamenta sacris choreis necessaria suis præbet sumptibus, s. Qui choros celebrandos agitandosque certa mercede suscipit a populo. Quæ signif. priore est recentior, ut Demetr. Byzantius libro 4 Περὶ ποιήματος docet, ubi χορηγοὺς vocatos scribit οὐχ ὥσπερ νῦν τοὺς μισθουμένους τοὺς χοροὺς, ἀλλὰ τοὺς καθηγουμένους τοῦ χοροῦ, καθάπερ αὐτὸ τοὔνομα σημαίνει, inquit Athen. 14, [p. 633, B]. Itidem vero Budæo Choragus est dux chori, et suppeditator instrumenti ludicri et expensarum. Velut ap. Plaut. in Persa, cuidam roganti, Sed πόθεν ornamenta? respondet alter, Abs chorago sumito. Et in Trinumo, Ornamenta a chorago hæc sumpsit suo periculo. [Aristoph. Pac. 1022 : Οὕτω τὸ πρόβατον τῷ χ. σώζεται. Xen. Rep. Athen. 3, 4 : Χορηγοῖς διαδικάσαι εἰς Διονύσια· Hier. 9, 4 : Ἀθροίζειν χοροὺς προστέτακται χορηγοῖς.] Sic in hoc l. Antiphanis ap. Athen. 3, [p. 103, F] : Ἢ στρατηγήσας προσῶφλεν, ἢ χορηγὸς αἱρεθεὶς, Ἱμάτια χρυσᾶ παρασχὼν τῷ χορῷ, ῥάκος φορεῖ, Ἢ τριηραρχῶν ἀπήγξατ', Aut choragus electus, quum vel aureas ipse choro præbuerit vestes, laceram pannosamque gerit vestem. Sæpe enim fiebat ut belli duces, choragi et triremium præfecti ob nimios sumptus, quos fecerant, ad paupertatem redigerentur. [Eupolis ap. Polluc. 3, 115 : Εἶδες χορηγὸν πώποτε ῥυπαρώτερον τοῦδε;] Itidem [Lysias p. 161, 33 : Χορηγὸς τραγῳδοῖς· κατάστας· et παιδικῷ χορῷ ib. p. 162, 1. Lex ap. Æschin. p. 2, 37 : Οἱ χ. οἱ καθιστάμενοι ὑπὸ τοῦ δήμου ἔστωσαν τὴν ἡλικίαν ὑπὲρ τετταράκοντα ἔτη. Demosth. p. 496, 21 : Οὔτε φυλὴ ... ἐνεγκεῖν ἐτόλμησεν οὐδεμία οὐδένα ... χορηγόν.] Dem. C. Mid. [p. 556, 8] : Συνηδίκηται ὁ θεὸς, ᾧ χορηγὸς ἐγὼ καθειστήκειν· et, Εἰ δὴ χορηγὸν ὄντα ὑμέτερον, ἱερομηνίας οὔσης, ὑβρίσας φαίνεται· nam ei Midias χορηγοῦντι pugnum incusserat. Ut vero clarius adhuc pateat choragum fuisse Eum qui sumptus fecerit in chorum symphoniacum, placet hæc subjungere ex Argumento Libanii in orationem illam : Festum (inquit) agitabant Athenienses in honorem Bacchi, quod a deo illo Bacchanalia nominabant. In eo festo Tragici et Comici et tibicinum chori inter se certabant. Constituebantur autem chori isti a tribubus, quæ decem numero erant : et eligebatur choragus ex unaquaque tribu, qui sumptus præberet in choros illos faciendos, seu, ut ipsius utar verbis, χορηγὸς δὲ ἦν ἑκάστης φυλῆς, ὁ τὰ ἀναλώματα παρέχων τὰ περὶ τὸν χορόν. Ubi etiam addit ὡς Δημοσθένης τῆς ἑαυτοῦ φυλῆς Πανδιονίδος ἐθελοντὴς ὑπέστη χορηγός. Itidem vero in Argumento incerti auctoris annotatur, Ὡς ἐν τοῖς

μεγάλοις Παναθηναίοις γυμνάσιά τινα ἐγίνοντο, καὶ προὐβάλλετο ἀφ' ἑκάστης φυλῆς εἷς γυμνασίαρχος, λαμβάνων χρήματα εἰς τὸ γυμνάζειν τοὺς ἐπιτελέσοντας τὴν ἑορτὴν, καὶ δώσοντας τούτων δαπάνας τοῖς τῆς ἑαυτοῦ φυλῆς· καὶ ὡσαύτως ἐν τοῖς Διονυσίοις προὐβάλλετο χορηγὸς ἀφ' ἑκάστης φυλῆς πρὸς τὸ τρέφειν χοροὺς παίδων τε καὶ ἀνδρῶν. ὃς ἐλάμβανε καὶ αὐτὸς εἰς τοῦτο χρήματα. Additur ibid. de choragis, Ὡς ἐπιστάσης τῆς ἑορτῆς ἠγωνίζοντο πρὸς ἀλλήλους καὶ ἤριζον, ὕμνους εἰς τὸν Διόνυσον ἄδοντες· καὶ τῷ νικῶντι τρίπους τὸ ἆθλον ἦν. Item, Ὡς ὁ Δημοσθένης, ἰδὼν τὴν ἑαυτοῦ φυλὴν ἀτιμαζομένην παρὰ πάντων, τῷ μὴ κεκτῆσθαι χορηγὸν, αὐτεπάγγελτον καὶ αὐτοχειροτόνητον ἑαυτὸν χορηγὸν τῇ φυλῇ κατέστησε· θέλων τε κοσμῆσαι τὸν αὐτοῦ χορὸν πλέον τῶν ἄλλων, ἐποίησεν αὐτὸν φορέσαι χρυσοῦς στεφάνους. Ex quibus duobus ll. satis est perspicuum quid Demetrius supra intellexerit per τοὺς μισθουμένους τοὺς χοροὺς, sc. Eos quibus chori certa quadam pecunia locabantur instituendi et exornandi cultu decente. [Plut. Mor. p. 817, B: Χορηγοὺς ἐν Διονυσίοις λοιδοροῦσι· et p. 823, D, V. Phocion. c. 19.] Cum genit. quoque τραγῳδῶν χορηγὸς dicitur, Qui in tragœdiis chorica ornamenta suis præbet sumptibus. Vide id in Ἀντιχόρηγος. [De magistro discipulorum gregem ducente Themist. Or. 23, p. 294, A: Εἰ τοιοῦτον ἐγὼ χορόν τε καὶ χορηγὸν συνεστησάμην, πάνυ ἂν εἴην σοφιστής.] || Porro ab his Choragis sumpta metaphora, generaliter χορηγοὶ vocati fuere Qui sumptus aliquos præberent, Quivis præbitores, suppeditatores s. subministratores. Dem. [p. 126, 14]: Συστραφέντες δὲ ἄνθρωποι πολλοὶ, καὶ χορηγὸν ἔχοντες Φίλιππον, καὶ πρυτανευόμενοι παρ' ἐκείνου. [Similiter p. 408, 16. Et p. 1023, 13: Πολυτελῶς ζῶσα καὶ εἰς ταῦτα χορηγὸν τὸν πατέρα διὰ τὴν ἐπιθυμίαν ἔχουσα. Æschin. p. 38, 30: Χορηγὸν ταῖς καθ' ἡμέραν δαπάναις τὸν πόλεμον ποιεῖσθαι. Polyb. 2, 44, 3: Δημήτριον, ὃς ἦν αὐτοῖς οἱονεὶ χ. καὶ μισθοδότης· 8, 9, 2: Ὡς ἂν Ἱέρωνος μὲν χορηγοῦ (τῶν βελῶν) γεγονότος, ἀρχιτέκτονος δὲ καὶ δημιουργοῦ τῶν ἐπινοημάτων Ἀρχιμήδους.] Plut. Pericle [c. 16]: Δαψιλὴς ἦν χορηγὸς ταῖς γυναιξὶ, Largus subministrator. [Id. Mor. p. 705, B: Τοὺς τῶν ἀκροαμάτων χ. 717, D: Γενόμενος πολλῶν καὶ καλῶν ὕμνων τῷ θεῷ χ. Lucian. De luctu c. 20: Συναγωνιστῇ καὶ χ. τῆς ἀνοίας. καταχρῶνται· Nigrin. c. 33: Ἡδονὰς, ὧν ἁπασῶν φιλοσοφία χ. ἐστι. Simplic. in Epictet vol. 1, p. 207: Ἐπίκτητος ὑπὸ τοῦ χ. καὶ διδασκάλου θεοῦ ... προεκρίθη.] Itidem Greg. Naz.: Τῷ καὶ τοῖς ἄλλοις χορηγῷ τῶν καλῶν, Qui et aliis præbet et largitur quicquid habent rerum bonarum. Et Chrysost.: Καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων ἡ προσευχὴ χορηγὸς, Omniumque aliorum suppeditatrix est precatio. I. e. Atque adeo alia omnia precatio suppeditat. Secundum illud promissum quod habemus a Christo, Petite, et dabitur vobis. Nota vero, in illo l. genere fem. usurpatum χορηγὸς, et habere adjunctum gen.: in Greg. Naz. autem loco, dativum etiam personæ, præter gen. rei. Itidem vero Hesychio χορηγὸς est ὁ ἐπιδούς τι τῶν ἰδίων, et Suidæ ὁ δοτήρ.

[Χορῆτις vitiose pro χορῖτις, quod v.]

Χόρτος, ὁ, Fœnum. Interdum tamen et de Herba adhuc virenti; sed non apud veteres scriptores fortasse. Legitur de Virenti herba, et ea quidem tritici, Matth. 13, [26] et Marc. 4, [28]: Χόρτος ἐβλάστησε, Herba germinavit; de Virenti gramine et herba quavis, 1 Pet. 1, [24]: Ἐξηράνθη ὁ χόρτος, καὶ τὸ ἄνθος ἐξέπεσεν, Exaruit gramen et flos decidit. Potius de Gramine arido dicitur ap. Greg. Naz., de igni infernali: Ὃ ἐσθίει ὡς χόρτον τὴν ὕλην. Sic 1 Ad Cor. 3, [12]: Εἰ δέ τις ἐποικοδομεῖ ἐπὶ τὸν θεμέλιον τοῦτον, χρυσὸν, ἄργυρον, λίθους τιμίους, ξύλα, χόρτον, καλάμην, ἑκάστου τὸ ἔργον φανερὸν γενήσεται, sc. ἐν πυρὶ ἀποκαλυπτόμενον καὶ δοκιμαζόμενον. [Voc. frequens etiam apud lxx de herba et virenti et arida, ut Gen. 1, 11: Βλαστησάτω ἡ γῆ βοτάνην χόρτου· 29: Δέδωκα ὑμῖν πάντα χ. χλωρὸν εἰς βρῶσιν. Psalm. 101, 12: Κἀγὼ ὡσεὶ χ. ἐξηράνθην. Job. 13, 25: Ὡς χ. φερομένῳ ὑπὸ τοῦ πνεύματος. Jes. 37, 27: Ἐγένοντο ὡς χ. ξηρὸς ἐπὶ δωμάτων.] Apud veteres quidem certe de Arido gramine, i. e. Fœno, quod jumentis datur, passim usurpatum reperimus. [Hesiod. Op. 606: Χόρτον δ' ἐσκομίσαι καὶ συρφετὸν, ὄφρα τοι εἴη βουσὶ καὶ ἡμιόνοισιν ἐπηετανόν. Herodot. 9, 41: Σῖτον ἐσενηνέχθαι πολλὸν καὶ χ. τοῖσι ὑποζυγίοισι. Eur. Rhes. 771: Πώλοισι χόρτον ἀφθόνῳ μετρῷ χερί. Theocr. 4, 18: Μαλακῶ χόρτοιο καλὰν κώμυθα δίδωμι.] Plutarch. Apophth. [p. 178, A] et in lib. An seni capessenda resp. [p. 790, B]: Πυθόμενος ὅτι χόρτος οὐκ ἔστι τοῖς ὑποζυγίοις. Xenoph. Cyrop. 8, [6, 12]: Μήτε ἵπποις ἀγυμνάστοις χόρτον ἐμβάλλετε. [Id. Anab. 1, 5, 5, et χ. κοῦφος ib. § 10.] Idem Plut. [Mor. p. 915, C: Κακῶς συγκομίζεται χ. δόμενος·] In Colot. [p. 1096, C]: Δι' ἀγροικίαν καὶ βωμολοχίαν καὶ ὕβριν τοῦ ἀνθρώπου χόρτον τινὰ προβάλλοντος Σωκράτει. [Id. V. Crassi c. 7: Εἰώθεισαν Ῥωμαῖοι τὸν κυρίττοντα τῶν βοῶν ὑπὲρ τοῦ φυλάττεσθαι τοὺς ἐντυγχάνοντας χόρτῳ περιελίσσειν τὸ κέρας.] Ammian. Epigr. [Anth. Pal. 11, 413]: Δείσας δ' ἐκ τούτων μὴ καὶ χόρτον παραθῇ μοι, Ne et fœnum mihi apponeret. [Macho ap.] Athen. 13, [p. 583, A]: Δοκεῖς γάρ μοι πολὺν, Ἵππη, πάνυ χόρτον, φησὶ, καταβεβρωκέναι, Hippe, videris mihi, inquit, multum admodum comedisse fœni: alludendo ad nomen. Solet enim τοῖς ἵπποις προβάλλεσθαι ὁ χόρτος. || Generaliter χόρτος, ut χιλὸς quoque, significat etiam πᾶν βρῶμα, Cibus, ut in hoc l. Hipponactis, ap. Athen. 7, [p. 304, B]: Σῦκα μέτρια τρώγων, Καὶ κρίθινον κόλλικα, δούλιον χόρτον· nec enim ejusmodi panes hordeacei vocari possunt vel fœnum vel gramen vel herba: est igitur δούλιος χόρτος, βρῶμα et cibus ᾧ χορτάζονται οἱ δοῦλοι: vel etiam Cibus qui servis objicitur, ut fœnum equis. Hesych. exp. χόρτασμα. [Sic Herodot. 5, 16, de Thracico quodam populo verba faciens, ait, Τοῖσι ἵπποισι καὶ τοῖσι ὑποζυγίοισι παρέχουσι χόρτον ἰχθῦς, Equis et jumentis pro pabulo pisces præbent. Schweigh. Eurip. Alc. 495: Θηρῶν ὀρείων χόρτον, οὐχ ἵππων, λέγεις. Plutarch. Mor. p. 1117, D: Ὅτι σιτία προσαγόμεθα καὶ οὐ χόρτον. De cibo humano, ut Hipponax, Crates Theb. Anth. Pal. App. 47: Μοῦσαι ... χόρτον ἐμῇ συνεχῶς δότε γαστέρι.] || Χόρτος eidem Hesych. est περίβολος τῆς αὐλῆς [et s. v. Αὐλῆς, περίφραγμα περιωρισμένον], ut Hom. Il. Λ, [773]: Αὐλῆς ἐν χόρτῳ· Ω, [640]: Αὐλῆς ἐν χόρτοισι κυλινδόμενος κατὰ κόπρον, ubi schol. quoque et Eust. eo nomine accipiunt περίφραγμα s. τρόχαλον, i. e. Septum quo cincta est ἡ αὐλή. Unde Latinorum Cors s. Cohors dicta videri queat; nam et ipsa Locus est cinctus in quo gallinæ aliæque aves altiles solent ali. [Rationem significationis reddit Eustath. p. 883, 44: Αὐλῆς χόρτον οἱ μὲν τὸν περιορισμόν φασι καὶ τὴν περιοχὴν, οἱ δὲ τὸ χώρημα τῆς αὐλῆς, ὃ καὶ μέσαυλον ἀλλαχοῦ εἶπε. Καί φασιν οἱ ἐτυμολόγοι ὅτι χόρτοι οἱ τροχαλοὶ, ἐπεὶ ἀπὸ χόρτου κατεσκευάζοντο. Κάλλιον δὲ εἶπον ἕτεροι ὅτι, εἰ μὲν χόρτος νοηθῇ τὸ κατὰ χρῆσιν ἀρχαίαν κύκλῳ περίφραγμα, λέγεται οὕτω διὰ τὸ μὴ ἑρκίοις, ἀλλὰ χόρτοις τὸ παλαιὸν φράττεσθαι τὰς αὐλὰς, ἢ φυομένοις ἐπίτηδες ἢ καὶ ξηροῖς τιθεμένοις. Εἰ δὲ τῆς αὐλῆς τὸ χώρημα χόρτος λέγεται, εἴη ἂν τοῦτο διὰ τὸ ὡς ἐπὶ πολὺ τὰς μεγάλας αὐλὰς χόρτοις ἐν καιρῷ θάλλειν ἐξ αὐτομάτου. Eandem interpretationem Pindaro Ol. 13, 62: Χόρτοις ἐν λέοντος, adhibuit schol.: Ἀντὶ τοῦ ἐν τῇ Νεμέᾳ, ἥτις ἐστὶ περιορισμὸς τοῦ λέοντος, ἐν ᾧ ἐτράφη ὁ λέων. Χόρτους εὐδένδρους, Pascua herbida arboribus consita, dixit Eurip. Iph. T. 134. De loco ubi gramen viret idem Cycl. 507: Ὑπάγει μ' ὁ χόρτος εὔφρων ἐπὶ κῶμον ἐπὶ κῶμον ἦρος ὥραις.] || Χόρτον dici etiam οὐρανοῦ τὸ περιόρισμα tradit Hesych., nec non τὴν εὐρυχωρίαν et τὴν χώραν. [Hesychii gl. sunt duæ, Χόρτον· οὐρ. τὸ π., et Χόρτος· ὁ συνήθης. Καὶ ὁ περίβολος τῆς αὐλῆς, ὡς τὸ «αὐλῆς ἐν χόρτῳ». Οἱ δὲ εὐρυχωρίαν. (Hæc interpretatio ad verba Homeri spectat.) Δηλοῖ δὲ καὶ χώραν, καὶ χόρτασμα, καὶ τὸν ὅρον τὸν ἐκγαίων (recte corrigi videtur ὅρον τὸν δύο γαιῶν, quod β γαιῶν scriptum fuit, unde ἐκγαίων ortum), ὡς ἐν τῷ (Eurip. Andr. 17) «Σύγχορτα ναίω πεδία.»]

[Χορτόσπερμον, τὸ, Vicinia, Gl.]

[Χορτόστρωμα, τὸ, Stramentum, Gl.]

[Χορτόστρωτος, ὁ, ἡ. Χορτόστρωτοι στιβάδες, Stramenta, Gl.]

[Χορτοτομία, ἡ, Fœnisecium, Gl.]

[Χορτοφᾰγέω, Gramine vescor. Euseb. Præp. ev. p. 273.]

[Χορτοφάγος, ὁ, ἡ, Gramine vescens. Etym. M. p. 215, 27. G. D. Mœris Att. p. 98 Piers. Severian. In creat. mundi t. 7, p. 612, 16: Πᾶν χορτοφάγον, εἴτε βοῦς, εἴτε πρόβατον, κτῆνος καλεῖται. Hase.]

[Χορτοφόρος, ὁ, ἡ, Pabulum afferens. Strabo 15, p. 705: Τῶν χ. καὶ διδασκάλων τῶν ἐλεφάντων. Polyæn. 3, 15: Ἅμαξα χ. || Pabulum ferens s. producens. Geopon. 3, 11, 7: Χωρία χ.]

[Χορτοχώριον, τὸ, Pratum, Gl.]

Χορτώδης, ὁ, ἡ, Herbaceus, Gramineus, Ad formam graminis s. fœni accedens. [Graminosus, Fœnarius, Gl. Macc. 2, 5, 27: Τὴν χ. τροφήν. Schol. Theocr.

4, 25 : X. φυτόν. Ἄχνη et φῦκος schol. Hom. Il. Δ, 426, I, 7, et O, 625, exp. τὸ χορτῶδες τῆς θαλάσσης ἀπόβλημα. G. D. OEcum. In Apocal. p. 315, 14 Cramer. Jo. Damasc. t. 2, p. 840, A, χ. οὐσία· 873, B, ὑλικὸν καὶ χ. σῶμα. Greg. Nyss. t. 1, p. 553, C, βίος· 694, A, πόα. Hase.]

[Χόρτων, ὁ, Chorton, n. pr. viri in inscr. Lilyb. C. I. vol. 3. p. 597, n. 5493, 4 et 5495, 3. Hase.]

[Χορυμαῖοι, ἔθνος, Suidas.]

[Χορὼ, οῦς, ἡ, Choro, nympha, in inscrr. vasculorum ap. Bœckh. 7398, 7461, vol. 4, p. 106, 117. Male olim χορος et χορπαις lectum, quod fefellit R. Rochettium in *Journ. des Sav.* a. 1830, p. 124. G. D. χορο, ἡ, si quidem vox non est trunca, Choro, n. nereidis scriptum in fictili. De Witte *Descr. de vases peints* p. 84, n. 135. Hase.]

[Χορῳδέω, In choro cano. Dio Cass. 61, 19.]

Χορῳδία, ἡ, Chori cantus. Plato Leg. p. 261 [6, p. 764, E] : Ῥαψῳδῶν καὶ κιθαρῳδῶν καὶ αὐλητῶν καὶ πάντων τῶν τοιούτων, ἀθλοθέτας ἑτέρους πρέπον ἂν εἴη γίγνεσθαι, τῶν δὲ περὶ χορῳδίαν, ἄλλους. Ubi quam χορῳδίαν vocavit, vocat etiam χορῶν παιδιάν. Sic enim subjungit, Πρῶτον δὴ περὶ τὴν χορῶν παιδιὰν, παίδων τε καὶ ἀνδρῶν καὶ θηλειῶν χορῶν, ἐν ὀρχήσεσι καὶ τῇ τάξει τῇ ἁπάσῃ γιγνομένῃ μουσικῇ τοὺς ἄρχοντας αἱρεῖσθαι χρεών. Possentque illi οἱ περὶ χορῳδίαν, nominari etiam χορῳδοί.

[Χορωνὸς, ὁ, Corona. Athen. 15, p. 680, D : Χορωνός (codex χορωνόν)· Ἀπίων ἐν τῷ περὶ τῆς Ῥωμαϊκῆς διαλέκτου φησὶ τὸν στέφανον πάλαι χορωνὸν καλούμενον, ἀπὸ τοῦ τοὺς χορευτὰς ἐν τοῖς θεάτροις αὐτῷ χρῆσθαι, αὐτούς τε περικειμένους καὶ ἐπὶ τὸν στέφανον ἀγωνιζομένους, καθὼς ἐν τοῖς Σιμωνίδου ἐπιγράμμασιν ἰδεῖν ἔστιν οὕτω καλουμένου « Φοῖβος ἐσαγεῖται Τυνδαρίδῃσιν ἀοιδῆς, ἂν ἄμετροι τέττιγες ἐπεστέψαντο χορωνῷ. *Chorona* pro *corona* a quibusdam antiquitus scriptum memorant Cicero Orator. c. 48, et Quintil. Inst. 1, 5, 20.]

[Χορωφελήτης, ὁ, Qui choro prodest. De plausu Aristoph. Lys. 1319 : Κρότον δ' ἁμᾶ ποίῃ χορωφελήταν. Nam sic postulante metro correctum est pro χορωφελέταν.]

[Χοσβαΐτης, ὁ, voc. Græcobarbarum, quod Cyrill. in Matth. Gloss. p. 31, et Zonaras Lex. p. 1856, per βεστιαρίτης exp. De vestiaritis v. Ducang. ad Ann. Comn. p. 285.]

[Χοσβίας, ὁ, Chosbias. Suidas : X., ὄνομα κύριον. Ὁ ὑπὸ τοῦ ἀρχιερέως Φινεὲς συνδιαφθαρεὶς τῷ Ζαμβρῇ. Legitur ap. LXX Num. 25, 14.]

[Χοσρόης, ὁ, Chosroes, rex Persarum ap. Procopium, Agathiam aliosque.]

[Χοῦαι· αἱ κατὰ ἀγροικίαν ἐπαγγελίαι, gl. obscura Hesychii.]

[Χούδουκα, ἡ, Chuduca, urbs Babyloniæ. Ptolem. 5, 19, p. 384, 12.]

[Χουζᾶς, ὁ, Chuzas, n. pr. Lucas Ev. 8, 3 : Ἰωάννα γυνὴ Χουζᾶ, ἐπιτρόπου Ἡρῴδου.]

[Χουθὴρ, ὁ, regis Ægypti nomen in Eratosthenis catalogo ap. Georg. Syncell. p. 109, sed corruptum : v. Müller. Fragm. Hist. vol. 2, p. 558.]

[Χουθία, ἡ, Chuthia, regio Mediæ. Joseph. A. J. 11, 4, 3. De eadem id. ib. 9, 14, 1 : Ἀπὸ Χούθου τόπου τινὸς (ἔστι γὰρ ἐν τῇ Περσίδι ποταμὸς τοῦτ' ἔχων τοὔνομα), et 3, ἐκ τῆς Χουθᾶς καλουμένης χώρας. Unde Samaritæ Χουθαῖοι nominati ib. et 10, 9, 7; 11, 2, 1; 11, 4, 4; 11, 7, 2; 13, 9, 1. Hase.]

[Χούμανα, τὰ, Chumana, urbs Babyloniæ. Ptolem. 5, 19, p. 384, 13, ubi alii libri Φούμανα.]

[Χουμόν· χυλὸν, Hesych. Est χυμόν.]

[Χοῦνοι, οἱ, Chuni, populus Sarmatiæ. Ptolem. 3, 5, p. 201, 27.]

[Χουρῖται, οἱ, Churitæ, populus Libyæ. Ptolem. 4, 6, p. 295, 21.]

[Χοῦς, plerumque ὁ, rarius ἡ, ut in locis infra ex Strabone afferendis, quod observavit Eustath. p. 305, 43 : Σύνηθες τῷ γεωγράφῳ οὕτω (ἡ χοῦς) λέγειν, παρὰ δὲ ἑτέροις σπάνιον ἔστι θηλυκῶς τὴν λέξιν ταύτην εὑρεῖν· et similiter p. 1390, 60; 1504, 38. Nominat. χοῦς, est ap. Herodot. 1, 180, Theophr. C. Pl. 3, 6, 4, Polyb. 4, 40, 7, aliosque, nec minus frequentia accusativi χοῦν exempla sunt. Rarior genitivus χοῦ ap. Arrian. Anab. 2, 27, 6 : Τοῦ χοῦ ἀφανῶς ἐκφερομένου, et forma soluta χόου in inscr. Corcyræa ap. Bœckh. 1838, 5 et 6, vol. 2, p. 13. Dativi χῷ exempla nondum sunt allata. Genitivum et dativum χοὸς et χοΐ, quorum exx. vide infra, recentiores quidam finxerunt ad declinationem substantivi χοῦς, ἡ, Congius, aberrantes. Dativum χοῒ annotavit Hesychius.] Χοῦς dicitur Terra egesta, s. Terra quæ egeritur, aut egeri potest, Terra fossilis, Humus fossitia; vel simpliciter Terra, Humus. Thuc. 2, p. 72 [c. 76] : Ὑπόνομον δ' ἐκ τῆς πόλεως ὀρύξαντες, καὶ ξυντεκμηράμενοι ὑπὸ τὸ χῶμα, ὑφεῖλκον αὖθις παρὰ σφᾶς τὸν χοῦν· pro quo paulo ante dixerat, Διελόντες τοῦ τείχους ᾗ προσέπιπτε τὸ χῶμα, ἐσεφόρουν τὴν γῆν· postea χοῦν appellans quod ante γῆν appellarat, s. χυτὴν γῆν, q. d. Fusilem terram. [Similiter idem 4, 90.] Item ex Aristot. H. A. 9 : Τὸν χοῦν ἐκφέρει, Terram egerit. Itidemque ex Herodoto [7, 23], τὸν χοῦν ἐξορύσσειν, Terram effodere. [Adde 1, 180. Polyb. 4, 40, 7 : Ὅταν πολύς τις εἰσφέρηται χοῦς. Ib. 41, 3 : Προωθεῖσθαι τὸν χοῦν· 3, 46, 6 : Τοῦ χοὸς ἀνασωρευομένου· ubi notanda genitivi forma. Plut. V. Sert. c. 17 : Τὸν χοῦν ἀνέτρεπον. Strabo 12, p. 579 : Πολλὴν χοῦν κατάγων· ubi libri plerique πολύν. Sed femin. est 10, p. 458 : Ἡ χοῦς πολλὴ καταφερομένη· et 16, p. 740 : Τὴν ἐπιφορηθεῖσαν χοῦν. Heliodor. 1, 30; 9, 3.] Nonnus eodem modo, Jo. c. 9, [34] : Ὀφθαλμοὺς τελέων νεοτευχέας ἠθάδι πηλῷ Ἐκ χοὸς ἀνδρογόνοιο, Ex humo unde homo suum ortum traxit. Marcus Evang. χοῦν vocat Pulverem, s. Terram quæ pedibus adhæsit locum aliquem transeundo, 6, [11] : Καὶ ὅσοι ἂν μὴ δέξωνται ὑμᾶς, μηδὲ ἀκούσωσιν ὑμῶν, ἐκπορευόμενοι ἐκεῖθεν, ἐκτινάξατε τὸν χοῦν τὸν ὑποκάτω τῶν ποδῶν ὑμῶν, εἰς μαρτύριον αὐτοῖς, Pulverem qui subest pedibus vestris; ceteri enim Evangelistæ hunc χοῦν appellant κονιορτὸν, Matth. 10, 14, Luc. 9, 5, atque adeo idem Lucas rursum Act. 13, 51, ait, Οἱ δὲ ἐκτιναξάμενοι τὸν κονιορτὸν τῶν ποδῶν αὐτῶν ἐπ' αὐτοὺς, ἦλθον εἰς Ἰκόνιον, Excusso in eos pulvere pedum suorum. At 18, 6, ἱμάτια dicit, non κονιορτὸν, Ἀντιτασσομένων δὲ αὐτῶν καὶ βλασφημούντων, ἐκτιναξάμενος τὰ ἱμάτια, εἶπε πρὸς αὐτοὺς, Τὸ αἷμα ὑμῶν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν ὑμῶν· forsan ἱματίων nomine accipiens τὸν κονιορτὸν τῶν ἱματίων αὐτοῦ, Pulverem qui vestimentis suis adhæserat. || Χοῦς dicitur etiam Terra in tumulum egesta, Humus in tumulum aggesta; simpliciter Tumulus. Interdum et Tumulus s. bustum quo defunctus aliquis conditur, i. e. Sepulcrum, τάφος [ut exp. Suidas], σῆμα, χῶμα : ut ex Psalm. [21, 6 : Εἰς χοῦν θανάτου κατήγαγές με], affertur χοῦς θανάτου pro Sepulcrum mortis. Hesych. quoque χοΐ exp. χώματι. Verum idem χοῦς exp. etiam τὸ ἐπιβαλλόμενον τῷ ὀρόφῳ χῶμα, nec non ἐρείπιον. Eodem teste ὁ ἄνθρωπος quoque dicitur χοῦς : est enim ex terra creatus, et in eandem resolvitur vita defunctus : unde et Nonn. in l. supra allato dicit πηλὸν ἐκ χοὸς ἀνδρογόνοιο. || Fem. autem genere ἡ χοῦς dicitur Aqualis. [V. Χοεύς.]

[Χουσαὶ, ῶν, Chusæ, κώμη Αἰγυπτία ap. Ælian. N. A. 10, 27. Herch.]

[Χούσαρις, ιος, ὁ, Chusaris, fl. Libyæ. Ptolem. 4, 6, p. 291, 26.]

Χόω, sive Χώννυμι, F. χώσω, Educo χοῦν, Aggerem duco. Thuc. 2, [c. 75] : Πρῶτον μὲν περιεσταύρωσεν αὐτοὺς τοῖς δένδρεσιν ἃ ἔκοψαν, ἔπειτα χῶμα ἔχουν πρὸς τὴν πόλιν. Et mox, Ἡμέρας δὲ ἔχουν ἑβδομήκοντα καὶ νύκτας συνεχῶς, διῃρημένοι κατ' ἀναπαύλας, ὥστε τοὺς μὲν φέρειν, τοὺς δὲ ὕπνον τε καὶ σῖτον αἱρεῖσθαι. Ubi etiam nota, χοῦν esse Terram fossitiam in unum locum congerere, ut patet ex verbo φέρειν. Et rursum sub finem paginæ, Καὶ δέοι τοὺς ἐναντίους αὖθις πρὸς αὐτὸ χοῦν, itidem ἀπὸ χυτῆς γῆς τεῖχος ποιεῖν, inquit schol. [Plut. V. Pyrrhi c. 29 : Τὴν τάφρον χοῦν ἐπειρῶντο· V. Mar. c. 23 : Ἦρξαντο χοῦν τοὺς λόφους.] Sic Herodot. [2, 137] : Χώματα χοῦν πρὸς τῇ πόλει ἐπιτάσσων, Agger es ad urbem ducere. [Id. 4, 71 : Χοῦσι χῶμα μέγα· 1, 161 : Χώματα χῶν. Cujus participii exemplum est etiam ap. Aristid. vol. 2, p. 361, 20. Tertia persona præs. χοῖ est in composito προσχοῖ ap. Thucyd. 2, 102. Imperf. Plut. V. Anton. c. 38 : Εἶχου πρὸς τὴν πόλιν χῶμα. Dio Cass. 49, 25 : Χώματα ἔχου. Multo frequentior aoristus, ut ap. Herodot. 9, 85 : Χώματα

χῶσαι. Plat. Leg. 12, p. 947, D : Κύκλῳ χώσαντες.] Et Herodian. 4, [7, 6] de Antonino Caracalla : Ἤν ὡς στρατιώτης ἔπραττεν, εἴτε ὄρυγμά τι ὀρύττειν ἔδει, σκάπτων πρῶτος, εἴτε ῥεῖθρον γεφυρῶσαι, ἢ βάθος χῶσαι. Ubi nota accus. addi, ut et ap. Æschin. p. 66 [69, 7], ubi dicit, Τοὺς λιμένας ἔχωσαν. [Et ap. Demosth. p. 795, 14.] Estque ibi βάθος χῶσαι i. q. χῶμα χῶσαι ἐν βάθει τινὶ, s. βαθεῖ τινι τόπῳ : itidemque χῶσαι λιμένα i. q. χῶμα χῶσαι ἐν λιμένι, In portu aggerem ducere s. extruere, vel Portum educto aggere munire. [Addito dativo Herodot. 2, 140 : Νῆσον χώσας σποδῷ τε καὶ γῇ. Polyb. 1, 19, 3 : Χώσας φορμοῖς ἀχύρων τὰς τάφρους. Passive Herodot. 2, 137 : Αἱ πόλιες ἐχώσθησαν, i. e. Solum oppidorum exaltatum est. Polyb. 4, 40, 8 : Τὴν Μαιῶτιν κεχῶσθαι συμβαίνει· et fut. χωσθήσεσθαι ib. 42, 6.] Præsentis autem Χώννυμι seu Χωννύω, hoc legitur exemplum in Epitome Ctesiæ, p. 5 : Ἐχώννυε χῶμα ἐπὶ Σαλαμῖνα, πεζῇ διαβῆναι ἐπ' αὐτὴν διανοούμενος, Aggerem Salaminem versus ducere cœpit, pedestri itinere ad eam trajicere cogitans. Pro quo Herodot. p. 312 [8, 97] dicit, Ἐς τὴν Σαλαμῖνα χῶμα ἐπειρᾶτο διαχοῦν. [Apud Plat. Leg. 12, p. 958, E, vulgo : Χῶμα δὲ μὴ χωννύναι· ubi nunc χοῦν ex codd. Polyb. 1, 47, 3 : Χωννύειν τὸ στόμα τοῦ λιμένος ἐπεχείρησαν· 10, 28, 5 : Χωννύειν καὶ φθείρειν ἐνεχείρησε τὰς φρεατίας· 4, 40, 4 : Χώννυσθαι τὸν Πόντον. Dio Cass. 76, 13 : Τὰ ἕλη χωννύων.] Item χῶσαι τάφον affertur [ex Plut. V. Alex. c. 56, Tobia 8, 4] pro Excitare sepulcrum : ubi ut χῶσαι τάφον dicitur aliquis, ita rursum ipse τάφος vel μνῆμα χοῦσθαι. [Soph. Ant. 81 : Τάφον χώσουσ' ἀδελφῷ· 1204 : Τύμβον οἰκείας χθονὸς χώσαντες. Plato com. ap. Plut. V. Themist. c. 32 : Τύμβος ἐν καλῷ κεχωσμένος. Xen. Cyrop. 7, 3, 11 : Τὸ μνῆμα πολλοὶ χώσουσιν ἀξίως ὑμῶν· 17 : Τὸ μνῆμα μέχρι τοῦ νῦν τῶν εὐνούχων κεχῶσθαι λέγεται. Plut. V. Eumen. c. 9 et Mor. p. 873, A : Ἔχωσε πολυάνδρια· et χώματα χῶσαι κενὰ ib. 872, F, et V. Phocion. c. 37.] Pausan. [1, 22, 1] : Κέχωσται δὲ πρὸ τοῦ ναοῦ μνῆμα Ἱππολύτου [nunc Ἱππολύτῳ], Humo aggesta extructum est; s. Exaggeratum et excitatum, ut Bud. interpr. Sin vero locus aliquis dicatur χοῦσθαι, significabit Aggere educto muniri, vel etiam In eo agger educi, ut ap. Herodot. [2, 11] χωσθῆναι ajunt accipi pro Aggerari. At χώσασθαι significans Irasci, est a χώομαι, non a χόομαι.

[Χοώδης, δ, ἡ, Terrenus. Herodian. Epimer. p. 152. Eustath. Opusc. p. 195, 1 : Ἡ θάλασσα ... ἠρέμα κλύζουσα τὰς ἀκτὰς καὶ κατὰ μικρὸν ὑποσπῶσα ὅσον χοώδες.]

[Χράβασα. V. Χραῦσα.]

Χραίνω [Usitatissima sunt præsens, imperfectum, aoristus (χρᾶναι et χρανθῆναι), futurum. Perfecti activi exx. non sunt allata : participium passivi κεχραμμένος, quod Callim. H. in Dian. 69 quidam restitui voluerunt, ubi legitur Σποδιῇ κεχρημένος αἰθῇ, est ap. Epiphan. vol. 1, p. 720, A. Propria verbi significatio est, ut observavit Porson. ad Eurip. Or. 909, Rei cujusquam superficiem leviter rado vel attingo], Coloro, Tingo, Imbuo, ut Hesych. quoque χράναι exp. χρῶσαι [καὶ τὰ ὅμοια] : qui χραίνειν quoque affert pro χρίειν, itidemque χραίνει pro χρίει, Ungit et linit, s. Perungit et perlinit, Inungit et illinit. Nicand. Al. [246] de toxico : Τῷ μὲν Γερραῖοι νομάδες χαλκήρεας αἰχμὰς Χραίνουσιν, Inungunt, Imbuunt, Inficiunt, Illinunt, βάπτουσιν, schol. Paul. Ægin. id χρίειν vocat, ut supra in Τοξικὸν videre est. [Nicand. ib. 155 : Χραίνοις ἰρινέῳ, et quæ sunt similia ib. 169, 202, 531, et forma media 553 : Κνίδην εὖ λίπεϊ χραίνοιο. Antiphil. Anth. Pal. 7, 622 : Σχοῖνον χραινομένην μέλιτι. Maxim. Tyr. Diss. 40, p. 257 : Γυναικὸς τέχνῃ ἐλέφαντα χραινούσης φοίνικι, quod Hom. Il. Δ, 141 dixit : Ὅτε τίς τ' ἐλέφαντα γυνὴ φοίνικι μιήνῃ. De pictoribus dicta χρᾶναι, ἐπιχρᾶναι, ἀποχρᾶναι annotavit Pollux 7, 129, et Tim. Lex. p. 276 : Χραίνειν ἤγουν ἀποχραίνειν· παρὰ τοῖς ζωγράφοις δὲ λέγεται τὸ μὲν χραίνειν τὸ χρώζειν διὰ τοῦ ῥαβδίου, τὸ δὲ ἀποχραίνειν τὸ τὰ χρωσθέντα ἑνοποιεῖν. Quæ gl. sumta est ex Plat. Leg. 6, p. 767, A : Οἶσθ' ὅτι καθάπερ ζωγράφων οὐδὲν πέρας ἔχειν ἡ πραγματεία δοκεῖ περὶ ἑκάστων τῶν ζῴων ἀλλ' ἢ τοῦ χραίνειν ἢ ἀποχραίνειν, ἢ ὅ τι δήποτε καλοῦσι τὸ τοιοῦτον οἱ ζωγράφων παῖδες. De lunæ colore mutato Plut. Mor. p. 933, A C : Διὰ λεπτότητα τοῦ σκιεροῦ χρανθεῖσα. De sole autem homines fuscante in locutione χραίνεσθαι πρὸς τὸν ἥλιον ex Aristophane, ut videtur, annotata ab Phryn. in Bekk. Anecd. p. 72, de qua diximus s. v. Χλιαίνω.] Verum in malam plerumque partem accipitur, et ἐπὶ ψόγου, inquit Eust. [p. 467, 26; 1063, 34], afferens ex Tragico quodam [Eur. Or. 909] : Ἄστυ κἀγορᾶς χραίνων κύκλον, pro μολύνων, Contaminans, Inquinans s. Coinquinans, Polluens, Fœdans, ut ap. Nicandr. rursum Al. 469 : Ὁπόταν λεπὶς αὐξίδα χραίνῃ, schol. exp. itidem μολύνῃ. [De piscibus aquam maris turbantibus Achæus ap. Athen. 7, p. 277, B : Χραίνοντες οὐραίοισιν εὐδίαν ἁλός. Conspergendi signif. Æsch. Sept. 61 : Πεδία δ' ἀργηστὴς ἀφρὸς χραίνει σταλαγμοῖς ἱππικῶν ἐκ πνευμόνων· fragm. 340 : Πρὶν ἂν παλαγμοῖς (σταλαγμοῖς Pauwius) αἵματος χοιροκτόνου αὐτός σε χράνῃ Ζεὺς καταστάξας χεροῖν. Frequentius inquinandi vel polluendi significatione, ut ap. Æsch. Sept. 342 : Καπνῷ χραίνεται πόλισμ' ἅπαν· Suppl. 266 : Παλαιῶν αἱμάτων μιάσμασι χρανθεῖσα ... γαῖα.] Sic ap. Soph. Aj. p. 4 [42], Minerva Ulyssi quærenti, Τί δῆτα ποίμναις τήνδ' ἐπεμπίπτει βάσιν; Quid ita irruit in greges pecorum? respondet, Δοκῶν ἐν ὑμῖν χεῖρα χραίνεσθαι φόνῳ, Quod existimet manus suas vestro se polluere sanguine; vel potius Tingere, Imbuere; s. Quod videantur ipsi suæ manus vestro pollui et imbui sanguine : ut passivo passivum reddas : licet passivum illud activam potius habeat signif. (ut λούεσθαι, χρίεσθαι, et similia), vel saltem mixtam ex activa et passiva : χρίεσθαι enim ita est Ungi, ut etiam sit Ungere se. [Ps.-Eurip. Iph. A. 971 : Σίδηρον ... κηλῖσιν αἵματι χρανῶ. Lycophr. 267 : Ἔγχωρα τίφη καὶ πέδον χραίνῃ φόνῳ. Eurip. Hipp. 1438 : Ἐμοὶ γὰρ (Dianæ) οὐ θέμις φθιτοὺς ὁρᾶν οὐδ' ὄμμα χραίνειν θανασίμοισιν ἐκπνοαῖς. Quod propius accedit ad improprium verbi usum, qui ipse quoque satis frequens est. Sic Æsch. Eum. 170, de Apolline qui Orestem matris cæde pollutum in templum admiserat : Ἑφεστίῳ δὲ μάντις ὢν μιάσματι μυχὸν ἔχρανας. Sext. Emp. p. 180 : Χραίνεσθαι τὰ ἱερὰ δοκοῦμεν ἀνθρώπου φόνῳ. Soph. OEd. C. 368 : Μηδὲ χραίνεσθαι πόλιν (scelesto facinore)· OEd. T. 822 : Λέχη δὲ τοῦ θανόντος ἐν χεροῖν ἐμαῖν χραίνω, ut χρ. λέχη ap. Eur. Hec. 366, Hipp. 1266. Id. Iph. T. 799 : Τὴν πρόσπολον χραίνεις ἀθίκτοις περιβαλὼν πέπλοις χέρα· Herc. F. 757 : Θεοὺς ἀνομίᾳ χρ. Plato Leg. 11, p. 917, B : Καλὸν ἐπιτήδευμα θεῶν ὀνόματα μὴ χραίνειν ῥᾳδίως, ut τὸ τῆς φιλίας ὄνομα χρ. Ælian. N. A. 3, 46, et quæ sunt similia multa in scriptis recentiorum, ut Aristid. vol. 2, p. 414 : Τὰ τῶν Μουσῶν ὄργια χρ. Heliod. 10, 10 : Ὄψιν τε καὶ ἀκοὴν ἐχράνθημεν. Epiphan. vol. 1, p. 721, D : Οἱ πλείους ἐχράνθησαν τῇ τοῦ Ἀρείου κακοπτστίᾳ· ut ib. p. 720, A : Οἱ ἀπ' αὐτοῦ κεχραμμένοι. Eustath. Opusc. p. 296, 20 : Αἱ κατὰ λαγνείαν χρανθεῖσαι σεμναὶ γυναῖκες.] Similiter Hesych. χραίνειν exp. μολύνειν, ὑπαίνειν : et χράνας affert pro μιάνας, itidemque χρανθεὶς pro μιανθείς. [Hesychii gl. est Χραίνειν· μολύνειν, σαίνειν, χρίειν, μιαίνειν, ὑπαίνειν, mire interposito verbo σαίνειν, ut in alia gl. : Χραίνει· μολύνει, σαίνει, χρίει.] Idem tamen χράναι exp. etiam σκιάσαι, γράψαι, item ἐπιτυχεῖν : χρανεῖσθαι afferens etiam pro [χρανθήσεσθαι,] ἐπικαυθήσεσθαι. Ac quod attinet ad σκιάσαι et γράψαι, nec non ἐπικαυθήσεσθαι, sunt ea pictorum vocabula, ut et χρῶσαι. Quod vero ad ἐπιτυχεῖν attinet, habet illud affinitatem aliquam cum verbo χραύειν : nam et ἔχραυσε affert Idem pro ἐπέτυχε. Fit porro χραίνω a χρῶ, ut ῥαίνω a ῥῶ, teste Eust. [p. 467, 26; 1063, 34.]

Χραισμέω, Opitulor, Opem fero, Auxilior. [Per βοηθεῖν exp. Hesych. quattuor in gll. Homericis Χραισμεῖν, Χραισμῆσαι, Χραισμήσουσι, Χραίσμωσι. Χραίσμωσι per ὠφελήλουσι Suidas.] Quidam χραισμῶ dictum putarunt quasi χρησιμῶ. [Etym. M. p. 814, 12 : Χραισμῶ καὶ βαρύνεται καὶ περισπᾶται. Γίνεται ἀπὸ τοῦ χρήσιμος χρησιμῶ (sic etiam Eustath. p. 94, 40), συστολῇ τοῦ η εἰς α καὶ μεταθέσει τοῦ σ χραισμῶ· ὁ δεύτερος ἀόριστος ἔχραισμον. Ἔστι δὲ συζυγίας πρώτης, καὶ σημαίνει τὸ βοηθῶ καὶ φυλάσσω. Ἡ ἐκ τοῦ χαρίζω χαρισμῶ· καὶ ἐν ὑπερθέσει καὶ συναιρέσει χραισμῶ, ἔχραισμον, ὡς ἀπὸ τοῦ ἁμαρτῶ περισπωμένου, δεύτερος ἀόριστος ἥμαρτον.] Est autem verbum poeticum, cujus et ap. Hom. non

infrequens est usus. Il. Π, [837] : Ἄ δειλ', οὐδέ τοι ἐσθλὸς ἐὼν χραίσμησεν Ἀχιλλεύς· Α, [242] : Τοῖς δ' οὔτε δυνήσεαι ἀχνύμενός περ Χραισμεῖν· et [28] : Μή νύ τοι οὐ χραίσμῃ σκῆπτρον, ubi pro aor. secundo habetur ab Eust. [p. 94, 42. Per ἐπαρκέσειε reddidit Plato Rep. 3, p. 393, E.] Nonnunquam autem cum dat. et accus. ὄλεθρον, est Propulsare. [Est verbum linguæ epicæ proprium, cujus de usu dixit Buttmann. in Lexilogo vol. 1, p. 1 seqq. Apud Homerum sæpius legitur in Iliade, nusqnam in Odyssea, neque apud Hesiodum, non raro vero apud Epicos recentiores. Clitoriis Arcadibus tribuit schol. Apoll. Rh. 2, 218 : Χραίσμετέ μοι· βοηθεῖτέ μοι. Τὸ γὰρ χραισμεῖν Κλειτόριοι λέγουσι τὸ ἐπαρκεῖν. Ἀπὸ βαρυτόνου δὲ κέχλικε τοῦ χραίσμω, ὡς βαίνω βαίνετε· τὸ γὰρ περισπώμενον χραισμεῖτε. Quæ in apographis quibusdam codicis Medicei inepte interpolata sunt, Κλιτόριοι μὲν ἀντὶ τοῦ ἐπαινεῖν ἢ παραινεῖν λαμβάνουσι, κοινῶς δὲ λαμβάνεται ἀντὶ τοῦ βοηθεῖν. Præsentis χραισμῶ, quod hic scholiasta aliique grammatici ponunt, exempla quæ certa haberi possint apud Homerum exstant nulla. Nam quæ apud eum reperiuntur formæ χραισμῃ et χραισμωσι non præsentis esse χραισμῇ χραισμῶσι, quæ χραισμέῃ χραισμέωσιν potius scribenda forent cum synizesi, sed recte scribi χραίσμῃ χραίσμωσι, ut aoristi sint secundi, ex indicativo ejus χραῖσμε colligi potest : ex quo sequitur infinitivum quoque χραισμεῖν non præsentis, sed aoristi esse. Præter hunc secundum aoristum etiam primi aoristi frequens usus est χραισμῆσαι et futuri χραισμήσω. Apud Homerum hoc verbum non legitur nisi in sententiis negativis, uno excepto loco Il. Φ, 193 : Καὶ γὰρ σοὶ Ποταμός γε πάρα μέγας, εἰ δύναταί τι χραισμεῖν, quo ipso quoque significatur οὐ δύναται χραισμεῖν. Ponitur autem dativo personæ modo addito modo intellecto. Sic Il. Α, 589 : Τότε δ' οὔ τι δυνήσομαι ἀχνύμενός περ χραισμεῖν· et iisdem fere verbis O, 652. Ib. Ξ, 66 : Τεῖχος δ' οὐκ ἔχραισμε τετυγμένον· Φ, 316 : Φημὶ γὰρ οὔτε βίην χραισμησέμεν οὔτε τι εἶδος. Addito dativo personæ Il. Ε, 53 : Ἀλλ' οὔ οἱ τότε γε χραῖσμ' Ἄρτεμις· Λ, 117 : Ἥ δ' εἴπερ κε τύχῃσι μάλα σχεδὸν, οὐ δύναταί σφιν χραισμεῖν· et in locis supra ab HSt. allatis aliisque. Addito accusativo rei contra quam auxilium fertur, Il. Η, 144 : Ὄθ' ἄρ' οὐ κορύνη οἱ ὄλεθρον χραῖσμε σιδηρείη· et Λ, 120, Υ, 296. Semel cum accusativo personæ contra quam auxilium fertur, Il. Α, 567 in verbis Jovis : Μή νύ τοι οὐ χραίσμωσιν ὅσοι θεοί εἰσ' ἐν Ὀλύμπῳ ἆσσον ἰόνθ', ὅτε κέν τοι ἀάπτους χεῖρας ἐφείω· ubi ἰόνθ' recte ab recentioribus interpretibus pro ἰόντα acceptum est, intellecto με, quod ex prima persona verbi quod sequitur facile intelligitur. Male Zenodotus pro duali ἰόντε habuit, qui pro plurali ἰόντες positus ad θεοὶ referendus sit. Idem fere verbi usus apud Epicos posteriores, velut Apoll. Rh. 2, 218 : Χραίσμετέ μοι, ῥύσασθε δυσάμμορον ἀνέρα λύμης· ex qua forma imperativi colligi potest etiam χραισμεῖν aoristi esse ib. 249 : Ἄμμι γε μὴν νόος ἔνδον ἀτύζεται ἰεμένοισι χραισμεῖν· 3, 643 : Εἴ κέ μ' ἀέθλῳ χραισμεῖν ἀντιάσῃσιν· et fut. χραισμήσειν 2, 1225. Præsenti χραισμεῖ usus est Nicand. Th. 914 : Χραισμεῖ δὲ καὶ ἐνθρυφθέντα γάλακτι. Infin. χραισμεῖν ib. 643. Fut. χραισμήσειν 551, 926. Timo Phlias. ap. Sext. Emp. p. 566 : Τὰ μὲν οὔ οἱ χραίσμησ', ἀλλὰ φυγῆς ἐπεμαίετο. Bis ap. Lycophr. 292 : Οὐ γεῖσσα χραισμήσουσιν· 547 : Ἀνεψιαῖς ὄρνισι χραισμῆσαι γάμους. Nonn. Dion. 33, 348 : Καί νύ κεν αὐτοκύλιστος ἐδύσατο κῦμα θαλάσσης· ἀλλὰ Θέτις χραίσμησε.]

Χραίσμη, ἡ, Auxilium, Adjumentum, Remedium. Nicander Ther. [584] : Μηδέ σέ γε χραίσμη πολίου λάθοι, ἠὲ κέδροιο, ubi exp. βοήθεια. [Plur. ib. 852 : Θυλακὶς ἢ ἐπιτηλὶς ἐπὶ χραίσμῃσιν ἀπείη.]

[Χραισμήεις, εσσα, ἐν, Adjutorius, Utilis. Nicand. Th. 576 : Ἀμάρακος εἴη χρ., ubi per βοηθητικὸς exp. schol.]

[Χραισμήϊον, τὸ, Auxilium, Remedium. Anon. epigr. in Michaelem archangelum Anth. Pal. 1, 32 : Ὧδε ταλαιπαθέων χραισμήϊα θέσκελα κεῖται. Marcell. Sid. De pisc. 42 : Οὐδέ τι νούσων ... ἀλέγουσι ... χραισμήϊ' ἔχοντες ἐξ ἁλός· 101 : Μαινίδων ἅλμη δὲ καλὸν χραισμήϊον ἄφθαις.]

[Χράισμημα, τὸ, i. q. χραισμήϊον. Nonn. Dion. 33, 369 : Φρουρὸν ἔχεις ἀπέλεθρον ὄφιν χραισμήματι μίτρης.]

Χραισμήτωρ, ὁ, Adjutor. Nonn. [Ev. Jo. c. 3, 81 : Χραισμήτορα φωτῶν μουνογενῆ λόγον υἷα.]

[Χραμαδοῖλαι· γελῶναι (corrigunt χελῶναι), καὶ αἱ νωθρόταται τῶν κυνῶν· οἱ δὲ τοὺς κοχλίας, gl. corrupta Hesychii. Terminatio vocabuli —ῖλαι fuisse videtur.]

[Χραμβαλιαστύς. V. Κραμβαλέος.]

[Χραντὸς, ἡ, ὸν, Violatus, Gl. Usitatum in composito ἄχραντος.]

Χράομαι (non tanquam passivum, sequens significationem activi χρᾶν, sed tanquam verbum deponens, ut loquuntur Latini grammatici), Utor. [De formis verbi Ionicis hæc dixi in Comment. de dialecto Herodoti p. XLIV : « Χρᾶσθαι χρᾶται ἐχρᾶτο χράσθω χράσθων eorumque composita Iones dixerunt pro Atticis χρῆσθαι χρῆται ἐχρῆτο χρήσθω χρήσθων, quæ illis passim substituerunt librarii. Iisdem, ut opinor, acceptas referimus apud Herodotum formas locis pluribus obvias et apud Hippocratem quoque satis frequentes χρέεσθαι χρέεται ἐχρέετο, quæ ex formis fictæ videntur ω in εο vel εω solutum habentibus, quarum ratio alia est, ut χρέονται et conjunctivo χρέωνται pro χρῶνται, ἐχρέοντο pro ἐχρῶντο, χρεόμενος pro χρώμενος. Imperativus χρέω 1, 155, rectius χρέο scribi videtur, quod restitutum ab Schæfero et frequens est apud Hippocratem, quanquam apud hunc quoque libri non raro χρέω præbent vel formam vulgarem χρῶ, quæ eximenda est fragmento Democriti apud Stobæum Floril. 62, 45. Eadem formarum activarum ratio, χρᾶν χρᾷς χρᾷ ἔχρα cum compositis ἀποχρᾶν ἀποχρᾷ ἀπέχρα (male ἀπέχρη scripto in libris plerisque 1, 66) καταχρᾷ κατέχρα. Participium χρῶσα in χρέουσα solutum 7, 111 (ubi libri optimi χρέωσα, ut alibi ὀρέωντες pro ὀρέοντες) : ex quo sequitur ἀποχρῶσι vulgo lectum 5, 31, in ἀποχρέουσι mutandum fuisse. » Omisi in his consulto χρεώμενος, quod uno in l. Homeri legitur Il. Ψ, 834 : Χρεώμενος· οὐ μὲν γὰρ κτλ., parum perite defensum ab Eust. p. 1332, 18 : Τὸ χρεώμενος πλεονασμὸν ἔχει τοῦ ε κατὰ τὴν ἄρχουσαν, ὁποῖον καὶ τὸ μεμνέωτο (Il. Ψ, 361 : Ὡς μεμνέωτο δρόμου καὶ ἀληθείην ἀποείποι), οὗ τὸ ἀπαθὲς δίχα τοῦ ε, ὡς δηλοῖ παρὰ Σοφοκλεῖ (OEd. T. 49) τὸ « οὐδαμῶς (imo μηδαμῶς) μεμνώμεθα. » Apud Sophoclem libri μεμνώμεθα sine iota adscripto, nisi quod unus μεμνήμεθα. Optativo si usus est Sophocles, μεμνήμεθα scribendum erit, ut docent vestigia hujus formæ, ab librariis in hoc aliisque verbis sæpissime obscuratæ, passim relicta, de quibus dictum vol. 5, p. 1109. Eandem Homero restituendam esse, ὡς μεμνῆτο, primæ personæ exemplo efficitur, Il. Ω, 745 : Οὔ τε κεν αἰεὶ μεμνήμην νύκτας τε καὶ ἤματα δακρυχέουσα, quod librariorum manus effugit, quum pro indicativo μεμνήμην haberetur. Fugit hoc grammaticos veteres, quorum unum Ptolemæum Ascalonitam, qui μεμνέωτο probaverit, memorat schol. Il. Ψ, 361, prudenter tamen addens, τὸ δὲ ἀνάλογον διὰ τοῦ η προσκειμένου τοῦ ι, παρ' Ἀριστοφάνει ἐν Πλούτῳ δευτέρῳ (992) « Ἵνα τοὐμὸν ἱμάτιον φορῶν μεμνῆτό μου », quæ partim repetuntur in Etym. M. p. 578 extr. Hoc igitur exemplo nihil efficitur ad defendendum χρεώμενος, quod Homerus χρώμενος dixerat, ut aliis quoque formis contractis interdum utitur, ubi metrum solutas non fert : nisi quis formam ex χρεόμενος contractam χρεύμενος fingere velit, quæ mihi non probabilis videtur. Post Iones linguæ vulgaris scriptores χρᾶσθαι pro Attico χρῆσθαι dicere cœperunt, quod reprehendunt Atticistæ. Mœris p. 402 : Χρῆται Ἀττικοὶ, χρᾶται Ἕλληνες· et Thomas M. p. 922 : Χρῆται, οὐ χρᾶται· Sextus Empir. p. 258, ubi de usu dicendi agit qui potior sit quam analogia : Ζητουμένου τοῦ πῶς δεῖ λέγειν, χρῆσθαι ἢ χρᾶσθαι, φασὶν ὅτι χρᾶσθαι, καὶ ἀπαιτούμενοι τούτου τὴν πίστιν λέγουσιν ὅτι χρῆσις καὶ κτῆσις ἀνάλογά ἐστιν· ὡς οὖν κτᾶσθαι μὲν λέγεται, κτῆσθαι δὲ οὐ λέγεται, οὕτω καὶ χρᾶσθαι μὲν ῥηθήσεται, χρῆσθαι δὲ οὐ πάντως. Ἀλλ' εἰ ἐπακολουθῶν τις αὐτοῖς πύθοιτο « αὐτὸ δὲ τοῦτο τὸ κτᾶσθαι ὅτι ὀρθῶς εἴρηται, ἀφ' οὗ καὶ τὸ χρᾶσθαι ἀποδείκνυμεν, πόθεν ἴσμεν; » φήσουσιν ὅτι ἐν τῇ συνηθείᾳ λέγεται· τοῦτο δὲ λέγοντες δώσουσι τὸ τῇ συνηθείᾳ δεῖν ὡς κριτηρίῳ προσέχειν, ἀλλὰ μὴ τῇ ἀναλογίᾳ. Pravam recentiorum con-

suetudinem notat Lucian. Pseudol. c. 7 : Χρᾶσθαι τινὸς εἰπόντος ψευδάττικον ἔφη τὸ ῥῆμα. Male interdum intulerunt librarii, velut in codd. quibusdam Eur. Phœn. 961, Diodori 19, 94, Anaxippo ap. Athen. 9, p. 403, F, qui ἐχρῆτο scripserat, non ἐχρᾶτο. Alia hujus formæ exempla afferuntur ex Pausan. 2, 28, Plutarch. Mor. p. 149, E, Polyæno 5, 19, Athen. in Math. vett. p. 4 (ubi in margine annotatum ἐχρήσατο), Philone ib. p. 53, facile aliis aliorum augenda, sed non raro incerta, præsertim in iis scriptoribus qui alibi χρῆσθαι dixerunt, ut non sit verisimile eosdem uno alteroque loco χρᾶσθαι dixisse, velut Plutarchum, apud quem in uno illo Moralium loco p. 149, E, χρᾶσθαι, in aliis omnibus χρῆσθαι legitur. Probabilius χρᾶσθε apud LXX Genes. 19, 8; etsi hic quoque incertum, quum in cod. Alex. χρήσασθε legatur. Imperativi Χρῶ (Ion. Χρέο) exempla non pauca sunt. Personæ tertiæ pluralis formam Atticam χρήσθων annotavit Mœris p. 415. De quo schol. Aristoph. Nub. 440, χρήσθων per χρήσθωσαν explicans, sic scribit : Τὴν μὲν προφορὰν ὡς δυϊκὸν ἔχει τοῦ σχηματισμοῦ, πληθυντικῶς δὲ λέλεκται χρήσθωσαν. Ἀττικῶν δὲ ἡ τοιαύτη σύνταξις, ποιούντων ἐκεῖνοι, φρονούντων ἐκεῖνοι, ἀντὶ τοῦ ποιείτωσαν καὶ φρονείτωσαν. Eadem copiosius exponit Thomas M. s. h. v. p. 922, allato Thucydidis exemplo 5, 18 : Τῷ δικαίῳ χρήσθων. Optativi Χρώμην χρῷο χρῷτο exx. sunt in locis Platonis et Xenophontis infra afferendis et aliorum alibi. Perfectum, quod sæpe præsentis signif. habet, est Κέχρημαι, cum plusquamperf. Ἐκεχρήμην. De participio χρήμενος in inscr. Cretensi infra dicetur. Aor. est Ἐχρησάμην, pro quo ἐχρήσθην dixit interpolator Sophoclis, qui Antigonæ versibus 23, 24 : Ἐτεοκλέα μὲν, ὡς λέγουσι, σὺν δίκῃ ἔκρυψε τοῖς ἔνερθεν ἔντιμον νεκροῖς, hunc interposuit (post δίκῃ) : Χρησθεὶς δικαίᾳ καὶ νόμῳ κατὰ χθονός. Passive dictum est ap. Demosth. p. 519 extr. : Τὴν ἐσθῆτα τὴν ἱεράν· ἱερὰν γὰρ ἔγωγε νομίζω πᾶσαν ὅσην ἄν τις ἕνεκα τῆς ἑορτῆς παρασκευάζηται, ἕως ἂν χρησθῇ. Herodot. 7, 144 : Αἱ νῆες ἐς τὸ μὲν ἐποιήθησαν, οὐκ ἐχρήσθησαν. Sed Polybio 2, 32, 7, ubi legebatur : Ἐβούλοντο συγχρησθῆναι ταῖς τῶν Κελτῶν δυνάμεσι, nunc restitutum συγχρῆσθαι. Recte vero habet aor. καταχρησθῆναι, Interfici, et Χρησθῆναι, de oraculo edito dictus, de quo v. s. v. Χράω. Futurum est Χρήσομαι. Fut. passivum Χρησθήσομαι annotavit Hesych., Χρησθήσεται per χρησιμεύσει interpretatus, quæ gl. referenda ad Jerem. 13, 10 : Καὶ ἔσονται ὥσπερ τὸ περίζωμα τοῦτο, ὃ οὐ χρησθήσεται εἰς οὐθέν. Sic codex Vat. : sed alii libri antiqui vel ὃ οὐ μὴ χρησθήσεται vel ὃ οὐ μὴ χρησθῇ, quorum alterum restituendum est, quum respondeat verbis supra positis v. 7 : Διεφθαρμένον ἦν (τὸ περίζωμα), ὃ οὐ μὴ χρησθῇ εἰς οὐθέν.] In secunda persona præs. χρῇ, Uteris. Plutarch. Apophth. Lac. [p. 216, F] : Οὐκ ἐν δέοντι τῷ δέοντι χρῇ. Imperativus χρῶ, Utere. Isocr. Ad Nic. [p. 22, C] : Χρῶ τοῖς εἰρημένοις ἢ ζήτει βελτίω τούτων. Tertia pers. plur. χρῶνται, ex Plutarchi Romulo : Χρῶνται βολαῖς λίθων πρὸς ἀλλήλους. Infin. autem χρῆσθαι, non χρᾶσθαι : nam hoc ψευδάττικον esse ap. Lucian. [Pseudol. c. 7] legimus. Extat alioqui illud χρᾶσθαι ap. Plutarch. in Symp. sept. sap. [p. 149, E, de quo loco supra diximus.] Xenoph. Cyrop. 4, [2, 25] : Καὶ ἔξεστι τῷ βουλομένῳ ἤδη χρῆσθαι τούτῳ ὡς ἀνδραπόδῳ. Ab hoc ita differt ἀποχρῆσθαι, ut Lat. Abuti. Plutarch. Apophth. [p. 178, C] : Τῶν ἐν ταῖς πόλεσι δυνατῶν καὶ τοὺς ἀγαθοὺς φίλους κτᾶσθαι, καὶ τοὺς πονηρούς· εἶτα οἷς μὲν χρῆσθαι, οἷς δὲ ἀποχρῆσθαι.

‖ Χρῆσθαι quum varios usus habeat, et multi dativi sint, quibus junctum reddi non potest verbo Uti, de iis prius agam ll. in quibus verbum Uti retineri potest. [Χρῆσθαι per καυχᾶσθαι, πράττειν, προσφέρεσθαι, χρησμῷ χρῆσθαι exp. Hesych. Καυχᾶσθαι non potest significare nisi dativum aliquem additum habeat, velut φρονήματι vel simile aliquod nomen.] Χρῆσθαι παραδείγμασι, Dem. [p. 35, 1. Isocr. p. 13, A], Uti exemplis. Thuc. 2 : Λαβόντες τὴν στρατιὰν ἣπερ ἐκεῖνος ἐχρήσατο, Acceptis copiis quibus ille usus fuerat. Isocr. Ad Phil. : Οὐδεμίαν ἔλοιο ἂν, εἴπερ ἐμοὶ συμβούλῳ χρῷο μᾶλλον ἢ ταύτῃ, Si me consultore utaris. Nisi malis, Si meo consilio utaris. [Æschin. p. 76, 8 : Δημοσθένει συμ-

βούλῳ χρησάμενος. Æsch. Prom. 332 : Ἔμοιγε χρώμενος διδασκάλῳ.] Sic Teste uti aliquo, Testimonio alicujus uti, μάρτυρι χρῆσθαί τινι, vel μαρτυρίῳ τινὸς χρῆσθαι. [Eur. Alc. 804 : Ὡς γ' ἐμοὶ χρῆσθαι κριτῇ· El. 374 : Πονηρῷ γ' ἆρα χρήσεται κριτῇ. Et de alio quovis officio, Soph. Tr. 60 : Πάρεστι χρῆσθαι τἀνδρὶ τοῖς τ' ἐμοῖς λόγοις. Eur. Med. 821 : Ἐς πάντα σοὶ τὰ πιστὰ χρώμεθα.] Interdum Uti aliqua re pro Præditum esse aliqua re : ut quum Animantia ratione utentia Cic. opponit rationis expertibus. Sic et Græce τὰ λόγῳ χρώμενα, Ratione utentia, prædita, oppos. τοῖς ἀλόγοις. (Cum nonnullis tamen dativis χρῆσθαι redditur quidem Præditum esse, sed non etiam Uti : ut χρῆσθαι ἀνυπερβλήτῳ κράτει, Vi insuperabili s. Potentia præditum esse.) Dicunt præterea χρῶμαι τούτῳ, eodem plane modo quo Latini, Utor isto pro Usus mihi est cum isto, Utor consuetudine hujus, Familiaritas mihi cum isto intercedit. Sed Latini potius cum adjectione aliqua : at Græce χρῆσθαί τινι, sine adjectione etiam. [Isocr. p. 125, A : Τῶν δὲ χρωμένων τινὸς τολμήσαντος εἰπεῖν.] Dem. [p. 20, 6 : Οὐδείς ἐστιν ὅντιν' οὐ πεφενάκικεν ἐκεῖνος τῶν αὐτῷ χρησαμένων·] C. Mid. : Ἔνιοί μοι προσιόντες, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, τῶν χρωμένων αὐτῷ. Sic Isæus [p. 37, 19] : Νυνὶ δὲ χρώμενος ἡμῖν καὶ περὶ πλείστου ποιούμενος ἁπάντων. [Χρῆσθαι καὶ συνεῖναί τινι Andocid. p. 7, 32; 16, 13. Sæpe de præceptore quo quis utitur, ut ap. Plutarch. Mor. p. 79, D : Τοὺς Πλάτωνι καὶ Ξενοφῶντι χρωμένους· 463, D : Δεῖ χρῆσθαι τῷ Ἀναξαγόρᾳ.] Ut autem Lat. Consuetudo in malam quoque partem usurpatur, de ea etiam quam cum meretrice aliquis habet, sic et hoc χρῆσθαι de ea quoque dicitur. [Herodot. 4, 113 : Χρήσασθαι γυναικί. Xenoph. Mem. 2, 1, 30 : Τὰ δ' ἀφροδίσια πρὸ τοῦ δεῖσθαι ἀναγκάζεις, πάντα μηχανωμένη, καὶ γυναιξὶ καὶ ἀνδράσι χωμένη. Isæus p. 39, 5 : Τῶν πρότερον χρησαμένων (τῇ γυναικί).] Nam ex Dem. locis aliquot affertur χρῆσθαι τῇ ἑταίρᾳ et [p. 1367, 20] χρῆσθαι τῇ ἀνθρώπῳ, pro Consuetudinem habere cum meretrice. Pro quo tamen malit quis forsan Consuescere, Rem habere. [Plutarch. V. Pyrrhi c. 5 : Χρησάμενος παρ' οἴνον ὥραν ἔχοντι· V. Cat. maj. c. 24 : Χηρεύων ἐχρῆτο παιδίσκῃ κρύφα φοιτώσῃ πρὸς αὐτόν.] Huc porro pertinere videri queat quod ap. Aristot. legitur Polit. 5 : Χρώμενος αὐτοῦ τῇ ἡλικίᾳ· ut sc. dictum sit pro χρώμενος αὐτῷ ἐν ἡλικίᾳ ὄντι. Alioqui VV. LL. χρώμενος interpr. Abutens. Dicitur præterea et χρῶμαί σοι φίλῳ, ut Latine Te utor amico. [Eur. Hec. 312 : Εἰ βλέποντι μὲν φίλῳ χρώμεσθ', ἐπεὶ δ' ὄλωλε, μὴ χρώμεσθ' ἔτι. Antipho p. 136, 40 : Οὐ σφόδρα ἐχρώμην Λυκίνῳ φίλῳ· nisi hic φίλῳ glossatoris est, ut conjecit Reisk. Lysias p. 168, 20 : Οὔτε φίλῳ οὔτε ἐχθρῷ ἐχρησάμην αὐτῷ.] Vicissimque χρῶμαί σοι ἐχθρῷ, ut dicitur Utor te inimico. (Cic. Ad Att. 3 : Quum ego iis, quibus meam salutem carissimam esse arbitrabar, inimicissimis crudelissimisque usus sum. De quo loquendi genere dicam et infra, ubi agam de χρῆσθαι juncto dativo personæ cum adverbio.) Liban. [p. 509, 5 Dem.] : Ἐχθρῷ κεχρημένος τῷ Μειδίᾳ τῶν πλουσίων τινί. [Et cum aliis nominibus multis, velut Eur. Rhes. 866 : Χρόνον μὲν ἤδη συμμάχοισι χρώμεθα· Med. 616 : Οὔτ' ἂν ξένοισι τοῖσι σοῖς χρησαίμεθ' ἄν.] Quin etiam χρῆσθαι εὐτυχίᾳ, et vicissim χρῆσθαι δυστυχίᾳ, ut Latine Uti fortuna prospera (Cic. dixit etiam Uti prospero flatu fortunæ, item Uti felicitate), et Uti fortuna adversa. [Plato Men. p. 72, A : Πολλῇ γέ τινι εὐτυχίᾳ ἔοικα κεχρῆσθαι, εἰ ...] Redduntur alioqui et aliis modis ista atque istis similia loquendi genera. [Χρῆσθαι τύχῃ, de fortuna adversa, Eur. Heracl. 714 : Ἦν δ' οὖν, ὃ μὴ γένοιτο, χρήσωνται τύχῃ; Andocid. p. 16, 3 : Τύχῃ χρησαμένη ἡ παῖς καμοῦσα ἀπέθανεν.] Nam κέχρηνται συμφοραῖς ex Dem. affertur pro Inciderunt in calamitates. [Herodot. 1, 42 : Συμφορῇ τοιῇδε κεχρημένος. Isocr. p. 94, A : Ταύτῃ τῇ συμφορᾷ κεχρημένοι. Phalar. Epist. p. 100 : Χρήσῃ ἀνηκέστῳ συμφορᾷ.] Bud. autem apud Eundem [Dem.] χρήσασθαι συμφοραῖς reddit Perferre calamitates. [Συμφορῇ χρᾶσθαι i. q. συμφορὴν ποιεῖσθαι, Calamitatis loco aliquid habere, ap. Herodot. 7, 134 : Ἀχθομένων καὶ συμφορῇ χρεομένων· 141 : Ταῦτα ἀκούσαντες συμφορῇ τῇ μεγίστῃ ἐχρέοντο.] Idem χρῆσθαι τύχῃ interpr. Ferre s. Pati

fortunam, Habere fortunam, ap. Eund. [p. 297, 20]: Τῇ τύχῃ δὲ, ἣν δ δαίμων ἀπένειμεν ἑκάστοις, ταύτῃ κέχρηνται, Hanc fortunam habuerint, quam deus unicuique dedit. Ceterum legimus quidem fortuna uti ap. Virg., sed alio sensu quam habet istud τύχῃ χρῆσθαι. Atque ut χρῆσθαι τύχῃ, Pati fortunam, sic χρῆσθαι μεταβολῇ, Pati mutationem, apud Antiphontem idem Bud. interpr.: Τοσαύτῃ ἡ πόλις ἐκέχρητο μεταβολῇ. [Συντυχίῃ χρήσασθαι καὶ σοφίῃ Herodot. 1, 68. Δουλίῳ ζυγῷ χρῆσθαι Æsch. Ag. 953. Χρῆσθαι εὐτυχεῖ ῥύμῃ θεοῦ Eur. Rhes. 64; ἁπλοίᾳ χρῆσθαι Iph. A. 88 (in prologo spurio); χειμῶνι Antipho p. 131, 42; χειμῶσιν Isocr. p. 415, A.]

‖ Χρῆσθαι ut in nonnullis exemplis præcedentibus, sic et in aliis, reddi potest verbo Habere, ut χρῆσθαι πατρὶ affertur ex Aphthonio, pro Habere patrem: quanquam haud scio an apud veterem quempiam scriptorem cum hoc vel alio hujus generis dativo, i. e. habente signif. hujus generis, junctum inveniatur (nisi addatur illi substantivo aliquod adjectivum, ut χρῆσθαι πατρὶ πράῳ, Habere patrem clementem). Interdum reddi potest χρῆσθαι vel hoc verbo Habere, vel certe aliqua loquendi formula in qua sit illud verbum Habere. Talia autem sunt quæ sequuntur. Thuc.: Πόλεως οὔτε ἱεροῖς καὶ κατασκευαῖς πολυτελέσι χρησαμένης· de quo l. dicam et infra. Xenoph. Cyrop. 3, [2, 2]: Ἢ παντάπασιν ἀμαχεὶ λάβοιμεν ἂν τὸ ἄκρον, ἢ ὀλίγοις τε καὶ ἀσθενέσι χρησαίμεθα ἂν πολεμίοις. Nam χρήσασθαι πολεμίοις ἀσθενέσι reddiderim Habere invalidos hostes, aut certe Rem habere cum hostibus invalidis s. infirmis s. debilibus. Similis, vel potius idem cum eo est hic usus verbi χρῆσθαι, ap. Eund. 7, [1, 17] ejusdem operis: Καὶ σὺ γὰρ τότε μὲν ἐναντίοις, κακίστοις ἂν χρήσαιο, τοῖς δὲ μετὰ σαυτοῦ, ἀρίστοις. At vero quum dicitur χρῆσθαί τινι ὡς πολεμίῳ, est Aliquem hostis loco habere. Quod genus loquendi non semel ap. Thuc. legitur, ut 1, [53]: Ἡμᾶς τούσδε πρώτους λαβόντες, χρήσασθε ὡς πολεμίοις, Nos primos comprehensos in hostium loco habete. (Possit tamen reddi etiam Tractate tanquam hostes, vel In nos statuite tanquam in hostes, vel De nobis statuite tanquam de hostibus.) [Xenoph. Cyrop. 3, 1, 39: Ὡς πολεμίοις αὐτοῖς χρῶνται. Et cum aliis nominibus quibusvis, velut ap. Plat. Protag. p. 315, D: Ὦ ... ὡς ταμιείῳ ἐχρῆτο Ἱππόνικος· Rep. 2, p. 385, C: Ὡς νόμοις ἂν χρῴμην (τοῖς τύποις)· Xenoph. Cyrop. 4, 2, 25: Χρῆσθαι τούτῳ ὡς ἀνδραπόδῳ· etsi hujusmodi exx. sæpe incerta sunt, quum librarii non raro ὡς de suo addiderint, de quo dixit Dobræus ad Aristoph. Pl. 314. Sic ap. Xenoph. Mem. 2, 1, 12, in libris pluribus ὡς δούλοις χρῆσθαι (τοῖς ἥττοσι) scriptum, ubi alii ὡς omittunt. Ib. 3, 14, 4: Ὁπότερα τῷ σίτῳ ὄψῳ ἢ τῷ ὄψῳ σίτῳ χρήσεται· ubi ap. Athen. 5, p. 186, bis additum est ὡς. Omisso ὡς etiam Hier. 5, 4: Τούτοις χρῶνται δορυφόροις. Plato Protag. p. 316, E: Ταῖς τέχναις ταύταις παραπετάσμασιν ἐχρήσαντο.] Præterea vero ut supra χρῆσθαι duobus in ll. commode reddi dixi Præditum esse, sic et aliis alioqui diversis eandem interpret. convenire sciendum est. Nam ut ζῶα λόγῳ χρώμενα, sunt Animantia ratione prædita (ni malis ad verbum, Ciceronem quoque sequendo, Ratione utentia), et ut ap. Philon., Ὁ κόσμος ἀνυπερβλήτῳ κράτει χρώμενος, est Mundus insuperabili vi præditus, sic, Τοιαύτῃ διανοίᾳ χρῶμαι, ap. Isocr. est, Hac mente præditus sum. Sic sane ap. Hom. commodissime reddi potest hoc verbum, Præditum esse, Od. II, 398: Φρεσὶ γὰρ κέχρητ' ἀγαθῇσι, Mente bona præditus erat. Sed minime placet quod ibi annotat Eustath., sc. hinc esse sumptum χρῆσθαι συμφορᾷ, quo utitur Dem., et alia hujusmodi. Potius enim afferre debuit exempla verbi χρῆσθαι juncti itidem dativo boni quidpiam declaranti, non mali, et quod affinem signif. haberet: quale est ap. Dem., Ἀνδρὸς σώφρονος προνοίᾳ χρῆσθαι. Hoc enim optime (meo quidem judicio) convenit cum χρῆσθαι φρεσὶν ἀγαθαῖς. Sed et τοιαύτῃ διανοίᾳ χρῶμαι, quod ex Isocr. attuli, huc pertinere dici queat. Possint tamen et quæ contrariam signif. habent, ad hanc classem referri: quale est ἀμαθίᾳ χρῆσθαι: nam φρένες ἀγαθαὶ opp. ἀμαθίᾳ. Sed alicubi et verbum Esse non solum ad interpretationem verbi χρῆσθαι adhiberi potest, mutata forma orationis, ut ταύτῃ τῇ διανοίᾳ χρῶμαι, Hæc mihi mens est, Hac sum mente. Sed et in illo Thuc. loco quem modo protuli ex 1, [10]: Πόλις οὐ χρησαμένη ἱεροῖς καὶ κατασκευαῖς πολυτελέσι, reddi queat, non solum Urbs quæ nulla habuit templa nec ædificia magnifica, verum etiam Urbs cui nulla fuerunt templa etc. Enimvero de hoc quoque monendus est mihi lector, verbum χρῆσθαι interdum, uni eidemque dativo junctum, diversa, pro loco, genera loquendi efficere. Exempli gratia, λόγῳ χρῆσθαι dicuntur homines, qui sunt ratione præditi. At vero ap. Soph. El. p. 82 meæ ed. [44]: Λόγῳ δὲ χρῶ τοιῷδ' ὅτι ξένος μὲν εἶ Φωκεύς, videmus λόγῳ χρῆσθαι esse Verba facere, Loqui. [Plato Leg. 8, p. 836, C: Τάχ' ἂν χρῷτο πιθανῷ λόγῳ. Eur. Ion. 444: Εἰ δ', οὐ γὰρ ἔσται, τῷ λόγῳ δὲ χρήσομαι, δίκας ... δώσετε κτλ.] Adeo, ut minus mirum esse debeat quod ex Plutarchi Numa affertur, Χρωμένας λόγῳ ὑπὲρ τῶν ἀναγκαίων, itidem pro Loquentes de rebus necessariis. Apud Thucyd. autem [5, 37] κοινῷ λόγῳ χρωμένους schol. exp. ὁμοφρονοῦντας. Denique λόγῳ χρῆσθαι alium præterea usum habet, quum sc. dicitur a Plat. [Phæd. p. 95, A]: Πάνυ ἐθαύμαζον εἴτι ἔξει τις χρήσασθαι τῷ λόγῳ αὐτοῦ, de quo l. dicam infra. Ceterum ut verbum χρῆσθαι cum dat. λόγῳ non unum habere usum vides, sic et cum ἀνθρώπῳ diversa significare, partim ex iis quæ de hoc loquendi genere jam dicta sunt (sed accipiendo ἀνθρώπῳ in fem. gen.), partim ex iis quæ dicentur, intelliges.

‖ Χρῆσθαι plerisque aliis dativis jungitur, qui prout variam signif. habent, ita ipsum varie reddere necesse est, ut sequentibus exemplis docebo. Priorem autem locum iis dabo, in quibus sunt rei, non personæ, dativi. Interdum igitur verbo Esse commode uti possumus, sicut in præcedentibus ll. quos indicavi, ita et in aliis quibusdam; veluti quum ita loquitur Thuc. 6, [15] de Alcibiade: Ταῖς ἐπιθυμίαις μείζοσιν ἢ κατὰ τὴν ὑπάρχουσαν οὐσίαν ἐχρῆτο, nequaquam interpretari possis ad verbum (si quidem intra Latinitatis fines continere te volueris), Majoribus cupiditatibus quam pro modo facultatum utebatur; at possis, ut opinor, ita interpretari, Majores erant ejus cupiditates, etc. Quod si liberior interpret. quæratur, tunc reddere non dubitem, Magis cupiditatibus suis indulgebat; aut pro verbo Indulgebat, alio ejusmodi uti. Apud Eundem legitur χρῆσθαι τῇ θαλάσσῃ, 1, [3] et alibi, quod ad verbum esset Uti mari, sed a Latinis receptum iri non puto. Uterentur enim potius, ni fallor, isto, aut simili, loquendi genere, Commercia mari exercere. Schol. certe exp. verbo ἐμπορεύεσθαι, quod et ipsum interpretationem illam admittere crediderim. At VV. LL. ex Plut. Pericle [c. 26] afferunt, Ἐχρῶντο τῇ θαλάσσῃ, pro Maris imperio potiti sunt. [Isocr. p. 65, E: Κωλύοντες αὐτὸν τῇ θαλάττῃ χρῆσθαι. Herodot. 2, 43: Ναυτιλίῃσι ἐχρέοντο.] In iisdem legimus, Χρησάμενος ἄριστα τῇ ἀρχῇ, ex Isocr., Qui optime gessit imperium. Item χρῆσθαι τοῖς πράγμασι pro Munia obire, Versari in negotiis. Et ex Plutarchi Rom. [c. 22]: Κοινῶς ἐχρῶντο καὶ μεθ' ὁμονοίας τοῖς πράγμασι, pro Cum consensu ac concordia communes res administrabant. Ibid. χρῆσθαι τῇ δικαιοσύνῃ, Justitiam ipso usu exprimere (quod loquendi genus minime probo), Justitiam colere. At τῷ δικαίῳ χρῆσθαι, Usurpare jus, Jure uti. Et χρώμενος νόμοις, pro Servans leges. [Thucyd. 5, 105: Οὔτε θέντες τὸν νόμον οὔτε κειμένῳ χρησάμενοι. Herodot. 3, 99: Νομαίοισι τοιοῖσδε χρᾶσθαι. Soph. Ant. 213: Νόμῳ δὲ χρῆσθαι παντί που πάρεστι σοι, i. e. Quidvis tibi facere licet. Eur. Hipp. 98: Εἴπερ γε θνητοὶ θεῶν νόμοισι χρώμεθα.] Item χρῆσθαι ταῖς συνθήκαις, ex Isocr., pro Fœdus ipso usu firmare. Item, χρήσομαι τῇ γνωμῃ, pro Sententiæ acquiescam. Et χρῆσθαι γνώμῃ μᾶλλον, ex Plutarcho in Romulo, pro Præstare consilio. Ibid. ex Plutarchi Poplicola: Χρήσασθαι τοῖς προσπεσοῦσιν οὐκ εἶχε, Quid consilii in rebus casu oblatis caperet, non satis sciebat. Item [Mor. p. 29, C] χρήσεται ὀργῇ, pro Reportabit iram. [Plato Alcib. 2 p. 141, A: Οὐκ ὀργῇ κεχρημένους. Herodot. 1, 137: Τῷ θυμῷ χρᾶται· 1, 155: Σὺ μὴ πάντα θυμῷ χρέο.] Item, Ἐχρήσαντο τοῖς αὐτοῖς ἁμαρτήμασι, ex Isocr. [p. 180, C],

pro Devenerunt in eosdem errores. Et χρῆσθαι ἀμαθίᾳ ex Thucyd. [1, 68] pro Agi stultitia. [Herodot. 5, 83 : Ἀγνωμοσύνῃ χρ. Et sic cum aliis nominibus quibusvis, velut ἀληθηΐῃ ap. Herodot. 2, 116; ἀληθέϊ λόγῳ 1, 14; τῷ ἐόντι 1, 30; οἰκότι 7, 167; ὁμολογίῃ 1, 150; βοῇ 4, 134; κώμῳ 1, 21; ἁρπαγῇ 1, 5; τῇ χερὶ 3, 78; 9, 72, ut Soph. Aj. 115 : Σὺ δ' οὖν χρῶ χειρί.] Hæc inquam in VV. LL. leguntur : quorum pleraque, quum aut loci unde sunt deprompta, non afferantur, aut ita afferantur ut apud ipsos auctores inveniri sine otio non possint, non examinata præteribo. At de duobus postremis exemplis, et de illo præterea quod tertium ordine collocatum fuit, pauca dicam. Illum igitur Isocr. locum, Ἐχρήσαντο τοῖς αὐτοῖς ἁμαρτήμασι, malim reddere, Eadem peccata admiserunt. Hunc autem Thucydideum, χρῆσθαι ἀμαθίᾳ, interpretandum censuerim potius, Stulte se gerere. At χρῆσθαι τοῖς πράγμασι, duplicem signif. habere puto; nam Bud. a Plutarcho poni testatur pro Potiri rebus, h. e., ut Idem exp., Esse in summo actu rerum, quum tamen hæc signif. nullo modo convenire possit variis ll. tum Demosthenis, tum Isocratis (ut alios scriptores omittam), quibus hoc loquendi genus adhibetur. Eos proferam, deinde quæ interpretatio commoda mihi videatur, palam faciam. Dem. Olynth. 1 init. : Ὡς ἔστι μάλιστα τοῦτο δέος μὴ πανοῦργος ὢν καὶ δεινὸς ἄνθρωπος πράγμασι χρῆσθαι κτλ. Olynth. 2 init. : Ὑμεῖς δὲ, ὅσῳ χεῖρον ἢ προσῆκε κέχρησθε τοῖς πράγμασι, τοσούτῳ πλείονα αἰσχύνην ὠφλήκατε. At locorum Isocratis, quos in promptu habeo, unus est hic [p. 31, A] : Καὶ τιμῶσιν οἱ μὲν, τοὺς ἐν τοῖς πράγμασιν ἐπισταμένους. Alter est iste, in quo adjungit dativo πράγμασι, dativum καιροῖς, Archid. [p. 126, B] : Οὐδὲν γὰρ τῶν ὄντων ἐστὶν ἀποτόμως οὔτε κακὸν, οὔτ' ἀγαθὸν, ἀλλ' ὅπως ἂν χρήσηταί τις καὶ τοῖς πράγμασι καὶ τοῖς καιροῖς, οὕτως ἀνάγκη καὶ τὸ τέλος ἐκβαίνειν ἐξ αὐτῶν. In illo Dem. loco Olynth. 1, Δεινὸς ἄνθρωπος πράγμασι χρῆσθαι, quidam interpr. In rebus gerendis acer. In altero, Ὑμεῖς δὲ, ὅσῳ χεῖρον ἢ προσῆκε κέχρησθε τοῖς πράγμασι, interpr. Vos, quanto deterius negotiis, quam decuerat, usi estis. At ego existimo verbum χρῆσθαι cum hoc dativo usum habere non absimilem ei, quem habet verbum Uti, junctum ablativo Foro. Et eum dici δεινὸν χρῆσθαι πράγμασι s. τοῖς πράγμασι, qui res gerere et administrare novit prout usus poscit, i. e. prout occasiones se offerunt, Qui occasiones rerum gerendarum captare probe norit, vel potius Occasionibus rerum gerendarum uti. In qua interpret. non solum respicio ad Isocr. locum, in quo dicit τοῖς πράγμασι καὶ τοῖς καιροῖς (quod sane perinde esse puto ac si dixisset, τοῖς τῶν πραγμάτων καιροῖς), sed etiam ad ea quæ ap. Demosth. præcedunt in illo Olynth. 2 loco; qui enim χεῖρον ἢ προσῆκε κεχρῆσθαι τοῖς πράγμασι dicuntur? illi, qui φαίνονται προϊέμενοι μὴ μόνον πόλεων καὶ τόπων ὧν ἦσαν ποτὲ κύριοι, ἀλλὰ καὶ τῶν ὑπὸ τῆς τύχης παρασκευασθέντων συμμάχων τε καὶ καιρῶν. De hoc autem loquendi genere οὐκ οἶδα ὅπως vel τί χρήσομαι τοῖς πράγμασι, aut τῷ πράγματι, dicam infra. Venio ad alios dativos verbo χρῆσθαι junctos, et cum quibus alia interpretatione opus habet. Synes. De insomn. : Ἀνοήτως χρῆται τῷ βίῳ. Cum eod. dat. ap. Herodian. 5 fin. : Ἀντωνῖνος μὲν εἰς ἔκτον ἔτος ἐλάσας τῆς βασιλείας, καὶ χρησάμενος τῷ προειρημένῳ βίῳ. Neque hic certe χρῆσθαι βίῳ reddi ad verbum potest Uti vita, sed necesse est ut reddamus Vitam agere (sicut Polit. χρησάμενος τῷ προειρημένῳ βίῳ vertit, Vita ut diximus acta), s. agitare, aut Vitam degere. Atque ut βίῳ χρῆσθαι, sic vicissim τέλει χρῆσθαι dicunt : ubi ineptius etiam fuerit interpretari, Morte uti. Item Herodian. 6 init. : Ὁποίῳ μὲν δὴ τέλει ὁ δηλωθεὶς Ἀντωνῖνος ἐχρήσατο, ἐν τοῖς προειρημένοις δεδήλωται, quæ Polit. vertit, Quem igitur habuerit finem vitæ major Antoninus, in superioribus demonstratum est. Possimus alioqui interpretari etiam, Quem vitæ finem sortitus sit, Quis vitæ finis contigerit Antonino, aut etiam simplicius, Quis Antonino finis vitæ fuerit, s. Quis exitus. Verum quoniam reliquos dativos persequi, non longum duntaxat, sed infinitum esset, his exemplis contentus (utpote ex quibus aliarum etiam interpretationum, i. e. aliis dativis adhibendarum, exempla peti queant), ad dativos personæ transibo : si prius aliam præterea quandam viam interpretandi hosce rei dativos tibi indicaro, quam commodissimam et maxime compendiariam invenisse mihi videor : deinde vero et de dativo λόγῳ juncto huic verbo disseruero. Ea est, quam dico, via, ut verbum χρῆσθαι cum suo dat., interpretemur uno verbo, quod ipsius nominis signif. sequatur, ut si in illo Herodiani loco, Χρησάμενος τῷ προειρημένῳ βίῳ, ita vertas ac si dictum esset βιώσας ὡς προείρηται. Sic Ὁποίῳ τέλει ἐχρήσατο, perinde ac si dictum esset, ὅπως ἐτελεύτησε. Sed magis apta quibusdam aliis locis, et quidem nonnullis omnino etiam necessaria est. Huic quidem certe Dem. l. in Or. adv. Philippi Epist. [p. 156, 11] : Σώφρονος μὲν ἀνδρὸς χρῆται προνοίᾳ, non dubito quin aptissimam esse talem interpret. quilibet judicaturus sit : perinde sc. ac si scriptum esset, προνοεῖται μὲν ὡς σώφρονι προσῆκεν ἀνδρὶ, vel ὡς σώφρονι ἀνδρὶ προνοεῖσθαι ἄξιόν ἐστι. Superest ut de illo dativo λόγῳ verba faciam. Plat. Phæd. [p. 95, A] : Σιμμίου γὰρ λέγοντος ὅτε ἠπόρει, πάνυ ἐθαύμαζον εἴτι ἔξει τις χρήσασθαι τῷ λόγῳ αὐτοῦ, Bud. Quum enim Simmia eam rem disputaret, neminem utique futurum existimabam, qui ei respondere posset. Ex Ejusdem Gorgia [p. 465, E] : Ἐὰν μὲν οὖν καὶ ἐγὼ, σοῦ ἀποκρινομένου μὴ ἔχω ὅ,τι χρήσομαι, [ἀπότεινε καὶ σὺ λόγον· ἐὰν δὲ ἔχω, ἔα χρῆσθαι· δίκαιον γάρ· καὶ νῦν ταύτῃ τῇ ἀποκρίσει εἴτι ἔχεις χρῆσθαι, χρῶ, Si habes quod respondeas, responde. Videtur autem Bud. hunc locum alteri illi subjunxisse, quod existimarit ὅ,τι χρήσομαι dictum esse pro ὅ,τι χρήσομαι τῷ λόγῳ, itidemque cum χρῆσθαι subaudiri. Sed disseram et infra de hoc loquendi genere, ubi sc. agam de χρῆσθαι habente accusativum præter dativum.

‖ Χρῆσθαι autem cum dativo personæ, legisti quidem et antea in aliquot ll. (quos præbente occasionem sermone, proferre necesse habui) : hic tamen alios ejus cum eadem constructione usus ostendam. Verum hoc sciendum est, in illis, quæ proferam, generibus loquendi, verbum χρῆσθαι præter dativum habere etiam accus. τὶ, s. ὅ,τι, vel adverbium. [Herodot. 1, 210 : Χρᾶσθαι αὐτῷ τοῦτο ὅ τι σὺ βούλεαι.] Dico igitur primum, frequens esse ap. Thuc., ut ii qui sunt victi aut certe inferiores hostibus, et omnino illis impares, illorum fidei se committant, et jubeant eos χρῆσθαι αὐτοῖς ὅ,τι βούλονται, s. ὅ,τι ἂν βούλωνται. Ita enim libro 7 : Καὶ ἑαυτῷ μὲν χρῆσθαι ἐκέλευεν ἐκεῖνόν τε καὶ Λακεδαιμονίους ὅ,τι βούλονται· 2, [4] : Ξυνέβησαν τοῖς Πλαταιεῦσι, σφᾶς τε αὐτοὺς παραδοῦναι, καὶ τὰ ὅπλα, χρήσασθαι ὅ,τι ἂν βούλωνται. Quibus in ll. non puto commodius posse reddi quam Ut pro suo arbitrio de ipsis statuerent, de ipsis consulerent. Debetque locis illis addi et hic ejusdem scriptoris, quippe qui apertius etiam quam præcedentes, signif. illorum verborum declaret : 2, [4] : Ἐβουλεύοντο εἴτε κατακαύσωσιν ὥσπερ ἔχουσιν, ἐμπρήσαντες τὸ οἴκημα, εἴτε τι ἄλλο χρήσωνται (vel κατακαύσουσιν et χρήσονται), Deliberabant crematurine eos essent, an aliquid aliud de illis statuerent. Illis autem duobus ll. prioribus hujus scriptoris, similis est iste Demosthenicus [p. 374, 18] : Ἐμοὶ μὲν χρήσασθε ὅ,τι βούλεσθε· quod Gallice diceremus, *Faites de moi à votre plaisir*, vel *à votre volonté*. Ad verbum certe reddi non potest, sicut nec Latine. Nam, *Usez de moi à votre plaisir*, aliud potius significat. Sed venio ad Budæi verba de hoc loquendi genere : Χρῆσθαι τῷ ἀνθρώπῳ, inquit, Statuere de homine, h. e. vel Beneficio vel Pœna afficere : et additur accus. ὅ,τι. Subjungitque cum alia exempla, tum hoc ex Dem. [p. 1378, 16] : Καὶ ἐν μὲν τῷ παρόντι οὐκ εἶχον αὐτοῖς ὅ,τι χρήσονται Λακεδαιμόνιοι· item hoc ex Lysia, Παραδέδωκεν αὐτὸν ὑμῖν χρῆσθαι ὅ,τι ἂν βούλησθε. Sed Plat. aliter in Symposio [p. 216, C] usum esse docet eo loquendi genere, ubi Alcibiades de Socrate dicit, Ὥστε οὐκ ἔχω ὅ,τι χρήσομαι τούτῳ τῷ ἀνθρώπῳ· significare volens, Nescio quomodo uti ejus doctrina debeam, Nescio quomodo ex ejus doctrina commoda mea comparem. Quum autem dicunt οὐκ ἔχω ὅ,τι χρήσομαι ἐμαυτῷ, significari ait, Incertus sum quid agam. Plato Gorgia [p. 486,

B] : Εἴ τις σοῦ λαβόμενος εἰς τὸ δεσμωτήριον ἀπαγάγοι, φάσκων ἀδικεῖν, μηδὲν ἀδικοῦντα, ὦ Σώκρατες, οἶσθ' ὅτι οὐκ ἂν ἔχοις ὅ,τι χρήσαιο σαυτῷ, ἀλλ' ἰλιγγιῴης καὶ χασμῷο, Non haberes quod ageres, Incertus esses consilii et stuperes, hæreresque ut vertigine correptus et oscitans, Bud. Affertur ex eod. Plat. De rep. 2, [p. 368, B] : Ἀπορῶ ὅ,τι χρήσομαι ἐμαυτῷ, pro Nescio quid agam, Nescio quo me vertam. [Xenoph. Hell. 2, 1, 2 : Ἀπόρως εἶχε τί χρῷτο τῷ πράγματι· Mem. 4, 3, 10 : Ζῷα ὑποχείρια ... ὥστε χρῆσθαι αὐτοῖς ὅ τι ἂν βούλωνται. Omisso dativo personæ vel rei Aristoph. Nub. 439 : Νῦν οὖν χρήσθων ὅ τι βούλονται. Plato Protag. p. 321, C : Ἠπόρει ὅ τι χρήσαιτο· Lys. p. 213, C : Τί οὖν δὴ χρησώμεθα, εἰ .... Xenoph. Anab. 2, 1, 14 : Εἴτε ἄλλο τι θέλοι χρῆσθαι εἴτ' ἐπ' Αἴγυπτον στρατεύειν. Sic fortasse intelligendum quod in inscr. Cretensi ap. Bœckh. vol. 2, p. 400, 61, legitur : Οἱ πρείγιστοι οἱ ... ἐρευνέοντες καὶ ῥυθμίζοντες τὼς παρὰ τὼς αὐτὼς, καὶ τἄλλα πάντα χρήμενοι, quæ dubitari potest utrum præsentis forma sit, χρῆμαι pro χρῶμαι dicto, an præteriti pro κεχρημένοι, quæ Bœckhii sententia est p. 404, δέγμενοι comparantis, quod poetæ pro δεδεγμένοι dixerunt. Addito accus. χρείαν Plato Leg. 9, p. 868, B : Χρωμένους τῷ κτείναντι χρείαν ἣν ἂν ἐθέλωσι· Clit. p. 407, E : Μήτ' ἄλλην χρείαν μηδεμίαν χρῆσθαι τῷ σώματι. Et aliis accusativis, Thucyd. 2, 15 : Ἐγγὺς οὖσῃ (τῇ πηγῇ) τὰ πλείστου ἄξια ἐχρῶντο. Plut. V. Phoc. c. 6 : Τὰ πλείστης ἄξια σπουδῆς ἐκείνῳ χρώμενος.] Eadem autem opera dicendum censeo de hoc verbo χρῆσθαι habente adverbium cum dativo personæ. Ibi certe verbo Gerere uti possumus, ut Isocr. Ad Nic. [p. 28, D] : Ὅσοι διδάσκουσι τούς τε δυναστεύοντας, ὡς δεῖ τῷ πλήθει χρῆσθαι, καὶ τοὺς ἰδιώτας ὡς χρὴ πρὸς ἄρχοντας διακεῖσθαι, Quomodo se gerere erga plebem debeant : χρῶμαί σοι φιλανθρώπως, Humane me gero erga te. Sic cum aliis adverbiis, ut χρῆσθαι καλῶς φίλοις, Xenoph. [Mem. 1, 2, 48], Honeste se gerere erga amicos. (At χρῆσθαι ἑαυτῷ καλῶς, Bud. reddit Honeste se habere, Modeste vivere et composite, afferens ex Aristot. Polit. 5, [6] : Ὁμονοοῦσα δὲ ὀλιγαρχία οὐκ εὐδιάφθορος ἐξ αὑτῆς· σημεῖον δὲ ἡ ἐν Φαρσάλῳ πολιτεία· ἐκεῖνοι γὰρ, ὀλίγοι ὄντες, πολλῶν κύριοί εἰσι, διὰ τὸ χρῆσθαι σφίσιν αὐτοῖς καλῶς.) Sed et cum aliis adverbiis hic ipse dativus junctus reperitur, ut ἀφειδῶς χρῆσθαι ἑαυτῷ Plutarch. Alex. [c. 45 extr.] : Ὅμως οὐκ ἐπαύετο χρώμενος ἑαυτῷ πρὸς τοὺς κινδύνους ἀφειδῶς, Ita se gerens in periculis ut qui sibi minime parcere vellet, vel ullam sui rationem habere, vel respicere se. (Tali enim periphrasi utendum hic puto, ad exprimendam vim hujus adverbii ἀφειδῶς, cum hoc verbo juncti. Sed de iisdem verbis junctis cum αὐτῷ, vel τινὶ, dicam infra.) In VV. LL. χρῶμαί σοι φιλανθρώπως redditur Utor te familiariter, quum tamen φιλανθρώπως sonet Humane, non Familiariter. [Demosth. p. 411, 10 : Τούτῳ πάνυ φιλανθρώπως ἐχεχρήμην ἐγώ.] Verum et hoc videndum an dici queat Latine Utor te humane s. Humaniter, pro Humane me gero erga te. At si dicas Utor te humano (ne quis hic fallatur), plane alia sententia est; significatur enim, Tu te geris humaniter erga me, Humanum te erga me experior. Sic Uti aliquibus benignis, item placatis, ap. Cic. : apud quem legimus etiam, Eo velim tam facili uti possem et tam bono in me quam Curio. Sic ap. Terent. : Næ ille me facili utetur patre. Vicissim autem Cic. dixit Uti aliquibus inimicissimis et crudelissimis. Cui simile esse ostendi χρῆσθαι ἐχθρῷ τῷ Μειδίᾳ ap. Liban. Eodemque modo dixit idem orator, Bestiis immanioribus uti, Pro Rosc. Amerino : Noluerunt feris corpus objicere; ne bestiis quoque, quæ tantum scelus attigissent, immanioribus uteremur : i. e. Ne illas immaniores erga nos experiremur. Ubi quin verbum Uti, cum verbi χρῆσθαι constructione, ejus quoque usum accipiat, minime quisquam inficiari possit. Nec enim dubium est quin eodem modo dici queat, χρῶμαί σοι φίλῳ, s. εὔνῳ, aut εὐμενεῖ, et χρῶμαι πατρὶ εὐκόλῳ s. πράῳ. At si dicam εὐκόλως s. πράως χρῶμαι τῷ πατρὶ, tunc non significabo, Facili utor patre, sed versa vice, Facilem me exhibeo patri, s. Clementem aut Mitem, Clementer me gero erga patrem. Ut ergo ad illud χρῶμαί σοι φιλανθρώπως revertar, non posse reddi, Utor te humano, ex iis quæ dicta sunt satis patet. An vero possimus, adverbium adverbio interpretantes, reddere, Utor te humane, de hoc ambigo : ipse quidem certe, donec talem usum verbi Utor cum tali adverbio invenerim, nequaquam ita interpretari ausim. Fateor alioqui in quibusdam adverbiis utramque linguam hoc verbum eodem modo usurpare; ut enim sæpe a Tullio dicitur Familiariter uti aliquo, sic legimus interdum οἰκείως χρῆσθαί τινι. Nisi forte et hic aliquid sit discriminis, ut Familiariter te utor, dicatur potius de familiaritate quam tu mihi exhibes; at χρῶμαί σοι οἰκείως referatur potius ad familiaritatem quam tibi exhibeo, si ita loqui licet. Certe apud Xenoph. : Κριτίας τῷ Θηραμένει φίλος ἦν, et οἰκείως ἐχρῆτο τῷ Θηραμένει, pro uno eodemque ponuntur, Hell. 2, p. 271 meæ ed. [c. 3, 11. Id. Mem. 4, 3, 12 : Σοὶ ἐοίκασιν (οἱ θεοὶ) ἔτι φιλικώτερον ἢ τοῖς ἄλλοις χρῆσθαι. Isæus p. 37, 19 : Χρωμένους αὐτῷ πάντων οἰκειότατα. Lysias p. 181, 30 : Οἷος οἰκειότατ' ἀνθρώπων ἐχρῆτο.] Ut autem ad alia veniam adverbia, quibus itidem jungitur χρῆσθαι, et quidem aliis etiam modis redditum, affertur χρῶμαί σοι μετρίως, in VV. LL. ex Æschine [p. 71 extr.] pro Modeste te tracto, Clementer in te animadverto. Ibid. ex Dem. χρῶμαί σοι πιστῶς, pro Tibi fidem servo. (Quibus adde quod habuisti supra, χρῆσθαί τινι ὡς πολεμίῳ. Dixi enim hoc reddi posse non solum Habere hostis loco, sed etiam verbo Statuere s. Tractare. Quin etiam verbo Gerere hic quoque uti fortassis liceat, hoc modo, Gerere se erga quempiam, tanquam erga hostem. Non dubium est certe quin pro eodem dici queat, χρῆσθαί τινι πολεμικῶς. Cui velut oppositum est ap. Plutarch. [Alex. c. 60] χρῆσθαί τινι βασιλικῶς, Gerere se erga quempiam ita ut regem decet. Quid autem regem decet? Parcere subjectis et debellare superbos. [Themist. Or. 7, p. 88, D : Πῶς σοι, ὦ Πῶρε, χρήσομαι; ubi alter respondet, Βασιλικῶς.] Adjiciendum his et quod Bud. affert ex Dem. [p. 1121, 8] : Καὶ τῶν μὲν ἄλλων πολιτῶν πολλῶν ἀγαθῶν ὄντων μηδενὶ μηδ' ἐξ ἴσου χρῆται· τοῖς δὲ τοιούτοις ἐθελοντὴς ὑποπίπτει, Cum nullo agit civili animo, Nulli se civilem exhibet. Nam sive ἐξ ἴσου sive ἐξίσου conjunctim scribas, adverbii vicem præstare manifestum est.) [Andocid. p. 32, 35 : Τοῖς πολίταις οὐκ ἐξ ἴσου χρῆται. Xenoph. Ages. 6, 4 : Τῇ πατρίδι οὕτως ἐχρῆτο ὥστε ... φίλους ἐκέκτητο· Anab. 5, 7, 5 : Ἂν ὑμῖν φαίνωνται ἀδικεῖν οἱ ἐμὲ διαβάλλοντες, οὕτως αὐτοῖς χρῆσθε ὥσπερ ἄξιον, Sic cum iis agite, i. e. Punite eos. Mem. 2, 1, 16 : Πῶς οἱ δεσπόται τοιούτοις οἰκέταις (qui aufugerunt) χρῶνται.] Sciendum est porro, χρῆσθαι cum adverbio, in malam etiam partem interdum usurpari. Dicit enim Dem. [p. 87, 17] χρῆσθαί τινι ὑβριστικῶς, Contumeliose aliquem tractare, Contumelia s. Contumeliis aliquem afficere. Itidemque ὑπερηφάνως τινὶ χρῆσθαι. Quorum adverbiorum utroque cum hoc verbo aut certe ejus partic. usus est Plutarch. uno eodemque in l. Alcib. [c. 4] : Ὡς ὑβριστικῶς καὶ ὑπερηφάνως εἴη τῷ Ἀνύτῳ κεχρημένος ὁ Ἀλκιβιάδης. Possis autem ὑπερηφάνως χρῆσθαί τινι reddere, Superbe aliquem tractare, sicut ὑβριστικῶς χρῆσθαι, Contumeliose tractare; sed malim in illo loquendi genere uti verbo Gerere, et reddere Superbe erga quempiam se gerere. Apud Eund. [V. Pomp. c. 10] habemus et ἀπανθρώπως χρῆσθαι, ubi scribit, Γάϊος δέ φησι καὶ ἀπανθρώπως Κοΐντῳ Οὐαλερίῳ χρήσασθαι τὸν Πομπήϊον. Ubi Bud. vult χρῆσθαί τινι esse Agere cum aliquo. Itidemque ap. Dem. [p. 539, 16] χρήσασθαί τινι ἀσελγῶς καὶ βιαίως vertit, Violenter et petulanter cum aliquo agere. [Schol. Aristoph. Ach. 1149 : Μικρολόγως τοῖς χορευταῖς ἐχρήσατο.] Affertur ex eod. Plutarcho χρώμενος cum adverbio ἀφειδῶς (cum quo habuisti et supra, una cum dat. ἑαυτῷ), Χρώμενος ἀφειδῶς τῷ ἱερεῖ, pro Tractans crudeliter. Verum libet in hujus sermonis clausula, ad ejus principium reverti, i. e. ad exemplum Isocratis cui primum locum dedi, ex Or. ad Nic. [p. 28, D] : Ὅσοι διδάσκουσι τούς τε δυναστεύοντας ὡς δεῖ τῷ πλήθει χρῆσθαι, καὶ τοὺς ἰδιώτας, ὡς χρὴ πρὸς ἄρχοντας διακεῖσθαι. Doctis enim lectoribus expendendum relinquere velim an non et hic verbum χρῆσθαι reddere

ad verbum possimus Uti, ex isto Horatii loco, Epist. 1 : Si pranderet olus patienter, regibus uti Nollet Aristippus : si sciret regibus uti, Fastidiret olus, qui me notat. Neque enim dubito quin Si sciret regibus uti, eadem plane signif. dicturi sumus Græce εἴπερ ἠπίστατο πῶς δεῖ τοῖς βασιλεῦσι χρῆσθαι. Huic certe simile est illud Isocrateum, Ὡς δεῖ τῷ πλήθει χρῆσθαι. Ac videtur ea verbi Uti significatio talis hic esse, qualis ubi dicitur Uti foro. Sed et sine adverbio apud eundem seriptorem habemus in Or. ad Philipp. [p. 98, C] ὄχλῳ χρήσασθαι (est autem hic ὄχλῳ quod illic πλήθει) : postquam enim dixit se πρὸς τὸ πολιτεύεσθαι πάντων ἀφυέστατον γενέσθαι τῶν πολιτῶν, subjungit, Οὔτε γὰρ φωνὴν ἔσχον ἱκανὴν, οὔτε τόλμαν δυναμένην ὄχλῳ χρήσασθαι, καὶ μολύνασθαι, καὶ λοιδορεῖσθαι τοῖς ἐπὶ τοῦ βήματος καλινδουμένοις. Quamvis porro ὡς δεῖ τῷ πλήθει χρῆσθαι putem posse reddi Quomodo se gerere oporteat erga plebem, s. vulgus, non tamen hic, ubi ὄχλῳ χρήσασθαι dicitur sine adverbio, eodem verbo posse me uti existimem : quod tale sit ut in hac signif. adverbio jungi velit. Dixerim igitur ὄχλῳ χρήσασθαι, esse quod vulgo dicimus *Manier :* quum dicimus, *Je sais bien comment il faut manier un tel homme,* vel *un tel esprit.* Qua in signif. crediderim nos verbo Tractare posse uti, sicut dixit Terent. Heaut., Hac arte tractabat virum Ut illius animum cupidum inopia incenderet. Ibidem dixit, Nec ut animum decuit ægrotum adolescentuli Tractare. Quod si libeat illud verbum Gerere hic quoque usurpare, addendum erit adverbium (meo quidem judicio) et dicendum, Gerere se erga plebem ut decet, s. ut par est. Sed minus mihi placet hæc interpret., ideoque vel illo Tractare, vel alio ejusdem generis, si quod magis commodum inveniatur, utendum censuerim. [Τῇ πόλει χρ. Eur. Ion. 602 : Τῶν ἐν λόγῳ τε χρωμένων τε τῇ πόλει εἰς ἀξίωμα βάς.]

‖Χρῆσθαι cum dat. rei habente et accus. Aristoph. Pl. [941] : Τοῖς δ' ἐμβαδίοις τί χρήσεταί τις; εἰπέ μοι. Ad verbum, Quid aliquis utetur calceis? pro Qua in re utetur? Quem in usum convertet calceos? Quem usum dabit calceis? pro, εἰς τί χρήσεται; Plut. [V. Pomp. c. 67] : Διὰ τοῦτο καὶ Κάτωνι μηδὲν χρήσασθαι ἄξιον σπουδῆς Πομπήϊον, Quæ causa fuit ut nullam curationem Pompeius Catoni mandarit quæ quidem acrem intentionem posceret : vel, quæ magnopere cordi illi esse deberet : ut Bud. vertit. [Cum ὅσα Xen. Cyrop. 1, 5, 12 : Νυκτὶ ὅσαπερ οἱ ἄλλοι ἡμέρᾳ δύναισθ' ἂν χρῆσθαι· Ages. 6, 6 : Νυκτὶ μὲν ὅσαπερ ἡμέρᾳ ἐχρῆτο, ἡμέρᾳ δὲ ὅσαπερ νυκτί· unde Hell. 6, 1, 15 : Ἱκανὸς γάρ ἐστι καὶ νυκτὸς ἅπερ ἡμέρᾳ χρῆσθαι, recte restitutum est νυκτὶ ὅσαπερ.] Affert vero et ex Plat., Εἴτι ἔξει τις χρήσασθαι τῷ λόγῳ αὐτοῦ, de quo l. et supra dixi et paulo post iterum dicam. Subjungit et hunc l. ejusd. scriptoris in Philebo [p. 36, C] : Ταύτῃ δὲ τῇ σκέψει τούτων τῶν παθημάτων τόδε χρησόμεθα (ita enim legendum est, non τότε), i. e. Ad hunc modum utemur, vel, Ad hoc utemur. Ita ille; sed ego, ad primum quidem illum locum quod attinet, malim Κάτωνι μηδὲν χρήσασθαι interpretari magis ad verbum, Nulla in re usum esse Catonis opera. Hoc etiam addo, videri subaudiendam hic esse præp. εἰς : quam in isto Greg. loco habemus : Οὐκ οἶδα δὲ εἰς ὅ,τι ἂν ἄλλο χρησαίμην τοῖς λόγοις, μὴ νῦν χρησάμενος. Dico, inquam, subaudiendam hic præp. illam videri, et potius χρῆσθαι Κάτωνι vertendum esse Uti opera Catonis, si modo is sit eorum verborum sensus, quem Bud. existimat. (Itidemque in loco Dem. quem illi Platonico præfixerat, Ἃ μὲν οὖν χρήσεται καὶ πότε τῇ δυνάμει παρὰ τὸν καιρὸν, eadem præp. subaudienda videri queat.) Secundum autem locum, Σιμμίου γὰρ λέγοντος ὅτε ἠπόρει, πάνυ ἐθαύμαζον εἴτι ἔξει τις χρήσασθαι τῷ λόγῳ αὐτοῦ, ita reddit, Quum enim Simmia eam rem disputaret, neminem utique futurum existimabam, qui ei respondere posset. At Ficinus verba illa ita reddiderat : Quum enim audirem Simmiam dubitantem, valde admirabar si quis rationibus ejus resistere posset. Ego certe existimo οὐκ οἶδα τί χρήσομαι τούτῳ τῷ λόγῳ ita solitum dici ut οὐκ οἶδα τί χρήσομαι τούτῳ τῷ πράγματι : ideoque generaliori quodam loquendi genere interpretandum esse crediderim. Sed majorem etiam affinitatem cum illis Platonis verbis habent hæc Ejusdem in Theæteto [p. 165, B] : Τί γὰρ χρήσῃ ἀφύκτῳ ἐρωτήματι, τὸ λεγόμενον, ἐν φρέατι συσχόμενος [συνεχόμενος]; Eodem enim modo dicuntur hæc duo χρῆσθαι ἐρωτήματι et χρῆσθαι λόγῳ. Perperam itaque Erasmus in Proverbio, In puteo constrictus, hæc verba, Τί γὰρ χρήσῃ ἀφύκτῳ ἐρωτήματι, vertit, Cur enim utaris inexplicabili quæstione? Nam hic est sensus, Quid enim agas quum tibi inextricabilis quæstio proponitur? Vel, Quid consilii ineas s. capias adversus inexplicabilem quæstionem? Vel, Qua arte tractare quæstionem inenodabilem possis? Perinde ac si diceret, Quomodo te extricare et expedire ex ea possis? His certe interprr. sensum illorum verborum exprimere mihi videor; sed aliquod tamen aptius loquendi genus desidero, et magis ad signif. verbi χρῆσθαι accedens. Quanquam haud scio an aliud inveniri queat quam illud in quo usus sum verbo Tractare. Ex his autem elici et alterius loci interpretatio poterit, εἴτι ἔξει τις χρήσασθαι τῷ λόγῳ αὐτοῦ. (Ad eund. pertinet locus alius, quem ex Gorgia protuli, in fine tmematis quo egi de verbo χρῆσθαι variis dativis juncto.) Quoniam autem quum dicitur τί δεῖ χρῆσθαι τῷ πράγματι, eundem usum habet verbum χρῆσθαι, de hoc quoque loquendi genere hic dissererem, nisi reservandum putarem in proxime sequentem sermonem, qui erit de χρῆσθαι habente adverbium una cum dativo rei : quoniam eodem sensu dici solet, πῶς δεῖ χρῆσθαι τῷ πράγματι. Quum igitur docuerim χρῆσθαι jungi dativo personæ interdum cum accus., interdum cum adverbio; itidemque docuerim jungi dativo rei cum accus., superest ut disseram de ejusdem cum dativo rei et adverbio constructione. Sciendum est igitur, χρῆσθαι cum adverbiis nonnullis, primam et propriam signif. retinere : veluti quum dicitur χρῆσθαι καλῶς χρήμασι, vel contra χρῆσθαι κακῶς. Isocr. Epist. ad Timotheum [p. 422, C] : Τὸ δὲ χρῆσθαι τούτοις καλῶς τε καὶ φιλανθρώπως, ἐπί σοι γέγονεν. Sic vero dicere quis possit, οὐκ οἶδα πῶς δεῖ χρῆσθαι χρήμασι, significans, Nescio quomodo sit utendum pecunia, Nescio in quos usus adhibenda sit pecunia. At quum dicitur, Οὐκ οἶδα πῶς χρήσομαι τῷ πράγματι, vel τί χρήσομαι τῷ πράγματι, haud jam possumus verbum χρῆσθαι interpretari Uti : sed tale est hoc χρῆσθαι, quale illud supra cum dativis λόγῳ et ἐρωτήματι. [Herodot. 7, 213 : Ἀπορέοντος βασιλέος ὅ τι χρήσαιτο τῷ παρεόντι πρήγματι.] Herodian. 5, [4, 16] : Ἠγνόουν τε πῶς χρήσονται τῷ πράγματι, Polit. Haud satis constitutum habebant quod sibi capiendum consilium foret. (Sic attuli supra ex Plut. Poplic., Χρήσασθαι τοῖς προσπεσοῦσιν οὐκ εἶχε, pro Quid consilii in rebus casu oblatis caperet, non satis sciebat.) Idem 2, [12, 5] : Ὁ δὲ Ἰουλιανὸς πολλῇ καταλαμβανόμενος ἀφασίᾳ τε καὶ ἀπορίᾳ, ὅπως χρήσεται τοῖς πράγμασιν οὐκ εἰδὼς, ἀθροισθῆναι κελεύσας τὴν σύγκλητον κτλ., quæ ita idem interpres vertit : Enimvero Julianus hæsitabundus atque inops consilii, convocato prius senatu, etc. Dicitur autem eadem signif. οὐκ οἶδα τί χρήσομαι τῷ πράγματι, vel ἀπόρως ἔγω τί χρήσομαι τῷ πράγματι. Xen. Hell. 2, [1, 2] : Πυθόμενος δὲ τὸ ξύνθημα ὁ Ἐτεόνικος, ἀπόρως μὲν εἶχε τί χρῷτο τῷ πράγματι, Nescius erat quid consilii hac in re caperet. Vel, Quid sibi agendum hic esset. Aut brevius, Nesciebat quid ageret. Vel, Nesciebat quomodo se gerere hoc in negotio deberet. Quod si a verbo χρῆσθαι non tam longe discedendum sit, magis ad verbum hoc loquendi genus interpretando, fortassis ita reddi possit, Nesciebat quo consilio hac in re utendum sibi esset. Vel, Nesciebat qua arte rem hanc tractare deberet, vel negotium hoc. Invenitur interdum plur. dat. τοῖς πράγμασι in hoc loquendi genere. Neque tamen vel ille sing. vel hic plur. semper additur; sed dicitur interdum duntaxat τί χρήσομαι τούτῳ; vel τί χρήσομαι τούτοις; In VV. LL. ex Dem. : Τί δὴ χρησόμεθα αὐτῷ; pro Quid in hoc agendum nobis? Et ex Plat. Leg. [5, p. 740, D] : Τί χρὴ χρῆσθαι τούτοις; Quid de his facere oportet?

‖Χρῆσθαι [Sequente præpos. εἰς vel πρὸς apud scriptores quosvis; ἀμφὶ Xen. OEc. 9, 6 : Ἔπιπλα οἷς ἀμφὶ θυσίας χρώμεθα], cum accus. sequente præp. εἰς, affertur in VV. LL. ex [Pseudo-] Aristot. primam

suam signif. habens, in qua dativo passim jungi solet: OEcon. 2, [p. 1350, 6]: Μενδαῖοι τὰ ἀπὸ λιμένων καὶ τῶν ἄλλων τελῶν αὐτοῖς προσποριζόμενα ἐχρῶντο εἰς διοίκησιν τῆς πόλεως, Ad remp. administrandam portoriis aliisque vectigalibus utebantur. Sed suspectus non immerito fuerit hic locus, donec aliud ejusdem constructionis exemplum inventum fuerit. [Similiter Phalaris Epist. p. 16: Τὰ μὲν ἄλλα διανείμασθε καθ' ὃν ἂν προήρησθε τρόπον, τὰ χρήματα δὲ πρὸς ἐπισκευὴν καὶ κόσμον τῆς πόλεως χρησάμενοι καλῶς ἂν εἴητε πεφροντικότες. Moschionem in libro De morbis muliebribus sæpius cum accusativo construxisse memorat Ducangius. Veteres etsi χρῆσθαί τί τινι, dativo modo addito modo omisso, eo sensu dixerunt quem supra explicuit HSt., tamen χρῆσθαι τοῦτο, Uti hac re, pro χρῆσθαι τούτῳ non magis videntur dixisse quam καταχρῆσθαί τι pro καταχρῆσθαί τινι: quod compositum cum accusativo construxerunt Plutarchus, Lucianus aliique, quorum exempla attulimus vol. 4, p. 1305. Nihil enim tribuendum paucis quibusdam exemplis, velut Xenoph. Ages. 11, 11: Καὶ τὸ εὔχαρι οὐ σκώμμασιν, ἀλλὰ τρόπῳ ἐπετήδευε, καὶ τὸ μεγαλόφρον οὐ σὺν γνώμῃ ἐχρῆτο· quem nemo sibi persuadebit hoc uno loco accusativum posuisse, quum alibi constanter dativo usus sit. Manifestum est τὸ μεγαλόφρον librarii errore scriptum esse quoniam præcesserat τὸ εὔχαρι. Recte igitur HSt. τῷ μεγαλόφρονι correxit. Simili errore in Memor. 2, 1, 12, in edd. vet. et codd. nonnullis ὡς δούλους χρῆσθαι pro δούλοις, quod est in aliis, illatum propter alios qui præcedunt accusativos cum verbo ἐπίστανται constructos, et ap. Themist. Or. 34, p. 461, 8: Πῶς οὐκ ἀλλότριον Πλάτωνος, ὃν λίαν ζητεῖ, φανέντα μὴ χρῆσθαι, qui φανέντι scripserat, ut alibi constanter dativo usus est. Quod in grammaticorum scriptis non raro invenitur χρῆσθαι τὸ —, ut in Append. ad Greg. Cor. p. 691: Ἀντὶ τοῦ η τὸ α χρῶνται, pariterque sæpius deinceps, ubique in τῷ mutandum esse centena evincunt rectæ structuræ exempla, quæ intacta reliquerunt librarii, ut in ipso illo libello locis plurimis. Ac fortasse ne scholiasta quidem recentissimus in ed. Junt. Aristoph. Pl. 322, scripserat τοῦτο ἐχρῆτο, sed τούτῳ, ut correxit Kusterus. Apparet ex his, etsi aliquem hujus structuræ usum apud scriptores inferiores fuisse non improbabile sit, tamen exempla singula plerumque valde incerta esse. Interdum non in casu, sed in verbo peccatum ab librariis est, velut ap. LXX Sap. Sal. 7, 14: Θησαυρὸς, ὃν οἱ χρησάμενοι ..., ubi cod. Alex. recte κτησάμενοι.. G. Dind.]

Χρῆσθαι pro Expendere etiam poni et Consumere, in VV. LL. annotatur, sed absque ullo exemplo. || Χρῆσθαι s. χρήσασθαι in aliis etiam signiff. usurpatum vide post Χρῶ quod significat Do mutuo, Commodo, item post Χρῶ quo declaratur Oraculum edo.

[Χραῦσα, ἡ, Chrausa, urbs Africæ. Ptolem. 4, 3, p. 269, 27, ubi edd. vet. Χράβασα.]

Χραῦσις, εως, ἡ, quod tamen longe diversam [ab verbo χραύω] habet signif.: utpote significans ἄγκυρα μονόβολος, teste Hesychio. I. e. Anchora quæ unicum duntaxat uncum habet; binos enim plerumque, ternosve aut quaternos etiam habent.

[Χραυτίζω, verbum suspectum ap. Hesych.: Ἐχραύτιζεν· ἴζευεν.]

Χραύω, ex χράω, ut ψαύω ex ψάω, sc. ἐπενθέσει s. πλεονασμῷ τοῦ υ, inquit Eust. [p. 531, 10; 1063, 30]; qui tamen alibi [p. 1547, 62] χραῦσαι τὸ τοῦ χροὸς αὖσαι, αὖσαι ibi significante θιγεῖν καὶ ἅψασθαι: ut rursum p. 1063, scribit χράειν et χραύειν, quæque inde sunt derivata, significare χρωτὸς καὶ χροὸς ποιὰν ἐπαφήν. Significat igitur χραύω Leviter vulnero s. saucio, Leviter incido: ita ut summam tantum cutem perstringam: ut idem rursum Eust. χραῦσαι exp. ἐπιπολῆς ξέσαι εἰς αὐτὸν τὸν χροῦν τοῦ σώματος, in hoc l. Il. E, [138]: Δὴ τότε μιν τρὶς τόσσον ἔλεν μένος, ὥστε λέοντα, Ὅν ῥά τε ποιμὴν ἀγρῷ ἐπ' εἰροπόκοις ὀΐεσσι Χραύσῃ μέντ' αὐλῆς ὑπεράλμενον, οὐδὲ δαμάσσῃ, Quem pastor ruri super ovibus deprehensum sauciarit quidem et leviter in summa cute vulnerarit, sed non domuerit et subegerit s. peremerit; ejusmodi enim vulnere accepto tantum abest ut ab incepto desistat, ut magis irritetur. [Quint. Sm. 11, 76: Ἵνα χραύσαντα δαΐξῃ.] Hesych. quoque [χραῦσαι per καταξύσαι et] χραύσῃ exp. καταξύσῃ, πλήξῃ: alii ἀμύξῃ. Idem vero ἔχραυσε affert etiam pro ἐπέτυχε, Incidit, [ut χρᾶναι inter alia per ἐπιτυχεῖν exp.]. Exp. etiam Appropinquo, ut i. sit q. χρίμπτω. At pro χραύω quod exp. Avide comedo, Helluor, scrib. χναύω, de quo supra.

[Χράω, Coloro. HSt. s. v. Χρώζω:] Τοιοῦτον δὲ καὶ τὸ Χραίνειν κατὰ παραγωγὴν, inquit Eust. p. 467, postquam de χρώζειν locutus est, subjungitque paulo post, Συγγενὲς δὲ τοῖς τοιούτοις καὶ τὸ Χρίμπτειν, ὅ ἐστιν ἐν χρῷ πελάζειν· καὶ τὸ Χρίειν· ἔτι δὲ καὶ τὸ Χράειν, ὅ ἐστιν ἐπιπίπτειν. Innuens ex χρὼς s. χρόος derivatum esse non solum χρώζω, sed etiam Χραίνω inde παρῆχθαι, itemque Χρίμπτω, et Χρίω, nec non Χράω. Ego tamen, si his quærendæ sunt origines, χρῶ potius primitivum statuerem, indeque derivarem primum χράω et χραίνω, χρόα et χρὼς, deinde χρίω et χρίμπτω. Veruntamen, quum de Χρίω et Χρίμπτω seorsim egerim, reliqua duo, χράω et χραίνω, hic persequenda duxi, quod brevia sint et alibi poni commodius nequeant.

Χράω igitur significat Coloro, Imbuo, Tingo, etiam Polluo. Unde apud Hesychium Χρᾶται, μολύνεται: itidemque Χρῶμαι, μολύνομαι: per contractionem pro χράομαι. [Eodem alludit gl. loco alieno (ante Χρυσὶς) posita, Χρῶ· μολυσμῷ· ubi aliquid excidit, nisi μολυσμῷ pro μολύνω scriptum.] Atque ita vicinam habet signif. verbo χρώζω s. χρωννύω et χρίζω. || Significat etiam ἐπιπίπτειν, ut ex Eust. paulo ante exposui. Sic Idem p. 1901, ἐχράετε exp. ἐβαρήσατε, ἐπιπεσόντες ἐβιάσασθε, in hoc l. Od. Φ, [69]: Μνηστῆρες ἀγήνορες, οἳ τόδε δῶμα Ἐχράετ' ἐσθίεμεν καὶ πινέμεν ἐμμενὲς αἰεὶ, in oratione Penelopes ad procos. Itidem Idem p. 1063, scribit hoc verbum, ut et χραύειν, significare χρωτὸς s. χροὸς ποιὰν ἐπαφὴν, declarans et hoc loco etymon hujus verbi. Sicut porro in præcedente Hom. l. junctum habet infin., ita et in hoc Ejusd. Il. Φ, [369] in oratione Scamandri ardentis ad Junonem: Ἥρη, τίπτε σὸς υἱὸς ἐμὸν ῥόον ἔχρασε κήδειν Ἐξ ἄλλων; Ubi Hesych. ἔχρασε κήδειν itidem exp. ἐπεβάρησε πρὸς τὸ βλάπτειν: qui et ἔχραον affert pro ἐβάρησαν κατὰ βίαν, ἀθρόοι προσῆλθον, item ἐπέκλυσαν, ἐπέθεντο. Ut χράειν dicitur qui Ingruit et Obruit, quique Premit et degravat. Quam signif. clarius adhuc habet in hoc loco Od. K, [64]: Πῶς ἦλθες, Ὀδυσεῦ, τίς τοι κακὸς ἔχρασε δαίμων; ubi schol. exp. μανικῶς ἐπέθετο, Furiose aggressus et adortus est s. invasit. [Ib. E, 396: Στυγερὸς δέ οἱ ἔχρασε δαίμων. Hesych.: Ἔχρας· ἔφυ. Fort. ἔχρασε. Transitive de eo qui mala immittit Nicand. Th. 315: Κακὸν δέ οἱ ἔχρασε κοῖτον· et Agath. Anth. Pal. 5, 297: Ἠϊθέοις οὐκ ἔστι τόσος πόνος ὁππόσος ἡμῖν ταῖς ἀταλοψύχοις ἔχρασε θηλυτέραις.] Verum possit hoc ἔχρασε, quum non imperfecti, sed aoristi temporis sit, a χραύω potius esse derivatum.

Χράω, Commodo, Do commodato, Utendum do: unde κέχρηκε, apud Plutarch., Commodavit. Itidemque κεχρήκει, Commodarat, Appian. [Civ. 2, 29], ubi loquitur de duabus legionibus quas Pompeius Cæsari commodarat. [Herodot. 6, 89: Κορινθίων ἐδέοντο χρῆσαί σφι νέας. Aristoph. Thesm. 219: Χρῆσόν τι νῦν ἡμῖν ξυρόν· 250: Ἱμάτιον γοῦν χρῆσον ἡμῖν. Xenoph. Mem. 3, 11, 18: Χρῆσόν μοι τὴν ἴυγγα. Lucian. Pisc. c. 47: Ἥνπερ ... μοι ἐθελήσῃ πρὸς ὀλίγον χρῆσαι τὴν ὁρμιάν· Adv. ind. c. 30: Χρήσειας τὰ βιβλία ἄλλῳ δεηθέντι.] Accipitur et pro Mutuare, δανείζειν. [Herodot. 3, 58: Δέκα τάλαντά σφι χρῆσαι.] Dem. [p. 1186 extr.]: Προσδεηθεὶς ἀργυρίου, προσελθὼν τῷ πατρὶ τῷ ἐμῷ, ἐκέλευσε χρῆσαι χιλίας τριακοσίας πεντήκοντα μίαν. Sic ap. Lysiam [p. 154, 1]: Ἐκέλευσε χρῆσαι ὅ,τι εἴη ἀργύριον. [Plato Demod. p. 384, B: Ὅτι αὐτῷ ἀργύριον χρῆσαι οὐκ ἠθέλησεν. De homine quem quis alii tradit ut eo utatur, Plato Epist. 2, p. 314, E: Φιλιστίωνι, εἰ μὲν αὐτὸς χρῇ, σφόδρα χρῶ· εἰ δὲ οἷόν τε, Σπευσίππῳ χρῆσον καὶ ἀπόπεμψον. De exercitu aliis serviente Plutarch. V. Pomp. c. 24: Ἡ πειρατικὴ δύναμις ... χρήσασα ταῖς βασιλικαῖς ὑπηρεσίαις ἑαυτήν· 56: Τὰς δυνάμεις ἀπαιτῶν, ἃς ἔχρησεν αὐτῷ· et similiter c. 57, et V. Cæs. c. 29:

Τοὺς στρατιώτας, οὓς ἔχρησεν αὐτῷ πρὸς τοὺς Κελτικοὺς ἀγῶνας. Χρῆσαι τὸ σῶμα καὶ τοὔνομα idem V. Ages. c. 36 : Ἄνδρα ἄριστον ... ἀνθρώπῳ βαρβάρῳ χρῆσαι τὸ σῶμα καὶ τοὔνομα· pariterque V. Dion. c. 22, et χρῆσαι φωνὴν Ἑλληνίδα βαρβάροις προστάγμασι V. Them. c. 6. Χρῆσαι πάθος δίκαιον τῷ δαίμονι scriptor dicitur V. Tim. c. 17.] At med. aor. Χρήσασθαι de eo qui mutuatus est, et utendum accepit. Plutarch. Anton. [c. 55] : Ἐνεκάλει δὲ ὅτι χρησάμενος ναῦς παρ' αὐτοῦ πρὸς τὸν πόλεμον, ἀπεστέρησε, Quod naves non reddiderat, quas utendas acceperat. [Plato Demod. p. 384, C : Χρήσασθαι ἐθέλων.] Philo V. M. 2 : Ὥσπερ γὰρ Θεοῦ προστάξαντος, ἑκάστη φύσις, ὅπερ ἔχρησεν, οἷα δάνειον ἀναγκαῖον, ἀπελάμβανε. Ex LXX 1 Reg. 2, [20] : Ἀντὶ τοῦ χρέους οὗ ἔχρησας τῷ Κυρίῳ. Suidas χρήσασθαι exp. δανείσασθαι : et subjungit χρῆσαι esse satius quam δανεῖσαι : nam χρῆσαι dici ἐπὶ φίλων : at vero δανείσασθαι πρὸς τοὺς τυχόντας. Affert Bud. et pass. partic. Χρησθέντα, quo tam Res commodatas quam Pecunias mutuas significari ait. [Herodot. 7, 144 : Αἱ δὲ (νῆες) ἐς τὸ μὲν ἐποιήθησαν, οὐκ ἐχρήσθησαν, ἐς δέον δὲ οὕτω τῇ Ἑλλάδι ἐγένοντο. Demosth. p. 519 extr. : Ἱερὰν ἐγὼ νομίζω πᾶσαν (ἐσθῆτα) ὅσην ἄν τις ἕνεκα τῆς ἑορτῆς παρασκευάζηται, ἕως ἂν χρησθῇ.] Existimatur porro Χράω Χρῶ factum ex verbo Κιχράω : sed non minori cum ratione forsitan hoc ex illo factum esse suspicemur. [HSt. in Indice : « Κηχρᾷ, Hesychio est δανείζει : quod potius κιχρᾷ. »] Dicitur vero non solum κιχράω, sed etiam Κίχρημι, et quidem frequentius. Bud. κίχρημι tradens thema esse verbi χρῆσαι, significantis Commodare, affert ex Dem. [p. 1250, 11] : Τῶν δὴ χρημάτων σοι τῶν ἐμῶν κίχρημι ὅ,τι βούλει. Et ex Plutarchi Pomp. [c. 29] : Ἀνθρώποις ἀνοσίοις καὶ ἀθέοις κιχράντα καὶ περιάπτοντα τὴν αὐτοῦ δόξαν, ὥσπερ ἀλεξιφάρμακον, Nomen suum commodantem. Item ex Greg. Naz. De baptismate : Ἰδοὺ κίχρημι τὰς χεῖρας τῷ πνεύματι· ταχύνωμεν τὴν σωτηρίαν. [Liban. vol. 4, p. 831, 35 : Κιχρῶν τὴν χεῖρα πανταχοῦ.] Ut autem dicitur Κιχρὰς Qui utendum dedit, ita dicitur Κιχράμενος, Qui utendum rogavit, eo modo quo δανείζων et δανειζόμενος. Plutarch. [Mor. p. 534, A] : Δυεῖν αὐτῷ ἐν βαλανείῳ στλεγγίδα κιχραμένων. [Anth. Pal. 9, 581 : Τὰν τούτου γῆρυν ἐκιχράμεθα.] At vero Κεχρημένος non est solum Qui utendum rogavit, sed etiam Qui indiget alicujus rei, ut Hom. Od. P, [421] : Καὶ πολλάκι δόσκον ἀλήτῃ Τοίῳ ὁποῖος ἔοι, καὶ ὅτευ κεχρημένος ἔλθοι. Alibi [ibid. 347] κεχρημένον pro Egenti et Mendico posuit : Αἰδὼς δ' οὐκ ἀγαθὴ κεχρημένῳ ἀνδρὶ παρεῖναι. Unde Hesiod. illud videtur transtulisse [Op. 315] : Αἰδὼς δ' οὐκ ἀγαθὴ κεχρημένον ἄνδρα κομίζει. Hæc fere Bud., qui in derivatione participii κεχρημένος sibi assentientem non habet Eustath., ut docebo in verbo Χρήζω [ubi v. quæ dicentur].

Χράω, Oraculum edo (quidam etiam, Oraculum reddo, pro Responsum reddo oraculo), Oraculo edo, ut ap. Cic. Off. 2, [c. 22] : Apollo Pythius oraculo edidit, Spartam nulla re alia nisi avaritia esse perituram, Ἔχρησεν ὅτι Σπάρτην ἡ φιλοχρηματία ὀλέσει. Invenitur etiam Oraculum edidit, Oraculum editum est, sequente itidem infin. Redditur præterea Oraculo prædico, nec non Prædico, sine adjectione; item Vaticinor, nec non Respondeo. [Hesych. : Χρᾷ· χρήζει, θεσπίζει. Χρσίει (de quo infra)· κελεύει. Χρᾶν· χρήζειν, μαντεύεσθαι, καὶ τὰ ὅμοια. Ἔχρησεν· ἐμάντευσεν, ἠθέλησεν, ἔδωκε χρησμόν.] Hermogenes De statibus : Κριθείς τις φόνου, ἀπέφυγεν· ὕστερον χρωμένῳ αὐτῷ ὁ θεὸς ἀνεῖλεν, Ἀνδροφόνοις οὐ χρῶ, Postea ipsi oraculum petenti respondit deus, Homicidis oraculum non edo. [Χρᾷς χρᾷ et reliquæ formæ α servant in dialecto Ionica et communi. Atticos χρῇς χρῇ ἔχρη dixisse exempla ostendunt infra afferenda. Aoristus et futurum ἔχρησα et χρήσω omnibus communis est. Secunda persona ap. Herodot. 1, 63 : Σύ μοι χρᾷς ἀδύνατα.] Tertia persona est Χρᾷ, ut apud Pausaniam : Ἡ Πυθία χρᾷ σφίσιν. [Herodot. 1, 55 : Ἡ Πυθίη οἱ χρᾷ τάδε· 62 : Ὁ χρησμολόγος οἱ προσιὼν χρᾷ τάδε. Dio Cass. 72, 7 : Τὸ χρηστήριον χρᾷ δι' ὀνειράτων. Hesychius : Χραίει· κελεύει. Hoc nihil aliud est quam error ex ι adscripto, ΧΡΑΙ, i. e. χρᾷ. G. D.] (Alioqui χρᾷ est etiam Uteris, apud Galenum; est enim secunda persona τοῦ Χρῶμαι significantis Utor.) At vero Χρῇ, quod pro eodem ponitur, Atticum esse censetur. Soph. El. p. 81 meæ ed. [35] : Χρῇ μοι τοιαῦθ' ὁ Φοῖβος ὢν πεύσῃ τάχα. [Quo l. utuntur Etym. M. p. 814, 7, Eust. p. 89, 24; 751, 57; 1179, 38. Infin. Herodot. 4, 155 : Οὐκ ἔπειθε τὸν θεὸν ἄλλα οἱ χρᾶν. Dio Cass. 56, 25. Particip. Herodot. 7, 11 : Πρόμαντις ἡ χρέουσα. Hesych. : Χρέοντες· προφητεύοντες. Metri caussa χρείων ap. Epicos : v. infra.] Rursum Pausan. : Καί οἱ χρῆσαι τὸν θεόν. Sic Plut. Solone, Αὐτῷ τὸν θεὸν χρῆσαι. [Frequentissima sunt aoristi χρῆσαι et futuri χρήσειν exempla, verbo vel absolute posito, ut χρήσαντος τοῦ θεοῦ ap. Herodot. 1, 69, Lycurg. p. 160, 14; ὁ χρήσας (Apollo) Æsch. Eum. 798, Eur. Iph. T. 78; τοῦ ἐν Δελφοῖς θεοῦ χρήσαντος Thuc. 5, 32; vel cum accus. χρησμὸν similibusve nominibus, dativo personæ, cui responsum datur, modo addito modo intellecto, Hom. H. in Apoll. 132 : Χρήσω (Apollo) δ' ἀνθρώποισι Διὸς νημερτέα βουλήν. Herodot. 1, 174 : Ταῦτα τῆς Πυθίης χρησάσης· 49 : Οὐκ ἔχω εἶπαι ὅ τι τοῖσι Λυδοῖσι ἔχρησε (τὸ μαντήϊον). Eurip. Phœn. 412 : Ἔχρησ' Ἀδράστῳ Λοξίας χρησμόν τινα· Ion. 682 : Τίν', ὦ παῖ πρόμαντι Λατοῦς, ἔχρησας ὑμνῳδίαν; El. 1246 : Οὐκ ἔχρησέ σοι σοφά. Lycophr. 1051 : Χρήσει καθ' ὕπνον πᾶσι νημερτῆ φάτιν. Cum accus. rei de qua oraculum editur Eurip. El. 1267 : Μητέρος χρήσας φόνον. Χρῆσαι ἀμφί τινος Æsch. Agam. 1083 : Χρήσειν ἔοικεν ἀμφὶ τῶν αὑτῆς κακῶν. Cum infin. Eum. 203 : Ἔχρησα ποινὰς πέμψαι. (Addito ὥστε ibid. 202 : Ἔχρησας ὥστε τὸν ξένον μητροκτονεῖν.) Eur. El. 973 : Ὅστις μ' ἔχρησας μητέρα ... κτανεῖν. Aristoph. Vesp. 159 : Ὁ θεὸς μαντευομένῳ μοὔχρησεν ... ἀποσκλῆναι. Thucyd. 2, 102 : Ἀλκμαίωνι τὸν Ἀπόλλω ταύτην τὴν γῆν χρῆσαι οἰκεῖν. Sequente ὡς Pind. Pyth. 4, 10 : Ἱρέα χρῆσεν ... Βάττον ... ὡς ... κτίσσειεν εὐάρματον πόλιν. Dio Chrys. vol. 2, p. 284 : Τοῦ Ἀπόλλωνος χρήσαντος ὡς εἴη σοφώτατος.] Affertur etiam Ἔχραεν tertia pers. sing. imperf. ex Apoll. Arg. 2, [454] : Ἔχραεν ἐνδυκέως πάντεσσιν, pro Prædicebat omnibus futura. [Forma contracta ἔχρη Hermes. ap. Athen. 13, p. 599, A, et in composito ἐξέχρη Soph. OEd. C. 87.] Quod autem ad vocem passivam attinet, ejus simul usum observa in illo Hermog. loco, quæ huic activæ respondet, ut ita dicam; sunt enim velut relativa χρᾶν et χρᾶσθαι, ut si dicas, Oraculum edere s. petere. Sed quum ordine naturæ prius sit Oraculum petere quam Oraculum edere, contra tamen grammaticus ordo postulat ut voci χρᾶν, utpote activæ, priorem locum demus. Pass. [medium] Χρῶμαι autem quum hac in signif. nihil commune habere videatur cum χρῶμαι quo significatur Utor, dixit tamen Tacitus Oraculo uti pro χρῆσθαι s. χρήσασθαι τῷ μαντείῳ, quod ap. Isocr. [p. 119, C] legitur. Ex quo et χρησάμενοι ταῖς μαντείαις in VV. LL. Quin etiam habent χρᾶσθαι τῷ χρηστηρίῳ pro Consulere oraculum, sed absque auctoris nomine. [Qui oraculum dant vel dii vel eorum ministri, χρᾶν dicuntur; homines vero, qui oraculum consulunt, χρᾶσθαι, verbo modo absolute posito (ut est ap. Euseb. Præp. evang. 5, p. 220, D : Τὸ ἀδρανὲς τῶν τε χρώντων καὶ τῶν χρωμένων), modo cum præpositione περί τινος. Sic in locis Herodoti ab Schweighæusero collectis, 4, 151 : Χρεωμένοισι τοῖσι Θηραίοισι προέφερε ἡ Πυθίη τὴν ἐς Λιβύην ἀποικίην· 157 : Ἀπικόμενοι ἐπὶ τὸ χρηστήριον ἐχρέοντο,... ἡ δὲ Πυθίη σφι πρὸς ταῦτα χρᾷ τάδε· 1, 46 : Παρ' Ἄμμωνα ἀπέστειλε ἄλλους χρησομένους. Cum περὶ ib. 85 : Ἐς Δελφοὺς περὶ τοῦ παιδὸς ἐπεπόμφεε χρησομένους· 4, 155 : Χρεωμένοισι περὶ τοῦ πολέμου χρᾷ ἡ Πυθίη· 5, 82 : Περὶ τῆς συμφορῆς ἐχρέοντο ἐν Δελφοῖς· et 4, 150; 7, 220. Nec raro apud alios scriptores, ut Plut. Mor. p. 384, E : Ἀπόλλων θεμιστεύων τοῖς χρωμένοις. Ubi vero dativi θεῷ, χρηστηρίῳ, μαντείῳ, μαντικῇ, μαντείαις, et quæ sunt similia, adduntur, non Consulendi, cui non convenit dativus, sed Utendi significatio locum habet, etsi hoc, si sensum spectas, eodem quo illud redit. Sic ap. Herodot. 1, 47 : Χρᾶσθαι (libri χρῆσθαι) τοῖσι χρηστηρίοισι, ἐπειρωτέοντας ὅ τι ποιέων τυγχάνοι Κροῖσος· similiterque eodem cum infinitivo aliisve temporibus (ἐχρέωντο, χρησόμενοι) et dativo χρηστηρίῳ vel μαντηΐῳ ap. Herodot. 1, 53, 157, aliosque scripto-

res, velut Isocr. p. 119, C : Χρήσασθαι τῷ μαντείῳ περί τινων βουληθέντες. Diodor. 16, 25 : Περὶ τοῦ πολέμου βουλόμενος χρήσασθαι τῷ μαντείῳ. Aristoph. Av. 726 : Ἔξετε χρῆσθαι μάντεσι Μούσαις. Plato Leg. 3, p. 686, A : Πολλοῖς μάντεσι κεχρημένους εἶναι· Phædr. p. 244, B : Μαντικῇ χρώμενοι ἐνθέῳ. Xen. Mem. 1, 1, 2. Μαντικῇ χρώμενος· 3 : Οἰωνοῖς τε χρῶνται καὶ φήμαις καὶ συμβόλοις. Eur. Phœn. 961 : Ὅστις ἐμπύρῳ χρῆται τέχνῃ μάταιος. Pausan. 9, 38, 5 : Ὡς ἐχρῶντο ἐν Δελφοῖς, κελεύει σφίσιν ὁ θεὸς κτλ. Sequente εἰ Herodot. 3, 57 : Ἐχρέοντο τῷ χρηστηρίῳ εἰ αὐτοῖσι τὰ ... ἀγαθὰ οἷά τέ ἐστι ... παραμένειν· quod breviter dictum pro ἐχρ. τῷ χρ. ἐπειρωτέοντες εἰ ...] Apud Hom. autem cum dat. ψυχῇ, Od. K, [492] : Ψυχῇ χρησομένους Θηβαίου Τειρεσίαο, ubi Eust. exp. μαντευσομένους : unde esse χρησμὸς ait, et χρηματίζεσθαι : nam χρήσασθαι pro χειρὶ δέξασθαι esse ὑστερογενῆ λέξιν. [Et ib. 565, Λ, 165, Ψ, 323.] Jungi alioqui solet dativo θεῷ istud verbum, quum hanc signif. habet. [Herodot. 1, 47 : Ἐσῆλθον χρησόμενοι τῷ θεῷ.] Æschin. [p. 71, 9] : Ἀλλὰ καὶ τοὺς συνθύοντας καὶ χρωμένους τῷ θεῷ. Herodian. 4, [8, 16] : Καὶ τῷ θεῷ χρήσασθαι ὃν ἐκεῖνοι σέβουσιν ἐξαιρέτως. Plut. Amat. Narr. [p. 773, C] : Καὶ τῷ θεῷ χρησάμενοι περὶ ὧν ἐδέοντο. Ubi redditur, Consultoque deo. In eodem illo opusculo [p. 773, A] legitur, Καὶ τῶν Κορινθίων περὶ ἀπαλλαγῆς χρωμένων, ὁ θεὸς ἀνεῖλε. [Et alibi non raro ap. Plut., velut ib. p. 437, C, V. Lyc. c. 5 (ubi τῷ θεῷ θύσας καὶ χρησάμενος), c. 29. Pausan. 7, 22, 3; 9, 39, 12.] Quum autem non additur hic dat., subaudiendum relinqui puto. In illo quidem certe Plut. loco, Τῶν Κορινθίων χρωμένων, ὁ θεὸς ἀνεῖλεν, itidemque in eo Hermogenis quem paulo ante attuli, Χρωμένῳ αὐτῷ ὁ θεὸς ἀνεῖλεν, facile ex nominativo θεὸς subaudire possumus dativum θεῷ. Affertur porro duplex hujus verbi infin. hac in signif., videl. Χρᾶσθαι et Χρῆσθαι. At infin. Χρησθῆναι passive dicitur quod oraculo editum est, quod responsum est a deo illis qui sciscitabantur oraculum s. petebant. [Passivi frequens ap. Herodot. usus est, ut 1, 49 : Τὰ ἐκ Δελφῶν οὕτω αὐτῷ ἐχρήσθη· 7, 178 : Καί σφι ἐχρήσθη ἀνέμοισι εὔχεσθαι· 9, 94 : Τὰ χρηστήρια ταῦτά σφι ἐχρήσθη. Τὸ χρησθὲν 1, 63; τὰ χρησθέντα 7, 178. Χρησθῆναι ib. 143. Schweigh. Pind. Ol. 2, 72 : Ἐν Ὑθῶνι χρησθέν. Soph. OEd. C. 355 : Μαντεῖα, ἃ τοῦδ' ἐχρήσθη σώματος· OEd. T. 604 : Πεύθου τὰ χρηθέντα. Eur. Ion. 792 : Τίς οὖν ἐχρήσθη; Thucyd. 3, 96 : Χρησθὲν αὐτῷ ἐν Νεμέᾳ τοῦτο παθεῖν.] Herodian. 1, [11, 8] : Φασὶν αὐτοῖς χρησθῆναι, μενεῖν τε τὴν ἀρχὴν, καὶ εἰς μέγα προχωρήσειν. Sic Plut. De S. N. V. [p. 560, D] : Οἷα καὶ Κόρακι τῷ Ναξίῳ χρησθῆναι λέγουσι. Sic quoque partic. Χρησθὲν, significat Oraculo editum, Quod responsum est a deo, petentibus oraculum. Quin etiam χρησμὸς, χρησθεὶς et χρησθέντα λόγια ap. Philon. [Perfecti κεχρημένος et ἐκέχρητο exx. plura sunt ap. Herodot. 4, 164 : Δειμαίνων τὸν κεχρημένον θάνατον· 7, 141 : Ὑπὸ τοῦ κακοῦ τοῦ κεχρημένου· 2, 147 : Ἐκέχρητό σφι τοῦτον βασιλεύσειν· et ib. 151; 3, 64; 7, 220. Quæ in libris deterioribus κεχρησμένος et ἐκέχρηστο scribuntur, quæ librarii videntur intulisse, ut similia essent χρησμοῦ nomini. G. D. ‖ Χρείω metri caussa interdum dixerunt Epici, de quo HSt. post verba s. v. Χρεὼ et Χρειὼ posita :] Ut autem Χρειὼ oxytonum est nomen, habens eam quam dixi signif., ita Χρείω paroxytonum, est verbum, significans Vaticinor. Nam Hesych. χρείων exp. χρησμολογῶν : quod partic. videri possit ex hoc Apollonii versu sumpsisse, Arg. 2, [182] : Χρείων ἀτρεκέως ἱερὸν νόον ἀνθρώποισι. [Hesychii gl. non ex Apoll. Rh. sumpta est, sed ex Hom. Od. Θ, 79 : Ὡς γάρ οἱ χρείων μυθήσατο Φοῖβος. Hom. H. in Apoll. 393 : Ὅττι κεν εἴπῃ (Φοῖβος) χρείων ἐκ δάφνης. Indicativi χρείω exempla nulla sunt. Suidas : Χρείω· τὸ χρησμοδοτῶ, ἐπὶ ἐνεστῶτος μόνον καὶ παρατατικοῦ· ἐπὶ δὲ τῶν λοιπῶν διὰ τοῦ η.] At Suidas χρείειν exp. τύπτειν : qui l. suspicione mendi non caret. [Nihil corruptum. Sequitur Suidas grammaticorum quorundam opinionem, de qua dicetur s. v. χρίω.]

Χρεαγωγὸς, ὁ, Qui debitorem in jus rapit alterius nomine, vulgaria lexica afferunt ex Hesychio, quem vide.

[Χρεάρπαξ, ὁ, ἡ, Pecuniæ raptor. Manetho 4, 330 : Δεινούς τε χρεάρπαγας ἐργολάβους τε.]

Χρεία [De accentu Arcadius p. 98, et iisdem fere verbis Etym. M. p. 410, 19 : Τὰ εἰς α μακρὸν μονογενῆ τῇ ει ἢ τῷ ι μακρῷ παραληγόμενα ἐπὶ οὐσίας τιθέμενα ὀξύνεται, χειά (in χρειά corruptum ap. Arcad.) ζειά, εἶδος κριθῆς, φλιά θριά, τὸ δὲ μνεία χρεία βαρύνονται· οὐ γὰρ ἐπὶ οὐσίας λαμβάνεται. Falso accentu ap. Theognid. 62 codex Paris. antiquissimus : Χρειῆς εἵνεκα μηδεμιῆς. Χρεία in χρῆ contrahi grammaticorum quorundam error est, quem notabimus s. v. Χρή. Ab verbo χρέω formari χρέα et πλεονασμῷ τοῦ ι χρεία grammatici opinio est in Etym. M. p. 814, 38, ut Hesych. Χρειὼ exp. per χρέα, χρεία], ἡ, Usus, Utilitas, Commodum. [Non legitur apud Epicos veteres, qui pro eo χρεὼ vel χρειὼ dixerunt, neque ap. Herodotum, tanto frequentius apud posteriores scriptores quosvis, velut Plat. Tim. p. 76, E : Τῆς τῶν ὀνύχων χρ. Rep. 2, p. 371, E : Πωλοῦντες τὴν τῆς ἰσχύος χρ. 5, p. 451, C : Οὐκ ἔστ' ἄλλη ὀρθὴ παίδων τε καὶ γυναικῶν κτῆσίς τε καὶ χρ. ἢ ... ubi cum κτῆσις conjunctum est, ut ib. 1, p. 333, A : Τὴν δικαιοσύνην πρὸς τίνος χρείαν ἢ κτῆσιν ἐν εἰρήνῃ φαίης ἂν χρήσιμον εἶναι; et ap. Xen. Mem. 2, 4, 1 : Πρὸς φίλων κτῆσίν τε καὶ χρείαν. Similiter de familiari consuetudine Antipho p. 136, 40 : Τῆς χρείας τῆς ἐμῆς καὶ τῆς Λυκίνου τοῦτο ὑμῖν μέγιστον τεκμήριόν ἐστιν, ὅτι οὐ σφόδρα ἐχρώμην ἐγὼ Λυκίνῳ φίλῳ. Isæus De her. Cleonymi § 56, p. 13 ed. Bekk. Oxon.: Γένει προσήκων ἐγγυτάτω καὶ τῇ χρ. πάντων ἦν οἰκειότατος.] Synes. : Καινὸς οὗτος τρόπος ἐπιτηδεύεται παρ' ἐμοῦ χρείας ἐπιστολῶν, Usus epistolarum. Idem, Καὶ χρείαν ἑτέραν ἐθέλω μοι πληρῶσαι τὰ δεύτερα γράμματα, Usum alterum volo mihi præbere secundas literas. Plut. [V. Pomp. c. 70] : Κοινωνίας ἐπὶ χρείᾳ συνισταμένης ὁμηρεύματα, Societatis pignora, utilitatis privatæ causa initæ. Isocr. [p. 11, D] : Τὴν μὲν γὰρ τούτων χρείαν ῥᾳδίως εἰδήσεις, Utilitatem quæ ex his provenit. [Χρείαν χρῆσθαι Plato Leg. 6, p. 785, B : Γυναικὶ δὲ, ἣν ἂν δοκῇ χρείαν δεῖν χρῆσθαι πρὸς τὰ πολεμικὰ ..., i. e. Ad quemcunque usum iis utendum esse visum fuerit. Ib. 9, p. 868, B : Χρωμένους τῷ κτείναντι χρείαν ἣν ἂν ἐθέλωσι· Clitoph. p. 407, E : Μήτ' ἄλλην χρείαν μηδεμίαν χρῆσθαι τῷ σώματι. Ἐν χρείᾳ εἶναι, idem Phædon. p. 87, C : Ἱματίου ἐν χρείᾳ τε ὄντος καὶ φορουμένου. Χρείαν ἀποδιδόναι, Dionys. A. R. 7, 60 : Ἀξιῶν ἀντὶ πολλῶν ... ἔργων μίαν ἀποδοθῆναι παρὰ τοῦ δήμου δεομένοις σφίσιν ἀναγκαίαν χρείαν, i. e. Unam gratiam necessariam.] Sæpe autem jungitur accus. sing. χρείαν, aut etiam plur. χρείας, verbo [παρέχειν, ut ap. Polyb. 3, 97, 4 : Μεγάλην παρεῖχε χρ. τοῖς κοινοῖς πράγμασιν,] παρέχεσθαι. Respondentque omnino hæc duo verba, χρείαν παρέχεσθαι, Latinis hisce, Usum præbere. Interdum tamen aliis modis reddi aptius potest, manente alioqui eadem signif. Χρείαν παρέχεσθαι Budæus interpr. Usui esse, Commodum esse, Utilem esse : afferens ex Diog. L. [5, 54] in Theophrasti Testamento : Πομπύλῳ δὲ καὶ Θρέπτῃ, πάλαι ἐλευθέροις οὖσι, καὶ ἡμῖν πολλὴν χρείαν παρεσχημένοις. Ex eodem Diog. L. in Stratone [ib. § 63] : Συμπεπονηκὼς ἡμῖν καὶ παρεσχημένος χρείας, de servo frugi. [Diodor. 15, 7 : Πολλὰς καὶ μεγάλας χρ. ἐν τοῖς πολέμοις αὐτῷ παρεσχημένοι.] Invenitur autem hoc loquendi genus et in quodam Psephismate, quod recitatur ap. Demosth. [p. 253] : Ἐπειδὴ Δημοσθένης Δημοσθένους Παιανιεὺς πολλὰς καὶ μεγάλας χρείας παρέσχηται τῷ δήμῳ τῶν Ἀθηναίων, καὶ πολλοῖς τῶν συμμάχων· ubi reddi potest, Quum multis commodis affecerit populum; aut etiam, In multis utilem se populo præstiterit. Quin etiam reddi queat fortasse, Quum in multis rebus de populo bene meritus fuerit, Multa beneficia in populum contulerit. Sed hæ posteriores interprett. majus aliquid exprimunt. [Polyb. 1, 16, 8 : Τὸν Ἱέρωνα μεγάλην εἰς τοῦτο τὸ μέρος αὐτοῖς παρέξεσθαι χρείαν· 3, 117, 4 : Τὴν μεγίστην χρείαν παρεσχημένου τοῖς Καρχηδονίοις τοῦ τῶν ἱππέων ὄχλου. De opera in bello vel pugna præstita 1, 78, 11 : Καλῶς μὲν τῶν θηρίων ἀγωνισαμένων, ἐπιφανεστάτην δὲ τοῦ Ναραύα παρεσχημένου χρείαν. Sic 2, 69, 1 : Ἐκπρεπῆ ποιουμένων τὴν χρ. τῶν ἱππέων· 2, 69, 4 : Διαφέρουσαν συνέβαινε γίγνεσθαι τὴν ἐξ ἀμφοῖν χρείαν. Πολεμικὴ χρ. 6, 24, 7, et 10, 24, 1 et sine eo adjectivo de opera

bellica, genere pugnandi et pugna ipsa, 2, 33, 5 : Ἀφελόμενοι τὴν ἐκ διάρσεως αὐτῶν μάχην, ὅπερ ἴδιόν ἐστι Γαλατικῆς χρείας· et 3, 33, 11. Et in fragm. ap. Suidam (s. v. Ἀλογιστία) : Ἀνεννόητον ὄντα τῆς μάχης καὶ τῆς βαρβαρικῆς χρείας. Ἡ ἐμβατικὴ χρ., Militia navalis, 3, 95, 5, quæ ἡ κατὰ θάλατταν dicitur 6, 52, 1. Ἡ ἐν τῇ γῇ χρ., Militia terrestris, 32, 2, 3. Αἱ κατὰ μέρος χρεῖαι, Minora prœlia, 1, 84, 7 sq., et alibi. Ἀπὸ ταύτης τῆς χρ., Hac re gesta, Post hanc pugnam, 5, 13, 7. Id. 6, 39, 2 : Ἐπειδὰν γένηταί τις χρεία, Ubi factum est prœlium. 6, 23, 11 : Ἐν ταῖς χρείαις, In conflictibus, In pugnis. 3, 73, 2 : Τοῖς Καρχηδονίοις συνέβαινε ὑπερδέξιον γίγνεσθαι τὴν χρείαν, Pœni prœlio erant superiores. Schweigh.] Interdum χρεία et in verbum Uti potest resolvi, ut e Xen. affertur [Mem. 4, 2, 25] : Καὶ τὰ ἄλλα πρὸς τὴν τοῦ ἵππου χρείαν ἐπιτήδεια, Ad usum equi necessaria : i. e., ut equo utamur. [Et ib. § 26 : Ὁποῖός ἐστι πρὸς τὴν ἀνθρωπίνην χρ., i. e. An hominibus uti possit.]

|| Χρεία habet et alias vocabuli Usus significationes : ut χρείαν τριχὸς παρέχει, Usum villorum præbet, pro Utimur loco villorum. [Athen. 4, p. 172, E : Περὶ Δηλίων Ἀπολλόδωρος εἴρηκεν ὅτι μαγείρων καὶ τραπεζοποιῶν παρείχοντο χρείας τοῖς παραγινομένοις.] Qua signif. dicitur et χρείαν ἀποπληροῦν. Sic ap. Diog. L. χρείᾳ, Vice, Loco : in Aristot. Vita [5, 1] : Καὶ συνεβίω Ἀμύντᾳ Μακεδόνων βασιλεῖ, ἰατροῦ καὶ φίλου χρείᾳ, Medici et amici vice et loco, Bud. Plur. χρεῖαι, ut Lat. Usus : veluti ap. Aristot. OEcon. 2, [c. 2, § 16] : Εἰς τὰς καθ' ἡμέραν χρείας ἀναλίσκειν, In quotidianos usus impendere. [Pind. Nem. 8, 71 : Χρεῖαι παντοῖαι φίλων. Soph. fragm. 742 : Λάμπει γὰρ ἐν χρείαισιν, ὥσπερ εὐπρεπὴς χαλκὸς ... στέγος, de domo usu trita, i. e. habitata. Plato Leg. 6, p. 776, C : Ἐναντία ... ταῖς χρ. καὶ κατὰ τὰς χρ. Xen. Cyneg. 10, 22 : Αἱ αὐταὶ ... χρεῖαι τοῦ προβολίου, i. e. Venabulo eodem modo utendum est. Mem. 3, 12, 5 : Ἐν πᾶσι ταῖς τοῦ σώματος χρείαις. Isocr. p. 235 : Εἰς τὰς τῆς πόλεως χρείας ὑπὲρ τὴν δύναμιν ... δαπανώμενοι.]

|| Χρεία ἐστὶ τούτου, Usus est hac re, (pro Opus est hac re,) ut Virg. dicit, Nunc viribus usus, Nunc manibus rapidis. Et Plautus, Viginti jam usus est filio argenti minis. Sic utitur et Terent. At Cic. sine ablativo, Si usus fuerit : et Siquando usus esset : pro Si opus fuerit, et Siquando opus esset. Eur. [Hec. 976] : Χρεία τίς σοι ἐμοῦ; Quid tibi mea opera opus est? [Apud Eur. non σοι, sed σε legitur, Ἀλλά τις χρεία σ' ἐμοῦ; eadem structura qua Homerus Il. Φ, 322 dixit : Οὐδέ τι μιν χρεὼ ἔσται τυμβοχοῆς, et alia hujusmodi, etiam omisso ἐστὶ vel ἔσται, ut s. v. Χρεὼ ostendemus.] Aristot. OEcon. 2 [§ 40] : Ἔφησεν ἑαυτῷ χρείαν εἶναι καὶ τούτων, His quoque sibi opus esse dixit. Plato Leg. [8, p. 849, E] : Ὁπόσων ἑκάστοις χρεία. Idem in Epist.: Ὧν χρεία τοῖς νοῦν κεκτημένοις. [Xen. Mem. 3, 12, 6 : Ἐν ᾧ δοκεῖς ἐλαχίστην σώματος χρείαν εἶναι. Polyb. 3, 111, 10 : Οὐκέτι λόγων, ἀλλ' ἔργων ἐστὶν ἡ χρεία.] Apud Chrysost. In Ep. ad Hebr., πείρας χρεία, sub. ἐστὶ, ubi scribit, Πείρας χρεία καὶ τῆς ἀπὸ πείρας γνώσεως, Experientia opus est. Interdum etiam dicitur χρεία τούτου πρὸς τοῦτο. [Polyb. 5, 109, 1 : Ἀναλογιζόμενος ὅτι πρὸς τὰς ἐπιβολὰς αὐτοῦ χρεία ἐστί.] Alex. Aphr. De anima 2 : Ἔτι καὶ πρὸς τὴν τῶν κατὰ φύσιν ἐκλογὴν χρεία καὶ σώματος ὑγιαίνοντος καὶ αἰσθήσεων. Idem alibi, Ὡς γὰρ ἐπὶ τῆς ψυχῆς πασῶν τῶν ἀρετῶν καθ' ἑκάστην δύναμιν χρεία πρὸς τὸ τοῦ ἀνθρώπου τέλος, οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ σώματος. Quibus in ll. observa omitti itidem verbum ἐστί. [Χρεία γίγνεται, Xen. Mem. 3, 3, 2 : Εἴ τις χρεία γίγνοιτο ἱππέων, Si quis equitum usus esset. Χρείαν ἔχειν, Opus habere, Polyb. 9, 12, 1 : Πολλὴν ἐπισκέψεως χρείαν ἔχει ταῦτα· 28, 6, 1 : Ἐπιστάσεως χρείαν ἔχει τὸ γιγνόμενον. Proxima huic significationi utilitatis notio est, qua χρεία sæpissime dicitur in locutionibus quibusvis, quarum nonnullas HSt. jam supra memoravit. Plato Gorg. p. 480, A : Τίς ἡ μεγάλη χρεία ἐστὶ τῆς ῥητορικῆς; Lys. p. 220, D : Αὐτὸ δὲ ἑαυτοῦ ἕνεκα οὐδεμίαν χρ. ἔχει· Symp. p. 204, C : Τοιούτων ὢν δ' Ἔρως τίνα χρ. ἔχει τοῖς ἀνθρώποις; quo sensu etiam χρ. παρέχειν vel παρέχεσθαι dici supra ostensum est. Rep. 1, p. 331, B : Ἔχει δὲ καὶ ἄλλας πολλὰς χρ. Eryx. p. 394, D : Ὅτι οὐδεμία αὐτοῖς χρ. οἰκίας ἐστίν. Polyb. 1, 67, 12 : Τοὺς εἰδότας στρατηγοὺς τὰς γεγενημένας χρείας κατὰ Σικελίαν ἐξ αὐτῶν· 10, 11, 7 : Ἐναργὴς ἡ ἐξ αὐτοῦ χρ. ἐγένετο. Contra 1, 57, 3 : Ἀνωφελὴς ἂν ἐκ τῆς ἀναγνώσεως κρίνοιτο χρ., Inutilis opera. || Necessitas, Indigentia. Hesych. : Χρεῖαι· ἔνδειαι. Χρείην· τὴν ἔνδειαν. Æsch. Prom. 480 : Φαρμάκων χρείᾳ κατεσκέλλοντο, ubi Inopia verti potest, ut ap. Soph. Phil. 175 : Ἀλύει δ' ἐπὶ παντί τῳ χρείας ἱσταμένῳ· 1004 : Ὦ χεῖρες, οἷα πάσχετ' ἐν χρείᾳ φίλης νευρᾶς. Rursus Æsch. Prom. 169 : Ἦ μὴν ἔτ' ἐμοῦ χρείαν ἕξει μακάρων πρύτανις, Me opus habebit, Opera mea indigebit. Pers. 139 : Χρεία δὲ προσήκει· Sept. 286 : Πρὶν ἀγγέλους σπερχνούς τε καὶ ταχυρρόθους λόγους ἱκέσθαι καὶ φλέγειν χρείας ὕπο· quod schol. rec. exp. ὑπὸ τῆς ἀνάγκης. Soph. Phil. 237 : Τίς σε ... χρεία προσήγαγε; 646 : Ὅτου σε χρεία καὶ πόθος μάλιστ' ἔχει· OEd. Col. 191 : Μὴ χρείᾳ πολεμῶμεν· OEd. T. 1174 : Ὡς πρὸς τί χρείας; 1443 : Ἵν' ἔσταμεν χρείας. Exquisitius dictum ib. 725 : Ὧν γὰρ ἂν θεὸς χρείαν ἐρευνᾷ ῥᾳδίως αὐτὸς φανεῖ, i. e. Quarum rerum quæstione deus opus esse judicaverit. Eur. El. 57 : Ἠγὰς ποταμίας μετέρχομαι, οὐ δή τι χρείας ἐς τοσόνδ' ἀφιγμένη· 376 : Ἔχει νόσον πενία, διδάσκει δ' ἄνδρα τῇ χρείᾳ κακόν. Id. ap. Stob. Flor. 29, 55 : Χρεία διδάσκει, κἂν βραδύς τις ᾖ, σοφόν· Alc. 479 : Εἰπὲ χρεία τίς σε Θεσσαλῶν χθόνα πέμπει· Hel. 420 : Χρεία δὲ τείρει μ'· οὔτε γὰρ σῖτος πάρα οὔτ' ἀμφὶ χρῶτ' ἐσθῆτες. Aristoph. Thesm. 180 : Τοῦ χρείαν ἔχων· 1164 : Χρείᾳ δὲ ποίᾳ τόνδ' ἐπεσφέρεις λόγον; Cum ἀνάγκη conjunxit idem Eq. 804 : Ἵνα ... ὑπ' ἀνάγκης ἅμα καὶ χρ. καὶ μισθοῦ πρός σε κεχήνῃ· et cum πενία Pl. 534 : Διὰ τὴν χρ. καὶ τὴν πενίαν ζητεῖν ὁπόθεν βίον ἕξει. Χρείας ἀνάγκη ap. Demosth. p. 1122, 1 : Ἡ τῆς χρ. ἀνάγκη φέρει τινὰ συγγνώμην· 668 extr. : Αἱ ἀναγκαῖαι χρεῖαι τοὺς τοῦ τί πρακτέον ἢ μὴ λογισμοὺς ἀναιροῦσι. Ἀνάγκη χρείας ap. Plut. Mor. p. 722, F : Μεγάλης τινὸς ἀνάγκῃ χρείας ἐπιταχυνόμενον. De re quam quis desiderat s. petit Æsch. Prom. 702 : Τὴν πρίν γε χρείαν ἠνύσασθ' ἐμοῦ πάρα· Choeph. 481 : Κἀγὼ, πάτερ, τοιάνδε σου χρείαν ἔχω.] Affertur etiam ἐν χρείᾳ εἶναι τινὸς, ex Aristot. Polit., pro Aliqua re egere. [Demosth. p. 401, 20 : Ὧν οἱ ἄλλοι δέονται οὐδενὸς ὢν ἐν χρείᾳ τυγχάνει. Plato Rep. 8, p. 566, E : Ἵν' ἐν χρείᾳ ἡγεμόνος ὁ δῆμος ᾖ· 2, p. 373, D : Ἰατρῶν ἐν χρείαις ἐσόμεθα· 3, p. 410, B : Δικαστικῆς εἰς χρείαν ἰέναι.] Item ex Plat. Leg. [3, p. 702, B] : Εἰς χρείαν τούτων ἐλήλυθα, pro Egui his. [Menex. p. 244, D : Ἀφίκοντο εἰς χρείαν τῆς πόλεως.] Et οἱ ἐν χρείᾳ ὄντες, ex Dem., pro Egeni, Inopes. Alioqui χρεία sine adjectione positum redditur etiam Necessitas. Interdum vero et cum gen., ut, Εἰς χρείαν τοῦ μάχεσθαι ἀφικνεῖσθαι, ex Plat. Leg. [3, p. 702, B], Eo venire necessitatis ut dimicandum sit. [Ἐν χρείᾳ γίγνεσθαι ib. 1, p. 630, E : Οὗ ... ἂν ἕκαστος ἐν χρείᾳ γίγνηται, τοῦτο ζητεῖ νῦν παραθέμενος. Et sæpissime χρείαν ἔχειν, ut ib. 6, p. 783, C : Χρείαν ποτ' αὐτῶν πάντων ἕξομεν, et ap. alios plurimos.] Sed et quod dicimus Gallice (diversa alioqui Necessitatis significatione), *Aider à quelqu'un en sa nécessité*, hoc videtur dici posse παρὰ τὴν χρείαν : ita sc. usurpando ut dixit Dem. παρὰ τὰς χρείας [p. 471, 4] : Πάντες μὲν γάρ εἰσιν ἴσως ἄξιοι χάριν ἀνταπολαμβάνειν οἱ προϋπάρχοντες τῷ ποιεῖν ὑμᾶς εὖ, μάλιστα δ' οἱ παρὰ τὰς χρείας, Bud. Nam quum omnes ultro de vobis benemerentes digni sunt utique quibuscum paria faciatis, tum vero ii maxime, qui in ipsis temporibus vestris difficultatibusque id fecerunt. Quæ interpretatio multo magis mihi placet quam ea, quam idem Bud. alibi huic loco tribuit : ita reddens, Præsertim vero qui opportune id faciunt, et quum operæ est pretium. [Ἐπὶ τῆς χρείας Diodor. 16, 2. Ὑπὲρ τὴν χρ. Ælian. V. H. 1, 19. Τὰ πρὸς τὴν χρείαν, Ad usum necessaria, Polyb. 1, 52, 7. Τὰ οὐδὲν εἰς χρείαν, Res inutiles, Demosth. Proœm. p. 1462, 16.]

|| Χρεία, Negotium, ut redditur Act. 6 init. : Οὓς καταστήσομεν ἐπὶ τῆς χρείας ταύτης, Quos præficiemus huic negotio. Vetus autem Interpres, Quos constituamus super hoc opus. Ego ad signif. melius exprimendam, interpretandum censuerim Necessarium munus. [Χρ. dicitur negotium quodvis, factum, res gerenda vel gesta, qua quis operam præstat alteri

Polyb. 3, 45, 2 : Οἱ ἐπὶ τὴν αὐτὴν χρ. (ad speculandum) ἐξαπεσταλμένοι· 1, 75, 4 : Τὸ πραχθὲν ὑπ' αὐτοῦ περὶ τὴν χρ. ταύτην. Δοῦναι ἑαυτὸν εἰς τὴν χρ., Negotium suscipere, 8, 18, 11. Μετὰ τὴν χρ. ταύτην, Post hanc operam præstitam, 1, 46, 1. Sic διὰ τὴν προειρημένην χρ. 10, 3, 7. Μεταστήσασθαί τινα ἀπὸ τῆς χρείας, Submovere aliquem a negotiis, 4, 87, 9. Λυμαίνεσθαι τὰς βασιλέως χρείας, Corrumpere regis negotia, 5, 2, 8. Τῆς χρ. ἐπιτελουμένης, Dum res geritur, 2, 49, 9. Schweigh.]

‖ Χρεία autem ap. rhetores, est ἀπομνημόνευμα σύντομον, εὐστόχως ἐπί τι πρόσωπον ἀναφέρουσα, ut scribit Aphthon. [vol. 1, p. 62] (nisi potius ἀναφερομένη ab eo scriptum fuisse credendum est [Recte habet ἀναφέρουσα]) ; qui etiam addit dictam esse χρείαν quod sit χρειώδης. A Theone definitur [vol. 1, p. 201], σύντομος ἀπόφασις, ἢ πρᾶξις, ἀναφερομένη μετ' εὐστοχίας εἴς τι ὡρισμένον πρόσωπον ἢ ἀναλογοῦν προσώπῳ : quæ Cam. ita vertit, Χρεία est Dictum breviter aliquid ostendens, aut Factum, scite in personam certam, quodve pro persona sit, collatum. Ei autem vicinam esse dicit γνώμην, vicina item esse quæ vocantur ἀπομνημονεύματα. Aliquanto post, χρείαν vocatam esse ait κατ' ἐξοχήν, quia magis quam ulla alia ad multa est χρειώδης τῷ βίῳ, i. e. Utilis vitæ. [Hermog. vol. 1, p. 19 : Χρεία ἐστὶν ἀπομνημόνευμα λόγου τινὸς ἢ πράξεως ἢ συναμφοτέρου, σύντομον ἔχον δήλωσιν, ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον χρησίμου τινὸς ἕνεκα. Τῶν δὲ χρειῶν αἱ μέν εἰσι λογικαὶ, αἱ δὲ πρακτικαὶ, αἱ δὲ μικταί. Λογικαὶ μὲν αἷς λόγος ἔνεστι μόνον, ... πρακτικαὶ δὲ ἐν αἷς πρᾶξις μόνον ..., μικταὶ δὲ αἱ μίξιν ἔχουσαι λόγου καὶ πράξεως.... Quæ deinde pluribus persequitur, exposito etiam χρείας, ἀπομνημονεύματος et γνώμης discrimine.] Bud. χρείαν interpr. Celebre et apophthegmaticum responsum. [Machonis comici carmen iambicum, in quo meretricum veterum facta et apophthegmata narrata fuerunt, χρεῖαι inscriptum fuit, cujus fragmenta plurima servavit Athenæus.] Nam hæc Diogenis L. [2, 85] : Καὶ πρὸς τοὺς διασύροντας προσεφέρετο τὰς Ἀριστίππου χρείας, vertit, Allegabat dicta et apophthegmata Aristippi : vel, celebria Aristippi apophthegmaticaque responsa. Hoc enim, inquit, χρεία significat, quasi χρειῶδες ἀπομνημόνευμα καὶ σύντομον, ut inquit Aphthon. Sic ap. eund. Diog. L. in Aristot. [5, 18] : Διογένους ἰσχάδα αὐτῷ διδόντος, νοήσας ὅτι εἰ μὴ λάβῃ, χρείαν εἴη μεμελετηκὼς, λαβὼν, ἔφη Διογένη μετὰ τῆς χρείας καὶ τὴν ἰσχάδα ἀπολωλεκέναι, Cum dicto etiam ficum perdidisse. Et χρειώδη ἀποφθέγματα ap. eum Dicta sententiosa. Hæc ille : qui in eo, quod dicit χρείαν Aphthonio esse χρειῶδες ἀπομνημόνευμα, vel de suo addit vocem χρειῶδες, vel ex sequentibus eam accipit, ubi ille addit χρείαν vocatam fuisse quod sit χρειώδης. Illa autem χρειώδη ἀποφθέγματα forsitan sint potius Apophthegmata qualia sunt quæ χρεῖαι vocantur. [Diog. L. 4, 47 : Ἀποφθέγματα χρειώδη πραγματείαν περιέχοντα.] Apud Quintil. autem χρειῶδες sine adjectione habetur pro Quodam χρείας genere. Vide 1, 15. [Plut. Mor. p. 78, F : Ἔνιοι χρείας καὶ ἱστορίας ἀναλεγόμενοι περιίασιν· 218, A : Ἐπαινοῦντός τινος τὴν τοῦ Κλεομένους χρ. Menand. rhet. in Walzii Rhett. vol. 9, p. 254 : Οἱ Πλουτάρχειοι βίοι πλήρεις εἰσὶν ἱστοριῶν καὶ ἀποφθεγμάτων καὶ παροιμιῶν καὶ χρειῶν.] ‖ Ionice Χρείη pro χρεία. Exp. tamen χρείη tantummodo Indigentia, VV. LL. [Fort. ex Theogn. 62, ubi genit. χρείης.]

[Χρεῖαι, αἱ, Latinæ, apud Græcos recentiores. Hesych. : Θαχεύειν· καθῆσθαι ἐπὶ τὰς χρ. Joann. Moschus in Limon. c. 43 : Εὗρον αὐτὸν τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ εἰς τὸν σωλῆνα τῶν χρειῶν. Epiphan. vol. 1, p. 722, E : Εἰσελθὼν ὁ Ἄρειος εἰς θᾶκον πρὸς τὰς αὐτοῦ χρείας. Athanas. in Epist. ad Serapion. de eodem : Εἰσῆλθεν εἰς θάκους ὡς διὰ χρείαν τῆς γαστρός. Nicephorus Presb. in Vita Andreæ : Τὴν σωματικὴν χρ. ποιούμενος. Hæc et alia Ducang., qui etiam videndus in Lexico Lat. s. v. Necessariæ. Quibuscum comparari potest quod Diodor. dixit 4, 33 : Παρῆλθεν ἐς τὴν πλησίαν ὕλην ὡς ἐπί τινα χρείαν ἀναγκαίαν. Σκευαρίων ap. Aristoph. Pl. 840, gl. cod. Dorv. exp. χρειῶν. Dimin. Χρειασίδιον, τὸ, Utensile, ex duobus infimæ ætatis scriptis affert Ducang.]

[Χρειᾶκὸς, ἡ, ὸν, Ad ministerium pertinens, Minister. Arrian. Per. maris Rubri p. 10 (vol. 1, p. 271 ed. Müll.) : Κυβερνήταις καὶ χρειακοῖς Ἄραψι χρώμενοι.]

[Χρεῖος, ὁ, ἡ. HSt. post ea quæ s. v. Χρειώδης dixit :] Χρεῖος autem adjectivum, in exemplis quæ mihi sunt ad manum, non est Utilis, (licet Bud. hanc signif. illi in quadam interpret. dederit,) sed Indigus, Qui eget, Qui opus habet. [Mœris p. 415 : Χρεῖος Ἀττικοὶ, ἐνδεὴς Ἕλληνες. Thom. M. p. 918 : Χρεία καὶ χρήσιμος Ἀττικοὶ, ὁ χρεῖος δὲ, ἤγουν ὁ χρήσιμος, καὶ τὸ χρεῖον φιλοσόφων καὶ ποιητῶν. Adjectivi χρεῖος unum apud Æschylum, tria ap. Euripidem reperiuntur exempla, nulla ap. ceteros Atticos veteres, plura apud recentiores, velut Lucian. Amor. c. 42 : Λουτροῦ χρεῖός ἐστι.] Philo V. M. 1, [§ 19, p. 98] : Τίς γὰρ ἔμελλε παρηγορεῖν ἕτερον, αὐτὸς ὢν τοῦδε χρεῖος ; Quis enim consolationem alii adhiberet, quum ea ipsemet egeret ? Eod. libro [§ 18, p. 159] : Παρασκευῆς οὐδεμιᾶς ἐστὶ χρεῖος ὁ βοηθός. Ib. : Θεὸς δὲ, ἡ ἀνωτάτω καὶ μεγίστη δύναμις, ὁ οὐδενὸς χρεῖος· ita enim scrib. puto, non ᾧ. Hic autem tam frequens voc. istius usus facit ut mirer Budæum, ap. eund. scriptorem, aut certe alium ejusd. nominis, accepisse χρεῖοι pro χρήσιμοι. Hunc enim Philonis l. in lib. De mundo [§ 3, p. 604], Πρεσβευομένας καὶ διαγγελλούσας τά τε παρὰ τοῦ ἡγεμόνος τοῖς ὑπηκόοις ἀγαθὰ, καὶ τὰ βασιλεῖ ὧν εἰσιν ὑπήκοοι χρεῖοι, ita vertit, Legatione utique functitantes, atque internuntias : subditis quidem, bonorum a principe manantium indices : principi vero ipsi regique, operarum commode sibi ab illis navatarum. Eo autem magis hæc interpret. mira videtur, quod nec constructio pro ea facere videatur, et ipsemet Bud. non hanc, sed alteram illam signif., tribus exemplis a me paulo ante confirmatam, huic eidem voci ap. eund. scriptorem in eodem opere tribuerit : hoc in loco, Ἀλλ' ὅπως μηδεὶς ὑπολάβῃ τὸν ποιητὴν χρεῖον εἶναί τινος τῶν γεγονότων, ἀναγκαίως ἐπεβόησε Μωϋσῆς, κτλ. Ita enim hæc vertit : Ne quis vero arbitraretur fictorem ipsum, cujuspiam eorum, quæ fingebantur, usum desiderare, Moses necessario exclamavit. Quin etiam in suo Lex. annotavit χρεῖον hic positum esse pro χρείαν ἔχοντα, sed addens, Nisi sit menda. At omnem mendæ, vel potius mendi, suspicionem tollunt tres illi loci paulo ante a me allati. [Æsch. Suppl. 202 : Χρεῖος εἶ ξένη φυγάς. Eur. Herc. F. 51 : Πάντων δὲ χρεῖοι (sic Heath. pro χρειοῖ) τάσδ' ἕδρας φυλάσσομεν· 1337 : Νῦν γὰρ εἶ χρεῖος φίλων.] Addam tamen et ex Eur. loco petitum hujus signif. exemplum, qui a Stobæo [Flor. 91, 20] affertur : Καὶ δοῦλος ὢν γὰρ τίμιος πλουτῶν ἀνὴρ, Ἐλεύθερος δὲ, χρεῖος ὤν, οὐδὲν σθένει. Sed hic observa χρεῖος positum sine adjectione genitivi, (quem alioqui in præcedentibus ll. habes,) ut Latine ponitur Egenus sine adjectione pro Inopi : at Indigus genitivum potius adjunctum habet. Certe ut χρείαν interdum dixi significare *Nécessité*, ea signif. qua dicitur *Aider à quelqu'un en sa nécessité*, ita χρεῖος commode reddi poterit *Nécessiteux*. (Quæ quamvis ita sint, non ignoro scribi ab Eust. [p. 165, 11] χρεῖος poni pro χρειώδης : et afferri in exemplum sine auctoris nomine, Ἀνὴρ εἰς οὐδὲν χρεῖος.) [Apud Æsch. Suppl. 194 : Αἰδοῖα καὶ γοεδνὰ καὶ τὰ χρεῖ' ἔπη, recte correctum est ζαχρεῖ' ἔπη.] Jam vero quod ad illum Philonis locum attinet, in quo legitur ᾧ οὐδενὸς χρεῖος, nisi ibi pro ᾧ reponamus ὁ, (quam emendationem satis superque confirmare ceteri ll. videntur,) necesse fuerit ut χρεῖος sit substant. neutrum, et ponatur pro χρεία : sed hujus usus nullum, quod sciam, exemplum affertur : χρεῖος enim aliud significare, ex iis quæ antea dixi, nec non ex iis quæ in Χρέος dicturus sum, cognosces. Neque tamen a ratione alienum omnino fuerit ut χρεῖος signif. illam accipiat, si χρεῖος velimus habere ι non ex substantivo illo χρεία, sed esse interjectitium, (ut in multis aliis vocibus, Ionico more pariter et poetico,) idemque omnino esse cum χρέος. Ita enim legimus χρέος ἐστί μοι et χρέος ἔχω, pro Opus est mihi, Opus habeo, Indigeo. Quorum loquendi generum exempla afferentur aliquanto post. Ceterum ab adjectivo χρεῖος, femininum esset χρεία, neutrum χρεῖον : sed nulla horum exem-

pla afferuntur. Ideoque fortasse adjectivo feminino χρεία non libenter usi fuerint Græci scriptores, ne coincideret cum substantivo χρεία : quamvis alioqui hæc coincidentia, ut ita loquar, aliis in vocibus plerisque spectetur.

[Χρειοφειλέτης. V. Χρεωφειλέτης.]

[Χρειόω, Utilis sum. Sext. Emp. p. 362 : Εἴπερ ἔστι χρειώδης (ὁ λόγος), ἤτοι κατὰ τοῦτο λέγεται χρειοῦν κτλ. 363 : Ἀπὸ τῶν ἀκροαμάτων λέγοιτ' ἂν χρειοῦν ἡ μουσική· 456 : Οὐδεμία τῶν φαντασιῶν δύναται κατ' ἰδίαν χρειοῦν πρὸς τὰς τοῦ βίου διεξαγωγάς.]

[Χρείω, i. q. χράω, quod v.]

[Χρειὼ, οῦς, ἡ, HSt. s. v. Χρεῖος, ὁ, ἡ :] Χρειὼ autem Ionice dicitur pro χρεία [ut exp. Etym. M. p. 814, 34, χρέος χρεώ χρειώ formari dicens ut σπέος Σπεώ Σπειώ, κλέος Κλεώ Κλειώ], cum genit. itidem. Hom. Il. A, [341] : Εἴποτε δ' αὖτε Χρειὼ ἐμεῖο γένηται, Si rursum me fuerit opus, i. e. mea opera. Itidem ap. Lucian. cum infin., in lib. quem Ionica dialecto scripsit [De dea Syr. c. 19] : Χρειώ μοι μεγάλης πίστιος. Cum infin., ex Apoll. Arg. [1, 649 : Ἀλλὰ τί μύθους... χρειώ με διηνεκέως ἀγορεύειν ; Ib. 1092 ; 2, 8 ;] 2, [390] : Ἀλλὰ τίη με πάλιν χρειὼ ἀλιτέσθαι; Quid opus est me rursum errare et vagari? [Et alibi sæpe, intellecto ἐστὶ, rarius εἶναι, ut 3, 599 : Βάξιν ἐπέκλυεν ..., χρειὼ μιν... ἄτην ... ἐξαλέασθαι· ubi in cod. Flor. supra scriptum est χρῆναι, sed intactum est ib. 500 : Χρειὼ τούσγε δαΐξαι· ubi pariter εἶναι intelligendum.] Sine adjectione autem vel genitivi, vel infinitivi, pro Necessitas. Hom. Il. K, [118 : Χρειὼ γὰρ ἱκάνεται οὐκέτ' ἀνεκτός· 142 (et Od. B, 28; E, 189) : Ὅ τι δὴ χρειὼ τόσον ἵκει·] 172 : Ἀλλὰ μάλα μεγάλη χρειὼ βεβίηκεν Ἀχαιοὺς, ubi observa positum fem. genere. [Od. Z, 136 : Χρειὼ γὰρ ἵκανεν· Λ, 164 : Χρειώ με κατήγαγεν εἰς Ἀΐδαο. Apoll. Rh. 2, 1201 : Ὅτε χρειώ τις ἵκηται· 3, 173 : Ξυνὴ χρ. 4, 1769 : Ἄμφω γὰρ χρειὼ ... ἔπειγεν.] At in neutro sive pro voce Necessitas, s. potius pro Necessarium negotium, (nam et ita posse reddi arbitror,) legitur Od. Δ, [312] : Τίπτε δέ σε χρειὼ δεῦρ' ἤγαγε, Τηλέμαχ' ἥρως, Ἐς Λακεδαίμονα δῖαν, ἐπ' εὐρέα νῶτα θαλάσσης ; Δήμιον, ἢ ἴδιον; Videndum autem an non et Eust. ita intellexerit hic vocem χρειώ : quippe qui scribat, poetam accipientem hic vocem χρειὼ pro χρέος, tanquam neutram usurpasse, construentem cum τίπτε et cum δήμιον ἢ ἴδιον : significando δημόσιον ἢ ἰδιωτικόν σου τὸ πρὸς ἐμὲ χρέος. Invenitur et χρειοῖ ἀναγκαίῃ ap. eund. poetam. [Il. Θ, 57, et Apoll. Rh. 3, 988. Id. 4, 358 : Ὅσσ' ἀγόρευες χρειοῖ ἐνισχόμενος. De fatali necessitate 1, 491 : Χρειὼ θεσπίζων μεταμώνιον· ubi schol. : Δηλοῖ καὶ τὸ κατὰ χρείαν καὶ μοῖραν λεγόμενον, καὶ τὸ μέλλον. Cum μοῖρα conjunctum 1, 440 : Ὑμῖν μὲν δὴ μοῖρα θεῶν χρειώ τε περῆσαι. Κατὰ χρειὼ μεθέποντες 1, 650. Rarius apud posteriores Epicos, ut Oppian. Cyn. 1, 83 : Θορεῖν ... ἵππον χρειὼ ἀναγκαίη, χρειὼ δ' ἄρα τάφρον ἑλέσθαι. Tryphiod. 406 : Τίς γάρ μοι χρειὼ βιότου πλέον ;]

|| Dicitur etiam Χρεὼ pro χρειὼ, et quidem frequenter. [Hesych. : Χρεώ· χρεία· ἢ τὸ εἱμαρμένον, ἢ τὸ ὀφειλόμενον.] Hom. Il. K, [43] : Χρεὼ βουλῆς ἐμὲ καί σε, διοτρεφὲς ὦ Μενέλαε, Κερδαλέης, ubi etiam observandus est usus accus. pro dativo : hoc modo, χρεὼ ἐμοὶ καί σοι βουλῆς κερδαλέης, Tibi mihique callido consilio est opus. Ubi scholiorum brevium auctor ait esse solœcismum παρὰ τὰς πτώσεις. Eust. autem annotat esse ἀντίπτωσιν pro ἐμοὶ καί σοι, aut habere ἔλλειψιν præpositionis : perinde ac si diceret, χρεία βουλῆς εἰς ἐμὲ καί σε. [Il. Φ, 322 : Οὐδέ τι μιν χρεὼ ἔσται τυμβοχοῆς.] Sic etiam Il. I, [76] : Μάλα δὲ χρεὼ πάντας Ἀχαιοὺς Ἐσθλῆς καὶ πυκινῆς, ubi repetendum est subst. βουλῆς, ex proxime præcedente versu. Apud eund. poetam tamen [ib. 604] : Οὔτι με ταύτης Χρεὼ τιμῆς, existimatur subaudiendum verbum ἱκάνει, vel καταλαμβάνει : quasi vero non eadem sit in his omnibus Il. ratio. [Il. K, 85. Od. A, 225 : Τίπτε δέ σε χρεώ ; Cum infinitivo Il. Λ, 409 : Τὸν δὲ μάλα χρεὼ ἑστάμεναι· et Σ, 406, Ψ, 308.] Ego certe dixerim potius ubique accus. esse pro dativo, ut legimus ap. Æsch. Prom. [86] : Αὐτόν σε δεῖ προμηθέως, pro αὐτῷ σοι δεῖ προμηθέως, i. e. χρείαν ἔχεις τοῦ προμηθεύσασθαι. Χρεὼ, sicut et χρειὼ, sine adjectione, Necessitas. [Il. I, 197 : Ἦ τι μάλα χρεώ· Od. I, 136 : Αἰμὴν ... ἵν' οὐ χρεὼ πείσματός ἐστιν.] Apud Apollonium pro Fatali necessitate, quam signif. habet passim χρεὼν, Arg. 2, [817] : Χρεὼ ἦγε δαμῆναι. [Ib. 167 : Ὅσην χρεὼ ἦγεν ἄγεσθαι· et 4, 1164 : Τότ' αὖ χρεὼ ἦγε μιγῆναι. Quibus in locis notandum χρεὼ disyllabum, correpta ante vocalem syllaba altera. Homero χρεὼ constanter monosyllabum est : unde Il. Λ, 606 : Τί δέ σε χρεὼ ἐμεῖο; ut syllaba una eaque correpta pronunciatur.]

Χρειώδης, ὁ, ἡ, Utilis, Commodus, Qui usui est. [Annotavit Pollux 5, 136. Non legitur apud scriptores Atticos antiquiores, frequens vero est apud recentiores, velut Plut. Mor. p. 353, E : Τὰ μὲν ἠθικὰς ἔχοντα καὶ χρ. αἰτίας· 646, C : Ταῦτα ἀτιμάζειν ἦν μή τι χρ. ἄλλο συνεπιφέρωσιν.] Plut. [Mor. p. 1118, B] : Τὸ γὰρ ἀναγκαῖον ἀρκεῖ καὶ χρειῶδες ἀπ' αὐτῶν. [Ut τὸ χρ. τῇ ἀνάγκῃ oppositum ap. Lucian. Amor. c. 38 : Τὸ χρ. εἰκέτω τῇ ἀνάγκῃ. Plut. Mor. p. 715, B : Μᾶλλον εἰκός ἐστι τῶν γλαφυρῶν τὰ χρ. τὴν αἴσθησιν ἐπιστρέφειν· 973, B : Τὸ καλὸν ἀγαπᾶν μᾶλλον ἢ τὸ χρ. τῆς φωνῆς· V. Marii c. 42 : Προϊεμένου τὰ χρ. παρὰ τὸ συμφέρον· V. Lys. c. 5 : Τὸ φιλέταιρον καὶ χρ. Lucian. De hist. conscr. c. 13 : Τὸ ἴδιον καὶ τὸ χρ. θεραπεύοντες. Cum dativo Plut. Mor. p. 724, E : Ἡμῖν δὲ ἥκιστα χρ. (ὁ φοῖνιξ). Cum præp. εἰς V. Crassi c. 3 : Τὸ ῥητορικὸν καὶ χρ. εἰς πολλοὺς ἤσκησε. Cum præp. πρὸς schol. Hom. Il. A, 50 : Κύνες πρὸς θήραν χρειώδεις.] Apud Herodian. [8, 6, 8], Ἔχων τὰ χρειώδη Polit. vertit Quæ usui forent : in alio autem loco, Πρὸς τὸ ἑαυτοῦ χρειῶδες, Ad suum usum. [Schol. Hom. Il. K, 479 : Δρᾶν τὰ χρειώδη. Τοῦ πυρὸς τὸ χρ., Utilis pars ignis, Philo vol. 1, p. 492, 20. Idem cum genit. construxit ap. Euseb. Præp. ev. 8, p. 380, B : Καὶ τἄλλα ὧν ὁ ἀνθρώπινος βίος χρειώδης, Quibus vita humana opus habet. Superl. ap. scriptorem Philopatr. c. 19 : Ὠνησόμενος τὰ χρειωδέστατα.] Vide et in Χρεία voce rhetorica. [|| Adverb. Χρειωδῶς. Greg. Nyss. t. 2, p. 542, D. Just. Mart. p. 153, D; 204, C. Cyrill. Al. t. 5, p. 427, B; 525, A; 537, B, χρ. παρεκόμισε· 543, D, χρ. καὶ ἀναγκαίως. Basil. t. 2, p. 243, A, χρ. ὅρα, χρ. ἄκουε, χρ. λάλει, χρ. ἀποκρίνου. Superl. χρειωδέστατα Cyrill. Al. t. 5, p. 443, E. Hase. Eust. Opusc. p. 353, 70 : Πυνθάνομαι οὐ χρ., ἀλλὰ βασιλικῶς.]

[Χρεμάτας, ὁ, Chrematas, Acarnan. Polyb. 32, 21.]

[Χρεμέθω. V. Χρεμετάω.]

[Χρεμετάω, Hinnio. HSt. s. v. Χρεμετίζω :] Legitur item Χρεμετάω pro eodem. [Hesych. : Χρεμετᾷ· ἠχεῖ. Unde eidem in gl. superiore Χρεμέδα· ἡ γῆ, ὡς Καλλίμαχος, Is. Voss. restitui voluit Χρεμετᾷ· ἠχεῖ, conjectura incerta.] Necnon Χρεμέθω, pro χρέμω inusitato. [Etym. M. p. 814, 47 : Τὸ δὲ χρεμέθεσκον ἀπὸ τοῦ χρέμω χρεμέθω. Sumtum ex loco Apollonii, quem ex Etym. Ms. s. v. Πληγάδες edidit Ruhnk. Ep. crit. p. 192 : Οὐδ' ἵπποι ὀρθριναὶ κατὰ κλισίας χρεμέθεσκον. Præsens est ap. Bianor. Anth. Pal. 9, 295 : Μὴ θάμβει χρεμέθοντα (πῶλον)· et Oppian. Cyn. 1, 234. G. D. Greg. Naz. t. 2, p. 72, 307, χρεμέθοντας ἵππους. Hase.]

[Χρεμέτης, ὁ, Chremetes. Hesych. et Suidas : Χρεμέτης (male ap. Hesych. Χραιμετίς)· ὄνομα ποταμοῦ. Est fl. Libyæ ap. Aristot. Meteor. 1, 13. (Basil. M. t. 1, p. 37, D, in recensu fluminum orientalium, ὁ καλούμενος Χρεμέτης. Hase.) De forma nominis constat ex Nonno Dion. 13, 374 : Ῥόον Χρεμέταο· et ib. 380 : Κούρη Ἀγχιρόη Χρεμέταο.]

Χρεμετίζω, Hinnio, Hinnitum edo. [Χρεμετίζειν equos dici annotarunt Pollux 1, 216; 5, 87, Ammon. p. 145, et grammatici ap. Valcken. in Animadv. p. 228, 230. Hesych. : Χρεμετίζει· κελεχίζει ὡς ἵππος· ubi scribendum κιχλίζει, collato Macedonii versu, quem s. v. Χρεμέτισμα afferam. Suidas : Χρ., ἦχον τῷ στόματι ἀποτελεῖ. Corrupte ap. Hesych. Χραιματίσαι· κράξαι ὡς ἵππος. Hom. Il. M, 51 : Μάλα δὲ χρεμέτιζον (ἵπποι). Plato Rep. 3, p. 395, B : Ἵππους χρεμετίζοντας· Phædr. p. 254, D : Βιαζόμενος, χρεμετίζων. Plut. Mor. p. 174, F. Μέγα χρ. ib. p. 970, D, ut ὀξὺ χρεμετίζοντες ἵπποι ap. Themist. Or. 11, p. 153, B. Ælian. V. H. 2, 3 : Τοῦ ἵππου χρεμετίσαντος πρὸς τὸν ἵππον τὸν ἐν τῇ εἰκόνι· quod προσχρεμετίζειν dixit Clem. Al. p. 51. LXX Jes. 10, 30 : Χρεμέτισον φωνήν σου γαλλείμ. Jerem. 5, 8 : Ἕκαστος ἐπὶ τὴν γυναῖκα τοῦ πλησίον αὐτοῦ ἐχρεμέτιζον.

Sirac. 33, 6 : Ὑποκάτω παντὸς ἐπικαθημένου χρεμετίζει. Tzetzæ Posth. 142 : Σὺν δ' ἵππος χρεμέτισε, Jacobs. ad Anthol. Pal. vol. 3, p. 523, recte restituit χρεμέτισσε· quæ probabilior quam altera ejus conjectura est χρεμέτησε, ab verbo χρεμετάω. G. Dind.]

[Χρεμετίς. V. Χρεμίς.]

Χρεμέτισμα, τὸ, et Χρεμετισμὸς, ὁ, Hinnitus. [Χρεμέτισμα, proprie dictum Theophyl. Simoc. Hist. p. 82, 22 Bonn., τοῦ χρεμετίσματος τῶν ἵππων· 144, 8, τῷ ψόφῳ τοῦ χρ. Hase. Improprie dictum ap. Macedon. Anth. Pal. 5, 245 : Κιχλίζεις, χρεμέτισμα ἁμοῦ προκέλευθον ἰεῖσα. ‖ Χρεμετισμὸς, quod Hesych. s. h. v. et s. vitiosa Χραιμετισμὸς exp. ἡ τῶν ἵππων φωνή, est ap. Aristoph. Eq. 533, Plut. V. Sullæ c. 27, Tryphiod. 532, et numero plur. Plut. Mor. p. 902, B; 1125, B, Dionys. De comp. verb. c. 16, p. 95, 1. G. D. Χρ. ἵππων Joseph. [A. J. 18, 9, 2. Hase. Χρεμετισμὸς ἱππασίας Jerem. 8, 16.]

[Χρεμετιστέον, Hinniendum. Justin. Mart. Epist. ad Zonam § 16. Boiss.]

[Χρεμετιστὴς, ὁ, Hinnitor. Ἵππος χρ. ap. Cyrill. Hieros. p. 80.]

Χρεμετιστικὸς, ἡ, ὸν, q. d. Hinnibilis, ut equus dicitur esse animal χρεμετιστικόν. [Ζῷον χρ. Sext. Emp. p. 114, 698, Philo vol. 1, p. 310, Clem. Al. p. 196, Plut. Mor. p. 877, B. « Zachar. Mityl. Dial. p. 210. Ammon. Comment. in Qninque voces, fol. 14, 2. » Boiss. Τὸ χρ., Facultas hinniendi, Jo. Damasc. t. 1, p. 13, E. Hase. Βλέμμα χρ. ap. Polluc. 1, 192.]

[Χρέμης, ὁ, piscis nomen. V. Χρέμψ.]

[Χρέμης, ητος, ὁ, Chremes, n. pr. archontis Atheniensis olymp. 113, 3 ap. Diodor. 17, 87, Dionys. Dinarch. c. 9, p. 649 (ubi in Κρέμης corruptum). ‖Alius ap. Aristoph. in Eccles., in fabula ipsa nominatus v. 477 : Ὦ Χρέμης. Nomen non infrequens in comœdia recentiore, ut colligi potest ex verbis Antiphanis ap. Athen. 6, p. 223, A : Χρέμης τις ἢ Φείδων τις ἐκσυρίττεται, et ex fabulis Terentii, qui sæpius hac persona usus est. G. D. XPEMES scriptum in fictili *Catal. di ant. etr. del princ. di Canino* p. 95, n. 1003, et ap. de Witte *Descr. de vases peints* p. 54, n. 98. Chremes archon ap. Bœckh. *Urkunden* p. 436, 154; 438, 4; 439, 6 et 20; 440, 44 et 54; 441, 73 aliisque multis ll. Alius, ut videtur, in tit. Æxon. C. I. vol. 1, p. 345, n. 214, 1. Hase.]

[Χρεμίζω. HSt. s. v. Χρεμετίζω :] Quin etiam ex χρεμετίζω fit Χρεμίζω, per sync.: unde χρεμίσαν ap. Hesiod. [Sc. 348 : Ὀξεῖα χρέμισαν.]

[Χρεμίς· χρεμετίς, gl. corrupta Hesychii, in qua incertum est utrum vocabulorum χρέμισις, χρεμέτισις, χρεμετισμὸς vestigia lateant. Χραιμετὶς vitiose scriptum pro Χρεμέτης notavimus s. h. v.]

[Χρέμμα, τό. HSt. s. v. Χρέμψις:] Dicitur et Χρέμμα pro Screatu, Sputo. Diog. L. [2, 68. Conf. J. G. Schneider. in Fr. Aug. Wolfii Analecti. litt. vol. 2, p. 230—232. Hase.]

Χρέμπτομαι, Screo, Excreo. [Phryn. in Bekk. Anecd. p. 72, 16 : Χρέμπτεσθαι καὶ διαχρέμπτεσθαι ἑρεῖς. Legitur semel apud Tragicos, Eur. Cycl. 622 : Οὐ σκαρδαμύσσειν οὐδὲ χρέμπτεσθαί τινα. Anth. Pal. 7, 134 : Γοργίου κεφαλὴ ... οὐκέτι χρεμπτομένη οὐδ' ἀπομυσσομένη. Galen. ab Hemst. citatus ad Lucian. vol. 1, p. 414 : Χρεμψάμενος ὡς πτύσων. Liban. vol. 4, p. 132, 2 : Οὔτε λύζων οὔτε χρεμπτόμενος. Julian. Or. 7, p. 205 : Πταρέντα ἢ χρεμψάμενον. De oratore verba facturo Aristoph. Thesm. 379 : Χρέμπτεται γὰρ ἤδη. Lucian. Pro imag. c. 20 : Ὁ κόλαξ ἐπήνει ὑπὸ βηχὸς ἐνοχλούμενον τὸν Δημήτριον ὅτι ἐμμελῶς ἐχρέμπτετο. Cum accus. μύχιόν τι χρ. id. Gall. c. 20; πλατὺ Catapl. c. 12, et ἐπισεσυρμένον scriptor Philopatr. c. 20. Comice Eupolis ap. Athen. 14, p. 646, E : Μῆλα χρέμπτεται.]

[Χρεμπτὸς, ὴ, όν. Χρεμπτὸν, Screabile, Gl.]

[Χρεμύλος, ὁ, Chremylus, n. pr. senis ap. Aristoph. in Pluto, in fabula ipsa nominati v. 336, 1172. Ἀπὸ τοῦ χρέος καὶ τοῦ αἱμύλλω τὸ ἀπατῶ εἰρῆσθαι, ὁ ἀπατῶν δηλαδὴ τοὺς χρεωφειλέτας διὰ πενίαν, recentissimi grammatici commentum est in ed. scholiorum Oxon. vol. 1, p. 47, 12. Ab χρέω, Screo, unde χρέμπτομαι formatum est, Χρεμύλου et Χρέμητος nomina derivant Hemst. in annot. ad schol. Pluti p. 6, et Valcken. in scholl. in N. T. vol. 1, p. 355. De accentu Χρεμύλος Arcad. p. 57, 4.]

[Χρέμυς. V. Χρόμις.]

[Χρὲμψ, ὁ. HSt. post composita verbi Χρέμπτομαι :] At vero Χρὲμψ affertur ex Aristot. pro cujusdam piscis nomine. Apud Suidam [in gl. ex Zonara illata] Χρέμης est itidem Piscis, ap. Hesych. Χρέμυς. [Χρέμης piscis nomen est ap. Æ ian. N. A. 15, 11, ubi genitivus est χρέμητος. Plur. χρέμητες ap. Oppian. Hal. 1, 112. G. D. Quos Gadi quandam speciem opinatur Bussemaker. Schol. Opp. p. 659; conf. Schneider. Hist. nat. pisc. p. 98. Hase.] Apud Eosdem vide et Χρεμψιθέατρον.

[Χρεμψιθέατρον, τὸ, gl. Hesychii, cujus de interpretatione sola supersunt verba οἱ εἰσιόντες εἰς θέατρον, quæ lucem accipiunt ab Suidæ explicatione, ἢ ὅτι εἰσιόντες εἰς τὸ θέατρον χρέμπτονται, ἢ ὅτι χρεμπτόμενοι ἐκβάλλονται. « Comicam glossam agnovit Meinek. Com. vol. 4, p. 649, cujus quas explicationes Suidas commemoravit, earum neutra probabilis est. Videtur theatrum frequentissimum dici, quod spectatores quasi evomat. » Bernhard.]

Χρέμψις, εως, ἡ, Screatus [in Gl.]

[Χρέμω. V. Χρεμετάω.]

[Χρέμων, ωνος, Chremo, unus ex triginta tyrannis ap. Xen. Hell. 2, 3, 2, ubi duo, etsi non optimi, codices Χρήμων, quod probandum videri posset, quum certum hujus nominis exemplum ap. Aristoph. Vesp. 400 reperiatur, nisi in Χρέμων consentiret Lysias p. 184, 24, et simile exstaret Χρεμωνίδου nomen. G. D. Χρέμων in inscr. Bœot. ap. Pittak. Ἐφημ. ἀρχ. p. 1210, n. 2418, 2. Hase.]

[Χρεμωνίδειος. V. Χρεμωνίδης.]

[Χρεμωνίδης, ὁ, Chremonides, philosophus Stoicus, ap. Diog. L. 7, 17. ‖Atheniensis, ap. Teletem Stob. Flor. 40, 8, p. 231, 49 : Ἱππομέδων ὁ Λακεδαιμόνιος ὁ νῦν ἐπὶ Θράκης καθιστάμενος ὑπὸ Πτολεμαίου, Χρεμωνίδης καὶ Γλαύκων οἱ Ἀθηναῖοι, οὐ πάρεδροι καὶ σύμβουλοι; Χρεμωνίδης Πτολεμαίου ναύαρχος ap. Polyæn. 5, 18. Ab hoc Chremonide τὸν Χρεμωνίδειον πόλεμον, quem ex Hegesandro memorat Athen. 6, p. 250, F, nomen accepisse probabiliter conjecit Niebuhr. in Museo Rhen. vol. 1, p. 161. ‖ Χρεμωνίδης Ἐτεοκλέους Αἰθαλίδης in inscr. ap. Rangabé *Antiq. Hell.* vol. 2, p. 142, 6.]

[Χρεοδοσία, ἡ, Debiti redditio. Legitur apud interpretes duos V. T. Deuteron. 24, 11, et 13, sed χρεωδοσία scriptum, quæ perpetua in omnibus hujusmodi compositis cum χρέος codicum scripturæ diversitas est, quemadmodum derivata a κρέας, κρεοκοπέω, κρεονομέω, κρεοφαγία et reliqua, quæ veteres per ο scripsisse poetarum loci ostendunt, in codicibus sæpissime per ω scribuntur. De compositis cum χρέος nulla dum allata sunt poetarum exempla, quæ eorum scripturam extra dubitationem ponant. Ea tamen ipsa quoque non per ω, ut sæpissime factum in codicibus, sed per ο scribenda esse diserte præcipit Herodian. Epim. p. 207 : Τὰ παρὰ τὸ χρέος συγκείμενα διὰ τοῦ ο μικροῦ γράφονται, μέσον ἔχοντα τὸ ο μικρὸν οἷον χρεοκοπῶ χρεολυτῶ χρεοδοτῶ, χρεοκοπία χρεολυσία (nam sic corrigendum pro χρεηλασία) χρεοδοσία καὶ τὰ ὅμοια. Confuse Zonaras Lex. p. 1858 : Χρεωφειλέτης· ὅσα παρὰ τὸ χρέος συντέθειται, μεγάλα, πλὴν τοῦ χρεοδότης χρεοκόπος καὶ χρεολύτης, καὶ τὰ θηλυκὰ αὐτῶν, οἷον χρεοδοσία, καὶ τὰ ῥήματα, οἷον χρεοδοτῶ χρεολυτῶ. Qui sic potius præcipere debebat, composita nominis χρέος cum vocabulis ab litera consonante incipientibus per ο scribi, χρεωφειλέτης vero, in quo vocabuli χρέος litera ο cum vocali, a qua ὀφειλέτης incipit, coalescat, duplici ο in ω contracto χρεωφειλέτης scribi. Cui sententiæ qui repugnare videatur Apollon. De pronom. p. 5 (263), C, librarii culpa repugnat. Nam quod ap. eum legitur, Τὸ α τῶν οὐδετέρων ο γίνεται, γηροκόμος, κρεοπώλης, χρεοφείλης, quocunque modo corrigatur, tantum certum haberi potest, non scripsisse Apollonium χρεοφείλης, nisi quis χρεοφειλέτης (nam sic corrigendum foret) ab nominativo plurali χρέα derivasse eum credat, quod mihi incredibile videtur. Nec Lobeckii conjecturæ (ad Phryn. p.

695) κρεόφιλος vel Κρεόφυλος probabiles haberi possunt. G. Dind.]

[Χρεοδοτέω, Debitum reddo. Verbum ab Herodiano et Zonara annotatum, quorum verba v. s. v. Χρεοδοσία. Χρεολυτήσων per χρεοδώσων exp. Hesych., quod χρεοδοτήσων scribendum esse monuit Tittmann. ad Zonar. p. 1858.]

[Χρεοδότης, ὁ, Qui debitum reddit. Zonaras s. v. Χρεοδοσία citatus.]

[Χρεοκοπέω. Χρεοκοπία. V. Χρεοκόπος.]

[Χρεοκόπος.] Χρεωκόπος, vel Χρεόκοπος, item Χρεωκοπία, vel Χρεοκοπία: melior tamen utrobique prior scriptura quam posterior, ut docebo paulo post. Est Χρεωκόπος, Debiti s. Debitorum rescissor: itidemque Χρεωκοπία, Debiti s. Debitorum rescissio, Æris alieni rescissio, s. decisio. Dicitur certe de Eo qui credidores debito s. debitis fraudat. Estque Χρεωκοπεῖν, quod nos dicimus *Faire banqueroupte*: nisi quod illud latius etiam patere videtur. Bud. autem postquam dixit χρεῶν ἀποκοπὰς esse Novas tabulas, quasi Æris alieni decisiones; easque σεισάχθειαν etiam appellari: subjungit, Cui similis est χρεοκοπία. Nam χρεοκοπεῖσθαι Debito fraudari significat, decocta sc. pecunia. Hæc ille. Sed χρεῶν ἀποκοπὴ, sicut Novæ tabulæ, Publicum aliquid erat, quum χρεωκοπία unius etiam Privatim esse posset. [Χρεωκοπία, contra regulam s. v. Χρεοδοσία expositam, per ω scriptum ap. Diodor. (Exc. p. 623, 47) in fragm. ap. Suidam s. v. Χρεοκοπεῖται, ubi ed. vet. χρεωκοπείας, sed codex Paris. A χρεοκοπίας. Χρεοκοπία ap. Dionys. A. R. 5, 67; 6, 38. « Item ap. Eustath. Epist. ante Comm. Dion. P. p. 68, 16 Bernhard. » Boiss.] Invenitur etiam Χρεωκοπίδαι ap. Plutarch. Solone p. 159 meæ ed. [c. 15, ubi sola ed. Junt. χρεοκοπίδας] : quod nomen fictitium esse puto, et pro χρεωκόποι usurpatum, quandam patronymici formam illi tribuendo. Qui autem et quam ob causam hoc nomine appellati fuerint, tradit Idem ibidem, his verbis (sed contrahendo tamen aliquantum quæ scribit) : Quum Solon æris alieni gratiam facere statuisset, suumque hac de re consilium amicis quibusdam communicasset: hi a divitibus magnam vim pecuniæ fœnerati, qua magna prædia coemerunt: deinde decreto promulgato, quum fructus ex suis possessionibus perciperent, nec earum tamen pretium persolverent, χρεωκοπίδαι appellati fuerunt. Hoc vocab. quidam eo in l. interpr. Decoctores : quidam, Novarum tabularum auctores. Quæ posterior interpret. nullo modo mihi placet; non enim hi novarum tabularum auctores fuerunt, sed potius Solon, qui quum novarum tabularum esset auctor, occasionem τοῦ χρεωκοπεῖν illis præbuit. Sed nec voce Decoctores interpretandum censuerim hoc χρεωκοπίδαι : quod et de χρεωκόποι dictum intelligi velim. Nam contingit quidem sæpenumero ut qui sua bona decoxerint, postea æs alienum dissolvere non possint, ideoque creditores suos debita pecunia fraudent : quod est χρεωκοπεῖν. Sed nec quicunque decoxerunt, χρεωκοποῦσι : nec vicissim quicunque χρεωκοποῦσι, necesse est ut prius decoxerint. Quamobrem χρεωκοπίδαι, sicut et χρεωκόποι, potius interpretandum censerem Æris alieni expilatores, aut Creditorum fraudatores. Prior tamen illa expositio magis mihi placet, tanquam verbum ex verbo magis exprimens. Gallice quidem certe dicerentur *Banquerouptiers*. Hinc verb. Χρεωκοπέω, q. d. Debitum s. Debita rescindo, Debito fraudo. [Sic scriptum ap. Plut. Mor. p. 829, C : Παρανόμως δανείζουσι ... ἐν τῷ δανείζειν χρεωκοποῦντες· ὁ γὰρ οὗ γράφει λαμβάνων ἔλαττον χρεωκοπεῖται· et cum accusativo rei p. 968, D : Λαβόντα κριθῶν μέτρον ὑφαιρεῖν καὶ χρεωκοπεῖν μέρος ἥμισυ καθ' ἡμέραν. Sed p. 764, A, per ο : Οὐ δικαίως χρεοκοπῶν ... ἱερὸν ὄντα τὸν λόγον. Strab. 8, p. 352 : Ταῦτ' ἀπεστέρουν χρεοκοποῦντες (codd. nonnulli χρεωκ—). Figurate Sext. Emp. p. 357 : Ὑπὲρ τοῦ μὴ δοκεῖν τι τῆς διδασκαλίας χρεωκοπεῖν.] Itidemque pass. Χρεωκοποῦμαι, Debito s. Debitis fraudor [signif. modo propria, modo translata. Joseph. Maccab. c. 3 : Τὸ δάνειον χρεωκοπούμενος. Clem. Al. p. 878]. Phalar. [Epist. p. 198 : Δανείσαντα χρεωκοπεῖσθαι· et p. 330] : Χρεωκοπηθέντος ἐπ' ὀνόματι δωρεᾶς Φαλάριδος, Περίανδρον κερδακέναι τὰ τοῦ παρεικότος, Ære suo fraudato, Bud. [Stob. Ecl. phys. vol. 1, p. 964 : Χρεοκοπείσθω τῶν ψυχῶν αὐτῶν τὸ περίεργον ἐπιθυμίαις. Lesbon. Περὶ σχημ. p. 187 : Δώριον σχῆμα, ὃ γίνεται τῆς αὐτῆς συντάξεως χρεοκοπουμένης, οἷον οὐκ εἶπω σοι ἀντὶ τοῦ οὐκ ἐρῶ σοι. Addito infinitivo Eustath. p. 655, 12 : Οὐδέποτε τὸ τρίτον τῶν μελλόντων χρεωκοπεῖται παραλήγεσθαι φωνήεντι, ἵνα τις εἴπῃ τὸ καλέσεται καλέσται ἢ τὸ τελέσεται τελέσται.] At Suidas χρεωκοπεῖται exp. ὑπὸ χρεῶν ἐνοχλεῖται, cujus signif. exemplum desidero. Ceterum quod ad scripturam hujus compositi, (tam de verbo, quam utroque nomine loquor,) fateor quidem inveniri et cum ο, Χρεοκόπος, Χρεοκοπία, Χρεοκοπῶ, et quidem ap. Bud. etiam : verum mendosam esse censeo non solum quod in fide dignis exemplaribus scripturam illam, non hanc, invenerim : (ut etiam ap. Plut. χρεωκοπίδαι, non χρεοκοπίδαι legimus [Sed v. quæ s. v. Χρεοδοσία dicta sunt]:) sed etiam quod composita alterius generis, per ω, non ο, ubique scripta inveniantur : veluti Ἀξιόχρεως, Κατάχρεως, Ὑπέρχρεως, Ὑπόχρεως : nam Ἀξιόχρεον per ο, Suidas barbarum esse scribit. Inveniri tamen κατάχρεοι doceo in Κατάχρεως.

[Χρεολυσία, ἡ, Debiti solutio. V. s. v. Χρεοδοσία.]

[Χρεολῡτέω.] Χρεωλυτέω, vel [quod præcipit Herodian. s. v. Χρεοδοσία citatus] Χρεολυτέω, Debitum s. Debita dissolvo; Æs alienum dissolvo; Æs alienum luo, ut loquitur Curtius, veluti non solum interpretans, sed verbum Græcum λύω retinens : nam ex χρέα λύω factum est hoc compositum χρεωλυτῶ. [Hesych. : Χρεολυτήσων· χρεοδοτήσων (codex χρεοδώσων). Improbat Phryn. p. 390 : Χρεωλυτῆσαι λέγει ὁ πολὺς λεώς, ὁ δὲ Ἀττικὸς τὰ χρέα διαλύσασθαι.] Affertur autem ex Josepho hoc verbum. [A. J. 7, 15 : Ἀμοιβὴν χρεολυτοῦμεν· ubi var. lect. χρεωλ—, ut est 18, 8 : Τὸν μισθὸν χρεωλυτεῖν.] Plut. Alcib. [c. 5] χρεωλυτεῖν τὰς ὠνὰς videtur dixisse pro τὰ χρέα τῶν ὠνῶν διαλύειν, s. τὰ ἐκ τῶν ὠνῶν χρέα. [Index capitum Diodori 17, 54 (p. 159 ed. Wess.) : Τοὺς γεγηρακότας τῶν Μακεδόνων χρεολυτήσας. Ammon. p. 94 : Χρεῖος ὑποστήσονται (ap. Homerum) ἀντὶ τοῦ χρεολυτήσωσι. Sext. Emp. p. 307 : Δίκην ἣν αὐτόθεν νικήσας ὀφείλει τὴν ὑπόσχεσιν χρεωλυτεῖν.] De scriptura autem hujus compositi idem quod de præcedenti dicendum censeo.

[Χρεολύτης, ὁ, Qui debitum solvit. V. s. v. Χρεοδοσία. Χρεωλύτης in Rituali in *Classical Journal* fasc. 44, p. 367. Angl. Et sic quoque Georg. Pisid. (si modo is est auctor) Hymn. acath. 253. Hase.]

Χρέος, Χρέους, τὸ, et Χρεῖος, interdum etiam Χρέως et Χρείως, Debitum, Mutuum, Æs alienum. [Per ὄφλημα, χρεία exp. Hesych. et Χρεῖος per ὄφλημα, Χρέος et Χρεῖος per δέησις.] Hom. [Od. Θ, 353 : Ἄρης ... χρέος καὶ δεσμὸν ἀλύξας. Frequentius apud Epicos χρεῖος, ut] Il. Λ, [684] : Κήρυκες δὲ λίγαινον ἅμ' ἠοῖ φαινομένῃφι, Τοὺς ἴμεν οἷσι χρεῖος ὀφείλετ' ἐν Ἠλιδι δίῃ (ubi observa obiter et morem antiquum)· Οἱ δὲ συναγρόμενοι Πυλίων ἡγήτορες ἄνδρες Δαίτρευον· πολέσιν γὰρ Ἐπειοὶ χρεῖος ὄφειλον. Et aliquanto post, Καὶ γὰρ τῷ χρεῖος μέγ' ὀφείλετ' ἐν Ἠλιδι δίῃ. [Adde N, 746 : Μὴ τὸ χθιζὸν ἀποστήσωνται ... χρεῖος (hesternam cladem hodie Trojanis reddendam)· Od. Γ, 367 : Χρεῖός μοι ὀφέλλεται· et Φ, 17.] At in soluta oratione semper absque ι scriptum invenitur hoc nomen. Dem. [p. 1040, 19] : Ὅπως μὴ ὕστερον ἐνταῦθα χρέος γενόμενον ἀναφανήσοιτο ἐπὶ τῷ χωρίῳ, Ne postea æs alienum existeret super eo fundo contractum, Bud. Apud Liban. : Χρέος πατρῷον ὀφείλων τῷ δήμῳ. Sic et ap. Tragicos ac Comicos poetas. Aristoph. [Nub. 117] : Χρέος ἀποδοῦναι. Et [13] : Δακνόμενος ὑπὸ τῆς δαπάνης καὶ τῆς φάτνης καὶ τῶν χρεῶν. Idem genit. frequens est cum voce ἀποκοπὴ quasi Rescissio æris alieni : ac Lat. more loquendo, Novæ tabulæ, ut videbis in Ἀποκοπή. [Annotavit Hesych. s. v. Χρεῶν ἀποκοπαί. Ἄνεσις τῶν χρ. Plut. Comp. Sol. et Popl. c. 3; ἄφεσις V. Solon. c. 19, ut ἀνιέναι et ἀφιέναι χρέα ib. c. 15, et ap. Lucian. De salt. c. 5; ἀφαιρεῖσθαι τὰ χρέα Plut. ib. c. 3.] Interdum cum nomine διάλυσις, ut mox docebo. Apud Hesiod. autem invenitur plur. gen. Χρειῶν (habens ι, ut χρεῖος in ll. quos ex Hom. protuli) cum voce λύσις, Op. [404] : Ἀλλά σ' ἄνωγα Φράζεσθαι χρειῶν τε λύσιν λιμοῦ τ' ἀλεω-

ρήν. Apud Eund. legimus et accus. plur. χρέα [645] : Βούληαι δὲ χρέα προφυγεῖν καὶ λιμὸν ἀτερπῆ. Apud Aristot. OEcon. lib. 2, gen. sing. : Ἡ πόλις τοῦ χρέους ἀπηλλάγη, Civitas ære alieno liberata est. Pro quo dici etiam posset τὰ χρέα διέλυσε, Æs alienum dissolvit. Unde et illud Διάλυσις χρεῶν cum ap. alios, tum ap. Plat. [Leg. 3, p. 684, D.] Pro quo legimus, in versu quem modo protuli ex Hesiodo, χρειῶν λύσιν. [Χρήματα διαλύειν ap. Dionys. A. R. 5, 68, (διαλύσασθαι 4, 19,) Plutarchum, Lucianum et alios; λύειν ap. Liban. vol. 1, p. 576. Frequentius τὰ χρέα ἀποδιδόναι, ἐκτίνειν, ἐκπληροῦν ap. Plat. Leg. 12, p. 958, B : Πρὶν ἂν ἐκπληρώσῃ τὸ χρέος ἅπαν τῷ νικήσαντι. Πρὸς τὰ χρέα ἀπάγεσθαι vel ἄγεσθαι, Propter æs alienum abduci in vincula, Dionys. A. R. 4, 9 et 11. Creditor vero dicitur τὰ χρέα ἀπαιτεῖν, εἰσπράττειν, ἀπολαμβάνειν. Ἔχειν τι εἰς χρέος τι dixit Plut. V. Cæs. c. 48 : Σκεύεσιν ἐχρῆτο ξυλίνοις ὡς τὰ χρυσᾶ καὶ ἀργυρᾶ πάντα Καίσαρος ἔχοντος εἴς τι χρέος· ὤφειλε γὰρ ... Καίσαρι χιλίας ... μυριάδας. Demosth. p. 986, 26 : Τὴν οὐσίαν ἅπασαν χρέα (i. e. pecunias fœnori creditas) κατέλιπον καὶ φανερὰν ἐκέκτηντο μικράν τινα, ubi præcedit, Ὅσα αὐτοῖς κατελείφθη χρέα καὶ σκεύη καὶ ὅλως χρήματα. || Non raro improprie dicitur, ut de debito fatali, i. e. morte, de quo v. HSt. infra. De laude quæ alicui debetur Pind. Ol. 3, 12 : Χαίταισι ζευχθέντες ἔπι στέφανοι πράσσοντί με τοῦτο θεόδματον χρέος· i. e. θεοκατασκεύαστον ὕμνον τῶν ἐκ τῶν Μουσῶν, ut exp. schol., et 10 (11), 10 : Ὁ μέλλων χρόνος ἐμὸν καταίσχυνε βαθὺ χρέος· ubi schol. : Μέγιστον ὄφλημα· τὸν ὕμνον λέγει. De gratia debita Dio Chrys. vol. 1, p. 394 : Ὁποῖοί τινές εἰσιν οἱ γονεῖς καὶ τίνων εὐεργετῶν χρέος ὀφειλόμενον κελεύουσι μὴ ἀνέκτιτον ἐᾶν· vol. 2, p. 160 : Ὅταν τῷ βραδύνειν ἡ χάρις εἰς χρέος μεταστῇ. De culpa luenda Theogn. 205 : Ἀλλ' ὁ μὲν αὐτὸς ἔτισε κακὸν χρέος. Æsch. Agam. 457 : Δημοκράντου δ' ἀρᾶς τίνει χρέος.] At vero Χρέως [quod Hesych. exp. χρέος, ὄφλημα] Atticum esse tradunt cum alii, tum Etym. [M. p. 814, 29] et Eustath. [p. 1534, 13.] Viderique posset ea forma dici, qua λεὼς pro λαός : affert tamen hic grammaticus et ista ex Rhetorico Lex., Χρέως Attici dicunt et Iones, ut Plato et Demosth. per ω : interdum tamen et χρέος correpte. [Apud Platonem nunc χρέος legitur Polit. p. 267, A : Καθαπερεὶ χρέος ἀπέδωκάς μοι τὸν λόγον· Leg. 12, p. 958, B, Axioch. p. 367, B. Apud Demosthenem p. 791, 2; 900, 14; 988, 24; 1019, 23; 1040, 19, libri optimi χρέως præbent, nisi quod duobus in locis etiam cod. Paris. S χρέος præbet cum deterioribus. Χρέος apud Isocr. p. 402, C. Χρέως non dubitandum quin Atticis ubique sit restituendum. Mœris p. 403 : Χρέως Ἀττικοὶ διὰ τοῦ ω, διὰ τοῦ ο Ἕλληνες. Explicatius Phrynichus p. 391 Lob. : Ἀττικὸς ἂν φαίνοιο καὶ ἐπιμελὴς εἰ διὰ τοῦ ω χρέως λέγοις. Σὺ μὲν οὖν τῇ σεαυτοῦ πολυμαθείᾳ τὸν Ἀριστοφάνην διὰ τοῦ ο ἐδείκνυες τὸ χρέος ἐν ταῖς Νεφέλαις (v. 30) εἰπόντα « Ἀτὰρ τί χρέος ἔβα με μετὰ τὸν Ἡσίαν; » Ἔοικε δὲ παρῳδηκὼς (ex Tragico) εἰρηκέναι· διόπερ οὐ χρηστέον αὐτῷ.] Et χρέος quidem habet genit. diversum, sc. χρέους : at χρέως eundem. Hæc ibi. Non suppetit tamen mihi ullum illius scripturæ χρέως exemplum, ne in nominativo quidem. At in gen. possit hæc terminatio mira cuipiam videri : nec jam illius nominis λεὼς inflexionem sequi dicetur. [De declinatione sic præcipit Chœrob. In Theodos. p. 394 : Τὸ χρέως διὰ τοῦ ο μὲν γραφόμενον κλίνεται ὥσπερ τὸ τεῖχος καὶ ἐν τοῖς ἑνικοῖς καὶ ἐν τοῖς δυϊκοῖς καὶ ἐν τοῖς πληθυντικοῖς, ἐν δὲ τῇ εὐθείᾳ τῶν πληθυντικῶν εἰς α γίνεται, οἷον χρέεα χρέα συγκοπῆς γενομένης τοῦ ἑνὸς ε, ὥσπερ καὶ ἐπὶ τοῦ κλέεα κλέα.... Ὅταν δὲ γένηται διὰ τοῦ ω Ἀττικῶς, οἷον τὸ χρέως, τὴν αὐτὴν ἔχει ὀρθὴν γενικὴν αἰτιατικὴν καὶ κλητικήν,... μόνην δὲ τὴν δοτικὴν διαλλάσσουσαν ἔχει, καὶ ἔστιν εἰπεῖν δίπτωτον· εὐθεῖαν γὰρ καὶ δοτικὴν ἔχει μόνον. Τοῦτο δὲ τὸ Ἀττικὸν ... οὐ κλίνεται οὔτε εἰς δυϊκὸν οὔτε εἰς πληθυντικὸν ἀριθμόν. Quæ partim excerpsit Etym. M. p. 814, 24. Genitivi Attici χρέως exemplum est Lysiæ oratio Πρὸς Αἰσχίνην χρέως memorata ab Athen. 13, p. 611, E, ubi Musurus χρέους scripserat. Quæ Lysiæ p. 148, 31, restituenda pro χρέους, quod nunc legitur. Dativi usum nullum esse cum Chœrobosco consentit schol. Dionysii Thr. in Bekk. Anecd. p. 861, 12 : Δίπτωτον τὸ ἔχον δύο πτώσεις, οἷον τὸ χρέος τοῦ χρέους τὸ χρέος ᾧ χρέος. Dativi pluralis forma epica χρήεσσι est ap. Apoll. Rh. 3, 1198, χρέεσιν ap. Maneth. 4, 135. Numeri pluralis in usum communem duæ tantum formæ sunt receptæ, τὰ χρέα et τῶν χρεῶν. Sic Hesiod. Op. 645 : Βουλήαι δὲ χρέα (τε quod addunt libri recte nunc deletum) προφυγεῖν. Ar. Nub. 39 : Σὺ δ' οὖν κάθευδε· τὰ δὲ χρέα ταῦτ' ἔσθ' ὅτι ... 443 : Εἴπερ τὰ χρέα διαφευξοῦμαι. Quæ exx. χρέα α longo pronuntiandum esse docent.] Ceterum quemadmodum χρέως pro χρέος dicitur, sic χρείως ap. Hom. legimus pro χρεῖος, Od. Θ, [355] : Ἥφαιστ', εἶπερ γάρ κεν Ἄρης χρείως ὑπαλύξας Οἴχηται φεύγων, αὐτός τοι ἐγὼ τάδε τίσω. [Recte nunc editum χρεῖος, producta in arsi syllaba brevi.] Quod autem attinet ad illud Χρέον, cujus in VV. LL. fit mentio, ubi scribitur, Χρέον, τὸ, valde mihi suspectum est : ac vereor ne ex imperitis illorum consarcinatoribus aliquis hunc nomin. sing. finxerit, ad quem reduceret pluralem χρέα : quum non animadverteret ut ex χρέεος fit χρέους per contr., ita ex χρέεα fieri χρέα, eadem forma qua ex κλέεα fieri videmus κλέα. Sunt porro futilia, meo quidem judicio, quæ de hujus nominis χρέος derivatione affert Etym. [M. p. 814, 20, ex Apollonio] : sc. ex Χῶ, (hoc enim reponendum pro Χρῶ,) significante ἐνδεοῦμαι, [Recte cod. Voss. χῶ τὸ ἐνδεής εἰμι,] fieri Χέω : unde esse Χρέος per pleonasmum literæ ρ. Neminem certe inficiaturum puto, ut viciniorem, ita etiam magis verisimilem deductionem meam esse a verbo Χράω, significante Do mutuo, et Mutuo accipio : ut sc. dicatur χρέος quasi χράος. Nisi forte χρέος fit tanquam a Χρέω fictitio pro Χράω.

|| Χρέος quoque illi χρεὼ subjungendum est. Nam antea quidem de ea signif. vocabuli χρέος dixi, quam poetis communem cum solutæ orationis scriptoribus habet, (in qua sc. et χρέως per ω scribitur,) quæ commodum post χράω et κιχράω locum habebat : nunc vero de eo ejusdem vocab. usu dicendum est, in quo cum præced. χρειὼ s. χρεὼ, atque adeo χρεία, convenit. Quemadmodum ergo dicitur, χρεία μοί ἐστι τούτου, et χρείαν ἔχω τούτου, sic etiam usurpatur χρέος. Epigr. [Agathiæ Anth. Pal. 9, 643] : Μόχθων τοσσατίων οὔ σοι χρέος. Aristoph. Ach. [454] : Τί δ', ὦ τάλας γε, τοῦδ' ἔχεις [τάλας, σὲ τοῦδ' ἔχει] πλέκους χρέος; Herodot. [3, 140] : Χρέος ἔχω οὐδὲν [εἰπεῖν] ἀνδρὸς Ἕλληνος. Sed et ap. Hom. cum gen. Od. Λ, [478] : Ἦλθον Τειρεσίαο κατὰ χρέος, εἴ τινα βουλὴν Εἴποι, ὅπως Ἰθάκην ἐς παιπαλόεσσαν ἱκοίμην. Pertinet enim et hic l. ad illam signif.: si ita accipiamus, Veni quod opus haberem opera Tiresiæ. Quam signif. innuere videtur Eust., ut docebo paulo post, ubi et de alia hujus loci expositione disseram. [Κατὰ χρέος, Pro necessitate, Hom. H. in Merc. 138 : Αὐτὰρ ἐπειδὴ πάντα κατὰ χρ. ἤνυσε δαίμων. Apoll. Rh. 3, 189 : Πολλάκι τοι ῥέα μῦθος, ὅ κεν μόλις ἐξανύσειεν ἠνορέη, τόδ' ἔρεξε κατὰ χρ. Arat. 343 : Κυνὸς ... κατ' οὐρὴν ἕλκεται Ἀργὼ πρυμνόθεν· οὐ γὰρ τῇγε κατὰ χρέος εἰσὶ κέλευθοι, ἀλλ' ὄπιθεν φέρεται, i. e. Ut debebant, Ex more.] Interdum vero χρέος alteram illam et quidem præcedenti vicinam signif. nominis χρεὼ habet, poniturque pro Necessitate : ut Χρέος εἶλέ μιν ὀδεύειν, ex Nonno. Præterea quemadmodum χρεία interdum sonat quod Lat. dicitur Utilitas, sic et χρέος Eur. ita usurpasse traditur. Eust. inter alia significare ait τὸ χρειῶδες πρᾶγμα. [Hom. Od. A, 409 : Ἑὸν αὐτοῦ χρεῖος ἐελδόμενος τόδ' ἱκάνει· B, 45 : Οὔτε τι δήμιον ... ἀγορεύω, ἀλλ' ἐμὸν αὐτοῦ χρεῖος. Æsch. Suppl. 374, de Jove : Ἐν θρόνοις χρέος πᾶν ἐπικραίνεις, ut ἐκπράσσειν χρ. ib. 472, ἐξανύειν Soph. OEd. T. 157, ἐκτελεῖν Theocr. 25, 33.]

|| Χρέος interdum habet et aliam signif., quæ convenit potius cum ea de qua priore loco dictum a me fuit. Quum enim ponitur pro Munere s. Officio, tunc aliquid cum Debiti signif. commune habere dixerim. [Pind. Ol. 7, 33 : Τὸ μέλλον χρ. Æsch. Sept. 20 : Ὅπως γένοισθε πρὸς χρέος πιστοὶ τόδε· Pers. 777 : Ξὺν ἀνδράσιν ... οἷς τόδ' ἦν χρέος.] Soph. El. [74] : Σοὶ δ' ἤδη, γέρον, Τὸ σὸν μελέσθω βάντι φρουρῆσαι χρέος, Tuum implere munus, ut etiam Bud. interpr. Sic affertur ex Eur. [Iph. T. 883] : Χρέος σὸν τόδε ἀνευρίσκειν, Tuum est munus Tui est muneris, s. officii,

Tuæ sunt partes, hoc invenire. [Hec. 892 : Σὸν οὐκ ἔλασσον ἢ κείνης χρέος. Corrupte Iph. A. 373 : Μηδέν' ἂν χρέους ἔκατι προστάτην θείμην χθονός· ubi sensus aliud quid postulat, velut γένους, quod conjecit Reiskius.] Nonnunquam vero χρέος redditur Negotium : quod autem alicui incumbit negotium, id illius tanquam munus est s. officium. Apud Lucian. videndum est an ita reddi possit [De salt. c. 64] : Βασιλικός τις ἄνθρωπος κατά τι χρέος ἥκων ὡς τὸν Νέρωνα. Sed quamcunque signif. habeat hic nomen χρέος, non dubium est quin hoc loquendi genus ἥκων κατά τι χρέος ex Hom. manarit : sc. ex illo quem paulo ante attuli loco, Ἦλθον Τειρεσίαο κατὰ χρέος. [Oppian. Hal. 1, 583 : Εἴσω κέκρυπται, λεχέων δὲ κατὰ χρέος ἕλκεται ἔξω. Heliod. 1, 17 : Κατά τι χρ. ἐμὸν ἴδιον ἐκπλεύσας. Ἐπὶ χρ. Pind. Ol. 1, 71 : Ἦλθε Γανυμήδης Ζηνὶ ἐπὶ χρέος. Eur. Or. 151 : Ἐφ' ὅ τι χρ. ἐμόλετε. Strato Anth. Pal. 12, 211 : Καλέσας ἐπὶ τὸ χρέος.]

‖ Χρέος dicitur etiam significare i. q. Res : quam signif. ubicunque obtineat, non dubium est quin eam exemplo nominis χρῆμα habeat, cui frequentem hunc usum esse scimus. De ea interpret. dicam et in proxime sequente tmematio. [Æsch. Ag. 85 : Τί χρέος; τί νέον; Soph. OEd. C. 251 : Πρός σ' ὅ τι σοι φίλον ἐκ σέθεν ἄντομαι, ἢ τέκνον, ἢ λέχος, ἢ χρέος, ἢ θεός. Eur. Herc. F. 530 : Τί καινὸν ἦλθε δώμασιν χρέος; Or. 1253 : Τί μοι τόδε χρ. ἀπύεις; Soph. OEd. C. 234 : Μήτι πέρα χρέος ἐμᾷ πόλει προσάψῃς, Ne quod ultra civitati meæ negotium facessas, ut exp. Brunck. Callim. H. in Dian. 100 : Σκαιρούσας ἐλάφους, μέγα τι χρέος· quo sensu sæpissime dici μέγα τι χρῆμα s. v. Χρῆμα ostendetur.]

‖ Χρέος redditur etiam Causa, ut Oppianus : Τί χρέος ἐκ μερόπων δὲ κλυτὰς ἤμειψε γυναῖκας. Sed forsan hic aliquis malit interpretari Quæ res. Nec dubium est quin alii etiam loci inveniri queant, qui utramque interpretationem admittere videantur. A Bud. certe χρέος redditur Causa, in hoc l. Epist. Hippocr. ad Demagetum : Τί δέ σε χρέος δεῦρ' ἤγαγεν, ἑταῖρε; Quæ causa te huc venire perpulit?

‖ Χρέος, Vaticinium, Oraculum : in qua signif. conveniet cum illo χράω, de quo posteriore loco dixi : pro quo χράω dici etiam χρείω, annotatum supra fuit in Χρειὼ, quum de accentus simulque signif. differentia admonerem. Tribuitur autem ei a nonnullis hæc signif. in eo Homeri versu quem attuli supra ex Odyss. Λ, [478] : Ἦλθον Τειρεσίαο κατὰ χρέος. Ibi enim annotat Eust. χρέος non solum poni ἐπὶ ὀφειλῆς, (in qua signif. multos ex veteribus produxisse, i. e. scripsisse per ω,) sed significare etiam τὸ χρειῶδες πρᾶγμα, et αὐτὴν τὴν χρείαν : sed quosdam hic maluisse exponere χρησμώδημα : ut et brevium scholl. auctor exp. μάντευμα.

‖ Χρέος, Debitum fatale, Fatum, Mors. Voco autem Debitum fatale, quod persolvere nos fatum cogit : utorque hac periphrasi, non quod usquam eam legerim, sed ut simul signif. hujus rationem ostendam. Alciphr. Ep. 26 [1, 25] : Ζῆν μὲν γὰρ καὶ τεθνᾶναι μεμοίραται ἡμῖν· καὶ οὐκ ἔστι τὸ χρέος φυγεῖν, κἂν ἐν οἰκίσκῳ τις καθείρξας αὐτὸν τηρῇ· ἐνεργὸς γὰρ ἡ ἡμέρα ἐκείνη, καὶ τὸ πεπρωμένον ἄφυκτον. [Plato Ax. p. 367, B : Κἂν μή τις θᾶττον ὡς χρέος ἀποδιδῷ τὸ ζῆν.] Apud Plut. autem legitur Μοιρίδιον χρέος pro eodem in aureo illo Consolationis ad Apollonium libello [p. 106, F], ubi simul et hujus appellationis rationem affert. Verum ab eo μοιρίδιον χρέος esse dicitur non Mors, sed Vita. Hæc enim ejus sunt verba : Διὸ καὶ μοιρίδιον χρέος εἶναι λέγεται τὸ ζῆν, ὡς ἀποδοθησόμενον ὃ ἐδανείσαντο ἡμῶν οἱ προπάτορες· ὃ δὴ καὶ εὐκόλως καταβλητέον καὶ ἀστενάκτως, ὅταν ὁ δανείσας ἀπαιτῇ· i. e. Ideoque vita μοιρίδιον χρέος (q. d. Fatale debitum) esse dicitur, utpote quod futurum sit ut a nobis reddatur, a proavis nostris mutuo acceptum : quod non gravate, sed citra gemitum persolvendum est, quum is, a quo mutuo accepimus, exigit.

‖ [Χρεών, τό.] Enimvero quum pro χρέος, hac in signif. multo frequentius dicatur Χρεών, et commodiorem huic voci locum non inveniam, de ea quoque hic eadem opera agendum, addendumque illi et alterum usum censeo. [Rarum est in poesi antiquissima vocabulum χρεών, et Chœrilus, cujus versum, Ὅρκον δ' οὔτ' ἄδικον χρεὼν ἔμμεναι οὔτε δίκαιον, servavit Stob. Flor. 27, 1, fortasse inter primos qui inferrent fuit. Ab Homero illud alienum est : nam Od. O, 201, ubi vulgo legebatur, χρεὼ ex Eustathio et codd. est restitutum. Quo convellitur quod apud Athen. 8, p. 362, D, Τίπτε δέ σε χρεών legitur in versu Od. A, 225, ubi libri recte χρεώ. Quemadmodum χρεὼ apud Homerum constanter monosyllabum est, ita Chœrilus χρεὼν una syllaba extulit. Disyllabo χρεὼ usus est Apollonius, χρεὼν Theognis v. 564, ἄνδρα χρεὼν, ubi poetæ elegiaco fortasse lenius videbatur talem correptionem admittere quam χρεὼν monosyllabum facere, et Pseudo-Pythag. Carm. aur. 31 : Ὅσσα χρεών. Orac. ap. Pausan. 4, 12, 7 : Ἐρδ' ὅππῃ τὸ χρεών, neque aliter ib. 4, ubi monosyllabum erat in scriptura vitiosa veterum edd. Hæc fere Næk. in libro de Chœrilo p. 160—162. In codd. Herodoti passim vitiose scriptum χρεόν. Frequentissimus nominativi et accusativi usus est, rarior genit. et dat. τοῦ χρεών et τῷ χρεών. Nam nomen indeclinabile est.] Est igitur χρεὼν itidem Fatum, Fatale decretum. Item Mors, qua etiam in signif. poni vocem illam Fatum scimus : qua sc. indicatur mortem esse fatalem quandam necessitatem. Apud Herodot. quum ὄνειρον dicitur πεῖσαι τὸν Ξέρξην στρατεύσασθαι ἵνα τὸ χρεὼν γένηται, significat τὸ πεπρωμένον, ut tradit Eust. [p. 166, 8.] At quum Orator dicit τὸν δεῖνα ἀπελθεῖν εἰς τὸ χρεών, tunc Mortem naturalem significari scribit, utpote quam χρεωστοῦντες οἱ ἐν γενέσει, postea ἀναλύοντες ἀποτίνουσι. Ubi observa hunc gramm. innuere usum istum nominis χρεὼν a Debiti signif. translatum esse : (quamvis haud ullo ex loco afferatur χρεὼν quo significetur Debitum :) quam etiam ob rationem apte hic a me collocatum vocabulum istud fuerit. Apud Pausan. τὸ χρεὼν est itidem Fatum, Fatale decretum, vel Fatalis lex (ut legimus apud Ovidium Met. 3 : Dumque ea per terras fatali lege geruntur) : ubi scribit, Τὸ γὰρ χρεὼν ἤδη Μεσσηνίους ἤλαυνεν· quo dicitur modo a poetis Latinis Fatum urgere aliquem aut trahere. Apud Eundem pro Morte ponitur, ubi dicit, κατέλαβεν αὐτὸν τὸ χρεών, veluti hoc in l. [1, 11, 4] : Ἀϊακίδην δὲ τρωθέντα κατέλαβε μετ' οὐ πολὺ τὸ χρεών. Alibi verbo ἐπέλαβεν hanc vocem jungit, eadem signif.: Ταύτῃ γὰρ τὸ χρεὼν ἀπέλαβεν αὐτὸν, Mors, aut etiam Fatum, s. Fati necessitas. Pro quo dicere etiam possemus, poetice loquendo, Injecere manus Parcæ. Sic Mortem declarat ap. auctorem Axiochi [p. 364, C], qui Platoni ascribitur : Ὅπως ἀστενακτὶ ἐς τὸ χρεὼν ἴῃ. (Ubi observa ἀστενακτὶ ἐς τὸ χεὼν ἴῃ, sicut supra ap. Plut. ἀστενάκτως de eadem re.) Et εἰς τὸ χρεὼν ἀπιέναι, ibid. [p. 365, B. « Plut. Mor. p. 113, C : Τῶν εἰς τὸ χρεὼν δδευόντων· ubi libri multi οἱ τὴν εἰς τὸ χρ. ποιούμενοι. Philo Bybl. ap. Euseb. Præp. ev. 2, p. 32, D : Εἰς τὸ χρ. μεταστάντας. In fati partibus quam vim habeat τὸ χρεὼν declarat Diogenian. ib. 6, p. 263, D : Οὕτω δὲ καὶ τὸ χρ. εἰρῆσθαι τὸ ἐπιβάλλον καὶ καθῆκον κατὰ τὴν εἱμαρμένην. Dio Chrys. Or. 30, p. 304, C : Τοῦ χρεῶ ἐπιστάντος, reponendum χρεὼν, siquidem est indeclinabile, ut ostendit Wessel. ad Diodor. vol. 1, p. 65. Plutarch. infra p. 119, D : Νέοι μετέστησαν πρὸς τὸ χρ. V. Niciæ c. 14 : Τὸ χρ. τοῦ χρησμοῦ ἐνταῦθα περαίνει, Fatum oraculi. Id. V. Cic. c. 17 : Πεπληρωκέναι τὸ χρ. Philoni p. 882, D, ex cod. restituit Mang., perperam tamen χρέος, naturæ debitum, intelligens. Frequens est Pausaniæ καταλαμβάνει vel ἐπιλαμβάνει τινὰ τὸ χρ., p. 27, 132, 181, 191, 207, 284, 380, 462, 485; 508, 569, 606, 619, 659, 763, 860.» Wyttenb. ad Plut. vol. 6, p. 754.] Apud Lucian. autem τὸ χρεὼν videtur posse reddi vel Fatum, vel Mors, potius tamen Mors [Hermot. c. 6] : Οὐκ εἰδότα εἴ σε πλησίον ἤδη τοῦ ἄκρου γενόμενον, τὸ χρεὼν ἐπιστὰν καταπάσει λαβόμενον τοῦ ποδὸς, ἐξ ἀτελοῦς τῆς ἐλπίδος. At vero in hoc Plut. l., quem videtur ex Tragico quopium sumpsisse [Mor. p. 103, A] : Καὶ, νὴ Δία, Τό τοι χρεὼν οὐκ ἔστι μὴ χρεὼν ποιεῖν, generaliter pro Fato s. Fatali decreto aut lege accipi constat. Perinde enim sonant hæc verba ac si dicas, Fatum revocari non potest, Fatum est irrevocabile, s. Fatale decretum, Lex fatalis aut fatorum est irrevocabilis. Eur., cujus

fortasse sunt et illa verba, μοῖραν et τὸ χρεὼν copulavit [Hippol. 1256] : Οὐκ ἔστι μοίρας τοῦ χρεών τ' ἀπαλλαγή· quo etiam ex loco annotatur vocem χρεὼν esse indeclinabilem : quod certe et a quibusdam grammaticis annotatum fuit; sed χρεὼν cum alio articulo quam τὸ, rarissime inveniri puto. [Eur. Herc. F. 21 : Τοῦ χρ. μέτα. Plato Phædr. p. 255, A : Ἥ τε ἡλικία καὶ τὸ χρ. ἤγαγεν εἰς τὸ προέσθαι κτλ. Diodor. 15, 80 : Πελοπίδας ἀνέζευξεν ... ὑπὸ τοῦ χρ. ἀγόμενος.] Cum articulo quidem certe, quum pro Fato s. Morte ponitur, semper usurpari constat. Alioqui χρεὼν sine articulo, habens subauditum verbum ἐστὶ, variis modis redditur [apud scriptores, exceptis Epicis veteribus, quosvis, verbo εἶναι modo addito modo omisso. Sæpissime apud Tragicos, nec raro apud Comicos, qui modo χρεὼν modo χρὴ dicunt, prout metro commodum est. Sic Æsch. Prom. 774 : Τῶν σῶν τιν' αὐτῶν ἐκγόνων εἶναι χρεών. Soph. Tr. 67 : Μύθοις εἴ τι πιστεύειν χρεών· Ph. 1439 (ubi de fatali necessitate dictum) : Τοῖς ἐμοῖς Τροίαν χρεὼν τόξοις ἁλῶναι. Eur. Hec. 236 : Σοὶ μὲν εἰρῆσθαι χρεών. Aristoph. Eq. 138 : Ἦν ἄρ' ἀπολέσθαι χρ.] Interdum enim χρεὼν pro χρεών ἐστι, (quod verbum alicubi additum invenitur,) interpretari possumus Necesse est, (quæ signif. omnium maxime propria est, utpote a fati necessitate sumpta, nisi quis velit expressius, Fatale est,) vel Oportet. Aristot. De mundo [c. 6] : Χρεὼν στρωματόδεσμόν ἐστι δῆσαι, Fasciculum sarcinarum colligare necesse est. Apud Hom. autem [Od. O, 201] : Ἐμὲ δὲ χρεὼν θᾶσσον ἱκέσθαι, Me properare oportet. [Recte nunc ex codd. χρεώ. Nam χρεὼν alienum ab Homero, ut supra diximus.] Sic χρεὼν εἴη, Oporteret, Plato Timæo [p. 26, A] : Ἐνενόησα οὖν ὅτι χρεὼν εἴη με πρὸς ἐμαυτὸν πρῶτον ἱκανῶς πάντα ἀναλαβόντα λέγειν οὕτως, Quod oporteret me omnia exacte mecum memoria repetentem et recolligentem, ita dicere. [Et alibi sæpe ap. Platonem verbo εἶναι vel addito, ut Leg. 1, p. 633, A : Ἄτε αὐτὰ καλεῖν χρ. ἐστί· 9, p. 877, E : Χρ. ἔστω· vel omisso, ut ib. 2, p. 661, E : Τί οὖν τὸ μετὰ τοῦτ' εἰπεῖν ἡμᾶς χρ.; 11, p. 928, D : Μείζους (διαφοραὶ) ἢ χρεών. Raro ap. Xenoph., velut χρ. εἴη Hell. 7, 1, 28.] Interdum χρεών ἐστι, (vel potius χρεὼν, omisso verbo ἐστι,) Decet, Convenit, Fas est, Operæpretium est : quarum quidem signiff. exempla hæc in VV. LL. afferuntur. Ex Plat. Epist. 8 : Ἐννοεῖν ὑμᾶς ἀμφοτέρους χρεὼν, Vos ambos cogitare decet. Ex Eur. [Iph. A. 1033] : Σοί με δουλεύειν χρεών, Me tibi morem gerere convenit. Ex Aristoph. [Nub. 1447] : Τὴν μητέρ' ὡς τύπτειν χρεών, Fas est. Ex Herodoto [5, 49] : Οὐ χρεών ἐστι ὑμέας μάχας ἀναβάλλεσθαι πρὸς Μεσσηνίους, Non est operæ pretium vos suscipere prælia adversus Messenios. Ibid., Ὡς χρεὼν εἴη, (non allato auctoris nomine,) Ut ex re foret, Ut ex utilitate foret. Et utendo verbo Debere, ut in hoc Herodoti loco [5, 50] : Χρεὼν γάρ μιν μὴ λέγειν τὸ ἐὸν, Quum non deberet rem, ut se habebat, aperire. Ex Eod. : Χρεών ἐστι ποιεῖν ἐν ἀποκρύπτῳ τὰ αἰσχρὰ, Turpia in occulto fieri debent. [Exx. Herodoti, quæ plurima sunt, collegit Schweigh. in Indice.] Sed et illa Plat. verba, Ἐννοεῖν ὑμᾶς ἀμφοτέρους χρεὼν, non solum redduntur, Vos ambos cogitare decet, sed etiam Ambo cogitare debetis. Hoc certe constat, unum eundemque locum interdum non unam tantum harum interprr., sed multas earum admittere. [Absolute, ut supra in Herodoti l. 5, 50, Thucyd. 3, 40 : Ὑμεῖς ἂν οὐ χρ. ἄρχοιτε, Quum non oporteret, non debeatis.]

[Χρεοφείλης. V. Χρεοδοσία.]

[Χρεοφυλάκιον, τὸ, Locus ubi catalogi debitorum ærarii asservantur. Inscr. ap. Reines. Synt. Inscr. 7, 28, p. 503, sive Marm. Oxon. p. 274. Angl. Tit. Aphrodis. C. I. vol. 2, p. 537, n. 2826, 38 : Τῆς ἐπιγραφῆς ταύτης ἀντίγραφον ἀπετέθη εἰς τὸ χρ.· ad quem v. Bœckh. ibid. : « Designat Tabularium, ubi depositæ fundorum descriptiones sunt, additis oppignerationis documentis vel horum apographis, in modum eorum voluminum quæ nostratibus *codices hypothecarum* vocantur. » Voc. frequens in titulis, velut C. I. vol. 2, p. 538, n. 2827, 13; p. 539, n. 2829, 15; p. 540, n. 2832, 10; p. 541, n. 2834, 18; p. 544, n. 2840, 10; p. 546, n. 2843, 9. Ἀρχεῖον χρ. memoratur in tit. Smyrn. ibid. p. 760, n. 3282, 11. Hase.]

[Χρέω. V. Χράω.]

[Χρεώ. V. Χρειώ.]

[Χρεωδοσία. Χρεωδοτέω. Χρεωκοπέω. Χρεωκοπία. Χρεωκοπίδαι. Χρεωλυσία. Χρεωλυτέω. V. Χρεο—.]

[Χρεών. V. Χρέος.]

[Χρέως. V. Χρέος.]

Χρεωστέω, et [vitiose] Χρεωστεύω, Sum debitor, Debeo. [Schol. Æschyli Eum. 260 : Ἀνθ' ὧν ἡμῖν χρεωστεῖ. Schol. Hom. Il. Λ, 688 : Πολλοῖς οἱ Ἠλεῖοι χρέως ἐχρεώστουν. Ὀφλὼν per χρεωστῶν exp. Suidas.] Et pass. χρεωστεῖσθαι dicitur aliquid, Deberi, ut [schol. Hom. Il. Λ, 686 : Οἷς ἐχρεωστεῖτο· 698 : Τούτῳ μέγα χρέος ἐχρεωστεῖτο.] Greg. Naz. Or. εἰς τὸ ἅγιον Πάσχα dicit, Χρεωστεῖταί σοι μισθὸς τῆς δουλείας καὶ τῆς πλινθείας. Apud Eund. legimus χρεωστεῖν κόλασιν, ubi scribit, Δεινὸν γὰρ, ἀπορρίψαντας χάριν οἴκτου, χρεωστεῖν κόλασιν· quod perinde est ac si dicas Debere pœnas : cui loquendi generi respondet id, quo dicimur Persolvere pœnas. Verbi autem χρεωστεύω nullum affertur exemplum. [Improprie Theodos. in Bekk. Anecd. p. 1040, 13 : Ἐπεὶ τρία αὐτῇ (τῇ γενικῇ) ἐχρεωστεῖτο φωνήεντα. Etym. M. p. 624, 52 : Τὸ κεχρεωστημένον α τῷ τρίτῳ προσώπῳ. Et similia p. 370, 21; 381, 53; 505, 50; 565, 22. Passivum interdum ad personam refertur ita ut χρεωστοῦμαι significet, Debetur mihi. Heliod. 5, 30 : Ἃ χρεωστοῦμαι προεμβάτης τῆς ὁλκάδος γενόμενος· 7, 80 : Τὸν παῖδα χρεωστεῖσθαι τὰ σύμβολα τῆς προφητείας. Perfecti forma ἐχρεώστηταί μοι pro κεχρεώστηταί μοι ap. Joann. Mal. p. 109, 17.]

[Χρεώστημα, τὸ, Debitum. Marcus Eremita p. 36 : Ὑπεύθυνον ἑαυτὸν ἡγείσθω τῶν τοιούτων ῥημάτων, κἂν μὴ προσφάτως, ἀλλ' ἐκ παλαιοῦ χρ. Boiss. Hesych. et Phot. s. v. Ὄφλημα.]

[Χρεώστης, ὁ.] At vero Χρεώστης, ὁ, quo significatur Debitor, minime compositum est, sed tantum terminationem παραγωγικὴν habet, ut ita loquar. Est autem χρεώστης Debitor; extatque hæc vox ap. Plut. [Mor. p. 101, C; 828, C; 829, D; 830, E, et alibi] et Herodian. [5, 1, 13. Lucian. Abdic. c. 15 : Τοῦ βίου παντὸς χρ. ἐστί μοι. Ἔνοχος per χρ. exp. Hesych.] Quod si schol. Aristoph. [Nub. 240] credimus, Attici quoque τοὺς δανειστὰς appellabant χρήστας : at τοὺς ὀφειλέτας nominabant χρεωφειλέτας et χρεώστας. [Scholiastæ annotatio hæc est : Χρήστας ὁ Ἀριστοφάνης τοὺς δανειστὰς λέγει. Ἡ μὲν γὰρ συνήθεια τοὺς χρεωφειλέτας χρήστας λέγει, Ἀθηναῖοι δὲ τοὺς δανειστὰς χρήστας λέγουσι. Reliqua, τοὺς δὲ ὀφειλέτας χρεωφειλέτας καὶ χρεώστας et quæ ex Pseudo-Phocylide afferuntur usque ad finem scholii ab Musuro sunt illata ex Suidæ glossa Χρήστης.] Suidæ tamen χρεώστης est ὁ δανειστής : cujus signif. exemplum desidero.

[Χρεώστησις, εως, ἡ, Debitum. Hesych. s. v. Ὄφλησις.]

[Χρεωστικὸς, ἡ, ὸν, unde adverb. Χρεωστικῶς, Justo debito. Amphil. p. 21 ed. Combef. : Τιμήσωμεν αὐτὸν ὡς ἀληθινὸν πατέρα χρ. Kall. Debitoris modo. OEcum. In Apoc. p. 192, 19 Cramer., χρ. δοθῆναι. Anon. Vita Chrys. t. 8, p. 315, 33, ταῦτα χρ. λαλήσομεν. Hase. Eustath. p. 56, 35 : Ἀποδοῦναι ἐπὶ τῶν χρ. διδομένων.]

Χρεωφειλέτης, ὁ, Debitor. Sed sonat q. d. Debitorum s. Æris alieni debitor. [Hesych. : Χρ. ὁ τὸ χρῆμα ὀφείλων.] Est enim ex duabus ejusdem significationis vocibus compositum nomen hoc, sc. ex χρέος et ὀφειλέτης. Nam ita malo quam ex χρέος et ὀφειλὴ, cum Eustathio, quum ὀφειλέτης seorsim, i. e. extra compositionem, reperiri sciamus. Fuerit igitur χρεωφειλέτης dictum quasi χρέους ὀφειλέτης, vel χρέως (qui gen. sit a Χρέως, de quo dictum supra fuit) aut χρεῶν ὀφειλέτης. Schol. Aristoph. Atticam esse vult hanc vocem, ut et χρεώστης : quod vide. Legitur χρεωφειλέτης ap. Plut. aliquoties [Cæs. c. 5], item ap. Lucam Ev. [7, 41; 16, 5. Χρεοφειλέτης per ο ap. Hippocr. Epist. p. 1285. De qua scriptura dictum s. v. Χρεοδοσία.] ‖Χρεωφειλέτης est etiam Creditor, in hoc quidem l. Argumenti cœmœdiæ Aristoph. quæ Plutus inscribitur (Argumenti inquam, quod tertium ordine est et ultimum) : Χρεμύλος γὰρ ἀπὸ τοῦ χρέος καὶ τοῦ αἰμύλλω τὸ ἀπατῶ εἴρηται· ὁ ἀπατῶν δηλαδὴ τοὺς χρεωφει-

λέτας διὰ πενίαν. Sed eum qui ita scripsit, perperam voce ista esse usum pronuntio. Nam nomini quidem χρήστης utramque signif. dat uterque verbi χρῆσαι usus; at vox, cum qua compositum est nomen χρέως in nomine χρεωφειλέτης, quomodo posteriorem hanc signif. admittere queat? [Nihil tribuendum huic exemplo. Nam argumentum illud ab recentissimo grammatico scriptum et cum aliis hujusmodi additamentis primum editum in ed. Juntina a. 1525, nondum est in ullo codice repertum. G. Dind.]

[Χρεωφείλημα, τό.] Pollux [8, 141] habet etiam Χρεωφείλημα, quod eadem forma [qua χρεωφειλέτης] dicetur pro Debito. [Non constat unde sumserit Pollux. Antiquiores scriptores id haud dubie non magis dixerunt quam χρεωφειλέτης.]

[Χρεώψια, τὰ, in inscr. Cretica ap. Bœckh. 2554, vol. 2, p. 400, 71 : Πωλέοντα διὰ τὰ χρεώψια καὶ ὠνεόμενον, καὶ δανείζοντα καὶ δανειζόμενον· ubi Bœckh. p. 407 : « Π. διὰ τὰ χρ. quid sit nescio; Chishullus vertit, *vendentem per interpositas debiti cautiones*. Videtur publica in foro venditio significari, quam non licere peregrinis quavis in urbe constat; nec tamen vel vocis vel formulæ universæ rationem perspicio. »]

Χρὴ, impers., Opus est, Oportet. Sunt autem multæ de hujus origine controversiæ. A verbo χρῶ, inquit Etym. [M. p. 814, 48, coll. p. 128, 15], quod est secundæ conjug., fit Χρῆμι. Sed quæ ap. eum sequuntur, mendose scripta sunt. [Nihil in iis mendosi est.] Credibile est enim tale quid ab eo scriptum fuisse, quale in meo vet. Lex. habetur : sc., a χρῶ, quod est primæ conjugationis contractorum, deduci Χρῆμι, χρῆς, χρῆσι, et per apoc. χρή : quod et in compositione fit ἀπόχρη, et significat ἀρκεῖ. Apud Eust. autem [p. 752, 2] legimus non χρῆμι, sed χρῆσμι, χρῆς, χρῆσι : unde per apóc. factum sit χρή. Idem multa disserit de hujus impersonalis accentu : unde sc. fiat ut oxytone scribatur, non circumflexe : aitque nonnullos ideo existimasse a χρήζω deduci. Quin etiam quosdam in ea sententia fuisse tradit, ut χρὴ adverbium esse putarent. [Χρὴ et δεῖ a grammaticis plurimis pro adverbiis habita esse refert Apollon. De adv. p. 538, qui hanc opinionem copiose refutat. Χρὴ et ἀπόχρη inter adverbia adeo qualia sint ἄχρι et μέχρι ponit gramm. in Bekk. Anecd. p. 1120.] Sed eum de his simulque Etym. legendum tibi relinquo : et ad exempla usus verbi χρὴ venio : et illius quidem prius quo ponitur pro Opus est : ea signif., qua dicitur Opus est mihi ista re. Hoc enim ap. Hom. significat, non tantum Oportet, quum in soluta oratione hunc posteriorem usum duntaxat obtineat. Est igitur ap. Hom. χρή σε genitivo sequente, i. q. χρειώ σε ap. Eund.: sub ἐστί. Od. Γ, [14] : Τηλέμαχ', οὐ μέν σε χρὴ ἔτ' αἰδοῦς οὐδ' ἠβαιὸν, Non tibi opus est verecundia, ubi Eust. [p. 1455, 4] ait esse antiptosin ἀρχαϊκὴν, illi familiarem, pro οὐ χρεία σοι αἰδοῦς. Sic [Il. H, 109], Οὐδέ τι σε χρὴ Ταύτης ἀφροσύνης. Item, Ὅττεό σε χρὴ, Od. A, [124, et X, 377. Et τέο σε χρὴ Δ, 463. Ib. Φ, 110 : Τί με χρὴ μητέρος αἴνου. Attici hac structura nusquam usi sunt. Nam Euripidi Orest. 667, quem testem affert Thom. M. p. 919, pro τί χρὴ φίλων, recte Porson. ex Aristotele et Plutarcho τί δεῖ restituit, quod ipsum in codice uno recenti invenitur. Apud Aristoph. Av. 1419 veterum codd. scriptura : Ἀλλ' ὅτου χρὴ δεῖ λέγειν meliorum cessit librorum lectioni ἀλλ' ὅτου δεῖ χρὴ λέγειν.]

‖ Χρὴ, sequente infin., Oportet, [accusativo personæ modo addito modo omisso. Etiam cum dativo construi credidit Thom. M. p. 918 : Χρή με ποιῆσαι πάντοτε λέγε, οὐ χρή μοι, εἰ καὶ Σοφοκλῆς ἅπαξ. Videtur ad versum Antigonæ respicere 736 : Ἄλλῳ γὰρ ἢ 'μοὶ χρή γε τῆσδ' ἄρχειν χθονός; male intellectum. Nam ἐμοὶ non cum χρὴ construendum, sed cum ἄρχειν, significans *commodo meo* (ut in Aj. 1367 dictum est, Τῷ γάρ με μᾶλλον εἰκὸς ἢ 'μαυτῷ πονεῖν;) et γε in με mutandum cum Dobræo. In loco Luciani quem Oudend. ad Th. M. attulit Hermot. c. 58 : Χρὴ γὰρ οἶμαί σοι τῷ πρώτῳ χρηστῷ καὶ ἀξίῳ ἐντυχόντι ἀποφέρεσθαι, recte correctum est ἀπέχρη. Nec Lysiam verisimile est uno in loco dativum posuisse p. 180, 22 : Τοῖς ἄρχουσι τοῖς ὑμετέροις ἐπιδείξετε πότερον χρὴ δικαίοις εἶναι ἢ ὡς πλεῖστα ... ὑφελομένοις ... τὴν σωτηρίαν παρασκευάζεσθαι· ubi δικαίοις et ὑφελομένοις pro δικαίους et ὑφελομένους ab librario positum videtur præcedentibus dativis inducto, nisi quis χρὴ ex πρέπει corruptum credere malit. Nihilo certius est quod in Excerptis Dionis Cassii p. 224 ed. Mai. legitur : Λέγων μὴ χρῆναι τοῖς βαρβάροις εἰδέναι τὰ μεταξὺ Ῥωμαίων κινούμενα. Speciosius est exemplum Eurip. Ion. 1317 : Οὐδὲ γὰρ ψαύειν καλὸν θεῶν πονηρὰν χεῖρα, τοῖσι δ' ἐνδίκοις ἱερὰ καθίζειν ... ἐχρῆν· ubi τοὺς δέ γ' ἐνδίκους correxit Dobræus. Non rectius χρεὼν ἐμοὶ Iph. Aul. 1385 illatum in ed. Ald. : Οὐδέ τοι λίαν γ' ἐμοὶ φιλοψυχεῖν χρεών, ubi codd. ἐμέ, unde Elmsl. restituit οὐδέ τοί τι λίαν ἐμὲ φ. χρ. Relinquenda vero hæc structura Byzantinis, velut Nicephoræ Greg. 20, 5, p. 612, E : Χρὴ πᾶσιν ἐπίσης φροντίζειν ὑπὲρ σφῶν αὐτῶν· 25, 29, p. 54, 9 : Ἀμοιβὰς οἵας σοι ὑπὲρ εὐσεβείας φέρειν ἐχρῆν· et ib. : Οὔτε γάρ οἱ διώκτῃ γενέσθαι τῆς εὐσεβείας ἐχρῆν. Qui scriptor etiam δεῖ vel δεήσει μοι pro με dixit. G. Dind.] Possumus autem et in hac signif. interpretari Opus est, nonnullis ll., dando sc. his verbis Opus est, eam signif. quam infinitivo itidem juncta obtinent. A Cic. quidem certe Oportet et Opus est, sequente infin., copulari alicubi videmus. Incipiam autem et hic ab exemplis Homericis : habemus ergo Il. A, [217] : Χρὴ μὲν σφωΐτερόν γε, θεὰ, ἔπος εἰρύσασθαι, Καὶ μάλα περ θυμῷ κεχολωμένον. Et [I, 309] : Χρὴ μὲν δὴ τὸν μῦθον ἀπηλεγέως ἀποειπεῖν, pro δεῖ et πρέπει, inquit Eust., qui in illo altero l. exp. δέον ἐστί. Quin etiam quum hic fateatur esse verbum, illic ex veterum quorundam sententia adverbium esse tradit. Ejus enim verba hæc sunt : Ἰστέον δὲ ὅτι τὸ χρὴ, ὀξυνόμενον μὲν, ἐπίῤῥημα, δηλοῖ, κατὰ τοὺς παλαιοὺς, τὸ, δέον ἐστί· περισπώμενον δὲ, ῥηματικόν ἐστιν ἀπὸ τοῦ χρῶμαι· vel ponitur, inquit, ἐπὶ μαντείας : ut, Χρῆ μοι τοιαῦθ' ὁ Φοῖβος. Tunc autem fuerit a χράω : ponendo χρῆ pro χρᾷ. Meminit vero et alibi ejusdem rei : sc. χρὴ habitum fuisse pro adverbio. Equidem Etym. [M. p. 814, 50] adverbium esse tradens, illum ipsum Hom. locum affert; sed quomodo rationi consentaneum esse hoc possit, aliis judicandum relinquo. [Indicativi χρὴ, Oportet, infinitivo vel addito vel intellecto exempla plurima sunt apud Homerum et alios poetas prosæque orationis scriptores quosvis, excepto Herodoto, cui χρεὼν potius vel χρεών ἐστι dicere placuit.] In soluta oratione hunc duntaxat posteriorem usum habet, uti dixi : i. significans q. δεῖ : sic tamen ut reddatur non solum Oportet, sed interdum, potius Decet, Par est. [Hesych. : Χρή· δεῖ, πρέπει, καθήκει. Nam quod addit χρησμῳδεῖ spectat ad χρῇ, quæ est tertia persona verbi χράω. Corrupte ap. eund. : Χρεῖ· δεῖ, quod vel χρή· δεῖ vel χρῇ· δέῃ est.] Jungitur autem hoc verbum non solum præsenti infinitivi, sed et aliis temporibus, ut ex iis quæ subjungam exemplis patebit. Thuc. 1, [139] : Καὶ ὡς χρὴ πολεμεῖν, καὶ ὡς μὴ ἐμπόδιον εἶναι τὸ ψήφισμα εἰρήνης, ἀλλὰ καθελεῖν. Sic χρὴ ποιεῖν ap. Plat. Sed et cum præs. pass. ap. Eundem, Σκοπεῖσθαι χρή. At cum aor. Aristoph. [Nub. 143] : Νομίσαι δέ σε ταῦτα χρὴ μυστήρια. Dem. Pro cor. : Εἴτε χρὴ κακίαν, εἴτε ἄγνοιαν, εἴτε καὶ ἀμφότερα ταῦτ' εἰπεῖν. Æschin. [p. 68, 42] : Μαντείαν ἐμαντεύσαντο παρὰ τῷ θεῷ, τίνι χρὴ τιμωρίᾳ τοὺς ἀνθρώπους τούτους μετελθεῖν. Ex Eur. autem [Hippol. 41] affertur χρὴ πεσεῖν pro Oportet incidisse. Ex Hermog. cum præterito : Χρὴ ἐσκέφθαι. Quum autem jungitur cum μεμνῆσθαι, vel εἰδέναι, scimus hæc præterita præsentium significationem habere; ideoque perinde est ac si præsentibus junctum esset. Sed quum dicitur εἰδέναι χρὴ, vel εὖ χρὴ εἰδέναι, est præterea observandus quidam peculiaris cum hoc infinitivo usus : perinde est enim ac si diceremus Latine, Sic habeto, Gallice eodem modo, *Il vous fault sçavoir*. Sæpe numero autem relinquitur subaudiendus infin. Thuc. 2, [89] : Οὔτε γὰρ ἂν ἐπιπλεύσειέ τις ὡς χρὴ ἐς ἐμβολήν· hic enim post χρὴ subaudiendus relinquitur infin. ἐπιπλεῖν, ex ἐπιπλεύσειε sumendus. Idem certe et in Latino sermone usuvenit, cum Oportet, et Decet. At vero ὧν χρὴ, quod ex Plut. affertur, Τὴν κτῆσιν ὧν χρὴ προϊέμενος, pro Possessionem rerum necessariarum, plane di-

verso modo dictum fuerit. [Conjunctivum χρῇ, cujus rarior usus est, quum plerumque δέῃ dicatur, sic scriptum memorat Suidas s. v. Χρὴ allato Eupolidis versu quem vide infra. Sophocli Phil. 999 restituit Brunck.: Οὐδ' ἂν χρῇ με πᾶν παθεῖν κακόν, ubi libri omnes χρὴ, ut ap. Eurip. Alc. 49: Κτείνειν ὃν ἂν χρή, pro χρῇ. Neque optativi χρείη frequentia exx. sunt, qui vix usquam recte scriptus in codd. est, sed constanter in χρεῖ' ἦ, χρεί' ἦ, χρὴ ἦ, vel similiter, corruptus, ut ap. Æsch. Prom. 213: Ὡς οὐ κατ' ἰσχὺν ... χρείη, δόλῳ δὲ τοὺς ὑπερσχόντας κρατεῖν, et ap. Soph. OEd. T. 555, 791, OEd. Col. 268, Ant. 884, Tr. 162, 166. Plat. Rep. 3, p. 394, D. Mœris p. 415: Χρεών χρείη χρῆναι χρήσθων πάντα Ἀττικοί· ubi mire infertur χρήσθων.]

‖ Præt. imperf. Ἐχρῆν et Χρῆν, Oportebat, Decebat. [Hesych.: Ἐχρῆν· ἔδει, ἔπρεπεν. Pind. Nem. 7, 65: Ἐχρῆν δέ τιν' ἔνδον ... ἔμμεναι. Soph. fragm. 94: Οὐ χρῆν τάδ' οὕτω δαίμονας θνητῶν πέρι πράσσειν· ἐχρῆν γὰρ τοὺς μὲν κτλ. Inter utramque formam libri variare solent in locis poetarum ubi σ' ἐχρῆν vel σε χρῆν, et quæ sunt similia, leguntur, multoque major codicum inconstantia in prosæ orationis scriptoribus est, ita tamen ut χρῆν longe frequentius sit quam ἐχρῆν. Nec dubitandum quin forma monosyllaba etiam ab scriptoribus ipsis alteri sit prælata, quod poetarum usus docet, quorum loci plurimi χρῆν, perpauci ἐχρῆν postulant.] Verum ut ἦν pro ἐστὶ, et προσῆκεν pro προσήκει, atque adeo ἔδει pro δεῖ, sic ἐχρῆν vel χρῆν pro χρὴ poni interdum, annotat Bud. Hunc autem usum ap. Aristoph. præsertim habet: ex quo affert [Pl. 487]: Ἀλλ' ἤδη χρῆν λέγειν τι ὑμᾶς σοφὸν ᾧ νικήσετε τηνδί· et [432]: Ἀλλ' ἥτις εἶ λέγειν ἐχρῆν αὐτίκα μάλα. Ἢ σφὼ ποιήσω, κτλ. Ib. [624]: Τὰ στρώματ' ἐκφέρειν ἐχρῆν· et [967]: Ἀλλ' ὅτι μάλιστ' ἐλήλυθας λέγειν ἐχρῆν. Illud autem alterum præt. χρῆν apud Eundem legitur, nec non apud solutæ orationis scriptores. Ut enim ex illo affertur [Nub. 1359]: Εὐθὺς χρῆν σ' ἄρα τύπτεσθαι, ita e Xenoph. [Mem. 1, 2, 17]: Χρῆν τὸν Σωκράτην τὰ πολιτικὰ διδάσκειν. Sed et hoc sciendum est, ἐχρῆν, s. χρῆν, interdum poni pro Fatale erat. At de χρῆν pro χρῆναι dicam mox.

‖ Fut. Χρήσει, Oportebit, ut, Εἰ χρήσει παρεῖναί τινα, An oportebit aliquem adesse. [Futuri χρήσει, Oportebit, pro quo δεήσει dici solet, exx. desiderantur. HSt. quod attulit exemplum haud dubie sumtum ex Herodoto 7, 8, 14: Προθύμως πάντα τινὰ ὑμέων χρήσει παρεῖναι· quod Herodotus, si futuro uti voluisset, δεήσει dicturus erat. Veram scripturam, ut alibi non raro, servavit codex Cantabrig. χρὴ συμπαρεῖναι, cui posthabendum δεῖ παρεῖναι, quod apud Dionys. Hal. legitur vol. 6, p. 1086, qui reliqua quoque minus accurate scripta attulit, προθύμως ὑμᾶς ἅπαντας δεῖ παρεῖναι. Apud Platonem quod legitur Leg. 7, p. 809, B: Τὰ δὲ ἐν γράμμασι μὲν ὄντα, ἄνευ δὲ μέτρων, ποῖα καὶ τίνα μεταχειρίζεσθαι χρήσει τρόπον τοὺς ὑπὸ σοῦ τρεφομένους οὐκ εἰρήκαμεν, tanto magis suspectum est quod codd. tantum non omnes χρήσοι præbent, unde χρὴ scribendum, deleto σοι. Mirum quoddam futurum χρῆ 'σται finxerunt grammatici, quo usus esse videbatur Sophocl. OEdip. Col. 504: Χρῆσταί μ' ἐφευρεῖν. Sic cod. Laur.; alii χρῆ 'σται. Scholiasta, Χρῆσται μ' ἐφευρεῖν: χρείη ἔσται· κατὰ συναλιφὴν χρῆσται ἀντὶ τοῦ χρείη ἔσται. Δηλοῦται δὲ ταυτὸν τῷ δεήσει, καὶ ἐν Τριπτολέμῳ, Χρῆσαι δέ σ' ἐνθένδ' αὖτις .... Quæ duobus sunt augenda exemplis Comicorum ab Suida servatis, qui s. v. Χρὴ ita scribit: Χρὴ, ὀξυτόνως, ἤγουν δεῖ· χρῇ δὲ περισπωμένως τὸ ὑποτακτικόν. Σημαίνει δὲ τὸ δέῃ. Εὔπολις Αἰξὶν «Ἐγὼ τελῶ τὸν μισθὸν ὄντιν' ἄν (με addit Valck.) χρῇ.» Χρῆν δὲ σὺν τῷ ν καὶ περισπωμένως τὸ παρελήλυθος, τὸ ἔδει. Λέγουσι δέ ποτε καὶ χρῆσθαι ἀντὶ τοῦ δεῖ. Φερεκράτης Λήροις «Τὸ δ' ὄνομά μοι κάτειπε τί σε χρῆσθαι καλεῖν.» Ἀριστοφάνης Λημνίαις «Ἦ καρδιώττεις; ἀλλὰ πῶς χρῆσθαι ποιεῖν;» Hæc qui scripsit grammaticus vocabulum illud quocunque modo formatum cum verbo χρὴ conjunctum cogitasse, nihil vero de synalœpha ista ex χρεία ἔσται compertum habuisse videtur, quam ego inane esse arbitror grammatici cujuspiam inventum, duabus de caussis improbabile. Neque enim intelligitur quomodo χρεία in χρῆ contrahi potuerit, nisi aliam quandam formam, cujus nullum usquam vestigium exstat, fingere velis χρέα, quemadmodum νέα πλέα Ῥέα in νῆ πλῆ Ῥῆ esse contracta ex Herodiani libro Περὶ μονήρους λέξεως p. 7, 5 didicimus. Deinde non solum Sophoclis locus, sed magis etiam Comicorum illi versus ita sunt comparati ut parum aptus videatur vocabuli χρεία usus. Nam nomen hominis exquirentes Græci non τί σε ὄνομα καλεῖν χρεία ἐστὶ dicere solent, sed χρὴ vel χρεών ἐστι, velut ap. Eur. Ion. 258: Τίς δ' εἶ; πόθεν γῆς ἦλθες; ἐκ ποίας πάτρας πέφυκας; ὄνομα τί σε καλεῖν ἡμᾶς χρεών; Itaque sic potius statuendum videtur, Græcos quemadmodum χρεών ἐστι dixerunt, sic etiam tertia persona verbi usos χρὴ 'σται pro δεήσει et χρή 'στιν pro δεῖ dixisse. Neque enim quidquam caussæ esse video cur a præsenti tempore hunc usum verbi exclusum esse velimus, estque id ipsum si non Sophocli, certe Pherecrati et Aristophani restituendum: unde consequens est ut Suidæ verba sic refingantur, λέγουσι δέ ποτε καὶ χρή 'στι ἀντὶ τοῦ δεῖ, nisi quod nunc legitur non librarii, sed ipsius Suidæ error sit. Exemplis autem ab grammaticis allatis addendus Phrynichi versus ap. Polluc. 10, 86: Κἂν ὀξυβάφῳ χρῆσθαι (χρεῖσθαι codex Palat.) τρεῖς χοίνικας ἢ δύ' ἀλεύρων, ubi Meinek. correxit κἂν ὀξυβάφῳ χρῆσται μάττειν τρεῖς κτλ., quod ex nostra ratione χρὴ 'σται scribendum. Præsentis exemplum fortasse latet ap. Aristoph. Eq. 1230, ubi libri violato metro: Ἐπεί μοι χρησμός ἐστι Πυθικὸς | φράζων ὑφ' οὗ δεήσει μ' ἡττᾶσθαι μόνου, quod a poeta dici potuit φράζων ὑφ' οὗ με χρή 'στιν ἡττᾶσθαι μόνου, ut Æschylus dixit Prom. 995, φράσαι | πρὸς οὗ χρεών νιν ἐκπεσεῖν τυραννίδος. Hæc scripseram in Annotationibus ad Sophoclem a. 1836 editis, post quæ alii alia conjecerunt, velut Nauckius in Observatt. criticis de de Tragicorum fragmentis (Berol. a. 1855) p. 23, qui præeunte Ahrensio (*Griech. Formenlehre* p. 245) χρὴ substantivum esse opinatur, ex quo cum ᾖ, εἴη, εἶναι, ἦν, ἔσται composito formas prodire χρῇ, χρείη, χρῆναι, quod rectius χρῆναι cum iota subscripto scribi, χρῆν (cujus origine non intellecta Græcos etiam ἐχρῆν dixisse), χρῆσται, et participium χρεὼν ex χρὴ ὂν ortum. G. Dind.]

‖ Infin. Χρῆναι, Oportere. [Aristoph. Eccl. 210: Ταῖς γὰρ γυναιξί φημι χρῆναι τὴν πόλιν ἡμᾶς παραδοῦναι. Thucyd. 8, 78: Οὔκουν ἔφασαν χρῆναι μέλλειν ἔτι. Plato Gorg. p. 458, B, Symp. p. 214, E. Xenoph. Rep. Ath. 3, 6.] Sed et Χρῆν pro χρῆναι dixisse Eur., testatur Lascaris. [Thom. M. p. 920: Χρῆν καὶ ἐπὶ ἀπαρεμφάτου ἀντὶ τοῦ πρέπειν. Εὐριπίδης ἐν Ἑκάβῃ (260), Πότερα τὸ χρῆν (codices Euripidis partim sic partim χρήν vel χρή) σφ' ἐπήγαγ' ἀνθρωποσφαγεῖν; Χρῶνται δὲ τούτῳ ποιηταὶ, λογογράφοι δὲ τῷ χρῆναι ἀεί. Τὸ χρῆν pro τὸ χρῆναι dictum ex Sophocle, quem memoriæ errore nominare videtur, et Euripide memorat Eustath. p. 751, 54; 1647, 37, legitur apud Euripidem etiam in Herc. F. 828: Τὸ χρῆν νιν ἐξέσωζεν, ubi codex, quo uno utimur, χρὴ, quod corrector apographi Parisini in χρῆν mutavit, adscripto γρ. τὸ χρῆν, ὃ ταυτὸν μέν ἐστι τῷ χρεὼν, συγκέκοπται δὲ ἐκ τοῦ χρῆναι. Musgravius τὸ χρεὼν, quod illic ab Euripide non magis scriptum videtur quam Iph. T. 1486: Αἰνῶ· τὸ γὰρ χρεὼν σοῦ τε καὶ θεῶν κρατεῖ. Quem versum interpolatori recte tribuere videtur Nauckius, qui in Hecubæ et Herculis versibus τὸ χρὴ probat. G. Dindorf.]

[Χρήϑανα· τὸ ὅπλα τοῦ ἱστοῦ, gl. obscura Hesychii.]

Χρήζω his subjungendum est, quod quum ex χρὴ factum videri queat, Eustath. contra ex χρήζω per apoc. factum esse χρὴ, quosdam existimasse ait. [Vera hujus verbi scriptura, locis ab HSt. allatis aliisque vel pridem restituta vel restituenda, est Χρήζω, quam Epici et Iones in tres syllabas, χρηΐζω, diduxerunt: de quo HSt. infra dixit. Ceterum librarii multo rarius omittendo iota in hoc verbo peccarunt quam diæresi χρηΐζω etiam iis scriptoribus inferenda a quibus aliena est, eodem errore quo κληΐζειν, ληΐζειν pro κλήζειν, λήζειν, et alia omnia hujusmodi vocabula diduxerunt. Vanum quoddam inter χρήζω et χρήζω discrimen excogitarunt grammatici quidam quorum

opinionem exponit Etym. M. p. 815, 4 : Χρήζω, ἡνίκα σημαίνει τὸ δέομαι, ἔχει τὸ ι προσγεγραμμένον· ἀπὸ γὰρ τοῦ χρέος γίνεται χρείζω· καὶ τροπῇ τοῦ ε εἰς η, χρηΐζω. (Hom. Il. Λ, 834) « Χρηΐζοντα καὶ αὐτὸν ἀμύμονος ἰητῆρος· » καὶ κατὰ συναίρεσιν, χρήζω· εἰς τὸ κλήζω. Ὅτε δὲ σημαίνει τὸ χρησμῳδῶ, ἔστιν ἄνευ τοῦ ι, καίπερ τῆς ἐτυμολογίας ἀπαιτούσης σὺν τῷ ι γράφεσθαι· παρὰ γὰρ τὴν χρείαν ἐστί· τοῖς γὰρ χρείαν ἔχουσι τἀληθῆ μαθεῖν χρησμῳδεῖ ὁ θεός· ἀλλὰ πρὸς ἀντιδιαστολὴν τοῦ σημαίνοντος τὸ δέομαι, οὐκ ἔχει τὸ ι. Quæ eo concidunt quod χρήζω oraculum consulendi significatione ab nemine dictum est : nam aoristus χρῆσαι, ex quo præsens illud χρήζω finxisse videntur grammatici, non ab hac forma, sed ab χράω erat derivandus, cujus frequens usus est, ut s. h. v. ostendimus. Præsentis χρήζω forma Dorica est Χρήσδω ap. Theocr. 8, 11 ; 15, 28 ; χρήδδω ap. Aristoph. Ach. 734, in ore Megarensis : Πότερα πεπρᾶσθαι χρήδδετε. Attici, quorum alii hoc verbo sæpius, alii raro, alii, ut Plato, nusquam usi sunt, præsens solum et imperfectum usurparunt. Futuri χρήσω et aoristi ἔχρησα, vel sic scripti vel cum diæresi, χρηΐσω et ἐχρήϊσα, exempla apud Herodotum tantum et Hippocratem reperiuntur. Futurum etiam Timæo Locr. p. 99, A, est restitutum : Τὸ συνδεόμενον δύο χρήσει· ubi alii libri χρήζει.] Quum autem non unam signif. habeat verbum χρήζω, in ea qua ponitur pro Egeo s. Indigeo, præcedentium vocabulorum signif. sequitur ; ideoque primum ei locum tribuendum esse censeo. [Usitatissima verbi structura cum genitivo est vel rei vel personæ : cujus exx. Homerica et Hesiodea infra afferentur ubi HSt. de forma trisyllaba χρηΐζω dixit. Herodot. 5, 30 : Τοῦτον δοκέω ποιήσειν τῶν ἂν χρηΐζωμεν. Æsch. Prom. 374 : Οὐδ' ἐμοῦ διδασκάλου χρήζεις. Soph. OEd. T. 597 : Οἱ σέθεν χρήζοντες αἰκάλλουσί με· 933 : Ὅτου χρήζων ἀφῖξαι. Cujusmodi in locis nihil interest utrum indigendi an desiderandi cupiendive sensu accipiatur. Alterum aptius est OEd. C. 1211 : Ὅστις τοῦ πλέονος μέρους χρήζει τοῦ μετρίου παρείς· et Dionys. A. R. 6, 61 : Δήμῳ ἀγνώμονι ἀδίκων ἔργων καὶ ἀθεμίτων χρήζοντι· 8, 10 : Χρήζετε ἀδίκων καὶ ἀδυνάτων. Xenoph. Cyrop. 4, 5, 22 : Πλέον προανύτειν ὧν χρήζομεν· ubi ὧν et pro ἢ ἃ et pro ἢ ὧν dictum esse potest.] Χρήζω igitur ponitur pro Egeo, Indigeo, cum alibi tum ap. Plutarch. : Οὐδὲν ἀνδρείας χρήζομεν. Item, Οὐδὲ χρήζων βοηθείας. Item, Εἰ δὲ χρήζοι τις αὐτοῦ παρόντος. Et in isto Herodiani [4, 11, 10] : Φαρέτρας δὲ καὶ τόξα οὐκ εἶχον· τί γὰρ ἔχρηζον αὐτῶν πρὸς γάμους ; Nec non in isto Dioscoridis, Οἱ δὲ Αἰγύπτιοι, διὰ τὸ δαψιλῶς χρήζειν αὐτοῦ, ἑτέρως σκευάζουσι· χρήζουσι δὲ οἱ τοιοῦτοι οἶνοι πλειόνων ἐτῶν. Quibus ll. addere possumus et hunc Greg. Naz. : Ἐπειδὴ καὶ αὐτὸς χρήζω φιλανθρωπίας. Item hunc Ejusdem : Μὴ κρῖνε τοὺς κριτὰς ὁ χρήζων τῆς ἰατρείας. In hoc certe loco Diogenis L. idem omnino cum δεῖσθαι significare videtur : Θεῶν μὲν ἴδιον εἶναι, μηδενὸς δεῖσθαι· τῶν δὲ θεοῖς ὁμοίων, τὸ ὀλίγων χρήζειν. Ubi tamen possit fortassis exponi Pauca desiderare : ut hoc verbo Desiderare reddendum censuit Bud. verbum χρήζειν in isto Soph. l. Aj. [474] : Αἰσχρὸν γὰρ ἄνδρα τοῦ μακροῦ χρήζειν βίου Ὅστις κακοῖσιν οὐδὲν ἐξαλλάσσεται. Sed redditur χρήζω et verbo Volo (junctum infinitivo, vel expresso, vel subaudiendo) : atque adeo idem hujus signif. exemplum hoc affert ex Plutarcho : Ἴτω δ' οὖν ὅπη χρήζοι. Item, Ἔφη δὲ αὐτοὺς ἀποπλεῖν ὅπη χρήζοιεν. Sic e Xenoph. [Cyrop. 1, 6, 15] affertur χρήζω ὑγιαίνειν pro Volo bene valere. [Herodot. 1, 41 : Φύλακα παιδός σε τοῦ ἐμοῦ χρηΐζω γενέσθαι· 152 : Ἔλεγε πολλὰ τιμωρέειν αὐτοῖσι χρηΐζων. Æsch. Prom. 233 : Ἀϊστώσας γένος τὸ πᾶν ἔχρηζεν ἄλλο φιτῦσαι νέον· 740 : Θνητῇ θεὸς χρήζων μιγῆναι. Nec raro ap. Soph. et Eurip. et prosæ orationis scriptores plurimos, velut Thucyd. 3, 109 : Διαβαλεῖν ἐς τοὺς ἐκείνῃ χρήζων Ἕλληνας, Xenophontem, Plutarchum, Lucianum, Dionem Cassium. Alii tamen hoc verbo consulto videntur abstinuisse, quod supra de Platone dicebam : neque ex oratoribus et Polybio exx. allata sunt.] Apud Aristoph. quoque legitur Nub. [452] : Δρώντων ἀτεχνῶς ὅ, τι χρήζουσι. Ejusdemque est [360], Φράζε πρὸς ἡμᾶς ὅ,τι χρήζεις. Ex quibus ll. prior ille aperte subaudiendum relinquit infin. δρᾶν : ut sit, δρώντων ὅ,τι χρήζουσι δρᾶν : at de posteriore aliqua fortassis controversia esse queat. Sic certe ap. Soph. subaudiendus infin. relinquitur, OEd. T. p. 167 meæ ed. [372] : Εἶπω τι δῆτα κἄλλ', ἵν' ὀργίζῃ πλέον ; Quibus Tiresiæ verbis OEdipus ita respondet, Ὅσον γε χρήζεις· ὡς μάτην εἰρήσεται. Perinde enim est ac si diceretur, ὅσον γε χρήζεις εἰπεῖν. At in hoc versu ejusdem tragœdiæ p. 178 [630] : Τί δῆτα χρήζεις ; ἢ με γῆς ἔξω βαλεῖν ; infin. habemus in ipsius versus fine, qui tamen non commode cum illo priore χρήζεις jungi videatur, sed potius cum posteriore jungendus esse, quem subaudiendum reliquerit : perinde ac si dictum esset, τί δῆτα χρήζεις ποιεῖν ; ἢ με γῆς ἔξω χρήζεις βαλεῖν ; Quod autem de hoc versu dixerimus, idem et de isto dicendum fuerit, OEd. C. p. 293 init. [636] : Τί δῆτα χρήζεις ; ἐς δόμους στείχειν ἐμούς. In VV. LL. affertur ex Herodoto [5, 65], cum infin. simul et gen., χρῆσαι [χρηΐσαι] σφέων βοηθέειν, pro Ab eis rogare auxilia. [Ib. c. 19 : Ἐγώ σευ χρηΐζω μηδὲν νεοχμῶσαι· 9, 55 : Ἐχρήϊζε τῶν Ἀθηναίων προσχωρῆσαι. Cum genitivo rei et personæ, sed sine infinitivo, 7, 53 : Τῶν δ' ἐγὼ ὑμέων χρηΐζων συνέλεξα (ὑμᾶς). Addito παρὰ ap. Ps.-Herodot. V. Hom. c. 17 : Ἔχρηζε παρὰ τῶν ναυτέων δέξασθαι αὐτὸν σύμπλουν· ubi ab librario additum videtur, quum paullo post c. 18 usitata structura legatur : Ἔχρηζε τῶν ναυτέων τινὰ ἡγήσασθαι αὐτῷ.] Ibid. cum solo gen. (quam construct. habuisti supra), ex Plutarchi Lycurgo : Χρήζων εὐνομίας, Eflagitans præclaram legum institutionem. At vero ex Eur. cum accus. [Suppl. 123] : Ὅσια χρήζω, Justa peto. [Æsch. Prom. 928 : Ἃ χρήζεις, ταῦτ' ἐπιγλωσσᾷ Διός. Soph. OEd. T. 595 : Ὥστ' ἄλλα χρήζειν ἢ τὰ σὺν κέρδει καλά.] (Apud Hesych. ἔχρηζεν est ἐδεῖτο et ἱκέτευεν. Quod si χρήζειν Rogare etiam significet, utramque verbi δέομαι signif. obtinebit.) In Iisdem affertur χρῆσαι, pro Mutuo dare, Mutuare, Commodare, ut Herodot. [3, 58] : Δέκα τάλαντά σφι χρῆσαι ἐδέοντο. (Cui l. subjungunt hunc, Χρήσαις ἄν τι τεῦ βουλοίμην τυχεῖν ; sed hic reddunt verbo Indulgere : hoc modo, Indulgebisne quiddam quod impetrare cupio ?) Ex Plutarcho quoque, Ἔχρησαν πάντα θεοὶ ἡμῖν, Omnia nobis Dii mutuo dedere. Quin etiam ex Luca [11, 5] : Χρῆσόν μοι ἄρτους. Sed nulli hujusmodi loci quidquam prodesse queunt, meo quidem judicio, ad probandum verbum χρήζω hanc quoque signif. habere. Quum enim sciamus verbo Χρᾶν id significari, et ab eo itidem esse aor. 1 Ἔχρησα, quale hoc fuerit, aor. hunc una eademque signif. positum, non ab uno eodemque themate, sed modo a verbo Χρᾶν, modo a Χρήζειν deducere ? Sed minime novum est in VV. LL. falsa themata nonnullis verbis dari. [Recte judicat omnia aoristi χρῆσαι exempla, ubi Mutuo dare significat, ad verbum χράω esse referenda, quod v.]

‖ Χρήζω ap. Athen. invenio in signif. quam vix apud alium reperiri puto : cujus certe nusquam mentionem factam invenio. Ponitur enim pro Oraculum edo, Oraculo edo, Oraculo respondeo. Locus est 8, [p. 361, D] ex Creophylo quodam : Οἱ τὴν Ἔφεσον κτίζοντες, καὶ πολλὰ ταλαιπωρηθέντες ἀπορίᾳ τόπου, τοτελευταῖον πέμψαντες εἰς θεοῦ, ἠρώτων ὅπου τὸ πόλισμα θῶνται· ὁ δὲ αὐτοῖς ἔχρηζεν, ἐνταῦθα οἰκίζειν πόλιν ᾗ ἂν ἰχθὺς δείξῃ καὶ ὗς ἄγριος ἀφηγήσηται. Hunc certe l. sequendo, verbo χρήζειν illam quoque verbi χρᾶν signif. inesse dicemus, in qua velut correlativum habet χρῆσθαι, i. e. Oraculo uti, Oraculum consulere, ut antea dictum fuit. Sed quum verbum χρᾶν passim ita positum reperiatur, contra verbum χρήζειν (uti dixi), nusquam alibi ita usurpatum invenio : unde suspectus fortassis alicui fuerit ille locus. [Recte HSt. de hac quoque significatione dubitat. Loco Athenæi ἔχρηζεν temere illatum est in apographis quibusdam et ed. Ald. Recta scriptura ἔχρησεν est in cod. Veneto. Ap. Æsch. Choeph. 340 et Soph. OEd. Col. 1426, χρήζει pro χρησμῳδεῖ male acceptum est ab scholiastis, neque Æsch. Choeph. 815, χρηΐζων, quod ibi vitiose legitur, hoc sensu dixit, quæ quorundam opinio fuit. Ita igitur unum relinquitur exemplum Eurip. Hel. 523 : Ἥκουσα τᾶς θεσπιῳδοῦ κόρας ἃ χρήζουσ' ἐφάνην τυράννοις δόμοις ὡς Μενέλαος etc., ubi editores χρήζουσ'

ἐφάνη correxerunt, quod χρήσασ' scribendum erit, quo aoristo sæpe usus est Euripides, nisi quis hunc poetam forma verbi usum esse credere velit nunc certe aliunde non cognita. Nam quod Etym. M. p. 815, 8, χρήζω, quod χρησμῳδῶ significet, sine iota scribendum esse præcipit, ut ab verbo χρῄζω, Indigeo, distinguatur, non magni momenti est, quum præsens illud χρήζω a grammaticis ex aoristo χρῆσαι fictum esse possit. Alio modo erratum ab schol. Soph. OEd. Col. 1712 : Μὴ γᾶς ἐπὶ ξένας θανεῖν ἔχρῃζες, qui ἔχρῃζες ἀντὶ τοῦ μὴ ὤφελες dictum accepit, quæ interpretatio tanto ineptior est quod ἔχρῃζε paullo ante (v. 1715) in eodem verborum complexu propriam sibi et usitatam signif. habet : ex quo loco verba inferiora lacunæ explendæ caussa temere illata esse non animadvertit scholiasta. De quo dixi in Annot. Oxon. p. 135. Non minus commentitia Comparandi s. Acquirendi significatio est qua hoc verbum a Plutarcho dictum esse credidit Xylander Mor. p. 135, B, ubi post verba : Οὐ γὰρ ἀργίας ὤνιον ἡ ὑγίεια καὶ ἀπραξίας, paullo inferius dicitur : Ὁ τὴν ὑγίειαν ἀχρηστία καὶ ἡσυχία χρήζειν οἰόμενος, quod ille ἀχρηστίᾳ καὶ ἡσυχίᾳ scripsit. Recte Wyttenb. ἀχρηστίας καὶ ἡσυχίας χρήζειν. G. Dindorf.]

[‖ Formam quandam personæ secundæ ac tertiæ, χρῇς et χρῇ, pro χρήζεις et χρήζει interdum a poetis dictam annotarunt grammatici, de quo dixi ad Soph. Antig. 887 : Ἄφετε μόνην ἔρημον εἴτε χρὴ θανεῖν εἴτ' ἐν τοιαύτῃ ζῶσα τυμβεύειν στέγῃ· ubi restitui χρῇ, quod legit schol., qui per χρήζει καὶ θέλει explicuit. Eurip. ap. Cicer. Ep. ad Att. 8, 1 et ap. Suidam (s. v. Παλαμᾶσθαι) : Πρὸς ταῦθ' ὅ τι χρῇ καὶ παλαμάσθω καὶ πᾶν ἐπ' ἐμοὶ τεκταινέσθω. Secundam personam annotavit Hesychius Χρῇς per θέλεις, χρήζεις interpretatus. Quæ gl. fortasse ex Cratino sumta, quem citat Suidas s. v. Χρὴ, χρῇς δὲ τὸ χρήζεις καὶ δέῃ. Κρατῖνος Νόμοις, Νῦν γὰρ δή σοι πάρα μὲν θεσμοὶ τῶν ἡμετέρων, πάρα δ' ἄλλ' ὅ τι χρῇς. Eandem restitui Soph. Aj. 1373 : Σοὶ δὲ δρᾶν ἔξεσθ' ἃ χρῇς, ubi inepte legitur χρὴ, ut El. 606 : Κήρυσσέ μ' εἰς ἅπαντας εἴτε χρὴ κακὴν εἴτε στόμαργον· ubi χρῇς correxit Wunderus. Ceterum formæ hæ apud Hesych. et Suidam sine iota, et fortasse rectius, scribuntur, tanquam ab χρῆμι derivandæ, quod verbum finxit Etym. M. p. 814, 49, ut inde χρὴ derivaret. Ad monosyllabam hanc verbi formam haud dubie referenda secunda persona χρῆσθα sive sic sive cum iota χρῇσθα scribenda, comparanda cum ἦσθα ἔφησθα οἶσθα, cujus unum superest exemplum in verbis Megarensis ap. Aristoph. Ach. 778 : Φώνει δὴ τὺ ταχέως, χοιρίον· οὐ χρῆσθα; σιγῆς (libri σιγῆς sine iota subscripto et omissa interpunctione post χρῆσθα; σιγᾶς ap. schol.), ὦ κάκιστ' ἀπολουμένα; De quo loco recte judicavit Bergkius in Ritschelii Museo Rhen. vol. 1, p. 90, male Greg. Cor. p. 228 : Τὸ χρῆ χρῆσθα καὶ τὸ σιγᾶν σιγῆν λέγουσιν (οἱ Δωριεῖς), ὡς παρ' Ἀριστοφάνει « Οὐ χρῆσθα σιγῆν » ἀντὶ τοῦ οὐ χρὴ σιγᾶν. G. Dind.]

‖ Partic. Κεχρημένος pro χρήζων, apud poetas, Egens, Indigens. [Hesych. : Κεχρημένος· ἐνδεὴς ὤν, χρήζων, ἢ πεμφθείς.] Hom. Od. P, [421] : Καὶ πολλάκι δόσκον ἀλήτῃ Τοίῳ ὁποῖος ἔοι, καὶ ὅτευ κεχρημένος ἔλθοι. Hesiod. [Op. 632] : Βίου κεχρημένος, Victu egens, destitutus. Et [476] : Σέο δ' ἄλλος ἀνὴρ κεχρημένος ἔσται, Tua opera egebit. [Ib. 498.] Non solum autem pro χρήζων poni, sed etiam ab illo ipso themate χρήζω vel χρῄζω derivari tradit Eustathius [p. 1384, 30]. In hunc enim versum Odyss. A principio : Τὸν δ' οἷον νόστου κεχρημένον ἠδὲ γυναικὸς, hæc annotat : Homerus τὸν χρήζοντα vocat κεχρημένον, et cum gen. vocem hanc construit, quæ a Χρῄζω vel Χρήζω originem accepit, per ellipsin literæ σ. Sed quod ad significationem, κεχρημένον aptius hoc quidem loco interpretabimur Carentem, quam Egentem. Potius enim dicetur aliquis carere reditu et sua uxore, quam egere reditu et sua uxore. Ponitur autem κεχρημένος et sine adjectione genitivi pro Egenus. [Od. P, 347 :] Αἰδὼς δ' οὐκ ἀγαθὴ κεχρημένῳ ἀνδρὶ παρεῖναι. Cui versui similis est iste Hesiodi [Op. 315] : Αἰδὼς δ' οὐκ ἀγαθὴ κεχρημένον ἄνδρα κομίζει. [Porro Od. Ξ, 124 : Κομιδῆς κεχρημένοι ἄνδρες· et quæ sunt similia P, 421; T, 77; Υ, 378; X, 50. Semel tantum in Il. T, 262 : Οὔτ' εὐνῆς πρόφασιν κεχρημένος οὔτε τευ ἄλλου. Post Homerum sæpe hoc præterito usi sunt Tragici. Soph. Phil. 1264 : Τί μ' ἐκκαλεῖσθε; τοῦ κεχρημένοι; Eur. Iph. A. 382 : Τοῦ κέχρησαι; Med. 334 : Πονοῦμεν ἡμεῖς κοὐ πόνων κεχρήμεθα· et κεχρημένος cum genit. Suppl. 457, Cycl. 88 (sine genit. ibid. 98 : Βορὰν ὀδῆσαι ναυτίλοις κεχρημένοις), Theocr. 25, 35, Aratus 4, Pallad. Anth. Pal. 9, 377. Cum infin. Æsch. Pers. 829 : Ἐκεῖνον σωφρονεῖν κεχρημένον πινύσκετ' εὐλόγοισι νουθετήμασι. Nam sic codicis scriptura κεχρημένοι correcta est ex schol. Byzantini conjectura. Futuri κεχρήσομαι unum est exemplum ap. Theocr. 16, 73 : Ἐμεῦ κεχρήσετ' ἀοιδοῦ. Comicorum exempla nulla allata sunt, prosæ orationis scriptorum duo, Platonis Leg. 4, p. 717, C : Παλαιοῖς ἐν τῷ γήρᾳ σφόδρα κεχρημένοις· et Teletis ap. Stob. Flor. 93, 31, p. 509 extr. : Κατισχύει δὲ μᾶλλον αὐτῶν (τῶν πλουτούντων) ὁ κεχρημένος.]

‖ At vero Κεχρημένος θάνατος (a χρῆσθαι significante Oraculo edi s. prædici, cujus alioqui rarum usum esse existimo) affertur pro Morte oraculo prædicta.

‖ Invenitur etiam scriptum Χρήζω, cum η habente ι subscriptum : de qua scriptura dicam in Χρῄζω [et nos supra diximus].

Χρῄζω etiam dicitur pro χρήζω, significante Egeo, Indigeo, sed a poetis [tantum et in dialecto Ionica, cujus exx. Herodotea supra attulimus.] Hom. [Il. Λ, 835 : Χρῄζοντα καὶ αὐτὸν ἀμύμονος ἱητῆρος·] Od. P, [121] : Ὄττευ χρῄζων ἱκόμην Λακεδαίμονα δῖαν. [Ib. 558. Et Λ, 340 : Μηδὲ τὰ δῶρα οὕτω χρῄζοντι κολούετε.] Hesiod. Op. [349] : Ὡς ἂν χρῄζων, καὶ ἐς ὕστερον ἄρχιον εὕρῃς. Ceterum an χρῄζω sit ex χρήζω, an contra χρήζω ex χρῄζω, controversum est, præsertim quum non solum χρήζω inveniatur scriptum, sed etiam χρήζω cum η habente ι subscriptum. Videtur autem ab iis orta hæc scriptura, qui χρήζω ex χρῄζω factum censuerunt : unde enim alioqui hoc ι esse possit? Ego tamen potius dixerim ex χρήζω factum esse χρῄζω, quod ι eodem modo adjectitium in quibusdam aliis verbis observare me meminerim. Ceterum ap. Hesych. legimus χρῄζοντα expositum ἐνδεόμενα, item χρειώδη, et χρείαν ἔχοντα. Quarum expos. prima et tertia conveniunt cum ea signif. quam habet in ll. quos supra protuli; at secundæ nullum exemplum me legere memini. At vero Χρῄσκοντο ὕδατι ex Herodoto [3, 117] affertur pro Aquam desiderabant, ubi constructionem præsertim suspectam habeo, si quidem χρῄσκοντο hanc signif. obtineat.

[Χρῇϊς, ὁ. HSt. post ea quæ s. v. Χρῄζω dixit :] Apud Eundem habemus nomen Χρῇϊς expositum πονηρὸς, quum alioqui videatur magis rationi consentaneum ut a χρῄζω, quod est Egeo, derivatum, significet Egenum. Ab Eodem vox Χρήϊα exp. πενία, et χρήματα. [Alterius significationis exemplum est in inscr. Cretica in Ritschelii Museo Rhen. vol. 10, p. 396, 41 : Κακίστῳ ὀλέθρῳ ἐξόλλυσθαι αὐτός τε καὶ χρήϊα τἀμά. G. D.] Sed pro πενία, i. e. Paupertas (magis tamen conveniret Egestas, utpote derivando a verbo significante Egere), videtur potius debere scribi Χρηΐα.

Χρῆμα, τὸ, quamvis inter verbalia verbi χρῶμαι primum locum obtineat, si formationis ratio habeatur, tamen ob variam signif. variaque derivata ceteris postponendum censui.

Venio ad Χρῆμα, quod licet inter verbalia verbi χρῶμαι locum primum obtinens, si formatio respiciatur, tamen ceteris postponendum, ob variam signif. numerosumque derivatorum comitatum, censui. [Hesych. : Χρῆμα· πρᾶγμα, πλοῦτος, οὐσία, λῆμμα.] Quum autem χρῆμα et plur. χρήματα varios usus habeant, dicam primum de χρήματα, quod ex Hesiodo affertur pro Utensilibus s. Instrumentis ad agrum colendum necessariis [Op. 407] : Χρήματα δ' εἰν οἴκῳ πάντ' ἄρμενα ποιήσασθαι. Itidemque ex Plutarchi Camillo, χρήματα ἀναγκαῖα, Utensilia necessaria. Qua in signif. idem erit χρήματα quod χρηστήρια σκεύη, de quo dicetur infra. Cum his autem couveniunt ea Eustathii, in quibus tradit, χρήματα vocari κτήματα παρὰ τὸ χειρίζεσθαι, ἤτοι χρᾶσθαι : unde in Tragœdia, τὸ δέμνιον, ἐν ᾧ ὁ νοσῶν χρηστικῶς κεῖται, appellari χρῆμα. Ubi non placet illud χειρίζεσθαι, quum sciamus χρῆμα non esse

aliunde quam a χρᾶσθαι, vel potius χρῆσθαι, formando a pers. 1 præt. κέχρημαι. Adeo ut potius dicendum fuerit παρὰ τὸ χρῆσθαι τὸ χειρίζεσθαι. Idem certe alibi in quendam Homeri locum annotat, κτήματα vocari ab illo non solum τὰ ἐν οἴκῳ (quæ Homeri posteri appellarint etiam χρήματα, παρὰ τὴν χρῆσιν), sed τὸν ἅπαντα βίοτον. [Hesych. : Χρήματα· οἷς τις δύναται χρῆσθαι, κτήματα, βοσκήματα.] Id. gramm. χρῆμα Tragicis sæpenumero i. esse dicit q. χρείαν : pro quo ab Iisdem dici etiam χρέος, Ionice autem χρειώ. In VV. LL. pro Necessitate affertur ex hoc versu Hesiodi, Op. [342] : Εἰ γάρ τοι καὶ χρῆμ' ἐγχώριον ἄλλο γένηται, ubi tamen pro Re poni existimatur. De qua signif. ita Bud. : Χρῆμα, inquit, etiam singulariter πρᾶγμα significat. Plato Gorgia : Ἐπειδὰν δὲ ἤδη πρεσβύτερος ὢν ἄνθρωπος ἔτι φιλοσοφῇ, καταγέλαστον, ὦ Σώκρατες, τὸ χρῆμα γίγνεται. Plut. in Cæs. [c. 47], de prælio Pharsalico loquens : Ὅτι δὴ περαίνεται τὸ χρῆμα, καὶ συνίασιν εἰς ἔργον οἱ ἄνδρες, Quoniam sc. res geritur et conficitur. Sic ex Soph. affertur Aj. [288] : Τί χρῆμα δρᾷς; pro Quid rei agis? [Æsch. Choeph. 10 : Ἔα, τί χρῆμα λεύσσω; quod restituendum Prometh. 298, ubi λεύσσω excidit, illato in versum quod poeta extra metrum posuerat ἔα. Eur. Or. 277 : Τί χρῆμ' ἀλύω; Hec. 754 : Τί χρῆμα μαστεύουσα; Idem Or. 395, Hipp. 909, et Aristoph. Nub. 816 : Τί χρ. πάσχεις; Vesp. 266 : Τί χρῆμ' ἄρα ... πέπονθεν; Cum verbo ἐστὶ Æsch. Choeph. 885 : Τί δ' ἐστὶ χρῆμα; τίνα βοὴν ἵστης δόμοις; et intellecto eo Theocr. 21, 25 : Τί τὸ χρῆμα; Sed ap. Soph. Ant. 1048, Τί χρῆμα; regitur ab verbo φράζεται alterius personæ, cujus verba interrumpuntur. Τί χρῆμα, cujus rei caussa? Cur? frequens ap. Eurip., velut Alc. 512 : Τί χρ. κουρᾷ τῇδε πενθίμῳ πρέπεις; Heracl. 633 : Τί χρ. κεῖσαι καὶ κατηφὲς ὄμμ' ἔχεις; et ib. 645, 709, Hec. 977, al.] Quibus subjungit, Χρῆμα etiam quasi ἀντὶ τοῦ μεγέθους καὶ θαύματος dicunt per gen., ut χρῆμα νοῦ, et χρῆμα φρονήσεως [et cum aliorum nominum quorumvis vel nominativis vel genitivis, nec de rebus tantum, sed etiam de animantibus, plerumque magnitudinis s. multitudinis significandæ caussa, etsi non constanter, quum etiam σμικρὸν χρῆμα dicatur. Cum genit. Herodot. 1, 36 : Συὸς χρῆμα γίνεται μέγα (quod imitatur Athen. 8, p. 677, E : Μέγα χρ. ὄντα καὶ πολλῷ χρόνῳ κατανεμηθέντα Λιβύην)· 7, 188 : Ἦν τοῦ χειμῶνος χρ. ἀφόρητον· ubi præcedit χειμὼν μέγας. (Similiter Anton. Lib. c. 22 : Ἐξαίσιόν τι καὶ ἄπιστον χρ. χειμῶνος.) Eurip. Phœn. 206 : Φιλόψογον δὲ χρῆμα θηλειῶν ἔφυ· Andr. 181 : Ἐπίφθονόν τι χρῆμα θηλειῶν ἔφυ· Suppl. 953 : Σμικρὸν τὸ χρ. τοῦ βίου. Aristoph. Lys. 83 : Ὡς δὴ καλὸν τὸ χρῆμα τιτθίων ἔχει· Vesp. 933 : Κλέπτον τὸ χρ. τἀνδρός· Av. 826 : Ἀπαρὸν τὸ χρ. τῆς πόλεως. Aristoph. Pl. [893] : Ἔνδον ἐστὶν, ὦ μιαρωτάτω, πολὺ χρῆμα τεμαχῶν καὶ κρεῶν ὠπτημένων. [Lys. 1085 : Ἀσκητικὸν τὸ χρ. τοῦ νοσήματος. Plato Theæt. p. 209, E : Ἡδὺ χρῆμ' ἂν εἴη τοῦ καλλίστου τῶν περὶ ἐπιστήμης λόγου· Rep. 8, p. 567, E : Ἦ μακάριον ... λέγεις τυράννου χρῆμα, εἰ .... Dionys. A. R. 3, 70 : Εὑρίσκει βότρυος ἄπιστόν τι χρῆμα· 8, 12 : Βοῶν ... καὶ τῶν ἄλλων βοσκημάτων χρ. οὐκ ὀλίγον· 6, 96 : Πολύ τι χρ. (pecuniæ) συνήχθη. Id. De Thucyd. c. 34 : Ἄπειρόν τι χρ. νοημάτων· De Demosth. c. 22 : Ὑπερφυές τι καὶ δεινὸν χρ. ἦν ἐπὶ τῶν ἐκείνου λόγων.] Xenoph. [Cyrop. 1, 4, 8] : Ὁ δὲ ἀκοντίσας καταβάλλει τὴν ἔλαφον, καλόν τι χρῆμα καὶ μέγα, quasi Rem pulcerrimam et præstantissimam. Synes. : Ἡμῖν δὲ καὶ τὸ μουσικῆς χρῆμα ἐπιχώριον ὡς οὐδὲν ἄλλο, Nobis autem musica quoque, vernacula est res, ut si quid aliud, præstantissima. Lucian. [Herodot. c. 5] : Καὶ ἡ Ῥωξάνη κάθηται, πάγκαλόν τι χρῆμα παρθένου, i. e. καλὴ πάνυ παρθένος. Plutarch. [V. Anton. c. 31] de Augusto : Ἐστέργε δὲ ὁ Καῖσαρ ὑπερφυῶς τὴν ἀδελφὴν, χρῆμα θαυμαστὸν, ὡς λέγεται, γυναικὸς γενομένην. [Mor. p. 975, C : Οὐ παιδιὰ τὸ χρ. τοῦ λόγου. Anton. Lib. c. 12 : Μέγα τι χρ. λέοντος· ubi alia hujusmodi collegerunt interpretes.] Hippocr. Philopœmeni [p. 1277, 39], de Æsculapii forma loquens, quam in somnis se vidisse ait, Εἵποντο δὲ αὐτῷ δράκοντες, χρῆμά τι ἑρπετῶν ὑπερφυές. Hoc modo lingua nostra vernacula loquitur, quum dicunt, Ingens erat diabolus asini, vel equi vel alterius animalis. Hactenus ille. [Non minus frequenter cum casu recto, ut apud Eurip. Or. 70 : Ἄπορον χρῆμα δυστυχῶν δόμος. Theocr. 15, 83 : Σοφόν τι χρῆμ' ἄνθρωπος. Plato Ion. p. 534, B : Κοῦφον χρ. ποιητής ἐστι καὶ πτηνόν. Polyb. 12, 15, 8 : Μέγα τι γεγονέναι χρῆμα τὸν Ἀγαθοκλέα. De pluribus dictum in loco (Æliani, ut conjicit Valck.) ab Suida allato, Χρῆμα οἰκτρόν· ταπεινοὶ, ἐλέους ἄξιοι. « Λιβύων δὲ πρέσβεις, χρῆμα οἰκτρὸν, ... ἦκον. » De usu Hippocr. Foes. : « P. 514, 9 : Ἁπαλὸν γὰρ καὶ ἀραιὸν χρῆμα ἐστὶν ὁ πλεύμων. Et ib. 12 : Ἡ δὲ κοιλίη ὑπὸ τοῦ φαρμάκου οὐχ ἕλκουται, ὅτι χρῆμα ἐστὶν ἰσχυρὸν, ὥσπερ δηλαδὴ δέρμα. Alioqui χρῆμα mira phrasi usurpatur Ionibus de re minima aut parva aliqua particula, ut χρῆμα τοῦ ἀγκῶνος aliquam cubiti partem significat, vel minimum quid ex cubito, p. 777, F : Οὐδὲν γὰρ χρῆμα τοῦ ἀγκῶνος κάμψαι δύνανται. »] Ego autem distinguendum inter hæc exempla esse dico; nam in illo Xen. l., Καταβάλλει τὴν ἔλαφον, καλόν τι χρῆμα καὶ μέγα, possumus χρῆμα, itidem ut in superioribus ll., interpretari Rem : nisi potius aliquod interpretationis genus quærere velimus, in quo vox ista χρῆμα minime seorsum reddatur : sicut in hoc Synesii loco, καλόν τι χρῆμα ᾠδῆς possumus ita reddere ac si legeretur καλή τις ᾠδή, Pulcra quædam cantio. Suntque hujus generis exempla ab aliis distinguenda : in quibus non itidem χρῆμα Rem interpretari possumus : nisi Græce simul et Latine loqui velimus, jungendo hoc nomen cum gen., sicut Græci χρῆμα jungunt, ut vides in ll. præcedentibus : quibus addi potest hic, a quo Aristoph. Nubes suas auspicatur, Ὦ Ζεῦ βασιλεῦ, τὸ χρῆμα τῶν νυκτῶν ὅσον Ἀπέρατον. [Ran. 1278 : Ὦ Ζεῦ βασιλεῦ, τὸ χρ. τῶν κόπων ὅσον· Ach. 150 : Ὅσον τὸ χρ. παρνόπων προσέρχεται. Intellecto genitivo ἀνθρώπων Pac. 1191 : Ὅσον τὸ χρῆμ' ἐπὶ δεῖπνον ἦλθ' ἐς τοὺς γάμους. Τοσοῦτον χρῆμ' ὄχλου Eccl. 394. Μέγα χρ. Λακαινᾶν Theocr. 18, 4.] Quod autem dico de illa voce Latina juncta genitivo, id ex Plauti auctoritate a me dici sciendum est, apud quem legimus, in Amphitr. 2, 2 in princ., Satin' parva res est voluptatum in vita, atque in ætate Agunda, præquam quod molestum est? Nemo enim, ut opinor, mihi negaverit quin Parva res voluptatum, sit perinde dictum ac si quis ita loqueretur, μικρὸν χρῆμα τῶν ἡδονῶν. Sed hoc loquendi genus ne Plautino quidem sæculo satis receptum fuisse puto; ideoque Græce simul et Latine loqui, id voco. Certe ut Horatium multos hellenismos habere videmus, qui apud ceteros minime extant, sic etiam quin Plautus aliquos usurparit, qui suæ ætatis etiam lectoribus novi essent, minime dubium esse puto. An tamen hic in eo numero ponendus sit, alii viderint. Utut sit, talem esse usum vocabuli Res in illo Plauti loco, ajo : nisi quod potius in augendo quam minuendo, Græci suum χρῆμα cum gen. usurpant : adeo ut Magna res voluptatum, magis Græco loquendi generi conveniens futurum fuerit. In vernaculo autem sermone (nam illud de diaboli appellatione exemplum non satis aptum hic esse videtur), utimur quidem itidem voce *Chose*, qua Res significatur, in augenda re quapiam; sed diversa orationis structura utentes : veluti quum ita loquimur, *C'est une belle chose que de voir cela;* vel, *C'est une grand' chose que de voir :* vel, *C'est une grand' chose que d'ouïr parler de la sagesse d'un tel,* vel *de la beauté,* etc. Aut etiam hoc modo, *C'est une chose estrange que de voir cela,* vel *que d'ouïr cela,* aut *d'ouïr parler de cela.* Ceterum ut μέγα χρῆμα, sic etiam πολὺ χρῆμα cum gen. interdum dicitur. Herodot. [3, 109] : Πολλόν τι χρῆμα τῶν ὀφίων ἐκλέπουσι. [6, 43 : Χρ. πολλὸν νεῶν.] Est enim πολλὸν Ionice pro πολύ. Ceterum invenitur et χρήματα plur. pro Rebus; atque ita in quodam Thuc. etiam loco exp. schol. : ut docebo infra.

[|| Χρῆμα, Pecunia. Pollux 9, 87 : Κωλύοι δ' ἂν οὐδὲν προσθεῖναι τῷ περὶ νομισμάτων λόγῳ καὶ διότι χρήματα μὲν εἴποιεν ἂν οἱ Ἀττικοὶ, τὸ δὲ χρῆμα παρὰ μὲν αὐτοῖς ἐπὶ τοῦ πράγματος ἢ κτήματος, παρὰ δὲ τοῖς Ἴωσι καὶ ἐπὶ τῶν χρημάτων. Sic Herodot. 3, 38 : Ἐπὶ κόσῳ ἂν χρήματι βουλοίατο τοὺς πατέρας κατασιτέεσθαι· et ἐπὶ τίνι χρήματι in fine capitis. Diodor. 13, 106 : Ὄντος τοῦ χρήματος ἐν σακκίοις, ubi pluralis in uno nullius

fidei libro est. Singularem probat Wessel. collato Athen. 6, p. 234, A, qui Αυσάνδρειον χρῆμα id dixit. Lucian. V. H. 1, 20: Ῥητοῦ χρήματος (libri deteriores ῥητῶν χρημάτων), quod ῥητοῦ ἀργυρίου dixit Thucyd. 4, 69. Sext. Emp. p. 391: Πόσον δαπανηθήσεται χρ. Lucas Act. 4, 37: Πωλήσας (τὸν ἀγρὸν) ἤνεγκε τὸ χρ. Sed verbis Isæi ap. Suidam s. v. Τέως male τὸ χρῆμα τῆς ἐπικλήρου illatum pro τὰ χρήματα, ad quod refertur αὐτῶν, quod sequitur. G. Dind.] Χρήματα plur. tantum numero, Pecuniæ, interdum vero generalius, Bona fortunæ, Facultates. [Apud Homerum nusquam in Iliade, sæpius in Odyssea, velut B, 78: Χρήματ' ἀπαιτίζοντες· 203: Χρήματα δ' αὖτε κακῶς βεβρώσεται· N, 203: Πῇ δὴ χρήματα πολλὰ φέρω τάδε; 215: Τὰ χρήματ' ἀριθμήσω· Π, 389: Χρήματα θυμηδέα. Post Homerum poetæ et prosæ orationis scriptores quivis. Hesiod. Op. 318: Χρήματα δ' οὐχ ἁρπακτά. Herodot. 2, 28: Ὁ γραμματιστὴς τῶν ἱρῶν χρημάτων τῆς Ἀθηναίης· 7, 190: Πολλὰ χρύσεα ποτήρια... ἄλλα τε χρύσεα ἄφατα χρήματα. Pind. Isthm. 2, 17: Χρήματα χρήματ' ἀνήρ· ubi schol.: Τοῦτο ἀναγράφεται καὶ εἰς τὰς παροιμίας ὑπ' ἐνίων, ἀπόφθεγμα δέ ἐστιν Ἀριστοδήμου, καθάπερ φησὶ Χρύσιππος ἐν τῷ Περὶ παροιμιῶν. Quibus addit versus Alcæi Aristodemo dictum illud tribuentis, de quo videndæ etiam duæ Suidæ glossæ. Æsch. Ag. 964: Αὐτὴ (Cassandra) δὲ πολλῶν χρημάτων ἐξαίρετον ἄνθος. De domo paterna Choeph. 135: Ἐκ δὲ χρημάτων φεύγων Ὀρέστης ἐστίν· Eum. 757: Ἀργεῖος ἀνὴρ αὖθις ἔν τε χρήμασιν οἰκεῖ πατρῴοις. Soph. OEd. T. 542: Ὅ πλήθει χρήμασίν θ' ἁλίσκεται. Sæpe ap. Eurip., ut Hec. 865: Χρημάτων δοῦλος· Suppl. 777: Χρημάτων πόροι· El. 37: Χρημάτων πένητες. Aristoph. Nub. 240: Τὰ χρήματ' ἐνεχυράζομαι. Suidas: Χρημάτων· συνήθως μὲν οἵ τε ἰδιῶται καὶ οἱ ῥήτορες τῷ ὀνόματι τῶν χρημάτων ἐπὶ νομίσμασι χρῶνται ἀργυρίου καὶ χρυσίου, καὶ ἐπὶ τῆς ὅλης οὐσίας τὴν λέξιν ταύτην ἔταξαν. « Τὸν ἀποκτείναντα ὅσιον εἶναι καὶ θνήσκειν καὶ τὰ χρήματα αὐτοῦ πεπρᾶσθαι. » Κεῖται δὲ ἡ λέξις καὶ ἐπὶ πράγματος ἢ προσώπου ἢ λόγου, ὡς Ἀντιφῶν. Τάσσουσι δὲ τὴν λέξιν καὶ ἐπὶ τῶν ἐμπορικῶν χρημάτων· ὁ δὲ Λυσίας ἐπὶ τοῦ χρυσοῦ κατασκευάσματος τίθησι.] Apud Thuc. sæpe pro Pecuniis, ut 6, [6]: Περί τε τῶν χρημάτων σκεψομένους, εἰ ὑπάρχει, ὥσπερ φασίν, ἐν τῷ κοινῷ καὶ τοῖς ἱεροῖς· 8: Ἀπορήσαντες ὁπόθεν τοσαύταις ναυσὶ χρήματα ἕξουσι. Sic Dem. [p. 15, 3]: Δεῖ δὴ χρημάτων, καὶ ἄνευ τούτων οὐδέν ἐστι γίνεσθαι τῶν δεόντων. Idem τὰ χρήματα esse τῶν πραγμάτων νεῦρα dixit. Pro hac autem signif. jungitur gen. χρημάτων variis nominibus, et accus. χρήματα variis verbis, quæ in præsentia colligere non vacat. [Dicuntur χρήματα δημόσια, ναυτικὰ, στρατιωτικὰ, et alia; χρημάτων ἀποβολὴ, δήμευσις, εἰσφορὰ, κοινωνία, et cum verbis χρήματα πράττεσθαι, εἰσπράττεσθαι, ἀναλίσκειν, ἀποτίνειν, ὀαπανᾶν, εἰσφέρειν, ἐργάζεσθαι, et aliis plurimis: quorum pleraque sub vocabulis illis notata sunt.] Sed generalior est altera illa signif., qua dicitur de bonis, s. fortunis, aut facultatibus: quam signif. potius habet ap. Hom. atque Hesiod. Χρήματα δὲ, inquit Aristot. Eth. 4, 1, λέγομεν πάντα ὅσων ἡ ἀξία νομίσματι μετρεῖται. Appellatione χρημάτων, inquit Bud., tam mobilia seseque moventia, quam immobilia continentur: quemadmodum ap. Cic. et JCtos Pecuniæ vocabulo hæc omnia comprehenduntur. Fortunæ enim hominum, χρήματα sic Græce dicuntur ab utilitate, ut Latine Bona et Facultates. [Plato Phædon. p. 78, A: Μήτε χρημάτων φειδομένους μήτε πόνων· Leg. 3, p. 695, D: Χρήμασι καὶ δωρεαῖς τὸν δῆμον προσαγόμενος· 14, p. 721, B: Ζημιοῦσθαι χρήμασί τε καὶ ἀτιμίᾳ.] Xen. OEcon. [1, 11]: Καὶ ὁμολογουμένως γε, ὦ Σώκρατες, ὁ λόγος ἡμῖν χωρεῖ· ἐπείπερ εἴρηται τὰ ὠφελοῦντα, χρήματα εἶναι. Ibid. [8] Si quis, inquit, ubi emerit equum, non possit eo χρῆσθαι, i. e. Uti, sed ex eo decidens, κακὰ λαμβάνῃ, οὐ χρήματα αὐτῷ ἐστὶν ὁ ἵππος. [Isocr. p. 8: Πειρῶ τὸν πλοῦτον χρήματα καὶ κτήματα κατασκευάζειν. Ἔστι δὲ χρήματα μὲν τοῖς ἀπολαύειν ἐπισταμένοις, κτήματα δὲ τοῖς κτᾶσθαι δυναμένοις· 21, B: Δόξῃ μὲν χρήματα κτητὰ, δόξα δὲ χρημάτων οὐκ ὠνητή. Χρημάτων καὶ κτημάτων κτῆσις ap. Plat. Leg. 5, p. 578, E.]

‖ Χρήματα, ex Dem. affertur etiam peculiariter dictum de mercibus [p. 930 extr.]: Ἀνταγοράζειν πάλιν χρήματα. [V. Suidæ gl. Χρημάτων supra allatam. Plato Leg. 8, p. 847, B: Μήτε ἐξαγομένων χρημάτων μήτε εἰσαγομένων· 849, E: Χρ. καὶ σκευῶν. Xen. Hell. 1, 6, 37: Τοῖς ἐμπόροις τὰ χρήματα ἐνθεμένοις εἰς τὰ πλοῖα.] Quin etiam ἀντὶ τῶν χωρίων usus esse traditur. Possit certe illa signif. mercium (meo judicio) huic quoque Thuc. loco convenire, 3, p. 107 [c. 74]: Ὥστε καὶ χρήματα πολλὰ ἐμπόρων κατεκαύθη, ubi tamen schol. expos. nimium late, hoc quidem loco, nominis hujus signif. extendere videtur. Idem schol. in 7, p. 240 [c. 25]: Πυνθανόμεναι πλοῖα τοῖς Ἀθηναίοις γέμοντα χρημάτων προσπλεῖν, annotat, τὰ χρήματα accipi καὶ ἐπὶ τῶν τυχόντων πραγμάτων: non ut nunc, inquit, ἀδοκίμως, ἐπὶ χρυσοῦ καὶ πολυτίμων εἰδῶν. [Similiter Lex. Bachm. p. 416: Χρῆμα· πρᾶγμα, κτῆμα, πλοῦτος, οὐσία, λῆμμα (Hæc etiam Suidas)· παρὰ δὲ Ἀττικοῖς χρῆμα μόνον τὸ πρᾶγμα λέγεται. Idem Mœridis præceptum p. 411: Χρήματα καὶ τὰ πράγματα καὶ τὰ ἀργύρια λέγουσιν, μόνως δὲ τὰ πράγματα χρήματα Ἀττικοί (nam sic codex), sic est corrigendum μόνως δὲ τὸ πρᾶγμα χρῆμα. Atticistæ igitur χρῆμα et χρήματα usurpata pro ἀργύρια damnarunt, etsi non desunt loci optimorum scriptorum ubi χρήματα hac significatione positum reperitur. Bast. ad Greg. Cor. p. 184.]

[Χρημασία, pro χρηματία, ap. Liban. vol. 3, p. 32: Εἰ γὰρ ὡς οἱ παρ' ὑμῖν (leg. ὅσοι νῦν παρ' ὑμῖν) καὶ λέγοντες καὶ πολιτευόμενοι μετὰ χρημασίας ἐπὶ τὰς ἐμπορίας τραπόμενοι, τὸ βῆμα τοῖς πλουσίοις μὲν, ἥκιστα δὲ τὸ δέον εὑρίσκουσιν, ἀφεῖσαν· ἐνθυμεῖσθε, ποῖ ποτ' ἂν ἀφῖκτο τῇ πόλει τὰ πράγματα. Reisk.: « Χρημασίας, vocabuli miror insolentiam, et quid significet dubito. Locum hunc utique non intelligo. » Morellius reddit, Cum quæstu ad mercaturam conversi. Cod. Par. 3017 habet μετὰ χρηματίας. Morellius locum vertens perperam legebat μετὰ χρηματισμοῦ, Cum avaritia. Ego conjeci χειμασίας. Similia vocabula sunt σημασία, ξηρασία, ὀνομασία, ἐργασία. Ἑτοιμασία Etym. M. p. 387, 51. Dicitur εὐχρηματία. Bast.]

Χρηματίζω, [fut. χρηματίσω, Attice χρηματιῶ ap. Lycurg. p. 152, 31, aliosque; perf. κεχρημάτικα ap. Dinarch. p. 103, 21, Diodor. 3, 6. Aor. pass. ἐχρηματίσθην Diodor. 1, 75. Med. ἐχρηματισάμην ap. Plat. aliosque locis infra afferendis. Fut. χρηματιοῦμαι ap. Lysiam p. 182, 34,] ab ea nominis χρῆμα signif. qua Rem declarat, Rebus explicandis constituendisque vaco, ut magistratus solent, Actui rerum operam do, Commentor de summa reip. s. de rebus ad eam pertinentibus, Jus reddo. [Hesych.: Χρηματίζει· ἀποκρίνεται, λαλεῖ, πράττει. Suidas: Χρηματίζει· δοτικῇ (ὁ. om. Lex. Bachm. p. 417), ἀποκρίνεται, πρᾶγμα διοικεῖ, addito Appiani exemplo, Τοῖς πρέσβεσιν ἐχρημάτισε, quod πρεσβείαις scriptum in Bekk. Anecd. p. 179, 21. Per λόγους διδόναι ἀλλήλοις exp. schol. Aristoph. Thesm. 384.] Quæ interpretationes sunt Budæi, afferentis ex Diod. S. in Historia Alexandri: Ἐν τῷ παραδείσῳ ἔκειτο αὐτῷ θρόνος, καὶ κλίναι [κλῖναι] ἀργυρόποδες, ἐφ' ὧν καθεζόμενος ἐχρημάτιζε μετὰ τῶν ἑταίρων. Et ex Luciano [Icarom. c. 26]: Ἐπεὶ ὁ Ζεὺς ἱκανῶς ταῖς εὐχαῖς ἐχρημάτισε, Quum Jupiter hominum votis audiendis vacavit, et de iis statuit. [Ταῖς εὐχαῖς i. q. τοῖς εὐχομένοις, ut est in Pseudol. c. 8: Τοὺς θεοὺς ἐν ἐκείνῃ μάλιστα τῇ ἡμέρᾳ χρηματίζειν τοῖς εὐχομένοις· et Saturn. c. 7. Sine dativo Aristid. vol. 1, p. 322: Χρηματίζει ὁ θεὸς καὶ ἐπίσχει τινὰς ἡμέρας.] Item ex Dem. Pro cor. affert psephisma his verbis recitatum [p. 250, 10]: Ἐπὶ Νικοκλέους ἄρχοντος, Βοηδρομιῶνος ἕνη καὶ νέᾳ, βουλῆς γνώμῃ πρυτάνεις καὶ στρατηγοὶ ἐχρημάτισαν, τὰ ἐκ τῆς ἐκκλησίας ἀνενεγκόντες· quæ ita vertit, De concilii sententia consilium agitatum est super iis de quibus πρυτάνεις retulerant ad curiam, quæ in concione populi prius agitata fuerant. Ex alio Ejusd. loco [p. 285, 1]: Ἅμα τῇ ἡμέρᾳ οἱ μὲν πρυτάνεις τὴν βουλὴν ἐκάλουν εἰς τὸ βουλευτήριον, ὑμεῖς δὲ εἰς τὴν ἐκκλησίαν ἐπορεύεσθε· καὶ πρὶν ἐκείνην χρηματίσαι καὶ προβουλεῦσαι, πᾶς ὁ δῆμος ἄνω καθῆτο· i. e. Antequam senatus consuleretur et rogaretur sententias, et decretum fieret. In hoc autem ejusdem Oratoris l. χρηματίζειν poni testatur pro Referre ad populum, C. Mid. [p. 517, 3]: Ἐν δὲ ταύτῃ ἐκκλησίᾳ ὁ νόμος κελεύει, ἐπειδὰν χρηματίσωσιν οἱ πρόεδροι περὶ ὧν

διώκηκεν ὁ ἄρχων, χρηματίζειν καὶ περὶ ὧν ἄν τις ἠδικηκὼς ᾖ περὶ τὴν ἑορτήν. Et paucis interjectis de verbali χρηματισμὸς, ait interdum χρηματίζειν esse Agere cum populo. Nonnunquam vero esse, Responsa dare legationibus: ut ap. Diod. S.: Ταῖς δὲ πρεσβείαις χρηματίσας φιλανθώπως. Plut. Cæs. [c. 60]: Προσιόντων δὲ ὑπάτων καὶ στρατηγῶν, ἅμα δὲ καὶ τῆς βουλῆς ἑπομένης, οὐχ ὑπεξαναστὰς, ἀλλ' ὥσπερ ἰδιώταις χρηματίζων ἀπεκρίνατο. Hæc ille. Nunc autem, ut signiff. has distinctius persequar, primum constructio verbi hujus animadvertenda est. Dicitur ergo χρηματίζω interdum quidem sine adjectione dativi, sæpe vero adjecto dativo personæ: nonnunquam et dativo rei. Quin etiam frequenter dicitur χρηματίζω περὶ τούτων. Jam vero affertur et χρηματίζειν cum accus. rei. Exemplum illius χρηματίζειν sine ulla adjectione positi habes in Diod. S. quem supra attuli. In eo autem l. aliisque hujusmodi interpretari possis Jus reddere, et personæ dativum, qui commodus videbitur, subaudire. Est sane illi Diodori loco plane similis hic Plutarchi in Camillo, Χρηματίζοντος τοῦ Καμίλλου ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς. Sed et in ll. Demosth. ponitur itidem sine adjectione pro Consilium agitare, Consultare, Decernere. [Sine dativo Thuc. 5, 61: Πρὸς τὸν δῆμον οὐ προσῆγον βουλομένους χρηματίσαι (ubi πρὸς non cum χρηματίσαι, sed cum προσῆγον construendum). Demosth. p. 430, 24: Οὗτοι δ' οὐδὲν ἐπαύσαντο ἰδίᾳ χρηματίζοντες. Polyb. 5, 81, 5: Τὴν σκηνὴν ἐν ᾗ χρηματίζειν εἰώθει καὶ δειπνεῖν ὁ βασιλεύς. Plut. V. Ages. c. 4: Καθήμενος ἐν τῷ βασιλικῷ θώκῳ καὶ χρηματίζων· c. 22: Τοὺς Βοιωτοὺς προσελθεῖν κελεύσας ἐχρημάτιζεν. Longe frequentius addito dativo personæ, ut in locis ab HSt. allatis aliisque, velut Xen. Rep. Ath. 3, 2: Εἰ τοσούτων ὑπαρχόντων πραγμάτων μὴ οἷοί τ' εἰσὶ πᾶσιν ἀνθρώποις χρηματίσαι. Ib. 1: Οὐκ ἔστιν αὐτόθι χρηματίσαι τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ. Polyb. 5, 56, 8: Ἔλαβον ἐξουσίαν οἷς βούλοιντο κατ' ἰδίαν χρηματίζειν, et sæpissime χρ. ταῖς πρεσβείαις, ap. Polyb. 3, 66, 6; 5, 24, 11; 5, 63, 7, aliosque historicos. Porro cum accusativo rei construitur, vel cum præpositionibus περὶ vel ὑπὲρ et genitivo. Thucyd. 6, 62: Τἄλλα χρηματίσας. Isocr. p. 73, D: Πρὶν ἄλλο τι χρηματίζειν. Athen. 10, p. 438, D: Ἐχρημάτιζε νήφων μὲν βραχέα τελέως, μεθύων δὲ τὰ πολλά. Aristoph. Thesm. 377: Χρηματίζειν πρῶτα περὶ Εὐριπίδου, τί χρὴ παθεῖν. Thuc. 5, 5: Τισὶ πόλεσιν ἐχρημάτισε περὶ φιλίας τοῖς Ἀθηναίοις. Dem. p. 717, 26: Περὶ ὧν ἂν ἅπαξ γνῷ τὸ δικαστήριον πάλιν χρηματίζειν. Polyb. 2, 54, 4: Χρ. περὶ τῶν μελλόντων. Aristot. Rhet. 1, 4: Εἴδη περὶ ὧν εἰώθασι χρηματίζειν. Rarius cum ὑπέρ, Pollux 8, 95: Προγράφουσι πρὸ τῶν ἐκκλησιῶν ὑπὲρ ὧν δεῖ χρηματίζειν. Ælian. V. H. 3, 4: Χρηματίζειν ὑπὲρ τινῶν δημοσίων πραγμάτων· 23: Χρηματίσαι τοῖς ἡγεμόσιν ὑπὲρ τῆς αὔριον πορείας.] Exempla autem ceterarum quoque constructionum, præterquam postremæ, (de qua dicam aliquanto post,) habes itidem in præcedentibus. Sed quod ad eam signif. attinet, quam Bud. poni ait pro Responsa dare legationibus, sciendum est non aptum hujus signif. exemplum ab eo subjungi, ex Diod. S.: Ταῖς δὲ πρεσβείαις χρηματίσας· neque enim χρηματίσας per se id significat, quum addatur dat. πρεσβείαις. Præterea non esse solum Responsa dare legationibus, sed et aliis, ostendit ille Plut. locus, in quo dicitur Ὥσπερ ἰδιώταις χρηματίζων. Satius itaque fuerit dicere, χρηματίζειν esse Responsum dare postulatis aliquorum. Sed et hoc sciendum est, χρηματίζειν interdum generalius poni pro ὁμιλεῖν, διαλέγεσθαι, ut ap. Thuc. quoque [5, 5]: Ἐχρημάτισέ τισι πόλεσι, schol. exp. ὡμίλησε. [Quod additum est περὶ φιλίας ostendit χρηματίζειν hic non aliter dictum esse quam in locis supra allatis.] Itidemque Diod. S., quod uno in l. vocat χρηματίζειν, in alio appellat ὁμιλεῖν. Hinc fit ut interdum χρηματίζειν reddatur etiam simpliciter Alloqui, s. Compellare. Χρηματίζειν, inquit Bud., est etiam Appellare aliquem, h. e. Compellare et alloqui, Agere cum aliquo de negotio, et verba facere. Dinarch. [p. 103, 21]: Καὶ συμπάντων τῶν Ἑλλήνων ἐναντίον διειλεγμένος Νικάνορι, καὶ κεχρηματικὼς περὶ ὧν ἐβουλήθης, ἐλεεινὸν σεαυτὸν παρασκευάζεις, προδότης ὢν καὶ δωροδόκος. Sic fortassis χρηματίζων exponi queat simpliciter Alloquens s. Compellans ap. Greg. Naz.: Οὕτω γὰρ αὐτὸν ὀνομάζει ὁ Θεὸς Μωϋσεῖ χρηματίζων ἐπὶ τοῦ ὄρους· quem tamen l. affert Bud., postquam dixit χρηματίζειν esse Responsa dare legationibus. Equidem si simplicem illam signif. ei dare nolimus eo in l., at neque hæc ullo modo convenire potest. Potiusque assentiendum fuerit iis qui ibi χρηματίζων vertunt, Respondens oraculo: de qua tamen interpret. dicam et infra in Χρηματίζομαι. [Epist. ad Hebr. 12, 25: Τὸν ἐπὶ γῆς παραιτησάμενοι χρηματίζοντα· ad quem l. Theophylactus: Ἐπὶ γῆς χρηματίζοντα τὸν Μωσῆν λέγει ἢ καὶ τὸν θεὸν τὸν ἀπ' οὐρανοῦ μὲν καταβάντα, ἐπὶ γῆς δὲ ὅμως χρηματίζοντα διὰ Μωσέως. Ἐν γὰρ τῷ ὄρει τῷ Σινᾷ ἐχρημάτισε, τουτέστιν ὡμίλησε, διελέχθη, διετάξατο. Per νομοθετοῦντα exp. Jo. Chrys. Homil. 32 in Ep. ad Hebr. p. 593. Suicer.] Affertur porro hujus verbi χρηματίζω alius præterea usus, juncti præpositioni περὶ (cum qua junctum habemus et in præcedentibus aliquot ll.), ap. Æschin. Epist. ad Ctes., pro Negotium tracto, Negotium gero: Καὶ αὐτὸς δὲ ἐπέστειλα περὶ ὧν ἐχρημάτιζον Ἀθήνησί μοι γενέσθαι πολλάκις. Sed infin., qui additur, dubiam hanc interpret. reddit; ideoque locum amplius considerandum censeo. In hoc quidem certe l. Thuc. 1, [87]: Καὶ οἱ Ἀθηναίων πρέσβεις ὕστερον ἐφ' ἅπερ ἦλθον χρηματίσαντες, videtur χρηματίσαντες dici de iis qui negotia confecerunt. Superest ut de illa constr. cum accus. rei dicam. Ejus exemplum hoc ex Plut. affertur in Themist. [c. 18]: Οὐδὲν οὔτε τῶν ἰδίων, οὔτε τῶν κοινῶν κατὰ μέρος ἐχρημάτιζε, quod redditur, Nullum munus obibat. De qua hujus loci interpretatione, donec locum adire eumque expendere licuerit, ἐπέχω. [Passiv. Τὰ χρηματιζόμενα vel τὰ χρηματισθέντα, Ea de quibus actum est, Plut. V. Dion.]

|| Χρηματίζω, in VV. LL. Versor, Dego, διατρίβω, οἰκῶ, ἰδιάζω καὶ διαιτῶ, quod domi τὰ χρήματα agitemus, maxime privata. Polyb. [5, 81, 5]: Παραπεσὼν δ' εἰς τὴν σκηνὴν, ἐν ᾗ χρηματίζειν εἰώθει καὶ δειπνεῖν ὁ βασιλεὺς, In qua rex privatim agere et versari prandereque consueverat: unde χρηματιστικὴ σκηνὴ etc. Ita quidem in illis; sed videndum ne χρηματίζειν non tam generaliter accipiatur, sed pro Negotia tractare, Negotia obire: et ita conveniet hic l. cum uno ex iis quos paulo ante attuli. [Recte HSt.]

|| Χρηματίζω, Nuncupor, Appellor. [Hujus significationis exx. antiquiora quam quæ ex Polybio, Diodoro, Plutarcho aliisque recentioribus infra posita sunt nulla videntur extare. Tanto frequentiora sunt exx. ap. scriptores medii ævi.] Plut. Anton. [c. 54]: Κλεοπάτρα μὲν γὰρ εἰς τὸ πλῆθος ἐξιοῦσα, στολὴν ἑτέραν ἱερὰν Ἴσιδος ἐλάμβανε, καὶ νέα Ἶσις ἐχρημάτιζε. Idem [Mor. p. 248, D]: Διὸ καὶ νόμος ἦν τοῖς Ξανθίοις, μὴ πατρόθεν, ἀλλ' ἀπὸ μητρὸς χρηματίζειν, h. e. ὀνομάζεσθαι. Polyb. 5, [57, 5]: Καὶ βασιλεὺς τότε πρῶτον ἐτόλμησε χρηματίζειν, καὶ γράφειν πρὸς τὰς πόλεις, i. e. Titulum assumere regis. [Diodor. 1, 44: Ἐβασίλευε Πτολεμαῖος ὁ νέος Διόνυσος χρηματίζων. Strabo 13, p. 609: Ἐχρημάτιζε Χαλκηδόνιος.] Sic Lucas Act. 11, [26]: Ἐγένετο δὲ πρῶτον ἐν Ἀντιοχείᾳ χρηματίσαι τοὺς μαθητὰς Χριστιανούς. Hæc Bud. [Athen. 6, p. 252, E: Ποσειδώνιος ὁ Ἀπαμεὺς, ὕστερον δὲ Ῥόδιος χρηματίσας, i. e. Natus Apameæ, sed postea dictus Rhodius, quia magnam in ea insula ætatis partem exegerat. Id. 10, p. 438, D: Antiochus rex, vino valde deditus, rarissime ἐχρημάτιζε νήφων, Dicebatur sobrius. Valck. Galen. vol. 2, p. 368: Ὅθεν Ἀθήναιος καὶ Ἀρχιγένης πνευματικοὶ χρηματίζουσιν. Harpocratio s. v. Δημοτευόμενος: Τὸ τοῦδέ τινος δήμου κοινωνεῖν καὶ χρηματίζειν ἀπ' αὐτοῦ. Steph. Byz. s. v. Φενέβηθις: Οὕτως γὰρ (Φενεβηθίτης) Ὡραπόλλων ἐχρημάτιζεν· ubi libri, excepto uno, vitiose ἐχρηματίζετο.] At in VV. LL. χρηματίζειν, tanquam minime neutrum, exp. Ex re nomen indere, vel sumere, Nominare, Cognominare, Nuncupare, Appellare. Afferturque ex Polyb. [5, 57, 2]: Ἐγκαλῶν καὶ διαμαρτυρόμενος, πρῶτον μὲν ἐπὶ τῷ τετολμηκέναι διάδημα περιθέσθαι, καὶ βασιλέα χρηματίζειν, i. e. Quod ausus esset diadema capiti circumponere, et se regem nuncupare, i. e. ὀνομάζειν, potius quam ὀνομάζεσθαι. Et aliquanto post, affertur ille Act. locus, ubi χρηματίσαι Χριστιανοὺς redditur, Nominasse se Christianos: ut subaudiatur αὐτοὺς, eodemque modo in præcedentibus exemplis.

Ita quidem VV. LL., sed iis minime assentiri possum; nec video cur a Budæi interpretatione discedendum sit, quum ea locis omnibus optime conveniat: passivam sc. signif. ei dando. Nam subauditionem illam, ut in quibusdam verbis alius generis significationem habentibus; receptam esse, ita in hoc non solum novam et inauditam, sed quodammodo etiam violentam esse dico. Quin etiam ineptam hujusmodi subauditionem quibusdam in ll. esse necesse est. Exempli gratia, ap. Paul. ad Rom. 7 init. : Ἄρα οὖν ζῶντος τοῦ ἀνδρὸς μοιχαλὶς χρηματίσει, ἐὰν γένηται ἀνδρὶ ἑτέρῳ. Hic vetus etiam Interpres, μοιχαλὶς χρηματίσει, vertit, Vocabit seipsam adulteram. Quo quid ineptius et magis a ratione alienum fingi potest? [Recte hæc omnia HSt., etsi Græcitate magis corrupta χρηματίζειν etiam transitive pro καλεῖν dictum est. Sic Joann. Malal. p. 225, 13 : Ἐχρημάτιζεν ἑαυτὸν οὕτως, Αὔγουστος Καῖσαρ κτλ. 268, 3 : Ἐπιτρέψαντες τοῖς συμβολαιογράφοις οὕτως αὐτὴν χρηματίζειν.] Ceterum quod ad originem hujus signif. verbi χρηματίζειν attinet, annotat Erasm. in illum Act. l., videri inde dictum, quod cognomen ex officio, quo quis fungitur, addi solet, veluti Publicani dicuntur quod publica vectigalia colligunt, ita Christiani quod Christum profiterentur. Ceterum non solum pro Appellari s. Nuncupari usurpatur χρηματίζειν, sed etiam pro Esse, ut Bud. ex Damasc. ostendit. [V. Coraes ad Heliod. vol. 2, p. 348.] Ac meminit etiam Suidas hujus signif., nullum tamen exemplum afferens. Huc autem pertinent quæ in καλεῖσθαι annotavi, ubi Hebræos quoque suo קרא eodem modo uti dixi. [|| Χρηματίζειν εἰς ..., Transire s. transformari in ..., Geopon. 12, 1, 9 : Τὸ γογγύλιν τὸ χρηματίζον εἰς τὸ γογγυλοσπάραγον. || Χρηματίζειν, Numerari, ut χρηματισμὸς de epocha annorum dicitur, ap. scriptores Byzantinos. Chron. Pasch. p. 187, A : Χρηματίζει τῆς Ἀντιοχείας εἰς τιμὴν αὐτῆς ἔτος α΄· C : Αἱ ἴνδικτοι χρηματίζειν ἤρξαντο ἀπὸ πρώτης ... τοῦ μηνός· pariterque p. 328, D; 331, B, et Joann. Malal. p. 227, 6 : Ἔτους κατὰ Ἀντιόχειαν ... χρηματίζοντος μϐ΄. Transitive p. 217, 21 : Χρηματίζει ἡ μεγάλη Ἀντιόχεια ἔτος πρῶτον. Singulari structura p. 309, 16 : Ἔκτοτε ἐχρημάτισεν ὀνομάζεσθαι πρῶτον ἔτος Ἀλεξανδρείας· nisi ὀνομάζεσθαι ex præcedente ὀνομάζεται ortum est.]

|| Χρηματίζω, Oraculum reddo [Hæc significatio ficta est ex locis qualem supra ex Aristide vol. 1, p. 322 attulimus, ubi deus qui consilia ejus expetentibus vacat χρηματίζειν dicitur. Eadem loci Plutarchei ratio est Mor. p. 435, C, quem infra affert HSt.], vide in Χρηματίζομαι.

|| Χρηματίζω, Pecuniam colligo, vide infra in Χρηματίζομαι, quod est ab ea χρημάτων signif., qua pro Pecuniis usurpatur.

|| Pass. Χρηματίζομαι, sequens eam vocis activæ signif. quam habet ap. Greg. Naz., Θεὸς χρηματίζων Μωϋσεῖ ἐπὶ τοῦ ὄρους, a quibusdam redditur, Oraculo admoneor, Divinitus admoneor. At Bud., Χρηματίζεσθαι, inquit, is dicitur, quem Deus suo sermone et colloquio dignatur. Idem quibusdam ex Aretha interjectis (quæ videnda tibi relinquo, Comm. p. 260), affert istum Epist. ad Hebr. locum [11, 7] : Πίστει χρηματισθεὶς Νῶε περὶ τῶν μηδέπω βλεπομένων, κτλ.· cui subjungit hunc Matth. 2, [12] de magis : Καὶ χρηματισθέντες κατ' ὄναρ μὴ ἀνακάμψαι πρὸς Ἡρώδην, ubi χρηματισθέντες vertit, Responso s. Oraculo in somnis accepto. Sic certe et vet. Interpr. vertit, Et responso accepto in somnis. Erasmus autem, Oraculo admoniti. Sed multo magis placet ea interpret. quæ habet, Divinitus admoniti. Sic ap. Luc. Act. 10, [22] de Cornelio : Ἐχρηματίσθη ὑπὸ ἀγγέλου ἁγίου μεταπέμψασθαί σε εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ, Divinitus admonitus est ab Angelo sancto ut accerseret. Vel, Divinitus jussus est accersere. At vero ap. eund. Luc. Evang. c. 2, non aliquis κεχρηματισμένος, sed aliquid dicitur esse κεχρηματισμένον, ubi Chrysost. exp. προλεχθὲν, v. 26 : Καὶ ἦν αὐτῷ κεχρηματισμένον ὑπὸ τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου, μὴ ἰδεῖν θάνατον πρὶν ἢ ἴδῃ τὸν Χριστὸν Κυρίου, Fuerat ipsi divinitus nuntiatum, ipsum non visurum mortem priusquam etc. Vet. Interpr. et Erasmus, Responsum acceperat a Spiritu sancto, non visurum se mortem etc. Quæ interpret. mihi parum placet; is enim responsum accipere dicitur, cui χρωμένῳ deus χρᾷ : et ita genus illud loquendi relationem quandam habet. Quidam vero ita, Fuerat ipsi Spiritus sancti oraculo promissum. Sed ubi oraculi appellatione abstinere possumus, abstinendum et ego ea censuerim : alioqui a rebus profanis ad sacras eam sicut alias plerasque posse nos mutuari dixerim. Ut autem ibi κεχρηματισμένον redditur Divinitus nuntiatum, sic in isto Arethæ loco, In Apoc. 1 : Τὴν ἔκβασιν δὲ τῶν χρηματιζομένων ἐν τάχει ὑπισχνεῖται προβῆναι, Bud. itidem vertit, Eorum quæ divinitus revelata sunt. Apud profanos scriptores contra illa oraculi voce potius quam alia utendum fuerit, ubi vox ista χρηματίζεσθαι occurrerit. [Joann. Mal. p. 35, 17 : Χρηματισθεὶς ἀπῆλθεν ἐν τῇ χώρᾳ τῆς Λιβύης· et p. 231, 1.] Habeo autem activæ quoque vocis χρηματίζειν exemplum ex Plut. De def. orac. [p. 435, C] : Ἐὰν γὰρ μὴ τοῦτο γένηται, τὸ μαντεῖον οὐ φασὶ χρηματίζειν, οὐδ' εἰσάγουσι τὴν Πυθίαν. Fortassis tamen et aliter posse hic reddi aliquis existimet. Atque ut signif. illam habere concedatur, aliud potius interpretationis genus, sed eodem pertinens, quærendum fuerit, ob præcedens vocab. μαντεῖον.

|| Χρηματίζομαι, Pecuniam colligo, s. comparo, conquiro, Quæstum facio. Thuc. 7, [13] : Καὶ οἰόμενοι χρηματιεῖσθαι μᾶλλον ἢ μαχεῖσθαι. [Plato Rep. 8, p. 550, E : Προϊόντες εἰς τὸ πρόσθεν τοῦ χρηματίζεσθαι. Οἱ χρηματισάμενοι ib. 1, p. 330, C. Gorg. p. 452, E : Ἄλλῳ ἀναφανήσεται χρηματιζόμενος καὶ οὐχ αὑτῷ. Addito accus. ib. p. 467, D : Οἱ τὸν ἄλλον χρηματισμὸν χρηματιζόμενοι, ut χρηματίζεσθαι τὸν ἐκ γῆς χρηματισμὸν dixit Leg. 12, p. 949, E. Χρ. ἀπὸ ... Soph. p. 225, E : Ἀπὸ τῶν ἰδιωτικῶν ἐρίδων χρηματιζόμενοι. Xen. Cyrop. 8; 4, 31 : Οὐχ ὁ Κύρου τρόπος ... οἷος χρηματίζεσθαι, ἀλλὰ διδόναι μᾶλλον· De vectig. 5, 3 : Οἱ γνώμῃ καὶ ἀργυρίῳ δυνάμενοι χρηματίζεσθαι· Rep. Ath. 3, 3 : Ἤν τις ἀργύριον ἔχνων προσίῃ πρὸς βουλὴν ἢ δῆμον, χρηματιεῖται· ubi sequitur ἀπὸ χρημάτων πολλὰ διαπράττεσθαι. Hell. 5, 4, 30 : Ἄνδρα μὴ καταγιγνώσκων ἀδικεῖν οἷς ἐχρηματίσατο ἐπὶ κακῷ τῆς πόλεως· ubi οἷς in ὃς mutandum cum Wyttenb. Isocr. p. 209, B : Χρηματίζεσθαι παρὰ τῶν νεωτέρων, ut χρηματιεῖσθαι παρὰ τοῦ βασιλέως dixit Theopomp. ap. Athen. 6, p. 252, C, et χρηματισάμενος παρ' ἐκείνου Joseph. A. J. 16, 10, 1. Lysias p. 182, 34 : Χρηματιούμενος, ἀλλ' οὐ πρὸς ὑμᾶς φιλοτιμησόμενος ἐξέπλευσε. Et ap. eund. p. 120, 36, Isæum p. 77, 18.] Apud Dinarchum legitur partic. præt. κεχρηματισμένος, quod Bud. in Comm. reddit, Qui locupletatus est, et quæstus uberes fecit. Alibi autem vertit, Qui quæstum magnum fecit. Item, Qui lucrum fecit, et Qui pecunias reportavit. [Xen. Cyrop. 3, 3, 5 : Ἀπῄει κεχρηματισμένος οὐχ ἃ ἔλαβε μόνον χρήματα.] Idem hunc Isocr. in Busir. l. [p. 221] : Ἡγοῦμαι γὰρ τοῖς μὲν ἀναξίως δυστυχοῦσιν, ἐκ δὲ φιλοσοφίας χρηματίζεσθαι ζητοῦσιν, ἅπαντας τοὺς πλείω πεπραγματευμένους, καὶ μᾶλλον ἀπηκριβωμένους, προσήκειν ἐθελοντὰς τοῦτον εἰσφέρειν τὸν ἔρανον, ita vertit, Existimo enim bonis moribus convenire, ut iis, qui fortunæ injuria facultatibus lapsi sunt, et vitæ subsidium ex literarum studio sibi comparare instituerunt, cuncti, qui in literis amplius commentando profecerunt, et exactius eruditi sunt, hanc munificentiam conferant et gratiam. [Omittimus frequentia inferiorum scriptorum exx., uno notato loco Plut. Comp. Dem. et Cicer. c. 3, ubi libri plerique : Χρηματίσασθαι ἐπὶ τῷ λόγῳ Δημοσθένης λέγεται, structura suspecta, ubi nunc ex marg. unius cod. ἀπὸ τοῦ λόγου, etsi ἀπὸ τῶν λόγων potius exspectes, quod conjecit Reiskius. Cum accus. personæ construxit Polybius sive epitomator ejus in Exc. Valesii 32, 21, 13 : Ἐχρηματίζετο ἀεὶ τοὺς μὲν ἄνδρας δι' ἑαυτοῦ, τὰς δὲ γυναῖκας διὰ τῆς μητρὸς Φιλωτίδος, Pecuniam viris exprimebat.] At vero act. vox χρηματίζειν pro χρήματα συλλέγειν, i. e. Pecuniam colligere, ap. Hesych. exstat [qui post alias activi χρηματίζει explicationes addit χρήματα συλλέγει. ||Pecunia dono. Schol. Aristoph. Pac. 905 : Εἴ τις αὐτοὺς ἐχρημάτιζε, προθύμως συνεπελαμβάνοντο. ||Χρηματιζούσης vitiose pro χρησιμευούσης v. s. v. Χρησιμεύω.]

Χρηματικὸς, ἡ, ὸν, Pecuniarius, [Pecunialis, Gl.]

Ad pecuniam pertinens. [Χρηματικὴ ζημία Plut. V. Dem. c. 27; χρ. συμβόλαια V. Lyc. c. 14; πενία Mor. p. 524, E.] Sed dicitur etiam aliquis esse χρηματικὸς, i. e. Pecuniosus, Pecunia abundans, Opulentus : unde ap. Plut. Solone [c. 14] τοῖς ἀπόροις opponi videmus τοὺς χρηματικοὺς, ubi scribit, Ἱστορεῖ τὸν Σόλωνα ὑποσχέσθαι κρύφα τοῖς μὲν ἀπόροις τὴν νέμησιν, τοῖς δὲ χρηματικοῖς, βεβαίωσιν τῶν συμβολαίων. Eadem forma dicitur qua κτηματικός. [Χρ. ἀνὴρ Plut. Mor. p. 1069, A, nisi corruptum ex χρηματιστικὸς, quod v. Χρηματικὴ, Ars rei faciendæ, Clem. Alex. p. 392. In Gl. Χρηματικὴ, Pecuniaria, Numaria, Civilis causa. || Adv. Χρηματικῶς, Civiliter, Gl. « Basil., Const. et Leo Prochiro p. 152, 1 Zachar., ὁ χρ. τινὰ αἰτιασάμενος, Si quis civiliter quem in judicium vocavit; ubi opponitur voc. ἐγκληματικῶς, Criminaliter. » Hase.]

Χρημάτισις, εως, ἡ, i. q. χρηματισμὸς in ea signif. quæ prima data illi fuit. Suid. ex Æliano affert pro χρημάτων συναγωγή. Sed et pro Quæstu, interdum, ut ap. Xen. [OEc. 20, 22] : Ἀνυτικωτάτην χρημάτισιν ἀπὸ γεωργίας ἐπετήδευσε. [Ib. 11, 11. Dio Cass. 52, 25 : Καθ' ἕκαστον χρηματίσεως εἶδος.]

Χρηματισμὸς, ὁ, Responsum quod dant magistratus postulationibus aliquorum, Responsum eorum qui jus reddunt. Athen. de Dionysio Heracleæ tyranno, 12, [p. 549, D] : Τοὺς δὲ χρηματισμοὺς ἐποιεῖτο τοῖς βουλομένοις, προτιθέμενος κιβωτὸν τοῦ σώματος, Postulationibus adeuntium respondebat, Cum adeuntibus et supplicantibus agebat, arca intermedia, Bud. Exempla autem significationis verbi χρηματίζεσθαι, quam sequitur hic χρηματισμὸς, habes supra. [Auditio legatorum et responsum iis datum. Polyb. 28, 14, 10 : Αἱ ἐντεύξεις τῶν πρεσβειῶν καὶ οἱ χρ. Sed et ipsorum legatorum oratio et tractatio negotiorum 28, 16, 4 : Ὑπὲρ ἧς (πρεσβείας) Κλεόστρατος ἐποιεῖτο τὸν χρ. καὶ τοὺς λόγους, Cujus legationis nomine negotia tractabat et verba faciebat. Schweigh. Lucian. Gall. c. 25 : Ἀσχολίαν καὶ χρηματισμοὺς καὶ δίκας.] ||Χρηματισμὸς, Responsum divinum, s. Oraculum, aut Mandatum. Paul. Ep. Ad Rom. 11, [4] de Esaia : Ἀλλὰ τί λέγει αὐτῷ ὁ χρ.; Apud Aretham autem In Apoc. 1 : Δι' ἀγγέλου δὲ ὁ χρ. τῷ δούλῳ αὐτοῦ, Sermocinatio divina interprete angelo facta est cum servo Dei, Bud. [Per ὀπτασίας νομοθεσία exp. Hesych., per προφητεία Joann. Chrys. Homil. 23 in Epist. ad Hebr. Et Theophyl. in Epist. ad Rom. c. 11 : Χρ. ἐστιν ἡ τοῦ θεοῦ ἐπιφάνεια καὶ ὁμιλία. Athanas. vol. 2, p. 279, C : Ἐν ταῖς πράξεσι τῶν ἀποστόλων (11, 26) ἀκούομεν ὅτι ἐν Ἀντιοχείᾳ γέγονε πρῶτος χρηματισμὸς (corrupte edd. vet. χριστιανισμὸς), ἦγουν ἀποκάλυψις τοῦ θεοῦ.] Habes autem supra verbum χρηματίζομαι, et in ea signif. positum, quam hic sequitur verbale χρηματισμός. [Inscr. Ægyptiaca apud Letronn. *Recueil* vol. 1, p. 338, 18 : Ἡμῖν διδόναι τοὺς καθήκοντας περὶ τούτων χρηματισμούς· ubi usum voc. optime illustravit Letronn. p. 352 : « *Les prêtres désirent qu'on* leur envoie les arrêtés nécessaires pour cet objet. Χρηματισμοὶ *signifie, en cet endroit*, arrêtés, décisions émanées de l'autorité compétente; *c'est le sens qu'il a dans l'inscription de Rosette l.* 51 : Εἰς πάντας τοὺς χρηματισμοὺς, *où* χρηματισμοὶ *signifie* les actes *et* les édits *rendus par les prêtres, en ce qui concerne le culte. Aussi Hésychius interprète* χρηματισμὸς *par* νομοθεσία, *qui doit signifier la même chose que* νομοθέτημα, *un* édit *ayant force de* loi. *Diodore de Sicile le prend dans le sens soit de* sentences rendues par les juges *ou* par le roi (1, 70, 78; cf. Wessel. ad 1, 64), *soit de* pièces officielles (14, 13, ibi Wessel.). *L'auteur de 2 livre des Macchabées* (11, 17) *lui donne celui de* lettres missives *qu'on remettait aux députés, et la Vulgate le rend par* scripta. *Dans un décret* (ap. Joseph. A. J. 14, 10, 14), *il a le sens d'arrêté des stratéges. Il paraît même que ce nom s'appliquait à tous les* actes publics *et aux* contracts *qui portaient la date du règne du prince; c'est ainsi qu'il faut entendre* τῶν χρηματισμῶν ἀναφερομένων εἰς ἀμφοτέρους *dans Porphyre* (ap. Euseb. Chron. p. 225, 33), les actes étant datés d'après les deux (*Cléopâtre et Alexandre*), *ou bien* les dates des actes étant rapportées à tous les deux; *car cet auteur dit plus bas :* Εἰς μόνον δὲ ἤρξατο μετατίθεσθαι τὸν Ἀλέξανδρον μετὰ τὸν ἐκείνης θάνατον τὰ σύμβολαια. *Le mot* συμβόλαια, *dans ce passage, est synonyme de* χρηματισμοὶ, *employé dans l'autre* (Scalig. ad Euseb. p. 430). *Cette acception du mot* χρηματισμοὶ, *qu'on aurait peut-être peine à trouver dans des monuments antérieurs à Alexandre, se rattache, sans doute, à la signification bien connue du verbe* χρηματίζειν, rendre la justice *ou* donner une décision, *qu'on rencontre dans les meilleurs écrivains attiques.* » Alia ex Papyris Ægyptiacis exempla collegit Peyron. Papyr. vol. 1, p. 93.] || Χρηματισμὸς, (ab ea verbi χρηματίζομαι signif. cui datus locus ultimus fuit,) Pecuniæ comparatio, Studium quod impenditur comparandæ pecuniæ, s. colligendæ, aut etiam generalius, faciendo quæstui. [Per χρημάτων συλλογὴ exp. Suidas allato Damascii exemplo.] Nonnunquam vero ipse quæstus ita vocatur, ut ap. Plat. Apol. [p. 36, B], Ἀμελήσας χρηματισμοῦ [τε καὶ οἰκονομίας, quæ etiam Rep. 6, p. 498, A, conjuncta sunt], redditur, Quæstum postponens. Sed hic illam quoque signif. servare potest. [Recte judicat. Frequens autem hoc v. ap. Platonem, velut Leg. 6, p. 705, A : Ἐμπορίας καὶ χρ. διὰ καπηλείας ἐμπιπλᾶσα αὐτήν· 12, p. 952, E : Χρηματισμοῦ χάριν ἐμπορευόμενοι· 949, E : Τὸν ἐκ γῆς χρ. Rep. 2, p. 357, C : Ἰάτρευσίς τε καὶ ὁ ἄλλος χρ. Χρ. καὶ πλοῦτος Ep. 8, p. 355, A. Et numero plur. Leg. 5, p. 741, E : Μηδ' ἐξεῖναι χρηματίζεσθαι τῶν ἀνελευθέρων χρ. μηδενὶ μηδένα· et Rep. 5, p. 465, C. Apud Xen. bis, Rep. Lac. 7, 2 et 6, ut ap. Demosth. p. 568, 18; 958, 3. Sæpius ap. Isocratem et plurimos posteriorum temporum scriptores, velut Polybium (qui τὸν ἀπὸ τοῦ κρατίστου χρηματισμὸν dixit 6, 56, 3, et τοὺς χρ. ib. § 1), Plutarchum aliosque.] Redditur etiam, Quæstuaria negotiatio, s. Res pecuniaria. [|| Denominatio. Diog. L. 1, 48 : Ἀπὸ τῶν δήμων τοὺς χρηματισμοὺς ἐγκεχαραγμένους, ὅπερ ἦν ἴδιον Ἀθηναίων, quemadmodum Harpocratio (s. v. Δημοτευόμενος) dixit χρηματίζειν ἀπὸ τοῦ δήμου, Ab demo nomen habere. || « Æra. In fragmento Porphyrii quod legitur in Chronico Eusebii p. 60, non semel χρηματισμὸς ponitur pro Æra, ut Scaliger observat. Sic χρηματισμὸς Ἀντιοχέων sæpe ab Euagrio dicitur Æra Antiochensium Juliana. » Suicer. Joann. Mal. p. 309, 17 : Ἔστιν ἐξ ἐκείνου τοῦ χρόνου ὁ χρ. τῆς πρὸς Αἴγυπτον Ἀλεξανδρείας. Conf. dicta s. v. Χρηματίζω.]

[Χρηματιστέον, Divitiis et pecuniæ studendum est, Xen. Rep. Lac. 7, 3.]

Χρηματιστήριον, τὸ, Locus in quo χρηματικὴ τέχνη exercetur; aut certe, Locus in quo χρηματισταὶ suam negotiationem exercent. In VV. LL. Officina numularia. [Sic Plut. V. Cæs. c. 67 : Ἀπολείπειν τραπέζας καὶ χρηματιστήρια. Diodor. 1, 1 : Ἕνα λόγον καὶ κοινὸν χρ. τῶν συντετελεσμένων ἀπέδειξαν τὰς ἑαυτῶν πραγματείας. Codd. aliquot πραγματιστήριον ex glossemate, ut sit Negotiatorium. Thesaurum interpretatur Rhodomannus, vel Ærarium. Ita Dionysius exstruxisse fertur πρὸ αὐτῆς (τῆς νήσου) χρηματιστήρια καὶ στοὰς δυναμένας ὄχλων ἐπιδέχεσθαι πλῆθος 14, 7, nisi tamen eo loco conclavia siguantur, in quibus responsa civibus et civitatium legatis daturus erat. Posses et de oraculo accipere, quomodo Symmachus et Aquila Reg. 1, 6, 19 : Καὶ χρ. ἐν μέσῳ τοῦ οἴκου ἔνδοθεν ἡτοίμασε, et v. 5, ac Psalm. 27, 2. Wessel. Andr. Cret. p. 146 : Ἴτω πρὸς τὸ τῆς παρθένου χρ., ubi præcessit, Πρόκειται νῦν ἡ θεοχρημάτιστος αὕτη σορὸς τοῦ θεολήπτου σκήνους.] Ibid., Sedes judicis, ex 1 Esdræ, [3, 15] : Ἐκάθισεν ἐν τῷ χρηματιστηρίῳ, ubi dicitur vulg. interpretatio habere, Sedit in concilio. Est certe posterior hæc signif. vocis χρηματιστήριον ab ea signif. verbi χρημάτιζειν, qua ponitur pro Jus reddere, Responsum dare postulatis aliquorum.

Χρηματιστὴς, ὁ, Qui comparandæ pecuniæ deditus est, s. acquirendæ, aut congerendæ, Pecuniæ congerendæ studiosus. Aut etiam, Qui artem pecuniæ comparandæ novit, Qui talis est ut facile pecuniam comparare possit. (Sed hæ posteriores interpretationes voci χρηματιστικὸς magis conveniunt.) [Plato Gorg. p. 452, A : Ἰατρός τε καὶ παιδοτρίβης καὶ χρ. Alc. 1 p. 131, C : Οὐ τὰ αὐτοῦ ἄρ' ἔτι πράττει ὁ χρ. Rep. 8, p. 555, A : Τὸν φειδωλόν τε καὶ χρ. Demosth.

p. 1002, 8.] Apud Aristot. Eth. 1, 5, χρηματιστὴς A redditur Qui in pecuniæ quærendæ studio versatur: ab aliis, In pecuniis congerendis occupatus. Verum quidam cum χρηματιστὴς putant subaudiri βίος, ex præcedentibus. Xen. OEc. [2, 18] δεινὸν χρηματιστὴν appellat Hominem ad rem augendam impigrum, [ut εὔτονον χρ. dixit Plut. V. Themist. c. 5,] Bud.; qui etiam annotat, Platonem usum esse pro Negotiatore, in hoc l.: Μήτε χρηματιστὴν, μήτε ἱππέα, μήτε δημιουργόν. [Themist. p. 316, 6 Dindorf. Julian. Imp. p. 290, C, de seipso, καίπερ ὢν φαῦλος χρ. || Χρηματισταὶ apud Ægyptios Judices qui causas forenses easque graves discernebant, urbesque peragrabant judicando. Peyron Pap. gr. musei Taur. p. 94. Franz. De administratione Ægypti macedonica p. 5. Letronn. *Journ. des Savants* a. 1828, pag. 104. Hase. Improprie Philostr. p. 598: Πραότητος ἦν χρηματιστής. Hemst. || Suidas: Χρ., χρημάτων πωλητὴς, ὁ ῥᾳδίως χρήματα πορίζων οὕτω προσαγορεύεται. Κεῖται τὸ ὄνομα παρὰ Λυσίᾳ. Eodem modo ap. Platon. Rep. 1, p. 330, C: Μέσος τις γέγονα χρ. τοῦ τε πάππου καὶ τοῦ πατρὸς, B schol. exp. χρημάτων πωλητής.]

Χρηματιστικὸς, ἡ, ὸν, Comparandæ pecuniæ peritus, s. Acquirendæ, Qui artem quærendæ pecuniæ novit, talis est ut facile pecuniam comparare possit. [Χρ. οἰωνὸς, Quæstum ac divitias portendens, Xen. Anab. 6, 1, 23. De hominibus dictum frequens ap. Platonem aliosque. Sic ὁ χρ. Plato Rep. 9, p. 591, C. Idem Phædr. p. 248, D: Ἢ τινος οἰκονομικοῦ ἢ χρ. Symp. p. 173, C: Τοὺς τῶν πλουσίων καὶ χρ. λόγους· Rep. 8, 558, D: Ὅσαι (ἡδοναὶ) ἀναλωτικαὶ μὲν, χρηματιστικαὶ δὲ μή. Ἐπιθυμίαι χρ. ib. p. 559, C, et 9, p. 572, C. Ib. 3, p. 415, E: Στρατιωτικάς γε (οἰκήσεις), ἀλλ' οὐ χρ. Eunap. p. 19: Ὁ πατὴρ αὐτὸν ἐκπέμψας ἐπὶ παιδείαν χρηματιστικήν· ubi Wyttenb. p. 69: « Sic et codex Mediceus pro vetere χρηματικήν· quod est *pecuniarius;* illud *pecuniæ quærendæ peritus, idoneus.* Plut. V. Crassi c. 17: Τὰς ἐν Συρίᾳ διατριβὰς ἠτιῶντο, χρηματιστικὰς μᾶλλον οὔσας ἢ στρατηγικάς· ib. c. 2: Τὴν γὰρ οἰκονομικὴν, ἐν ἀψύχοις χρηματιστικὴν οὖσαν, ἐν ἀνθρώποις πολιτικὴν γιγνομένην ὁρῶμεν. Restituendum videtur Mor. p. 1069, A, χρηματιστικὸς ἀνὴρ, pro χρηματικὸς ἀνήρ. Aristoteles Polit. 1, 8, ubi v. Victorius p. 18. Stoicis est præceptum ὁ σοφὸς χρηματιεῖται: unde in Zenonis Epitome ap. Stob. Ecl. Eth. p. 182, χρηματιστικὸν βίον sapienti convenire, et χρηματιεῖσθαι ἀπὸ τῶν κατὰ τὴν παιδείαν, καὶ μισθούς ποτε λήψεσθαι παρὰ τῶν φιλομαθούντων διωμολογήσαντο. Itaque παιδείαν χρηματιστικὴν hoc loco, vel passive *disciplinam*, vel active *doctrinam*, intelligere licet: id est, vel ut disceret quamdam artem conficiendæ pecuniæ, veluti mercaturam, aut similem: vel ut disceret artem, quam postea redux doceret. Et hoc quidem loco utrumque valere putem. »] Aliquid etiam dicitur χρηματιστικὸν, Ex quo quæstus percipi potest. [Τὸ χρ. εἶδος vel γένος ap. Plat. Soph. p. 219, C; 225, D; 226, A.] Et χρηματιστικὴ τέχνη, Ars quæstuaria. [Omisso τέχνη Plato Gorg. p. 478, A, Euthyd. p. 307, A.] Vide Bud. ex Aristot. [Polit. 1, 8 et 9], p. 257, 258. || Χρηματιστικὴ σκηνὴ in VV. LL. ea, ἐν ᾗ χρηματίζειν εἰώθει καὶ δειπνεῖν ὁ βασιλεύς: quæ verba habuisti supra ex Polyb. [5, 81, 5], in Χρηματίζειν. Sed unde illud χρηματιστικὴ σκηνὴ sumptum sit, in iis non annotatur. [Eodem modo χρ. πυλῶν 15, 31, 2, Vestibulum ubi publica negotia rex tractat.]

[Χρηματίτης, ὁ, Χρ. ἀγὼν, Certamen in quo agitur de pecunia. Schol. Pind. Olymp. 8, 101: Τοὺς δωρίτας καὶ χρηματίτας ἀγῶνας, ut ex cod. Vratisl. correctum est pro χρηματιστὰς, ut χρηματίτης s. χρηματικὸς ἀγὼν memoratur in Argum. Pyth. 2 et 4. Στεφανίτης et χρ. ἀγὼν ap. Diogenian. Proverb. 7, 41. G. D. Marmor Parium C. I. vol. 2, p. 296, n. 2374, 53: Καὶ ὁ ἀγὼν ὁ γυμνικὸς ἐτέθη χρ. ἀπὸ τῶν λαφύρων. Hase.]

[Χρηματοδαίτης, ὁ, Rei familiaris distributor. Æsch. Sept. 731: Κτεάνων χρηματοδαίτας πικρὸς, ὠμόφρων σίδαρος.]

[Χρηματοδοτέω, Pecuniam largior. Tzetzes ined.: Δυστροπία τῶν χρηματοδοτούντων. Boiss. Prostat hodie editus ab ipso Boiss., legiturque is locus Alleg. Hom. Il. Π, 3. Hase.]

[Χρηματοθήκη, ἡ, Ærarium. Const. Manass. Chron. 6414: Ὑπανοίξαντα πολλὰς αὐτῷ χρ.]

[Χρηματολαῖλαψ, ὁ, Pecuniarum violentissimus raptor. Ignat. Epist. ad Magn. p. 58: Οἱ τῶν γυναικῶν φθορεῖς καὶ τῶν ἀλλοτρίων ἐπιθυμηταὶ, οἱ χρηματολαίλαπες. Constitt. Apost. 2, 49, p. 873, illum testem admittendum dicunt qui non sit χρηματολαίλαψ. Suicer. Scribendum Χρηματολαῖλαψ.]

[Χρηματολογέω, Opes colligo. Constitt. Apost. 3, 7.]

[Χρηματομανία, ἡ, Insanus amor pecuniæ. Nicephorus Blemmydes in Maii Collect. Vat. vol. 2, p. 663. Osann.]

Χρηματοποιὸς, ὁ, Qui pecunias conficit, i. e. comparat, ut dicitur aliquis multas pecunias s. multum pecuniæ aliqua ex re confecisse. [Aristoph. Ecl. 442: Γυναῖκα δ' εἶναι πρᾶγμα χρ. Dio Cass. 42, 49: Χρ. ἀνήρ.] Apud Xen. [OEc. 20, 15] χρηματοποιὸς τέχνη, Quæstuosa ars, Ars ex qua multum pecuniæ conficitur. In VV. LL. Rem faciens, Quæstuosus. Sed verti non possit Rem faciens, nisi diceretur de persona, non de re. Apud Polluc. [3, 110] hæc conjunguntur, Πλουτοποιὸν χρῆμα, Πλουτηρὸν, Χρηματοποιόν. Gall. quoque dicitur *Faire de l'argent,* vel *Faire argent,* pro Acquirere, Comparare.

[Χρηματοφθορικὸς, ἡ, ὸν, Rei consumendæ peritus. Plato Soph. p. 225, D: Τοῦ ἐριστικοῦ τὸ μὲν χρ., τὸ δὲ χρηματιστικὸν ὂν τυγχάνει.]

[Χρηματοφυλάκιον, τὸ, Ærarium, Gl. Strabo 12, p. 537, ubi ed. Ald. θησαυροφυλάκιον.]

[Χρηματοφύλαξ, κος, ὁ, Opum custos. Schol. Æsch. Pers. 1. Boiss. Euseb. Præp. ev. p. 351, D, τοὺς χρ., Ærarii præfectos, ex Aristea De legis transl., ubi p. 859, D, τοὺς βισκοφύλακας. Hase.]

[Χρήμη, ἡ. HSt. post ea quæ de vocc. Χρῆϊς et Χρήϊα dixit:] Dubitari etiam potest de voce Χρήμη, hucne referenda sit, (aut certe ad præcedens Χρήζω,) an eodem quo et Χρῆμα. [Inter barytona in μη memoratur ab schol. Apoll. Rh. 4, 1677, ubi in κρήνη corruptum correxit Meinekius.] Exp. autem Χρήμη Indigentia, χρεία et σπάνις. Afferturque [ab Suida] ex Herodoto [V. Hom. § 14]: Ἐναντιωθέντας τῇ χρήμῃ αὐτοῦ· sed videtur potius poni pro Commodo ejus. [Archil. ap. Stob. Flor. 105, 24: Πολλὰ γίγνεται κακὰ καὶ βίου χρὴ μὴ (χρήμη cod. Vindob.) πλανᾶται καὶ νόου παρήορος· ubi Abreschio χρήμῃ scribendum videbatur, rejectum ab Valcken. ad Theocr. Adon. p. 247, qui βίου χρήζων correxit, cujusmodi participium aptissimum est verbo πλανᾶται. Est autem vox, ut videtur, Ionica, quam Democrito quoque ap. Stob. Flor. 76, 16, recte restituit Meinekius: Ὅτεω χρήμη (libri χρήματα) ἐστὶ παῖδα ποιήσασθαι. G. Dind.]

[Χρῆμι. V. Χρὴ et Χρήζω.]

[Χρημονέω ap. Polluc. 6, 196, in edd. vett. vitiose pro ἀχρημονεῖν, quod restitutum ex codd.]

[Χρημοσύνη, ἡ, Indigentia. Theogn. 381, 386, 572, 678. Anon. Anth. Pal. App. 119. (Idem epigr. recusum C. I. vol. 3, p. 886, n. 6208, 23. Hase.) Conf. Χρησμοσύνη.]

[Χρῆν. V. Χρή.]

[Χρῆνδοι, οἱ, populus Hyrcaniæ, ap. Ptolem. 7, 9, 5.]

[Χρῆος. V. Χρέος.]

[Χρῆς, fictum ab Philoxeno adjectivum, unde ζαχρηὴς derivari possit: v. schol. Hom. Il. B, 269, et Lobeck. Paral. p. 82.]

[Χρήσδω. V. Χρήζω.]

[Χρησείδιον, τὸ, q. d. Dictiuncula, Sententiola. Anast. Sin. Hod. p. 74, 29; 222, 30; 340, 23, τοῖς λεξειδίοις καὶ χρ. τῶν πατέρων προσκόπτοντες. Hase.]

[Χρῆσθα. V. Χρήζω.]

[Χρησιμαῖος, α, ον, Utilis, si recte legitur ap. Greg. Nyss. t. 1, p. 468, C, χρησιμαῖον εἰς τὸ σὸν ἦθος. Sed fort. scribend. χρησιμεῦον. Hase.]

Χρησιμεύω, Utilis sum, Sum usui, commodo, Commodus sum. [Phrynich. p. 386: Χρησιμεῦσαι μὴ λέγε, ἀλλὰ χρήσιμον γενέσθαι· ubi Lobeck.: « Χρησιμεύειν a Thoma quoque rejectum p. 921, legitur ap. Theophr. fragm. 15, 1, p. 835: Φώκην χρησιμεύουσαν τοῖς ἐπιληπτικοῖς· Diodor. 1, 81, Porphyr. Abst. 1, 54, p.

ἐπιπροσθεῖναι. Eustath. Opusc. p. 202, 80 : Οὐκ ἂν αὐχήσαιμι παραβαλεῖν ποτε τὴν ἀκοὴν ἀκροάσει βασιλικῇ, ἐν ᾗ μή τι ξενίζον καὶ ἀρτιφανὲς ἐμοὶ γοῦν εἰς χρηστομάθειαν εἰσῳκισάμην κατὰ νοῦν· 203, 30 : Δραμεῖν εἰς ψυχὴν πάνυ εὔοδον ταῖς εἰς αὐτὴν πρεπούσαις χρηστομαθείαις. || Χρηστομάθεια vel Χρηστομάθειαι, αἱ, ab inferiorum temporum scriptoribus Excerpta rerum notabiliorum ex libris scriptorum amplioribus dicuntur. Cujusmodi fuit Procli χρηστομάθεια γραμματική, cujus fragmenta præfixa sunt Homeri Iliadis codici Marciano 454, et excerpta proposuit Photius Bibl. cod. 239, p. 318, ubi codex Bessarioneus ut Marcianus Iliadis χρηστομαθίας γραμματικῆς, Photii vero codex Paris. χρηστομαθείας γρ., quod præstat. Numero plurali ibid. cod. 279, p. 529 : Ἀνεγνώσθη ἐκ τῆς Ἑλλαδίου Βησαντινόου ἐπιγραφομένης πραγματείας χρηστομαθειῶν α′ β′ γ′ δ′. Pro quo singularis est ap. Etym. M. p. 212, 49; 609, 1; 685, 57, ubi citatur Βησαντῖνος ἐν τῷ (τοῖς loco primo) περὶ χρηστομαθείας, libris partim χρηστομαθίας præbentibus, ut Ἐρέννιος Φίλων ἐν τῷ περὶ χρηστομαθίας citatur p. 227, 53, pariterque Proclus p. 327, 38. Epitome Strabonis ab Gelenio primum edita inscripta est Χρηστομάθειαι ἐκ τῶν Στράβωνος Γεωγραφικῶν, de qua Dodwell. in Hudsoni Geogr. vol. 2, p. 169 : « Multas istiusmodi Collectaneorum inscriptiones collegit in Historiæ Naturalis Præfatione Plinius; multas item Gellius in ea quæ nunc Præfatio habetur, temere ab operis fine ad initium translata, tam Romanorum quam Græcorum. Nec tamen apud alterutrum legimus titulum Χρηστομαθειῶν. Primus librorum ita inscriptorum meminit in Bibliotheca Photius a Proclo, qui seculo quinto vixit, et Helladio. Nec tamen ejusdem generis erant illæ undecunque et ex variis auctoribus in unum corpus collectæ Chrestomathiæ cum his ex uno Strabone. Hæ inferiorum adhuc videntur fuisse temporum quam Procli, mediæ scilicet antiquitatis qua primum prodierint Latinorum defloratione et florilegia, quibus fere respondent Græcorum Ἀνθολόγια et Ἀπανθίσματα. » Parum probabilis Schneideri conjectura est, qui ex verbis Varronis De re rust. 1, 1, 10 : *Hosce ipsos Dionysii libros utiliter ad sex libros redigit Diophanes*, collegit Diophanis epitomen (quam dixit Columella 1, 1, 10) χρηστομαθειῶν nomine inscriptam fuisse. G. D. || Eruditio. Epiphan. t. 1, p. 21, C. Clem. Al. Strom. 1, 1, 17, τῆς ἑλληνικῆς χρ. ὁ καρπός. Euseb. Hist. eccl. 6, 13, πλείστης χρ. ἔμπλεοι οἱ τοῦ ἀνδρὸς λόγοι. Hase.]

[Χρηστομαθέω, Bonis (artibus s. literis) studeo. Longin. De subl. 2, 3 : Ὁ τοῖς χρηστομαθοῦσιν ἐπιτιμῶν. Schneid. Cyrill. Al. t. 5, p. 456, C, σοὶ χρηστομαθεῖν ἠρημένῳ. Hase.]

[Χρηστομαθής, ὁ, ἡ, Bonarum rerum studiosus. Cyrill. Al. l. 3 In Joann. p. 268 : Χρ. λίαν ἡ ἐν τούτοις περιεργία καὶ ζήτησις. Idem l. 6 In Joann. p. 588 : Χρ. καὶ λίαν ἐπιεικεῖς οἱ σοφώτατοι μαθηταί. Clem. Al. p. 342 : Χρ. ὁ ποικιλωτέρων μαθημάτων ἁψάμενος. Suic. Neutr. Euseb. Hist. eccl. p. 4, C, τὸ χρηστομαθὲς τῆς ἱστορίας. Hase. *Hominem* χρηστομαθῆ dixit Cicero Ep. ad Att. 1, 6.]

[Χρηστομουσέω.] Χρηστομουσεῖν, Musicæ leges in canendo servare, ut quidem interpr. VV. LL. in hoc l. Athen. 14 : Διὰ τὸ χρηστομουσεῖν καὶ μὴ παραβαίνειν τοὺς ἀρχαίους τῆς μουσικῆς νόμους: Sed χρηστομουσεῖν proprie videtur esse Utilem s. Bonam musicam consectari, aut exercere. Dictum fuit de hoc verbo et supra [s. v. Μοῦσα], ubi etiam locum Athenæi altius repetitum invenies. [Ibi HSt.:] Χρηστομουσέω. Dicebantur χρηστομουσεῖν, Qui veteres modulos retinebant, nec novis coloribus fucabant. Athen. 14, [p. 633, B] ex Demetrio Byzantio : Ἐκάλουν δὲ καὶ χορηγοὺς οὐχ ὥσπερ νῦν τοὺς μισθουμένους τοὺς χορούς, ἀλλὰ τοὺς καθηγουμένους τοῦ χοροῦ, καθάπερ αὐτὸ τοὔνομα σημαίνει· ἦν δὲ αὐτοῖς καὶ τὸ χρ. καὶ μὴ παραβαίνειν τοὺς ἀρχαίους τῆς μουσικῆς νόμους. Συνέβαινε δὲ τὸ μὲν παλαιὸν φιλομουσεῖν τοὺς Ἕλληνας.

Χρηστὸς, ἡ, ὸν, Utilis, Commodus. Primam enim esse hanc nominis χρηστὸς signif., persuasum habeo, non autem eam qua pro Bono accipitur; quum videamus ἄχρηστος dici de Inutili, non de Improbo : et A quum videamus χρήσιμος ab eodem verbo eandem signif. trahere : denique quum nihil magis rationi consentaneum sit quam ut primum locum obtineat ea signif. nominis verbalis, aut certe derivativi, ut generalius loquar, quæ Latine vel alio sermone per derivativum itidem exprimi potest : ut videmus hic, sicut χρῆσθαι redditur Uti, Gallice *User* : ita χρηστὸς reddi Utilis, Gall. itidem *Utile*. Neque vero dignum hoc esse existimo quod in disceptationem vocetur : atque adeo facti mei nullam reddendam esse rationem censuissem, nisi scirem quendam alicujus nominis virum negare ausum esse primam nominis χρηστὸς signif. esse eam, qua pro Utili usurpatur. Hoc tamen fateor, non tam frequens esse χρηστὸς pro Utili, quam est in aliis signiff., sed quæ alioqui ab illa manasse dici queunt. [Χρηστῶν per χρησίμων exp. Hesych. Etym. M. p. 814, 10 : Χρηστὸς ὁ ἀγαθὸς, ὁ πᾶσιν ἑαυτὸν παρέχων. Non legitur ap. Homerum et Hesiodum, nec recentiorum Epicorum exx. allata sunt, omninoque in prosa frequentius quam in poesi B est. Nullum ejus exemplum est ap. Pindarum, unum Æschyli, qui Pers. 224, ἐκτελοῖτο δὴ τὰ χρηστὰ dixit, plura ap. Sophoclem et Euripidem, qui ut alii scriptores omnes de rebus pariter atque hominibus dixerunt utilibus, commodis, bonis, probis, et quæ sunt similia adjectiva alia aliis locis aptiora, ad unam omnia notionem redeuntia, ᾧ τις χρῆται vel χρῆσθαι δύναται. Antiquissima exx. sunt Herodoti, de quo Schweigh.: « 1. generatim, Bonus, 7, 157 : Τελευτὴ χρηστή· 8, 111 : Χρηστῶν θεῶν ἥκειν εὖ, Bonis, i. e. benignis, diis abunde frui. 2. i. q. χρήσιμος, Utilis, Ad usum commodus, 3, 78 : Τὰ τόξα, ἐόντων ἀγχοῦ τῶν πολεμίων καὶ προσκειμένων, ἦν χρηστὰ οὐδέν· ubi cod. unus χρήσιμος ex interpretamento. 6, 13 : Ἐπεὶ εἶδον τοὺς Ἴωνας ἀρνευμένους εἶναι χρηστοὺς, i. e. Nolle eos sibi utiles esse, utilem præstare operam. Χρηστὰ ἐπίπλοα 1, 94, Supellectilia utilia, ad vitæ usum commoda, quæ sequiore Græcitatis ævo etiam χρηστήρια sunt appellata. 4, 83 : Συμβουλεύων οἱ χρηστὰ, Utilia ei consulens. 7, 215 : Κατεδέδεκτο ἐοῦσα οὐδὲν χρηστὴ (ἡ ἀτραπὸς) Μηλιεῦσι, Nulli bono usui fuit hic trames. C 3. Ubi de sacrificiis agitur, ἱρὰ vel σφάγια χρηστὰ dicuntur Læta, Prospera sacra, ut 5, 44 : Ἐπεί οἱ τὰ ἱρὰ οὐ προεχώρεε χρηστὰ θυομένῳ· 9, 61 : Οὐ γάρ σφι ἐγίνετο τὰ σφάγια χρηστά· et c. 62. 4. Χρηστὰ, τὰ, Beneficia, Merita, 1, 41 : Ἐμεῦ προπονήσαντες χρηστὰ ἐς σὲ χρηστοῖσί με ὀφείλεις ἀμείβεσθαι· et 42. Sed τὰ ἑκατέροισι κατέργασται χρηστὰ, 9, 27, sunt Res ab utrisque bene gestæ.»] Pro Utili ex Aristoph. affertur in Ran. [1035] : Ὅτι χρήστ' ἐδίδαξε. Apud Eund. Nub. [793] : Χρηστόν τι συμβουλεύσατε, Aliquid utile, vel boni. Plut. in Hell. Quæst. : Ἀπέβη δὲ εἰς οὐδὲν χρηστὸν αὐτοῖς. [Soph. Tr. 470 : Πείθου λεγούσῃ χρηστά· 1136 : Ἥμαρτε χρηστὰ μωμένη· 1137 : Χρήστ', ὦ κάκιστε, πατέρα σὸν κτείνασα δρᾷς; Ph. 584 : Πόλλ' ἐγὼ κείνων ὕπο δρῶν ἀντιπάσχω χρηστά. Eur. Hec. 1189 : Εἴτε χρήστ' ἔδρασε, χρήστ' ἔδει λέγειν· Med. 601 : Τὰ χρ. μή σοι λυπρὰ φαινέσθω. Plato Polit. p. 308, C : Τὰ ἐπιτήδεια καὶ τὰ χρ. ἔλαβεν. Et numero singulari Soph. Ph. 476 : Τό τ' αἰσχρὸν ἐχθρὸν καὶ τὸ χρ. εὐκλεές· El. 240 : Εἴ τῳ πρόσκειμαι χρηστῷ. Eur. Or. 451 : Μὴ μόνος τὸ χρ. ἀπολαβὼν ἔχε. Soph. Aj. 468 : Δρῶν τι χρηστὸν, i. e. Forte facinus. Eur. Hel. 1044 : Ὡς δή τι δράσων χρηστόν. Plato Rep. 3, p. 396, D : Ὅταν τι χρ. ποιῇ. Dio Cass. 40, 47 : Οὔτε τι ἄλλο χρ. συνέβη. Εἰς οὐδὲν χρ. Plut. Mor. p. 135, D : Ἀποκναίοντες ἑαυτοὺς εἰς οὐδὲν χρ. οὐδὲ ἀστεῖον.] Sed plerumque de re dictum hoc vocab., hac voce, non item illa, reddi potest, [oppositum sæpe habens κακὸς, πονηρὸς et similia adjectiva, ut ap. Soph. Tr. 3 : Αἰῶνα ... οὔτ' εἰ χρηστὸς, οὔτ' εἰ τῳ κακός. Eur. Suppl. 199 : Πλείω τὰ χρηστὰ τῶν κακῶν εἶναι βροτοῖς· Hec. 592 : Γῆ μὲν κακὴ τυχοῦσα καιροῦ θεόθεν εὖ στάχυν φέρει, χρηστὴ δ' ἁμαρτοῦσ' ὧν χρεὼν αὐτὴν τυχεῖν κακὸν δίδωσι καρπόν. (Γῆν οὔτε χρηστὴν οὔτε ἄφθονον Plut. V. Arati c. 9.) Plato Theæt. p. 167, C : Τὰ χρηστὰ ἀντὶ τῶν πονηρῶν δίκαια δοκεῖν ... ποιεῖν· Gorg. p. 499, E : Αὖπαι αἱ μὲν χρησταί εἰσιν, αἱ δὲ πονηραί· Polit. p. 308, C : Ἐκ μοχθηρῶν καὶ χρηστῶν τινῶν, ut οἰκία χρηστὴ et μοχθηρὰ oppositæ sunt Gorg. p. 504, B.] Sic χρηστὴ ἐλπὶς, Bona spes, Aristoph.

[Vesp. 307. Dio Cass. 60, 15 : Οὐκέτι χρηστὴν ἐλπίδα οἱ Ῥωμαιοῖ τοῦ Κλαυδίου ἔσχον· 41, 15 : Ὅπως πρὸς τὸ μέλλον ἐλπίδα χρηστὴν λάβωσι.] Et per plur. χρησταὶ ἐλπίδες ap. Herodian. [1, 7, 2.] Sic χρηστὴ δόξα, ex Dem., Bona fama. [Plato Phil. p. 40, E : Πονηρὰς δόξας καὶ χρηστάς· Criton. p. 47, A : Τὰς χρηστὰς δόξας τιμᾶν. Χρησταὶ καὶ ὑγιειναὶ αἰσθήσεις Theæt. p. 167, B; ἐπιθυμίαι Rep. 9, p. 573, B. Τροφὴ καὶ παίδευσις χρηστὴ ib. 4, p. 424, A; διάνοια Protag. p. 326, B; γνῶμαι Soph. Ant. 636; φρένες ib. 299; λόγος vel λόγοι Eur. Heracl. 555, Hec. 1239, El. 358; ἔπη Suppl. 296. Id. Hec. 1238 : Τὰ χρ. πράγματα χρηστῶν ἀφορμὰς ἐνδίδωσ' ἀεὶ λόγων. De rebus prosperis Plut. Mor. p. 92, A : Τυγχάνοντα χρ. πραγμάτων. Χρ. κατάλογος ap. Thucyd. 6, 31 : Τὸ πεζὸν καταλόγοις χρηστοῖς ἐκκριθέν, quod schol. exp. ἀληθέσι, βεβασανισμένοις. Χρ. τόπος Plato Rep. 3, p. 401, C : Ὥσπερ αὔρα φέρουσα ἀπὸ χρηστῶν τόπων ὑγίειαν.] Nec non χρηστὸν εἶδος, ex Herodiano, Bona forma. Item χρηστὸν ἔδεσμα, Bonus cibus, i. e. Delicatus. Vel, Bene apparatus et conditus cibus, τὸ εὖ ἠρτημένον ἔδεσμα, schol. Aristoph. : ap. quem tamen repono ἠρτυσμένον pro ἠρτημένον. [Recte nunc ἠρτυμένον.] Quum enim Aristoph. Eq. [345] ita locutus esset, Καλῶς γ' ἂν οὖν τι πρᾶγμα προσπεσόν σοι, Ὠμοσπάρακτον παραλαβὼν μεταχειρίσαιο χρηστῶς, annotat ille, χρηστῶς positum esse pro καλῶς, ὠφελίμως, συμφερόντως : et permansisse hunc ἐν τῇ τροπῇ καὶ τῷ ἀστεϊσμῷ, utpote qui compellaret coquum. Vocamus enim χρηστὸν ἔδεσμα, inquit, τὸ εὖ ἠρτημένον. Tale est quod affertur ex Hom. [Batrach. 39] : Οὐ χρηστὸν μελίτωμα. [Plato Gorg. p. 464, D : Περὶ τῶν χρ. σιτίων καὶ πονηρῶν. Χρηστοῦ ποτοῦ et σίτου id. Rep. 4, p. 438, A; χρ. οἶνος Athen. 13, p. 585, E. Plut. Mor. p. 240, D : Ἐδίδαξέ με τὸν οἶνον χρηστὸν πίνειν, ubi mite intelligi potest. Πότιμον καὶ χρ. οἶνον dixit p. 1073, A, et τὸ χρηστὸν καὶ πότιμον τοῦ ὕδατος p. 911, E. Lucas Ev. 5, 39 : Ὁ παλαιὸς οἶνος χρηστότερος. Σῦκα χρ. LXX Jerem. 24, 5. De medicamentis Plut. Mor. p. 1106, B : Τὰ μὴ χρ. τῶν φαρμάκων, ἀλλ' ἀναγκαῖα, κουφίζοντα τοὺς νοσοῦντας. Λίθος χρ., lapis pretiosus, LXX Ezech. 28, 13.] At vero ἦθος χρηστὸν, Boni vel Probi mores : unde comp. χρηστοήθης. Tale est χρηστὸς τρόπος [Eurip. ap. Stob. Flor. 37, 15 : Τρόπος χρ. ἀσφαλέστερος νόμου], quod Polit. ap. Herodian. [5, 1, 11] vertit Morum benignitas. [Βίος χρ. ap. Æschin. p. 25, 31 : Εὐχερῶς ἐνίοτε λόγον ἀντὶ βίου χρηστοῦ προσδέχεσθε.]

|| Χρηστὸς aliquis esse dicitur interdum, et quidem sæpe, significando Bonus, Probus. Unde etiam videmus illi opponi πονηρόν [vel κακόν. Soph. Phil. 437 : Πόλεμος οὐδέν' ἄνδρ' ἑκὼν αἱρεῖ πονηρὸν, ἀλλὰ τοὺς χρηστοὺς ἀεί· OEd. T. 610 : Οὔτε τοὺς κακοὺς μάτην χρηστοὺς νομίζειν οὔτε τοὺς χρηστοὺς κακούς· Ant. 520 : Οὐχ ὁ χρ. τῷ κακῷ λαχεῖν ἴσος. Eurip. ap. Stob. Flor. 90, 5 : Οὐκ ἂν γένοιτο χρ. ἐκ κακοῦ πατρός. Plato Rep. 3, p. 409, D : Πλεονάκις πονηροῖς ἢ χρηστοῖς ἐντυγχάνων.] Xen. De rep. Ath. [1, 4] : Ὅτι πανταχοῦ πλέον νέμουσι τοῖς πονηροῖς καὶ πένησι καὶ δημοτικοῖς ἢ τοῖς χρηστοῖς. Æschin. [p. 5, 9 : Ἰδίᾳ μὲν πονηρὸς, δημοσίᾳ δὲ χρ. 67, 42] : Διὸ καὶ μάλιστα ἄξιός ἐστι μισεῖσθαι, ὅτι πονηρὸς ὢν, καὶ τὰ τῶν χρηστῶν σημεῖα διαφθείρει. Sic et ap. Athen., nec non alios, opposita hæc inter se inveniuntur. [Boni autem notio quum virtutes multas complectatur, χρηστὸς modo latiore sensu dicitur, modo unius alicujus virtutis ratione habita. Ἀνὴρ χρ. Soph. Ant. 662, Trach. 452, Eur. Heracl. 999; ἐραστὴς Plato Symp. p. 178, C; πατὴρ Eur. Hel. 924, 948, Plut. Mor. p. 73, D; παῖδες Eurip. ap. Stob. Flor. 75, 2; τέκνα id. El. 370; φίλος Plato Rep. 1, p. 334, E; στρατηλάτης Soph. OEd. Col. 1430.] Quin etiam fem. Χρηστὴ, itidem Bona, Proba : ut χρηστὴ γυνὴ, Proba mulier. Athen. 13, [p. 594, D] : Καὶ χρηστὴν ὀνομάσαντος διὰ τοῦ γράμματος, ἀντέγραψε Μένανδρος, ὡς οὐδεμιᾶς οὔσης χρηστῆς. [Eur. Iph. A. 750 : Γυναῖκα χρηστὴν κἀγαθήν. Plut. Mor. p. 1105, E : Μητρυιὰ χρ. Lucian. Abdic. c. 2; Εἱμαρμένη Jov. confut. c. 19.] Apud Aristoph., itidemque ap. Dem., χρηστὸς et φιλόπολις copulantur; ita enim Aristoph. Pl. [900] : Οἴμ', ὡς ἄχθομαι, Ὅτι χρηστὸς ὢν καὶ φιλόπολις, πάσχω κακῶς. Demosth. autem locus est hic in Or. adversus Aristocr. p. 286 Ald. ed. [p. 684, 8] : Χρηστοῦ καὶ φιλοπόλιδος ἀνδρὸς ἔργον εἶναι. [Et cum aliis adjectivis multis, ut δίκαιος ap. Demosth. p. 957, 26, Plut. V. Pyrrhi c. 8, Mor. p. 230, A, Lucian. Hermot. c. 75; ἐπιεικὴς Plut. V. Cam. c. 14, Lucian. Alex. c. 4; εὐγνώμων Plut. V. Pomp. c. 75, Bruti c. 32; εὐμενὴς V. Phocion. c. 6; εὔνους Lucian. Pisc. c. 46; ἥμερος Plut. V. Camilli c. 11; σώφρων Plut. V. Niciæ c. 14, Anton. c. 9; φιλάδελφος Xen. Mem. 2, 6, 20; φιλαλήθης Plut. V. Marii c. 28; φιλάνθρωπος, de quo HSt. infra; φίλεργος Demosth. p. 957, 28, Plut. V. Alex. c. 4; φιλόπατρις Plut. V. Cleom. c. 10; φιλορώμαιος V. Caton. maj. c. 8. Et cum nominibus propriis vel laudandi caussa vel cum ironia quadam, ut ap. Plat. Theæt. p. 166, A : Οὗτος ὁ Σωκράτης ὁ χρηστός· Phædr. p. 266, E : Τὸν χρ. λέγεις Θεόδωρον. Phocionis cognomen χρηστὸς memorat Plut. V. Phocion. c. 10 : Ὥστε θαυμάζειν ὁπόθεν τραχὺς οὕτως ἀνὴρ καὶ σκυθρωπὸς ἐκτήσατο τὴν τοῦ χρηστοῦ προσηγορίαν· et Mor. p. 1131, A : Ἡ Φωκίωνος τοῦ χρ. γυνή. Unde Φωκίων ὁ χρ. ap. Lucian. Jov. conf. c. 16, et Φ. ὁ ἐπίκλην χρηστὸς ap. Diog. L. 6, 76. Porro notandus frequentissimus adjectivi usus in inscriptionibus monumentorum privatorum, præsertim sepulcralibus, velut ap. Bœckh. inscr. 968, vol. 1, p. 539 : Μένανδρος Λυσιμάχου χρηστός· et ib. n. 1002, p. 545 : Σκύθης χρ. 1007, p. 546; et femin. n. 1669, p. 801 : Δαμοστράτα Σικυωνία χρηστά. Et casu vocativo n. 1666, p. 801 : Παράμονε χρηστὲ χαῖρε. Et de homine cui Χρῆστος proprium nomen fuit n. 1723, p. 847 : Χρῆστος Ἡρώτου Θεσσαλὸς ... ἥρως χρηστὲ χαῖρε.] Jam vero et quemadmodum dicitur Ille bonus vir, per ironiam, sic οἱ χρηστοὶ ironice ap. Demosth. positum observavi. [P. 255, 13 : Ἦν οὗτοι κατὰ τῆς πατρίδος τηροῦσιν οἱ χρηστοί· 35 extr. : Πῶς ἡμῖν ὑπὸ τῶν χρηστῶν τῶν νῦν τὰ πράγματα ἔχει; Aristoph. Nub. 8 : Οὐδ' ὁ χρ. οὑτοσὶ νεανίας ἐγείρεται. Plato Rep. 5, p. 479, A : Ὁ χρηστὸς ὃς ... ἡγεῖται ... Theæt. p. 161, A : Φιλόλογός γ' εἶ ἀτεχνῶς καὶ χρ. ὅτι με οἴει ... Phædr. p. 264, B : Χρ. εἶ ὅτι με ἡγεῖ ... Symp. p. 177, B : Τοὺς χρ. σοφιστάς. Dionys. A. R. 6, 86 : Σὺ δὲ, ὦ χρηστὴ (alloquitur γαστέρα), τί τούτων ποιεῖς; Plut. Mor. p. 400, B : Ποῦ σὺ πάλιν, ὦ χρηστὲ, τὴν στοὰν δευρὶ περιωθεῖς; Atticus ap. Euseb. Præp. ev. 15, p. 799 : Ἐκεῖνος μὲν γὰρ καὶ πάνυ χρηστός ἐστι. Dixerunt de hoc usu Herald. ad Tertull. Apolog. p. 34, et Ruhnk. ad Tim. p. 134.] Quin etiam sicut ἀγαθὸς, quod Bonum proprie significat, interdum pro Strenuo usurpatur, sic χρηστὸς a Thuc. usurpatum esse videtur, 3, [64] : Καὶ ἃ μέν ποτε χρηστοὶ ἐγένεσθε, ὥς φατε, οὐ προσήκοντα νῦν ἐπεδείξατε· ἃ δὲ ἡ φύσις αἰεὶ ἐβούλετο, ἐξηλέγχθη ἐς τὸ ἀληθές· Valla, Profecto nunc ea, in quibus aliquando boni extitistis, ut fertis, neaquaquam vobis natura convenire indicantes; nam ea demum probata sunt niti veritate, quæ natura perpetuo voluit. At ego hanc interpr. loco illius margini ascripsi, Ceterum illa quidem vestra fortia facta, quæ prædicatis, vobis (i. e. vestro ingenio) non convenire declarastis; at ea, quæ ingenium vestrum semper expetebat, certo patefacta sunt. Ad verbum autem interpretando, (si quidem nomini χρηστοὶ signif. illam demus,) sonarent prima illa verba, Et ea quidem, in quibus aliquando strenui fuistis. Minus autem ad verbum, In quibus strenue vos gessistis. Hanc porro esse hoc loco nominis χρηστοὶ signif. probare videntur ista proxime præcedentia verba, Τίνες ἂν οὖν ἡμῶν δικαιότερον πᾶσι τοῖς Ἕλλησι μισοῖντο, οἵτινες ἐπὶ τῷ ἐκείνων κακῷ ἀνδραγαθίαν προὔθεσθε; Alioqui putassem et hoc modo posse verti, Et ea quidem in quibus bonorum virorum officio functi estis. [Χρηστοὶ, οἱ, Boni in republica, Melior pars civium. Pollux 6, 197 : Ἰδίως δὲ τοὺς μὲν πλουσίους καὶ τοὺς παχεῖς καὶ τοὺς ἐνδόξους καὶ τοὺς βελτίους καὶ τοὺς ὀλίγους καὶ τοὺς χρηστοὺς καὶ τοὺς ἱππέας ὠνόμαζον, τοὺς δὲ πένητας τοὺς πολλούς. Sic Xenoph. De rep. Athen. 1, 4, quo l. HSt. supra usus est : Ὅτι πανταχοῦ πλέον νέμουσι τοῖς πονηροῖς καὶ πένησι καὶ δημοτικοῖς ἢ τοῖς χρηστοῖς, ἐν αὐτῷ τούτῳ φανοῦνται τὴν δημοκρατίαν διασώζοντες. Ib. 1, 2 : Οὗτοι (οἱ κυβερνῆται καὶ οἱ κελευσταὶ etc.) εἰσὶν οἱ τὴν δύναμιν περιτιθέντες τῇ πόλει πολὺ μᾶλλον ἢ οἱ πολῖται (καὶ recte delet Schneid.) οἱ γενναῖοι καὶ οἱ χρηστοί. Χρηστοὶ

oppositi πονηροῖς ib. § 1, 7, 9, 14; 2, 19, et τοῖς δημοτικοῖς 1, 6 : Εἰ οἱ χρηστοὶ ἔλεγον καὶ ἐβουλεύοντο, τοῖς ὁμοίοις σφίσιν αὐτοῖς ἦν ἀγαθὰ, τοῖς δὲ δημοτικοῖς οὐκ ἀγαθά. Et sic alii quoque non raro, ut Isocr. p. 184, A : Εἰδότες οὐ μόνον ἐν τῷ ποιῆσαι τὴν πόλιν εὐδαίμονα τοὺς χρηστοὺς τῶν πονηρῶν διαφέροντας. Et in locutionibus satis frequentibus χρηστὸν γίγνεσθαι et χρηστὸν ἑαυτὸν παρέχειν, ut ap. Lys. p. 151, 8 : Ἑτέρους κακῶς ποιοῦντες, ἀλλ' οὐ σφὰς αὐτοὺς χρηστοὺς παρέχοντες. Τὸ χρηστὸν et τὰ χρηστὰ i. q. οἱ χρηστοὶ, Soph. fragm. 108 : Ἅπαν τὸ χρηστὸν γνησίαν ἔχει φύσιν· Ph. 450 : Τὰ δὲ δίκαια καὶ τὰ χρήστ' ἀποστέλλουσ' ἀεί. Χρηστὰ λέκτρα i. q. χρηστὴ ἄλοχος Eurip. Hipp. 636, Iph. A. 382.]

|| Χρηστὸς aliquando minus generalem signif. habet, quum non generaliter pro Bonus s. Probus, sed pro Mitis s. Clemens, ponitur. [Dio Cass. 66, 18 : Τίτος οὐδὲν οὔτε φονικὸν οὔτε ἐρωτικὸν μοναρχήσας ἔπραξεν, ἀλλὰ χρηστὸς, καίπερ ἐπιβουλευθεὶς, καὶ σώφρων.] Qua in signif. interdum cum φιλάνθρωπος copulatur, ut Herodian. 4, [3, 6] : Χρηστός τε ὢν καὶ φιλάνθρωπος τοῖς συνοῦσι, φήμῃ καὶ δόξῃ ἀρίστῃ πλείους εἰς εὔνοιαν καὶ φιλίαν προὐκαλεῖτο, ubi Polit. χρηστὸς καὶ φιλάνθρωπος vertit, Placidus et humanus. Sic vero ex Dem. etiam χρηστὸς et φιλάνθρωπος copulata afferuntur. Apud Dionys. Areop. quoque χρηστὸς est Clemens, s. Benignus : ut χρηστὸς καὶ φιλάνθρωπος τρόπος Polit. vertit ap. Herodian., Morum benignitas et humanitas. [Herodian. 8, 3, 10 : Χρηστοῖς λόγοις δελεασθέντες.] Apud Lucam itidem 6, 35 : Καὶ ἔσται ὁ μισθὸς ὑμῶν πολὺς, καὶ ἔσεσθε υἱοὶ τοῦ ὑψίστου· ὅτι αὐτὸς χρηστός ἐστιν ἐπὶ τοὺς ἀχαρίστους καὶ πονηρούς· vetus etiam Interpres reddidit Benignus, ita vertens hæc postrema verba, Quia ipse benignus est super ingratos et malos : (sed pro Super ingratos rectius dixisset Erga ingratos). Sic etiam ap. Paulum Epist. ad Ephes. 4, fin. : Γίνεσθε δὲ εἰς ἀλλήλους χρηστοὶ, εὔσπλαγχνοι. Apud Eund. τὸ χρηστὸν τοῦ Θεοῦ substantive pro ἡ χρηστότης, Benignitas s. Clementia. Ad Rom. init. [2, 4] : Ἢ τοῦ πλούτου τῆς χρηστότητος αὐτοῦ καὶ τῆς ἀνοχῆς καὶ τῆς μακροθυμίας καταφρονεῖς, ἀγνοῶν ὅτι τὸ χρηστὸν τοῦ Θεοῦ εἰς μετάνοιάν σε ἄγει; Ubi quamvis manifestissimum sit τὴν χρηστότητα et τὸ χρηστὸν de una eademque re dici, tamen vetus Interpres hoc quidem vertit Benignitatem, illud autem, Bonitatem. [Χρηστὸς ὁ κύριος ap. LXX Psalm. 24, 9; 33, 8 (et addito καὶ ἐπιεικὴς 106, 1), Petr. Epist. 1, 2, 3.] Greg. Naz. Epitaph. in suum Patrem, τὸ τραχὺ et τὸ χρηστὸν inter se opponit, ita scribens : Τοῦ μὲν γὰρ καὶ τὸ τραχὺ, προσηνὲς, διὰ τὴν ὠφέλειαν· τοῦ δὲ καὶ τὸ χρηστὸν, ὕποπτον, διὰ τὸ κακόηθες. || Χρηστὸς interdum redditur etiam Suavis, Jucundus : quarum signiff. hoc Bud. ex Greg. Naz. exemplum affert : Ἵνα ἡ φαρμακεία παραδεχθῇ, διὰ τῆς τέχνης φαρματτομένη τοῖς χρηστοτέροις, i. e., inquit, Medicata rebus admixtis suavioribus. Nec non istud, de dæmone, Σαίνει τῷ χρηστῷ, τελευτᾷ δὲ εἰς πονηρόν. Sed quoniam τῷ χρηστῷ opp. τὸ πονηρὸν, (quod Suavi minime opponi scimus,) vix Budæo in hoc posteriore loco assentiri possim. Sic alioqui ap. Matth. 11 fin. : Ὁ γὰρ ζυγός μου χρηστὸς, καὶ τὸ φορτίον μου ἐλαφρόν ἐστι, vet. Interpres ζυγὸς χρηστὸς vertit Jugum suave; at Erasmus Jugum commodum. Quidam vero postea reddiderunt Jugum facile : ut ita vocetur jugum, quo facile uti possumus. At ego maluissem accipere pro Facili, ea in signif. qua dicimus Mores faciles. Quod autem ad illam vocem Commodum attinet, δεσπότης χρηστὸς videtur verti itidem posse Herus commodus : in hoc senario, Ὡς ἡδὺ δούλῳ δεσπότου χρηστοῦ τυχεῖν.

|| Χρηστὸς est etiam κοῦφος, i. e. Levis, in metaphorica signif. : siquidem credere iis velimus, qui in hoc Menandri senario, quem et Paulus Apost. [Ep. ad Cor. 1, 15, 33] affert, Φθείρουσιν ἤθη χρῆσθ' [χρήσθ'] ὁμιλίαι κακαὶ, exposuerunt χρηστὰ voce κοῦφα. Quinam autem illi fuerint, haud scio; nam expos. istam ex veteribus quibusdam exemplaribus affero, quorum collationem pater meus in consilium adhibuit, quum Novum Test. excudit. Eorum enim nonnulla ascripta margini habebant hæc verba, Μένανδρου τοῦ Κωμικοῦ γνώμη ἐν Θαδίᾳ· pro quo Θαδίᾳ fortassis reponendum fuerit Θαΐδι. Item, χρηστὰ ἀντὶ τοῦ κοῦφα. Secundum quam expos. χρηστὰ ἤθη essent Mores leves. Nam illud Mores faciles, (quod paulo ante habuisti,) non satis huic versui convenire posse videtur : licet alioqui faciles puellæ inveniantur dictæ cum aliqua levitatis signif., qualis sc. ea est quæ credulitatem nimiam affert. Sed cur hic χρηστὰ ἤθη maluerim reddere Probi mores, s. Boni, docui in Annott. quas subjunxi libellulo a me non ita pridem edito, Comicorum Græcorum Sententias complectente. [Recte HSt.]

|| Χρηστῷ μάλα καὶ βαθεῖ τραύματι, VV. LL. ex Luciano [Symp. c. 44], Alto gravissimoque vulnere. Sed omnino suspectum mihi est istud exemplum. Alioqui dicerem χρηστὸν τραῦμα vocari eo modo quo Gall. dicimus, *Il lui a donné un bon coup*. [Recte legitur χρ. τραῦμα, cui Reitzius comparavit χρ. δῆγμα Alex. c. 55 : Ἐγὼ τροσφὺς ὡς φιλήσων δήγματι χρηστῷ πάνυ μικροῦ δεῖν χωλὴν αὐτῷ ἐποίησα τὴν χεῖρα.]

|| Χρηστοὶ, Hesychio οἱ καταδεδικασμένοι, i. e. Condemnati : et οἱ χρήσιμοι. Sed quomodo χρηστοὶ dici queant οἱ καταδεδικασμένοι, alii viderint. [Explicat Plutarchus Mor. p. 292, B : Τίνες οἱ παρὰ Ἀρκάσι καὶ Λακεδαιμονίοις χρηστοί; Λακεδαιμόνιοι Τεγεάταις διαλλαγέντες ἐποιήσαντο συνθήκας καὶ στήλην ἐπ' Ἀλφειῷ κοινὴν ἀνέστησαν, ἐν ᾗ μετὰ τῶν ἄλλων γέγραπται Μεσσηνίους ἐκβαλεῖν ἐκ τῆς χώρας καὶ μὴ ἐξεῖναι χρηστοὺς ποιεῖν. Ἐξηγούμενος οὖν ὁ Ἀριστοτέλης τοῦτό φησι δύνασθαι τὸ μὴ ἀποκτιννύναι βοηθείας χάριν τοῖς Λακωνίζουσι τῶν Τεγεατῶν· et similiter ib. p. 277, D, ubi quæritur Διὰ τί τῇ καλουμένῃ Γενείτῃ Μάνῃ κύνα θύουσι καὶ κατεύχονται μηδένα χρηστὸν ἀποβῆναι τῶν οἰκογενῶν; quod alios aliter interpretatos esse ait, nonnullos διὰ τὸ χρηστοὺς καὶ κομψοὺς λέγεσθαι τοὺς τελευτῶντας, ut hoc ab dea petatur ne quis domesticorum moriatur.]

[|| Ad constructionem quod attinet, dicitur aliquis χρηστὸς εἶναί τι, ut ap. Thucyd. 3, 64 : Ἃ μέν ποτε χρηστοὶ ἐγένεσθε. Plut. Mor. p. 184, E : Ἤκουσεν ὅτι τἆλλα χρηστός ἐστιν. Contra χρηστὸς οὐδὲν ap. Herodotum locis supra appositis. Et cum præpos. περὶ Plato Protag. p. 313, D : Ὅτι χρ. ἢ πονηρὸν περὶ τὸ σῶμα. Demosth. p. 1345, 20 : Χρηστοῦ ὄντος τοῦ Ἀπολλοδώρου περὶ τὴν ἀδελφὴν τὴν ἐμήν. Cum εἰς et ἐπὶ in locis N. T. supra ab HSt. allatis.]

[|| Adverb. Χρηστῶς, Utiliter, (Suaviter addunt Gl.), Bene. Herodot. 3, 36 : Ὃς χρ. τὴν σεωυτοῦ πατρίδα ἐπετρόπευσας (ubi ironice dictum est)· 4, 117 : Ἐπεὶ οὐ χρ. ἐξέμαθον αὐτὴν (linguam Scythicam) αἱ Ἀμαζόνες. Aristoph. Eccl. 219 : Ἡ Ἀθηναίων πόλις, εἰ τοῦτο χρ. εἶχεν, οὐκ ἂν ἐσώζετο· et ironice Eq. 345 : Καλῶς γ' ἂν οὖν τι πρᾶγμα προσπεσόν σοι ὠμοσπάρακτον παραλαβὼν μεταχειρίσαιο χρ. Alciphro 3, 5 : Συμβαλών μοι κατὰ τύχην χρηστῶς ἠσπάσατο, Comiter salutavit. Contra ap. Ælian. Epist. 2 : Ἐπέκοψε τὸ σκέλος πάνυ χρηστῶς, Vehementer, ut τραῦμα et δῆγμα χρηστὸν dictum est in locis Luciani supra allatis. Plutarcho Compar. Niciæ cum Crasso c. 1 : Τοὺς αἰσχρῶς συλλέγοντας εἶτα χρηστῶς ἐχχέοντας, recte restitutum εἶτ' ἀχρήστως. G. D. Diog. L. 3, 103, ἐὰν χρ. πολιτεύωνται. LXX Sap. Sal. 8, 1, διοικεῖ τὰ πάντα χρ. HASE.]

[Χρῆστος, ὁ, Chrestus, rhetor Byzantius, Herodis Attici discipulus, cujus vitam scripsit Philostr. p. 590 seqq. || Duo alii in inscrr. ap. Bœckh. 194, vol. 1, p. 332, et 1723, p. 847. Alius ap. Ciceronem Ad fam. 2, 8. Accentus discrimen notavit Eust. p. 1967, 35 : Χρῆστος μὲν κύριον, χρηστός δὲ ὁ ἐπιεικής.]

Χρηστότης, ητος, ἡ, Utilitas : item Bonitas, VV. LL. Sed neutrius signif. exemplum affertur. Ego de priore dubito. [Definitt. Plat. p. 412, E : Χρ., ἤθους ἁπλαστία μετ' εὐλογιστίας, ἤθους σπουδαιότης. Vocabulum usitatum Plutarcho aliisque posteriorum temporum scriptoribus, perrarum apud antiquiores. Nullum ejus exemplum est apud Platonem et Xenophontem, unum in tragœdia, Eurip. Suppl. 872 : Ἄλλην χρηστότητ' ἠσκηκότα. Ex oratoribus duo enotata sunt Isæi, in Orat. 2, § 8 ed. Bekk. Oxon. : Τῆς χρ. τῆς ἑαυτῆς τοῦτο ἀπολαῦσαι· et p. 53, 42 HSt. : Τὴν τοῦ Δικαιογένους χρ. Probat Thom. M. p. 921 : Χρηστότης, οὐκ ἀγαθότης οὐδ' ἀγαθωσύνη.] Posterioris autem exemplum ap. Plut. [Plutarchi exx. multa sunt, velut V. Caton. maj. c. 5 : Τὴν χρ. τῆς δικαιοσύνης πλατύτερον τόπον ὁρῶμεν ἐπι-

λαμβάνουσαν· Compar. Philop. et Titi c. 3 : Τῷ Ῥωμαίῳ τὸν δικαιοσύνης καὶ χρηστότητος στέφανον ἀποδιδόντες, ut τὴν χρ. καὶ δικαιοσύνην V. Phocion. c. 14, Dion. c. 47. Χρ. καὶ φιλοστοργίᾳ V. Agid. c. 17; φιλανθρωπία καὶ χρ. Compar. Demosth. et Cicer. c. 3 et V. Demetr. c. 50 (et Lucian. Tim. c. 8, Dion. Cass. 73, 5); χρ. καὶ μεγαλοφροσύνη V. Galbæ c. 22, et Mor. p. 88, B; 90, E; 167, E. Ibid. p. 982, A : Τοῦ γαλεοῦ τὸ φιλόστοργον οὐδενὶ τῶν ἡμερωτάτων ζώων ὑπερβολὴν γλυκυθυμίας πρὸς τὰ ἔκγονα καὶ χρηστότητος ἀπολέλοιπε], et Herodianum extat, si quidem Politiani interpretationi fidem adhibendam esse putarimus. Est alioqui frequens pro Clementia, s. Benignitas : quo verbo ab Eodem redditur ap. eund. Historicum non semel. [5, 1, 3 : Τὸ πρὸς χρηστότητα τρόπου ἐπιρρεπές· 1, 4, 11 : Χρηστότητος πόθον, et χρηστότητα παρέχειν τινὶ 2, 9, 12. Diodor. 1, 65 : Σαβάκων ... εὐσεβείᾳ καὶ χρηστότητι πολὺ διαφέρων τῶν πρὸ αὐτοῦ. Dio Cass. 42, 27 : Τὴν χρ. αὐτοῦ, ὑφ' ἧς πολλῶν καὶ ἀντιπολεμησάντων οἱ ἐπέφειστο.] Itidemque ap. Paulum aliquoties legitur χρηστότης pro Benignitate s. Clementia, ut Ep. ad Galat. 5, 22, et ad Coloss. 3, 12. [Ad Rom. 2, 4 : Τοῦ πλούτου τῆς χρ. αὐτοῦ καὶ τῆς ἀνοχῆς καὶ τῆς μακροθυμίας.] Idem ἀποτομίαν ei opponit c. 11 ejusdem Epist. [v. 22.] Vicissimque cum ea copulat φιλανθρωπίαν in Epist. ad Titum [3, 4], sicut χρηστὸς cum φιλάνθρωπος interdum conjungi ostendi antea. [LXX Psalm. 30, 24 : Ὡς πολὺ τὸ πλῆθος τῆς χρ. σου, κύριε.] At vero χρηστότης in ea signif. quam habet c. 3 Ep. ad Rom. [Οὐκ ἔστι ποιῶν χρηστότητα] non solum novum, sed et parum Græcum esse arbitror. Ponitur enim non pro Bonitate, (de qua signif. dictum fuit,) sed pro Eo quod bonum est. [Verba illa sumta ex Psalm. 13, 2 et 4.] Verum in LXX ut ad alia multa, ita et ad hoc connivendum esse dico. [Psalm. 103, 9 : Τὰ σύμπαντα πλησθήσονται χρηστότητος· 118, 65 : Χρηστότητα ἐποίησας μετὰ τοῦ δούλου σου, κύριε.]

[Χρηστοτροπία, ἡ, Probitas morum. Const. Manass. Chron. 2193 : Ἀντωνῖνος εὐσεβὴς ὠνόμαστο διὰ χρ. 2850 : Δένδρον χαριτοφύτευτον, ἄλσος χρηστοτροπίας.]

[Χρηστότροπος, ὁ, ἡ. Τὸ χρ., i. q. ἡ χρηστοτροπία, idem Chron. 2569 : Τὸ χρ. ἔστι κἂν τοῖς βαρβάροις.]

Χρηστουργία, ἡ, Boni operis actio, Bonum opus, ἀγαθουργία s. ἀγαθοεργία, quo Suidas in illius expositione utitur. [Const. Manass. Chron. 2581 : Ζέσιν ἐπεδείκνυτο πρὸς πᾶσαν χρ.]

[Χρηστοφαγία, ἡ, Cupediarum esus. Pallad. Vita Chrys. p. 113, 24, τίσι τραπέζαις, ποίᾳ δὲ χρ.; HASE.]

[Χρηστοφάγος, ὁ, Delicatorum esor. Constitt. Apost. 2, 5, p. 215.]

Χρηστοφιλία, sicut πολυφιλία. Aristot. Rhet. [1, 5] utrumque simul ponit, quum εὐγένειαν, πολυφιλίαν, χρηστοφιλίαν, εὐτεκνίαν, inter partes τῆς εὐδαιμονίας enumerat. Est autem Χρηστοφιλία, Amicitia quæ intercedit cum bonis.

Χρηστόφιλος, ὁ, ἡ, Qui bonis amicus est, Bonis viris amicus, Cui amicitia cum bonis viris intercedit. (Cui contr. Πονηρόφιλος.) Quemadmodum enim πολύφιλος appellatur Is, ᾧ πολλοὶ φίλοι εἰσὶ, sic χρηστόφιλος, ᾧ χρηστοὶ ἄνδρες φίλοι. [Aristot. Rhet. 1, 5.]

[Χρηστοφωνία, ἡ, Bonitas vocis, Bona vox. Antyll. Oribas. p. 95 ed. Matth. (454 Daremb.) : Τί ἂν εἰς ἀσφάλειαν σώματος εὐμέλεια καὶ χρ. συμβάλλοιτο; Aetius fol. 48ª, 18 : Ἡ εὐμέλεια καὶ ἡ εὐφωνία καὶ χρ.]

[Χρηστωνιανὸς, ὁ, Chrestonianus, n. pr. viri in tit. Rom. C. I. vol. 3, p. 987, n. 6570, 1. HASE.]

[Χρήστωρ. V. Χρήστης.]

[Χρητίνα, ἡ, Chretina, oppidum Lusitaniæ. Ptolem. 2, 4, p. 116, 24, ubi aliquot libri χριτίνα.]

[Χριαίνω. V. Ἀγχριάνασθαι.]

[Χρῖμα. V. Χρῖσμα.]

[Χρίμπτω.] Χρίπτω, sive Χρίμπτω (inserto μ euphoniæ gratia), derivatum est a χρίω, ut Hesych. innuit quum χρίμπτεσθαι inter alia exponit ἀλείφειν. [Etym. M. p. 814, 42 : Χρίω τὸ ἀλείφω διὰ τοῦ ι ἀπὸ τοῦ χρίμπτω.] Quod si quis concedere nolit, Eustathio [p. 925, 36] saltem assentiatur qui ipsum ex χρῶ derivat, ex quo χραίνω quoque et insequens χρίω originem traxisse creduntur. [Idem p. 467, 27 : Συγγενὲς δὲ τοῖς τοιούτοις (χροῦς et χραίνω) καὶ τὸ χρίμπτειν, ὅ ἐστιν ἐν χρῷ πελάζειν· et similiter p. 1112, 19; 1450, 34. Etym. M. p. 815, 27 : Χρίμπτω σημαίνει τὸ περιβάλλω, καὶ προσπελάζω. Ἀπὸ τῆς χειρός χειρίπτω· πλεονασμῷ τοῦ μ, χειρίμπτω· καὶ συγκοπῇ (adde χρίμπτω)· κυρίως γὰρ τὸ ταῖς χερσὶ συναντᾶν καὶ περιβάλλειν καὶ προσεγγίζειν. Ἢ ἀπὸ τοῦ χρωτὸς, τὸ τοῦ χρωτὸς ἐγγίζειν· χρῶ, χρίμπτω. HSt. in Ms. Vindob. : « Alii παρὰ τὸ τὸν χρῶτα ἵπτειν. »] || Eam tamen hujus verbi signif., qua pro ἀλείφειν ponitur, i. e. Ungere, Linere, perraram esse puto. Frequentius enim usurpatum reperitur pro πελάζω, Appropinquare facio, Appello, Applico, Admoveo, teste eod. Hesych., qui χρίμψαι exp. πελάσαι : itidemque χρίμπτεσθαι [codex χρίπτεσθαι contra seriem] affert pro ἐγγίζειν, προσπελάζειν, et χρίμπτεται pro προσεγγίζει, nec non χριμφθῆναι [codex χρημφθῆναι] pro ἐμπελασθῆναι. Eodemque modo Suidas χρίμπτεται exp. προσκνᾶται, πελάζει, ἐγγίζει, afferens, ex Epigr. [Antipatri Sidon. Anth. Pal. 7, 23], opinor, hunc pentametrum : Εἰ δή τις φθιμένοις χρίμπτεται εὐφροσύνα. [Semel ap. Homer. Od. K, 516 : Χριμφθεὶς πέλας, ubi per προσπελασθεὶς exp. schol., et in Hymn. Hom. in Apoll. 439 : Ἡ δ' ἀμάθοις ἐχρίμψατο ποντοπόρος νηῦς. Pind. Pyth. 12, 37 : Τὸν ἐκ γενύων χριμφθέντα γόον· quod Bœckh. exp. Planctum ex genis auribus audientium vehementer admotum. Per ἐκδοθέντα exp. schol. Æsch. Eum. 185 (et Eur. Phœn. 99) : Δόμοισι τοῖσδε χρίμπτεσθαι· Suppl. 790 : Πρὶν ἄνδρ' ἀπευκτὸν τῷδε χριμφθῆναι χροΐ (codex τῶδ' ἐχριμφθῆν χροΐν), ad quem l. referendæ videntur Hesychii glossæ Χριμφθῆναι· ἐμπελασθῆναι, et Χροΐ· σώματι, ἐπιφανείᾳ, etsi Æschylus χριμφθῆν scripserat cum apocope, ut syllabarum numerus qui est in versu strophico corrupto, sed facile emendando, ostendit. Χρίμπτεσθαι στρατεύματι Eur. Rhes. 644; τείχεσι Phœn. 816; Κύκλωπι Cycl. 405; ut mira sit structura cum genitivo in fragm. Cretensium ap. Porphyr. De abstin. 4, 19 : Νεκροθήκης οὐ χριμπτόμενος· quod νεκροθήκαις scribendum videtur. Transitive id. Hel. 533 : Πόδα χριμπτόμενος ἐναλίῳ κώπᾳ. Theocr. 25, 144 : Χρίμψασθαι ποτὶ πλευρὰ κάρη στιβαρόν τε μέτωπον. Euphorio ap. schol. Arati 519 : Ἢ φυτὸν ἢ ποίην, ὅτεῳ χριμψαίατο λύθρον, ut Meinek. correxit pro ὅττ' ἐχρίμψατο.] Et Soph. schol. ἔχριμπτε, ἐπλησίαζε, Appellabat et appropinquare s. accedere faciebat, El. p. 113 [723] : Κεῖνος δ' ὑπ' αὐτὴν ἐσχάτην στήλην ἔχων, Ἔχριμπτ' ἀεὶ σύριγγα· sic interpretans ea verba, ἀεὶ ἐπλησίαζε τῷ καμπτῆρι τὴν ὀπὴν τοῦ τροχοῦ. [Codex Laur. ἔχριπτ' (superscripto μ), quæ antiquior forma videbatur Ruhnkenio ad Tim. p. 106, cui posterior ætas euphoniæ gratia inseruerit μ. Æsch. Prom. 710 : Ἁλιστόνοις πόδας χρίμπτουσα ῥαχίαισιν.] Verum ut πελάζω et πλησιάζω non solum activam et transitivam habent signif., sed neutralem etiam, ita et hoc χρίμπτω, significans Appropinquo, Accedo, Prope accedo, Appello; nam et ipsum neutraliter usurpari notum est. Apoll. Arg. 3, [1286] : Χρίμψε δ' ἔπειτα κιὼν, Deinde ivit et accessit propius; nam Ἁπτήνας ἀνὰ νειὸν ἴδε ζυγὰ χάλκεα ταύρων. Idem cum dat. 2, [1082] : Ἀλλ' ὅτε νήσῳ Χρίμψαντες σακέεσσιν ἐπέκτυπον, Quum ad insulam appropinquassent, Ubi insulam attigissent, Quum ad insulam venissent. Ib. [290] : Οὔχ [Οὔ] οἱ ἔτι χρίμψουσιν ἰοῦσαι, Non amplius gradu ei appropinquabunt, Non accedent ad eum amplius, nec amplius ei præripient epulas. Et rursum, Κακῇ χρίμψαντας ἀέλλῃ, pro ἐμπεσόντας. Is etiam, qui supplex alicui ad genua accidit s. procidit, ipsius genibus χρίμπτειν dicitur, i. e. Appropinquando accidere, Propius accedendo sese admovere et devolvere. Eur. Andr. [530] : Λίσσου γούνασι δεσπότου χρίμπτων, ὦ τέκνον, ubi schol. itidem exp. προσεγγίζων. [Χρίμπτειν θριγκοῖς id. Ion. 156.] || Significat etiam Fulcior, s. Fulcio me, Nitor. Qui enim nituntur et fulciunt se re aliqua, propius ad eam accedunt. Unde ap. Hesych. Χρίμπτεσθαι, ἐρείδειν, στηρίζεσθαι. Idem præterea χρίμπτεσθαι exp. ἐκβαλεῖν, itemque χριμφθῆναι vult esse ἐκριφῆναι : id ipsum tamen χριμφθῆναι exponens etiam ἀνορμῆσαι : et illi χρίμπτεσθαι tribuens etiam signif. τοῦ ἐκπίπτειν. [Verbi simplicis exx. ex scriptoribus prosaicis nulla allata sunt, plura vero compositi Ἐγχρίμπω, quod v.]

[Χρῖσιάζω, Fuco oblino. Cyrill. Præfat. in Thesaurum, de meretricibus : Τὰ ἐν τοῖς γυναίοις ἑταιριζόμενα τὸ ἐκ τοῦ πράγματος αἶσχος τοῖς ἐξ ἐπινοίας ἀφανίζειν οἰόμενα τέχναις ὡραΐζεταί τε καὶ χρισιάζεται. Suic.]

[Χρίσιμος, η, ον, Aptus ad ungendum. Schol. Aristoph. Pl. 529, qui μύροισι στακτοῖς exp. τοῖς ὑγροῖς καὶ χρ.]

Χρίσις [Rectus accentus Χρῖσις est], εως, ἡ, Unctio, Illitio. [Schol. Hom. Il. Ψ, 186 (ad verba χρῖεν ἐλαίῳ) : Ἰσχυροποίησε τὸ σῶμα διὰ τῆς χρίσεως. Frequens ap. LXX τὸ ἔλαιον τῆς χρ. velut Exod. 25, 6; 29, 21; 30, 31; 31, 10], ut ap. Suid. : Καὶ ὁ Δαβὶδ τῆς μὲν χρίσεως ἠξιώθη διὰ Σαμουὴλ, A Samuele enim in regem Israelis unctus fuit, ut ap. Eund., Ὁ Δαβὶδ τὸ τρίτον εἰς βασιλείαν ἐχρίσθη· nam erat quoddam χρίσμα τοῦ τῆς βασιλείας ἐλαίου, ὅπερ οἱ προφῆται διὰ κέρατος ἐπιφερόμενοι ἔχριον τοῖς βασιλεῦσιν, inquit idem Suid. : qui etiam addit [ex Theodoreti Quæst. 15 in Reg. 2] τὰς τοῦ λαοῦ ἀναγορεύσεις in historia ἀδιαφόρως nominari χρίσεις. [Ælian. N. A. 6, 41 : Τοῖς θριγκοῖς καὶ τοῖς λελειωμένοις ὑπὸ τῆς χρίσεως ἐπαναβαίνουσιν (οἱ μύες), ubi edd. vet. χρήσεις eodem vitio quo ap. Muson. in Stob. Flor. 1, 84, p. 19, 29 : Τί δὲ αἱ περίστυλοι αὐλαί; τί δὲ αἱ ποικίλαι χρήσεις; ubi Gesner. recte χρίσεις. Schol. Hom. Il. B, 637 : Ἵνα αἱ νῆες διὰ τῆς χρ. ἐπίσημοι εἶεν. G. D. Euseb. Dem. ev. p. 39, C; 194, A. Joseph. A. J. 2, 14, 3, χρίσεσι φαρμάκων. Aristot. p. 966, 35, ἡ τοῦ ἐλαίου εἰς ἱμάτιον χρῖσις εὔχρους ποιεῖ. Hase.]

Χρίσμα, sive Χρῖμα [Χρῖσμα (nam hoc accentu scribendum) recentior forma est non melior quam κέχρισμαι pro κέχριμαι dictum. Scriptores veteres quique horum linguam imitantur recentiores (velut Lucianus) non dubitandum quin constanter κέχριμαι et χρῖμα dixerint, etsi librarii non raro literam σ intulerunt, ut ap. Æsch. Ag. 94, ubi codex Med. : Λαμπὰς φαρμασσομένη χρίματος ἁγνοῦ μαλακαῖς ἀδόλοισι παρηγορίαις, apographa vero aliquot χρίσματος, alia χρήματος, quæ ipsa quoque frequens corruptela est], τὸ, Unguentum, Id quo ungitur s. oblinitur aliquid. Interdum et Oleum redditur, quoniam ejus præcipuus in ungendo usus est. Sic quod μήλινον χρίσμα vocat Diosc., Plinius modo Oleum melinum, modo Unguentum melinum interpr.; ut 13, 1 : Ex malis quoque cotoneis et strutheis fit oleum melinum, quod in unguenta transit; 13, 6, de cotoneis : Fit et oleum ex his, quod Melinum vocavimus. Utrobique respiciens ad Diosc. 1, 161 : Χρίσμα δὲ ἐξ αὐτῶν σκευάζεται τὸ καλούμενον μήλινον. Philo V. M. 3 : Χρίσματος εὐωδεστάτου λαβών, ὃ μυρεψικῇ τέχνῃ κατειργάσθη, Accepto unguento fragrantissimo. Philoxen. ap. Athen. 9, [p. 409, E] : Ἐκτρίμματά τε λαμπρὰ σινδονυφῆ δίδοσαν, χρίματά τ' ἀμβροσιόδμα, καὶ στεφάνους ἰοθαλέας. [Xenophanes ap. eund. 12, p. 520, B : Ἀσκητοῖς ὀδμὴν χρίμασι (codex χρήμασι) δευόμενοι. Achæus 13, p. 689, B : Χριμάτων Αἰγυπτίων, ut Canter. correxit pro χριμμάτων. Λιτὰ χρίματα Callim. L. Pall. 25; μικτὰ ib. 16.] Xen. Symp. [2, 4] : Καὶ πόθεν ἄν τις τοῦτο τὸ χρίσμα λάβοι; respondet Socrates, Οὐ μὰ Δί' οὐ παρὰ τῶν μυροπωλῶν. [Corrigendum χρῖμα pariterque Anab. 4, 4, 13 : Χρῖμα (libri χρίσμα vel χρῆμα) ᾧ ἐχρῶντο ἀντ' ἐλαίου σύειον καὶ σησάμινον καὶ ἀμυγδάλινον. Theophr. De odor. § 16 : Τῷ χρίσματι τῷ ἐκ τῶν πικρῶν ἀμυγδάλων. Χρίσμα τὸ Ἐρετρικὸν ib. 28. Παντὸς μύρου καὶ χρίσματος § 8. Χρ. τῆς πίττης schol. Hom. Il. Π, 123. De vino Ælian. V. H. 3, 13 : Χρίσμα αὐτοῖς ἐστιν ὁ οἶνος. Τὸ ἔλαιον τοῦ χρίσματος ap. LXX Exod. 29, 7; 35, 13; 40, 9. Ib. 30, 25 : Ἔλαιον χρῖσμα ἅγιον ἔσται. « Quia unctio in Oriente erat ritus inaugurationis solemnis, factum est ut χρίσμα in N. T. etiam inaugurationis et consecrationis notionem adjunctam habeat et speciatim dicatur de institutione in religione Christiana, qua Christiani religioni et cœtui Christi inaugurantur. Sic ter in N. T. legitur, Epist. Joann. 1, 2, 20 : Καὶ ὑμεῖς χρίσμα ἔχετε ἀπὸ τοῦ ἁγίου, i. e. Deus imbuit animos vestros idonea religionis scientia per doctrinam Christianam : unde statim additur, Καὶ οἴδατε πάντα. Ib. 27 : Καὶ ὑμεῖς τὸ χρίσμα ὃ ἐλάβετε ἀπ' αὐτοῦ ἐν ὑμῖν μένει· et paullo post : Τὸ αὐτοῦ χρ. διδάσκει ὑμᾶς περὶ πάντων, καὶ ἀληθές ἐστι καὶ οὐκ ἔστι ψεῦδος. » Schleusn. Frequens χρίσματος mentio ubi A de baptismo agitur, qualis post tempora Apostolica fuit, cujus sacri tum tres velut partes erant, lotio, unctio et impositio manuum, de quo pluribus dixit Suicer. Thes. vol. 2, p. 1534 sqq., allatis scriptorum locis, velut Canone 48 Laodiceno : Ὅτι δεῖ τοὺς φωτιζομένους μετὰ τὸ βάπτισμα χρίεσθαι χρίσματι ἐπουρανίῳ. Cyrill. Al. Catena in Joann. c. 9, p. 285 : Ὅτε ἀρτιγενὲς προσάγεται βρέφος, ἢ τῆς κατηχήσεως τὸ χρίσμα λαβεῖν, ἤτοι τὸ τῆς τελειώσεως ἐπὶ τῷ ἁγίῳ βαπτίσματι, ὁ προσάγων ὑπὲρ αὐτοῦ τὸ ἀμὴν ἀναφωνεῖ. Dionys. Areop. Eccles. Hierarch. c. 4, p. 280, 281.] In Epigr. [Rufini Anth. Pal. 5, 19, ubi χρίσματα scriptum ap. Planudem Suidæque edit. Mediol. s. v. Ἐπεισόδιον. Recta scriptura χρώματα restituta ex cod. Palat.], χρίσματα γύψου, pro γύψος ἢ κέχρισταί τις, ut οἴνου χύσις dicitur pro οἶνος ἐκκεχυμένος. Quale χρίσμα est et in hoc l. Luciani [De hist. conscr. c. 62], de Cnidio quodam architecto : Οἰκοδομήσας οὖν τὸ ἔργον, ἔνδοθεν μὲν κατὰ τῶν λίθων τὸ αὑτοῦ ὄνομα ἐπέγραψεν· ἐπιχρίσας δὲ τιτάνῳ καὶ ἐπικαλύψας, ἐπέγραψε τοὔνομα τοῦ τότε βασιλεύοντος· εἰδὼς, ὅπερ καὶ ἐγένετο, πάνυ ὀλίγου χρόνου συνεκπεσούμενα μὲν τῷ χρίσματι τὰ γράμματα, ἐκφανησόμενον δὲ, Σώστρατος Δεξιφάνους, Κνίδιος, θεοῖς σωτῆρσιν ὑπὲρ τῶν πλωϊζομένων. Ibi enim χρίσμα appellat τὸν ἐπικεχρισμένον τίτανον, Calcem ei operi illitam, s. qua illud opus illitum erat. Idemque valet quod Pigmentum s. Color illitus. [Diodor. 2, 9 : Ἀσφάλτῳ κατέχρισεν ἡψημένῃ (τὰς καμάρας) μέχρις ὅτου τὸ πάχος τοῦ χρίσματος ἐποίησε πηχῶν τεσσάρων. « Tit. Neapol. C. I. vol. 3, p. 722, n. 5789, 3, τὰ χρείσματα καὶ τὴν ὀροφήν. » Hase.] Porro χρίσμα dicitur ut κροῦσμα, χρίμα autem, quod in illo Philoxeni loco habes, ut κροῦμα : hoc, properispωmenωs, illud paroxytonωs. [Fallitur. Recta scriptura χρῖσμα est.]

[Χριστάδελφος, ὁ, ἡ, Fraternitate cum Christo conjunctus. Georg. Pisid. Bell. Abar. 518, τὰ χρ. μέλη, respiciens ad S. Paulum Ep. 1 ad Cor. 6, 15. Hase.]

[Χριστεμπορεία, ἡ, Cauponatio Christi. Theodoret. H. E. 1, 3, vol. 3, p. 729 : Τὴν ἐκείνου Χριστεμπορείαν (vulgo —ρίαν) θεωροῦντες, i. e. Videntes eum quæstum capere ex munere sacro.]

Χριστέμπορος, ὁ, q. d. Christi institor, i. q. Χριστοκάπηλος, quocum et copulatum habebis ex Greg. Naz. Cujus est et hic locus, p. 306 [vol. 1, p. 392, C] : Καθαιρεῖ τὸ ἱερὸν τῶν θεοκαπήλων καὶ Χριστεμπόρων. Vide et Chrysost. Comm. in Ep. ad Thess. p. 17. [Antioch. Homil. p. 1085, E. Anon. Vita Chrys. t. 8, p. 334, 43. Basil. t. 2, p. 976, D : Χρ. γὰρ οἱ τοιοῦτοι καὶ οὐ Χριστιανοί. Hase. Χριστέμποροι appellati hæretici iconoclastæ in Chronico ms. Michael Psellus Orat. ms. : Τῶν χρ. ἐξάρχων. Ducang.]

[Χριστέον, Ungendum. Geopon. 16, 4. Angll. Antyll. ap. Oribas. t. 2, p. 415, 8; 447, 4 Daremberg. Hase.]

Χριστεπώνυμος, ὁ, ἡ, Christi de nomine dictus, Qui a Christo Christianus denominatur : ut ὁ Χριστεπώνυμος λαὸς, de Christiano populo. [Gregent. Tephr. Disput. p. 172, 11, ἅγμα χρ. Jo. Hierosol. Vita Jo. Chrys. Actt. SS. Maii t. 2, p. 723, F, τὴν χρ. κλῆσιν. Hase.]

Χριστήριον, τὸ, i. q. χρίσμα, Id quo illinitur s. inungitur aliquid, Unguentum, Oleum. Apud Suid. Χριστήρια δὲ, μεθ' ὧν ἐχρίοντο οἱ ἱερεῖς τοπαλαιόν. Ubi forsan et pro Vase accipitur, in quo oleum s. unguentum est quo inungitur aliquis, ut est phiala olearia s. unguentaria, λήκυθος. [Unctorium ap. Harmenopul. lib. 2, tit. 4, § 92, 96, et in Legibus Cypriorum mss. Ducang.]

[Χρίστης, ὁ, ὁ κονιατὴς, Tector, Gl. Apud Hesych. Κονιαταί· ἀσβεστήριοι· καὶ οἱ χρῖται· nisi hic quoque χρῖσται scripsit, quæ forma grammatici ætati magis convenire videtur. Oxytonum est apud Theophanem Chronogr. p. 371, A : Οἰκοδόμους χιλίους καὶ χριστὰς διακοσίους· quod χρίστας scriptum apud Ducangium, qui *linitores* verti in Miscella lib. 22 monet.]

Χριστιανίζω, Christianis faveo, A partibus Christianorum sto, Cum Christianis facio, etiam Christianus sum, Christianum me esse profiteor. Greg. Naz. p. 647 [vol. 1, p. 834, D] : Πείσατε οὖν ἡμᾶς ὅτι χριστιανίζετε γνησίως. Tertull. Adv. Marcion. : Nulla est enim Ec-

clesia Apostolici census, quæ non in creatore christianizet. [Origenes C. Cels. 5, p. 236 : Τῷ Παύλῳ, ἀκριβῶς τὰ Ἰουδαίων παιδευθέντι καὶ ὕστερον ἐκ παραδόξου ἐπιφανείας Ἰησοῦ χριστιανίσαντι. Philostorg. H. E. 2, 5, p. 10 : Χριστιανίσαι τὸ ἔθνος (τὸ Ῥωμαίων)· 12 : Τῶν ἐν τῇ Γετικῇ χριστιανιζόντων. Chronicon Cpol. : Ἐν τῇ πρώτῃ συνόδῳ Ἴβηρες ἐχριστιάνισαν. Socr. H. E. 7, 37 : Οἱ ἀκριβῶς χριστιανίζοντες, ut τελείως χρ. est ap. OEcumen. In Actor. c. 8, p. 50. Suicer. Euseb. H. E. 1, 22 : Αἱ τῶν βιβλίων ὑποθέσεις χριστιανίζουσι μὲν τῇ φωνῇ, τοῖς δὲ δόγμασιν ἑλληνίζουσι.]

[Χριστιανικὸς, ἡ, ὸν, Christianus. Χρ. ἀγάπη ap. Theodoret. vol. 3, p. 1033; προσηγορία ib. p. 659, 725; πολιτεία vol. 4, p. 682; δόξαι ib. p. 691; ὄνομα vol. 2, p. 1018. Τὸ χρ. κήρυγμα ap. Justin. Mart. Respons. ad Quæst. 110 orthod.; λόγος Eudocia Violar. p. 219. Συλλογαὶ ἐπιγραμμάτων Χριστιανικῶν in Indice Anthologiæ præfixo in cod. Palat. ap. Jacobs. vol. 6, p. lxv. ‖« Adverb. Χριστιανικῶς Athanas. Vita Anton. § 1, p. 4 ed. Hœsch.» Boiss. Ephræm Serm. de Cruce p. 355, C Grets. Antioch. Homil. p. 1110, D, χρ. φερόμενοι. Hase. Euseb. Dem. ev. 1, p. 10 : Χρ., ἀλλ' οὐχὶ Ἰουδαϊκῶς ἔζησε.]

Χριστιανισμὸς, ὁ, significans αὐτὸ τὸ χριστιανίζειν : ut Ἰουδαϊσμὸς αὐτὸ τὸ Ἰουδαΐζειν, s. Professio religionis Christianæ. Apud Basil. [vol. 1, p. 257 extr. : Ἀπὸ τὸν Χρ. ἀπὸ τῆς Ἑλληνικῆς πλάνης καὶ τῆς Ἰουδαϊκῆς ἀγνωσίας διίστησιν] cum alibi sæpe, tum p. 78, et ap. Eusebium De præpar. evang. [Gregor. Naz. Orat. 4, p. 119, A; 3, p. 72, C. Boiss. Anon. in V. Chrysost. : Τοῦτο ὄντως χρ., τὸ πιστεύειν ὀρθῶς καὶ ἀμέμπτως ἐμπολιτεύεσθαι. Greg. Nyss. vol. 3, p. 271 : Χρ. τῆς θείας φύσεως μίμησις· et mox : Ἡ τοῦ χρ. ἐπαγγελία ἐστὶ τὸ εἰς τὴν ἀρχαίαν εὐκληρίαν ἐπαναχθῆναι τὸν ἄνθρωπον· vol. 1, p. 150 : Τί ἐστὶ χρ.; θεοῦ ὁμοίωσις κατὰ τὸ ἐνδεχόμενον ἀνθρώπου φύσει. Variæ sunt Christianismi notæ et proprietates. Joann. Chrys. Homil 31 in Epist. ad Hebr. p. 587 : Πολλά ἐστι τὰ χαρακτηρίζοντα τὸν χρ., μᾶλλον δὲ πάντων καὶ κρεῖττον ἁπάντων ἡ πρὸς ἀλλήλους ἀγάπη καὶ εἰρήνη. Macar. Homil. 15, p. 222 : Τὸ σημεῖον τοῦ χρ. τοῦτό ἐστι, τὸ ὄντα τινὰ δόκιμον τοῦ θεοῦ σπουδάζειν λανθάνειν ἀνθρώπους. Basil. ap. Greg. Naz. Or. 20, p. 349, οὐ προσώποις τὸν χρ., ἀλλὰ πίστει χαρακτηρίζεσθαι dicit. Ὄνομα λαβεῖν χριστιανισμοῦ Basil. M. Epist. 2, canone 45, p. 772. Manichæorum secta vocatur ἑλληνίζων χρ. ab Euseb. H. E. 1, 22. Suicer. Phot. Epist. p. 138, 19. Ignat. Epist. p. 49, 20; 42, 21 : Ὁ γὰρ χρ. οὐκ εἰς ἰουδαϊσμὸν ἐπίστευσεν. Jo. Damasc. t. 1, p. 470, B, τὸν χρ. κηρύττων. Hase. Eunomius Apolog. p. 286 : Πολὺ κυνισμὸς κεχώρισται χριστιανισμοῦ.]

[Χριστιανοδιώκτης. V. Χριστοδιώκτης.]

[Χριστιανοκατήγορος, ὁ, Christianorum accusator, Greg. Studita in Tollii Itin. Ital. p. 180. Jo. Damasc. Ep. p. 135. «Χρ. dicti iconoclastæ, quod Christianos accusarent tanquam sacras imagines ut deos colerent. V. Histor. Concilii Nicæni 2 c. 6, p. 57, et act. 1, p. 61; act. 5, p. 389, et alibi, auctorem De initiis hæreseon num. 102, Joann. Hierosol. De ortu hæresis iconoclast. num. 1, Joseph. Thessalon. Homil. in Crucem p. 1205. Χριστιανοκατηγορικὴ τῶν εἰκονομαχούντων αἵρεσις ap. Nicet. Paphl. in Vita Ignat. Patr. Cpol. p. 1183.» Ducang. Adde Mich. Glyc. Annal. p. 272, B. Georg. Cyprius ap. Bandur. Imp. Or. t. 2, p. 668, 5 Ven. Athanas. Patr. ib. p. 678, 24, ἀνάθεμα ἐκβοῶ χρ. παντί. Substant. Χριστιανοκατηγορία, ἡ, ib. p. 660, 22. Hase.]

Χριστιανὸς, ἡ, ὸν, Christianus, Qui Christi sese discipulum profitetur et a Christo sese denominat, ut supra ὁ χριστεπώνυμος λαός. [Χριστιανοὶ appellantur qui religionem Christianam amplectuntur. Quod nomen iis primo impositum fuit Antiochiæ, ut testantur Acta Apost. 11, 26. Suidas : Χριστιανοί· ἐπὶ Κλαυδίου βασιλέως Ῥωμαίων, Πέτρου τοῦ ἀποστόλου χειροτονήσαντος Εὐόδιον ἐν Ἀντιοχείᾳ, μετωνομάσθησαν οἱ πάλαι λεγόμενοι Ναζαραῖοι καὶ Γαλιλαῖοι Χριστιανοί. Eadem illata s. v. Ναζιραῖος. Joann. Chrys. Homil. 3 ad populum Antiochenum : Καθάπερ Πέτρος ἐν τοῖς ἀποστόλοις πρῶτος ἐκήρυξε τὸν Χριστὸν, οὕτως ἐν ταῖς πόλεσιν αὕτη πρώτη ὥσπερ στέφανόν τινα θαυμαστὸν τὴν τῶν Χριστιανῶν ἀνεδήσατο προσηγορίαν. Conf. etiam Ignat. Epist. ad Magnes. p. 58. Epiphan. vol. 1, p. 161. — Per unctionem fieri Christianos et hoc nomen tunc demum habere incipere a similitudine unguenti, quo unctus est Christus, plerique Patrum volunt. Sic Cyrill. Hierosol. Catech. 4 : Πρὸ τοῦ καταξιωθῆναι ὑμᾶς ταύτης τῆς χάριτος (τοῦ ἁγίου χρίσματος), ταύτης τῆς προσηγορίας κυρίως οὐκ ἦτε ἄξιοι, ἀλλ' δδεύοντες προβαίνετε εἰς τὸ εἶναι Χριστιανοί. Macarius Homil. 17, p. 256 : Οἱ πνευματικοὶ τὸ ἐπουράνιον χρίσμα χριόμενοι γίνονται Χριστιανοὶ κατὰ χάριν, ὥστε εἶναι αὐτοὺς βασιλεῖς καὶ προφήτας ἐπουρανίων μυστηρίων. — Sensu angustiore orthodoxi vocantur Χριστιανοὶ et hæreticis opponuntur. Photius in Nomocan. tit. 12, c. 2, ex Constitt. 1, tit. 1 lib. 1 Codicis : Ὁ μὴ δοξάζων τὴν ἁγίαν τριάδα ἐν μιᾷ θεότητι ἰσοδύναμον οὐδὲ Χριστιανὸς λέγεται, ἀλλ' ἄφρων ἐστὶ καὶ αἱρετικός· et similiter Joann. Antioch. in Nomocan. tit. 36, p. 644 Bibloth. juris canonici. Arianos Patribus non fuisse Christianos visos patet ex Athanasio Disput. 1 contra Arianos p. 125, disp. 2, p. 156, et Orat. 2 contra Arianos p. 186, Ad Serapionem p. 367, aliisque. Hæreticos omnes Christianorum appellatione excludendos esse censent Tertullian. De præscript. adv. hæret. c. 37, p. 338, et Lactantius 4, 30. Hæc et alia plurima de Christianis ex Patrum scriptis collegerunt Suicer. et Ducang. Lucian. Alex. c. 25 : Ἀθέων ἐμπεπλῆσθαι καὶ Χριστιανῶν τὸν Πόντον· et ib. c. 38 : Εἴ τις ἄθεος ἢ Χριστιανὸς ἢ Ἐπικούρειος ἥκει ἐπίσκοπος τῶν ὀργίων, φευγέτω· et De morte Peregr. c. 12. ‖Adv. Χριστιανῶς Euseb. H. E. p. 220, qui alibi χριστιανικῶς dixit. Syllaba penultima adj. Χριστιανὸς correpta ap. Greg. Naz. Anth. Pal. 8, 27 et 171.]

[Χριστίνα, ἡ, Christina, n. pr. ap. Suidam.]

[Χριστίων, ωνος, ὁ, Christio, n. pr. ap. Suidam.]

[Χριστόγονος, ὁ, ἡ, Christo genitus. Clem. Al. in Hymno p. 313 : Χορὸς εἰρήνης οἱ χριστόγονοι. Suicer.]

[Χριστόγραφος, ὁ, ἡ, A Christo scriptus. Χρ. ἐπιστόλιον Const. Porphyr. De imag. Edess. p. 95 ed. Combef. Boiss.]

[Χριστοδίδακτος, ὁ, ἡ, Per Christum institutus. Method. Conv. decem virg. p. 36, 4, τῇ χρ. δικαιοσύνῃ. Hase.]

[Χριστοδιώκτης, ὁ, Christi persecutor. Joann. Damasc. Epist. ad Theoph. De imag. p. 118 ed. Combef. : Ὁ Οὐάλης, εἰ καὶ οὐκ ἀποστάτης, ἀλλά γε χρ. καὶ χριστομάχος. Χριστιανοδιώκτης ib. p. 135, cum χριστιανοκατήγορος conjunctum.]

[Χριστόδουλος, ὁ, Christodulus, n. pr. viri ap. Phot. Epist. p. 68, 5, aliosque scriptores Byzantinos. Adject. Χρ., ὁ, ἡ, Christo famulans, German. Patr. De rest. imag. p. 445, B Grets. : Οὐκ εἶ χρ., ἀλλὰ κοιλιόδουλος. Hase.]

[Χριστόδωρος, ὁ, Christodorus, Panisci filius, ex Copto, urbe Ægypti, oriundus, poeta epicus, qui Anastasii imperatoris ætate floruit. Sic Suidas : qui scripta ejus multa enumerat, inter quæ est Ἔκφρασις τῶν ἐν τῷ Ζευξίππῳ ἀγαλμάτων, in Anthologiæ Palatinæ caput secundum recepta. Ejusdem esse videntur Λυδιακὰ, ex quibus versus tres affert schol. Hom. Il. B, 461. Vid. de hoc poeta Jacobs. ad Anthol. vol. 13, p 871 sq. ‖ Obscurior alius est memoria, de quo Suidas : Χρ. Θηβαῖος, Ἰλλούστριος. Ἔγραψεν Ἰξευτικὰ δι' ἐπῶν, καὶ θαύματα τῶν ἁγίων Ἀναργύρων Κοσμᾶ καὶ Δαμιανοῦ.]

[Χριστοειδὴς, ὁ, ἡ, Christo similis. Dionys. Areop. De div. nom. c. 1, p. 244, 4 a fine. Boiss. Idem p. 141. Theod. Stud. De cruce p. 234, B Grets., ἡ χρ. εἰκών. Anon. Vita Chrys. t. 8, p. 345, 33, χρ. κατάστασιν. Hase. ‖ Adverb. Χριστοειδῶς, Dionys. Areop. p. 295. Elberl.]

[Χριστοείκελος, ὁ, ἡ, idem. Michael Monach. ap. Allatium Hottingeri p. 164. Boiss.]

[Χριστοθεράπευτος, ὁ, ἡ, A Christo sanatus. Jo. Hieros. Vita Jo. Chrys. Actt. SS. Maii t. 2, p. 729, B, τὴν χρ. δεξιάν. Hase.]

Χριστοκάπηλος, ὁ, ap. Greg. Naz., Qui Christum cauponatur, quasi ὁ καπηλεύων τὸν Χριστὸν, Qui religione Christiana ad turpe lucrum abutitur. [HSt. alibi :] Χριστοκάπηλος, ὁ, Christi caupo s. cauponator,

Qui Christum cauponatur et quæstui habet, ut qui lucri causa Christi discipulos se profitentur, et Evangelium prædicant. Greg. Naz. 178 : Μηδὲ γενώμεθα Χριστοκάπηλοι καὶ Χριστέμποροι.

[Χριστοκῆρυξ, ῡκος, ὁ, Christi præco. Χριστοκήρυκες Constant. Stilbe in Notitt. Mss. vol. 8, p. 220. Anon. Anth. Pal. 1, 106, 17 : Χριστοκηρύκων τύπους καὶ τοῦ σοφουργοῦ Μιχαὴλ τὴν εἰκόνα. Boiss. German. Patr. De rest. imag. p. 438, B Grets., ἀποστολικοὺς ἄνδρας καὶ χρ. Hase.]

[Χριστοκίνητος, ὁ, ἡ, A Christo motus. Greg. Nyss. vol. 3, p. 444 : Παῦλος ὁ θεόληπτος νοῦς, ἡ χρ. γλῶσσα. Suicer. Georg. Pisid. Contra Sev. 617, χρ. στόλος. Hase. ῑ]

[Χριστοκλῆς, έους, ὁ, Christocles, n. pr. in inscr. Attica ap. Rangabé *Antiq. Hell.* 803, vol. 2, p. 426.]

[Χριστοκτονία, ἡ, Christi cædes. Basil. M. vol. 1, p. 549, A, ἐπὶ τὴν χρ. ἐλθόντες. Hase. Constitt. Apost. 6, 5. « Joann. Chrys. Homil. spuria, vol. 2, p. 994 fine. Joann. Canabutius De diis Troicis apud Allatium Hottingeri p. 274. Planud. in Laud. Diom. Ms. » Boiss.]

τίθεσθαι καὶ ἐντρίβεσθαι. Sic χρωματισμοὶ τῶν μύρων, Colorationes unguentorum, Diosc. [Psell. In Cant. Cantic. 5, 6. Boiss. Metaph. Niceph. Greg. Hist. Byz. p. 224, B: Καὶ γάρ μοι τὸ ὀπτικὸν τῆς διανοίας ἐκάθηρε καὶ πρὸς τέλειον οἱονεὶ χρ. τἄλλα μοι πάντα μαθήματα ἤγαγε. Fictio, Figmentum, Eumath. 5, p. 158: Κἂν χρωματισμὸν τὰ τοῦ Σωσθένους εἶχον..]

[Χρωματιστικὸς, ἡ, ὸν, Chromaticus. Philo J. vol. 1, p. 245, 21: Ἐναρμόνια καὶ χρ. Corrige χρωματικὰ, collatis locis s. v. Χρωματικὸς indicatis. G. Dind.]

[Χρωματογραφέω, Coloribus pingo. Passiv. Basil. t. 1, p. 706, A, ἐν πίνακι χρωματογραφηθὲν τῆς ὄντως παρθενίας τὸ κάλλος. Hase.]

[Χρωματογραφία, ἡ, vitiose edd. vett. Polyb. 5, 33, 5, ubi nunc ex codd. χρονογραφία.]

Χρωματοποιΐα, ἡ, Colorum confectio. Philostr. Ep. 2 [p. 917]: Ἴσχε δὴ χρωματοποιΐαν, καὶ μηδὲν ἐπιποίει τῷ κάλλει· solent enim quidam et quædam χρωμάτων ἐντρίψει κοσμεῖσθαι, et fuco nativam deformitatem emendare.

[Χρωματοπώλης, ὁ, Pigmentarius, Gl.]

[Χρωματουργέω, Colore imbuo, Colore pingo. Nicet. Eugen. 9, 136: Χρωματουργεῖ τοῦ προσώπου τὴν θέαν εἰς ἐντελῆ μόρφωσιν ὡραϊσμένην. Tzetzes Epist. 71, p. 62. Boiss. Synaxarium S. Styliani: Τὸ τίμιον αὐτοῦ χρωματουργῆσαι εἰκόνισμα. Ducang. Passiv. Jo. Damasc. t. 1, p. 310, D; 349, C: Πῶς χρωματουργηθήσεται τὸ ἀσώματον; Hase.]

[Χρωματουργία, ἡ, Coloratio. Theophyl. Sim. Hist. p. 64, C: Ἀναθήματα, ἅπερ σανίσι καὶ πίναξιν εἰς βασιλέως τιμὴν χρωματουργίᾳ συνετάττοντο τεχνικῇ. Georg. Cedr. p. 767, 22 ed. Bekk. G. D. Jo. Damasc. t. 1, p. 389, D. Invectiva in Scriptt. post Theoph. p. 234, A Ven., κατὰ τῶν χαρακτήρων τῆς χρ. μαινόμενοι. Hase.]

[Χρῶμις, ιδος, ἡ, Chromis, n. pr. Longus 4, p. 133, 6.]

[Χρωμὶς vitiose pro Χρόμις, quod v.]

[Χρώννυμι. V. Χρώζω.]

Χρὼς, ωτὸς, ὁ, Cutis. [De accentu et declinatione v. Chœrob. In Theodos. p. 65, 4, et 254, 25: Χρώς χρωτός, οἱ δὲ Ἀθηναῖοι ἐχρήσαντο καὶ ἰσοσυλλάβως· τὸν χρὼ γὰρ εἰρήκασιν, Falso accentu χρῶς ap. Herodian. p. 449 ed. Piers., quod ex χρόος contractum putat, ut φῶς ex φόως. Accus. χρῶ est in fragm. Sapph. ap. Longin. De subl. c. 10: Λεπτὸν δ' αὐτίκα χρῶ πῦρ ὑποδεδρόμακεν· quod Ahrensio χρῶν scribendum videtur, quocum comparari posset χροῦν pro χρόα dictum, de quo v. infra ubi de forma χροῦς, χροὸς agetur.] Est autem cutis, superficies corporis, sicut color est affectio corporis visibilis in superficie per lucem. Interdum χρὼς est etiam Cutis cum subjecta carne, Corpus, ut Galen. quoque Comm. 2 in lib. Περὶ ἀγμῶν [ad p. 758, G] scribit Iones χρῶτα vocare τὸ τοῦ σώματος ἡμῶν σαρκῶδες: in quo maxime genere esse τὸ δέρμα et τοὺς μύας, Cutem et musculos, et deinde τοὺς ὑμένας καὶ σπλάγχνα, Membranas et intestina: at vero τὸ τῶν ὀστῶν γένος, Quæ ex ossium genere sunt, χρῶτα non nominare, nec etiam τοὺς χόνδρους, neque τοὺς συνδέσμους, Cartilagines, et vincula s. juncturas. Ubi etiam duo affert ex Hom. exempla, quibus doceat Homerum similiter hoc vocab. usum esse. Prius, desumptum est ex Il. Γ init., ubi Achilli in prælium se armanti, metuentique ne muscæ subeuntes in vulnera Patrocli, vermes ingenerent, respondet Thetis non esse quod metuat: Ἤνπερ γὰρ, inquit, κεῖταί γε τελεσφόρον εἰς ἐνιαυτὸν, Αἰεὶ τῷ γ' ἔσται χρὼς ἔμπεδος, ἠὲ καὶ ἀρείων. Posterius, ex Od. Β, [376] ubi Telemachus peregre abiturus, nutricem suam Eurycleam rogat ne matri quid de profectione illa significet, Ὡς ἂν μὴ κλαίουσα κατὰ χρόα καλὸν ἵάπτῃ. Sed afferam præter hæc, alia etiam ex eodem poeta exempla, nec non ex Hesiodo, ex quibus manifestum fiet, χρωτὸς s. χροὸς nomine significari Cutem cum ipsa carne subjecta. Sic igitur ille, Od. Τ, [204]: Τῆς δ' ἄρ' ἀκουούσης ῥέε δάκρυα, τήκετο δὲ χρώς· Il. Φ, [568]: Καὶ γάρ θην τούτῳ τρωτὸς χρὼς ὀξέϊ χαλκῷ, Ἐν δὲ ἵα ψυχή. Verba Hectoris de Achille, qui itidem Δ, [510] suos Trojanos in prælium concitans, Ὄρνυσθ', inquit, ἱππόδαμοι Τρῶες, μηδ' εἴκετε χάρμης Ἀργείοις· ἐπεὶ οὔ σφι λίθος χρὼς οὐδὲ σίδηρος· Nec enim cute et corpore sunt lapideo vel ferreo, ut sc. possint Χαλκὸν ἀνασχέσθαι ταμεσίχροα βαλλομένοισιν. Il. Ε, [337]: Εἶθαρ δὲ δόρυ χροὸς ἀντετόρησεν· Υ, [100] de telo Achillis: Τοῦ γ' ἰθὺς πέτεται βέλος, οὐδ' ἀπολήγει, Πρὶν χροὸς ἀνδρομέοιο διελθέμεν· Ν, [830]: Μεῖναι ἐμὸν δόρυ μακρὸν, ὅ τοι χρόα λειριόεντα Δάψει· Ψ, [673]: Ἀντικρὺ χρόα τε ῥήξω, σύν τ' ὀστέ' ἀράξω, Cutem subjectamque carnem perrumpam et ossa confringam, Δ, [237]: Τῶν ἤτοι αὐτῶν τέρενα χρόα γῦπες ἔδονται. Ubi quem χρόα vocat, Il. Ν appellat σάρκας et δημόν: quum enim dixisset, Μεῖναι ἐμὸν δόρυ μακρὸν, ὅ τοι χρόα λειριόεντα Δάψει, subjungit mox, Ἀτὰρ Τρώων κορέσεις κύνας ἠδ' οἰωνοὺς Δημῷ καὶ σάρκεσσι. Dictum enim est eo nomine vocari Pellem cum universa carne et membranis, exceptis ossibus, cartilaginibusque et ligaminibus corporis, quæ aliena sunt a natura σαρκώδει. Unde et ipse poeta manifesto distinguit inter χρόα et ὀστέα in l. paulo ante cit., ut et Hippocr. hoc in l., De fract.: Κατάγνυται μὲν οὐ πάνυ τι ταῦτα τὰ ὀστέα, ἢν μὴ ξὺν τῷ χρωτὶ τιτρωσκομένῳ ὑπὸ ὀξέος τινὸς ἢ βαρέος. Qui Hippocr. in eod. l. dicit, Καὶ γὰρ εἰ ὑγιὴς χρὼς, ἔνθεν καὶ ἔνθεν ἐπιδεθείη. Rursum idem poeta Od. Ν, [398]: Κάμψω μὲν χρόα καλὸν ἐνὶ γναμπτοῖσι μέλεσσι· Il. Ε, [354]: Μελαίνετο δὲ χρόα καλὸν, de Venere a Diomede vulnerata. Od. [Λ, 529: Οὔτ' ὠχρήσαντα χρόα κάλλιμον·] Σ, [178]: Χρῶτ' ἀπονίπτεσθαι, καὶ ἐπιχρίεσθαι ἁλοιφῇ· Τ, [72]: Κακὰ δὲ χροΐ εἵματα εἵμαι· et [237]: Οὐκ οἶδ' εἰ τάδε ἔστο περὶ χροΐ οἶκοθ' Ὀδυσσεύς. Hesiod. Op. [196]: Λευκοῖσιν φαρέεσσι κάλυψαμένω χρόα καλόν· et [534]: Καὶ τότε ἔσσασθαι ἔρυμα χροὸς, ὥς σε κελεύω. Nec tamen semper de Cute solum cum subjecta carne dicitur, verum etiam de Tota corporis compage, comprehenso etiam ossium genere, cartilaginumque et ligaminum corporis, quæ ante fuerant exclusa. Ibid. [415] loquens de æstate in autumnum vergente, Μετὰ δὲ τρέπεται βρότεος χρὼς, Πολλὸν ἐλαφρότερος, Mutatur humanum corpus, fitque multo levius et agilius; æstu enim torpidum fit et languidum. Hom. Il. Ρ, [734]: Τῶν δ' ἐτράπετο χρὼς, οὐδέ τις ἔτλη Πρόσσω ἀΐξας περὶ νεκροῦ δηριάασθαι· Ν, [280]: Τοῦ μὲν γάρ τε κακοῦ τρέπεται χρὼς ἄλλυδις ἄλλη, Οὐδέ οἱ ἀτρέμας ἧσθαι ἐρητύετ' ἐν φρεσὶ θυμός. Et mox, Τοῦ δ' ἀγαθοῦ οὔτ' ἂρ τρέπεται χρὼς, οὔτε τι λίην Ταρβεῖ. [Similiter Ρ, 733. Et Od. Φ, 412: Πᾶσι δ' ἄρα χρὼς ἐτράπετο. Pindari, Æschyli et Soph. exx. v. infra. Eur. Med. 689: Τί γὰρ σὸν ὄμμα χρώς τε συντέτηχ' ὅδε; Alc. 172: Μεθίστη χρωτὸς εὐειδῆ φύσιν· Suppl. 77: Χρῶτα φόνιον· Hec. 406: Ἑλκῶσαι γέροντα χρῶτα. Rarum in comœdia vocabulum, velut Aristoph. Lys. 127, ubi tragicæ dictionis gravitatem imitatur: Τί χρὼς τέτραπται; τί δάκρυον κατείβετε; et Anaxilas ap. Athen. 12, p. 548, C: Ξανθοῖς τε μύροις χρῶτα λιπαίνων.] Prosæ etiam scriptores utuntur tam pro Cute cum carne subjecta, quam pro Ipso corpore [Veteres Attici vix usquam, velut Xenoph. Symp. 4, 54: Τὸν χρῶτα τοιοῦτον φῦναι ἔχοντα ὥστε ... ἐπὶ τῷ χρωτὶ μέγα φρονεῖν· et OEc. 10, 5. Frequenter vero posteriorum temporum scriptores], ut Plut. Alex. [c. 4] de ipso Alexandro: Τοῦ χρωτὸς ἥδιστον ἀπέπνει, καὶ τὸ στόμα κατεῖχεν εὐωδία, καὶ τὴν σάρκα πᾶσαν ὥστε πληροῦσθαι τοὺς χιτωνίσκους. Itidemque Symp. 1, 6 [p. 623, F] de eodem, Λέγεται δὲ καὶ τοῦ χρωτὸς ἥδιστον ἀποπνεῖν, ὥστε καταπιμπλάναι τοὺς χιτωνίσκους εὐωδίας ἀρωματιζούσης. Aristot. Probl. [4, 13]: Διὰ τί ὅταν ἄρξωνται ἀφροδισιάζειν δύνασθαι, οἱ χρῶτες ὄζουσι; Et alibi, Ὁμοίως δὲ καὶ τοῖς πρεσβυτέροις οἵ τε χρῶτες μελάντεροι, καὶ αἱ οὐλαὶ αἱ ξυγγενεῖς μελάντεραι ἢ νέοις· οἷον ὑπώπιον γὰρ αὐτοῖς ἅπαν τὸ σῶμα. [Plur. etiam ap. Dionys. A. R. 9, 50: Κατεδήσαντο οἱ πολλοὶ τοὺς ὑγιεῖς χρῶτας ὡς τραυματίαι· et Xenoph. Eph. loco infra afferendo.] Galen.: Καὶ εἰ μᾶλλον ἐθέλοιμεν ἔχεσθαι τοῦ χρωτὸς, κηροῦ τι προσμίξομεν, Adhærere cuti s. corpori. Idem rursum, Τὸν χρῶτα ξηρὸν ἔχοντες, Cutem corpusque aridum habentes, i. e. οὐκ ἐφιδροῦντες. Itidem Polyb. [non leguntur hæc ap. Polyb.]: Εὐτύχημα μέγα τὸ τὸν χρῶτα τοιοῦτον φῦναι ἔχοντα, ὥστε μὴ διαφθεῖραι τοὺς συγκαθεύδοντας, i. e. Turpi esse corpore. Rursum Aristot. De color.: Πάντων γὰρ τῶν τοιούτων ὅ, τε χρὼς καὶ τὰ δέρματα γίνεται μέλανα, Et corpus et cutes fiunt nigræ. Nisi forte χρὼς pro Colore hic ac-

cipiendum putes; præsertim quum paulo post sequatur, Διὸ καὶ πάντα τοῖς δέρμασι καὶ τῷ χρώματι συνεπακολουθεῖ· copulatis ibi δέρμασι et χρώμασι, sicut paulo ante χρὼς et δέρματα ab eo fuerant copulata. Bud. certe χρωτὸς et χρώματος pro eod. ap. Xenoph. legi annotavit, atque inde derivari εὔχρως. [Male intellexit verba Xenoph. OEc. 10, 5 : Ἅπτεσθαι μίλτου ἀντὶ τοῦ χρωτός.] Itidemque Plutarch. [Mor. p. 978, E] χρωτὶ pro χρόᾳ accepisse putatur in hoc l. Pindari : Ποντίου θηρὸς χρωτὶ μάλιστα νόον προσφέρων, πάσαις πολίεσσιν ὁμιλεῖ. Affert enim eum ex Pindaro, ut probet τῶν πολυπόδων τῆς χρόας τὴν ἀμειψιν, subjungens simul et hos Theognidis versus [215] : Πολύποδος νόον ἴσχε πολυχρόου, ὃς ποτὶ πέτρῃ Τῆπερ ὁμιλήσῃ, τοῖος ἰδεῖν ἐφάνη. [Ion ap. Athen. 7, p. 318, E : Μεταλλακτῆρα πουλύπουν χροός. Ejusdem generis est quod χρὼς τραπέσθαι dicitur in locis Homeri supra allatis et ap. Aristoph. Lys. 127. Porro χρῶτα ἀμείβεσθαι βαφῇ dixit Æsch. Pers. 317; et Theocr. 2, 88 : Καί μευ χρὼς μὲν ὁμοῖος ἐγίνετο πολλάκι θάψῳ· 23, 13 : Τᾷ δὲ χολᾷ τὸ πρόσωπον ἀμείβετο, φεῦγε δ' ἀπὸ χρὼς ὕβριν τᾶς ὀργᾶς περιχείμενος. Xenoph. Eph. 1, 5 : Ἦν αὐτοῖς τὰ σώματα ... πεπονηκότα καὶ τὸ βλέμμα ἄθυμον καὶ οἱ χρῶτες ἠλλαγμένοι. Apparet ex his χρὼς de colore dici, verum non quarumvis rerum, sed solius cutis colore, nisi quod Orph. Lith. 654 dicere ausus est, Ἐν γὰρ δὴ χρὼς αὐτὸς ἑτήτυμος αἵματός ἐστιν· quod notavit Lobeck. Pathol. Prol. p. 60.] Verum nulla a lexicographis hujus signif. fit mentio, nec ab Hesych., nec a Suida, nec ab Etym. aut Eustath. Qui quidem Eustath. p. 467, dicit χροὸς s. χρωτὸς nomine vocari τὸ προφαινόμενον τῆς κατ' ἄνθρωπον σαρκὸς, ἤγουν τὴν χροιάν· κατὰ τὸ, παραδραθέειν ἢ χροιῇ· sed haudquaquam pro Colore accipit, verum pro Superficie carnis, i. e. Cute quæ carnibus circumdata videtur; paulo ante enim scripserat τέρενα χρόα vocari a poeta τὴν ὅλην σάρκα, ὡς ἐκ μέρους τοῦ προφαινομένου ἐξ ἐπιπολῆς : addique τέρενα epitheton, πρὸς διαστολὴν τῶν ὀστῶν, quæ τέρενα non sunt, nec ἁπαλὰ, sed σκληρὰ καὶ στερρά. Ideoque de hac hujus vocab. signif. ἐπέχω, donec certiora comperiam; præsertim etiam quum in illo Pind. l. χρωτὶ possit videri Plutarchus accepisse pro Corpore.

‖ Porro notandum est, quod ad obliquos illos casus, quorum exempla aliquot habes in præcedente tmemate, attinet, sc. χροὸς, χροΐ, et χρόα : esse illos ion ex Χρὼς, sed ex nomine Χροῦς, ut νοὸς et βοὸς ex νοῦς et βοῦς. Hoc ipsum vero χροῦς per contractionem factum ex Χρόος, ut νοῦς ex νόος, χλοῦς ex χλόος. [Nominativo illo nec soluto χρόος nec contracto χροῦς quisquam usus est, etsi χροῦς, unde casus obliqui χροός χροΐ χρόα deriventur, poni solet ab grammaticis, velut Arcad. p. 126, 5, Chœrob. In Theodos. p. 63, 9, 20. Neque accusativi χροῦν ullum exemplum est, quem Chœrob. p. 241, 12, ponit, ubi de accusativis nominum χροῦς et χοῦς in α terminatis agit, χρόα et χόα, et addit, ἡ δὲ εἰς ν (κλίσις) σπανιωτέρα, οἷον χροῦν καὶ χοῦν, haud dubie præeunte Herodiano, qui χροῦς inter perispomena in ους memorat Περὶ μ. λέξ. p. 14, 36, adeoque πολὺ παρὰ τοῖς Ἴωσι esse dicit ib. paullo superius. Nominativi formam solutam χρόος ab Tyrannione fictam memorat schol. Hom. Il. N, 191, male intellectis verbis poetæ, in quibus χροὸς genitivus est, ut Aristarchus aliique intellexerunt. Adjectivorum ab χρὼς derivatorum forma legitima est in ως, ut ἀπαλόχρως, λευκόχρως, deterior in ους, jam ab Atticistis notata. V. de his aliisque horum adjectivorum formis Lobeck. Paral. p. 255 seqq. Casus obliqui χροός χροΐ χρόα poetarum proprii sunt, qui modo hac modo altera prout metro commodum est forma utuntur χρωτός χρωτί χρῶτα. In oratione prosa genitivus et accusativus χρωτός χρῶτα usitati sunt, dativus vero nec χροΐ nec χρωτί est, sed χρῷ, quo etiam poetæ usi sunt ubi forma monosyllaba opus esset. Apud Pindarum χρωτί et χρῶτα est Pyth. 1, 107, Isthm. 4, 40; apud Æschylum bis accusativus, Pers. 317 : Ἀμείβων χρῶτα πορφυρᾷ βαφῇ· et fragm. 192 : Ἥλιος ... χρῶτ' ἀθάνατον ... θερμαῖς ὕδατος πρόχοαῖς ἀναπαύει. Dativ. χροΐ Suppl. 790 : Πρὶν τῷδε χριμφθῆν χροΐ· et ap. Soph. Tr. 605, qui χρῷ et χρωτὶ dixit Aj. 786, Ant. 246. Apud Eurip. non pauca utriusque declinationis exx. χρώς χρωτὸς χρωτὶ χρῶτα et χροὸς χροΐ χρόα.] Suntque ambo in prosa etiam usitata. Dativo enim χροΐ ap. Suid. Pherecydes usus est, qui quum sua phthiriasi adhuc laboraret, Pythagorasque, qui ad ipsum venerat, interrogaret quomodo se haberet, διαβαλὼν τὸν δάκτυλον τῆς θύρας, ait χροΐ δῆλα : indicans, posse ipsum ex cute pediculis obsita cognoscere quo pacto valeret. Quod dictum in proverbium postea abiit, sed usurpatum duntaxat ἐπὶ τῶν χειρόνων, inquit Suidas. [Eurip. Bacch. 24 : Νεβρίδ' ἐξάψας χροός· Hipp. 1359 : Ἀτρέμας χροὸς ἑλκώδους ἅπτεσθε· Andr. 111 : Πολλὰ δάκρυά μου κατέβα χροός· Med. 787 : Ἥνπερ κόσμον ἀμφιθῇ χροΐ· Or. 819 : Τοκέων τέμνειν παλάμᾳ χρόα· Hel. 1399 : Λουτροῖς χρόα ἔδωκα.] Apud alios autem prosæ scriptores raro eos obliquos occurrere puto. Quod vero ad χρόος attinet, puto et ipsius usum nisi in carmine nullum esse, excepto dativo χρῷ, qui est frequentissimus, veluti quum dicunt ἐν χρῷ ξυρᾶσθαι, ἐν χρῷ κείρεσθαι, ἐν χρῷ κεκαρμένος, vel κουρίας [vel κουριῶν : quæ annotavit Pollux 2, 26, 33; 4, 134, 143], intelligentes de rasura illa quæ novacula fit, ita ut ipsa cutis perstringatur. Plutarch. Lycurgo [c. 15] : Ἐν χρῷ περιέκειρε τὴν κεφαλήν. Paul. Ægin. 2, 42 : Ἠρῶτον ψιλῶσαι δεῖ τὴν κεφαλὴν ἐν χρῷ, quod Celsus itidem dicit Ad cutim tondere : ut 6, 6 : Caput ad cutem tondendum, diuque quotidie jejunis perfricandum. Estque hoc ad cutim tonderi, plus quam per pectinem, ap. Plaut.: quanto nimirum altius fornice penetrat novacula : quanquam et forfice fieri potest ἡ ἐν χρῷ κουρὰ, sed sine pectine. Sic Athen. 12 : Μέχρι τήμερον ἐν χρῷ κεκαρμένα. Lucian. [Hermot. c. 18] : Ὁ πώγων βαθὺς, καὶ ἐν χρῷ ἡ κουρά· et ibid. : Ἀρρενωπούς, ἐν χρῷ κουρίας τοὺς πλείστους. Et Plutarch. rursum in Alcib. [c. 23] : Ἐν χρῷ κουριῶντα, καὶ ψυχρολουτοῦντα. [Ἐν χρῷ κουριῶντας ex Pherecratis Αὐτομόλοις annotavit Pollux 2, 33. Κειρόμενος ἐν χρῷ Plutarch. Mor. p. 52, E.] Itidem Philostr. Her. [p. 715] : Ἐν χρῷ τὴν κόμην εἶναι, Comam ad cutem esse abrasam : quod κουρᾶς εἶδος nominari σκάφιον tradit schol. Aristoph. [Av. 807.] Alioquin et ψιλὴ dicta, ut non solum ex Hesych. patet, qui τὴν ἐν χρῷ κουρὰν esse ait τὴν ψιλὴν καὶ πρὸς αὐτῷ τῷ χροΐ, verum etiam ex comp. ψιλοκόρσης. Itidem vero Suid. ἐν χρῷ κεκαρμένος interpr. πρὸς αὐτῷ τῷ χρωτὶ, οἷον σύνεγγυς καὶ πλησίον τοῦ δέρματος. [Ἐν χρῷ κεκαρμένους (in luctu) ap. Xenoph. Hell. 1, 7, 8. Greg. Naz. vol. 1, p. 300, B : Κεφαλῆς ἐν χρῷ κόσμησις.] Metaph. autem et proverbialiter Soph. Aj. p. 47 [793] : Ξυρεῖ γὰρ ἐν χρῷ· de quo proverbio supra in Ξυρέω. Sic Synes. Ep. 4 [p. 160, D] : Οὐ πρὶν ἢ ἐν χρῷ γενέσθαι τοῦ κινδύνου, μόλις ἐκβιασθεὶς, ἀπέστη τοῦ διαναυμαχῆσαι πρὸς τὰς σπιλάδας, Non prius destitit quam periculum proxime eum contingeret, ipseque esset propemodum in illius faucibus. [Ephræm. Cæs. 4463 : Ἐν χρῷ δὲ μᾶλλον κινδύνου πεφυκότος· et ib. 7607.] Qui enim periculo proximus est, ejus veluti cutem tangit, ut novacula cutem ejus qui ξυρᾶται : unde et Ἐπὶ ξυροῦ ἀκμῆς ἵστασθαι res dicitur Quum in summo est periculo. Itidem Thuc. 2, p. 75 [c. 84] : Ἐν χρῷ ἀεὶ παραπλέοντες [quam locutionem annotavit Pollux 1, 113], i. e. πλησίον, [vel ἐγγὺς, ut exp. Etym. M. p. 313, 55 in cod. Voss.,] ita ut sese mutuo fere stringerent, ut ap. Virg., Lævas stringat sine palmula cautes. [Conf. Eur. Suppl. 1021 : Χρῶτα χρωτὶ πέλας θεμένα.] Et rursum, Ille inter navemque Gyæ scopulosque sonantes Radit iter lævum interior. Nec non paulo post de columba nidum habente in pumice, mox aere lapsa quieta Radit iter liquidum, celeres neque commovet alas. Dicitur enim avis iter liquidum radere, quum mare transvolans, tantum non alis ipsius tangit superficiem, ut ap. Plutarch. quoque [Mor. p. 966, D] hirundines λίμνης ἢ θαλάττης ἐν χρῷ παραπετόμεναι ψαύουσι τοῖς πτίλοις ἐπιπολῆς. Sic Lucian. Hermot. [c. 5] : Χαμαὶ παντάπασιν ἐν χρῷ τῆς γῆς. [Plutarch. Mor. p. 925, C : Ἔοικεν ἐν χρῷ καὶ σχεδὸν ἐν ἀγκάλαις τῆς γῆς περιπολεῖν. Achill. Tat. 3, 21 : Τὴν κώπην ἐν χρῷ τοῦ σφαζομένου τυχεῖν. Dio Cass. 74, 4 : Βῆμα ξύλινον ἐν χρῷ τοῦ λιθίνου κατεσκευάσθη.] Nec non fluvius quispiam ἐν χρῷ ψαύει τῆς πόλεως, qui ei proximus est. Et Plutarch. Thes. [c. 27] : Ἐν χρῷ μάχην συνῆ-

ψαν, Cominus, ita ut alter alterius corpus et cutem tangeret. Itidemque Dion [Cass. 50, 33] : Πολλοί τε ἑκάστῃ νηΐ καὶ ἔκαθεν καὶ ἐν χρῷ ἐμαχέσαντο, Et eminus et cominus. Ubi nota sibi opponi ἔκαθεν (quod est πόρρωθεν) et ἐν χρῷ. Rursum Lucian. Zeux. [c. 6] : Μεταξὺ τῆς θηλῆς ἑκάτερος ἐπειλημμένοι, ἐν χρῷ τῇ μητρὶ προσιστάμενοι, Proxime matrem stantes et ei fere inhærentes. Et [Adv. ind. c. 3] : Ἐμέλησέ σοι τῆς ἐν χρῷ πρὸς τὰ βιβλία συνουσίας· ut ap. Suid. legimus, Ἦν δὲ ἄρα αὐτῷ ἐν χρῷ φίλος, de intima amicitia. Sed notandum est, quosdam velle hoc χρῷ per apocopen dici pro χρωτί, inter quos est schol. Thucyd. : quos sequendo, ι subscribendum non foret. Alii vero volunt esse Atticum dativum; dici enim genitivo casu τοῦ χρῶ et dativo τῷ χρῷ, sicut τοῦ γέλω : inter quos Suidas est. Ego simplicius existimavi deduci a χρόος, ut dativus contractus νῷ est ex νόος. Si quis tamen mecum sentire nolit, Suidæ potius quam Thucydidis scholiastæ assentiatur. Apud Hesych. vero pro ἐν χρῷ legitur etiam Ἐγχρῷ composita voce (idque serie alphabetica, post ἐγχρίμψαι), quod itidem exp. εἰς χρῶτα. [De hoc memorabilis est notatio grammatici in Etym. M. p. 313, 53 : Ἐνχρῶ, ἐγγὺς, καὶ πρὸς αὐτῷ τῷ χρωτί· ἀποκοπῇ τῆς τι συλλαβῆς μετὰ τῆς ἐν προθέσεως, ἐνχρῶ. Γράφεται δὲ μετὰ τοῦ ν, καὶ μετὰ τοῦ γ. Ἐνχρῷ κουρὰ, ἡ ψιλὴ καὶ πρὸς τὸν χρῶτα· καὶ ἁπλῶς τὸ ἐνχρῷ τοῦτο δηλοῖ ἐγγυτάτω, πάνυ ἐγγὺς, ὥστε ἐφάπτεσθαι τοῦ χρωτός. Ἀπὸ τοῦ ὁ χρὼς, τοῦ χρῶ, Ἀττικῶς τῷ χρῷ. Τὸ δὲ ἐνχρωκουρίας οὐκ ἔχει τὸ ι· ὑφ' ἓν γὰρ εἴρηται· ἐν χρῷ κεκαρμένος, πρὸς αὐτῷ τῷ χρωτὶ, οἷον σύνεγγυς, καὶ πλησίον τοῦ δέρματος, τὰς τρίχας ἐξυρημένος. Divisim scriptum ap. Phryn. p. 60 ed. Lob.: Ἐν χρῷ κουρίας φαθὶ καὶ μὴ ψιλόκουρος.]

Χρῶσις, εως, ἡ, Coloratio, tinctura, i. q. κατάχρωσις et βαφὴ, Pollux [7, 169. Diog. L. 10, 109, χρῶσιν λήψεται ταύτην. Hase.]

Χρωστὴρ, ῆρος, ὁ, Colorator, ut in Epigr. [Juliani Æg. Anth. Pal. 6, 68] legimus ap. Suid. [qui per χρωματίζων exp.] : Καὶ μολίβῳ χρωστῆρι κανὼν τύπον ὀρθὸν ὀπάζων, Plumbo coloratori s. infectori. Stylis enim plumbeis lineamenta et primi colores depingi possunt.

[Χρωτάριον, n. pr., ut creditur, in inscr. ap. Bœckh. 660, vol. 1, p. 503, non integra, quæ ab literis ΧΡΩΤΑΡΙΟΝΑ incipit.]

[Χρωτίδιον, τὸ, Cuticula. Cratin. ap. Etym. M. p. 200, 41 : Ὡς μαλακὸν καὶ τέρεν τὸ χρ., si sana lectio.]

Χρωτίζω, i. q. χρώζω. [Pro χρωματίζω ap. Plutarch. Mor. p. 693, C : Τὸν οἶνον ἁλόαις χρωτίζοντες. Schol. Hom. Il. H, 305 : Φοινικῷ ἄνθει πεφωτισμένον, ὅ ἐστι κεχρωτισμένον.] Dicitur enim ut χροΐζεσθαι aliquis γυναικί τινι, ita etiam χρωτίζεσθαι, pro παραδραθέειν φιλότητι αὐτῆς τῇ χροιῇ, loquendo Homerice, i. e. Accubare ei et cutim ejus contingere, i. e. Proxime ei adjacere, ut eam tangat cute sua. Pass. [Med.] χρωτίζεσθαι Aristoph. active etiam posuit pro χρωτίζειν s. χρίμπτειν, Applicare, Adhibere, Nub. [516] : Εὐτυχία γένοιτ' ἀνθρώπῳ, ὅτι προήκων ἐς βαθὺ τῆς ἡλικίας, νεωτέροις τὴν φύσιν αὐτοῦ πράγμασι χρωτίζεται, καὶ σοφίαν ἐπασκεῖ. I. e. πελάζει, inquit Suid., rectius quidem ille interpretans quam schol. χρωματίζεται : qui etiam addit, quum ὁ χρωματισμὸς εἰς τὸ πρόσωπον γίνηται, ipse autem κατὰ νοῦν ἐχρωματίζετο, ideo adjectum fuisse accus. φύσιν, ut sit Mentem et ingenium rebus novis imbuit. Passive tamen etiam accipere potes verbum pass., si κατὰ subaudias, et χρωτίζεται accipias pro Accedit. [Imitatur Eustath. Opusc. p. 152, 20 : Ἀγαθὸς οὐκ ἂν οὐδὲ ἄνθρωπος ἐθέλοι φαυλότητι πραγμάτων χρωτίζεσθαι· 37, 80 : Ἄνθρωπος βίῳ κανθάρου προσήκων οἷς χαίρει καὶ αὐτὸς χρωτιζόμενος εἰς μύσους ἄξια· 267, 70 : Ὁ συγγραφόμενος καὶ χρωτισθεὶς τῷ κακῷ.]

[Χύδαι, αἱ, Chydæ, urbs Lyciæ, ap. Ptolem. 5, 3, p. 324, 28, ubi libri partim sic partim Λύδαι : unde Χλύδαι Wilbergius.]

[Χυδαΐζω. HSt. in Ms. Vindob. s. v. Χυδαῖος :] Legitur et verbum Χυδαΐζειν apud Eustath. [p. 421, 19 : Τῇ σπάρτῳ, ἐξ ἧς παρέφθαρται χυδαϊζόμενον τὸ πλεκτὸν σπαρτίον, i. e. In lingua vulgi dictum. De confluente hominum turba Nicet. Chon. Hist. p. 111, C : Σύμφυλοι ὄντες καὶ φίλοι πάνυ Ῥωμαίοις ηὐξάνοντό τε καὶ ἐχυδάϊζον· 293, C : Τὸ χυδαΐζον στῖφος τῆς πόλεως αὐτίκα διασκεδάννυται.]

[Χυδαιολογία, ἡ, Loquela vulgi. Phot. Bibl. p. 56, 16 : Πρὸς τὴν πεπατημένην κατενηνεγμένοι χ., cui comparandum quod p. 66, 34 dixit : Φράσις εἰς τὸ ταπεινὸν καὶ χυδαῖον τοῦ λόγου λίαν κατενηνεγμένη. || « Vana atque abjecta disputatio. Epiphan. t. 1, p. 35, B; 473, D; 626, D; 1019, A; 723, C, τῇ τῶν Ἀρειανῶν χυδαιολογίᾳ. Hase.]

[Χύδαῖος, αία, αῖον, et ὁ, ἡ. HSt. s. v. Χύδην :] Unde Χυδαῖος, Cujus magna copia est, Multus, Abundans; interdum etiam Vilis, Vulgaris : quoniam vilitatem rebus invehit nimia copia et abundantia. Eustath. p. 29, [35] : Χυδαῖοι πάλαι ἐλέγοντο οἱ πεπληθυσμένοι, νῦν δὲ οἱ οὐδαμινοί. [Frequens adj. apud Eustathium ipsum de hominibus et rebus dictum. Suidas : X., εὐτελὴς, παμπληθής. Multitudinis vilis significatu LXX Exod. 1, 7 : Οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ ηὐξήθησαν καὶ ἐπληθύνθησαν καὶ χυδαῖοι ἐγένοντο· quem l. exp. Epiphan. vol. 1, p. 18, A : Πάντως που ὁ χρόνος τῆς αὐτῶν παροικίας καὶ ἐπιμιξίας διὰ ῥαθυμίας τὸ χυδαῖον εἰργάσατο. De lapide vili Plutarch. Mor. p. 85, F : Ξύλον τὸ τυχὸν ἢ λίθον ἐπιβαλεῖν χυδαῖον. X. στέφανοι ab Athen. 15, p. 686, B, dicuntur quos Alexis, cujus versum affert, χύδην πεπλεγμένους dixerat. X. οἶνος ap. schol. Arist. Pl. 808 : Τὸν χ. οἶνον καρηβαρίτην ἔλεγον.] Ita certe ap. Diosc. 5, 40, de palmeo vino, φοίνικας τὰς χυδαίους Marcell. interpr. Palmulas chydæas, i. e. Vulgares et ex copia viles. Ruell. autem paulo aliter; verba enim hæc Diosc. : Λαβὼν φοίνικας τὰς χυδαίους πεπείρους, βάλε εἰς πιθάκνην τετρημένην ἐν τῷ πυθμένι, ἐπίχεε δὲ τοῖς δέκα χοίνιξιν ὕδατος χόας γ', sic vertit : Palmulas maturas, quas vocant Chydeas, in urceolum imo pertusum demittito, et quadragenis aquæ sextariis ternos aquæ congios infundito. Ubi sequitur Plinii auctoritatem, qui sic scribit 14, 16 : Fiunt et ex palmis vina, maturarum quas vocant Chydæas modio in aquæ congiis tribus macerato expressoque. Sed ego Plinii verba aliter accipio quam Ruell. Nec enim iis verbis, Quas vocant Chydæas, voluit interpretari præcedens Maturarum, sed Græca loquendi consuetudine, qua aliquoties utitur, Maturarum quas vocant Chydæas dixit pro Maturarum ejus generis quas Chydæas vocant, modio in aquæ congiis tribus macerato. Ideoque Marcello potius astipulor; præsertim quum Plin. quoque χυδαίων nomine innuat appellari vulgariores et viliores, sic scribens 13, 4 : Suum genus ex sicciore turba, prælonga gracilitate curvatis interim; nam quos ex his honori deorum dicamus, Chydæos appellavit Judæa, gens contumelia numinum insignis. Id enim arbitror eum innuere verbis istis, Judæam, quos Græci Idæos dactylos vocabant, Idææ matris honori dicatos, per contumeliam ejus numinis Græcorum, appellasse χυδαίους, παρὰ γράμμα σκώψαντας, quasi Vulgares vilesque. [Schol. Hom. Il. B, 212 : Μάλιστα τῆς ἀγνοίας ἐν τῷ χ. πλήθει γεγονυίας· et ib. : Τῶν πολλῶν καὶ χυδαίων, ut ὁ πολὺς καὶ χ. τῶν Ἑλλήνων ὄχλος ad P, 761. Philo Bybl. ap. Euseb. Pr. ev. 1, p. 40, B : Τῆς τῶν χ. ἀπειρίας. Porphyr. De abstin. 4, 18, p. 363 : Πολλὰ ὁ νόμος τῷ χ. συνεχώρησεν. Τῆς χυδαίου καὶ πανδήμου λαλιᾶς in Exc. ex Polybio 14, 7, 8. Τὸ ταπεινὸν καὶ χ. τοῦ λόγου Phot. Bibl. p. 66, 34.] Exp. etiam Diffusus, nec non Confusus. [|| Adv. Χυδαίως, Confuse. Basil. M. vol. 3, p. 466, B : X. ὀνομασθὲν καὶ κακοήθως νοηθέν. G. D. Epiphan. t. 1, p. 760, A; 932, B. Nil. Epist. p. 244, 4, βέμβεσθαι ῥαθύμως καὶ χ. Hase.]

Χυδαιότης, ητος, ἡ, Vulgaritas, Vilitas. In Atticis, inquit Bud., ita legitur : Συμφέρομαι τοῖς πολλοῖς, ἀντὶ τοῦ μετὰ τῶν πολλῶν γίνομαι· ἐπὶ χυδαιότητι· i. e. ἀδιαφόρως ἔχων. Sed videndum ne ἐπὶ χυδαιότητι significet ὡς οἱ χυδαῖοι, Ut loquuntur vulgo. [Theodoret. vol. 5, p. 29 : Ἡ τῶν ἐννοιῶν χ. Phot. Bibl. p. 160, 7 : X. ῥημάτων. G. D. Actt. conc. Lateran. t. 3, col. 912, 29. Nil. Epist. p. 91, 25; 333, 11. Cyrill. Hieros. Catech. p. 38, C, τοῦ καπηλοδύτου τὴν χ. Julian. Imp. Contra Christ. p. 43, B, τῆς παρ' ἡμῖν ῥαθυμίας καὶ χ.· p. 238, B, τῆς παρὰ τοῖς ἔθνεσιν ἀδιαφορίας καὶ χ.· Ἐπιτεῖναι τὴν χ. Hase.]

[Χυδαιότροπος, ὁ, ἡ, Qui est moribus plebeiis. Niceph. Blemmydes in Maii Coll. Vat. vol. 2, p. 661. Osann.]

[Χυδαιόω, Vulgo. Anonym. V. Joann. Chrys. p. 301: Οὔπω γὰρ τότε τῷ κόσμῳ ἐνεπλατύνθη ταῦτα ... ἐπὶ τοὺς ἀναξίους ἐπεκτεινόμενα, καὶ διὰ τοῦτο χυδαιούμενά τε καὶ ἀτιμούμενα. Seager. Phot. Bibl. p. 467, 23. Epiphan. t. 1, p. 814, C, de peccatore, divinæ imaginis decus abjectum reddente, ἐχυδαίωσε τὸ κατ' εἰκόνα. Hase.]

[Χυδαϊστὶ, Vulgi more. Eustath. p. 50, 14: Οἱ μεθ' Ὅμηρον τὸ ἤτοι χ. μὲν ἑρμηνευτικὸν οἴονται σύνδεσμον ..., ἀκριβῶς δὲ νοήματα διαζευγνύουσιν.]

[Χυδαίως. V. Χυδαῖος.]

[Χυδαίωσις, ἡ, Rusticitas. Vita Nili jun. p. 46, 1, τὴν πρὸς κακίαν ἀπόκλισιν καὶ χ. Hase.]

[Χύδας, ὁ, Chydas, fl. Siciliæ. Ptolem. 3, 4, p. 193, 27: Χύδα ποταμοῦ ἐκβολαί.]

Χύδην [Dor. Χύδαν Leon. Tar. Anth. Pal. 9, 316 et Plan. 306], Fusim, s. Fuse, More eorum quæ fusa sunt. [Per κεχυμένως exp. Suidas.] Item Abundanter, Copiose, Cumulatim, Affatim: more sc. eorum quæ plenis effunduntur aut profunduntur vasis. [Annotavit Pollux 3, 119; 6, 144, et locutiones τῶν ἀγαθῶν χ. κειμένων 1, 51, et χ. δαπανᾶν 6, 175.] Hesychio ἀθρόως, σωρηδὸν, ὀαψιλῶς, nec non εἰκῇ. [Plato Leg. 9, p. 858, B: Ἡμῖν ... ἔξεστι καθάπερ ἢ λιθολόγοις ἢ καί τινος ἑτέρας ἀρχομένοις ξυστάσεως παραφορήσασθαι χ. Xenoph. Hipparch. 1, 16 et X. καταβάλλοντα λίθους· et similiter De re eq. 4, 4. Theophr. C. Pl. 4, 13, 7: Ὅταν (ὁ σῖτος) εἰς τὰ οἰκεῖα τεθῇ χ. Et de aliis rebus quibusvis quæ vel proprie profluere dicuntur, ut ap. Ælian. V. H. 13, 1, p. 842: Ὕδατα χ. καὶ ἀφθόνως ἐπέρρει· et schol. Hom. Il. Υ, 471: Αἷμα ἐκρούνιζε χύδην, vel cumulatim et sine ordine profunduntur aut projiciuntur, Pherecr. ap. Polluc. 7, 194: Μηδὲν κοτυλίζειν, ἀλλὰ καταπάττειν χ. Diphilus ap. Athen. 7, p. 291, F: Τραπεζοποιῶν ἐν ἀγαθοῖς πολλοῖς χ. Στέφανοι χ. πεπλεγμένοι Alexis s. v. Χυδαῖος memoratus. Polyb. 15, 14, 2: X. ἐρριμμένα ὅπλα, ut Plut. V. Æm. Pauli c. 32: Ὅπλοις συμπεφορημένοις χ. Idem V. Aristid. c. 5: X. ἀργυρίου καὶ χρυσοῦ παρόντος. Orph. Arg. 406: Κρεῖα χ. προὔθηκε. Nonn. Dion. 17, 54: Χύδην (sic Scaliger pro χάδην) δ' ἐπέβαλλε τραπέζῃ ... ἄνθος ἐλαίης. Ælian. N. A. 6, 52: Ὁ ἐλέφας ... τῆς ἄμμου τῆς ἐν ποσὶ τῇ προβοσκίδι χ. ἀναλαβών. Geopon. 5, 16, 3: Οὐ χρὴ χ. ἀλλὰ κατὰ γένος κεχωρισμένως φυτεύειν, ut κατὰ μίαν et χύδην opposita sunt ap. Aristæn. 1, 3, p. 17: Φιάλας πόματος πλήρεις ἐπὶ τὸν ὁλκὸν ἠφίει θᾶττον φέρεσθαι κατὰ ῥοῦν, ἀλλὰ κατὰ μίαν, ἐκ διαστήματος βραχέος διακεκριμένας ἀλλήλων. De hominibus Plutarch. V. Camilli c. 28: Ἐν νεκρῶν πλήθει καὶ χ. καταβεβλημένων· V. Pericl. c. 34: Πολλῶν ὁμοῦ χ. ἐν οἰκήμασι μικροῖς ἠναγκασμένων διαιτᾶσθαι. Eustath. p. 1382, 17: Τοὺς πολλοὺς εἴτουν τοὺς χ. διακειμένους ἄνδρας. Diphilus ap. Athen. 7, p. 292: Ἀδώνια ἄγουσ' ἑταίρα μεθ' ἑτέρων πορνῶν χ.] Epigr. [Antiphanis Anth. Pal. 10, 100]: Ὅτ' οὖν χρόνος ὥριος ἡμῖν, Πάντα χύδην ἔστω, ψαλμὸς, ἔρως, προπόσεις, Omnia profuse et affatim adsunto. [Erycius ib. 9, 233: Φωλὰς ἀραχναίη ... χύδην ἔβρυξε μελαίνῃ σηπεδόνι χλωρὴν σάρκα. Leon. Tar. 9, 316: Τοὺς βότρυας, αἴτε πέλονται ὥριμοι, αἴτε χύδαν (i. e. prorsus) ὄμφακες, εὐτρέπικεν. Strato 12, 200: Τὸν παρέχοντα (amanti) χύδην. Athen. 12, p. 536, C: Ταῖς ἡδοναῖς ἀσελγῶς ἐχρήσατο καὶ χ.] Et Epigr. [Antipatri Anth. Pal. 11, 158] in Philosophos: Τὸ χύδην ῥυπόωντι πίνῳ πεπλασμένον ἔσθος, Vestis affatim oblita sordibus. Posterior autem expositio, εἰκῇ, magis convenit huic loco Isocr. Panath. [p. 238, A], in quo χύδην et εἰκῇ, ut vicinam signif. habentia, copulantur: Ὅμοιος ἂν εἶναι δόξαιμι τοῖς εἰκῇ καὶ φορτικῶς καὶ χύδην, ὅ,τι ἂν ἐπέλθῃ λέγουσιν, Iis qui temere et importune effundunt quicquid in buccam venerit; vel Temere, importune et citra delectum effutiunt: exprimendo χύδην per ἀδιακρίτως, Nullo habito discrimine s. delectu, sed inconsiderate effundendo quidvis. [Isocr. Epist. p. 614, 6 ed. Bekk. Oxon.: Ἐξαριθμήσας καὶ χ. εἰπών. Plato Phædr. p. 264, B: Οὐ δοκεῖ χ. βεβλῆσθαι τὰ τοῦ λόγου; Rep. 7, p. 537, C: Τὰ χ. μαθήματα παισὶν ἐν τῇ παιδείᾳ γενόμενα. Πάντα χ. γράφειν Strato Anth. Pal. 12, 2.] Item aliquid χύδην vel proferri ore vel scribi dicitur, quod sine numero profertur scribiturve, i. e. Oratione prosa ac pedestri; facilius enim ea funditur et fluit in quotidiano usu quam metrica. Aristot. Rhet. 3, [9, 9]: Διὸ καὶ τῶν μέτρων πάντες μνημονεύουσι μᾶλλον τῶν χύδην· ἀριθμὸν γὰρ ἔχει ᾧ μετρεῖται, Ideoque omnes facilius versus recordantur quam solutam orationem nullisque carminis legibus astrictam; hæc enim nullo numero nec ulla mensura profertur, sed sine discrimine effunditur, s. profunditur: non item illa. [Plato Leg. 7, p. 811, D: Οὓς (λόγους) ἐν ποιήμασιν ἢ χ. οὕτως εἰρημένους μεμάθηκα.]

[Χυδιάζω, Cum vulgo nugor. Niceph. Presb. in V. Ms. S. Andreæ Sali: Ἕτεροι δὲ ἀσέμνως ὀρχούμενοι κρότον καὶ ψόφον ταῖς χερσὶν ἀπετέλουν γελῶντες καὶ χυδιάζοντες ἀσώτως. Ducang. Hinc subst. Χυδιασμὸς, ὁ, ap. Anon. in Append. ad Basil. M. vol. 3, p. 606, C: Ὕλην χυδιασμοῦ τε καὶ ψόγου τὴν ἐντολὴν τοῦ κυρίου ποιήσεται. Rectior utriusque forma foret χυδαΐζω et χυδαϊσμός.]

[Χυδρώνα, τὸ ἔλαιον τῆς πενταφύλλου in Lexico Reg. 1843. Χύρωνα cum eadem expos. in gloss. iatricis cod. Reg. 190. Ducang.]

[Χυθρόγαυλος. V. Χυτρόγαυλος.]

[Χυικὸς, ἡ, ὸν, Chymicus. Alex. Aphrodis. ap. Höfer. *Hist. de la chymie* t. 1, p. 219, διὰ χυικῶν ὀργάνων. Hase.]

Χυλάριον, τὸ, forma dimin., quasi Succulus. Vocant autem χυλάρια Actuarius et Nicol. Alexandr., quando herbas quasdam adjecto mediocri melle aut saccharo decoquimus, q. d. Succatiunculas. VV. LL. Suidæ χυλάριον est τὸ ὑδαρῶδες, ὁ ἐκπεπιεσμένος σῖτος. [M. Antonin. Imp. Comment. 6, 13, ὁ Φάλερνος χ. ἐστι σταφυλίου. Hase. Male illatum in libris quibusdam Hippocr. p. 552, 42, ubi vera scriptura χαραδρίου est: v. Littré vol. 7, p. 260.]

Χυλίζω, fut. ίσω, Succum elicio s. exprimo, In succum resolvo et liquo. [Theophr. H. Pl. 9, 10, 4: Τὸ σπέρμα χυλισθὲν ποιεῖ τὸ ἑλατήριον. Dioscor. (apud quem frequens est, ut et verbum χυλόω) 2, 213: Χυλίζεται δὲ καὶ εἰς τὰ ὀφθαλμικὰ, Succus ex ea exprimitur ocularibus medicamentis utilis, Extractus succus oculorum medicamentis adjicitur. Ib. 221, de chelidonio majore: Χυλίζεται δὲ τὰ φύλλα καὶ ἡ ῥίζα καὶ ὁ καυλὸς, ἀρχομένου θέρους, καὶ ξηραίνεται ἐν σκιᾷ, Ineunte æstate succus exprimitur foliis, radice, caule. Et alibi [4, 155], de sparto: Καὶ αὐτῶν δὲ τῶν ῥάβδων ἐν ὄξει βραχεισῶν, εἶτα κοπεισῶν, καὶ χυλισθεισῶν, ἰσχιαδικῶν καὶ συναγχικῶν ἐστὶ βοήθημα, ὅσον κύαθος εἷς πινόμενος νήστεσιν. Pro quibus Plin.: Rami similiter cum fronde in aceto macerati pluribus diebus et tusi, succum dant ischiadicis utilem, cyathi unius potu. Utitur et alibi passim hoc vocabulo Dioscor. et alii medici. [Ὀπὸν χυλισθέντα Geopon. 16, 4, 5; κόπρον κεχυλισμένην 10, 18, 3.]

Χύλισμα, τὸ, et Χυλισμὸς, ὁ, Succus expressus, et Succi expressio. Dioscor. 3 init.: Περὶ ῥιζῶν καὶ χυλισμάτων καὶ βοτανῶν καὶ σπερμάτων, De radicibus, de succis, de herbis, de seminibus. Theophr. H. Pl. 9, [8, 3]: Χύλισμα γίνεται, Fit liquamentum, Succus exprimitur. Rursum Dioscor. 3, [22] de aloe: Διττὸν δέ ἐστι τὸ εἶδος τοῦ χυλίσματος, Duo sunt succi genera, qui inde exprimitur. Posterius vero Χυλισμὸς legitur ap. Theophr. l. c., itidemque a Gaza exp. Succus: licet potius de ipsa succi expressione dicatur. [Χύλισμα, schol. Nicandri Al. 158: Τὸ χ. τοῦ κορίου τῆς γεύσεως. Schneid. Hippiatr. p. 214, 16. Galen. vol. 14, p. 375, 7, κιχωρίου χυλίσματος. Oribas. t. 2, p. 587, 7, ἀκακίας χ.· 554, 4, χ. καρύων πικρῶν. Hase.]

[Χυλοειδὴς, ὁ, ἡ, Succo similis. Sext. Emp. p. 395: Ἡ γεῦσις χυλοὺς γνωρίζουσα χυλοειδής.]

[Χυλόζωμος, ὁ, ἡ, Qui concinnatur ex succo. Anon. ap. Daremberg. *Notices et extr. de mss. médicaux*, part. 1, p. 38, 2, ἔψημα χ. τῆς κριθῆς. Hase.]

[Χυλοποιέω, Succum facio. Herodian. Epim. p. 153; Alex. Trall. 7, p. 130, 8; 8, p. 140. «Pseudo-Hippocr. De hom. fabr. p. 285, 6 Ermerius., τὸ ἧπαρ χυλοποιεῖ τὴν τροφήν.» Hase. Niceph. Blemm. Epit. Phys. p. 37.]

[Χυλοποίησις, εως, ἡ, Succi confectio. Stephanus

schol. in Hippocr. p. 148 et 155 ed. Dietz. Osann.]

Χῡλὸς, ὁ, Succus; generaliter quidem significat i. q. χυμὸς, tum ap. Plat. et Hippocr., tum apud veteres omnes Comicos, ut Galen. prodidit [vol. 13, p. 27 : Ἡ ἐξ ὑγροῦ καὶ ξηροῦ σύστασις ὑπὸ θερμότητος πεφθέντων χυλός ἀπὸ τοῦ λ τῆς δευτέρας ἀρχομένης συλλαβῆς· παρὰ μέντοι τοῖς παλαιοτέροις αὐτῶν οὐκ Ἀττικοῖς μόνον, ἀλλὰ καὶ Ἴωσιν ἑκάτερα διὰ τοῦ μ γέγραπται. Καὶ γὰρ καὶ παρὰ Πλάτωνι τῷ φιλοσόφῳ καὶ παρ' Ἱπποκράτει καὶ παρὰ τοῖς παλαιοῖς κωμικοῖς οὕτως εὑρίσκεται. Λελέχθω δ' ἔν γε τῷ παρόντι λόγῳ πρὸς ἡμῶν ἕνεκα σαφοῦς διδασκαλίας ἡ μὲν γευστὴ δύναμις ἢ ποιότης, ἢ ὅπως ἄν τις ὀνομάζειν ἐθέλῃ, διὰ τοῦ μ στοιχείου χυμός, ἡ δ' ἔν τε τοῖς ζῴοις καὶ φυτοῖς ὑγρότης πεπαχυσμένη χυλός, ἀπὸ τοῦ λ τῆς δευτέρας ἀρχομένης συλλαβῆς. Eadem fere traduntur Definitt. med. vol. 2, p. 280. Aliter Orion Etym. p. 163, 3 : Χυλός· παρὰ τὴν χύσιν. Διαφέρει δὲ χυλός καὶ χυμός· καὶ ἄμφω μὲν ὑγρὰ, ἀλλὰ τὸ μὲν ἐν πέψει καὶ ἐν αἰσθήσει (ἑψήσει Sturzius) γεγονὸς χυμός· ἔστι γὰρ χυμὸς γλυκὺς καὶ πικρός· τὸ δ' ἄπεπτον καὶ ἀνέψητον, πεφθῆναι δὲ δυνάμενον, ὡς ἡ ἐν πόαις καὶ ὀπώραις ὑγρὰ οὐσία χυμός (Sic Schneid. ad Theophr. vol. 5, p. 547, correxit pro τὴν ... ὑγρὰν οὐσίαν χυλός)· καὶ τοῦ βίου μαρτυροῦντος· τὸ μὲν γὰρ καλῶς ἑφθὲν σύγχυμον καλεῖται, τὸ δ' ἀνέψητον ἀσύγχυμον. Hesych. : Χυλός· πεμμάτων ὑγρῶν ἐκπίεσμα. Idem vero Χυμῶν· πηγμάτων ὑγρῶν, ut in Lexico Cyrilli, Χυμός· πῆγμα ὑγρῶν.] Sic autem dicitur ἡ ἐξ ὑγροῦ καὶ ξηροῦ σύστασις τῶν ὑπὸ θερμότητος πεφθέντων, Succus a calore ita concoctus ut humidi siccique medius sit consistentia. Hic vero non aliud est quam humor quidam incrassatus, tam in animantibus quam in plantis. Sed tamen in animantibus specialiter magis Eum succum designat, quem ventriculus ex cibis per concoctionem elicit, et qui sanguinis materia est. Hic enim proprie a Medicis χυλὸς appellatur, quamvis generaliori quodam significatu non is modo, verum etiam pituita et sanguis et reliqua omnia humorum genera sub eo nomine comprehendi posse videantur. Hæc Gorr. Apud Diosc. Marcellus χυλὸν, i. e. Succum, appellat Humorem ex tota materia, parteve ejus aliqua concisa tusave, aspersis aliquando aqua aut vino aut alio humore, tum manibus aut torculari aut igne expressum exudatumque : ubi discrimen etiam ponit inter χυλὸν, ὀπὸν, et δάκρυον. Recte vero dicit Exudatum. Proprie enim eum χυλὸν et χυμὸν dici puto Quem res aliquæ fundunt et exudant, ut ipsum præ se fert nomen, a χύω derivatum. Mnesisitheus medicus ap. Athen. 3, [p. 80, C] : Ὅσα δὲ [ὠμὰ] προσφέρεται τῶν τοιούτων (ut sunt pira, ficus, mala Delphica, et hujusmodi alia), δεῖ παραφυλάττειν τὸν καιρὸν, ἐν ᾧ τοὺς χυλοὺς τοὺς ἐν αὐτοῖς μήτε ἀπέπτους μήτε σαπροὺς μήτε κατεξηραμμένους λίαν ὑπὸ τῆς ὥρας ἕξει. [Plato Critia p. 115, A : Ὅσα εὐώδη τρέφει γῆ, ῥιζῶν ἢ χλόης ἢ ξύλων ἢ χυλῶν σταχτῶν.] Sic ὀξαλίδος χυλὸς, Succus oxalidis, ap. Galen., et στρύχνου χυλὸς, ut quum Ad Glauc. 2 dicit δεύειν στρύχνου χυλῷ, Madefacere et macerare solani succo. Sic Diosc. 5, χυλὸς σταφυλῆς, Uvæ succus, s. Uvæ mellago, ut Ruell. et Barb. verterunt, secuti Plinium : qui et ipse χυλὸς ap. eund. Diosc. vertit Succus; hæc enim Dioscoridis [2, 161], Ὁ δὲ χυλὸς τῶν ξυσμάτων θλιβέντων μετὰ ῥοδίνου πρὸς καυσουμένην ἐπιφάνειαν ἐγχριόμενος ὠφελεῖ, sic reddidit : Succus ex strigmentis cucurbitæ illitus cum rosaceo et aceto, febrium ardores refrigérat. [X. βοτάνης Geop. 2, 18, 1; θρίδακος 12, 13, 7; κράμβης 12, 7, 6; σεύτλων 12, 15, 3; μήλων 8, 27, 2; κορίου 20, 40; ῥόδων, 8, 29; φύλλων τῆς ἐλαίας 9, 26, 3.] Rursum Galen. Ad Glauc. 1, χυλὸς πτισσάνης, Ptisanæ succus, cremor, ut Plin. cum Celso vocat. [Χυλὸς in genere Succum significat et humorem a calore incrassatum, consistentia medium inter humidum et siccum. Apud Hippocr. tamen sæpe χυλὸς simpliciter ptissanæ aut hordei succum et sorbitionem significat, quam ptissanam colatam vocant, expressam hordei substantiam continentem, non cremorem, qui est aqua hordei expressa apud Latinos, non succus ipsius substantiæ hordei. Cui tota et integra ptissana, hoc est non colata, opponitur. P. 385, 45 : Τὰς δὲ πτισσάνας χρὴ ἐκ βελτίστων τέως κριθέων εἶναι καὶ ὡς βέλτιστα ἑψῆσθαι, καὶ ἄλλως, ἢν μὴ τῷ χυλῷ μούνῳ μέλλῃς χρέεσθαι· ubi τὸν χυλὸν ptissanam excolatam intelligit, ut ptissanæ integræ et non colatæ opponatur, quam παχεῖαν πτισσάνην, et πτισσάνας ἀδιηθήτους vocat p. 384, 35, 39, Galenus κριθώδη πτισσάνην, huicque χυλὸν opponit et δι' ὀθονίου τὸν χυλὸν διηθέοντες διδόασιν. Rursus p. 386, 34 : Τοῖσί τε ὅλῃσι πτισσάνῃσι χρεομένοισι, τοῖσί τε χυλῷ αὐτέων. Et p. 387, 2 : Χρῆσθαι δὲ πρῶτον μάλιστα μὲν χυλῷ, ἔπειτα δὲ πτισσάνῃ. Ubi πτισσάνη simpliciter ὅλην πτισσάνην, integram et non colatam indicat, quam a succo distinguit. Et p. 400, 38 : Καὶ μελικρήτου πόσει καὶ χυλοῖσι παραφύλασσε· ubi χυλοὺς πτισσάνης χυλὸν exponit Galenus. Rursus p. 402, 10 : Ἔπειτα ἢν ἀσφαλὴς ἐὼν φαίνηται, οὕτω χυλῷ ὀλίγῳ, καὶ λεπτῷ τὸ πρῶτον, καὶ μέλιτι μίσγων δίδου, ἢν δὲ ἀνάγηται ῥηϊδίως, καὶ εὔπνοος ἢ καὶ ἀνώδυνος ἢ τὰ πλευρὰ, κατὰ σμικρὸν παχυτέρῳ τε καὶ πλείονι καὶ δὶς τῆς ἡμέρης. Quem locum Cæl. Aurel. exprimit Acut. 2, 19, et Succum tenuem et parvum; deinde etiam crassiorem et plurimum, vertit. Quibus tamen in locis interpretes cremorem non satis apte, ut opinor, vertunt. Rursusque p. 397, 51, quod scribitur, χυλὸν δὲ προσφέρειν, Cæl. Aurel. 3, 4, Succo cibare exponit. Porro Hipp. p. 1147, D : Χυλὸν μεταπιοῦσα ψυχρὸν, ptissanæ succum intelligere videtur, et ib. E : καὶ αὖθις μετέπιεν χυλόν. P. 1207, C : Ἐρόφησε χυλὸν (χυλοῦ p. 1210, E), ut τῶν χυλῶν ῥοφεῖν p. 652, 24. Et cum verbis προσφέρειν (1207, E; 1212, D; 1215, C), καταδέχεσθαι (1221, D), προσδέχεσθαι (1226, D), χρῆσθαι (1210, G). Fœs. Pollux 6, 61 : Κρατῖνος καὶ χυλὸν πιεῖν εἴρηκεν « Ἀλλ' εἶσιθ' εἶσω καὶ πιοῦσα χυλὸν ἀναπαύου κακῶν· » quocum Meinek. comparat schol. Aristoph. Vesp. 810 : Οἱ νοσοῦντες χυλὸν πτισάνης ῥοφοῦσι· et Ephipp. ap. Athen. 14, p. 642, E, ubi inter mensas secundas memorantur κόγχαι, χυλὸς, Διὸς ἐγκέφαλος.] At χυλὸν φιλίας per metaphoram et jocum dixit Aristoph. Pac. [997] : Μίζον δ' ἡμᾶς τοὺς Ἕλληνας πάλιν ἐξ ἀρχῆς φιλίας χυλῷ, quod schol. exp. ῥοφήματι, Sorbitione. [Ran. 943 : Χυλὸν διδοὺς στωμυλμάτων, ἀπὸ βιβλίων ἀπηθῶν.] Est vero ubi χυλὸς (sicut χυμὸς) dicatur non tam Succus quam Sapor. Aristot. Eth. 3, 10 : Τῆς γὰρ γεύσεως ἐστὶν ἡ κρίσις τῶν χυλῶν· ὅπερ ποιοῦσιν οἱ τοὺς οἴνους δοκιμάζοντες, καὶ τὰ ὄψα ἀρτύοντες· qui enim vina explorant, et opsonia condiunt, necesse est ut sapores probe sciant discernere. Sic Theophr. C. Pl. 6, 19 : Ὧν στρυφνότεροι καὶ πικρότεροι καθ' αὑτοὺς οἱ χυλοί· κεραννύμενα γὰρ ὑπὸ τῆς φύσεως τῷ ὑδατώδει, βελτίους καὶ γλυκυτέρους ποιοῦσι τοὺς χυλούς. Et rursum, Ἄλλοις κἀκεῖνα προσφιλῆ καὶ κατὰ τοὺς χυλοὺς καὶ κατὰ τὰς διαθέσεις. In eod. l., Ἐν ὡρισμένοις τισὶ μεταβάλλει χυλοῖς, In certis quibusdam saporibus mutatione afficitur. Et apud Epicurum [ap. Athen. 7, p. 278, F; 280, A] : Αἱ διὰ τῶν χυλῶν ἡδοναὶ, Voluptates quæ sapore percipiuntur, ut Cic. interpr., qui hæc Ejusdem, Οἵ τε λιτοὶ χυλοὶ ἴσην πολυτελεῖ διαίτῃ τὴν ἡδονὴν περιφέρουσι, sic vertit : Tenuissimo victu, i. e. contemptissimis escis et potionibus, minor voluptas non percipitur quam rebus exquisitissimis ad epulandum. Rursum Theophr. C. Pl. 6, 18 : Διάφοροι καὶ κατὰ χυλοὺς καὶ ὀσμὰς καὶ ἀοσμίας· ejusdem libri init. : Χυλὸς μὲν, ἡ τοῦ ξηροῦ καὶ γεώδους τῷ ὑγρῷ ἐναπόμορξις· ἢ ἡ τοῦ ξηροῦ διὰ τοῦ ὑγροῦ διήθησις ὑπὸ θερμοῦ. Ibid. ab eo hæc εἴδη τῶν χυλῶν ponuntur, γλυκὺς, λιπαρὸς, αὐστηρὸς, στρυφνὸς, δριμὺς, ἁλμυρὸς, πικρὸς, ὀξύς. [Anaxipp. ap. Athen. 9, p. 404, E : Χυλοὺς ἐχομένους δριμύτητος. Diodor. 2, 52 : Τὰς ὀσμὰς τῶν καρπῶν καὶ τὰς ἰδιότητας τῶν χυλῶν.] At Plin. 15, 27 : Interim quæ sunt communia et pomis omnibusque succis, saporum genera tredecim reperiuntur : dulcis, suavis, pinguis, amarus, austerus, acer, acutus, acerbus, acidus, salsus. Idem cap. seq. : Ergo succorum vinosus piro, moro, myrto : pinguis, olivæ, lauro, nuci juglandi, amygdalis : dulcis, uvis, ficis, palmis : aquosus, prunis : sanguineus, moris, cerasis, cornis, uvis nigris : idem albis candidus, lacteus in capite ficis, in corpore non item : spumeus, malis : nullus Persicis, quum præsertim duracina succo abundent. Definitiones autem singularum χυλοῦ specierum habes in l. Theophr. jam citato. [|| De spuma Cerberi Dionys. P. 791 : Κύνα χαλκεόφωνον ... δεινὸν ἀπὸ στομάτων βαλέειν σιαλώδεα χυλόν.]

Χῡλόω, In succum redigo s. resolvo, Liquo, Succum exprimo. [Cyrill. ap. Matth. Gl. min. vol. 1, p. 33 : Χυλοῖ· χυλὸν παρέχει. Tim. Locr. p. 101, A : Τὰ δ' ἐναντία λεῖά τε καὶ γλυκέα κεχύλωται.] Diosc. 2, 212, de chelidonio minore : Αἱ δὲ ῥίζαι χυλωθεῖσαι, χρήσιμοι εἰς ῥινεγχυσίαν μετὰ μέλιτος, πρὸς κάθαρσιν κεφαλῆς, Radices in succum redactæ, i. e. Succus radicibus expressus : ut c. 210 dicit, Ῥινεγχυτοῦται δὲ ὁ χυλὸς τῶν φύλλων καὶ τῶν κορύμβων σὺν ἰρίνῳ, Succus foliis et corymbis expressus cum irino unguento naribus infunditur. Pro quibus potuisset dicere, ut in præcedente loco, Τὰ φύλλα καὶ οἱ κόρυμβοι χυλωθέντα, χρήσιμα εἰς ῥινεγχυσίαν μετὰ ἰρίνου. Eodem libro c. 108, de hordeo : Χυλωθὲν δὲ τὸ ἄλευρον σὺν ὕδατι, Expressus ex farina succus cum aqua, Cremor farinæ ex aqua, Ruell. Et c. 98 : Καλλίστη δέ ἐστιν ἡ λεπτοτάτη καὶ εὐθρυβὴς, κούφη τε ὥσπερ ἄμυλον, ταχέως τε χυλουμένη ὑπὸ ὑγροῦ, In humore statim eliquescens, ut Ruell. vertit; Humore se diluens et resolvens, ut alii. [Geopon. 8, 27, 2 : Μῆλα χυλώσαντες. Hippocr. t. 8, p. 404, 9, χύλωσον καὶ μίξον. Passiv. Galen. vol. 6, p. 790, 2, μήτε χυλοῦσθαι τηκομένην. De concoctione Theod. Abucara p. 490, 20, ἑψοῦται ἡ τροφὴ καὶ χυλοῦται. Hase. || Madefacio. Eustath. p. 1552, 33 : Τὸ εἴωις χυτλώσαντο ἀντὶ τοῦ ὅπως μετὰ λουτρὸν χυλωθείη ἀλειψαμένη. Ἐντεῦθεν δὲ καὶ χύτλα ἁπλῶς τὰ λουτρὰ πλεονασμῷ τοῦ τ. Κοινῶς γὰρ μέχρι καὶ τῶν ἄρτι χυλοῦσθαι τὸ ἐξ ὑετῶν τυχὸν ὑγραίνεσθαι, καὶ ὁλόχυλος ὁ λίαν τοῦτο παθών.]

Χυλώδης, ὁ, ἡ, Succosus, Succi speciem gerens, Qui ex succorum genere est. Et τὸ χυλῶδες in planta dicitur Pars succosa ejus, s. Ipse ejus succus. Diosc. 3, 22 : Καὶ τὸ χυλῶδες δὲ τῆς ῥίζης τὰ αὐτὰ ποιεῖ πινόμενον, Radicis epotus succus eosdem præbet effectus, Ruell. [Galen. vol. 14, p. 515, 8, ὕδατι μίξας καὶ χυλῶδες ποιήσας. Hase. X. κόπρος Geopon. 2, 22, 2.]

Χύλωσις, εως, ἡ, Succi expressio, etiam Ipse succus expressus, et cremor. Diosc. 2, 108, de hordeo : Τοῦ μέντοι γινομένου ἐξ αὐτῆς ἀλφίτου ἡ πτισσάνη τροφιμωτέρα, διὰ τὴν ἐν ἑψήσει χύλωσιν, Ob cremorem in decoctione redditum, Ruell. Sic Idem hæc Ejusdem c. 132 ejusdem libri, de lupinis : Μεθ' ὕδατος ὀμβρίου ἑψηθέντες ἄχρι χυλώσεως, interpr. Decocti cœlesti aqua donec in cremorem lentescant. Gaza Succationem vertit apud Theophr. H. Pl. 7, 5, [1, C. Pl. 3, 9, 2]. Χύλωσις dicitur etiam Succi generatio, Ventriculi propria actio per quam cibus in chylum mutatur, Gorr. [Plutarch. Mor. p. 700, B : Χ. τῆς τροφῆς. Philo vol. 2, p. 244, 31, κοιλία χύλωσιν ἀπεργαζομένη τῆς τροφῆς. Galen. vol. 19, p. 372, 9, ἐστὶ χ. ὥσπερ ἕψησις τροφῆς ἐν κοιλίᾳ· vol. 2, p. 112, 4, τῆς ἐν τῇ γαστρὶ χ. τῶν σιτίων. Hase. Theoph. Nonn. vol. 2, p. 280 : Βρυωνίας ῥίζης ἑψηθείσης ἐν ἐλαίῳ ἄχρι χυλώσεως.]

Χύμα [In codd. non raro χῦμα scriptum contra regulam Draconis Strat. p. 57, 6; 95, 25; 100, 20, qui tamen υ breve etiam aliis nonnullis nominibus in υμα tribuit quæ veteres υ producto pronuntiarunt, de quo Draco partim ipse monuit verbis, Ἱστοροῦσι μέντοι Ἀττικοὺς τὸ λῦμα ἐκτείνειν καὶ τὸ φῦμα. Utriusque accentus exempla collegit Lobeck. Paral. p. 420, ipse χῦμα probans. Poetarum exx. quæ alterutram mensuram confirmant nulla sunt, omninoque χύμα ejusque composita ἀνάχυμα ἔγχυμα παρέγχυμα et reliqua nusquam reperiuntur apud Atticos veteres, sed post Aristotelis demum ætatem frequentari cœperunt. Χύσις σοφίας Thom. M. p. 923 magis probat quam χῦμα], τὸ, i. q. χεῦμα, Id quod effusum est, effusum fluit, [Liquor. Diodor. 17, 75 : Ζῶον ὃ ... κατασκευάζει χύμα διάφορον τῇ γλυκύτητι τοῦ παρ' ἡμῖν μέλιτος οὐ πολὺ λειπόμενον. Aristot. H. A. 5, 19 : Τίκτει (τὰ ἔντομα) σκώληκας πλὴν γένος τι ψυχῶν· αὗται δὲ σκληρὸν, ὅμοιον κνήκου σπέρματι, ἔσω δὲ χύμα· ubi alii codd. χῦμα et ἔγχυμα. Aret. De sign. m. diut. 2, 9, p. 62, 12 : Τοιόνδε τὸ τῶν ἑλκέων χύμα. Eustath. Opusc. p. 195, 10 : Περιέχει καὶ στερεοὺς τόπους τὸ παλὺ τοῦτο χύμα τοῦ ὑγροῦ· qui sæpe hoc voc. utitur, ut p. 101, 10; 130, 90; 154, 59; 203, 80; 305, 50. Alciphro 1, 23 : Εἰς ὕψος ἤρετο γιφάδος χῦμα πάμπολυ. Inscr. Bœotica ap. Bœckh. 1570, vol. 1, p. 750 : Ἀλφιάδης χῦμα, ὁλκοὶ ΗΔΔΔΔΙΙΙΙ, ubi Bœckh. p. 753 : « Χῦμα si putaveris vas esse, cur id post nummos scriptum sit intelligi nequit .... Sed omnino χῦμα non convenit vasis nomini : χῦμα seu χύμα est *fusum* : intellige metallum non formatum, sed colliquefaciendo in placentam informem coactum, quod quum vasa nova fabricarentur, Alphiades in hunc usum dedicavit : unde ultimo loco additum est. »] Peculiariter autem Libamen quod patera funditur defuncto super sepulcro; ait enim Hesych. χύματα vocari τὰ ἐπὶ τοῖς τάφοις χεόμενα : quæ χεύματα quoque et χοὰς dici, supra docui. Eidem lexicographo χύμα est ῥεῦμα, Fluentum, Flumen : qua signif. χεῦμα quoque supra habuimus. Sed et πλῆθος ab eo exp., ut et 2 Macc. 2, [25] legimus, Συνορῶντες γὰρ τὸ χύμα τῶν ἀριθμῶν καὶ τὴν οὖσαν δυσχέρειαν τοῖς θέλουσιν εἰσκυκλεῖσθαι τοῖς τῆς ἱστορίας διηγήμασι διὰ τὸ πλῆθος τῆς ὕλης, pro Effusam s. Profusam multitudinem. [|| Reg. 3, 4, 29, χ. καρδίας, Mentis fœcunditas, Flumen ingenii. In Gl. Χύμα, Confusio, Commixtio. || Χύμα, vox scriptoribus liturgicis frequens, quum psalmos scilicet, seu preces quasvis in ecclesia decantari debere dicunt sine cantu ac modulatione, quasi fusa ac liquida voce. Ita Goar. ad Euchol. p. 30. Horologium : Εἶτα ἀπαρχόμεθα λέγειν τοὺς στίχους, οὐ μετὰ μέλους, ἀλλὰ χύμα, ἀργῶς καὶ μεγάλῃ φωνῇ. Marcus Hierom. De dubiis typicis c. 4 extr. : Καὶ τὸ μεθ' ὑμῶν ὁ θεὸς χύμα καὶ ἄνευ μέλους λέγομεν. Philotheus Patr. Cpol. in Ordine sacri minist. p. 3 : Λέγει τὸν προοιμιακὸν ψαλμὸν χύμα. Hæc et alia multa Ducang.]

[Χυματίζω ap. schol. Aristoph. Pl. 720, male pro ἐγχυματίζω legebatur, quod nunc restitutum ex codd.]

[Χυμέθλη, Χύμεθλον, Χυμέτλη, Χύμετλον formæ vitiosæ pro Χίμετλον, quod v.]

[Χυμεία, ἡ, Χημεία, Χειμεία, Auri conficiendi ars, quam vulgo Chimiam dicimus. Varie enim hæc vox scribitur, de cujus etymo dissentiunt scriptores : quam in rem multa contulit P. Lambecius Comment. De bibl. Cæs. 6, p. 174. Quædam etiam attigit Bochartus in Phalec 4, 1. Georg. Sync. p. 14, A : Ἐξ αὐτῶν (ex pravis angelis) φάσκουσιν αἱ ἱεραὶ γραφαὶ καὶ τοὺς γίγαντας γεγενῆσθαι. Ἔστιν οὖν αὐτῶν ἡ πρώτη παράδοσις Χημᾶ περὶ τούτων τῶν τεχνῶν. Ἐκάλεσε δὲ ταύτην τὴν βίβλον Χημᾶ (sic apud Goarum. Codex utrobique χημεῦ, de quo v. s. v. Χυμευτικός. G. D.)· ἔνθεν καὶ ἡ τέχνη χημεία καλεῖται. Anon. De incredib. c. 3 (p. 86 ed. Gal.) : Βιβλίον περιέχον ὅπως δεῖ γίνεσθαι διὰ χυμείας χρυσόν. Τὴν κεκρυμμένην τέχνην τῆς χυμείας, quam ἱερὰν τέχνην vulgo vocant chymistæ, dicit Joann. Antioch. in Exc. Vales., ubi de Diocletiano agit. Olympiod. Alex. Ms. Ægyptiorum propriam fuisse indicat : Τὰ περὶ χημίας ἀργύρου καὶ χρυσοῦ. Hæc et alia Ducang.; inter quæ memorabilis est Joannis Canabutzis locus : Λέγομεν χυμίαν ἣν τινες τῶν Λατίνων βαρβαρίζοντες λέγουσιν ἀρχυμίαν, ὀφείλοντες λέγειν ἀρτεχυμία, ἤτοι τέχνη τῆς χυμίας. Διότι δὲ τὰ μέταλλα πάντα διαλύει καὶ ὡς ὕδωρ διακεχυμένον ποιεῖ ἄνευ πυρὸς καὶ χωνεύσεως, διὰ τοῦτο χυμία λέγεται. Formas Χειμεύω, χείμευσις καὶ χειμία τὸ αὐτὸ inter vocabula ab χει incipientia posuit Herodian. Epim. p. 150. Χείμη in loco Cedreni s. v. Χυμευτὴς afferendo, vitiose, ut videtur.]

[Χυμένη, ἡ, Χυμένιον, Χημένη, recentioribus Græcis herba dicitur ex qua conficitur luteus vel suppallidus color. Scholion ad Theophilum De urinis : Χυμένη ἐστὶν εἶδος βοτάνης ᾗ οἱ βαφεῖς χρῶνται· ἡ δὲ βαφὴ αὐτῆς ἐστιν ὕπωχρος, ὑδατώδης. V. Salmas. ad Plin. p. 1162, 1163, 1358. Ducang.]

[Χύμευσις, εως, ἡ, Commixtio. Eustath. p. 828, 16, Τὰς κυανέας οἴμους ἔγχαυσιν ἐχούσας ἢ χύμευσιν μέλαιναν τὴν διὰ κυάνου. Tzetz. ad Hesiod. Sc. 122 : Ἄλλοι λέγουσιν ὅτι ὀρείχαλκος χύμευσίς ἐστι χαλκοῦ τοῦ νῦν εὑρισκομένου.]

[Χυμευτὴς, ὁ, Chymista. Per ει scriptum ap. Joann. Malal. p. 395, 8 : Ἰωάννης ... χειμευτὴς ὑπάρχων καὶ φοβερὸς ἐπιθέτης. Idem ex Cedreno p. 359, A : Ἀνήρ τις χειμευτὴς ἐκ τῶν τῆς χείμης τεχνῶν εὐφυὴς ὤν ... ὀφθαλμοπλανῆσαι, et Anastasio Sinaita in libro ἀναγωγῶν memorat Ducang., sed χυμευτὴς ex Theophane Chronogr. p. 128, D, et corruptius κιμμευτοῦ ex chymico Ms.]

[Χυμευτικὸς, ἡ, ὸν, Chymicus. Zosimi Panopolitæ λόγους χειμευτικοὺς memorat Phot. Bibl. p. 117, 28, ubi in cod. Ven. correctum Χυμευτικῶν. Idem liber Χημευτικὰ dicitur ab Suida s. v. Ζώσιμος Ἀλεξανδρεὺς, ut nunc legitur contra librorum fidem. Nam codices χειμευτικὰ præbent, edd. vet. vero χυμευτικὰ, quod etiam apud Eudociam legitur p. 205. Χημεῦ hunc librum inscriptum fuisse refert Georg. Syncell. p. 14, A, quod in χημᾶ depravavit Goarus, Syncellus Χημευτικὰ scripsisse videtur. Per η etiam ap. Steph. Alex. in Apotelesm. Mss. : Τὰς χημευτικὰς ἀλληγορίας.]

[Χῡμίζω, Succulentum facio. (Sapio, Gl.) Figurate Aristoph. Thesm. 162 : Ἀναχρέων ... κἀλκαῖος, οἵπερ ἁρμονίαν ἐχύμισαν· quod schol. exp. ἔγχυμον ἐποίησαν, Hesych. per ἥρτυσαν, in cod. in Ἐχύμησαν· ἥρτησαν corruptum.]

Χῡμίον, τὸ, Succulus, Modicum aliquid succi. Coquus quidam Comicus [Sotades] ap. Athen. 7, [p. 293, E] : Ὀξυλίπαρον τούτοις ἔδωκα χυμίον.

[Χυμοειδὴς, ὁ, ἡ, Succo similis. Nilus Narrat. p. 32 ed. Par. 1639. Boiss.]

Χυμὸς, ὁ, i. q. χῶμος s. χῶμα, Bustum ex humo fossili aggestum. Hesychio [Χύμος· σίελος· ἢ] τάφου χῶμα : a χύσαι significante χῶσαι, Ex terra fossili aggerere sepulcrum. [Non est veri simile hoc sensu χυμὸς a quoquam dictum esse, nec quod HSt. posuit χῶμος usquam legitur.] ‖ Succus quem herbæ aut alia prelo manuve pressa fuderunt, qui et χυλός. De ea autem hujus vocabuli signif. infra dicetur post composita.

Χυμὸς, ὁ, i. q. χυλὸς significat, ejusdem etiam cum eo originis est. [De utriusque voc. discrimine v. s. v. Χυλός. Plato Tim. p. 59, E : Τὰ πλεῖστα ὑδάτων εἴδη μεμιγμένα ἀλλήλοις ξύμπαν μὲν τὸ γένος, διὰ τῶν ἐκ γῆς φυτῶν ἠθημένα, χυμοὶ λέγονται κτλ. « Ab χεῖσθαι derivatur in fragm. quodam Galeno attributo in Hippocr. libr. De humor., ubi Epidem. 6, 2, 2, exponit his verbis : Χρὴ γὰρ ἀκριβῶς εἶναι κεκραμένους ποιότητι, καὶ ἴσους ποσότητι τοὺς χυμοὺς, ἵν' ὑγεία τε διαμένῃ καὶ μὴ οὖσα ἐπανελεύσηται. Ὅθεν καὶ τῆς ὀνομασίας ἔτυχον ὄντες χυμοὶ, παρὰ τὸ χεῖσθαι ἅμα λεγόμενοι. » Foes.] Χυμὸς, inquit Gorr., Succus, Sapor : communi quidem significatu Omnem humorem designat coctione quodammodo incrassatum, tam in animantibus quam in plantis : unde τοῦ εὐχύμου καὶ κακοχύμου nomina deducta sunt, quibus Ea designantur quæ humorem bonum malumve, h. e. nutriendo corpori servandoque aptum aut incommodum continent. In quo nihil differt χυλὸς ἀπὸ τοῦ χυμοῦ, ut ante diximus. Verum peculiari quadam signif. ab Aristot., Theophr. et Mnesitheo (ut refert Galen.), χυμὸς appellatur Ipsa gustandi facultas s. qualitas, quam Latini Saporem vocant. [Locum Galeni vol. 13, p. 27, apposuimus s. v. Χυλός. Similiter Defin. med. vol. 2, p. 279 : Χυμὸς παρὰ μὲν Ἱπποκράτει διὰ παντὸς ἐπὶ τῶν κατὰ τὸ σῶμα τέτακται χυμῶν ἐξ ὧν ἐστιν ἡμῖν ἡ σύστασις, αἵματος, φλέγματος, χολῶν δύο, ξανθῆς τε καὶ μελαίνης· παρὰ δὲ Πλάτωνι καὶ Ἀριστοτέλει ἡ γευστὴ ποιότης καὶ ἑκάστη (?) τῶν ὄντων ἐν ἡμῖν χυμὸς ὀνομάζεται. Εἰσὶ δὲ ποιότητες ὀξύτης, αὐστηρότης, στρυφνότης, δριμύτης, ἁλυκότης, γλυκύτης, πικρότης. Οὕτω καὶ Μνησίθεος βούλεται ἐν τῷ Παθολογικῷ. His septem speciebus alii χυμὸν λιπαρὸν addiderunt, alii ἁλμυρὸν (sive ἁλυκὸν) non diversum posuerunt ab πικρῷ, alii alia opinati sunt, quæ copiosius exposuerunt Aristot. De sensu c. 4, Theophr. C. Pl. 6, 4, 1 seqq., Galen. vol. 13, p. 27 (qui χυμὸν λιπαρὸν, quem ponit Theophrastus, a Platone Tim. (p. 60, A; 86, E) consulto omissum esse ostendit) et Plutarch. Mor. p. 913, B. Aristot. De sensu c. 1 : Ὁ χυμός ἐστι τοῦ θρεπτικοῦ μορίου πάθος. Ὁ χυμὸς per τὸ γευστὸν exp. idem De anima 2, 10, et ἕν τι τῶν ἁπτῶν esse docet ib. et c. 3. Id. H. A. 3, 19 : Ἔστι τὴν φύσιν τὸ αἷμα τόν τε χυμὸν ἔχον γλυκὺν ... καὶ τὸ χρῶμα ὑγρόν. Plutarch. Mor. p. 662, E : Διαφορὰς χυμῶν καὶ ὀδμῶν καὶ δυνάμεων· et alibi sæpe apud eundem aliosque numero vel singulari vel plurali. Χυμοὶ ὀξεῖς et χυμοὺς κρίνειν ap. Polluc. 2, 110. Χυμοὶ per γεύσεις exp. Hesych. De alia ejusdem gl. Χυμῶν· πηγμάτων ὑγρῶν, v. s. v. Χυλός.] Hic autem non aliud est quam partis siccæ terrenæque in humore permistio, vel partis siccæ per humorem vi caloris percolatio. Efficitur enim sapor permistione quadam. Id quod eo argumento patet, quod elementorum nullum, ut aer, ignis, aqua, sibi saporem asciverit. Siquidem insipida est aqua, et (ut veteres testantur) talis aqua creditur qualis terra per quam influit. Sed nec terra etiam ipsa, nisi aliquam mistionem nacta sit, alicujus saporis existimari potest, sed eam omnino humore aliquo dilui necesse est. Quod enim tam terreum durumque est ut humore liquari nequeat, nullum gustui saporem invehit : quod vero ita concrevit ut dissolvi possit, id non aliter quam aliquo humore dilutum et liquefactum, gustandi sensum movebit. Sic itaque χυμὸς non Succum tantum, sed Ipsam etiam succi propriam qualitatem et affectionem, quæ sapor est, significat. Est enim sapor non cujusvis humoris (aqua enim et aquea omnia insipida sunt, et media inter gustatorias qualitates), sed ejus proprius, quem χυμὸν s. χυλὸν diximus indifferenter appellari. Hæc ille. Porro pro Succo [De succo terræ Synes. p. 286, A : Γῆς ἀρίστης χυμός. Philostr. p. 783 : Ἰλύων καὶ χυμῶν ἑτέρων, οὓς Ἴστρος ἐς τὸν Πόντον φέρει. De succo plantarum Theophr. H. Pl. 9, 1, 1 : Χυμὸς ταῖς μὲν μᾶλλον, ταῖς δ' ἧττον ἀκολουθεῖ, ut τὰς διαφορὰς τῶν χυμῶν ap. Plutarch. Mor. p. 910, C. De succo vitis Geopon. 4, 12, 21 : Τότε ἡ ἄμπελος πυκνότερον ἔχει τὸν χ.· De liquore glaciei diffluentis Soph. fragm. 162 : Τέλος δ' ὁ χυμὸς οὔθ' ὅπως ἀφῇ θέλει ...· ubi Meinekius κρυμὸς corrigit. De succo qui cibis ingeneratur Plut. Mor. p. 689, F : Χυμῶν ἐγγενομένων (τοῖς σιτίοις) καὶ ἀτμῶν. Frequentius de succo corporis humani apud medicos aliosque scriptores. Sextus Emp. p. 52 : Τὰ καθαρτικὰ τῶν φαρμάκων οὐ μόνον τοὺς χυμοὺς ὑπεξαιρεῖ τοῦ σώματος, ἀλλὰ καὶ ἑαυτὰ τοῖς χυμοῖς συνεξάγει], ap. Athenæum lib. 2 : Διὰ τὸ δηλονότι διαφόρους ἐν ἡμῖν μίγνυσθαι χυμούς· et 3, [p. 81, B] : Χυμόν τε ἀναδίδωσιν εἰς τὸ σῶμα τὸν καλούμενον ξυστικόν. Et ap. Alex. Aphr. Probl. 1, 83 : Διὰ τί τριῶν χυμῶν ἁπλῶν καὶ μονοειδῶν ὄντων, οὐκέτι καὶ τρία νοσήματα μονοειδῆ καὶ ἁπλᾶ συμβαίνει, ἀλλὰ πλείονα. Ibid. : Ὁ μὲν γὰρ θερμὸς καὶ λεπτὸς χυμὸς, ὀξὺν καὶ ὀλιγοχρόνιον καὶ διακαῆ ποιεῖ πυρετόν· ὁ δὲ ψυχρὸς καὶ παχὺς, ἀβληχρὸν καὶ πολυχρόνιον. Vocat autem ibi χυμοὺς, Succos, quos alii Humores interpr., τὴν ξανθὴν χολὴν καὶ τὴν μέλαιναν, καὶ τὸ φλέγμα, Bilem flavam nigramque, et pituitam. Itidem 2, 10, ubi quærit, Διὰ τί ὁ μὲν τριταῖος ἐκ θερμοῦ χυμοῦ γιγνόμενος, καὶ ἔχων μαστίζουσαν καὶ κατελαύνουσαν χολὴν, παρὰ μίαν κινεῖται. Et sub fin. ejusdem problematis : Εἰ μὲν οὖν εἷς τῶν ἄλλων τριῶν χυμῶν αὐξηθῇ, τὸ τοιοῦτον κακοχυμία λέγεται· εἰ δὲ οἱ τέσσαρες κατὰ ἀναλογίαν τῆς οἰκείας αὐτῶν ποσότητος, πληθώρα. Ubi nota etiam quarti χυμοῦ s. Humoris fieri mentionem, quod est αἷμα. [Χ. μελαγχολικὸς Theoph. Protosp. p. 79, 11; 80, 1 ed. Greenh.; λιπαρὸς καὶ γλίσχρος p. 17, 4; δριμύτερος χ. p. 75, 4; παχὺς καὶ γεώδης χ. p. 79, 14; οἱ λυποῦντες τὰ θρεπτικὰ ὄργανα χυμοὶ p. 74, 7. Plut. Mor. p. 13, D : Ἰατροὶ τὰ πικρὰ τῶν φαρμάκων τοῖς γλυκέσι χυμοῖς καταμιγνύντες.] Pro Succo et sapore simul, frequentissimum itidem est, velut ap. Plutarch. Symp. 7, probl. 6 [p. 708, D] : Ὄψα μὲν γὰρ οἱ μάγειροι σκευάζουσιν ἐκ χυμῶν διαφόρων, αὐστηρὰ καὶ λιπαρὰ, καὶ γλυκέα καὶ δριμέα συγκεραννύντες. Et ap. Lucian. Tim. [imo Nigrin. c. 33] : Τοὺς θαυμάσιόν τινα τὴν σπουδὴν περὶ τὰ δεῖπνα ποιουμένους, χυμῶν τε ποικιλίαις καὶ πεμμάτων περιεργίαις. Itidem Aetius in sua Præf. dicit, Προσήκει δὲ γεγυμνάσθαι κατὰ τὴν γευστικὴν αἴσθησιν, καὶ ἐπὶ μνήμης ἔχειν ἑκάστης ποιότητος τῶν χυμῶν τὴν ἰδιότητα· ut nimirum sciamus quæ sint στρυφνὰ, quæ αὐστηρὰ, quæ ἁλυκὰ, quæ πικρὰ, quæ δριμέα, quæ ὀξέα, quæ γλυκέα, quæ λιπαρά. Qua de re prolixe ibid. disseritur, et ap. Galen. De simpl. med. 1, circa fin. : item ap. Theophr. H. Pl. 9 init. : et ap. Plat. Tim. Habes vero et in Χυλὸς quædam.

[Χυμόω, Sapore imbuo. Suidas s. v. Ἄγευστος : Τὸ ἀχύμωτον μὲν τέως, δυνάμενον δὲ χυμωθῆναι.]

[Χῡμώδης, ὁ, ἡ, i. q. χυμοειδής. Schol. Nicandri Th. 733 : Ὅλεθρον γλίσχρον καὶ χυμώδη ἐξήμεσεν.]

[Χύμωσις ap. Alex. Trall. 2, p. 43, aliosque vitiose pro χήμωσις, quod v.]

[Χύνιν· τὴν χεῖρα, gl. obscura Hesychii.]
[Χύντο. Χύνω. V. Χέω.]

Χυρβιάζω, i. q. σκιρτῶ, Hesych. [ubi Χυρβιάσαι· σκιρτῆσαι. Ex χοιριάσαι depravatum judicabat Heimsterh. (ad Hesych. s. v. Ἀποκυριάζειν), allato ab eodem verbo ἀποχοιριάζειν, quod v., aliisque indiciis usus.]

[Χύρρα· οὕτως εἰώθασι ταῖς ὗσὶν ἐπιφθέγγεσθαι, Hesych. Ejusdem stirpis proximæ glossæ sunt, Χυρράβιοι (litera ultima ab Musuro suppleta est)· δεσμοὶ συῶν. Χύρραβος· ὄρνις τις ποιός. Χυρροίδια· τὰ ζῶα τὰ χοιρίδια (sic Musurus pro χοιρροίδια). Χύριον (Χύρριον Musurus)· στρεπτὸν, ᾧ (sic Salmas. pro ὃ) δεσμεύουσι τοὺς χοίρους· ἔστι δὲ ξύλινον. Quæ omnia lucem accipiunt ab Eustathio p. 855, 26, ubi de ἐπιφθέγμασιν agit : Καὶ τὸ χύρρε συβοτικὸν, ὡς ἐν τοῖς εἰς τὴν Ὀδύσσειαν δεδήλωται, ubi p. 1752, 28, post ea quæ de vocc. χοιροτροφεῖον et χοιροκομεῖον dixit, sic pergit : Τὸ δὲ χύριον πάνυ δυσχερὲς πῶς ἂν διὰ τοῦ υ ψιλοῦ γράφοιτο, εἰ μὴ ἄρα ἴσως κατὰ ὀνοματοποιίαν τινά. Ὅτι γὰρ ἄλλως μέτεστί τι τῶν χοίρων καὶ τῷ χυρίῳ δηλοῖ ὁ εἰπὼν ὅτι χύριον δεσμὸς ᾧ δεσμεῖται τὰ χοιρίδια, καὶ ὅτι χύριον ξύλον ᾧ προσδεσμεύονται οἱ ὗς. Ὑπονοεῖται δὲ κατὰ ὀνοματοποιίαν ἡ τοιαύτη εἶναι γραφὴ, ἐξ οὗ γράφει Αἴλιος Διονύσιος εἰπὼν, χύρρε, ἐπίφθεγμα πρὸς τοὺς ὗς. Apparet ex his ἐπίφθεγμα χύρρε potius fuisse quam quod apud Hesych. legitur χύρρα, ejusdem vero glossam χυρράβιο vel χυράβιοι ex χύρρια corruptum esse, errore ex gl. proxima χύρραβος orto, suspectum autem esse χυρροίδια τὰ ζῶα τὰ χοιρροίδια, in quo si quid veri sit, fortasse scribendum Χυρρίδια· τὰ ζῶα, τὰ χοιρίδια. Alterum vero substantivum nec χύριον nec χύρριον fuit, sed χυρρεῖον, ut ex Theognosto constat Can. p. 128, 20, qui hoc inter properispomena in εῖον memorat, τὸ ξύλινον δεσμωτήριον interpretatus. G. Dind.]

Χυρροίδια, i. q. χοιρίδια, Porcelli, ap. Hesych.

Χύσις, εως, ἡ, Fusio, s. Fusura. Apud Hom. in Od., χύσις οἴνου, Vini fusio, pro Vinum quod funditur s. infunditur in pateram, ut bibatur. [Æsch. Choeph. 95, de libatione : Ἐχχέουσα γάποτον χύσιν.] Itidemque χύσις φύλλων pro φύλλα κεχυμένα. Od. T, [443] de apri latibulo, quod λόχμην vocat : Ὡς ἄρα πυκνὴ ἦεν, ἀτὰρ φύλλων ἐνέην χύσις ἤλιθα πολλή· E, [483] : Φύλλων γὰρ ἔην χύσις ἤλιθα πολλὴ, Ὅσσον τ' ἠὲ δύω ἠὲ τρεῖς ἄνδρας ἔρυσθαι. [Et 487 : Χύσιν δ' ἐπεχεύατο φύλλων. Καλάμης χ. Nicand. Ther. 297; ὁρμίνοιο νέην χύσιν Al. 602. Αἴθων χ. Greg. Naz. Anth. Pal. 8, 221 : Τύμβος ἔην, νῦν δ' εἰμὶ λίθων χύσις. De strato ex foliis arborum composito Antip. Maced. Anth. Pal. 9, 282 : Ἀντὶ δ' ἐμεῦ (τῆς δάφνης) κομάρου τις ὁδοιπόρος ἢ τερεβίνθου δρεπτέσθω χθαμαλὴν ἐς χύσιν.] Sic χύσις ὕδατος pro ὕδωρ κεχυμένον s. ἐκκεχυμένον, Aqua fusa s. effusa. Arat. Phæn. [393] : Οἵη τίς τ' ὀλίγη χύσις ὕδατος ἔνθα καὶ ἔνθα Σκιδναμένου. Quam ὕδατος χύσιν Vitr. appellat Tenuem fusionem stellarum, 9, 7; Hyginus Effusionem aquæ. Sic enim ille l. 3 De signis cœlestibus, s. in poetico Astronomico (sic enim quidam appellare malunt) : Effusio aquæ pervenit ad eum piscem qui solitarius figuratur. Et paulo post, Effusio aquæ cum aquali ipso est stellarum triginta. Sed in his omnibus prima et novissima clara. At pro Aquali quidam codd. habent Aquario : quorum hunc, ὑδροχόον vocant Græci; illum, ὑδρεῖον, i. e. Vas aquarii, quo aquam effundit. [Apoll. Rh. 4, 1416 : Πετραίην χ. ὕδατος. X. οἴδματος Lycophr. 696; κυματόεσσα χ. Oppian. Hal. 1, 4; πόντου χ. 5, 78; πηγαία χ. Eustath. Opusc. p. 91, 60; μετρίου κύματος χ. Phile De anim. propr. 72 (86 Dübn.), 5; θηλῆς (lactis) Nicand. Al. 359; αἱμάτων χύσεις Theophr. fragm. 14, 6, p. 834, quam αἱματοχυσίαν dixerunt recentiores.] Itidem pro Effusio accepit Greg. Naz. : Χύσις φωτὸς πᾶσι κοινὴ, Omnibus est communis effusio luminis, ubi eodem modo χύσις φωτὸς resolvi queat in φῶς τὸ ἐκχεόμενον. [Μαλακὴ χ. ἠέρος ὑγρῆς orac. ap. Euseb. Pr. ev. 5, p. 192, B. De lapsu temporis Agath. Anth. Pal. 9, 153 : Πάντα μόθος χρονίη τε χύσις ... ἥρπασεν. Georg. Pis. De exp. Pers. 1, 56 : Ἡ ῥέουσα τοῦ βίου χ.] Exp. etiam Scaturigo; nec non Fusura, Liquefactio. [Sext. Emp. p. 131 : Τοῦ χεῖσθαι τὸν κηρὸν ἢ τῆς χύσεως τοῦ

A κηροῦ. X. λιβάνοιο Nicand. Al. 107; πηγνομένοιο χύσις Al. 333. Metaph. χύσιν ἐργάσασθαι τῆς οὐσίας πολλὴν Alciphro 1, 21.] Item Congeries, Cumulus, ἄθροισις, πλῆθος, sed nullis harum signiff. allatis exemplis. [I. q. πλῆθος, Oppian. Hal. 4, 496 : Θημῶνας νήησαν ἀπειρεσίην χύσιν ἄγρης. Rufin. Anth. Pal. 5, 37 : Τῇ μὲν γὰρ λείπει σαρκῶν χύσις, ἡ δὲ περισσὴν κέκτηται. Tryphiod. 664 : Πᾶσαν δ' οὐκ ἂν ἔγωγε μόθου χύσιν ἀείσαιμι· ubi Wernick. : « Ad verbum *belli effusionem*. Sed χύσις, χεῦμα aliaque verba, quæ de liquidis rebus proprie dicuntur, pro quavis copia, multitudine et congerie usque ad satietatem frequentant recentiores. Nonn. Dion. 38, 328 : Ὄμμα τίταινεν ἐς αἰθέρα καὶ χύσιν ἄστρων· et al. Joann. 6, 15 : Εἰπὲ πόθεν πριάμεσθα πολυσπερέων χύσιν ἄρτων ἀνδράσι τοσσατίοισι, ubi v. Nans. » Χύσιν ἄστρων alio sensu dictum v. infra. G. D. Porph. Abst. 3, p. 216 : Οἱ δὲ χύσιν φαυλότητος ἔχοντες. Conf. p. 239. Οἱ φθόνοι ἐν αὐτοῖς μὴ οὕτω κέχυνται ὥσπερ ἐν ἀνθρώποις, Non ita late diffusa patet invidia. Angl. Thom. M. p. 923 : Χύσις σοφίας ἐρεῖς, οὐ χῦμα. Nam χῦμα recentiorum est : v. Lobeck. Paral. p. 420. Σεραφὶμ Suidas inter alia exp. σοφίας χύσις. || « Χύσις, proprie de æquore late diffuso dictam vocem Longinus 12, 4, adhibet, ut Ciceronis characterem describat, cujus orationis magis *spatiosa magnitudo* sit, quam vehemens et παθητική. Apte illi metaphoræ utitur verbo καταντλῆσαι, h. e. rerum multitudine obruere, et veluti perfundere : Ὁ μὲν γὰρ (Δημοσθένης) ἐν ὕψει τὸ πλέον ἀποτόμῳ, ὁ δὲ Κικέρων ἐν χύσει .... Καιρὸς δὲ τοῦ Δημοσθενικοῦ μὲν ὕψους καὶ ὑπερτεταμένου ἔν τε ταῖς δεινώσεσι καὶ τοῖς σφοδροῖς πάθεσι, καὶ ἔνθα δεῖ τὸν ἀκροατὴν τὸ σύνολον ἐκπλῆξαι· τῆς δὲ χύσεως, ὅπου χρὴ καταντλῆσαι. Conf. Berger. De nat. pulcrit. orat. p. 135. » Ernest. Lex. rhet. || Χύσις i. q. πτῶσις, de stellis quæ cadere videntur, « Scylitzes p. 730 : Ὥρᾳ β' τῆς νυκτὸς ἀστέρος ἐγένετο χύσις ἐκ μεσημβρίας πρὸς ἄρκτον· et rursus p. 735. Georgius Cedrenus p. 370, A : Τῷ αὐτῷ ἔτει ἐγένετο ἀστέρων δρόμος πολὺς ὥστε πάντας ... λέγειν ὅτι, ἰδοὺ οἱ ἀστέρες πίπτουσιν. Similia habet p. 386, A. » Ducang.]

B

C Χυσοχανόπρωκτοι, οἱ, joculariter dicuntur ab Aristoph. Molliculi, quasi natibus fusis et hiantibus. [Fictum ex Aristoph. Ach. 121 : Οὐ λῆψι χρῦσο, χαυνόπρωκτ' Ἰαοναῦ.]

[Χυτὴρ, ῆρος, ὁ, Fusorium, Gl.]
[Χύτης, ὁ, Fusor, Gl.]

Χυτικὸς, ἡ, ὸν, Diffundendi vim habens. Redditur etiam, Qui diffundit vel resolvit. [Galen. vol. 13, p. 115, nisi corruptum ex λυτικός. G. Dind.]
[Χυτίτης. V. Χύτριον.]
[Χυτλάζω. V. Χυτλόω.]

Χύτλον, τὸ, Oleum aqua mixtum, quo perfundi et inungi balneantium corpora solebant. Aristoph. schol. [Vesp. 1208] ita dici scribit τὸ ὑδρέλαιον, ut et Eustath. [p. 1552, 33, qui χύτλα τὰ λουτρὰ πλεονασμῷ τοῦ τ dici opinatur; κοινῶς γὰρ μέχρι καὶ τῶν ἄρτι χυλοῦσθαι τὸ ἐξ ὑετοῦ τυχὸν ὑγραίνεσθαι. Qui non cogitavit χυλὸς ejusque derivata υ longo dici, χύτλον vero υ brevi] ex veteribus τὸ μεθ' ὕδατος ἔλαιον. Quæ expositio posterior ap. Suid. quoque habetur, sed apud eum scribitur χύτλος : quod mihi suspectum est, licet ap. Hesych. quoque legatur, sed in loco corrupto. [Legitur ap. Hesych. (post gl. Χύτλασον· ὕγρανον), Χύτλος δὲ κράτος· ὁκοσεύσκιος παρῆν. Est haud dubie versus poetæ tragici, quem Jacobs. Exerc. 1, p. 102, sic correxit, Χύτλος δὲ κρατὰς ὄγκος εὔσκιος παρῆν· de mulieribus ollas in capite gestantibus intelligens, præeunte Toupio, qui κρατὸς κόσμος conjecerat. Χύτλος etiam ap. schol. rec. Hom. Od. Z, 80, sed χύτλον recte ap. schol. Aristoph. Vesp. 1208 : Χύτλον τὸ ὑδρέλαιον.] Rursum idem Suid. cum schol. Aristoph. scribit χύτλα proprie dici τὸ, ὑγροῦ ἔτι ἀπὸ ὕδατος ὄντος τοῦ σώματος, ἀλείψασθαι : afferens ex Epigr. [ex carmine poetæ ignoti, quod non legitur in Anthologia] : Φράσον δέ μοι εἰς ὅ,τι τεῦχος Χεύωμαι ποσὶ χύτλα. [Hæc aliunde addidit Suidas. Non leguntur ap. schol. Aristoph. De balneo Lycophr. 1099 : Ὁ μὲν γὰρ (Agamemno) ἀμφὶ χύτλα τὰς δυσεξόδους ζητῶν κελεύθους κτλ., quod schol. exp. περὶ τὰ λουτρά.] Erot. certe [p. 394] itidem et Hesych. χύτλα vocari ajunt τὰ μετὰ πολλοῦ

[πολλοῦ om. Hesych.] ὕδατος καὶ ἐλαίου ἀλείμματα. Hesych. χύτλα esse dicit non solum τὸ ἐφ' ὕδατος ἔλαιον, sed etiam εἶδός τι μαντείας, ὃ δι' ὕδατος καὶ ἐλαίου γίνεται. Annotant χύτλον vocatum fuisse ipsum quoque ἐλαιοδόχον ἀγγεῖον, ἐν ᾧ εἶχον οἱ παλαιοὶ τὸ ἔλαιον, ᾧ μετὰ τὸ λούσασθαι ἐχρίοντο, Vas olearium, in quo oleum servabant ungendis a balneo corporibus. Cujus expositionis hoc exemplum afferunt ex Eupolide, Ἀλλ', ὦ φίλε Ζεῦ, κατὰ χύτλον τὴν ῥῖν' ἔχεις. Ex eo tamen satis manifeste probari id non potest: siquidem videtur pro illo κατὰ χύτλον, una voce composita scrib. esse κατάχυτλον, quum Pollux 10, c. 17 [§ 63] κατάχυτλον inter τὰ ἐν τῷ βαλανείῳ σκεύη numerans, locum illum afferat in exemplum; nam si agnovisset lect. illam κατὰ χύτλον, procul dubio simplicis etiam nominis χύτλον mentionem aliquam fecisset. Ejusmodi vero κατάχυτλα quibus balneantes perfunduntur, Alex. Trall. σίτλας vocat Latino verbo, veluti quum dicit, Τὰς σίτλας περιχεέσθω, Situlis perfundatur, s. Situlis ei affundatur aqua. Et alibi, Λαμβανέσθωσαν δὲ σίτλας. || Nec porro solum χύτλα nominantur τὰ μεθ' ὕδατος ἔλαια, quibus sc. perfundebantur et inungebantur balneantes, verum etiam τὰ ἐναγίσματα et αἱ χοαὶ, ut annotat schol. Apollon. [ad 1, 1075, ex eoque Etym. M. p. 816, 8], sed addens, illam signif. esse propriam, hanc vero, καταχρηστικήν. Fuerint igitur hic χύτλα, quæ supra χοαὶ et χεύματα s. χύματα, Libamina quæ in mortuorum busta effundebantur, αἱ νεκρικαὶ σπονδαὶ, Eustath. Apoll. Arg. 1, [1075] : Εὖτ' ἄν σφιν ἐτήσια χύτλα χέωνται· 2, [926] : Ἐκ δὲ βαλόντες Πείσματ' ἐν αἰγιαλῷ Σθενέλου τάφον ἀμφεπένοντο· Χύτλα τέ οἱ χεύαντο, καὶ ἥγνισαν ἔντομα μήλων. Ἄνδιχα δ' αὖ χύτλον νησσσόῳ Ἀπόλλωνι Βωμὸν δειμάμενοι μῆλ' ἔφλεγον. [Adde 4, 708.] At in hoc Orphei loco [Arg. 32] : Ὀσίριδος ἱερὰ χύτλα, an χύτλα sint νεκρικαὶ σπονδαὶ, Libamina et inferiæ mortuo Osiridi inferri solitæ, an potius simpliciter Libamina et σπονδαὶ, dubium est; nec enim plura afferuntur ex quibus discrimen id possit cognosci. [Χύτλων μειλίγματα ib. 571. || De aqua fluviali Lycophr. 701 : Πολυδέγμων λόφος, ἐξ οὗ τὰ πάντα χύτλα καὶ πᾶσαι μυχῶν πηγαὶ κατ' Αὐσονῖτιν ἕλκονται χθόνα.]

[Χυτλόω. HSt. s. v. Χύτλον :] Unde Χυτλόω et Χυτλάζω. [Activum ap. Hesych. : Χυτλῶσαι· μετ' ἐλαίου λούσασθαι. Χυτλῶσαι· τὸ ἀλεῖψαι μετὰ τὸ λούσασθαι. Lycophr. 322 : Πρὶν ἐκ λοχείας γυῖα χυτλῶσαι δρόσῳ· quod schol. exp. per λοῦσαι vel ἀποπλῦναι τῷ ὕδατι. Χυτλώσαντες incertum quo sensu dictum in epistola Alexarchi ad Cassandrenses ap. Athen. 3, p. 98, F.] Dicitur autem χυτλώσασθαι, Perfundi s. Perfundere sese oleo aqua mixto; interdum etiam simpliciter Ungi s. Ungere se, Lavari s. Lavare se. Hom. Od. Z, [80] : Δῶκε δὲ χρυσείῃ ἐν ληκύθῳ ὑγρὸν ἔλαιον, Εἵως χυτλώσαιτο σὺν ἀμφιπόλοισι γυναιξί. Quod Eustath. exp. ὅπως μετὰ λουτρὸν χυλωθείη ἀλειψαμένη : addens, inde fieri ut χύτλα simpliciter vocentur etiam τὰ λουτρά : quum proprie significet τὸ μεθ' ὕδατος ἔλαιον, secundum antiquos. [Sic schol. vetus.] Brevium quoque scholl. auctor, qui Didymus esse [temere] creditur, exp. λουσαμένη ἀλείψαιτο, A balneo se inungeret : addens et ipse, χύτλον dici τὸ μεθ' ὕδατος ἔλαιον. [Galen. vol. 13, p. 55 : Ἦν ἐπιπλέον ἐξ ἀμφοῖν (ὕδατος καὶ ἐλαίου) ἀνατρίψηταί τις, ὅπερ ὠνόμαζον οἱ παλαιοὶ χυτλοῦσθαι, καὶ ἀντετίθεσάν γε αὐτῷ τὸ ξηραλοιφεῖν. Ἔστι μὲν καὶ τοῦτό πως αὐτὸ καθ' αὑτὸ κόπων ἰατικὸν, ἀλλ' ἀπολείπεται πάμπολυ τοῦ χυτλώσασθαι. Quibuscum comparanda Aristotelis verba Problem. 5, 6, etsi verbo χυτλοῦσθαι non usi.] Callimachus quoque hoc verbo χυτλώσασθαι utitur simpliciter pro Lavare s. Abluere, Hymno Jovis [16] : Αὐτίκα δίζητο ῥόον ὕδατος, ᾧ κε τόκοιο Λύματα χυτλώσαιτο, τεὸν δ' ἐνὶ χρῶτα λοέσσαι, Ilico quærebat aquæ fluentum s. rivum, quo partus sordes ablueret, tuumque corpus lavaret. Schol. enim et ipse exp. ἀπολούσαιτο. Posses etiam, addito participio, Affuso partus sordes ablueret. [Apoll. Rh. 4, 1311 : Ἠρῶσσαι ... αἵ ποτ' Ἀθήνην, ἧμος ὅτ' ἐκ πατρὸς κεφαλῆς θόρε ..., ἀντόμεναι Τρίτωνος ἐφ' ὕδασι χυτλώσαντο. Nonn. Dion. 6, 128 : Κυανὴν ὅθι πυκνὰ ῥόος χυτλώσατο κούρην. Improprie 8, 401 : Βρέφος ἠλιτόμηνον ἀδηλήτου τοκετοῖο ἄσθμασι φειδομένοισιν ἐχυτλώσαντο κεραυνοί.]

[Χυτὸν. V. Χέω.]

[Χυτὸν, τὸ, nomen loci. V. Χύτριον.]

Χῠτὸς, ἡ, ὸν, Fusus, Fusilis [Pind. Ol. 7, 12 : Νέκταρ χ. Æsch. Eum. 682, de cæde Clytæmnestræ : Πρώτας δίκας κρίνοντες αἵματος χυτοῦ· quod alibi αἷμα κεχυμένον dicitur. Nicand. Alex. 116 : Χυτῇ ἐναλίγκια πίσσῃ. Plato Tim. p. 58, D : Τὸ μὲν ὑγρὸν, τὸ δὲ χυτὸν γένος αὐτοῦ (τοῦ ὕδατος). Sext. Emp. p. 174 : Χυτόν τέ ἐστι τὸ πνεῦμα καὶ ἐξ ὅλου κινεῖσθαι λέγεται. De rebus liquefactis, ut ap. Herodot. 2, 69 : Ἀρτήματα λίθινα χυτὰ, Inaures ex fusis lapidibus. Plato Tim. p. 61, B : Ὅσα τε λίθων εἴδη χυτά. Epinicus ap. Athen. 10, p. 432, C : Ἐν σκύφῳ χυτῆς λίθου. Hesych. : Χυτόν· ... καὶ ὁ ξεστὸς λίθος], ut χυτὸς ἄργυρος ab [Theophr. De lapid. § 60, Ælian. N. A. 12, 25,] Alex. Aphr. dicitur ὁ ὑδράργυρος, Argentum vivum : quod non consistat uno in loco, sed aquæ modo diffluat, et præterea liquidum semper sit ut argentum in χοάνῳ diffusum. [Aristot. Meteor. 3, 6 : Ὅσα μεταλλεύεται καὶ ἔστιν ἢ χυτὰ ἢ ἐλατὰ, οἷον σίδηρος, χαλκὸς, χρυσὸς, similiterque Tim. Locr. p. 99, C. Χαλκὸς χ. ap. Polluc. 7, 105; σίδηρος χ. LXX Job. 40, 3; δύο στίχοι ὑποστηριγμάτων χυτῶν Reg. 3, 7, 23; κύανος ap. Theophr. De lapid. § 55 : Τίς πρῶτος βασιλεὺς ἐποίησε χυτὸν κύανον μιμησάμενος τὸν αὐτοφυῆ. Anon. ap. Suidam s. v. Τηκτά : Τηκτά τε ὅσα καὶ χυτὰ ἐς πολεμίους σὺν πυρὶ ... ἐβάλλετο.] || Χυτοὶ ἰχθύες, Pisces quos fusaneos ex argumento cognominant, quia fusim retibus capiantur, ut Gaza interpr. ap. Aristot. H. A. 5, 9, ubi philosophus ait, Ὁμοίως δὲ καὶ τῶν ἰχθύων οἱ πλεῖστοι ἅπαξ τίκτουσιν, οἷον οἱ χυτοί· καλοῦνται δὲ χυτοὶ οἱ τῷ δικτύῳ περιεχόμενοι. Quæ postrema verba ap. Hesych. quoque [s. v. Χυτοὶ] leguntur, sed habentem περιφερόμενοι pro περιεχόμενοι. Pro quo περιεχόμενοι forsitan aliquis περιχεόμενοι scrib. existimet, ut major ad etymon sit allusio. [Eadem τὰ βολιστικὰ καλούμενα ap. Plutarch. Mor. p. 977, E. || Χυτὴ θάλασσα, Mare late diffusum. Paul. Sil. Anth. Pal. 6, 66 : Σπόγγον, ἁλὸς βλάστημα, χυτῆς λειμῶνα θαλάσσης. LXX Reg. 3, 7, 22, et Paral. 2, 4, 2 : Ἐποίησε τὴν θάλασσαν χυτήν. Transfertur etiam ad alias res quæ diffundi videntur. Nicander Th. 391 : Μαράθοιο χυτὸν περιβόσκεται ἔρνος (quocum ἔχχυτον κισσοῦ κόμην ap. Marin. Anth. Pal. 6, 669, comparavit Otto Schneid. p. 99)· ut Al. 615 dixit ὁρμίνοιο νέην χύσιν. Ther. 503 : Χυτὴ περιδέδρομε χαίτη· 530 : Ἐν δὲ σπέρμα χυτὸν λευκανθέος ἄγνου· 546 : Χυτῆς παρὰ τέλσον ἁλωῆς. Nonn. Dion. 12, 345 : Γλαφυρῷ κενεῶνι χυτὴν ἔστρωσεν ὀπώρην.] || Eidem Hesychio χυτὰ sunt χωστά : itidemque χυτὴ ab Eodem exp. χωστή : ut χυτὴ γῆ dicitur Homero ἡ χωστὴ, s. ἡ τοῖς νεκροῖς ἐπιχεομένη, [ἡ ἐπὶ τοῦ τύμβου χωννυμένη γῆ Hesych.] Terra fossitia s. fodiendo eruta qua mortui obruuntur (uno etiam verbo χῶμα dicunt ejusmodi aggestam humum). Hom. Il. Z, [464] : Ἀλλά με τεθνειῶτα χυτὴ κατὰ γαῖα καλύπτοι· [Ξ, 114 : Ὅν Θήβῃσι χυτὴ κατὰ γαῖα κάλυψεν·] Ψ, [256] : Εἴθαρ δὲ χυτὴν ἐπὶ γαῖαν ἔχωσαν. [Od.

Γ, 258 : Οὐδὲ θανόντι χυτὴν ἐπὶ γαῖαν ἔχευαν. Apoll. Rh. 4, 1536 : Χυτὴν ἐπὶ γαῖαν ἔθεντο. Nonn. Dion. 5, 545 : Ὀστέα ... χυτῇ μεμερισμένα γαίῃ. Epigr. Anth. Pal. App. 147 : Ἀμφοτέροις ἐπέθηκε χυτὰν κόνιν Ἱπποδάμεια. Oppian. Hal. 2, 635 : Χυτῇ ἐπὶ θινί· Cyn. 4, 111 : Ἀμφὶ χυτὴν Λιβύην, πολυδίψιον αἶαν.] Eodem modo χυτὸς λιμὴν vocatur Portus aggesta terra structus; nam aggeribus etiam ductis portus extrui, si natura locum navibus non dederit, doceo in Χῶμα ex Vitruv. Apoll. Arg. 1, [987] : Νῆα χυτοῦ λιμένος προτέρου ἐξήλασαν ὅρμου. Ubi schol. annotat, Cyzici esse portum quendam qui χυτὸς nominetur, quoniam sc., teste Deilocho, Pelasgi ἐπεχείρησαν χῶσαι αὐτὸν, κατὰ ἔχθος τὸ πρὸς τοὺς Θεσσαλούς, ὑφ' ὧν ἐξεβέβληντο : Apollonium vero ὑπὸ τῶν γηγενῶν κεχῶσθαι αὐτὸν fabulari. Verba ejus sunt, Γηγενέες δ' ἑτέρωθεν ἀπ' οὔρεος ἀΐξαντες Φράξαν ἀπειρεσίοιο χυτοῦ στόμα νειόθι πέτρης, Πόντιον οἷά τε θῆρα λοχώμενοι ἔνδον ἐόντα. Meminit Etym. quoque [M. p. 816, 14] hujus χυτοῦ apud Cyzicum λιμένος : dici autem χυτὸν ait, τὸν περικλεισθέντα καὶ λίθοις οἰκοδομηθέντα, καὶ μὴ αὐτοφυῆ ὄντα. Sed ita nominari etiam τὸν ἰλὺν ἔχοντα καὶ ἄσιν, i. e. ἀκαθαρσίαν : ut non solum sit Qui aggere clausus est vel lapidibus constructus, sed etiam Qui limosus est. Rursum vero Hesych. postquam χυτὸν exposuit χωστὸν, subjungit, καὶ τὸ χῶμα, καὶ ὁ ξεστὸς λίθος. Quo ex l. manifestum redditur mendum exempll. Suidæ, apud quem legitur, Χυτὸν χρῶμα, καὶ ὁ ξεστὸς λίθος. Ἡρόδοτος. [Prior interpretatio, χῶμα, pertinet ad Herodot. 7, 37, ubi masculinum est : Οἱ χυτοὶ περὶ τὰ στόματα τῆς διώρυχος, οἳ τῆς ῥηχίης εἵνεκεν ἐποιήθησαν· altera, ξεστὸς λίθος, ad 2, 69, quem l. supra attulimus. Χυτὴ corruptum ap. Nonn. Dion. 12, 327 : Πετραίην ... χυτὴν, ubi Scaliger recte χειήν.]

[Χύτρα, ἡ, et Χύτρος, ὁ.] Χύτρος, ὁ, Olla. [Χύτρα ab χύω derivat Etym. M. p. 339, 28.] Ariston Epigr. lib. 6, Εἰς τὰ ἀπὸ Μαγείρων, p. 438 [Anth. Pal. 6, 306] : Χύτρον τοι, ταύτην τε κρεαγρίδα, καὶ βαθυκαμπῆ Κλεῖδα συῶν, καὶ τὰν ἐτνοδόκον τορύναν. [Leonid. ib. 305 : Χύτρως (Dor. pro χύτρους). Χύτρου et χύτρῳ ap. Nicandr. Th. 98, Alex. 60, 136, 487, 578, fragm. ap. Athen. 9, p. 372, E : unde Th. quoque 621 ex codd. aliquot χύτροισι restituendum pro vulgato χύτρῃσι. Κεραμέους χύτρους Diodor. 3, 13. Locum Alciphronis 2, 3, vide infra s. v. Χύτρα.] Sic Pollux 10, c. 24 [§ 99] : Ὅταν δὲ Δίφιλος ἐν Ἐπικλήρῳ λέγῃ, Χύτρον μέγαν παρὰ τοῦ μαγείρου, δῆλον ὅτι τὴν χύτραν λέγει, ἀλλ' οὐ τὸν χυτρόποδα. [Σπερμάτων μεστὸς χύτρος Suidas s. v. Θαργήλια, pro quo ap. Hesych. : Ὁ θάργηλος χύτρα ἐστὶν ἀνάπλεως σπερμάτων, ab Musuro in χύτρος mutatum.] || Χύτροι est etiam Festi quoddam nomen, quod Athenis in honorem Bacchi agitabatur, ut ex Aristoph. patet; is enim Ran. [218] ait, Ἧν (ἀοιδὰν) ἀμφὶ Νυσήϊον Διὸς Διόνυσον ἐν λίμναισιν ἰαχήσαμεν, ἡνίχ' ὁ κραιπαλόκωμος τοῖς ἱεροῖσι χύτροισι χωρεῖ κατ' ἐμὸν τέμενος λαῶν ὄχλος. [Vitiose libri aliquot τῇσι ἱερῇσι χύτρῃσι.] Scribit porro Suidas, uno eodemque die celebratos fuisse et τοὺς χύτρους et τοὺς χόας, in quo die solitos fuisse semina omne genus in olla coquere, atque sacrificare Baccho et Mercurio. [Exscripsit Suidas scholiastam Ach. 1075 : Ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ ἤγοντο οἵ τε Χύτροι καὶ οἱ Χόες· qui ἐν μιᾷ ἑορτῇ dicere debebat. Nam Χόες secunda, Χύτροι tertia fuit Anthesteriorum festi dies, prima Πιθοίγια. Rectum ordinem servarunt Arist. l. c. Χόας καὶ Χύτρους dicens, et schol. ad v. 960, nisi quod apud hunc Πιθοιγίαν, Χόας, Χύτραν librarii errore scriptum est pro Πιθοίγια ... Χύτρους.] Vide et schol. Aristoph. [l. c. et ad Ran. 218] afferentem quædam super hoc festo ex Theopompo. Meminit Harpocr. quoque ejus festi, qui ex Philochoro tradit, agitatum fuisse decimatertia die mensis Anthesterionis. [Harpocr. : Ἔστι δὲ καὶ Ἀττική τις ἑορτὴ, ἧς μνημονεύει Δείναρχος ἐν τῷ κατὰ Ηυθίου. Ἤγετο δὲ ἡ ἑορτὴ Ἀνθεστηριῶνος τρίτῃ ἐπὶ δεκάτῃ, ὥς φησι Φιλόχορος ἐν τῷ περὶ ἑορτῶν. Idem scriptor in Atthide memoraverat Χυτρίνους ἀγῶνας, de quibus v. s. v. Χύτρινος. Ionicam nominis formam Κύθροι ponit Etym. M. p. 543, 37 : Κυθρίσαι· ἐπὶ τοῦ σκῶψαι καὶ γελάσαι. Πανήγυρίς ἐστι (λέγεται καὶ ἑορτὴ cod. Voss.) παρὰ Ἀθηναίοις οἱ Κύθροι, ἐν ᾗ ἀλλήλους ἐσκωπτον. Forma Attica in Lex. rhet. Bekk. p. 316, 5 : Χύτροι τίνες εἰσίν; ἑορτή τις Ἀθήνησιν οὕτω λεγομένη, ἐν ᾗ ἐξῆν σκώπτειν καὶ τοὺς ἄλλους, μάλιστα δὲ τοὺς πολιτευομένους.] || Χύτροι dicebantur etiam Thermæ s. Lavacra calida apud Thermopylas, ut testatur Herodot. 7, p. 280 [c. 176] : Τὸ δὲ πρὸς τὴν ἠῶ τῆς ὁδοῦ, θάλασσα ὑποδέκεται καὶ τενάγεα· ἔστι δὲ ἐν τῇ ἐσόδῳ ταύτῃ θερμὰ λουτρὰ, τὰ χύτρους καλέουσι οἱ ἐπιχώριοι. [Hoc χύτρος scriptum erat ap. Eustath. Dionys. P. 437, cui nunc χύτρους ex aliquot codd. restitutum. Pausan. 4, 35 : Λαυκότατον οἶδα ὕδωρ θεασάμενος τὸ ἐν Θερμοπύλαις, οὔτι που πᾶν, ἀλλ' ὅσον κάτεισιν ἐς τὴν κολυμβήθραν ἥντινα ὀνομάζουσιν οἱ ἐπιχώριοι Χύτρους γυναικείους. Similis voc. usus ap. Theophr. H. Pl. 4, 11, 8 : Γίνεται δὲ πλεῖστος (κάλαμος) μεταξὺ τοῦ Κηφισοῦ καὶ τοῦ Μέλανος· οὗτος δὲ ὁ τόπος προσαγορεύεται μὲν Πελεκανία· τούτου δ' ἔστιν ἄττα Χύτροι καλούμενα βαθύσματα τῆς λίμνης, ἐν αἷς κάλλιστόν φασι γίνεσθαι.] || Χύτροι est etiam nomen urbis ap. Suid., nec non Harpocr. et Steph. Byz. Unde Χύτριος, Qui inde oriundus est. || Χύτρον, Suidæ etiam χῶμα. [Non hoc, sed Χυτὸν, apud Suidam. V. Χυτός.]

Χύτρα [Ion. Κύθρη, de quo v. infra], ἡ, itidem Olla, ut χύτρος : etiam Olla fictilis, Testa; Cacabus; nam et Athen. 4, [p. 169, C] scribit, τὴν χύτραν nominari κακκάβην ab Aristoph., nec non ab Antiphane; ex quo et hunc l. affert : Βοιωτίας Μιχθεῖσα κοίλοις ἐν βυθοῖσι κακκάβης Χλιαίνετ', αἴρεθ', ἕψεται, παφλάζεται. Idem Comicus ap. eund. Athen. 10, [p. 449, B] inter alios griphos, τὴν χύτραν vocat τροχοῦ ῥύμαισι τευκτὸν κοιλοσώματον κύτος, Πλαστὸν ἐκ γαίης ἐν ἄλλῃ μητρὸς ὀπτηθὲν στέγῃ, Νεογενοῦς ποίμνης δ' ἐν αὐτῇ πνικτὰ γαλακτοθρέμμονα Ταχεροχρῶτα δικτυοῦσαν· est enim olla figuli rotæ circumactu fabricata, ex terra ficta, et in alio matris suæ tecto cocta (i. e. in figulina fornace), quæ et ipsa ex terra est, et in ea incoquuntur tum alia tum ex novello grege lactentes agni, vel hœdi. Apud eundem Athen. lib. 9, quidam dicit, Ἀλλὰ κᾶν τῆς φακῆς ἐάσατε ἡμᾶς μεταλαβεῖν, ἢ αὐτῆς γε τῆς χύτρας. [Frequens vocabuli usus in comœdia et apud alios scriptores plurimos. Aristoph. Ach. 284 : Τὴν χ. συντρίψετε· Eq. 745 : Ἕψοντος ἑτέρου τὴν χύτραν ὀφειλόμην· 1174 : Χ. ζωμοῦ πλέαν· Vesp. 828 : Προσκαύσασα τὴν χ. Pl. 673 : Ἀθάρης χύτρα. Hom. Batr. 41 : Μάγειροι κοσμοῦντες χύτρας ἀρτύμασι παντοδαποῖσιν. Χύτρα ὠμὴ Galen. vol. 13, p. 618. Jocose Crates ap. Athen. 3, p. 117, B : Σκυτίνῃ ποτ' ἐν χύτρᾳ τάριχος ἐλεφάντινον ἦψε ποντιὰς χελώνη.] Apud Plutarch. Symp. 8 [p. 727, C] Pythagoras jubet χύτρας τύπον ἀρθείσης ἐν σποδῷ μὴ ἀπολιπεῖν, ἀλλὰ συγχεῖν, s. τῆς χύτρας τὸν τύπον ἀφανίσαι : nam imposita cineribus olla, vestigium eis imprimit. [Ibid. p. 734 : Πόλτου χύτρας εἰσφέρουσαι· V. Thes. c. 22 : Συμμῖξαι τὰ περιόντα τῶν σιτίων καὶ μίαν χ. κοινὴν ἑψήσαντας· Mor. p. 194, F : Ἐν χύτραις ἕψων γογγυλίδας· 201, B : Σκεύη ἀποπέμπειν ἅπαντα πλὴν χύτρας, ὀβελίσκου καὶ ποτηρίου. De more quodam sponsæ ollam quam petit denegandi v. idem p. 143, A.] Ap. Xen. Hell. 2, [5, 4] : Φέροντας πῦρ ἐν χύτραις. Ap Plat. Hipp. Maj., χύτραι δίωτοι, Ollæ duas aures, i. e. ansas, habentes. [Locus est p. 288, D : Εἴπερ χύτρα κεκεραμευμένη εἴη ὑπὸ ἀγαθοῦ κεραμέως λεία καὶ στρογγύλη καὶ καλῶς ὠπτημένη, οἷαι τῶν καλῶν χυτρῶν εἰσί τινες δίωτοι, τῶν ἓξ χοᾶς χωρουσῶν, πάγκαλαι, εἰ τοιαύτην ἐρωτῴη χύτραν, καλὴν ὁμολογητέον εἶναι. Xenoph. OEc. 8, 19 : Καὶ χύτρας εὔρυθμον φαίνεσθαι εὐκρινῶς κειμένας. Lucian. De paras. c. 4 : Μὴ καθάπερ αἱ πονηραὶ χύτραι διακρουόμεναι σαθρὸν ἀποφθέγγηται. De infantibus in olla expositis Aristoph. Thesm. 505 : Τὸ δ' εἰσέφερε γραῦς ἐν χύτρᾳ τὸ παιδίον. Unde χυτρίζειν et χυτρισμὸς dicta sunt, quæ v. De more ollas diis dedicandi Aristoph. Pl. 1197 : Τὰς χύτρας αἷς τὸν θεὸν ἱδρυσόμεθα λαβοῦσ' ἐπὶ τῆς κεφαλῆς φέρε σεμνῶς· ubi schol. : Ἔθος ἦν ἐν ταῖς ἱδρύσεσι τῶν ἀγαλμάτων ὀσπρίων ἡψημένων χύτρας περιπομπεύεσθαι ὑπὸ γυναικῶν ποικίλως ἡμφιεσμένων· καὶ τούτων ἀπήρχοντο χαριστήρια τοῖς θεοῖς ἀπονέμοντες. Pac. 923 : Ταύτην (τὴν θεὸν) χύτραις ἱδρυτέον. Ad eundem morem verba obscura ποίους χύτρους; ap. Alciphr. 2, 3, 11, refert Meinek. in annot. p. 115. Comice de homine ultra modum cæcutiente Lucian. Adv. ind. c. 23 : Τί οἴει φαίνεσθαι τοῖς ὁρῶσιν; Ἡρακλέα εἶναι

αὐτόν; οὐχ, εἴ γε μὴ χύτραις λημῶντες τυγχάνοιεν. Quod haud dubie ex poeta aliquo comico sumsit, ex quo Hesychius quoque annotasse videtur, Χύτραις λημᾶν· μεγάλαις τισὶ λήμαις κωλύεσθαι βλέπειν καὶ λίαν λημᾶν. V. eundem s. v. Λημᾶν χύτραις et Diogenian. Proverb. 5, 63, cum annot. Leutschii. Similiter dictum est, quod grammatici cum illo componunt, λημᾶν κολοκύνταις ap. Aristoph. Nub. 326, ubi Luciani locum memoravit schol. recentissimus.] Et in proverb. Χύτραν ποικίλλειν ap. schol. Aristoph. [Ran. 188.] Habes vero ap. Suid. quoque et apud Erasmum alia proverbia. [Quod Suidas posuit Χύτραν τρέφειν· ἐπὶ τῶν τεγῶν ἐτίθεσαν, ὅπως μὴ προσέρχωνται αἱ γλαῦκες, fictum est ex Aristoph. Av. 358, ubi Euelpides et Pisthetærus ollas præ se ferentes noctuas ab se arcere dicuntur: Φοβεῖται γὰρ τὴν χύτραν τὰ ὄρνεα διὰ τὸ μέλαν, ut monet schol.] Apud Diosc.: Καίονται ἐν ὠμῇ χύτρᾳ, Plin. vertit Cremantur in fictili novo. Inter φιλημάτων quoque εἴδη est τὸ χύτραν φιλεῖν, sc. ὁπότε τὰ παιδία φιλοίη τῶν ὤτων ἐπιλαμβανόμενα, ut Pollux annotavit [9, 97, et] 10, [100] afferens ex Eunico, Λαβοῦσα τῶν ὤτων φίλησον τὴν χύτραν· ita ut χύτραν φιλεῖν dicatur qui aliquem, veluti ollam, prehensum ambabus auribus deosculatur. [Annotavit etiam Eustath. p. 1880, 61. Hoc osculi genus significavit Theocr. 5, 133: Ὅτι με πρὰν οὐκ ἐφίλασεν τῶν ὤτων καθελοῖσα. Dissertationem de eo scripsit Gyraldus repetitam in Gruteri Lampade vol. 2, p. 410 sqq. Vid. etiam Millin. *Monum. inédits* vol. 2, p. 63 sq.] Item χύτρα dicitur quidam in ludo illo qui χυτρίνδα nominatur, de quo paulo infra. ‖ Χύτραι dicuntur etiam τὰ χυτροπώλια, de qua voce infra, teste Hesychio [et Polluce 7, 163, Ammon. p. 149. Aristoph. Lys. 557: Ἐν ταῖσι χύτραις καὶ τοῖς λαχάνοις.] Sic ἰχθύες, de Foro Piscario. [‖ Ficus species, de qua Phereer. ap. Athen. 14, p. 653, A: Οὐκ ἰσχάδας οἴσεις τῶν μελαινῶν; μανθάνεις; | ἐν τοῖς Μαριανδυνοῖς ἐκείνοις βαρβάροις | χύτρας καλοῦσι τὰς μελαίνας ἰσχάδας.]

[‖ HSt. in Indice:] Κύθρα, Ionica enallage aspiratæ et tenuis pro χύτρα dicitur (ut κιθὼν pro χιτὼν), Olla, Eustath. [p. 746, 16]; Etym. [M. p. 454, 43; 543, 16] κύθραν denominatam vult ἀπὸ τοῦ κύτους, sive ἀπὸ τοῦ κεύθω. [Errarunt grammatici in terminatione: nam Ionicum est κύθρη, ut legitur in fragm. Herodis ap. Stob. Flor. 78, 6. In Herodoti et Hippocratis libris nullum hujus vocabuli exemplum est, legitur vero χύτρινος ap. Hippocr. locis s. h. v. indicandis et χυτρὶς ap. Herodot. 5, 88, et nomen loci Χύτροι 7, 176, quæ dubitari potest an κυθρὶς potius et Κύθροι sint scribenda, ut monui in Commentatione de dial. Her. p. VI. Festi Attici Χύτροι appellati formam Ionicam Κύθροι supra annotavimus. Formam Ionicam adscivit dialectus vulgaris in vocc. μονόκυθρον, quod v., et κυθρόγαυλος, κυθροπώλης, de quibus dicetur s. v. Χυτρόγαυλος et Χυτροπώλης. Doriensibus κύτρα, non constat quo auctore, tribuunt Greg. Cor. De dial. Dor. § 151, p. 341: Ἰδίως δὲ λέγουσιν οἱ Σικελοὶ τὴν χύτραν κύτραν, τὸν χιτῶνα κιτῶνα· et Joann. gramm. § 28. Κιτῶνος legitur in fragm. Sophronis in Etym. M. p. 774, 46, κύτρα nusquam. In verbis Epicharmi χύτρα δὲ φακέας ἥψετο consentiunt Athen. 4, p. 158, C, et Herodian. Περὶ μ. λέξ. p. 6, 22. Ab Thracibus ζετραίαν vocari τὴν χύτραν annotavit Pollux 10, 95.]

[Χυτραῖος vitiose pro χυτρεοῦς, quod v.]

[Χυτρεαὶ, αἱ, Chytreæ, nomen loci in Salamine insula, in inscr. ap. Rangabé *Antiq. Hell.* vol. 2, p. 561, ubi dat. EN XYTPEAIΣ (sic).]

Χυτρεῖον, τὸ, Locus ubi ollæ conduntur et asservantur, ἐν ᾧ αἱ χύτραι, ut Suid. exp. Ammonius vero [p. 149] χυτρεῖα dici scribit τὰ τῶν χυτρῶν ὄστρακα, Ollarum testas, ut et Pollux 7, [163]: Χυτρίδας [χύτρας nunc ex codd.] δὲ, καὶ τὰ χυτροπωλεῖα ἐκάλουν· ὡς χυτρεῖα, τὰ τῶν χυτρῶν ὄστρακα. [Codices χύτρια. Alterum agnoscit Chœrob. in Cram. Anecd. Oxon. vol. 2, p. 278, 29: Χυτρεῖα ει δίφθογγος, τὰ τῶν χυτρῶν ὄστρακα· ἤδη δὲ καὶ ἐπὶ πάντα (corr. παντὸς) ὀστράκου ἐτάττετο.] Apud Hesych. autem legitur, Χύτρεια, τὰ τῶν χυτρῶν ὀστράκια. [Χυτρεῖον (in codice in χοιτρεῖον corruptum) inter properispomena in εῖον est apud Theognost. Can. p. 128, 20.]

[Χύτρειος, ὁ, ἡ. Πάταγος χ., Strepitus ollarum. Aristoph. Lys. 329: Ὑπ' ὄχλου καὶ θορύβου καὶ πατάγου χ., ubi schol.: Ἀντὶ τοῦ κεραμέου· ἐκ μέρους τὸ πᾶν.]

[Χυτρεοῦς, ᾶ, οῦν.] Χυτραῖος, sive Χύτρεος, ὁ, Ollaceus, si ita loqui liceret, i. e. Fictilis, Testaceus. Hesych. enim χυτραῖον affert pro ὀστράκινον, Testaceum. [Χυτραῖος eodem errore quo interdum κεραμαῖος pro κεραμεοῦς scribitur pro χυτρεοῦς ap. Hesych. et Pollucem 10, 30 (ubi vulgo τεῦχος κεραμεοῦν, γήϊνον, χυτραῖον, nunc χυτρεοῦν ex cod.) et 67, ubi in Aristophanis versu (fragm. 399) pro λήκυθον τὴν ἑπτακότυλον τὴν χυτραίαν, τὴν καλὴν scribendum videtur τὴν χυτρεᾶν, τὴν ἀγκύλην, epithetum vasis non ineptum (v. Hesych. s. v.) vel aliud quiddam trisyllabum. Lobeck. ad Phryn. p. 147. In versu Aristoph. χυτραίαν Jungerm. posuerat pro χυτρίαν.] Dicitur et Χυτρεοῦς pro χύτρεος, ut κεραμεοῦς pro κεράμεος. [Schol. Aristoph. Nub. 389.] Aristoph. Nub. [1474]: Ὅτε καί σε χυτρεοῦν ὄντα θεὸν ἡγησάμην, Quando etiam te, testaceus quum esses, deum putabam. Schol. ait ibi ὀνοματοπεποιημένως χυτρεοῦν vocari τὸ ἐν τῷ φροντιστηρίῳ μηχάνημα ὀστράκινον, περιφερὲς ὡς χύτραν: i. e. εὐτελὲς et vix χύτρας ἄξιον. [Recentis schol. commentum est in cod. Harl.: Χυτρεοῦς, ὁ τροχὸς ἐν ᾧ ἐργάζονται τὰς χύτρας.]

Χυτρεὺς, έως, ὁ, Ollarum figulus, Figulus qui ollas conficit. Lucian. [Prom. c. 2]: Καὶ αὐτοὶ δὲ οἱ Ἀθηναῖοι τοὺς χυτρέας καὶ ἰπνοποιοὺς, καὶ πάντας ὅσοι πηλουργοὶ, προμηθέας ἀπεκάλουν. Utitur et Plato Rep., teste Suida [qui exp. Χυτρέα, τὸν κεραμέα καὶ δημιουργὸν τῶν τοιούτων σκευῶν. Locus Plat. quem addit est Rep. 4, p. 421, D. Id. Theæt. p. 147, A: Πηλὸς ὁ τῶν χυτρέων. Aristid. vol. 2, p. 227: Ἀθηναῖοι τοὺς χυτρέας Προμηθέας ἀπεκάλουν ἐπισκώπτοντες ἐς τὸν πηλόν. Themist. Or. 21, p. 256, D: Ἐγὼ δὲ προσεῖχον Ἡσιόδῳ τῷ ποιητῇ χυτρέα χυτρεῖ κοτέειν. Hoc Hesiod. Op. 75 dixerat: Κεραμεὺς κεραμεῖ κοτέει. G. D. Plotin. Ennead. p. 99, 2 Creuzer., τὸ τῶν χ. ἢ χαλκέων γένος. Hase.]

Χυτρεψὸς, ὁ, Qui in ollis coquit cibos. [Parmenio ap.] Athen. 13, [p. 608, A] de impedimentis Darii apud Damascum captis: Ὀψοποιοὺς διακοσίους ἑβδομήκοντα ἑπτὰ, χυτρεψοὺς εἰκοσιεννέα, γαλακτουργοὺς τρεῖς καὶ δέκα, οἰνοχοητὰς ἑβδομήκοντα.

Χυτρίδιον, τὸ, forma dimin. itidem [ut χυτρίον], Ollula. [Galen. Lex. p. 598: Χυτρίδιον· χύτραν· ubi quod præcedit Χυτριδέαν cum eadem expos. delendum. Legitur ap. Hippocr. p. 879, C: X. χάλκεον ἢ κεραμεοῦν.] Aristoph. Ach. [463]: Δός μοι χυτρίδιον σποργίῳ βεβυσμένον, Da mihi ollulam spongia obturatam. [Ib. 1175: Ὕδωρ ἐν χυτριδίῳ θερμαίνετε· Pac. 202, Eccl. 745.] Lucian. p. 4 [Prom. c. 2]: Ἐπεὶ καὶ εὔθρυπτα ἡμῖν τὰ ἔργα, ὥσπερ ἐκείνοις τὰ χυτρίδια· καὶ μικρόν τις λίθον ἐμβαλὼν, συντρίψειεν ἅπαντα· sc. τὰ ἐν πυρὶ ὀπτηθέντα σκεύη, ut quæ conficiunt οἱ χυτρεῖς καὶ οἱ πηλουργοί. [Geopon. 10, 21, 2: Μικρὰ πάνυ χ. ὠμὰ, Ollulas nondum coctas. Ib. 15, 6, 2; 16, 7, 1.] Hesychio χυτρίδιον est μέτρον τι. [De poculo Athen. 11, p. 502, C: Μελέαγρος ὁ κυνικὸς ἐν Συμποσίῳ οὕτωσὶ γράφει, Κἂν τοσούτῳ πρόποσιν αὐτῷ βαρεῖαν διέδωκε, χυτρίδια βαθέα δώδεκα. Qua signif. etiam χυτρὶς dicitur, quod v. G. D. Alciphro Ep. 1, 18. Hippiatr. p. 136, 16. Galen. vol. 14, p. 88, 12, ἔμβαλε εἰς χ.· 14, διακεκαυμένοις ἄνθραξιν ἐντιθεὶς τὸ χ. Clem. Al. Pædag. 2, 1, 4, κυθριδίοις καὶ ζωμοῦ ῥύσει. Hase.]

Χυτρίζω, In olla pono, In testa s. cacabo condo; ait enim Hesych. χυτρίζειν esse τὸ ἐν χύτρᾳ τιθέναι. [Recte ἐκτιθέναι Pierson. ad Mœr. p. 138. Nam dictum de infantibus qui in ollis exponerentur. Schol. Aristoph. Ran. 1221 (ad verba poetæ χειμῶνος ὄντος ἐξέθεσαν ἐν ὀστράκῳ): Τὸ ἐν ὀστράκῳ, ἐπεὶ ἐν χύτραις ἐξετίθεσαν τὰ παιδία· διὸ καὶ χυτρίζειν ἔλεγον. Hinc per ἀποκτείνειν exp. schol. Vesp. 288 (ad verba ὃν ὅπως ἐγχυτριεῖς): Ἀπὸ τῶν ἐκτιθεμένων παιδίων ἐν χύτραις. Διὸ καὶ Σοφοκλῆς ἀποκτεῖναι χυτρίζειν ἔλεγεν ἐν Πριάμῳ καὶ Αἰσχύλος Λαΐῳ (de OEdipo) καὶ Φερεκράτης. ‖ Formam Ionicam Κυθρίζω, sed sensu longe alio dictam annotavit Etym. M. p. 543, 37, de quo loco supra diximus s. v. Χύτρα. Hinc HSt.:] Κυθρίσαι dicitur ἐπὶ τοῦ σκῶψαι καὶ γελάσαι: a panegyri Athe-

niensi dicta Κύθροι, ἐν ᾗ ἀλλήλους ἔσκωπτον, Deridebant et scommatis dicteriisque impetebant. Etym.

Χυτρίνδα, Ludus quidam dicebatur, quem sic describit Hesych.: Καθέζεταί τις ἐν μέσῳ· εἶτα κύκλῳ περιτρέχοντας οἱ παῖδες περὶ τὸν καθεζόμενον, ποιοῦσιν αὐτὸν περιστρέφεσθαι, ἕως ἅψηταί τινος τύπτοντος αὐτόν· εἶτα καθέζεται ὁ ληφθείς. Meminit Suidas quoque, et ante hos Pollux 9, [113] a quo prolixius describitur: diciturque is, qui in medio sedet et ita ab eis circumagitur ac verberatur [τίλλουσιν ἢ κνίζουσιν ἢ παίουσιν αὐτὸν dixit Pollux], χύτρα nominari. [Addit Pollux: Ὁ δ' ὑπ' αὐτοῦ στρεφομένου ληφθεὶς ἀντ' αὐτοῦ κάθηται. Ἔσθ' ὅτε δ' ὁ μὲν ἔχεται τῆς χύτρας κατὰ τὴν κεφαλὴν τῇ λαιᾷ, περιθέων ἐν κύκλῳ, οἱ δὲ παίουσιν αὐτὸν ἐπερωτῶντες « τίς τὴν χύτραν »; κἀκεῖνος ἀποκρίνεται « ἐγὼ Μίδας »· οὗ δ' ἂν τύχῃ τῷ ποδὶ, ἐκεῖνος ἀντ' αὐτοῦ περὶ τὴν χύτραν περιέρχεται.]

Χύτρινος, η, ον, i. q. χυτραῖος. Schol. Aristoph. [Ran. 220] ex Philochoro, χύτρινοι ἀγῶνες, forsan qui τοῖς χύτροις celebrantur; nam quum de festo illo, quod χύτρας [imo Χύτρους: de festo diximus s. v. Χύτρα] nominabant, locutus esset, subjungit, Ἤγοντο δὲ ἀγῶνες αὐτόθι οἱ χύτρινοι καλούμενοι, καθὰ φησὶ Φιλόχορος. [Ἀγῶνα τοῖς Χύτροις ἐπιτελεῖν dixit Plutarch. Vitt. decem orat. p. 841, E.] || Χύτρινον [Ion. Κύθρινον] Hippocrates vocavit etiam τὴν χύτραν, ut testatur Galen. Lex. Hippocr. [p. 598.] Locus est Γυναικ. 2, [p. 648, 44], ubi dicit χύτρινον ὅσον δύο ἑκταίας χωρέοντα. [Et rursus l. 51: Ἐπὶ τὸν χύτρινον περιπλάσας πηλῷ· et l. 53: Μῆκος δὲ ὅσον χωρέειν τὸν χύτρινον· p. 649, 1: Ὁκόταν δὲ ὁ χύτρινος ζέσῃ. Et l. 30: Ἕτερόν τε χύτρινον κατασκευάσαι τὸν αὐτὸν τρόπον· 32: Καὶ ἐς τὸν χύτρινον ἐμβαλεῖν. Foes. Quibus locis omnibus haud dubie restituenda forma Ionica κύθρινος. Apollod. in Math. vett. p. 20: Γίνονται χύτρινοι ἢ ὀστράκινοι σιδηραῖς λεπίσι δεδεμένοι ἀπὸ τοῦ πυθμένος δακτυλιαίῳ τρυπήματι· ubi ἢ delendum esse conjicit Schneider.] At Χυτρῖνοι, Hesych. τὰ κοῖλα τῆς γῆς, δι' ὧν αἱ πηγαὶ ἐνίενται. [Recte Bentl. ἀνίενται. Forma Ion. ap. Arrian. Peripl. maris Erythr. p. 26 (vol. 1, p. 291 ed. Müller.): Διορμίζοντες κατά τινας ὅρμους καὶ κυθρίνους. Οἱ δὲ κυθρῖνοι τόποι εἰσὶ τοῦ ποταμοῦ βαθύτεροι μέχρι Βαρυγάζων· ubi falsum accentum κύθρινοι correxit Lobeck. Pathol. Elem. p. 209, qui addit: « Neque aliud significat Geopon. 14, 6, 3: Σκευάζειν χρὴ (columbis) ἐν τοῖς τοίχοις καὶ νεοσσιὰς πυκνὰς ἀπὸ ἐδάφους μέχρι τῆς ὀροφῆς, ἅστινας καλοῦσι σηκοὺς, ἡμεῖς δὲ κυθρίνους ὀνομάζομεν, ἐν οἷς χρὴ διάγειν καὶ τίκτειν τὰς συνεζευγμένας περιστεράς. Quæ nos Ollaria dicere possumus, sicut sepulcra multis intus foraminibus loculisque ad recipiendas urnas columbaria vocantur; minus recte in Antig. Car. Mirab. c. 176, ubi cavum terræ significat, χύτρινος scribitur, qui accentus convenit Hippocratis locis ubi pro χύτρα valet, ut ὀστρακίνη pro olla sive pelvis, et Hesychio s. Λίθων χοαὶ, ubi tubi sive canales designantur. » Antigoni verba sunt: Ὅμοιον δὲ τούτῳ (fonti cuidam Leontinorum) καὶ τὸ περὶ τὸν Κῴων χύτρινον γίνεσθαι· καὶ γὰρ ἐκεῖνον ἀτμὸν μὲν ἐκβάλλειν καὶ ποιεῖν ἔμφασιν τόξιον (corrig. τοῦ ζεῖν cum Bentl. ad Callim. vol. 1, p. 452), τὰ δὲ καθειμένα καθ' ὑπερβολὴν ψύχειν. Hesychii vero gl. Λίθων χοαί· αἱ διὰ λίθων ἐκχύσεις καὶ χυτρῖνοι (codex χύτρινοι). Χοὰς (codex χόας et supra χόαι) δὲ ἐκ λίθων ὑπονόμους καὶ χυτρίνους, οὓς καὶ διώρυγας. Longe aliter Photius Lex. p. 223, 16, pariterque Suidas et Prov. App. 3, 69: Λίθων χοαί· ἄργυρος καὶ χρυσός. Καὶ γὰρ Εὐριπίδης φησὶ « Λευκοὺς λίθους ἔχοντες αὐχοῦσιν μέγα. » Quas gll. memorare debebam s. v. Χοὴ supra p. 1549, C.]

[Χυτρῖνος, ὁ, Chytrinus, n. pr. in oratione Lysiæ πρὸς Χυτρῖνον, memorata a Polluce 10, 116, ubi accentum Χυτρίνον correxit Lobeck. Pathol. Elem. p. 209.]

Χυτρίον, τὸ, Ollula. Affertur enim ex Aristoph. [Ach. 1175], ἐν χυτρίῳ [Recte nunc χυτριδίῳ ex cod. Rav.] pro In parva olla. Exp. etiam Ollæ operculum. [Χύτρια vitiose scriptum pro χυτρεῖα notavimus s. v. Χυτρεῖον.] Hesych. vero τοῦ χυτρίου affert pro τοῦ κρανίου.

[Χύτριον, τὸ, Chytrium, nomen loci ap. Strab. 14, p. 645: Ἐκ τοῦ Ὑποκρήμνου Χύτριόν ἐστι τόπος, ὅπου πρότερον ἵδρυντο Κλαζομεναί. Χύτρον hunc locum dixit Aristot. Polit. 5, 3: Στασιάζουσιν ἐνίοτε αἱ πόλεις καὶ διὰ τοὺς τόπους, ὅταν μὴ εὐφυῶς ἔχῃ ἡ χώρα πρὸς τὸ μίαν εἶναι πόλιν, οἷον ἐν Κλαζομεναῖς οἱ ἐπὶ Χύτρῳ πρὸς τοὺς ἐν νήσῳ. Χυτὸν Steph. Byz.: Χυτόν· χωρίον ἠπείρου. Ἔφορος ιθ' « Οἱ δ' ἐκ Κλαζομενῶν κατῴκισαν τῆς ἠπείρου τὸ Χυτὸν καλούμενον ». Τὸ ἐθνικὸν Χυτίτης, ὡς ὅπλον ὁπλίτης, λίκνον λικνίτης.]

[Χύτριος. V. Χύτροι.]

Χυτρὶς, ίδος, ἡ, itidem [ut χυτρίδιον] Ollula: vel etiam simpliciter Olla. [Annotavit Pollux 10, 95: Χύτρας, χυτρίδια, χυτρίδας. Herodot. 5, 88: Ἐκ χυτρίδων ἐπιχωρίων πίνειν· ubi dialectum postulare κυθρίδων monuimus s. v. Χύτρα. Bato ap. Athen. 7, p. 279, C: Καὶ Λεσβίου χυτρῖδε λαμβάνειν δύο· ubi codex χυτρίδε, Porsonus χυτρίδια, conjectura incerta, quum iota a Batone produci potuerit, ex quo tamen colligi non potest hanc mensuram communi usu receptam fuisse.] Dion [Cass. 50, 34]: Χυτρίδας ἀνθράκων καὶ πίττης πλήρεις πόῤῥωθεν μηχαναῖς ἐπέῤῥιπτον, Ollas carbone piceque refertas eminus machinis ejaculabantur. Nisi malis Fictilia, Testas. Χυτρίδες vocata fuerunt etiam τὰ χυτροπωλεῖα, ut ex Polluce [7, 163, ubi edd. vet. χυτρίδας δὲ καὶ τὰ χ. ἐκάλουν. Recte nunc ex codd. χύτρας δὲ ...] docui in Χυτρεῖον, i. e. Tabernæ in quibus ollæ veneunt: quæ χύτραι etiam nominantur. [Hippocr. t. 7, p. 294, 21, ἐμβάλλειν ἐς χ. Catal. monumentt. princ. Canin. *Musée étrusq.* n. 1710, ubi scriptum in amphora +VTPIΛ ΚΓ, quod Letronn. *Journ. des Sav.* a. 1838, p. 6 et a. 1840, p. 427 interpretatur χυτρίδες ΧΓ. Hase.]

Χυτρισμὸς, ὁ, Expositio infantis in testa s. fictili; scribit enim idem lexicographus [Hesych.] χυτρισμὸν dici τὴν τῶν βρεφῶν ἐν ταῖς χύτραις ἔκθεσιν. Cui expos. suffragatur et schol. Aristoph. Exponens enim hæc verba Ran. [1190] de OEdipo: Ὅτε δὴ πρῶτον μὲν αὐτὸν γενόμενον Χειμῶνος ὄντος ἐξέθεσαν ἐν ὀστράκῳ, Ἵνα μὴ 'κτραφεὶς γένοιτο τοῦ πατρὸς φονεὺς, ait dixisse Comicum ἐν ὀστράκῳ, quoniam ἐν χύτραις ἐξετίθεσαν τὰ παιδία: ideoque id appellatum fuisse χυτρίζειν.

Χυτρίτης, ὁ, Ollaris, ut ap. Colum. Ollares uvæ; ut χυτρίτης πυὸς, Qui dum in olla coquitur, coagulatur et concrescit. [Ap. schol. Aristoph. Pac. 1150.]

[Χυτρόγαυλος, ὁ. HSt. post ea quæ de voc. κύθρα (s. v. Χύτρα) dixit:] Κυθρόγαυλος, Joseph. A. J. [8, 3, 6], quod exp. Labrum conchæ specie. Χυδρόγαυλος, Luter, VV. LL. ex Reg. 3, 7. [Χυτρόγαυλος inter vasa coquinaria memoratur a Polluce 6, 89. LXX Reg. 3, 7, 37: Ἐποίησε δέκα χυτρογαύλους χαλκοῦς, τεσσαράκοντα χοεῖς χωροῦντα τὸν ἕνα χυτρόγαυλον· et mox ibid. et 42. Nam sic ex cod. Alex. scribendum pro χυτρόκαυλος, quod est in cod. Vat. Quod apud Josephum legitur κυθρόγαυλος Ionicum est, ut κύθρα et alia nonnulla dixerunt recentiores Græci, ut ostendimus s. v. Χύτρα. G. D. Theodoret. t. 1, p. 307, C, χυτρόγαυλοι. Inscr. Att. ap. Bœckh. *Urkunden* p. 540, 161, οἰνοχόας ἓξ, χ. Γ|. Hase.]

[Χυτροειδὴς, ὁ, ἡ, Ollæ formam habens. Schol. Theocr. 5, 58: Γαυλοὶ ἀγγεῖα χυτροειδῆ γαλακτοδόχα, i. e. vasa quæ χυτρογαύλους dici vidimus s. h. v. Schol. Clem. Al. ad p. 188, 10: Λεπαστὴ, χυτροειδὲς ἔκπωμα ἐπωτίδι μιᾷ.]

[Χύτροι, οἱ, nomen festi Attici, de quo v. s. v. Χύτρα.]

[Χύτροι, οἱ, Chytri, nomen fontis ap. Herodot. 7, 176: Ἔστι δὲ ἐν τῇ ἐσόδῳ ταύτῃ (τῶν Θερμοπυλέων) θερμὰ λουτρὰ, τὰ Χύτρους καλέουσι οἱ ἐπιχώριοι· quem l. citat Eustath. ad Dionys. P. 437, ubi vulgatum olim Χύτρας nunc correctum ex codd. Recta scriptura etiam ap. Pausan. est 4, 35, 6, qui memorat κολυμβήθραν, ἥντινα ὀνομάζουσιν οἱ ἐπιχώριοι Χύτρους γυναικείους. || Urbs, de qua Steph. Byz.: Χύτροι (sic Meinek. pro Χυτροὶ), Κύπρου πόλις, ἣν ὠνομάσθαι μὲν Ξεναγόρας φησὶν ἀπὸ Χύτρου τοῦ Ἀλεξάνδρου τοῦ Ἀκάμαντος. Ὁ πολίτης Χύτριος. Ἀλέξανδρος ἐν τῷ περὶ Κύπρου « Τὴν δὲ Γορδίαν (Γολγίαν Meinek.) ἀποδοῦναι Χυτρίοις ». Καὶ πάλιν « Εὐρυνόην τῶν Χυτρίων (sic Meinek. pro Χυτριῶν) βασιλεὺς ἔγημεν ». Ἀναλογεῖ δὲ τὸ ἐθνικὸν πρὸς τὸ Χύτρος ἑνικὸν, ὡς Κύπριος πρὸς τὸ Κύπρος. Xenagoram citat etiam Harpocr. s. v. Χύτροι, affertque Lysiæ ex ora-

tione perdita locum, in quo est τοὺς Χύτρους. Χύτρος ap. Ptolem. 5, 13, 22, nisi hoc librarii errore scriptum pro Χύτροι. *Chytri* ap. Plin. H. N. 5, 31, 130.]

[Χυτροκλάστης, ὁ, Ollarum fractor. Vita Nili jun. p. 52, 17 : Ἀσκηταὶ ἡμεῖς ἐσμὲν χ. Hase.]

[Χυτροπλάθος, ὁ, Figulus. Pollux 7, 163, ubi libri partim κυθροπλάθος. Phrynich. in Bekk. Anecd. p. 72, 10 : Χ. ὁ χύτρας πλάττων.]

[Χυτροπόδιον, τό. V. Χυτρόπους.]

[Χυτρόπολις, εως, ἡ, Chytropolis. Steph. Byz. : Χ., Θράκης χωρίον. Θεόπομπος Φιλιππικῶν κϐ' « Παρῆλθεν εἰς Χυτρόπολιν, χωρίον ἀπῳκισμένον ἐξ Ἀφύτεως ». Τὸ δὲ ἐθνικὸν ἑξῆς ἐπάγει « Εἰσδεξαμένων δὲ τῶν Χυτροπολιτῶν αὐτόν ».]

Χυτρόπους, οδος, ὁ, Olla pedes habens : potius quam Pes et sustentaculum ollæ, ut quidam interpr. [Per πλατύπους exp. Cyrill. in Matth. Gloss. p. 33, et Zonaras p. 1864.] Hesiod. Op. [746] : Μηδ' ἀπὸ χυτροπόδων ἀνεπιῤῥέκτων ἀνελόντα Ἔσθειν, Neque a pedatis ollis nondum delibatis rapiens comede. Cujus præcepti Plutarch. quoque meminit Symp. 7, 4 [p. 703, D], dicens eum recte ἀπὸ χυτροπόδων ἀνεπιῤῥέκτων οὐκ ἐᾷν παρατίθεσθαι σῖτον ἢ ὄψον, ἀλλ' ἀπαρχὰς τῷ πυρὶ καὶ γέρα τῆς διακονίας ἀποδιδόντας. Et ap. Suid. [ex Damascio] : Ἑώρα τοὺς χυτρόποδας ἀχράντους ἀεὶ καὶ ἀκάπνους, ὥσπερ ἐν ἀγορᾷ πρὸς ὠνὴν ἐγκειμένους. Nigrescunt enim fumo, si igni crebrius apponantur. Et [Juba in epigr.] ap. Athen. 8, [p. 344, F] : Χυτρόποδες κεραμοῖ καὶ τάγηνα ξηρά. A Polluce quoque 10, [99] numeratur inter τὰ μαγειρικὰ σκεύη : ubi etiam dimin. Χυτροπόδιον affert ex Hipponactis iambis. [Mœris p. 250 : Λάσανα καὶ τοὺς χυτρόποδας (sic etiam schol. Aristoph. Pac. 893) καὶ τοὺς δίφρους, addito Eupolidis versu in quo λάσανα legitur, ut λάσανα in Dioclis versu per χυτρόποδα exp. Pollux l. c. LXX Levit. 11, 35 : Κλίβανοι καὶ χυτρόποδες καθαιρεθήσονται. Alciphro 3, 5 : Τὴν κακκάβην ἀνασπάσασα τῶν χυτροπόδων. Τορύνη per χυτρόπους exp. schol. Aristoph. Ran. 509, Etym. M. p. 387, 14; λέβης p. 559, 3; πύραυνος p. 697, 21 (de quo dixit HSt. s. v. Πύραυνος). Τρίποδ' ἀμφίπυρον ap. Soph. Aj. 1405, per χυτρόποδα exp. schol. rec.]

[Χυτροπωλεῖον male pro χυτροπώλιον, quod v.]

Χυτροπώλης, ὁ, Ollarum s. Cacaborum venditor. Fem. Χυτροπῶλις [Χυτρόπωλις], ιδος, ἡ, Ollarum venditrix. Æginam vocatam fuisse χυτροπῶλιν tradit Pollux [7, 197 : Χυτροπῶλαι (cod. Palat. κυθροπῶλαι)· τὴν δ' Αἴγιναν χυτρόπωλιν (sic codd. : χυτροπῶλιν edd. vet.) ἐκάλουν. Pro Αἴγιναν ex cod. Falckenb. affertur γυναῖκα· quæ scriptura convellitur Hesychii glossa, Ἠχὼ πετραίαν χυτρόπωλιν· λέγει δὲ τὴν Αἴγιναν, ἐπειδὴ ἐκεῖ ὄστρακα πολλά ἐστιν. (Codex χυτρόπωλιν λέγει· οἱ δὲ τὴν αἴγιναν, quod mutavit Müller. Dor. vol. 2, p. 545.) Verba ex Comici alicujus, ut videtur, senario sumta, sermonem tragicum imitati : unde factum ut χυτρόπωλιν producta syllaba prima diceret. Eundem locum respicit Photius p. 78, 10 : Ἠχὼ πετραία· Αἴγινα, ἐπεὶ πετρώδης ἐστὶ καὶ πολλὰ ἔχει κεράμια. G. D.]

‖ Χώρα, Regio, [Terra. Hom. Od. Θ, 573 : Ἄστινας ἴκευ χώρας ἀνθρώπων. Pind. Ol. 6, 108 : Πάγκοινον ἐς χώραν (Olympiam)· 8, 34 : Ἁλιερκέα χώραν (insulam)· Pyth. 1, 78 : Εὔανδρον χ.] ea sc. signif. qua Galliam vel Italiam, Regionem appellamus. Ita enim τὴν Ἀττικὴν vocabant χώραν, et τὴν Ῥωμαϊκὴν, vel τὴν Ἀθηναίων χώραν, et τὴν Ῥωμαίων : itidemque in aliorum populorum nominibus. At vero χώραν junctum cum Ἀττικὴν habemus ap. Athen. 3, [p. 74, D] : Ἐπαινῶν δὲ τὴν χώραν τὴν Ἀττικὴν τάδε λέγει. [Demosth. p. 274, 26 : Θεοὺς, ὅσοι τὴν χώραν ἔχουσι τὴν Ἀττικήν. Herodot. 9, 13 : Ἡ χώρη ἡ Ἀττική· 3, 107 : Ἐν ταύτῃ (Ἀραβίῃ) λιβανωτός ἐστι μούνη πασέων. Æsch. Pers. 7 : Οὓς αὐτὸς ἄναξ ... εἵλετο χώρας ἐφορεύειν· 68 : Ἀντίπορον γείτονα χώραν· 271 : Ἑλλάδα χώραν· 493 : Μακεδόνων χώραν· Sept. 271 : Χώρας τοῖς πολισσούχοις θεοῖς· Eum. 437 : Λέξας δὲ χώραν καὶ γένος καὶ ξυμφορὰς τὰς σάς ...· ubi patriam significat. Ib. 968, in verbis Minervæ : Τάδε τοι χώρᾳ τῇμῇ (Atticæ) προφρόνως ἐπικραινομένων γάνυμαι. Soph. OEd. T. 14 : Ὦ κρατύνων Οἰδίπους χώρας ἐμῆς· 1200 : Θανάτων δ' ἐμᾷ χώρᾳ πύργος ἀνέστας· Trach. 74 : Εὐβοΐδα χώραν ..., Εὐρύτου πόλιν. Eurip. Hipp. 374 : Χώρας Πελοπίας· Tro. 209 : Θησέως εὐδαίμονα χώραν· Heracl. 31 : Πάσης χώρας Ἑλλάδος τητώμενοι. Thucyd. 1, 15 : Ὅσοι μὴ διαρκῆ εἶχον χώραν· 108 : Τῆς χώρας ἐκράτησαν τῆς Βοιωτίας καὶ Φωκίδος· 7, 49 : Τῷ πεζῷ ἐπὶ πολλὰ τῆς χώρας ἐπιόντες. Isocr. p. 105, B : Τὰς στήλας τὰς Ἡρακλέους καλουμένας ἐποιήσατο ὅρους τῆς τῶν Ἑλλήνων χώρας. Plato Rep. 3, p. 414, E : Ὡς περὶ μητρὸς καὶ τροφοῦ τῆς χώρας· Leg. 1, p. 625, C : Τὴν ... τῆς χώρας πάσης Κρήτης φύσιν. Et sic alii quivis. (De patria Ælian. N. A. 10, 15 : Δεῖν ἄρρενας εἶναι τοὺς μαχομένους ὑπερ τῆς χώρας. Plene ibid. 17 : Τὸ φίλτρον τῆς θρεψαμένης χώρας. Herch.) Sæpe a πόλις ita distinguitur, ut χώρα totam regionem, πόλις urbem in ea sitam significet, velut ap. Plat. Leg. 6, p. 759, B : Ἐν ἑκάστῃ χώρᾳ καὶ πόλει· 5, p. 745, C : Τήν τε πόλιν αὐτὴν καὶ πᾶσαν τὴν χώραν.] Sed plerumque substantivum χώραν subaudiendum relinquebant; frequenter enim Ἀττικὴν sine adjectione dicebant. Plutarch. Apophth. : Τῇ δὲ Ἀττικῇ τῶν Μακεδόνων προσβαλόντων, καὶ πορθούντων τὴν παραλίαν. Quidam [Alexis] ap. Athen. 13, [p. 610, E] : Ἐς κόρακας αἴρειν φασὶν ἐκ τῆς Ἀττικῆς· 3, [p. 74, E] : Οὐδ' ἐξάγεσθαί φησι τῆς Ἀττικῆς τὰς ἀπ' αὐτῶν γινομένας ἰσχάδας. Pausan. Att. [1, 2, 6] : Ἀπὸ ταύτης ὀνομάζουσιν Ἀττικὴν τὴν χώραν, πρότερον καλουμένην Ἀκταίαν. Nam hic τὴν χώραν non immediate jungitur cum Ἀττικήν : sed intelligit, Regionem ipsam, vocant Atticam, quum prius vocaretur Actæa. Jam vero non solum [χώρα, omisso ubi per se intelligitur terræ nomine, velut apud oratores et historicos de terra Attica loquentes (ut Lycurg. p. 147, 42; 169, 18, Dinarch. p. 98, 7, 40; 99, 4; 108, 6, 35, Xenoph. De vect. 4, 52, OEc. 6, 6, Hell. 7, 1, 6] cum adjectivo subaudiendum relinqui subst. χώραν sciendum est, sed et cum solo articulo : cujus rei exempla multa ap. Thuc. et Xenoph. observare me memini; sed nunc ex singulis singula proferre satis fuerit. Thuc. 4, [73] : Οὐ γὰρ ἀπὸ τῆς αὐτῶν ὁρμῶνται Ἀθηναῖοι, ἀλλ' ἐκ τῆς τῶν ἐπικαλεσαμένων. Xenoph. in Hellen. 1 : Ὡς ὄντων πολλῶν ἐν τῇ βασιλέως. Non ignoro tamen posse etiam subaudiri γῆν. [OEc. 5, 13 : Ἰόντες εἰς τὰς τῶν ἀποκωλυόντων. Ap. eund. Anab. 4, 8, 6 : Ὅτι καὶ ὑμεῖς ἐπὶ τὴν ἡμετέραν χώραν ἔρχεσθε, libri deteriores omittunt χώραν.] Hoc præterea sciendum est, sicut antea admonui, in quibusdam ll. χώραν non solum posse reddi Agrum, sed etiam Regionem : ita vicissim in

plerisque Historicorum ll. posse reddi non solum Regionem, sed etiam Agrum. Sed pluralis χῶραι redditur Regiones, non etiam Agri, veluti quum dicitur ab Aristot. Polit. 1 : Ἀλλὰ γὰρ ἐν ἄλλαις εὐθηνεῖ χώραις. Et a Plutarcho [Mor. p. 172, E] : Καὶ τῶν φυτῶν τὰ σπέρματα καὶ τῶν ἀνθρώπων οἱ βίοι ταῖς χώραις συνεξομοιοῦνται. At vero κατὰ χώραν expositum in VV. LL. Regionatim, item Passim, Ibidem, Illic, Eo loci, Hoc loci, In iisdem sedibus, In ea regione, mihi plane suspectum est : nec video quomodo hæc duo verba κατὰ χώραν tot tamque diversas signiff. admittere possint. Adde quod adv. Regionatim aliam nominis Regio signif. habet quam eam de qua nunc agitur, ut quidem eo usus est Suet. Videndum tamen an et alteram illam nominis Regio signif. apud alios servet.

‖ Χώρα et Χωρίον, si Eustathio [p. 441, 4] credimus, originem habet a verbo Χῶ significante χωρῶ : ex quo χῶ est derivatum Χάζω, unde ἔχαδε et κέχαδε. Sed debuit potius, meo quidem judicio, dicere Eust. χῶρος a χῶ derivari : ex quo χῶρος esse factum χώρα. Certe ut quis ex χῶρος factum esse χώρα neget, at quin χωρίον ab illo sit, minime negarit.

[Χώρα, ἡ, nomen proprium loci a Plinio dici videtur H. N. 6, 34, 39 : « Ægypti inferiora, quæ Χώρα vocatur Alexandriæ. » Eodem Harduinus rettulit verba Plinii 13, 4, 9 : « Una earum arbor in Chora esse traditur. » Τὴν κάτω χώραν Ægypti quum alii dixerunt tum Ptolem. 4, 5, p. 286, 13 : Τὰ μεσημβρινώτερα τοῦ μεγάλου Δέλτα καὶ τῆς κάτω χώρας.]

[Χωραμναῖοι, οἱ, Choramnæi. Steph. Byz. : Χ., ἔθνος Περσικὸν ἀγρίων ἀνθρώπων. De quibus copiose dixisse Ctesiam in Historiis Persicis addit, cujus in Excerptis apud Photium Bibl. p. 37, 15, nunc Χοραμνίων scriptum. Χωρομναίων est in libris melioribus Diodori 2, 2, in deterioribus Ῥόμνων, apud Gemistum Χωράσμων.]

[Χωράρχης, ὁ, Regionis dominus s. præfectus. Lex. rhet. in Bekk. Anecd. p. 316, 18 : Χωράρχαι· οἱ ἄρχοντες τῆς χώρας. Const. Manass. Chron. 602 : Οἱ στρατηγοὶ τῶν πόλεων, ἐθνάρχαι καὶ χωράρχαι· 926 : Πάσης γῆς χωράρχαι καὶ σατράπαι· et 2539, 4367. Mich. Glycas Annal. p. 264, B; 280, D.]

[Χωραρχία, Regionis imperium. Const. Manass. Chron. 5029 : Τὴν Ῥωμαίων ἅπασαν ὥλεσε χωραρχίαν.]

[Χωράσμιοι, οἱ, Chorasmii. V. Χορασμία.]

[Χωραυλία, ἡ, et alibi et ap. Jo. Hieros. Vita Jo. Damasceni Actt. SS. Maii t. 2, p. 729, D, perperam cusum est pro Χοραυλία, Tibiarum in choro concentus. Hase.]

Χώρκυλος, ὁ, ἡ, Suidæ ὁ περὶ χώραν διατρίβων : in qua expositione χώραν pro Agro accipere videtur.

[Χωραφιαῖος, ἀγρὸς ap. Herodian. Epim. p. 152, non adjectivum esse videtur, sed error librarii pro χωράφιον, quod per ἀγρὸς interpretatus est grammaticus. G. Dind.]

[Χωράφιον, τό. HSt. s. v. Χωρίον :] At vero Χωράφιον diminutivi quidem et ipsum formam habet, sed ad vocem χώρα potius pertinere videri possit. Exp. autem in VV. LL. Ager stationalis : et λήϊον, ex schol. Theocr. [10, 3, 14 et 15, schol. Hesiodi Sc. 285. Cyrilli Lexicon s. v. Λήϊον, schol. recent. Hom. Il. Ψ, 599, schol. Byzant. Æsch. Prom. 851, Moschopulum in Lexico Philostrati, aliosque inferiorum temporum scriptores, velut Nilum Epist. 3, 153 : Τῶν τὰ χ. φιλοκαλούντων καὶ ἀροτριώντων, Leon. Tact. 9, 15, sigillum Rogerii ap. Ughell. vol. 1, p. 1020, addit Ducang.] Ab Hesych. ἀγρὸς exp. χωράφιον et χωρίον. [Quod ap. Theophr. fragm. 12, 7, p. 828, legitur παρὰ τοὺς ποταμοὺς καὶ τὰ ἔνυδρα χωράφια, non est credibile ab Theophr. scriptum esse. Est enim vocabulum ætatis multo quam Theophrastus inferioris, quantum quidem nunc scimus. G. D. Basil., Const. et Leo Prochir. 254, 10 Zachar., τὴν καλάμην τοῦ ἰδίου χ. καῦσαι. Subscriptio cod. Reg. n. 973, olim Colbert. n. 4514, ἀπὸ τῆς μονῆς τοῦ Ξηροῦ Χωραφίου· pro quo Montfauc. Palæogr. gr. p. 49, 35, ἀπὸ τῆς μ. τοῦ Ξηρουχῶ Ῥαφείου, vertitque, in monasterio Xirucho Raphii. De quo cœnobio Agri Sicci in vicinia Mileti dixi ad Leon. Diac. p. 456, B. Hase.]

Χωρεπίσκοπος, ὁ, Inspector qui mittitur, Bud., afferens ex Basil. Sed videtur addi debere genitivus, vel Regionis, vel alius, sequendo signiff. quæ nomini χώρα datæ fuerunt. Nam alioqui ἐπίσκοπος sine adjectione Inspectorem significat, ut satis notum est. In Canonibus Græcis, ut annotant VV. LL., nunc Vicarius episcopi, nunc Vicarius episcopus exp. In Iisdem remittitur lector ad Epistolam Damasi Papæ quarti, in Concil. libro. Certe si Vicarium episcopi significet χωρεπίσκοπος, sonabit perinde ac si dicamus, ὁ ἐν χώρᾳ ἐπισκόπου ὤν, Qui est loco et vice episcopi. [Χωρεπίσκοποι dicti fuere non regionum aut parœciarum episcopi, ut vulgo sibi persuadent, τῆς χώρας ἐπίσκοποι, sed τῶν χωρῶν, Villarum aut vicorum, ut recte interpretatur Dionysius Exiguus in Can. 10 Antiocheno. Postea, ne vilesceret honor et dignitas nomenque episcopi in istis vicariis Presbyteris, statutum est ne vocarentur ἐπίσκοποι χωρῶν vel χωρεπίσκοποι, sed περιοδευταὶ, quod sanxit canon 57 Concilii Laodiceni. Postea ἔξαρχοι dici cœperunt. Schol. ad can. 9 Concilii Antiocheni : Χωρεπίσκοποι οἱ νῦν λεγόμενοι ἔξαρχοι. Suicer. Idem pluribus dixit de officiis χωρεπισκόπων, de quibus v. canones 8, 10 Antiocheni, canon 13 Ancyranus, canon 13 Neocæsariensis et Balsamon ad eum p. 797.]

Χωρέω, [futurum χωρήσω est ap. Hom. Il. II, 629, Herodot. 8, 68, Thucyd. 1, 82, aliosque scriptores Atticos, etsi frequentius forma media uti solent χωρήσομαι, cujus exx. nonnulla HSt. infra attulit, quibus alia accedunt ex locis deinceps citandis,] ita fit a χῶρος s. χώρα, quum significat Locum s. Sedem, ut a Gallico *Place* fit *Placer*, et *Déplacer;* veluti quum dicimus *Se placer en quelque lieu*, et contra *Déplacer de quelque lieu.* Sed ἀναχωρεῖν quidem compositum convenit cum nostro illo composito *Déplacer :* at χωρεῖν non usquequaque verbo *Placer* respondet. Prius enim est illud quam hoc; quoniam tum demum, quum in aliquem locum venerimus, in eo sedem capimus. Dico igitur Χωρῶ esse Accedo, (ut Ἀναχωρῶ, Recedo,) Venio, Proficiscor, [diciturque non solum de hominibus euntibus, adeuntibus, abeuntibus, ceterisque animantibus, sed etiam de rebus quæ loco moventur, ut Plato Crat. p. 402, A, dixit ὅτι πάντα χωρεῖ καὶ οὐδὲν μένει. Frequens autem usus verbi apud scriptores inde ab Homero quosvis, vel simpliciter dicti vel cum nomine loci ad quem quis accedit vel quem relinquit : unde vel cum casibus genitivo, dativo, accusativo, constructum reperitur vel cum præpositionibus et adverbiis conjunctum. Simpliciter Homerus, qui hoc verbo sola Cedendi vel Recedendi significatione utitur, Il. II, 592 : Τόσσον ἐχώρησαν Τρῶες, ὅσαντο δ' Ἀχαιοί. Æsch. Eum. 196 : Χωρεῖτ' ἄνευ βοτῆρος αἰπολούμεναι. Soph. Aj. 811 : Χωρῶμεν, ἐγκονῶμεν· El. 615 : Κλύω τῶν ἔνδοθεν χοροῦντος· Tr. 496 : Κενὸν γὰρ οὐ δίκαιά σε χωρεῖν· Ph. 541 : Ἄνδρε δύο χωρεῖτον (accedunt)· Ant. 158 : Ἀλλ' ὅδε γὰρ βασιλεὺς ... χωρεῖ· 228 : Τί χωρεῖς οἷ μολὼν δώσεις δίκην; OEd. C. 747, de oberrante : Κἀπὶ προσπόλου μιᾶς βιοστερῆ χοροῦντα. Eurip. Or. 137 : Ἡσύχῳ ποδὶ χωρεῖτε· 1678 : Χωρεῖτε νῦν ἕκαστος οἷ προστάσσομεν· Hel. 1406 : Χωρεῖτ' ἐφεξῆς. Et sic sæpissime, præsertim apud poetas scenicos, χώρει et χωρεῖτε de accedentibus vel abeuntibus dicitur.] Eur., Χώρει σὺ δεῦρο, Huc accede, concede, veni. Sic Aristoph. Nub. [509] : Χώρει· τί κυπτάζεις ἔχων περὶ τὴν θύραν; quod Gall. dicas, *Vien avant.* Interdum vero χώρει est Proficiscere, Abi. Eur. Med. [820] : Ἀλλ' εἶα, χώρει, καὶ κόμιζ' Ἰάσονα. [Sæpissime modus quo quis χωρεῖ definitur addito dativo substantivi, ut δρόμῳ ap. Thucyd. 1, 134 : Πρὸς τὸ ἱερὸν χωρῆσαι δρόμῳ· et 4, 127; 5, 2; 6, 97. Plut. V. Aristid. c. 20 : Δρόμῳ πάλιν εἰς τὰς Πλαταιὰς ἐχώρει· V. Dion. c. 27 : Δρόμῳ χ. μετὰ χαρᾶς καὶ βοῆς, ut σπουδῇ χωρεῖν dixerat ib. c. 26. Αὐτομολίᾳ ἐχώρησαν πρὸς αὐτοὺς Thucyd. 8, 40. Vel cum adjectivo, ut Soph. OEd. T. 750 : Πότερον ἐχώρει βαιὸς, ἢ πολλοὺς ἔχων ἄνδρας λοχίτας; Vel cum adverbiis, ut ἐγγὺς Æsch. Sept. 60 : Ἐγγὺς ... Ἀργείων στρατὸς χωρεῖ. Ἐνταῦθα, Xen. Anab. 1, 10, 13. Πάλιν Hom. Il. P, 533 : Τοὺς ὑποταρβήσαντες ἐχώρησαν πάλιν αὖτις. Eurip. Bacch. 764 : Πάλιν δ' ἐχώρουν ὅθεν ἐκίνησαν πόδα. Xenoph. Hell. 7, 2, 7 : Πολιορκούμενοι ... ἐχώρουν πάλιν πρὸς τὴν ἀκρόπολιν. Et sæpissime cum adv. ἄνω, κάτω, εἴσω,

ἔξω, velut ἄνω ap. Xen. Hell. 2, 4, 11; additoque genitivo Eurip. Med. 411 : Ἄνω ποταμῶν χωροῦσι παγαί. Κάτω ap. Æsch. Prom. 74. Εἴσω Soph. El. 1491 : Χωροῖς ἂν εἴσω· Tr. 493 : Εἴσω στέγης χωρῶμεν· Ant. 1227 : Ἔσω χωρεῖ πρὸς αὐτόν. Ἔξω Æsch. Eum. 171 : Ἔξω τῶνδε δωμάτων τάχος χωρεῖτε. Soph. OEd. C. 824 : Χώρει ... ἔξω θᾶσσον. Eurip. Cycl. 489 : Χωρεῖ πετρίνων ἔξω μελάθρων. Cum ἐντὸς Eur. Iph. A. 678 : Χώρει μελάθρων ἐντός· et El. 393. Non minus frequenter cum præpositionibus, velut cum πρὸς, Soph. Tr. 285 : Χωροῦσι πρὸς σέ· 333 : Πρὸς δώματα ... χωρῶμεν· 870 : Χωρεῖ πρὸς ἡμᾶς. Eurip. Phœn. 205 : Χωρεῖ πρὸς δόμους τυραννικούς.] Interdum vero et aliis modis reddi potest, ut ex Soph. affertur, Aj. [119] : Χωρῶ πρὸς ἔργον, pro Confero me ad opus, Eo ad illud opus. Ex Aristoph. autem [Ran. 884] : Χωρεῖ πρὸς ἔργον, pro Exit in actum. [Thucyd. 3, 83 : Τολμηρῶς πρὸς τὰ ἔργα ἐχώρουν.] Thuc. [2, 3] : Πρὸς ξύμβασιν ἐχώρησαν, Ad compositionem devenerunt, s. descenderunt. [Soph. Aj. 833 : Χωρεῖ πρὸς ἦπαρ ἥδε γενναία δύη· 945 : Πρὸς οἷα δουλείας ζυγὰ χωροῦμεν· Tr. 304 : Πρὸς τοὐμὸν οὕτω σπέρμα χωρήσαντά ποι. Cum παρὰ Lucian D. mar. 3, 2 : Χώρει παρὰ τὴν ἀγαπωμένην.] Jungitur et aliis præpp., cum quibus aliter atque aliter redditur. [Cum εἰς Æsch. Pers. 379 : Πᾶς ἀνὴρ ἐς ναῦν ἐχώρει· et Eurip. Hel. 1564. Idem El. 1139 : Χώρει πένητας ἐς δόμους· Ion. 1168 : Ἐς ὁαῖτα χωρεῖν· Andr. 1088 : Ἐς δὲ συστάσεις κύκλους τ' ἐχώρει λαὸς οἰκήτωρ θεοῦ· Bacch. 758 : Εἰς ὅπλ' ἐχώρουν, i. e. Arma sumebant, ut Diodor. 20, 67 : Τοῦ δυνάστου παραγγείλαντος εἰς ὅπλα χωρεῖν· et Plutarch. V. Rom. c. 18. Soph. El. 615 : Χωρεῖν ἐς πᾶν ἔργον αἰσχύνης ἄτερ. G. D. Εἰς πόλεμον χωροῦσιν Ælian. N. A. 2, 46; ἅσαντες εἰς ὕπνον Longus 3, 9. Hercher.] Matth. 15, 17 : Οὔπω νοεῖτε ὅτι πᾶν τὸ εἰσπορευόμενον εἰς τὸ στόμα, εἰς τὴν κοιλίαν χωρεῖ, καὶ εἰς ἀφεδρῶνα ἐκβάλλεται; In alvum concedit, abit. [Plutarch. Mor. p. 1078, B : Εἰς ἄλληλα χωρούντων (τῶν σωμάτων) τῷ κεράννυσθαι.] Thuc. 1, [18] : Εἴ τινές που διασταῖεν, πρὸς τούτους ἤδη ἐχώρουν, Si qui usquam dissidebant, ad istos se conferebant. Interdum autem cum hac præp. est Cedo, Evado, ut interpr. Bud., afferens ex Pausania [1, 8, 3], loquente de morte Demosthenis : Δημοσθένει μὲν ἡ πρὸς Ἀθηναίους ἄγαν εὔνοια ἐς τοῦτο ἐχώρησε. (Sed et diversa constr., ex Eodem : Καί οἱ κατὰ ταυτὰ ἤλπιζε χωρήσειν πολεμοῦντι, Itidem cessurum bellum sperabat.) Apud Greg. Naz. autem, Ἐντεῦθεν ἤδη εἰς τοὐπίσω χωρεῖ τὰ πράγματα. Cum præp. διὰ [Plato Soph. p. 253, A : Τὰ φωνήεντα ... οἷον δεσμὸς διὰ πάντων κεχώρηκεν. Eurip. Andr. 176 : Διὰ φόνου οἱ φίλτατοι χωροῦσι· Tro. 793 : Χωρεῖν ὀλέθρου διὰ παντός], Plut. Romulo [c. 19] : Χωρεῖ διὰ πάντων κλαυθμὸς [καὶ πολὺς οἶκτος], Fletus it per omnes, Fletus pervadit omnes. [Ibid. c. 1 : Τὸ μέγα τῆς Ῥώμης ὄνομα καὶ δόξη διὰ πάντων κεχωρηκός.] Ex Gregor. Naz. autem, Χωρεῖν διὰ πάντων πνευμάτων, Penetrare omnes spiritus. Secus ap. Herodian. [4, 4, 5, et 5, 7] : Διέγνω δρᾶσαί τι ἢ παθεῖν γενναῖον, διὰ ξίφους χωρήσας καὶ φόνου, Polit. Ferrumque et cædem molitur : vim Græcorum verborum non satis exprimens : quæ sonare puto perinde ac si quis dicat Tentare viam per gladios. Nec dubito quin apud Ovid. Ibit per gladios noster amor, reddi possit χωρήσει διὰ ξιφῶν. [Dionys. A. R. 3, 15 : Ἐὰν ἀξιῶμεν αὐτοὺς ἀλλήλοις χωρεῖν διὰ μάχης· 11, 55 : Δι' ὅπλων καὶ αἵματος ἐμφυλίου χωρεῖν πρὸς τὸ δημοτικόν. Cum ἀπὸ Hom. Il. N, 724 : Νηῶν ἄπο ... Τρῶες ἐχώρησαν προτὶ Ἴλιον· Σ, 244 : Τρῶες ... ἀπὸ κρατερῆς ὑσμίνης χωρήσαντες.] Cum ἐπὶ autem [Pind. Nem. 10, 137 : Ἐπ' ἀδελφεοῦ βίαν πάλιν χώρησεν. Eur. Rhes. 762 : Πολέμιοι χωροῦσ' ἐφ' ἡμᾶς. Thucyd. 1, 69 : Ἀθηναῖοι κατ' ὀλίγον χωροῦσιν ἐπὶ τοὺς πέλας. Xen. Hell. 6, 5, 12 : Ἐχώρει ἐπὶ τὴν Ἀρκαδίαν. Dionys. A. R. 5, 41 : Σὺν βοῇ χωρεῖν ἐπ' αὐτούς· 11, 7 : Μετὰ προθυμίας ἐπὶ τὰ δεινὰ χωροῦσι], ut, Κεχωρήκατε ἐπὶ τὴν καταφρόνησιν, significat fortasse potius Ad contemptionem progressi estis s. processistis, quam Transiistis, ut habent VV. LL., quæ auctorem illorum verborum non nominant. [Sunt Thucyd. 1, 122. Id. 2, 39 : Ἐπὶ τοὺς ἰσοπαλεῖς κινδύνους χωροῦμεν. Demosth. p. 26, 15 : Ἐπ' οὖν τὸ λυσιτελοῦν αὐτοῖς ἕκαστοι χωροῦσιν.] (Sic ibi ex Aristoph. [Nub. 18] : Οἱ τόκοι χωροῦσι, Usuræ procedunt. Et χωρεῖ δὴ τὸ πρᾶγμα, ex Eod. [Pac. 509], pro προκόπτει τὸ ἔργον. [V. infra.] Item ex Eunap. : Ὥσπερ ὀστράκου μεταπεσόντος, ἐπὶ τὸ βέλτιον ἐχώρησε Ῥωμαίοις, Res Romanæ in melius processerunt. Perinde ac si legeretur ἐχώρησε τὰ πράγματα : quæ verba fortasse omissa sunt. Sed in illo Aristoph. l. τόκοι χωροῦσι Cam. vertit Crescunt.) Habere autem et alium usum cum hac præp., docebo infra. Jungitur etiam præpositioni ἐκ [Æsch. Sept. 476 : Ἐκ πυλῶν χωρήσεται. Soph. El. 1432 : Ἐκ προαστίου χωρεῖ· OEd. C. 1641 : Χωρεῖν τόπων ἐκ τῶνδε], vel adverbio significanti motum ex loco : ex Plat. Epist. 7, [p. 338, B] : Λόγος ἐχώρει πολὺς ἐκ Σικελίας ὡς Διονύσιος φιλοσοφίας ἐν ἐπιθυμίᾳ πάλιν εἴη γεγονώς. Idem Epist. 7, [p. 333, A] : Πολλαχόθεν ἐχώρουν οἱ τοιοῦτοι λόγοι, ubi χωρεῖν est Proficisci, Manare, ut sermo s. rumor dicitur alicunde manare. [Cum κατὰ Eurip. Med. 1174 : Κατὰ στόμα χωροῦντα λευκὸν ἀφρόν. (Sed κατά τινος χωρεῖν ap. Palæphat. 48, 3, Theod. Prodr. Rhod. 5, p. 189, Contendere cum aliquo, Invadere aliquem. Herch.) Cum πρὸ Soph. Tr. 960 : Χωρεῖν πρὸ δόμων λέγουσιν· ubi minus proprie de Hercule, qui non pedibus procedit, sed portatur ægrotus. Plut. V. Rom. c. 18 : Ἵππον ἔχων πολὺ πρὸ τῶν ἄλλων ἐχώρει.] At vero ex Eur. non cum præp. sed cum adverbio [Hec. 119] : Ἐχώρει δόξα δίχα, ubi ἐχώρει redditur simpliciter Erat, (hoc modo, Duplex erat sententia,) quæ interpret. non placet. [Id. Hel. 759 : Ἐς ταὐτὸ καμοὶ δόξα μάντεων πέρι χωρεῖ γέροντι.] ‖Χωρῶ ap. Hom. cum genit., interdum et cum dat., poni solet pro ἐκχωρῶ, ut exp. Eust. Il. N, [327] : Οὐδ' ἂν Ἀχιλῆϊ ῥηξήνορι χωρήσειεν Ἔν γ' αὐτοσταδίῃ. [Ib. P, 101 : Ἕκτορι χωρήσαντα. Cum genit. Hom. Il. M, 406 : Χώρησεν δ' ἄρα τυτθὸν ἐπάλξιος· O, 655 : Ἀργεῖοι δὲ νεῶν μὲν ἐχώρησαν· Π, 629 : Οὔτε Τρῶες ὀνειδείοις ἐπέεσσιν νεκροῦ χωρήσουσι. Qualia addito ἀπὸ dixit locis supra allatis. Cum accusativo Eurip. Andr. 1120 : Χωρεῖ δὲ πρύμναν· Ion. 1572 : Κεκροπίαν χθόνα χώρει.] ‖Χωρῶ in re militari frequentem usum habet, unde sæpe cum ap. alios Historicos tum ap. Thuc. legitur, ex quo plura quam ex alio exempla proferam. Igitur 1, [62] : Καὶ ὅταν Ἀθηναῖοι ἐπὶ σφᾶς χωρῶσι· 8, [25] : Ὡς ἐπὶ Ἰωνάς τε καὶ οὐ δεξομένους, ἀτακτότερον χωροῦντες. Ubi reddi potest verbo Tendere : ea signif. qua dicitur Tendere adversus hostem. [Alia exx. v. supra ubi de χωρεῖν ἐπὶ ... agebamus.] Apud Eund., Χωρήσαντες ῥώμῃ, Impressione facta. Sed et simpliciter verbo Proficisci possis interpretari ap. Eund. 2, [25] : Κατὰ γῆν χωρήσαντες, τὴν Φειὰν αἱροῦσι, Terra profecti, Pheam capiunt. 1, [63] : Ἠπόρησε μὲν ὁποτέρωσε διακινδυνεύσει χωρήσας, Dubitavit utram in partem profectus periclitaturus esset. Sæpe autem jungitur cum adverbio ὁμόσε, exponiturque ὁμόσε χωρεῖν τοῖς πολεμίοις, Prodire adversus hostes, Cum hostibus cominus congredi, Cum hostibus manum conserere. Bud. vertit etiam Obviam ire hostiliter, afferens ex Sallustio, Obviam ire periculis. Vide Ὁμόσε, ubi invenies pro verbo χωρεῖν alia etiam illi adjuncta. Legitur autem et metaphorice usurpatum hoc loquendi genus, ut, Ὁμόσε χωρεῖν τῷ Καρνεάδῃ, Plut. De garrul. [p. 514, D], loquens de Antipatro. Et cum dat. rei, ut, Ὁμόσε χωρῆσαι τοῖς παροῦσι, ex Polyb. [11, 2, 10] affertur pro Rebus adversis sese opponere, et fortiter resistere, non autem eis cedere. Polit. ap. Herodian. [2, 5, 7], Ὁμόσε χωρεῖν τῷ πράγματι, vertit Occurrere periculo. [Dionys. A. R. 11, 8 : Ὅταν νοσοῦσα πόλις ... τοῖς ὑπαιθρίοις ὁμόσε χωρῇ πολέμοις· ubi Sylb. πολεμίοις.] Bud. ap. Lucian. [Apol. c. 13] : Ὁμόσε χωρεῖν τῷ ἐγκλήματι, Pedem conferre. [Eur. Or. 919 : Χωρεῖν ὁμόσε τοῖς λόγοις θέλων. Sequente εἰς Polyb. 15, 10, 6 : Δύο προθεμένους ... ἢ νικᾶν ἢ θνήσκειν ... ὁμόσε χωρεῖν εἰς τοὺς πολεμίους.] Dixit et Galen. metaphorice ὁμόσε χωρεῖν ταῖς ὀδύναις, ita scribens : Οἶδα γὰρ ἐνίους τῶν γενναίων εἶναι προσποιουμένων ἰατρῶν τε καὶ καμνόντων ἀπολομένους δι' αὐτὸ τοῦτο τὸ καρτερῶς τε καὶ ἀνδρείως ὁμόσε χωρεῖν ἀεὶ ταῖς ὀδύναις, οὐδὲν τῶν παρηγορικῶν ἑλομένους, Quod fortiter doloribus se opponere et resistere voluerint, non illis cedere; ut quidam dixit cedendum

esse dolori. [Ælian. N. A. 1, 5, 18, 37, 38; 2, 31, 51; 4, 1, 19, 33; 5, 19, 30, 54, etc. Idem χωρέω cum accusativo construxit 2, 25 : Τὴν αὐτὴν χωροῦσιν ἀτραπόν. Herch.] || Invenitur et fut. [med.] Χωρήσομαι activa signif. [Soph. El. 404 : Χωρήσομαί τἄρ' οἵπερ ἐστάλην ὁδοῦ. Eur. Hec. 52 : Ἐκποδὼν χωρήσομαι Ἑκάβη· et cum præp. πρὸς Andr. 1068, Suppl. 588; ex χορεύσεται corruptum El. 875,] ap. Thuc. et Plat. Ita enim Thuc. 2, [20]: Ἀδεέστερον ἤδη ἐς τὸ ὕστερον τό, τε πεδίον τεμεῖν καὶ ἐς αὐτὴν τὴν πόλιν χωρήσεσθαι. Plato Theæt. [p. 166, A] : Καὶ δμόσε χωρήσεται.

[|| De improprio usu verbi vel ad res translati quæ loco moventur, vel ad actiones quæ mente percipiuntur, quum HSt. pauca tantum supra attulerit, plura addenda sunt. Hujus generis est quod sidera χωρεῖν dixit Plato Phædr. p. 109, D : Ὡς διὰ τούτου οὐρανοῦ ὄντος τὰ ἄστρα χωροῦντα. De navi Eurip. Iph. T. 1392 : Ναῦς, ἕως μὲν ἐντὸς ἦν λιμένος, ἐχώρει, στόμια διαπερῶσα δὲ, λάβρῳ κλύδωνι συμπεσοῦσ', ἠπείγετο· ubi ἐχώρει navis lente procedentis motum significat, ἠπείγετο ventis jactatæ. De telis penetrantibus Eur. Andr. 1134 : Οἱστοὶ, μεσάγκυλ' ἔκλυτοί τ' ἀμφιώβολοι, σφαγῆς ἐχώρουν βουπόροι ποδῶν πάρος. Xen. Anab. 4, 2, 28 : Τὰ τόξα ἐχώρει διὰ τῶν ἀσπίδων. De germinibus Xen. OEc. 19, 8 : Τὸν βλαστὸν χωρεῖν διὰ τῆς μαλαχῆς. De aquis Eurip. Med. 410 : Ἄνω ποταμῶν χωροῦσι παγαί. Plato Phædon. p. 113, A : Ἐντεῦθεν χωρεῖ ὁ ποταμὸς κύκλῳ θολερός. Xen. Cyrop. 7, 5, 16 : Τὸ ὕδωρ κατὰ τοὺς ταφροὺς ἐχώρει. De spuma Eurip. Med. 1174 : Κατὰ στόμα χωροῦντα λευκὸν ἀφρόν. De sanguine profluente Eurip. Hec. 568 : Τέμνει σιδήρῳ πνεύματος διαρροὰς, κρουνοὶ δ' ἐχώρουν. De lacrimis Plato Phædon. p. 117, C : Ἐμοῦ γε αὐτοῦ βίᾳ καὶ ἀσταχτὶ ἐχώρει τὰ δάκρυα. Plut. V. Cæs. c. 6 : Πολλοῖς δὲ καὶ δάκρυα ὑφ' ἡδονῆς ἐχώρει. Sæpissime de voce dicitur, clamore, sermonibus, fama, ad alios penetrantibus, ut ap. Herodot. 1, 122, de fama in vulgus sparsa : Ἐνθεῦτεν ἡ φάτις κεχωρήκεε. Pausan. 1, 3, 3 : Κεχώρηκε δὲ φήμη καὶ ἄλλως ἐς τοὺς πολλοὺς ὡς ... et 1, 4, 6. Eurip. Iph. T. 1358 : Λόγοι δ' ἐχώρουν, et in locis Platonicis ab HSt. supra allatis, et Eryx. p. 398, B : Ἦ ἔμελλεν ὁ λόγος χωρήσεσθαι αὐτῶν. Xenoph. OEc. 1, 11 : Ὁμολογουμένως ὁ λόγος ἡμῖν χωρεῖ. De malo apparente Aristoph. Nub. 907 : Αἰβοῖ, τουτὶ καὶ δὴ χωρεῖ τὸ κακόν. Eur. Andr. 1096 : Ἐχώρει ῥᾴθιον ἐν πόλει κακόν. Ὕβρις γ. ap. Soph. Ph. 397 : Ὅτ' ἐς τόνδ' Ἀτρειδᾶν ὕβρις πᾶσ' ἐχώρει. De rebus quæ procedunt Herodot. 3, 42 : Χωρήσαντος δέ οἱ τούτου· 5, 89 : Καί σφι χωρήσειν τὰ βούλονται· 7, 10 : Οὐκ ἀμφοτέρῃ σφι ἐχώρησε· 8, 68 : Χωρήσει τὰ νοέων ἐλήλυθας. Antipho p. 133, 2 : Ἐπειδὴ δὲ αὐτοῖς τοῦτο οὐκ ἐχώρει. Aristoph. Pac. 472 : Πῶς οὖν οὐ χωρεῖ τοὔργον; quod per προκόπτει exp. schol., et cum dat. personæ ib. 509 : Χωρεῖ ... τὸ πρᾶγμα πολλῷ μᾶλλον ὑμῖν. De potu procedente Mnesim. ap. Athen. 9, p. 403, A : Πρόποσις χωρεῖ. Multo frequentius eventus vel bonus vel malus addito adverbio significatur, ut ap. Herodot. 3, 39 : Πάντα οἱ ἐχώρεε εὐτυχέως· 5, 49 : Εὐπετέως ὑμῖν ταῦτα οἷά τε χωρέειν ἐστί· 1, 122 : Παρὰ σμικρὰ τῶν λογίων ἡμῖν ἔνια κεχώρηκε, Exierunt in exiguum quiddam. Plato Leg. 3, p. 684, E : Κακῶς αὐτοῖς ἐχώρησεν ἡ κατοίκισίς τε καὶ νομοθεσία. Contra καλῶς χ. ap. Plut. Mor. p. 597, C, OEnom. ap. Euseb. Præp. ev. p. 219, A. Frequenter χ. κατὰ νοῦν, ut ap. Aristoph. Pac. 940 : Πάνθ' ὅσ' ἂν θεὸς θέλῃ ... χωρεῖ κατὰ νοῦν. Polyb. 10, 15, 4 : Ταῦτα καλῶς κατὰ νοῦν ἐχώρει αὐτῷ· 28, 15, 12 : Τὰ πράγματα χωρεῖ κατὰ λόγον, i. e. Ex voto. (Alciphr. Ep. 1, 9. Parthenius c. 1 et 6. Liban. Epist. 120. Herch.) De eventu quocunque Lucian. D. deor. 20, 15 : Ὅπως μὲν ταῦτα χωρήσει ἄδηλον. Antipater ap. Stob. Flor. p. 416, 33 : Ταύτῃ χωρεῖ τοῖς πολλοῖς ὁ γάμος.]

|| Capio, i. e. Sum capax, ut sc. locus aliquis dicitur esse capax. Thuc. 2, [17] : Οὐ γὰρ ἐχώρησε ξυνελθόντας αὐτοὺς ἡ πόλις. [Dionys. A. R. 8, 41 : Ἀπέρχομαι καταλιπὼν τὴν οὐκέτι χωροῦσαν ἄνδρας ἀγαθοὺς πόλιν.] Sic Plut. Pol. Præc. [p. 804, B] : Ἀλλ' ἡμᾶς, ἔφη, μικροὺς οὕτως ὄντας, ὅταν διαφερώμεθα πρὸς ἀλλήλους, ἡ Βυζαντίων πόλις οὐ χωρεῖ. At vero ap. Dem. [p. 579, 3] : Ἡ πόλις αὐτὸν οὐ χωρεῖ, Urbs eum non capit, i. e. non capit ejus violentiam, Bud. Cui simile est hoc dictum in Philipp. [ap. Demosth. p. 118, 8] : Οὔθ' Ἑλλὰς οὔθ' ἡ βάρβαρος τὴν πλεονεξίαν χωρεῖ τἀνθρώπου. [Æschin. p. 77, 10 : Τὴν σὴν ἀηδίαν ἡ πόλις οὐκ ἐχώρει. Eurip. Hipp. 941 : Γαῖαν, ἣ χωρήσεται τοὺς μὴ δικαίους καὶ κακοὺς πεφυκότας.] Aristoph. [Nub. 1238] : Ἐξ χοᾶς [χοᾶς] χωρήσεται, ubi observa etiam fut. med. In Epigramm. lib. 2 quidam ἀνώνυμος [Anth. Pal. 11, 298, 7] : Ξέστας γὰρ τριάκοντα μόνους λάγυνος τάδε [ὅδε] χωρεῖ. [Herodot. 1, 51 : Κρητὴρ χωρέων ἀμφορέας ἑξακοσίους· et similia de mensuris ib. c. 70, 192; 4, 81. Et 4, 61 : Γαστέρες χωρέουσι εὐπετέως τὰ κρέα. Athen. 4, p. 150, E : Σκηνὰς χωρούσας ἀνὰ τετρακοσίους ἄνδρας. Diog. Sinop. ibid. 11, p. 467, D : Δεῖνος χωρῶν μετρητήν· et similia Theophil. ibid. p. 472, E, Phylarch. 4, p. 142, D. Ælian. N. A. 3, 34; 5, 3, etc. Lxx Paral. 2, 4, 5 : Χωροῦσα μετρητὰς τρισχιλίους. Ev. Jo. 2, 6 : Ὑδρίαι χωροῦσαι ἀνὰ μετρητὰς β' ἢ γ'· 21, 25 : Οὐδὲ αὐτὸν οἶμαι τὸν κόσμον χωρῆσαι τὰ γραφόμενα βιβλία.] Interdum vero ea metaphora usurpatur χωρῶ, qua a Latinis Capax, quum dicitur de animo. Philo De mundo : Καὶ μυρία ἄλλα, ἃ διὰ μέγεθος ἀνθρώπινος λογισμὸς οὐ χωρεῖ; Quæ tam magna sunt ut humana ratiocinatio eorum non sit capax, vel ea non capiat. Bud. autem vertit, eodem sensu, Quæ magnitudine sua excedunt humanæ ratiocinationis modum. [Id. vol. 1, p. 362, 10 : Οὐδὲ τῶν δωρεῶν ἱκανὸς οὐδεὶς χωρῆσαι τὸ ἄφθονον πλῆθος, similiterque vol. 2, p. 218, 28. Clem. Al. p. 763. Wakef.] Tale est ap. Matth. 19, 11 : Οὐ πάντες χωροῦσι τὸν λόγον τοῦτον, ἀλλ' οἷς δέδοται, (et versu proxime sequenti, Ὁ δυνάμενος χωρεῖν, χωρείτω,) Non omnes sunt capaces hujus dicti, i. e. Non omnium mentes sunt capaces hujus dicti. [Ælian. V. H. 3, 9 : Τοσοῦτον ἀνδρεῖος ὅσον αὐτῷ καὶ ἡ ψυχὴ χωρεῖ.] Apud Phocyl. autem cum infin. [83] : Οὐ χωρεῖ μεγάλην διδαχὴν ἀδίδακτος ἀκούειν, quæ construct. rara est. [Longin. De subl. 9, 9, de Mose : Ἐπειδὴ τὴν τοῦ θείου δύναμιν κατὰ τὴν ἀξίαν ἐχώρησε, i. e. Quum animo complexus esset.] Invenitur alioqui et ap. Dionys. Areop. Χωρῶ, inquit Bud., Sum capax, i. e. Sufficio aliquid facere vel intelligere. [Cum infinitivo] Dionys. Areop. : Οὔτε ἱκανῶς νοῆσαι τὰ θεῖα χωροῦμεν, Non sufficimus, Non possumus. [Lxx Genes. 13, 6 : Οὐκ ἐχώρει αὐτοὺς ἡ γῆ κατοικεῖν ἅμα. Ælian. V. H. 1, 3 : Οὐ γάρ οἱ χωρεῖ περιλαβεῖν τοσοῦτον τὸ στόμα. Epist. Socr. 30, p. 39 : Βουλοίμην δ' ἂν χωρῆσαι τὸ βιβλίον ἀναμνῆσαι τὰς ... προφάσεις. Aliter ib. 14, p. 19 : Ἡμῶν οἰομένων αὐτοὺς τὰς τέχνας ... καταθέσθαι, ἔτι μᾶλλον ἐχώρησαν τοῦ κακὰ ἡμῖν παρέχειν.] At vero ap. Synes. cum illa accusativi constructione Idem vertit Capacem esse, et Suspectum esse : Ὁ δὲ Ἀλέξανδρος, εἰ μὴ θῆλυς, ἀλλὰ θηλυδρίας ἦν, καὶ τὴν αἰτίαν ἐχώρει, Capax erat ejus criminis, Suspectus erat criminis quod ei objiciebatur. Ego malim, Cadebat in eum hoc crimen, vel, Cadebat in eum suspicio illius criminis. Equidem quamcunque interpret. quis dederit verbo χωρεῖν hoc in l., eandem aut similem dandam esse dico in isto Plutarchi in Lycurgo [c. 13] : Ἐπαμινώνδαν εἰπεῖν λέγουσι περὶ τῆς ἑαυτοῦ τραπέζης, ὡς τὸ τοιοῦτον ἄριστον οὐ χωρεῖ προδοσίαν, ubi quidam reddunt, Tale prandium non admittit proditionem. Ego malim, Non est capax proditionis. Vel, Non cadit in tale prandium proditio. I. e. Non cadit in hominem tali prandio contentum proditionis suspicio. Sed festive hic usurpatur verbum χωρεῖ, perinde ac si diceretur largiore prandio opus esse, ut proditionis capax esse posset. Interdum χωρῶ redditur etiam Comprehendo, Percipio. Itidemque pass. Χωροῦμαι, Comprehendor, Percipior. Greg. Naz., de Christo loquens, et rationem reddens cur homo sit factus : Ἵνα χωρηθῇ διὰ σώματος σώμασι, ἄλλως οὐκ ἂν χωρηθείς. Ex Eod. : Ἵνα χωρῆται τὸ καθαρὸν καθαρότητι. At vero quum dicitur deus οὐ χωρεῖσθαι ἐν τόπῳ, significatur Non contineri, pertinetque potius ad χωρῶ quod est Capio. || Χωρεῖ impersonaliter etiam positum, proxime præcedentem signif. sequitur. Aristot. H. A. 9, [40] : Καὶ τοὺς κηφῆνας ἀποκτείνουσιν, ὅταν μηκέτι χωρῇ αὐταῖς ἐργαζομέναις· εἰσὶ γὰρ ἐν μυχῷ σμήνους, Quum jam locus non est, ὅταν χώρα οὐκ ᾖ, Quum jam ipsis opificibus locus capax non est opificii, h. e. ὅταν μηκέτι τὰ χηρία χωρῇ τὸ

μέλι. Eodem modo ἐγχωρεῖ impersonaliter dici solet, Bud. [Ælian. V. H. 1, 32: Ὡς ἥδη ἐχώρει, ταύτῃ τιμήσας.]

[Χώρη. V. Χώρα.]

Χώρημα, τὸ, Capacitas, Receptaculum, ut ἔλυτρον, τὸ ὑγρὸν χώρημα, Bud. Redditur etiam Alveus, VV. LL. Additurque, χώρημα ἔχειν πρὸς ἀνάπαυσιν, ap. Constant. Geopon. 4, [1, 16], nisi leg. sit χώρισμα, dici vites arbustivas, quæ arboribus adhærentes antea, tunc cuneo interposito separatæ, velut secessum ac torulum habent, in quo conquiescant. [Philo Byz. De sept. mir. c. 4. Herch. Ammon. p. 81: Ἔλυτρον τὸ ὑγρῶν (sic Valck. pro ὑγρὸν) χώρημα. Etym. Gud. p. 562, 13: Δηλοῖ τὸ χάος τὸ μέγα καὶ ἀπέραντον χ. Etym. M. p. 534, 20: Τὸ βαθὺ καὶ κοῖλον χ. Improprie Psellus p. 55, 3 ed. Boiss.: Πίθοι (πεποίηνται τῷ ποιητῇ) ὅτι χωρήματά εἰσιν αἱ ψυχαὶ διαφόρων ἐνεργειῶν τε καὶ ἕξεων. Similiter χ. τοῦ πονηροῦ δαίμονος ἡ ψυχὴ ap. Porphyr. Ad Marcell. p. 36, 37. G. D. Proprie Galen. vol. 19, p. 454, 17: Χώρημά ἐστι (τὸ χόριον) τοῦ ἐμβρύου. Figurate de capacitate s. facultate ingenii Greg. Nyss. t. 1, p. 64, C; 240, D; 557, A; 686, B. Epiphan. t. 1, p. 658, D, τὸ ἐν τῷ Ἀποστόλῳ τῆς γνώσεως βαθύτατον χ. Hase.]

[Χωρηνὴ, ἡ, Chorena, regio Parthiæ. Strabo 11, p. 514, ubi libri aliquot χωαρινὴ, Salmasius Χωρηνή. Χοαρηνὴ est apud Isidor. in Mülleri Geogr. vol. 1, p. 244, 251. Χοροανὴ ap. Ptolem. 6, 5, p. 400, 1. *Choara* ap. Plin. H. N. 6, 17. Hodiernum nomen *Chawar* comparavit Ritterus Geograph. vol. 8, p. 118.]

Χώρησις, εως, ἡ, ipsa Capiendi actio, in ea verbi Capere signif., qua dicitur aliquid esse capax. Redditur in VV. LL. Capacitas. [Legitur ap. Hesych. s. v. Χάσις, sed corruptum ex χώρισις. V. Χάσις. G. D. Macar. Homil. p. 47, 28. Jul. Afric. Cest. p. 314, 21. Theolog. arithm. p. 34, 2, τὴν ἐπ' ἄπειρον χ. Hase. || Heliodor. 6, 5: Τὴν ὁμόσε χώρησιν πρὸς τὸ δεινὸν τῇ ψυχῇ. Hoc est quod antiquiores scriptores per infinitivum ὁμόσε χωρεῖν exprimere solent, Obviam ire, Resistere.]

[Χωρητέον, Procedendum. Dionys. A. R. 1, 56: Προσωτέρω χ. Apollon. De pronom. p. 321, C: Ἑξῆς ἐπὶ τὰς κατὰ μέρος χ. G. D. Jo. Tzetz. Alleg. Il. II, 161 et 184 Boiss. Greg. Naz. t. 1, p. 203, B, πᾶσι πρότερον ὁμόσε χ. ἢ, Prius adversus omnia cominus feramur quam ut. Hase.]

[Χωρήτης vitiose pro χωρίτης, quod v.]

Χωρητικὸς, ἡ, ὸν, Qui talis est ut capere possit, s. capax esse possit. Aut etiam simpliciter, Capax. [Ælian. N. A. 2, 11, p. 34, 28: Ἄνθρωπος ζῷόν ἐστι λογικὸν καὶ νοῦ καὶ λογισμοῦ χωρητικόν. Plut. Mor. p. 966, E: Μόνιμον καὶ χ. τὸ τοιοῦτο. Etym. M. p. 649, 22: Χωρητικὸς τῆς λύπης. Phot. Lex. p. 536, 1: Ἄγγος χωρητικὸν οἴνου.] Greg. Naz.: Κοιλία χωρητικὴ καὶ ἀναδοτικὴ τῶν τροφῶν. Apud Eund., Ὅλου θεοῦ χωρητική. [Jo. Damasc. t. 1, p. 440, E, ἀγγεῖον ἑνὸς μοδίου χ. Athanas. t. 2, p. 414, E, ἐν χ. σκεύει. De mente Hermes Trismeg. p. 27, 7 Parthey., χωρητικὸς τῶν πάντων. De fidelibus quibus capiendi facultas est Basil. t. 1, p. 340, C; 664, A; t. 2, p. 37, C; 219, C. Id. t. 1, p. 302, B, χωρητικοὺς τῆς θείας χάριτος. Orig. t. 3, p. 538, A, τοῖς χ. γινομένοις. Proprie Sext. Emp. p. 158, 1, chaos esse τὸν τόπον ἀπὸ τοῦ χωρητικὸν αὐτὸν εἶναι τῶν ἐν αὐτῷ γινομένων. Hase. || Adv. Χωρητικῶς ap. Suidam s. v. Χανδόν. Vitiose scriptum pro χωρεῖ τις ὡς notavimus supra p. 1478, A, ex Apoll. Lex. Hom.] At vero Χωρητικῶς, quod VV. LL. ex Polluce afferunt pro Capaciter, mendose scriptum esse, antea [infra s. v. Χωριτικός] docui, et pro eo reponendum esse Χωριτικῶς, quod significabit Rustico more, Rustice; sicut χωρίτης Rusticum significat. Sic in aliis plerisque ll. contigit, ut vulgarium Lexicorum consarcinatoribus levis error gravis erroris occasionem præberet.

Χωρητὸς, ἡ, ὸν, Qui capi potest, Cujus aliquid capax esse potest. Et metaph. ex Greg. Naz.: Ὡς τηνικαῦτα ὡρίμου καὶ χωρητῆς ἤδη τυγχανούσης τῆς γνώσεως τοῦ θεοῦ, Quum jam capi et intelligi posset, Bud. Ex eodem Greg. affertur, Οὐ χωρητῆς οὔσης ἀνθρώποις οὐδὲ φαντασίας θείας, Quum ne Dei quidem imaginatio humano ingenio concipi posset. [Apud schol. Pind. Ol. 6, 141, ἕνι χωρητὸν vitiose pro ἐγχωρεῖ τὸν, quod restituit Bœckhius, recte, nisi quis malit ἐνεχώρει τόν. G. D. Origen. t. 3, p. 680, C. Theodoret. Gr. aff. cur. p. 100, 8; 415, 12 Gaisf. Laurent. Rut. Vita Moysis Æth. Actt. SS. Aug. t. 6, p. 209, B. Niceph. Antioch. Laud. Sym. Styl. ibid. Maii t. 5, p. 369, B, θαῦμα οὐ χ., Incomprehensibile. Athanas. t. 2, p. 292, C, ἀπόκρισις ὀλίγοις τῶν ἐπὶ γῆς χωρητὴ, Quam pauci mortales capere possunt. Jo. Chrys. t. 1, p. 20, C, φῶς θνητοῖς ὄμμασι χ. Hase.]

[Χῶρι. V. Χωρίς.]

[Χωριάζω.] Etiam verb. Χωριάζω ad χωρίον pertinet, utpote significans Rusticor. [Sic Lexicon Septemv.] Illo autem usum puto Herodot. [Hoc neque Herodotus nec quisquam alius dixit. Fictum videtur ex composito ἐπιχωριάζω.]

[Χωριαμὸς, ὁ. HSt. s. v. Χωρίον:] Quod autem ap. eum [Hesych.] subjungitur vocab. Χωριαμὸς, et exp. κίστη, vereor ne sit pro Φωριαμὸς, de qua voce suo loco dictum fuit. [Defendit Lobeck. Pathol. Proleg. p. 155, collatis aliis quibusdam exemplis literarum φ et χ permutatarum.]

[Χωριάτης. V. Χωρίτης.]

Χωρίδιον, τὸ, dimin., Agellus, Prædiolum. Plutarch. De exil.: Τρισχιλίων δραχμῶν χωρίδιον ἐωνημένον. [Id. Mor. p. 778, C: Τὸ Ἀντισθένους ἐκεῖνο χ. V. Caton. maj. c. 2: Τοῦτο τὸ χ. αὐτὸς ἔσκαπτε. «Eunapius p. 27=465, 1 ed. ult.» Boiss. Philostrat. p. 269, 18 Westerm., τὸ χ. ἐξείλετο. Tit. Opunt. C. I. vol. 1, p. 856, n. 1755, 7, ἐχαρίσατο διὰ τοῦ θεοῦ τῇ γερουσίᾳ χ. Hase.] Lysias [p. 154, 27] dixit etiam χωρίδιον μικρόν.

Χωρίζω, Seorsum pono, Separo, Sejungo s. Abjungo, Segrego, Secerno; interdum et Discerno, Distinguo, Dirimo, Dispesco. [Verbum orationi pedestri fere proprium non legitur apud Epicos et Lyricos veteres. Ex Tragicis solus eo usus est Euripides, nec Comicorum exempla afferuntur præter Menandri ap. Stob. Flor. 74, 27: Θᾶσσον μὲν οἰστοῦ καὶ πτεροῦ χωρίζεται· et compos. διεχώριζον ap. Epicratem Athen. 2, p. 59, D. Activum est ap. Eurip. Phœn. 108: Χωρίζουσιν ἀλλήλων λόχους· Hec. 769: Τῶν τότ' ὄντων χωρίσας τέκνων μόνον· Suppl. 937: Ποῦ θήσεις μνῆμα τῷδε χωρίσας; Ion. 1035: Ἰδίᾳ δὲ, μή τι πᾶσι, χωρίσας ποτὲ τῷ τῶν ἐμῶν μέλλοντι δεσπόσειν θρόνων. Frequentius ap. Platonem aliosque philosophos vel absolute positum vel cum genitivo constructum addita omissave præpos. ἀπό. Sic Plato Leg. 2, p. 663, A: Ὁ ... μὴ χωρίζων λόγος ἡδύ τε καὶ δίκαιον· 7, p. 802, D: Θηλείαις τε πρεπούσας ᾠδὰς ἄρρεσί τε χωρίσαι που δέον ἂν εἴη· Phil. p. 55, E: Πασῶν τεχνῶν ἄν τις ἀριθμητικὴν χωρίζῃ· Polit. p. 268, C: Χωρίσαντες ἀπ' ἐκείνων· pariterque in forma passiva, de qua infra. Infinitivo adjuncto Xen. Anab. 6, 5, 11: Τὴν μὲν ἐπὶ τὸ δεξιὸν (τάξιν) ἐπέτρεψεν ἐφέπεσθαι ἀπολιπόντας ὡς πλέθρον· ... τὴν δ' ἐπὶ τῷ μέσῳ ἐχώρισεν ἕπεσθαι.] Xen. OEc. [9, 8]: Ἐπεὶ δὲ ἐχωρίσαμεν πάντα κατὰ φυλὰς τὰ ἔπιπλα, εἰς τὰς χώρας τὰς προσηκούσας ἕκαστα διηνέγκαμεν, Hæc postquam omnia secrevimus, tum suo quæque loco disposuimus. Paulo ante dixerat, Χωρὶς δὲ καὶ τὰ κατὰ μῆνα δαπανώμενα ἀφείλομεν, δίχα δὲ καὶ τὰ εἰς ἐνιαυτὸν ἀπολελογισμένα κατέθεμεν, Quod menstruum esset, seposuimus; quod annuum quoque, in duas partes divisimus: ut Cic. interpr. p. 45 mei Lex. Cic. Idem vero Cic. quod Plato Phædone [p. 67, C] dicit: Χωρίζειν ἀπὸ τοῦ σώματος τὴν ψυχὴν, vertit Secernere animum a corpore, ut videbis ejusd. Cic. Lex. p. 122, 123. [Plato Rep. 10, p. 609, D: Ἕως ἂν τοῦ σώματος χωρίσῃ τὴν ψυχήν. Isocr. p. 133, D: Δεήσει χωρίζειν τοὺς οἰκειοτάτους ἀφ' ἡμῶν αὐτῶν. Omittimus exempla recentiorum, quorum alii sæpe, alii raro, alii nusquam hoc verbo usi sunt. Sic Dio Cassius semel ἀποχωρίζω, aliquoties διαχωρίζω dixit, nusquam vero simplici χωρίζειν usus est. Qui sæpe passivo usus est χωρίζεσθαι Polybius, semel activum dixit 5, 31, 4, χωρίζειν καὶ διαιρεῖν τὰς πράξεις (in historia scribenda). Χωρίζοντες ab grammaticis dicuntur veteres critici qui Homeri Iliadem ab Odyssea separa-

bant, i. e. ab diversis poetis scriptas esse judicabant: de quibus dixerunt Wolfius Proleg. p. 158, Grauertus in Niebuhrii Museo Rhen. vol. 1, p. 199 seqq., aliique plurimi qui de his carminibus disseruerunt.]

|| Passivum Χωρίζομαι [cujus multo frequentior quam activi usus est], Separor, Sejungor, Segregor, Secernor; [vel absolute positum, vel cum genitivo addita omissave præp. ἀπὸ constructum, ut activum. «Herodot. 1, 4 : Τὴν Εὐρώπην ἤγηνται κεχωρίσθαι, Separatam esse, Nihil ad se pertinere. 172 : Νόμοισι χρέονται κεχωρισμένοισι πολλὸν τῶν ἄλλων ἀνθρώπων· eademque structura cum perf. κεχωρίδαται ib. 140, et 2, 91. Semel cum dativo 4, 28 : Κεχώρισται οὗτος ὁ χειμὼν τοῖσι ἐν ἄλλοισι χωρίοισι γινομένοισι χειμῶσι, i. e. Diversa est hæc hiems. Schweigh. Eurip. Iph. T. 596 : Οὗτος ... θεᾷ γενέσθω θῦμα, χωρισθεὶς σέθεν· 1002 : Τούτου δὲ χωρισθεῖσ' ἐγὼ μὲν ὄλλυμαι. Id. in fragm. ap. Diodor. 1, 7, de cœlo et terra : Ἐπεὶ δ' ἐχωρίσθησαν ἀλλήλων δίχα. Plato Rep. 5, p. 453, C : Πλεῖστον κεχωρισμένην φύσιν ἔχοντας· 7, p. 524, C : Οὐ κεχωρισμένον, ἀλλὰ συγκεχυμένον τι ἑώρα· Leg. 10, p. 895, C : Ἐν κεχωρισμένῳ ἢ καὶ ξυμμιγεῖ· Polit. p. 304, E : Τοῦτο ... ἔοικε ταχὺ κεχωρίσθαι πολιτικῆς τὸ ῥητορικόν· Phædon. p. 69, B : Χωριζόμενα φρονήσεως· 97, B : Χωρίζεται ἕτερον ἀφ' ἑτέρου· Leg. 6, p. 676, A : Χωρισθέντα ἀπὸ πατρὸς καὶ μητρός. Xen. Cyrop. 6, 1, 8 : Οὐδὲ στρατευομένοις χωρίζεσθαι συμφέρει· Anab. 5, 4, 34 : Πλεῖστον τῶν Ἑλληνικῶν νόμων κεχωρισμένους.] Interdum cum ἀπὸ habente suum genitivum, interdum cum genitivo solum. Joseph. 1 : Ἀπὸ τῆς πόλεως χωρίζεται. [Isocr. p. 306, A : Χωριζομένους ἀπ' ἀλλήλων μὴ μόνον πολίτας ἀπὸ πολιτῶν, ἀλλὰ καὶ γυναῖκας ἀπ' ἀνδρῶν καὶ θυγατέρας ἀπὸ μητέρων. Isæus p. 73, 2, de uxore domo manuque mariti emissa : Ἵνα μὴ χωρισθείσης περὶ αὐτοῦ βουλεύσαιτο.] Isocr. Symm. [p. 177, C] : Ἃ δοκεῖ μὲν τὴν αὐτὴν ἔχειν δύναμιν, πλεῖστον δ' ἀλλήλων κεχώρισται, Plurimum tamen a se invicem disjuncta sunt et remota; vel etiam, Plurimum a se invicem dissident et discrepant. [Demosth. p. 623, 27 : Κεχωρισμένον τοῦ τι τοιοῦτον διαπράξασθαι· 1109, 6 : Κεχώρισται πλεῖστον τό τ' εἶναι καὶ τὸ τοῦτον φάσκειν· 1452, 10 : Ὁρᾶτε μὴ κεχωρισμένον ᾖ λόγον εἰπεῖν εὖ καὶ πράγματα προελέσθαι συμφέροντα.] Plato [Menex. p. 246, E] : Ἐπιστήμη χωριζομένη δικαιοσύνης, Scientia remota ab justitia, ut Cic. interpr. p. 126 mei Lex. Cic. Item ap. eund. Plat. Tim. [p. 31, B], Χωρισθὲν πυρὸς vertit Igni vacuum. Sic Greg. Naz.: Πῶς σαυτοῦ χωρίζῃ; Quomodo a teipso separaris? At Κεχωρίδαται, quod Ionicum est pro κεχωρισμένοι εἰσὶ, ap. Herodot. interpr. non solum Separati sunt, verum etiam Discrepant, Dissident, in hoc l. [1, 140]: Κεχωρίδαται τῶν ἄλλων, Ab aliis discrepant. [Χωρίζεσθαι, χωρισθῆναι, Abire, Discedere, absolute ap. Polyb. 3, 94, 9. Εἰς Χαλκίδα 5, 2, 8; ἐπὶ τῆς Ἰωνίας 33, 10, 8; τινὸς, Ab aliquo, 5, 111, 2; ἐκ τοῦ χάρακος 3, 90, 2. Ἐχωρίσθησαν ἀπ' ἀλλήλων, de pugnantibus qui nocte ingruente ab se invicem discedunt, 3, 110, 7. Mulier κεχωρισμένη ἀπὸ τοῦ ἀνδρὸς, Separata, repudiata a marito, 32, 12, 7. Schweigh.]

[Χωρικεία, ἡ, Rusticitas. Liber pœnitentialis in cod. Colbert.: Χρονίσαντα ἢ διὰ φύσιν, ἢ χωρικείαν, ἢ καὶ διαφόρους τρόπους. Ducang. Χωρικίας καὶ σαλείας in subscriptione codicis Evangel. ap. Montef. Palæogr. p. 61.]

[Χωρίκιος, ὁ, Rusticus. Tzetzes Epist. 24. Boiss.]

[Χωρικὸς, ἡ, ὸν, Rusticus. Schol. Hom. Il. O, 498 : Κλῆρος χωρικὴ περίκτησις καὶ οὐσία, ἐπεὶ οἱ πρῶτοι καταλαβόντες χώραν κλήρῳ αὐτὴν διενέμοντο. Pollux 4, 105 : Σχῆμα χωρικῆς ὀρχήσεως. Sic Bekkerus haud dubie ex codice pro χορικῆς. Qui χωρικὸς inter derivata ab χώρα memorat 9, 13. Ἰδίων ap. Aristoph. Pl. 907, per τῶν χωρικῶν, ἰδιωτικῶν explicat glossator Byzant. «In Gl. : Χωρικοί, Rustici. Anon. in Aristot. Rhet. p. 42 : Οἱ ἀπαίδευτοι καὶ χωρικοί. Synodus Calched. : Μετὰ φάλαγγος χωρικῆς τε καὶ ἑτέρων τινῶν. Synod. 6 Cpol. : Ἄνθρωπος χ. Chron. Pasch. de Remo et Romulo (p. 113, D vel p. 91, D ed. Ven.) : Ἤδρε τοὺς παῖδας χωρική τις βόσκουσα πρόβατα· et mox : Τὰς χ. βοσκούσας τὰ πρόβατα. Utitur etiam Euseb. H. Eccl. 6, 40, et Macarius Homil. 26, p. 352, 353. Theophan. Hist. p. 139, D.» Ducang. Aster. Homil. p. 31 ed. Ruben. Boiss. Perperam cusum ap. Callinic. Vita Hypatii Ruf. Actt. SS. Junii t. 3, p. 312, D, οἱ πέριξ χωριγοί· recte ib. p. 327, C, χωρικόν· 314, F et 335, A, χωρικοί· ib. χωρικῶν· 313, A, χωρικοὺς ἀσθενοῦντας. Hase. || Adverbium Χωρικῶς, sed corruptum, ut videtur, ex χωριτικοὺς est ap. Synesium, de quo dicetur s. v. Χωριτικός. Pollux 9, 13, ubi nunc legitur χωρικὸν καὶ χωρικὸς, fortasse scripserat, χωρικός καὶ χωρικῶς. G. Dind.]

Χωρίον, τὸ, Locus, sicut χῶρος, licet illud χωρίον diminutivi formam habeat. [Χωρίον μικρὸν ap. Plat. Hipp. maj. p. 282, E, et Isocr. p. 125, C; contra χ. μέγιστον ap. Thucyd. 2, 19. Antiquissima vocabuli exx. sunt ap. Herodotum, 2, 8 : Οὐκέτι πολλὸν χ. ... ἀλλὰ στεινή ἐστι (ταύτη) ἡ Αἴγυπτος· 10 : Τῶν ταῦτα τὰ χωρία προσχωσάντων ποταμῶν· 29 : Ἄναντες χ. Sed aliis quibusdam locis (2, 19; 3, 107; 4, 28; 5, 58) casus obliqui χωρίων et χωρίοισι librariorum errore, quem codicum dissensus arguit, illati sunt pro χωρέων vel χώρων et χώρῃσι vel χώροισι, ubi χωρίων non aptum est, velut 3, 107 : Πρὸς μεσαμβρίης ἐσχάτη Ἀραβίη τῶν οἰκεομένων χωρίων ἐστι, ubi libri meliores recte χωρέων. Nam locum aliquem Arabiæ recte quis dicat χωρίον, tota vero Arabia non χωρίον est, sed χώρα. Tragici hoc voc. non usi sunt, quod aut ignoravit aut non curavit Critias in dramate Πειρίθους inscripto, quod nonnulli Euripidi tribuerunt, ubi ἐν πρέποντι χωρίῳ dixit in versibus ab Sexto Emp. allatis p. 564. Frequentiora apud Comicos, plurima apud scriptores prosaicos exempla sunt. Sic Aristoph. Nub. 209 : Ὡς τοῦτ' ἀληθῶς Ἀττικὸν τὸ χ. Pac. 681 : Ὑπέρβολος νῦν τοῦτ' ἔχει τὸ χ. (i. e. τὴν πύκνα)· 972 : Ἐς ταὐτὸ τοῦθ' ἑστᾶσ' ἰόντες χωρίον (spectatores in theatro)· Lys. 287 : Ἀλλ' αὐτὸ γάρ μοι τῆς ὁδοῦ λοιπόν ἐστι χ. 743 : Ὅσιον χ. Pac. 283 : Ἐς τἀπὶ Θράκης χωρία. Henioch. ap. Stob. Flor. 43, 27 : Τὸ χ. τόδ' ἐστὶ πᾶν κύκλῳ Ὀλυμπία. Sæpissime ap. Thucyd. aliosque historicos de regionibus, urbibus, oppidis et locis quibusvis et amplioribus et minoribus. Sic Thucyd. 1, 12 : Ὧκισαν τῆς ἄλλης Ἑλλάδος ἔστιν ἃ χωρία· 2, 47 : Περὶ Ἀῆμνον καὶ ἐν ἄλλοις χ. De pago 2, 19 : Ἀχαρνὰς, χωρίον μέγιστον τῆς Ἀττικῆς τῶν δήμων καλουμένων· ubi χωρίον, quod diminutivum est, cum μέγιστον conjunctum offendisse videtur veterem correctorem, qui χῶρον posuit, quod est in codd. multis. Cum adjectivis multis, ut 1, 13 : Ἀφνειὸν ἐπωνόμασαν (οἱ ποιηταὶ) τὸ χωρίον (Corinthum)· χ. ἁλίμενον 2, 25; ἄπεδον 7, 78; ἀφανὲς 4, 29; δασὺ 4, 29; ἐπίκαιρον 6, 85; ἔρημον 1, 52; ἰσθμῶδες 7, 26; μετέωρον 4, 32; πρόσαντες 4, 43; στενόπορον 7, 73; στενὸν 7, 79; ὑψηλὸν 3, 98; χαλεπὸν 4, 9 (ut χωρίων χαλεπότης ib. 12), νοσῶδες Isocr. p. 388, D. G. Dind. Sic de regionibus Ælian. N. A. 3, 13, 15; 4, 24, 36, 60; 14, 8, etc.; sed de locis 12, 33 : Τὰ μὲν οὖν δοκοῦντα δέξασθαι οἷά τε χωρία (Capitolii) τοὺς ἐπιόντας σὺν ἐπιβουλῇ, πέφρακτο μέντοι ταῦτα. Herch.] Ponitur certe χωρίον pro Loco cum ab aliis, tum a Luciano, non raro : ap. quem legimus etiam χωρίον τῶν ἀσεβῶν, dictum de Tartaro [Apud Luc. V. H. 2, 23, non χωρίον τῶν ἀσ., sed dativus χωρίῳ legebatur, recte nunc in χώρῳ mutatus ex codd.] : sicut χῶρος τῶν ἀσεβῶν [Necyom. c. 12, et V. H. 2, 26] nominatus est in Χῶρος : ubi vel Locum impiorum, vel Sedem impiorum appellari posse doceo. Plut. De Herodoto : Τοῦτο μόνον τὸ χωρίον ἠξίωσεν. Ap. Xen. [Cyrop. 1, 4, 14] : Χωρία τὰ ἱππάσιμα, Loca campestria. [De loco domestico ib. 7, 5, 56 : Ἑστίας, οὗ οὔτε ὁσιώτερον χ. ἐν ἀνθρώποις οὔτε ἥδιον. Æschines p. 14, 13 : Χωρίον ... εἰ μή τι ἄλλο, ἐνταφῆναι ἀπολιπεῖν. De spatio quod taberna fœneratoris in foro occupat Demosth. p. 1111, 22 : Τοῦ ξύλου καὶ τοῦ χ. καὶ τῶν γραμματείων ... μίσθωσιν. Improprie de loco rhetorico s. opportunitate dicendi Lycurg. p. 152, 3 : Τῶν δεινῶν καὶ συκοφαντεῖν ἐπιχειρούντων ἔργον ἐστὶν ... ζητεῖν τὰ χωρία ταῦτα ἐν οἷς τοὺς παραλογισμοὺς κατὰ τῶν ἀγωνιζομένων ποιήσονται. || Χωρίον et τόπος conjuncta ap. Demosth. p. 675, 22 : Οὐκ ἐπὶ τῆς Θράκης τόπον οὐδένα οὐδὲ χωρίον. Plut. V. Camilli c. 31 : Χωρίων ἱερῶν καὶ τόπων ἁγίων· Mor. p. 57, A : Φυλαττομένους τὸ χ. τοῦτο καὶ τὸν τόπον. Τόπον χωρίου dixit Ignatius in

Epist. ad Rom. in Jacobson. Patr. Apost. vol. 1, p. 766 : Κατὰ ἀγάπην Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἥτις καὶ προκάθηται ἐν τόπῳ χωρίου Ῥωμαίων· ubi Pearsonus : « *In ipsa urbe Roma cum suburbiis.* Liban. In Dianam vol. 1, p. 233, 2 : Δυοῖν ὄντοιν σφίσι (Atheniensibus) πλείστου ἀξίοιν χωρίοιν, Πειραιῶς τε καὶ τῆς ἀκροπόλεως. Smyrn. Decret. p. 15 ed. Ox.: Τὸ χωρίον Παλαιμαγνησίων. Origen. In Joann. p. 159, E Huet. (vol. 4, p. 112, A ed. Ben.) : Ἐκεῖ τοῦ τόπου χωρίου παρακλήσεως. Non infrequenter nomen civitatis τῷ τόπῳ adjungitur, ut in Epistola Abgari ap. Euseb. H. E. 1, 13 : Ἐν τόπῳ Ἱεροσολύμων. » Vetus Ignatii interpres *in loco chori Romanorum*, quasi aut χώρου legerit idque pro nomine loci habuerit, aut χοροῦ, quod probavit Vossius, sed non aptum huic loco est nec comparandum cum eo quod Ignatius c. 2, p. 374, dixit, Ἵνα ἐν ἀγάπῃ χορὸς γενόμενοι ᾄσητε τῷ πατρί. || Sensu angustiore de locis in corpore humano, Themist. Or. 13, p. 166, C : Τῆς κεφαλῆς καὶ τῶν ὀμμάτων, ἵνα τὸ τῆς γνώμης καὶ νοῦ χωρίον καὶ οἰκητήριον. Plut. Mor. p. 38, A : Τῇ κακίᾳ πολλὰ χ. καὶ μέρη τοῦ σώματος παρέχει. Theophan. Noun. vol. 1, p. 400 : Ἐκ τῶν κατὰ τὸν στόμαχον ἢ τὴν γαστέρα χωρίων.] Affertur autem ex Thuc. de mari etiam dictum χωρίον. [Fortasse e locis qualis est 1, 30 : Τῆς θαλάσσης τῆς κατ' ἐκεῖνα τὰ χωρία.] Invenitur χωρίον de loco ea quoque in signif. qua dicitur Locus alicujus scriptoris. Athen. 1 [15, p. 671, F : Ἀρίσταρχος] ἐξηγούμενος τὸ χωρίον. Suidas : Σολοικοφανὲς χωρίον, τὸ δοκοῦν μὲν μετέχειν σολοικισμοῦ, μὴ μετέχον δέ. [Antiquissimum hujus usus exemplum est ap. Herodot. 2, 117, ubi post versus quosdam Homeri allatos pergitur : Κατὰ ταῦτα τὰ ἔπεα καὶ τόδε τὸ χωρίον οὐκ ἥκιστα· quod non scriptum esse ab Herodoto jam Valckenarius intellexit, quem secuti alii plura alii pauciora illius capitis verba ab interpolatore adjecta esse judicarunt, quemadmodum vocabulum τόπος Xenophonti Mem. 2, 1, 20, eadem illa significatione intulit novitii additamenti auctor, καὶ ἐν ἄλλῳ δὲ τόπῳ φησὶ κτλ. Tanto frequentior utriusque hic usus vocabuli de locis scriptorum est apud grammaticos, scholiastas aliosque inferiorum temporum scriptores, ut γραφικὰ χωρία, Scripturæ sacræ loca, dicuntur in Epist. Ignatio inscripta p. 99 ab Valck. cit. Præiverunt tamen his quodammodo antiquiores scriptores cognato vocabuli usu, ut Thucyd. 1, 97 : Ἔγραψα αὐτὰ καὶ τὴν ἐκβολὴν τοῦ λόγου ἐποιησάμην διὰ τόδε, ὅτι τοῖς πρὸ ἐμοῦ ἅπασιν ἐκλιπὲς τοῦτο ἦν τὸ χωρίον, καὶ ἢ τὰ πρὸ τῶν Μηδικῶν Ἑλληνικὰ ξυνετίθεσαν ἢ αὐτὰ τὰ Μηδικά· ubi partem narrationis historicæ significat. Quæ verba ab Thucydide sumsit Arrian. Anab. 1, 12 : Ἦν Ἀλεξάνδρῳ οὐχ ἥκιστα τούτου ἕνεκα εὐδαιμονιστέος Ἀχιλλεὺς, ὅτι αὐτῷ γε Ἀλεξάνδρῳ, οὐ κατὰ τὴν ἄλλην ἐπιτυχίαν, τὸ χωρίον τοῦτο ἐκλιπὲς ξυνέβη οὐδὲ ἐξηνέχθη ἐς ἀνθρώπους τὰ Ἀλεξάνδρου ἔργα. Similiter etiam Lucian. De hist. conscr. c. 12 : Ἀριστόβουλος μονομαχίαν γράψας Ἀλεξάνδρου καὶ Ἡώρου καὶ ἀναγνόντα αὐτῷ τοῦτο μάλιστα τὸ χωρίον τῆς γραφῆς. Dio Cass. 55, 24 : Ἵν' ἑνὶ χωρίῳ πάντα ἀναγεγραμμένα ῥᾳδίως τὸν βουλόμενόν τι περὶ αὐτῶν μαθεῖν διδάσκῃ.]

|| Χωρίον, Locus munitus, (vulgo *Une place forte,*) Castrum, Castellum, Oppidulum, ap. Dem. sæpe et Plut., inquit Bud. Possint autem hujus signif. exempla hæc afferri. [Herodot. 1, 84 : Τῇ ἦν ἐπίμαχον τὸ χ. τῆς ἀκροπόλιος· ubi antea memoraverat partem acropolis ἀπότομον καὶ ἄμαχον. Xen. Anab. 4, 2, 1 : Συντίθενται τὴν μὲν νύκτα, ἣν λάβωσι τὸ ἄκρον, τὸ χ. φυλάττειν· et ib. 9 et 12. Cyrop. 5, 3, 12 : Εἰ προσβάλοιμι πρὸς τὰ χωρία αὐτοῦ· 13 : Ὑποχείριον ποιῆσαι τὸ χ. Κατάληψις χωρίων Plat. Gorg. p. 455, B; Rep. 7, p. 526, D; Leg. 8, p. [830, E.] In Epist. Philippi [p. 162, 5] : Καταλαβόντες Ἁλόνησον, οὔτε τὸ χωρίον οὔτε τοὺς φρουροὺς ἀπεδίδοσαν. Aristot. Polit. 2, [c. 4, 10] : Αὐτοφραδάτου μέλλοντος Ἀταρνέα πολιορκεῖν, ἐκέλευσεν αὐτὸν, σκεψάμενον ἐν πόσῳ χρόνῳ λήψεται τὸ χωρίον, λογίσασθαι τοῦ χρόνου τούτου τὴν δαπάνην. Plut. [Mor. p. 181, B] : Ἀκούσας ὅτι τὸ μὲν χωρίον ὀυσάλωτόν ἐστιν, ὁ δὲ ἔχων αὐτὸ δειλός ἐστιν. [Non raro cum epithetis quæ locis vel natura firmis vel arte munitis conveniunt. Sic χ. ἐρυμνὸν ap. Thucyd. 5, 65; 8, 61; ἰσχυρὸν Xen. Hell. 2, 4, 2; 3, 1, 17, et 2, 11; καρτερὸν Thucyd. 5, 10 (ubi τὸ καρτερώτατον τοῦ χωρίου); 8, 38, Xen. Hell. 6, 2, 38, Diodor. 1, 56; ὀχυρὸν vel ἐχυρὸν Isocr. p. 131, C; 194, D; τετειχισμένον Xen. Anab. 7, 2, 36.]

Ψαθέα etiam, quod Hesych. exp. ψωμία, i. e. Offulæ, est a ψάω significante λεπτύνω, s. μικρύνω. Sunt enim tenues panis particulæ. [Infra Ψαφέα· ψωμία.] Sed forsan pro eo ψαθέα scrib. ψάθεα, ut sit a nomin. sing. ψάθος : nisi forte ψαθία potius legendum est. Ex quo ψάθος derivatur Ψαθαρὸς sive Ψαθυρός : (pro quo et Ψαδυρὸς scribitur :) quippe quod significet Friabilis, Qui in minutas particulas et quasi offulas friari potest : εὔθλαστος Hesychio, apud quem illa tria leguntur, ψαδυρὸν tamen exponentem et ἀσθενές : et ψαθαρὰ non solum ψαθυρὰ, εὔθλαστα, ἀσθενῆ, sed etiam ξηρὰ, σαθρά : forsitan quia quæ sunt ξηρὰ, ἀσθενῆ, et σαθρὰ, friari et comminui frangique possunt facilius. Galen. Comm. 3 in Hippocr. Prorrh. [vol. 8, p. 782] annotat, scripturam illam per ὁ, ψαδυρὰ, Atticis peculiarem esse et propriam : ψαθυρὰ vero per θ, ceteris omnibus Græcis communem : ψαθυρὰ autem κρέα vocari, τὰ τοῖς σκληροῖς καὶ ἰνώδεσι καὶ δυσδιαλύτοις καὶ δυσμασσήτοις ἐναντίως διακείμενα· μάλιστα δὲ, inquit, γίνεται τοιαῦτα τὰ καλούμενα πρὸς τῶν πολλῶν σαχνὰ, μίαν ἡμέραν ἢ δύο τιθέμενα μετὰ τὸ σφαγῆναι τὸ ζῷον· quæ a Græcis ait vocari ἔωλα : et ἐωλίζειν itidem ab Iisd. dici τὸ οὕτως προσήπειν, (quod Προσήπειν plane videtur esse quod dicimus *Mortifier :* unde dicimus *De la chair mortifiée :* qua in signif. illud ἔωλον, ut opinor, usurpare possumus :) ψαδυρὸν s. ψαθυρὸν, inquit Gorr., dicitur Edulium s. Aliud quidvis quod tenerum et friabile sit, quodque in se, ut scribit Galen. 3 De alim., nihil lentoris neque pinguedinis continet. Id idem Galen. κραυρὸν etiam appellat Meth. Med. 11. Aristot. autem θραυστὸν Meteor. 4, [9]. Tale autem in ciborum genere maxime est quod diem unum vel duos ab jugulato animali repositum est : ἔωλον id Græci vocare consueverunt, quasi biduanum vel triduanum, et ἐωλίζειν, ita ante putrefacere. Gaza ψαθυρὸς ap. Aristot. vertit modo Arenidus, modo Arenulentus, modo Arenæ conditioni similis : alii non solum Friabilis et Qui facile teritur, sed etiam Contracta siccitate fragilis : Hermol. Asperso situ obductus : Ruellius, Cano situ obductus, Squalore obsi-

tus. Sed merito ea interpretatio a Marcello rejicitur, qui interpr. Friabilis, ap. Diosc. 1, 8, de styrace: Φαῦλος δὲ ὁ μέλας καὶ ψαθυρὸς καὶ πιτυρώδης. Pro quibus Plin. habet, Placet maxime pinguis, purus albicantibus fragmentis: non verbum verbo reddens, sed pinguem opponens τῷ ψαθυρῷ: cui Aristot. opponit γλίσχρον Meteor. 4, [9] ubi scribit, Γλίσχρον δ' ἐστὶν ὅταν ἕλκτὸν ᾖ ὑγρὸν ὄν, ᾖ μαλακόν· ὅσα δὲ μὴ τοιαῦτα, ψαθυρά· quæ sc. non possunt ἐπὶ πολὺ ἐκτείνεσθαι καὶ συνιέναι uti catenæ. Itidemque Probl. 21, 2. Idem in H. A. [3, 1, 10 et 17] τὰ τῶν ἰχθύων ὠὰ vocat ψαθυρὰ, quoniam et ipsa γλισχρότητος omnis sunt expertia, et, ut Gaza vertit, arenida. Et in libro De sensu [c. 4]: Ψαθυρὸν ὕδωρ, ἔλαιον δὲ γλίσχρον. Et Theophr. C. Pl. 2, [4, 12, de terra]: Ἐπὶ ταυτὸ δὲ φέρονται καὶ ὅσοι φασὶ δεῖν πίειράν τε εἶναι καὶ μὴ παγώδη, μηδὲ πυκνὴν, μηδ' ἁλμυρὰν, ἀλλὰ ποτὲ μὲν ψαθυράν. [Ψαθυρωτέρα γῆ Geopon. 3, 3, 10; 9, 6, 2. Ῥίζαι ψαθυραὶ καὶ μαλακαὶ Theophr. H. Pl. 7, 9, 4. Id. De sensu § 73, p. 677: Τὰ ψ. καὶ εὔθρυπτα. Κραυρότερον per ψαθυρώτερον καὶ εὐθραυστότερον exp. Timæus Lex. p. 168.] Et Diphilus medicus ap. Athen. 2, [p. 69, F]: Ἡ δὲ σκληροτέρα καὶ ψαθυρὰ θρίδαξ, ἧττόν ἐστι καὶ εὐστόμαχος καὶ εὐκοίλιος· cui ibid. opp. ἡ τρυφερά. [Ib. p. 51, E, ex Phania Eresio: Τὸ μόρον ... διαφυὰς ἔχει ψαθυρὰς καὶ εὐχύμους. Ἄρτος ψ. Geopon. 2, 33, 1. De carnibus quæ tenerescunt, ap. Plut. Mor. p. 696, D, in lemmate problematis: Τίς αἰτία δι' ἣν ψαθυρὰ γίνεται τὰ χυτὰ ἐκ συκῆς χρεμαννύμενα τῶν ἱερείων.]

[Ψάθις, δ, Psathis, fluvius Sarmatiæ. Ptolem. 5, 8, p. 346, 2: Ψάθιος ποταμοῦ ἐκβολαί. Nam sic ex codd. correctum quod legebatur Ψάπος. In uno cod. Ψαθίου.]

[Ψάθος. V. Ψαθέα.]

[Ψαθυριανοὶ, οἱ. V. Ψαθυροπώλης.]

Ψαθύριον, τὸ, subst. est, significans Frustulum et minutam particulam ex friatura, vel Micam aut Offulam, veluti quum Athen. 14, [p. 646, C] ψωθία esse ait τὰ ψαθύρια. [Leont. Neapol. Vita Sym. Sali Actt. Julii t. 1, p. 165, A, οἰνάρια διάφορα καὶ ψαθύρια. Hase.]

[Ψάθυρμα, τό. HSt. s. v. Ψαθύριον:] Quo pertinet et Ψαθύρματα, quod Hesych. affert pro ἀποκόμματα.

[Ψαθυροπώλης, δ, Placentarum venditor. Socr. H. Eccl. 5, 23: Ἐκαλοῦντο δὲ οὗτοι (οἱ Ἀρειανοὶ) Ψαθυριανοὶ, ὅτι Θεόκτιστός τις ψαθυροπώλης, Σύρος τὸ γένος, διαπύρως τῷ λόγῳ τῷδε συνίστατο. Et paullo post, Τοῦ στρατηλάτου Ηλίνθα, τῆς Ψαθυριανῶν ὄντος αἱρέσεως.]

[Ψαθυρός. V. Ψαθέα.]

Ψαθυρότης, ἡ, Friabilis natura, Fragilitas ex siccitate: Aristot.: Ἡ γὰρ ψαθυρότης ὑπὸ ξηρασίας γίνεται· H. A. 4, [1]: Ψαθυρότης σομφὴ, quod interpr. Natura fungosa friabilisque. [Galen. vol. 6, p. 799, 2, κραυρότητα δὲ λέγω καὶ ψ. Hase.]

[Ψαθυρόω.] Ψαθυροῦσθαι, Friabilem fieri, Ita exarescere ut facile friari queat. Suidas pro Arescere s. Inarescere accipit; nam quum ψαθυρὸν exposuisset ξηρὸν, subjungit hunc ex [Aq. versione] Psalm. [101, 4] Davidis locum, Καὶ τὰ ὀστᾶ μου ὡσεὶ καῦσις ἐψαθυρώθη. [Aq. Josuæ 9, 5: Ἐψαθυρώθη, quod ἐπυρώθη scriptum in Catena Patr. Gr. vol. 3, p. 7, ex interpretatione. Ἐψαθυρώθη etiam Theodoreti p. 1316 auctoritas tuetur. Schleusn.]

[Ψαιδρός. V. Ψεδνός.]

Ψαιθὸν [?], Hesychio ὑποφοινίσσον.

[Ψαικάζω. V. Ψακάζω.]

[Ψαίκαλον. V. Ψάκαλον.]

[Ψαικαλοῦχος. V. Ψακαλοῦχος.]

[Ψαικάς. V. Ψακάς.]

[Ψαῖμα. V. Ψαίνυσμα.]

[Ψαινύθιος, ία, ιον.] Ψαινύθιον, Falsum, Vanum, Vile, Nullius pretii, Hesych. [qui exp. ψευδὲς, μάταιον, εὐτελὲς, φλύαρον, οἰκτρόν. « Ψαινάθιος ap. Chœrob. in Cram. Anecd. Oxon. vol. 2, p. 280, 3: Ψαινάθιον· αι δίφθογγος, τὸ ψευδὲς καὶ μάταιον. Fieri potest ut neutrum sincerum sit, sed ψαινυνθάδιος. Nam ut a μίνυνθα μινυνθάδιος, item a ψαίνυνθα, quo Lycophr. utitur v. 1420, ψαίνυνθα θεσπίζειν, duci potuit ψαινυνθάδιος. His lucem afferunt glossæ apud Hesychium circumjectæ: Ψαινύντες· ψωμίζοντες. Ψαίνυον· ἀχρεῖον. Ψαίνυσμα· ὀλίγον, quibus omnibus subjecta est Minuti significatio, stirpitus a primitivo ψάω, *frio*, tracta, unde transfertur ad id quod frivolum, vanum, falsum est. A ψάω igitur, unde ψήχω, ψώχω, ψωμύς, *frustum*, ψωμίζω, processit ψαίνυμι, ut a δάω δαίνυμι, et ψαινύσσω, ῥιπίζω, quo verbo idem Hesychius utitur ad interpretandum ψαίρω. Consonam vero, qua ψαίνυνθα, μίνυνθα et ὀλιγίνθα aucta sunt, sæpius ante terminationem θ— vocalibus ι et υ adjectam videmus.» Lobeck. Pathol. Proleg. p. 368. Quod Lycophro ψαίνυνθα adverbio usus est non impedit quominus adjectivum exstitisse credatur ψαινύθιος, quam formam etiam ψινύθιον confirmat, quod Hesych. et Suidas per φαῦλον explicant. Nec dubitandum quin Chœrobosco quoque ψαινύθιος sit restituendum. G. Dind.]

[Ψαίνυμι.] Ψαινῦντες [corr. ψαινύντες] Hesych. affert pro ψωμίζοντες, a verbo ψαίνυμι. [V. Ψαινύθιος.]

Ψαίνυον, Inutile, Nullius pretii, ἀχρεῖον, Hesych. [Forma suspecta pro Ψαινύθιον, quod v.]

[Ψαινύρω. Hesych.: Ψαινύρατο· διεσείσατο.]

Ψαίνυσμα et Ψαῖμα, τὸ, quæ Hesych. exp. ὀλίγον, ab eadem profecta esse origine [ab verbo ψάω] putari queant. (Sed ψαῖσμα ap. Eund. legimus, expositum σῖτον ὀλίγον.) [V. Ψαινύθιος.]

[Ψαινύσσω.] Ἀνεψαινυγμένως Hesych. exp. ἐσπουδασμένως, Diligenter. Idem tamen Ψαινύσσειν, unde hoc adverbium derivatum est, exp. ῥιπίζειν. [Comparanda cum his alia gl. Hesychii sic scripta in codice: Ψαινούζειν (corr. ψαινύζειν cum Salmas.)· διὰ ῥιπισμοῦ καταψύχειν· γὰρ δὲ καὶ δραπισμοῦ. Γὰρ δὲ καὶ recte Musurus in γράφεται δὲ καὶ mutasse videtur. Δραπισμοῦ haud dubie nihil aliud est quam διὰ ῥιπισμοῦ ex superioribus illatum pro verbo ab Hesychio posito quod excidit. Nam quod Kusterus conjecit γράφεται δὲ καὶ ψηνίζειν, ἐπὶ δρωπακισμοῦ, parum probabile. Hesychius fortasse scripserat γράφεται δὲ καὶ διὰ τοῦ η ψηνίζειν, si quid tribuendum Suidæ glossæ, qui ψηνίξαι per ξύσαι, σοβῆσαι explicat. G. D.]

[Ψαῖος, δ, n. pr. suspectum in inscr. Palmyr. ap. Bœckh. n. 4487, vol. 3, p. 229: Σεπτ. Ψαῖον τὸν πολίτην.]

[Ψαίρω. HSt. inter derivata a Ψάω:] Ψαίρω etiam ejusdem esse originis indicat idem Hesych., utpote qui ψαίρειν per ψαίειν exponat: addens tamen et has signiff., τινάσσειν, ῥιπίζειν, σύρειν, ἀσθενῶς τι ποιεῖν. Galen. autem in suo Lex. Hippocr. [p. 598] ψαίρειν exp. ἐννήχεσθαι, προσψαύειν, Innatare, Attingere: haud scio an respiciens ad Hippocr. Γυναικ. 2 [p. 655, 54], de vulvæ procidentia: Ἡ δὲ νοῦσος λαμβάνει ὁκόταν ἐκ τοκοῦ ἐοῦσα πονήσῃ ἢ ταλαιπωρήσῃ, ὥστε ψαίρειν τὰς ὑστέρας. Apud Eund. vero et de pulsu dictum hoc verbum legitur, eodem lib. [p. 643, 45]: Ἰδρὼς πουλὺς, σφυγμοὶ πρὸς χεῖρα ψαίροντες, βληχροὶ, ἐκλείποντες. [Quem locum exponens Erot. (p. 348) τοὺς μὴ εὐτόνους, ἀλλ' ἐκ διαλειμμάτων ἀσθενῶς πλήττοντας significare scribit, i. e. Non validos, sed per intervalla leviter ferientes. Idem quoque adscribit ἀπὸ τῶν ψαιρόντων ἀρμένων dici, i. e. A velis quum a ventis leviter attinguntur, nec æqualiter perflantur. Tunc enim vela interdum laxantur, interdum vero etiam implentur, quod ψαίρειν dicitur. Quam significationem attingit Suidas quum διαψαίρουσιν, διαπνέουσι, Perflant, Perspirant, exponit, additque ψαίρειν dici τὸ ἱστίον ὅταν ἐλαφρῶς διαπνέηται, Quum leviter perflatur, et ψαίρειν nautis dici τὸ πνεῖν. Foes. Conf. schol. Aristoph. Av. 1717. Per ἀσθενῶς τι ποιεῖν exp. Etym. M. p. 818, 40. De velis schol. Oppiani Hal. 2, 115: Τὸ ψαίρειν κυρίως ἐπὶ τοῦ ἱστίου, ὅτε μὴ εὐπλοεῖ εὐφόρῳ ἀνέμῳ· et schol. rec. Æsch. Prom. 394: Κυρίως ἡ λέξις ἐπὶ τῶν λαιφῶν τῶν χωρὶς ἀνέμων κινουμένων λέγεται· καταχρηστικῶς δὲ ἡ λέξις αὕτη καὶ ἐνταῦθα. (Nam Æschylus de leni alarum motu dixit, λευρὸν γὰρ οἶμον αἰθέρος ψαίρει πτεροῖς τετρασκελὴς οἰωνός.) Λέγεται δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ῥαθύμως καὶ ἀνειμένως ἀπαγόντων. Λέγουσι γὰρ οἱ ναῦται, ψαίρει τὸ ἄρμενον, ὅταν μὴ πολὺς ὁ ἄνεμος πνέῃ, ἀλλὰ προσψαύῃ, οὗ παράγωγον τὸ ψαύω. Quod ipsum in apographa plura illatum, ψαύει πτεροῖς. Nicand. Ther. 123: Πληϊάδων ... αἵ θ' ὑπὸ ταύρου ἁλκαίην ψαίρουσαι ὀλίζωνες φορέονται· ubi per κινούμεναι exp. schol. Lucian. Tragod. 315: Λιγὺ ψαίρει

κείνου περὶ δέρμα πίτυϊ, Stridule agitatur. Eunapius 77 (sive p. 486 ed. Paris.) Τῷ δημοσίῳ λουτρῷ τοῦτον καθήρατε ... ὥσπερ ἐμόν τινα παῖδα ψαίροντες. « I. e. Leviter abluentes, mulcentes, palpantes. » Wyttenb.] Significare porro et ταχύνω, Accelero, Festino, Propero, innuunt Suidas et Lex. meum vetus, dum inde derivant ψαρὸς, quod pro ταχὺς accipiunt. [Per ταχύνειν exp. Cyrillus in Matth. Gloss. vol. 2, p. 35, ubi in alio Lexico, quod Matth. memorat, additum, ἀπὸ τοῦ αἰψηρὸς, ὁ ταχύς. Σημαίνει καὶ τὸ ψαύειν καὶ τὸ κινεῖν.]

[Ψαῖσμα, τό. HSt. s. v. Ψαίω:] Rursum a ψαίω derivatum est Ψαῖσμα, quod Hesych. exp. σῖτον ὀλίγον.

[Ψαιστίον, τὸ, dimin. a ψαιστὸν, τό. Gætulici Anth. Pal. 5, 17: Σοὶ τάδε πέμπω ψαιστία καὶ λιτῆς δῶρα θυηπολίης.]

[Ψαιστὸν, τό. HSt. post ea quæ s. v. Ψαίστωρ dixit:] Hoc autem ψαιστὸς satis aperte [Suidas] ait vocari ἀπὸ τῆς τοῦ μύλου [μύλωνος codd.] περιψήσεως [Eadem leguntur in cod. Voss. Etym. M. p. 818, 41, ubi ἀπὸ τῆς μύλου παραψήσεως] : ψαιστὰ esse dicens ἄλφιτα ὑπὸ μύλης κατεψητισμένα, pro quo forsan scribendum κατεψηγμένα, Contusa sive Contrita [κατεψημένα Toupius, κατεψαισμένα Bernhard.] : item ἄλφιτα ἐλαίῳ καὶ οἴνῳ δεδευμένα, ἅπερ ἐπεθυμίων τοῖς θεοῖς, Farinas oleo et vino subactas, quæ adolebantur diis, ut in Epigr. [Gætulici Anth. Pal. 6, 190] : Καὶ ψαιστῶν ὀλίγων δρᾶγμα πενιχραλέον. Et rursum [Leonid. Tar. ib. 6, 390] : Ψαιστά τε πιήεντα καὶ εὐθήσαυρον ἔλαιον. Sic [Antiphanes] ap. Athen. 7, [p. 390, D] : Ἀγοράσας Λιβανωτὸν ὀβολοῦ τοῖς θεοῖς καὶ ταῖς θεαῖς Πάσαισι, τοῖς δ' ἥρωσι τὰ ψαίστ' ἀπονέμων. [Athen. 14, p. 660, A : Ὅμηρος τὸ ῥέζειν ἐπὶ τοῦ θύειν τάσσει, τὸ δὲ θύειν ἐπὶ τοῦ ψαιστὰ μεταδόρπια θυμιᾶν. Ψαιστὰ παρατίθεσθαι id. 15, p. 672, D. Βαλεῖν ψαιστὰ παρὰ ξοάνῳ Anth. Pal. App. 283, 6. Τιμᾶν θεοὺς λιβανωτοῖς καὶ ψαιστοῖς καὶ ποπάνοις Porph. De abst. 2, 6, et c. 7.] Et ap. Aristoph. Pl. [138] : Ὅτ' οὐδ' ἂν εἷς θύσειεν ἀνθρώπων ἔτι Οὐ βοῦν ἂν, οὐχὶ ψαιστὸν, οὐκ ἄλλ' οὐδὲ ἕν. [Ubi schol. rec. : Ἔστιν ἄλευρον ἐλαίῳ δεδευμένον· ἔστι δὲ τὸ κοινῶς λαλάγκιον. Ib. 1116, ubi schol. vetus : Πέμμα ἐστὶν ἢ εἶδος πλακοῦντος ἐκ σεμιδάλεως καὶ γάλακτος. Eustath. p. 1445, 58 : Ψαιστὰ, ἄλφιτα ὄντα κατὰ Παυσανίαν οἴνῳ καὶ ἐλαίῳ μεμαγμένα ἢ δεδευμένα.] Similiter ψαιστὴν μάζαν Galen. [Lex. p. 598] ap. Hippocr. [p. 542, 43; 554, 47; 555, 21] intelligit τὴν μέλιτι καὶ ἐλαίῳ πεφυραμένην : quoniam sc. et τὰ ψαιστὰ ita ἐδεύοντο. Alio autem nomine ejusmodi ψαιστὰ vocabantur κάμματα voce Laconica, teste Athen. 4, [p. 140], ubi et ipse ait ea fuisse ἄλφιτα ἐλαίῳ ἐῤῥαμμένα, Farinas oleo conspersas et imbutas. Possumus vero cum hoc neutro ψαιστὰ subaudire πέμματα, vel πόπανα. Suid. enim πέμματα quædam esse ait et Lex. meum vet. πόπανα : quod etiam addit, fuisse πλατύματά τινα στρογγύλα, significans fortasse illis verbis Liba lata et figuræ orbicularis. [Tim. Lex. p. 277 : Ψαιστά (non legitur apud Platonem)· οὕτως λέγονται τῶν σπλάγχνων κεκομμένων εἰς λεπτὰ μετὰ ἄρτου ἀπαρχαί τινες· ubi Ruhnk. : « Ælian. N. A. 17, 16 : Ἐνετοὺς ... τοῖς κολοιοῖς ἀποστέλλειν δῶρα, εἴη ἂν τὰ δῶρα ψαιστὰ ἅττα καὶ μεμιγμέναι μᾶζαι. Philostr. p. 611 : Ὡς ψαιστὸν καὶ δάφνης φύλλα τοῖς θεοῖς θυμιᾶσθαι. Lexicon rhet. (in Bekk. Anecd. p. 317, 26) : Ψαιστά· πόπανα, πλατύμματά τινα στρογγύλα στέατος εἰς θυσίαν γινόμενα. Quam gl. descripsit Etym. M. p. 818, 41, πλατύματα. »] Ceterum notandum est, in Lex. quodam vet., quod Cyrillus conscripsisse creditur, non cum diphthongo, sed ψιλῶς scribi ψεστὰ, itidemque exponi ἄλφιτα οἴνῳ καὶ ἐλαίῳ δεδευμένα. Quod si mendo caret, derivare poterimus a ψέω significante λεπτύνω, quod et ipsum ex hoc ψάω ortum tradunt grammatici, ut infra annotabo. [Idem vitium in edd. veteribus Hippocratis l. c. et Pollucis 1, 28. G. D. Philo vol. 2, p. 253, 27, ψαιστὰ καὶ χριθὰς καὶ τὰ εὐτελέστατα. Iamblich. De vita Pyth. p. 27, 49 Westerm., πόπανα καὶ ψ. καὶ κηρία. Hase.]

[Ψαιστώδης, ὁ, ἡ, ψαιστῷ (de quo v. s. Ψαιστόν) similis. Lex. rhet. in Bekk. Anecd. p. 313, 13 : Ὑγεία τί ἐστι; μαζίον τι ψαιστῶδες, ὅπερ ἐδίδοτο τοῖς θυομένοις.]

[Ψαίστωρ, ὁ, HSt. s. v. Ψαίω:] Unde Ψαίστωρ, et Ψαιστός. Quorum illud poni videtur pro ψηκτὴρ s. ψηκτήριος, Destrictorius, Derasorius, Detersorius, in hoc ap. Suid. ex Epigramm. [Phaniæ Anth. Pal. 6, 295] pentametro : Σπόγγον ἔχειν καλάμων ψαίστορ' ἀπὸ Κνιδίων· quem tamen non exponit.

Ψαίω quoque a ψάω esse derivatum, et eandem cum eo habere signif. patet ex composito Παλίμψαιστος, quod antiqua exempll. habent pro παλίμψηστος in l. quodam Plut. supra citato. Utitur autem eo verbo ψαίειν Hesych. in exponendo ψαίρειν, sed ambiguum quo significatu. [Porph. De abst. 2, 6, p. 54, 39 : Τὴν τροφὴν ψαίσασθαι· p. 55, 1 : Τῆς ψαισθείσης τροφῆς· et l. 5 : Τοῖς ψαισθεῖσι θυλήμασι.]

Ψᾰκάδιον, τὸ, dimin., Roris guttula, s. generalius Guttula, Stillula. Poliochus ap. Athen. 2, [p. 60, D] : Καὶ μύκης τις ἐνίοτ' ἂν ὤπτᾶτο, καὶ κοχλίας, γενομένου ψακαδίου, Ἠγρεύετ' ἄν· prodeunt enim cochleæ, quum prata et loca herbida irrigantur rore vel leni pluvia. [Theophr. C. Pl. 2, 9, 3 et 9, ubi cum δρόσοι conjunctum. Edd. vet. ψεκάδια, unde HSt. s. v. Ψεκάζω :] Unde dimin. Ψεκάδιον, τὸ, Guttula roris s. pluviæ, Theophr. C. Pl. 2. [Supra ψακάδιον habuimus.]

Ψακάζω [Ψακάς, ψακάζω, pariterque in derivatis omnibus veteres per α, non ε scripsisse grammaticorum testimoniis constat, etsi librarii recentiorem formam etiam veteribus Atticis sæpe intulerunt. Phrynich. in Bekk. Anecd. p. 73, 24 : Ψακάζειν· διὰ τοῦ α, οὐ διὰ τοῦ ε. Mœris p. 419 : Ψακάς Ἀττικοὶ, ψεκάς Ἕλληνες. Eustath. p. 1071, 9 : Ὅτι ἡ ψεκάς ὥσπερ καὶ τὸ ψεκάζειν καὶ διὰ τοῦ α γράφεται δηλοῦσι καὶ τὰ ψακαστὰ μύρα· et similiter p. 1625, 30], Roro, Rorem spargo, Roris guttas stillo, vel etiam generalius Stillo. [Hesych. : Ἐψάκασεν· ἔσταξεν.] At Nicophon comicus ap. Athen. 6, [p. 269, E] : Νιφέτω μὲν ἀλφίτοις, ψακαζέτω δὲ ἄρτοισιν, ὑέτω δ' ἔτνει, Ningat farina, roret panibus, pluat pulmento. [Aristophanis aliorumque exx. v. paullo post s. v. Ψεκάζω.] Item Rore s. aliis guttis aspergo, ῥαίνω, s. Rore aliisve guttis madefacio, Irroro. [Cyrillus : Ψακάζει· ῥαίνει. Unde corrigendus Hesych. apud quem Ψαικάζει· ῥάνει.] Itidemque pass. Ψακάζομαι, Rore aliisve guttis madefio, Irroror. Aristot. Rhet. 3, [11] de figura orationis quæ εἰκὼν nominatur : Εἰκάζουσι δ' οὕτως· οἷον πιθήκῳ αὐλητὴν, λύκῳ ψακαζομένῳ μύωπα· ἄμφω γὰρ συνάγεται. Quidam ibi λύχνῳ legunt pro λύκῳ, et ψακαζομένῳ accipiunt active pro Stillanti : qua in re eis non assentior. [De altera forma HSt. s. v. Ψεκάς :] Inde et verb. Ψεκάζω, Roro, Roris in modum minutis guttulis pluo. Aristoph. [Nub. 580] : Ἢ βροντῶμεν ἢ ψεκάζομεν. [Recte ψακάζομεν cod. Rav. Philostr. p. 186 : Λέγεται ὡς ὁ Ζεὺς ψεκάζοι. Dio Cass. 51, 17 : Ὑσέ τε γὰρ οὐχ ὅπως ὕδατι, ἔνθα μηδὲ ἐψέκασέ ποτε, ἀλλὰ αἵματι.] Aliquando ponitur et pro Stillo, Guttatim defluo, ut ψακάζω etiam pro στάζω accipi, supra docui. [Anacreont. 9, 5 : Πέλεια ... πόθεν μύρων τοσούτων ... πνέεις τε καὶ ψεκάζεις; ubi genitivus propter πνέεις positus est, quæ usitata hujus verbi structura.] Nec non pro Irroro, Rore s. Guttulis in modum roris minutis conspergo et madefacio, ut Gaza μαλακῶς ψεκασθέντα interpr. Irrorata leviter, in hoc l. Theophr. C. Pl. 6, c. ult. [19, 5] : Τὰ ἴχνη τῶν λαγῶν εὐσημότερα ψεκασθέντα μαλακῶς ὑπ' αὐτὴν τὴν κυνηγίαν. [Recte cod. Urb. ψακασθέντα. Vitiosum ψαικάζω et ψαικὰς v. supra et s. v. Ψακάς.]

[Ψάκαλον, τό. HSt. post ea quæ de formis vitiosis ψαικὰς et ψαικάζω dixit s. v. Ψακὰς apponenda :] Itidem vero et Ψάκαλον et Ψαίκαλον [hoc vitiose] ap. eundem Hesych. legitur. Itidemque Ψακαλοῦχος et Ψαικαλοῦχος. Est autem ei ψαίκαλον, ἔμβρυον, βρέφος. Et Ψαικαλοῦχοι, ψακάδας (forsan scrib. ψάκαλα) ἔχουσαι, quod est ἔμβρυα, Fœtæ matres, sicut ap. Eust. quoque legimus p. 777 : Ψάκαλα, τὰ ἔμβρυα, καὶ τὰ ἄρτι δὲ γεγονότα· ὅθεν καὶ ψακαλοῦχοι μητέρες παρὰ Σοφοκλεῖ. Et Aristoph. gramm. [ap. Eustath. p. 1625, 49] in libro quem Περὶ ὀνομασίας ἡλικιῶν conscripsit, eodem modo tradit ψάκαλα vocari ἔμβρυά τινα καὶ ἀρτιγενῆ δὲ, nec non ὀρταλίχους : unde esse ap. Soph. [fragm. 962], Ψακαλοῦχοι μητέρες αἶγές τ' ἐπιμαστίδιον γόνον ὀρταλίχων ἀναφαίνοιεν. Rursum ap. Hesych. legimus

Ψαικάλουχον, ἔμβρυον. Quod, si mendo caret, erit ἔμβρυον s. ψαίκαλον, τὸ ἔτι ἐν γαστρὶ ἐχόμενον. [Ψαίκαλον, τὸ ἀρνίον, inter nomina a ψαι incipientia est ap. Herodian. Epim. p. 154, eodem errore quo Hesychius ψαικαλοῦχον posuit, quod metro versus Sophoclei convellitur notæque non melioris est quam ψαικὰς et ψαικάζω, pro ψεκὰς et ψεκάζω, vel ψακὰς et ψακάζω scripta. Masculinum Ψάκαλος, ὁ, ex uno novimus loco Æliani N. A. 7, 47 : Τὰ δὲ τῶν ὀρνίθων καὶ τὰ τῶν ὄφεων καὶ τὰ τῶν κροκοδείλων ἔνιοι καὶ ψακάλους καλοῦσιν, ὧν εἰσι καὶ Θετταλοί. Nisi huic quoque ψάκαλα restituendum, ut ὀβρίκαλα dicuntur, non ὀβρίκαλοι, nisi quod ἰβρίκαλος, ὁ χοῖρος, a grammaticis quibusdam annotatum est. G. D. De voc. Ψάκαλον accurate egit Aug. Nauck. Fragm. Aristoph. Byz. p. 106, 126 et 153. Hase.]

[Ψακαλοῦχος. V. Ψάκαλον.]

Ψακὰς, άδος [quam antiquiorem formam esse, ab librariis sæpe in recentiorem ψεκὰς mutatam diximus s. v. Ψακάζω], ἡ, Ros, δρόσος. [De rore vel pluvia Philodem. Anth. Pal. 5, 120 : Νυκτὸς μεσάτης ... πυκινῇ τεγγομένη ψακάδι, ut Soph. Aj. 1208 dixit, Ἀεὶ πυκιναῖς δρόσοις τεγγόμενος κόμας. Δροσερὰς ψακάδας dixit Meleager Anth. Pal. 7, 195. Cum δρόσοι conjunxit Theophr. C. Pl. 4, 14, 3 : Ἐὰν ψεκάδες (corr. ψακάδες) ἢ καὶ δρόσοι πλείους γένωνται.] Item Stilla, Gutta, ῥανίς. [De pluvia stillatim cadente Herodot. 3, 10 : Ὑσθησαν αἱ Θῆβαι ψακάδι· ubi libri aliquot ψεκάδι vel ψεκάσι. Herodotum imitatur Aristid. vol. 2, p. 339, 1 : Τὰ κάτω τῆς Αἰγύπτου λαμπρῶς πολλάκις ὕεται· ψακάδι (sic codd. optimi pro ψεκάδι) μὲν γὰρ καὶ τὰ ἄνω πολλάκις. Ab ὁμίχλη distinxit idem vol. 1, p. 351, 7 : Ὁμίχλη τε κατέβη βαθεῖα καὶ ψακάς τις διέθει. Eurip. Hel. 2 : Νείλου ... ῥοαὶ, ὃς ἀντὶ δίας ψακάδος Αἰγύπτου πέδον ... ὑγραίνει γύας. Soph. fragm. 563 : Ὑπὸ στέγῃ πυκνῆς ἀκοῦσαι ψακάδος εὐδούσῃ φρενί. Sic ap. Stob. Flor. 59, 12, male ψεκάδος ap. Cicer. Ad Att. 2, 7. Theophr. C. Pl. 5, 10, 1 : Ὅταν ἐπούσης ὑγρότητος μετὰ τὰς ψεκάδας (corr. ψακάδας) ἐπικαύσῃ ὁ ἥλιος. Dio Cass. 75, 4 : Ψεκὰς ἐν αἰθρίᾳ ἀργυροειδὴς ἐς τὴν Αὐγούστου ἀγορὰν κατερρύη. Geopon. 9, 17, 4 : Ψεκάδος γενομένης. Cum ὑετοὶ conjunxit Xen. Cyneg. 5, 4 : Οἱ ὑετοὶ κατακλύζουσι καὶ αἱ ψακάδες. Cum νιφετὸς conjunxit Plut. Mor. p. 596, C : Ψεκάδι λεπτῇ μεμιγμένον νιφετόν. Ψακάδες et ὑετὸς quomodo differant docet Aristot. Meteor. 1, 9 : Ὅταν κατὰ μικρὰ φέρηται, ψακάδες, ὅταν δὲ κατὰ μείζω μόρια, ὑετὸς καλεῖται. Ib. c. 12 : Ὥσπερ αἱ ψακάδες ἄνω ὀχοῦνται διὰ μικρότητα. Et ib. : Ψακάδες πολὺ μείζους ἐν ταῖς ἀλεεναῖς γίνονται ἡμέραις ἢ ἐν τῷ χειμῶνι. LXX Job. 24, 8 : Ἀπὸ ψεκάδων ὀρέων ὑγραίνονται· ubi de inundatione dictum est. Legitur etiam apud alios V. T. interpretes Deuter. 32, 2; Psalm. 64, 11; 71, 6; Mich. 5, 7; Cant. 5, 2. Proverbii speciem habet quod Themist. Or. 8, p. 112, C, dixit : Τὰς ἀναγκαίας ἀφορμὰς ἀφαιρούμενον τῶν πολλῶν ποταμοῖς ἐπιρραίνειν ψεκάδας· et 2, p. 28, D : Τὰ χρήματα τὰ ἐμὰ ... ἐλάττω ἢ ψεκὰς πρὸς τὸν ὠκεανόν. De gutta sanguinis Æsch. Ag. 1390 : Βάλλει μ' ἐρεμνῇ ψακάδι φοινίας ὀρόσου· ubi rectam scripturam servavit cod. Med., neglectam v. 1534, ubi male ψεκάς. Simonides Anth. Pal. 7, 443 : Ὀϊστοὺς λοῦσεν φοινίσσᾳ θοῦρος Ἄρης ψακάδι. Dio Cass. 60, 35 : Ἡ ψεκὰς ἡ αἱματώδης.] Metaphorice Aristoph. et proverbialiter Pac. [120] : Ἔνδον δ' ἀργυρίου μηδὲ ψακὰς ἦν πάνυ πάμπαν, Pecuniæ ne gutta quidem, s. ne mica quidem; nam et hoc proverbii genere utuntur : intelligentes τὸ μικρότατον, quod νιφὰς etiam vocatur, inquit schol., pro μηδὲ ὀβολοῦ ὄντος ἡμῖν διὰ τὸν πόλεμον. [Anth. Pal. 12, 145 : Κἀπὸ Λιβύσσης ψάμμου ἀριθμητὴν ἀρτιάσαι ψεκάδα.] Ab eodem Comico Antimachus quidam cognominatur Ψακὰς, quoniam sc. προσέῤῥαινε τοὺς συνομιλοῦντας διαλεγόμενος, ut testatur ipsius schol. : Ἀντίμαχον (inquit in Ach. [1150]) τὸν ψακάδος, τὸν ξυγγραφῆ, τῶν μελέων τὸν ποιητήν. [Addit schol. : Ἦν δέ τις καὶ Ὀλυμπιακὸς (Ὀλυμπικὸς ap. Suidam s. v. Ἀντίμαχος et Ψεκάς) καλούμενος Ψακὰς διὰ τοῦτο. Nomen pr. muliebre in Etym. M. p. 817, 10 : Ψακάς, ὄνομα αὐλητρίδος· οὕτω δὲ ἐκαλεῖτο, ἐπειδὴ ἀπὸ πότων θᾶττον ἀπέτρεχε, πρὸς ὀλίγον παραμένουσα. Ψακάς γὰρ ἡ ῥανίς· καὶ ψακάζει, ῥαίνει. || Pollux 6, 145 : Εἰς τὸν ὀλίγα ὑπ' ἀσθενείας λέγοντα ἄπορος, ἄλογος ... ῥανὶς, ψακὰς, ἰχθὺς κτλ. || « Psecas. Ancillæ, quæ delicatarum matronarum capillos medicato fuco conspergunt, hoc nomine appellatæ sunt. Ita ornatricem nominat Juven. 6, 489 : Nuda humeros Psecas infelix nudisque mamillis. Adde Ovid. Metam. 3, 172 : Excipiunt laticem Nepheleque Hyaleque Rhanisque et Psecas et Phiale, funduntque capacibus urnis. Inscr. ap. Reines. 1, 89 : Veneri sacrum Cassia I. L. Psecas. Fortasse ita appellatæ sunt ornatrices, quia comas mulierum levibus fuci aut unguenti guttis aspergebant, quod ψεκάζειν Græce est. Hinc *Psecade natus* dicitur qui humili est genere et servili. Cœl. ad Cicer. Ep. ad Fam. 8, 15 extr. Etiam viri, qui delicatiorum comas ornabant, psecades dicti, inscr. ap. Gud. p. 211, 2 : Arcelaus Psecas de porticu. Fuse hac de re Koolius et Hessel. in Indice inscrr. Gudianarum c. 8.» Forcellini.] Derivatur autem ψακὰς a ψάω significante λεπτύνω et μικρύνω, quoniam minutissimum et tenuissimum quiddam est ros, et guttula. [De altera forma HSt. infra :] Ψεκὰς quoque reperitur, quod ex ψέω derivatum putatur potius quam ex ψάω, ex quo præcedens ψακὰς, i. e. Ros, et Guttulæ roris. Aut generalius Guttæ et stillæ minutæ in modum roris. Aristot. De mundo [c. 4] : Ἡ τοῦ νέφους θλῖψις, ἠπία μὲν οὖσα, μαλακὰς ψεκάδας διασπείρει, Lenis et remissa nubis compressio molles spargit guttulas et stirias s. stillicidia, Bud. Et in proverbio Ψεκάδες ὄμβρον γεννῶσαι, Minutulæ guttæ imbrem parientes : de quo Erasm. Chil. Minutula pluvia imbrem parit. Item ap. Suid., Antimachus ὁ Ψεκὰς, qui supra Ψακάς. Exp. vero ψεκὰς etiam ipse, δρόσος, et Hesych. σταγὼν, ῥανίς. Poni ajunt et pro Aliis rebus minutis, ut est aurum inter arenam. Nec non ψεκάδας dictas volunt Ancillas quæ delicatarum matronarum capillos medicato fuco conspergebant. [De his omnibus supra dictum.] Ψαικὰς etiam dicitur pro ψακὰς, teste Suida et Hesych., qui per hoc ψακὰς, veluti notius, illud exponit, addens etiam ῥανὶς, Gutta, s. Stilla. Unde Ψαικάζει [vitiose pro ψακάζει vel ψεκάζει], ῥαίνει ap. Eosdem.

Ψάκαστος, ὴ, ὸν, Stillatitius, στακτὸς, ut Hesych. quoque ἐψάκαζε exp. ἔσταζε. Athen. 2, [p. 48, B] ex Ephippo comico : Λούομαι μύροις ψακαστοῖς. [Seqq. ex Indice.] Item ψακαστὸν μύρον, vide in Ψάγδας.

[Ψάκελον. V. Ψάκιον.]

[Ψάκιον, τό. HSt. inter derivata verbi Ψάω :] At Ψάκιον, quod Hesych. affert pro ἀραιὸν, μακρὸν, (pro quo fortassis scrib. μικρὸν,) nescio an hujus sit loci; significatione certe non est prorsus remotum. Non item Ψάκελον, quod idem Hesych. et Suid. exp. μέγα. [Corrupte ap. Hesych. μέσα.]

[Ψάκον, τὸ, Psacum, promontorium Cretæ. Ψ. ἄκρον ap. Ptolem. 3, 15, p. 245, 3.]

[Ψακροπόδης vitiose pro ψαυκροπόδης, quod v.]

[Ψάκτα, ἡ. Hesych. : Ψάκταν· τὴν ψωκτὴν μᾶζαν (ψώκτην μάζαν codex).]

[Ψακτήρ. V. Ψηκτήρ.]

[Ψάλαγμα, τό.] Porro a ψαλάσσω est verbale Ψάλαγμα, τὸ, Tactus, Contactus, ut Hesychio quoque ψαλάγματα sunt ψηλαφήματα. [Gl. fort. ad Æsch. Suppl. 296 referenda, ubi in colloquio de Jovis et Ius amoribus rex Argivorum quærit, μὴ καὶ λόγος τις Ζῆνα μιχθῆναι βροτῷ; cui chorus respondet, κἄκρυπτά γ' Ἥρας ταῦτα τῶν παλλαγμάτων· ubi in scholiis nihil annotatum præter αἱ περιπλοκαὶ, Hesychius vero ἐμπαλάγματα (codex ἐμπαλούγματα) per αἱ ἐμπλοκαὶ explicat, quam gl. editores Thesauri Londinenses (vol. 3, p. 852 ed. Par.) loco Æschyli admoverunt, ut ταῦτα τἀμπαλάγματα corrigi voluisse videantur, conjectura speciosa, sed tamen falsa, ut videtur. Nam nec παλάσσειν ejusque composita de consuetudine venerea a quoquam dicta sunt nec ἐμπλοκαὶ ab Hesychio positum, quod de nexu capillorum dici solet, aptum de complexibus amantium vocabulum est, qui περιπλοκαὶ potius dici solent, quod substituit scholiasta. Aptissimum vero est ταῦτα τὰ ψαλάγματα, præsertim de Jove cujus solo manus tactu Io gravida facta erat, quam fabulam similibus verbis tangit Æschylus Prom. 848 : Ἐνταῦθα δή σε Ζεὺς τίθησιν ἔμφρονα | ἐπαφῶν ἀταρβεῖ χειρὶ καὶ θιγὼν μόνον· | ἐπώνυμον δὲ τῶν Διὸς γέννημ' ἀφῶν | τέ-

ξεις κελαινὸν Ἔπαφον· ubi miserum versiculum, ἐπαφῶν ἁταρβεῖ χειρὶ καὶ θιγὼν μόνον, Tzetza quam Æschylo digniorem, ab interpolatore versum qui exciderat supplente illatum esse intellexit Elmslejus. De cithara pulsanda Tzetza in Cram. Anecd. Oxon. vol. 3, p. 342, 29 : Ἄδειν ὑπῆρχε πρὸς ψαλάγματα λύρας. G. Dindorf.]

[Ψαλάθριον vox nihili in cod. Palat. Anthol. ap. Jacobs. ad Anthol. vol. 7, p. 127.]

[Ψαλάκανθα, ἡ, Psalacantha. Photius Bibl. 150, 24, in excerptis ex Ptolem. Hephæst. : Ὅτι τὸ « χαῖ Προκλέους ἵπποι χλωρὰν ψαλάκανθαν ἔδουσιν, » ἀγνοηθὲν Καλλιμάχῳ, Εὐβούλου ἐστὶ τοῦ κωμικοῦ εἰς Διονύσιον κωμῳδία· καὶ περὶ τῆς παρῳδήσεως τοῦ στίχου. Ἡ δὲ ψαλάκανθα βοτάνη ἐστὶν Αἰγυπτία, ἥτις ἵπποις περιαπτομένη νίκην παρέχει καὶ εὐδαιμονίαν. Φασὶ δὲ ὡς ἡ Ψαλάκανθα νύμφη ἐγένετο ἐν Ἰκαρίᾳ τῇ νήσῳ, ἥτις ἐρασθεῖσα Διονύσου συνέπραξεν αὐτῷ τὴν πρὸς Ἀριάδνην ὁμιλίαν, ἐφ' ᾧ καὶ αὐτῇ συγγένοιτο· καὶ ὡς Διόνυσος μὲν οὐκ ἠβουλήθη, Ψαλάκανθα δ' ἐπεβούλευσεν Ἀριάδνῃ, ὁ δ' ὀργισθεὶς μετεμόρφωσεν αὐτὴν εἰς τὴν πόαν· μεταγνοὺς δὲ ἐπὶ τιμῇ τοῦ φυτοῦ τῷ Ἀριάδνης αὐτὸ περιέθηκε στεφάνῳ τῷ κατηστερισμένῳ ἐν οὐρανῷ. « Hunc Ptolemæi locum respicit Suidas : Πτολεμαῖος Κυθήριος, ἐποποιός. Οὗτος ἔγραψε περὶ ψαλακάνθης. Ἐν τούτῳ δέ φησιν ὅτι βοτάνη ἐστὶ θαυμαστήν τινα δύναμιν ἔχουσα. Ex quo intelligitur quæ de Ptolemæo Cytherio grammaticus scripserat excidisse, reliquis autem οὗτος ἔγραψε etc., præfigendum esse Πτολεμαῖος Ἡφαιστίωνος. In versu Eubuli ratio irrisionis haud satis aperta est. Id unum scimus Proclem istum fuisse imperatorem Naxiorum patriamque prodidisse Dionysio olymp. 94, 2. » Meinek. Com. vol. 3, p. 219.]

Ψᾰλακτὸς, ἡ, ὸν, Tactui patens, Sub tactum cadens : Hesychio οὐκ ἀνερεύνητος, Non impervestigabilis. Quæ enim tactu percipi, eadem et pervestigari possunt. [Codex Ψαλακτόν· οὐκ ἀνεύρητον· in quo etsi ἀνερεύνητον, quod Musurus posuit, potius latere videtur quam ἀνεύρετον, mirum tamen est Hesychium negativa uti interpretatione. Huc accedit quod ψαλακτὸς nusquam reperitur, ἀψάλακτος vero ab Hesychio ex Sophocle (fragm. 495) annotatum est, per ἀκίνητος, ἀψηλάφητος, ἀκράτητος expositum, cui Aristophanis addendum exemplum est Lys. 274. Itaque suspicari licet errorem subesse Hesychii, qui sæpissime omittenda prima vocabulorum litera peccavit, veramque glossæ formam esse, Ἀψάλακτον· ἀνερεύνητον. Quod fortasse in οὐ ψάλακτον corruptum fuit, ut apud Æschylum Prom. 185, οὐ παράμυθον in cod. Mediceo scriptum est pro ἀπαράμυθον. G. Dind.]

[Ψαλάσσω. V. Ψαθάλλω.]

Ψᾰλίδιον, τὸ, Forficula, ut Plin. loquitur. A Polluce 7, c. 22 [§ 95] numeratur in mundo muliebri. [Ubi ψαλίδια veterum edd. vitium est pro ψαλίδα, qui est accus. nominis ψαλίς. Certum vero nominis exemplum est apud Procop. Hist. p. 468, in narratione de Alexandro Logotheta : Βυζάντιοι δὲ αὐτὸν καὶ ψαλίδιον ἐπίκλησιν ἐκάλουν, ὅτι δὴ αὐτῷ ῥᾴδιον ἦν ἀποτεμνομένῳ κύκλῳ τὸ χρυσοῦν νόμισμα ἔλασσον μὲν αὐτὸ ἐς ὅσον βούλοιτο ἐξεργάζεσθαι, φυλάσσειν δὲ καὶ ὡς τὸ κυκλοτερὲς σχῆμα ἐφ' οὗπερ τὸ πρότερον ἦν. Ψαλίδιον γὰρ τοῦτο καλοῦσι τὸ ὄργανον, ᾧ ταῦτά τις ἐργάζεται. Hujusmodi fraudem qui exercerent παραψαλιστὰς dictos esse s. h. v. ostendimus. G. D. Jo. Moschus Prat. spir. p. 1108, B : Φέρε τὸ ψ. ὧδε. Leont. Neap. Vita Sym. Sali Actt. SS. Julii t. 1, p. 142, E, ἀγαγὼν τὸ ψ. Hase.]

Ψᾰλῐδοειδὴς, ὁ, ἡ, Forfici s. Cameræ forficulatæ similis. Apud Medicos Ψαλιδοειδὲς sive Ψαλοειδὲς dicitur Corpus durum, tribus ceu arcubus conflatum, medium cerebri ventriculum sustinens : ita dictum ἀπὸ τῆς ψαλίδος, quæ Cameram et Testudinem significat : quoniam fornicis habet similitudinem, ne medius cerebri venter concidat. Gorr. [Galen. Anatom. 9, vol. 1, p. 196, 13, 14, 15, 16, 21 Bas. Angl. Oribas. t. 3, p. 279, 8, καμάριόν τε καὶ ψαλιδοειδὲς, quod vertit Daremb., *petite voûte et corps cintré*. Philo Belop. in Mathem. vett. p. 81, 35, διόδους ψ., Transitus fornicatos. Hase.]

[Ψᾰλῐδόστομος, ὁ, ἡ, Forfices in ore habens. Epitheton cancrorum ap. Hom. Batr. 297.]

[Ψαλιδόω. Philo in Mathem. vett. p. 109 : Τράφηξ ἐψαλιδωμένος. Interpres « Circulis vinctus, » quasi ἐψαλιωμένος legi voluerit. Schneid.]

Ψαλίδωμα, τὸ, Fornicatum opus. Bud. ex Strab. p. 210 [16, p. 738] : Συνέχεται δὲ ψαλιδώμασι καμαρωτοῖς ἐπὶ πεττῶν ἱδρυμένοις κυβοειδῶν. Ubi Interpres quoque vertit, Fornicibus sese in forficis modum intercidentibus : recte, inquit Budæus. Itidem vero ψαλὶς dicitur Fornix, ejusque media veluti fibula nominatur umbilicus, s. opus fornicatum et sese forficatim intersecans. [In Gl. Forficatio. Tit. Isaur. C. I. vol. 3, p. 197, n. 4385, 11, ἐργαστήρια πέντε σὺν τῷ ψ. Hase.]

[Ψαλιδωτὸς, ἡ, ὸν, Fornicatus. Dionys. A. R. 3, 68 : Ψαλιδωτὰς ἱππαφέσεις.]

Ψαλίζω, fut. ίσω vel ίξω, [Forfico, Gl.] Forfice reseco, Absyrt. in Hippiatr. [Oribas. p. 148 ed. Matth.: Ψαλίζειν χρὴ τὰς οὐρὰς τῶν βδελλῶν· p. 160 : Τετμῆσθαι δεῖ μᾶλλον ἢ ἐψαλίσθαι· et p. 168, 302. Paul. Æg. 6, 37.] Item Forfice tondeo. Unde ap. Hesych. Ψαλίξαι, κεῖραι. Legitur ψαλίξω ap. Anacr. Odario εἰς χελιδόνα [12, 3. Pallad. Hist. Laus. p. 914, C, τὸ ἀριστερὸν οὖς ἑαυτοῦ ἕως τοῦ πυθμένος ἐψάλισεν. Hase.]

[Ψαλίθιον, τό.] Ψαλίθια, Hesychio ψήγματα, Ramenta.

[Ψάλιον, τό. In codd. interdum accentu vitioso ψαλίον scriptum. HSt. post ea quæ de ψαλὶς et ψαλίζω ab ψάλλω derivandis dixit :] Ψαλὸν autem et Ψαλίον, an ejusdem sint originis, dubium est. Hesych. enim ψαλὸν esse ait εἶδος χαλινοῦ, Genus quoddam fræni : ψαλίον autem, χαλινὸν et κωλυτήριον, Frænum, Impedimentum : itidemque ψαλίοις ἵππων affert pro χαλινοῖς et κωλυτηρίοις ἵππων. Pro quo tamen ψαλίον, mutato accentu alicubi ψάλιον legitur, alicubi ψάλλιον, in Ms. etiam Lex. Ac certe malim ego ψάλιον scribere, proparoxytonως et unico λ, quum ap. Eur. Phœn. [799] metrum eam scripturam requirat, ubi schol. quoque ψαλίοις pro χαλινοῖς accipit. [Id. Rhes. 27 : Ἁρμόσατε ψαλίοις ἵππους· Herc. F. 381 : Ψαλίοις ἐδάμασε πώλους. Aristoph. Pac. 155 : Πήγασε ... χρυσοχάλινον πάταγον ψαλίων διακινήσας φαιδροῖς ὠσίν· ubi per στομίων, χαλινῶν exp. schol. Ælian. N. A. 6, 10 : Ἵππος ὅταν ἀκούσῃ ψαλίων κρότον καὶ χαλινοῦ κτύπον· ubi alii libri ψαλλίων vel ψελλίων. Plato Leg. 3, p. 692, A : Οἷον ψάλιον (alii libri ψαλίον vel ψάλλιον) ἐνέβαλεν αὐτῇ. Φιμοὺς, ψάλια, χαλινοὺς ap. Polluc. 10, 54.] Itidem vero ap. Plutarchum et scribitur et accipitur, in Lycurgo [cap. 7] : Ὅμως ἄκρατον ἔτι τὴν ὀλιγαρχίαν καὶ ἰσχυρὰν οἱ μετ' αὐτὸν ὁρῶντες σπαργῶσαν καὶ θυμουμένην, οἷον ψάλιον ἐμβάλλουσιν αὐτῇ τὴν τῶν ἐφόρων δύναμιν. Quanquam eo in loco antiquum exemplar pro ψάλιον habet Ψέλλιον [vitiose], ut ap. Polluc. 1, tit. περὶ ἡνίων [ἡνιῶν § 148] legimus, Τὸ δὲ περὶ τὸ γένειον διειρόμενον, ψέλλιον [recte nunc ψάλιον ex cod.]· τὸ δὲ εἰς τὸ στόμα ἐμβαλλόμενον, χαλινός· facto etiam discrimine ibi inter χαλινὸν et ψέλλιον, licet id a Plut. fuisse confusum pateat ex loco proxime citato. [Fallitur Mœris p. 420, qui ψάλια dialecto Atticæ, ψέλια vulgari tribuit. Nam hæc non forma tantum, sed etiam significatione differunt, de qua dicetur s. v. Ψέλιον.] Sed Xen. ψάλιον Partem fræni esse manifeste ostendit his verbis, De re eq. p. 550 [c. 7, 1, ubi vid. Schneid.] : Τὸν ῥυταγωγέα χρὴ ἐκ τῆς ὑποχαλινοδίας ἢ ἐκ τοῦ ψαλίου ἠρτημένον εὐτρεπῆ εἰς τὴν ἀριστερὰν χεῖρα λαβεῖν, Cam. : De fræni parte inferiore, s. etiam De annulo bullave hujus, religatum lorum ductorium, (ῥυταγωγεὺς uno verbo Græcis est,) apte sinistra manu prehendet. [Dio Chrys. vol. 1, p. 666 : Ἵππον γενναῖον ἐξ ἡνίας εὐτελοῦς πράως ἄγοντα, οὐδὲν δεόμενον ψαλίων· vol. 2, 63 : Οὐδὲ τοὺς ὄνους ἵππους γενέσθαι δυνατὸν ... οὐδ' ἂν τὰς γνάθους τρήσαντες αὐτῶν ψάλιον ἐμβάλωσιν. De vinculis Æsch. Prom. 54 : Καὶ δὴ πρόχειρα ψάλια (Prometheo injicienda) δέρκεσθαι πάρα. Ubi schol. : Ψάλιά ἐστι κυρίως τὰ περιστόμια τῶν ἵππων. Magis poetice Choeph. 962 : Μέγα τ' ἀφῃρέθην ψάλιον οἰκετῶν· ubi per χαλινὸν exp. schol.] Alii autem ψάλιον s. ψέλλιον esse dicunt Torquem s. Catenulam illam ferream quæ equorum mentum substringit, et vernacula nostra lingua dicitur *Gourmette*. [Addidit his quæ de v. Ψέλιον dicenda erunt, quæ v. s. h. v.]

[Ψάλις vitiose pro ψάλτης, quod v.]

[Ψαλὶς, ίδος, ἡ. HSt. s. v. Ψάλλω :] Quin etiam Ψαλὶς derivatum esse videtur a ψάλλω, eatenus sc. quatenus significat κινέω, Moveo, Commoveo. Ab Hesych. enim exp. ταχεῖα κίνησις, Motus celer s. velox, Motus concitatus; quum prius alterius multoque usitatioris significationis fecisset mentionem, ψαλίδαque vocari dixisset τὸ ἄρμενον, Instrumentum, tonsorium sc., quo in tondendis crinibus utuntur : quod et ipsum in tonsura velociter agiliterque moveri notum est. Latini Forficem s. Forcipem vocant : quanquam Forceps potius est fabrile instrumentum quo forvum aliquid, i. e. calidum, tenent, quasi forvicapiens. Julian. Epigr. [Anth. Pal. 11, 368] : Τῷ σε χρὴ ὀρεπάνοισι καὶ οὐ ψαλίδεσσι καρῆναι, Tonderi falcibus, non forficibus. [Phaniæ ib. 6, 307 restituit Jacobs., Ἔπτυσε δὲ ψαλίδας, ξυρὰ καὶ θρόνον· ubi codex δ' ἰταλίας.] Hanc ψαλίδα Comici vocabant etiam διπλῆν μάχαιραν, ἐπὶ τῶν καλλωπιζομένων dicentes κείρεσθαι διπλῆ μαχαίρᾳ, ut Pollux docet l. 2 [§ 32]; revera enim hujusmodi forfices sunt διπλαῖ μαχαιρίδες s. κουρίδες, Duplices cultri tonsorii, s. Duplices novaculæ, χιασταί : atque ex eo loco corrigendus est hic Ejusd. 10, c. 31 [§ 140] : Καὶ ψαλὶς, τῶν κουρέων σκευῶν, ἣν καὶ μίαν μάχαιραν καλοῦσι. Pro illo enim μίαν reponendum διπλῆν. Nam μία μάχαιρα foret Novacula, quæ simplex est : non forfex, quæ est duplex, ut satis constat. [Idem 10, 186, ubi de voc. σίσυρνα agit, Sophoclis versum (fragm. 336) affert, Ψαλίδας, τιάρας καὶ σισυρνώδη στολήν· ubi incerta voc. significatio est. Torques intelligit Lobeck. Pathol. Elem. vol. 1, p. 491. Inter apparatum muliebrem memorat Pollux 10, 126 : Τῶν δὲ γυναικείων σκευῶν κτένιον, ξάνιον, κομμώτριον, ξυρὸν, κάτοπτρον, ψαλὶς, παρωπὶς, κτλ. Quæ sumsit ex Aristoph. Thesmoph. secundis, ex quibus 7, 95, attulerat ξυρὸν, κάτοπτρον, ψαλίδα, κηρωτὴν, λίτρον κτλ. Hujus ψαλίδος qui usus fuerit colligi potest ex gl. Hesychii, Καλλίβαντες· ὅμοια σμιλίοις καὶ ψαλίσιν, ἐν αἷς τὰς ὀφρῦς κοσμοῦσιν αἱ γυναῖκες· ubi Valesius inter alia comparavit Juven. 2, 93 : Ille supercilium madida fuligine tactum obliqua producit acu, et has acus esse monuit quas ψαλίδας vocat Hesychius.] ‖Ab hujus tonsoriæ ψαλίδος similitudine Architecti suam denominarunt. Tradunt enim ψαλίδας ab iis vocari in fornicibus et frontibus ædificiorum, maxime vero in fornicato aditu portarum, Oblongos lapides, qui in sui coagmentatione forficum figuram efficiunt : quin et ipsas Fornices s. Opera fornicata, et Structuras arcuatas : ut Hesych. ψαλίδα exp. καμάραν, et Suidas ψαλίδα ait vocatam quæ sua ætate nominaretur ἀψίς : nec non Pollux [9, 49] esse εἶδος οἰκοδομήματος tradit, et inter μέρη τῶν πόλεων refert, sicut et πυλίδας : afferens ex Soph. Lacænis, Στενὴν δ' ἔδει με ψαλίδα, κοὐχ ἀβάρβαρον. [Recte emendatum ἔδυμεν ψαλίδα κοὐχ ἀβόρβορον.] Et ex Plat. Leg. 12, [p. 947, D] : Θήκην δ' ὑπὸ γῆς αὐτοῖς εἰργασμένην εἶναι ψαλίδα προμήκη, λίθων πολυτίμων καὶ ἀγήρων. Ita enim restituendus iste ap. eum locus ex Suida et vulgatis Platonis exempll., quæ tamen ἀψίδα habent, non ψαλίδα. [Quæ in schol. ad l. Platon. p. 243 ed. Ruhnk. leguntur ex Suidæ et Hesychii glossis compilata sunt.] Sic Aristot. De mundo [c. 6] accepit, ut videbis supra in Ὀμφαλός. Sed et Exodi 37 [init.] legimus, Αἱ ψαλίδες τῶν στύλων καὶ αἱ βάσεις, Fornices columnarum, ubi tamen alii interpr. Capita columnarum. Quo respexisse Hesych. arbitror, quum scripsit, Ψαλίδες, ἀψίδες τῶν στύλων. [Ψαλὶς est Fornix s. arcuatum opus. Diodor. 2, 9 : Τὸ ὕψος (τῶν τοίχων) χωρὶς τῆς καμφθείσης ψαλίδος ποδῶν δώδεκα. Strabo 16, p. 738 : Ἐξ ὀπτῆς πλίνθου ... καὶ ψ. καὶ τὰ καμαρώματα· 17, p. 813 : Ὥστε καταβαίνειν εἰς αὐτὴν κατὰ καμφθεισῶν ψαλίδων διὰ μονολίθων ὑπερβαλλόντων τῷ μεγέθει. Joseph. A. J. 15, 9, 6 : Ψαλίδες ἐνεπεποίηντο συνεχεῖς, καταγωγαὶ τοῖς ναυτίλοις. Philo in Mathem. vett. p. 80 : Τινὰ δὲ καθάπερ ἐν Ῥόδῳ εἰς ψαλίδας συγκλειόμενα. Wessel. ad Diodor. l. c. Plut. V. Cleom. c. 21 : Ἐκκόψας τὰς ὑπὸ τὴν Ἀσπίδα ψαλίδας ἀνέβη. Aristid. vol. 1, p. 278, 19 : Ἰέναι τινὰ ὁδὸν καὶ ἐκδέγεσθαι ψαλίδα πάνυ μακράν. « Vocabulum Phœniciæ originis esse suspicatur Hemst. ad Polluc. 9, 49; contra Galenus in Cocchii Chirurg. p. 106, rationem significationis inde repetit, quod forficum ansæ aditum habebant arcum vel anulum oblongum, ut nostri etiam forficum ansas fabricantur. Laurent. Lyd. De mensibus 3, 33 : Ψαλὶς ἔστιν εἶδος οἰκοδομῆς ἡμικυλίνδριον τὸ σχῆμα ἐχούσης. » Schneid. ad Vitruv. vol. 2, p. 493. ‖ « Ψαλίδες Capreoli s. Viticulæ fruticum ap. Moschop. in Syll. Att. : Ἕλικες αἱ τῆς ἀμπέλου ψαλίδες. Schol. rec. ad Soph. Aj. 1054 : Ψαλίδα εἶπέ τις τὴν σπαλίδα, quod incertum est utrum absidem significet an pampinos tortiles; nam hi similes torquibus, quæ vulgo ψέλλια, ab Homero ἕλικες dicuntur, v. schol. Il. Σ, 401, ab Sophocle (fragm. 336) ψαλίδες. » Lobeck. Pathol. Elem. p. 491. Joann. Diac. ad Hesiodi Sc. 295 : Ἑλίκεσσιν, ἤγουν ψαλίσιν. Et rursum : Ἐν φύλλοις ἀργυροῖς, ἕλιξιν, ἃς ψαλίδας φαμὲν ἰδιωτικῶς. Joann. Archiater ms. c. 531 : Κοπάνισον τὰς λεγομένας ψαλίδας παρὰ τῶν ἰδιωτῶν ἕλικας ἀμπέλων. Ducang.]

[Ψαλισμὸς, ὁ, Resecatio quæ forfice fit, Forficatio. Oribas. p. 160 ed. Matth. : Κατὰ τὰς ἀποπάλσεις τὰς ἐν τῷ ψ.]

[Ψαλιστὴς, ὁ, nomen cognitum ex composito Παραψαλιστὴς, quod v.]

[Ψαλιστὸς, ἡ, ὸν, Forfice sectus, Tonsilis. Hierocles ap. Stob. Flor. 67, 24, p. 416, 1 : Ψαλιστοὶ μυρρινῶνες, quocum Pearsonus comparavit *Tonsile buxetum* Martialis. Ἑλλέβορος ψ. Archigenes ap. Oribas. p. 167 ed. Matth.]

[Ψαλίτης, ὁ, Vermiculus, cujus cornua forficulæ speciem referunt, in Euchologio p. 697. Ducang.]

[Ψαλίττω.] Ψαλίττεται, Hesych. ἁμιλλᾶται.

[Ψαλληγενὴς, ὁ, ἡ, Ex citharæ lusu ortus. Bion ap. Diog. L. 4, 52 : Ὦ πέπον Ἀρχύτα, ψαλληγενὲς, ὀλβιότυρε. Homericum (Il. Γ, 182) imitatus μοιρηγενὲς, ὀλβιόδαιμον.]

[Ψάλλιον vitiose pro ψάλιον, quod v.]

[Ψαλλοκιθαριστὴς vitiose pro ψιλοκιθαριστὴς, quod v.]

[Ψάλλω. HSt. inter derivata verbi Ψάω :] Ψάλλω etiam a ψάω derivant, uti supra dixi; et recte. [Fut. ψαλῶ, frequens in V. et N. T. libris, aor. 1 ἔψηλα, cujus deterior forma ἔψαλα, unde imperat. ψάλατε et ψαλάτωσαν frequens ap. LXX. Infin. ψᾶλαι καὶ κιθαρίσαι ap. Lucian. Hipp. c. 1, quod ab ejus dialecto non minus alienum videtur quam σημᾶναι, ut non dubitem quin ψῆλαι sit restituendum, cujus exx. ex Platone, Aristotele et Plutarcho infra attulit HSt. Suidas : Ψῆλαι ἀντὶ τοῦ ψᾶλαι κατὰ τροπήν. Imperat. ψῆλον in ψίλον corruptus in cod. Palat. Anth. 9, 570, quod correctum in apogr. Gothano. G. Dind.] Est enim νευρὰν vel χορδὴν ψάλλειν, Tangere nervum et chordam, sed ita tangere ut simul leni quodam motu percutias. Itaque Lex. meum vetus annotat ψάλλειν dici ἐπὶ τῶν χορδῶν τῆς λύρας, ἀπὸ τοῦ ψῶ τὸ προσεγγίζω καὶ ψαύω, διὰ τὸ διὰ δακτύλων ἐπιψαύειν αὐτῶν. [Plenius Etym. M. p. 817, 16, ubi post προσεγγίζω pergitur οὗ παράγωγον ψαύω, ὁμοίως· τῇ γὰρ κιθάρᾳ προσεγγίζοντες ἔψαλλον· παρὰ τὸ διὰ δακτύλων ἐπιψαύειν αὐτῶν. Postrema rursus plenius ap. Orionem,... ἐφάπτεσθαι αὐτῶν. Οὕτως Ἡρωδιανὸς ἐν τῷ Συμποσίῳ.] Sic certe Ovid. dicit, Non didicit chordas tangere : pro eo, quod alibi dicit Movere fides, et Impellere chordas : ut Stat. quoque, Solatia curis Fila movet : unde ap. Eund. rursum Ovid., Impulsæ chordæ. Nec vero tantum de musicis chordis s. fidibus hoc verbum dicitur, sed etiam de nervis, quibus arcus vel etiam aliqua alia sunt intenta, ut ap. Suid. [ex Dione Cass. 49, 27] : Ὁ δὲ Φραάτης ἐπὶ δίφρου χρυσοῦ ἐκάθητο, τὴν νευρὰν τοῦ τόξου ψάλλων, Nervum arcus tangens et impellens. [Eur. Bacch. 783 : Τόξων χερὶ ψάλλουσι νευράς. Statyll. Anth. Plan. 211 : Ἐκ κέραος ψάλλων ἀντιτόνοιο βέλος.] Itemque in Epigr. [Philippi Thess. Anth. Pal. 6, 103] : Μιλτοφυῆ [μιλτοφυρῆ] τε Σχοῖνον ὑπ' ἀκρονύχῳ ψαλλομένην κανόνι. Ubi recte Suid. notat illud ἀκρονύχῳ ψάλλειν, proprie esse dicens τὸ τῷ ἄκρῳ τῶν δακτύλων τῶν χορδῶν ἅπτεσθαι, Summo digito chordas tangere. Atque ita profecto Musici dicuntur ψάλλειν suas χορδὰς, vel simpliciter ψάλλειν, omisso illo accus. [Plato Lys. p. 209, B : Ψῆλαι καὶ κρούειν τῷ πλήκτρῳ. Plut. V. Pomp. c. 36 : Παρὰ πότον ψήλαντα. Athen. 4, p. 183, D : Μουσικώτατος ὢν κατὰ χεῖρα δίχα

πλήκτρου ἔψαλλε. Philostr. p. 779 : Τῇ δεξιᾷ παραπλήττων τὰς νευρὰς ψάλλει.] Aristot. Probl. [19, 24] : Διὰ τί ἐάν τις ψήλας τὴν νήτην ἐπιλάβῃ, ἡ ὑπάτη μόνη δοκεῖ ἀντηχεῖν. Plut. Pericle [c. 1], de Philippo Macedone : Πρὸς τὸν υἱὸν ἐπιτερπῶς ἔν τινι πότῳ ψήλαντα καὶ κατατεχνικῶς, εἶπεν, Οὐκ αἰσχύνῃ καλῶς οὕτω ψάλλων; ἀρκεῖ γὰρ ἂν βασιλεὺς ἀκροᾶσθαι ψαλλόντων σχολάζῃ. Athen. 14, [p. 634, C] : Ψάλλειν αὐτὸν εἴκοσι χορδαῖς, de Anacreonte, qui ibid. [p. 635, C] ait, Ψάλλω δ' εἴκοσι χορδαῖσι, μάγαδιν ἔχων. Metaph. [Eurip. in fragm. Melanippæ in Vita Eurip. ab Rossignolio edita : Μάτην ἄρ' ἐς γυναῖκας ἐξ ἀνδρῶν ψόγος ψάλλει κενὸν τόξευμα, καὶ κακῶς λέγει. Lycophr. 1453 : Βάζω, κενὸν ψάλλουσα μάσταχος κρότον· quod schol. exp. μάτην φθέγγομαι, μάταιον κινοῦσα τοῦ στόματος ἢ τοῦ χείλους τὸν ἦχον, τὸν ψόφον. Theophan. contin. p. 9, B : Κενὴν, τὸ δὴ λεγόμενον κατὰ τὴν παροιμίαν, ἔψηλαν, ἀνθρώποις ἐντυχόντες στερροῖς.] Paul. in Ep. ad Ephes. 5, [19] : Λαλοῦντες ἑαυτοῖς ψαλμοῖς καὶ ὕμνοις καὶ ᾠδαῖς πνευματικαῖς, ᾄδοντες καὶ ψάλλοντες ἐν τῇ καρδίᾳ ὑμῶν τῷ Κυρίῳ, Canentes et psallentes Domino in corde vestro. I. e. Citharam s. Lyram pulsantes, Fidibus canentes; proprie enim de fidium tactu dicitur : ut Psallere quoque ap. Latinos : veluti quum Horat. dicit, Psallimus et luctamur Achivis doctius unctis. Et rursum, Doctæ psallere Chiæ. Et Gell. 19, 9 : Exhiberi quos habere eum adolescentem sciebat, scitissimos utriusque sexus, qui canerent voce et qui psallerent. Vide et Ψάλτης. [Theodoretus ad locum Pauli p. 314 : Τῇ καρδίᾳ ψάλλει ὁ μὴ μόνον τὴν γλῶτταν κινῶν, ἀλλὰ καὶ τὸν νοῦν εἰς τὴν τῶν λεγομένων κατανόησιν διεγείρων· et Theophyl. p. 555 : Ψάλλειν ἐν τῇ καρδίᾳ, τουτέστι μετὰ συνέσεως καὶ μὴ ῥεμβομένης τῆς καρδίας· ὁ γὰρ προσέχων, ἐκεῖνος ἐν καρδίᾳ ψάλλει. Basil. M. In Psalm. 29, p. 190 : Ὅσοι ἀπὸ καρδίας καθαρᾶς ἀναπέμπουσι τὰς ψαλμῳδίας καὶ ὅσοι εἰσὶν ὅσιοι σώζοντες τὴν πρὸς θεὸν δικαιοσύνην, οὗτοι δύνανται ψάλλειν τῷ θεῷ τοῖς ῥυθμοῖς τοῖς πνευματικοῖς ἁρμοζόντως ἀκολουθοῦντες. Suicer. Frequentissimus hic usus verbi apud LXX in Psalmis, et plerumque addito dativo personæ, velut 7, 18 : Ψαλῶ τῷ ὀνόματι κυρίου τοῦ ὑψίστου· 9, 11 : Ψάλατε τῷ κυρίῳ τῷ κατοικοῦντι ἐν Σιών· 29, 15 : Ὅπως ἂν ψάλῃ σοι ἡ δόξα μου· 32, 2 : Ἐν ψαλτηρίῳ δεκαχόρδῳ ψάλατε αὐτῷ· 70, 24 : Ψαλῶ σοι ἐν κιθάρᾳ· et 97, 7. Sæpe cum ᾄσω vel ᾄσομαι conjunctum, velut 20, 14; 26, 11; 67, 4, 35. Cum εἰς 68, 15 : Καὶ εἰς ἐμὲ ἔψαλλον οἱ πίνοντες οἶνον. Cum accus. rei 20, 14 : Ἄσομεν καὶ ψαλοῦμεν τὰς δυναστείας σου. In N. T. præter locum ab HSt. memoratum legitur Ep. ad Rom. 15, 9 : Διὰ τοῦτο ἐξομολογήσομαί σοι ἐν ἔθνεσι καὶ τῷ ὀνόματί σου ψαλῶ. Ad Cor. 1, 14, 15 : Ψαλῶ τῷ πνεύματι, ψαλῶ δὲ καὶ τῷ νοΐ. Ep. Jacobi 5, 13 : Εὐθυμεῖ τις, ψαλλέτω.] ‖ Attamen et generalius accipitur pro Moveo, Commoveo, Quatio, Concutio. Æsch. Pers. [1063] : Καὶ ψάλλ' ἔθειραν, καὶ κατοίκτιζε στρατόν. Nisi potius ψάλλειν est hic Vellere. Suidas enim ψαλλομένη affert pro τιλλομένη. Atque Hesych. eodem modo ψάλλειν exp. non solum ᾄδειν ᾄσματα, itemque κινεῖν, sed etiam τίλλειν, Vellere, Vellicare. [In loco Plat. Lys. p. 209, B, codices aliquot male τίλαι pro ψῆλαι. « Hinc Bacchus χοιροψάλης, naturæ muliebris contrectator, apud Clem. Protr. p. 33, 20, quanquam schol. Æschyli Pers. 1067 interpretetur ὁ τίλλων τὰ μόρια τῶν γυναικῶν. » Hemst.] Ita vero et ψαίρειν pro διακινεῖν et τινάσσειν accipitur, ut ψάλλειν hic pro κινεῖν, i. e. Movere. ‖ Nec vero chorda tantum ψάλλεσθαι dicitur quum tangitur et movetur s. impellitur, verum etiam homo; nam ψάλλεται quispiam cui fidibus canitur, cui cithara pulsatur, qui psallentem audit : ut Suidæ quoque ψαλλόμενος est ὁ ἀκροώμενος ψάλτου, et κιθαριζόμενος, ὁ κιθάρας ἀκροώμενος. [Macho ap.] Athen. 8, [p. 348, F] : Ψάλτης κακὸς Στρατόνικον ἑστιῶν ποτὲ, Ἐπεδείκνυτ' αὐτῷ τὴν τέχνην παρὰ τὸν πότον. Οὔσης δὲ λαμπρᾶς καὶ φιλοτίμου τῆς δοχῆς, Ψαλλόμενος ὁ Στρατόνικος, οὐκ ἔχων δ' ὅτῳ Διαλέξεθ' ἑτέρῳ, συγκατέθλα τὸ ποτήριον. Itidem vero et αὐλεῖσθαι aliquis dicitur et καταυλεῖσθαι. ‖ Hesych. affert et ψαλοίμην pro βληθείην.

Ψάλμα, τὸ, Fidium cantus, Cantilena s. Carmen fidibus cantatum, Eur. [Rhes. 363, ubi libri ψάλμασι, A sed metrum postulat ψαλμοῖσι, quod restituit Canterus. Philodem. Anth. Pal. 11, 34 : Ψάλματα καὶ ... οἴνους. *Psalma* ex Isidori Orig. 6, 19, Augustino et Hieronymo memorant lexicographi Latini. Adde Atil. Fortunat. p. 2689, 16 : Rhythmus nunquam sine psalmate valebit.]

[Ψαλμίαι, οἱ. HSt. s. v. Ψαλμῳδία :] Affertur et Ψαλμίαι pro Tibicines. Quæ interpret. mendosa est, ut ex antedictis patet. [Nihili est ψαλμίαι. *Psalmistæ* dicuntur ab Hieronymo Adv. Pelag. 1, 1; 3, 1, et In Esaiæ c. 38.]

[Ψαλμικὸς, ἡ, ὸν, Ex Psalmis sumtus. Dionys. Areop. p. 88 et 94. Kall. Greg. Nyss. t. 1, p. 259, B; 278, B; 357, B; t. 2, p. 1032, B; 810, B, κατὰ τὴν ψ. φωνήν. Pseudo-Chrys. t. 5, p. 685, B, ψ. μέλος. OEcum. In Apoc. p. 244, 19; 289, 13 Cramer. Id. ib. p. 426, 20, τὸ ψ. φησι λόγιον. Hase. Eust. p. 224, 50 : Ψ. ἐλάττωσιν· 293, 40 : Τὸ ψ. Vita Barlaami in Boiss. Anecd. vol. 4, p. 261 : Ξύλον πεφυτευμένον παρὰ τοῖς ψαλμικοῖς ὕδασιν. ‖ « Adverb. Ψαλμικῶς ap. Joann. Chrys. Hom. 122, vol. 6, p. 976, 5, Greg. Nyss. p. 143 ed. Rom., Philen De eleph. 353. » Seager. Jo. Camen. De exc. Thessalon. p. 248, C Ven. Basil. t. 2, p. 144, A et Anon. Vita Bacchi jun. p. 87, 3, ὡς ψ. εἰπεῖν. Macar. Chrysoseph. Orat. p. 149, C Grets., ψ. τὰς χεῖρας κροτήσαντες, Ex psalmi monitis. Hase. Adde Eustath. Opusc. p. 293, 40.]

[Ψαλμογράφος, ὁ, Psalmorum scriptor. Ψ. Δαβὶδ Psellus In Cantic. Cant. ad c. 3, 9; c. 4, 16. Anon. in Anecd. meis vol. 5, p. 167. Boiss.]

[Ψαλμοκίνητος, ὁ, ἡ, Psalmo motus. Georg. Pisid. Opif. p. 426.]

[Ψαλμολογέω, Psalmos condo. Greg. Naz. Or. 51, p. 751, B : Καὶ ἡμεῖς ψαλμολογήσομεν καὶ πολλὰ γράψομεν. ‖ Hinc derivatum substantivum Ψαλμολόγημα, τὸ, ap. Theodor. Studit. in Vita Michaelis p. 29, B. G. Dindorf.]

[Ψαλμολογία, ἡ, Psalmorum recitatio. Vita Nili jun. p. 148, 14. Hase.]

[Ψαλμολόγος, ὁ, ἡ, Qui recitat psalmos. Vita Nili C jun. p. 40, 4, τὴν ψ. φωνήν. Hase.]

Ψευδὴς, ὁ, ἡ, Falsus, Mendax. [Legitur semel apud Homerum, de quo loco infra dicetur, nusquam apud Hesiodum (nam Theog. 229, ubi legebatur ψευδέας τε λόγους, nunc ex aliis libris restitutum ψεύδεα), frequenter apud alios poetas et prosæ orationis scriptores quosvis.] Primum de re aliqua dicitur [ementita vel quocunque consilio ficta. Ex quo genere satis erit hæc notasse. Herodot. 1, 117 : Τρέπεται ἐπὶ ψευδέα ὁδόν. Æsch. Prom. 685 : Μηδέ με ... ξύνθαλπε μύθοις ψευδέσιν, ut μῦθος vel μῦθοι ψ. ap. Eurip. Med. 354, Hipp. 1288; γραφαὶ ib. 1311; ἀγγελίαι Iph. T. 461, et Aristoph. Th. 342, Dio Cass. 68, 23; γάμος Eur. Iph. A. 105; δόξα Hec. 490, Plato Theæt. p. 161, D, Phileb. p. 38, B, Xen. Symp. 8, 43; ψευδεῖς κατὰ τῶν λογισμῶν δόξας ἔχειν Isæus p. 77, 17; ὄνειροι Eur. Iph. T. 569; πολλὰ κοὐ ψευδῆ κακὰ Alc. 708; οἴησις Plato Alc. 1 p. 120, D; φήμη Leg. 7, p. 822, C; τιμωρία ib. 12, p. 943, D; φόβοι Phil. p. 36, C; ἡδοναὶ ib. E, et 40, C; ὅρκοι Leg. 11, p. 917, A; λοιδορίαι Æschines p. 29, 17; ὄνειδος 48, 11; κατηγορίαι 52, 36; κηρύγματα 60, 4; διαβολαὶ Isocr. p. 5, C; αἰτίαι πολλαὶ καὶ ψ. De antid. § 146, p. 454; εὐδαιμονία id. Epist. p. 618, 3 ed. Oxon.; αἰτία ψ. Polyb. 5, 41, 3; ὑποθέσεις ψ. 1, 15, 9], ut ψευδὴς λόγος [quod frequentissimum numero et singulari et plurali, ut ap. Soph. OEd. T. 526, Eur. Herc. F. 1315, Plat. Soph. p. 240, E, Crat. 385, B, Rep. 8, p. 560, C], Dem. [p. 555, 19] : Ψευδῆ λόγον καὶ συκοφαντίαν διώσασθαι. Plut. S. N. V. : Τοὺς ἄτοπον ἢ ψευδῆ λόγον εἰς ἡμᾶς ἀρέντας. Isocr. Busir. [p. 228, C] : Ῥᾳδίως ἄν τις τοὺς λόγους τοὺς τῶν λοιδορούντων ἐκεῖνον, ψευδεῖς ὄντας ἐπιδείξειεν. [Id. p. 275, C : Λόγον εἰρηκὼς ἀσεβῆ καὶ ψ. Ψευδοῦς λόγου species quattuor distinguunt dialectici : de quo v. Aristot. Top. 8, 12.] Sic ψευδῆ [quod Hesych. per ἀλλόκοτα, ἀπάταις exp.] dicuntur Ea quæ falsa sunt et conficta s. mendacia. [Æsch. Ag. 620 : Οὐκ ἔσθ' ὅπως λέξαιμι τὰ ψευδῆ καλά· 625 : Οὐ ψευδῆ λέγω. Et sic sæpissime ψευδῆ vel τὰ ψευδῆ cum verbo λέγειν, ut ap. Soph. Ph. 100, 108, Eur. Cycl. 271, Plat. Euthyd. p. 284, C, Soph. p. 240, D, Crat. p. 429, C, et cum aliis verbis, velut γράφειν ap. Plat. Phil. p. 39, A; δοκεῖν Soph. Ant. 323; θεσπίζειν ib. 1054; θροεῖν Eur. Iph. A. 1345; δοξάζειν Plato Theæt. p. 167, D. Τὰ πρῶτά μου ψευδῆ κατηγορημένα idem Apol. p. 18, A.] Plato Leg. 11, [p. 937, B] : Ἐὰν ἐπισχηφθῇ τὰ ψευδῆ καταμαρτυρῆσαι. Et mox, Ἐὰν τὰ ψευδῆ τινα φῇ μεμαρτυρηκέναι, Si quem testem insimulet falsi testimonii : ubi quod ψευδῆ μαρτυρῆσαι dicit, alii voce comp. vocant καταψευδομαρτυρῆσαι, vel etiam ψευδομαρτυρῆσαι. Sic Dem. [p. 1252, 13] : Ἐξελέγξας αὐτὸν τὰ ψευδῆ κεκλητευκότα, Quum eum docuissem falso renuntiasse ac testificatum esse in jus vocationem, Bud. Apud Aristot. Rhet. 1 : Οὐδὲν γὰρ ἧττον ἀναγκαζόμενοι τὰ ψευδῆ λέγουσιν ἢ τἀληθῆ. [Thucyd. 3, 53 : Τὰ μὲν ἀληθῆ ἀποκρίνασθαι ἐναντία γίγνεται, τὰ δὲ ψευδῆ ἔλεγχον ἔχει. Xen. Cyneg. 3, 9 : Ἀληθῆ τὰ ψευδῆ ποιούμεναι. Cum duplici accusativo Aristoph. Eq. 64 : Τοὺς γὰρ ἔνδον ἀντιχρυς ψευδῆ διαβάλλει· Ach. 380 : Ψευδῆ κατεγλώττιζέμου.] Deinde et de persona aliqua s. homine; dicitur enim ψευδὴς pro ψεύστης [ut exp. Hesych.], Mendax, Qui falsum dicit et mendacium. [Hom. Il. Δ, 235 : Οὐ γὰρ ἐπὶ ψευδέσσι πατὴρ Ζεὺς ἔσσετ' ἀρωγὸς, ἀλλ' οἵπερ πρότεροι ὕπερ ὅρκια δηλήσαντο· ubi veteres critici dubitarunt utrum ψευδέσσι an ψεύδεσσι (a ψεῦδος) scribendum esset. Recte Aristarchus ψευδέσσι probavit de Trojanis intelligendum, cui adjectivum ἐπαρωγὸς et oppositum ἀλλ' οἵπερ ... aptius est quam nomini ψεύδεσσι. Et sic ψευδὴς sæpissime ab aliis quoque scriptoribus dictum est de hominibus mendacibus, fallacibus, perfidis. Soph. Tr. 454 : Ὡς ἐλευθέρῳ ψευδεῖ καλεῖσθαι κἠρ πρόσεστιν οὐ καλή· Ant. 657 : Ψευδῆ γ' ἐμαυτὸν οὐ καταστήσω πόλει. Eur. Or. 1608 : Ψευδὴς ἔφυς· 1609 : Οὐ ψ. ἔτ' εἶ· Iph. A. 852 : Ψευδὴς γενομένη.] Thuc. 4, p. 131 [c. 27] : Γνοὺς ὅτι ἀναγκασθήσεται ἢ ταυτὰ λέγειν οἷς διέβαλλεν, ἢ τἀναντία εἰπὼν ψευδὴς φανήσεσθαι. [Plato Theæt. p. 148, B : Ὥστε πάλιν αὖ φαίνεται ψ. ὁ Θεόδωρος· et Leg. 10, p. 888, B. Rep. 2, p. 382, D : Ἅμα δὲ καὶ Κριτίαν τόνδε ψευδῆ ἐπιδείξω.] Rursum ut oratio vel alia res ψευδὴς dicitur, ita moneta, nec non amicus, itidem Falsus, Fictus s. Fictitius, Simulatus. Plut. [Mor. p. 65, A] : Ὁ δὲ ψευδὴς καὶ νόθος καὶ ὑπόχαλκος, ἅτε δὴ μάλιστα γινώσκων ἑαυτὸν ἀδικοῦντα τὴν φιλίαν, ὥσπερ νόμισμα παράσημον ὑπ' αὐτοῦ γενομένην, ἔστι μὲν καὶ φύσει φθονερός. [Ψευδέων ἀγορὴ nomen loci ap. Hippocr. p. 1080, C.] || Compar. Ψευδίστερος, Mendacior. Superl. Ψευδίστατος, Falsissimus, Mendacissimus : ut κλεπτίστατος, λαλίστατος, λαγνίστατος, ἀλαζονίστατος, atque id genus alia. Eust. [p. 1441, 25] ex Aristoph. [Ex Aristophane ποτίστατος et alia affert; ψευδίστατος quis dixerit non prodit. Eadem fere leguntur in Etym. M. p. 31, 14. Ibid. p. 110, 29, ex Philoxeno : Οἱ Ἀττικοὶ κλεπτίστατον καὶ ψευδίστατον εἰπόντες συγκριτικὰ ἥμαρτον· ἀντὶ γὰρ τοῦ κλεπτέστατον καὶ ψευδέστατον· et p. 753, 24, ubi comparativus fingitur ψευδίων, unde derivandus sit superlativus ψεύδιστος et ψευδίστατος. Superlativi exemplum est ap. Ælian. V. H. 14, 37 : Οὔτε πλαστικὸς ἀνὴρ οἷός τε ἐγένετο ψευδίστατα καὶ κίβδηλα καὶ ἀλλότρια τῶν Διὸς θυγατέρων τὰ εἴδη παραστῆσαι.] ||Unde adverb. Ψευδῶς et Ψευδῆ. Quorum primum vere est adverbium, alterum dimidia ex parte nomen, ut quum Aristoph. dicit [Eq. 64], Ψευδῆ τοὺς ἔνδον διαβάλλει· ibi enim ψευδῆ vel est accus. rei vel adverbium, significans Falso, Mendaciter. [Non est adverbium, sed accusativus adjectivi ut in locis similibus supra allatis.] Sed prius est usitatius. [Eur. Suppl. 403 : Ἥρξω τοῦ λόγου ψευδῶς· Iph. A. 1005 : Ἴσθι μὴ ψ. μ' ἐρεῖν· et Iph. T. 1309.] Thuc. 1, [137] : Ἧν ψευδῶς προσεποιήσατο, Quam falso simularat. [Plato Phil. p. 40, D : Τὸ ψ. δοξάζειν· Clitoph. p. 409, E : Ψ. ὀνομάζειν.] Athen. 7, [p. 312, E] : Ἀνδρέας ἐν τῷ Περὶ τῶν ψευδῶς πεπιστευμένων, In libro quem conscripsit de rebus quæ falso hactenus creditæ fuerunt. [Polyb. 5, 110, 7 : Ψ. ἐγένετο ὁ φόβος περὶ αὐτὸν, i. e. Temere, sine caussa. Ψ. συγκαταφέρεσθαι τῇ δόξῃ, Temere adsentiri opinioni, 10, 5, 9. Schweigh.]

Ψευδησιόδειος, ὁ, ἡ, Qui falso tribuitur Hesiodo, falso creditur esse Hesiodi, Spurius inter Hesiodea. Cic. Ad Att. 7, 17 : Etsi illud ψευδησιόδειον, (ita enim putatur,) observo, Μηδὲ δίκην, præsertim in te, a quo nihil unquam vidi temere fieri.

[Ψευδιερεὺς, έως, ὁ, Falsus sacerdos. Joseph. A. J. 9, 6, 6. Ψευδοιερεῖς ibid. 8, 8, 5, et ap. Joann. Damasc. De imag. Edess. p. 125 ed. Combef. Ex Ignatio memorat Valcken. ad Eurip. Phœn. p. 599.]

[Ψεῦδις, ὁ, ἡ, i. q. ψευδής. Pind. Nem. 7, 72 : Οὐ ψεῦδις ὁ μάρτυς ἔργμασιν ἐπιστατεῖ. Derivatum non a ψευδὴς, sed ab verbo ψεύδω, ut similia nomina in ις, de quibus Lobeck. Pathol. Proleg. p. 507.]

[Ψευδισόδομος et vitiose Ψευδισοικόδομος. V. Ἰσόδομος vol. 4, p. 669, B.]

[Ψευδίστατος. Ψευδίστερος. V. Ψευδής.]

[Ψευδοαββᾶς, ὁ, Falsus abbas. Leont. Neap. Vita Sym. Sali Actt. SS. Julii t. 1, p. 160, F. Hase.]

[Ψευδοβασιλεὺς, έως, ὁ, Falsus rex. Anna Comn. p. 36, 272.]

Ψευδοβοήθεια, ἡ, Fictitium auxilium. Strategematis genus quoddam supra in Ψευδενέδρα. [Polyæn. 3, 9, 32.]

Ψευδοβούνιον, τὸ, Pseudobunion, herba ex eo dicta quoniam bunion verum mentitur; nam teste Diosc. 4, 125, ἔχει φύλλα βουνίῳ ὅμοια. Meminit et Plin. qui 24, 16 [§ 96], Pseudobunion, inquit, napi folia habet, fruticans palmi altitudine. [Aetius fol. 6^b ed. Ald. : Βούνιον τῶν θερμαινόντων ἐστὶ ... καὶ τὸ ψ. δὲ παραπλησίως αὐτῷ θερμόν ἐστι. De viribus ejus medicis Galen. vol. 13, p. 165. G. D. Oribas. t. 2, p. 503, 7; 564, 2; 567, 2. Fraas. Syn. plantt. floræ cl. p. 149 opinatur esse Triniam dioicam Gaud. Hase.]

[Ψευδοβραχμᾶνες, οἱ, Falsi Brachmanes. Epiphan. t. 1, p. 1091, C, τῶν τε ψ., τῶν τε νεκυοφάγων. Hase.]

[Ψευδογαυρόομαι, Falso elatus sum s. glorior. Tzetz. Hist. 4, 720 : Ψευδογαυρούμενος τοῦ βίου δοξαρίῳ.]

[Ψευδογλωττέω, Mendacia s. falsa loquor. Phrynich. in Bekk. Anecd. p. 73, 9 : Ψευδογλωττεῖν· ψευδολογεῖν.]

[Ψευδογνωσία, ἡ, Falsa s. ficta cognitio. Isaias Abbas in schol. ad Joann. Climacum p. 178. Boiss.]

Ψευδογρᾰφέω, Falso et mendose describo, et ap. Geometras Perperam describo, ut declarat Aristot. Topic. 1, [1] : Οὔτε γὰρ ἐξ ἀληθῶν καὶ πρώτων συλλογίζεται ὁ ψευδογραφῶν, οὔτε ἐξ ἐνδόξων· τῷ γὰρ ἢ τὰ ἡμικύκλια περιγράφειν μὴ ὡς δεῖ, ἢ γραμμάς τινας ἄγειν μὴ ὡς ἂν ἀχθείησαν, τὸν παραλογισμὸν ποιεῖται. [Ib. 8, 1 : Τὸ μηκύνειν καὶ παρεμβάλλειν τὰ μηδὲν χρήσιμα πρὸς τὸν λόγον, καθάπερ οἱ ψευδογραφοῦντες· 5, 3 : Ἀπατᾶται ὁ γεωμέτρης ἐν τῷ ψευδογραφεῖσθαι· et 8, 3 extr. Falso delineo, Diodor. Exc. vol. 2, p. 522, 27 : Τῆς φύσεως ... ψευδογραφούσης. Τὸ ψευδογραφοῦν ib. lin. 49. Clem. Al. p. 768 : Ἡ ζωγραφία ... ψευδογραφεῖ τὴν ὄψιν τοῖς κατὰ προσβολὴν τῶν ὀπτικῶν γραμμῶν σημείοις χρωμένη κατὰ τὸ τεχνικόν. Eustath. Opusc. p. 89, 90 : Οὔτε εἰς ἁπλαστίαν ἐμαυτὸν ψευδογραφῶ· 90, 10 : Βέλτιον ἡγήσομαι κατάσχετος μέθη ἐκφανθῆναι ἤπερ ψευδογραφηθῆναι πρὸς νηστευτήν. G. D. Paulus Alex. in Fabric. B. Gr. vol. 4, p. 140, 1. Boiss. || Falsa scribo. Polyb. 12, 8, 6 : Τοῖς κατ' ἄγνοιαν ψευδογραφοῦσιν· 16, 14, 8 : Ἐὰν κατὰ προαίρεσιν ψευδογραφῶμεν.]

[Ψευδογραφὴ vitiose pro ψευδεγγραφὴ, quod v.]

Ψευδογράφημα, τὸ, Mendosum ejusmodi schema in geometria, Falsa descriptio. [Aristot. Soph. El. c. 10 : Τὰ ψ. οὐκ ἐριστικά.] Vide plura ap. Bud. p. 843, et Themist. p. 16. [Alexander ad Aristot. Top. 1, 1 : Ἔστι κατὰ γεωμετρίαν ψευδογράφημα παρὰ τὸ μήτε τὰ ἡμικύκλια περιγράφειν ὡς δεῖ μήτε τὰς γραμμὰς ἄγειν ὡς ἂν ἀχθείησαν, τὸ μὲν δεικνύον τὰς δύο πλευρὰς τοῦ τριγώνου τῇ λοιπῇ ἴσας, τὸ δὲ καὶ ἐλάττους τὰς δύο. Κεῖται δὲ δεδειγμένον ἐν γεωμετρίᾳ ὅτι παντὸς τριγώνου αἱ δύο πλευραὶ τῆς λοιπῆς μείζους εἰσὶ πάντη μεταλαμβανόμεναι· et ad 8, 1 : Οἱ ψευδογραφοῦντες ἐν γεωμετρίᾳ πολλὰς ἄγοντες γραμμὰς μηδὲν χρησίμους πρὸς τὸ ψευδογράφημα τὸ αι δεικνύμενον καί τινα περὶ αὐτῶν λέγοντες λεληθότως καὶ τὰς εἰς τὸ ψεῦδος φερούσας ἐγγράφουσιν· ἀδηλότερον γὰρ καὶ ἀφανέστερον τὸ ψεῦδος ἐν πλείοσι καὶ ἐν παραβύστῳ τεθέν. Ὡς γὰρ ἀχρήστοις οὖσι πρὸς τὰ προκείμενα συγχωροῦντες οἱ ἀποκρινόμενοι λανθάνουσι καὶ τὰ χρήσιμα διδόντες σὺν αὐτοῖς.]

Ψευδογραφία, ἡ, Ficta descriptio et falsa qua geometræ utuntur, inquit Bud., citans hunc l. Fabii, 1, 10, [39] : Falsa quoque verisimilia geometria ratione deprehendit. Fit hoc et in numeris per quasdam quas Pseudographias vocant, quibus pueri ludere solebamus. [Archytas ap. Stob. Ecl. phys. vol. 1, p. 724 : Ψευδογραφίαι ἐν γαμετρίᾳ κατὰ σχήματα καὶ ἀριθμοὺς ἐμφαίνονται.] Exp. etiam Falsa scriptura; et Falsa delatio. [Falsa rerum narratio, Athen. 5, p. 216, C : Ἀντισθένης καὶ προσεπάδει τῇ ψ. Gregorii Palamæ superest oratio Περὶ τῆς τοῦ Γρηγορᾶ ψευδογραφίας δμοῦ καὶ δυσσεβείας. V. Fabr. Bibl. Gr. vol. 11, p. 501 ed. Harl.]

[Ψευδογράφος, ὁ, Falso describens. Aristot. Soph. El. c. 10 : Ὁ ἐριστικός ἐστι πως οὕτως ἔχων πρὸς τὸν διαλεκτικὸν ὡς ὁ ψευδογράφος πρὸς τὸν γεωμετρικόν· ἐκ γὰρ τῶν αὐτῶν τῇ διαλεκτικῇ παραλογίζονται, καθάπερ καὶ ὁ ψ. τὸν γεωμέτρην. Falsarius (Gl.), Falsa scribens. Thom. M. p. 580 : Λογογράφος οὐ μόνον ὁ λόγους γράφων, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ διαβολῆς εὕρηται, οἱονεὶ ψευδογράφος.]

[Ψευδοδαμάσιππος, ὁ, Falsus Damasippus. Cicero Ep. ad Fam. 7, 23 : Si enim Damasippus in sententia non manebit, aliquem pseudodamasippum vel cum jactura reperiemus. Memoravit HSt. s. v. Ψευδαλέξανδρος.]

[Ψευδόδειπνον, τὸ, Falsa s. fallax cœna. Æschylus fragm. 251 : Ψευδόδειπνα πολλὰ μαργώσης γνάθου ἐρουσίαζον στόματος ἐν πρώτῃ χαρᾷ.]

[Ψευδοδιάκονος, ὁ, Falsus diaconus. Heron. Epist. 79 ad Alip. et August.]

[Ψευδοδιαλεκτικὸς, ἡ, ὸν, Falsus dialecticus. Ψ. ἀγύμναστοι Galen. vol. 8, p. 57, C, E et F. Hemst.]

[Ψευδοδιδασκαλία, ἡ, Falsa doctrina. Ignat. Ep. ad Phil. s. 7, vol. 2, p. 518 ed. Jacobson. : Τὴν ματαιότητα τῶν πολλῶν καὶ τὰς ψ.]

Ψευδοδιδάσκαλος, ὁ, Falsus doctor : qui sc. doctoris titulum falso sibi arrogat; vel etiam qui mendacia et falsa docet. Petrus Apost. initio c. 2 Ep. 2 : Ἐγένοντο δὲ καὶ ψευδοπροφῆται ἐν τῷ λαῷ, ὡς καὶ ἐν ὑμῖν ἔσονται ψευδοδιδάσκαλοι, οἵτινες παρεισάξουσιν αἱρέσεις ἀπωλείας, καὶ τὸν ἀγοράσαντα αὐτοὺς δεσπότην ἀρνούμενοι. [Cyrill. Al. t. 5, p. 390, C, ἀσυνέτων τινῶν ψ. Hase.]

Ψευδοδίκταμον, τὸ, Pseudodictamon, herba ex eo dicta quoniam veri dictami speciem mentitur, ut Theophr. etiam docet his verbis H. Pl. 9, 16, de dictamo locutus : Τὸ δὲ ψευδοδίκταμον, τῷ μὲν φύλλῳ ὅμοιον, τοῖς κλωνίοις δὲ ἔλασσον, τῇ δυνάμει δὲ πολὺ λειπόμενον. Et Plin. 25, 8 [§ 53] : Pro eo est et Pseudodictamum, folio simili, ramulis minoribus, minoris effectus : a quibusdam Chondris vocatum. Item Diosc. 3, 38. [Melior forma Ψευδοδίκταμνον servata ap. Hippocr. p. 572, 43, ubi pauci libri (ap. Littré vol. 7, p. 358) ψευδοδίκταμον, et ap. Galen. vol. 13, p. 169, 242. Literam ν in δίκταμνον ab librariis non solum in prosa, sed etiam ap. poetas violato metro omissam s. v. Δίκταμον ostendimus. *Pseudodictamnus* Apulej. De herb. c. 62. G. D. Oribas. t. 2, p. 502, 11; 598, 6; 627, 10. Ib. p. 529, 12, ψευδοδίκταμνος. Esse Marrubium pseudodictamum systematis hodierni opinatur Fraas. Syn. plantt. floræ cl. p. 180. Hase.]

[Ψευδοδιογένης, ους, ὁ, Falsus s. personatus Diogenes. Anna Comn. p. 277.]

[Ψευδοδίπτερος, ὁ, ἡ. HSt. s. v. Δίπτερος :] At Ψευδοδίπτερος ναὸς, ut ibid. [3, 1] docet Vitruv., sic collocatur ut in fronte et postico sint columnæ octonæ in lateribus, cum angularibus, quindenæ.

[Ψευδοδοξάζω, i. q. ψευδοδοξέω. Polyb. 10, 2, 3 : Ἀγνοεῖν καὶ ψευδοδοξάζειν ἀναγκάζονται. Quod non est probabile scripsisse Polybium, quum ψευδῆ δοξάζειν vel, quo alibi utitur, ψευδοδοξεῖν dicere posset. G. D.]

[Ψευδοδοξέω, Falsa opinor. Polyb. 16, 12, 11 : Ἀγνοεῖν ἢ ψευδοδοξεῖν, quod 10, 2, 3, quoque restituendum videri modo diximus. Philo vol. 1, p. 363, 34. Joseph. A. J. 9, 4, 3. Sext. Emp. p. 469. Iambl. V. P. p. 310. Just. Mart. Epist. p. 504. Athenagoras p. 323, E. Orig. C. Cels. 3, p. 114 ed. Spenc.]

Ψευδοδοξία, ἡ, Falsa opinio et erronea [ap. Polluc. 4, 9], Bud. ex Aristot. [Adde Plut. Mor. p. 716, B, Strab. 14, p. 680, Sext. Emp. p. 433. Clem. Al. p. 781. Just. Mart. Apol. 2, p. 133.] Idem igitur est quod Platoni ψευδὴς δόξα et ψεῦδος quoque. [Greg. Thaumat. Cat. in Jerem. t. 1, p. 831, D. Ignat. Epist. p. 79, 7 Bunsen. Hierocl. In carm. aur. Pyth. p. 63, 17 Mullach., ἡ τῆς ψ. βλάβη. Orig. t. 3, p. 468, C, τὴν τῆς μετενσωματώσεως ψ. Hase.]

Ψευδόδοξος, ὁ, ἡ, Cujus falsa est opinio. [Galen. vol. 19, p. 484, 8, ἡ ἀντιλογία τῶν ψ. Hase.]

[Ψευδοειδής, ές, ή, Falsam speciem habens. Eudocia Viol. p. 55 : Τὴν σελήνην ψευδοειδῆ καὶ ἀπὸ ἡλίου φωτίζεσθαι.]

[Ψευδοενέδρα. V. Ψευδενέδρα.]

[Ψευδοέπεια, ἡ, Mendacium. Cyrill. Al. In Habac. c. 3, p. 549 : Λῆρος τοῦτο καὶ ψ. Suicer. Idem t. 5, p. 617, E. Nicet. Dav. Paraphr. Greg. Naz. p. 22, 24 Dronk. Hase.]

Ψευδοεπέω, Falsum s. Mendacium dico, Mentior : Hesych. ψευδοεπήσωμεν, ψευδολογήσωμεν. [Sæpe legitur ap. Cyrill. Al., ut In Jes. 2, 1 : Ἀμήχανον ψευδοεπῆσαι θεόν· et ib. c. 10, p. 186; Jonæ c. 3, p. 382. Suicer. Id. C. Julian. p. 334. Conf. Ψευδεπέω.]

[Ψευδοεπὴς, ός, ή, Falsa s. mendacia dicens. Cyrill. Alex. In Jonam 4, p. 385 : Ψ. εἶναί τις καὶ βωμολόχος ἐδόκει. Suicer. Id. C. Julian. p. 334. « Idem t. 5, p. 437, E; 524, A; 487, B, ἀσύφηλοι καὶ ψ. » Hase.]

[Ψευδοεπίσκοπος. V. Ψευδεπίσκοπος.]

[Ψευδοερημίτης, ός, Falsus eremita. Jo. Damasc. Ep. ad Theoph. De imag. Edess. p. 130. Boiss. Ψευδερημίτης Νικόλαος τοὔνομα ap. Georg. Cedren. Hist. p. 480, C.]

[Ψευδοευλάβεια. V. Ψευδευλάβεια.]

[Ψευδόθεος, ός, Falsus deus. Athanas. vol. 2, p. 15 23, 73.]

[Ψευδόθυμος, ός, ή. Ψευδόθυμα codd. interpolati Soph. OEd. C. 1517, quod ex glossemate ψευδόμυθα corruptum conjecit Brunck.]

Ψευδόθυρον, τὸ, Posticum dicitur quasi Fictitia porta : quod nostra etiam lingua Falsam portam nominamus. Cic. In Verrem [2, 20] : Quemadmodum ad ipsum postea per posticum revertantur. Et alibi [Or. post. red. in sen. c. 6] : Pseudothyro intromissæ voluptates. [Ammian. Marcell. 14, 1 : « Pseudothyrum palatii. » Pluribus hujusmodi compositis usi sunt scriptores Latini posteriorum temporum iisque partim ex vocabulis Latinis formatis, cujusmodi sunt Pseudocalidus, Pseudodecimiana pira, Pseudoflavus, Pseudoliquidus, Pseudoporticus, Pseudourbanus, quorum auctores indicavit Forcellini.]

[Ψευδοϊερεύς. V. Ψευδιερεύς.]

[Ψευδοϊστορέω, Falsa narro. Eustath. p. 363.]

Ψευδοκασία, s. Ψευδοκασσία, ἡ, Pseudocassia, ἀφάτως ἐμφερὴς τῇ ἀληθινῇ κασσίᾳ, τῇ δὲ γεύσει ἐλεγχομένη, ut Diosc. tradit 1, 12. Ita igitur nominatur, quoniam veram cassiam mentitur. [Quomodo ab vera differat docet Galen. vol. 13, p. 947, ubi duplici σ scriptum.]

[Ψευδοκατάνυξις, ή, Falsa compunctio. Anast. Sin. Quæst. p. 182, 16. Hase.]

[Ψευδοκατηγορία, ας, ἡ, Falsa accusatio. Cyrill. Alex. In Jo. 11, 18, p. 681 : Τῶν μὲν θαυμαζόντων, τῶν δὲ διὰ φθόνον λαλούντων τὸ γεγονὸς, πρὸς τὸ διαβολὴν ποιῆσαι τῷ θαύματι διὰ ψευδοκατηγορίας. Suicer. Manetho 4., 332 : Ψευδοκατηγορίαι τε, κατηγορίης τε τεχνασμοί. Sophronius in Maii Spicilegio vol. 4, p. 21, 43, 87.]

[Ψευδοκατήγορος, ὁ, ἡ, Qui falso accusat, Calumniator. Hesych. s. v. Ἀνάδικος et Suidas s. v. Δίνη.]

[Ψευδοκάτων, ωνος, ὁ, Falsus Cato. Cicero Ep. ad Att. 1, 14 extr. Memoravit HSt. s. v. Ψευδαλέξανδρος.]

[Ψευδοκεφάλαιον, τὸ, Falsum caput. Anon. in Walzii Rhett. vol. 3, p. 621, 8 : Εἰ μὴ γὰρ πάντα σχοίη οὐδὲ κεφάλαιόν ἐστι καλούμενον κυρίως, ἀλλὰ ψ. ὡς τὰ προγυμνάσματα (Hermogenis).]

[Ψευδόκηλις, ή, Pseudocelis, oppidum Arabiæ. Ptolem. 6, 7, p. 403, 3.]

[Ψευδοκῆρυξ, ῦκος, ὁ, Mendaciorum præco. Soph. Phil. 1306 : Τοὺς τῶν Ἀχαιῶν ψευδοκήρυκας. Quo nomine Ulixes tangitur.]

Ψευδοκιννάμωμον, τὸ, Pseudocinnamomum, Ementita et fictitia quædam cinnamomi species. Diosc. 1, 13, de cinnamomo : Ἔστι δέ τι καὶ ἄλλο ὅμοιον τὸ καλούμενον ψευδοκιννάμωμον· mox, Καλεῖται δὲ καὶ ζιγγίβερ, ξυλοκιννάμωμον ὄν, ἔχον δέ τινα ἐμφέρειαν κιννα-μώμῳ· ἔστι δὲ ξυλῶδες κιννάμωμον, ἔχον ῥάβδους μακρὰς καὶ ῥωμαλέας, καὶ τὴν εὐωδίαν πολὺ καταδεεστέρας. [Galen. vol. 13, p. 91 : Ἡ κινναμωμὶς οἷόν περ ἀσθενές τί ἐστι κιννάμωμον, ἔνιοι δ' αὐτὴν ψευδοκιννάμωμον ὀνομάζουσιν. Ib. p. 947 : Τὸ καλούμενον ψ. ὅμοιόν ἐστι τῷ ἀληθεῖ, κατὰ δὲ τὴν γεῦσιν καὶ τὴν ὀσμὴν πολὺ ἐνδεέστερον εὑρίσκεται. G. D. Oribas. t. 2, p. 649, 1; 529, 12, ubi vertit Daremb., *la canelle ligneuse*. Hase.]

[Ψευδοκλησία, et Ψευδόκλησις vitiose pro ψευδοκλητεία, quod v.]

Ψευδοκλητεία, ἡ, q. d. Falsa vocatio in jus. Est Accusatio apparitoris, qui falso renuntiavit se quempiam in jus vocasse, ob eamque renuntiationem is, qui vocatus esse dicitur, in fraudem deserti vadimonii incidit. Bud. Comm. p. 153. Apud Harpocr. legitur ψευδοκλησία : quem sequitur Suid., ipsamet ejus verba afferens. Sed ap. Polluc. quoque [6, 154, ubi cod. vet. ψευδοκλητίας, et 8, 40, 88] ψευδοκλητεία legitur, qui [8, 44] scribit, ψευδοκλητείας δὲ (γραφὴ) κατὰ τῶν οὐ δικαίως κεκλητευκότων. [HSt. post ea quæ s. v. Ψευδοκλήτωρ dixit :] Ψευδοκλητεία, ἡ, Ejusmodi ementita citatio : ut apparitor vel litigator ψευδοκλητείας accusari dicitur Qui falso renuntiavit se quempiam in jus vocasse, ob eamque renuntiationem is, qui vocatus esse dicitur, in fraudem deserti vadimonii incidit. Demosth. [p. 1251, 20 : Τὸν κλητῆρα τὸν ὁμολογοῦντα κεκλητευκέναι τὸν Ἀρεθούσιον τῆς ψευδοκλητείας (libri pauci ψευδοκλητίας) κατὰ τὸν νόμον· et 1252, 6] : Ἀνακεκριμένου γὰρ ἦδη μου (hoc enim ibi reponendum est pro μοι) κατ' αὐτοῦ τὴν τῆς ψευδοκλητείας [hic quoque libri pauci ψευδοκλητίας] γραφὴν, καὶ μέλλοντος εἰσιέναι εἰς τὸ δικαστήριον. Paulo post dicit, Εἰσελθὼν εἰς τὸ δικαστήριον πρὸς ἡμέραν διαμεμετρημένην, καὶ ἐξελέγξας αὐτὸν τὰ ψευδῆ κεκλητευκότα, Quum eum docuissem falso renuntiasse ac testificatum esse in jus vocationem, Bud. [Andoc. p. 10, 22 : Ὁπόσοι τρὶς ψευδοκλητείας (libri —ίας) ὄφλοιεν.] Apud Harpocr. et Suid. scriptum Ψευδοκλησία : quod esse dicunt ὄνομα δίκης, ἣν εἰσίασιν οἱ ἐγγεγραμμένοι ὀφείλειν τῷ δημοσίῳ, ἐπειδὰν αἰτιῶνταί τινας ψευδῶς κατεσκευάσθαι κλητῆρας [κλητῆρα Lex. rhet. p. 317, 5] καθ' ἑαυτῶν πρὸς τὴν δίκην, ἀφ' ἧς ὤφλον. [Harpocrationis codd. ψευδοκλησία, ψευδοκλητία, ψευδοκλησττία utraque scriptura confusa, ψευδόκλησις. Ψευδοκλησία etiam ap. Suidam et in Lexico rhet. in Bekk. Anecd. p. 317, 3. Recta forma ψευδοκλητεία est. De utraque dixit Lobeck. ad Phryn. p. 507.] Legi autem hoc vocab. annotant quum ap. alios oratores tum ap. Isæum in Orat. c. Nic. [Harpocratio post verba modo apposita : Ἔστι δὲ παρά τε ἄλλοις ῥήτορσι καὶ Ἰσαίῳ ἐν τῷ πρὸς Νικοκλέα περὶ χωρίου.] Clarius Bud. ψευδοκλητείας esse δίκην ait κατηγορίαν κατὰ τοῦ κλητῆρος κεκλητευκέναι ψευσαμένου, s. κατὰ τῶν τὰ ψευδῆ κλητευσάντων, h. e. κεκλητευκέναι φασκόντων τὰς μὴ κεκλητευμένας δίκας. Idque tum ex supra citato Dem. loco apparet, tum ex his verbis quæ eum præcedunt : Ἐγὼ δὲ ἐκτίσας τῷ δημοσίῳ τὸ ὄφλημα, ἐπειδὴ ἐπυθόμην τὴν ἐπιβουλὴν, ἐβάδιζον ἐπὶ τὸν κλητῆρα τὸν ὁμολογοῦντα κεκλητευκέναι, Ego vero quum judicatum publice dissolvissem, intellecta fraude in eum experiri statui, qui se in jus me vocasse falso affirmarat, i. e. ψευδοκλητείας eum accusare volebam. [Gramm. recentior in Bekk. Anecd. p. 194, 25 : Ψευδοκλητίας· ὅταν εἰς ἐμφανῶν κατάστασίν τινες κρύφα ἐνέγκαντες τοὺς ἀντιδίκους πρὸς τὸν κριτὴν, ἐρήμην καταψηφίσαντες τοῦ ἑτέρου μέρους. Dixerunt de hac actione Bœckh. OEcon. vol. 1, p. 502, 512, Meier. et Schœmann. in libro de lite Attica p. 336, 577.]

[Ψευδοκλητία vitiose pro ψευδοκλητεία, quod v.]

Ψευδοκλήτωρ, ορος, ὁ, Qui falso sese citasse aliquem dicit; ut apparitor, qui mentitur sese vocasse aliquem in jus, ut deserti vadimonii pœnam incurrat. Athen. 6, [p. 254, B] ex Theopompo : Ἡλήρεις εἶναι τὰς Ἀθήνας διονυσιοκολάκων καὶ ναυτῶν, καὶ λωποδυτῶν, ἔτι δὲ ψευδομαρτύρων καὶ συκοφαντῶν καὶ ψευδοκλητόρων.

[Ψευδοκογχύλιον, τὸ, Fucus. Democritus in Physicis Mss. : Τὰ εἰσερχόμενά εἰσι ταῦτα· φῦκος, ὃ καλοῦσι ψ., καὶ κόκκον .... Ducang.]

[Ψευδοκοράσιον, τὸ, Pseudocorasium. Steph. Byz. : Ψ., αἰγιαλὸς μέγας μεταξὺ Κωρύκου καὶ τῆς Σελευκείας τῆς παρ' Ἰσαύροις. Ἀρτεμίδωρος ἐνάτῳ Γεωγραφουμένων « Παραλλάξαντι δὲ ταύτην αἰγιαλὸς ἄλλος ἐκδέχεται σταδίων τριῶν, μηνοειδὴς καὶ ὕφορμος, καλούμενος Ψ. »]

Ψευδοκόρη, ἡ, Fictitia et ementita puella. Ita in

Comœdiis dicebatur Persona quædam, quæ τὴν κόρην mentiretur : λευκοτέρα autem erat τὴν χρόαν, καὶ περὶ τὸ βρέγμα δέδετο τὰς τρίχας, ἐοικυῖα μονογάμῳ, ut Pollux docet, 4, c. 19 [§ 151 et 152. Conf. Benoit. *Essai sur la com. de Ménandre,* ed. Paris. 1854, p. 252. Hase.]

[Ψευδοκριτὴς, ὁ, Mentitus s. stolidus judex. Achmes Onirocr. p. 149, 11, ἄνθρωπον ψ. Hase.]

[Ψευδοκτυπέω, Frustra crepo. Joann. Camen. De excidio Thessal. p. 327, A : Μάτην ἐν τούτοις ἐψευδοκτύπησαν οἱ Ἕλληνες.]

Ψευδοκύπειρος, ἡ, Pseudocyperus, Frutex ex eo dictus, quod veri cyperi speciem mentitur. Diosc. [?] Plin. [H. N. 17, 13, 20; 34, 13, 35. ŭ]

[Ψευδοκύων, κυνος, ὁ, Falsus cynicus. Plut. V. Bruti c. 34.]

[Ψευδολατρεία, ἡ, Falsus cultus. « Cyrill. Al. In Jes. c. 40, p. 515 : Ἀπεχομίσθησαν εἰς ψ. Et c. 48, p. 644 : Ψευδολατρίαν τοῖς ψευδωνύμοις προσάγειν θεοῖς. Scribendum potius ψευδολατρείαν. Suicer.]

[Ψευδολάτρης, ὁ, Falsus cultor. Theodor. Diac. Expugn. Cr. 2, 73 : Τοῖς Χριστολάτραις συμμαχεῖν ἠπειγμένος, τοῖς ψευδολάτραις ἦν βολὴ ποινηφόρος.]

[Ψευδολατρία vitiose pro ψευδολατρεία, quod v.]*

[Ψευδολέτης, ὁ, Mendacia perdens. Anon. H. in Virg. 24, ubi ψευδολέτην femininum est, haud dubie ψευδολέτιν scribendum, ut δεινολύτιν eodem in hymno legitur, non δεινολύτην. G. D. Habet ψευδολέτιν codex quem vidi. Boiss.]

[Ψευδολήρημα, τὸ, Mendaces nugæ. Tzetz. Hist. 10, 868 : Ἓν τοῦτο ψ. τυγχάνει φιλοσόφων.]

[Ψευδοληστὴς, ὁ, Falsus s. personatus latro. Ψευδοληστὰὶ Timoclis comœdia fuit, memorata Athen. 3, p. 109, C.]

[Ψευδόλιτρος. V. Ψευδόνιτρος.]

Ψευδολογέω, Falsum dico, Mentior, ψεύδομαι. [Isocr. p. 209, D : Τοσοῦτον ἐπιδεδωκέναι πεποιήκασι τὸ ψευδολογεῖν. Æschin. p. 43, 41 : Εἶπε δὲ ὡς ἐψευδολόγουν. Polyb. 3, 47, 6. Diodor. 3, 36. Athen. 5, p. 215, D. Hesych. s. v. Ψευδεπήσειεν et Ψευδοεπήσωμεν, Etym. M. p. 304, 17. G. D. Constant. Porphyrog. De them. p. 18, A Ven. Athanas. t. 2, p. 429, D, εἰ ψευδολογεῖς. Phot. Bibl. p. 381, 3, ψευδολογῶν. Epiphan. t. 1, p. 259, D, ἐψευδολόγησεν. Hase.]

[Ψευδολόγημα, τὸ, Falsa narratio. Schol. Par. Apoll. Rh. 4, 57 : Δίκην ἔδωκε τοῦ ψ. Georg. Pach. V. Andron. Pal. p. 232, C : Τὸ ἔγκλημα ἀπᾷδον ὅλως καὶ ψ. ἄντικρυς.]

Ψευδολογία, ἡ, Mendacium. [Pollux 2, 121; 4, 50; 8, 31.] Isocr. Panath. [p. 248, D] : Μᾶλλον ἀγαπῶντας τὰς θαυματοποιΐας τῶν εὐεργεσιῶν, καὶ τὰς ψ., τῆς ἀληθείας. Idem in eadem Orat. [p. 232, A] : Τῶν λόγων τοὺς τερατείας καὶ ψ. μεστούς. [P. 284, C : Ποικιλίας καὶ ψ. Et numero plurali De antid. § 144, p. 453 ed. Oxon.] Item, Αἰτία τῆς ψ. τῆς περὶ ἐμὲ γιγνομένης. [Dem. p. 933, 20; 1098, 21. Polyb. 4, 42, 7. Plut. V. Dion. c. 19, Mor. p. 1066, B. Aristid. vol. 1, p. 473; 2, p. 310. Philostr. p. 293. Lucian. Nigr. c. 15, et recentiores plurimi. Ψευθομυθία per ψ. exp. gramm. in Bachm. Anecd. vol. 1, p. 419, 26.]

[Ψευδολογικὸς, ἡ, ον, Falsiloquus. Schol. Hermog. in Walzii Rhett. vol. 4, p. 23, 27 : Ἔστι δὲ καὶ ἄλλη ῥητορικὴ ψευδολογικὴ, ἥτις ἐν δικαστηρίοις συκοφαντικὴ λέγεται, ἐν δὲ βουλευτηρίοις κολακεία.]

[Ψευδολογιστὴς, ὁ, Mendax argumentator, inscribitur invectiva Luciani, Ψ. ἢ περὶ τῆς ἀποφράδος. Hase.]

Ψευδολόγος, ὁ, ἡ, Qui falsum dicit, Falsiloquus, Mendax. Aristoph. Ran. [1521] : Ὁ πανοῦργος ἀνὴρ καὶ ψευδολόγος καὶ βωμολόχος. Utitur et Dem. [? Polyb. 32, 9, 8. Lucian. De electr. c. 3. Paul. Ep. ad Tim. 1, 4, 2. Cum genitivo Leon. Tar. Anth. Pal. 9, 80 : Ερροιτ' εἰκαίης ψευδολόγοι σοφίης. G. D. Ignat. Epist. p. 61, 8; 63, 1 Bunsen. Jo. Damasc. t. 1, p. 117, A. Strabo p. 70, C, ψευδολόγοι γεγόνασιν. || Adverb. Ψευδολόγως Achmes Onirocr. p. 254, 35, si lectio sana. Hase.]

[Ψεύδομαι. V. Ψεύδω.]

Ψευδομάντεια, ἡ, Falsa vaticinatio. A Suida ponitur tantum ψευδόμαντις, et quidem nec expositione adjecta, nec exemplo. [Rectus accentus est ψευδομαντεία. Joann. Hieros. in Append. ad Theophan. Contin. p. 313, D : Ἄξια τὰ ἐπίχειρα τῆς ψευδομαντείας αὐτοῦ κομισάμενον.]

Ψευδομαντεύομαι, Falsa vaticinor, Falsa reddo oracula. [Nusquam legitur.]

Ψευδόμαντις, δ, Falsus s. Mendax vates. [Herodot. 4, 69 : Ψευδομάντιας καλέοντες. Æsch. Ag. 1195. Soph. OEd. C. 1152. Eur. Or. 1667. Plut. V. Cicer. c. 17. Lucian. D. deor. 16, 2, D. mort. 14, 5. Ducas Hist. Byz. p. 163, A. G. Dind. Jo. Hieros. Narr. p. 235, D Ven. Greg. Naz. t. 1, p. 122, C, γενέσθαι ψευδόμαντις ἐμαυτοῦ κατευξάμενος. Accus. ψευδόμαντιν Athenag. p. 22, B. Theodoret. Gr. aff. cur. p. 6, 9 Gaisf., οἱ τῶν Ἑλλήνων ψ. Hase. Femin. Πυθία ψ. Plut. Mor. p. 860, D.]

[Ψευδομάριος, ὁ, Falsus Marius. Appian. B. C. 3, 2 : Ἀμάτιος ἦν ὁ ψ. et 3, 57.]

[Ψευδομάρτυρ. V. Ψευδομάρτυς.]

Ψευδομαρτὔρέω, Falsum testimonium dico, fero, Falsum testor, quod divisim ψευδῆ μαρτυρεῖν dicitur. [Plato Rep. 9, p. 575, B : Ψευδομαρτυροῦσι· Leg. 11, p. 937, C : Ἐάν τις ἁλῷ δὶς ψευδομαρτυρῶν. Aristot. Rhet. 1, 14.] Affertur e Xen. [Mem. 4, 4, 11], et a Polluce ex Critia. [Pollux 6, 152 : Τὰ ψευδῆ μαρτυρῶν· οἱ μὲν γὰρ ψευδομάρτυρες εἴρηνται παρὰ Κριτίᾳ, καὶ ὁ ψευδομάρτυς οὐκ οἶδ' ὅπου· καὶ τὸ ψευδομαρτυρεῖν ὁ αὐτός που λέγει, καὶ Δημοσθένης καταψευδομαρτυροῦμαι. G. D. Julian. Imp. Contra Christ. p. 152, B. Jo. Damasc. t. 2, p. 803, E. Orig. t. 3, p. 520, A, ψευδομαρτυρήσας. Athanas. t. 2, p. 304, A, τῶν κατὰ τοῦ Χριστοῦ ψευδομαρτυρησάντων. Hase.]

[Ψευδομαρτύρημα, τὸ, « Falsum monumentum, ψευδομαρτυρία, in Nov. Const. » Lex. Gr.-Lat. ap. P. Baldvin. 1611.]

Ψευδομαρτυρία, ἡ, Falsum testimonium, Testimonium rei falsæ datum [Polycarp. Ep. ad Philipp. c. 2, vol. 2, p. 506 ed. Jacobson. : Ἀπεχόμενοι πάσης ἀδικίας, ... καταλαλιᾶς, ψευδομαρτυρίας· et ib. c. 4, p. 512. Multo frequentius in jure Attico. Ex Hyperide Pollux 8, 31. Idem ib. 36 : Κατὰ τῶν τὰ ψευδῆ μαρτυρούντων δίκη ψευδομαρτυριῶν, ὃ καὶ ἐπισκήψασθαι ψευδομαρτυριῶν ἐλέγετο], ψεύδους μαρτυρία, ut Plut. loquitur. Isæus [p. 52, 20] : Ἐπισκηψαμένων δ' ἡμῶν, ἡ μὲν λῆξις τοῦ κλήρου διεγράφη, ἡ δὲ τῶν ψ. δίκη εἰσήει, Sortitione hæreditatis circumducta falsi judicium constitutum est. Qui vero ψευδομαρτυριῶν damnari solerent, vide tum in Διαμαρτυρέω, tum ap. Bud. p. 105. [Isæus p. 52, 32 : Ψευδομαρτυριῶν εἵλομεν. Ψ. ἁλῶναι Lysias p. 118, 19, Demosth. p. 999, 23, Æschin. p. 12, 19, Plut. V. Pomp. c. 53; ψ. ὀφλεῖν Andoc. p. 10, 22.; ὑποδίκους εἶναι τῶν ψ. Demosth. p. 1132, 1; τῶν ψ. διώκειν p. 848, 20; 850, 17; τῶν ψ. ἐπισκήπτεσθαι p. 846 extr. 856, 21; 861, 12; 1201, 5; ψ. εἰληχέναι p. 1116, 29; φεύγειν τῶν ψ. 861, 27; κινδυνεύειν ἐν ψευδομαρτυρίαις 1315, 9; ἀφιέναι τῶν ψ. 856 extr. Τὴν τῶν ψ. διάκρισιν Plato Leg. 11, p. 937, B; ψ. δίκαι Isæus p. 88, 44, et τῶν ψ. δίκη 38, 14; ἐπίσκηψις τῶν ψ. Demosth. p. 1154, 22.] Aristot. Rhet. [1, 15] : Οὐχ ἁλίσκεται ψευδομαρτυριῶν· Polit. 2, [5] ψευδομαρτυριῶν κρίσεις, Actiones in falsa testimonia institutæ. [Et ψ. δίκαι ib. c. 12.] Et ψευδομαρτυριῶν ἀγωνίζεσθαι [Demosth. p. 741, 20], Causam falsi testimonii dicere. [Numero sing. Isæus in fragm. ap. Dionys. De Is. vol. 5, p. 620, 17 : Πῶς ἄν τις ὑμῶν καταγνοίη ψευδομαρτυρίαν Δημαράτου τουτουί· ubi modo præcesserat μαρτυρῆσαι ψευδῆ μαρτυρίαν. Demosth. p. 1033, 1 : Κινδυνεύειν τὴν ψ. Pluribus de hac actione dixit Meier. in libro de lite Attica p. 380—385.]

Ψευδομαρτυριάω, Falsum testificor, ut ψευδομαρτυρέω supra. Andoc. [p. 2, 4] : Ἑάλωσαν παρ' ὑμῖν ψευδομαρτυριῶντες, Falsi testimonii convicti sunt, Deprehensi sunt falsum testimonium dixisse. [« Ψευδομαρτυριᾶν velut Andocidæ prostat in Lexicis, sed cum centenis aliis in istis libris vitiosum est. Apud Andocidem p. 2, 3, ἑάλωσαν ... ψευδομαρτυριῶντες, quamvis legatur etiam in Or. Isæi 4, p. 52, 14, mutandum est in ἑάλωσαν ... ψευδομαρτυριῶν. Sic quivis loquuntur oratores, Lysias, Isæus, Demosthenes, ceterique. V. Valck. Annott. in loca quædam N. T. p. 345. » Bast. Utrique oratori ψευδομαρτυριῶν restitutum ex codd.]

Ψευδομαρτύριον, τὸ, pro ψευδομαρτυρία, Pollux [8, 31] ex Cratino. Et τὸ ψ. ἐπισκέψασθαι apud Eundem [8, 36, ubi nunc recte ψευδομαρτυριῶν ἐπισκήψασθαι]. Quod fiebat ἐν δίκῃ κατὰ τῶν ψευδῆ μαρτυρούντων. [Plat. Theæt. p. 148, B : Ὥστε μοι δοκεῖ ὁ Θεόδωρος οὐκ ἔνοχος τοῖς ψευδομαρτυρίοις ἔσεσθαι.]

[Ψευδομάρτυς, ὁ.] Ψευδομάρτυρ, Falsus testis. Pollux ex Critia. [Non hoc dixit Pollux 6, 152, sed pluralem ψευδομάρτυρες ex Critia attulit, singularis ψευδομάρτυς nullum se exemplum habere addens. Plurali etiam Plato usus est Gorg. p. 472, B : Ψευδομάρτυρας πολλοὺς κατ' ἐμοῦ παρασχόμενος· et Plut. Mor. p. 821, F : Αἱ ἀπὸ θεάτρων ... ψευδώνυμοι τιμαὶ καὶ ψευδομάρτυρες.] Et Aristot. Pol. 2, [12]: Αἱ δίκαι τῶν ψευδομαρτύρων. [Recte nunc ψευδομαρτυριῶν. « Ψευδομάρτυρες Athanas. t. 2, p. 304, A. Cyrill. Al. t. 5, p. 682, B. Ψευδομάρτυρας Athanas. Patr. CPol. Epist. ap. Bandur. Imp. Or. t. 2, p. 685, 53 Ven. » Hase.] Ψευδομάρτυς pro eodem Pollux [l. c.].

[Ψευδόμελι, τὸ, Venenum. Balsamon de Rasaphoris c. 3 : Ἐν σκοτομήνῃ τοξάζουσι, τὰ βέλη ψευδομέλιτι χρίοντες. Ducang.]

[Ψευδομονάζω, Insincerus sum monachus, Specie, non re, monachus sum. Georg. Alexandr. V. Chrys. p. 207, 10. Seager. Pallad. V. ejusd. p. 49, 6. Hase. Verbum notæ non melioris quam ψευδοξάζω, quod supra notavi. G. Dind.]

[Ψευδομόναχος, ὁ, Falsus monachus. Nilus Ep. 75, p. 355. Boiss. Eustath. Opusc. p. 238, 90 : Οὐδὲ μέλαν μόνον φόρημα τοὺς ἀληθεῖς ἐκτελεῖ μοναχοὺς, ἀλλὰ τοὺς δοκήτας καὶ δι' αὐτὸ ψευδομονάχους.]

[Ψευδόμενος, ὁ, syllogismi species, de qua v. s. v. Ψεύδω.]

[Ψευδόμορφος, ὁ, ἡ, Speciem ementiens. Achmes Onir. p. 255, 6, ψ. γυναικῶν. Hase.]

Ψευδομῡθέω, Falsa s. Mendacia loquor, Mentior; ψευδολογῶ, Hesych. [Cyrill. Al. In Zachar. c. 8, p. 719: Ὁ τῶν ὅλων θεὸς ... ψευδομυθεῖ οὐδαμῶς. Suicer. Id. t. 5, p. 400, E et 543, B, μὴ ψευδομυθεῖν· 396, B, ψευδομυθήσει. Hase.]

Ψευδομῡθία, Mendacium, Falsum commentum, ψευδὴς λόγος s. μῦθος. [Per ψευδολογία exp. Suidas et gramm. in Bachm. Anecd. vol. 1, p. 419, 26. Cyrill. Al. In Jes. c. 27, p. 378f: Οὐ ψ. τὸ χρῆμα.]

[Ψευδόμυθος. V. Ψευδόθυμος.]

Ψευδόναρδος, ἡ, Herba quæ veram nardum mentitur, et qua, teste Plin. [H. N. 12, 12, 26], nardus adulteratur. Gorr. esse tradit Fruticem ubique fere nascentem, folio crassiore, carnoso, angusto, colore languido in candidum vergente, frequentibus spicis in aristas sparsis, flosculis purpureis : duorum esse generum : unum, procerius, odoratius, vulgo Gallorum aspicum; dictum alterum, minus odorum minusque altum, quod vulgo Lavendulam appellari : utrumque perpetua coma canescere.

[Ψευδόνειρος, ὁ, ἡ, Falsa somnians. Ψευδόνειρον γεγονέναι Chariton 3, 7, p. 55.]

[Ψευδονέρων, ωνος, Falsus Nero. Lucian. Adv. ind. c. 20 : Ὁ κατὰ τοὺς προπάτορας ἡμῶν ψ., ubi Gesn. : « De Pseudoneronibus tribus v. Casaub. ad Suetonii Neronem extr. »]

Ψευδόνιτρος κονία, ἡ, Lixivium ex nitro falso s. adulterino. Aristoph. Ran. [712] : Ὁπόσοι κρατοῦσι κυκησιτέφρου ψευδονίτρου κονίας καὶ Κιμωλίας γῆς. [Attica forma ψευδολίτρου restituta ex Polluce 7, 39, et Eustath. p. 483, 8.]

[Ψευδονύμφευτος, ὁ, ἡ. Eur. Hel. 888 : Ἀλεξάνδρου γάμους ... ψευδονυμφεύτους, de Helena quæ specie tantum nupsit, i. e. non ei cui videbatur.]

Ψευδοπαιδεία, ἡ, Falsa eruditio, s. Fictitia et commentitia doctrina, et quæ veræ doctrinæ titulum mentitur, quæ ἀληθινὴ παιδεία vocatur. Ambo in Tab. Ceb. [c. 11. Galen. vol. 6, p. 361 : Τοῦτο δὲ λάχανον (ὂν) οἱ τὴν ἐπίτριπτον ψ. ἀσκοῦντες ὀνομάζειν ἀξιοῦσι ῥάφανον.]

[Ψευδοπαιδὲς, τὸ, synonymum σταφίδος τῆς ἀγρίας ap. Discor. 4, 103 (156).]

[Ψευδόπαν, νος, ὁ, Falsus Pan. Julian. Orat. 7, p. 234, D : Ὦ τοῦ γελοίου ψευδόπανος. Boiss.]

[Ψευδοπανικὰ, τὰ, Ficti terrores Panici. Polyæn. 3, 9, 32.]

[Ψευδοπαρήχησις, εως, ἡ, Falsa vocis assimilatio. Eustath. p. 29, 41 : Ἐν τῷ θυμὸς καὶ μῦθος ψ. ποιοῦσι.]

Ψευδοπαρθένος, ἡ, Falsa s. Fictitia virgo, Quæ virginitatem mentitur. [Herodot. 4, 180 : Τὰς ἀποθνησκούσας τῶν παρθένων ἐκ τῶν τραυμάτων ψευδοπαρθένους καλέουσι. Achill. Tat. 8, 3 : Τῆς ψ. ταύτης ἑταίρας.]

[Ψευδοπάτιον, τὸ, Falsum s. fictum tabulatum vel pavimentum in ædificiis. Imp. Zeno lib. 8 Cod. tit. 10, leg. 12, 3. Forcellini. In Novella Zenonis est primo ψευδοπάτιον, sed paullo post ψευδοπάτου. Ψευδοπάτιον ex Basil. 58, 11, 12, 3, Harmenopulo 2, 4, 67, et Leonis Tact. 19, 6, indicat Ducangius. « Adde Prochiron Bas., Const. et Leon. p. 212, 12 Zachar. » Hase.]

[Ψευδόπατρις, ὁ, ἡ, Patriam mentiens. Orac. Sibyll. 3, 420 : Πρέσβυς ψ. 11, 40 : Ψ. Θηβαῖος ἀνήρ.]

[Ψευδοπάτωρ, ὁ, Falsus pater. Callim. H. Cer. 99 : Ψευδοπάτωρ, ἴδε τόνδε τεοῦ τρίτον.]

[Ψευδοπενιὰς, άδος, ἡ, Pseudopenias, promontorium Cyrenaicæ ap. Strab. 17, p. 836.]

[Ψευδοπερίπτερος, ὁ, ἡ. HSt. s. v. Περίπτερος :] At Ψευδοπερίπτερος, Qui peripteri formam simulat et quasi mentitur, Vitruv. 4, 7.

[Ψευδοπλάνης, ητος, ὁ, Simulatus erro. Eust. p. 1762, 3 : Ὁ ψ. Ὀδυσσεύς.]

[Ψευδοπλανήτης, ὁ, idem. Eust. p. 1742, 24 : Ὁ ψ. Ὀδυσσεύς.]

Ψευδοπλάστης, ὁ, Qui mendacia confingit, Mendaciorum inventor, Bud. [Ψευδῶν συγκολλητὴς per ψ. exp. schol. Aristoph. Nub. 445.]

[Ψευδοπλόκος, ὁ, ἡ, Mendacia nectens. Theodos. Diac. Acr. 1, 67. Boiss.]

Ψευδόπλουτος, ὁ, ἡ, Qui se divitem mentitur, Bud. Videtur proprie sonare Qui divitias mentitur, ψευδόμενος πλοῦτον. [Schol. Aristoph. Vesp. 451, Av. 823. Hesych. s. v. Ψευδάμαξυς. « Achmes Onirocr. p. 14, 28. » Hase.]

[Ψευδοποιέω, Facio ut aliquid falsum esse videatur, Mendacii arguo. Polyb. 12, 25, 4 : Τὰς ἀποφάσεις τῶν ποιητῶν καὶ συγγραφέων ψευδοποιεῖν· 30, 4, 13 : Τὰ τῶν ἄλλων ἐπειρᾶτο ψευδοποιεῖν καὶ ταπεινοῦν, τὰ δὲ τῶν Ῥοδίων ηὔξανε. Origen. C. Cels. p. 232, 40 : Ψευδοποιήσεις αὐτοῦ τοὺς λόγους. Sext. Emp. p. 463 : Οὐδὲ τὰς ἀλλήλων ψευδοποιεῖν δόξας (ἐχρῆν)· 652 : Τοῦτο ψ. τὸ διεζευγμένον τελέως ἐστὶ ληρῶδες. Cum accus. personæ, Falsis narrationibus impleo. Clem. Al. p. 269 : Οἱ ψευδοποιοῦντες τὰς γυναῖκας διημερεύουσι μετ' αὐτῶν μύθους ἐρωτικοὺς ἀδολεσχοῦντες, καὶ τὸ σῶμα καὶ τὰς ψυχὰς αὐτῶν διακναίοντες ψευδεργίᾳ καὶ ψευδολογίᾳ. Schol. Soph. Ant. 389, ψεύδει ἡ Ἰπίνοια exp. per ψευδῆ ποιεῖ et τὴν ἀπελπίσασαν γνώμην ψευδῆ ποιεῖ, ubi schol. recentior ψευδοποιεῖ, fortasse recte. (Hesychius v. Ἀχυρῶσαι. Boiss.) Passiv. Plutarch. Mor. p. 899, F : Ἡ αἴσθησις μοναχῶς ψευδοποιεῖται, Uno modo fallitur. Sext. Emp. p. 693 : Ὥστ' ἐπὶ τῆς τῶν ἑτερογενῶν δείξεως ψευδοποιηθῆναι τὴν διαίρεσιν. Corruptum est ψευδοποιησαμένων ap. Strabon. 3, p. 138, ubi Coraes σπονδοποιησαμένων conjecit.]

[Ψευδοποιία, ἡ, Fallax fictio. Clem. Al. p. 258 : Τοῦ προσώπου τὴν ψ.]

[Ψευδοποίμην, ενος, ὁ, Falsus pastor. Cyrill. Al. Jesaiæ c. 56, p. 801 : Ψευδοποιμένες (corrige accentum) ἄνθρωποι τὰν νοῦν κεκαυτηριασμένοι. Suicer. Pallad. Vita Chrys. p. 34, 31, τοὺς φέναξ τῶν ψ. Hase.]

[Ψευδοποιὸς ap. Dinarch. p. 105, 23, in edd. vet. Recte codd. δευσοποιός. G. D. Et sic quoque corrigend. Greg. Nyss. t. 2, p. 490, A, ubi cusum, ψευδοποιὸν βαφήν. Hase.]

[Ψευδοπολίχνιον, τὸ, Fictum oppidulum. Joseph. B. J. 4, 9, 9.]

[Ψευδοπραξία, ἡ, Falsa actio. Eustath. Opusc. p. 162, 80 : Τὴν ἁμαρτίαν τοῦ ψεύδους ἔστι νοεῖν μεριζομένην εἴς τε ψευδολογίαν καὶ εἰς ὡς οὕτως εἰπεῖν ψευδοπραξίαν. Verba ὡς οὕτως εἰπεῖν indicio sunt vocabulum ab Eustathio formatum esse.]

[Ψευδοπρεσβευτὴς, ὁ, Falsus legatus. Ψευδοκήρυκας per ψ. exp. schol. Soph. Phil. 1306.]

[Ψευδοπρεσβύτερος, ὁ, Falsus presbyter. Pallad. V. Chrys. p. 38 : Οἷον ἦσαν οἱ κατὰ Βαβυλῶνα ψ., de senibus Susannæ amatoribus.]

[Ψευδοπροδοσία, ἡ, Ficta proditio. Polyæn. 3, 9, 32.]

[Ψευδοπροφητεία, ἡ, Falsa vaticinatio. Euseb. H. E. 5, 16 : Τῆς νέας ταύτης οὐ ... προφητείας, πολὺ δὲ μᾶλλον ψ. Epiphan. vol. 1, p. 404, D : Δοκιμάσωμεν ποία προφητεία τυγχάνει καὶ ποία ψ. *Pseudoprophetia* ap. Tertullian. De jejun. c. 11.]

[Ψευδοπροφητεύω, Falsa vaticinor. Cyrill. Al. In Joann. 7, 28, p. 449 : Τὸ ψευδοπροφητεύειν ἀποτολμᾶτε.]

Ψευδοπροφήτης, ὁ, Falsus propheta, Qui falso sibi prophetæ nomen usurpat, ut qui in veteri populo prophetarum nomen mentiebantur. Vide Ψευδοδιδάσκαλος. [Clem. Alex. p. 311. Kall. Comm. de SS. Petro et Paulo Actt. SS. Junii t. 5, p. 418, F. Vita Eliæ Spel. ib. Sept. t. 3, p. 867, C. Orig. t. 3, p. 781, D. Jo. Damasc. t. 1, p. 88, D. Cyrill. Al. t. 5, p. 682, C, πολλοὶ ψ. De Mohamete Theodos. Diac. De exp. Cretæ 1, 70. Hase.]

[Ψευδοπροφητικὸς, ἡ, ὸν, Qui falsi prophetæ est. Τὸ ψ. πνεῦμα Euseb. H. E. 5, 16, 5. *Pseudopropheticus spiritus* ap. Tertullian. De pudic. c. 21.]

[Ψευδοπροφῆτις, ιδος, ἡ, Falsa prophetissa. Euseb. H. E. 4, 27, et Tertullian. De anim. c. 57.]

Ψευδόπτωμα, τὸ, Falsus et fictitius casus vel lapsus, non verus. In palæstra ψευδόπτωμα vocant quum athleta aliquis in humerum cadens, subito exurgit, et absterso pulvere lapsus indice, sese cecidisse negat : quod Aristoph. exprimit in eleganti hoc Equitum loco [567] : Πανταχοῦ νικῶντες αἰεὶ, τήνδ' ἐκόσμησαν πόλιν, Κοὐδεὶς οὐδεπώποτ' αὐτῶν τοὺς ἐναντίους ἰδὼν, Ἠρίθμησεν, ἀλλ' ὁ θυμὸς εὐθὺς ἦν ἀμυνίας. Εἰ δέ που πέσοιεν ἐς τὸν ὦμον ἐν μάχῃ τινὶ, Ταῦτ' ἀπεψήσαντ' ἂν, εἶτ' ἠρνοῦντο μὴ πεπτωκέναι, Ἀλλὰ διεπάλαιον αὖθις. Ubi schol. ψευδόπτωμα esse εἶδος παλαίσματος annotat, quo videl. τῶν παλαιόντων οἱ εἰς τὸν ὦμον πεσόντες, ἐξαναστάντες εἰώθασιν ἀποψᾶν τὴν κόνιν, ἵνα μὴ ἴχνος ἔχοιεν μηδὲ ἔλεγχον τοῦ πτώματος. Alii prolixius definientes, esse dicunt Casum in lucta et eversionem, sed non legitimam : quum videlicet luctator adversarium supplantat quidem et evertit, sed eum non resupinans tantummodo ita dejicit, ut in latus atque humerum concidat, non autem supinus jaceat atque prostratus : dejectus vero ἀντίπαλος, callida agilitate confestim resurgens, absterso pulvere, ut novus atque integer, et se dejectum inficians, luctatur acrius cum hoste manu conserta. Sed perperam ap. schol. Aristoph. [in cod. Ven. et ed. Ald.] scriptum ψευδόπωμα, recte ψευδόπτωμα ap. Suid. [s. h. v. et s. Ἀπεψησάμην.] Nam ψευδόπωμα esset Fictitium et ementitum operculum. [Plut. Compar. Pelopidæ et Marcelli c. 1 : Μεγάλην δὲ αὗται (αἱ ἧτται καὶ τροπαὶ) ῥοπὴν οὐδεμίαν ἐποίησαν, ἀλλ' ἔοικε ψευδόπτωμά τι γενέσθαι περὶ τὸν Λίβυν ἐν ταῖς συμπλοκαῖς ἐκείναις. Sic Bryanus pro ψεύδωμα vel ψεύδομα.]

[Ψευδόπυλαι, αἱ. V. Πύλη vol. 6, p. 2232, D.]

Ψευδόπῦρα, τὰ, Fictitii et ementiti ignes, ut quum ad fallendos aut etiam terrefaciendos hostes noctu multos accendebant ignes. Nam Suidas esse ait στρατήγημα, ὃ ποιοῦσι διὰ νυκτὸς καίοντες πυρὰ πρὸς κατάπληξιν τῶν πολεμίων. Solebat enim ex ignibus adventus hostium cognosci, ut ap. Thuc. 8, p. 295 [c. 102], Athenienses cognoverunt Peloponnesios classe advenire ὡς αὐτοῖς οἵ τε φρυκτωροὶ ἐσήμαινον, καὶ ἠσθάνοντο τὰ πυρὰ ἐξαίφνης πολλὰ ἐν τῇ πολεμίᾳ φανέντα. Proverbialiter autem Ψευδόπυρα οἷον τὰ σά, de inanibus terriculis et minis, aut quum ostenditur arte periculum, quum reipsa nullum sit : translato adagio illo a militari astutia, qua ad territandos hostes noctu diversis in locis ignes incenduntur ut ingens esse exercitus credatur. Ita Erasm., sed et alium hæc ψευδόπυρα usum habuisse sciendum est.

[Ψευδόπωμα vitiose pro ψευδόπτωμα, quod v.]

[Ψευδοραβδοθίαι (?)· ψευδοραψῳδοὶ, Hesych.]

Ψευδορᾶν, Falso lumine intueri, VV. LL. [Vox nihili.]

[Ψευδοραψῳδὸς, ὁ.] Ψευδοραψοθίαι [non hoc, sed ψευδοραβδοθίαι legitur] Hesychio sunt ψευδοραψῳδοὶ, qui falso ῥαψῳδῶν titulum gerunt. Sed prioris scriptura suspecta est.

[Ψευδορήτωρ, ορος, ὁ, Falsus rhetor. Georg. Pletho in Walzii Rhett. vol. 6, p. 577, 6. » Matth. Camariota Compend. Rhet. p. 16.» Boiss. Rectius Ψευδορρήτωρ.]

Ψευδορκέω, Falsum juro, [Pejero, addit HSt. alibi;] Juramentum fallo, ἐπιορκῶ, Aristoph. [Eccl. 603. Chrysipp. ap. Stob. Flor. 28, 15. G. D. Clem. Al. Strom. 7, 8, 51, τὸ ψεύδεσθαι καὶ τὸ ψευδορκεῖν. Pseudo-Chrys. t. 8, p. 661, E, συνέφερεν αὐτῷ ψευδορκῆσαι. Jo. Tzetz. Alleg. Il. T, 90, οὐ ψευδορκήσω. Hase.]

[Ψευδορκία, ἡ, Falsum juramentum. Philo De Decalogo § 19, p. 196. Boiss. Phot. Epist. p. 383, 6. Greg. Naz. t. 2, p. 158, 171; 218, 885; 224, 31, κίνδυνος ψευδορκίας. Hase. Tzetz. ad Lycophr. 932 : Ἀποδιδοὺς ποινὴν διὰ τὴν ψ.]

[Ψευδόρκιος. V. Ψεύδορκος.]

Ψεύδορκος, sive Ψευδόρκιος, ὁ, ἡ, Qui falsum jurat, Perjurus, ἐπίορκος, Qui juramentum fallit et frangit, ὁ τοὺς ὅρκους s. τὰ ὅρκια ψευδόμενος. Prius [Posterius] affertur ex Herodoto 1, [165 : Ψευδόρκιοι γενόμενοι ἀπέπλωον. Nisi ψεύδορκοι scripsit. G. Dind. HSt. alibi :] Ψεύδορκος, ὁ, ἡ, Perjurus, Qui falso jurat, i. q. ἐπίορκος. [Eurip. Med. 1392 : Τοῦ ψευδόρκου καὶ ξεναπάτου. Euseb. ap. Stob. Flor. 28, 13 : Ἔχειν γνώμην τὴν τοῦ ψευδόρκου (ψευδοόρκου Trincav.). Pseudophocyl. 17 : Ψεύδορκον στυγέει θεὸς ἄμβροτος ὅστις ὀμόσσῃ· et iisdem fere verbis Orac. Sibyll. 2, 69 : Ψεύδορκον στυγέει θεὸς, ὅττι κεν ἄν τις ὀμόσσῃ. Eustath. Opusc. p. 164, 90 : Οἱ ψεύδορκοι.] Ψευδόρκιος pro eod. VV. LL. ex Herodoto.

[Ψεύδορνις, ιθος, ὁ, Falsa avis. Basil. schol. Ms. in Greg. Naz. p. 44. Bast.]

[Ψευδορρημοσύνη, ἡ, Falsa verba, Falsa narratio. Gr. Palamas ap. Boivin. ad Gregoram p. 789 fin. Boiss.]

[Ψευδορρήτωρ. V. Ψευδορήτωρ.]

Ψεῦδος, τὸ, Mendacium, Falsum commentum. [De etymologia ineptit Etym. M. p. 818, 13 : Ψεῦδος· παρὰ τὸ ψεύδω ἢ φεύγω, φεῦγος καὶ ψεῦδος, ὃ πάντες φεύγομεν. Ἢ παρὰ τὸ φείδω φεῖδος· καὶ τροπῇ, ψεῦδος. Ἢ παρὰ τὸ εἴδω τὸ βλέπω, κατὰ ἀντίφρασιν. Dicitur autem non solum de mendacio, quod quis sciens committit, sed etiam de eo quod quis vel inscitia veri vel poeticæ fictionis causa admittit.] Hom. Od. Ξ, [387] : Μήτε τι μοι ψεύδεσσι χαρίζεο, μήτε τι θέλγε· Il. Φ, [276] : Ἤ με ψεύδεσσιν ἔθελγε· Ψ, [576] : Ἀντίλοχον ψεύδεσσι βιησάμενος· Od. Γ, [20] : Ψεῦδος δ' οὐκ ἐρέει, Mendacium non dicet, s. ψευδεῖς λόγους aut ψευδῆ : οὐ ψεύσεται, Non mentietur; et Τ, [203] : Ἴσκε ψεύδεα πολλὰ λέγων ἐτύμοισιν ὁμοῖα, Multa mendacia veris similia dicere norat; ut et Hesiod. Th. [27] : Ἴδμεν ψεύδεα πολλὰ λέγειν ἐτύμοισιν ὁμοῖα· Op. [787] : Φιλέει δέ τε κέρτομα βάζειν, Ψεύδεά θ', αἱμυλίους τε λόγους, κρυφίους τ' ἀρισμούς. [Et similiter ib. 78. Idem Theog. 239, inter Eridis progeniem numerat Νείκεά τε Ψεύδεά τε Λόγους Ἀμφιλογίας τε. Post Epicos veteres frequens voc. usus est apud poetas lyricos, scenicos et alios scriptores quosvis. Pind. Ol. 4, 28 : Οὐ ψεύδεϊ τέγξω λόγον· 6, 113 : Φωνὰν ψευδέων ἄγνωστον· Pyth. 3, 53 : Ψευδέων οὐχ ἅπτεται (Apollo)· 9, 75 : Τὸν οὐ θεμιτὸν ψεύδει θιγεῖν. Ψευδέων ἐνιπὰν Ol. 10, 7; ψ. αἴολον Nem. 8, 43; γλυκὺ de dulci fictione poetica Pyth. 2, 68; ἔχθιστον 4, 177; μεταμώνιον Ol. 12, 8; ποικίλον 1, 46. Semel ap. Æschylum in versu ei tributo in Sexti Disp. antiscept. in Galii Opusc. myth. p. 720 : Ψευδῶν δὲ καιρὸν ἔσθ' ὅπου τιμᾷ θεός. Soph. El. 1220 : Ψεῦδος οὐδὲν ὧν λέγω· Aut. 1094 : Ψεῦδος ἐς πόλιν λακεῖν· Ph. 842 : Κομπεῖν σὺν ψεύδεσιν. Eur. Andr. 448 : Ψευδῶν ἄνακτες· Hel. 316 : Πόλλ' ἂν γένοιτο καὶ διὰ ψευδῶν ἔπη. Amipsias ap. Suidam s. v. Ἀναψυχῆναι : Καί τί που κἀμαρτύρησας ψεῦδος.] Rursum Hom. ut λέγειν ψεύδεα, ita et βουλεύειν et ἀρτύνειν dicit pro Comminisci et machinari, Od. Ξ, [296] : Ψεύδεα βουλεύσας, ἵνα οἱ σὺν φόρτον ἄγοιμι· Λ, [365] : Ψεύδεά τ' ἀρτύνοντας ὅθεν κέ τις οὐδὲ ἴδοιτο. Quibus opp. ἀποτιθέναι ψεῦδος, Mendaciis se abdicare, ut quum Paulus Ep. ad Ephes. 4, [25] ait, Διὸ ἀποθέμενοι τὸ ψεῦδος λαλεῖτε ἀλήθειαν ἕκαστος μετὰ τοῦ πλησίον αὐτοῦ, Deposito mendacio, s. Abdicantes vos mendacio. [Adde Ep. Jo. 1, 1, 21 : Ὅτι πᾶν ψ. ἐκ τῆς ἀληθείας οὐκ ἔστι. Plato Hipp. min. p. 370, E : Περὶ ψεύδους καὶ ἀληθείας. Dinarch. p. 97 : Τὸ ψ. ἰσχύσειν τῆς ἀληθείας μᾶλλον.] Ubi ut opponuntur sibi ψεῦδος et ἀλήθεια, ita τὸ ψεῦδος et τὸ ἀληθὲς in Plat. Epist. 7, [p. 344, B] :

[Ψηνίζω. HSt. s. v. Ὑποψηνίζω :] Affertur vero et simplex Ψηνίζω pro Caprifico, ἐρινάζω, Summissis culicibus ficariis ad maturitatem perduco; vel simplicius, Culices ficarios subdo. [Conf. Ἐρινάζω et Ὀλυνθάζω.] Alias ψηνίξαι, Suida teste, est ξύσαι, Radere; exponente etiam σοβῆσαι. [|| Alio sensu Aristoph. Eq. 518 : Καὶ λυδίζων καὶ ψηνίζων, de Magnete comico qui Λυδοὺς et Ψῆνας comœdias scripserat. Hinc Hesych. : Ψηνίζων· τοὺς Ψῆνας λέγει τοὺς τοῦ Μάγνητος· ἔστι δὲ ὁ ψὴν εἶδος ζῴου ὅμοιον κώνωπι, ὃ εἰσδύεται εἰς τοὺς ὀλύνθους τῶν σύκων καὶ πεπαίνει αὐτούς.] Procul dubio ab adj. Ψηνὸς, quod Eidem est φαλακρὸς, Calvus : Hesychio ἀραιὸς, ψεδνὸς, διάψιλος, Raros habens pilos, Pilis propemodum nudatus : ut sit Reddo ψηνὸν ac depilem, Deglabro, s. Glabro. [Zonaras Lex. p. 1871 : Ψηνός· ὁ φαλακρός (παρὰ Σιμωνίδῃ addit Etym. M. p. 817, 53, ubi de adj. ψεδνὸς agit)· παρὰ τὸ ψῶ· ἢ παρὰ τὸ ψήσω ψηνός.] Idem verbum habet obscœnam etiam signif., ut in proverbiali isto senario, Οὐδεὶς κομήτης ὅστις οὐ ψηνίζεται, pro περαίνεται, Perciditur. Nam id et Synesius indicat his verbis, in Calvitiei Encomio [p. 244, A] : Οὐδεὶς κομήτης ὅστις οὔ· τὸ δὲ ἀκροτελεύτιον αὐτὸς σὺ πρὸς τὴν ἠχὼ τοῦ τριμέτρου συνάρμοσον· οὐ γὰρ ἔγωγε φθέγξομαι τὸ δεινὸν ἐκεῖνο καὶ πρᾶγμα καὶ ὄνομα· quum paulo ante dixisset, πασχητιῶν δὲ μειράκιον ταῖς θριξὶ σημαινόμεθα.

[Ψήνιθρον, τό. Hierophil. ap. Salmas. in Solinum p. 746, B, χρίσμα ἐσκευασμένον, τουτέστι ψ. Addit Salm. : « In his verbis ψ. est, Decoctum. » Hase.]

[Ψηνός. V. Ψηνίζω.]

Ψῆξις, εως, ἡ, Rasio s. Rasura, Defrictio, Destrictio, Detersio. Xen. De re eq. [5, 3] : Ὅταν ἐπὶ ψῆξιν καὶ ὅταν ἐπὶ κυλίστραν ἐξάγῃ τὸν ἵππον. [Ib. 10 : Τῶν σκελῶν ψ. χερσὶ γιγνομένη.]

[Ψήρ. V. Ψάρ.]

[Ψηροπυρίτας· ἀπόπυρος ἄρτος· οἱ δὲ πυριεφθὴς, οἱ δὲ κακὸς, Hesych. Vitiose pro ξηροπυρίτας, ubi hæc gl. Hesychii memorari debebat.]

[Ψηρός. V. Ψηχρός.]

Ψῆσσα [Hæc forma ap. Zonar. Lex. p. 1871 : Ψῆττα· ὄνομα ἰχθύος. Καὶ ψῆσσα. Unde Suidæ Ψῆσσα restitunt Bernhard. pro Ψησία· εἶδος ἰχθύων], et Attice Ψῆττα [Fortasse ψῆσσα piscis planus a ψάω, quia speciem rasi, ἀπεψημένου, habet. Lobeck. Paralip. p. 124. *Psetta* ap. Plin. H. N. 9, 16, 24], ἡ, piscis ex latorum genere. [Rhombus, Gl.] Athen. 7, [p. 288, B] scribit Atticos τὴν βούγλωσσον nominare ψῆτταν. Archestr. tamen inter utramque discrimen facit, quum canit, Εἶτα λαβεῖν ψῆτταν μεγάλην καὶ τὴν ὑπότρηχυν Βούγλωσσον. Idem Archestr. ap. eund. Athen. : Ψῆττά τε χονδροφυής. [De ψήτταις explicatius agit Athen. 7, p. 329, F, allatis Dioclis, Speusippi, Dorionis et Lyncei locis.] Apud Plin. 9, 16 est Psitta : Vado maris excavato condi per hyemes torpedinem, psittam soleamque tradunt. Quomodo Aristoteles quoque scribit τὴν ψῆτταν sese καθαμμίζειν, H. A. 9, 37. Gaza ibi Passerem interpretari maluit. Meminit Hesych. quoque, scribens esse ἰχθύδιον τῶν πλατέων, a quibusdam nominari σανδάλιον, ab aliis βούγλωσσον. Archestr. tamen a buglosso, Plin. a solea diversam facit, ut jam docui. [Plato Symp. p. 191, D : Ἅτε τετμημένος ὥσπερ αἱ ψῆτται. Eadem similitudine utitur Aristoph. Lys. 115 : Ἐγὼ ... ὥσπερεὶ ψῆτταν δοκῶ δοῦνὰν ἐμαυτῆς παρταμοῦσα θήμισυ (ubi inepte pro avis nomine habuit scholiasta). Ad quæ verba alia mulier respiciens v. 130 ironice, Ταυτὶ σὺ λέγεις, ὦ ψῆττα. Lucian. Pisc. c. 49 : Ἡμίτομος ἰχθὺς προσέρχεται, ψῆττά τις. Henioch. ap. Athen. 6, p. 271, A. Artemidoro 2, 14, ψῆτται, ἀφύαι pro ψεστοαφύαι restituit Ruhnk. ad Tim. p. 278. Cognomen hominis est ap. Platon. com. in fragm. ap. schol. Aristoph. Nub. 110 : Γλαυκέτης ἡ ψῆττα, de quo Meinekius vol. 2. p. 652 : « Ψῆτταν cur dixerit Glaucetam haud alia fuisse videtur caussa quam quod hoc piscium genere, gulosis hominibus impense amato (Clem. Al. Pæd. 2, 1, p. 164), summopere delectabatur. Similem ob caussam Callimedonti καράβου nomen adhæsit. » Ψῆτταν aversatur persona quam loquentem introduxit Antiphanes ap. Athen. 7, p. 329, E : Θρᾶτταν ἢ ψῆττάν τιν' ἢ μύραιναν ἢ κακόν τί μοι δώσει μέγα θαλάττιον· ubi Meinek. vol. 3, p. 123 : « Videtur poeta mulierculam induxisse pisces vehementer aversantem et Halæensi civi (præcedit enim Δήμου δ' Ἁλαιεύς ἐστιν), apud quos multam piscium capturam fuisse constat, invito animo nubentem. »] Porro reperitur Ψίττα et pro ψῆττα, quod genus est piscium latorum, Passer secundum Gazam : extatque ea scriptura non ap. Plin. modo, ut supra docui, sed ap. alios etiam. [Sic ap. Tim. Lex. p. 278 : Ψίτται, ἰχθύων εἶδος· ubi Ruhnk. : « Ψῆττα per η habet Platonis textus Symp. p. 191, D, et scholiasta, Clem. Al. p. 164, Oppian. Hal. 1, 105, Pollux 6, 51 (ψῆτται ἐξ Ἐλευσῖνος ib. 63), at per ι, ut Timæus, Alciphro 1, 7, ubi tamen in cod. Paris. per η scribitur. » Adde Alex. Trall. 7, p. 130. In loco Luciani supra cit. editio Flor. ψίττα τις; duo codd. optimi ψιττακίς. Apud recentiores Græcos Ψησία, τὰ, pro ψῆτται, quod ex schol. Oppiani Hal. 1, 99, 105, indicat Ducang. G. D. Ψῆτταν Bussemaker. Schol. Oppian. p. 659 censet esse Pleuronecten Flesum L.; Daremberg. Oribas. t. 1, p. 116, 3 vertit *le flet*. Hase.]

[Ψησσοὶ, οἱ, Psessi. Steph. Byz. : Ψησσοὶ, ἔθνος τῆς Ταυρινίας (Ταυριανίας Meinek.). Ἀπολλόδωρος ἐν δευτέρῳ περὶ γῆς « ἔπειτα δ' Ἑρμώνασσα καὶ Κῆπος (Κῆποι πόλις), τρίτον δὲ τὸ Ψησσῶν ἔθνος. » Ψήσσιοι ap. Ptolem. 5, 9, p. 349, 6, in libris optimis (deteriores Ψήσιοι vel Σήμψιοι), ut *Psesii* ap. Plin. H. N. 7, 7 legebatur, cui *Psessi* ex inscr. in Jahnii Annal. phil. vol. 36, p. 224, nuper restitutum. Ψησσῶν est in inscr. ap. Bœckh. vol. 2, p. 1010, ubi Bœckh. : « *Psessei* vocantur in Latina interpretatione Ptolemæi manuscripta, Petropoli asservata. Ex populis, quos Ptolemæus hoc loco nominat, Iaxamatæ in tabula geographica apud Bertium haud procul ab Exopoli in meridiem ponuntur, sub his in meridiem Siraceni; Mæotidi vero propiores quam Siraceni et Iaxamatæ collocantur ψησιοι in tabula manuscripta Ptolemæi in bibliotheca Parisina, inter Tanain et Marubium fluvios. »]

Ψηστὸς, ἡ, ὸν, Tersus, Detersus, Rasus, Derasus, Radendo detersus. [Adjectivi simplicis exempla nulla sunt.] Unde Παλίμψηστος, ὁ, ἡ, Iterum derasus, Deradendo tersus.

[Ψῆττα. V. Ψῆσσα.]

[Ψηττάδιον, τὸ, dimin. a ψῆττα. Anaxandr. ap. Athen. 3, p. 105, F: Καὶ ψητταδίοις μετὰ κωθαρίων· ubi codex ψιτταδίοις. Sed vera nominis forma haud dubie ψητταρίοις est, quod restituit Lobeck. ad Phryn. p. 74, et Pathol. Proleg. p. 354.]

[Ψηττοειδὴς, ὁ, ἡ, Psettæ similis. Aristot. De inc. anim. 17, p. 714, 6: Οἱ ψηττοειδεῖς τῶν ἰχθύων.]

[Ψηττόπους, ὁ, ἡ, Psettæ pedes habens. Ψηττόποδες gens ficta ab Luciano V. H. 1, 35: Τὴν μεσόγειαν νέμονται Παγουρίδαι καὶ Ψηττόποδες, γένος μάχιμον καὶ δρομικώτατον· ubi libri nonnulli ψιττόποδες.]

[Ψηφαροί. Hippolytus De Antichristo c. 59, p. 29 ed. Fabr.: Ψηφαροὶ ἐπὶ τὸ κέρας ἐφ' ὑψηλοῦ αἰνούμενοι, τάξις προφητῶν. Scriptura corrupta, de qua frustra hariolatur Combefisius.]

[Ψηφὰς, άδος, ὁ. Lex. Ms. Hafn.: Ψηφάς· ὀφθαλμοπλάνος. Præstigiator, ap. Athanas. vol. 2, p. 298, C: Ὥσπερ οἱ λεγόμενοι ψηφάδες καὶ πάλιν αὐτὸς ὁ ἀντίχριστος ἐρχόμενος ἐν φαντασίᾳ πλανᾷ τοὺς ὀφθαλμοὺς τῶν ἀνθρώπων. Et Ψηφᾶς, de quo Ducang.: «Vita Ms. Symeonis: Ἐθεάτριζόν ποτε μῖμοι εἰς τὸ θέατρον· ἦν δὲ ἐξ αὐτῶν ψηφᾶς. Infra: Εἶδες τὸν ψηφᾶν ἀρξάμενον ποιεῖν ἀθέμιτα πράγματα. Rursum: Ὥσπερ ὁ ψηφᾶς ποιεῖ ὀφθαλμοφανίαν. Concilium Cpol. sub Mena Act. 5, p. 224: Τινὸς τὸ ἐπίκλην ψηφᾶ. Epistola Michaelis Pselli 201, inscripta τῷ ψηφᾷ. Iidem videntur cum ψηφοκλέπταις vel ψηφοπαίκταις.»]

[Ψηφάω.] Ψηφῶν, Ratiocinans, Cogitans, Curans. Ψηφῶν, φροντίζων, Hesych. Fuerit autem partic. a Ψηφάω. [Vitiose pro ψέφων.]

[Ψηφεῖον, τὸ, Locus ubi suffragia dantur. Euagrius H. Eccl. 1, 18: Μεμνόνιος ... τὸ πρὸς ἡμῶν ψηφίον ὀνομαζόμενον ἐξ ἐδάφους ἀνοικοδομεῖ, ὑπαίθριον αὐλὴν κατὰ τὸ μέσον ἐάσας. Scribendum ψηφεῖον cum Toupio Emend. vol. 2, p. 397. Hoc alii ψηφοφορεῖον dixerunt, quod v.]

[Ψηφηδαχεῖν vitiose pro ψήφῳ δαχεῖν in libris quibusdam Aristoph. Ach. 354.]

[Ψηφηφορεῖον. V. Ψηφοφορεῖον.]

[Ψηφηφορέω. V. Ψηφοφορέω.]

[Ψηφηφόρημα, τὸ, Suffragii latio. Theod. Prodr. Εὐχ. in Notitt. Mss. vol. 6, p. 527.]

[Ψηφηφορία. Ψηφηφορικός. Ψηφηφόρος. V. Ψηφοφ—.]

[Ψηφίδιον, τὸ, Calculus minutus. Iamblich. De myst. p. 141, 13 Parthey., de hariolis vaticinantibus διὰ ψ. ἢ ῥάβδων ἢ ξύλων τινῶν. Hase.]

Ψηφῖδοφόρος, ὁ, Qui suffragium ferre potest, Qui sententiam dicere potest, Bud. ex Herodoto. Ex Eod. affertur [6, 109]: Ψηφιδοφόρος ἑνδέκατος, In dicenda sententia undecimus. Observa autem in noc comp., ψηφῖδα esse Eum calculum quo fertur suffragium.

[Ψηφιδώδης, ὁ, ἡ, Calculosus. Ψ. γῆ Geopon. 2, 6, 41; ψ. διαφύσεις 2, 6, 36; τὰ ψηφιδώδη 2, 6, 37.]

Ψηφίζω, [fut. ίσω, Att. ιῶ, med. ιοῦμαι,] q. d. Calculo (si ex Gallico nostro *Calculer*, fingere liceat Latinum Calculare; quod Gallicum tamen ex illo Latino manasse credibilius est, verum recentioribus tantum, aut saltem nonnullis eorum usitato. Vegetius quidem certe eo usus esse fertur; sed videndum an in illa signif. Apud Martialem autem ejus verbale (Calculator extat), Calculos subduco, Calculis computo: et generaliter Computo, Supputo. [Anon. in Walzii Rhett. vol. 8, p. 717, 2: Ψηφίζειν τὸ δακτύλοις μετρεῖν. Trypho ib. p. 732, 4: Τὸ ψηφίζειν κυρίως μὲν τὸ ταῖς ψήφοις ἀριθμεῖν, καταχρηστικῶς δὲ καὶ τοῖς δακτύλοις ἀριθμεῖν.] Epigr. p. 184 meæ edit. [Palladæ Anth. Pal. 11, 290]: Ζῇ δ' ἡ ψῆφος νῦν τοῦ ψηφίζοντος ἑταίρη. Lucillius in eadem p. [ib. 11, 171]: Ψηφίζων δ' ἀνέκειτο πόσον δώσει διεγερθεὶς Ἰητροῖς μισθοῦ, καὶ τί νοσῶν δαπανᾷ, Supputans quantum mercedis daturus esset medicis, ubi convaluisset. In pag. proxime illam præcedente, sine adjectione usus est Antiphanes [ib. 11, 168] (sicut in illo primo exemplo usurpari vides), Ψηφίζεις κακόδαιμον, ubi subaudiendum esse videtur τοὺς τόκους (vel tale quid), Supputas usuras tuas, i. e. quæ tibi debentur, Subducis rationem tuarum usurarum. Subjungit enim, ὁ δὲ χρόνος, ὡς τόκον, οὕτω Καὶ πολιὸν τίκτει γῆρας ἐπερχόμενον. [Polyb. 5, 26, 13: Ἐκεῖναι (αἱ ἐπὶ τῶν ἀβακίων ψῆφοι) κατὰ τὴν τοῦ ψηφιζοντος βούλησιν ἄρτι χαλκοῦν καὶ παραυτίκα τάλαντον ἴσχουσιν. Plut. Mor. p. 141, C: Δεῖ μὴ τοῖς δακτύλοις γαμεῖν, ὥσπερ ἔνιοι ψηφίσαντες πόσα φέρουσαν λαμβάνουσιν. Palæph. 53, 3: Οὐ γὰρ ἤδεισαν οἱ Αἰγύπτιοι τότε ἄλλον τινὰ ἀριθμὸν ἐν τῷ ψηφίζειν, ἀλλὰ τὰς περιόδους τῶν ἡμερῶν εἰς ἔτη ἐψήφιζον.] In Apoc. Joannis [13, 18] legimus, ψηφίζειν τὸν ἀριθμόν· ap. Luc. 14, [28] ψηφίζειν τὴν δαπάνην, Computare sumptus qui in rem aliquam faciendi sunt. Aristoph. Vesp. [656]: Καὶ πρῶτον μὲν λόγισαι φαύλως μὴ ψήφοις, ἀλλ' ἀπὸ χειρὸς, ubi schol. annotat solitos veteres λογίζεσθαι ψήφοις: unde esse ψηφίζειν. [Hesych.: Λογίζομαι· τῇ χειρὶ ψηφίζω.] Quibus addit, νῦν δὲ καὶ ταῖς δικαστικαῖς ψήφοις· πρὸς ὃ παίζει. Intellige autem illud νῦν de eo, quod ibi fit ap. Aristoph. Simulque nota ψῆφοι δικαστικαὶ uno in loco, et ψῆφοι sine adjectione in altero positum.

‖ Ψηφίζω pro ψηφίζομαι, Decerno, Statuo. Apud Soph. p. 27 meæ edit. [Aj. 449] dicit Ajax, Κεἰ μὴ τόδ' ὄμμα καὶ φρένες διάστροφοι Γνώμης ἀπῆξαν τῆς ἐμῆς, οὐκ ἄν ποτε Δίκην κατ' ἄλλου φωτὸς ὧδ' ἐψήφισαν, ubi schol. annotat esse pro ἐψηφίσαντο. Cam. interpr., Haud unquam jus in alium mortalem hic statuerent. Alii (satis audacter δίκην interpretantes Sententiam) reddunt, Nunquam sententiam adversus alium virum pronuntiassent. I. e. Sententia, quam adversus me pronuntiarunt, ultima eorum sententia fuisset, i. e. nunquam ullam aliam pronuntiassent. Sed ὧδε fortassis est potius Sic, Hoc modo, quam Hic. [Apud Æschin. p. 5, 40, in legis formula, ubi legebatur κρύβδην ψηφιζόντων τῶν βουλευτῶν, nunc ψηφιζομένων ex uno cod. Alii codd. ψηφίζον ἕν, vel ψηφίζων ἕν, vel ψηφίζειν ἕν.] Apud Herodian. quoque observatione dignus est usus hujus activæ vocis pro passiva, 2, [5, 10]: Καὶ πᾶσαν τὴν ἐξουσίαν ἐγὼ καὶ οἱ λοιποὶ πάντες ψηφίζομέν σοι διδόντες, Summam tibi potestatem decernimus, Polit. Sed suspectus hic locus esse possit, quum non alii solum scriptores, sed et hic ipse vocem passivam alibi usurpet, et quidem cum similem etiam signif. habentibus accusativis [3, 9, 22]: Ἡ δὲ σύγκλητος πάσας τε τιμὰς ἐψηφίσατο αὐτῷ, καὶ προσηγορίας ἀπὸ τῶν ἐθνῶν τῶν κεχειρωμένων, ubi Polit. reddidit itidem verbo Decernere.

‖ Ψηφίζομαι, Calculo meo s. Suffragio aliquid statuo, aut decerno. Aut etiam simpliciter Decerno, Scisco. [Hesychius: Ψηφισαμένων· κρινόντων. Plato Demod. p. 381, E: Οἴεσθαι δεῖν ψηφίζεσθαι ὡς κρίνειν ἱκανοὺς ὄντας. Xenophon Mem. 4, 4, 2: Οὐκ ἐπέτρεψε τῷ δήμῳ ψηφίσασθαι· Hell. 1, 5, 18: Ψηφισαμένων Ἀθηναίων. Demosth. p. 575, 18: Τούτοις (τοῖς νόμοις) ἀξιοῦντα καὶ ἀντιβολοῦντα ἕκαστον ὑμῶν ψηφίσασθαι, i. e. Secundum has leges. 711, 11: Οὔτ' ἀμφοτέροις (τοῖς νόμοις) ἔνι δήπου ψηφίσασθαι οὔτε θατέρῳ ψηφιζομένους εὐορκεῖν. Ψηφιεῖσθαι σὺν γνώμῃ δικαιοτάτῃ et κατὰ τοὺς νόμους Pollux 8, 122. Diod. 12, 55: Ἀθηναίων ... κατὰ τὴν γνώμην τοῦ Κλέωνος ψηφισαμένων.] Interdum cum accus., interdum cum infin. [Cum accus. Aristoph. Vesp. 769: Ταύτης ἐπιβολὴν ψηφιεῖ μίαν μόνην.] Thuc. 1: Ἐψηφίσαντο ἃ ἐκέλευε, Decreverunt quæ jubebat; vel potius, quæ suadebat, vel quæ facienda esse monebat; aut, ad quæ facienda hortabatur. Quidam interpr. In ejus sententiam decretum fecerunt. [Id. 6, 73: Ἐψηφίσαντο πάντα ὡς ἐκέλευε· 5, 30: Ὅ τι ἂν τὸ πλῆθος τῶν ξυμμάχων ψηφίσηται· 38: Οὐκ ἄλλα ψηφιεῖσθαι ἢ ἃ σφίσι ... παραινοῦσιν· 6, 25: Ἥντινα αὐτῷ παρασκευὴν ψηφίσωνται· 7, 48: Ψηφισαμένους τὴν ἀναχώρησιν. Demosth. p. 1052, 4: Ἀφελέσθαι τὸν κλῆρον, ὃν ὑμεῖς αὐτῇ ἐψηφίσασθε· 804, 10: Δικαιότερον ἐκεῖνο τὸ ψήφισμα ἦν οὗ σὺ νῦν ἀξιοῖς σοι ψηφίσασθαι τουτουσί. Ψηφίζεσθαι δίκην, Sententia sua caussam disceptare, Isæus p. 38, 32. Ψηφίζεσθαί τινι τὸ διαδίκασμα, Adjudicare alicui caussam, Lysias p. 149, 7.] Plut. Sulla [c. 8]: Ἀπραξίας δὲ διὰ ταῦτα τῶν ὑπάτων ψηφισαμένων, Quum propter hæc consules justitium decrevissent. Popl. [c. 3]: Οἷς δεινὸν ἦν ἐφόδια φυγῆς ψηφίσασθαι. [Diodor. 3, 53: Δῶρα δόντων αὐτῇ καὶ τιμὰς ἀξιολόγους κοινῇ ψηφισαμένων.] Et ψηφίζεσθαι πολιτείαν τινὶ, Decernere alicui jus civitatis, Decreto jus civitatis illi dare s. donare. [Plut. Mor. p. 826, C: Ὡς φασὶν Ἀλεξάνδρῳ πολιτείαν Μεγαρῆς ψηφίσασθαι. Xen.

Hell. 2, 3, 45 : Τὴν ἐπὶ τῶν τετρακοσίων πολιτείαν καὶ αὐτὸς ὁ δῆμος ἐψηφίσατο.] Et ψηφίσασθαι τὸν πόλεμον, Decernere bellum. Quidam interpr. etiam, Suffragia dare de bello movendo. [Thuc. 1, 86 : Ψηφίζεσθε ἀξίως τῆς Σπάρτης τὸν πόλεμον. Isocr. p. 164, B : Ψηφισάμενοι τὴν εἰρήνην.] Huic simile est ap. Plut. Pericle [c. 24] : Ψηφίζεται τὸν εἰς Σάμον πλοῦν. Plato Apol. [p. 32, B] : Ἠναντιούμην ὑμῖν μηδὲν ποιεῖν παρὰ τοὺς νόμους, καὶ ἐναντία ἐψηφισάμην. [Id. Symp. p. 177, D : Οὐδείς σοι ... ἐναντία ψηφιεῖται.] Cum infin. autem [Æsch. Ag. 1352 : Κἀγὼ τοιούτου γνώματος κοινωνὸς ὢν ψηφίζομαί τι δρᾶν. Thucyd. 1, 88 : Ἐψηφίσαντο τὰς σπονδὰς λελύσθαι. Plato Gorg. p. 516, E : Μιλτιάδην ἐς τὸ βάραθρον ἐμβαλεῖν ἐψηφίσαντο. Xen. Hell. 1, 7, 35 : Ἐψηφίσαντο οἵτινες τὸν δῆμον ἐξηπάτησαν, προβολὰς αὐτῶν εἶναι. Isocr. p. 175, C : Ἐς τὴν ὀρχήστραν ... ἐσφέρειν ἐψηφίσαντο. Plut. V. Pericl. c. 20 : Ἐψηφίσατο (i. e. efficiebat ut decernerent) πλεῖν εἰς Σινώπην Ἀθηναίων ἐθελοντὰς ἑξακοσίους.] Dem. [p. 1208, 3] : Ὧν ἀκούοντες ὑμεῖς ἐψηφίσασθε, τάς τε ναῦς καθέλκειν τοὺς τριηράρχους, καὶ τοὺς βουλευτὰς καὶ τοὺς δημάρχους καταλόγους ποιεῖσθαι τῶν δημοτῶν, Quibus auditis, scivistis ut trierarchi naves deducerent, et senatores cum demarchis nautas crearent, etc. Bud. Apud Appian. B. C. 4 : Ἐψηφίσαντο εἶναι πολεμίους, Decreto hostes esse declararunt. [Cum infinitivo futuri ap. Diodor. 12, 72 : Ἐψηφίσαντο πάντας ... ἡδέως ἀποσφάξειν (ut κεχρικότες πολιορκήσειν ib. c. 79), ubi tamen alii libri ἀποσφάζειν. Dio Cass. 73, 1 : Τρισχιλίας αὐτοῖς δραχμὰς κατ' ἄνδρα δώσειν ἐψηφίσατο. Omisso infinitivo Plut. V. Flam. c. 14 : Σύμμαχον ἐψηφίσαντο· Mor. p. 187, E : Ὃν ψηφίζεσθε θεόν. Ælian. V. H. 2, 19 : Ἐπέστειλε τοῖς Ἕλλησι θεὸν αὐτὸν ψηφίσασθαι· et 5, 12. Dio Cass. 68, 10 : Πολέμιον αὐτὸν ἡ βουλὴ ἐψηφίσατο. Mandandi signif. 42, 32 : Φυλακὴν οἱ βουλευταὶ τῆς πόλεως τῷ ἱππάρχῳ ἐψηφίσαντο· 40, 12 : Μήτε τοῦ πολέμου οἱ ἐψηφισμένου.] E Xen. [Cyrop. 2, 2, 20] : Ψηφίζεσθαι ὥστε μὴ ἴσων ἕκαστον τυγχάνειν, Decernere ne singuli sint eodem jure. [Sequente ὅπως Plut. V. Pompeii c. 54 : Δεξαμένης τῆς βουλῆς καὶ ψηφισαμένης, ὅπως ὕπατος αἱρεθεὶς ὁ Πομπήϊος ἄρχοι μόνος. Cum participio Thucyd. 6, 6 : Ἐψηφίσαντο πρέσβεις πέμψαντες πρῶτον ἐς τὴν Ἔγεσταν· ubi πέμψαντες aut delendum aut, quod aliis placuit, in πέμψαι mutandum.] Affertur vero et præp. περὶ junctum, item præpositioni πρός : ex Dem., Ψηφίζομαι περὶ τοῦ χρόνου τοῖς νομοθέταις, Decretum fero legumlatoribus de tempore, Tempus constituo legumlatoribus. [Plato Demod. p. 382, D : Περὶ ὧν ἂν ψηφίσωνται. Cum ὑπὲρ Æschin. p. 22, 12 : Ὑπὲρ αὐτῶν ψηφιεῖσθαι ὧν ἂν ἡ δίωξις ᾖ. Lucian. Pisc. c. 9 : Ἄδικα πείσεις ὑπὲρ σοῦ ψηφίσασθαι.] Ex Eod. [Demosth.] ψηφίζομαι πρός σε, Decretum fero adversus te. At vero Ψηφίζομαι πρὸς τὸ τῆς πόλεως ἀξίωμα, ap. Eund., Pro urbis dignitate decerno.

‖ Ψηφίζεσθαι dicitur etiam judex, quum fert sententiam. Aristoph. Vesp. [755] : Ψηφιζομένων ὁ τελευταῖος, Sententiam ferentium ultimus. Dem. C. Olymp. : Ψηφισαμένων δὴ ταῦτα τῶν δικαστῶν, Quum hæc censuissent judices, Bud. Comm. p. 161. In alio autem ejusdem operis loco, ex eodem oratore [Lysia p. 149, 7] affert, Οὐ παρὰ τὸ δίκαιον ἀξιῶ μοι ψηφίσασθαι τὸ διαδίκασμα, pro Adjudicare mihi quod intendi.

‖ Ψηφίζεσθαι cum dat. personæ, pro σύμψηφον εἶναι, Suffragari, Astipulari, Ejusdem sententiæ esse, ex Philostr. Her. Chrysost. in c. 4 Ep. ad Rom. : Τὸν Δαβὶδ εἰσάγων αὐτῇ ψηφιζόμενον, Ab ea pronuntiantem, Bud. Idem Chrys. : Καὶ τὸν Δαβὶδ εἰσάγει ψηφιζόμενον τοῖς εἰρημένοις. Ex Ejusdem opusculo Περὶ ἱερωσύνης affertur, Ψηφίσασθαι τοῖς κατηγόροις, Sententiam ferre pro accusatoribus, Suffragari accusatoribus. [Cum dativo rei ψηφίζεσθαι τοῖς νόμοις, de quo supra diximus.]

‖ Ψηφίζεσθαι pro καταψηφίζεσθαι, Condemnare, ex Bud. affertur in VV. LL., sed sive Bud. sive alius hujus interpretationis sit auctor, eam aliquo exemplo confirmari mihi postulem.

‖ Ψηφίζεσθαι, Calculum in urnam mittere. [Quod ἐς τὴν ὑδρίαν ψηφίσασθαι dixit Xen. Hell. 1, 7, 6.] Bud. e Xen. Hell. [2, 3, 50] : Γνοὺς ὁ Κριτίας ὅτι εἰ ἐπιτρέψει τῇ βουλῇ διαψηφίζεσθαι [codex unus ψηφίζεσθαι] περὶ αὐτοῦ, ἀποφεύξοιτο. [Passivum Ψηφίζομαι, Plut. V. Nic. c. 14 : Ψηφιζομένῃ τῇ στρατιᾷ. Lysias p. 132, 24 : Ἐπειδὴ τοῦτο τὸ ψήφισμα ἐψηφίσθη. Sæpe ap. Dion. Cass., ut 49, 42 : Ἐπινίκια διεπράττοντο σφίσι ... ψηφίζεσθαι· 59, 6 : Ἐψηφίσθη ... αὐτὸν ὑπατεῦσαι· 11 : Καί οἱ τά τε ἄλλα ἐψηφίσθη καὶ ἵνα ἀθανατισθῇ. Pariterque cum ἵνα ib. 24, et ἐψήφιστο ὅπως ... c. 15. Frequentiora] participia ἐψηφισμένος et ψηφισθείς, passiva signif. posita sequuntur illam signif. cui primus locus datus fuit ; nam ut ψηφίζομαι dixi esse Decerno, ita ἐψηφισμένος s. ψηφισθεὶς est Decretus. [Eurip. Heracl. 142 : Νόμοισιν ... ἐψηφισμένους θανεῖν. Alexis ap. Athen. 3, p. 104, D : Τοῖς ἰχθυοπώλαις ἐστὶν ἐψηφισμένον ... Καλλιμέδοντος εἰκόνα στῆσαι. Xen. Hell. 1, 2, 1 : Τὰ ψηφισθέντα πλοῖα λαβών. Æschin. p. 33, 9 : Ταῖς ἐψηφισμέναις πεντήκοντα ναυσίν.] Isocr. : Τὰ περὶ τῆς εἰρήνης ψηφισθέντα, Quæ de pace sunt decreta. [P. 170, A : Τοῖς ἐνθάδε ψηφισθεῖσιν ἐπιτιμῶμεν· De antid. p. 445, § 112 ed. Oxon. : Τῶν τιμῶν ... τῶν ψηφισθεισῶν. Ælian. V. H. 14, 1 : Ὑπὲρ τῶν ἐν Δελφοῖς ψηφισθέντων μοι.] Appian. B. C. 5, [53] : Ὁ δὲ Καῖσαρ ἔπεμπε Λέπιδον ἐπὶ τὴν ἐψηφισμένην αὐτῷ Λιβύην, In Libyam quæ decreta illi erat, sive decreto attributa, aut assignata. Sed ἐψηφισμένος activa etiam signif. positum inveniri existimo pro ψηφισάμενος [« Demosth. Olynth. 1 (p. 15, 18) : Παγασὰς ἀπαιτεῖν αὐτόν εἰσιν ἐψηφισμένοι, Decreverunt. » HSt. in Ms. Vindob. Xen. Hell. 2, 1, 31 : Ἅ τε ἤδη παρενενομήκεσαν καὶ ἃ ἐψηφισμένοι ἦσαν ποιεῖν. Dionys. A. R. 6, 71 : Ἐψήφισται ἡ βουλὴ καλὴν καὶ συμφέρουσαν ὑμῖν κάθοδον. Dio Cass. 46, 22 : Μήτε ἐψηφισμένων ἡμῶν μήτε προστεταχότων· 59, 23 : Εἴ ποτε ἐλάττω σφᾶς τῆς ἀξίας ἐψηφίσθαι οἱ ἔδοξεν] : quod nequaquam de altero illo participio ψηφισθεὶς dicere ausim. [Fallitur Reimarus, qui ψηφισθῆναι active dictum accipiebat ap. Dion. Cass. 39, 30 : Μὴ συλλεγομένου τοῦ καθήκοντος ἐκ τῶν νομίμων ἀριθμοῦ πρὸς τὸ ψηφισθῆναί τι περὶ τῶν ἀρχαιρεσιῶν· ubi passivum est ut χρηματισθῆναι, quod sequitur. Particip. fut. passivi Isocr. p. 135, B : Ὑπὲρ τῶν ἐνθάδε ψηφισθησομένων.]

Ψήφινος, ὁ, ἡ, Qui calculis constat, Qui est ex calculis, s. Factus ex calculis. Hoc enim puto istud adjectivum significare, ubicunque reperiatur, respiciendo ad alia quamplurima in ινος itidem desinentia. [Hesych. : Ἀλάβαστρον· μυροθήκη, λίθος ψήφινος.] At VV. LL. interpr. Sapiens : manavitque jam inde a primis Lexx. hæc interpret. : quam ego ut miror, ita etiam aliis mirandam relinquo. Nisi forte suspicandum sit ψήφινον appellatum fuisse Sapientem, quod suffragium ferre, sit vel certe esse debeat sapientis : ut ψήφινος intelligatur Qui de multis rebus ferre solet suffragium. Quæ tamen a me joco potius quam serio dicta existimari velim. Si enim ingenue quod sentio dicendum est, crediderim potius ψήφινος errore quopiam irrepsisse in locum alius vocabuli, quo Sapiens significabatur. [Ψήφινος πύργος, ὁ, Psephina turris Hierosolymæ, Joseph. B. Jud. 5, 2, 2 ; 3, 5 ; 4, 2 et 3. Hase.]

[Ψηφίον, τὸ, λιθαρίδιον, Gemma, Calculus, Gl. Aq. Amos. 9, 9. ‖ « Rostrum avis. Orneosoph. p. 243, 246. » Ducang. ‖ Vitiose pro ψηφεῖον, quod v.]

Ψηφὶς, ῖδος, ἡ, quod formam diminutivi habet, ponitur sicut et ψῆφος pro Calculo, Scrupo, Lapillo : et quidem ejus generis præsertim quod in litore maris invenitur : unde πολυψηφὶς ῥηγμίν. Quidam Calculum litoralem interpr. [Hom. Il. Φ, 260 : Ψηφῖδες ἅπασαι ὀχλεῦνται· quo fortasse referenda gl. Hesychii, Ψηφῖδες· ψῆφοι, μικροὶ λίθοι· ubi pro ψῆφοι scribendum οἱ, ut est ap. Cyrillum.] Lucian. [Tim. c. 56] : Τὸ χρυσίον μὲν γὰρ οὐδὲν τιμιώτερον τῶν ἐν τοῖς αἰγιαλοῖς ψηφίδων μοι δοκεῖ. [Id. D. mar. 3, 2 : Τὸ ὕδωρ ἐπιπρέπει ταῖς ψηφῖσιν ὅλον ... φαινόμενον ἀργυροειδές· Pisc. c. 35 : Τί γὰρ χρυσίον ἢ ἀργύριον οὐδὲν τῶν ἐν τοῖς αἰγιαλοῖς ψηφίδων διαφέρον ; et similiter Paras. c. 52. Sext. Emp. p. 395 : Τῶν περὶ τὰς χυματωγὰς ψ., et ἐπιμήκεις ψ. ib. paullo post. Pausan. 3, 23, 11 : Ὁ αἰγιαλὸς παρέχεται ψηφῖδας σχῆμα εὐπρεπεστέρας καὶ χρόας παντοδαπῆς. Greg. Naz. vol. 1, p. 298, A : Ψ. ἐμπεσοῦσα τῷ ὕδατι. Geopon. 15, 2, 2 : Ὕδωρ τὸ διὰ τραχείας ῥέον ψηφῖδος. Proverbium τὰς ἐν τῇ φαρέτρᾳ ψηφῖδας explicat Zenob. Prov. 6, 13 : Φύλαρχός φησι τοὺς Σκύθας μέλλοντας κα-

θεύδειν ἄγειν τὴν φαρέτραν, καὶ εἰ μὲν ἀλύπως τύχοιεν τὴν ἡμέραν ἐκείνην διαγαγόντες, καθιέναι εἰς τὴν φαρέτραν ψηφῖδα λευκήν· εἰ δὲ ὀχληρῶς, μέλαιναν, etc.] Plut. [Mor. p. 668, B] : Οὐ διὰ τὰ κύματα καὶ [τὰς] ψηφῖδας. Philo De mundo : Οἷς σημεῖα τὰ τῆς παλαιᾶς ἐναπολελεῖφθαι θαλαττώσεως, ψηφῖδάς τε καὶ κόγχας, καὶ ὅσα ὁμοιότροπα πρὸς αἰγιαλοὺς εἴωθεν ἀποβράττεσθαι· i. e. His etiam accedunt indicia maris ex prisca proluvie retroacti : id quod scrupi et conchulæ marinæ in sicco destitutæ ostendunt, aliaque ejusdem modi quæ mari æstuante expui solita sunt. Perperam autem ψηφίδος, itidemque in ceteris obliquis, cum acuto, non cum circumflexo, in VV. LL. et in quibusdam auctorum locis : quum ι longum esse ex poetis constet [et grammaticorum testimoniis, velut Herodiani Περὶ διχρόνων p. 299, 10 (371 Lehrs.) et schol. Hom. Il. K, 335. In codicibus ψηφίδος ψηφίδι etc. prope constanter scribuntur eodem errore quo alia omnia hujusmodi nomina]. Vide proxime sequens tmemation. || Calculus quo in computando s. supputando utimur, Calculus computatorius s. supputatorius. Epigrammatum poeta quidam anonymus [Agathias in Anthol. Pal. 11, 365] : Ὃς δὲ λαβὼν ψηφῖδας, ὑπὲρ πίνακός τε πυκάζων, ubi irridetur quidam astrologus, qui accessus et recessus siderum supputare volebat. [Idem Agathias Anth. Pal. 9, 482, 22 : Τριχθαδίας ἀδόκητα βαλὼν ψηφῖδας ἀπ' ἠθμοῦ.] ||Calculus quo fertur suffragium; vide in comp. Ψηφιδοφόρος. || Ψηφὶς pro Lapillo pretioso s. Gemma, affertur ex Epigr. [Apollinar. Psalm. 18, 20 : Χρυσοῦ καὶ ψηφῖδος ἀρειοτέρας ἐριτίμου. Longus 4, 17 : Λάμπουσιν ὑπὸ ταῖς ὀφρύσιν οἱ ὀφθαλμοὶ καθάπερ ἐν χρυσῇ σφενδόνῃ ψηφίς. De opere musivo anon. in Walzii Rhett. vol. 1, p. 641, 3 : Οὐκ ἐκ χρωμάτων κατασκευάστων, ἀλλ' ἐκ ψηφίδων. « Gregor. Naz. Or. 16, p. 248 : Ψηφῖδος λεπτῆς διαθέσει καὶ ποικιλίᾳ γραφῆς· Or. 32 : Τῶν πλακῶν καὶ τῆς κεκομψωμένης ψηφῖδος. Epiphan. Hær. 31, 44 : Εἰκόνος καλῆς κατεσκευασμένης ἐκ ψηφίδων ἐπισήμων ὑπὸ σοφοῦ τεχνίτου. Joann. Phocas in Descr. terræ sanctæ n. 14 : Ποικίλοις μαρμάροις καὶ ψηφῖσιν. » Hæc et alia multa Ducang. Idem : « Ψηφὰ, locus sic dictus Cpoli, ἔνθα ψηφῖδας ἔθος ἦν πωλεῖν, i. e. lapillos musivo operi idoneos. »]

Ψήφισμα, τὸ, (Psephisma, ap. Cic. et Plin. Juniorem,) Decretum, Scitum, Plebiscitum, Rogatio a populo scita : aut etiam Rogatio sine adjectione. [Defin. Platon. p. 415, B : Νόμος δόγμα πλήθους πολιτικὸν οὐκ εἴς τινα χρόνον ἀφωρισμένον. — Ψήφισμα δόγμα πολιτικὸν εἴς τινα χρόνον ἀφωρισμένον. Hesych. : Ψηφίσματα· γνῶμαι ἀρέσκουσαι. « Apud Romanos leges et eæ dicuntur quæ ad jus civile pertinent et eæ in quibus de singulis rebus aut hominibus constituitur. (V. Ernest. Clav. Cicer. in Ind. Legg. et conf. Gellii N. A. 10, 20.) Apud Græcos autem alterum genus νόμων, alterum ψηφισμάτων nomine designatur. Nonnulli Decreta dixerunt ψηφίσματα. Sed ab ipsis veteribus Latinis psephismatis vocabulum usurpari notissimum est. De legum et psephismatum differentia v. Biag. De decret. Athen. 1, 4, et Wolf. ad Demosth. Leptin. p. 310, aliique plures. Sed illud quoque notandum est, non semper ab ipsis veteribus hanc differentiam accurate observari; quippe ψηφισμάτων nomen latius nonnunquam patet, et significat quidquid civium suffragiis decretum et in publicas tabulas relatum, populum tenet, sive illud generale sit et perpetuam auctoritatem habeat, quod proprium est legum juris publici et civilis, sive temporarium et propter singulares causas constitutum, quæ ubi desierint, ipsum valere amplius non possit, cui generi peculiare est psephismatis nomen. Ita lex Demophanti, ab Andocide servata, De myster. p. 13, 2, de crimine majestatis ejusque poena, ψήφισμα vocatur, quanquam ea non specialis est et temporaria, sed ex eo genere quod proprie νόμος appellandum erat, quemadmodum etiam ab Andocide paullo post hæc ipsa lex non semel nominatur. Ap. Ælian. V. H. 13, 24, Lycurgi quædam lex ψήφισμα dicitur, quam rectius νόμον Pseudo-Plut. Vit. orat. p. 841, E; 842, A, dicit. Ap. Athen. 6, p. 234, E, Alcibiadis ψήφισμα de parasitis memoratur, quod sine dubio νόμος erat. Ceterum de hac latiore vocabuli ψήφισμα significatione conf. Biag. l. l., quanquam Demosthenis locus p. 291, qui ab eo affertur, nihil huc pertinet. Alienum enim est psephismatum genus quod ibi designatur, de quo genere supra diximus 1, 12. » Schoemann. De comit. p. 248, 249. Qui de psephismatum in comitiis perferendorum et populi suffragiis confirmandorum ratione deque forma eorum, quæ non omni tempore eadem fuit, et de senatus consultis, quæ βουλῆς ψηφίσματα vocantur, pluribus dixit p. 129 seqq. Ψηφίσματα et νόμοι sæpe vel conjunguntur vel opponuntur, ut ap. Plat. Leg. 11, p. 920, D : Πλὴν ὧν νόμοι ἀπείργωσιν ἢ ψήφισμα· Theæt. p. 173, D : Νόμους ... καὶ ψηφίσματα λεγόμενα ἢ γεγραμμένα οὔτε ὁρῶσιν οὔτε ἀκούουσιν. Andocid. p. 11, 46 : Ψήφισμα οὐδὲν μήτε βουλῆς μήτε δήμου νόμων κυριώτερον εἶναι. Demosth. p. 485, 3 : Νεώτεροι οἱ νόμοι καθ' οὓς τὰ ψηφίσματα δεῖ γράφεσθαι, τῶν ψηφισμάτων αὐτῶν εἰσί.] Apud Dem. ψηφίσματα et νόμοι simul ponuntur, Pro cor. : Τοῖς ἐμοῖς ψηφίσμασι καὶ νόμοις καὶ πρεσβείαις ἅπαντα διῳκεῖτο. Sic ap. Eund. κατὰ νόμον et κατὰ ψήφισμα simul habentur, C. Timocr. [p. 712, 20] : Καὶ εἴ τινι τῶν ὀφειλόντων τῷ δημοσίῳ προστετίμηται κατὰ νόμον ἢ κατὰ ψήφισμα δεσμοῦ, ἢ τὸ λοιπὸν προστιμηθῇ, εἶναι αὐτῷ ἢ ἄλλῳ τινὶ ὑπὲρ ἐκείνου ἐγγυητὰς καταστῆσαι τοῦ ὀφλήματος, Quod si quis eorum, qui reliqua aut æs alienum quovis modo contraxerunt, aut pecuniæ damnati sunt, ut legis sanctione, aut plebiscito, nexu multatus est, etc. Ita Bud., qui ap. Eund., Γράφω ψήφισμα βουλεύων, vertit, Quum essem tum senator, rogationem tuli. Sic ap. Eund. Pro cor. : Καὶ σὺ δεῖξον, Αἰσχίνη, ποῖον ἐγὼ γράψας ψήφισμα, αἴτιός εἰμι τοῦ πολέμου. Idem τὰ δόξαντα vocat ea, de quibus γράφεται τὸ ψήφισμα. Ita enim Olynth. 3, [p. 32, 10] : Ψήφισμα οὐδενός ἐστιν ἄξιον, ἂν μὴ προσγένηται τὸ ποιεῖν ἐθέλειν τά γε δόξαντα προθύμως ὑμᾶς. Dicitur etiam ψήφισμα sequente περὶ cum genit. rei, ut in eadem Or. : Οὐδ' ἔστιν οὔτε μεῖζον οὔτ' ἔλαττον ψήφισμα οὐδὲν, Αἰσχίνη, περὶ τῶν συμφερόντων τῇ πόλει. Apud Demosth. autem cum eadem præp. habente genit. personæ : Προὔλεγον τὸ περὶ Μεγαρέων ψήφισμα καθελοῦσι μὴ ἂν γενέσθαι πόλεμον, Si plebiscitum, quod de Megarensibus tulerant, abrogarent. Ex Eodem affertur et ψήφισμα Μεγαρέων pro τὸ περὶ [vel τὸ κατὰ] Μεγαρέων. [Thucyd. 1, 140 : Τὸ Μεγαρέων ψ. καθαιρεῖν· et ib. : Εἰ τὸ Μεγαρέων ψ. μὴ καθέλοιμεν. Sed τὸ περὶ Μεγαρέων ψ. καθελοῦσι c. 139, nisi περὶ ab librario additum. Schol. Aristoph. Nub. 301 : Δῆλον ἐκ τοῦ Μεγαρέων ψηφίσματος. G. D.] Quod si quis qualia fuerint ψηφίσματα nosse cupit, multa illi Demosthenes suppeditabit. || Ψήψισμα diis etiam tribuitur, et deabus, ut si dicas Deorum decretum, s. Dearum. Empedocles ap. Plut. De exilio [p. 607, C] : Ἔστι τι ἀνάγκης χρῆμα, θεῶν ψήφισμα παλαιόν. Eum versum, aperte mendosum, hoc modo restitui posse arbitror, (donec aptior aliqua emendatio inveniatur,) Ἔστιν ἀνάγκης χρῆμα, θεῶν ψήφισμα παλαιόν. Aristoph. Vesp. [378] : Ἵν' εἰδῇ μὴ πατεῖν τὰ ταῖν θεαῖν [τοῖν θεοῖν] ψηφίσματα, pro μυστήρια, ut vult schol. [Facete dictum pro τοὺς ταῖν θεαῖν νόμους, de pietate erga parentes, quæ ideo earum dearum, Cereris atque Proserpinæ, lex dici poterat, quoniam omnem in vita et moribus humanitatem iis acceptam referebant, mysteriaque iis etiam in hujus rei memoriam celebrabant. Schoemann. De comit. p. 249. || Tessera. Schol. Aristoph. Pl. 277 : Ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν ἐν τῷ δικαστηρίῳ κληρωθὲν τὸ γράμμα καὶ τὸ ψήφισμα, ὅ ἐστιν ὁ κλῆρος, δικάζειν σε καὶ δικαστὴν καθίστησιν· ubi verba καὶ τὸ ψήφισμα, ὅ ἐστιν ὁ κλῆρος deleri voluit Hemst. Nam tesseram electionis nemo ψήφισμα dixit.]

[Ψηφισματογράφος, ὁ, Psephismatum scriptor. Argum. Aristoph. Av. vol. 3, p. 143, 22 ed. Oxon. Quod grammaticus pro ψηφισματοπώλης posuit, Psephismatum venditor, quo usus est Aristophanes. v. 1038.]

[Ψηφισματοπώλης, ὁ. V. præced.]

Ψηφισματώδης, ὁ, ἡ, Ad decretum pertinens, Decreto similis, si spectentur aliorum quorundam signiff. hanc terminationem habentium. Sed ap. Aristot. Eth. 5, 7 : Ἔτι ὅσα ἐπὶ τῶν καθ' ἕκαστα νομοθετοῦσιν· οἷον, τὸ θύειν Βρασίδᾳ, καὶ τὰ ψηφισματώδη, redditur ψηφισματώδη Quæcunque a populo scita et decreta sunt, s. Quæ publicis decretis sancita sunt.

[Ψηφιστέον, Computandum. Anon. Cat. in Jerem. t. 2, p. 609, A; 610, B; 611, B. Hase.]

Ψηφιστὴς, ὁ, Calculator (quo uti Martialem dictum est), Computator, Supputator. [Numerarius. Dignitas seu officium, de quo in Gloss. med. Lat. Sozomenus Hist. eccl. 4, 27 : Ὃς ἀπὸ ψηφιστοῦ δημοσίου τῶν ὑπὸ τοὺς ὑπάρχους στρατιωτῶν πλοῦτον πολὺν συλλέξας κτλ. Διαψηφιστὴς ap. Basil. Epist. 250. Ducang. Severian. In cr. mundi t. 7, p. 602, 20, ὁ ψ. ψηφιζέτω. Hase.]

[Ψηφιστικὸς, ἡ, ὸν, Qui supputat rationes, Calculator. Justin. Mart. Dial. p. 323, 15.]

[Ψηφίστρια, ἡ. Pseudo-Chrys. t. 10, p. 1023, A, de vidua, ἀφορίας ψ. Interpr., Sterilitatis computatrix. Hase.]

[Ψηφοβόλον, τό. Georg. Cedren. p. 125 Palamedem τὸ ψηφοβόλον καὶ τὰ ἐν αὐτῷ κοκκία invenisse dicit. Suidas (s. v. Τάβλα) ψηφιβόλον. Xylander pyrgum vel turriculam, qua calculi mittuntur in tabulæ lusoriæ alveum, intelligi putat. Ducang. Suidæ ψηφοβόλον ex cod. Leid. restitutum. Ψηφιβόλον corruptum ex ψηφηβόλον.]

Ψηφοδέτης, ὁ, q. d. Calculorum ligator s. colligator. Videtur autem hæc vox ad lusorios calculos pertinere. In VV. LL. et quidem in primis etiam, redditur Tessellarius; sine auctore. [Vitiose, ut videtur, pro ψηφοθέτης. G. D. Admodum quoque incerta est lectio tit. Perinth. C. I. vol. 2, p. 68, n. 2025 3, ubi restitutum ψηφοδ[έ]τ[η]ς. Conf. Welcker. *Rhein. Mus.* a. 1832, p. 289, et Letronn. *Lettres d'un antiquaire* p. 315. Hase.]

[Ψηφοειδὴς, ὁ, ἡ, Calculo similis. Theophr. De lap. c. 47 : Λεία ἡ φύσις αὐτῶν καὶ ψ.]

[Ψηφοθετέω, Tessello, Gl.]

[Ψηφοθέτημα, τὸ, Tessellatum, Gl.]

[Ψηφοθέτης, ὁ, Tessellator, Tessellarius, Gl. Basil. t. 1, p. 398, D, δὸς χρήματα ψηφοθέταις, ζωγράφοις. Hase.]

[Ψηφοθήκη, ἡ, Calculorum repositorium. Schol. Aristoph. Thesm. 1040.]

Ψηφοκλέπτης, ὁ, q. d. Calculorum fur. Pro Præstigiatorum quodam genere, vel Iis qui in calculorum s. latrunculorum lusu latrocinio et peritia ceteros fallerent. VV. LL. ex Athen. 1, [p. 19, B]. Vide [Ψηφολογικὸς et] Ψηφολόγος et Ψηφοποιός.

[Ψηφολογεῖον, τὸ, Abacus. Aristoph. fragm. 127 (ap. Phot. et Suidam s. v. Ὧδε) : Ἐκδότω δέ τις καὶ ψηφολογεῖον (ψηφολογίον Photii codex, ψηφολόγον ap. Suidam) ὦδε καὶ δίφρω δύο.]

[Ψηφολογέω, Tessello, Termino, Gl. HSt. s. v. Ψηφολόγος :] At verb. Ψηφολογεῖν non tantum est Artem illam circulatoriam exercere, sed videtur etiam significare Sternere Mosaico opere et vermiculato, Tobiæ cap. ult. [16], inquit Bud.

[Ψηφολόγημα, τὸ, Pavimentum, Tessellatum, Gl.]

[Ψηφολογητὸς, ἡ, όν. Ψηφολογητὸν ἔδαφος, Pavimentum, Gl. Hoc fortasse restituendum Etym. M. p. 535, 1, ubi legitur, Κραταίπεδον· λιθρόστρωτον ἔδαφος ἢ ψηφολογικὸν, τὸ ἀντίτυπον. G. Dind.]

[Ψηφολογία, ἡ, Tessellatus, Pavimentum, Gl.]

[Ψηφολογικὸς, ἡ, όν. HSt. s. v. Ψηφολόγος :] Legitur etiam Ψηφολογικὸς, i. e. Pertinens ad ψηφολόγους. Apud Greg. Naz. λόγοι ψηφολογικοὶ, Verba qualia sunt eorum, qui ψήφολόγοι appellantur, Verba circulatoribus calcularіis convenientia, Verba circulatoria, Στηλ. 2 [p. 111 Mont.] : Ἐξῆλθε δὲ ὡς νικηφόρος, καὶ πολλά σου τῆς ἀλουργίδος καὶ τῶν λόγων καταγελάσας ὡς ψηφολογικῶν καὶ γελοίων. Suidas autem ψηφολογικοὶ cum ψηφολόγοι confundit, si non mentiuntur ejus exempll. [Suidæ gl. est, Ψηφολόγοι εἰσὶν οἱ ψηφοπαῖκται. Ψηφολογικοὶ γοῦν οἱ πλανῶντες καὶ ἀπατῶντες, ὥσπερ οἱ ψηφολόγοι τοὺς ὀφθαλμοὺς τῷ τάχει τῆς μεταθέσεως τῶν ψήφων ἀπατῶντες συναρπάζουσι· ubi post ψηφολογικοὶ γοῦν excidit λόγοι, quod servatum ap. schol. Greg. Naz. ad l. c., apud quem ψηφοκλέπται legitur pro ψηφοπαῖκται et pro οἱ ψηφολόγοι. Mire ap. Hesych. Ψηφῶν· φροντίζων, ψηφολογική· ubi masculinum potius exspectes ψηφολογικὸς vel ψηφολόγος, aut ψηφολογῶν. G. D. Greg. Naz. t. 1, p. 748, C, ψ. τερατείαν. Hase.]

Ψηφολόγος, ὁ, Circulator qui celeritate oculos spectantium fallit, Bud. Intellige autem de celeritate movendi s. versandi calculos. Ab Eodem exp. etiam Calcularius circulator. Vide Suid.; ex cujus verbis quidam conjiciunt eundem esse ψηφολόγον qui et ψηφοκλέπτης dicatur. [Suidas : Ψηφολόγοι· οἱ λόγον καὶ φροντίδα ποιούμενοι τῆς διὰ τῶν ψήφων ἀπάτης. Alteram ejusdem gl. apposuimus s. v. Ψηφολογικός.]

[Ψηφοπαικτέω.] Apud Polluc. [7, 200] legitur etiam verb. Ψηφοπαικτεῖν, quod quum proprie sonet Calculis ludendo fallo, absolute sc. positum, ibi reperitur accusativo junctum, ex Lysia (si modo ejus est Oratio adversus Autoclem) : Ψηφοπαικτοῦσι τὸ δίκαιον. Videtur autem ψηφοπαικτεῖν, ita usurpatum, significare, Illudere ut solent præstigiatores calcularii. [Signif. propria Artemid. 3, 56 : Ψηφοπαικτεῖν δοκεῖν οὐκ ἐπιστάμενον πολλὰ ὠφεληθῆναι σημαίνει παραλογιζόμενον καὶ ψευδόμενον διὰ τὸ πολλὰς ψήφους κλέπτειν καὶ ταύτας ἄλλοτε ἄλλως δεικνύειν, οὐ κατά τινα ἁπλοῦν τρόπον, ἀλλὰ πανούργως. Ἰδεῖν δὲ ψηφοπαικτοῦντά τινα παραλογισθέντα καὶ ἐξαπατηθέντα βλαβῆναι σημαίνει. In ed. Ald. utrobique ψηφοπεκτ—.]

Ψηφοπαίκτης, ὁ, Qui calculis ludit, calculis ludendo fallit; (vix enim ausim interpretari, Qui calculis deludit, i. e. per calculos;) atque ita sequetur signif. proxime præcedentis compositi : sicut nimirum a Suida ψηφολόγοι dicuntur esse οἱ ψηφοπαῖκται. A Bud. Ψηφοπαίκτης redditur Præstigiator calcularius : afferente hunc l. : Ἀρίστων ἔλεγε τοὺς διαλεκτικοὺς ἐοικέναι τοῖς ψηφοπαίκταις, οἵτινες χαριέντως παραλογίζονται. Qui l. male intellectus, occasionem hujus interpret. fortassis præbuit (quæ in VV. LL. habetur), Impostor, ut qui fallaci ratiocinatione scite ac lepide hominibus imponit. [Sext. Emp. p. 124 : Τὰ ὑπὸ τῶν ψηφοπαικτῶν γινόμενα· 297 : Καθὰ οἱ ψηφοπαῖκται τὰς τῶν θεωμένων ὄψεις δι' ὀξυχειρίαν κλέπτουσιν. Troilus in Walzii Rhett. vol. 6, p. 43, 27 : Ματαιοτεχνία ἐστὶν ἡ τῶν θαυματοποιῶν ἤτοι ψηφοπαικτῶν. Ψηφοπαίκτης et ψηφοκλέπτης permutata v. s. v. Ψηφολογικός. Ψηφάων παίκτας dixit Manetho 4, 448. Seneca Epist. 45 : « Præstigiatorum acetabula et calculi, in quibus fallacia ipsa delectat. » (Schol. Dionis Chrys. ap. Bagnet. Spec. lit. p. 46, 13, θαυματοποιὺς τοὺς ψ. φησίν. Hase.) V. Casaub. Animadv. ad Athen. 1, 15.]

[Ψηφοπαιξία, ἡ, Præstigiæ, Gl.]

[Ψηφοπεριβομβήτρια, ἡ. Κύλικα ψ. ap. Eubul. Athen. 11, p. 471, D, ubi Meinek. vol. 3, p. 231 : « Subindicat quandam similitudinem, quam poculum illud cum clepsydra habebat, in quam demissi calculi judiciales argutum sonum efficiebant; τῆς δικαστικῆς ψήφου ἦχον ὡς ὁ τῆς κλεψύδρας commemorat Hesychius s. v. Κὸγξ, de quo loco disseruit Lobeck. Aglaoph. p. 776. Nec male compares τὸν βόμβον τοῦ ληκυθίου, a quo ληκύθειαν Μοῦσαν de carmine inani verborum strepitu molesto dixit Callim. fragm. 319. »]

Ψηφοποιὸς, ἡ, ὁ, q. d. Suffragiorum confector, Qui suffragia conficit, Suffragiorum artifex. Soph. Aj. p. 64 meæ ed. [1135] : Κλέπτης γὰρ αὐτοῦ ψηφοποιὸς εὑρέθης, ubi vocem ψηφοποιὸς a cudendis suffragiis factam esse tradit Cam., qui etiam vertit hunc versum ita : Fur enim ipsius sententiarum artifex repertus es. Eust. putat ex hoc versu patere signif. nominis ψηφοκλέπτης. Eum vide p. 1601.

Ψῆφος [Dor. Ψᾶφος, et Æolica forma Ψάφαξ et Ψᾶφιγξ, quæ v.], ἡ [Interdum ψῆφος, ὁ, apud recentiores, qui similiter βῶλος, ὁ, dixerunt pro βῶλος, ἡ, etsi exempla pleraque incerta sunt, vel manifestis debentur erroribus librariorum, ut τὸν ψῆφον vel τῷ ψήφῳ in duobus codd. Plut. V. Coriol. c. 19. Sic Etym. M. p. 595, 7 : Ἀπὸ τοῦ μεμυκέναι τοὺς δακτύλους ἐν τοῖς ψήφοις· ubi cod. Voss. τῷ ψήφῳ, sed Gudianus τῇ ψήφῳ. 666, 17 : Πέσσα ὁμωνύμως ἥ τε γραμμὴ καὶ ὁ ψῆφος· sed cod. Voss. ἡ ψῆφος. Significationis quoddam discrimen inter masculinum et femininum ψῆφος excogitavit scholiasta Byzantinus Eurip. Hec. 256 : Ψῆφος ἀρσενικῶς ὁ λογαριασμός· ἐκ τούτου καὶ ψηφίζω ἐνεργητικῶς. Ψῆφος δὲ θηλυκὸν ἐνίοτε μὲν ὁ καιρικὸς νόμος, ἄλλοτε ἡ ἀπόφασις καὶ τὸ κῦρος· ἐκ τούτου καὶ ψηφίζομαι παθητικῶς ἀντὶ τοῦ ἀποφαίνομαι. Genitivi pluralis forma ψηφάων apud Maneth. 4, 448 (comparanda cum νησάων, quod metri caussa pro νήσων

dixit Callim. H. in Del. 66, 275), qui ψήφων παιχτῆρας scribere potuisset, cujus nominis feminino παίχτειρα utitur scriptor Hymnorum Orphicorum. G. Dind.], Lapillus, Calculus. Apud Dioscor. pro Lapillo pretioso, s. Gemma: ubi scribit, Λίθος ἐστὶν ἣ τὰς ψήφους οἱ δακτυλιογλύφοι σμήχουσι. Sic et apud Athen. 12, [p. 514, F, ex Amyntæ Σταθμοῖς: Τὴν ἄμπελον (τὴν λιθοκόλλητον χρυσῆν) ταύτην καὶ βότρυας ἔχειν ἐκ τῶν πολυτελεστάτων ψήφων συντεθειμένους. Philostr. p. 117: Προήει χρυσῷ ἀστράπτων καὶ ψήφοις. Lucian. Dial. mer. 6, 2: Ψήφους τινὰς πυραυγεῖς· 9, 2: Ψῆφος ἐνεβέβλητο τῶν τριχρώμων. Lucian. Anth. Pal. 10, 41: Εἰ δέ τις ἐν ψήφοις κατατήκεται ἄλλον ἐπ' ἄλλῳ σωρεύειν ἀεὶ πλοῦτον ἐπειγόμενος. Pallad. ib. 11, 290: Δακτυλικὴν ψῆφόν τις ἔχων περὶ δάκτυλα χειρῶν ψήφῳ τοῦ θανάτου προΰλαβεν εἰς Ἀΐδην.] Hanc tamen signif. habere existimatur potius Ψηφίς: quamvis alioqui comp. πολυψηφὶς, ῖδος, ὁ et ἡ, ab utrolibet esse possit. Hesych. certe ψηφῖδες exp. per ψῆφοι, addens, μικροὶ λίθοι. Sed, ne quis fallatur, ψῆφον generaliter etiam de Quovis lapillo dici, (magis tamen proprie de Eo lapillorum genere qui arenæ permixti sunt,) ostendit aperte hic l. Herodoti 3, p. 104 meæ ed. [c. 12], ubi describens quantum esset inter Ægyptiorum et Persarum capita discrimen, his verbis utitur: Αἱ μὲν τῶν Περσέων κεφαλαὶ εἰσὶ ἀσθενέες οὕτω, ὥστε εἰ θέλεις ψήφῳ μούνῃ βαλέειν, διατετρανέεις· αἱ δὲ τῶν Αἰγυπτίων, οὕτω δή τι ἰσχυραὶ ὡς μόγις ἂν λίθῳ παίσας διαῤῥήξειας, i. e. Sed Persarum capita adeo fragilia sunt ut, si velis ferire, vel solo calculo perforare possis, Ægyptiorum autem, ita firmo, ut ea vix ictu lapidis elidas, ut vertit Valla. [Pind. Ol. 13, 66: Ποντιᾶν ψάφων ἀριθμόν· 10, 13: Ψᾶφον ἑλισσομέναν ὅπα κῦμα κατακλύσσει. Plato Eryx. p. 400, A: Εἰ ψήφους πολλὰς τῶν ἐκ τοῦ ὄρους ἔχοι. Sirac. 18, 9: Ὡς σταγὼν καὶ ψ. ἄμμου. Plut. Mor. p. 902, D: Ἐν τοῖς αἰγιαλοῖς ψῆφοι σφαιροειδεῖς· V. Demosth. c. 11: Εἰς τὸ στόμα ψήφους λαμβάνοντα. Dio Chrys. vol. 2, p. 434: Αἱ ψ. ἐπὶ τῶν αἰγιαλῶν. De lapide majore LXX Exod. 4, 25: Λαβοῦσα Σεπφώρα ψῆφον (πέτραν Aquila) περιέτεμε. Thren. 3, 16: Ἐξέβαλε ψήφῳ ὀδόντας μου.]

‖ Ψῆφος, Scrupus, (ut ap. Fabium, Scævola quum in ludo duodecim scruporum calculum prior promovisset,) Calculus quo luditur. [Plato Rep. 6, p. 487, C: Οὐκ ἔχειν ὅ τι λέγωσιν ὑπὸ πεττείας αὖ ταύτης τινὸς ἑτέρας, οὐκ ἐν ψήφοις, ἀλλ' ἐν λόγοις.] Plut. De def. orac. [p. 427, F]: Τὸν δὲ κύβον, ὥσπερ ἐν παιδιᾷ ψήφων, ὑφήρηται, Ut in calculorum lusu. Pollux 9, [97], quo in loco περὶ τῶν ἐν συμποσίοις παιδιῶν agit, Ἐπειδὴ δὲ, inquit, ψῆφοι μέν εἰσιν οἱ πεσσοί. [Agathias Anth. Pal. 9, 482, 12: Μουνάδα δ' ἄλλην ψῆφον τὴν πυμάτην ἀμφιέπεσκε δίβος· et ib. 16. Ἡ διὰ τῶν ψήφων μαντικὴ (cujusmodi ψῆφοι proprio nomine θριαὶ dicuntur) ap. Apollodor. 3, 10, 2, ubi v. Heyn. vol. 2, p. 274.]

‖ Calculus quo in computando utimur [sive aliud quidvis huic usui aptum. Αἱ ἐπὶ τῶν ἀβακίων ψ. ap. Polyb. 5, 26, 13]: unde est ψηφίζω pro Computo. [Herodot. 2, 36: Γράμματα γράφουσι καὶ λογίζονται ψήφοισι Ἕλληνες μὲν ἀπὸ τῶν ἀριστερῶν ἐπὶ τὰ δεξιὰ φέροντες τὴν χεῖρα, Αἰγύπτιοι δὲ ἀπὸ τῶν δεξιῶν ἐπὶ τὰ ἀριστερά. Æsch. Ag. 570: Τί τοὺς ἀναλωθέντας ἐν ψήφῳ λέγειν ... χρή; Similiter Eur. Rhes. 309: Στρατοῦ δὲ πλῆθος οὐδ' ἂν ἐν ψήφου λόγῳ θέσθαι δύναι' ἄν. Demosth. p. 304, 4: Ἐγὼ διδάξω ῥᾳδίως, οὐ τιθεὶς ψήφους (οὐ γάρ ἐστιν ὁ τῶν πραγμάτων οὗτος λογισμός), ἀλλ' ἀναμιμνήσκων ἕκαστα ἐν βραχέσι· et ib. 19: Ἆρά σοι ψήφοις ὅμοιος ὁ τῶν ἔργων λογισμὸς φαίνεται; 303, 22: Ἂν καθαραὶ ὦσιν αἱ ψ. καὶ μηδὲν περιῇ. Plut. Mor. p. 812, E: Ψήφων ἄπειρος (i. e. Computandi imperitus) ἐταμίευες. Alciphro 1, 26: Μέγα τι κακόν εἰσιν οἱ περὶ τὰς ψ. καὶ τῶν δακτύλων τὰς κάμψεις ἀλινδούμενοι. Heliodor. 3, 17: Ψήφους τινὰς οὐδὲν καταριθμούσας ἐπὶ δακτύλων συνθείς. Lagena ψήφου συμβολικῆς θύγατερ vocatur ab Argentario Anth. Pal. 6, 248, quod interpretatur Jacobs. vol. 9, p. 291: «Est ψῆφος vel ipsa pecunia, quæ a singulis convivis conferebatur, vel tessera quædam ab iisdem data. Res nota ex Terentii Eun. 3, 4, 1. Σύσσημον vocat Hedylus ap. Athen. 8, p. 345, A.» Metaph. Polyb. 2, 47, 5: Ταῖς τοῦ συμφέροντος ψ. μετρεῖν πάντα.]

‖ Calculus quo suffragium fertur in comitiis, et Calculus judicialis. [Herodot. 8, 123: Διενέμοντο τὰς ψ. ἐπὶ τοῦ Ποσειδεῶνος τῷ βωμῷ. Æsch. Eum. 748: Πεμπάζετ' ὀρθῶς ἐκβολὰς ψήφων. Plato Leg. 6, p. 759, D: Οἷς ἂν πλείστη γένηται ψῆφος. Plut. ib. p. 753, D: Οἷς ἂν πλεῖσται γένωνται ψῆφοι· 766, B: Ὧ ἂν πλεῖσται ψ. ξυμβῶσι· 765, C: Οὓς ἂν καὶ ψ. ἡ τῶν δοκιμαζόντων δοκιμάσῃ.] Erat autem ψῆφος λευκὴ, et ψῆφος μέλαινα: et λευκὴ quidem, i. e. Albus, s. Candidus calculus, dicebatur etiam ἡ σώζουσα [Demosth. p. 362, 6], item ἡ ἐλεοῦσα, et πλήρης: at vero ἡ μέλαινα, i. e. Niger, ἡ ἀναιροῦσα, s. καθαιροῦσα. Plut. Alcib. [c. 22] et in Apophth.: Μήπως ἀγνοήσασα τὴν μέλαιναν ἀντὶ τῆς λευκῆς ἐπενέγκῃ ψῆφον· Coriol. [c. 19]: Ὥσθ' ἅμα τὴν ψῆφον λαβόντας ἀποθήσεσθαι τὴν ὀργήν· De laude propria quæ invidia caret [p. 540, E]: Οὐδὲ τὰς ψήφους ἀναλαβεῖν ἐπ' αὐτὸν ὑπέμειναν. Lysias [p. 133, 11]: Τὴν δὲ ψῆφον οὐκ εἰς καδίσκους, ἀλλὰ φανερὰν ἐπὶ τὰς τραπέζας ταύτας ἔδει τίθεσθαι, τὴν μὲν καθαιροῦσαν, ἐπὶ τὴν ὑστέραν, τὴν δὲ σώζουσαν, ἐπὶ τὴν προτέραν. Quem tamen l. affert Bud., postquam dixit τὴν καθαιροῦσαν ψῆφον esse Sententiam damnatoriam. Fit autem mentio et τῆς τετρυπημένης ψήφου ap. eund. Lys., et ap. Æschin. [p. 11, 34: Τῶν ψήφων ἡ τετρυπημένη ὅτῳ δοκεῖ (πεπορνεῦσθαι Τίμαρχος), ἡ δὲ πλήρης ὅτῳ μή.]

‖ Ψῆφος sæpe pro ipso Suffragio s. ipsa Sententia, quoniam calculo ferebatur. [Pind. Pyth. 4, 72: Διδοῖ ψᾶφον περ' αὐτᾶς, ubi figurate dictum de arbore quæ indicia dat ὅτι δύναται εἴς τι χρησιμεύειν καὶ ἄκαρπος οὖσα, ὅταν αὐτῇ κατὰ τὸν χειμῶνα πῦρ λοίσθιον ἐπιγένηται. Non minus audacter Ol. 7, 159: Ἐν μεγάροισιν οὐχ ἕτερον λιθίνα ψᾶφος ἔχει λόγον· ubi schol.: Τὸ σημεῖον χ ὅτι ψῆφον λιθίνην λέγει τὴν στήλην διὰ τὸ περιέχειν τὰ ψηφίσματα. Et alius: Στήλη ἥτις οὐχ ἕτερον λόγον ἔχει ἐγκεκολαμμένον ἢ ὅτι νενίκηκε Διαγόρας. Id. Nem. 8, 44: Κρυφίαισιν ἐν ψάφοις.] Hinc ἴσαι [ἴσαι] ψῆφοι, quum adæquasse sententias judicum significare volebant. [Eur. Iph. T. 966: Ἴσας δέ μοι ψήφους διηρίθμησε Παλλὰς ὠλένῃ.] Æschin. C. Ctes. [p. 89, 35]: Καὶ ἴσαι [ἴσαι] αἱ ψῆφοι αὐτῷ ἐγένοντο· εἰ δὲ μιᾷ μόνον μετέπεσεν, ὑπερώριστ' ἂν, ἢ ἀπέθανεν. [Antipho p. 135, 26: Τῶν ψήφων ὁ ἀριθμὸς ἐξ ἴσου γενόμενος τὸν φεύγοντα μᾶλλον ὠφελεῖ ἢ τὸν διώκοντα. Omisso ψῆφοι Aristoph. Ran. 685: Ὡς ἀπολεῖται, κἂν ἴσαι γένωνται· ut πάσαις, ἅπασαις, πλείοσι et alia intellecto ψήφοις dicuntur. Sic Lucian. Bis accus. c. 18 (post præcedens Ψηφοφορήσατε): Πάσαις ἡ Ἀκαδήμεια κρατεῖ πλὴν μιᾶς. Ib. c. 22, ubi quærenti Τίς ὑπερέσχεν; respondetur: Πάσαις ἡ Ἡδονή· c. 32: Δ. Τίς κρατεῖ; Ε. Πάσαις ὁ Σῦρος πλὴν μιᾶς· c. 34: Βαβαὶ, δέκα ὅλαις κρατεῖς· ubi præcesserat: Ὑμεῖς δὲ ὁμοίαν τῇ πάλαι τὴν ψῆφον ἐνέγκατε. Et mox sequitur τὴν τετρυπημένην φέρειν, ubi ψῆφον intelligitur. Liban. vol. 1, p. 401: Νικῶν ἅπασαις, οὐ μόνον ἡμῶν ψηφιζομένων, ἀλλὰ καὶ θεῶν δικαζόντων. Post πλείοσι Lucian. Pisc. c. 24: Οὐ δέδιας οὖν μή σου καταψηφίσωνται; Λ. Οὐδαμῶς· πλείοσι γοῦν κρατῆσαι βούλομαι.] Variis autem verbis hoc nomen jungitur. [Æsch. Eum. 709: Ψῆφον αἴρειν καὶ διαγνῶναι δίκην. Ib. 630: Ψήφῳ διαιρεῖν τοῦδε πράγματος πέρι.] Dicitur enim ψῆφον φέρειν, s. διαφέρειν, s. ἐπιφέρειν et ψῆφον τίθεσθαι. Præterea ψῆφον προτιθέναι, et ἀναδιδόναι, et ἐπιτρέπειν, atque alia. [Æsch. Eum. 675: Κελεύω τούσδ' ἀπὸ γνώμης φέρειν ψ. δικαίαν· 680: Ἐν δὲ καρδίᾳ ψῆφον φέροντες ὅρκον αἰδεῖσθε. Plato Leg. 6, p. 766, B: Φερόντων ψῆφον κρύβδην· 767, D: Τὴν ψ. φανερὰν φέρειν· et φορὰ ψήφων 12, p. 948, E. Æschin. p. 87, 13: Ψ. ἀφανὴς φέρεται.] Dem.: Περὶ τούτου ψῆφον οἴσετε νῦν ὑμεῖς, Suffragium feretis, Sententiam feretis. [Id. p. 271 extr.: Ψ. οὐδεμία ἠνέχθη τῷ μιαρῷ τούτῳ.] Isocr. autem in Or. περὶ ἀντιδόσεως, composito διαφέρειν usus est: Πρὸς τοὺς μέλλοντας περὶ αὐτοῦ τὴν ψῆφον διοίσειν. [Æschin. p. 82, 20: Διενεγκεῖν τὴν πρώτην ψ. κατὰ τοὺς νόμους.] Usus fuerat ante eum Eur. et quidem non cum περὶ [ut Thucyd. 4, 74: Τούτων πέρι ἀναγκάσαντες τὸν δῆμον ψ. φανερὰν διενεγκεῖν], sed sequente particula εἰ, Or. [49]: Κυρία δ' ἥδ' ἡμέρα, Ἐν ᾗ διοίσει ψῆφον Ἀργεία πόλις Εἰ χρὴ θανεῖν νώ. Illud autem ψῆφον ἐπιφέρειν itidem pro Sententiam ferre ex Aphthonio citatur: sed hoc compositum propter præp. ἐπὶ, videtur potius damnatoriæ sententiæ convenire. [Dionys. A. R. 2, 10: Ψ. ἐναντίαν ἐπιφέρειν· 4, 84: Ψῆφον

B : Ἄνευ ψόγου τετυγμένον. Pind. Nem. 7, 89 : Σκοτεινὸν ἀπέχων ψ. Æsch. Suppl. 973 : Ἐπειπεῖν ψόγον ἀλλοθρόοις· Ag. 937 : Τὸν ἀνθρώπειον ψ. Soph. Aut. 759 : Ἐπὶ ψόγοισι δεννάσεις ἐμέ. Frequentius apud Euripidem, velut Tro. 643 : Κἂν προσῇ ... ψόγος γυναιξί· El. 643 : Ψόγον τρέμουσα δημοτῶν· Bacch. 778 : Ψ. ἐς Ἕλληνας μέγας· Hel. 852 : Οὐ λήψομαι πολὺν ψ. 993 : Ψ. σῷ πατρί. Aristoph. Thesm. 146 : Τοῦ φθόνου μὲν τὸν ψόγον ἤκουσα. Plato Polit. p. 286, C : Τόν τε ψόγον ἑκάστοτε καὶ ἔπαινον ποιεῖσθαι βραχύτητος· Leg. 12, p. 957, C : Ὅσοι ... ἐν ποιήμασιν ἔπαινοι καὶ ψόγοι περί τινων λέγονται· 8, p. 829, C : Ἐγκώμιά τε καὶ ψόγους ποιεῖν ἀλλήλοις· Gorg. p. 483, C : Τοὺς ψόγους ψέγουσιν. Xen. Mem. 3, 6, 16 : Ἐπὶ τοῖς τοιούτοις ἐπαίνου μᾶλλον ἢ ψόγου τυγχάνειν· et Symp. 8, 33.] Isocr. Ad Dem. [p. 9, C] : Ἀρχὴ γὰρ φιλίας μὲν, ἔπαινος, ἔχθρας δὲ ψόγος. [Id. p. 2, C : Τὸν ὄκνον ψόγον ἡγεῖται· 11, C : Μᾶλλον εὐλαβοῦ ψόγον ἢ κίνδυνον.] Plutarch. De laude propr. [p. 546, E] : Ἀλλὰ μὴν καὶ τὸ περὶ τοὺς ψόγους καὶ τὰς καταιτιάσεις γένος ἐπισφαλές ἐστι, καὶ παρέχον ἐκτροπὰς τοῖς περὶ δόξαν νοσοῦσι· De virt. mor. : Καὶ γὰρ ἡ νουθεσία καὶ ὁ ψόγος ἐμποιεῖ μετάνοιαν καὶ αἰσχύνην, quæ αἰσχύνη definitur esse φόβος δικαίου ψόγου, Timor justæ reprehensionis, ap. Gell. 19, 6. Rursum Plutarch. De κακοηθείᾳ Herodoti [p. 856, B] : Οἱ τοῖς ψόγοις ἐπαίνους τινὰς παρατιθέντες. Et mox : Οἱ σύν τινι τέχνῃ καὶ δεινότητι κολακεύοντες, ἔστιν ὅτε πολλοῖς καὶ μακροῖς ἐπαίνοις ψόγους παραμιγνύουσιν ἐλαφροὺς, οἷον ἥδυσμα τῇ κολακείᾳ τὴν παῤῥησίαν ἐμβάλλοντες· aliquanto post, Ὡς δὲ εἰώθει παραμιγνὺς πίστεως ἕνεκα τοῖς ψόγοις ἐπαίνους τινάς. Item dicitur aliquis ψόγους ποιεῖν, et ἐπιφέρειν. [V. locos Platonicos supra allatos.] Aristot. De poet. [c. 4] : Πρῶτον ψόγους ποιοῦντες, ὥσπερ ἕτεροι ὕμνους καὶ ἐγκώμια, Reprehensiones : quales sunt in Satyris Juvenalis et Persii. Thuc. 1, [70] : Νομίζομεν ἄξιοι εἶναι τοῖς πέλας ψόγον ἐπενεγκεῖν, Si nos esse dignos censemus, qui alios vituperemus. Nam sunt ψόγοι τινὲς οἱ πρὸς αὐτοὺς ἀναφερόμενοι τοὺς ψέγοντας ὑπὸ τῆς ἀληθείας, inquit Plutarchus, et tunc turpe est doctori, quum culpa redarguit ipsum. Præterea apud Plat. [Leg. [1, p. 642, D] εἰς ψόγον ἄγειν, et [ib. 4, p. 411, C] πρὸς ψόγον ἄγειν pro Vituperare. At ψόγον ἔχειν [ib. 7, p. 823, B], Reprehendi et male audire. [Et ὑπέχειν Rep. 3, p. 403, C : Ψόγον ἀμουσίας ὑφέξοντα. Rhetorica ψόγου definitio ap. Aphthon. in Walzii Rhett. vol. 1, p. 93, 5 : Ψ. ἐστὶ λόγος ἐκθετικὸς τῶν προσόντων τινὶ κακῶν. Τόπου δὲ κοινοῦ διενήνοχε τῷ τὸν μὲν τόπον ἐπάγεσθαι κόλασιν, τὸν δὲ ψόγον μόνην ἔχειν διαβολήν. Διαιρεῖται δὲ τοῖς αὐτοῖς κεφαλαίοις οἷσπερ καὶ τὸ ἐγκώμιον, etc. Aristid. ib. vol. 9, p. 402 : Ὁ ψόγος ἐν τρισὶ τρόποις λαμβάνεται· καὶ γὰρ κατὰ τὴν αὔξησιν ἔστι ψέγειν, καὶ κατὰ παράλειψιν, καὶ κατὰ παραβολήν, etc. Aristot. Rhet. 1, 3 : Ἐπιδεικτικοῦ (γένους τῶν λόγων) τὸ μὲν ἔπαινος, τὸ δὲ ψόγος. Id. Eth. Nic. 3, 1.]

[Ψόδιος, ία, ιον.] Ψόδιον, Hesychio σκολιὸν, Tortum, Tortuosum, Obliquum. Idem Ψοδίαν exp. ψευδῆ, sed addens, a Laconibus ita dici τὸν στόμαχον. Suid. a Cretensibus τὰ ψευδῆ vocari ψόδια tradit. [Suidæ ex codd. ψούδια restitutum ut legitur ap. Photium p. 656, 1. Conf. Lobeck. Rhem. p. 261.]

[Ψοθάλλω.] Ψοθάλλειν Hesychio est ψοφεῖν, Strepere, Strepitum edere : forsan a ψοθὸς, quod ei est θόρυβος. [Recto accentu ψόθος, ὁ ψόφος ap. Arcad. p. 49, 9, et Theognost. Can. p. 54, 13. Verbo ψοθάλλω simile est ψαθάλλω, q. v.] Idem id ipsum ψοθὸν exp. etiam μέλαν, Nigrum : unde erit Ψοθίον, quod Eidem est αἰθαλῶδες. Apud Eund. Ψόθος et Ψοθώα pro ψώρα, ἀκαθαρσία : et Ψόθωρον, αὐχμηρὸν, Squalidum. Suid. quoque ψόθος pro ἀκαθαρσία affert ex Phrynicho. Dicitur et Ψοῖθος pro ψόθος. [Photius p. 655, 12 : Ψο· ἐπὶ τοῦ σαπροῦ καὶ μὴ συναρέσκοντος· ἔστι δὲ ἀποκομματικοῦ (ἀπόκομμα Ἀττικοῦ Bernhard. ad Suidam) λεξειδίου· ψόθον γὰρ καλοῦσιν. Ἀριστοφάνης. Πλέω γράσου καὶ ψοθοίου καὶ ῥύπου γε καὶ ψόθου· Αἰσχύλος Θεωροῖς. « Lege Πλέω γράσου τε καὶ ψόθου· οἷον, καὶ ῥύπου· Αἰσχύλος Θεωροῖς. Et intellige quasi statim post ψο sequeretur Αἰσχύλος. » Dobræus in indice p. 735. Theognost. Can. p. 53, 28, ubi de nominibus oxytonis in οιος agit : Ψοθοιὸς ὁ ἀκάθαρτος. Ibid. p. 106, 27, inter nomina in ωα : Κριῶα ὄνομα δήμου Ἀττικοῦ, ψοθῶα ἡ ψῶρα. Arcad. p. 100, 23 : Τὰ εἰς α καθαρὸν τῷ ω παραληγόμενα βαρύνεται ... Κριώα, ψοθώα, ἡ ψώρα. Id. p. 107, 6 : Τὰ εἰς κη ὑπερδισύλλαβα τῷ ε ἢ τῷ ο παραληγόμενα σπάνιά εἰσι. Τὸ ἀλωπεκή ὀξύνεται, τὸ δὲ βορβορόκη βαρύνεται, καὶ τὸ ψοθούκη ἡ ἀκαθαρσία· ubi verba grammatici ψοθόκη postulant, etsi hoc quoque vocabulum jure miratur Lobeck. Pathol. Proleg. p. 330. Non minus mirum adjectivum ab Theognosto positum ψοθοιὸς, quod ψόθιον potius esse exspectes. Eo usus Bergkius ap. Meinek. Com. vol. 2, p. 1224, verba ab Photio allata in duo fragmenta divisit, Πλέῳ γράσου τε καὶ ψοθοιοί. Καὶ ῥύπου γε καὶ ψόθου πλέων, ut alterum Æschyli, alterum Aristophanis sit : conjectura valde incerta.]

[Ψόθιος, ία, ιον. V. Ψοθάλλω.]

[Ψοθοιός. Ψοθόκη. Ψόθος. Ψοθούκη. Ψοθώα. Ψόθωρος. V. Ψοθάλλω.]

[Ψοιά. V. Ψύα.]

Ψοίθης, ὁ, Hesychio, [Photio] et Suidæ [et Etym. Voss.] ὁ ἀλαζὼν, Jactator. [Consentiunt Zonaras p. 1875, et Lexicon σχεδογραφικὸν in Boiss. Anecd. vol. 4, p. 411 : Ψοίθης ὁ κενόδοξος. Idem est Σοίθης, quod v. Ex Ψύθης detortum videbatur Ruhnkenio Epist. crit. p. 215. Diphthongum diserte agnoscit Theognost. Can. p. 26, 22 : Τὸ ψοῖθος ἐπὶ τῆς σποδοῦ καὶ ψοίθης ὁ ἀλαζὼν σεσημείωται διὰ τῆς οι διφθόγγου.]

Ψοῖδος, ὁ, [Photio et] Suidæ [et Etym. Voss.] σποδὸς, Cinis : quod idem ψόθος et ψόμμος. [Eadem gl. ap. Theognost. Can. p. 26, 22, et ap. gramm. codicis Taurin. in Peyroni Annot. ad Etym. M. p. 1070, cum inutili additamento, εὕρηται καὶ διὰ τοῦ υ ψιλοῦ, καὶ σημαίνει τὴν λοιδορίαν.]

[Ψοῖτης, ὁ.] Ψωῖτης μυελὸς, ex Galen. 5 De locis affect. affertur pro Spinalis medulla, quæ et νωτιαῖος sive ῥαχίτης μυελὸς nominatur. Sed scrib. Ψοΐτης μυελὸς, et intelligendus ὁ ἐν ταῖς ψόαις.

Ψολόεις, εσσα, εν, Fumidus, Fumosus, Flammeus, Flammans. [Etym. M. p. 819, 6 : Ψ. κεραυνόν· τὸν ἅμα τῷ ψαῦσαι ὀλλύντα, τὸν ὀξέως φερόμενον. Similiter Eust. p. 1949, 35, et Suidas, qui in alia gl. Ψολόεν exp. φλογόεν πῦρ.] Hom. Od. Ψ, [330] : Ἠὼ δ' ὡς νῆα θοὴν ἔβαλε ψολόεντι κεραυνῷ Ζεὺς ὑψιβρεμέτης. [Et Ω, 539. Il. Ven. 289. Batrach. 287. Pind. Nem. 10, 133.] Sic Hesiod. Sc. [422] : Πληγεῖσα Διὸς ψολόεντι κεραυνῷ. [Id. Theog. 515.] Quod interpr. αἰθαλοποιῷ; non male; nam et Aristot. De mundo [c. 4], Τῶν δὲ κεραυνῶν, inquit, οἱ μὲν αἰθαλώδεις, ψολόεντες λέγονται. Quibus subjungit, Οἱ δὲ ταχέως διάττοντες, ἀργῆτες· ἑλικίαι δὲ, οἱ γραμμοειδῶς φερόμενοι· σκηπτοὶ δὲ, ὅσοι κατασκήπτουσι. I. e., Bud. interprete, Ψολόεις κεραυνὸς dicitur Fulmen, quum fuliginem contraxit : ἀργὴς, Si raptim emicuerit : ἑλικίας, Si lineari specie conformatum est : σκηπτοὶ dicuntur Quæcunque fulmina in quidvis illisa sunt. [Aristot. Meteor. 3, 1 : Ἐὰν ἐν αὐτῷ τῷ νέφει πολὺ καὶ λεπτὸν ἐκθλιβῇ πνεῦμα, τοῦτο γίνεται κεραυνὸς, ἐὰν μὲν πάνυ λεπτὸν, οὐκ ἐπικάων διὰ λεπτότητα, ὃν οἱ ποιηταὶ ἀργῆτα καλοῦσιν, ἐὰν δ' ἧττον, ἐπικάων, ὃν ψολόεντα καλοῦσιν.] Omnium horum meminit Hom. præterquam ἑλικιῶν, ut Aristophanis quoque schol. annotavit : Τῶν γὰρ (inquit ille in expositione loci in Ψολοκομπία citati) κεραυνῶν οἱ μὲν, καταιβάται, οἱ δὲ ψολόεντες, οἱ δὲ ἀργῆτες καλοῦνται, ὡς Ὅμηρος ὠνόμασεν· qui enim καταιβάται nominantur, Aristoteli et aliis sunt σκηπτοὶ, qui sc. κατασκήπτουσιν εἰς τὴν γῆν. Schol. Nicandri Ther. [288] annotat hoc vocabulo ψόλοεις tria significari, τὸ μέλαν, τὸ σποδοειδὲς, τὸ λαμπρὸν, afferens ex Euphorione, Ἡ Αἴτνην ψολόεσσαν ἐναύλιον Ἀστεροπαίου. Et, Ἀχλύν τε ψολόεσσαν, ἀϊδνήεντά τε καπνόν. Quibus tamen in ll. pro Fumida etiam s. Fuliginosa accipere possumus ψολόεσσα : in priore autem pro Flammans etiam. Idem rursum schol. in hoc l. Nicandri, de hæmorrhoo serpente, Ἄλλοτε μὲν χροιῇ ψολόεις, ὁτὲ δ' ἔμπαλιν αἰθὸς, hoc ψολόεις accipi posse annotat vel pro καυστικὸς et πεπυρακτωμένος, nimirum διὰ τὴν τῆς ἀλγηδόνος πύρωσιν, ἢ τοῖς δηχθεῖσιν ἑπακολουθεῖν εἴωθε : vel διὰ τὸ διαπύρους ἔχειν τοὺς ὀφθαλμούς. Quæ mihi equidem ἀπροσδιόνυσα videntur; quid enim hæc ad τὴν χροιήν? Dicamus igitur Fuliginosus potius. Pro Flammeus enim non esse accipiendum videtur, quum ei præcedente versu tribuat φλόγεον κάρηνον. Aetius certe

hos serpentes esse ait igneo oculorum colore, per corpus vero multis notis albis et nigris variegatos. Idem ap. Eund. in eod. opere [129] ψολόεντος ἐχίδνης exp. πυρώδους καὶ τεφρώδους, Igneæ ac cinereæ. Et Suidas ψολόεν πῦρ affert pro φλογόεν, Flammeum s. Flammans : qui ψολόεντα κεραυνὸν dictum ait τὸν ὀξέως φθείροντα : procul dubio ad etymon illud alludens, quod ψολόεντα dictum vult quasi αἶψα ὀλλύντα, inani admodum futilitate. Hesych. vero et ψαλόεντα affert pro τὰ ἐν τῷ ψαύειν ἀπολλύντα, a nominativo sing. Ψαλόεις.

[Ψολόεις, οἱ (pro Ψολόεντες dictum cum similibus formis comparavit Meinek. Exerc. in Athen. 1, p. 16), gens Bœotica, de qua Plutarch. Mor. p. 299, F : Τίνες οἱ παρὰ Βοιωτοῖς Ψολόεις καὶ τίνες Αἰολεῖαι; Τὰς Μινύου θυγατέρας φασὶ Λευκίππην καὶ Ἀρσινόην καὶ Ἀλκαθόην μανείσας ἀνθρωπίνων ἐπιθυμῆσαι κρεῶν καὶ διαλαχεῖν περὶ τῶν τέκνων, Λευκίππης λαχούσης παρασχεῖν Ἵππασον υἱὸν διασπάσασθαι· κληθῆναι τοὺς μὲν ἄνδρας αὐτῶν δυσειματοῦντας ὑπὸ λύπης καὶ πένθους Ψολόεις, κτλ.]

Ψολοκομπία, ἡ, Fumosa jactantia, i. e. Vana et inanis, nec plus quicquam habens quam merum fumum, Verba inanis jactantiæ plena, et quæ in fumum abeunt. Aristoph. Eq. [696] : Ἥσθην ἀπειλαῖς, ἐγέλασα ψολοκομπίαις. Ubi schol. hoc ψολοκομπίαις exp. αἰθαλοκομπίαις, μεγαλοδοξίαις, μεγαληγορίαις, καπνοῖς. Videri possit poeta allusisse etiam ad ψολόεντας Homeri κεραυνούς : ut ψολοκομπίαι sint κόμποι μεγάλαυχοι et μεγαληγόροι : tamque grande tonantes et βροντῶντες quam οἱ ψολόεντες κεραυνοί. Apud Hesych. legimus etiam Ψολοκομπίαι, ἀλαζόνες, κομπασταί : a nominativo sing. Ψολοκομπίας, Fumidus jactator, Vanus levisque jactator, quique nihil nisi fumos venditat verbis prægrandibus et ἱπποβάμοσι καὶ κομπηροῖς, ut loquitur Aristoph. Qua tamen signif. potius ψολόκομπος dici posse videtur. [Error grammatici, qui in versu Aristophanis ψολοκομπίαις pro masculino habuit.]

Ψόλος, δ, Fumus. Interdum autem Flamma, nec non Fuligo; ab Hesych. enim exp. non solum καπνὸς, sed etiam φλόξ : item αἰθάλη et ἀσβόλη : cujus postremæ signif. Eustath. quoque meminit. Æsch. ap. schol. Nicandri [Ther. 288] : Κάρφει παλαιῷ καπιβωμίῳ ψόλῳ.

Ψολόω autem licet hinc derivatum sit, longe aliam habet signif. : si quidem Hesychio credimus, ψολῶσαι exponenti ψιλῶσαι, δινῆσαι.

Ψόμμος, ὁ, Hesychio ἀκαθαρσία, καπνὸς, quod et ψόθος et ψόλος.

[Ψονθομφανὴχ vel Ψοθομφανὴχ, quæ posterior vocis hujus vexatissimæ scriptio omnium maxime mihi placet. Norunt omnes, hoc esse nomen Ægyptiacum quod rex Ægypti Josepho, istius regionis liberatori et conservatori, ad eum honorandum imposuit. Rem ita narrat Moses Gen. 41, 45 : « Vocavit autem Pharao nomen Josephi צפתנת פענח, *Zaphnath Paneach;* » quod novum Josephi nomen Alexandrini interpretes expresserunt Ψονθομφανὴχ vel Ψοθομφανήχ. Explicationem nominis Ægyptiaci scriptor sacer non adjecit, verum illam posteris conjiciendam reliquit. Ut et ego, quid de hoc nomine censeam, nunc exponam, in antecessum observabo, duplicem esse hujus vocabuli scripturam, unam in cod. Hebr., alteram in Græca Alex. interpretatione, quum huc usque lis non composita sit, quænam merito suo debeat præferri. De utraque primum sigillatim dicam, et deinde exponam, utram sequendam nobis esse potissimum opiner. Hebr. textus vocem sic repræsentat צפנת פענח, *Zaphnath Paneach,* in cujus explicatione omnes, qui scripturam hanc tuentur, minime consentiunt. Judæi antiquiores, Paraphrastes Chald. Onkelos et Josephus Antiq. 2, 6, 1, qui eodem circiter tempore floruerunt, etiam veteres Christiani interpretes, Syrus et Arabs, nec non commentatores celebriores, Chrysostomus (vol. 4, p. 606, ubi ψονθομφανὴχ explicatur τῶν κρυπτῶν γνώστης. Tewater.), Theodoretus (vol. 1, p. 106, ubi ad quæstionem de interpretatione nominis Ψομιθὸμ φαμνὲχ, ut illic legitur, respondet Theodoretus, τῶν ἀπορρήτων ἑρμηνευτὴν αὐτὸν κέκληκεν, ὡς τοὺς ὀνείρους διασαφήσαντα. Tew.) et alii exponunt nomen de eo, qui abscondita novit, atque Græce illud interpretantur τῶν κρυπτῶν εὑρετὴν, ut est apud Josephum, vel ᾧ ἀπεκαλύφθη τὸ μέλλον, quod aliis (Conf. Origenis Hexapla vol. 1, p. 48, et Bernard. ad Josephi l. c. Tew.) placet. Quo etiam spectat quod Philo Judæus ait, nomen hoc significare ὀνειροκρίτην. (Scribit Philo in lib. De Josepho, vol. 2, p. 58 : Μετονομάζει δὲ αὐτὸν [Pharao Josephum] ἀπὸ τῆς ὀνειροκριτικῆς, ἐγχωρίῳ γλώττῃ προσαγορεύσας. Alibi tamen, agens De nominum mutatione, vol. 1, p. 592, ait, Ἑρμηνεύεται οὖν Ψονθομφανὴχ, ἀποκρίσει στόμα κρίνον. Legendum esse, ἐν ἀποκρύψει στόμα ἀποκρινόμενον, levis est conjectura Mangeii, pauca alia de nomine peregrino addentis, sed aliis dicta. Tew.). Eorum sententiæ permulti quidem suum adjiciunt calculum, interque eos Vitringa Obss. sacr. l. 1, diss. 1, c. 6, § 2, quamvis vel eapropter merito suspecta sit, quod vocab. haud dubie Ægyptiacum, ex peregrino sive Hebr. sermone explicetur. Ægyptios enim diversam habuisse linguam ab Hebræis, res ipsa docet, testatur quoque S. Codex. Quod infitias Bochartus ire non potuit, Geogr. S. l. 1, c. 15, etsi persuasum habens, multum inter utramque linguam intercedere affinitatis; quod vehementius multo urget in responsionibus ad objectiones Salmasii, nuperrimæ editioni subjunctis. Præiisse hic Bocharto aliisque ὁμοψήφοις videtur Hieron., qui in Es. l. 7, col. 186, ita commentatur : « Lingua Chananitis media est inter Ægyptiacam et Hebraicam. » Affinitas vero illa haud magna est, neque major, quam quæ linguam Ægypt. cum alia quacumque conjungit. Hebraicam adeoque ab Ægyptia diversam merito agnoscit Origenes l. 3 Contra Cels. p. 115 (451). Quum autem Hebræi per plura secula in Ægypto commorati sint, mirum nihil est, Ægyptios voces quasdam Hebr. ex quotidiano cum ipsis commercio deinde retinuisse, et vicissim Judæos vocc. quædam accepisse ab Ægyptiis, et secum asportasse in Canaanem, ita tamen, ut neque Ægyptii, neque Hebræi idcirco censeri debeant suam mutasse linguam; quod recte monet Leusdenius in Jona illustrato p. 129 (Opp. vol. 1, p. 98 seqq. et 564 seqq.). V. Pfeiffer. Dub. Vex., et in peculiari de hoc nomine Exercitatione. Alii igitur צפנת פענח ex sermone Copt., et certe rectius, interpretari moliebantur. Voces istas Hebr. Ægyptiis sonasse ⲪⲈⲚⲪⲀⲦ ⲠⲒⲰⲚϨ, et significasse Relaxationem vitæ, putabat Ægid. Gutbier, teste Pfeiffero Exerc. cit. § 23 (p. 571). Sed profecto illa expositio neque notitiam aliquam sermonis Copt. prodit, neque commodum sensum suppeditat, neque confutatione uberiori digna est. Attamen haud melior est ulla ex parte opinio, quam huic substituit nobisque offert ipse Pfeifferus § 32 et seqq. (p. 573, 4). Putat enim vocabula Hebr. non fuisse diversa ab Ægypt. ⲪⲞⲚⲚⲀⲦ ⲠⲀⲚⲒⲬⲀ, quorum prius significaret Desiderata, quæsita nec inventa, posterius Doctorem vel indicem; ut adeo Josephus dictus esset Index rerum desideratarum, quas omnes anxie quærebant, sed nemo invenire poterat. Monet, sic tot interpretibus suum constare honorem, asseriique lectionem Hebr. Quomodo deinde originem istam comprobare annitatur, apud ipsum legi malim. Sed nondum ille prima sermonis Copt. rudimenta tenebat. Versionem hanc verborum nemo poterit tueri. Etenim nec ⲪⲞⲚⲚⲀⲦ, nec ⲠⲀⲚⲒⲬⲀ aliquid Ægyptiace significant, multo minus id quod volebat Pfeiffer. Si genuina sit scriptura codicis Hebraici, poterit ex illa satis commode exsculpi voc. Ægyptiacum. Namque ⲤⲰⲨϤ ⲚⲦⲈ ⲠⲈⲚⲈⲤ, *Sophente Paneeh,* ut nos pronuntiamus illas literas, significabit Caput mundi, vel seculi. Et hoc certe parum aut omnino non recedit a literis Hebr. צפנת פענח. La Crozius autem existimabat easdem voces optime literis Ægypt. sic exprimi, ⲤⲰⲨϤ ⲚⲦⲈ ⲠⲰⲚϨ, Caput vitæ, a quo nempe vita et conservatio derivetur. Ab

illa scriptura differt ea, quam LXX nobis reliquerunt, qui proinde aut in suis codd. Hebr. aliter legerunt, ac nos hodie legimus, aut gravibus de causis lectionem codicis Hebr. inveteratam mutandam esse judicarunt. Sed nec omnes τῶν LXX codices scripti in efferendo hoc vocab. conspirant. Similis differentia observari etiam potest apud scriptores vetustos, Judæos et Christianos, qui hæc ex LXX Interpretibus adducunt. Plurima huc spectantia congessit Bernardus in not. ad Josephi Antiq. 2, 6, 1. (In Chronico Paschali p. 76 dicuntur Ægyptii Mosem appellasse Ψομ–Θομ–Φάν–Χθὴ, ὃ ἑρμηνεύεται, ᾧ ἀπεκαλύφθη τὸ μέλλον. Corruptum magis legitur nomen peregrinum in nova vers. Gr. Pentateuchi ex cod. Ven., Σαφναθηνπαανέχαν. Tew.) Quæ omnia ubi curate expendo, videor mihi satis certo colligere, antiquissima et optima exemplaria legisse, vel Ψονθομφανὴχ, vel Ψοθομφανὴχ, quam postremam lectionem opinor antiquiorem, etsi prior communior sit, atque plurima exemplaria insederit. Nec illius interpretatio diu quærenda erit, etsi a multis infeliciter tentata. Kircherus in Prodromo Copt. c. 5 credere nos jubet, ΨΟΝΤΟΝ Ægyptiace significare Futura, et ΠΛΝΙΡ Augurem vel vatem, idque Bocharto aliisque persuasit, quum tamen vocabula illa nonnisi ex cerebro Kircheri in lucem prodierint. Quando porro in Scala Coptico-Arabica Kircheri ΠΙϬΤΟΝ ΠΛΝΙΧΛ Arab. exponitur Augur, vel Indicans revelata, illa non credenda est explicatio vocis Ægyptiacæ. Sed auctor, quisquis est, vocem hanc in libro Geneseos repertam, et corrupte quidem expressam, sibi autem omnino non intellectam, ex communi opinione interpretatus est, quæ Judæorum magistris in acceptis ferenda est, nec originem habet in sermone Ægyptio, verum Hebraico, ex quo vocis Ægyptiacæ originatio petenda non erat. Si vera est lectio, quam præferunt LXX, Ψονθομφανὴχ vel Ψοθομφανὴχ, haud dubie vera etiam est vocab. hujus interpretatio, quam Hieronymus jam pridem nobis suggessit. Ita autem ille in Quæst. Hebr. col. 542 : « Interpretatur ergo sermone Ægyptiaco *saphanet phane,* sive, ut LXX transferre voluerunt, Ψοντομφανὴχ, Salvator mundi, eo quod orbem terræ ab excidio imminente famis liberavit. » Iterum in lib. De nom. Hebr., v. Somtomphanech : « Ab Ægyptiis didicimus, quod in lingua eorum (*saphanet phane,* aut potius Gr. Ψοντομφανὴχ) resonet Salvator mundi. » Quæ interpretatio ipsum textum versionis Lat. Vulgatæ occupavit, quippe in qua ita nunc legitur : « Vertitque nomen ejus, et vocavit eum lingua Ægyptia Salvatorem mundi. » (Psonthomphanech servavit Versio Lat. antiqua, sed Salvator mundi est in recentiori. Conf. Sabatier ad Gen. 41, 45. Tew.) Tantopere igitur hanc expos. Hieronymus probavit. Ex eo eandem repetunt Isidorus Etym. 7, 7, et Petrus Scholasticus. Neque Græcis ea interpretatio ignota fuit : in Octateucho namque Græco Oxon. Ms. apud Bernardum l. c. legitur Ψομθομφανὴχ, ὅ ἐστι ὁ σωτὴρ τοῦ κόσμου. Quinimo in Pentateucho quodam Arabico, vocem hanc in margine ritu Coptico Ψομθομφανὴχ scriptam reperit Bernardus, addita hac interpretatione Arab., Servator Mundi. Et hoc certe vox illa, uti a LXX effertur, sonat. Nam Ψοθομφανὴχ, vel Copt. literis expressum, ΠϬΩΤΤΩΦΕΝΕϩ, sicut laudatus Bernardus recte monuit, significat Salutem seculi. ϬΩΤ enim, σώζειν, vox est Coptis frequentissima. ΠϬΩΤ notat et σωτηρίαν et σωτῆρα. ΦΕΝΕϩ vox pariter oppido trita αἰῶνα designat. Est igitur ΠϬΩΤ ΤΩΦΕΝΕϩ, ut Bernardus aiebat, Salus Seculi, sive Salvator Mundi. Qua originatione nihil verius dici potest, quamque esse genuinam, facile concedent qui hujusmodi deliciis capiuntur. Græce dici posset Σωτὴρ τῆς οἰκουμένης, quo honorifico cognomine Imperatores quosdam Romanos vocatos novimus. Conf. Spanhemii Comment. Gallic. in Juliani Cæsares p. 276. Tartari summum gentis suæ Principem solent appellare Imperatorem seculi. Vide *la Vie de Tamerlan* t. 1, p. 203. Non dubito quin hæc dicta magis mereantur assensum, quam quæ de isto nomine scripsit Le Moyne in nott. ad Var. Sacra p. 132, 3. — Ex his quæ modo ad illustrandam lectionem τῶν LXX adduxi, jam satis colligitur, me hanc ipsorum lectionem præferre scripturæ hodierni codicis Hebr. Quamvis non nesciam, multos fore, qui religioni sibi ducant a lectione codicis Masorethici discedere, me tamen, ut hoc quidem in loco eam descrendam esse censuerim, rationes permoverunt nec paucæ, nec leves. Nam 1. dubio locus vix est quin, quod supra jam verbo tetigi, LXX, quum scripserunt Ψοθομφανὴχ, aut vocab. hoc ita in suis codicibus Hebr. legerint, aut a lectione ibi reperta propter graves rationes discesserint. Ipsos vero in versione sua ita scripsisse, ut nos hodie in illa legimus, non facile negabit qui meminerit, Josephum aliosque veteris ævi scriptores vocem hanc non aliter scriptam in suis codicibus reperisse. 2. Ex supra adductis liquido constat, scripturam Codicis Hebr. sensum nullum fundere satis commodum, qui ex sermone Ægypt. derivari possit, vocem vero illam, uti a τοῖς LXX repræsentatur, esse vere Ægyptiacam, intellectu facilem, Josepho præterea et historiæ illius temporis perquam accommodatam. Dixi-mus quidem צפנת פענח posse fere sine ulla mutatione sic exprimi, ϪΩϤ ΝΤϵ ΠϵΝϵϩ, Caput Seculi; sed cognomen hoc habet quod auribus meis ingratum videatur. Etsi Josephus προστασίαν Ægypti a rege accepisset, ut Philo loquitur in lib. De Josepho p. 561, vere tamen caput regni dici non potuit. Quantum hoc cognomen ad gloriam Josephi adjecisset, tantumdem auctoritati et honori Pharaonis derogasset. At quodnam poterat aptius cognomen Josepho imponi, præter hoc, Salvator Mundi, quod et verissimum est et omnibus desideratissimum. Ipse Servator monuit Luc. 22, 25, nomen εὐεργέτου Regibus ac Principibus in deliciis esse, quod et historia omnis antiqua satis confirmat; sed illo cognomine est multo magnificentius illud σωτῆρος τοῦ αἰῶνος. 3. Res ipsa docet, alterius linguæ vocabula in lingua altera non ita facile exprimi posse. Imprimis lingua Hebr. minus apta est sonis omnibus accurate reddendis. Quare mirum non est, si vox Ægyptiaca literis Hebraicis non adeo feliciter exprimi ac repræsentari potuerit, quam id a Græcis factum esse videmus. 4. Quod si autem dicamus, illud ipsum nomen a Mose non ita scriptum esse, uti hodie in codd. Hebr. legimus, nullam sic Codici sacro injuriam inferemus. Unius literæ transpositio lectionem Hebr. cum scriptura Græca optime conciliabit. Scribe pro צפנת פענח, פצנח פענח, vel, si adhuc unicam literam inserere velis, פצתנת פענח, et habebis ipsissimam scripturam τῶν LXX. Nec mirum est, vocem hanc potuisse corrumpi, quum sit peregrina, et a nullo Hebræorum intellecta. Neque etiam ad integritatem Codicis sacri facit, ut vox hæc Ægypt., Judæis lecta quidem, sed non intellecta, accurate expressa legatur. 5. Quicquid sit, sive hodierna Codicis Hebr. lectio antiquior fuerit, sive minus, agitur hic de scriptione et pronunciatione vocis Ægyptiacæ, quæ Hebræis peregrina erat, et a diversis diverso modo enunciari poterat. Interpretes Alex., qui ad traditionem veterum Hebræorum de hoc vocab., sibi, ut opinor, non ignotam, addiderant cognitionem linguæ ac rerum Ægypt., quam versio eorum ubique spirat, scribebant in Ægypto, ad manus habebant monumenta Ægypti, Ægyptios consulere poterant, et, ut mihi persuasum est, in similibus occasionibus omnino consulebant. Cum ipsorum scriptura conspirat exacte explicatio, quam ab Ægyptiis acceperat Hieron., et illam nunc lingua Ægyptiaca egregie confirmat. Item illa explicatio historiæ Josephi tam bene convenit, ut nihil possit magis. Quid amplius desi-

deret æquus judex? Æquum tamen est, ut unusquisque suum judicium sequatur. Jablonsk. Nomen Græca forma indutum est apud Suidam : Ψανθοφάνιχος (sic codex Paris. A pro Ψανθεοφάνιχος)· ἐκαλεῖτο Ἰωσὴφ ὑπὸ Φαραὼ, τουτέστι κρυπτῶν εὑρετής.]

[Ψόραψ, ὁ, inter paroxytona in ψ apud Arcad. p. 94, 13, ubi cod. Havn. θόραψ.]

[Ψόρος, ὁ, nomen piscis ap. Athen. 7, p. 313, E : Ὅμοιον δ' εἶναι τῷ μελανούρῳ φησὶ Σπεύσιππος ἐν δευτέρῳ Ὁμοίων τὸν καλούμενον ψύρον, ὃν Νουμήνιος καλεῖ ψόρον οὕτως « Ἢ ψόρον ἢ σάλπας. »]

[Ψουσέννης, ὁ, Psusennes, rex Ægypti ap. Georg. Sync. p. 73, C; 74, C.]

[Ψόφαξ, κος, ὁ. Inscr. ap. Bœckh. vol. 3, p. 1054 : Λεωνίδης ψόφαξ κληθείς· ubi in lapide est ΨΟΦΑΞΟ, quod non pro Ψόφαξος scriptum est, ut Welckero videbatur, sed nihil aliud esse videtur quam Ψόφαξ ὁ, articulo lapicidæ errore post nomen posito, cui præponi debebat. Histrionem vel mimum fuisse ex proximis tituli verbis recte collegit Welckerus : unde explicandum cognomen ψόφακος. G. Dind.]

Ψοφέω, [fut. ήσω, perf. ἐψόφηκα. Menander ap. schol. Aristoph. Nub. 133, Strabo 14, p. 658, Lucian. Gall. c. 29,] Strepitum s. Crepitum edo, Sonitum do, Sono. [Hesych. : Ψοφεῖ· κτυπεῖ, ῥήσσει.] Vide in nomine ψόφος ex Aristot. ψοφεῖν ψόφον φυσικὸν, et ψοφεῖν τῷ ἔσω πνεύματι : nec non synonymum his ψόφον ἀφιέναι et ψόφον ποιεῖν. Idem enim significant ψοφεῖν et ψόφον ποιεῖν, Sonare et Sonitum dare, ut ex Suida etiam discimus, qui quum dixisset, Οὔτε γὰρ τὰ μαλακὰ τῶν σωμάτων ψόφον ποιεῖ, subjungit paulo post, Τὰ δὲ μαλακὰ οὐ ψοφεῖ. [Eurip. Or. 137 : Ἡσύχῳ ποδὶ χωρεῖτε, μὴ ψοφεῖτε, μηδ' ἔστω κτύπος· Bacch. 637 : Ψοφεῖ γοῦν ἀρβύλη δόμων ἔσω. Soph. fragm. 58 : Ἅπαντα τῷ φοβουμένῳ ψοφεῖ. Aristoph. Pac. 612 : Ἐψόφησεν ἄμπελος· fragm. 86 : Τί τὸ ψοφῆσάν ἐστι ; Alexis ap. Athen. 8, p. 336, E : Ἀρεταὶ δὲ πρεσβεῖαί τε καὶ στρατηγίαι κόμποι κενοὶ ψοφοῦσιν ἀντ' ὀνειράτων· ut Callim. fragm. 165, μέγα ψοφέουσαν ἀοιδὴν dixit. Plato Crat. p. 430, A : Ψοφεῖν ἔγωγ' ἂν φαίην τὸν τοιοῦτον· Rep. 3, p. 396, D : Ποταμοὺς ψοφοῦντας. (Gramm. ms. ap. Valcken. Anim. ad Ammon. p. 231 : Ποταμὸς καὶ ἄνεμος ψοφεῖ.) Xen. Anab. 4, 3, 29 : Ἐπειδὰν ἀσπὶς ψοφῇ· De re eq. 1, 3 : Ὥσπερ κύμβαλον ψοφεῖ πρὸς τῷ δαπέδῳ (πρὸς τὸ δάπεδον Pollux 1, 188) ἡ κοίλη ὁπλή. Lucian. Philops. c. 15 : Ἢν ἀργύριόν που ψοφῇ, ἔρχεται πρὸς τὸν ἦχον. Cum ἐπὶ idem Gall. c. 29 : Πάλιν ἐψόφησέ τις ἐπ' ἐμέ. Addito dativo Ezech. 6, 11 : Κρότησον τῇ χειρὶ καὶ ψόφησον τῷ ποδί· 25, 6 : Ἀνθ' ὧν ἐκρότησας καὶ ἐψόφησας τῷ ποδί σου. Sæpe cum similis significationis verbis conjunctum, ut ap. Plut. Mor. p. 902, C : Τὴν φωνὴν ῥεῦμα ἐκπεμπόμενον ἀπὸ τῶν φωνούντων ἢ ἠχούντων ἢ ψοφούντων.] Aristoph. vero cum accus. [Ach. 932] : Ψοφεῖ λάλον τι, Sonum quendam garrulum edit. [De foribus crepantibus Eurip. Herc. F. 78 : Ὅταν πύλαι ψοφῶσιν. Lysias p. 93, 1 : Τί αἱ θύραι νύκτωρ ψοφοῖεν.] Dicitur vero et τὴν θύραν ψοφεῖν, qui foribus pulsatis strepitum excitat, et sonitum dat : quod proprie de egrediente dici ajunt, ut κόπτειν de ingressuro, veluti in Aristoph. Nub. [132] : Τίς ἐσθ' ὁ κόπτων τὴν θύραν, schol. annotat, observandum esse ὅτι ἐπὶ μὲν τῶν ἔξωθεν κρουόντων, κόπτειν λέγουσιν· ἐπὶ δὲ τῶν ἔσωθεν, ψοφεῖν : quod discrimen satis patere ex Menandro, qui ἐπὶ μὲν τῶν ἔξω dixerit κόψω τὴν θύραν· ἐπὶ δὲ τῶν ἔσω, ἐψόφηκε τὴν θύραν ἐξιών. [Idem præcipiunt Herodian. p. 466 ed. Piers., Mœris p. 211, 11, Ammon. p. 83, Thomas M. p. 547.] Sciendum tamen est illud non semper observari; nam ψοφεῖν τὴν θύραν dicuntur etiam ii qui intrare volunt; legimus enim ap. Lucian. [Solœc. c. 9] : Ψοφοίη τὴν θύραν εἰσιών. [Ubi Græv. comparat Heliodor. 1, 17 : Τὰς θύρας ὡς ὅτι πλεῖστον ἐψόφησε.] Et vicissim κόπτειν simul ac ψοφεῖν dicitur is qui exiturus est; ut ap. Plut. Popl. p. 195 [c. 20] : Κόπτουσι καὶ ψοφοῦσι τὰς αὑτῶν θύρας ἔσιωθεν οἱ προϊέναι μέλλοντες, ὅπως αἴσθησις ἔξω γένοιτο τοῖς παρερχομένοις ἢ προεστῶσι, καὶ μὴ καταλαμβάνοιντο προϊούσαις ταῖς κλεισιάσιν εἰς τὸν στενωπόν. [‖Morior, de animalibus potissimum dictum apud Græcos medii ævi, quorum exempla v. ap. Ducangium, pariterque Ψοφίζω, Occido, et Ψόφιον, τὸ, Cadaver.]

Ψόφημα, τὸ, i. q. ψόφος, Sonitus, Crepitus. Budæo est Stlopus, Sonus buccarum percussarum, ap. Greg. Naz. : Καὶ κινοῦσι γέλωτα τοῖς ἐπὶ κόρρης ῥαπίσμασι καὶ ψοφήμασι.

[Ψόφησις, εως, ἡ, Crepitus, Strepitus. Inter nomina in ησις memorant gramm. in Bekk. Anecd. p. 438, 4, et Suidas s. v. Ἀπότριψις. Cratin. ap. Hephæst. p. 84 : Μήτηρ ἰχρίων ψόφησις· ubi de applausu dictum est. Aristot. De anima 3, 1.]

Ψοφητικὸς, ἡ, ὸν, Strepitum edens, Streperus, s. potius Qui strepitum et sonum edere potest. [Aristot. De anima 2, 8 : Ψοφητικὸν τὸ κινητὸν ἑνὸς ἀέρος συνεχείᾳ μέχρι ἀκοῆς.] Ap. Suid. : Ψοφητικὸν δέ ἐστι τὸ δυνάμενον ἕνα καὶ συνεχῆ τὸν ἀέρα τηρῆσαι μέχρι τῆς ἀκοῆς. Ubi quod ψοφητικὸν dicitur, paulo ante est ψοφεῖν δυνάμενον, καὶ ἐν ᾧ ἐστὶν ὁ δυνάμει ψόφος. [Aristot. Meteor. 4, 8. H. A. 1, 1 : Τὰ μὲν (τῶν ζῴων) ψοφητικά, τὰ δὲ ἄφωνα, τὰ δὲ φωνήεντα.]

[Ψοφίζω. Ψόφιον. V. Ψοφέω.]

[Ψοφοδέεια, ἡ, Inanis timor, timiditas. Cyrill. Alex. In Nahumi c. 3, p. 513 : Τῆς ψ. τὴν αἰτίαν ἀποδιδούς. Suic. Andron. Rhod. De pass. p. 742, ubi ψοφοδεΐα.]

Ψοφοδεὴς, ὁ, ἡ, Ad quosvis sonos s. crepitus aut strepitus expavescens, i. e. Admodum meticulosus, Formidolosus, Pavidus. [Hesych. : Ψ., δειλὸς, κενόφοβος, ὁ καὶ τοὺς ψόφους καὶ τὰ ἐλάχιστα φοβούμενος. (Quæ gl. partim etiam apud Phot. et Suidam.) Ψοφοδεῆ· τὸν ὅμοιον αὐτῷ. Attica accusativi forma ap. Platon. Phædr. p. 257, D : Εἴ αὐτὸν οὕτως ἡγεῖ τινα ψοφοδεᾶ. Menandri comœdia fuit inscripta Ψοφοδεής. Multo frequentior vocabuli usus apud scriptores posteriorum temporum est, velut Dionys. A. R. 4, 29 : Ψ. καὶ οὐδὲν ἔχων ἀνδρὸς ἀνήρ· et 11, 22, et inprimis Plut., velut Mor. p. 61, E : Τὸ κακόηθες ... ἀεί τισι διαβολαῖς καὶ προαισθήσεσι δριμὺ καὶ ψοφοδεὲς ποιῶν· 528, F : Ὑπόπτου καὶ ψ. 610, A : Ἀμείλιχον καὶ ψοφοδεῆ ποιεῖ τὴν διάνοιαν· 642, A : Ἵπποι ψ. καὶ πρὸς ἅπαν εὐπτόητοι· 776, A : Φιλόδοξος καὶ ψ. 978, E : Ψ. καὶ δειλός· V. Nic. c. 2 : Τὸ ἐν τῇ πολιτείᾳ ψ. καὶ εὐθορύβητον αὐτοῦ· et Comp. Niciæ c. Crasso c. 2 : Τὸ ψ. καὶ ἄτολμον ἐκείνου.] Lucian. [Scyth. c. 3] de Anacharside, qui appulerat : Οὐ μετρίως τεταραγμένος ἔτι τὴν γνώμην, πάντα ἀγνοῶν, ψοφοδεὴς πρὸς τὰ πολλὰ; οὐκ ἔχων ὅ,τι χρήσαιτο ἑαυτῷ. [Id. Philops. c. 37.] Plut. [Mor. p. 128, E] : Τὸ σῶμα κομιδῇ ψοφοδεὲς παρέχεται. [Schol. Arist. Ran. 78 : Τοὺς ἵππους ἐδοκίμαζον εἰ ψοφοδεεῖς εἰσιν, ut ex codd. correctum pro ψοφώδεις. Heliodor. 6, 1. Euseb. H. E. 8, 14. Isidor. Pelus. Epist. 5, 561. « V. Gataker. ad Antonin. p. 191. » Valck.]

‖ Ψοφοδεῶς, Meticulose, Timide, s. potius Ita ut ad quosvis strepitus s. sonos, præsertim peregrinos auribus, expavescas. [Plut. Mor. p. 47, B : Ἀτόλμως καὶ ψ. Lucian. Pro imag. c. 7 : Ψ. πρὸς τοὺς θεοὺς καὶ δεισιδαιμόνως· 28 : Ψ. διακεῖσθαι πρὸς τὸν ἔπαινον. Oribas. p. 296 ed. Matth.] Nam ea propria est signif. nominis compositi ψοφοδεὴς, ut Hesych. quoque indicat, exponens illud non solum δειλὸς, sed etiam ὁ τοὺς ψόφους καὶ τὰ ἐλάχιστα φοβούμενος, κενόφοβος. [Herod. medicus ap. Oribas. t. 2, p. 409, 4 Daremberg. : Πρὸς τὴν χειρουργίαν ψ. ἔχουσι τινές. Julian. Imp. p. 277, C : Ψ. εἶχον πρὸς αὐτά. Hase. In ψοφειδῶς corruptum apud Hesych. notabimus s. v. Ψοφοειδής.]

[Ψοφοδεΐα. V. Ψοφοδέεια.]

[Ψοφοειδὴς, ὁ, ἡ. HSt. s. v. Ψοφοδεής :] Ap. Hesych. legitur et adv. Ψοφοειδῶς [Codex non ψοφοειδῶς, quod Musurus posuit, sed ψοφειδῶς, corruptum ex ψοφοδεῶς, quod literarum series postulat et Meursius restituit], expositum ταραχωδῶς, Tumultuose : a nomine Ψοφοειδὴς, quod tamen proprie significare deberet Sono similis, Speciem strepitus s. crepitus gerens. [Dionys. De comp. verb. c. 16 : Τῶν φωνηέντων οὐ τὰ κράτιστα, ἀλλὰ τῶν ψοφοειδῶν ἢ ἀφώνων τὰ δυσεκφορώτατα λήψεται.] Unde merito scriptura illa suspecta fuerit.

Ψοφομήδης, ὁ, Cui strepitus et crepitus s. sonitus curæ sunt : ψ. Βάκχος, Epigr. [Anth. Pal. 9, 524, 24.]

Ψοφοποιὸς, ὁ, ἡ, Strepitum faciens, vel generalius Sonum edens, ὁ ψόφον ποιῶν, ut Thuc. et alii loquuntur.

Ψόφος, ὁ, Strepitus, Crepitus [Per ἦχος, κτύπος

exp. Hesych.]; interdum et Fragor, vel generalius Sonus : πληγὴ ἀέρος τοιῶσδε γινομένη, sc. ἐκ τῆς δύο σωμάτων σκληρῶν συμπτώσεως, ut prolixe tradit Suidas [ex Joann. Philoponi Comment. in Aristot. De anima]. Sed et generaliter de quovis sonitu dicitur. [Hom. H. in Merc. 285 : Σκευάζοντα κατ' οἶκον ἄτερ ψόφου. Soph. fragm. 482 : Κνισμὸς καὶ φιλημάτων ψόφος. Eurip. Bacch. 686 : Λωτοῦ ψ. Cycl. 442 : Ἀσιάδος ψόφον κιθάρας. Aristoph. Ran. 604 : Ἀκούω τῆς θύρας ψόφον. Thucyd. 3, 22 : Ψόφῳ τῷ ἐκ τοῦ προσιέναι αὐτούς. Plato Rep. 3, p. 413, D : Ὥσπερ τοὺς πώλους ἐπὶ τοὺς ψ. τε καὶ θορύβους ἄγοντες σκοποῦσιν εἰ φοβεροί. Ib. p. 397, A : Ψόφους ἀνέμων· Symp. p. 212, C : Τὴν αὔλειον θύραν κρουομένην πολὺν ψ. παρασχεῖν ὡς κωμαστῶν. De literis Theæt. p. 203, B : Ψ. τις μόνον τὸ σῖγμα· et ib.: Τοῦ βῆτα οὔτε φωνὴ οὔτε ψ. Xen. Cyn. 5, 19 : Εἴ που πλησίον κλαγγὴ ἢ ψ. τῶν κυνῶν· 6, 6 : Ἀγαγὼν ἀκούων τὸν ψ. (venatoris)· De re eq. 1, 3 : Ψήχοντες τοὺς ἵππους ψόφον ἐποίουν· Anab. 4, 2, 3 : Τῷ ψ. (λίθων κυλινδομένων). Harpocratio s. v. Ἐκλώζετε : Κλωσμὸς ὁ γινόμενος ἐν τῷ στόματι ψ. Aristot. Meteor. 2, 8 : Ποιεῖ τοὺς ψ. τοὺς ὑπὸ τὴν γῆν γινομένους τὸ πνεῦμα· 2, 9 : Πληγὴν ἧς ὁ ψ. καλεῖται βροντή· et ib. : Ψ. τῆς κωπηλασίας. « Ψόφου καθαπτόμενοι exponuntur a Galeno in Exeg. (p. 598) ψόφου ῥαδίως αἰσθανόμενοι, καὶ μέντοι καὶ πτοούμενοι, ὡς εἰ καὶ ψοφώδεις ἔλεγεν. De phreniticis dicitur ab Hippocr. p. 68, D, et 130, H, qui vel levi strepitu facile irritantur et exagitantur, ὑπὸ τῶν ψόφων θορυβουμένους καὶ ταραττομένους, ut exp. Galen. Sunt autem ψοφοδεεῖς καὶ πρὸς ἅπαν εὐπτόητοι qui ad quemvis strepitum expavescunt et quavis re perculsi et attoniti, ut de equis Lycospadibus loquitur Plutarchus Quæst. Symp. 2, 8. Ψόφοι ἐν τῷ στήθει, de sputo flatuoso quod sonitum edit in pectore, p. 178, E. Unde etiam ψοφέοντες dicuntur : v. Ὑποψοφέω. Ψόφος autem strepitum indicat, βορβορυγμὸν quibusdam et murmur, aliis ructum, nonnullis etiam flatus per sedem exeuntes, aliis quodlibet istorum simpliciter qualiscunque in intestinis motus sit qui auribus percipiatur. Sunt etiam alii in intestinis præter murmura motus et strepitus, nonnulli quidem sonis persimiles, aliqui vero sibilis, aut alicui id genus strepitui. Galen. Comm. 3 in Epid. 6, p. 1175, B.» Foes.] Sed et generaliter de Quovis sonitu dicitur. [Epict. Diss. 1, 24, 6 : Εὐδοξία ψ. ἐστὶ μαινομένων ἀνθρώπων· 2, 6, 19 : Ψόφος καὶ κόμπος κενῶν ὀνομάτων· fragm. 88 : Μὴ περίμενε κρότους καὶ ψόφους καὶ ἐπαίνους. Schweigh.] Plut. De dæm. Socr. [p. 598, E] : Οὐδενὸς μέρους ἡσυχάζοντος, ἀλλὰ πανταχόθεν ψόφων καὶ θορύβων ἀναφερομένων, sc. ab iis qui arcem obsidebant et in urbe discurrebant. Idem in Pericle [c. 6] : Ψόφους τε δίσκων καὶ φῶτα πυρσῶν· qui δίσκων ψόφοι solent βόμβοι etiam nominari. Epigr. [Anth. Pal. 11, 86] : Ὁ ψόφος ἦν ὕσπληγγος ἐν οὔασι, Strepitus scuticæ audiebatur, vel Sonitus, s. Crepitus. Sic aliquid ποιεῖν ψόφον dicitur. Thuc. 3, [22] de tegula : Ἡ πεσοῦσα ψόφον ἐποίησε, καὶ αὐτίκα βοὴ ἦν, Sonitum. Athen. [3, p. 92, B : Αἱ σάρκες τῶν ἑψομένων ὀστρέων ψόφους ποιοῦσιν·] 12, [p. 518, C] de Sybaritis : Τὰς ποιούσας ψόφον τέχνας οὐκ ἐῶσιν ἐπιδημεῖν τῇ πόλει, οἷον χαλκέων καὶ τεκτόνων, καὶ τῶν ὁμοίων· 14, de organis quibusdam : Ὧν ὅτε τις ἅπτοιτο τοῖς δακτύλοις, ποιεῖν λιγυρὸν ψόφον. [Id. 12, p. 519, E : Οὐκ ἄξια ὄντα ψόφου τῶν δακτύλων. Ψόφον et φωνὴν distinguit Dionys. De comp. c. 14, p. 72, 2 : Τὰ μὲν φωνὰς ἀποτελεῖ, τὰ δὲ ψόφους· φωνὰς μὲν τὰ λεγόμενα φωνηέντα, ψόφους δὲ τὰ λοιπὰ πάντα.] Verum et animalia quædam ψόφον edunt, qui differt a voce, ἀπὸ τῆς φωνῆς, ut Aristot. docet H. A. 4, 9, Φωνὴ δὲ, inquiens, καὶ ψόφος ἕτερόν ἐστι, καὶ τρίτον τούτων διάλεκτος· ubi etiam ait, Διὸ ὅσα γλῶτταν μὴ ἔχει, ἢ μὴ ἀπολελυμένην, οὔτε φωνεῖ οὔτε διαλέγεται· ψοφεῖν δ' ἐστὶ καὶ τοῖς ἄλλοις μορίοις. Ideoque dicit τὰ ἔντομα οὔτε φωνεῖν οὔτε διαλέγεσθαι, sed ψοφεῖν τῷ ἔσω πνεύματι : eorumque alia βομβεῖν, ut apes : alia ᾄδειν, ut cicadas : τὰς ἀκρίδας δὲ τοῖς πηδαλίοις τριβούσας ποιεῖν τὸν ψόφον. Unde Plin. 11, 51 : Vocem non habere nisi quæ pulmonem et arterias habent, h. e. nisi quæ spirant, Aristoteles putat : iccirco et insectis sonum esse, non vocem, intus meante spiritu et incluso sonante : alia murmur edere, ut apes : alia cum tractu stridorem, ut cicadas : locustas pennarum et feminum attritu sonare. Rursum Aristoteles : Οὔτε δὲ τῶν μαλακίων οὐδὲν οὔτε φθέγγεται, οὔτε ψοφεῖ οὐδένα ψόφον, οὔτε τῶν μαλακοστράκων· οἱ δὲ ἰχθύες ἄφωνοι μέν εἰσι, ψόφους δέ τινας ἀφιᾶσι καὶ τρισμοὺς, οὓς λέγουσι φωνεῖν, ὥσπερ ὁ κάπρος ὁ ἐν τῷ Ἀχελῴῳ γρυλλισμὸν ποιεῖ. Quæ Plinius item vertens : Mollia et crusta intecta nec vocem nec sonum ullum habere. Sed ceteri pisces non in totum sine ullo sono sunt : et is, qui caper vocatur, in Acheloo amne grunnitum habet. Ibid. rursum, aliquanto post, Ὁ γινόμενος ταῖς πτέρυξι ψόφος. [Sæpe de inani dicitur strepitu verborum. Soph. Aj. 1117 : Τοῦ δὲ σοῦ ψόφου οὐκ ἂν στραφείην. Eurip. Rhes. 565 : Κενὸς ψ. στάζει δι' ὤτων. Ion. 601 : Ἐν πόλει ψόφου πλέα· 630 : Οὐ φιλῶ ψόφους (vitæ regiæ cum privata comparatæ) κλύειν· Herc. F. 229 : Γλώσσης ψόφον. Aristoph. Nub. 1367 : Ψόφου πλέων, ἀξύστατον· Ran. 492 : Τὸν ψ. τῶν ῥημάτων καὶ τὰς ἀπειλάς. Dionys. De adm. vi Demosth. c. 7, p. 971, 4 : Διθυράμβων ψόφους καὶ λήρους ἠγαπηκότες. Lucian. Dial. mer. 15 : Οἱ τοὺς λόφους ἐπισείοντες οὗτοι καὶ μάχας διηγούμενοι, ψόφοι, ὦ Παρθενί. Alciphro 2, 3, p. 236 : Πτολεμαίῳ καὶ σατράπαις καὶ τοιούτοις ψόφοις, i. e. inanibus nominibus. « Nomen post obitum superstes Antonino 5, 33, nihil est nisi ψόφος καὶ ἀπήχημα. In Epist. Socr. p. 63, 10, ὀνομάτων ψόφος reponendum pro ψόγος. Ψόφον καὶ κενὰ ῥήματα jungit Euseb. Præp. ev. 6, p. 253, A. Arrian. Epict. 2, 6 : Ψόφος ἐστὶ ταῦτα πάντα καὶ κόμπος κενῶν ὀνομάτων. Schol. Luciani Tim. p. 99 : Οὐδὲν εἰ μὴ μόνον ψόφος ποιητικῶν ὀνομάτων. De vanis terriculamentis proverbio dicebatur, Πολλῶν ἐγὼ θρίων ἀκήκοα ψόφους, ap. Diogenian. 1, 70; 7, 92, quia τὰ θρία κιόμενα ψοφεῖ, ut ait schol. Aristoph. Vesp. 434. Comicus ap. Clem. Al. Strom. 5, p. 655, de vulgi laudantis strepitu : Αἰσχρὸν δὲ κρίνειν τὰ καλὰ τῶν πολλῶν ψόφῳ. » Valck. ad Eurip. Phœn. p. 145.]

Ψοφώδης, ὁ, ἡ, Crepitu s. Sonitu plenus, Sonorus, Sonans. [Hippocr. t. 2, p. 670, 13 : Φῦσαι ψοφώδεες. Hase. Et Aretæus Chron. 1, 5, p. 29 : Διαπέμπει δὲ κάτω φύσας ψοφώδεας.] Aristot. Rhet. 3, [3] : Διὸ χρησιμωτάτη ἡ διπλῆ λέξις τοῖς διθυραμβοποιοῖς· οὗτοι γὰρ ψοφώδεις. Quo sensu Aristoph. dicit ψόφου πλέως, [Nub. 1367] de Æschylo : Νομίζω πρῶτον ἐν ποιηταῖς, Ψόφου πλέων, ἀσύστατον, στόμφακα, κρημνοποιόν. [Hesychius in Ῥακτήριος. Boiss.]

[Ψύα, ἡ, HSt. sub derivatis verbi Ψάω :] Ψόα etiam sive Ψύα, ex ψάω significante ψήχω et ψαύω, derivant gramm. [Etym. M. p. 819, 15 : Ψύη· παρὰ τὸ ψαύω, ἡ ἐπιψαύουσα σὰρξ καὶ ἐξ ἐπιπολῆς οὖσα τοῖς ὀστέοις (Similiter Meletius in Cram. Anecd. Oxon. vol. 3, p. 92, 12, ubi corrupte ἐπὶ πολλοῖς, ut ap. Orion. p. 168, 13, qui addit, οὕτως Εἰρηναῖος ἐν τῷ περὶ τῆς Ἀλεξανδρέων διαλέκτου)· ἢ παρὰ τὸ ξύω ξύη κατὰ ἀντίφρασιν ψύη, ἣν εὐχερῶς κνῆσαι οὐ δυνάμεθα. Ἢ παρὰ τὸ ὀπίσω κράσει τοῦ πσ γίνεται ὀψύη ἐξ αὐτοῦ καὶ ἀποβολῇ τοῦ ο ψύη ἡ ὀπίσω ἄγουσα. Postrema leguntur etiam ap. Chœrob. in Epim. in Psalm. p. 142, 3. Νῶτος et ὀσφὺς per ψύα exp. Etym. M. p. 607, 56; 636, 19. Cyrillus : Ψύαι· αἱ λαγόνες, ἢ τὰ νῶτα.] Inter quos Athenæo 9, [p. 399, B] ψύαι vocatæ dicuntur διὰ τὸ ῥαδίως ἀποψᾶσθαι, οἷόν τις οὖσα ἐπιψαύουσα σὰρξ καὶ ἐπιπολῆς τοῖς ὀστέοις ὑπάρχουσα, ubi ex Simaristi Synonymon libro 3 annotat, Ὀσφύος αἱ ἐκ πλαγίων σάρκες ἐπανεστηκυῖαι, ψύαι· τὰ δὲ ἑκατέρωθεν κοιλώματα, λέγουσι κύδους, γαλλίας. Ibid. ex Clearcho Περὶ σκελετῶν l. 2 : Σάρκες μυωταὶ καθ' ἑκάτερον μέρος· ἃς οἱ μὲν ψύας, οἱ δὲ ἀλώπεκας, οἱ δὲ νεφρομήτρας καλοῦσι. [Hesych. : Ψυῖαι· ἀλώπεκες, βασσαρίδες, καὶ αἱ κατὰ τὴν ὀσφῦν σάρκες. Conf. Ψία.] Ubi etiam affert ex quodam qui τὴν τῶν Ἀτρειδῶν Κάθοδον conscripsit, Ψύας ἔγχει νύξε. Et ex Euphrone comico : Λοβός τίς ἐστι καὶ ψύαι καλούμεναι. Ταύτας ἐπιτερῶν πρὶν θεωρῆσαι μαθών. Earundemque ψυῶν Hippocratem meminisse ait, ap. quem tamen ψόαι scriptum legitur : ut in lib. De articulis [p. 810, C] : Ἀπὸ δὲ τούτου ἄχρι φρενῶν προσαρτήσιος, ἰθυλόρδη, καὶ παραφύσιας ἔχει μυῶν τοῦτο μοῦνον τὸ χωρίον ἐκ τῶν εἴσωθεν, ἃς δὴ καλέουσι ψόας· unde Gorr. scribit ψόας vocari duos maximos musculos in interna lumborum regione sitos. Itidemque in lib. De nat. hum. [p. 229, 31] : Τὰς ἀπὸ τῶν ψοῶν καὶ τῶν ὄρχεων φλεβοτομίας. [Τὴν ψύην p. 304, 14; 279, 41.] Nec non ap. Suid. ψόαι

legimus, qui eas esse dicit partem corporis ἐν ᾗ ἔγκεινται οἱ νεφροὶ, δι' ὧν αἱ ὀρέξεις κινεῖσθαι πεφύκασι : quam ob rem a Clearcho νεφρομῆτραι nominantur, i. e. Matrices et Mātres renum; sic enim pro νευρομῆτραι scr. potius est. Porro musculi illi, ut Gorr. tradit, supra septum transversum ad decimam, aliquando vero ad undecimam thoracis vertebram inseruntur, eamque partem spinæ, quæ secundum ipsos est, inflectunt. Sunt vero et qui externos spinæ musculos ψόας vocent, ut scribit Pollux [2, 185]; nec eos modo, sed totam etiam eam partem quæ lumborum nomine comprehenditur : sicut Marc. quoque Virgilius ψόας proprie dici Lumbos contendit : idque nomen grammaticos a libidine deductum velle, quoniam illic libidinis pruritus excitatur maxime; quod iis renes subjacent. Vide et Νευρομήτορες. [Phrynich. p. 300 ed. Lob.: Ψύα· οἱ μὲν ἁπλῶς ἁμαρτάνοντες διὰ τοῦ υ, οἱ δὲ διπλῆ ἁμαρτάνοντες διὰ τοῦ οι, οἷον ψοία. Ἔστι δὲ καὶ τὸ ὄνομα πολὺ κίβδηλον. Νεφρὸν οὖν λέγε. Gravissimum in hac causa est Photii testimonium : Ψόας ἢ ψοίας ἢ ὅπη χρὴ καλεῖν παρ' οὐδενὶ Ἀττικῶν εὗρον· οἱ δὲ παλαιοὶ γυμνασταὶ ἀλώπεκα προσαγορεύουσι. Neque aliunde confirmari potest Atticos ψύαν dixisse. Apud Aristot. H. A. 3, 3, Schneiderus pro ψοιὰς bis emendat ψύας (codd. Bekkeri plerique ψοιὰς, pauci ψύας vel ψυάς); enimvero Polybi est vox, Aristoteles νεφροὺς vocat. Ψύα ap. Hippocr. (vide locos supra citt.), Melamp. p. 505 ed. Franz., ψόαι Eustath. p. 410, Suidas s. v. Νῶτος, Galen. vol. 11, p. 415; 12, p. 374; ψία Etym. M. s. v. Νοτάριος, ψεῖαι Lex. Doricum in Bibl. Matrit. p. 146. V. interpr. Hesychii s. v. Ψυῖαι et Athen. p. 399. Quemadmodum a κνάω (κνήμη) κνύω, κνύος, alternantibus vocalibus, derivatur, ita a ψάω ψύω ψύη (Etym. M.) descendit et ψύα, quorum illud a Foesio OEc. p. 689 (et ab HSt. in Indice, ubi « Ionice ψύη ») perperam Ionicum perhibetur. Contrario errore Koenius ad Greg. Cor. p. 345, δελφύα, ἐγγύα, ματτύα, Dorice terminata esse dicit. Lobeck. Arcadius p. 103, 25 : Βαρύνεται ... ψύη ἡ ψύα καὶ ψόαι. Theophyl. Sim. Hist. p. 185, B : Τὴν ψύαν τοῖς ναυτικοῖς ἐμφερής. Joann. Malal. p. 457, 15 : Γυμνὸς ὑπῆρχε καὶ κατὰ τοῦ ζώσματος εἰς τὰς ψύας. Ψόα apud LXX Reg. 2, 2, 23 : Τύπτει αὐτὸν ἐπὶ τὴν ψόαν· et similiter ib. 3, 27, et 20, 10, et ψόαι Levit. 3, 9, Psalm. 37, 7. *Psoæ* et *Psoadici* apud Cœl. Aurelian. Tard. 5, 1.] || Hesych. vero ψόαν non solum esse dicit μέρος τοῦ σώματος, verum etiam ὀχεύτριαν. [HSt. in Indice :] Ψοιὰ pro ψόα dicitur, ut χροιὰ pro χρόα, Suid.

[Ψύος, τὸ, fictum ap. Suidam duabus in glossis, Ψοιά· ψύα δὲ, καὶ πληθυντικῶς τὰ ψύη. Ψύα· τὸ μέρος τοῦ σώματος. Καὶ τὰ ψύη πληθυντικόν. Prior gl. illata e lexico aliquo σχεδογραφικῷ tetrametris politicis scripto. G. Dind.]

Ψυγεῖον, τὸ, itidem [ut ψυγεὺς] Vas in quo aqua vel aliud quidpiam refrigeratur, aut etiam Locus in quo aliquid frigefit. Hesychio enim teste ψυγεῖα dicuntur ἀγγεῖα ἐν οἷς ὕδωρ ψύγεται, καὶ ὁ τόπος αὐτός. [Id. : Ψαγεῖον· ἀγγεῖον.] || Ψυχεῖον, τὸ, i. q. ψυγεῖον. Eust. p. 866, de quibusdam ex ψύχω derivatis : Ἔτι δὲ σὺν ἄλλοις καὶ τὸ ψυχεῖον περιεκτικὸν, κατὰ τὸ, ἐν Κιμώλῳ τῇ νήσῳ ψυχεῖα κατεσκεύασται θέρους ὀρυκτά· respiciens ad Athen. 4, [p. 123, D] : Ἐν Κιμώλῳ τῇ νήσῳ φησὶ ψυχεῖα κατεσκευάσθαι θέρους ὀρυκτὰ, ἔνθα χλιαροῦ ὕδατος πλήρη κεράμια καταθέντες, κομίζονται χιόνος οὐδὲν διάφορα. Ubi tamen sine diphthongo scriptum ψυχία. [Recte ψυχεῖα in cod., ut ap. Eust.]

Ψυγεὺς, έως, ὁ, i. q. ψυκτὴρ, ut Hesych. quoque docet quum ait, Ψυκτὴρ, ὃν ἡμεῖς ψυγέα, καὶ εἶδος ποτηρίου : indicans ψυκτῆρα et ψυγέα primaria signif. dici Vas in quo vinum refrigeratur; deinde et Poculum. Et Heracleon Ephesius ap. Athen. 11, [p. 503, A] : Ὃν ἡμεῖς, inquit, ψυγέα καλοῦμεν, ψυκτηρίαν τινὲς ὀνομάζουσιν. Ubi etiam subjungit, Atticos poetas κωμῳδεῖν vocabulum illud veluti ξενικόν : afferens ex Euphorione [Euphrone comico], Ἐπὰν δὲ καλέσῃ ψυγέα τὴν ψυκτηρίαν, Τὸ σεύτλιον δὲ τεῦτλα, φακέα δὲ τὴν φακῆν, Τί δεῖ ποιεῖν; Alexis tamen ibid. [p. 502, D] τρικότυλον ψυγέα dicit. [Conf. Ussing. De nominibus vas. græcorum p. 76. Hase.]

[Ψῦγμα, τὸ, Refrigerium. Ψύγματα, Medicamenta refrigerantia ap. Hippocr., qui ψ. προσφέρειν, προστιθέναι dixit p. 467, 14 et 54; 567, 14; 655, 55. Et p. 467, 17 : Ἢν δέ οἱ πρὸς τὰ ψ. μὴ χαλᾷ. || Flabellum. Athen. 6, p. 257, B, ex Clearcho : Ἔῃ δεξιᾷ Φωκαϊκὸν ψῦγμά τι (nam sic Casaubonus correxit pro ψῆγμά τι) διακινῶν ὡς ἀϊώρων ἡδὺς ἦν. || Interspiratio, ut interpretatur Sylb. ap. Dionys. De comp. verb. c. 20, p. 141, 4 : Τὸ μεταξὺ τῶν ὀνομάτων ψύγμα (scr. ψῦγμα) καὶ ἡ τῶν τραχυνόντων γραμμάτων παράθεσις. || De affectu refrigescente ap. Joseph. B. J. 1, 24, 2 : Συνίει κατὰ μικρὸν ἐκ τοῦ ψ. καὶ πρὸς τὸ λυποῦν μᾶλλον ἐτραχύνετο.]

[Ψῦγος, ὁ, i. q. ψυγεύς. Schol. Hom. Od. I, 219 : Λέγονται δὲ (οἱ ταρσοὶ) καὶ ψυγοὶ, ἤτοι ψυκτῆρες, διότι ἐν αὐτοῖς τὸ γάλα ψύχεται· ubi cod. Palat. ψυχοί, Mediol. utraque scriptura conjuncta ψυγχοί. Ψυχὸς ab antiquo ψύχω, ψυγὸς vero ab ψύγω derivatum esse monet Lobeck. Rhem. p. 277. Sed scholiasta fortasse ψυγεῖς scripserat. G. Dind.]

Ψυγμὸς [De accentu Herodian. ap. schol. Hom. Il. Υ, 485], ὁ, Refrigeratio, Perfrictio. [Φρίκη, ψυγμὸς, ψῦξις ap. Polluc. 4, 186. Manetho 3, 276 : Καὶ γονέας νούσοις ψυγμῷ καὶ βηχὶ χαλέπτει. Poeta De vir. herb. 94 : Ψυγμὸν κακοτέρμονα βῆχά τ' ἀνιγρήν. Schol. Aristoph. Pl. 313 : Ἐπειδὰν τράγοι ψυγμῷ (cod. Ven. ψυχμῷ) περιπέσωσιν.] || Siccatio, Exiccatio, ut ψυγμὸς σαγηνῶν, Ezech. 26, [5] Exiccatio sagenarum, madidarum sc. ex aqua. Item αὐτὸ τὸ ἐψυγμένον s. ψυγὲν dicitur ψυγμὸς, Num. 11, [32] de coturnicibus in castra Hebræorum vi venti delatis : Καὶ ἔψυξαν ἑαυτοῖς ψυγμοὺς κύκλῳ τῆς παρεμβολῆς, Siccarunt sibi coturnices illas per gyrum castrorum, ita ut illæ essent ψυγμοί. [Proprie Porphyr. De abst. p. 45, 2 : Ψυγμοῦ πλήρους ὄντος τοῦ τόπου. Figurate Jo. Chrysost. t. 11, p. 84, A, ex refrigeratione caritatis exsistere occultationes : Ὁ ψ. τῆς ἀγάπης πεποίηκε μυστήρια. Hase. Per χ scriptum ap. schol. Aristoph. l. c. in cod. Ven. et ap. Maneth. 2, 443 : Αἰνοὺς ψυχμοὺς ἠδὲ νόσους παρέχει. Sed ψυγμῷ ib. 3, 276, ut in aliis hujusmodi substantivis variatur, de quibus dixit Lobeck. Paralip. p. 395.]

[Ψυγμοῦ λιμὴν, nomen portus Arabici, ap. Strab. 16, p. 774, ubi libri plerique γυμνοῦ.]

[Ψύγω. V. Ψύχω.]

[Ψυδνὸς, ἡ, όν.] Ψυδνὴ χέρσος, Hesych. ἀραιὰ, ὀλίγη : quo fere sensu et ψεδνή. [|| I. q. ψυδρὸς, quod v.]

[Ψυδράκιον, τό.] Ψύδρακες, et Ψυδράκια, dicuntur ἐξανθήματα quædam ἑλκώδη καὶ πυρώδη, sua sponte in summa cute erumpentia, teste Polluce [4, 194], qui ea et φλεγμαίνοντα et κόπτοντα dicit [ib. 205] epithetičως, addens, ut plurimum ea depasci collum et latera, nonnunquam manus et pedum vestigia. Paulus Ægin. esse dicit μικρὰς ὑπεροχὰς φλυκτίσιν ὁμοίας : alii Pustulas albidas per summa scatentes : quas ab Hippocrate φλύσεις et φλυζάκια dici, ab aliis medicis φλυκταίνας s. φλυκτίδας. Meminit Diosc. 5, 119, dicens ψυδράκια τὰ ἐν κεφαλῇ, Albidas capitis pustulas, quæ psydracia nominantur. [Galen. vol. 2, p. 391 : Ψυδράκιόν ἐστι κοινῶς λεγόμενον περὶ πᾶν τὸ σῶμα καὶ περὶ τὸ λευκὸν τοῦ ὀφθαλμοῦ γίνεται, οἷον ἐξάνθημα ἐξ ἄκρου ἐρευθές· 10, p. 604 : Ψυδράκιά εἰσι μικραὶ τῆς κεφαλῆς ὑπεροχαὶ φλυκτίσιν ὅμοιαι, ὑπερκείμεναι τῆς ἐπιφανείας. Τὰ δὲ ἐξανθήματα κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν ἐπιπόλαιαι ἑλκώσεις ὑπέρυθροι καὶ τραχεῖαι· ubi etiam eorum sanandorum rationem explicat, et 13, p. 357. Schol. Theocr. 12, 23 : Εἰώθασιν ἔνιαι τὰ ἐπάνω τῆς ῥινὸς φυόμενα ψυδράκια ψεύσματα καλεῖν· et ad v. 24. Φλυάκια et φύματα per ψυδράκια exp. prius Hesychius, alterum Suidas. Τυδράκιον ap. Hesych. s. v. Σαπρία ex ψυδράκιον corruptum videbatur Scaligero. (Leo philos. Consp. med. p. 133, 6 Ermerins. Id. ib. p. 205, 16 : Ἔχει ψ. μικρὰ ὥσπερ κέγχρος. Hase.) || Ψύδραξ, δ. Etym. M. p. 819, 10 : Ψύδραξ· οἱ Ἴωνες ψύδρακας λέγουσι τὰς ποικίλας· ὅθεν καὶ ἡμεῖς ψύδρακας καλοῦμεν τὰ ἐπὶ τῶν σωμάτων ἐξανθήματα. Similiter Philemo Lex. p. 127. Galen. vol. 13, p. 791 : Ποιεῖ πρὸς ψύδρακας. Genit. ψυδράκων ap. Phot. Bibl. p. 180, 7, ex Aetio. G. D. Epiphan. t. 2, p. 233, D; 227, C : Ψυδράκων καὶ φυμάτων πληγάς. Hieracosoph. p. 91, B : Πρὸς ἄφθας τὰς καὶ ψ. λεγομένας. Hase.].

[Ψυδρακόω, In ulcuscula (ψυδράκια) muto. Galen. vol. 13, p. 807 : Ἕως οὗ ψυδρακώσῃ καὶ ἰχῶρας ἐπισπάσηται παχεῖς. Ab hoc verbo formatum est adjectivum Ἀψυδράκωτος, quod v. G. Dind.]

[Ψυδρεὺς, έως, ἡ, nomen mensis apud Corcyræos in inscr. ab G. Vischero edita in *Epigraphische Beiträge aus Griechenland*, Basileæ a. 1855, n. 22, p. 7. De origine appellationis incertæ sunt conjecturæ et editoris et Prelleri in Jahnii Annal. vol. 73, p. 80.]

[Ψύδραξ. V. Ψυδράκιον.]

[Ψυδρὸς, ὰ, όν. HSt. s. v. Ψύθω :] Præterea vero Eust. [p. 671, 63; 1385, 12] ex Ψευδηρὸς per syncop. esse factum Ψυδρὸς ait, sicut ψύθος ex ψεῦδος derivatum idem cum aliis tradit : significat certe Falsus, Fictitius, Ementitus, ut Hesych. quoque testatur, ψυδρὰ afferens pro ψευδῆ, et ψυδρὸν itidem pro ψευδές. [Hesych. : Ψυδρά· ψευδῆ. Ψυδρόν· ψευδές. Theognin 122 : Νόος ἀνδρὸς ἐνὶ στήθεσσι ... ψυδρὸς ἐών· ubi codd. plerique ψυδνὸς, excepto, ut videtur, Mutinensi optimo, qui ψυδρὸς habere videtur, quod Ruhnk. Epist. crit. p. 215 restituerat ex scriptura corrupta ψυχρὸς, quæ est ap. Clem. Al. Strom 6, p. 747. Post Theognin Lycophro 235 : Ψυδραῖσι φήμαις· ubi per ἐψευσμέναις λοιδορίαις exp. schol. 1219 : Ψυδραῖσί τ' ἔχθραν μηχαναῖς ἀναπλέκων.]

[Ψύη. V. Ψύα.]

[Ψυθίζω. HSt. s. v. Ψύθος :] Ex quo ψύθος est verbum Ψυθίζω, Susurro, Susurra lingua murmuro. Idem enim [Hesych.] ψυθιζομένων affert pro γογγυζόντων.

[Ψύθιος, ία, ιον.] Ψύθιον, Hesychio ὀλιγοχρόνιον : afferenti et Ψύθιος [Codex ψίθυος, Musurus ψύθυος (sic)] pro ἀραιὰ, ὀλίγη : sed addens et ψιθυρίς.

[Ψύθιος οἶνος. V. Ψίθιος.]

Ψυθιστὴς, ὁ, Susurrator s. Susurro, ψιθυριστὴς Eidem [Hesychio], quoniam plerumque ejusmodi susurratores s. susurrones mendaci lingua deferunt aliquem. [Ψυθυστάς (sic) Musurus. Codex contra seriem ψιθυστάς.]

Ψυχότροφος, ὁ, ἡ, Qui frigore alitur vel gaudet. [Hoc nusquam legitur.] || Neutro genere et subst. Ψυχότροφον, τὸ, dicitur Herba quædam, ex eo quod frigore s. frigidis locis gaudeat : ut testatur Diosc. 4, 1. [Galen. vol. 13, p. 189.] Plin. 25, 8 : Vettones in Hispania eam invenerunt quæ Vettonica dicitur in Gallia, in Italia autem Serratula, a Græcis κέστρον aut ψυχότροφον : ante cunctas laudatissima. Exit anguloso caule, cubitorum duum, a radice spargens folia fere lapathi, serrata, semine purpureo. [Oribas. t. 2, p. 647, 6 : Κέστρον, ὃ καὶ ψ., ῥωμαϊστὶ δὲ βεττονικήν. Hase.]

[Ψυχοτύραννος, ὁ, Animarum tyrannus. Andr. Cret. p. 190, D. Kall.]

[Ψυχουλκέω. HSt. post verba s. v. Ψυχουλκὸς posita :] Apud quem [Hesych.] legitur et particip. Ψυχουλκούμενοι, quod exp. τὰς ψυχὰς ἑλκόμενοι : itidemque Suid. [ex Macc. 3, 5, 25 : Οἱ Ἰουδαῖοι κατὰ τὸν ἀμερῆ ψυχουλκούμενοι χρόνον. Lexicon ap. Villois. Anecd. vol. 2, p. 250 : Ψυχουλκοῦμαι· τῇ ψυχῇ ἕλκομαι. Vitiose Etym. Voss. : Ψυχουλκούμενος· ἐπὶ τοῦ ψύχους ἑλκόμενος. Recte vero Ψυχουλκοῦμαι· τῇ ψυχῇ ἕλκομαι.]

[Ψυχουλκὸς, ὁ, ἡ, Animam trahens. Clearchus ap. Proclum in Mori Annot. ad N. T. p. 230 : Ψυχιουλκῷ ῥάβδῳ χρησάμενοι. Valck. Scribendum ψυχουλκῷ. G. D. ||] Ψυχοῦλκος [corrige Ψυχουλκὸς], Herba quædam [πόα τις], ap. Hesych.

[Ψυχοφάγος, ὁ, ἡ. Eustath. Opusc. p. 184, 90 : Κατὰ τῶν ἀσάρκων μὲν, ἄλλως δὲ σαρκοβόρων, εἰπεῖν δὲ καὶ ψυχοφάγων ὀρνέων. Eodem fere sensu dictum quo frequentius ψυχοφθόρος.]

Ψυχοφθόρος, ὁ, ἡ, Animæ s. Animabus exitium ferens, Lethifer. [Orph. H. 67, 6. Joann. Chrys. In Matth. 2, p. 532, 38. Theodoret. vol. 4, p. 321. Cod. Justin. 1, 1, 6, Phot. C. Manich. 3, 16, in Wolfii Anecd. vol. 2, p. 87 : Ταῖς ψ. ἡδοναῖς. Nilus Epist. p. 409. « Allat. Diatr. de Sim. p. 133. » Boiss. Amphiloch. p. 190, 32; 196, 12. Martyr. Matthæi in Actt. Apostt. apocr. p. 188, 10 Tischendorf. Jo. Climac. p. 299, A. Hesych. Cat. in Psalm. t. 1, p. 724, C. Nicet. David Paraphr. Greg. Naz. p. 26, 15 Dronk. : Ταῖς ψ. ἁμαρτίαις. Anon. Vita Isaaci Conf. Actt. SS. Maii t. 7, p. 248, E : Θανατικὰ καὶ ψ. δόγματα. Euseb. Vita Const. p. 648, D : Πνευμάτων ψ. Hase.]

[Ψυχοχωριστικὸς, ἡ, ὸν, Animos separans. Athanas. vol. 2, p. 275, A, ubi cod. Guelf. πολεμιστικὴν pro ψυχοχωριστικήν. Corrupte ib. p. 27, B, ψυχῶν χαριστικήν.]

Ψυχόω, Animo [Sic Gl.], i. q. ἐμψυχόω, Animatum reddo, Animam et vitam indo, Vivum facio. Epigr. [Anth. Planud. 159] : Τίς λίθον ἐψύχωσε; Pass. Ψυχοῦσθαι, Animatum et vivum fieri, Animam sumere. [Plut. Mor. p. 1052, E, ex Chrysippo : Ὅταν τεχθῇ τὸ βρέφος, ψυχούμενον (sic nunc ex codd. pro ψυχόμενον) ὑπὸ τοῦ ἀέρος καὶ στομούμενον τὸ πνεῦμα μεταβάλλειν καὶ γίνεσθαι ζῷον. Sext. Emp. p. 332 : Τὸ ζῷον ψυχοῦσθαι. Stobæus Ecl. phys. vol. 1, p. 1000.] Philo V. M. 1, de virga Mosis [vol. 2, p. 93, 10] : Ἡ δ' αὐτίκα ψυχωθεῖσα εἵρπε, Illico animata cœpit serpere. Sic Synes. De insomn. : Ὑπὸ γὰρ οὕτως ἔχοντος ἐψυχώθη, τὸ ζῶον sc. Plut. itidem ψυχοῦμαι usurpavit pro Animor, i. e. Animans fio. [Theodoret. Θεραπ. serm. 5 de Mose (p. 78, 15, sive p. 212 ed. Gaisf.) : Διαμορφοῦσθαι πρότερον ἐν νηδύϊ λέγει τὸ βρέφος, εἶθ' οὕτω ψυχοῦσθαι. Joann. Chrys. Homil. 142, vol. 5, p. 892 : Ῥάβδον εἰς ζῶον ψυχωθῆναι καὶ ἀπὸ ζώου πάλιν ῥάβδον γενέσθαι. Athanas. vol. 1, p. 48; 2, p. 239. Cyrill. Alex. De adorat. 1, p. 9. Suicer. Clem. Al. p. 808 : Τοῦτο τὸ ἄλογον μέρος (τοῦ ζώου) ἐψυχῶσθαι. Theodoret. vol. 5, p. 8 : Τὸ ἅγιον σῶμα τὸ καὶ ψυχωθὲν νοερῶς· 1091 : Ἡ μὴ ψυχωθεῖσα ψυχή.] Alioqui ψυχοῦν accipitur etiam pro Animo, i. e. Animum addo, Calcar et stimulum subdo, ut Theophyl. Ep. 1 : Πάλαι γὰρ νεκρωθέντας ἡμᾶς τῷ ῥυπώδει βίῳ, ἐκ τῶν σῶν γραμμάτων πρὸς ἀρετὴν ἐψύχωσας [ἀνεψύχωσας ex cod. restituit Boiss. p. 29], Ad virtutem animasti et excitasti. [Isidor. Pelus. Epist. 5, 121, p. 589 : Λόγος ... ὑπὸ τοῦ καιροῦ μάλιστα ψυχωθείς. Theophan. Homil. 1, p. 2 : Ταῖς ἔνδοθεν θεωρίαις τοῦτον ψυχώσωμεν. Suicer. || Hippocr. p. 675, 49 : Θερμανθὲν καὶ αὖθις ψυχωθέν. Vitiose pro ψυχθέν. G. Dind.]

[Ψύχρα, ἡ, Frigus. Schol. Hom. Od. E, 467 : Στίβη ἡ ἑωθινὴ ψύχρα (quod in στήβη ἡ ψυχρὰ corruptum ap. Arcad. p. 104, 17, notavit Lobeck. Paralip. p. 350). Id. ad Ξ, 476, πηγυλὶς exp. per παγετὸς, ψυχρά· quod ψύχρα scribendum cum Buttm. Adde gloss. ad Hesiodi Op. 494, 543.]

Ψυχραίνω, Refrigero. [Alex. Trall. 1, p. 21. Moschio De pass. mul. p. 19 (53). Cynosoph. p. 23, 39. Suidas : Ψύχεται· ἀντὶ τοῦ ψυχραίνεται. Triclin. ad Soph. Aj. 1029 : Οἱ ἐκπνέοντες ψυχραίνονται παντὶ τῷ σώματι. « Niceph. Chumnus Epist. 81. » Boiss. Alex. Aphrodis. De febr., ed. a Dem. Schina Mus. crit. a. 1821, p. 386, 5; 385, 23 : Τὸ ψυχραῖνον. Proclus Paraphr. in Ptol. p. 31, 18. Figurate id. ib. p. 270, 30 : Φιλίας ταχὺ μέντοι ψυχραινομένας. Hase.]

[Ψύχρανσις, ἡ, Refrigeratio. Alex. Aphrod. vel potius Trallian. De febr., ed. a Dem. Schina Mus. crit. a. 1821, p. 370, 23 : Εἴτε θέρμανσις εἴτε ψ. εἴη. Hase.]

[Ψυχραντικὸς, ἡ, ὸν, Refrigeratorius. Herodian. Epim. p. 155.]

[Ψυχρᾰσία, ἡ, Refrigeratio. Epicur. ap. Diog. L. 10, 107. Plut. Mor. p. 1110, A. (Galen. vol. 14, p. 555, 4 : Ὡρίσθησαν αἱ ῥοιαὶ πρὸς ψ. Hase.) || Frigus. Φρῖκα ap. Hom. Il. Υ, 126, schol. vetus exp. per ψῦχος, recentior ψυχρασίαν.]

Ψύχρευμα, τὸ, i. q. ψυχρότης, Frigus : interdum et Ineptiæ, ut Latine quoque Frigus accipi doceo in Ψυχρεύω. Utitur Galen. 3 De crisimis diebus [vol. 8, p. 505, ubi præcesserat ψυχρολογία].

Ψυχρεύω, i. q. ψυχρολογῶ, Frigide aliquid loquor, Aliquid loquor quod frigidum est, et omnino gratia caret. [Activi exempla nulla sunt.] Sed pass. [medium] est usitatius. Hermog. Περὶ ἰδεῶν t. 1 [vol. 3, p. 226, 9 ed. Walz.] de tropis loquens κακοζήλως enuntiatis : Παρὰ δὲ σοφισταῖς πάμπολλα εὕροις ἄν· τάφους τε γὰρ ἐμψύχους τοὺς γύπας λέγουσι, καὶ ἄλλα τοιαῦτα ψυχρεύονται πολλά. [Schol. Hom. Il. Ξ, 327 : Οὐ γὰρ, ὥς τινες ψυχρευόμενοι, ἐπεὶ πρὸ Ἀφροδίτης οὐκ ἦσαν ἔρωτες. Schol. Soph. Aj. 1123 : Ἐπεκτεῖναι τὸ δρᾶμα θελήσας ἐψυχρεύσατο καὶ ἔλυσε τὸ τραγικὸν πάθος. Schol. Pindari Nem. 7, 1 : Τὸν Πίνδαρον ψυχρευσάμενον πρὸς τοὔνομα τῆς Εἰλειθυίας μεμνῆσθαι. Schol. Aristoph. Thesm. 86 : Οὐδὲ ψυχρεύεσθαί τις δύναται λέγων ὅτι τρίτη ἡ τρισκαιδεκαταία.] Aliter autem Frigere ap. Cic. in Bruto [c.

50] : Quare tibicen dixerit discipulo sane frigenti ad populum, Mihi cane et musis, ψυχρευομένῳ s. ψυχρῶς ἔχοντι, ἀποτυγχάνοντι, οὐκ εὐδοκιμοῦντι. Itidem Frigus etiam appellant, quum pro risu et gratia vel favore sperato, res in diversum exiit. Cic. ad Q. Fratr.: Pridie idus quum Appius senatum infrequentem coegisset, tantum fuit frigus ut populi convitio nos coactus sit dimittere. Nec non Frigidum appellant quod ψυχρὸν Græci, ut idem Cic. in Bruto, de P. Lentulo : Habuit a natura genus quoddam acuminis, quod erat in reprehendendis verbis versutum et solers; sed sæpe stomachosum, nonnunquam frigidum, interdum etiam facetum. Plura vide ap. Bud. p. 12.

Ψυχρήλατος, ὁ, ἡ, Qui postquam malleo ductus est, in frigidam mersus est, ὁ μετὰ τὸ ἐλαθῆναι ψυχρῷ βαφείς : ideoque aliquanto plus est quam ψυχροβαφής : id enim simpliciter significat Frigida tinctus, In frigidam demersus. Plut. Bruto [c. 1, et similiter Mor. p. 434, A] : Ὥσπερ τὰ ψυχρήλατα τῶν ξιφῶν, σκληρὸν ἐκ φύσεως καὶ οὐ μαλακὸν ἔχων ὑπὸ λόγου τὸ ἦθος, Ut enses qui postquam malleo ducti sunt, tinctura frigidæ sunt roborati et durati. [Asclepiades Myrl. ap. Athen. 11, p. 501, B : Ἡ ἀπύρωτος (φιάλη) ἡ ψ., ἡ ἐπὶ πῦρ οὐκ ἐπιτιθεμένη. Mathem. Vett. p. 70 : Ψ. λεπίδες.]

Ψυχρία, ἡ, Frigiditas. Plutarchus Alex. [c. 3] : Κατασβέσαι τὴν πυρκαϊὰν ἐκείνην ὑπὸ ψυχρίας δυνάμενον, Præ frigiditate sua. [Const. Manass. Chron. 4813 : Δυσάνεμος ψ. De oratione frigida Plut. Mor. p. 1038, F : Ἐμφαίνει ψυχρίαν ὁ διὰ τῶν τοιούτων ἐπαινεῖν τινας ἐπιχειρῶν. Schol. Aristoph. Nub. 904 : Ὡς ναυτιῶν ὑπὸ τῆς ἐκείνου ψυχρίας· ubi cod. Ven. ψύχρας. Eustath. Proœm. Pind. p. 56, 48. G. D. De gelu Epiphan. t. 1, p. 459, D : Ἀπηνότητι ψυχρίας. Hase.]

Ψυχρίζω, i. q. ψυχραίνω, Refrigero s. Frigefacio. Alex. Trall. : Λαμβανέτωσαν ἢ ῥοσάτου ἢ ἀψινθάτου ψυχρίζοντες. [Id. 2, p. 607, οἶνον ψυχρισθέντα, Vinum recentatum. Cyrillus : Ψυκτήρ· ἔνθα τὰς ὀπώρας ψυχρίζουσιν. « Galen. vol. 6, p. 812, 19; 811, 14 : Μέλκης ἐψυχρισμένης. » Hase.]

[Ψυχριστήριον, τὸ, Frigidarium. Jo. Climac. p. 191, 20 : Θέρμης ψ., ubi perperam cusum, ψυχρηστήριον. Hase.]

[Ψύχριστος, ὁ, cognomen Jacobi medici apud Alex. Trall. 5, p. 249 : Ἐκαλεῖτο δὲ (Jacobus) Ψύχρηστος, ὅτι ὑγραινούσῃ τροφῇ ἐκέχρητο. Sic hoc loco : sed per ι Ἰάκωβος ὁ Ψύχριστος in lemmate capitum 11, p. 645, 649, et apud Suidam : Ἰάκωβος, Ἡσυχίου υἱὸς ἰατροῦ, ὁ ἐπικληθεὶς Ψύχριστος (nam sic ex codd. correctum pro Ψυχόχριστος), ἐκ τοῦ ἐξάρχου Δαμασκηνοῦ ... ἰάτρευσεν ἐν Κωνσταντινουπόλει ἐπὶ Λέοντος βασιλέως. Oxytonum est in Chron. Pasch. p. 322, B : Ἰάκωβος ὁ Κίλιξ ἀρχιητρὸς ὢν τῆς πόλεως, ὁ λεγόμενος Ψυχριστὸς, παρεκάλεσε τὸν βασιλέα. Ἐφίλει γὰρ αὐτὸς ὁ Λέων αὐτὸν τὸν Ψυχριστὸν καὶ πᾶσα ἡ σύγκλητος καὶ ἡ πόλις ὡς ἄριστον ἰατρὸν καὶ φιλόσοφον. Paroxytonum est apud Joann. Malal. p. 370, 6 ed. Bonn. : Ἰακώβου τοῦ κόμητος καὶ ἀρχιατροῦ τοῦ λεγομένου ψυχρίστου (ψυχρίστρου ed. Oxon.). Non improbabilis Salmasii conjectura cognomen viri Ψυχριστὴς fuisse, ab verbo ductum ψυχρίζω, quo recentiores usos esse Alexandri Tralliani aliorumque exempla ostendunt : cujus ex nominis genitivo Ψυχριστοῦ nominativus fictus est Ψυχριστὸς, errore etiam in aliis primæ declinationis nominibus interdum commisso. Ceterum verba Suidæ ἐκ τοῦ ἐξάρχου Δαμασκηνοῦ manifesto corrupta Toupio Emend. vol. 1, p. 254, sic corrigenda videbantur, ἐκ τοῦ ἐξ ἀρχῆς Δαμασκηνὸς, collata Suidæ gl. Σιμμίας· ἦν δὲ τὸ ἐξ ἀρχῆς Σάμιος, similibusque aliorum scriptorum locis, ex quibus apparet ἐκ ab librario illatum esse, Suidam autem scripsisse τὸ (vel τοῦ τὸ) ἐξ ἀρχῆς Δαμασκηνοῦ, verbis ad Ἡσυχίου ἰατροῦ referendis, quod planissime confirmatur verbis proximis, ex quibus apparet Hesychium Damasco Rhodum, Rhodo Drepanum concessisse, ubi Jacobus filius ei natus fuit. G. Dindorf.]

[Ψυχριστὸς, ἡ, ὸν, Refrigeratus, Gl.]

Ψυχροβάφης, ὁ, ἡ, Frigida tinctus s. imbutus. [Pollux 7, 56 : Τὸ ὑδροβαφὲς εἴη ἂν ὃ νῦν ψ. καλοῦσιν. Theophrast. De odor. § 22 : Τῶν ἀνθῶν (i. e. colorum floridorum) τὰ μὲν ψ., τὰ δὲ θερμοβαφῆ. Πορφύραν ψ. ex chemicis memorat Salmas. Exerc. Plin. p. 807.] Vide Ὑδροβαφής. [‖Frigidæ immersus, Lucian. Lexiph. c. 5 : Τὸ ψ. κάρα δελφινίσαντες παρένεον ὑποβρύχιοι.]

[Ψυχροδόχος, ὁ, ἡ, Frigidam recipiens. Lucian. Hipp. c. 7 : Ἱππίας ψ. οἶκον εἰς βορρᾶν προκεχωρηκότα ἐποίησεν.]

[Ψυχροκαυτὴρ, ῆρος, ὁ, Frigidus cauter. Paul. Æg. 6, 58.]

[Ψυχροκοίλιος, ὁ, ἡ, Frigidum ventrem habens. Procl. Paraphr. Ptolem. p. 214.]

[Ψυχροκομψώματα· ψυχροφαντάσματα, Hesych. Hujusmodi compositum si exstitit, ψυχροκόμψευμα esse debuit. G. Dind.]

[Ψυχροκρύσταλλος, ὁ, Frigore conglaciatus. Theodos. Diacon. Acroas. 4, 16 : Ἐκ τῶν ἄνωθεν ψυχροκρυστάλλων. Ubi male ψυχοκρυστάλλων.]

Ψυχρολογέω, Frigide dico, Frigida oratione aut sermone utor. [Lucian. Pseudol. c. 27. Schol. Aristoph. Eq. 432 : Τοὺς προειπόντας ὡς ψυχρολογήσαντας σκώπτειν θέλει. G. D. Epiphan. t. 1, p. 1080, C. Julian. Imp. Contra Christ. p. 347, B. Passiv. ib. p. 351, E : Τῶν παρ' αὐτοῦ ψυχρολογουμένων. Hase.]

Ψυχρολογία, ἡ, Dictio frigida, Sermo frigidus, Sermonis dictionisque frigiditas, ut ψυχρότης. [Per ἀκαιρολογία et ψευδολογία exp. Etym. Voss., Photius et Suidas, per ψευδολογία Hesych.] Lucian. [Somn. c. 17] : Τί οὖν ἐπῆλθεν αὐτῷ ληρῆσαι ταῦτα πρὸς ἡμᾶς; ἕωλος γὰρ ἡ ψ. [Id. D. mort. 16, 5. Epict. Diss. 4, 3, 2. Phot. Bibl. p. 102, 30 : Διὰ τὴν ἄκρατον τῆς τροπῆς ἐκτροπὴν εἰς ψ. ἐκπίπτει. G. D. Gregor. Nyss. t. 2, p. 105, C. Epiphan. t. 1, p. 1009, C. Galen. vol. 8, p. 589, 10 : Κατάρξαντες τῆς τοιαύτης ψ. Hase.]

Ψυχρολόγος, ὁ, ἡ, Qui frigide dicit, frigida oratione utitur; habet enim suam ψυχρότητα λόγος. [Per μηδὲν χρήσιμον λέγων exp. Hesych. Per hoc et μωρολόγος Etym. Voss. Schol. Eur. Hec. 356.]

Ψυχρολουσία, ἡ, Lavatio frigidæ aquæ, Lavacrum frigidum. [Hippocr. p. 638, 26. Theophr. De sudor. § 16, p. 816. Aretæus p. 120, 14. Rufus p. 125 ed. Matth., et Oribas. p. 284. Cœl. Aurel. Acut. 1, 14, 112. Plur. Dio Cass. 53, 30.]

Ψυχρολουτέω, Frigida lavor, Frigido lavacro utor. Plut. [Mor. p. 752, A] : Κονίεται δὲ καὶ ψυχρολουτεῖ. Idem alibi quoque [ib. 52, E] eodem utitur. [HSt. infra :] Ψυχρολουτρέω, Frigido lavacro utor, Frigida perfundor. Pro quibus dicitur et θερμολουτῶ et ψυχρολουτῶ, sine ρ. [Pollux 7, 168 : Τῷ δὲ λοῦσθαι καὶ τὸ ψυχρολουτεῖν ἂν προσήκοι, εἰρημένου τοῦ ἐψυχρολουτήσαμεν ἐν Δαιταλεῦσιν Ἀριστοφάνους. Nam sic ex codd. correcta est vitiosa scriptura ψυχρολουτρεῖν et ἐψυχρολουτρ—.] Sunt enim hæc ex genere τῶν διττολογουμένων. Aristot. Probl. [1, 29] : Καταμάθοι τοῦτο δ' ἄν τις ἀκριβέστερον ἐπὶ τῶν ψυχρολουτρούντων τοῦ χειμῶνος, καὶ τῶν τοῦ χειμῶνος λουομένων τῷ θερμῷ. [Et alio loco HSt.:] Ψυχρολουτρέω, sive Ψυχρολουτέω, (nam et cum ρ et sine ρ scriptum reperitur, ut θερμολουτρέω etiam et θερμολουτέω διττολογεῖται,) Frigidis lavacris utor, Frigida lavor s. Frigida perluor unda, ut loquitur Horat. Plutarchus : Κονίεται δὲ καὶ ψυχρολουτεῖ, καὶ τὰς ὀφρῦς αἴρει, καὶ φιλοσοφεῖν φησι. [Alia verbi in codicibus modo omnibus modo nonnullis vel ψυχρολουτεῖν vel ψυχρολουτρεῖν scripti exempla sunt ap. Plut. V. Alcib. c. 23, Strabon. 3, p. 154, Epict. Diss. 1, 1, 29, Galen. vol. 6, p. 113, Lucian. Icarom. c. 31, Aret. De morb. chron. 1, 3, p. 120, 34, Rufum p. 142, 158, Oribas. p. 286, 342 ed. Matth. (et ψυχρολουτητέον ib. p. 285), Julian. Or. 6, p. 180, D. Veram verbi formam eamque ubique restituendam ψυχρολουτεῖν esse intellexerunt Wyttenb. ad Plut. Mor. vol. 6, p. 446, et Lob. ad Phryn. p. 594.]

[Ψυχρολούτης, ὁ, Qui frigida lavatur. Seneca Epist. 53 et 83.]

[Ψυχρολουτρέω. V. Ψυχρολουτέω.]

[Ψυχρομῖγὴς, ὁ, ἡ, Frigido mixtus. Plut. Mor. p. 892, A : Διὰ τὸ ψυχρομιγὲς ἅμα καὶ γεῶδες. Nam sic recte correctum pro ψυχομιγές.]

[Ψυχρομυθουργία, ἡ, Frigida narratio. Tzetz. Hist. 2, 741 : Πλατὺς λῆρός μοι φαίνεται καὶ ψ.]

[Ψυχροπαγής. V. Ψυχροσταγής.]

Ψυχροποιὸς, ὁ, ἡ, et Ψυχροποιητικὸς, ἡ, ὸν, Frigidum faciens et Frigidum faciendi vim habens, Frigus afferens s. invehens, ψύχων et ψυκτικός. Priore utitur schol. Theocr. [15, 58] ψυχρὸς ὄφις exponens ψυχροποιός. [Schol. Hom. Il. E, 75. Etym. M. p. 541, 55.] Posterius τοῦ πυρετοῦ epitheton est.

[Ψυχροπόρος, ὁ, ἡ, Frigidus. Apollinar. Metaphr. p. 261.]

Ψυχροποσία, ἡ, Frigidæ potus, ἡ ψυχροῦ πόσις. Plut. Symp. 6, 7 [p. 692, D] : Τοῖς ἀκράτως ἔχουσι πρὸς ψυχροποσίαν. Id. [Mor. p. 126, E] : Ἀνοιστέον ἐν ταῖς ἀῤῥωστίαις πρὸς αὐτοὺς, ὡς διὰ ψυχροποσίαν ἢ λουτρὸν ἄκαιρον, ἢ συμπεριφορὰν, πολλὰς μὲν αὐτῶν διαφθείρομεν ἡδονὰς, καλάς τε πράξεις. [Hermog. in Walzii Rhett. vol. 5, p. 4, 24. Aretæus p. 18, 29; 50, 31. Theoph. Nonn. vol. 1, p. 182. «Joann. Chrys. Hom. 65, vol. 6, p. 673, 8.» Seager. Galen. vol. 19, p. 536, 4; 569, 13. Greg. Naz. t. 1, p. 85, C : Προελθόντες εἰς τὴν συνήθη ψ. Hase. Plur. ψυχροποσίαι Aretæus p. 6, 33, Dio Cass. 53, 30.]

Ψυχροποτέω, Frigidam poto, Frigidæ potu delector. Plut. [Mor. p. 60, A] : Τὴν ἀρτηρίαν διαφθείρει ψυχροποτῶν, Frigidæ potu arteriam corrumpit. [Galen. vol. 19, p. 671, 5; 540, 3 : Ἀποσπᾶν τῆς ἐπιθυμίας τοῦ ψυχροποτεῖν. Oribas. p. 73 ed. Matth. sive t. 1, p. 415, 2 ed. Daremb. Hase. Alex. Trall. 1, p. 19.]

Ψυχροπότης, ὁ, Frigidæ potor, Qui frigidam potare amat, frigidæ potu delectatur. Plut. Symp. 6, 4 [p. 690, B] : Ψυχροπότῃ ξένῳ τρυφῶντι παρεσκεύασαν οἱ θεράποντες ἐκ τοῦ φρέατος ὕδωρ ψυχρότερον. [Alex. Trall. 12, p. 235.]

[Ψυχρορρημονέω, Frigide loquor. Theod. Prodr. in Notitt. Mss. vol. 8, 2, p. 140. Boiss.]

Ψυχρὸς, ὰ, ὸν, [Sylla prima natura longa est, velut ap. Alexidem Athen. 3, p. 123, C; 9, p. 386, A, Diphilum 8, p. 340, D,] i. q. ψυχεινὸς, per syncop. ex ψυχηρός. [Etym. M. p. 819, 39 : Ψυχρός· παρὰ τὸ ψῦχος ψυχηρός καὶ συγκοπῇ ψυχρός. Hesych. : Ψυχρὸν δ' ἕλε χαλκὸν ἀδοῦσι (Il. E, 75)· τὸν καταψύχοντα τὰ θύματα διὰ (διὰ additum ex Apoll. Lex. Hom.) τῆς ἀναιρέσεως. Thucyd. 2, 49 : Ἐς ὕδωρ ψ. σφᾶς αὐτοὺς ῥίπτειν.] Plut. Symp. 6, [p. 690, E] : Εἰ μὲν ψυχρός ἐστι, πῶς θερμαίνει τὸ ὕδωρ· εἰ δὲ θερμὸς, πῶς περιψύχει πάλιν; Aliquanto post [p. 691, E], Ὁ χιτὼν ψυχρὸς ἡμῖν προσπίπτει τὸ πρῶτον ἐνδυσαμένοις, καὶ τὰ στρώματα κατακλινεῖσιν. Hom. Od. I, [392] : Εἰν ὕδατι ψυχρῷ βάπτῃ, In aqua frigida. [P, 209 : Κατὰ δὲ ψ. ῥέεν ὕδωρ. Cum νιφὰς Il. T, 358; χιὼν X, 152; αὔρη Od. E, 469, et Pind. Ol. 9, 146; ἠὼς Hesiod. Op. 545; βορέας ib. 512, et Pind. Ol. 3, 56; αἰθὴρ ib. 13, 25; ψυχρότερος νιφετοῖο ἴδρὼς Nicand. Al. 255.] Aristot. Polit. 7, [17] : Εἰς ποταμὸν ἀποβάπτειν τὰ γινόμενα ψυχρόν. Athen. 3 : Ἡ τοῦ ψυχροῦ πόματος λῆψις. Eod. lib. : Ἐπίστανται δ' οἱ παλαιοὶ καὶ τὸ πάνυ ψυχρὸν ὕδωρ ἐν προπόσεσι. Rursum Aristot. Polit. 7 : Τὰ ἐν τοῖς ψυχροῖς τόποις ἔθνη. [Diodor. 1, 41 : Ψυχρότατον ὑγρὸν ἀναφέρεσθαι.] Et Athen. 2, [p. 43, E] : Κρήνην νᾶμα ἀνιεῖσαν χιόνος ψυχρότερον. Apud Eund. 9, [p. 402, F, ex Mnesimacho] : Τούτοις τοίνυν ἄγγελ' ὅτι ψυχρὸν τοὖψον, τὸ ποτὸν θερμόν. [Ζώνη ψυχρὰ ap. Polluc. 4, 159. Ψ. αὖραι Diodor. 1, 38. Thuc. 7, 87 : Νύκτες μετοπωριναὶ καὶ ψυχραί.] Sunt vero et ψυχραὶ τράπεζαι, Quibus apponuntur edulia ψυχρά. Plut. Symp. 8, 9 [p. 733, F] : Αἱ γὰρ καλούμεναι ψυχραὶ τράπέζαι πρότερον ὀστρέων, ἐχίνων, ὠμῶν λαχάνων, ὥσπερ ἔλεγεν ὁ Πλάτων, ἀπ' οὐρᾶς ἐπὶ στόμα μεταχθεῖσαι, τὴν πρώτην ἀντὶ τῆς ἐσχάτης τάξιν ἔχουσι. Neutrum ψυχρὸν absolute interdum ponitur sine substantivi adjectione, ut quum ψυχρὸν dicitur ψυχρὸν ὕδωρ, quemadmodum ap. Latinos etiam Frigida pro Aqua frigida. [Theognis 263 : Οὔ μοι πίνεται οἶνος ... ψυχρὸν ... πίνουσι τοκῆες. Herodot. 2, 37 : Λοῦνται ψυχρῷ.] Matth. 10, [42] : Ὃς ἐὰν ποτίσῃ ἕνα τῶν μικρῶν τούτων ποτήριον ψυχροῦ μόνον, Haustum frigidæ. Itidemque ap. Epictet. legimus ψυχρὸν πίνειν, Frigidam bibere. [Ψυχρὸν πίνειν Epict. Diss. 3, 15, 3. Ench. 29, 2. Πλύνεσθαι ψυχρῷ Diss. 4, 11, 19; βρόγχον ψυχροῦ 3, 12, 17. Plene ἐπίσπασαι ψυχροῦ ὕδατος Ench. 47. Schweigh.] Et ap. Athen. [3, p. 123, E] : Οἴδασιν οἱ ἀρχαῖοι καὶ τὴν τοῦ πάνυ ψυχροῦ πόσιν. Ubi potes subaudire ὕδατος, vel ποτοῦ. Subjungit certe verbis istis hunc Alexidis l. : Καὶ γὰρ βούλομαι Ὕδατός σε γεῦσαι· πρᾶγμα δ' ἐστί μοι μέγα Φρέατος ἔνδον ψυχρότερον Ἀραρότος. Itidem vero ψυχρὰ dicuntur pro ψυχρὰ βρώματα, Cibi frigidi, ἐδέσματα ἐψυγμένα. Athen. 8 : Οὐδεὶς γὰρ ἂν φάγοι ψυχρῶν. Et rursum ibid. : Ἀπὸ τῶν πολλῶν τούτων λόγων τὴν ὁρμὴν ἔχω ἐπὶ τὸ ἤδη γαστρίζεσθαι τοὺς μαγείρους, διὰ τὴν πολλὴν τῶν λόγων ἑστίασιν, ἵνα μὴ ψυχρὰ παρατιθῶσιν. Itidemque 9, [p. 386, A] coquus quidam dicit, ψυχρά σοι Ἅπαντα παραθῶ; μηδαμῶς· ζέοντα δέ; Ἄπολλον οὐκοῦν τὸ μέσον ἔσται δηλαδή. (Ubi post Ἄπολλον ponenda fortassis τελεία στιγμὴ fuerit, ut ab οὐκοῦν incipiant verba alterius : alioqui videri posset leg. οὔκουν.) Alioqui τὸ ψυχρὸν [articulo vel addito vel non addito] substantive dicitur etiam pro ἡ ψυχρότης, ut τὸ θερμὸν pro ἡ θερμότης, i. e. Frigiditas vel Frigus. [Plato Phædon. p. 86, B : Τοῦ σώματος ἡμῶν ... ξυνεχομένου ὑπὸ θερμοῦ καὶ ψυχροῦ· 96, B : Ἐπειδὰν τὸ θερμὸν καὶ τὸ ψυχρὸν σηπεδόνα τινὰ λάβῃ.] Xen. Cyneg. [9, 5] : Ταχὺ γὰρ τὸ ὑγρὸν ὃ ἔχει ἐν ἑαυτῇ, ὑπὸ τοῦ ψυχροῦ συνιστάμενον, ποιεῖ ἀποχωρεῖν αὐτόν. Cui loco addi potest hic Plut. in lib. Περὶ ἀοργησίας inscripto [p. 454, D] : Ἔρως δὲ οὐ μόνον ψυχροῦ κατασκεδαννυμένου λήγουσαν ὀργὴν, ἀλλὰ καὶ φόβου προσαχθέντος. [Aristot. Meteor. 4, 5 : Ἐνίοτε καὶ κάειν λέγεται καὶ θερμαίνειν τὸ ψ., οὐχ ὡς θερμὸν, ἀλλὰ τῷ συνάγειν ἢ ἀντιπεριιστάναι τὸ θερμόν. Τὸ θερμὸν καὶ τὸ ψυχρὸν στοιχεῖον ib. c. 1. Plato Tim. p. 67, D : Τὰ περὶ τὴν σάρκα θερμὰ καὶ ψ. Geopon. 6, 2, 1 : Ἐν τοῖς ψυχροτέροις (intell. τόποις).] ‖ Ψυχρὸς significat etiam ψυχροποιὸς, Frigus inducens, et peculiariter frigus lethale ac mortiferum, ut quum ab Hom. ψυχρὸν δέος dicitur, velut ap. Virg. Gelidus per ima cucurrit Ossa tremor : nec non ψυχρὸς χαλκός. Sic Theocr. 15, [57] : Ἵππον καὶ τὸν ψυχρὸν ὄφιν τὰ μάλιστα δεδοίκω Ἐκ παιδός. Virg. itidem dixit, Frigidus (o pueri, fugite hinc) latet anguis in herba. [Hesych. : Ψυχρὸν κακόν· φύξεως αἴτιον.] ‖ Metaphorice quoque usurpatur hoc vocab., ut Lat. Frigidus. Dicitur enim ψυχρὰ φλὸξ, nec non βίος ψυχρός. Pindarus ap. Plut. [Mor. p. 1057, D] et ap. Athen. 13, [p. 564, E] : Ὃς μὴ πόθῳ κυμαίνεται, ἐξ ἀδάμαντος ἢὲ σιδάρου κεχάλκευται μέλαιναν καρδίαν ψυχρᾷ φλογί. Aristoph. Pl. [262] : Φησὶν ἡμᾶς ἡδέως Ψυχροῦ βίου καὶ δυσκόλου ζήσειν ἀπαλλαγέντας, Liberatos vita jejuna miseraque et molesta, victuros vitam jucundam. Ubi nota ψυχρὸν opponi τῷ ἡδεῖ, sicut ap. Soph. quoque ψυχρὸν schol. exp. ἀηδὲς, Antig. p. 240 [650] : Εἰδὼς ὅτι ψυχρὸν παραγκάλισμα τοῦτο γίνεται, Γυνὴ κακὴ ξύνευνος ἐν δόμοις. [Herodot. 6, 108 : Ὑμῖν ... γένοιτ' ἂν ἐπικουρίη ψυχρή· 9, 49 : Ἐπαρθεὶς ψυχρῇ νίκῃ, i. e. Victoria quam vana spe præceperat. Schweigh. Eurip. Alc. 354 : Ἐν ἀγκάλαις δόξω γυναῖκα καίπερ οὐκ ἔχων ἔχειν, ψυχρὰν μὲν ... τέρψιν. Phrynich. Bekk. Anecd. p. 116, 20, et Suidas : Ψ. ἄνθρωπος· ἀντὶ τοῦ δυσκίνητος. Etym. M. p. 553, 44 : Τοὺς μὲν ταχεῖς θερμοὺς λέγουσι, τοὺς δὲ βραδεῖς ψυχρούς. Lucian. Tim. c. 2 : Πρὸς οὕτω ψυχρὸν τὴν ὀργὴν Δία. Orac. ap. eund. Peregr. c. 30 : Ὡς μὴ ψυχρὸς ἐὼν θερμηγορέειν ἐπιχειρῇ. Hesych. : Ψυχρά· ἣν ἡμεῖς λεπτὴν λέγομεν. Idem supra, Ψηχράν· τὴν λεπτήν· ubi Musurus contra seriem ψυχράν. Cum altera gl. Hesychii Sopingius comparavit Aristoph. Eq. 1244 : Λεπτή τις ἐλπὶς ἐσθ' ἐφ' ἧς ὀχούμεθα, pro quo alicubi citari ait ψυχρά τις ἐλπίς, ut ψ. μὲν ἐλπὶς est ap. Eurip. Iph. A. 1014. Quocum comparari potest quod ex Josephi B. Jud. 6, 1, 3 attulit Suidas (s. v. Ψυχρὸς ἄνθρωπος), Ψυχρότεροι τῆς ἐλπίδος ὑπέστρεψαν. De gl. priore diximus s. v. Ψηχρός. Hesych., Cyrillus, Phot. et Suidas : Ψυχρός· ἀσθενής.] Res etiam et verba ψυχρὰ dicuntur. [Ψυχρὸν πρᾶγμα sine expos. ap. Photium.] Idem Soph. in eadem fabula p. 217 [Ant. 88] : Θερμὴν ἐπὶ ψυχροῖσι καρδίαν ἔχεις, Calido pectore res frigidas et frivolas s. leves aggrederis. [Hoc potius dicit, calidum eam cor habere ubi frigido opus sit. Plato Leg. 7, p. 802, D : Τραφεὶς ἐν τῇ κοινῇ καὶ γλυκείᾳ (μούσῃ), ψυχρὰν καὶ ἀηδῆ τὴν ταύτῃ ἐναντίαν εἶναί φησιν.] Synes. Ep. 83 : Εἰ δεῖ μέ τι καὶ ψυχρὸν εἰπεῖν καὶ Γοργιαῖον, Frigidum ineptumque aliquid. Demetr. Phal. : Ὥστε καὶ ἄχαριν τὸν λόγον ἅμα καὶ ψυχρὸν γίνεσθαι. Apud Eund. est σύνθεσις ψυχρὰ, sc. ἡ μὴ ἔῤῥυθμος, ἀλλὰ ἄῤῥυθμος οὖσα. Homo etiam

quispiam ψυχρὸς dicitur, Qui frigidus est et jejunus in verbis suis. [Plato Euthyd. p. 284, E : Τοὺς ψυχροὺς ψυχρῶς λέγουσι διαλέγεσθαι. Ἰαλέμου ψυχρότερος, proverbium, de quo v. Zenob. 4, 39. Ὁ ψ. Πλάτων Lucian. Rhet. præc. c. 17.] Isocr. Ad Nic. [p. 21, D] : Εὑρήσεις γὰρ ὡς ἐπιπολὺ τοὺς σεμνυνομένους ψυχροὺς ὄντας· τοὺς δὲ βουλομένους ἀστείους εἶναι, ταπεινοὺς φαινομένους. Demetr. Phal. [§ 6] : Εἰ δὲ οὕτως εἶπεν, τοῦ πρέποντος ἀπετύγχανεν ἂν, καὶ ἐγίγνετο ὁ λεγόμενος ψυχρός. Xen. Cyrop. 8, [4, 23] : Ὅτε δύνασαι καὶ ψυχρὸς ὢν γέλωτα παρέχειν. Sic Athen. 6, [p. 242, B] loquens de duobus qui ἐπὶ γελοίοις δόξαν εἰλήφεισαν, Euclidem dicit ἀποφθεγγόμενον οὐκ ἄξια [ἀνάξια] βιβλίου καὶ μνήμης, fuisse ἐν τοῖς ἄλλοις ἀηδῆ καὶ ψυχρόν : Philoxenus vero quicquid διηγήσαιτο, id omne fuisse ἀφροδισίας καὶ χάριτος μεστόν. [Epict. Diss. 4, 6, 4 : Ταῦτα ἀλαζόνος καὶ ψ. καὶ οὐδενὸς ἀξίου· 4, 4, 4 : Ψ. εἶ καὶ ἀταλαίπωρος. Ἀγῶνα ψ. καὶ ἀταλαίπωρον 3, 22, 51. Ψ. ἐπιχειρήματα, Frigidæ cavillationes, 2, 20, 28; ψ. ἐπιθυμία 3, 15, 7. Schweigh. Demosth. p. 400, 1 : Τὸ ψ. τοῦτο ὄνομα (nomen εὐεργέτου)· ubi schol. : Ἤτοι ἀλαζονείας γέμον· ψυχροὺς γὰρ τοὺς ἀλαζόνας λέγουσιν· ... ἢ, ὥς τινες, ψυχρὸν τὸ εὐτελὲς καὶ παροιμιῶδες.] Aristot. Rhet. 3, [3] : Διὸ τὰ Ἀλκιδάμαντος ψυχρὰ φαίνεται· οὐ γὰρ ἡδύσματι χρῆται, ἀλλ' ὡς ἐδέσματι τοῖς ἐπιθέτοις. Sicut vero in propria signif. τὸ ψυχρὸν dicitur pro ἡ ψυχρότης, sic etiam in hac metaphorica. Athen. 8 : Σκώπτων αὐτοῦ τὸ ἐν λόγοις ψυχρόν. [Σκῶμμα ... σφόδρα ψυχρὸν Eupolis ap. Aspas. ad Aristot. Eth. Nic. 4, 2.] Aristot. Rhet. 3, [3] : Διὸ ποιητικῶς λέγοντες τῇ ἀπρεπείᾳ τὸ γελοῖον καὶ τὸ ψυχρὸν ἐμποιοῦσι. Et mox, Καὶ ἔτι τέταρτον τὸ ψυχρὸν ἐν ταῖς μεταφοραῖς γίγνεται. Sic Demetr. Phal. [§ 6] : Γίνεται δὲ καὶ ἐν μεταφορᾷ τὸ ψυχρόν· quale esse dicit τρέμοντα καὶ ὠχρὰ τὰ γράμματα. Et Longin. [4, 1] : Τοῦ ψυχροῦ πλήρης ὁ Τίμαιος. [De tragœdia frigida Arist. Thesm. 848 : Οὐκ ἔσθ' ὅπως οὐ τὸν Παλαμήδην ψυχρὸν ὄντ' αἰσχύνεται.] Rursum Demetr. [§ 114] τὸ ψυχρὸν dicit γειτνιᾶν τῷ μεγαλοπρεπεῖ, sicque definiri a Theophrasto : Ψυχρόν ἐστι τὸ ὑπερβάλλον τὴν οἰκείαν ἀπαγγελίαν· veluti, Ἀπυνδάκωτος οὐ τραπεζοῦται κύλιξ, pro, ἀπύθμενος ἐπὶ τραπέζης κύλιξ οὐ τίθεται : nam τὸ πρᾶγμα, μικρὸν ὄν, οὐ δέχεται τοσοῦτον ὄγκον λέξεως. [Aristot. Rhet. 3, 3 : Τὰ ψυχρὰ ἐν τέτταρσι γίνεται κατὰ τὴν λέξιν, ἐν τε τοῖς διπλοῖς ὀνόμασι, ἐν τῷ χρῆσθαι γλώτταις, ἐν τοῖς ἐπιθέτοις ἢ μακροῖς ἢ ἀκαίροις, ἢ πυκνοῖς, ἐν ταῖς μεταφοραῖς. Conf. Longin. c. 4, ubi variis exemplis frigidæ elocutionis rationem explicat, ejusque causam cap. 5 init. hanc definit : Ἅπαντα μέντοι τὰ οὕτως ἄσεμνα διὰ μίαν ἐμφύεται τοῖς λόγοις αἰτίαν, διὰ τὸ περὶ τὰς νοήσεις καινόσπουδον, *e studio novarum sententiarum oritur*. Apud Dionys. Art. rhet. 10, 4, ψυχρὰ καὶ ἀσθενῆ, quæ languent et frigent. Censur. scriptt. 3, 3, ψυχρῶς καὶ ἀκαίρως jungit. Isocratem ψυχρὸν dicit, quia figuras longius arcessat, nec rebus convenientes faciat, nec modum teneat, in Jud. Isocrat. c. 3. Junguntur etiam ψυχρὰ καὶ μειρακιώδη σχήματα, qualia sunt ἀντιθέσεις, πάρισα, et quorum exempla afferuntur a Dionysio De vi Demosth. c. 10, p. 10, 4, ex oratione Isocratea, ubi semper et ad satietatem usque hæ formæ occurrunt : ἐκεῖνοι μὲν, ἡμεῖς δὲ, τοῦτο μὲν, τοῦτο δὲ, quare antea dixerat μειρακιώδη πάρισα, καὶ τὰ ψυχρὰ ἀντίθετα. — Demetrius Eloc. § 6 ψυχρὸν dicit eum, qui ἀποτυγχάνει τοῦ πρέποντος, h. e. qui non eo modo loquitur, quem res et natura postulat, ut si quis rem parvam et tenuem membris grandibus et verbis magnificis describat. Idem § 114, τὸ ψυχρὸν definit τὸ γειτνιοῦν τῷ μεγαλοπρεπεῖ, vitium gravitati contrarium, ut si magnifica verba in rebus humilibus et turpibus adhibentur; quod Longin. c. 30 τῷ ὄγκῳ tribuit. Conf. § 247, ubi τὴν ψυχρότητα τῇ δεινότητι opponit, ut vitium contrarium. Oritur etiam τὸ ψυχρὸν ex disciplina Demetrii, Aristotelem secuti, ex ridicula et nimia hyperbole, § 115 et 124; inest in epithetis otiosis et affectatis, in compositione nominum dithyrambica, in metaphora inepta et audaci, § 116; porro in rhythmo vitioso, inertique verborum compositione, ut, si per totam sententiam aliquam longæ syllabæ continuantur, § 117. Bene etiam § 119 τὴν ψυχρότητα cum vitio morali, quod est in arrogantia vel superbia, comparat. Hermogenes hæc fere omnia tractat in cap. Περὶ κακοζήλου, Περὶ εὑρ. 4, p. 212. Photius Bibl. cod. 160, de Choricio sophista : Διὰ τὴν ἄκρατον τῆς τροπῆς ἐκτροπὴν, εἰς ψυχρολογίαν ἐκπίπτει. Unde et ψυχρεύεσθαι dicti rhetores qui duris ineptisque metaphoris uti soleant, ab Hermog. Περὶ ἰδ. 1, p. 68. Vid. voc. Παχύ. Cicer. Orat. c. 26 : « Vitabit etiam quæsita, nec ex tempore ficta, sed domo allata, quæ plerumque sunt *frigida*. » In genere autem τὸ ψυχρὸν tribui solebat scriptis illis, in quibus nihil esset, quod valde placere, lectoresque tenere posset. Sic Diog. Laert. 2, 120, de Stilpone : Φέρονται δ' αὐτοῦ διάλογοι ἐννέα ψυχροί. Ernest. Lex. rhet. Cyrillus : Ψυχρὰ ῥήματα· τουτέστι κακοὶ λόγοι.]

[Ψύχρος, ὁ, Psychrus. HSt. s. v. Ψυχρός :] At Ψύχρος paroxytonως [Rectius Ψῦχρος], fluvii nomen, procul dubio a frigiditate insigni ei inditum. [Eustath. p. 1967, 35 : Ψυχρός μὲν ὁ ἐψυγμένος, Ψύχρος δὲ ποταμὸς Σαρματίας. Oxytonum scribitur ap. Aristot. H. A. 3, 12 : Ἐν τῇ Χαλκιδικῇ τῇ ἐπὶ τῆς Θράκης ἐν τῇ Ἀσσυρίτιδι ... ὁ καλούμενος ποταμὸς Ψυχρός· et ap. Arrian. Peripl. vol. 1, p. 373 ed. Müll. Ptolem. 5, 9, 8.]

[Ψυχρόσαρκος, ὁ, ἡ, Frigidas carnes habens. Hippocr. p. 1180, G.]

[Ψυχροστᾰγής, ὁ, ἡ, Wiganus intulit Aretæo De morb. chron. 2, 7, p. 58 extr., ubi libri, Κοιλίη ἄλλοτε πυριφλεγὴς ὡς ἀπ' ἄνθρακος, ἄλλοτε δὲ ὡς ἀπὸ κρυστάλλου ψυχροσταγὸής (sic). Ψυχροπαγής, Conglaciatus, Petit., recte, ut videtur.]

Ψυχρότης, ητος, ἡ, Frigiditas. [Plato Phædon. p. 103, D, Rep. 4, p. 437, E. Ἡ τοῦ περιέχοντος ψ. Polyb. 4, 21, 1. Ἡ τοῦ ἀέρος ψ. Plut. Luc. c. 31.] Lucian. [De hist. conscr. § 19] : Τοσαύτη ψυχρότης ἐνῆν ὑπὲρ τὴν Κασπιακὴν χιόνα καὶ τὸν κρύσταλλον τὸν Κελτικόν. [Plurali ψυχρότητες ap. Plutarch. Mor. p. 701, B.] Metaph. Demosth. [p. 312, 15] : Καί μου πρὸς Διὸς καὶ θεῶν μηδεμίαν ψυχρότητα καταγνῶ μηδείς, Me per deos immortales nullus ineptum esse judicet, Nullus ita hoc quod dicturus sum, excipiat ut frigidum et absurdum, Bud. Sic Longin. [3, 4] : Σχολαστικὴ νόησις ὑπὸ περιεργίας λήγουσα εἰς ψυχρότητα. [Demetr. De eloc. § 6.] At Plut. Fab. [c. 17] : Ἡ πρὸ τῆς μάχης Φαβίου δειλία καὶ ψυχρότης λεγομένη. [Schol. Aristoph. Ach. 138 : Διὰ τὴν τούτου περὶ τὰ ποιήματα ψυχρότητα.] Vide Ψυχρεύομαι [et quæ s. v. Ψυχρὸς dicta sunt].

[Ψυχροτροφέω vitiose pro ψυχοτροφέω, quod v.]

[Ψυχροϋδρία, ἡ, Rigatio quæ fit aqua frigida. Theophr. C. Pl. 2, 14, 2.]

[Ψυχροφάντασμα. V. Ψυχροκομψώματα.]

Ψυχροφόβος, ὁ, ἡ, Frigidam metuens. Galeno ψυχροφόβος dicitur medicus Qui frigidam ægro exhibere s. propinare metuit, ut αἱμοφόβος Qui sanguinem mittere timet. Ambo ap. eum extant Therap. 9 [vol. 10, [p. 210], ut vides in Αἱμοφόβος.

[Ψυχροφόρος, ὁ, ἡ, Frigidam (aquam) ferens. Κύλιξ ψ. Greg. Naz. vol. 1, p. 85, C. Ψυχροφόρον, τὸ, Frigidarium, Gl.]

[Ψυχρόω, Frigefacio. Pass. Ψυχροῦμαι, Frigefio. Strato Anth. Pal. 12, 7. Scholl. Pind. Nem. 10, 137, Nicandri Al. 85. Georg. Pisid. Opif. mundi 359. Georg. Pachym. Andron. p. 38, A.]

[Ψυχρώδης, ὁ, ἡ, Refrigerans. Hephæst. Theb. Apotelesm. p. 18, 9, de signo aquarii : Ἐστὶ ψυχρῶδες καὶ ὑδατῶδες. Hase.]

Ψυχρῶς, Frigide. Interdum Inepte. [Pollux 5, 111. Plato Euthyd. p. 284, E : Τοὺς ψυχροὺς ψυχρῶς διαλέγεσθαι. Plut. Mor. p. 843, B : Οὐκ εὐκαίρως (τοῖς ἀντιθέτοις κέχρηται) καὶ ψ., ut ψ. καὶ ἀκαίρως conjuncta sunt ap. Dionys. Cens. scriptt. 3, 3, p. 429, 10. (Lucian. Alex. c. 48 : Ψ. παρῆγε. Hase.) Compar. Epiphan. vol. 1, p. 382, A : Ἔτι ψυχροτέρως παρ' ἐκείνους λέγων.]

Ψύχω, Frigefacio, Refrigero. [Herodot. 3, 104 : Ἀπιὼν (ὁ ἥλιος) ἐπὶ μᾶλλον ψύχει ἐς ὃ ἐπὶ δυσμῇσι ἐὼν καὶ τὸ κάρτα ψύχει.] Diosc. de terra quæ in medicamenti usum recipitur, Τὴν μὲν ἀνωτάτω δύναμιν ἔχει ψύχουσαν καὶ παρεμπλάσσουσαν, Vim habet refrigerantem s. refrigerandi. Plut. Symp. 6, 6 [p. 691, D] : Ταὐτὸ ἱμάτιον ἐν χειμῶνι θερμαίνειν, ἐν δὲ ἡλίῳ ψύχειν λέγομεν. Ubi ut ψύχειν et θερμαίνειν opposita sunt, sic

ap. Plat. Tim. [p. 46, D] ubi dicit, Οὐ ξυναίτια, ἀλλ' αἴτια εἶναι τῶν πάντων, ψύχοντα καὶ θερμαίνοντα, πηγνύντα τε καὶ διαχέοντα· i. e., ut Cic. interpr. p. 38 mei Lex. Cic., Non hæc adjuvantia causarum, sed has ipsas esse omnium causas, quæ vim habeant frigoris et caloris, concretionis et liquoris. Rursum Plut. ibid.: Ὥσπερ ἡ τραγικὴ τροφὸς ἐκείνη τὰ τῆς Νιόβης τέκνα τιθηνεῖται Λεπτοσπαθήτων χλανιδίων ἐν ῥειπίοις [ἐρειπίοις] Θάλπουσα καὶ ψύχουσα. [Ex Sophoclis Niobe, ut videtur.] Et Probl. præc. [p. 690, F] : Χάλικας ἢ ἄκμονας ἐμβάλλοντες εἰς τὸ ὕδωρ, ψύχειν αὐτὸ καὶ στομοῦν δοκοῦσι· pro quo ψύχειν in titulo est ψυχρότερον ποιεῖν. [Pollux 1, 183 : Ψύχειν τὰ στρώματα τοῦ ἵππου. Sæpe de vino, de quo paullo post HSt. ubi de passivo dixit. Notavit Lex. rhet. in Bekk. Anecd. p. 317, 28 : Ψύχουσιν οἶνον· ἤτοι τὸν οἶνον ἐκεῖ ψύχουσι, τοῦ τόπου ὄντος ψυχροῦ, ἢ ὡς τῶν πολὺν οἶνον πινόντων ἐκεῖ ἐρχομένων καὶ ἀναψυχόντων. Quæ gl. fortasse referenda ad Isocr. De antid. § 306, p. 491 ed. Oxon. : Ἐπὶ τῆς ἐννεακρούνου ψύχουσιν οἶνον. || Forma media Apoll. Rh. 2, 819 : Ψυχόμενος λαγόνας ... κάπριος. Eryc. Anth. Pal. 6, 255 : Ψυχόμενον χηλάς τε καὶ ἰξύας.] Pass. Ψύχεσθαι, Frigefieri s. Refrigerari. [Herodot. 4, 181 : Ψύχεται τὸ ὕδωρ μέχρι ἐς ἠώ. Plato Phæd. p. 71, B : Ψύχεσθαι καὶ θερμαίνεσθαι· Tim. p. 88, D : Καομένου τε ἐντὸς καὶ ψυχομένου, ut πεπυρακτωμένος et ἐψυγμένος opposita sunt ap. Sext. Emp. p. 661. De terra Plato Tim. p. 60, D : Χυτὴ γῆ γενομένη διὰ πυρὸς, ὅταν ψυχθῇ.] Plut. eod. Sympos. lib., probl. 4 [p. 690, C]: Πᾶν ὕδωρ προθερμανθὲν ψύχεται μᾶλλον. Ubi quod ψύχεσθαι vocat, paulo post ψυχρότερον γίνεσθαι dicit, Ὅταν ἐψηθῇ, inquiens, μέχρι ζέσεως, περισωρεύουσι τῷ ἀγγείῳ χιόνα πολλὴν, καὶ γίνεται ψυχρότερον. Strattis ap. Athen. 3, [p. 124, D] : Οἶνον ... Ψυχόμενον ἐν τῷ φρέατι χιόνι μεμιγμένον. Ubi ipse Athen. quoque dicit, Τὸν οἶνον ἔψυχον ὑπὲρ τοῦ ψυχρότερον αὐτὸν πίνειν. Item ap. Demetr. Phaler.: Ὑπὸ θερμοῦ ψύχεσθαι, θερμαίνεσθαι δὲ ὑπὸ τῶν ψυχρῶν. [Nicand. Al. 461 : Ἐκθέρμαινε ... ἐψυγμένα γυῖα.] Præter. pass. ἔψυγμαι [ut ap. Platon. Critia p. 120, B, et alios quosvis. Imper. ἐψύχθω Sext. Emp. p. 661], aor. 1 ἐψύχθην [ap. Platon. Tim. p. 60, D, Xen. Cyneg. 5, 3, Theocr. 2, 106, aliosque], aor. 2 ἐψύγην. [Legitur hic aor. ap. Aristoph. Nub. 151 ψυγείσῃ, ubi ex uno cod. ψυχείσῃ restitui. Mœris p. 421 : Ψυχῆναι Ἀττικοὶ, ψυγῆναι Ἕλληνες. Ἀπεψύχη ex Æschylo servavit Hesychius. Apud Aristid. vol. 1, p. 321, 8, ubi ψυχθὲν legebatur, vetusti codices Laurentiani ψυχὲν servarunt. Ψυγῆναι frustra defendunt Buttmannus Gramm. vol. 1, p. 450, et Lobeck. ad Phryn. p. 318. Vera ratio non fugerat Elmsleium, quem v. ad Eur. Suppl. 543, in Diar. classico Londin. fasc. 16, p. 439. Ψυγῆναι igitur, ut ψύγειν, inferiorum temporum scriptoribus relinquendum. G. D. A ψύχω Æschylus ἀπεψύχη derivavit ap. Hesych., de quo errat Albertius; ἀναψυχῆναι idem et Suidas, ἀποψυχεῖσα in Mathem. vett. p. 148. A ψύγω, quo præter Dioscoridem Pollux 7, 144, Hesych. s. v. Ταρσοί, Suidas s. v. Ξηραίνω et Eustath. p. 1625, 14, utuntur, venit ψυγῆναι Diodor. 3, 13 (cod. ψυχθῆναι), Phalar. Epist. 62, Galen. vol. 11, p. 194, Alex. Trall. 2, 5, p. 149; 3, 2, p. 181, Geopon. 5, 38, p. 400, Jul. Afric. Cest. 27, p. 299. Basil. Epist. 204, 223. Lobeck. ad Phryn. p. 318. Ἔψυγον Etym. M. p. 366, 47, ψύγεται (cod. ψύχεται) schol. Hom. Od. I, 219, ἀποψυγείη Dio Chrys. Or. 3, p. 127, ἀποψυγεῖσα Heliodor. 2, 3, p. 55, περιψυγῆς Arrian. Epict. 3, 22, ἡμιψυγὴς Geopon. 2, 17. Idem ad Soph. Aj. p. 450. Const. Manass. Erot. 4, 76 : Ὁ δὲ καλὸς ... ψύγεται ὡς ῥόδον.] Unde partic. ἐψυγμένος, ψυχθεὶς, ψυγεὶς, Frigefactus, Refrigeratus. Coquus quidam ap. Athen. 9, [p. 383, E] : Καὶ παρατίθει γ' αὐτὰ, παῖ, Ὅταν παρατίθῃς, (μανθάνεις;) ἐψυγμένα. Ἀτμὶς γὰρ οὕτως οὐχὶ προσπηδήσεται Ταῖς ῥισίν. Alex. Aphr.: Ψυγεὶς τὰ ἄκρα, Cui extremæ partes perfrixerunt. Aristoph. Nub. [151] : Κηρὸν διατήξας, εἶτα τὴν ψύλλαν λαβὼν, Ἐνέβαψεν εἰς τὸν κηρὸν αὐτῆς τὼ πόδε. Κᾆτα ψυγείσῃ περιέφυσαν Περσικαί, Et deinde refrigeratæ s. frigefactæ; nam necesse erat eam calefieri, quum tingeretur cera liquefacta. Schol. tamen [male] exp. θανούσῃ, Mortuæ : itidemque Suidas. [Idem gl. habet non constat unde sumtam Ψυχόμενος ὄρόσῳ ἐν καμίνῳ. Plato Tim. p. 76, C : Ἀποχωριζομένη δέρματος ἑκάστη ὁρὶξ ψυχθεῖσα ξυνεπιλήθη. Similiter de pennis Plut. Mor. p. 680, E : Καθάπερ τὰ τῶν ἄλλων ὀρνέων πτερὰ παρὰ τοῖς τοῦ ἀετοῦ συντεθέντα διόλλυται καὶ ἀπανθεῖ τῶν πτίλων μυδώντων.] Ignis quoque flamma dicitur ψύχεσθαι Quum extinguitur et μαραίνεται [Plato Critia p. 120, B : Ἐπειδὴ τὸ πῦρ ἐψυγμένον τὸ περὶ τὰ θύματα εἴη], ap. Suid., ex Epigr. [Pauli Silent. Anth. Pal. 5, 239] : Καὶ φλὸξ ἐν τελεταῖς ὅτε θύματα πάντα λαφύξῃ, Φορβῆς ἡ μανίη ψύχεται αὐτομάτως, i. e., inquit, ψυχραίνεται, μαραίνεται. [Idem : Ἐψύχθη· ἀπεπαύθη, ἠρέμησεν, addito Dioscor. Anth. Pal. 6, 220 : Ἄγρια δ' αὐτοῦ ἐψύχθη χαλεπῆς πνεύματα (πνεύματι Anthol. codex Palat.) θευφορίης. De pulmonibus frigore contactis Antip. Sidon. Anth. Pal. 9, 309 : Γοργὼ ... βροντῆς ἐξεπάταξε φόβος· πνεύμονα δὲ ψυχθεῖσα κατήυσεν. Metaph. de amore languescente Matth. 24, 12 : Ψυχήσεται ἡ ἀγάπη τῶν πολλῶν.] || Ψύχω significat etiam Sicco s. Exicco, Arefacio : ut Hesych. quoque testatur, ψύχειν ἀνέμῳ exponens ξηραίνειν : afferens præterea ψύξουσι pro ξηρανοῦσι [ξηραίνωσι Etym. Voss. Gl. fortasse sumta ex Jerem. 8, 2 : Ψύξουσιν αὐτὰ πρὸς τὸν ἥλιον]. Itidemque ap. Suid. legimus ψύχειν καὶ ἀποψύχειν τὰ ὑγραινόμενα, Siccare et desiccare madentia. [Schol. Hom. Od. Z, 98 : Τὸ ἐν ἡλίῳ ξηρᾶναι τερσῆναι λέγει, τὸ δὲ ἐν ἀνέμῳ ψῦξαι. « Τοὶ δ' ἰδρῶ ἀπεψύχοντο χιτώνων » (Il. Λ, 621). Καρπὸς ψυχόμενος καὶ ἡλιούμενος ap. Polluc. 1, 244. Πλέγμα ἐφ' οὗ ψύχεται τὰ σῦκα id. 7, 144. Epict. Diss. 1, 18, 13 : Ψῦξαι τὰ ἱμάτια· et ib. 14. Δέρματα ψυχόμενα Etym. M. p. 269, 46.] Verum in hac signif. scribitur etiam Ψύγω, cujus et idem Suid. meminit, ut ap. Diosc. 1, 25 : Πρὸς δὲ τὸ εὐλέαντον αὐτὸν γίνεσθαι, δεῖ ἐν ἡλίῳ ψύγειν ἐν ὀστρακίνῳ θερμῷ, Sed ut facilius conteratur, in calido fictili sole siccare oportet. Et 2, 123, de amylo : Διϋλίσαντάς τε εὐθέως ψύγειν ἐπὶ κεραμίδων καινῶν ἐν ἡλίῳ ὀξυτάτῳ. Pro quibus Plin. 18, 7 : Linteo aut sportis siccatum tegulæ infunditur illitæ fermento, atque ita in sole densatur. Itidem vero et alibi ap. eum est scriptum, et fortassis rectius, ut distingui a priore ψύχω queat, quod non minus ap. Eund. frequens est. Vide et Ψυγμός. Rursum tamen ap. Hesych. legitur ψύγεται pro ψύχεται, Refrigeratur, in Ψυγεῖον. || Ψύχω significat præterea Flo, Spiro, cujus signif. Hesych. quoque meminit, ψύχειν exponens πνεῖν, itidemque ψύξας afferens pro φυσήσας, πνεύσας, ἄνεμον ποιήσας. Hom. Il. Υ, [440] : Καὶ τόγ' (Hectoris sc. hastam in Achillem vibratam) Ἀθήνη Πνοιῇ Ἀχιλλῆος πάλιν ἔτραπε κυδαλίμοιο, Ἦκα μάλα ψύξασα· τὸ δ' ἀψ ἴκεθ' Ἕκτορα δῖον, Eam hastam Minerva flatu ab Achille retorsit, leniter admodum spirans, πάνυ ἠρέμα καταπνεύσασα καὶ ὑποκλάσασα τῆς ὁρμῆς, inquit schol., ut Eust. etiam [et Etym. M. p. 819, 30] exp. φυσήσασα. Sed possit videri alicui primus huic signif. esse tribuendus locus, ut secundum ψύχω sit Flatu refrigero, tertium Flatu exicco. Cui non magnopere repugnarem, (præsertim quum antiquissimus auctor Homerus eam agnoscat,) nisi ad nominis ψύχος signif. respicerem : de quo dubitari etiam potest an posterius sit illo verbo : quæ dubitatio et de aliis plerisque hujusmodi nominibus moveri potest. Ceterum Suid. [cum Photio et Etym. Voss.] ψύξας exp. non solum φυσήσας, sed etiam ἀμβλύνας : itidemque Hesych. ἀμβλύνας τὴν ψυχήν. [Idem : Ψύξασθαι· ῥυήσασθαι, ξηρᾶναι. Ψύξασαι· πνεύσασαι, ῥυήσασαι. Ἔψυξεν· ἀπέπνευσεν, ἀπεδίωξεν. Pro quo apud Suidam et Zonaram p. 946 scriptum Ἔψυρεν· ἀπεδίωξεν. Corruptionem verbi ἔπτυρεν esse conjecit Bernhardyus. Cum Hesychii expos. ῥυῆσαι comparatum est quod Jerem. 6, 7, dixit : Ὡς ψύχει λάκκος ὕδωρ αὐτοῦ, οὕτως ψύχει κακία αὐτῆς, quod vertunt, Sicut scaturire facit cisterna aquam suam, ita scaturit malitia ejus, verbo intransitive accepto ut ap. Nicand. Ther. 473 : Ὅτ' ἀμφ' ἐλάτῃσι μακεδναῖς ἄγραυλοι ψύχωσι, λελοιπότες ἔργα νομήων· quod schol. exp.: Ὅτε οἱ ποιμένες καταψύχωσιν ἑαυτοὺς ... ἐν ταῖς σκιαῖς. Transitive idem Alex. 85 : Ἄλλοτε δ' ὑπναλέος ψύχει δέμας, οὐδ' ἔτι γυῖα ὡς τὸ πάρος δονέει, καμάτῳ δ' ὑποδάμναται· ubi schol.: Ὥσπερ κοιμώμενος ἀποψύχεται τὸ σῶμα καὶ ψυχροῦται ὅλος καταβαρούμενος ὕπνῳ. Sed ib. 192 : Ἄκρα δέ τοι ψύχει, Extremi frigent artus; ubi

alii libri ἄκρα δ' ἐπιψύχει, quod expressit Eutecnius; τῶν ἄρθρων ἐπιψυχομένων οὐκέτι σωφρονεῖ. Hesychii gl. ψύξας quam HSt. frustatim attulit integra hæc est: Ψύξας· ἀμβλύνας, τὴν ψυχὴν φυσήσας, ἄνεμον ποιήσας, πνεύσας. Recte HSt. verba τὴν ψυχὴν ad ἀμβλύνας rettulit: quocum comparari potest usus verbi ap. Æsch. Prom. 693: Ἀμφάκει κέντρῳ ψύξειν (nam sic scribendum pro ψύχειν) ψυχάν. De deo mortem immittente Sotio ap. Athen. 8, p. 336, F: Ψύξει σε δαίμων τῷ πεπρωμένῳ χρόνῳ, ut passiv. ψύχετο de moriente dictum ap. Apoll. Rh. 4, 1527: Κλίνας δαπέδῳ βεβαρηότα γυῖα ψύχετ' ἀμηχανίῃ.]

Ψύχωσις, εως, ἡ, Animatio, Animæ inditio, si ita loqui liceret. Pythag. de deo [ap. Clem. Al. p. 62], Πάντων πατὴρ, νοῦς καὶ ψύχωσις· quæcunque enim sunt, ipso generante extiterunt; et quæcunque mente atque anima prædita sunt, eam beneficio ipsius acceperunt. [Marc. Anton. 12, 24.] Sic Greg. Naz. [vol. 1, p. 557, C] dicit τὴν ζώων ψύχωσιν, Actionem illam qua τὰ ζῶα ἐψυχώθη, i. e. qua animalibus anima indita est. Mosellanus tamen vertit Animalium refrigerium, ac si esset a ψύχος, non a ψυχή. [Justin. Mart. p. 21 ed. Bened. Theol. arithm. p. 35, 25; 48, 6 Ast. Jo. Philop. De cr. mundi p. 204, 18; 256, 9. Euseb. Dem. ev. p. 150, C: Ἡ τῶν ὅλων ζώωσίς τε καὶ ψ. Philo vol. 1, p. 263, 29; 15, 9: Τὰς τῆς ψ. ἰδιότητας. Pluraliter Proclus inst. theol. p. 72, 50 ed. Paris.: Αἱ τῶν ψυχῶν ψ. Hase.]

[Ψυχώτρια, ἡ, Animatrix. Const. Manass. Chron. 145: Ἰσχὺν ἐνθεὶς ψ. καὶ δύναμιν γονίμην· 4804: Ἀντιφερίζουσι μικροῦ τῇ ψυχωτρίᾳ φύσει. « Theodor. Prodr. Rhod. p. 378. » Elberl.]

[Ψυχωφέλεια. V. Ψυχωφελής.]

Ψυχωφελὴς, ὁ, ἡ, Animæ vel Animo utilis. [Cyrill. Al. 2 In Joh. c. 5, p. 210: Πρόφασιν πρὸς αὐτὸν διαλέξεως τὸ ψ. ἐποιεῖτο παράγγελμα. Joann. Moschus in Præf. Prati spir.: Τὰ ψ. τῶν πατέρων κατορθώματα. Suicer. Pseudo-Joann. Chrys. vol. 10, p. 812, de evangelio Lucæ: Τὸ ψ. ἰατρεῖον. « Ammon. Monachus p. 131. Acta Junioris Bacchi p. 86. » Boiss. Greg. Nyss. t. 1, p. 251, D; 641, A; 655, D; t. 2, p. 338, D; 351, A; 826, A; 1035, B. Jo. Damasc. t. 1, p. 8, B; t. 2, p. 847, E. Jo. Docian. Paneg. p. 10, 26 Tafel. Anon. Cat. in Psalm. t. 1, p. 480, D. Basil. t. 2, p. 1043, B: Ἀπολαῦσαι τῆς ψ. διδασκαλίας. Epanag. Bas. Imp. p. 70, 10 Zachar.: Σωτήριον καὶ ψ. νόμον. Superl. ψυχωφελέστατον Jo. Damasc. t. 1, p. 282, C. Hase.] Unde Ψυχωφέλεια, ἡ. Ambo apud Suidam, sed sine expositione.

[Ψυχωφέλιμος, ὁ, ἡ, i. q. ψυχωφελής. Pseudo-Chrys. Serm. 83, vol. 7, p. 497, 19, σταυρόν. Seager. Anon. De cruce p. 143, B Grets. Hase.]

[Ψῶ. V. Ψάω. ‖ Greg. Cor. p. 549: Καὶ τὸ ψῶσαν ἀντὶ τοῦ θάλπουσαν. Ἔστι δὲ παρ' αὐτοῖς (τοῖς Ἴωσι) καὶ τὸ ψῶ ἀγροικικὸν προσφώνημα. Hoc rectius ψο scribitur apud alios grammaticos quos indicavimus s. h. v. p. 1920. Quod ap. Hesych. legitur Ψῶσαι· θάλψαι, male scriptum pro ψῆσαι, ut animadvertit Lobeck. Rhem. p. 27. De quo supra p. 1850 monere debebam.]

Ψώα, ἡ, Fœtor, Odor teter; ἡ δυσωδία, Suid., in hoc hemistichio: Ἄτλητον ἐπὶ ψώαν πνείεσκον. [Omittunt hanc gl. codices Suidæ, cui illata est ex Etym. M. p. 819, 42, cujus verba infra affert Henr. Stephan. « Nilus Epist. 2, p. 29 ed. 1657. » Boiss.] Idem Ψωΐα: Hesychio enim ea est σαπρὰ δυσωδία, Fœtor putridus s. marcidus. [Ab interjectione ψό, quam ἐπὶ σαπροῦ dici annotarunt grammatici, fortasse ψοία natum est et producta vocali ψώα, ut Τροία Τρῴα κατ' ἔκτασιν τῆς ἀρχούσης Eustath. Proœm. Pind. p. 13. Lobeck. Pathol. Elem. vol. 1, p. 441.] Apud Eund. Ψώϊζος itidem δυσωδία: sed expositum et ἄφοδος ὑγρὰ, μίνθα, nec non μόλυσμα et αὐχμός. [Post ἄφοδος ὑγρὰ apud Hesych. additum ἢ νόθος, corruptum ex ἢ ὄνθος, quod restituit Hemst. ad schol. Aristoph. Pl. 313, p. 98.] Ac ut ψώϊζος hoc ei est αὐχμὸς, ita Ψωδαρέον affert pro αὐχμηρὸν, Squalidum. [Ex Ψωραλέον corruptum esse conjecit Ruhnken.] Dicitur et Ψῶζα, cujus Etym. [M. p. 819, 42] et Lex. meum vet. meminerunt. [Ψῶκα ex ψώα vel ψῶζα corruptum ap. Cyrillum in Matth. Gloss. 1, p. 39.] Ψῶα, et Ψῶζα, inquiunt, ambo significant τὴν δυσωδίαν: ut [Ἅρπυιαι] ἄτλητον ἐπὶ ψῶαν πνείεσκον. [Hunc versum cum aliis quattuor præcedentibus ex Etym. Ms. s. v. Πληγάδες attulit Ruhnk. Ep. crit. p. 192, et ad Apollonii Rhod. Argonauticorum editionem priorem retulit; ubi ἐπὶ ψῶον ἀμπνεύεσκον scriptum. « Si Apollonii Rhodii locus est, cui quartum versum Πληγάδες ἀξείνους καὶ ὅπου Φινήϊα δόρπα tribuit Tzetzes ad Lycophr. 1285, ex carmine quod de Cauni originibus condidit petitum esse et de Caribus agi suspiceris. » Meinek. Anal. Alex. p. 403.] Meminit ejusdem ψῶζα Suidas quoque [cujus gl. sumta est ex Phot. Lex. p. 657, 2], hoc ejus exemplum afferens ex Eupolidis Marica, Ὃς θυμήνας τοῖς στρατιώταις λοιμὸν καὶ ψῶζαν ἔπεμψεν· sed dicens esse Speciem morbi, sc. κνησμὸν μετὰ δυσωδίας, Pruritum s. Priginem cum fœtore conjunctam.

[Ψωδαρέος. V. Ψώα.]

[Ψώδη (?)· γλῶττα, Hesych.]

[Ψώθιον, τό. HSt. s. v. Ψωμός:] Ψώθιον etiam ab eadem, qua ψωμὸς, est origine, significans itidem Frustulum, Mica, ut Hesych. ψώθια esse dicit τὰ τοῦ ἄρτου ἀποθραύσματα, et [ut Photius et Suidas] τὰ ὑποκάτω τοῦ ἄρτου. Itidemque Eust. p. 1817, locutus de ψωμὸς, ἄκολος, πύρνος, subjungens ait, Τοιαῦτα δέ τινα καὶ παρὰ Παυσανίᾳ ψώθια· ἅπερ ὑπερόπτων ἄρτων εἰσὶ θραύσματα, ἢ τὰ ὑποκάτω τοῦ ἄρτου· cujusmodi ψώθια vocari a quibusdam ἀτταράγους ait. Et Apollodorus Atheniensis et Theodorus ἐν ταῖς Ἀττικαῖς Γλώσσαις ap. Athen. 14, [p. 646, C] ψώθια nominari ajunt τοῦ ἄρτου τὰ ἀποψαυόμενα, (pro quo fortassis scr. ἀποψώμενα,) quæ a nonnullis appellari ἀτταράγους. Idem tamen ibid. ψώθια inter Placentarum genera referre videtur, exponens per ψαθύρια: et afferens ex Pherecrate, Λήψει δ' ἐν ᾅδου κραπάταλλον τριωβόλου Καὶ ψώθια· ut Eust. etiam p. 1635, Ὁμοίως, inquit, ἐκ τοῦ ψῶ καί τινες πλακοῦντες, ψώθια, ἤγουν ψαθύρια κατὰ τοὺς παλαιούς. [Male Athenæus intellexit verba poetæ quæ lucem accipiunt a Polluce 9, 83: Ὄνομα δέ τι νομίσματος καὶ κραπατάλους εἴτε παίζων εἴτε σπουδάζων Φερεκράτης ὠνόμασεν ἐν τῷ ὁμωνύμῳ δράματι. Λέγει δὲ τὸν μὲν κραπάταλον εἶναι ἐν Ἅδου δραχμὴν, ἔχειν δ' αὐτὸν δύο (sic Meinek. pro ὀκτὼ) ψωθίας, τὴν δὲ ψωθίαν εἶναι τριώβολον καὶ δύνασθαι ὀκτὼ κικκάβους. « Apertum est in Pherecratis versu κραπάταλον et ψωθία non de fictis illis numorum apud inferos nominibus, sed de rebus nullius pretii intelligenda esse. » Meinek. Com. vol. 2, p. 288.]

[Ψωΐα. V. Ψώα.]

[Ψωΐτης vitiose pro Ψοΐτης, quod v.]

[Ψώκτης, ὁ, Quadratarius, Gl.]

[Ψωκτός. Ψωκτὴ· μᾶζα v. Ψύκτα. Ψωκτόν· τράπεζαν, Hesych.]

Ψωλὴ, ἡ, affertur pro Mentula, sed ἀμαρτύρως. [Etym. M. p. 819, 43, et Orion p. 167, 12: Ψωλή (in ψωλίς corruptum ap. Orion.)· παρὰ τὸ ἐμφυσᾶσθαι κατὰ τὴν ὄρεξιν τῶν ἀφροδισίων, ὅτι καὶ φύσει φυσώδης ἐστί. (Οὕτω Σωρανός addit Orion.) Eadem fere Meletius in Cram. Anecd. Oxon. vol. 3, p. 112, 21, qui addit, ἢ παρὰ τὸ ψῶ τὸ ἅπτομαι καὶ κνήθω· κνησμὸς γάρ τίς ἐστι τὸ τῆς ἡδονῆς. Legitur ap. Aristoph. Av. 560, Lys. 143 (ubi Dor. γυναῖκας ὑπνῶν ἄνευ ψωλᾶς μόνας), 979. Ad verba Philoxeni ap. Athen. 1, p. 8, C: Τὸ γὰρ δέμας ἀνέρος ὀρθοῖ, in Epitome adscriptum, ἡ ψωλὴ δέμας ἐστί.]

Ψωλήκυθος, ὁ, ἡ, Hesychio οὐδενὸς ἄξιος, Nullius pretii. [Ex κομψολήκυθος decurtatum esse conjecit Palmerius.]

[Ψωλόεις, ὁ, Mentulatus, Gl. Priapeia 68: « Psoleon ille vocat quod nos psoloenta vocamus. »]

[Ψωλοκοποῦμαι. Lucilius Sat. fr. 2, libri 8: « Cum pocio bibo eodem, amplector, labra labellis fingens compono, hoc est, cum ψωλοκοποῦμαι. » Boiss.]

[Ψωλὸς, ὁ. HSt. s. v. Ψολός:] Ψωλὸς quoque aliquid affinitatis cum ψολὸς habet, quatenus quidem significare dicitur [ab Etym. M. p. 819, 57] τὸν ἐκκεκαυμένον δαλὸν, Titionem. [Exscripsit hæc schol. cod. Flor. ad Aristoph. Ran. 493 (vol. 2, p. 72 ed. Oxon.) addito, καὶ ψωλόεις εἶδος κεραυνοῦ. Verum hæc corrupta

sunt ex ψόλος et ψολόεις. G. D.] Alioqui tamen hoc ψωλὸς habet aliam longe diversam signif.; ponitur enim pro eo qui Lat. Verpus, Apella, Recutitus, ut sunt ii qui περιτέτμηνται et circumcisi sunt : ut Hesych. quoque ψωλὸν dici ait τὸν ἀπεσκολυμμένον, cui sc. τὸ αἰδοῖον ἀπεσκόλυπται, s. cui τὸ τοῦ αἰδοίου δέρμα ἀφῄρηται : et Suidas ac schol. Aristoph. [Eq. 964], τὸν λειπόδερμον [Recte λιπόδερμος ap. Photium] : intelligendo δέρματος nomine τὸ τοῦ αἰδοίου δέρμα : quamvis iidem eo vocabulo accipiant etiam τὸν ἀσχήμονα κατὰ παρέκτασιν τοῦ αἰδοίου. Sic enim accipiunt ap. Comicum illum Pl. [267], ubi Carion de Pluto sene ait, Οἶμαι δὲ, νὴ τὸν οὐρανὸν, καὶ ψωλὸν αὐτὸν εἶναι. Itidem tam pro λειπόδερμος quam pro ἀσχήμων κατὰ παρέκτασιν τοῦ αἰδοίου accipit idem schol. in hunc l. Eq. [964]: Ψωλὸν γενέσθαι δεῖ σε μέχρι τοῦ μυῤῥίνου· addens tamen, hoc loco poni vocem illam ἰδίως ἐπὶ τῶν μέχρι πολλοῦ διεσκυλμένων, sc. propterea quod poeta dixerit μέχρι τοῦ μυῤῥίνου, pro μέχρι τῆς κεφαλῆς; (id autem, quia τῇ μυῤῥίνῃ caput coronabatur;) innuens debere σκολύπτεσθαι αὐτοῦ τὸ αἰδοῖον εἰς τέλος καὶ ὁλόκληρον, et quasi a calce ad caput usque : sed alludens etiam ad μύρτον πεποικιλμένον, quod priscis significabat τὸ γυναικεῖον αἰδοῖον. Hoc vero μέχρι τοῦ μυῤῥίνου a Diphilo παραπεποίηται, dicente ἄχρι τοῦ λάρυγγος, in fabula illa quam Ἐναγίσματα inscripsit. Rursum idem schol. in Av. [507] : Τοῦτ' ἄρ' ἐκεῖν' ἦν τοὖπος ἀληθῶς, Κόκκυ, ψωλοὶ πεδίονδε, ait dictum hoc παρὰ τὴν παροιμίαν, quoniam sc. ἐπὶ τῶν Αἰγυπτίων ἦσαν ψωλοὶ πολλοί : ut sensus sit, Ὅταν ὁ κόκκυξ εἴπῃ κόκκυ, τότε οἱ ψωλοὶ ἤρχοντο εἰς τὸ πεδίον, s. τοῦ κόκκυγος κράζοντος, ἐθέριζον, Quum cuculus cantat, tunc recutiti apellæ in agros exibant et segetes demetebant. Intelligit autem ψωλῶν nomine Phœnices et Ægyptios, qui circumcidi solebant; ideoque paulo ante dixerat, Αἰγύπτου δ' αὖ καὶ Φοινίκης πάσης κόκκυξ βασιλεὺς ἦν. Χὠπόθ' ὁ κόκκυξ εἴποι κόκκυ, τόθ' οἱ Φοίνικες ἅπαντες Τοὺς πυροὺς ἂν καὶ τὰς κριθὰς ἐν τοῖς πεδίοις ἐθέριζον. Circumcidi vero solitos Ægyptios in primis, deinde Phœnices etiam, aliasque gentes, ex Herodoto docui in Περιτάμνω : satis enim de Judæis constat, ex profanis etiam scriptoribus. Dicit enim Horat., Credat Judæus apella, Non ego. Et Martial., Nec recutitorum fugis inguina Judæorum, τῶν ψωλῶν Ἰουδαίων.

[Ψώλων, ὁ, i. q. ψωλὸς, Hesych. v. Πόσθων.]

[Ψώμηξ, ὁ.] Ψώμηκες, Hesychio esse videntur Vermiculi radices frumenti depascentes. [Glossa hæc est, Ψώμηκες· οἱ τοῦ σίτου τὰς ῥίζας ἀπεσθίοντες. Καὶ ὁ ἔγκατρος ὁ σῖτος φησὶ ἐξεψώμισεν ἀπὸ τοῦ ζώου σχηματίσας. « In ἔγκατρος latet scriptoris cujusdam nomen. » Schow.]

Ψώμιγξ [Ψῶμιγξ], ιγγος, ἡ, Hesychio σφήκωμα : aliis Linteolum quod carnes a culicibus tutatur injectum. [Conf. Θῶμιγξ.]

Ψωμίζω, fut. ίσω, et Attice Ψωμιῶ [Suidas : Ψωμίζω καὶ ψωμιῶ αἰτιατικῇ], Buccea s. Turunda in os inserta pasco et nutrio, s. Cibo, ut in Lex. meo vet. ψωμιεῖ σε exp. θρέψει σε. 2 Reg. 13, [5] : Ἐλθέτω ἡ ἀδελφή μου, καὶ ψωμισάτω με, de ægroto. [Per τρέφει exp. Hesych. Suidas : Ἐψώμισεν· ἔθρεψεν. Idem Ἔψισαν· ἐψώμισαν, et Hesych. Ἔψισεν· ἐψώμισεν. Ψωμιεῖ· τρέφει (imo θρέψει). Sæpe apud LXX, velut Num. 11, 4 : Τίς ἡμᾶς ψωμιεῖ κρέα; Deut. 8, 3 : Ἐψώμισε τὸ μάννα. Psalm. 79, 6 : Ψωμιεῖς ἡμᾶς ἄρτον δακρύων. Dan. 4, 22 : Χόρτον ὡς βοῦν ψωμιοῦσί σε. Et in N. T. Ep. ad Rom. 12, 20 : Ἐὰν πεινᾷ ὁ ἐχθρός σου, ψώμιζε αὐτόν.] Solent enim ægris cibi in os indi, veluti infantibus aut aviculis quas educamus. [De ægrotis Hippocr. p. 1208, D : Τῷ δὲ εἶναι τὸ ἄλγημα δεινὸν, ψωμίζειν ἄλλων δεῖ· ubi ψωμίζειν pro ψωμίζεσθαι ὑπ' ἄλλων poni videtur. P. 511, 33 : Ἐπὴν τὰ παιδία γένηται, ψωμίζουσιν αὐτὰ αἱ γυναῖκες τὰ αὐτὰ φάρμακα. Et paullo post : Ἐπὴν ψωμίσωσι, πολλὰ δὴ τῶν παιδίων καὶ στρογγύλας καὶ πλατείας ἕλμινθας ἀπεπάτησαν ἅμα τῇ κόπρῳ τῇ πρώτῃ· Et p. 603, 40 : Καὶ τὰ παιδία βήσσοντα ψωμίζουσι, de lini semine, quod tussientibus pueris in cibo exhibent, quo pueros tussientes nutriunt. Galen. K. τόπ. 6 (vol. 13, p. 522) ψωμίζειν nutricibus attribuit : Ἐγὼ δὲ ἐπὶ μὲν τῶν βρεφῶν ὅσα ψωμίζουσιν αἱ τροφοὶ .... Et ibid. : Εἰ δὲ μὴ ψωμίζεσθαι ἔτι δύναται, τὴν τροφὴν (sic corrig. pro τροφὴν) ἐπὶ τοῖς τοιούτοις διαιτῶ μετ' εὐπεψίας δηλονότι. Foes. De aviculis] Aristot. H. A. 8, 3 : Τῶν δὲ ὀρνίθων ὅσοι μὲν γαμψώνυχοι, σαρκοφάγοι πάντες εἰσί· σῖτον δὲ, οὐδ' ἐάν τις ψωμίζῃ, δύνανται καταπιεῖν, Avium autem quotquot aduncos ungues habent, omnes sunt carnivoræ : fruges vero nequeunt devorare, ne si turundam quidem in os eis inserat quispiam. [Iambl. V. Pyth. § 60 : Τὴν ἄρκτον ... ψωμίσας μάζῃ καὶ ἀκροδρύοις.] Pass. voce et signif. Aristoph. Eq. [712] : Ἐπίσταμαι γὰρ αὐτὸν οἷς ψωμίζεται. Verba Cleonis, dicentis se probe nosse quo cibo populus Atheniensis pasci gaudeat, s. qualibus bolis et turundis gaudeat : infanti eum comparans; proprie enim ψωμίζεσθαι dicitur ἐπὶ τῶν μικρῶν παιδίων, ἃ ὑπόκειται τῇ τῶν διδόντων ἐξουσίᾳ. Quamobrem Agoracritus ibid., permanens in similitudine a nutricibus petita, hæc in eum retorquet verba : Καθώς περ αἱ τίτθαι γε σιτίζεις κακῶς. Μασώμενος γὰρ, τῷ μὲν ὀλίγον ἐντιθεῖς, Αὐτὸς δ' ἐκείνου τριπλάσιον κατέσπακας, Sane vero ut nutrices improbe pascis populum; nam escam mandens, illi quidem exiguam admodum in os inseris, tu vero triplo plus quam ille deglutis. Cui simile apophthegma habebis in Ψώμισμα. [Pollux 6, 33 : Τὸ ψωμίζειν ἀπὸ τῶν ψωμῶν, ὡς Ἀριστοφάνης (Lys. 19) φησὶν « Ἡ μὲν παιδίον κατέκλινεν, ἡ δ' ἔλουσεν, ἡ δ' ἐψώμισεν. » Adde Thesm. 692 : Τοῦτο (τὸ παιδίον) οὐδέποτε σὺ ψωμιεῖς.] Nota autem eo in loco synonyma, ψωμίζειν, σιτίζειν, et ἐντιθέναι : a quo verbo ἔνθεσις est, i. significans ψωμός : h. e. Bolus et Turunda quæ inseritur s. inditur ori, qualem nutrices infantibus præmansam in os inserere solent. [Mœris p. 360 : Σιτίζειν τὸ παιδίον Ἀττικοί· ψωμίζειν Ἕλληνες. Thom. M. 794 : Σιτίζειν Ἀττικοὶ, οὐ σιτεύειν, οὐδὲ ψωμίζειν.] Dicitur etiam rem quampiam ψωμίζειν aliquis pro In pastum consumere, ut Bud. accipit ap. Paul. Ad Cor. 1, 13, [3] : Καὶ ἐὰν ψωμίσω πάντα τὰ ὑπάρχοντά μου. Sic enim vertit, Etiamsi in pastum pauperum consumpsero omnem substantiam meam. Ut et noviss. Interpres, Etsi insumam alendis egenis omnes facultates meas. Qui ibid. annotat proprie ψωμίζειν esse Cibum concisum et intinctum, veluti in os indere, ut puerulis et ægrotis solemus : hic vero significare In eum usum bona avidissime impendere. Vetus sic reddiderat, Etsi distribuero in cibos pauperum. Quem sequi malunt ii, qui ψωμίζειν esse dicunt In frusta concidere, εἰς ψωμοὺς διαμερίζεσθαι, veluti quum panis frustatim divisus pauperibus distribuitur; ideoque sic reddunt locum istum : Si omnem meam substantiam frustatim egenis distribuero, Si omnes facultates meas particulatim erogaro ad usum pauperum. Sed videndum an ψωμὸς de majoribus etiam frustis dici possit. [Georg. Pachym. Declam. 9, p. 166. Boiss.]

Ψωμίον, τὸ, Frustulum quod ori ingeritur, Particula panis vel alius escæ, Offula s. Ofella. Turundam autem Cato vocat offulam quæ avi altili datur. Jo. 13, [26] : ὯΙ ἐγὼ βάψας τὸ ψωμίον ἐπιδώσω, Cui ego panis offulam intinctam dedero. Diog. L. in Vita Diog. Cyn. [6, 37] : Ἐξέβαλε τὸ τρυβλίον, θεασάμενος παιδίον τῷ κοίλῳ ἄρτῳ τοῦ ψωμίου τὴν φακὴν ὑποδεχόμενον. Ubi debuisset potius dicere τῷ κοίλῳ ἄρτου ψωμίῳ. [Suidas : Ἐσχαρίτην· ψ. ἀπὸ κλιβάνου. Cyrilli Scythop. in V. Euthym. c. 13, Joannis Moschi c. 92, aliorumque recentiorum locos attulit Ducang. « Callinic. V. Hypatii Actt. SS. Junii t. 3, p. 321, A. M. Antonin. Imp. Comment. 7, 3 : Ψωμίον εἰς τὰς τῶν ἰχθύων δεξαμενάς. » Hase.]

[Ψωμὶς, ίδος, ἡ, idem. Athen. 9, p. 388, D : Τῶν λαμβανομένων εἰς τὸν πόδα ταμιεύεται μικρὰς τὰς ψωμίδας, κάπτων δὲ πίνει. Eustath. p. 1817, 63.]

Ψώμισμα, τὸ, Id ipsum quo ψωμίζομεν vel ψωμίζόμεθα, Buccea s. Buccella, Turunda, Bolus. Escæ frustulum quod quispiam vel suo vel alieno ori inserit : peculiariter vero Id quod nutrices suis infantibus et aves suis fœtibus indunt. Plut. Rom. p. 33 meæ ed. [c. 2] : Λύκαιναν μὲν ἐπιφοιτᾷν, μαστὸν διδοῦσαν, ὄρνιθας δὲ παντοδαποὺς ψωμίσματα κομίζοντας ἐντιθέναι τοῖς βρέφεσι. Et ap. Aristot. Rhet. 3, [4] Democrates εἴκασε τοὺς ῥήτορας ταῖς τίτθαις, αἳ τὸ ψώμισμα καταπίνουσαι, τῷ σιάλῳ τὰ παιδία παραλείφουσι [Eadem fere verba ap. Sext. Emp. p. 297], Quæ escæ

præmansæ frusta devorant, et pueris os saliva oblinunt. Ubi quod ψώμισμα nominavit, ψωμὸν etiam appellat. Pericles enim ibid. Samios dicit ἐοικέναι τοῖς παιδίοις, ἃ τὸν ψωμὸν δέχεται μὲν, κλαίοντα δέ : innuens ingratitudinem eorum, qui beneficia quidem acciperent, sed non sine fletu et querimoniis : ut infantes bolum s. escam præmansam accipiunt quidem illi, veruntamen plorare non desinunt et lamentari. Itidem vero Xen. ψωμὸν vocat Buccellam quæ ingeritur ori, et nominatim Buccellam panis quæ præcedit vel subsequitur τὸ ὄψον : Apomnem. [3, 14, 5] : Ἄλλον δέ ποτε τῶν συνδείπνων ἰδὼν ἐπὶ τῷ ἑνὶ ψωμῷ πλειόνων ὄψων γευόμενον. Ib. [6] : Συνεθισθεὶς τὸν ἕνα ψωμὸν ἑνὶ ὄψῳ προπέμπειν. Rursum Plut. [Mor. p. 320, D] : Ἐπιφοιτῶν καὶ προσκαθίζων (sc. ὁ δρυοκολάπτης, picus Martius), ἀκρώνυχος ἐν μέρει τῶν νηπίων ἑκατέρου στόμα τῇ χηλῇ διοίγων ἐνετίθει ψώμισμα τῆς αὐτοῦ τροφῆς ἀπομερίζων, Eorum oscula unguiculis diducens, in ea turundam ingerebat consueti sibi cibi. Loquitur vero et hic de Romulo et Remo expositis, ut supra etiam. [Galen. vol. 13, p. 522 : Καί ποτε καὶ θριδακίνης καὶ σέρεως καὶ στρύχνου καὶ ἀνδράχνης μίγνυμι τῷ ψωμίσματι. Theoph. Nonn. vol. 1, p. 358. G. D. Tzetz. ad Hesiod. proleg. p. 13, 16 ed. Gaisf. : Μουσῶν τε καὶ γνώσεως ἐπίσταμαι ψώμισμα. Boiss.]

[Ψωμισμὸς, ὁ, i. q. pr. German. CPol. De cruce p. 245, C Gretser. Hase.]

[Ψωμόδουλος, ὁ, Buccearum servus. Sic ἐνθεσίδουλος exp. Hesych. s. h. v. Eustath. p. 1837, 40.]

[Ψωμοζήμιον, τὸ, Theoph. Bulg. vol. 3, p. 722.]

Ψωμοκολᾰκεύω, Assentor et adulor ut habeam bucceas s. bolos ad explendum ventrem. Philippides ap. Athen. [6, p. 262, A] : Ψωμοκολακεύων καὶ παρεισιὼν ἀεί.

Ψωμοκόλαξ, ὁ, Parasitus : qui sc. assentatur et adulatur alicui, ut in mensa ipsius habeat ψωμοὺς quibus ventrem saturet, Qui ventris causa adulatur. Antiphanes ap. Athen. 6, [p. 262, A] : Ποῖ φθείρεσθ' ἐπίτριπτοι ψωμοκόλακες; Philemon ibid., Ψωμοκόλαξ δ' ἔσθ' οὗτος. [Phryn. in Bekk. Anecd. p. 116, 23 : Ψωμοκόλακες· Φιλιππίδης Ἀνανευούσῃ (Ἀνανεώσει Meinek.). Et omisso fabulæ nomine Photius et Suidas.]

Ψωμοκόλαφος idemne sit cum præcedente ψωμοκόλαξ, an Vorax, ambiguum est. Utitur autem eo vocab. Diphilus ibid. [ap. Athen. 6, p. 262, A] : Σὲ μὲν καλοῦσι ψωμοκόλαφον δραπέτην.

[Ψωμολεθρία, ἡ, Pernicies buccearum. Per πολυφαγία exp. Zonaras p. 1879.]

Ψωμόλεθρος, ὁ, Pernicies s. Exitium buccearum, Qui exitium bucceis et bolis infert, ὁ πολυφάγος [Cyrillo et] Suidæ, i. e. Vorax, Comedo; id enim hominum genus sunt ciborum λυμεῶνες, crebros ex iis bolos auferentes. [Ψωμόλεθρος, syllaba secunda per ο scribenda, ap. Chœrob. in Epim. in Psalm. p. 121, 26, Herodian. Epim. p. 203. Conf. Lobeck. ad Phryn. p. 705.]

[Ψωμοποιὸς, ὁ. HSt. s. v. Ψωμοκόλαξ :] At pro Ψωμοποιὸς, si vera est interpret. quæ in VV. LL. ei tribuitur, (sc. Faciendi juris artifex,) scrib. Ζωμοποιός. [Plut. Mor. p. 224, A.] Nam ψωμοποιὸς esset potius Qui ex pane aut alio edulio ψωμοὺς facit, h. e. frusta et bolos.

[Ψωμοπωλεῖον, τὸ, Locus ubi bucceæ veneunt. Favorin. s. v. Ἀρτόδειγμα.]

[Ψωμοπώλης, ὁ, Buccearum venditor. Balsamon ad Antioch. c. 76, p. 453.]

Ψωμὸς [De accentu Arcad. p. 60, 5], ὁ, a ψῶ, (ut βλωμὸς a βλῶ,) i. e. Frustum rei esculentæ quantum bucca possit semel capere, Buccea s. Buccella, Bolus, ἄκολος, ἔνθεσις, ut Pollux quoque 6, [33] tradit τῶν ἄρτων τοὺς ψωμοὺς vocari ἐνθέσεις. [Ib. 43 : Ὁ μέγας ψ. ἐκαλεῖτο Θετταλικὴ ἔνθεσις. Etym. M. p. 819, 46 : Ψωμὸς, παρὰ τὸ ψήχεσθαι (καὶ τρίβεσθαι addit Zonaras p. 1878, solum τρίβεσθαι est apud Cyrillum) ὑπὸ τῶν ὀδόντων καὶ τρίβεσθαι· καὶ τὰ ψαιστὰ, ὁμοίως. Ὁ δὲ Ἡρωδιανὸς (ἐν τῷ Συμποσίῳ addit Orion p. 167, 20) παρὰ τὸ ψῶ τὸ λεπτύνω· δηλοῖ γὰρ αὐτοῦ (corrige ἄρτου ex Orione) τοῦ εὐτελοῦς τὸ ἐλάχιστον. Photius : Ψωμός· ὡς ἡμεῖς, Ἐπίλυκος. Suidas : Ψ. ὁ ἄρτος.] Hom. Od. I, [374] de Polyphemo ebrio loquens et eructante : Φάρυγος δ' ἐξέσσυτο οἶνος Ψωμοί τ' ἀνδρόμεοι, Frusta carnis humanæ quam vorarat, λεπτὰ κόμματα τῶν ἀνδρομέων κρεῶν, Eust. [p. 1635, 29. Ad l. Homeri referenda gl. Hesychii : Ψωμοί· μέρη.] Et Athen. 4 : Μετὰ δὲ τὸ δεῖπνον σπονδὰς ἐποιοῦντο, οὐκ ἀπονιψάμενοι τὰς χεῖρας· ἀλλ' ἀποματτόμενοι τοῖς ψωμοῖς, Micis et frustulis quæ deciderant ex pane vel superfuerant ex cœna. Aliud exemplum habes in Ψώμισμα. [Aristot. Rhet. 3, 4 : Τοῖς παιδίοις ἃ τὸν ψ. δέχεται μὲν, κλαίοντα δέ. LXX Reg. 1, 28, 22 : Παραθήσομαι ἐνώπιόν σου ψωμὸν ἄρτου. Psalm. 147, 6 : Βάλλοντος κρύσταλλον αὐτοῦ ὡσεὶ ψωμούς. Prov. 9, 13 : Γυνὴ ... ἐνδεὴς ψωμοῦ γίνεται. Polyb. 31, 4, 6. G. D. Translate Nicet. Choniat. Hist. p. 732, 9 Bonn., de globis flammarum ex incendio emicantibus : Ψωμοὶ πυρός. Hase.]

Ψώρα [De accentu Arcad. p. 101, 17], ἡ, Scabies; Asperitas summæ cutis, ex ea furfures eliciens, cum pruritu et colliquatione corporis. [Per κνησμονὴ exp. Suidas. Etym. M. p. 819, 48 : Ψώρα παρὰ τὸ ψῶ· οὗ παράγωγον, ψαύω· ἐπειδὴ οἱ τῷ πάθει συνεχόμενοι τούτῳ πολλὴν ἔχουσιν ὁρμὴν πρὸς τὸ ψᾶν (ψαύειν Orion p. 168, 2) τε καὶ κνήθειν τὰ πεπονθότα τοῦ σώματος μέρη. Ψώρα a longo dici, ut χώρα et ὥρα, annotavit idem p. 823, 23.] Ac asperitas quidem illi cum Lepra communis est, ut et pruritus et colliquatio corporis : differentia vero in eo est, quod in Psora summam cutem potius occupet, in Lepra vero altius descendat : quodque per Psoram cutis furfuracea quædam corpora remittit, per Lepram vero in squamas resolvitur. Paulus Ægin. Psoram quidem varie figuratam videri ait, Lepram autem circularibus magis erosionibus cutem depascere. Porro omnes, quotquot mihi videre licuit Græcorum interpretes, ψώραν interpretati sunt Scabiem : Plinium, credo, secuti, qui 20, 1, scribit, Radix cucumeris arida cum resina impetiginem et scabiem, quæ Psoras et Lichenas vocant, sanat. Quanquam Idem 20, 17, Scabiem et Psoram videtur distinguere, scribens tragoriganum facere ad scabiem, pruriginem, psoras, in descensione balinearum. Atque adeo frequentius Græco vocabulo Psoræ utitur, quam Latino Scabiei : ut cum alibi, tum initio l. 23 : Lacryma (inquiens) vitium, quæ veluti gummi est, lepras et lichenas et psoras nitro ante præparatas sanat. Videntur certe Græci, si Psora Latinis Scabies sit, de Psora non plene tractasse. Siquidem Cornelius Celsus rubicundum esse tumorem in scabie prodidit : unde facile intelligitur ex melancholico humore nasci. Celsoque consentanea scripsit Avicennas. Præterea ex cute pustulas prodire per scabiem dicit, quasdam humidiores, quasdam sicciores, et exire in quibusdam saniem, fierique ex his continuatam exulcerationem, et serpere in quibusdam cito. Quas tamen in psora differentias pustularum nemo Græcorum annotavit : non neglexit autem Avicennas, scabiem suam in excorticatam et non excorticatam, in humidam et siccam, in fœdam et non fœdam, distinguens. Sed puto equidem Græcos de psora locutos non tam nova et recenti, ut pruritus adhuc esse videatur (quem a sanguine bilioso excitari manifestum est), sed nec tam multum a pruritu discedente, tamque longe progressa ut proxime ad lepram accedat. Quo tempore non jam simplex est psora, sed ἀγρία, quam feram scabiem Celsus vocat; tunc enim in squamas resolvitur, exulceratur, serpit, pustulas et saniem emittit, supraque psoræ modum exulceratur. Hæc Gorr. inter alia. [Galen. Defin. med. vol. 2, p. 270 : Ψ. ἐστὶ δριμυτάτου ῥεύματος γιγνομένη ἀνάβρωσις ταρσῶν ἢ κανθῶν μετὰ κνησμοῦ. De caussis ejus et remediis Galenus locis multis, quos collectos vide in Kühnii Indice vol. 20, p. 499, aliique medici agunt.] Pollux 4, [194] : Ψώρα, ἑλκώδης, ὑπέρυθρος, ἐξανθήσεις ἔχουσα ἐν αὐτῇ. Suidæ est κνησμονὴ, Pruritus : procul dubio derivanti ipsum ex ψῶ significante κνήθω, i. e. Scabo s. Scalpo. Vide et Ψωρίασις. [Herodot. 4, 90 : Ψώρην ἀκέσασθαι. Hermipp. ap. Athen. 1, p. 29, F : Παρὰ Σιτάλκου ψώραν Λακεδαιμονίοισι. Plato Phil. p. 46, A : Τὰς τῆς ψώρας ἰάσεις. Theophr. De sudor. § 14. Lucian. Bis acc. c. 34 : Οἱ τὴν ψ. ἡδέως κνώμενοι. Manetho 5, 251 : Ψώρην καὶ λέπρην. Alciphro 3, 41 : Ψώρας ὑπόπλεα. LXX Levit. 26, 16 :

Επιστήσω ἐφ' ὑμᾶς τὴν ἀπορίαν τήν τε ψώραν· 21, 20 : Ἄνθρωπος ᾧ ἂν ᾖ ἐν αὐτῷ ψώρα ἀγρία· et dat. ψώρᾳ ἀγρίᾳ. Conf. Ψωραγριάω. Ψ. ἵππων Polyb. 3, 88, 1; Geopon. 16, 18; προβάτων Alciphro 3, 41; βοῶν Geopon. 17, 24; καμήλου 16, 22, 1; βοσκημάτων ψώρας Theophr. H. Pl. 9, 9, 4. G. Dind. De scabie equorum Hippiatr. p. 186, 28; 187, 21; 192 1 et 7 : Τὴν ψ. σιδήρῳ ἀποξύσας. Hase.] || Arboribus etiam tribuitur ψώρα, et inter has peculiariter ficui. Theophr. H. Pl. 4, 16 [4, 14, 3] : Ἡ δὲ ψώρα καὶ οἱ προσφυόμενοι κοχλίαι, συκῆς εἰσιν. [Ib. § 5; C. Pl. 5, 9, 1, 12.] Plin. 17, 24 : Scabies communis omnium est; impetigo et quæ adnasci solent cochleæ, peculiaria ficorum vitia. Ubi nota eum ψώραν vocare non Scabiem, sed Impetiginem : similiter vero eædem arbores ψωριᾶν dicuntur pro Psora laborare. [Ψώρη ἐλαίης καὶ δάφνης dicitur Hippocr. oleæ et lauri scabies, hoc est muscus oleæ trunco adnatus, p. 582, 47 et 658, 11, quum ψώρην ἐλαίης καὶ δάφνης ad vulvæ procidentiam ex pesso adhibet. Rursus p. 641, 43, ψώρας ἐλαίης ad fluorem muliebrem ex suffitu utitur. Quem locum indicare mihi videtur Erotianus (p. 388), quum corrupte φῶρας ἐλαίης apud Hippocr. pro ψώρας legit et τῆς μὴ πεπείρου, ἀλλὰ δι' ὠμότητα τραχείας exponit. Idem p. 639, 36, ψώρας ἀγριελαίης oleastri aut oleæ silvestris scabie aut musco cortici adhærescente utitur ad profluvium muliebre. Sic scribit Dioscor. 1, 138, sanguinis eruptiones ac muliebre profluvium admotum oleastri succum inhibere. Foes.] || Apud recentiores Græcos ψώρα est etiam Bestiolæ cujusdam nomen; scribit enim schol. Nicandri [Ther. 760], τὸν κρανοκολάπτην esse similem τῇ φαλαίνῃ : quam φάλαιναν sua ætate ψώραν vocatam fuisse : vel etiam esse eam bestiolam, quæ suo tempore ψυχὴ nominabatur : sunt qui πυραύστην esse velint.

[Ψωραγρία. V. Ψωραγριάω.]

[Ψωραγριάω.] Ψωραγριῶντες, pro Scabiem habentes, affertur ex Levit. 22. Id tamen in Complut. edit. non reperio, sed paulo aliis verbis legitur, Ἄνθρωπος ᾧ ἐὰν ᾖ ἐν αὐτῷ ψώρα ἀγρία ἢ λειχήν, Scabies fera aut impetigo. Forsan igitur ex alio loco desumptum est illud participium; nec enim suspectum habeo, quippe quod manifestum sit compositum esse ex ψώρα et ἀγρία : facto primum ex iis ψωραγρία pro ψώρα ἀγρία, Scabies fera; deinde verbo ψωραγριάω, Laboro scabie fera. Inde autem partic. ψωραγριῶν. [Verba ab HSt. allata non Levit. 22, 22, sed Levit. 21, 20 leguntur, ut s. v. Ψώρα diximus. Verbum vero ψωραγριᾶν legitur 22, 22 : Ἢ μυρμηκιῶντα ἢ ψωραγριῶντα ἢ λειχῆνας ἔχοντα. « Jo. Chrys. t. 9, p. 728, E : Οὔτε ὠτότμητον οὔτε κολοβόκερκον οὔτε ψ. » Hase.]

Ψωραλέος, έα, έον, Scabiosus. Xen. Cyrop. 1, p. 9 [c. 4, 11] : Ζῶα μικρὰ καὶ ψωραλέα. [Longus 3, 29 : Ψ. βοῶν ζεῦγος. Cyrillus : Ψωραλέα· ἡ ψωριῶσα.] Apud Hesych. vero legimus etiam ψωραλέοντα, quod exp. ψωριῶντα. [Vitiose pro Ψωραλέον· τὸν ψωριῶντα. G. D. Jo. Chrys. t. 1, p. 392, C; t. 9, p. 296, B : Λεπτὸς καὶ ψ. Id. t. 11, p. 7, B; p. 697, C : Τὰ ψ. τῶν προβάτων. Euseb. Hist. eccles. p. 39, D : Λοιμώδους καὶ ψ. νόσου. Hase.]

[Ψωράνθεμις, ιδος, ἡ, herba quædam, roris marini species, apud Appulei. De herb. c. 79.]

[Ψωράριος. V. Ψωρός.]

[Ψωράω. V. Ψωριάω.]

Ψωρίασις, εως, ἡ, Affectus s. Vitium ejusmodi, Scabies. [Galen. Defin. med. vol. 2, p. 276 : Ψ. ἐστι σκληρότης πολλὴ τοῦ ὀσχέου μετὰ ἐπιτεταμένου κνησμοῦ, ἔσθ' ὅτε δὲ καὶ ἕλκώσεως.] Diosc. 3, 7, de glycyrrhiza : Ἁρμόζει δὲ καὶ πρὸς ψωριάσεις τε κύστεως καὶ νεφρίτιδας πινόμενον μετὰ γλυκέος. Unde Plin. 22, 8 : Sanat et vesicæ scabiem, renum dolores. Idem Diosc. 1, 133, de licio : Ψωριάσεις δὲ τὰς ἐπὶ τῶν βλεφάρων, καὶ κνησμοὺς καὶ παλαιὰ ῥεύματα θεραπεύει. Ubi Plin. non amplius Scabiem interpr., sed Psoras, 24, 14. Nihilominus tamen ejus exemplo scabiem palpebrarum dicere possumus, quum ipse 23, 6, scribat, Fici succus lacteus pilos quoque detrahit, palpebrarumque scabiem emendat, item lichenas et psoras : ex Diosc. 1, 184. [Oribas. p. 327 ed. Matth. : Ψωριάσεις καὶ κνιφμούς. Theophan. Nonn. vol. 1, p. 208. G. D. Inter affectus oculorum refert quoque Galen. vol. 14, p. 767, 15. De scabie equorum Hippiatr. p. 12, 12; 13, 12; 147, 25; 148, 6; 235, 8; 236, 8; 261, 1. Depravatum, ut videtur, in *Spiriasis* ap. Aurel. De acutis pass. p. 20, 18 Daremberg. Hase.]

Ψωριάω, Scabie laboro, Scabie infestor. [Hippocr. p. 689, 8 : Ὁκόταν τὰ βλέφαρα ψωριᾷ.] Plut. [Mor. p. 126, B] : Τί γὰρ ὡς ἀληθῶς διαφέρει σατύρια προσάγοντα κινεῖν καὶ παροξύνειν τὸ ἀκόλαστον ἐπὶ τὰς ἡδονάς, ἢ τὴν γεῦσιν ὀσμαῖς καὶ καρυκείαις ἐρεθίζειν, ὥσπερ τὰ ψωριῶντα, κνησμῶν ἀεὶ δεῖσθαι καὶ γαργαλισμῶν. [Adde p. 1091, E. Ælian. N. A. 14, 4.] Diosc. 3, 168 : Στραγγουριῶσι καὶ ψωριῶσι τὴν κύστιν, Urinæ stillicidio et vesicæ scabie laborantibus. [Rufus p. 125 ed. Matth. : Ψωριῶσαι κύστεις, et ψωριῶντι ib. p. 292. Et de animalibus, ut in Geopon. 13, 4, 2; 18, 5, 4; 19, 3, 2.] Theophr. H. Pl. 4, 16 [14, 3] : Ὁ δ' ἐρινεὸς οὔτε σφακελίζει, οὔτε ψωριᾷ, οὔτε σκωληκοῦται. [Ib. 8, 10, 1 (ubi σπέρματα ψωριᾶν dicuntur), C. Pl. 5, 9, 10. Geopon. 10, 50.] Est enim et arboribus sua scabies s. ψώρα. [Hesych. s. v. Ψωραλέος citatus. Ἐψωριακότες Hermas Past. p. 12, 28; 16, 2; 87, 11. Atticos veteres non ψωριᾶν, sed ψωρᾶν dixisse notavit Mœris p. 419 : Ψωρᾶν Ἀττικοί· ψωριᾶν Ἕλληνες. Hinc Phot. Lex. p. 657, 17 : Ψωρᾶν καὶ βραγχᾶν δισυλλάβως λέγουσι. Similiter in aliis verbis in ᾶν vel ιᾶν variatur, de quibus v. Lobeck. ad Phryn. p. 80.]

Ψωρικὸς, ἡ, ὸν, Qui ex genere τῆς ψώρας est. Unde ψωρικὰ dicuntur scabiei s. psoræ genera, vel αὐτὴ ἡ ψώρα. Plutarch. Symp. 4, probl. ult. [p. 671, A] de sue : Ὑπὸ τὴν γαστέρα λέπρας ἀνάπλεων καὶ ψωρικῶν ἐξανθημάτων ὁρῶμεν· 8, 9 : Ὥσπερ οὐδὲ τὴν ἐλεφαντίασιν οἶομαι σφοδρότητα τῶν ψωρικῶν τινος τούτων οὖσαν. [Ib. p. 732, A.] || Item ψωρικὸς dicitur Faciens ad psoram, ut ψωρικαὶ σμήξεις, Diosc. 5, 118, Smegmata quæ ad psoram faciunt, s. Quæ ad exterendam cutis asperitatem et scabiem conficiuntur. Itidemque ψωρικαὶ ἔμπλαστροι ap. Eund. 187. Præterea Eidem ψωρικὸν est peculiare quoddam medicamentum, cujus descriptionem habes 5, 116, apud Celsum 6, 6; ap. Galen. quoque [vol. 13, p. 131 extr. : Ἐκ σηπεδόνος ἥ τε τῆς ζύμης (ὕλη) καὶ ἡ τοῦ ψωρικοῦ καλουμένου· et ibid. p. 428, 709. Ejus præparandi rationem tradit ib. p. 270.] Non autem nativa quæpiam materia est, sed ex metallis factitia, nec simplex, sed composita, a propria facultate nomen hoc sortita, quod contra psoras prosit, et cutis asperitates emendet. Et quamvis id medicamenti genus ψωρικὸν proprie dicatur, communi tamen signif. ψωρικὸν dici potest non id modo, sed aliud etiam quidvis eadem facultate præditum, a qua ψωρικαὶ δυνάμεις, uti et λεπρικαὶ, a Galeno appellantur. Inde etiam Scrib. Largus [Compos. 32] Psorici nomen Collyrio quidam indidit, non tam forte quod psoricum recipiat, quam quod oculorum aspritudini medeatur. Gorr. [Leo philos. Consp. med. p. 213, 17 Ermerins. : Τοῖς ψ. ἐπιχρίσμασι. De medicamento ψωρικῷ Oribas. t. 2, p. 520, 2; 723, 4. Hase.]

[Ψωρίς· ὄνομα πόλεως, Suidas, vitiosa, ut videtur, scriptura deceptus pro Ψωφίς. G. Dind.]

[Ψωριώδης, ὁ, ἡ, Scabiosus. Jo. Lydus De ostent. p. 33, 129.]

[Ψωροειδὴς, ὁ, ἡ, Scabidus. Alex. Trall. 9, p. 550. Et] Ψωρώδης, Scabiosus, Scabidus, Scaber. [Etym. M. p. 232, 42 : Ψωρώδεις κανθοί. Rufus p. 227 : Ψωρώδεις ἢ λεπρώδεις. Oribas. p. 119, 313, 327 ed. Matth. Galen. vol. 13, p. 428 : Τὰ τὰς ψ. διαθέσεις ἐν τοῖς βλεφάροις ἰώμενα. Theoph. Nonn. vol. 1, p. 34.]

[Ψωροπέταλος, ὁ. V. Ψωρός.]

Ψωρὸς, ὰ, ὸν, quoque reperitur pro Scaber, ψωρώδης. Apud Diosc. vero 5, 139, de coralio : Τὸ δὲ λιθῶδες τῇ συγκρίσει καὶ τῇ χρόᾳ ψωρὸν, φαῦλον οἰητέον εἶναι, Ruell. vertit Scrupulosum; Plin. autem Scabrosum. Sic enim ille 32, 3 : Probatissimum quammaxime rubens, et quamramosissimum, nec scabrosum aut lapideum. [Ψωρὸς, Ψωράριος, Scabiosus, Scaber, Gl. Lysimach. ap. Joseph. Contra Apion. 1, 34 : Τὸν λαὸν τῶν Ἰουδαίων, λεπροὺς ὄντας καὶ ψ. Hase.]

|| Ψῶρος, autem Hesychio est παιδεραστὴς, Pædico : apud quem et Ψωροπέταλοι, ἰχθύες εὐτελεῖς, Viles pisciculi.

[Ψῶρος, ὁ, Psorus, n. pr. viri in tit. ex conjectura Le Bas. *Revue arch.* a. 1844, p. 719. Hase.]

Ψωροφθαλμία, ἡ, Lippitudo scabra, Aspritudo oculorum : quæ non aliud est quam oculi psoriasis, orta ex salso quodam et nitroso humore, comitata angulorum exulcerationibus, ruboribus, pruritibus, rubentibus etiam palpebris, et lacrymis salsis nitrosisque ex oculis stillantibus. Differt autem ἀπὸ τῆς ξηροφθαλμίας asperitate, et reliquorum fere symptomatum magnitudine. Gorr. [Numero singul. et plurali ap. Paulum Ægin. 3, 22, p. 73, 10; Theoph. Nonn. vol. 1, p. 208. G. D. Leo philos. Consp. med. p. 82, 9 Ermerins. Galen. vol. 14, p. 766, 5; 767, 6. Hase.]

[Ψωροφθαλμιάω, Lippitudine scabra oculorum laboro. Memoravit HSt. s. v. Γλαυκιάω. Ψωροφθαλμιῶντας ap. Galen. vol. 10, p. 586, in lemmate capitis.]

[Ψωρώδης. V. Ψωροειδής.]

[Ψῶσαι. V. Ψῶ.]

[Ψώσματα· παρὰ Ἀριστωνύμῳ πέπαικται ἡ λέξις τῇ Βοιωτῶν διαλέκτῳ, gl. obscura Hesychii.]


Ψωφὶς, ἴδος, ἡ, Psophis. Steph. Byz. : Ψ., πόλις Ἀρκαδίας ἀπὸ Ψώφιδος τοῦ Λυκάονος, ὑφ' οὗ φασι τὸ παλαιὸν ἐκτίσθαι αὐτὴν, ἢ ἀπὸ Ψωφῖδος τῆς Ἔρυκος θυγατρός. Ἔστι καὶ ἑτέρα πόλις Ψωφὶς Ἀκαρνανίας, ἡ παλαιὰ (corr. πάλαι) λεγομένη ... (supple Φήγεια ex Steph. s. v. Φήγεια). Ἔστι καὶ τρίτη τῆς Ἀχαΐας. Ὁ πολίτης ὤφειλεν εἶναι Ψωφίτης, τῷ τύπῳ τῶν εἰς ις ληγόντων· ἀλλὰ γέγονεν ἀπὸ τῆς γενικῆς, ὡς τῆς Ἀρκάδος Ἀρκάδιος καὶ τῆς Αὐλίδος Αὐλίδιος, οὕτω Ψωφῖδος Ψωφίδιος. Ἑκαταῖος Γενεαλογιῶν δευτέρῳ « Κάπρος ... Ψωφιδίους κακὰ πολλὰ ἔοργεν. » Ἔστι καὶ ἑτέρα Ψωφὶς, πόλις Λιβύης. Ὁ πολίτης Ψωφίτης τῷ τῆς χώρας τύπῳ. Λέγεται δὲ καὶ ἡ Ζάκυνθίων ἀκρόπολις Ψωφὶς, ὡς Παυσανίας φησὶν ὀγδόῳ (c. 24, 3) Περιηγήσεως. Ex his præ ceteris celebrata Ψωφὶς Arcadiæ, memorata ab Theophr. H. Pl. 9, 15, 6, Pausania 8, 23, 9, Ptolemæo 3, 16, Polybio 4, 70—72, aliisque, sæpe vitioso in libris accentu Ψωφίδος, ίδι, ίδα. Ἀλκμαίων ὁ διὰ Ψωφῖδος inscripta fuit Euripidis tragœdia. Diversas de conditoribus narrationes exponit Pausan. 8, 24, 1 : Ψωφῖδος οἱ μέν φασιν οἰκιστὴν γενέσθαι Ψώφιδα τὸν Ἄρρωνος τοῦ Ἐρυμάνθου τοῦ Ἀρίστα τοῦ Παρθάονος τοῦ Περιφήτου τοῦ Νυκτίμου· τοῖς δέ ἐστιν εἰρημένα θυγατέρα Ψωφῖδα εἶναι Ξάνθου τοῦ Ἐρυμάνθου τοῦ Ἀρκάδος. Τάδε μὲν οὖν οὕτω κατὰ τὴν Ἀρκάδων ἐς τοὺς βασιλέας ἔχει μνήμην· ὁ δὲ ἀληθέστατος τῶν λόγων ἐστὶν Ἔρυκος τοῦ ἐν Σικανίᾳ δυναστεύσαντος παῖδα εἶναι τὴν Ψωφῖδα· ἣ ... ἐς τὸν οἶκον οὐκ ἠξίου, καταλείπει δὲ ἔχουσαν ἐν τῇ γαστρὶ παρὰ Αυκόρτᾳ, ξένῳ μὲν ὄντι αὐτοῦ, παροικοῦντι δὲ ἐν πόλει Φηγέᾳ, πρὸ δὲ τοῦ Φηγέως τῆς βασιλείας Ἐρυμάνθῳ καλουμένῃ. Ἐπιτραφέντες δὲ αὐτόθι Ἐχέφρων καὶ Πρόμαχος Ἡρακλέους τε ὄντες καὶ τῆς γυναικὸς τῆς Σικανῆς, μετέθεντο τῇ Φηγείᾳ τὸ ὄνομα Ψωφῖδα ἀπὸ τῆς μητρός. Adjectivum Ψωφίδιοι, οἱ, ap. Polyb. 4, 71, 13; 72, 8, Pausan. 5, 24, 2; 6, 16, 5 et 7, 8, 23, 9. Ὄρος Ψωφίδιον Glaucus Anth. Pal. 9, 341. « Ex numis etiam ΨΩΦΕΙΔΙΩΝ excitat Eckhel. Doctr. num. 1, 2, p. 197, et ΦΩΦΙΣΙΩΝ in Numis vett. anecd. vol. 1, p. 141, nisi posterius est vitium, ut Ψωφίλιοι in libris Æliani V. H. 2, 33. Penultimam in Ψωφῖδος (et secundam in Ψωφίδιος) producunt poetæ. V. Ovid. Metam. 5, 607, et quæ ibi notantur. » Tzschuck. ad Melam vol. 3, 2, p. 245. Corrupte etiam apud Zonaram p. 1880 : Ψωφιλία χώρα καὶ Ψωφίλιοι. Quæ Suidæ illata nunc codicum auctoritate deleta sunt. Ψωφίλιοι, ἔθνος apud Cyrillum.]

[Ψώχεμμις, ιος, ἡ, Psochemmis. Steph. Byz. : Ψ., πολίχνιον Αἰγύπτου. Ἀρτεμίδωρος ἐν ὀγδόῳ Γεωγραφουμένων « καὶ Περίκερμις ἐκ δεξιῶν μερῶν καὶ Θαλαβαύδη καὶ Ψ. » Τὸ ἐθνικὸν Ψωχεμμίτης τῷ ῥηθέντι λόγῳ ἐν τῷ Ψιττάχεμμις.]

[Ψωχμὸς, ὁ, Comminutio. Athanas. vol. 1, p. 839.]

[Ψωχὸς s. Ψῶχος, ὁ. HSt. s. v. Ψώχω :] At Ψωχὸς, Hesych. pro γῆ ψαμμώδης, Terra arenosa : ut et Suid., apud quem προπερισπωμένως scriptum ψῶχος [sine accentu apud Photium] : afferentem itidem ψώχοντες pro θρύπτοντες, λεπτύνοντες, In frusta conterentes et comminuentes, Attenuantes, In tenuia frusta redigentes.

Ψώχω etiam ex ψῶ significante λεπτύνω derivatum est, ut Eustath. [p. 1635, 29; 1071, 9] tradit et Hesych., qui tamen non solum exp. λεπτύνω, verum etiam πλύνω [et ξαίνω] : itidemque ψώχοντες non solum λεπτύνοντες, sed etiam πλύνοντες, item ἀναξαίνοντες. [Per τρίβοντες exp. Cyrillus, per θρύπτοντες, λεπτύνοντες Photius et Suidas.] Affert Idem præterea ψώχειν pro ἀνακινεῖν, ἀνατρίβειν. [Etym. p. 818, 44 : Ψώχοντες· δρύπτοντες, λεπτύνοντες· ubi cod. Voss. addit : Γίνεται δὲ ὥσπερ ἀπὸ τοῦ σμῶ τὸ καθαίρω παράγωγον σμήχω, οὕτω καὶ ἀπὸ τοῦ ψῶ, ὃ σημαίνει τὸ ἠρέμα ὁμαλίζω καὶ κολακεύω, ψήχω, τὸ ὁμαλῶς ἅπτομαι, καὶ καταψήχω, καὶ τροπῇ τοῦ μακροῦ εἰς μακρὰν ψώχω. Legitur apud Lucam 6, 1 : Ἡσθιον ψώχοντες τοὺς στάχυας ταῖς χερσί. Unde Epiphan. vol. 1, p. 158, D : Τίλλουσι στάχυας σαββάτῳ καὶ ψώχουσι καὶ ἐσθίουσι. Idem usus verbi Σώχω, quod v. Cum ψώχω id comparat Etym. M. p. 742, 9. || Forma media Nicand. Th. 629 : Αὖά τε θύμβρης στρομβεῖα ψώχοιο· quod schol. exp. περιφερῆ καρπὸν λείωσον.]



[nota vigesimæ quartæ apud Græcos literæ, quam recentiores grammatici ω μέγα, ut O ο μικρὸν, vocarunt, veteres simpliciter ὦ nominarunt, ut Callias ap. Athen. 10, p. 453, D : Φῖ, χῖ τε τῷ ψῖ εἰς τὸ ὦ· et Plato Crat. p. 393, D : Ὥσπερ τῶν στοιχείων οἶσθα ὅτι ὀνόματα λέγομεν, ἀλλ' οὐκ αὐτὰ τὰ στοιχεῖα, πλὴν τεττάρων, τοῦ τε ε καὶ τοῦ υ καὶ τοῦ ο καὶ τοῦ ω, τοῖς δ' ἄλλοις φωνήεσί τε καὶ ἀφώνοις οἶσθα ὅτι περιτιθέντες ἄλλα γράμματα λέγομεν, ὀνόματα ποιοῦντες. Et Theæt. p. 203, C : Σ καὶ ω... ἐστὶν ἡ πρώτη συλλαβὴ τοῦ ἐμοῦ ὀνόματος· Phædr. p. 244, D : Οἰονοητικὴν ἐπωνόμασαν, ἣν νῦν οἰωνιστικὴν τὸ ω σεμνύνοντες οἱ νέοι καλοῦσιν. Codices in hujusmodi locis plerumque non nomen literæ exprimunt, quod ὦ in versu Calliæ scribitur, sed solam figuram literæ, plerumque lineola superposita ō, et rectius quidem, ut ex verbis Platonis apparet. Est autem ω inter literas ab Simonide inventas : nam antiquitus ο et breve et longum eodem signo O exprimebatur, superscripta interdum literæ longæ lineola, Ō : v. schol. Dionys. Thr. in Bekk. Anecd. p. 780, Villois. Proleg. ad Hom. Il. p. v, Franz. Elem. Epigr. p. 23. Exempla literæ longæ per O expressæ supersunt in titulis antiquioribus, velut Theræis, quæ ad Solonis et Pisistrati tempora spectant. Ab Atheniensibus Ω, etsi non hac forma, sed antiquiore Ѡ, cum septem aliis alphabeti Ionici literis auctoritate publica est introductum archonte Euclide olymp. 94, 2 (quæ τὰ γράμματα τὰ ἀπ' Εὐκλείδου ἄρχοντος dicuntur) : nam privatim jam ante tempus illud aliquem literarum illarum usum fuisse inscriptionum exempla plura docent et e locis Platonicis supra appositis colligi potest], quoniam ultimum in literarum serie locum tenet, pro Fine ponitur ab Joanne Apost. Apoc. 1, [8] : Ἐγώ εἰμι τὸ Α καὶ τὸ Ω· subjungit enim, velut exponens, ἀρχὴ καὶ τέλος, Ego sum A et Ω, principium et finis. Paulo post autem, Ἐγώ εἰμι τὸ Α καὶ τὸ Ω, ὁ πρῶτος καὶ ὁ ἔσχατος, Ego sum A et Ω, primus et ultimus. Sed illa repetitio in plerisque exemplaribus non habetur; atque adeo vetus Interpres eam non agnoscit. Sunt qui putent proverbiale id loquendi genus fuisse, qua de re dubito; sed utut sit, usurpatum ab Apostolo fuisse puto ad exprimendum quiddam quod de sola æternitate dici potest. Vide doctissimi Interpretis Annott., in quibus merito ab Erasmo de illa dicendi formula dissentit. Apud Martial. [5, 26] certe « A penulatorum » alio sensu dicitur, sc. pro Primo et præcipuo.

|| Ω ubi numeralis est nota, numerum Octingentorum indicat, litera ρ indicante Centum, litera σ, Ducenta : et ita crescente semper in sequentibus numero : solet autem plerumque scribi ϖ superposita lineola, quum numeralis nota est. Invenitur et ω′ : quorum utrumque observatur et in unaquaque ceterarum literarum quum numerum indicant.

|| Ὦ in conjunctivo modo, pro πέμψω, Mittam, ab ἵημι : sicut ἐφῶ ab ἐφίημι, et ἀφῶ ab ἀφίημι dicitur. Meminit Eust., nullum tamen exemplum illius simplicis ὦ afferens, sicut nec compositorum : quorum alioqui frequentior est usus. || Item Ὦ pro πληρῶ, vide ap. Eund. p. 1626. || At vero ῷ habens etiam ι subscriptum, dativus est articuli ὅς, de quo dictum fuit supra. [Quæ hic sequuntur, suo loco inseruimus s. v. Ὅς vol. 5, p. 2267. Post quæ pergit HSt. :] Quum autem dicunt ᾧ μὲν, ᾧ δὲ, tunc postpositivo articulo utuntur pro præpositivo; perinde enim est ac si dicerent τῷ μὲν, τῷ δὲ, i. e. Uni quidem, alteri vero : veluti quum ita loquimur, Uni quidem hoc dedit, alteri vero illud. Sed interdum repetitur ᾧ δέ : ut in hoc Luciani loco [Timon. c. 57] : Διαδιδοὺς ἅπασιν, ᾧ μὲν, πέντε δραχμάς· ᾧ δὲ τάλαντον· ᾧ δὲ, μνᾶν. Sic quoque ἐφ' ὧν μὲν, ἐφ' ὧν δὲ, ap. Diosc. Invenitur etiam ὃς μὲν, ὃς δὲ, pro ὁ μὲν, ὁ δέ : eodemque modo in neutro genere, ὃ μὲν, ὃ δέ· ut Matth. 13, [8] : Καὶ ἐδίδου καρπὸν, ὃ μὲν ἑκατὸν, ὃ δὲ ἑξήκοντα, ὃ δὲ τριάκοντα. Apud Marcum autem hunc usum præstat particula ἓν, 4, [8] : Καὶ ἔφερεν ἓν τριάκοντα, καὶ ἓν ἑξήκοντα, καὶ ἓν ἑκατόν· quum antea dixisset ὃ μὲν, et paulo post, ἄλλο δὲ, rursum καὶ ἄλλο. || Ὦ conjunctivi modi, est ab εἰμὶ, Sum. Est autem ὦ, Sim. Sec. pers. ἦς, Sis. Tert. pers. ᾖ, Sit. Pro quo ὦ Iones dicunt Ἔω. [V. Εἰμί.]

Ὦ autem adverbium, interdum est vocantis, s. inclamantis [Ὦ vocativum articuli ὁ esse multorum grammaticorum opinio fuit, memorata ab Apollonio De synt. p. 29, 25; 51, 28; 53, 21; 54, 27. Ipse eam improbat p. 69, 26, quia etiam ὦ οὗτος dicatur, cui pronomini non præponatur articulus. Improbavit etiam Herodianus, ex quo Arcadius p. 200, 17 : Τὸ ὦ ψιλοῦται· οὐ γὰρ ἄρθρον, ἀλλ' ἐπίρρημα κλητικόν. Copiosius illos refutant schol. Dionysii Thr. in Bekk. An. p. 903, et Helladius ap. Photium Bibl. p. 530, 14—31, recte ὦ appellantes ἐπίρρημα κλητικόν. Alteram opinionem sequitur Hesych. : Ὦ· ἄρθρον κλητικῆς πτώσεως, οἷον, ὦ ἄνθρωπε. Conjungitur autem plerumque cum vocativo, sæpe tamen etiam cum nominativo nominum, adjectivorum, participiorum. Cum vocativo], ut Aristoph. Nub. [223] : Ὦ Σώκρατες, ὦ Σωκρατίδιον· ad quæ verba respondet Socrates, Τί με καλεῖς, ὦ ἐφήμερε; (Paulo ante tamen habetur Σώκρατες, sine hoc adverbio. Itidemque in hoc ejusdem comœdiæ loco [80] : Φειδιππίδη, Φειδιππίδιον· ad quæ respondet, Τί ὦ πάτερ;) Interdum autem non est vocantis, sed potius invocantis, idque cum admiratione : de quo usu dicetur aliquanto post. Interdum, et quidem sæpe, adhibetur simpliciter interrogationi, s. compellationi [quæ vel initio orationis ponitur, vel

post verba aliquot interponitur, ut sæpissime apud oratores ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι vel ὦ Ἀθηναῖοι, ὦ ἄνδρες δικασταὶ vel ὦ δικασταὶ, et quæ sunt alia plurima hujusmodi]. Hom. [Il. M, 169 : Ὦ φίλοι, Ἀργείων ὅς τ' ἔξοχος ὅς τε μεσήεις·] Od. P, 375 : Ὦ ῥίγνωτε συβῶτα, τίη δὲ σὺ τόνδε πόλινδε Ἄγαγες; vel Ὦ ῥίγνωτε. Est autem interrogatio objurgatoria, i. e. cum objurgatione conjuncta. Apud Hom. Il. P, [139] legimus, Ὦ πέπον, ὦ Μενέλαε διοτρεφὲς, οὐκέτι νῶϊ Ἔλπομαι αὐτῷ περ νοστησέμεν ἐκ πολέμοιο. [Hesiod. Op. 27 : Ὦ Πέρση, σὺ δὲ ταῦτα τεῷ ἐνικάτθεο θυμῷ (et similiter v. 274), eadem collocatione verborum qua v. 248 : Ὦ βασιλεῖς, ὑμεῖς δὲ καταφράζεσθε κτλ. Ib. 641 : Τύνη δ', ὦ Πέρση, ... Æsch. Sept. 69 : Ὦ Ζεῦ τε καὶ γῆ καὶ πολισσοῦχοι θεοί· 118 : Ὦ Ζεῦ πάτερ. Et sic alii quivis. « Herodot. 1, 32 : Ὦ Κροῖσε· 1, 87 : Ὦ βασιλεῦ, et frequenter alibi. Ubi vocativus quem præcedit ὦ particula, incipit a vocali α ibi α absorbetur. Sic ὤνθρωπε, sive ὦ 'νθρωπε 1, 35; 8, 125. Similiter ὤναξ sive ὦ 'ναξ 1, 159; 4, 150, 155; 7, 141, libris inter ὤναξ, ὦ ναξ et ὦ 'ναξ variantibus.» Schweigh. Eadem crasis non solum frequentissima apud poetas, sed etiam in prosa oratione reperitur in vocabulis multo usu tritis, velut ὦ 'γαθὲ, quod plurimi pleno ὦ ἀγαθὲ videntur prætulisse. Contra ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ὦ ἄνδρες δικασταὶ constanter dixisse videntur oratores, non ὤνδρες.] Aristoph. Pl. [343] : Ἀλλ' οὐδὲν ἀποκρύψας ἐρῶ, μὰ τοὺς θεοὺς, Ὦ Βλεψίδημ'· ἄμεινον ἢ χθὲς πράττομεν· ubi est Chremyli respondentis ad id de quo interrogabatur. Sic ap. Lucian. in Pisc. [c. 19] interroganti Philosophiæ qua esset patria, respondetur, Σύρος, ὦ Φιλοσοφία. Paulo ante autem dixerat ipsa Philosophia, Εἶτα δεδίατε, ὦ Ηλάτων, καὶ Χρύσιππε, καὶ Ἀριστότελες, μήτι ψεύσηται ὑπὲρ αὐτοῦ, ἀλήθεια οὖσα; quibus verbis respondet ad ista Aristotelis verba, Ὁρᾷς; προσεταιρίζεται καθ' ἡμῶν, ὦ Φιλοσοφία, τὴν ἀλήθειαν. Nonnunquam illo utuntur apud eos quibus aliquid jubent : ut ibid.: Ἕπεσθον, ὦ Ἐλευθερία, καὶ Παῤῥησία, μεθ' ἡμῶν. Nec vero propriis duntaxat nominibus præfigitur, sed et appellativis : iisque vel ejusmodi quibus honorifice aut certe blande aliquem compellamus, vel contra objurgationi s. increpationi accommodatis. In eodem Luciani opusculo [c. 17] quum dixisset Philosophia, Σὺ δ', Ἔλεγχε, αὐτοῦ περίμεινον, respondetur, Μηδαμῶς, ὦ δέσποινα· ἡκέτω δὲ καὶ οὗτος καὶ εἴ τις ἄλλος. Ibid.: Ὑμεῖς δὲ, ὦ φίλαι, ἐν τῇ ποικίλῃ τέως περιπατήσατε. Sic dicitur ὦ φίλε, et interdum ὦ φιλότης pro eodem : quo inter alios utitur Lucian. (Aliquando autem adjectivi aut etiam substantivi vocativo subjungitur nominis proprii vocativus. Exemplo esse possint, Ὦ φίλε Πῶλε, Ὦ φίλε Σώκρατες· et ὦ δέσποινα Φιλοσοφία, in eodem illo Luciani opusculo. Item, Ὦ παῖ Καρίων, τὰ στρώματ' ἐκφέρειν ἐχρῆν, Aristoph. Pl. 624.) [Longe usitatissimum est ὦ adjectivo et substantivo præpositum, ut Æsch. Prom. 1091 : Ὦ μητρὸς ἐμῆς σέβας· 577 : Ὦ Κρόνιε παῖ· 894 : Ὦ πότνιαι Μοῖραι· Sept. 147 : Ὦ φιλτάτα Λατογενὲς κόρα Διός· 255 : Ὦ παγκρατὲς Ζεῦ· 312 : Ὦ πολιοῦχοι θεοί. Et sic alii scriptores quivis. Non raro substantivum adjectivo præponitur, de quo dixerunt Schæfer. Melet. crit. p. 114, et Erfurdt. ad Soph. Ant. 738. Sic Soph. El. 622 : Ὦ θρέμ' ἀναιδές· 1161 : Ὦ δέμας οἰκτρόν· OEd. 58 : Ὦ παῖδες οἰκτροί. Eurip. Iph. T. 344 : Ὦ καρδία τάλαινα. Aristoph. Eq. 108 : Ὦ δαῖμον ἀγαθέ. Rarius in oratione prosa, ut ap. Platon. Phædro p. 244, A : Ὦ παῖ καλέ· Soph. p. 230, C : Ὦ παῖ φίλε (ut ὦ Ἰὰν φίλε Theocr. 7, 106)· Phileb. p. 53, C : Ὦ Πρώταρχε φίλε. Epist. Jacobi 2, 20 : Ὦ ἄνθρωπε κενέ. Porro ὦ inter adjectivum et substantivum collocatur, ut in exemplis partim ab Lobeck. ad Phryn. p. 565 allatis, Homer. Il. P, 716 : Ἀγακλεὲς ὦ Μενέλαε· Δ, 189 : Φίλος ὦ Μενέλαε. H. in Apoll. 14 : Χαῖρε, μάκαιρ' ὦ Λητοῖ. Aristoph. Nub. 1206 : Μάκαρ ὦ Στρεψίαδες, in cantico sublimiorem poesin imitante. Nam in vulgari Comicorum lingua et in oratione prosa nihil hujusmodi reperiri videtur : nisi quis, quæ quorundam opinio fuit, ap. Plat. Euthyd. p. 271, E : Θαυμάσι' ὦ Κρίτων πάνσοφοι ἀτεχνῶς, θαυμάσι' pro θαυμάσια accipere velit, quod θαυμάσια potius est, cum πάνσοφοι conjungendum, ut in codicibus multis plene scriptum. Inter substantivum et adjectivum Hom. Od. Θ, 408, Σ, 121, Υ, 199 : Χαῖρε, πάτερ ὦ ξεῖνε. Apoll. Rh. 4, 1411 : Δαίμονες ὦ καλαί. Crinag. Anth. Pal. 7, 636 : Ποιμὴν ὦ μάκαρ. Sic ap. Aristoph. Ach. 496 : Μή μοι φθονήσετ', ἄνδρες οἱ θεώμενοι, codex Rav. ὦ θεώμενοι, quod non præferendum. Inter duo substantiva vel nomina propria, Hesiod. Sc. 78 : Ἥρως, ὦ Ἰόλαε. Pind. Ol. 8, 1 : Μᾶτερ ὦ χρυσοστεφάνων ἀέθλων Οὐλυμπία. Æsch. Eum. 321 : Μᾶτερ, ἅ μ' ἔτικτες, ὦ μᾶτερ. Soph. Phil. 794 : Ἀγάμεμνον, ὦ Μενέλαε. Duplicati ὦ exemplum Homericum ὦ πέπον, ὦ Μενέλαε, supra attulit HSt. Ejusdem generis hæc sunt, Æsch. Eum. 754 : Ὦ Παλλὰς, ὦ σώσασα τοὺς ἐμοὺς δόμους. Soph. Phil. 799 : Ὦ τέκνον ὦ γενναῖον· 1128 : Ὦ τόξον φίλον, ὦ φίλων χειρῶν ἐκβεβιασμένον. Eurip. Ion. 112 : Ἄγ' ὦ νεηθαλὲς ὦ καλλίστας προπόλευμα δάφνας· Cycl. 266 : Ὦ κάλλιστον, ὦ Κυκλώπιον. Pompeius ap. Stob. Flor. 78, 7 : Δεῦτ' ὦ τέκν' ὦ στερχθένθ' ὅσον πλεῖστον θέμις. Aristoph. Eq. 726 : Ὦ δημίδιον, ὦ φίλτατον· Vesp. 1512 : Ὦ Καρκίν', ὦ μακάριε τῆς εὐπαιδίας· Eccl. 1129 : Ὦ δέσποτ', ὦ μακάριε καὶ τρισόλβιε· Pac. 1198 : Ὦ φίλτατ', ὦ Τρύγαιε. Sed Nub. 412 : Ὦ τῆς μεγάλης ἐπιθυμήσας σοφίας ὤνθρωπε παρ' ἡμῶν, probabilius est ἄνθρωπε, quod ex Diog. L. 2, 27 restitutum. Præmisso alio sine ὦ vocativo Thesm. 209 : Εὐριπίδη, ὦ φίλτατ', ὦ κηδεστὰ, μὴ σαυτὸν προδῷς. Interdum tribus pluribusque adeo allocutionis membris præmittitur, ut ap. Soph. Phil. 242 : Ὦ φιλτάτου παῖ πατρὸς, ὦ φίλης χθονὸς, ὦ τοῦ γέροντος θρέμμα Λυκομήδους· Tr. 1090 : Ὦ χέρες χέρες, ὦ νῶτα καὶ στέρν', ὦ φίλοι βραχίονες. Quater repetitum ap. Soph. Phil. 936 : Ὦ λιμένες, ὦ προβλῆτες, ὦ ξυνουσίαι θηρῶν ὀρείων, ὦ καταρρῶγες πέτραι. Comica exaggeratione octies ap. Aristoph. Av. 1271 : Ὦ Πεισθέταιρ', ὦ μακάρι', ὦ σοφώτατε, | ὦ κλεινότατ', ὦ σοφώτατ', ὦ γλαφυρώτατε, | ὦ τρισμακάρι', ὦ κατακέλευσον.] Alterius autem generis sunt hæc, [frequentia in comœdia et apud dialogorum scriptores], Ὦ μέλεε, Ὦ δαιμόνιε, Ὦ βέλτιστε, atque alia quæ ironice dicuntur. [Æsch. Prom. 999 : Τόλμησον, ὦ μάταιε· Sept. 370 : Πευθώ τιν' ἡμῖν, ὦ φίλαι, νέαν φέρει· 653 : Ὦ θεομανές τε καὶ θεῶν μέγα στύγος. Cum nomin. Æsch. Prom. 546 : Ὦ φίλος· 88 : Ὦ δῖος αἰθὴρ καὶ ταχύπτεροι πνοαί· et in locis Tragicorum non paucis ubi non tam alloquentis vel invocantis quam exclamantis est : quales v. infra sub Ὦ oxytono.] Sciendum est præterea participio jungi hoc adverbium, ut ap. illum Comicum [Pl. 268] : Ὦ χρυσὸν ἀγγείλας ἐπῶν· πῶς φῄς; πάλιν φράσον μοι. Dem. Pro cor. [p. 248, 10] : Ὦ λέγων εὐχερῶς ὅ,τι ἂν βουληθῇς, ubi tamen quidam fortassis malint ὦ scribere. [Æsch. Prom. 613 : Ὦ κοινὸν ὠφέλημα θνητοῖσιν φανείς. Aristoph. Vesp. 1096 : Ὦ πάλαι ποτ' ὄντες ἡμεῖς ἄλκιμοι μὲν ἐν μάχαις.]

|| Ὦ interdum etiam est admirantis, s. exclamantis, vel cum admiratione exclamantis : in quo usu duplicem construct. habet. Interdum enim, et quidem frequenter, vocativo jungitur nominis alicujus ex Deis, veluti quum dicitur ὦ Ἡράκλεις, s. ὦ Ἄπολλον, s. ὦ Ζεῦ. [Sic chorus ap. Soph. OEd. Col. 221, audito OEdipi nomine horroris significandi caussa exclamat, Ὦ Ζεῦ· et in simili caussa ib. 532. Et 1456 : Ἔκτυπεν αἰθὴρ, ὦ Ζεῦ· Phil. 1139 : Μυρί' ... ὃς ἐφ' ἡμῖν κάκ' ἐμήσατ', ὦ Ζεῦ. Aristid. vol. 1, p. 429, 17 : Τὰ τείχη κατέσκαψαν ταῖς ἡμετέραις αὐτῶν χερσὶν, ὦ Ζεῦ.] Plato Symp. fin.: Ὦ Ζεῦ, εἰπεῖν τὸν Ἀλκιβιάδην, οἷα αὖ πάσχων ὑπὸ τοῦ ἀνθρώπου, οἴεταί μου δεῖν πανταχῇ περιεῖναι. Aristoph. Nub. [153] : Ὦ Ζεῦ βασιλεῦ τῆς λεπτότητος τῶν φρενῶν· Plut. init.: Ὡς ἀργαλέον πρᾶγμ' ἐστὶν, ὦ Ζεῦ καὶ θεοὶ, Δοῦλον γενέσθαι παραφρονοῦντος δεσπότου. Dem. Pro cor. autem dixit, Δεινὸν μὲν, ὦ γῆ καὶ θεοί. Sic in Or. adv. Aristocratem : Εἶτ' οὐ δεινὸν, ὦ γῆ καὶ θεοὶ, καὶ φανερῶς παράνομον, κτλ. [Aristid. vol. 1, p. 429, 19 : Ὦ γῆ καὶ θεοὶ καὶ δίκαι. Similiter cum indignatione Aristoph. Ach. 225 : Ὅστις, ὦ Ζεῦ πάτερ καὶ θεοὶ, τοῖσιν ἐχθροῖσιν ἐσπείσατο.] Obiter autem has exclamationes, aut, si mavis, admirativas exclamationes, nota, Ὦ Ζεῦ, et Ὦ Ζεῦ βασιλεῦ· item Ὦ Ζεῦ καὶ θεοὶ, et Ὦ γῆ καὶ θεοί. Legimus vero ap. eund. Dem. in illa ipsa oratione, ista quoque, Ὦ γῆ, καὶ ἥλιε, καὶ ἀρετή. [Frequens hujusmodi exclamationum usus in tragœ-

dia potissimum et apud oratores, vocativo interdum iterato, ut ap. Soph. Aj. 694 : Ἰὼ ἰὼ Πὰν Πὰν, ὦ Πὰν Πὰν ἁλίπλαγκτε· Tr. 1031 : Ὦ Παλλὰς Παλλάς, τόδε μ' αὖ λωβᾶται· Phil. 797 : Ὦ θάνατε θάνατε· 1188 : Ὦ ποὺς πούς· Tr. 1089 : Ὦ χέρες χέρες· OEd. Col. 1099 : Ὦ πάτερ πάτερ· El. 120 : Ὦ παῖ παῖ δυστανοτάτας ματρός· OEd. T. 629 : Ὦ πόλις πόλις (ut ap. Aristoph. Ach. 27)· 1403 : Ὦ γάμοι γάμοι. Aristoph. Vesp. 323 : Ἀλλ', ὦ Ζεῦ Ζεῦ, μέγα βροντήσας. ...] Observandum est etiam Ὦ γῆ, sequente genitivo, ap. Aristoph. (ut ex eo attuli paulo ante, Ὦ Ζεῦ βασιλεῦ τῆς λεπτότητος τῶν φρενῶν) Nub. [364]: Ὦ γῆ τοῦ φθέγματος, ubi quidam interpr. O vocem admirandam. (Tale est ap. Xen. Ἡράκλεις, τῆς παραδοξολογίας, ubi observa omitti hoc adverbium ὦ, sicut et in isto Plat. loco omittitur ante Ἄπολλον, De rep. 6 : Ἄπολλον, ἔφη, δαιμονίας ὑπερβολῆς.) Altera autem construct. est cum præp. πρὸς, veluti quum dicitur ὦ πρὸς τῶν θεῶν. Cui simile est ap. Greg. Naz. : Ὦ πρὸς τῆς τριάδος αὐτῆς. Vide Πρός [vol. 6, p. 1834, ubi duo attulit Platonis exempla unumque Xenophontis. Soph. Aj. 371 : Ὦ πρὸς θεῶν ὕπεικε καὶ φρόνησον εὖ· OEd. T. 1037 : Ὦ πρὸς θεῶν, πρὸς μητρὸς, ἢ πατρὸς φράσον. Alexis ap. Athen. 15, p. 700, A : Ποῖος γάρ ἐστι φανὸς, ὦ πρὸς τῶν θεῶν ...; Demosth. p. 546, 10 : Καὶ τίνα, ὦ (nam sic scribitur) πρὸς τῶν θεῶν, ἔξετ' εἰπεῖν πρόφασιν; Plut. Mor. p. 397, D : Μὴ παίζε, εἶπεν, ὦ πρὸς θεῶν· et in initio orationis ib. p. 676, C. Ib. p. 722, C : Τί παθόντες, ὦ πρὸς Διὸς ...· 935, A : Ὦ πρὸς αὐτῆς τῆς σελήνης. Sed hæc exempla rectius ad ὦ oxytonum referuntur, idemque de aliis dicendum formulis obtestandi, in quibus codices inter ὦ et ὦ̃ variant, ut ὦ̃ νὴ Δία ap. Aristoph. Lys. 836; ὦ̃ νὴ τὸν Ἀπόλλω Eccl. 160. Et de ὦ̃ cum imperativo, Æsch. Ag. 22 : Ὦ χαῖρε λαμπτὴρ νυκτός· Suppl. 602 : Ὦ χαῖρε πρέσβυ. Soph. Aj. 91 : Ὦ χαῖρ' Ἀθάνα· et El. 666. Idem fragm. 58 : Βοᾷ τις, ὦ̃ ἀκούετε· 393 : Ὦ ἀμφ' ἐμοῦ στεῖλαι. Eur. El 112, 128 : Ὦ (ὦ Seidl.) ἔμβα ἔμβα (corr. βᾶ cum L. Dindorfio in Thesauro vol. 3, p. 800) κατακλάουσα. Aristoph. Lys. 1097 : Ὦ χαίρετ', ὦ̃ Λάκωνες. Imperativo postpositum ap. Soph. Ant. 1150 : Προφάνηθ' ὦ̃, Ναξίαις σαῖς ἅμα περιπόλοις. Nam sic scripturam codicis προφάνηθι Ναξίαις metri indicio correxit Musgr. Eur. Cycl. 51 : Ὕπαγ' ὦ̃ κεράστα.]

|| Ὦ οὗτος, Heus tu, Eja tu, vocantis, aut simpliciter compellantis : vide in Οὗτος. Invenitur et plur. Ὦ οὗτοι, quod Bud. putat alicubi accipi etiam pro O amici. [Ὦ post οὗτος Aristoph. Av. 274 : Οὗτος, ὦ̃ σέτοι (intellige καλῶ)· ubi alter respondet, Τί βωστρεῖς;]

|| Superest Ὠ oxytonum, quod interdum θαυμαστικὸν, interdum σχετλιαστικὸν est; aut etiam est ita θαυμαστικὸν ut simul aliquam σχετλιασμοῦ signif. inclusam habeat. [Hesych. : Ὠ, θαυμαστικῶς (vel θαυμαστικόν), λίαν, οἷον (Ep. ad Rom. 11, 33) « Ὠ βάθος πλούτου καὶ σοφίας καὶ γνώσεως θεοῦ. » Ὠ, ἐπίρρημα σχετλιασμοῦ. Etym. M. p. 79, 13 : Τὸ ὤ ἡνίκα θαυμαστικὸν λαμβάνεται, ὀξύνεται καὶ χωρεῖ εἰς ἐπιρρηματικὴν σύνταξιν, οἷον ὦ̃ Ἡράκλεις. Etym. Gud. p. 576, 40 : Ὦ κλητικὸν ἐπίρρημα· ὤ ὀξυνόμενον σχετλιαστικὸν, ὦ̃ τοῦ ἰδίου, ὦ̃ ἐγώ. Explicatius Thom. M. p. 930 (408 Ritsch.) : Τὸ ὦ̃ μετὰ τῆς κλητικῆς οὐδέποτε ὀξύνεται, εἰ καὶ ἔκπληξιν ὁ λόγος ἔχει καὶ θαῦμα, οἷον ὦ̃ Ἡράκλεις, ὦ̃ θαῦμα θαυμάτων. Οὐ γὰρ τὸ ὦ̃ μόνον ἐν τούτοις ἐμφαίνει τὴν ἔκπληξιν καὶ τὸ θαῦμα, ἀλλὰ μετὰ τῶν κλητικῶν. Ὅτε δὲ ἐπάγεται γενικὴ, ἐξ ἀνάγκης ὀξύνεται· τότε γὰρ πάντως ἢ σχετλιαστικόν ἐστιν, οἷον ὤ τῆς ἐμῆς ἀθλιότητος, ἢ θαυμαστικὸν, οἷον ὤ τοῦ ξένου μετάλλου. Διὸ καὶ τὴν γενικὴν ἔχει ἐπαγομένην λαμβανομένου ἔξωθεν τοῦ ἕνεκα. Oxytonum ὤ sæpissime servatum in quorumvis scriptorum codicibus, sed ab editoribus non raro in ὦ̃ mutatum : v. Brunck. ad Aristoph. Lys. 836 et Bast. ad Aristæn. p. 209, qui longa experientia edoctum se esse scribit libros mss. exacte servare discrimen grammaticorum inter ὤ et ὦ̃ : quod etiam HSt. observavit, ut apparet ex iis quæ infra dixit.] Quum admirativum est duntaxat, genitivo jungitur, nonnunquam nominativo. [Cum genit. Theocr. 15, 123 : Ὤ ἐβένω, ὤ χρυσῶ, ὤ ἐκ λευκῶ ἐλέφαντος αἰετῶ. Hipparch. ap. Athen. 11, p. 484, D : Ὤ περιβοήτου, φιλτάτη, λαβρωνίου.] Anthol. in Epigr. quodam Philodemi, p. 469 A meæ ed. [Anth. Pal. 5, 132] : Ὤ ποδὸς, ὤ κνήμης, ὤ τῶν ἀπόλωλα δικαίως Μηρῶν, ὤ γλουτῶν, ὤ κτενὸς, ὤ λαγόνων, Ὤ ὤμων, ὤ μαστῶν, κτλ. Lucian. Piscat. [c. 5] : Ὤ τῆς ἀναισχυντίας. Apud Eund. in Dial. qui Κατάπλους s. Τύραννος inscribitur [c. 21] : Ὤ καλῆς ναυτιλίας καὶ ἐπικερδοῦς τήμερον· ubi tamen ita est admirantis ut simul sit exultantis, s. præ exultatione exclamantis. Greg. Naz. : Ὤ τοῦ θαύματος. Latini autem suum O accusativo jungunt; ideoque ὤ τοῦ θαύματος reddendum fuerit, O rem miram, vel O miraculum. Apud Eund. : Ὤ θεοῦ τὸ μέλλον κηρύττοντος. [Aristæn. 1, 17 : Ὤ δυστρόπου γυναικὸς, ὦ̃ βαρβάρων ἠθῶν, ὤ ψυχῆς ἀνημέρου.] Cum nominativo autem [Æsch. Prom. 45 : Ὦ πολλὰ μισηθεῖσα χειρωναξία·] in hoc Juliani loco, in Ep. quadam ad Liban. [Ep. 14, p. 20 Heyl., ubi ὦ̃, sed cod. Leid. ὤ] : Ὤ λόγος, ὤ φρένες, ὤ σύνεσις, ὤ ἐπιχειρήματα, ὤ ἁρμονία, ὤ συνθήκη· hæc enim dicit, admiratione prosequens orationem Libanii; subjungitque, Μακάριος εἶ, λέγειν οὕτω, μᾶλλον δὲ φρονεῖν οὕτω δυνάμενος. Apud Eund. : Ὤ παρ' ἐλπίδα σεσωσμένος ἐγώ. [Aristæn. 1, 1 : Ὤ φύσεως τὸ κάλλιστον φιλοτέχνημα· ὤ γυναικῶν εὐκλεια.] Sed lectorem admonitum volo, inveniri etiam ὦ̃ scriptum pro hac signif. Ac memini profecto me aliquando conferentem vetera quorundam scriptorum exemplaria cum typographicis, invenire in illis ὤ, quum hæc haberent ὦ̃. Quod si quis hujus etiam scripturæ, in ea de qua nunc agitur signif., exempla postulet, quendam ei locum indicabo unde plurima petere possit. Is est ap. Greg. Naz. in Epitaph. Sororis. Ibi enim legimus in Ald. edit. [Or. 8, p. 226, C] : Ὦ πιναροῦ σώματος, καὶ ἐνδύματος ἀρετῇ μόνον ἀνθοῦντος· ὦ̃ ψυχῆς διακρατούσης τὸ σῶμα καὶ δίχα τροφῆς σχεδὸν, ὥσπερ ἄϋλον. Paulo post [D], Ὦ νυκτῶν ἀΰπνων. Quibus interjicitur ejusdem particulæ cum nominativo constructio : ubi scribit [ib.], Ὦ Δαβὶδ, ταῖς πισταῖς μόνον ψυχαῖς οὐ μακρὰ μελῳδήσας. Post quæ verba ad priorem illam construct. revertens, dicit, Ὦ μελῶν ἁπαλότητος ἐπὶ γῆς ἐῤῥιμμένων, καὶ παρὰ τὴν φύσιν τραχυνομένων. Et rursum cum nomin., Ὦ πηγαὶ δακρύων κτλ. Paulo post, Ὦ θερμότης πνεύματος. Item, Ὦ γυναικεία φύσις. Sic denique et in sequentibus unam construct. alteri intermiscet, ubique cum ὦ̃, non cum ὤ : sed ego non dubito quin reponi ubique hæc [codicum] scriptura debeat. Ὠ autem σχετλιαστικὸν genitivo itidem jungitur, ut [Arched. ap. Athen. 7, p. 294, B, et Apollod. ap. Stob. Flor. 121, 13 : Ὤ ταλαιπώρου βίου·] in hoc Pantelei v., Ὤ κενεοῦ καμάτοιο καὶ ἀπρήκτου πολέμοιο. Lucian. : Ὤ τῆς συμφορᾶς, O calamitatem. Sic dicitur ὦ̃ τῆς τύχης, et ὦ̃ τῆς ἐμῆς ἀθλιότητος : itidemque cum aliis ejusmodi genitivis. Potestque alicubi etiam Heu, Proh. Interdum autem nomin. habet, ut ὦ̃ τάλας ἐγὼ, Soph. Aj. [981. Usitatissima Tragicis ὦ̃ τάλας ἐγώ, ὦ̃ τάλαιν' ἐγώ (pronomine vel addito vel omisso), ὦ̃ ὀΰσμορος, ὦ̃ μέλεος, et quæ sunt similia. Nec rara in prosa, ut apud LXX Esaiæ 6, 5 : Ὤ τάλας ἐγὼ, ὅτι κατανένυγμαι. Et ante ὁ vel οἱ articulum, Ezech. 34, 2 : Ὤ οἱ ποιμένες Ἰσραὴλ, μὴ βόσκουσιν. Habac. 2, 9 : Ὤ ὁ πλεονεκτῶν πλεονεξίαν κακὴν· 15 : Ὤ ὁ ποτίζων τὸν πλησίον αὐτοῦ ἀνατροπήν.] Lucian. [De merc. cond. c. 30] : Ὤ δείλαιος ἐγὼ, φὴς, καὶ ἄθλιος. Aliquando non habet casum, sed ei subjungitur particula πῶς, aut τὶς, ut Greg. Naz. : Ὤ πῶς ἀδακρυτὶ τὴν τούτων ἐνέγκω μνήμην. Apud Eund. : Ὤ τίς Ἱερεμίας ὀδύρεται τὴν ἡμετέραν σύγχυσιν; Quæ duo exempla Bud. affert sola hujus adverbii habentis πάθος, quum alioqui et in iis quæ attuli, juncti genitivo, itemque nominativo, πάθος habere manifestissimum sit. Subjungit autem illis exemplis ex Virg., O cohibete iras : ictum jam fœdus. Ex Eod., O quæ satis ima dehiscat Terra mihi. Et ex Cic., O dii immortales, incredibilem avaritiam, singularemque audaciam! Plura ap. Eund. vide, p. 982. [Plato Protag. p. 309, D : Ὤ τί λέγεις; Πρωταγόρας ἐπιδεδήμηκεν; Ante πόσος Liban. vol. 4, p. 121 : Ὤ πόσων οἴκων εὐδαιμονίας διέλυσεν, ὤ πόσα διὰ ταύτης μετέβαλον εὐτυχεῖς παστάδες εἰς θρῆνον. Alciphro fragm. p. 222 ed. Wagn. (79 Mein.) : Ὤ πόσον ἡμῖν ἐπιτετείχισται χρῆμα. Ante ὅτι LXX Reg. 4, 3, 10 : Ὤ ὅτι κέκληκεν ὁ κύριος τοὺς τρεῖς βασιλεῖς. Ante indicativum verbi Aristoph. Eccl. 970 : Σὺ δέ μοι,

φίλτατον, ὦ ἱκετεύω, ἄνοιξον. || Duplicatum ὦ ὦ ap. Æsch. Ag. 1214 (in parte fabulæ quæ excidit ex cod. Mediceo) : Ἰοὺ ἰού, ὦ ὦ κακά· et Pers. 986 : Ὦ ὦ δάων. Quod secundum aliarum interjectionum analogiam rectius conjunctim ὠώ scribitur. Quod restitui Sophocli OEd. Col. 224 : ΧΟ. ὠὼ ὠώ. ΟΙ. δύσμορος. ΧΟ. ὠώ· ubi codex ἰὼ ὦ ὦ ὤ...ὦ ὤ. Sed ib. 220, ubi codex ὦ ὦ ἰού scribendum erat ὀοοώ, ut metrum docet. LXX Num. 24, 23 : Ὦ ὦ τίς ζήσεται, ὅταν θῇ ταῦτα ὁ θεός; Ezech. 30, 2 : Ὀλολύξατε, ὦ ὦ ἡμέρα. Zach. 2, 6 : Ὦ ὦ φεύγετε ἀπὸ γῆς βορρᾶ, λέγει κύριος. || De ὦ vel ὦ cum aliis interjectionibus (αἰαῖ, οἰοῖ, εἶα) conjuncto v. s. Ὠαιαί.]

Ὧ, Quatenus, Quomodo, Quemadmodum : ἀορίστως. || Quamobrem, Quare, Quapropter, Quocirca. Quum vero ei præpositio aut nomen aliquod adjungitur dativi casus, pronomen est ab ὅς.

[Ὠα. Ὠα. V. Ὅα vol. 5, p. 1710—1712, ubi p. 1710, D, addenda Arcadii notatio p. 100, 23 : Τὰ εἰς α καθαρὸν τῷ ω παραληγόμενα βαρύνεται, ὥα ἡ μηλωτή ... Quod apud alios grammaticos ᾧα scribitur.]

[Ὠάδιος, ὁ, ἡ, voc., ut videtur, fictum a schol. Oppiani Hal. 1, 752 : Ἐπωάδιοι ἀπὸ τοῦ ὠάδιος. HASE.]

Ὠμὸς, ἡ, ὸν, Crudus. Proprie de fructibus dicitur, teste Aristot. Meteor. 4, [3]. Per metaphoram tamen non modo fructus, sed cibi, humores et morbi a Medicis ὠμοὶ appellantur. Ac in ipsis etiam cibis ὠμὸν dicitur multipliciter. Et primum quidem cibus ὠμὸς nominatur, qui licet in suo genere perfectus sit, nullam tamen ab externo calore mutationem alterationemque perpessus est, ut quum carnem vel perdicis vel galli, vel aliam etiam optimam, vocamus crudam quæ nondum assa sit vel elixa. Aliter vero crudum cibum dicimus, qui quamvis optime ab externo calore alteratus coctusque sit, a nostro tamen calore difficillime concoqui potest, sed humores omnino crudos generat, ut Gorr. annotat. Hom. Od. Σ, [86] : Μήδεά τ' ἐξερύσας δώῃ κυσὶν ὠμὰ δάσασθαι· Il. Δ, [35] : Ὦμὸν βεβρώθοις Πρίαμον Πριάμοιό τε παῖδας. [Ad quem l. Eustath. : Ὁ λόγος ἁρμόσει ποτὲ παρῳδηθεὶς καὶ ἄλλοις προσώποις πάνυ θυμουμένοις. Similiter Xen. locis infra ab HSt. citatis Anab. 4, 8, 14 : Τούτους, ἤν πως δυνώμεθα, καὶ ὠμοὺς δεῖ καταφαγεῖν· Hell. 3, 3, 6 : Ὅπου ... λόγος περὶ Σπαρτιατῶν οὐδένα δύνασθαι κρύπτειν τὸ μὴ οὐχ ἡδέως ἂν καὶ ὠμῶν ἐσθίειν αὐτῶν. Philostr. p. 177 : Εἰ Νέρων σὲ ὠμὸν φάγοι.] X, [347] : Ὤμ' ἀποταμνόμενον κρέα ἔδμεναι· Od. M, [396] : Κρέα δ' ἀμφ' ὀβελοῖς ἐμεμύκει Ὀπταλέα τε καὶ ὠμά, Carnes assæque et crudæ adhuc. Ubi ut ὀπταλέα et ὠμὰ κρέα sibi opponuntur, ita ὀπτὸς et ὠμὸς ἰχθὺς ap. Athen. 8; et 13, ἑφθὰ ac ὠμὰ ὠά. [Et ὠὰ ὠμὰ et ἑφθὰ ap. Theophr. fragm. 8, 2, p. 807.] Itidem ap. Eund. 2, [p. 68, D, ex Phania] legimus, Κολοκύντη δὲ, ὠμὴ μὲν, ἄβρωτος· ἑφθὴ δὲ καὶ ὀπτὴ, βρωτή· aliquanto ante, de Persicis nucibus : Ἁλυπότερα δὲ τὰ ἑφθὰ τῶν ὠμῶν καὶ πεφρυγμένων, τὰ δὲ πεφρυγμένα, τῶν ὠμῶν· 9 : Ὡς μήτε καταχαῦσαι, μήτε ὠμὸν ἀφελεῖν. [Xen. OEc. 19, 19 : Τοὺς μὲν πέπονας βότρυς, τοὺς δὲ ἔτι ὠμοτέρους. Σταφυλῆς ὠμὸν ἀποσπάδιον Philipp. Anth. Pal. 6, 102. De terra Xen. OEc. 16, 14 : Τὴν γῆν στρέφειν, ὡς ἡ ὠμὴ αὐτῆς ὀπτῷτο. De partu immaturo Philostr. p. 555 : Πλησιάσαν τὴν γυναῖκα εἰς τὴν γαστέρα ἀποθανεῖν ἐν ὠμῷ τῷ τόκῳ. Quocum comparandum adject. ὠμοτόκος.] Legimus præterea ap. Xen. Hell. 3, p. 289 : Ἡδέως ἂν καὶ ὠμῶν ἐσθίειν αὐτῶν. Anab. 4, p. 201 : Τούτους καὶ ὠμοὺς δεῖ καταφαγεῖν. [Hos l. supra suo loco memoravimus. Ἐν ὠμοῖς μάντευεσθαι quid sit explicat Hesych. : Ἐν ὠμοῖς μάντεις (ἐνώμις μάντις codd.)· ὅταν ἀπ' αὐτῶν τῶν σφαγίων μαντεύωνται· οἷον οἱ ἡπατοσκοπούμενοι ἐν ὠμοῖς λέγονται μαντεύεσθαι καὶ ἐνωμοτεῖν. Ὠμὴ πίττα, Polyb. 5, 89, 6, Geopon. 6, 5, 4. Ὠμὸν μέλι ibid. 15, 7, 4. Χύτραι ὠμαὶ 10, 21, 1. De aqua ibid. 2, 6, 2 : Ὑδάτων ὠμῶν ἢ ἁλμυρῶν ὑπαρχόντων. Alexis apud Athen. 3, p. 122, F : Ὕδατος ἀπέφθου κύαθον· ἂν δ' ὠμὸν πίῃ, βαρὺ καὶ κοπῶδες.] In humoribus vero, inquit rursum Gorr., crudum tribus modis dici invenio. Uno, quum crudus humor appellatur qui manat cibo perfectam concoctionem non adepto, non quod illi vitium aliquod insit, verum propter sui copiam, vel propter caloris nativi imbecillitatem. Quo modo liquidam pituitam et bilem pallidam atque aliam, quæ intra bilis flavæ naturam restiterit, crudam appellamus; hæc enim facile possunt perfectam concoctionem assequi, si calor moderatus adsit. Isque humor proprie ἄπεπτος nuncupatur, ipsaque ejusmodi cruditas, ἀπεψία. Alter vero crudus humor vocatur crassus et frigidus, qui a cibis ejusdem generis, crassis et viscosis, gignitur. Atque is est (ut ait Galen. 10 τῶν Κατὰ τόπους, et 1 De alim. fac.) quem proprie ὠμὸν χυμὸν, h. e. Crudum succum s. humorem, nominare consuevimus. Is differt crassitie a pituitæ succo crudo quidem et frigido, non tamen crasso, ut qui humiditatem multam habeat et spiritum flatulentum : isque talis est quale id apparet, quod in urinis subsidet, puri quandoque assimile. Praxagoras eum vocat ὑαλώδη, i. e. Vitreum. Sed coqui et ipse tandem potest a robusto calore atque in alimentum converti, nisi aliam præterea maligniorem qualitatem errore aliquo nanciscatur, ob quam morbificus evadit, et febres, præsertim epialas, producit. Tertia vero signif. crudus humor dicitur, qui vitiosa qualitate et a natura aliena præditus morborum causa est. Secundum quam pituita tum acida tum salsa, sanguis in locum quendam præter naturam affluens, bilis utraque quam calor immodicus adusserit, atque omnis adeo putris humor et naturæ molestus, crudus dicitur. Secundum eam Hippocr. etiam in l. Περὶ διαίτης ὀξέων, cruda tum a capite tum a thorace attrahi biliola dixit. Ab hoc autem et morbus ipse crudus nominatur, quamdiu sc. noxius humor resistit naturæ conanti ipsum mitificare, et in meliorem statum reducere. Hæc ille inter alia, qui hanc postremam signif. universaliorem etiam esse ait, priorem vero, propriam. Apud eosdem Medicos ὠμὴ λύσις, s. comp. nomine Ὠμήλυσις, Farina hordeacea dicta, quasi Cruda farina, ad differentiam polentæ quæ torretur. Verum Lat. Interprr. Crudam omittunt, lectori id intelligendum relinquentes. Ac quanquam id nomen commune sit omnis farinæ, attamen κατ' ἐξοχὴν de hordeacea intelligitur : cui aliquando ex superabundanti additur κριθίνη, diciturque ὠμήλυσις κριθίνη. Quod si aliis farinis id nomen aptatur, tunc apponitur frugis nomen, ut πυρίνη ὠμήλυσις, ἢ λινοσπέρμου. Ita Gorr. Galenus quoque in Lex. Hippocr. [p. 600] ὠμήλυσιν esse dicit τὰ ἀπὸ τῶν ἀφρύκτων κριθῶν ἄλφιτά τε καὶ ἄλευρα : nam τὸ οἷον ὠμὸν ἄλευρον proprie nominari secundum quosdam ὠμήλυσιν, abusive vero etiam omnem aliam farinam. [Ὠμήλυσιν autem usurpat Hippocr. p. 570, 4; 597, 39; 610, 16; 667, 21; 669, 37. Rursus p. 471, 19, ad tonsillas ὠμήλυσιν in vino et oleo coctam tepidam, foris qua parte tumor est, in cataplasmate adhibet, et in hypoglosside (ibid. 26) cataplasmate ad tumorem apponit. Rursus p. 667, 14, ὠμήλυσιν κριθῶν in fluore mulierum rubro propinat. Sic interdum ὠμήλυσις κριθίνη dicitur Galen. 2 Κατὰ τόπ. p. 182, 35, Hordeacea cruda farina. Interdum etiam de omni cruda farina affertur, huicque adjicitur farinæ genus, ut ὠμήλυσις κριθίνη aut διὰ κριθίνου ἀλεύρου, ἢ λινοσπέρμου, ἢ τήλεως, ut lib. 5 Κατὰ τόπ. c. 9, et 6, c. 3. Est vero ὠμήλυσις Cruda hordeacea

farina per se nulla re alia ammixta, nisi ea ipsa certis vocibus exprimatur, ut interdum vinum aut oleum additur. Ideoque non satis ratum est quod ab auctore Medici scribitur p. 380, 46, ὠμήλυσιν vocari antiquis cataplasma ex hordeacea farina cruda hydrelæo cocta. Nam et Galen. lib. 5 Κατὰ τόπ. c. 9, ad dolores dentium ex Archigene epithemata conducere scribit, διὰ τῶν χωρὶς ὑδάτων, ὡς τὰ δι' ὠμῆς λύσεως, εἴτε χριθίνης, εἴ τε λινοσπέρμου. Ὠμήλυσιν exponit Hesych. τὸ χρίθινον ἄλευρον καὶ τὸ ἐξ αὐτοῦ κατάπλασμα. Absyrtus (Hippiatr. p. 295) ὠμήλυσιν esse scribit mixtionem quandam ex farinis fœnigræci, seminis lini et hordei æquali pondere confarctis. (Sic Vegetius quoque 2, 54, 3.) Cæl. Aurel. Acut. 2, 24 et 37, interdum simplicis pollinis aut panis infusi cataplasma, interdum pollines aqua solutos, a Græcis ὠμήλυσιν vocari scribit. Scribitur autem ὠμήλυσις aut ὠμὴ λύσις separatis dictionibus. Foes.] Utitur autem tam composito quam disjuncto Diosc., ut 3, 29, de abrotono : Διαφορεῖ καὶ φύματα μετὰ ὠμῆς λύσεως λεῖον ἕψηθέν, Tritum cum farina hordeacea decoctumque tubercula discutit. Alibi, Τὰ δι' ὠμῆς λύσεως μαλάγματα, Quæ confecta sunt ex hordei farina. Id. 2 : Εἰς τὰς ὠμηλύσεις μίγνυται, Cum hordeacea farina cataplasmati miscetur. Itidem Galenus, ut Κατὰ τόπους 4 : Ὠμηλύσει χριθίνῃ ἢ πυρίνῃ ἐν γλυκεῖ ἑψημένῃ, Crudæ farinæ hordeaceæ aut triticeæ in passo coctæ. Et 6, 3 : Καὶ ὠμὴν λύσιν ἐπιθετέον, τὴν διὰ χριθίνου ἀλεύρου ἢ διὰ λινοσπέρμου, ἢ τήλεως, ἢ καὶ μίγμα ἐκ τούτων. [Geopon. 18, 19, 9 : Ἔστι δὲ ὠμήλυσις τὸ ἄλευρον τὸ ἀπὸ τῶν κριθῶν μὴ πεφρυγμένων γινόμενον. Ὠμῆς λύσεως ib. 14, 7, 7 et 19, 2; ὠμῇ λύσει 14, 24, 6; ὠμὴν λύσιν 17, 23, 3.] Jocose Aristoph. Eq. [260] : Κἀποσυκάζεις πιέζων τοὺς ὑπευθύνους, σκοπῶν Ὅστις αὐτῶν ὠμός ἐστιν, ἢ πέπων [ἢ μὴ πέπων, Quinam ex ipsis crudus adhuc sit, quive maturus aut immaturus. Ubi schol. exp. ἄωρος. Hom. vero et ὠμὸν γῆρας dixit τὸ παρὰ καιρὸν ἐπελθόν τινι κατ' ἄωρον πέπανσιν, teste Eust. : quemadmodum schol. quoque Homeri Od. O, [356] : Ἧκαχ' ἀποφθιμένῃ, καὶ ἐν ὠμῷ γήραϊ θῆκεν, exp. πρὸ ὥρας γηράσαι ἐποίησε διὰ τὴν λύπην, Intempestive s. Ante tempus senem reddidit : metaph. a fructibus qui decerpuntur ante tempus, crudi adhuc et immaturi. [Hesych. : Ὠμῷ· τῷ παρὰ καιρὸν γινομένῳ. Ὠμῷ γήραϊ· τῷ πρὸ τῆς ὥρας γηράσκοντι.] Sic Hesiod. Op. [705] : Ἥ τ' ἄνδρα καὶ ἴφθιμόν περ ἐόντα Εὖει ἄτερ δαλοῦ καὶ ὠμῷ γήραϊ δῶκεν. [Conf. Virg. Æn. 6, 304 : « Cruda deo viridisque senectus. »]

‖ Porro ut fructus proprie ὠμοὶ dicuntur Qui sole nondum sunt cocti, sed duri adhuc crudique ac nondum mites, ita homo quispiam metaph. itidem qui Immitis est, Durus, Cujus cor nullis precibus mollitur, Rigidus : ὁ στερρὸς καὶ ἀνένδοτος, ὁ σκληρός. [Sic Xenoph. Mem. 3, 1, 6 : Στρατηγὸν εἶναι χρὴ φιλόφρονά τε καὶ ὠμόν. Lucian. D. mer. 4, 4 : Φαρμακὶς Σύρα τὸ γένος, ὠμὴ ἔτι καὶ συμπεπηγυῖα.] Item Sævus, Inhumanus, Crudelis. [Hesych. : Ὠμός· ἀπάνθρωπος, ἀπηνής. Æsch. Agam. 1045 : Ὠμοί τε δούλοις πάντα. Soph. Ant. 471 : Δηλοῖ τὸ γέννημ' ὠμὸν ἐξ ὠμοῦ πατρὸς τῆς παιδός· OEd. T. 828 : Ὠμοῦ δαίμονος. Eur. Hec. 359 : Δεσποτῶν ὠμῶν φρένας· Hipp. 1264 : Οὐκ ὠμὸς ἐς σὸν παῖδα δυστυχοῦντ' ἔσῃ. Plato Leg. 7, p. 823, E : Θηρευτὰς ὠμοὺς καὶ ἀνόμους. Axioch. p. 369, A : Δῆμος ... ὠμὸν, βάσκανον, ἀπαίδευτον.] Xenoph. [Anab. 2, 6, 12 : Χαλεπὸς καὶ ὠμὸς ἦν·] Cyrop. 4, p. 62 [c. 5, 9] : Λέγεται ὠμὸς εἶναι καὶ ἀγνώμων. [Demosth. p. 546, 2 : Τὸν οὕτως ὠμὸν, τὸν οὕτως ἀγνώμονα· 298 extr. : Ὠμότερος συκοφάντης. Ὠμότατος καὶ πανουργότατος Lucian. D. mort. 12, 6.] Plutarch. De virt. mor. : Ὁ δὲ δίκαιος, οὐκ ὠμὸς οὐδὲ πικρὸς ἔσται. [Dionys. A. R. 6, 51 : Ὠμὸς τὸν τρόπον. Ψυχὴ ap. Plat. Leg. 4, p. 718, B : Μὴ παντάπασιν ὠμῆς ψυχῆς λαβόμενα. Φρόνημα ap. Æsch. Sept. 536, de Parthenopæo : Ὠμὸν, οὔτι παρθένων ἐπώνυμον, φρόνημα. Ὀργὴ id. Suppl. 187 : Ὠμῇ ξὺν ὀργῇ.] Itidem vero res aliqua ὠμὴ dicitur. [Soph. Aj. 548 : Ὠμοῖς ἐν νόμοις πατρός.] Thucyd. 3, [36] : Ὠμὸν τὸ βούλευμα καὶ μέγα ἐγνῶσθαι. Plutarch. Alex. [c. 13] : Εἴτε μέστὸς ὢν ἤδη τὸν θυμὸν, εἴτε ἐπιεικὲς ἔργον ὠμοτάτῳ καὶ σκυθρωποτάτῳ παραβαλεῖν βουλόμενος· Pericle [c. 10], Πάθος ὠμὸν ὧδε καὶ θηριῶδες. [Demosth. p. 542 extr. : Τί πάθὼν οὕτως ὠμὸν ...] Rursum [Thuc. 3, p. 109 [c. 31] : Οὕτως ὠμὴ στάσις προὐχώρησε. [Τὰ ὠμὰ Eur. Iph. A. 913 : Τὰ δ' Ἀγαμέμνονος κλύεις ὠμὰ καὶ πάντολμα. Plato Crat. p. 395, B : Ἃ πρὸς τὸν Θυέστην ὡς ὠμὰ διεπράττετο· Ep. 1, p. 309, A : Τῶν ὠμοτέρων οὐδὲν ... πεπρᾶχθαι.]

[Ὠμόσαρκος, ὁ, ἡ, Crudus. Georg. Pisid. Hexaem. 1454 : Ὠμ. κρέας. Hase.]

[Ὠμοσῖτία, ἡ, Cruditas ciborum.]

[Ὠμόσῖτος, ὁ, ἡ, Qui crudis utitur cibis, Qui crudis vescitur, ὁ ὠμὰ σιτούμενος. I. q. ὠμοβόρος et ὠμοφάγος. [Æsch. Sept. 541 : Σφὶγξ ὠμ. Eur. Bacch. 338 : Ὠμόσιτοι σκύλακες· Phœn. 1032 : Χαλαῖσιν ὠμ. Passive Lycophr. 654 : Ὠμόσιτα δαιδαλωμένους.]

Ὠμοσπάρακτος, ὁ, ἡ, Qui crudus adhuc discerpitur et laniatur. Ap. Aristoph. Eq. [345] Cleonymus [Cleon] ait coquo, Ὠμοσπάρακτον παραλαβὼν, μεταχειρίσαιο χρηστῶς· ubi schol. exp. ἀδιάθετον καὶ ὠμὸν, νεοσπάρακτον. [Ὠμοσπάρακτα ἐσθίειν, schol. Apoll. Rh. 1, 636. Ὠμοδάϊκτα per ὠμοσπάρακτα exp. Hesych.]

Ὠμοτάριχος, ὁ, Salsamentum crudum, [Cetum crudum, Gl.] ὠμὸν τάριχος. Alexis ap. Athen. [3, p. 117, C] : Ἔστ' ὠμοτάριχος πέντε χαλκῶν. Qui paulo ante dixerat, Τάριχός ἐστι πρῶτον ὡραῖον τοδί, Ὀβολοῦ μόνου τοῦτ' ἔστι. Apud Eund. [p. 135, A] ex Matrone : Ὠμοτάριχον ἐῶν χαίρειν, Φοινίκιον ὄψον. Diosc. 2, 32 : Ὁ δὲ ὠμοτάριχος λεγόμενος, σάρξ ἐστι θύννου τεταριχευμένου, Ruell. Conditanei thynni caro, quam Omotarichon vocant. [Sim. Seth. ap. Daremberg. *Notices des manuscr. médicaux* part. 1, p. 164. Mascul. Oribas. t. 1, p. 157, 2 : Αὐχὴν μὲν γὰρ αὐτῶν (θύννων) γίνεται ὠμοτάριχος· vertit Daremberg., *une salaison incomplète*. Hase.] Dicitur et Ὠμοτάριχον neutro genere, Athen. [3, p. 121, B] : Τὸ δὲ ὠμοτάριχον, φησὶν ὁ Δίφιλος, κήτημά τινες λέγουσι.

Ὠμότης, ητος, ἡ, Cruditas [Theophr. Περὶ κόπων § 4, p. 801 : Πότερον κόπος ταῦτα ἢ ὠμότης ἢ διάθεσις;] : quam Aristot. Meteor. 4, [3] definiens, esse ait ἀπεψίαν τῆς ἐν τῷ περικαρπίῳ τροφῆς : est enim eo auctore species τῆς ἀπεψίας, contraria τῇ πεπάνσει : quæ ἀπεψία non est aliud quam humor fructuum indefinitus. Facit autem ὠμότητα duplicem, πνευματικὴν et ὑδατώδη, pro rerum sc. quæ coquuntur differentiis : potest vero et ex utrisque mixta esse : et provenit ob defectum caloris nativi, aut ejus quod in fructu coqui debet, immensam copiam. Verum, ut Idem ait, quemadmodum ἡ πέπανσις, sic etiam ἡ ὠμότης, multipliciter dicitur. Nam et alvi excrementa et urinæ et catarrhi ὠμοὶ dicuntur, quod a proprio calore non vincantur neque consistant. Sed et testa et fictile etiam dicuntur cruda, quod ab externo calore non sint evicta. Gorr. Diosc. 3, 1, de agarico : Ποιοῦν πρός τε στρόφους καὶ ὠμότητας. Sic Plutarch. Symp. 4 [p. 661, B] : Ἐπισφαλῆ πρὸς τὰς νόσους ἐστὶ, καὶ ῥᾳδίως ταῖς ὠμότησιν ἁλίσκεται, Et facile in cruditates incidunt. [Geopon. 8, 21, 4 : Χρῶ τῷ ἀψινθίτῃ ... πρὸς τὰς ὠμότητας καὶ στομάχου πόνον.] ‖ Crudelitas, Sævitia, ἀπηνότης [ut exponit Hesych.], oppositam habens τὴν πραότητα. [Eur. Ion. 47 : Οἴκτῳ δ' ἀφῆκεν ὠμότητα. Xen. Cyrop. 4, 5, 19 : Εἰδότες τὴν ὠμότητα αὐτοῦ.] Isocr. Panath. [p. 257, D] : Θηρίων τῶν ἀγριωτάτων καὶ πλείστης ὠμότητος μεστῶν. [Id. p. 64, A : Εἰς τοῦτο ὠμότητος ἅπαντας ἡμᾶς κατέστησαν· et De antid. § 321, p. 454 ed. Oxon. Demades p. 179, 4 : Τῇ ὠμ. τῶν κατηγόρων. Diodor. 4, 45 : Ἀμφοτέρους διενεγκεῖν ὠμότητι.] Phalar. Ep. ad Athen. : Κινδυνεύετε πανδημεὶ πικροτάτην ὀφλῆσαι ὠμότητα, In acerbissimæ crudelitatis crimen incurrere. Demosth. [p. 289, 9] : Ἐπὶ πολὺ προάγει τῇ τε βίᾳ καὶ ὠμότητι, Magnopere in violentiam crudelitatemque evadit. [Ὠμ. καὶ συκοφαντία id. p. 317, 25; ὠμ. καὶ πονηρία p. 490, 5. Polyb. 9, 26, 8 : Οἱ μὲν ἀσέβειαν, οἱ δ' ὠμότητα κατεγίνωσκον. Cum πικρία conjunxit Plutarch. V. Mar. c. 46 et Mor. p. 170, C; cum ὕβρις ib. p. 60, A, et Lucian. D. mort. 10, 4.] Et Clearch. ap. Athen. 9, [p. 396, F] scribit Phalarin εἰς τοῦτο ὠμότητος ἐλάσαι ὡς γαλαθηνὰ θοινᾶσθαι βρέφη. Ap. Plutarch. vero Περὶ ἀοργησίας [p. 456, F] quidam τὴν ὠμότητα, μεγαλουργίαν, καὶ τὸ δυσπαραίτητον, εὐτονίαν, καὶ μισοπονηρίαν, τὸ δύσκολον οὐκ ὀρθῶς τίθενται. [Lucian. Phal. 1 c. 6 : Τὴν κατὰ τῶν ἀσεβούντων ὠμ.

Catapl. 26 : Ἁπάσῃ ὠμ. ἐχρήσατο. Plur. idem V. H. 1, 13 : Ἀνθρώπων ὠμότητες· et Stob. Ecl. phys. 2, p. 1052.]

Ὠμοτοκέω, Crudum partum edo, Fœtum immaturum pario, Abortum facio. [Mœris p. 62 : Ἀμβλίσκειν Ἀττικοί· ὠμοτοκεῖν Ἕλληνες. Dionys. A. R. 9, 40 : Ὠμοτοκοῦσαι καὶ νεκρὰ τίκτουσαι.] Constant. Cæs. Geopon. 5, [48, 3] : Γυναικὸς τρίχας θυμιάσας, τὰς ὠμοτοκούσας θεραπεύσεις. Utitur et Aetius 16, 46. [Pseudo-Moschion De passs. mul. p. 237, 11 : Ταῖς ὠμοτοκούσαις καὶ μὴ τελεσφορούσαις τὰ ἔμβρυα. Hase.] Itidemque Job. 21, [10] legitur ὠμοτόκησε [quod per ἐδυστόκησεν exp. Hesych.] pro Abortivit, s. Abortavit [Manetho 2, 288; 6, 289.]

[Ὠμοτοκία, ἡ, Abortus. Ptolem. Tetrab. p. 149.]

Ὠμοτόκος, ὁ, ἡ, Crudum adhuc partum edens, Partum ante maturitatem edens, Crudipara. [Ὠμ. λέαινα Callim. H. in Cer. 53; ὠμ. ὠδῖνες id. H. in Del. 120. Manetho 1, 191; 6, 245; στείρας ἢ ὠμοτόκους παρακοίτις 3, 150; ὠμ. γαστὴρ Tryphiod. 555.] Epigr. [Philippi Auth. Pal. 9, 561] in vitem : Ὡς ἀπὸ ῥίζης Κλήματος ὠμοτόκου βλαστὸν ὅλον θερίσῃς, Ut germen crudipari palmitis totum radicitus excidas : ὠμοτόκον autem vocat κλῆμα ἀμπέλου ἀγριάδος, quoniam τοὺς ὀμφακορᾶγας ἐγείνατο τοὺς ἀπεπάντους Βότρυας, οἳ στυφελὴν ἐξέχεον σταγόνα.

Ὠμοτομέω, Seco, Incido adhuc crudum, Crudum necdum maturum seco. Paul. Ægin. 6, 34 : Ὠμοτομοῦμεν τὰ ἀποστήματα, Crudos abscessus secamus. Et rursum, Ἀποστήματα πρὸ τῆς τελείας πεπάνσεως ὠμοτομεῖν Ἱπποκράτης παρακελεύεται. Unde θετικὸν adv. Ὠμοτομητέον, [Archigenes] ap. Galen. 3 τῶν Κατὰ τόπους [p. 199, 44 ed. Bas.], Crudum necdum maturum secandum est.

Ὠμότομος, ὁ, ἡ, Qui sectus s. cæsus fuit, quum adhuc crudus aut immaturus esset.

Ὠμοτρῑβής, ὁ, ἡ, Qui tritus et contusus fuit, quum adhuc crudus esset : ὠμ. ἔλαιον, Oleum expressum ex olivis quæ crudæ adhuc tritæ et tusæ fuerunt; solent enim teri tudicula antequam ex eis olivum exprimatur. [Theophr. De odor. § 15, p. 737 : Τῷ ἐκ τῶν ἐλαιῶν μάλιστα χρῶνται τῷ ὠμοτριβεῖ τῆς φαυλίας· δοκεῖ γὰρ ἀλιπέστατον ἔχειν καὶ λεπτότατον· καὶ τούτῳ νέῳ καὶ μὴ παλαιῷ.] Diosc. 1, 29 : Ἔλαιον πρὸς τὴν ἐν ὑγείᾳ χρῆσιν ἄριστον τὸ ὠμοτριβές, ὃ καὶ ὀμφάκινον καλεῖται, Oleum quod ex immaturis olivis exprimitur, ad multos usus recte valentibus accommodatissimum : etiam omphacinum id appellatur. [Sic etiam Galen. vol. 4, p. 429. Geopon. 9, 3, 3. Latini de re rustica scriptores *acerbum* dixerunt : v. Niclas. ad l. Geopon. Theoph. Nonn. c. 147, vol. 1, p. 456 : Ἀλείφειν τὴν κεφαλὴν ὠμοτριβὲς ἔλαιον. G. D. It. ἔλ. ὠμ. Oribas. t. 2, p. 200, 10; 510, 2; 629, 4; t. 3, p. 114, 6; 563, 2. Vertit Daremberg., *l'huile d'olives vertes*. Hase.]

Ὠμοτύραννος, ὁ, Crudelis tyrannus. 2 Maccab. [c. 7, 27. De diabolo, Method. Conviv. virg. p. 259. Boiss.]

[Ὠμόϋπνος, ὁ, ἡ, Cujus somnus nondum ad maturitatem pervenit, Semisomnis. Eupolis ap. Zonar. Lex. p. 605 : Οἰμώξει μακρὰ, ὁτιή μ' ἀνίστης ὠμόϋπνον. Philostr. V. Apoll. 8, 31, p. 371 : Μειράκιον ὥσπερ ἐμμανὲς ἀναπηδῆσαν ὠμόϋπνον. Const. Manass. Chron. 5301 : Βλέφαρον ὠμόϋπνον σπῶν.]

[Ὠμοφαγέω, Cruda voro. Geopon. 19, 2, 13. Angl. Porphyr. De abst. p. 23, 2. Oribas. t. 1, p. 181, 10 : Τῶν ὠμοφαγούντων θηρίων. Arrian. Ind. 28, 1 : Οὐκ ὠμοφαγέοντες· 7, 4 : Σιτέεσθαι δὲ καὶ τῶν θηρίων ὠμοφαγέοντας. Hase.]

Ὠμοφᾰγία, ἡ, Crudorum voratio, Crudis vesci s. victitare. [Plutarch. Mor. p. 417, C : Ὠμοφαγίαι καὶ διασπασμοί. « Clem. Al. Paræn. p. 9 : Διόνυσον μαινόλην ὀργιάζουσι Βάκχαι, ὠμοφαγίᾳ τὴν ἱερομανίαν ἄγοντες. Arnob. Adv. Gentes 5 : *Bacchanalia quibus nomen omophagiis Græcum est.* » Suicer. Theodoret. Gr. aff. cur. p. 374, 11; 375, 5 et 13 Gaisford. Euseb. Præp. ev. p. 62, B; 185, C; 186, A. Julian. Imp. p. 193, B : Τὴν ὠμ. βδελύττεσθε. De ὠμοφαγίᾳ solitariorum Thebaidis, fas non putantium gustare ὃ διὰ πυρὸς διῄει, ἐκτὸς ἄρτου, Pallad. Hist. Laus. p. 914, E. Hase.]

Ὠμοφάγος, ὁ, ἡ, Crudivorus, Crudis cibis vescens, i. q. ὠμόσιτος. Hom. Il. E, [782, H, 256] et O, [592] : Λείουσιν ἐοικότες ὠμοφάγοισι, Crudivoris leonibus. Il, [157] : Λύκοι ὣς ὠμοφάγοι, τοῖσίν τε περὶ φρένας ἄσπετος ἀλκή. [Ὠμ. θῶες Λ, 479; θῆρες H. in Ven. 124. Τὰ ὠμοφάγα (ζῷα) Aristot. H. A. 9, 1. Diodor. 1, 84.] Gaza ap. Aristot. vertit Carnivorus. Exp. etiam Sanguinarius. [De Cyclopibus et Centauris ap. Theognin 542, Lucian. D. mor. 1, 5, V. H. 1, 3, Bacch. 2. Gentes ὠμ. ap. Thucyd. 3, 94, Lucian. V. H. 1, 35. Inferi ap. Julian. Auth. Pal. 7, 601 : Ὠμοφάγων χεῖμα τὸ νερτερίων. Hesych. : Ὠμοφάγους δαῖτας· τοὺς τὰ ὠμὰ κρέα μερίζοντας καὶ ἐσθίοντας. Quæ gl. sumta ex Euripidis Cretens. (ap. Porphyr. De abstin. 4, 19, ubi τὰς ὠμ. δ. τελέσας). Ὠμ. χάριν dixit Bacch. 139. De cibo crudo Xenocr. p. 179 ed. Cor. ă]

[Ὠμόφαξ etymologiæ caussa fictum ap. Suidam s. v. Ὄμφαξ.]

[Ὠμοφορέω, Humeris porto. Joseph. A. J. 3, 7, 2. Dionys. Alex. ap. Euseb. H. E. 7, 22. « Concil. CPlit. oct. can. 14. Pseudo-Chrysost. t. 9, p. 929, D : Ὠμοφορῶ, τεκτονεύω, σφυροκοπῶ. » Hase.]

[Ὠμοφόριον, τὸ, Velum quo caput et humeros tegebant mulieres. Lexicon Ms. in cod. Regio 2062 : Ὠμόλινον, τὸ ἐπὶ τῶν ὤμων ὠμοφόριον. Lexicon Cyrilli : Ὠμοφόριον, ὠμόλινον ἐπὶ τῶν ὤμων. Palladius Hist. Laus. c. 138 : Ἱμάτιον καινὸν ἢ ὠμ. Codinus in Orig. Cpol. c. 104, de S. Anna : Τὸ ἅγιον αὐτῆς σῶμα καὶ τὸ ὠμ. Leo gramm. in Michaele p. 463 : Τὸ ἅγιον τῆς θεοτόκου ὠμ. || Humerale, ornamentum episcoporum, longa scilicet fascia collum primo involvens, deinde a collo per medium dorsum et pectus longe infra genua descendens, crucibus intexta. ... Isidor. Pelus. Epist. 1, 136 : Τὸ ἐπισκόπου ὠμ. ἐξ ἐρέας ὂν, ἀλλ' οὐ λίνου. ... De patriarcharum vero omophoriis agunt passim scriptores. V. Palladium in Vita Chrysost. p. 54, Georgius Cedr. locis pluribus, Euchologium p. 292, 304. Hæc et alia Ducang. Germanum Hist. eccles. p. 150 addit Suicer. : Τὸ ὠμ. ἐστὶ τοῦ ἀρχιερέως κατὰ τὴν στολὴν τοῦ Ἀαρὼν, ἥνπερ ἐφόρουν οἱ ἐν νόμῳ ἀρχιερεῖς, σουδαρίοις μακροῖς τὸν εὐώνυμον ὦμον περιτιθέντες, κατὰ τὸν ζυγὸν τῶν ἐντολῶν τοῦ Χριστοῦ· etc. Alia voc. exempla Boiss. et Kallius attulerunt, Jo. Damasc. Ep. p. 124 (in Combef. Origg. Const.); auctor ap. Phot. cod. 256, Nicet. Paphl. Laud. S. Eustath. p. 213, 220, Const. Manass. ap. Fabr. B. Gr. vol. 6, p. 5, Clem. Epit. De gest. Petr. s. 125. Κρήδεμνον per ὠμ. exponit schol. cod. Leid. Hom. Il. X, 470.]

Ὠμοφόρος, ὁ, ἡ, Qui humeris gestat s. bajulat, ὁ ἐπὶ τῶν ὤμων φέρων. [Epiphan. vol. 1, p. 639, D : Τῶν τοῦ ὠμ. ὤμων· et 643, B, C, et alibi. G. D. Hesych. t. 1, col. 602 Albert. : Ἄτλαντα, ὠμοφόρον· pro quo Salmas. conjiciebat οὐρανοφόρον, sine causa. Hase.]

[Ὠμοφροσύνη, ἡ, Crudelitas animi. Boeth. Planud. 4 Metr. 4, 10, p. 47. Osann.]

Ὠμόφρων, ὁ, ἡ, Qui crudeli mente est, ὠμόθυμος, σκληρογνώμων. [Æsch. Cho. 421 : Λύκος ὠμ. Sept. 730 : Κτεάνων χρηματοδαίτας πικρὸς ὠμ. σίδαρος. Soph. Ph. 194 : Τῆς ὠμ. Χρύσης. Πατὴρ ὠμ. Fr. 971; μήτηρ Eur. El. 27; ἄναξ Hel. 506; φύλαξ Phœn. 662; Ἄρης El. 1260; Κένταυρος Lycophr. 1203.] Soph. [Aj. 931] : Ἀνεστέναζες ὠμόφρων, Immiti pectore tollebas gemitus. [Joseph. Macc. 9, 15. || Adverb. Ὠμοφρόνως Æsch. Pers. 911 : Ὠμ. δαίμων ἐνέβη.]

[Ὠμοχάραξ, κος, ἡ. V. Ὦμος, in fine.]

Ὠμοχάρων, ωνος, ὁ, Crudelis Charon, Epigr. [Alcæi Anth. Pal. 11, 12, ubi nunc recta scriptura οἰνοχάρων restituta ex cod. Pal.]

[Ὠμοχειρούργητος, ὁ, ἡ. Stephanus schol. in Hippocr. p. 180 ed. Dietz. : Ἡνίκα θελήσωμεν ὠμοχειρούργητον ποιῆσαι τὴν χειρουργίαν ἐπὶ τῶν ἀποστημάτων, i. e. Abscessum findere nondum maturatum. Osann.]

[Ὠμόω, cujus pass. Ὠμόομαι, Crudesco, Gl.]

[Ὠμὺς scriptura vitiosa. V. vol. 5, p. 1308, B.]

[Ὠμφύνω vitiose pro ὀμφύνω, quod v.]

Ὠμῶς, Crudeliter, Sæve. [Xen. De vect. 5, 6 : Ὠμ. ἄγαν προστατεύειν. Isocr. p. 390, D : Οὕτως ὠμ. καὶ σχετλίως εἶχεν. Demosth. p. 753, 13 : Τοὺς πολλοὺς ὠμ. διαχειρίζεσθαι. Diodor. 3, 53 : Ὠμ. προσενεχθῆναι τοῖς ἁλοῦσι. Lucian. De hist. conscr. c. 38 : Σφαγῇ ὠμ. γε-

νομένη. Cum ἀναιδῶς conjunxit Demosth. p. 321, 1; cum ἀγρίως Plut. Mor. p. 60, D; cum ἀπαραιτήτως Thucyd. 3, 84; cum βιαίως Diodor. 17, 5; cum παρανόμως Plut. V. Artox. c. 17; cum πικρῶς Demosth. p. 29, 2.] Unde superl. ὠμότατα, Crudelissime. [Isocr. p. 198, E: Ὠμ. πρὸς τοὺς Ἕλληνας διακείμενοι.]

[Ὥν, Ionice pro οὖν, quod v.]

[Ὼν, ἡ, urbs in Ægypto, cujus mentio in historia Mosaica occurrit, Gen. 41, 45, 50; 46, 20. Interpretes Gr. hic habent Ἡλίου πόλιν, quo ipso nos docent urbis celeberrimæ, quam scriptores Gr. Ἡλιόπολιν nuncupant, verum et antiquissimum nomen in Ægypto fuisse On. (Iidem intt. Alex., καὶ Ὼν, ἥ ἐστιν Ἡλιούπολις, Exod. 1, 11, ubi nihil ejusmodi in Cod. Hebr. Jer. 43 (in quibusdam editt. τῶν LXX cap. 1), 13, τοὺς στύλους Ἡλιουπόλεως, τοὺς ἐν Ὼν, quum in Hebr. tantum commemoretur בית שמש; Ezech. 30, 17, præbent Ἡλιουπόλεως pro אָוֶן, quod a Masorethis male punctatum scribit Michaelis, pro און, sed hoc tamen in nullo cod. Mss. se reperisse testatur de Rossi 3, p. 151. Conf. Amos. 1, 5, et ad istum l. annotatio in Misc. Obss. crit. 3, p. 36, 7. Tewat.) Retulit mihi olim M. V. La Croze, Cyrillum Alex. alicubi memoriæ prodidisse, On Ægyptiis lingua patria dici Solem. (Extat locus in Comment. ad Hos. p. 145. Testatur illic Cyrillus dicere Ægyptios Apin esse filium lunæ, progeniem vero solis, additque, Ὼν δέ ἐστι κατ' αὐτοὺς ὁ ἥλιος. Tewat.) Suspicatus autem sum, verum urbis hujus nomen Ægyptiacum fuisse ΟΥΕΙΝ vel ΟΕΙΝ, quod Lucem designat, quasi dicas urbem Lucis, i. e. Solis, vel Soli consecratam. V. plura in Panth. Ægypt. l. 2, c. 1, § 8. Jablonsk. Conjectura Jabl. se probavit viris doctis, etiam Michaeli in Suppl. ad Lex. Hebr. p. 44, 5, et Forstero in Epist. p. 30. De Heliopoli locus est valde notabilis in Ephræm Syri, in Ægypto minime hospitis, Operibus Syriacis vol. 2, p. 144, 5, sed qui tamen antiqui nominis Ægyptiaci On non meminit. Tewater.]

[Ὄναρος, ὁ, Onarus, n. pr. sacerdotis Dionysi ap. Plut. V. Thesei c. 20, ubi duo codd. Οἰνάρῳ præbent, nomen aliunde non cognitum. Ὄναρος κύριον annotavit Zonar. Lex. p. 1888.]

[Ὠνέω, de quo infra, et] Ὠνέομαι, οὖμαι, fut. ήσομαι, [Imperf. ὠνούμην, nec raro ἐωνούμην, ut ὤθουν et ἐώθουν dicitur; perf. ἐώνημαι; aor. pass. ἐωνήθην. Aor. med. ἐωνησάμην et ὠνησάμην, de quo Phryn. p. 137: Ἐωνησάμην· εἷς λόγος περὶ τοῦ ἁμαρτήματος. Ἔνθα ἂν μὴ δυνηθῇς τὸ πρίασθαι ἢ ἐπριάμην θεῖναι, ἐκεῖ τὰ ἀπὸ τοῦ ἐώνημαι τάττε· ἔνθα δ' ἂν τὰ ἀπὸ τοῦ πρίασθαι, φυλάττου θάτερον, οἷον ἐώνημαι (ἐωνούμην Lob.) οἰκίαν· ἐνταῦθα ἐγχωρεῖ τὸ ἐπριάμην· οὕτω χρήσῃ, ἐπριάμην οἰκίαν. Πάλιν, ἔτυχον ἐωνημένος (πάλιν ἐώνημαι Lob.) οἰκίαν ἢ ἀγρόν· ἐνταῦθα οὐδὲν ἐγχωρεῖ τῶν ἀπὸ τοῦ πρίασθαι· μένει τὸ ἐωνημένος (ἐώνημαι Lob.) δόκιμον. Πάλιν δεῖ λέγειν πριάμενος (ἔτυχον πριάμενος Lob.)· τὸ γὰρ ὠνησάμενος ἀδόκιμον. Οὕτως οὖν κἀπὶ τοῦ ἐωνησάμην· παρὸν γὰρ ἐπριάμην εἰπεῖν, μὴ εἴπῃς ἐωνησάμην· ὁ γὰρ τοῦτο λέγων ληρεῖ. Imperfectum ἐωνούμην (Demosth. p. 328; 987, 6, Andoc. De myst. p. 66, Xen. OEc. 20, 26) non tam contemnere Phrynichus quam alteri ἐπριάμην non præferre videtur. Nam et de perfecti usu quæ addit magis ad perspicuitatem præcepti utilia quum ad cautionem erroris, qui in perfectum non cadit, necessaria sunt. Sed omnia tela in aoristum diriguntur. Herodian. p. 453 ed. Piers.: Πρίασθαι ἐρεῖς, οὐχὶ ὠνήσασθαι· ὅπου δὲ μὴ δυνατὸν κλῖναι τὸ πρίασθαι, τότε τῷ ὠνεῖσθαι χρήσῃ, οἷον ἐπριάμην· ἐπὶ δὲ τοῦ παρακειμένου ἐώνημαι· οὐ γὰρ ἐνεχώρει ὁ παρακείμενος τὴν τοῦ πρίασθαι χρῆσιν. Turbat Helladius ap. Phot. Bibl. p. 529, 29 ed. Bekk.: Διονύσιός φησι μὴ λέγειν τοὺς Ἀττικιστὰς ὠνησάμην, ἀλλ' ἀντ' αὐτοῦ τὸ ἐπριάμην· καίτοι καὶ ὠνεῖσθαι καὶ ὠνήσατο καὶ ὠνούμενος καὶ τὰ ἄλλα λέγοντες. Qui, nisi admodum desipit, ὠνήσεται et ἐωνημένος scripsisse volet. De scholiasta Aristoph. Pl. 7 guttam boni consilii non habeo, sed videtur in eadem qua illi sententia fuisse. (Schol. verba ad τὸν ἐωνημένον sunt: Ἀντὶ τοῦ τὸν ὠνησάμενον, ἀπὸ τοῦ ὠνοῦμαι. Λέγεται γὰρ καὶ ἡ ἐφεξῆς τοῦ ῥήματος κλίσις. Τοῦ δ' ὀνόματος τὸ πληθυντικὸν οὐκ ἔστιν ὠνησάμενοι· διὸ μεταβαλόντες αὐτὸ ἐπὶ ἑτέραν φωνὴν πριάμενοι λέγουσιν Ἀττικοί. Perverse de participio plurali ὠνησάμενοι præcipit quod in universum de aoristo præcipi debebat.) Unus Pollux 3, 26, ceteris indulgentior, ὠνήσασθαι, ἀγοράσαι, πρίασθαι eodem loco et numero habet. Neque dici potest hoc inclinamentum Atheniensium auribus insolitum fuisse, quorum in sermonibus proverbium illud ab Eupolide (ap. Athen. 6, 91) commemoratum, Χῖος δεσπότην ὠνήσατο jactabatur. Sed ab hoc si discesseris, nullum invenitur hujus temporis exemplum, cujus in locum illi, ut et Moschopulus in Sylloge s. v. Ὠνοῦμαι observat, aoristum πρίασθαι subrogarunt. (Ὠνησαίμεθα ap. Xen. Anab. 3, 1, 20 codici Etonensi illatum pro πριαίμεθα, quod est in ceteris.) Sed qui proximis post Alexandrum seculis Græce scripserunt, hoc vitio cumulati sunt, Philo in Flacc. p. 984, C, Plut. V. Niciæ c. 10 (ὠνήσατο), V. Cicer. c. 3 (ἐωνήσατο), Strabo 4, p. 188 (ὠνησαμένων), Pausan. 3, 4, 4. Luciani, Herodiani, Synesii et Heliodori locos ab Stephano et Dorvill. ad Charit. p. 547 collectos prætermitto. Lobeck. Augmentum aoristi indicativi librarii interdum ad alios modos transtulerunt, ut ἐῶσαι et ἐξεῶσαι et alia hujusmodi pro ὦσαι scripserunt. Sic Achilli Tat. 6, 3, ex libris nonnullis ἐωνησάμενος intulit Jacobs., ubi alii recte ἐωνημένος], Emo, Mercor, i. q. ἀγοράζω, πρίαμαι. [Nullum est præsens πρίαμαι, sed aoristus tantum ἐπριάμην. Verbi ὠνεῖσθαι exemplum antiquissimum est Hesiodi Op. 341: Ὄφρ' ἄλλων ὠνῇ κλῆρον. Herodot. 1, 69: Χρυσὸν ὠνέοντο... Κροῖσος δέ σφι ὠνεομένοισι ἔδωκε δωτίνην· 3, 139: Ἐπεθύμησε τῆς χλανίδος καὶ αὐτὴν προσελθὼν ὠνέετο· ὁ δὲ ... λέγει, ἐγὼ ταύτην πωλέω οὐδενὸς χρήματος. Plato Rep. 2, p. 371, B: Πωλοῦντες καὶ ὠνούμενοι· Leg. 5, p. 741, B: Τῷ ὠνεῖσθαι καὶ τῷ πωλεῖν πρὸς ἀλλήλους. Xen. Anab. 7, 2, 38: Εἴ τις σοι ἔστι θυγάτηρ, ὠνήσομαι Θρᾳκίῳ νόμῳ· Mem. 2, 7, 6: Ὠνούμενοι βαρβάρους ἀνθρώπους.] Lucianus in sua Βίων πράσει [c. 2], vel potius Mercurius: Βίον ἀνδρικὸν πωλῶ, βίον ἄριστον καὶ γεννικόν, βίον ἐλεύθερον, τίς ὠνήσεται; Et paulo post, Βίος οὗτος ἡδύς, βίος τρισμακάριστος· τίς ἐπιθυμεῖ τρυφῆς; τίς ὠνεῖται τὸν ἀβρότατον; Ibid.: Καίτοι οὐχ εἷς, ἀλλὰ τριακόσιοι σχεδὸν ἐώνηνται κατὰ κοινὸν αὐτὸν, Emerunt ipsum in commune, s. ut communem habeant. [Ὁ ὠνούμενος, Emtor, ap. Xen. De re eq. 3, 2, Demosth. p. 309, 15, et alios plurimos. Eodem modo ὁ ἐωνημένος (ubi emtor, i. e. dominus, servi) Aristoph. Pl. 7. Ὁ ὠνησάμενος Plut. Mor. p. 242, D. Ὁ ὠνησόμενος Dinarch. p. 109, 30: Ἂν ἕλῃ τὸν ὠνησόμενον.] Synes. Ep. ad Anys.: Παρ' ὧν ἠξίωσε καὶ ἀκόντων ὃν κέκλοφεν ἵππον ὠνήσασθαι. [Usitatissimum hoc ὠνεῖσθαι παρά τινος, ut ap. Herodot. 5, 6: Ὠνέονται τὰς γυναῖκας παρὰ τῶν γονέων χρημάτων μεγάλων. Plato Leg. 8, p. 849, C: Μήτε τις πωλείτω μήτε ὠνείσθω παρὰ τοιούτου μηδεὶς μηδενός· Prot. p. 313, E: Ὠνεῖσθαι μαθήματα καὶ παρὰ Πρωταγόρου καὶ παρ' ἄλλου ὁτουοῦν. Plut. Mor. p. 171, C: Παρὰ τῶν πενήτων ὠνούμενοι παιδία. Cum ἀπὸ Achill. Tat. 5, 17: Τοσούτου γάρ με ὁ Σωσθένης ἀπὸ τῶν λῃστῶν ἐωνήσατο. Cum dativo Aristoph. Ach. 815: Ὠνήσομαί σοι (τὰ χοιρία)· Pac. 1261: Τούτῳ γ' ἐγὼ τὰ δόρατα ταῦτ' ὠνήσομαι· ubi σοι et τούτῳ dictum pro παρὰ σοῦ et παρὰ τούτου. Contra cum dativo personæ cui quid emitur Achill. Tat. 1, 14: Ἐγώ σοι τὸν φονέα, τὸν ἀνδροφόνον, ὠνησάμην. Palæph. c. 46, 3: Ἐξ ἧς ἐμπολῆς, εἴ τι ἤθελεν, ὠνεῖτο τῷ Ἡρακλεῖ. Cum ex vero et genitivo ubi locus emtionis designatur, ut ap. Xen. Hell. 7, 2, 17: Τὰ ἐπιτήδεια ἐκ Κορίνθου ὠνούμενοι.] Pretium autem et quicquid est quo emimus aliquid, modo in dativo casu ponitur, modo in gen., et quidem frequentius: et tunc ὠνέομαι reddi potest non solum Emo, sed etiam Comparo mihi, Impetro, Obtineo. Greg. Naz. In sacrum Pascha: Ὤνησαι τῷ θανάτῳ τὴν σωτηρίαν, Morte salutem eme s. redime. Theophyl. Ep. 17: Χρυσῷ τὴν νίκην ὠνήσατο. Itidem affertur [ex Eurip. Iph. A. 1170], Τἄχθιστα τοῖς φιλτάτοις ὠνούμεθα, pro Rem maxime invisam redimimus re carissima. Cum gen. [Herodot. 5, 6: Ὠνέονται ... χρημάτων μεγάλων. Eur. Hec. 360: Ὅστις ἀργύρου μ' ὠνήσεται· El. 1090: Μισθοῦ τοὺς γάμους ὠνουμένη. Xen. Cyrop. 4, 5, 42: Ἵνα ἔχητε ὅτου ὠνήσεσθε.] Lucian. in Vitarum

auctione, quam Βίων Πρᾶσιν nominat [c. 18]: Ὠνησάμην ὅσου φῆς· τἀργύριον μέντοι ἐς αὖθις καταβαλῶ. Plut. Erot. [p. 755, D]: Ὅ,τι γὰρ ἂν θελήσῃ, καὶ ψυχῆς ὠνεῖται καὶ χρημάτων καὶ δόξης. Theophyl. Ep. 38: Οἴνου καὶ τὸν Κύκλωπος ὀφθαλμὸν ὠνήσασθαι τὸν Ὀδυσσέα φασί. Demosth. Philipp. 3, [p. 123, 21]: Οὕτω δ' ἀρχαίως εἶχον, μᾶλλον δὲ πολιτικῶς, ὥστε οὐδὲ χρημάτων ὠνεῖσθαι παρ' οὐδενὸς οὐδὲν, ἀλλ' εἶναι νόμιμόν τινα καὶ προφανῆ τὸν πόλεμον. Idem paulo alia constr., Pro cor.: Ὠνεῖται παρ' αὐτῶν ὅπως μὴ ἀπίωσιν ἐκ Μακεδονίας, Pecunia ab ipsis impetrat; vel, Ab ipsis emercatur; ut Polit. vertit ap. Herodian. 6, [7, 23]: Ἐπειρᾶτο ὠνήσασθαι μᾶλλον τὰς πρὸς αὐτοὺς σπονδὰς ἢ διὰ πολέμου κινδυνεύειν, Pacem fœderaque ab illis emercari quam periclitari bello tendebat. [De hominibus qui pecunia vel aliis donis corrumpuntur, Demosth. p. 122, 21: Εἴ τις ἐν Πελοποννήσῳ τινὰς ὠνεῖται καὶ διαφθείρει (nam sic ex codd. nunc legitur pro ἢ δ.), quæ verba pariter conjuncta ap. Plut. V. Philop. c. 15: Τοὺς πονηροὺς... καταστασιάζοντας ὠνεῖσθαι καὶ διαφθείρειν. Pausan. 3, 4, 4: Τὴν ἐν Δελφοῖς πρόμαντιν ὠνήσατο. Ejusdem generis hæc sunt, Demosth. p. 96, 7: Διδόασι τὰ χρήματα οὐκ ἀντ' οὐδενὸς, ἀλλ' ὠνούμενοι μὴ ἀδικεῖσθαι· 987, 6: Οὐ τοὔνομα τῆς ἐπιτροπῆς, ἀλλὰ τὰ ἐγκλήματα ἐωνοῦντο, i. e. ut tuti essent ab litibus. Id. p. 990, 17: Ὠνούμενος τὸν κίνδυνον καὶ τὰ φύσει τούτοις ὑπάρχοντα πλεονεκτήματα, i. e. Largitionibus ab se avertens periculum. Lucian. Hermot. c. 81: Ὀλίγου δίκην ἔφυγε βιαίων, εἰ μὴ ἐγὼ ταλάντου ὠνησάμην τὸ πλημμέλημα, i. e. Nisi talentum obtulissem ei cui injuria facta erat. Nec raro de rebus dicitur quæ emi proprie dici non possunt, sed officiis præstandis, gratia vel alia quacunque via comparantur. Eur. Hel. 908: Χάριτας πονηρὰς κἀδίκους ὠνουμένη. Xen. Hier. 9, 11: Οὐκ ἔστιν ἐμπορεύματα λυσιτελέστερα ἢ ὅσα ἄνθρωποι ἄθλων ὠνοῦνται. Plut. Mor. p. 755, D, supra cit.; p. 201, D: Ἔλεγεν ὠνεῖσθαι τοῦ χρόνου τὴν ἀσφάλειαν. Demosth. p. 164, 13: Εἰ τὴν πρὸς ὑμᾶς εὔνοιαν παρὰ τούτων φαινοίμην ὠνούμενος.] At ὠνεῖσθαι τὰ τέλη non est ἀγοράζειν, sed μισθοῦσθαι, Redimere s. Conducere, ut Bud. tradit ex Interpr. Græco Demosth. [in legis formula] in Or. κατὰ Τιμοκρ. p. 298 [713, 3. Xen. De vect. 4, 19: Τέλη ὠνοῦνται παρὰ τῆς πόλεως· et ib. 20; Plut. V. Alc. c. 5; ὠνεῖσθαι τοὺς καρποὺς τῶν μοριῶν Lys. p. 108, 26; τὴν πεντηκοστὴν τοῦ σίτου ἐωνημένος Dem. p. 1353, 21; οἱ τὰ μέταλλα ἐωνημένοι p. 435, 7. V. Bœckh. ad Inscrr. vol. 1, p. 288 et OEc. civ. vol. 1, p. 152.] Passiva quoque signif. usurpatum reperitur hoc verbum, sed in aor. 1, ut ap. [Plat. Leg. 8, p. 850, A: Τὸ ὠνηθὲν ἢ πραθέν· Soph. p. 224, A: Ἔνθεν μὲν ὠνηθεῖσαν, ἑτέρωτε δὲ ... πιπρασκομένην (μουσικήν).] Xen. [Mem. 2, 7, 12]: Ἐωνήθη δ' ἔρια, Lana empta est et comparata. [De vectig. 4, 19: Ἐπειδὰν ὠνηθῇ τὰ ἀνδράποδα.] Item vero præt. ἐώνημαι poni non solum pro ἠγόρασα, sed etiam pro ἠγοράσθην, testatur Bud., afferens ἐωνημένος σῖτος ex Lysia, p. 156, 107. [Idem Or. 32, p. 906 Reisk.: Ἑκκαίδεκα δραχμῶν ἐωνημένον ἀρνίον. Isæus p. 88, 21: Οἰκίαν τρισχιλίων ὠνημένην. Dem. p. 406, 11: Ἐχθὲς ἐωνημένος ἄνθρωπος. Plato Ax. p. 366, C: Τὰ μὲν ὀμοίρου ἐωνημένα. Plut. Mor. p. 186, D: Κύνα ἐωνημένον. Plusquamperf. Aristoph. Pac. 1182: Τῷ δὲ σιτί' οὐκ ἐώνητο. Rarius præsens pass., ut ap. Plat. Phædon. p. 69, B: Ὠνούμενά τε καὶ πιπρασκόμενα. Imperf. ap. Xen. De re eq. 8, 2: Ὅτε ἐωνεῖτο ὁ ἵππος.] Verum et activi verbi Ὠνέω usus aliquis est. Hesych. enim ὠνεῖν affert pro πωλεῖν, ἀπολαύειν, Vendere, Frui. [Zonar. p. 1888: Ὠνῆσαι· ἀγοράσαι. Antiatt. in Bekk. Anecd. p. 95, 25: Ἐωνηκώς· ἀντὶ τοῦ ἐωνημένος. Αυσίας κατὰ Καλλίου ἐνδείξεως.]

[Ὠνὴ, ἡ.] Sicut autem βοὴ pro βόησις dicitur, ita Ὠνὴ quoque pro ὤνησις. [Herodot. 1, 153: Ἀγορὰς κτησάμενοι ὠνῇ τε καὶ πρήσι χρέονται. Soph. fragm. 756: Ὠνὴν ἔθου καὶ πρᾶσιν, ὡς Φοῖνιξ ἀνήρ, ut ὠνὴ καὶ πρᾶσις ap. Plat. Soph. p. 223, D, Rep. 2, p. 371, D; 7, p. 525, C, Xen. De vectig. 3, 10, aliosque. Plato Prot. p. 314, A: Ἐν τῇ τῶν μαθημάτων ὠνῇ.] Plut. Coriol. [c. 14]: Ὠνὴ καὶ πρᾶσις ἐπεισῆλθε, καὶ συνεμίγη ταῖς ἐκκλησιαστικαῖς ψήφοις ἀργύριον· Alcib. [c. 5]: Εἰωθότες ταῖς δευτέραις ὠναῖς χρεωλυτεῖν τὰς προτέρας. [Plur. etiam ap. Themist. Or. 21, p. 257, D: Περὶ ὠνὰς ἢ πράσεις διαψεύδεσθαι.] Et ap. Plat. Leg. [8, p. 849, B] ὠνὴν ποιεῖσθαι pro ὠνεῖσθαι, Emere. [Dem. p. 894, 27: Ὠνὴν ποιοῦμαι τῆς νεώς. Eur. Cycl. 150: Γεῦμα τὴν ὠνὴν καλεῖ.] Bud. interpr. etiam Redemptura, afferens ex Andoc. p. 13 [10, 16; 12, 28]: Ὠνὴν πριάμενος ἐκ τοῦ δημοσίου, pro τέλος: ut ὠνὴν πρίασθαι hic i. sit q. τέλος ὠνήσασθαι. [Idem p. 12, 29: Τὰς ἐπικαρπίας ἐκ τῆς ὠνῆς ἐκλέγειν. || Pretium quod venditori solvitur. Lysias p. 155, 37: Τῶν ὅπλων τὴν ὠνήν. Plut. V. Alc. c. 5: Ἐπέθηκε τῇ ὠνῇ τάλαντον. ‖Syngrapha venditionis. Inscr. Locrensis ap. Bœckh. 1756, vol. 1, p. 857: Τὰν ὠνὰν φυλάσσει Σώσανδρος Λυκίδα. Sic ib. 1710, p. 834. Plene vero 1607, p. 780: Τᾶς ὠνᾶς τὸ ἀντίγραφον φυλάσσοντι οἱ θεοκόλοι.]

Ὤνημα, τὸ, Res empta, Bud. ex Appiano. [Tit. Att. C. I. vol. 1, p. 121, n. 82, 23: Τῶμ μισθώσεων, ἀντὶ ὅτου ἂν τὰ τῶν Ἁλαιῶν ὠνήματα ᾖ μίσθωσιν [ὠνηθέν]τα. Hase.]

[Ὠνηματιαῖος, αία, αῖον, Emtitius, sine expos. positum ap. Suidam.]

[Ὠνησείω, Emturio. Dio Cass. 47, 14: Μηδένα τῶν ἄλλων μὴ ὠνησείοντα ἐς τὸ πρατήριον ἀπαντᾶν. Alibi ὠνητιᾶν dixit Dio.]

Ὤνησις, εως, ἡ, Emptio: interdum et Redemptura, ἀγόρασις. [Pollux 7, 15: Ἐν τοῖς Ἀττικοῖς ψηφίσμασιν, ἃ τοῖς ξένοις ἐπί τι μέγα ἐγράφετο, ἔστιν εὑρεῖν «εἶναι αὐτῷ καὶ οἰκείαν ὤνησιν,» ubi Bekk. οἰκίας ἐνώνησιν conjecit.] Hesych. vero ὤνησις exp. non solum ἀγορασία, Emptio, sed etiam πρᾶσις, Venditio: præterea μέμψις, Reprehensio, Incusatio: nec non ὠφέλεια, σωτηρία, Utilitas, Salus. Quas expositiones satis mirari nequeo: nam pro ὤνησις significante μέμψις, scrib. ὄνοσις, ab ὀνόσασθαι: pro eo autem quod significat ὠφέλεια, σωτηρία, reponendum ὄνησις ab ὀνήσασθαι. [Pro Emtione utitur Sim. Metaphr. Vita Chrys. p. 426, 20: Πρὸς ὤνησιν τῶν ἐπιτηδείων. Hase.]

Ὠνητέος, α, ον, Emendus. Plato Leg. [8, p. 849, C: Ὅσα πρατέα ἑκάστοις ἢ ὠνητέα.] Et ὠνητέον, Emendum, sc. ἐστί. Lucian. in Hermot. [c. 58]: Μάθοιμι ὅστις ἀμείνω τὸν οἶνον ἔχει, καὶ ὅθεν μοι ὠνητέον. [Clem. Alex. p. 255.]

Ὠνητὴς, ὁ, Emptor. [Plato Eryx. p. 394, E: Τούτου μὴ εἶναι ὠνητάς. Ex Isæo annotavit Pollux 3, 81.] Lucian. in Vitt. auct. [c. 1]: Καὶ συγκάλει ἀγαθῇ τύχῃ τοὺς ὠνητὰς ἤδη παρεῖναι πρὸς τὸ πωλητήριον. Utitur et Xen. [OEc. 2, 3] et Isæus ap. Polluc. 3, [81. Plut. V. Ages. c. 9, Cat. min. c. 36, Mor. p. 209, C. Heliodor. 2, 30: Ἄλλους ἐπιζήτει ὠνητάς. || «Conductor ædificii. Tit. Att. C. I. vol. 1, p. 140, n. 102, 10.» Hase. De redemptore metallorum inscr. ap. Bœckh. 162, vol. 1, p. 287: Ὠνη. Ἀγνόθεος, ubi Bœckh. p. 288: «Vox ὠνητὴς decurtata est, ut v. 11: Ὠν. Καλλιμέδων, etc. Ὠνεῖσθαι et πρίασθαι veteres dicebant de metallis, recentiores μισθοῦσθαι (v. Comment. de metallis Laur. in Actis Acad. Boruss. a. 1814, p. 112, 115, 116); solet autem vox ὠνητὴς præscribi redemptoris nomini, ut n. 102: Ὠνηταὶ Ἀριστοφάνης Σμικύθου, etc.]

Ὠνητιάω, Empturio, ut Varro loquitur, h. e. Emere cupio. Unde infin. ὠνητιᾶν, Suidæ ὠνήσασθαι βούλεσθαι: et particip. ὠνητιῶν, quod idem cum Hesych. exp. ἀγοραστικῶς ἔχων. [Utrumque etiam Pollux annotavit 3, 80 et 126. Dio Cass. 47, 14: Ὥστε πλείστου ὅσου ἀγοράζειν ὧν ἔχρῃζον, καὶ διὰ τοῦτο μηδ' ὠνητιᾶν ἔτι (ubi modo ὠνησείοντα præcesserat). Imperf. 73, 11: Ὠνητίων ... ὑπερβάλλοντες ἀλλήλους.]

Ὠνητικὸς, ἡ, ὸν, Propensus ad emendum, Emax, ut Varro et Ovid. loquuntur [et est in Gl. ‖Ὠνητικῶς, adv. Philo vol. 2, p. 465, 1; 468, 12. Id. ib. p. 537, 24: Πιπράσκουσι τοῖς ἔχουσιν ὠν., Emturientibus. Hase.]

Ὠνητὸς, [ἡ, ὸν, et ά, ή,] Emptus, Pretio comparatus, τιμῇ κτητός. Hom. Od. Ξ, [202]: Ἐμὲ δ' ὠνητὴ τέκε μήτηρ Παλλακὶς, Empta s. Emptitia et serva mater, ἐξ ἀγορασίας δούλη. [Soph. OEd. T. 1123: Ἦ δοῦλος οὐκ ὠν. ἀλλ' οἴκοι τραφείς· pariterque Eur. Hec. 363, et ὠν. ὑπηρέται Plato Polit. p. 289, D. Idem Leg. 8, p. 841, D: Ὠνηταῖς εἴτε ἄλλῳ ὁτῳοῦν τρόπῳ κτηταῖς (γυναιξί). Plut. V. Lyc. c. 16: Οὐκ ἐπὶ ὠνητοῖς οὐδὲ μισθίοις παιδαγωγοῖς. Ὠν. ἵππος id. V. Eum. c. 4; σῖτος

V. Coriol. c. 16. Ὠνητοὶ γάμοι Eur. Hel. 892; ὠνητὸς ἐλπὶς ib. 822; ὠν. λόγοι idem ap. Plut. Mor. p. 539, B; γέλως Plut. Mor. p. 477, D; ὠνητὴ φιλίη Agathias Anth. Plan. 80.] Item ὠνητὸς χρήμασι, Pecuniis emptus. Copiæ etiam ὠνηταὶ dicuntur Quæ pecunia et mercede comparatæ conductæque sunt, s. mercenariæ. Thuc. 1, [121]: Ὠνητὴ γὰρ Ἀθηναίων ἡ δύναμις μᾶλλον ἢ οἰκεία. ‖ Emptitius, Qui emi potest, vel etiam Venum expositus, Venalis; ut Pollux quoque [3, 127] synonymως ponit ὠνητὰ, ὤνια, ἀγοράσματα, πιπρασκόμενα. Isocr. cum gen., Ad Nic. [p. 21, B]: Καὶ δόξῃ μὲν χρήματα κτητὰ, δόξα δὲ χρημάτων οὐκ ὠνητή. [Plut. Æm. Paul. c. 12.] Itidem et Chrysost. De sacerd. ὠνητὰ χρημάτων dixit Quæ pecuniis comparari possunt. [Cum dat. Thucyd. 3, 40: Ἐλπίδα οὔτε λόγῳ πιστὴν οὔτε χρήμασιν ὠνητήν.]

[Ὠνήτωρ, ὁ, i. q. ὠνητὴς, Emtor. Thom. M. p. 653: Ὀπωρῶν ὠνήτωρ οἱ ἀγοραῖοι· σὺ δὲ ὀπωρώνης λέγε.]

[Ὠνιακὸς, ἡ, ὸν, i. q. seq., si sana lectio ap. Olympiod. Cat. in Jerem. t. 2, p. 719, F et 720, A, ubi τὰ ὠνιακά. Hase.]

[Ὠνικὸς, ἡ, ὸν, Emtitius, Ad emtionem pertinens, Pseudo-Chrys. Serm. 88, vol. 7, p. 515. Seager.]

Ὤνιος, [ία, ιον, et] ὁ, ἡ, Emptoribus expositus, Venalis. [Mœris p. 423: Ὤνιος Ἀττικοὶ, πράσιμος Ἕλληνες. Hesych.: Ὤνια· τὰ πράσιμα, (ἀγοραστὰ addit Suidas). Ὠνίου· πρασίμου, ἀγοραστοῦ. Suidas: Ὠνίους· ἀγοραστοὺς, ἢ τιμίους. Epicharm. ap. Athen 7, p. 282, E: Ἕλοψ ὤνιος. Aristoph. Ach. 758: Πῶς (i. e. πόσου) ὁ σῖτος ὤνιος; et Eq. 480: Πῶς ὁ τυρὸς ἐν Βοιωτοῖς ὤνιος. Plato Leg. 8, p. 848, A: Ὤνιον ἔστω. Xenoph. Hell. 3, 4, 17: Ἀγορὰ μεστὴ ὅπλων καὶ ἵππων ὠνίων. Isæus p. 58, 22: Οὗ ὁ οἶνος ὤνιος. Dem. p. 598, 8: Ὁρόβους ἴστε ὄντας ὠνίους.] Lucian. in Nigr. [c. 25]: Τὴν ἀρετὴν ὤνιον ὥσπερ ἐξ ἀγορᾶς προτιθέντων. Herodian. 8, [6, 6]: Προὔθεσάν τε ὑπὲρ τῶν τειχῶν ἀγορὰν ὤνιον, παρέχοντες πάντων τῶν ἐπιτηδείων ἀφθονίαν· 2, [6, 7] de militibus prætorianis: Προεκήρυττον ὤνιον τὴν βασιλείαν. Plutarch. Symp. 5 [p. 680, E]: Οἰκέτας ἐκεῖθεν ὠνίους ἐξάγοντες. [Ὤνιόν τι ἄγειν idem V. Crassi c. 8, Alex. c. 6; κομίζειν Mor. p. 173, C; παρέχειν p. 193, D.] Ubi ut sunt οἰκέται ὤνιοι, sic et ap. Synes. Ep. 130, ὤνιος ἄνθρωπος, Venalis homo; et 59, γλῶττα ὤνιος, Lingua venalis. [Dinarch. p. 92, 37: Τοῦ στρατηγοῦ αὐτῶν ὠνίου ὄντος. Plutarch. V. Cat. min. c. 21: Τὰς ὑπατικὰς ἀρχαιρεσίας ὁρῶν ὠνίους οὔσας· V. Bruti c. 23: Ὠνίων τῶν στρατοπέδων ὥσπερ ὑπὸ κήρυκι προτιθεμένων. Τὴν πατρίδα ὤνιον ποιεῖν V. Sullæ c. 12; τὴν ἀρχὴν V. Pomp. c. 44. Ὤνιοι δικασταὶ Ælian. ap. Suidam s. v. Ὠνίους.] Quemadmodum vero aliquid ὤνιον προτιθέναι vel παρέχειν, ita ἀποδίδοσθαι, dicitur, ut ap. Suid. quædam Οὐ προσεῖτο τὴν δόσιν, ἑταιρικὸν φάσκουσα εἶναι τὸ μίσθωμα, τὸ ἑαυτὴν παραβαλεῖν ἀνδρὶ ἀγνῶτι, καὶ ὥσπερ ὤνιον τὸ κάλλος ἀποδόσθαι, Meretricium esse quæstum dicens homini ignoto sese indulgere, et tanquam venalem formam pretio addicere. Bud. [Procop. B. Pers. 2, 12: Εἰ μὴ τὴν σωτηρίαν ὤνιον κτήσονται τὰ λύτρα διδόντες. Menander Exc. Hist. p. 297: Παρ' αὐτοὺς ὤνιον ἀποκομίζειν τὴν μέταξαν. Quos locos Suidas attulit.] Interdum cum dat. vel gen. ponitur pro ὠνητὸς, Qui emitur vel emi potest, Venalis, ut quum Apollon. in Epist. dicit ὤνιος χρημάτων, Qui pecuniis emitur, Pecunia venalis. Sic Æschin. [p. 76, 27]: Αἵματός ἐστιν ἡ ἀρετὴ ὠνία. Aristot. Rhet. 2, [c. 16]: Ὁ γὰρ πλοῦτος οἷον τιμή τις ἐστὶ τῆς ἀξίας τῶν ἄλλων· διὸ φαίνεται πάντα ὤνια εἶναι αὐτοῦ. [Plutarch. V. Anton. c. 45: Λέγεται χοῖνιξ Ἀττικὴ πυρῶν πεντήκοντα δραχμῶν ὤνιος γενέσθαι.] Plutarch. in suo Περὶ εὐθυμίας libello [p. 465, C]: Πρῶτον μὲν ἡμῖν πολυτελῆ τὴν εὐθυμίαν καθίστησι, γινομένην ὤνιον ἀπραξίας. Lucian. [De sacrif. c. 2]: Εἰκάζειν δὲ χρὴ, πολλὰ εἶναι λιβανωτοῦ μόνου παρ' αὐτοῖς ὤνια. Epigr. [Antiphili Anth. Pal. 7, 622]: Ψυχῆς ὤνιον μέλι, Mel anima et vita comparabile: quemadmodum ap. Plutarch. supra quidquid aliquis voluerit, ψυχῆς ὠνεῖται. Rarius cum dat., ut ap. Greg. Naz. de Baptismo, Ὤνιόν σοι τοῦτο τῷ θελῆσαι μόνον τὸ ἀγαθὸν, Hoc comparare tibi potes solo boni desiderio et voluntate. Plurali numero τὰ ὤνια, Res venales, Quæ in foro emptoribus exponuntur. [Plat. Leg. 8, p. 849, A. Xenoph. Anab. 1, 2, 13; 7, 6, 24, Cyrop. 1, 2, 3. Lysias p. 165, 34.] Dem. [p. 144, 12]: Τὸ τῶν ὠνίων πλῆθος δρῶντες καὶ τὴν εὐετηρίαν τὴν κατὰ τὴν ἀγοράν. [Id. p. 106, 14; 173, 17.] Athen. 6 fin.: Σμικρᾶς δὲ πάνυ τῆς δαπάνης ὑπαρχούσης, διὰ τὸ τοὺς παρανομοῦντας καὶ ἀφειδῶς ἀναλίσκοντας ἀνατετιμηκέναι τὰ ὤνια. Aristot. Polit. 8, [c. 3]: Οὐχ ἵνα ἐν τοῖς ἰδίοις ὠνίοις μὴ διαμαρτάνωσιν, ἀλλ' ὦσιν ἀνεξαπάτητοι πρὸς τὴν τῶν σκευῶν ὠνήν τε καὶ πρᾶσιν. [Plutarch. V. Pomp. c. 26. Lucian. Patr. enc. c. 2.]

[Ὠνοκλετίας, ὁ, Onocletias, n. pr. in numo Thebano ap. Mionnet. *Descr.* vol. 2, p. 110.]

[Ὠνομασμένως, Nominatim. Aristot. Rhet. 3, 2.]

Ὦνος, ὁ, Pretium quod emptor persolvit venditori pro re quam emit, τιμή. Hom. Od. O, [386]: Ἄνδρες δυσμενέες νησὶν λάβον, ἠδ' ἐπέρασαν Τοῦδ' ἀνδρὸς πρὸς δώματ', ὁ δ' ἄξιον ὦνον ἔδωκεν. Sic Il. Φ, [41]: Καὶ τότε μέν μιν Λῆμνον ἐϋκτιμένην ἐπέρησε Νησὶν ἄγων, ἀτὰρ υἱὸς Ἰήσονος ὦνον ἔδωκε. Rursum Od. O, [452]: Ὅ δ' ὑμῖν μυρίον ὦνον Ἄλφοι ὅπη περάσῃ τε πρὸς ἀλλοθρόους ἀνθρώπους· Ξ, [297]: Κεῖθι δέ μ' ὡς περάσειε καὶ ἄσπετον ὦνον ἄροιτο· et [462]: Ὦνον ὑποσχόμεναι. [Hom. Καμίνῳ ap. Herodot. V. Hom. c. 32: Τιμῆς ὦνον ἀρέσθαι, pro quo apud Suidam scriptum τιμῇ ὄνειαρ ἑλέσθαι.] At βιοτήσιος ὦνος, ap. Apoll. Arg. 2, [1006]: Ὦνον ἀμείβοντας βιοτήσιον, schol. accipit pro τῆς τροφῆς τίμημα. Suidas quoque ὦνον pro τιμὴν accipit in loco [Babrii]: Τί σοι τὸ κέρδος, ἢ τίνων ὦνον εὑρήσεις; nec non schol. Theocr. [1, 28]: Ὃ δίδωσί τις ἵνα λάβῃ τι τῶν πωλουμένων, in expositione loci cujusdam, quem in Τυρόεις supra attuli. [Anon. Cat. in Psalm. p. 914, 2; 915, 18: Ὦνῳ χρημάτων. Philo vol. 1, p. 297, 39: Τὸν λεγόμενον ὦνον παρὰ ποιηταῖς, ἀργύριον ἢ χρυσίον, ἢ ἄλλα ὅσα πρὸς τοὺς πιπράσκοντας ἔθος τοῖς ὠνουμένοις ἀντικαταλλάττεσθαι. Hase.] ‖ Interdum tamen et prō ὠνὴ accipitur, h. e. pro Emptione, ut Hesych. quoque ὦνον esse dicit non solum τὴν καταβαλλομένην ἀντί τινος τιμὴν, sed etiam τὴν ὠνὴν, τὴν ἀγοράν: atque ita schol. Hom. accipit ap. Od. O, [444]: Ἀλλ' ἔχετ' ἐν φρεσὶ μῦθον, ἐπείγετε δ' ὦνον ὀδαίων, sic exponens hemistichium istud, Σπουδάζετε δὲ περὶ τὸν ἀγορασμὸν [τὴν ἀγορασίαν libri meliores] τῶν φορτίων.

[Ὠξείανα, τὰ, Oxiana, urbs Sogdianæ ad Oxum sita, ap. Ptolem. 6, 12, p. 423, ubi alii libri ὠξειάνα, ὀξείανα, ὠξιάνα, ὀξιάνα. Ibid., Ἀλεξάνδρεια Ὠξειανὴ, et Ὠξειανὴ λίμνη p. 422, 10, et Ὠξειανοὶ, οἱ, p. 423, 2, quibus in locis libri similiter variant. « Ὠξιανὸς, Tzetzes Epist. p. 88 Press.: Ζεῦγος ταρίχων ἰχθύων Ὠξιανῶν. » Osann.]

[Ὦξος, ὁ, Oxus, fluvius Bactrianæ, ap. Ptolem. 6, 11 locis pluribus, Arrian. Anab. 3, 29 (quo loco utitur Suidas s. v. Ὦξος), Agathem. 2, 10, Plutarch. V. Alex. c. 57, Dion. Per. 747. In libris non raro Ὄξος scriptum.]

[Ὠοβραχὴς, ὁ, ἡ, Madefactus albumine ovi. Paul. Ægin. p. 122, 21; 126, 22; 128, 17 Briau.: Ὠοβραχὲς ἔριον. Hase. Conf. Ἐλαιοβρεχής.]

[Ὠόγαλα, τὸ, Lacticinia, Gl. Galen., Aetius, Cornarius ad Paul. Æg. 6, 8, p. 55. Angl. Id. Paul. Æg. p. 106, 2: Ὠογάλακτι ἐγχύτῳ. Vertit Briau., *du lait et du blanc d'œuf mélangés*. Hase.]

[Ὠογενὴς, ὁ, ἡ, Ex ovo natus. Orph. H. 5, 2.

[Ὠογονέω, Ova pario. Geopon. 14, 2, 4.]

[Ὠογονία, ἡ, Ovi generatio. Philostr. V. Ap. 2, p. 65.]

Ὠοειδὴς, ὁ, ἡ, Ovo similis, Ovi speciem gerens, Ovatus. [Aristot. H. A. 5, 1: Σκώληκες ᾠοειδεῖς.] Theophrast., de sorbis: Διαφέρουσι τοῖς καρποῖς, τῷ τὰς μὲν στρογγύλον, τὰς δὲ προμήκη, τὰς δὲ ὠοειδῆ φέρειν. Unde Plin.: Sorbis triplex differentia; aliis enim rotunditas mali, aliis turbinatio piri, aliis ovata species. [Ὠοειδὲς σχῆμα (terræ) Ptolem. Geogr. 7, 6, 12 et 13, Plutarch. Mor. p. 886, C, Achill. Tat. Isag. p. 127, B; 130, C. Diodor. Exc. (ap. Photium) p. 521, 69: Κατεκέκρυπτο φύσις ἄρρενος ἐν ᾠοειδεῖ τόπῳ φύσεως θηλείας. Sic Bekkerus. Libri ὁμοειδεῖ vel ὠειδεῖ. Dio Cass. 49, 43: Τούς τε δελφῖνας καὶ τὰ ὠοειδῆ δημιουργήματα. HSt. in Ind.:] Ὠώδης, pro ὠοειδὴς, Ovo similis, Ovi speciem gerens. Plin. dicit hoc sensu Ovata species,

et Persius Ovatum aurum. [Aristot. H. A. 6, 10, p. 565, 23 : Τὰ ὀστρακώδη, ἐν οἷς ἐγγίνεται ᾠώδης ὑγρότης. Sic libri plerique pro vulgato olim ᾠοειδής. G. D. Et fort. sic quoque scribendum ap. Galen. vol. 19, p. 358, 17, ubi de humore albugineo oculi : Ὑγρῶν τριῶν, ὑελοειδοῦς, κρυσταλλοειδοῦς καὶ ᾠοειδοῦς. Hase.]

[Ὠοθεσία, ἡ, Ovorum positio s. series. Aristeas De 70 interprr. p. 253, 254 (110 ed. Hav.), in descriptione mensæ a Ptolemæo ad Eleazarum missæ : Ἐκ πλαγίων δὲ κατὰ τὴν στεφάνην κυκλόθε τὰ πρὸς τὴν ἄνω πρόσοψιν ᾠοθεσία κατεσκεύαστο διάλιθος, ἐκτύπωσιν ἔχουσα προσοχῆς συνεχέσιν ἀναγλυφαῖς ῥαβδωταῖς, πυκνὴν ἐχούσαις τὴν πρὸς ἄλληλα θέσιν περὶ ὅλην τὴν τράπεζαν. Ὑπὸ δὲ τὴν ἐκτύπωσιν τῶν λίθων τῆς ᾠοθεσίας στέφανον ἐποίησαν οἱ τεχνῖται πάγκαρπον. Et mox : Τὴν τῆς ᾠοθεσίας διασκευήν.]

[Ὠοθυτικός, ἡ, όν. Ὠοθυτικά, τά, liber de divinatione ex ovis, inter Orphicos memoratus ab Suida s. v. Ὀρπφεύς : Θυηπολικόν (hoc addendum Thesauro s. v. Θυηπολικός), Ὠοθυτικά, ἢ Ὠοσκοπικά. Quæ exscripsit Eudocia p. 318. Ὠοθυτικῶν autem quod argumentum fuerit Lobeck. Aglaoph. p. 410 ex schol. Pers. 5, 185, colligi posse monet sic scribente : *Sacerdotes qui explorandis periculis observationem faeiebant, observare solebant ovum igni impositum, utrum in capite an in latere desudaret; si autem ruptum effluxerat, periculum portendebat ei pro quo factum fuerat sacrum.*]

[Ὠοιοί. V. Ὤ.]

Ὠοκάταξις, ἡ, Ovorum fractio. Apud Lucian. Lexiph. [c. 9] : Ὁ ὠοκάταξις Εὔδημος, potius est Ovorum fractor, qui ibid. τὰ μὲν πιττῶν, τὰ δὲ εὖων διετέλεσε, propter nuptias sc. quæ apparabantur. [Vitiose ap. Suid. et Zonaram p. 1889 pro ὠτοκάταξις, quod v.]

|| Interdum ei subjungitur οὕτως in altera parte orationis, veluti, Ὡς ἂν σὺ ποιήσῃς, οὕτω καὶ ἐγὼ ποιήσω, (vel omisso posteriore hoc verbo, utpote quod subaudiri possit,) Ut tu feceris, ita etiam ego. Quum autem exempla hujus signif. ὡς passim obvia sint, ex Hom. addere contentus ero. Is igitur Il. B, [139] : Ἀλλ' ἄγεθ' ὡς ἂν ἐγὼ εἴπω, πειθώμεθα πάντες, Pareamus omnes ut dixero. Et Ω, [398] : Ἀφνειὸς μὲν ὅδ' ἐστὶ, γέρων δέ μοι [δὲ δὴ], ὡς σύ περ ὧδε. Invenitur et Ὡς cum accentu ap. Eund., interdum quidem et ipsum positum pro ὡς, Ut, Sicut, Velut, Tanquam (quum sc. postponitur, ut Il. Γ, 60 : Αἰεί τοι κραδίη, πέλεκυς ὡς, ἐστὶν ἀτειρής) [Accentu notatur, ut HSt. ipse paullo inferius animadvertit, quia nomini postpositum est, quam collocationem recentiores grammatici quidam inter anastrophæ exempla numerant, ut Greg. Cor. p. 448 : Τὸ ἀναστρέφειν τὰς λέξεις Ἰώνων ἐστὶν ἴδιον, οἷον « ὄρνιθες ὥς, » καὶ « ὦ ἔπι πόλλ' ἐμόγησα » ἀντὶ τοῦ ὡς ὄρνιθες καὶ ἐπὶ ὦ πολλὰ ἐμόγησα· ubi Koenius : « Ὄρνιθες ὡς in Iliad. Γ, 2, unde habet Matro in parodia ap. Athen. 4, p. 137, C, et Eurip. Bacch. 955, ut θεὸς ὡς Il. Γ, 230, E, 78; αἴγειρος ὡς Il. Δ, 482; λέων ὡς Il. E, 299. (Adde ὄρνιθας ὡς B, 764.) Κυναγὸς ὡς Eurip. Iph. T. 284. (Adde Soph. Aj. 322 : Ὑπεστέναζε ταῦρος ὡς βρυχώμενος· El. 66 : Ἄστρον ὡς λάμψειν ἔτι.) Ποταμὸς ὡς Theocr. 25, 201. Plura exempla desideranti dabit Perger. ad Hesych. s. v. Θὴρ ὥς· ὡς θήρ. Conf. schol. (recent.) ad Il. A, 162 (qui iisdem quibus Greg. Cor. utitur locis Homericis duobus). In Latinis etiam poetis simillima quædam obvia sunt. *Lupi ceu* in Virgil. Æn. 2, 355, exprimit Homeri λύκοι ὡς Il. Δ, 471. *Canes ut* in Lucilii versu apud Varron. De LL. cum ὄρνιθες ὡς contulit Scaliger Conj. in Varron. p. 145.» Recte grammatici illi particulam ubi nomini postposita esset accentu notarunt, quam rationem commendat etiam producta plerumque apud Epicos veteres ante ὡς syllaba brevis, ut in Homerico ὄρνιθες ὡς aliisque exemplis infra afferendis. Nec dubitandum quin in locis quales sunt Hesiodi Sc. 60 : Τεύχεσι λαμπομένους σέλας ὡς πυρὸς αἰθομένοιο, aut Theog. 862 : Κασσίτερος ὡς | τέχνῃ ὕπ' αἰζηῶν ὑπό τ' εὐτρήτου χοάνοιο | θαλφθείς, ὡς potius sit scribendum quam ὡς. Contra ubi ὡς medium positum est inter nomen ejusque epitheton, sine istiusmodi syllabæ brevis productione, ut ap. Homerum Od. X, 299 : Οἱ δ' ἐφέβοντο κατὰ μέγαρον, βόες ὡς ἀγελαῖαι, aut Quint. Sm. 2, 248 : Λέων ὡς ὀβριμόθυμος· 5, 131 : Ἀστὴρ ὡς ἀρίδηλος, fortasse ὡς scribere præstat sine accentu, ut in aliis aliorum poetarum locis hujusmodi scribitur, velut Κισσὸς ὡς ἀτενὴς ap. Soph. Ant. 825, cui non repugnat quod Aj. 322 scribitur ὑπεστέναζε ταῦρος ὡς βρυχώμενος, quum verborum structura non sit ὡς βρυχώμενος ταῦρος, *ut rugiens taurus*, sed βρυχώμενος ὡς ταῦρος, *rugiens ut taurus*. Grammaticorum antiquissimorum quæ de ὡς vel ὥς istiusmodi in locis scribendo sententia fuerit nescimus. Probabile tamen est dissensisse eos eodem modo quo de præpositionum anastrophe dissenserunt, velut ap. Homerum Il. B, 877, ubi Aristarchus Ξάνθου ἄπο δινήεντος probabat, alii Ξάνθου ἀπὸ δινήεντος scribebant, alii longius progressi non solum præpositioni inter nomen et adjectivum, sed etiam inter adjectivum et nomen positæ anastrophen adhiberi voluerunt : quas opiniones accurate exposuit Reitzius in libro De accent. inclin. p. 124, 125. G. Dind. Ὡς nomini et adjectivo interjectum, producta quæ in arsi præcedit syllaba brevi, ap. Homer. Od. Λ, 413 : Σύες ὡς ἀργιόδοντες. Ib. Σ, 29 : Συὸς ὡς ληϊβοτείρης, quorum ad normam Apoll. Rh. 2, 1023, Σύες ὡς | φορβάδες dixit : sed brevi manente syllaba illa Hom. Od. X, 299 : Κατὰ μέγαρον βόες ὡς ἀγελαῖαι· et κτίλος ὡς Γ, 196; κακὸς ὡς ἓν ὁμίλῳ Θ, 94; ὀλοοίτροχος ὡς ἀπὸ πέτρης N, 137 (unde ἀπηνέος ὡς ἀπὸ πέτρης Oppian. Hal. 2, 337); nec raro Epici post Homerum, ut Hesiod. Sc. 60 : Σέλας ὡς πυρὸς αἰθομένοιο. Apoll. Rh. 1, 240 : Ἀστέρες ὡς νεφέεσσι μετέπρεπον. Theocr. 13, 24. Quint. Sm. 2, 533; 3, 271; 5, 558; 9, 77; 11, 306; 12, 507; 14, 23, etsi productionis quoque Homericæ exempla apud eos reperiuntur, ut κασσίτερος ὡς in fine versus ap. Hesiod. Theog. 862; ποταμὸς ὡς Theocr. 25, 201; νέφος ὡς Apoll. Rh. 2, 566; θεὸν ὡς πορσανέουσιν 3, 1123; πυρὸς ὡς ἄμφεπεν αἴγλη 4, 1143; Οἵ ἑ θεὸν ὡς ... Quint. Sm. 1, 107. Unde Nicandro Ther. 240 pro πομφόλυγες τώς restituendum πομφόλυγες ὥς, ut λείρια δ' ὡς ἴα est v. 543, et βλάστη δ' ὡς ἔχιος 642.» Spitzner. ad Hom. Iliad. vol. 4, p. xxxviii]; interdum vero, et quidem frequenter, respondens illi ὡς sine accentu, quod aliquanto ante præcesserit. Et Ὡς quidem est Ut, Sicut : at vero Ὡς, accentum additum habens, Ita, Sic. Occurrunt certe passim in comparationibus exempla. Hom. Il. [K, 485 : Ὡς δὲ λέων μήλοισιν ... ἐνορούσῃ, ... ὡς μὲν Θρῄϊκας ἄνδρας ἐπώχετο Τυδέος υἱός·] Υ, [490] : Ὡς δ' ἀναμαιμάει βαθὲ' ἄγκεα θεσπιδαὲς πῦρ Οὔρεος ἀζαλέοιο ... Ὡς ὅγε πάντη θῦνε σὺν ἔγχεϊ δαίμονι ἶσος Κτεινομένους ἐφέπων. Et statim post, Ὡς δ' ὅτε τις ζεύξῃ βόας ... Ὡς ὑπ' Ἀχιλλῆος. Idem Il. Π, [356] quatuor versibus incipientibus ab hac particula ὡς, quorum primus est, Ὡς δὲ λύκοι ἄρνεσσιν ἐπέχραον κτλ., subjungit, Ὡς Δαναοὶ Τρώεσσιν ἐπέχραον. [De usu particulæ Homerico in comparationibus dixit Spitznerus ad Iliad. vol. 4, p. xxxv seqq., quæ compendifacta apponimus. « Nulla particula in comparationibus crebrius reperitur adverbio ὡς, quod Buttmann. in Lexilogo vol. 1, p. 239, Homerum in sententiarum initio non posuisse opinabatur nisi ubi enunciatio integra verbo vel participio adjuncto esset submissa, exemtis tamen exemplis in quibus ellipsis facile cognoscenda insit, ut Od. Ξ, 441 : Αἴθ' οὕτως, Εὔμαιε, φίλος Διὶ πατρὶ γένοιτο ὡς ἐμοί. Sed in comparatione vera et plena, in qua ὡς nominativo vel accusativo præmissa Latinorum particulæ *instar* respondeat, locum ei non esse. Huic enim comparandi generi vel ὥς nominibus postpositum vel ὥστε vel ἠΰτε congruere : quamobrem Il. B, 144 : Κινήθη δ' ἀγορὴ, ὡς κύματα μακρὰ θαλάσσης, cum Zenodoto φὴ κ. μ. θ. esse scribendum. Verum Buttmanni præcepto aliquot adversantur exempla ab eo neglecta, ut Il. Φ, 283 : Ἐρχθέντ' ἐν μεγάλῳ ποταμῷ ὡς παῖδα συφορβόν· Γ, 403 : Μηδ' ὡς Πάτροκλον λίπετ' αὐτοῦ τεθνηῶτα· Ψ, 431 : Κέντρῳ ἐπισπέρχων ὡς οὐκ ἀΐοντι ἐοικώς· Od. O, 479 : Ἄντλῳ δ' ἐνδούπησε πεσοῦσ' ὡς εἰναλίη κήξ. Homerum sequuntur Epici plerique, sicut Theocr. 2, 56 : Ἐμφὺς ὡς λιμνᾶτις ... βδέλλα· 3, 54; 15, 92; 18, 37, Bion 1, 58, Apollon. Arg. 1, 1335, Quint. Sm. 2, 198; 3, 184. »] Atque ut eadem opera de hac particula assumente accentum dicam et reliqua quæ dicenda supersunt, sciendum est non assumere eum tunc duntaxat, quum illi ὡς subjungitur, aut certe quum postponitur, ut in πέλεκυς ὥς. Passim enim ap. eum legitur, Ὡς εἰπὼν, et Ὡς εἰποῦσα, Ita locutus, Ita locuta. Quibus simile est, Il. Π fin.: Ὡς ἄρα μιν εἰπόντα τέλος θανάτοιο κάλυψε. Et paulo post, Ὡς ἄρα φωνήσας. Quibus addendum et Ὡς φάτο [quod et alia

hujusmodi, quæ in proximis affert HSt., frequentissimum est apud Homerum ceterosque poetas epicos]. Neque tamen hujusmodi duntaxat locis adhiberi istam particulam putandum est. Legimus enim apud eum, Ὡς οἱ μὲν κατὰ ἄστυ πεφυζότες ἠΰτε νεβροὶ, Ἰδρῶ ἀπεψύχοντο, πίον τ' ἀκέοντό τε δίψαν· a quibus versibus suæ Iliadis librum X inchoat. Tale est initium libri Z Odysseæ : Ὡς ὁ μὲν ἔνθα κάθευδε πολύτλας δῖος Ὀδυσσεὺς, Ὕπνῳ καὶ καμάτῳ ἀρημένος. Quin etiam initio libri I Iliadis hæc particula apponitur, Ὡς οἱ μὲν Τρῶες φυλακὰς ἔχον. Extat præterea particula ista ὡς pro οὕτως apud Eundem, alibi etiam quam in principio orationis posita. Il. B, [364] : Εἰ δέ κεν ὡς ἔρξεις, καί τοι πείθωνται Ἀχαιοὶ (vel potius per conjunctivum, Εἰ δέ κεν ὡς ἔρξῃς, καί τοι πείθωνται Ἀχαιοὶ, ut habet vetus meum exemplar), Si ita feceris. Quem usum parum frequentem esse puto, quum contra in principio orationis frequentissime reperiatur. Quin etiam legitur apud Eundem hæc particula ὡς præfixam habens copulam καί : nec solum apud eum atque alios poetas, sed apud prosæ etiam scriptores interdum (et quidem apud Thuc. potissimum), legitur itidem Καὶ ὥς. Prius autem ex illo exempla proferam. Il. A, quum Agamemnon de Chryseide dixisset, Ἐπεὶ πολὺ βούλομαι αὐτὴν Οἶκοι ἔχειν· καὶ γάρ ῥα Κλυταιμνήστρης προβέβουλα κτλ., subjungit [116], Ἀλλὰ καὶ ὡς ἐθέλω δόμεναι πάλιν, εἰ τό γ' ἄμεινον. Idem poeta Il. Π, [362] quum dixisset de Hectore cum alia, tum hæc, Ἦ μὲν δὴ γίνωσκε μάχης ἑτεραλκέα νίκην, subjungit, Ἀλλὰ καὶ ὡς ἀνέμιμνε, σάω δ' ἑρίηρας ἑταίρους. Qui duo loci non eandem prorsus interpretationem videntur admittere, sed in priore illo, ἀλλὰ καὶ ὡς posse reddi Quod quamvis ita sit. Alioqui non improbo eam interpret. qua redditur Veruntamen; sed posteriori loco magis necessaria est (nisi quis malit, Nihilominus tamen), quod altera, quæ alioqui magis ad verbum respondet propter particulam Ita, illi convenire non possit. [Ὡς δὲ καὶ pro οὕτω δὲ καὶ Herodot. 3, 13 : Ὡς δὲ καὶ Βαρκαῖοι ... ἕτερα τοιαῦτα ἐποίησαν· 109 : Ὡς δὲ καὶ αἱ ἔχιδναί τε καὶ οἱ ... ὄφιες εἰ ἐγίνοντο ὡς ἡ φύσις αὐτοῖσι ὑπάρχει, οὐκ ἂν ἦν βιώσιμα ἀνθρώποισι· 5, 30 : Πάντα ποιῆσαι τοὺς Ναξίους ... ὡς δὲ καὶ τοὺς ἄλλους νησιώτας· 9, 35 : Ὡς δὲ καὶ Σπαρτιῆται. Schweigh. Plato Protag. p. 326, D : Ὥσπερ οἱ γραμματισταὶ ... ἀναγκάζουσι γράφειν κατὰ τὴν ὑφήγησιν τῶν γραμμῶν, ὡς δὲ καὶ ἡ πόλις .... ἀναγκάζει κτλ. Qualia rarissime reperiuntur apud Atticos. Ὡς ... ὡς, ut sæpe apud Homerum, Plato Rep. 7, p. 530, D : Κινδυνεύει, ἔφην, ὡς πρὸς ἀστρονομίαν ὄμματα πέπηγεν, ὡς πρὸς ἐναρμόνιον φορὰν ὦτα παγῆναι· ubi in libris nonnullis οὕτω pro ὡς scriptum, Plato vero fortasse neutrum scripserat. Οἷα ... ὡς ap. Eur. El. 155 : Οἷα ... δέ τις κύκνος ἀχέτας ποταμίοις παρὰ χεύμασιν πατέρα φίλτατον καλεῖ ... ὡς σὲ τὸν ἄθλιον πατέρ' ἐγὼ κατακλάομαι.] Venio ad locos Thuc. qui et ipse καὶ ὡς usurpat, parum (quod quidem meminerim) ab aliis usurpatum. [Sæpissime dixit Dio Cassius, Thucydidis imitator.] Sed hoc animadvertendum, ap. eum καὶ ὡς, nisi ego valde fallor, esse quod dicimus Gallice *Aussi bien ainsi qu'en ça*. 1, p. 16 meæ ed. [c. 44] : Ἐδόκει γὰρ ὁ πρὸς Πελοποννησίους πόλεμος καὶ ὡς ἔσεσθαι αὐτοῖς. [Ubi cod. Palat. καὶ ὧς, ut οὐδ' ὧς ex eo annotatum ad 1, 74. Id. 3, 33 : Εἰ καὶ ὡς μὴ διενοοῦντο μένειν· 7, [74 : Ἐπειδὴ καὶ ὡς οὐκ εὐθὺς ὥρμησαν. Ib.] p. 262 [c. 81] : Καὶ ἐνόμιζον καὶ ὡς ταύτῃ τῇ ἰδέᾳ καταδαμασάμενοι λήψεσθαι αὐτούς. Quo in l. duplex mendum habent quædam exempll., nimirum ὡς sine accentu, et τελείαν στιγμὴν post ἐνόμιζον. [8, 51 : Ἐκ τοῦ τοιούτου καὶ ὡς μέλλουσα Σάμος θᾶσσον ἐτειχίσθη. Interposito γὰρ 8, 87 : Καὶ γὰρ ὡς αὐτοῖς οὐδὲν ἔμελλε χρήσεσθαι.] Ut porro καὶ ὡς, ita etiam Οὐδ ὡς legitur apud ambos istos scriptores : Homerum dico et Thuc. Habemus enim ap. Hom. Od. initio, ubi quum de Ulisse dixisset, Πολλὰ δ' ὅγ' ἐν πόντῳ πάθεν ἄλγεα ὃν κατὰ θυμὸν, Ἀρνύμενος ἥν τε ψυχὴν καὶ νόστον ἑταίρων, subjunxit, Ἀλλ' οὐδ' ὡς ἑτάρους ἐρρύσατο ἱέμενός περ. Ubi vulgata ad verbum Interpret. habet, Sed neque sic : quum potius reddi debeat Sed ne sic quidem. Possumus enim hic particula Sic uti cum particula Quidem : quum in καὶ ὡς non ita commode adverbium illud Sic usurpare possimus. [Soph. Ant. 1042 : Οὐδ' εἰ θέλουσ' οἱ Ζηνὸς ἀετοὶ βορὰν φέρειν νιν ..., οὐδ' ὡς (codex ὥς) μίασμα τοῦτο μὴ τρέσας ἐγὼ θάπτειν παρήσω κεῖνον.] Talem autem usum οὐδ' ὡς ap. Isocr. et Thuc. habet, 5, [55] : Οὐδ' ὡς ἐδυνήθησαν ξυμβῆναι· 1, [132] : Ἀλλ' οὐδ' ὡς οὐδὲ τῶν εἰλώτων μηνυταῖς τισι πιστεύσαντες. [5, 115] : Τὰς σπονδὰς οὐδ' ὡς ἀφέντες ἐπολέμουν αὐτοῖς. Et 7, 75.] Legitur etiam Μηδ' ὡς in ead. signif. ap. eund. Thuc. [1, 74 : Ἠξιώσαμεν ... μηδ' ὡς τὸ τῶν περιλοίπων ξυμμάχων κοινὸν προλιπεῖν· 7, 28 : Μηδ' ὡς ἀποστῆναι Σικελίας. Οὐδ' ὡς et μηδ' ὡς frequens apud Dionem Cassium.] Existimo autem licere nobis, habita ratione rei de qua agitur, pro Ne sic quidem, aliis verbis uti, particularius (ut ita dicam) declarantibus id quod verba illa Ne sic quidem generalius significarent. Veluti si pro Ne sic quidem dicam, Ne his quidem conditionibus, Ne his quidem auditis, Ne his quidem polliticis solicitati, minis perterrefacti. [Ὡς simplex pro οὕτως in initio sententiæ ap. Thucyd. 3, 37 : Ὡς (sic cod. optimus; ceteri ὡς) οὖν χρὴ καὶ ἡμᾶς ποιοῦντας μὴ δεινότητι καὶ ξυνέσεως ἀγῶνι ἐπαιρομένους παρὰ δόξαν τῷ ὑμετέρῳ πλήθει παραινεῖν.] His addo Ἔστιν ὡς, quod Bud. interpr. Quodammodo, Quadantenus : afferens ex Aristot. Polit. 1, [c. 3, 22] : Ἐπεὶ δ' ἔστι μὲν ὡς τοῦ οἰκονόμου καὶ τοῦ ἄρχοντος καὶ περὶ ὑγείας ἰδεῖν, ἔστι δ' ὡς οὔ, ἀλλὰ τοῦ ἰατροῦ· οὕτω καὶ περὶ τῶν χρημάτων, ἔστι μὲν ὡς τοῦ οἰκονόμου, ἔστι δ' ὡς οὔ, ἀλλὰ ὑπηρετητικῆς. Aliud autem exemplum ex eod. Aristot. allatum, in ipsis Bud. Comm. videndum tibi relinquo, p. 1098, quædam vero et p. 1100, eodem pertinentia habes. Sed in illa p. 1098 dicitur præterea, ὡς cum accentu significare ὅπως, Quomodo. Afferturque ex eod. Aristot. Eth. 6, [9] : Οὐκοῦν οὐδ' ἐκείνη που εὐβουλία, ἀλλ' ὀρθότης τῆς βουλῆς, κατὰ τὸ ὠφέλιμον, καὶ οὗ δεῖ, καὶ ὡς, καὶ ὅτε. Sed mihi parum placet hoc in l. ista scriptura, quippe qui in aliis quamplurimis inveniri sciam hanc particulam hunc ipsum usum habentem, sine accentu tamen scriptam. Creditur porro particula Ὡς accentum habens, facta esse ex vocula Τώς : cujus usus pro οὕτως, i. e. Ita, Sic (quum alioqui Dorice τὼς sit etiam articulus pro τοὺς), ap. Hom. extat, et quidem habens sibi redditam particulam ὡς, Il. Γ, [415] : Τὼς δέ σ' ἀπεχθήρω ὡς νῦν ἔκπαγλ' ἐφίλησα. [Quo loco utitur Etym. M. p. 773, 13 (sive Epim. Hom. in Crameri Anecd. Oxon. vol. 1, p. 405, 27), ubi τώς ἀφαιρέσει ἐκ τοῦ οὕτως factum esse docetur. Adde Od. T, 234 : Τὼς μὲν ἔην μαλακός· λαμπρὸς δ' ἦν ἠέλιος· ὥς. Hesiod. Theog. 892 : Τὼς γάρ οἱ φρασάτην· Sc. 219 : Τὼς γάρ μιν παλάμαις τεῦξε ... χρύσεον· 478 : Τὼς γάρ μιν Ἀπόλλων ... ἤνωξε. Et apud Epicos posteriores, vel absolute, vel respondente ὡς, velut Apoll. Rh. 2, 345 : Καὶ τὰ μὲν ὥς κε πέλῃ, τὼς ἔσσεται· 3, 709 : Τὼς γὰρ θέμις· 3, 629 : Τὼς ἔμεν, ὥς κεν ... ἰθύσειεν· 4, 681 : Τὼς οἵ γε φυὴν ἀΐδηλοι ἔποντο· 4, 1479 : Τὼς ἰδέειν ὥς τίς τε κτλ. Callim. Del. 8. Dionys. P. 125, 1179. Theocr. 24, 72 : Τὼς ἔλεγεν βασίλεια. Raro apud Tragicos, quorum Euripides nusquam hac particula usus est, Æschylus aliquoties, Suppl. 69 : Τὼς καὶ ἐγὼ ... ὄπτω τὰν ... παρειάν. (Suspectum ib. 691.) Præcedente ὡς Sept. 483 : Ὡς δ' ὑπέραυχα βάζουσιν ἐπὶ πτόλει ..., τώς νιν Ζεὺς ... ἐπίδοι κοταίνων. Sed ib. 637, ἀτιμαστῆρα τώς corruptum ex ἀτιμαστῆρ' ὅπως. Neque enim τὼς, quod *sic* significat, pro relativo ὡς, *ut* significante, poni potest : quod ne in Dorica quidem dialecto factum esse credi poterit nisi certiora exempla allata fuerint quam unum illud Aristoph. Ach. 762 in verbis Megarensis, quo Gregor. Cor. p. 243 utitur, ut τὼς Dorice pro ὡς dictum esse ostendat : Ποῖα σκόροδ'; ὑμὲς τῶν ἀεὶ, ὄκκ' ἐσβάλητε, τὼς ἀρωραῖοι μύες, πάσσακι τὰς ἄγλιθας ἐξορύσσετε. Nam hic quoque facilis est correctio ἐσβάλῃθ', ὅπως .... G. D.] Et ap. Soph. [Aj. 841] : Τὼς αὐτοσφαγεῖς ὀλοίατο. [Respondet hoc τὼς præcedentibus verbis ὥσπερ εἰσορῶσ' ἐμὲ αὐτοσφαγῆ πίπτοντα. Sed totum locum (839—842) ab interpolatore conflictum esse hodie satis constat. Quod ignoravit Eustathius qui hoc loco utitur p. 429, 33. G. Dind.]

‖ Postremo de ὡς istud quoque dicendum superest, quosdam alicubi exposuisse ὅμως, i. e. Tamen : (ad quam signif. pertinent quædam exempla quæ supra

attuli:) nonnullos autem hoc etiam addidisse, debere tum scribi ᾧς circumflexo: quod, ut opinor, existimarent ibi hanc particulam esse ex ὅμως, per syncopen. Sed isti me sibi assensorem non habebunt. [ᾧς perispomenon nusquam fere reperitur in codicibus aut Homeri aut aliorum scriptorum, frequenter vero memoratur a grammaticis, quorum locos multos collegit Gœttling. in libro De accent. p. 335 sq. Aristarchi quæ fuerit sententia non ex scholiis Homericis, sed ex gramm. inferiore in Epim. Hom. in Cram. Anecd. vol. 1, p. 449, 13, cognitum (quæ iisdem fere verbis leguntur in Etym. Gud. p. 581), qui de accentu voculæ sic in universum præcipit: Ὡς ἐπίρρημα παραβολῆς· καὶ ποτὲ ὀξύνεται καὶ βαρύνεται τὸ ὡς. Ὅτε ἐπὶ τέλους στίχου κεῖται, ὀξύνεται «Ὄρνιθες ὥς» (Il. Γ, 2)· καὶ ὅτε προηγεῖται ἐγκλιτικὸν, ἐάν τε ἀρχὴ φράσεως, ἐάν τε μέσον εἴη, (Il. Ω, 388:) «Ὡς μοι καλὰ τὸν οἶτον ἀπότμου παιδὸς ἐνίσποις.» (Il. B, 289:) «Ὥστε γὰρ ἢ παῖδες νεαροὶ χῆραί τε γυναῖκες.» (Il. Θ, 513:) «Ἀλλ' ὥς τις τούτων τε βέλος καὶ οἴκοθι πέμπει.» Βαρυτονεῖται δὲ ἐν ἀρχῇ τασσόμενον μὴ ἐπιφερομένου ἐγκλιτικοῦ. (Il. H, 1:) «Ὡς εἰπὼν πυλέων.» (Il. K, 485:) «Ὡς δὲ λέων μήλοισιν.» (Il. Γ, 27:) «Ὡς ἐχάρη Μενέλαος.» (Diversa miscet. Nam in primo et tertio exemplo necessarium est ὥς, ut legitur in codd.; in illo vero ὡς δὲ λέων etc. ὡς particula respondentem sibi habet ὣς particulam, ut sæpe ap. Homerum, de quo supra dictum.) Καὶ ἐν μέσῃ φράσει μὴ ἐπιφερομένου ἐγκλιτικοῦ, εἰ μὴ σημαίνει τὸ ὅμως, ἢ τὸ οὕτως· ὁπότε γε οὕτως ὑποτάσσοιτο συνδέσμῳ, (Od. P, 218:) «Ὡς αἰεὶ τὸν ὁμοῖον ἄγει θεὸς ὡς τὸν ὁμοῖον·» καὶ (Il. O, 484:) «Ἕκτωρ δ' ὡς εἶδεν Τεύκρου βλαφθέντα βέλεμνα.» (Il. Z, 374:) «Ἕκτωρ δ' ὡς οὐκ ἔνδον ἀμύμονα τέτμεν ἄκοιτιν.» Ἀρίσταρχος δὲ παρήνει καὶ Τυραννίων τὸ ὡς ἐν μέσῃ φράσει περισπᾶν, εἰ μὴ ὑποτάσσοιτο συνδέσμῳ, ὡς τὸ (Il. Λ, 721) «Ἀλλὰ καὶ ὣς ἐθέλω, ἐπεὶ ὣς ἄγε νεῖκος Ἀθήνη.» (Il. Δ, 322:) «Ἀλλὰ καὶ ὣς ἱππεῦσι μετέσσομαι.» (Il. A, 116:) «Ἀλλὰ καὶ ὣς ἐθέλω δόμεναι πάλιν, εἰ τόγ' ἄμεινον.» (Od. E, 379:) «Ἀλλ' οὐδ' ὣς σε ἔολπα ὀνήσεσθαι κακότητος.» Hanc doctrinam sequuntur Apollon. Lex. Hom. p. 725: Δασυνόμενον καὶ περισπώμενον· τὸ ὣς τὸ ὅμως δηλοῖ (Il. A, 116) «Ἀλλὰ καὶ ὣς ἐθέλω δόμεναι πάλιν» καὶ (Od. A, 6) «Ἀλλ' οὐδ' ὣς ἑτάρους ἐρρύσατο ἱέμενός περ», aliique grammatici, inter quos Herodianum fuisse ex scholiis colligitur ex Ἰλιακῇ προσῳδίᾳ, ut Lehrsius conjecit, excerptis, Il. A, 116: Καὶ ὣς· τὸ ὣς ὁπότε σημαντικόν ἐστι τοῦ ὅμως, περισπᾶται· et simillime ad Il. Z, 159. Et ad H, 31, Ἐπεὶ ὣς φίλον ἔπλετο θυμῷ: Βαρυτονητέον τὸ ὣς· δηλοῖ γὰρ τὸ οὕτως. Λ, 720, Ἀλλὰ καὶ ὣς ἱππεῦσι μετέπρεπον ἡμετέροισιν | καὶ πεζός περ ἐών· ἐπεὶ ὣς ἄγε νεῖκος Ἀθήνη: Τὸ μὲν πρότερον ὡς περισπωμένως, τὸ δὲ ἕτερον κατ' ἔγκλισιν, ἐπειδήπερ τὸ μεταφραστικὸν αὐτοῦ ἐστιν, ἐπεὶ οὕτως ἦγε τὸ νεῖκος ἡ Ἀθηνᾶ. Conveniunt hæc Herodianeis quæ excerpsit Joann. Alex. Ton. παραγγέλμ. p. 31, 21: Τὸ ὣς ἀεὶ ὀξύνεται κἂν ἐν ἀρχῇ κἂν ἐν μέσῳ κἂν ἐν τέλει ᾖ, πλὴν μόνον ὅτε σημαίνει τὸ οὕτως καὶ τὸ ὅμως· τότε γὰρ περισπᾶται. Ὀξύνεται μὲν ἐν ἀρχῇ οὕτως (Il. Γ, 23:) «Ὡς δὲ (apud Hom. recte ὥστε) λέων ἐχάρη,» κοιμιζομένης ἐν τούτῳ τῆς ὀξείας διὰ τὸ μὴ εἶναι τὸ δέ ἐγκλιτικόν· καὶ ἐν μέσῳ, (Od. P, 218:) «Ὡς ἀεὶ τὸν ὅμοιον ἄγει θεὸς ὡς τὸν ὅμοιον.» (Il. Γ, 415:) «Τὼς δέ σ' ἀπεχθήρω, ὡς νῦν ἔκπαγλ' ἐφίλησα·» καὶ ἐν τέλει, (Il. Γ, 2:) «Ἐνοπῇ τ' ἴσαν ὄρνιθες ὥς.» Τοῦ δὲ περισπωμένου, ὅτε δηλοῖ τὸ οὕτως ἢ τὸ ὅμως, (Il. A, 116:) «Ἀλλὰ καὶ ὣς ἐθέλω δόμεναι πάλιν ....» (Il. Λ, 721:) «Ἐπεὶ ὣς ἄγε νεῖκος Ἀθήνη.» In universum hanc quæstionem tangit Herodian. Περὶ μον. λέξ. p. 25, 29: Ὡς, τώς· οὐδὲν εἰς ως λῆγον ἐπίρρημα ὀξυνόμενον, ὑπεσταλμένης Δωρίδος διαλέκτου, ἀλλὰ μόνον τὸ ὥς, καὶ τώς ἀνταποδοτικὸν αὐτοῦ ὑπάρχον. Οὐκ ἀγνοῶ μέντοι ὅτι ἐν διαφόρῳ σημαινομένῳ καὶ διαφόρῳ συντάξει ἔσθ' ὅτε περισπᾶται. Denique Eustath. p. 61, 45 (ad locum Il. A, 116 sæpius supra memoratum): Ὅτι ἐν τῷ «ἀλλὰ καὶ ὣς ἐθέλω δόμεναι πάλιν» περισπᾶται παρὰ τοῖς παλαιοῖς τὸ ὣς. Φέρεται γὰρ ἐν τοῖς Ἡροδώρου καὶ Ἀπίωνος ὅτι τὸ ὡς, ὅτε δηλοῖ τὸ ὅμως, περισπᾶται. Diversam Tryphonis sententiam breviter tetigit Apollon. De conjunct. p. 523, 21: Τῷ αὐτῷ λόγῳ πλέον ἐπεμέμφετο (Τρύφων) τοὺς ἐγκλίνοντας μὲν κατ' ἀρχὴν τὸ ὡς, ἐν δὲ μέσῃ τῇ φράσει περισπῶντας «ἀλλ' οὐδ' ὣς ἑτάρους ἐρρύσατο.» Apollonius A ipse quid senserit neque ex his verbis certo colligi potest neque ex libro De adverb. p. 581, 3: Ὑπέλαβον ὅτι καὶ κατὰ τὸ ἔθος τὸ ὣς Δωρικόν ἐστι, περὶ οὗ ἐν εὐτάκτῳ εἰρήσεται ἐν τῷ περὶ τῶν διεψευσμένων τόνων. G. D. Dissensum grammaticorum frustra puto componere studeas. Dirimendus est, quippe ex parum accurata observatione ortus. Significationes ista particula omnino habet octo: *sicut*, *quod*, *ut* (finem significans), *quum*, *ad*, *ubi*, *sic*, *quam*. Harum sex priores ita sunt comparatæ ut natura sua ad sequentia verba trahantur, neque vocis contentionem requirant. Hæ igitur ubi locum habent semper deponetur accentus, nisi ubi per anastrophen post id verbum, ad quod referuntur, collocatæ fuerint, ut ὄρνιθες ὥς. Quæ autem reliquæ sunt duæ significationes, earum prior *sic*, natura sua non postulat ut quidquam sequatur. Potest enim per se intelligi et nudum collocari ὥς. Eaque more adverbiorum videtur circumflectenda esse: ὥς εἰπὼν πυλέων ἐξέσσυτο φαίδιμος Ἕκτωρ. | ἀλλὰ καὶ ὥς ἐθέλω δόμεναι πάλιν. | ἀλλ' οὐδ' ὥς ἑτάρους ἐρρύσατο. Sic enim et πῶς dicitur, nec dubito quin τῶς, B quod quidem *sic* significet, eodem modo scribendum sit: Τῶς δέ σ' ἀπεχθήρω, ὡς νῦν ἔκπαγλ' ἐφίλησα. | τῶς αὐτοσφαγεῖς ὀλοίατο. Nam quid tandem est quare hoc grammatici acui velint? Eustathius quidem ὣς pro οὕτως præterea acuendum tradit, quia τὼς, unde abjecta τ nascatur ὣς, acutum habeat. Eademque, nisi fallor, Wassenberghiani scholiastæ Il. A, 116, sententia fuit, τὸ ὥς περισπᾶται· σημαίνει γὰρ τὸ ὅμως, καὶ ὅτι μετὰ τοῦ ε ἐπάγεται· διὸ καὶ ὀξύνεται. Nam hic sic ferme videtur scripsisse, ὅτε μέντοι τὸ τ ἐπάγεται, γίνεται τώς ὀξυνόμενον, καὶ ἀποβολῇ τοῦ τ ὥς· διὸ καὶ ὀξύνεται. Verum, nisi fallor, horum plane contraria ratio est. Nam quoniam ὣς pro οὕτως cum acuto scribendum censuere, etiam τὼς ita scribere visum est ut ortum ex ὥς. Ὡς autem scribebant, quia id fieret ex pronomine ὅς. Etym. M. p. 643, 35, τὸ δὲ ὡς ὀξύνεται, ἐπεὶ ἀπὸ τοῦ ὅς γέγονε. Sed ut diximus, τὼς pro οὕτως positum repugnat analogiæ, quæ ut πῶς scribitur, ita τῶς scribi postulat. Atque sic edd. veteres Hesychii, Theocriti, aliorumque scriptorum. At enim vero C eadem comparatione τὼς scribendum est, ubi hoc adverbium non *sic* significat, sed pro ὡς, *quemadmodum* vel *ubi* significante, ponitur, ut apud Aristoph. Ach. 761, τὼς ἀρωραῖοι μύες. Et apud Theocr. Epigr. 4, 1: Τήναν τὰν λαύραν, τὼς αἱ δρύες, αἰπόλε, κάμψας. Hic enim τὼς est *ubi*, ut ὡς in primo Idyllio v. 13, ὡς τὸ κάταντες τοῦτο γεώλοφον. (De loco Aristoph. supra dixi. Theocrito τόθι ταὶ δρύες restitutum ex cod. Palatino Antholog. 9, 437. In gl. Hesychii perispomenon τῶς, quod per οὕτως, ὁμοίως, explicatur, est etiam in codice. Sed vereor ne veteres ab subtilibus istis inter ὣς et ὥς, τὼς et τῶς, distinctionibus alieni fuerint, una constanter usi pronunciatione ὣς et τώς. G. D.) Denique ὣς *quam* significans cum acuto accentu scribendum videtur. Nam neque ad præcedentia refertur, ut scribi possit ὥς cum circumflexo, neque sic ad sequentia trahitur ut eodem modo, quo quum *ut*, i. e. *quomodo*, significat, quæ cognata significatio est, pronunciari possit. Vehementius enim D voce exprimitur, pariter ac Latinum *ut*, *quam* significans: *ut vidi ut perii; ut me malus abstulit error*: ὡς ἴδεν, ὡς ἐμάνη, ὡς ἐς βαθὺν ἄλλετ' ἔρωτα. | ὡς ἀγαθαὶ φρένες ἦσαν ἐχέφρονι Πηνελοπείῃ. Eodem modo θαυμασίως ὡς scribi debet; non item ὡς τάχιστα et similia. Quanquam enim hoc fortasse simile videatur, ut ὅσον τάχιστα, est tamen hic ὡς *sicut*, quemadmodum ᾗ τάχιστα. Hermann. De emend. gr. Gr. p. 112 seqq.]

|| Ὡς, (ad illud enim tandem revertor, multis de ὡς interjectis, propter occasionem dicendi de eo quæ se obtulit,) sciendum est non solum admittere illas interprett. de quibus dixi, sed nonnunquam reddi etiam posse Perinde ac si: et quidem in iis præsertim locis, in quibus jungitur participio impersonaliter posito, veluti quum dicitur ὡς ἐξόν. [Ὡς cum participii casu jungitur quem verbum adjunctum requirit vel cum genitivo aut accusativo participii impersonaliter positi. Utriusque generis exempla frequentissima sunt, etsi non apud Homerum. Æsch. Prom. 986: Ἐκερτόμησαν δῆθεν ὡς παῖδ' ὄντα με, Tanquam puerum,

Sept. 1015 : Τούτου δ' ἀδελφὸν ... ἔξω βαλεῖν ἄθαπτον ... ὡς ὄντ' ἀναστατῆρα Καδμείων χθονός, ubi rationi reddendæ inservit vertique potest, Ut qui terram patriam everterit. Choeph. 224 : Ὡς ὄντ' Ὀρέστην τάδε σ' ἐγὼ προσεννέπω· Ag. 672 : Λέγουσιν ἡμᾶς ὡς ὀλωλότας, Loquuntur de nobis tanquam mortuis. 1367 : Ἦ γὰρ ... ἐξ οἰμωγμάτων μαντευσόμεσθα τἀνδρὸς ὡς ὀλωλότος. Soph. El. 1341 : Ἤγγειλας, ὡς ἔοικεν, ὡς τεθνηκότα· Ant. 1312 : Ὡς αἰτίαν γε τῶνδε κἀκείνων ἔχων ... ἐπισκήπτου μόρων· ubi γε sequitur, ut Electr. 1123 : Οὐ γὰρ ὡς ἐν δυσμενείᾳ γ' οὖσ' ἀπαιτεῖται τάδε. Aj. 64 : Ὡς ἄνδρας, οὐχ ὡς εὔχερων ἄγραν ἔχων· OEd. Col. 732 : Ἥκω γὰρ οὐχ ὡς δρᾶν τι βουληθείς. Eurip. Iph. T. 1338 : Βάρβαρα μέλη μαγεύουσ', ὡς φόνον νίζουσα δή· ubi de re ficta agitur, ut Hel. 1393, ubi pariter additum est δή : Ὡς τῷ θανόντι χάριτα δὴ συνεκπονῶν. Plato Phædon. p. 58, E : Οὔτε γὰρ ὡς θανάτῳ παρόντα με ἀνδρὸς ἐπιτηδείου ἔλεος εἰσήει. Frequenter post verba dicendi, cogitandi, sciendi. Soph. Tr. 289 : Φρόνει νιν ὡς ἥξοντα· Phil. 253 : Ὡς μηδὲν εἰδότ' ἴσθι μ' ὧν ἀνιστορεῖς· 415 : Ὡς μηκέτ' ὄντα κεῖνον ἐν φάει νόει· OEd. C. 1583 : Ὡς λελοιπότα κεῖνον τὸν ἀεὶ βίοτον ἐξεπίστασο· Ant. 1063 : Ὡς μὴ 'μπολήσων ἴσθι τὴν ἐμὴν φρένα. Plato Theæt. p. 158, B : Ὅταν ... ὡς πετόμενοι ... διανοῶνται, Si ita affecti sint ut volare sibi videantur. Leg. 6, p. 755, A : Μηκέτι ἐν τούτοις τὴν τηλικαύτην ἀρχὴν ὡς ἄρξων διανοηθήτω· 7, p. 816, B : Πολλὰ ... τῶν παλαιῶν ὀνομάτων ὡς εὖ καὶ κατὰ φύσιν κείμενα δεῖ διανοούμενον ἐπαινεῖν· 9, p. 854, E : Ὡς ἀνίατον ἤδη τοῦτον ὄντα ὁ δικαστὴς διανοείσθω. Post δηλοῦν Soph. Ant. 242 : Δηλοῖς δ' ὡς τι σημανῶν νέον, i. e. δῆλος εἶ, quod sæpe sic dicitur sequente ὡς, ut ap. Soph. ipsum Aj. 326 : Δῆλός ἐστιν ὡς τι δρασείων κακόν. Xen. Anab. 1, 5, 9 : Δῆλος ἦν Κῦρος ὡς σπεύδων πᾶσαν τὴν ὁδόν. Lysias p. 128, 27 : Δῆλοι ἔσεσθε ὡς ὀργιζόμενοι. Alciphro 1, 7 : Ὁ προχείρως αἰτῶν ... εὔδηλός ἐστιν ὡς ἅπαντα κοινὰ πρὸς τοὺς φίλους ... ἔχειν ἡγούμενος. Et cum similibus verbis et adjectivis, velut φαίνεσθαι ap. Soph. OEd. Col. 630 : Τοιαῦτ' ἔπη γῇ τῇδ' ὅδ' ἀνὴρ ὡς τελῶν ἐφαίνετο· aut καταφανὴς ap. Diodor. 11, 27 : Πᾶσιν ἐγένοντο καταφανεῖς ὡς τοῖς Λακεδαιμονίοις ἀμφισβητήσοντες τῆς κατὰ θάλατταν ἡγεμονίας· ubi ἀμφισβητήσουσι positum in libris deterioribus ab interpolatore structuræ illius ignaro. Sæpissime autem cum participiis futuri conjungitur non solum post verba qualia modo memoravimus, sed etiam post alia quælibet, cogitationis vel consilii indicandi caussa quo quis aliquid facit vel facere se simulat vel aliis videtur. Herodot. 6, 28 : Πέρην διαβαίνει ὡς ἀμήσων τὸν σῖτον, i. e. Frumentum demetere cogitans. 6, 91 : Ἐξῆγον αὐτοὺς ὡς ἀπολέοντες. Æsch. Prom. 357 : Ἐξ ὀμμάτων δ' ἥστραπτε γοργωπὸν σέλας, | ὡς τὴν Διὸς τυραννίδ' ἐκπέρσων βίᾳ. Soph. Trach. 160 : Ὥς τι δράσων εἶρπε κοὐ θανούμενος· El. 1025 : Ὡς οὐχὶ συνδράσουσα νουθετεῖς τάδε· 1372 : Φροντίζεθ' ὡς τούτοις ... μαχούμενοι· Aj. 680 : Ὅ τ' ἐχθρὸς ἡμῖν ἐς τοσόνδ' ἐχθαρτέος, ὡς καὶ φιλήσων αὖθις. Plato Prot. p. 312, A : Ὡς τίς γενησόμενος ἔρχει παρὰ τὸν Πρωταγόραν; 328, D : Πρὸς αὐτὸν ἔβλεπον ὡς ἐροῦντά τι· Symp. p. 198, D : Πάνυ δὴ μέγα ἐφρόνουν ὡς εὖ ἐρῶν· 213, A : Περιαιρούμενον τὰς ταινίας ὡς ἀναδήσοντα. Thucyd. 2, 7 : Οἱ Ἀθηναῖοι παρεσκευάζοντο ὡς πολεμήσοντες. Xen. Cyrop. 2, 1, 11 : Καθωπλισμένους οὕτω καὶ ταῖς ψυχαῖς παρεσκευασμένους ὡς χεῖρας συμμίξοντας τοῖς πολεμίοις· Anab. 2, 6, 2 : Ἐξέπλει ὡς πολεμήσων. || Cum genitivo participii absoluto. Herodot. 8, 144 : Νῦν δή, ὡς οὕτως ἐχόντων, στρατιὴν ἐκπέμπετε. Æsch. Prom. 760 : Ὡς τοίνυν ὄντων τῶνδέ σοι μαθεῖν πάρα· Eum. 675 : Φέρειν ψῆφον δικαίαν, ὡς ἄλις λελεγμένων· Pers. 170 : Ὡς οὕτως ἐχόντων τῶνδε σύμβουλοι λόγου τοῦδέ μοι γένεσθε· Agam. 1393 : Ὡς ὧδ' ἐχόντων ... χαίροιτ' ἄν. Similiter ὡς ὧδ' ἐχόντων ap. Soph. Aj. 281, 981, Ant. 1179, et ὡς ὧδε τοῦδ' ἔχοντος Aj. 904. Idem OEd. T. 145 : Ὡς πᾶν ἐμοῦ δράσοντος· El. 316 : Ὡς νῦν ἀπόντος ἱστόρει τί σοι φίλον· 241 : Ὡς μιάσματος τοῦδ' ἡμὶν ὄντος. Plato Rep. 4, p. 437, A : Ὑποθέμενοι ὡς τούτου οὕτως ἔχοντος· Leg. 1, p. 624, A : Μῶν ... λέγεις ὡς τοῦ Μένω φοιτῶντος κτλ. Critia p. 108, B : Ὡς ὑπαρχούσης αὐτῷ συγγνώμης ἴστω οὕτω τε λεγέτω· Rep. 5, p. 470, E : Διανοεῖσθαι ὡς διαλλαγησομένων καὶ οὐκ ἀεὶ πολεμησόντων· Phædr. p. 244, C : Ὡς καλοῦ ὄντος, οὕτω νομίσαντες ἔθεντο τὸ ὄνομα. Thucyd. 7, 15 : Ὡς καὶ τῶν στρατιωτῶν καὶ τῶν ἡγεμόνων ὑμῖν μὴ μεμπτῶν γενομένων, οὕτω τὴν γνώμην ἔχετε. Similiter Xen. Cyrop. 1, 6, 11 : Ὡς γ' ἐμοῦ μηδέποτε ἀμελήσοντος ... οὕτως ἔχε τὴν γνώμην. ||Cum accusativo absoluto participii, Herodot. 7, 13 : Ὡς μεταδεδογμένον μοι μὴ στρατεύεσθαι ... ἥσυχοι ἔστε. (Inepte vero hæc structura illata ab librariis est 1, 84 : Κατηλόγησε τούτου (τοῦ χωρίου), ὡς ἐὸν ἄμαχόν τε καὶ ἀπότομον· ubi accusativum τοῦτο, quocum verbum κατηλόγησε etiam alibi construxit Herodotus, restituendum esse sensit Reiskius.) Soph. OEd. T. 101 : Ὡς τόδ' αἷμα χειμάζον πόλιν. Thucyd. 4, 5 : Οἱ δὲ ἑορτήν τινα ἔτυχον ἄγοντες, καὶ ἅμα πυνθανόμενοι ἐν ὀλιγωρίᾳ ἐποιοῦντο, ὡς, ὅταν ἐξέλθωσιν, ἢ οὐχ ὑπομενοῦντας σφᾶς, ἢ ῥᾳδίως ληψόμενοι βίᾳ· ubi participia diversis casibus poni debebant, quia ὑπομενοῦντας ad Athenienses, ληψόμενοι ad Lacedæmonios, non utrumque ad eosdem spectat. Ad prius scholiasta annotavit, ἐνήλλακται, ἀντὶ τοῦ οὐχ ὑπομενούντων. Plato Rep. 4, p. 612, C : Προαγορεύουσι τοῖς πολίταις τὴν κατάστασιν τῆς πόλεως μὴ κινεῖν, ὡς ἀποθανούμενον ὃς ἂν τοῦτο δρᾷ· Phædon. p. 109, D : Τὸν ἀέρα οὐρανὸν καλεῖν ὡς διὰ τούτου οὐρανοῦ ὄντος τὰ ἄστρα χωροῦντα. Xen. Anab. 1, 8, 10 : Ἡ δὲ γνώμη ἦν ὡς εἰς τὰς τάξεις τῶν Ἑλλήνων ἐλῶντα (τὰ ὀρέπανα) καὶ διακόψοντα· ubi in libris deterioribus interpolatum ἐλώντων καὶ διακοψόντων. Non raro ὡς cum accusativis δέον, πρέπον, προσῆκον similibusque conjunctum reperitur. Plato Phileb. p. 65, C : Ὡς φῶς οὐ δέον δρᾶν αὐτά· Prot. p. 323, A : Ὡς παντὶ προσῆκον ταύτης γε μετέχειν τῆς ἀρετῆς.] In hoc tamen l. Xen. [Cyrop. 3, 2, 8] : Καὶ ὁ Κῦρος εἶπεν ὅτι ἤδη [εἰπὼν ὅτι εἰδείη] τοῦτο παρηγγύησε τοῖς Πέρσαις παρασκευάζεσθαι, ὡς αὐτίκα δεῆσον ἐπιδιώκειν, commode redditur ὡς a Bud. per particulam Tanquam; sic enim vertit, Edixit Persis ut itineri se accingerent, sc. tanquam confestim cedentes essent ipsi consecuturi. Ex Theophr. autem affertur, Οὐχ ὡς οὐκ ἐνδεχόμενον καὶ ἄλλως, pro Non quia non possit et alio modo fieri. Sed ego non video quid obstet quominus et hic reddamus Tanquam, Quasi, Perinde ac si. At vero ap. Aristidem, Ὡς ταυτὸν ὂν εἰπεῖν τὴν Ἀθηναίων πόλιν καὶ τὴν Ἑλλάδα, redditur Tanquam utique idem sit. Fortassis tamen rectius quis interpretaretur, Quippe quum idem sit. [Porro notandum interdum utramque structuram, cum genitivo et accusativo, conjunctam reperiri. Sic Thucyd. 7, 25 : Ὡς καὶ τῶν Ἀθηναίων προσδοκίμων ὄντων ἄλλῃ στρατιᾷ, καὶ ἣν φθάσωσιν αὐτοὶ πρότερον διαφθείραντες τὸ παρὸν στράτευμα αὐτῶν, διαπεπολεμησόμενον. Plato Rep. 10, p. 604, B : Ὡς οὔτε δήλου ὄντος τοῦ ἀγαθοῦ τε καὶ κακοῦ τῶν τοιούτων, οὔτε εἰς τὸ πρόσθεν οὐδὲν προβαῖνον τῷ χαλεπῶς φέροντι· Euthyphr. p. 4, D : Ὠλιγώρει τε καὶ ἠμέλει, ὡς ἀνδροφόνου καὶ οὐδὲν ὂν πρᾶγμα εἰ καὶ ἀποθάνοι, ubi necessarius erat genitivus cum verbo ἠμέλει construendus. Isocr. p. 133, E : Τούτους εἴρηκα τοὺς λόγους, οὐχ ὡς δέον ἡμᾶς ἤδη ταῦτα πράττειν, οὐδ' ὡς οὐδεμιᾶς ἄλλης ἐνούσης ἐν τοῖς πράγμασι σωτηρίας. Cujus loci ratio prorsus eadem quæ Demosthenici p. 438, 20 : Ὡς ἐπιβουλευομένης μὲν ὑπὸ Φιλίππου τῆς Ἑλλάδος, ὑμῖν δὲ προσῆκον προορᾶν ταῦτα. Nam ὡς δέον et ὡς προσῆκον casu accusativo potius dici solent quam genitivo, ut supra monui. Sed in verbis in altera sententiæ parte positis genitivo opus erat, nec puto quemquam in locis quales hi Isocratis et Demosthenis sunt ὡς cum accusativo participii construxisse. ||Porro notandum ὡς etiam cum genitivis et accusativis adjectivorum construi quæ intellecto genitivo vel accusativo participii ὢν posita sunt, etsi plura hujusmodi exempla non scriptoribus sed librariis debentur. Soph. OEd. Col. 83 : Ἔξεστι φωνεῖν ὡς ἐμοῦ μόνης πέλας. Plato Phileb. p. 57, B : Εἰς δόξαν καταστήσας ὡς μιᾶς (τέχνης)· Protag. p. 323, B : Φασὶ πάντας δεῖν φάναι εἶναι δικαίους ... ὡς ἀναγκαῖον οὐδένα ὄντιν' οὐχὶ ἀμωσγέπως μετέχειν αὐτῆς· ubi Heindorfius comparat Dionis Chrys. exempla Or. 2, p. 90 : Προΐασι ... μετὰ πολλοῦ θορύβου ... ὡς τοῦτο μάλιστα σωτήριον καὶ νικηφόρον ἐν τοῖς κινδύνοις κτλ., et ib. mox : Ὡς καὶ τοῦτο ἱκανὸν σημεῖον ἀρετῆς ἢ κακίας κτλ., ubi nunc σωτήριον ὂν et ἱκανὸν ὂν legitur. Nec Xenophon Cyrop. 5, 1, 13 scripserat : Ὁρᾷς ὅτι σὺ πρῶτος, ὡς οὐκ ἀναγκαῖον τὸ κλέπτειν, αἰτιᾷ τὸν κλέπτοντα; quod legitur in libris

deterioribus, sed ὅτι οὐχ, ut nunc legitur ex melioribus.]

‖ Ὡς infinitivis quibusdam junctum, huc pertinet, veluti quum dicitur ὥς γέ μοι δοκεῖν ab Aristoph. Pl. [736] pro Ut quidem mihi videtur. Et ὡς εἰκάσαι, s. ἀπεικάσαι, Ut conjicere est, s. licet. [De his similibusque formulis infra dicetur ubi HSt. de vocabulis cum ὡς conjunctis secundum literarum ordinem agit, sub Ὥς γε et sub Ὡς εἰκάσαι.]

‖ Ὡς eum etiam habet usum particulæ Ut, quem videmus habere in isto Ciceronis, Ut apud nos perantiquus, ut apud Athenienses non ita sane vetus. Aristot. Eth. 10, 7 : Καὶ τὸ αὔταρκες δὴ καὶ σχολαστικὸν, καὶ ἄτρυτον, ὡς ἀνθρώπινον, καὶ ὅσα ἄλλα τῷ μακαρίῳ ἀπονέμεται, κατὰ ταύτην τὴν ἐνέργειαν φαίνεται ὄντα. Quem l. unus ex posterioribus Interprr. ita vertit, Relinquitur profecto ut copia bonis omnibus cumulata, nihilque præterea desiderans, et libera cessandi otiandique facultas, et vita defatigationis expers, prout res humanæ ferunt, et quæcunque alia viro beato tribuuntur, in hac functione muneris comparere videantur. Alter vero ita reddidit, Tum vero et illa seipsa contenta rerum abundantia, et otium et vacuitas defatigationis, quantum natura humana patitur, cetera denique omnia quæ beato viro tribuuntur, etc. Bud. autem ὡς ἀνθρώπινον interpr. Ut est humanus captus, Ut sunt humana, Pro humana conditione. Sed afferam usum particulæ ὡς magis etiam convenientem cum eo quem habet particula Ut in illo Cic. loco. Est autem Thucydidis, 4, p. 148 meæ ed. [c. 84] : Ἦν δὲ οὐδὲ ἀδύνατος, ὡς Λακεδαιμόνιος, εἰπεῖν. [Imitatus est Dionys. Ant. Rom. 10, 31, ab HSt. comparatus : Δραστήριος δέ τις ἦν ἀνὴρ καὶ ὡς Ῥωμαῖος εἰπεῖν οὐκ ἀδύνατος. Apud eund. 2, 8 : Τοὺς ... χρήμασιν, ὡς ἐν τοῖς τότε καιροῖς, εὐπόρους ... διώριζεν ἀπὸ τῶν ... ἀπόρων. Soph. OEd. T. 118 : Λαΐου γὰρ ἦν, εἴπερ τις ἄλλος, πιστὸς ὡς νομεὺς ἀνήρ.]

[‖ Ejusdem generis est ὡς cum dativis pronominum, nominum, adjectivorum et participiorum conjunctum, ut ap. Soph. OEd. Col. 20 : Μακρὰν γὰρ ὡς γέροντι προὐστάλης, i. e. Longam pro viribus ætatis senilis viam. Ib. 76 : Ἐπείπερ εἶ γενναῖος, ὡς ἰδόντι, πλὴν τοῦ δαίμονος, i. e. Qualis quidem videris ei qui te videt. Ant. 1161 : Κρέων γὰρ ἦν ζηλωτὸς, ὡς ἐμοὶ, ποτέ· quod notavit Phrynichus in Bekk. Anecd. p. 74, 3 : Ὡς (adde ἐμοί)· Σοφοκλῆς ἐν Ἀντιγόνῃ κατ' ἔλλειψιν εἶπε τοῦ (scr. ἀντὶ τοῦ) ἐμοὶ δοκεῖ ἢ ἐμοὶ κριτῇ ἤ τινος τοιούτου. Eodem modo Aj. 395 : Ἔρεβος ὦ φαεννότατον, ὡς ἐμοί, schol. exp. ὡς ἐμοὶ κριτῇ. Verum hic est potius *quo in loco res meæ sunt*, ut ὡς ἡμῖν ap. Eur. Ion. 1519 : Καὶ τὸ γένος οὐδὲν μεμπτὸν ὡς ἡμῖν τόδε. Exempla Platonica comparavit Astius, Soph. p. 226, C : Ταχεῖαν ὡς ἐμοὶ σκέψιν ἐπιτάττει· Leg. 2, p. 665, B : Ἄτοπος γίγνοιτ' ἂν ὥς γ' ἐξαίφνης ἀκούσαντι· 10, p. 892, 5 : Εἰ δὲ ἄβατος ἦν ὡς ὑμῖν· Rep. 7, p. 536, C : Οὔκουν (σπουδαιότερον εἶπες) ὥς γ' ἐμοὶ ἀκροατῇ. Addito infinitivo Soph. p. 234, E : Ὡς γοῦν ἐμοὶ τηλικῷδε ὄντι κρῖναι. Xen. De vectig. 5, 2 : Ὡς ἐμῇ δόξῃ παραλόγως σκοποῦσι.]

[‖ Eadem particulæ vis cernitur in locutionibus ex præpositione cum substantivo formatis. Sic ὡς ἀπὸ ... apud Soph. OEd. Col. 15 : Πύργοι μὲν οἳ πόλιν στέγουσιν, ὡς ἀπ' ὀμμάτων πρόσω, i. q. Quantum oculis judicari potest. Quod nihil fere differt ab ὡς ἰδόντι, quod ex eadem fabula (v. 75) supra afferebamus. Thucyd. 6, 54 : Ὡς ἀπὸ τῆς ὑπαρχούσης ἀξιώσεως. Aristoph. Av. 1119 : Ἀλλ' ὡς ἀπὸ τοῦ τείχους πάρεστιν ἄγγελος οὐδείς. Sed ap. Thucyd. 8, 104, ubi ὡς ἀπὸ Ἀβύδου legebatur, ὡς omittunt codices tantum non omnes. ‖ Ὡς διὰ ... Thuc. 4, 96 : Παρακελευσαμένου καὶ σφίσιν ὡς διὰ ταχέων καὶ ἐνταῦθα Παγώνδου. ‖ Ὡς ἐκ ... Soph. Aj. 537 : Τί δῆτ' ἂν ὡς ἐκ τῶνδ' ἂν ὠφελοίμί σε; Eurip. Andr. 1184 : Οὗτός τ' ἂν ὡς ἐκ τῶνδ' ἐτιμᾶτ' ἂν ... Thucyd. 2, 3 : Ἐπεὶ ὡς ἐκ τῶν δυνατῶν ἑτοῖμα ἦν· 4, 17 : Ὅ τι ἂν ... ἡμῖν ἐς τὴν ξυμφορὰν ὡς ἐκ τῶν παρόντων κόσμον ... μέλλῃ οἴσειν· 6, 70 : Ὡς ἐκ τῶν π. ξυνταξάμενοι· 7, 76 : Ὡς ἐκ τῶν ὑπαρχόντων ἐθάρσυνε (τὸ στράτευμα). Plato Alc. 1 p. 127, D : Ὡς ἐκ τοῦ σοῦ λόγου. ‖ Ὡς ἐν ... Soph. El. 761 : Τοιαῦτά σοι ταῦτ' ἐστὶν, ὡς μὲν ἐν λόγῳ ἀλγεινά .... Thucyd. 5, 43 : Ἦν

A νέος ὡς ἐν ἄλλῃ πόλει. Xen. Anab. 4, 3, 31 : Ἦσαν ὡπλισμένοι ὡς μὲν ἐν τοῖς ὄρεσιν ἱκανῶς .... ‖ Ὡς κατὰ ..., de quo HSt:] Ὡς ad Similitudinis signif. pertinet et ubi de proportione dicitur, ut Aristot. H. A. 8, [6] de sue : Τάχιστα δὲ ἐπιδίδωσιν εἰς παχύτητα, ὡς κατὰ μέγεθος, i. e. κατά γε λόγον τοῦ μεγέθους, Proportione magnitudinis. [‖ Ὡς πρὸς ...] Apud Thuc. autem legitur ὡς πρὸς τὸ μέγεθος, 3, [113] : Διότι ἄπληστον [ἄπιστον] τὸ πλῆθος λέγεται ἀπολέσθαι, ὡς πρὸς τὸ μέγεθος τῆς πόλεως, ubi quidam interpr. per particulam Ut, hoc modo, Propterea quod incredibilis memoratur periisse multitudo, ut pro magnitudine civitatis. Sed absque particula Ut, idem fuerit sensus. [Plato Protag. p. 327, C : Αὐληταὶ πάντες ἦσαν ἱκανοὶ ὡς πρὸς τοὺς ἰδιώτας.] Illi autem præpositioni κατὰ, non huic πρὸς, jungitur particula ὡς, quum præfixam habet voculam ἢ cum nomine comparativi gradus : Μείζων ἢ ὡς κατὰ ἄνθρωπον, Major quam pro humana statura. [Ἢ ὡς post comparativum ap. Plat. Rep. 3, p. 410, D : Οἱ δὲ μουσικῇ μαλακώτεροι αὖ γίγνονται ἢ ὡς κάλλιον αὐτοῖς· ubi ἢ ὡς κάλλιον significat ἢ ὡς προσήκει, ut interpretatur Priscian. 18, p. 1185, in qua formula similibusque ἢ interdum omiserunt librarii, quo factum ut ὡς pro ἢ ὡς dici posse videretur, ut in duobus locis Lysiæ p. 109 : Ἡγούμενος μᾶλλον λέγεσθαι ὥς μοι προσῆκε· et p. 111 : Ἐγὼ γὰρ τὰ ἐμοὶ προστεταγμένα ἅπαντα προθυμότερον πεποίηκα ὡς ὑπὸ τῆς πόλεως ἠναγκαζόμην· ubi utrobique recte ἢ ὡς restitui videtur nisi quis ὡς in ὧν mutare malit, quod priore in loco Dobræus, in altero Reiskius proposuit : qua constructione duobus in locis utitur Isocrates, p. 267 HSt. : Τοῖς χεῖρον γεγονόσιν ὧν οἱ νόμοι προστάττουσι· et De antid. p. 456 ed. Bekk. Oxon.: Τὰς δ' ἄλλας λειτουργίας πολυτελέστερον λελειτουργήκατε καὶ κάλλιον ὧν οἱ νόμοι προστάττουσιν. Unde Æschylo quoque Prom. 629, ubi in codice vitiose legitur μή μου προκήδου μᾶσσον ὡς ἐμοὶ γλυκύ, restitui posse μᾶσσον ὧν monui in Annot. Oxon. a. 1841, p. 85, nisi quis cum Elmsleio scribat, μασσόνως ἢ 'μοὶ γλυκύ. Contra ap. Demosth. p. 786, 20 : Τοῦτον ... μειζόνων ἀξιώσαντες δωρεῶν ἀφήσετε ὡς τοὺς εὐεργέτας, Dobræi emendatio ἢ probabilior videtur quam ὧν. Alio modo erratum in fragm. Dii Pythagorei ap. Stob. Flor. 65, 16 : Τούτως γὰρ ὡς ἔνι μασσότερον οἱ πλεῦνες ὡς θεὼς ἢ θεῶν ἱδρύματα ὑποτρέχοντι, ubi ὡς ἔνι, quod pro ὡς ἑνί recte restitutum ex codd., indicio est μασσότατον esse scribendum, quod restituit Meinek. Diversa ab his omnibus exempla sunt in quibus ὡς post nomen vel adverbium comparativum cum negatione conjunctum sequitur, negligentiore orationis forma, qua recentiores scriptores frequentius usi sunt quam veteres : de quo dixit Nitzschius in Append. ad Platonis Ion. p. 76. Sic Polyb. 3, 12, 5 : Χρὴ τῶν τοιούτων οὐδενὸς μᾶλλον φροντίζειν ὡς τοῦ μὴ λανθάνειν τὰς προαιρέσεις· ubi ὡς illatum est quasi non οὐδενὸς μᾶλλον, sed οὐδενὸς οὕτω præcesserit. 7, 4, 5 : Φάσκοντες μηδενὶ καθήκειν μᾶλλον ... τὴν ἀρχὴν ὡς ἐκείνῳ· 11, 2, 9 : Οὐδενὸς μᾶλλον προενοεῖτο ... ὡς τῆς αὐτοῦ σωτηρίας. Plut. V. Coriol. c. 36 : Οὐδενὶ μᾶλλον ἔπρεπε τηρεῖν χάριν ὡς σοί. Interposito οὕτως Plato Apol. p. 36, D : Οὐκ ἔσθ' ὅ τι μᾶλλον ... πρέπει οὕτως ὡς τὸν τοιοῦτον ἄνδρα ἐν πρυτανείῳ σιτεῖσθαι. Apte cum his comparatum est οἷον post comparativum cum negatione conjunctum ap. Eurip. Hipp. 530 : Οὔτε γὰρ πυρὸς ... ὑπέρτερον βέλος οἷον τὸ τᾶς Ἀφροδίτας· et ὅσσον ap. Theocr. 9, 33 : Οὔτε γὰρ ὕπνος οὔτ' ἔαρ ... γλυκερώτερον ὅσσον ἐμὶν Μῶσαι φίλαι.] Nec a similitudinis signif. abhorret ὡς et in iis locis in quibus comparationi adhibetur, veluti quum dicit Lucian. [Char. c. 7], Τυφλὸς ὁ Λυγκεὺς ἐκεῖνος ὡς πρὸς ἐμὲ, Si mecum comparetur, Si præ me æstimetur. Xen. Cyrop. 1, [5, 11] : Ἰδιώτας ὄντας ὡς πρὸς ἡμᾶς ἀγωνίσασθαι, Si nobiscum comparentur, vel Si nobiscum committantur, Si certare nobiscum institerint, Bud. Tale est hoc Luciani [Hermot. c. 81] : Ἄγροικος ἄνθρωπος καὶ ἰδιώτης ὡς πρὸς τὰ ὑμέτερα. Locum hic habere potest et illud loquendi genus, Ὡς μεγάλῳ παρεικάζοντι μικρὸν, quod Bud. ap. Aristot. reddit, Quatenus magna cum parvis comparare licet. Eodem referri possit fortassis ὡς in ea etiam signif. qua ponitur pro Circiter; quod enim, exempli gratia, est stadiorum circiter quinqua-

ginta, similitudinem habet cum mensura stadiorum quinquaginta. Redditur alioqui et Ferme, Fere, Propemodum. Herodot. [3, 25] : Ἀπέκρινε τοῦ στρατοῦ ὡς πέντε μυριάδας. [Soph. Tr. 163 : Χρόνον προτάξας ὡς τρίμηνον ἡνίκα χώρας ἀπείη κἀνιαύσιον βεβώς.] Thuc., Ὡς πεντήκοντα. Dem., Ὡς τριάκοντα. Rursum Thuc. 5, [55] : Τεμόντες τῆς Ἐπιδαυρίας ὡς τὸ τρίτον μέρος. [Plato Critia p. 113, C : Σταδίους ὡς πεντήκοντα ἀφεστός· Gorg. p. 471, C : Παῖδα ὡς ἑπτέτη. Xen. Anab. 1, 6, 1 : Εἰκάζετο δ' εἶναι ὁ στίβος ὡς δισχιλίων ἵππων· 1, 7, 15 : Πάροδος ... ὡς εἴκοσι ποδῶν τὸ εὖρος· 3, 3, 5 : Ἱππέας ὡς διακοσίους καὶ ... σφενδονήτας ὡς τετρακοσίους· ubi pro altero ὡς duo codd. εἰς, ut 4, 6, 6 : Ἀπέχων ὡς τριάκοντα σταδίους, in optimis est εἰς, quod ipsum quoque frequens apud Xenoph. Ib. 5, 4, 12 : Παλτὸν ὡς ἑξάπηχυ, ὡς in libris pluribus excidit, ut Ages. 2, 13, τῶν πολεμίων ὀγδοήκοντα legitur pro ὡς ὀγδ. quod est in Hellen. 4, 3, 20. Δρέπανα ὡς διπήχη Cyrop. 6, 1, 30. Omittimus alia exx. Xenophontis, in quibus unum tamen est memorabile ubi περὶ, quod cum numeris conjunctum idem quod ὡς significat, interpositum est Hellen. 5, 4, 14 : Τοῖς ἐκ τοῦ ἀναγκαίου λελυμένοις ὡς περὶ ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα οὖσι. Quod comparari potest cum ὡς εἰς libris deterioribus nonnullis illato Hellen. 4, 1, 20, στάδια ὡς εἰς ἑξήκοντα, et 4, 4, 9, φυγάδας ὡς ἐς πεντήκοντα, ubi meliores recte simplex præbent ὡς.] Apud Plut. huic particulæ adjicitur alia, sc. που : quin etiam præter eam sibi adjunctam habet voculam ἄν, Καὶ τόπον τινὰ οὐ λίαν μικρὸν, ἀλλ' ὡς ἂν εἴκοσί που σταδίων.

‖ Ὡς, pro Ut vel Quam, vide infra.

‖ Ὡς, Ut, longe tamen diversa signif., quum sc. de tempore dicitur, pro Postquam, aut Simulatque : veluti Ut vidi ap. Virg. pro Postquam vidi. Sic Hom. Il. [A, 600 : Ἐνῶρτο γέλως μακάρεσσι θεοῖσιν, ὡς ἴδον Ἥφαιστον·] Φ, [207] : Ὡς εἶδον τὸν ἄριστον κτλ. P, [199] : Τὸν δ' ὡς οὖν ἀπάνευθεν ἴδεν νεφεληγερέτα Ζεὺς Τεύχεσι Πηλείδαο κορυσσόμενον θείοιο. [Et sic alibi non raro apud Homerum et sæpissime apud alios scriptores quosvis omnium temporum. Sic Æsch. Pers. 361 : Ὁ δ' εὐθὺς ὡς ἤκουσεν ... πᾶσιν προφωνεῖ τόνδε ναυάρχοις λόγον. Soph. Aj. 307 : Πλῆρες ἄτης ὡς διοπτεύει στέγος, παίσας κάρα 'θώϋξεν.] Aristoph. Pl. [669] : Ὡς ἡμῖν παρήγγειλε καθεύδειν. Thuc. 7, [83] : Ὡς δ' οἰχόμενος ἀπήγγειλε πάλιν παραδεδωκότας. [Memorabilis est structura cum optativo ap. Herodot. 1, 17 : Ὡς δὲ ἐς τὴν Μιλησίην ἀπίκοιτο, οἰκήματα ... οὔτε κατέβαλλε οὔτε ἐνεπίμπρη· et 1, 196 : Ὡς ἂν αἱ παρθένοι γινοίατο γάμων ὡραῖαι, ταύτας ὅκως συναγάγοιεν πάσας, ἐς ἓν χωρίον ἐσάγεσκον ἀλέας. Et cum conjunctivo 4, 172 : Τῶν δὲ ὡς ἕκαστός οἱ μιχθῇ, διδοῖ δῶρον τὸ ἂν ἔχῃ. Qualia non reperiuntur apud Atticos.] Interdum autem ὡς in ista signif. infinitivum pro indicativo habet. [Sæpe sic Herodotus, nec raro alii, sed nonnisi in oratione obliqua.] Herodot., illam de Cræso historiam narrans [1, 86] : Ὡς δ' ἄρα μιν παραστῆναι τοῦτο, ἀνενεικάμενόν τε καὶ ἀναστενάξαντα ἐκ πολλῆς λειποψυχίης, ἐς τρὶς ὀνομάσαι τὸ Σόλων, Simul autem eum hoc subiit, resipiscentem et respirantem ex multo animi deliquio, ter nominatim exclamasse, Solon. Sic Plato [Symp. p. 174, E], Εὐθὺς οὖν ὡς ἰδεῖν τὸν Ἀγάθωνα. Et Dem., Ὡς δὲ ἀκοῦσαι τοὺς παρόντας. Nonnunquam geminatur hæc particula, et in priore quidem loco significationem Temporis, at in posteriore aliam habet. Hom. Il. T init. [16] : Αὐτὰρ Ἀχιλλεὺς Ὡς εἶδ', ὥς μιν μᾶλλον ἔδυ χόλος· hic enim Eust. posteriore loco positam particulam ὡς exp. λίαν. Bud. autem reddit, Ut vidit, sic eum subiit ita. [Il. Ξ, 294 : Ὡς δ' ἴδεν ὥς μιν ἔρως πυκινὰς φρένας ἀμφεκάλυψεν· Υ, 424 : Ὡς εἶδ', ὡς ἀνέπαλτο.] Revocat certe mihi hic l. in memoriam illum Theocriti 2, [82] : Χ' ὡς ἴδον, ὡς ἐμάνην, ὥς μευ περὶ θυμὸς ἰάφθη Δειλαίας· (dixerat autem paulo ante, Εἶδον Δέλφιν ὁμοῦ τε καὶ Εὐδάμιππον ἰόντας·) nam particulæ ὡς in duobus posterioribus locis convenire omnino videtur eadem expos. quæ illi Homerico convenit. Sed non valde mihi placet adverbii λίαν signif. illi eo in loco dare cum Eust. Non minus certe placeret exponere ὄντως : quam signif. non solum ille ipse schol. alicubi ei dat ap. eund. Hom., sed et schol. Thuc., ap. ipsum. Apud Virg. autem in hoc Pharmac. versu, quo illum Theocriti expressit, Ut vidi, ut perii, ut me malus abstulit error, Servius scribit unum Ut esse temporis, aliud esse qualitatis; hoc enim dici, Mox ut vidi, quemadmodum perii. Sed malim, vidi quomodo perii.

‖ Ὡς in signif. Temporis, jungitur frequenter adverbio τάχιστα, et dicitur Ὡς τάχιστα pro Simulac, Simulatque, Cumprimum. [Herodot. 1, 11 : Ὡς δὲ ἡμέρη τάχιστα ἐγεγόνεε· 1, 65 : Ὡς γὰρ ἐπετρόπευσε τάχιστα· et 1, 80, 141, 213, et alibi. Schweigh. Aliorum exx. v. s. v. Ταχὺ vol. 7, p. 1901.] Eur. Hec. [555, versu spurio] : Οἱ δ' ὡς τάχιστ' ἤκουσαν ὑστάτην ὅπα, Μεθῆκαν. [Xen. Cyrop. 1, 3, 2 : Ὡς δὲ ἀφίκετο τάχιστα.] Æschin. De legat. perperam obita [p. 31, 8] : Ὡς δὲ τάχιστα ἥκομεν ὡς Μακεδονίαν, συνετάξαμεν ἡμᾶς αὐτοὺς τοὺς πρεσβυτάτους πρώτους λέγειν. At vero addito verbo δύνασθαι aliud interpretationis genus ei tribuitur. Xen. : Πάλιν δὲ πορευθεὶς ὡς ἐδύνατο τάχιστα εἰς τὴν Τέγεαν, Quam celerrime potuit, Quam potuit celerrime. [V. exx. s. v. Ταχὺ collecta l. c.] Jungitur autem hæc particula ὡς aliis quoque adverbiis superlativi gradus; dicitur enim ὡς ἄριστα, et ὡς κάλλιστα, itidemque cum aliis superlativis : sed tunc pertinet ad ὡς, quod pro Quam ponitur.

‖ Ὡς alio etiam modo adhibetur significando Tempori, si Eustathio [p. 1823, 60] credimus. Is enim in Od. P, [358] : Ἥσθιε δ' ὡς ὅτ' ἀοιδὸς ἐνὶ μεγάροισιν ἀείδεν, exp. ἕως ὅτου. [In gl. codicis Ven. exp. μέχρις οὗ, ἕως ὅτε.] Quin etiam addit, particulam ὡς in ista signif. videri esse πρωτότυπον particulæ ἕως. Convenit certe cum illo Homeri loco iste Sophoclis, Ὡς ἂν ἦς οἷός περ εἶ, Donec fueris, Quamdiu fueris. [De loco Sophoclis infra dicetur ubi de ὡς pro ἕως posito agemus; in loco Homeri codex unus ἕως, unde Wolfius edidit ἕως ὅ τ' ἀοιδὸς, nec dubitandum quin verba ὡς ὅτ' ἀοιδὸς, quæ recte leguntur in loco infra afferendo Od. Λ, 368, hic aliquid vitii contraxerint, quod Cobeto sic corrigendum videbatur, ἥσθιε δ' εἷος ἀοιδὸς .... Recte vero ὡς ὅτε aliis in locis Homeri ubi Sicut quum significat. Sic Il. B, 209 : Ἤχῃ, ὡς ὅτε κῦμα ... βρέμεται· N, 389 : Ἤριπε δ' ὡς ὅτε τις δρῦς ἤριπε· Γ, 33 : Ὡς δ' ὅτε τίς τε δράκοντα ἰδὼν ... ἀπέστη ... ὡς κτλ. Π, 364 : Ὡς δ' ὅτ' ἀπ' Οὐλύμπου νέφος ἔρχεται, ... ὡς τῶν κτλ. Od. Ξ, 469 : Εἴθ' ὡς ἠβώοιμι ... ὡς ὅθ' ὑπὸ Τροίην λόχον ἤγομεν. Cum conjunctivo Il. B, 147 : Ὡς δ' ὅτε κινήσῃ Ζέφυρος βαθὺ λήϊον, ... ὡς τῶν πᾶσ' ἀγορὴ κινήθη· Δ, 141 : Ὡς δ' ὅτε τίς τ' ἐλέφαντα γυνὴ φοίνικι μιήνῃ ... τοῖοί τοι κτλ., et alibi. Addito ἄν Il. K, 5 : Ὡς δ' ὅτ' ἂν ἀστράπτῃ πόσις Ἥρης ... ὡς κτλ.· O, 80 : Ὡς δ' ὅτ' ἂν αἰζῃ νόος ἀνέρος ..., et ib. 170. Interdum ὡς ὅτε dicitur omisso verbo ex altera sententiæ parte intelligendo. Sic Il. B, 394 : Ἀργεῖοι δὲ μέγ' ἴαχον, ὡς ὅτε κῦμα ἀκτῇ ἐφ' ὑψηλῇ, ὅτε κινήσῃ νότος ἐλθών· ubi ad ὡς ὅτε intelligendum ἰάχῃ. Δ, 462 : Ἤριπε δ', ὡς ὅτε πύργος, ἐνὶ κρατερῇ ὑσμίνῃ (quod plene dictum in loco simili N, 389 supra allato)· Od. Λ, 368 : Μῦθον δ', ὡς ὅτ' ἀοιδὸς, ἐπισταμένως κατέλεξας. Pind. Ol. 6, 2 : Χρυσέας ὑποστάσαντες ... προθύρῳ θαλάμου κίονας, ὡς ὅτε θαητὸν μέγαρον (intell. πήγνυμεν), πάξομεν· Pyth. 11, 61 : Ἦ μέ τις ἄνεμος ἔξω πλόου ἔβαλεν, ὡς ὅτ' ἄκατον εἰναλίαν· Nem. 9, 37 : Ἐριφύλαν, ὅρκιον ὡς ὅτε πιστὸν (intell. διδῷ τις), δάντες Οἰκλείδᾳ γυναῖκα.]

‖ Ὡς tertium etiam particulæ Ut habet usum : illum sc. quo ponitur pro ἵνα, et causam finalem indicat; interdum cum optativo, nonnunquam cum conjunctivo. Il. Φ fin. : Δόλῳ δ' ἄρ' ἔθελγεν Ἀπόλλων Ὡς αἰεὶ ἕλποιτο κιχήσεσθαι ποσὶν οἷσιν. Eandem construct. habet ap. Lucian. [D. deor. 9, 2] : Καὶ ἐπειδὴ ἐποίησα, διελὼν τὸν ἑαυτοῦ μηρὸν, ἐντίθησιν, ὡς ἀποτελεσθείη ἐνταῦθα. Cum conjunctivo, Soph. [Aj. 530] : Κόμιζε νῦν μοι παῖδα τὸν ἐμὸν ὡς ἴδω. [Loquitur HSt. quasi nihil intersit inter optativum et conjunctivum et conjunctivus rarior sit quam optativus, quorum neutrum verum. Debebat igitur in universum sic potius præcipere, ὡς, ut alias particulas finales, cum conjunctivo construi post tempus præsens et futurum, cum optativo post tempus præteritum : quod discrimen sæpe neglexerunt librarii, velut ap. Soph. OEd. 11 : Στῆσόν με κἀξίδρυσον, ὡς πυθοίμεθα ὅπου ποτ' ἐσμέν· ubi πυθώμεθα restituit Brunckius, ut Electr. 57, ὅπως φέρω-

μεν recte correctum pro φέροιμεν. Scriptores ipsi ubi modos illos permutarunt, utroque modo interdum in eadem periodo posito, non sine ratione permutarunt. Sic in loco Luciani quo HSteph. usus est, optativus ὡς ἀποτελεσθείη post ἐντίθησιν positus, quod præsens historicum est, temporis præteriti significationem habens. Similiter post ἵνα apud Euripid. Hec. 10 : Χρυσὸν ἐκπέμπει λάθρα ... ἵνα ... τοῖς ζῶσιν εἴη παισὶ μὴ σπάνις βίου. Exempla structuræ cum optativo et conjunctivo quum apud scriptores inde ab Homero quosvis ubique reperiantur, afferre supersedemus. Cum conjunctivo ubi ὡς (pariterque ὅπως) construitur, ἄν particula vel adjecta est vel omissa. Utriusque generis exempla ex Tragicis omnia, ex aliis scriptoribus non pauca collegit Hermannus Opusc. vol. 4, p. 120 seqq., hoc inter utramque formam loquendi interesse ratus ut si desit ἄν, simpliciter enuncietur consilium; si adjiciatur, aliquid fortuiti accedat, quasi dicas *ut sit, si sit.* In quo etsi aliquid veri est (nam ὡς ἄν qui dicit dubitantius loquitur quam qui ὡς sine ἄν dicit), tamen inter exempla ab Hermanno collecta non pauca sunt in quibus ὡς ἄν dictum sit ubi regula illa simplex postularet ὡς, vel vice versa : ut manifestum sit discrimen illud sæpe esse neglectum, præsertim a Comicis, quos ὡς particulæ finali cum conjunctivo constructæ prope constanter ἄν addidisse Brunckius observavit ad Aristoph. Lys. 1305; quod mireris quum ὡς cum conjunctivo constructum sine ἄν ne a prosa quidem oratione alienum sit, ut Xenophontis aliorumque exempla docent. Cum optativo ὡς finale plerumque sine ἄν positum reperitur : ubi additum sit, hoc significari, finem eum esse ut possit aliquid fieri, Hermanni opinio est l. c. p. 175 et Matthiæ in Gramm. Gr. § 520, p. 1004, recte tamen monentis nullis definiri regulis posse ubi ἄν hujusmodi in locis vel addendum vel omittendum fuerit. Antiquissima ἄν vel κεν additi exempla Homeri sunt, qui his particulis etiam aliis modis multis utitur ab Atticorum usu alienis. Il. Τ, 331 : Πρὶν μὲν γάρ μοι θυμὸς ἐνὶ στήθεσσιν ἐώλπει ... σὲ ... Φθίηνδε νέεσθαι ... ὡς ἄν μοι τὸν παῖδα ... Σκυρόθεν ἐξαγάγοις καί οἱ δείξειας ἕκαστα· Od. Β, 52 : Ὡς κ' αὐτὸς ἐεδνώσαιτο θύγατρα· Ω, 83 : Ὡς κεν τηλεφανὴς ... εἴη· Ν, 401 : Κνυζώσω δέ τοι ὅσσε ... ὡς ἂν ἀεικέλιος πᾶσι μνηστῆρσι φανείης (quod φανήῃς scribi posse monet Matthiæ). Et cum optativis μακαρίζοι Od. Ο, 538, Ρ, 165; ἕλοίμεθα Η, 297; ἀγείροι Ρ, 362; γένοιτο Θ, 21, et ὥς κεν ... διακρινθεῖτε Ω, 532, ubi alii libri διακριvθῆτε. Post Homerum Herodotus 1, 152 : Πορφύρεον εἶμα περιβαλόμενος, ὡς ἂν πυνθανόμενοι πλεῖστοι συνέλθοιεν· eodemque modo 5, 37 : Ὡς ἂν ... συναπισταίατο· 7, 176 : Τὸ ὕδωρ τὸ θερμὸν ἐπῆκαν ἐπὶ τὴν ἔσοδον, ὡς ἂν χαραδρωθείη ὁ χῶρος· 9, 22 : Ὡς ἂν τὸν νεκρὸν ἀνελοίατο· 51 : Ὡς ἂν μὴ ἰδοίατο. Quemadmodum ὅκως ἄν quoque significatione finali cum optativo non raro construxit, locis ab Hermanno collectis l. c. p. 152. Ex poetis Atticis duo afferuntur exempla, alterum Euripidis Iph. Τ, 1024, ubi Oresti quærenti Τί δ' εἴ με ναῷ τῷδε κρύψειας λάθρα; Iphigenia respondet, Ὡς δὴ σκότος λαβόντες ἐκσωθεῖμεν ἄν; alterum Aristoph. Av. 1337 : Γενοίμαν ἀετὸς ὑψιπέτας, ὡς ἂν ποταθείην ὑπὲρ ἀτρυγέτου γλαυκᾶς ἐπ' οἶδμα λίμνας, quæ verba ex Sophoclis OEnomao sumta esse annotavit scholiasta, Simonidis vel alius poetæ lyrici esse putabat Elmsl. in annot. ad Soph. Aj. 1217 (quocum ὡς ἂν κτίσαιεν ap. Pind. Ol. 7, 74 comparare potuisset); J. Wordsworthus autem in Museo Philol. Cantabr. vol. 1, p. 217 ὡς ἀμποταθείην scribi volebat, optativo ὡς ἀμποταθείην pro conjunctivo ὡς ἀμποταθῶ posito, ut sæpissime post formulas optandi factum est etiam cum aliis particulis finalibus. Verum quum simplex ποταθείην loco illi aptius sit quam compositum ἀμποταθείην, non dubitandum quin poeta more Homerico ὡς ἂν ποταθείην dixerit (ut ὅπως ἂν ... σκήψειεν significatione finali dixit Æschylus Agam. 366). In prosa Atticorum pauca reperiuntur exempla eaque partim incerta, quum librarii ἄν optativo in hac ut in aliis formis loquendi sæpe temere addiderint, ut ap. Xen. Cyrop. 4, 2, 29 : Τὰς γυναῖκας ... προαπεπέμψατο ... ὡς ῥᾷον πορεύοιντο κατὰ ψῦχος, in libris interpolatis ὡς ἂν ῥᾷον scriptum. Hipparch. 1, 16 : Ὡς δ' ἂν καὶ οἱ πόδες εἶεν τῶν ἵππων κράτιστοι, εἰ μέν τις ἔχει ῥᾴω καὶ εὐτελεστέραν ἄσκησιν, ἐκείνη ἔστω· ut in loco simili De re eq. 4, 4 : Ὡς δ' ἂν αὖ ὁ ἔξω σταθμὸς βέλτιστος εἴη..., ubi ἂν om. cod. Lips. Rep. Laced. 6, 1 : Ὁ δὲ Λυκοῦργος, κατασκευάσαι βουλόμενος, ὡς ἂν μηδὲν βλάπτοντες ἀπολαύοιέν τι οἱ πολῖται ἀλλήλων ἀγαθὸν ἐποίησε. Andocides p. 124 : Ἧς (γυναικὸς) τὴν πόλιν ἀνάστατον πεποίηκεν, ὡς ἂν μάλιστα τὸν υἱὸν ἐχθρὸν ἑαυτῷ καὶ τῇ πόλει ποιήσειε. Demosth. p. 74, 24 : Ὡς δ' ἂν ἐξετασθείη μάλιστ' ἀκριβῶς, μὴ γένοιτο. Male vero huc exempla nonnulla relata sunt in quibus ὡς non finale est, sed *quomodo* significat (de quo HSt. infra dixit ubi de Ὡς cum ἄν conjuncto agit), velut Demosth. p. 66, 12 : Ὡς μὲν ἂν εἴποιτε δικαίους λόγους καὶ λέγοντος ἄλλου συνείητε, ἄμεινον Φιλίππου παρεσκεύασθε, ὡς δὲ κωλύσαιτ' ἂν ἐκεῖνον πράττειν ταῦτα, ἐφ' ὧν ἐστι νῦν, παντελῶς ἀργῶς ἔχετε.] In isto etiam loco qui ex Plutarchi Lycurgo [c. 27 extr.] affertur, Φυλάττει τὴν πόλιν [Ἤετο χρῆναι φυλάττειν τὴν πόλιν] ὡς ἠθῶν οὐκ ἀναπλησθήσεται πονηρῶν, fortassis ὡς οὐκ ἀναπλησθήσεται, accipi possit pro ἵνα μὴ ἀναπλησθῇ. [In locis qualis est Xen. Cyrop. 3, 2, 13 : Ὡς δὲ καλῶς ἕξει τὰ ὑμέτερα, ἢν φίλοι γένησθε, ἐμοὶ μελήσει, ὡς non finale est, sed significat *quomodo*, quo sensu sæpissime ἐπιμέλεσθαι, φροντίζειν et similia sequente ὅπως dicuntur cum indicativo futuri, vel aliorum temporum optativo cum ἄν. || Denique notandum ὡς, ut sæpe ἵνα et ὅπως, cum imperfecto vel indicativo aoristi construi ubi de re agitur quæ eventura fuisset si quid factum fuisset, ut ap. Æsch. Prom. 156 : Εἰ γάρ μ' ὑπὸ γῆν ... ἧκεν, ... ὡς μήτε θεὸς μήτε τις ἀνδρῶν τοῖσδ' ἐπέγηθεν. Soph. OEd. T. 1392 : Τί μ' οὐ λαβὼν ἔκτεινας εὐθύς, ὡς ἔδειξα μήποτε ἐμαυτὸν ἀνθρώποισιν ἔνθεν ἦ γεγώς; Xen. Anab. 7, 6, 23 : Ἔδει τὰ ἐνέχυρα τότε λαβεῖν, ὡς μηδ' εἰ ἐβούλετο ἐδύνατο ἐξαπατᾶν.]

|| Adhibetur præterea ὡς aliis etiam locis diversis a præcedentibus, quibus particula Ut a Latinis adhiberi solet. Herodian. 1, [13, 12] : Φιλοτιμησαμένης, ὡς ἄν τις εἴποι, τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως κτλ., ubi Polit. Ut ita dixerim. Greg. Naz. De Pentecoste : Οὐκέτι ἐνεργείᾳ παρὸν, ὡς πρότερον· οὐσιωδῶς δὲ, ὡς ἂν εἴποι τις, συγγινόμενόν τε καὶ πολιτευόμενον. [Usitatissimum hoc ὡς ἂν εἴποι τις inferiorum temporum scriptoribus, omisso interdum ἄν sive ab ipsis sive ab librariis, ut ap. Dion. Chr. vol. 2, p. 329 : Τῇ μὲν δεξιᾷ χειρὶ πηδάλιον κατέχει καὶ, ὡς εἴποι τις, ναυτίλλεται· ubi nunc ὡς ἂν εἴποι τις restitutum.] At vero Ὡς εἰπεῖν interdum quidem est Ut ita dicam, Ut ita loquar, Ut eo verbo utar; nonnunquam significat Prope dixerim, Fere. Plutarch. Symp. 4 : Οὐδὲν γὰρ, ὡς εἰπεῖν, πολυχρόνιόν ἐστι, Nullum enim, prope dixerim, diuturnæ vitæ est. Aristot. : Καὶ διὰ τοῦτο ἔχει πάντα τὰ ἔναιμα ἐγκέφαλον, τῶν δ' ἄλλων οὐδὲν, ὡς εἰπεῖν, πλὴν ὅτι κατὰ τὸ ἀνάλογον. In illo quoque Greg. Naz. loco, Ὡς ἂν εἴποι τις, Bud. existimat posse verti Prope dixerim; vel Ut ita dicam, Ut dicere possis. Idem ὡς κατὰ παντὸς εἰπεῖν a Gaza verti tradit, In universum dixerim. (In VV. LL. affertur ex Aristot. De mundo, pro Atque ut in universum dicam. Ibid. [ex Theophr. C. Pl. 4, 12, 2], Ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν, Ut summatim dicam, Ut uno verbo dicam. Item, Ὡς ἔπος εἰπεῖν, Ut ita dicam, Ut paucis dicam.) [De hoc dictum s. v. Ἔπος vol. 3, p. 1930. Similia sunt ὡς συντόμως εἰπεῖν, ὡς συνελόντι εἰπεῖν, de quibus s. his vv. dictum, ὡς τὸ ὅλον εἰπεῖν ap. Plat. Rep. 2, p. 377, A.] Idem præterea affert ex Aristot. De partt. anim. 2, ὡς ἄξιον εἰπεῖν, pro Quod quidem dictu dignum sit : Ἔνια δ' οὐκ ἔχει τῶν ζώων, ὡς ἄξιον εἰπεῖν, μυελὸν, ὅσων τὰ ὀστᾶ ἰσχυρά. Ex Eod. affert, ὡς κατὰ λόγον εἰπεῖν, quod vertit Pro portione : Πολὺ γὰρ μείζω τὰ τοιαῦτα τῶν ζωοτόκων, ὡς κατὰ λόγον εἰπεῖν τῶν σωμάτων. [Eadem infinitivi ratio in aliis formulis non paucis, ut ὡς ἐμοὶ δοκεῖν (ὥς γε οὕτωσὶ δόξαι Plato Rep. 4, p. 432, B), de quo dictum s. v. Δοκέω, ut ὡς εἰκάσαι et ὡς ἐπεικάσαι (de quo v. s. h. v.), ὡς ἐμὲ εὖ μεμνῆσθαι Herodot. 2, 125, ὥς γ' ἐμοὶ χρῆσθαι κριτῇ Eur. Alc. 801. Qualia etiam omisso ὡς dicuntur, ut sæpe ἐμοὶ δοκεῖν, οὐ πολλῷ λόγῳ εἰπεῖν ap. Herodot. 1, 61. ||Porro notandum ὡς εἶναι in locis quibusdam Herodoti, 2, 8 : Τὸ ἀπὸ Ἡλιουπόλιος οὐκέτι πολλὸν χωρίον, ὡς εἶναι Αἰγύπτου, i. e. Pro reliqua Ægypti latitudine, ut exp.

Schweigh. 4, 81 : Καὶ γὰρ κάρτα πολλοὺς εἶναί σφεας καὶ ὀλίγους, ὡς Σκύθας εἶναι. « Nempe alii admodum paucos esse dixerunt, numerum Scytharum ediderunt nimis exiguum pro ratione illius populi, qui numerosissimus esse existimatur. » Schweigh. Id. 2, 135 : Μεγάλα ἐκτήσατο (ἡ Ῥοδῶπις) χρήματα ὡς ἂν εἶναι Ῥοδῶπιν, ἀτὰρ οὐκ ὥς γε ἐς τυραννίδα τοιαύτην ἐξικέσθαι· ubi Valcken. recte correxit Ῥοδώπιος. 4, 99 : Λέγει δὲ ὡς εἶναι ταῦτα σμικρὰ μεγάλοισι συμβαλέειν, quod Schweigh. exp. Quatenus licet exigua hæc cum magnis conferre, et 2, 10 : Ὥστε εἶναι σμικρὰ ταῦτα μεγάλοισι συμβαλέειν, ubi libri aliquot ὡς εἶναι, probabiliter corrigit ὥς γε εἶναι.]

|| Ὡς μὴ, Ut ne, vel simpliciter Ne, [cum conjunctivo vel optativo secundum regulam supra expositam de simplici ὡς finali,] ut dicitur ἵνα μὴ pro μή. Xen. [Hell. 2, 3, 33] : Ὡς μὴ καὶ ἡμᾶς ταὐτὸ δυνασθῇ ποιῆσαι. Greg. Naz. : Ὡς ἂν τὸ τῆς σοφίας βάθος μὴ ἀγνοῇς. Idem, Ὡς ἂν μὴ βλάπτῃ τοῖς γεγραμμένοις. Apud Synes. cum optativo : Ἐγὼ μὲν καὶ σοῦ κήδομαι καὶ τοῦδε· σοῦ μὲν, ὡς μὴ ἀδικοίης· τοῦ δὲ, ὡς μὴ ἀδικοῖτο. At in VV. LL. affertur ὡς sine adjectione particulæ μὴ positum pro Ne, ex Soph. [El. 1427] : Μὴ ἐκφοβοῦ ὡς ἀτιμάσῃ, Ne time ne afficiat ignominia. [Sic edd. veteres. Nunc ἀτιμάσει ex cod. Laur. Non animadvertit HSt. ὡς post verba metuendi necessario cum indicativo (plerumque futuro) construi, solœcum vero esse conjunctivum, qui non ponitur nisi post μὴ, cui cavendi notio inest. De quo dixit Matthiæ Gramm. § 520, p. 1001 sq. Xen. Cyrop. 5, 2, 11 : Μὴ φοβοῦ ὡς ἀπορήσεις· 6, 2, 30 : Μὴ δείσητε ὡς οὐχ ἡδέως καθευδήσετε.] Et ὡς ὄψεται μὴ δείσῃς, Noli timere ne videat. Sed paulo diversum usum habet particula ὡς in his duobus Soph. locis ab eo quem habet ὡς μὴ in proxime præcedentibus : adeo quidem ut in illis ὡς μὴ reddi possit vel simpliciter Ne, vel Ut ne : at in his solum reddere possimus Ne.

|| Ὡς pro ὥστε, Ita ut, Adeo ut. Pausan. [1, 9, 7] : Τὰς δὲ ἐκείνων ἀνεῖλεν πόλεις· ὡς Φοίνικα ἰάμβων ποιητὴν θρηνῆσαι τὴν ἅλωσιν. [Pind. Ol. 13, 162 : Εὑρήσεις ... μάσσον ἢ ὡς ἰδέμεν.] Xen. [Mem. 1, 4, 10] : Τὸ δαιμόνιον μεγαλοπρεπέστερον ἡγοῦμαι ἢ ὡς τῆς ἐμῆς θεραπείας προσδεῖσθαι, Magnificentius quam ut meo cultu egeat, s. mea observantia. [Cyrop. 6, 4, 17 : Τὰς ἀσπίδας μείζους ἔχουσιν ἢ ὡς ποιεῖν τι καὶ ὁρᾶν· Anab. 3, 3, 7 : Βραχύτερα ἠκόντιζον ὡς ἐξικνεῖσθαι τῶν σφενδονητῶν. Cujusmodi in locis sæpe etiam ἢ ὥστε dicitur : unde factum ut HSt. in loco Xenoph. ἢ ὡς pro ἢ ὥστε positum esse crederet, quam interpretationem excludunt loci in quibus post comparativum et ἢ ὡς sequitur indicativus vel verbum nullum, ut ap. Xen. Anab. 1, 5, 8 : Θᾶττον ἢ ὥς τις ἂν ᾤετο μετεώρους ἐξεκόμισαν τὰς ἁμάξας· Cyrop. 6, 2, 12 : Ἡσυχαίτεροι ἢ ὡς εἰώθεσαν διεφοίτων· 4, 2, 47 : Κολαζόντων ἀφειδέστερον ἢ ὡς δεσπόται, ubi κολάζουσι intelligitur. Positivus sequente ὡς cum infin. ib. 4, 5, 15 : Ὀλίγοι ἐσμὲν ὡς (var. lect. ὥστε) ἐγκρατεῖς εἶναι αὐτῶν, i. e. Pauciores sumus quum ut superare eos possimus. Quod autem ex Pausania affert HSt. ὡς Φοίνικα θρηνῆσαι τὴν ἅλωσιν, similia ex scriptoribus quibusvis afferre poterat. Frequentissimus enim est ὡς et ὥστε particularum usus ubi dicendum est quid consecuturum sit, respondens Latino *ita ut*. Sic Herodot. 4, 184 : Ὑψηλὸν οὕτω δή τι λέγεται τὸ οὖρος ὡς τὰς κορυφὰς αὐτοῦ οὐκ οἷόν τε εἶναι ἰδέσθαι. Æsch. Pers. 437 : Τοιάδ' ἐπ' αὐτοὺς ἦλθε συμφορὰ πάθους, ὡς τοῖσδε καὶ δὶς ἀντισηκῶσαι ῥοπῇ· Sept. 544 : Φέρει δ' ὑφ' αὑτῇ φῶτα Καδμείων ἕνα, ὡς πλεῖστ' ἐπ' ἀνδρὶ τῷδ' ἰάπτεσθαι βέλη. Xen. Cyrop. 8, 7, 27 : Ἐν τῷ ἀσφαλεῖ ἤδη ἔσομαι ὡς μηδὲν ἂν ἔτι κακὸν παθεῖν. Qualia etiam cum indicativo dicuntur ubi de re certo quodam tempore facta agitur, ut ap. Herodot. 1, 163 : Τῷ ἀνδρὶ προσφιλέες οὕτω ἐγένοντο ὡς ... σφέας ἐκέλευε· 2, 135 : Οὕτω δή τι κλεινὴ ἐγένετο ὡς καὶ πάντες οἱ Ἕλληνες Ῥοδώπιος τοὔνομα ἐξέμαθον.]

|| Ὡς quum ponitur pro εἴθε, Utinam, potest et tum reddi particula Ut. Hom. Od. A, [47] : Ὡς ἀπόλοιτο καὶ ἄλλος ὅτις τοιαῦτά γε ῥέζοι· Il. Σ, [107] : Ὡς ἔρις ἔκ τε θεῶν ἔκ τ' ἀνθρώπων ἀπόλοιτο· Z, [282] sequentem habet particulam κεν, ubi canit, Ὡς κέν οἱ αὖθι Γαῖα χάνοι. Quibus in ll. imprecationi servit, sicut particula Ut ap. Latinos interdum. Plautus Persa : Ut istum dii deæque perdant; Terent. Adelph. : Ut Syre te cum tua Monstratione magnus perdat Jupiter; Catullus : Jupiter, ut Chalybœn omne genus pereat. Catullus, inquam, hunc Callimachi versum interpretans, Ὦ Ζεῦ, ὡς Χαλύβων πᾶν ἀπόλοιτο γένος. Sciendum est autem inveniri interdum scriptum ὣς hac in signif.; sed hanc scripturam alia exempll. refellunt. Atque adeo quum in editione Romana Homeri adjunctos habente Eustathii Commentarios legatur ὣς in illo primo loco, in secundo eadem habet ὡς sine accentu. Quum vero dicitur ὡς ὄφελον, tunc ὡς aliter debere reddi, docebo ubi agam de hac particula præstante usum particulæ Quod.

|| Ὡς, Quam. Sed interdum quidem non solum per particulam Quam reddi potest, sed etiam particula Ut (et tum quidem ad Similitudinis signif. pertinere dici potest, quamvis inde huc te remiserim), nonnunquam vero solam particulam Quam ejus interpretationi adhibere possumus. Ut enim Græce dicitur ὡς ἄριστα δύναμαι, ita Latine dicere queas, Ut optime possum, Quam possum optime. Quintil. : Non omittenda pars hæc orationis, sed exigenda ut optime possumus. Sed cur ex Quintil. exemplum proferam, quum ipse ita usus sit Cicero? Ep. ad Treb. 7 : Sic ei te commendavi et tradidi ut gravissime diligentissimeque potui. Idem Pro Cluentio : Tum appellat hilari vultu hominem Balbus ut blandissime potest. [Ὡς, ut ὅπως, ὅ τι, ἦ, ὅσος, cum superlativis conjungitur vel simpliciter positis vel in formulis ὡς δύναται, ὡς ἂν δύναιτο, ὡς ἂν δύνηται, ὡς οἷόν τε, ὡς ἔνι similibusque sequente superlativo. Simplex superlativus ap. Æsch. Prom. 346 : Οὐ ... θέλοιμ' ἂν ὡς πλείστοισι πημονὰς τυχεῖν· Sept. 193 : Τὰ τῶν θύραθεν δ' ὡς ἄριστ' ὀφέλλετε· Pers. 789 : Πῶς ἂν πράσσοιμεν ὡς ἄριστα· Ag. 674. Soph. OEd. C. 1115 : Τὰ πραχθέντ' εἴπαθ' ὡς βράχιστα· et ap. prosæ orationis scriptores quosvis, velut Thuc. 1, 63 : Ξυναγαγεῖν ὡς ἐς ἐλάχιστον χωρίον (cujusmodi in locis ὡς constanter non inter præpositionem et nomen, sed ante præpositionem collocatur). Plato Gorg. p. 49, E : Ὡς πλείστῳ σπέρματι χρῆσθαι· 513, E : Ὅπως ὡς βέλτιστον ἔσται τοῦτο. Xen. Cyrop. 1, 5, 9 : Τὴν παρακέλευσιν ... ὡς μάλιστα ἐν πίστει διασώζειν· 5, 3, 44 : Τὰς φυλακὰς ... ὡς βραχυτάτας καὶ πλείστας ποιεῖσθαι· ubi in libris nonnullis καὶ ὡς πλείστας.] Invenitur autem et nomen δυνατὸν [et similia] interjectum inter ὡς et superlativum. Isocr. Panath. [p. 284, E] : Ἐγὼ δὲ ὁμολογῶ μὲν ἀπολελεῖφθαι τὴν ἐμὴν φρόνησιν τῆς σῆς ὡς δυνατὸν πλεῖστον. [Thuc. 6, 88 : Ὡς ἂν δύνωνται μετριώτατα· 7, 50 : Ὡς ἠδύναντο ἀδηλότατα. Demosth. p. 1009, 23 : Ὡς ἂν ἐν βραχυτάτοις δύνωμαι· 1055, 22 : Ὡς ἂν μάλιστα δυνώμεθα διὰ βραχυτάτων. Plato Rep. 5, p. 466, A : Ὅτι τὴν ... πόλιν ὡς οἷοί τ' εἶμεν εὐδαιμονεστάτην ποιοῖμεν· et frequentius ὡς οἷόν τε, cujus exx. HSt. infra attulit, ubi de Ὡς οἷόν τε cum superlativis agit. Ὡς ἔνι Xenoph. Mem. 3, 8, 4 : Ἀσπὶς ... ὡς ἔνι ἀνομοιοτάτη τῷ ἀκοντίῳ· et Dius ap. Stob. Flor. 65, 16, cujus verba supra afferebam. Ὡς ἐνεδέχετο Æschin. p. 32, 23 : Ἐρρήθη ὡς ἐνεδέχετο ἀκριβέστατα.] Sed neque in hoc aliisque hujusmodi ll., neque in iis qui non habent additum verbum δύνασθαι, commode uti possimus particula Ut : ac potius utendum fuerit particula Quam. Greg. Naz. : Καὶ τὴν συμφορὰν ὡς κάλλιστα διατίθεται, Quamoptime, Quampulcerrime. Nec vero solum cum adverbio superlativi gradus, sed etiam cum nomine; ut enim dicitur ὡς κάλλιστα, sic quoque ὡς κάλλιστος. Tale est ὡς βέλτιστος ap. Xenoph. [Mem. 3, 2, 3], Quamoptimus : Ἵν' ὁ βίος αὐτοῖς ὡς βέλτιστος ᾖ. Nonnunquam particulæ ὡς subjungitur ὅτι : cujus loquendi generis antequam exempla proferam, aliqua dicam de Ὡς τάχιστα : de quibus vocibus inter se junctis antea quidem verba feci; sed iis, quæ dixi, adjiciendum est : quum ὡς τάχιστα unicum verbum habet, tunc et ipsum admittere usum particulæ Ut; (est autem ea differentia inter ὡς τάχιστα habente duo, quæ est inter Quamprimum et Quum primum); veluti quum dicitur, Πορεύσομαι ὡς τάχιστα, Proficiscar quamprimum, celerrime, Ut potero celerrime. Interdum autem Latini (sed cum aliis verbiis potius), inter Ut et adverbium

interjiciunt particulam Qui, veluti si ita loquar, Se gessit ut qui optime, i. e. Ita se gessit ut qui optime.

‖ Venio ad ὡς habens adjectum ὅτι. Tum autem vel illam particulam ὡς, vel hanc ὅτι vacare dicendum est : quum utraque superlativo juncta eandem vim obtineat : adeo ut perinde sit ac si præfigens alicui Latino participio particulam Quam, ea non contentus, adjungeres illi aliquam quæ eandem vim haberet : ut sc. Per interdum hoc officio, sed cum positivo gradu, non cum superlativo, fungitur. Dicitur enim Quam beatissimus, non item Perbeatissimus, sed Perbeatus. Exempla autem usus illarum particularum conjunctarum apud veteres etiam scriptores extant. Nam ὡς ὅτι μάλιστα extat ap. Plat. [Leg. 6, p. 759, C] : Δοκιμάζειν δὲ τὸν ἀεὶ λαγχάνοντα πρῶτον μὲν, ὁλόκληρον καὶ γνήσιον, ἔπειτα ὡς ὅτι μάλιστα ἐκ καθαρευουσῶν οἰκήσεων. Idem [ib. p. 757, E] : Οὕτω δὴ χρηστέον ἀναγκαίως μὲν ταῖν ἰσοτήτοιν ἀμφοῖν, ὡς δ' ὅτι μάλιστα ἐπ' ὀλιγίστοις τῇ ἑτέρᾳ, τῇ τῆς τύχης δεομένῃ, Sed in quam paucissimis altera, ea utique quæ fortunæ suffragatu indiget. [Ib. 10, p. 908, A : Ὅπηπερ ἂν ... ὡς ὅτι μάλιστα ἀγριώτατος ᾖ τόπος. Sine μάλιστα ib. 5, p. 743, D : Ὡς ὅτι σμικρόταται καὶ ὀλίγισται.] Sic ap. Galenum ὡς ὅτι μαλακώτατα, ubi scribit, Πρῶτον μὲν ἐπαίροντας τὸ ἄνω βλέφαρον ὡς ὅτι μαλακώτατα. Itidemque superlativis nominum jungitur, ut, Ὡς ὅτι βέλτιστον, ap. Plat. Symp. 2 [p. 218, D]. Sic Diosc., Ὡς ὅτι πλεῖστον χρόνον. Apud Eundem : Ἁλὸς ὀρυκτοῦ ἢ θαλασσίου ὡς ὅτι λευκοτάτου.

‖ Ὡς interdum subjungitur, præsertim adverbio θαυμαστῶς, s. θαυμασίως : interdum et cum ὑπερφυῶς. Plato Phædone [p. 95, E] : Θαυμαστῶς ὡς ἐπεθύμησα ταύτης τῆς σοφίας, ubi Bud. vertit Mire admodum : quod nescio an satis usitatum sit Latinis. [Ib. p. 92, A : Θαυμαστῶς ὡς ἐπείσθην ὑπ' αὐτοῦ.] Dem. [p. 969, 10] : Θαυμαστῶς ὡς ἐλυπήθην. Rursum Plato Phædone [Gorg. p. 471, A] : Νῦν δὲ θαυμασίως ὡς ἄθλιος γέγονεν. Idem in eodem Dialogo [Phæd. p. 173, C] : Ὑπερφυῶς μὲν οὖν ὡς βούλομαι, Magnopere cupio. Idem in Symp. [p. 99, D] : Ὑπερφυῶς ὡς χαίρω, Mirifice lætor. [Gorg. p. 496, C : Ὑπερφυῶς ὡς ὁμολογῶ. Interpositis post ὡς verbis pluribus Phædon. p. 95, A : Θαυμαστῶς μοι εἶπες ὡς παρὰ δόξαν· Theæt. p. 157, D : Ἔμοιγε θαυμασίως φαίνεται ὡς ἔχειν λόγον.] Nonnunquam vero σφόδρα additur particulæ ὡς præcedente adverbio, ut ap. eund. Plat. [Rep. 1, p. 331, A] : Εὖ οὖν λέγει θαυμαστῶς ὡς σφόδρα. (Tale est ap. Eund., Νὴ Δί' ἀμηχάνως γε ὡς σφόδρα. [Rep. 7, p. 527, E : Ἀμηχάνως ὡς εὖ δόξεις λέγειν.] Tale, inquam, esse dico, quoniam præcedentes loci faciunt ut particulam ὡς potius cum priori quam cum posteriori adverbio jungendam esse censeam : licet alii aliter judicent.) Invenitur autem et θαυμαστὸν ὡς. Fortassis autem scribi debere ὣς cum accentu his in ll., docebo aliquanto post.

‖ At vero ὡς cum adverbio ἑτέρως, item ἀληθῶς, [aliisque,] minime huc pertinet, nisi quatenus hic agitur de ejus usu cum adverbio. Neque enim idem valet ὡς cum his adverbiis, quod cum præcedentibus, sed potius vacat, ideoque Budæum exempla hujus usus ceteris immiscuisse miror. [Soph. El. 1439 : Δι' ὠτὸς ἂν παῦρά γ' ὡς ἠπίως ἐννέπειν πρὸς ἄνδρα τόνδε συμφέροι· 1452 : Ἢ καὶ θανόντ' ἤγγειλαν ὡς ἐτητύμως.] Neque aliud est Ὡς ἑτέρως quam ἑτέρως, Aliter : item Ὡς ἀληθῶς, quam ἀληθῶς, Vere. Dem. Pro cor. : Ἐάν τε καλῶς ἔχῃ, χάριτος τυγχάνει· ἐάν θ' ὡς ἑτέρως, τιμωρίας· et [p. 298, 22] : Ὧν κατορθουμένων, μεγίστοις ἀναμφισβητήτως ὑπῆρχεν εἶναι· ὡς ἑτέρως δὲ συμβάντων, τὸ γοῦν εὐδοκιμεῖν περίεστιν. [Adde exx. s. v. Ἑτέρως allata vol. 3, p. 2149. Xenoph. Rep. Ath. 2, 19. Rarius cum ὡς ἄλλως, ap. Isæum p. 66, 14 : Ὅπως ... ἐγγράφωσί με εἰς τὸ γραμματεῖον ... καὶ μὴ ὡς ἄλλως ποιήσωσι. Polyb. 15, 10, 3 : Ἐὰν δὲ ὡς ἄλλως ἐκβῇ τὰ κατὰ τὸν κίνδυνον.] Idem [Demosth.] ibid. [p. 269 extr.] : Ἧς (παιδείας) τῶν μὲν ὡς ἀληθῶς τετυχηκότων. Plato De rep. 1 : Τὸν ὡς ἀληθῶς ἰατρὸν ὁριζόμενος. [Adde Theæt. p. 158, A, Phædr. p. 234, E, et Dionis Cassii exx. ab Reimaro collecta in Indice.] Apud Eundem et cum gradu compar. Ὡς ἀληθεστέρως, ubi scribit [Rep. 1, p. 347, E], Καὶ πότερον ὡς ἀληθεστέρως δοκεῖ σοι λέγεσθαι. [Hoc dici non potuit. Libri aliquot omittunt ὡς. Veram scripturam ποτέρως ἀληθεστέρως restituit Astius.] Loquens porro de particulæ istius pleonasmo Eust. [p. 215, 17], ab Homero originem hunc traxisse scribit. Exponens enim Il. B, [258] : Εἴ κ' ἔτι σ' ἀφραίνοντα κιχήσομαι ὡς νύ περ ὧδε, annotat Oratores sæpe ponere ὡς tanquam παρέλκον : ut, πρᾶγμα εὖ τε καὶ ὡς ἑτέρως ἔχον, pro καὶ ἑτέρως ἔχον. Quibus subjungit, Δέδωκε δὲ καὶ τούτου Ὅμηρος τὴν ἀρχὴν, εἰπών, Εἴ σε ἀφραίνοντα κιχήσομαι ὡς νύπερ ὧδε· pro ἐάν σε εὕρω οὕτως ἀφραίνοντα. Sed addit, Nisi forte ὡς pro λίαν positum sit. Hæc ille; at ego non video quid obstet quominus et tertia expos. utraque harum simplicior afferatur. Ceterum ut ad particulæ ὡς pleonasmum redeam, quidam annotant talem esse pleonasmum voculæ Ut ap. Cic. : Invitus feci ut C. Flaminium ejicerem. Sed hic dici non potest πλεονάζειν particula Ut, quum sermonis Latini consuetudo vix patiatur ut omissa illa dicamus, Invitus feci ejicerem, pro Invitus ejici. Et quamvis ita dici posset, quid commune habet particula Ut verbo juncta cum ὡς juncta adverbio?

‖ Ὡς habet nonnunquam et alium particulæ Quam usum ; ponitur enim interdum et pro illo Quam quod significat Quantum, admirative : ut, Ὡς ἱερὸν καὶ σεμνόν. [Frequens hic usus particulæ apud scriptores quosvis inde ab Homero, velut Il. Γ, 290 : Ὡς μοι δέχεται κακὸν ἐκ κακοῦ αἰεί· Φ, 441 : Νηπύτι', ὡς ἄνοον κραδίην ἔχες· Od. Γ, 196 : Ὡς ἀγαθὸν καὶ παῖδα καταφθιμένοιο λιπέσθαι ἀνδρός. Æsch. Pers. 251 : Ὦ Περσὶς αἶα ... ὡς ἐν μιᾷ πληγῇ κατέφθαρται πολὺς ὄλβος· 285 : Φεῦ τῶν Ἀθηνῶν ὡς στένω μεμνημένος· 845 : Ὦ δαῖμον, ὡς με πόλλ' ἐσέρχεται κακὰ ἄλγη. Soph. OEd. T. 439 : Ὡς πάντ' ἄγαν αἰνικτὰ κἀσαφῆ λέγει· 1187 : Ἰὼ γενεαὶ βροτῶν, ὡς ὑμᾶς ἴσα καὶ τὸ μηδὲν ζώσας ἐναριθμῶ· 1348 : Δείλαιε τοῦ νοῦ ... ὡς ἠθέλησα μηδέ σ' ἂν γνῶναί ποτε· Ant. 82 : Οἴμοι, ταλαίνης ὡς ὑπερδέδοικά σου.] Aristoph. Pluti initio : Ὡς ἀργαλέον πρᾶγμ' ἐστὶν, ὦ Ζεῦ καὶ θεοὶ, Δοῦλον γενέσθαι παραφρονοῦντος δεσπότου, Quam molesta res est, dura res est, aut acerba. Possit forsitan reddi etiam, Proh quam dura res est; vel, Durum et acerbum est. Schol. autem scribit, Τοῦ δὲ ὡς πέπλεκται ἡ διάνοια ἐκ τοῦ θαύματος καὶ σχετλιασμοῦ. [Plato Gorg. p. 591, E : Ὡς ἡδὺς εἶ. Frequentius præmissa interjectione vel vocativo, ut Rep. 5, p. 459, B : Βαβαὶ ... ὡς ἄρα σφόδρα ἡμῖν δεῖ ἄκρων εἶναι τῶν ἀρχόντων· Hipp. maj. init. : Ἱππίας ὁ καλὸς ... ὡς διὰ χρόνου ἡμῖν κατῆρας εἰς τὰς Ἀθήνας· Protag. p. 328, D : Ὦ παῖ Ἀπολλοδώρου, ὡς χάριν σοι ἔχω κτλ. Xenoph. Cyrop. 1, 3, 2 : Ὦ μῆτερ, ὡς καλός μοι ὁ πάππος· 3, 2, 15 : Ὦ Κῦρε, ὡς ὀλίγα δυνάμενοι προορᾶν ... πολλὰ ἐπιχειροῦμεν πράττειν· 1, 4, 11 : Τὰ δ' ἐν τοῖς ὄρεσι καὶ λειμῶσι θηρία ὡς μὲν καλὰ, ὡς δὲ μεγάλα, ὡς δὲ λιπαρὰ ἐφαίνετο.] Lucian. in Dialogo Jovis et Ganymedis [D. deor. 4, 3] : Ὡς ἀφελὴς ὁ παῖς ἐστι καὶ ἁπλοϊκὸς, καὶ αὐτὸ δὴ τοῦτο, παῖς ἔτι. Ap. eund. Lucian. invenio particulam hanc subjunctam in hac signif., simulque scriptam Ὅς : quod observatione dignum est, et addendum iis quæ de hac particula dicta fuerunt accentum assumente. Locus illius est in Piscatore s. Reviviscentibus p. 85 [c. 33], ubi non simpliciter est admirantis, sed cum indignatione : Τὸν Δία δὲ ἢ τὸν Ἡρακλέα, μὴ κατ' ἀξίαν ἐπιδείξασθαι τοῖς θεαταῖς, ἀποτρόπαιον ὡς, καὶ αἰσχρόν. Quibus in ll. habere locum potest etiam particula Ut. Atque adeo Bud. vertit hic, Ut aversandum. (Venit tamen mihi aliquid in mentem de hoc posteriore loco, quod lectorem celare nolim : sc. posse fortassis ἀποτρόπαιον ὡς ita dictum esse ut θαυμαστὸν ὡς : quamvis hic non addatur accentus isti particulæ. Sed θαυμαστὸν ὡς scribere rationi fortasse consentaneum fuerit.) [Fallitur. Nam hoc si voluisset Lucianus ἀποτρόπαιον ὡς αἰσχρὸν dicendum fuisset, omisso καί. Probabilior Grævii sententia est ὡς delentis. Qui literas ως servare volet, ὄντως aut ὡς ἀληθῶς (quod legitur in hoc libello c. 35, 37) conjicere poterit.] In exemplum particulæ ὡς significantis θαυμασμὸν, i. e. Admirationem, affertur hic versus [Homeri Od. Ω, 194], Ὡς ἀγαθαὶ φρένες ἦσαν ἐχέφρονι Πηνελοπείῃ. Dicetur autem de hac signif. ex Hom. et ubi agetur de ὡς fungente

officio præp. πρός. Sed hoc supradictis addendum est, interdum huic particulæ usum istum habenti adjici et aliam. Greg. Naz. : Τί οὖν γίνεται; ὡς λίαν γελοῖον καὶ ἐλεεινόν. [Sic sæpe scriptores Byzantini, velut Joannes Cameniata locis a Bekkero collectis, p. 321, B : Τὸ κατὰ νότον μέρος βάσιμον, τὸ πρὸς βορρᾶν δὲ ὡς λίαν τραχὺ καὶ δύσβατον. Id. B : Τὸ ... πρὸς ἀνατολὴν δὲ τῆς πόλεως ὡς λίαν ἐστὶ παγκαλλὲς καὶ ἐράσμιον· 330, D : Ἐξευρεῖν ἐπίνοιαν ὡς λίαν ἐνεργῆ καὶ σωτήριον. Georg. Pachym. Mich. Pal. p. 49, B : Βουλὴν βουλεύεται ὡς λίαν νεανικήν· et ὡς λίαν φιλοτίμως p. 234, C.]

‖ Ὡς interdum i. valet q. particula Quod : quem usum frequentissime habet, ut ὅτι [apud scriptores inde ab Homero quosvis : quamobrem exemplis ab HSt. collectis alia addere supersedemus, et hoc solum notamus non raro in eadem periodo ὡς et ὅτι orationis variandæ caussa poni, ut in exemplis ab Fœrtschio collectis in Observ. in Lysiam p. 45, Xenoph. Hellen. 5, 2, 35 : Κατηγορεῖτο τοῦ Ἰσμηνίου καὶ ὡς βαρβαρίζοι καὶ ὡς ξένος τῷ Πέρσῃ ... γεγενημένος εἴη καὶ ὡς τῶν ... χρημάτων μετειληφὼς εἴη καὶ ὅτι τῆς ταραχῆς ... ἐκεῖνός τε καὶ Ἀνδροκλείδας αἰτιώτατοι εἶεν. Isæus p. 50, 23 : Ὡς Δικαιογένης τε ... ἅπαντα πεποίηκε καὶ αὐτὸς τὴν ἐξεγγύην ὅτι ἀπέδωκε. Lysias p. 148, 12 : Ὅτι ἔλαβε ταργύριον καὶ ὡς τοσοῦτόν γε ἐδεήθη δανεῖσαι ... μάρτυρας ὑμῖν παρέξομαι· 175, 20 : Λέξειν δὲ ὡς πολλὰ εἰς τὴν πόλιν ἀνηλώκασι ... καὶ ὅτι αὐτὸς κόσμιός ἐστι· et similiter p. 155, 28; 156, 44]. Sed intellige de Quod significante apud nos *Que*. Veluti quum ita loquimur, *Il a dit que ce n'est pas merveille,* εἶπεν ὡς οὐδὲν θαυμαστόν ἐστι, ubi si verbum verbo reddere velimus, particula Quod utendum fuerit : at si Latine potius quam ad verbum (i. e. singulas voces singulis vocibus) interpretari libeat, utendum fuerit infinitivo, Dixit mirum non esse. Scimus alioqui veterem Testamenti Novi interpretem et scriptores Eccl. talem omnino usum particulæ Quod tribuisse. Quin etiam inveniuntur aliqui loci apud nonnullos eorum qui inter postremos Latinitatis auctores non sunt, ubi particula Quod usum illum habere videtur. At locus hic Plinii Ep. 3, 5 : Quod lectitas, mihi pergratum est, affertur quidem pro illius usus exemplo, sed minime convenit. Nam resolvi quidem potest itidem in infin. hoc loquendi genus, sed particulam ὅτι locum ibi habere, nequaquam dixerim. Ac profecto si in eo Plinii loco Quod esset Græcum ὅτι s. ὡς, et Gallicum *Que,* possent ex Cic. quoque loci Pliniano illi similes afferri. Linacer (cujus non minor est apud me quam ullius grammaticorum nostri sæculi auctoritas), particulam Quod ait poni διαβεβαιωτικῶς pro ὅτι : ut in talibus Scio quod scribis, vel scribas : sed nullo id exemplo confirmat. Idem alibi quum definitivas conjunctiones esse dixit quæ præcedentis verbi signif. determinant : talem usum particulæ Quod tribuit : et locum Plinii, nec non Ciceronis, quibus id probet, subjungit : Plinii, in Ep. : Gaudeo et gratulor quod Fusco Salinatori filiam tuam destinasti. Ciceronis In Sallustium : Credo quod non omnes tui similes incolumes in urbem venissent. Sed quod ad hunc posteriorem locum attinet, in hoc certe talem omnino esse usum particulæ Quod fateor, qualis est is, quem habere dixi particulam ὅτι et ὡς : sed Ciceronis esse orationem ex qua depromptus fuit ille locus, neque fateor, neque hodie fatentur quorum postremæ extant Ciceronis Orationum editt. Adde quod suspectam illius loci fidem reddere possunt et quæ præcedunt. Totus enim locus est ita scriptus : Sed si fuerim aut in honoribus petendis nimis ambitiosus (non hanc dico popularem ambitionem, cujus me principem confiteor, sed illam perniciosam contra leges, cujus primos ordines Sallustius duxit), aut in gerendis magistratibus, aut in vindicandis maleficiis tam severus, aut in tuenda republica tam vigilans, quam tu proscriptionem vocas : credo quod non omnes tui similes incolumes in hac urbe vixissent. Quis enim non videt hic Vixissent cum illo Fuerim non cohærere? Nemo certe est qui non statim animadvertere possit ita scribendum fuisse, Sed si fuissem ita ambitiosus, aut, etc. credo quod non omnes tui similes incolumnes in hac urbe vixissent. Sed quamvis totius loci fidem suspectam mendum illud reddere possit, potius tamen (ne levi argumento niti dicar) auctoris fidem suspectam mihi esse profiteor. Venio tandem ad quendam Cic. locum, qui ex ejus Pro Roscio Amerino oratione affertur : tanquam in eo dixerit, Respondit quod ea signif. qua Gallice diceremus, *Il a respondu que,* Græce, ἀπεκρίνατο ὅτι, vel ὡς. Sed longe aliter se res habet; neque enim particula Quod jungi debet aut potest cum verbo Respondit : sed intelligendum est ex præcedentibus Respondit se accusaturum esse quod etc. Verum libet et locum illum proferre totum, ut tu quoque, lector, de eo judicium ferre possis. Quum ab eo quæreretur quid tandem accusaturus esset eum quem pro dignitate ne laudare quidem quisquam satis commode posset : ajunt hominem, ut erat furiosus, respondisse, quod non totum telum corpore recepisset. Quod si ne ex iis quidem aliquis illi meæ expos. subscribit, at ex præcedentibus et sequentibus subscribere illi cogetur. De hoc autem usu particulæ Quod ideo latius disserui, quia multos, et quidem Germanos præcipue, in ea opinione esse scio ut Latinum esse arbitrentur : adeo ut nonnulli in reddendis particulis ὅτι et ὡς (eam de qua nunc agitur signif. habentibus) illa utantur : et quidem ibi quoque, ubi vitari facile potest; alioqui enim locos posse occurrere scio, in quibus ea uti necesse sit : atque adeo ne me quidem, in vertendis quibusdam ad logicam philosophiam pertinentibus, vitare eam potuisse, sine maximo et ambiguitatis et obscuritatis periculo, memini. Sed venio ad aliquot exempla usus particulæ ὡς, de quo agitur, ut λέγω ὡς αὐτὸς ποιεῖ, vel ἐποίει, vel πεποίηκε, etc. *Je dis qu'il fait,* vel *qu'il faisoit,* vel *qu'il a faict.* Itidemque cum aills personis et modis. Herodot. 4, p. 147 [c. 36] : Τὸν γὰρ περὶ Ἀβάριος λόγον τοῦ λεγομένου εἶναι Ὑπερβορέω, οὐ λέγω, λέγων ὡς τὸν ὄϊστὸν περιέφερε κατὰ πᾶσαν τὴν γῆν, οὐδὲν σιτεόμενος· pag. proxime sequente, Καὶ ἔλεγον ἐμοὶ μὲν οὐ πιστὰ, ἄλλῳ δὲ δή τεῳ, ὡς περιπλώοντες ἐς τὴν Λιβύην, τὸν ἥλιον ἔσχον ἐς τὰ δεξιά· quo in loco (ut et de hoc obiter lectorem admoneam) hæc verba ἐμοὶ μὲν οὐ πιστὰ, ἄλλῳ δὲ δή τεῳ, commode parenthesi includentur, quum ἔλεγον feratur ad ὡς. Talem certe parenthesin et alibi apud Eundem observasse videor. Subjungam et ex Demosth. exempla (non quod apud reliquos quoque, qui Herodoti sæculo proximiores sunt, ea non extent; sed quod mihi in præsentia non sint ad manum), Philipp. 3 : Ὡς δ' οὐ προσήκων, ἢ ὡς οὐ κληρονόμος τούτων ὤν, ταῦτα ἐποίει, οὐκ εἶναι λέγειν, ubi observa præcedere hanc particulam. Itidem certe et in hoc l. principium huic particulæ, at finem dedit participio λέγων, ita scribens, Philipp. 1 : Ὡς μὲν οὖν δεῖ τὰ προσήκοντα ποιεῖν ἐθέλοντας, ὑπάρχειν ἅπαντας ἑτοίμους, ὡς ἐγνωκότων ὑμῶν καὶ πεπεισμένων, παύομαι λέγων. Jungitur enim partic. λέγων non cum posteriore ὡς (utpote alium usum habente), sed cum priore. Plutarch. Lycurgo : Ἐπαμινώνδαν εἰπεῖν λέγουσιν ὡς τὸ τοιοῦτον ἄριστον οὐ χωρεῖ προδοσίαν. Ceterum non cum λέγω tantum s. φημὶ, vel alio hujus generis verbo jungi putandum est hanc voculam, sed et cum alio quolibet quocum jungi particula ὅτι consuevit. Dicitur enim ὁμολογῶ ὡς, et νομίζω vel ἡγοῦμαι ὡς κτλ. [Nec raro cum adjectivis, ut ap. Hom. Il. H, 401 : Γνωτὸν δὲ, καὶ ὃς μάλα νήπιός ἐστιν, ὡς ἤδη Τρώεσσιν ὀλέθρου πείρατ' ἐφῆπται.] Atque adeo Xenoph. dixit etiam τεκμηρίῳ ὡς, sicut diceretur τεκμαίρομαι ὡς, Apomnem. 1 init. : Πρῶτον μὲν οὖν ὡς οὐκ ἐνόμιζεν οὓς ἡ πόλις νομίζει θεοὺς, ποίῳ ποτ' ἐχρήσαντο τεκμηρίῳ; Paulo post autem habes exemplum illius usus frequentioris, Διετεθρύλλητο γὰρ ὡς φαίη Σωκράτης τὸ δαιμόνιον ἑαυτῷ σημαίνειν. [Cum μάρτυρες et μαρτυρία sæpissime apud oratores Atticos in formulis Ὡς ἀληθῆ λέγω, κάλει μοι τοὺς μάρτυρας, vel λαβὲ τὴν μαρτυρίαν καὶ ἀνάγνωθι, et quæ sunt similia verbis leviter variatis, modo ὡς modo ὅτι posito. Negligenter Isæus p. 43, 24, si scripsit ut nunc legitur : Ὡς δ' ἀληθὴς ἡ μαρτυρία ἐστὶν αὕτη ὁ Ξενοκλῆς αὐτὸς ἔργῳ οὐκ ὀλίγον χρόνον ἤδη ἀληθῆ ταῦτα μεμαρτύρηκε· quod non defenditur exemplis ab Schœmanno com-

paratis p. 255. Recte ἀληθῆ ταῦτα delevit Reiskius, quæ verba vetus librarius pro ἀληθὴς ἡ μαρτυρία ἐστὶν αὕτη scripsisse videtur, quia præcedens ψευδῆ τὰ μεμαρτυρημένα obversabatur. Nec Demosthenem tam inepte locutum esse verisimile est ut nunc legitur p. 877, 5 : Καὶ ταῦθ' ὡς ἀληθῆ λέγω, τὸ μὲν χωρίον καὶ νῦν οὗτός φησιν ἀποτετιμῆσθαι ταλάντου, τὴν δ' οἰκίαν ὡς προσωρίσατο δισχιλίων καὶ πάλιν τοὺς ὅρους ἀνεῖλε γενομένης τῆς δίκης, τοὺς εἰδότας ὑμῖν μάρτυρας παρέξομαι· quum in promptu esset scribere, τὸ μὲν γὰρ χωρίον καὶ νῦν φησιν ἀποτετιμῆσθαι ταλάντου, τὴν δ' οἰκίαν προσωρίσατο ... δίκης. Καὶ ταῦθ' ὡς ἀληθῆ λέγω τοὺς εἰδότας ὑμῖν μάρτυρας παρέξομαι.] Sed quid attinet in exemplis satis obviis diutius immorari? [Ad modos verbi quod attinet monendum ὡς, ut ὅτι, cum indicativo construi in oratione recta, cum optativo in obliqua, etsi in hac quoque indicativus locum habet, vel post formulas optandi, ut apud Homer. Od. Φ, 201 : Ζεῦ πάτερ, αἲ γὰρ τοῦτο τελευτήσειας ἐέλδωρ, ὡς ἔλθοι μὲν κεῖνος ἀνὴρ κτλ. || Porro notanda negligentia qua interdum post ὡς, ut post ὅτι, aliis verbis interpositis sequitur infinitivus, quasi non præcesserit ὡς vel ὅτι. Xenoph. Hellen. 3, 4, 27 : Τοῦτο δ' ἐποίησαν τοιῷδε λογισμῷ ὡς εἰ ὁ αὐτὸς ἀμφοτέρων ἄρχοι, τό τε πεζὸν πολὺ ἂν ἰσχυρότερον εἶναι κτλ. Cyrop. 8, 1, 25 : Πρὸς τούτοις ἐλογίζετο ὡς εἰ πάντες οἱ κοινῶνες θεοσεβεῖς εἶεν, ἧττον ἂν αὐτοὺς ἐθέλειν κτλ. Plato Phædon. p. 108, E : Πέπεισμαι ... ὡς πρῶτον μέν, εἰ ἔστιν ἐν μέσῳ τῷ οὐρανῷ περιφερὴς οὖσα, μηδὲν αὐτῇ δεῖν ... ἀλλ' ἱκανήν τε εἶναι κτλ., ubi ὡς omissum est apud Eusebium. Cujusmodi exemplis, etiam si recte omnia scripta sint, non defenditur quod ap. Xenoph. Hell. 6, 5, 42 in libris est : Ἐλπίζειν δὲ χρὴ ὡς ἄνδρας ἀγαθοὺς μᾶλλον ἢ κακοὺς αὐτοὺς γενήσεσθαι· ubi non dubitandum quin Portus recte deleverit ὡς. Nam quum nulla alia verba interposita sint non intelligitur quomodo Xenophonti in mentem venire potuerit ab usitata verbi ἐλπίζειν discedere structura cum infinitivo futuri sine ὡς. Sophoclis autem OEd. C. 385, Ἤδη γὰρ ἔσχες ἐλπίδ' ὡς ἐμοῦ θεοὺς ὥραν τιν' ἕξειν, ὥστε σωθῆναί ποτέ; eo modo explicandum quo ὥστε cum infinitivo post verba, substantiva et adjectiva multa ponitur pro infinitivo simplici : cui ὡς hoc loco prætulit poeta quia sequitur ὥστε σωθῆναί ποτε. Omittimus alia non pauca quæ librariorum erroribus debentur, velut ap. Platon. Rep. 4, p. 442, D : Ὅταν ὁμοδοξῶσιν ὡς δεῖν ἄρχειν, ubi ex codd. plurimis restitutum ὁμοδοξῶσι δεῖν, aut Isæum p. 57, 9 : Ἐπειδὴ προσδιαμεμαρτύρηκεν ὡς υἱὸν εἶναι γνήσιον τοῦτον, ubi ὡς recte delevit Reiskius; aut Lysiam p. 102, 21 : Οὐ γὰρ ἂν ἔχοιμι εἰπεῖν ἀλλ' ἢ ταύτας (τὰς πίστεις), ὡς οὐδὲν εἰς τοῦτον προνοηθῆναι, ubi προὐνοήθην requiritur, quod restituit Augerus. De locis quibusdam Polybii dixit Schweigh. in annot. ad 12, 23, 7, vol. 7, p. 124 sq. Longius progressi scriptores Byzantini plures non raro ὡς cum infinitivo construxerunt post verba quælibet, velut Niceph. Cpol. Brev. Hist. locis a Bekkero collectis p. 3, D : Συνθέμενοι ὡς τὸν προφθάσαντα ... ἐπιλήψεσθαι· 39, A : Αὐτῷ συνθήκας δεδώκεσαν ὡς μέχρις αἵματος ὑπὲρ αὐτοῦ ἀνελέσθαι τὸν κίνδυνον· 17, A : Παραγγείλας ὡς ἀνακοινοῦσθαι Κύρῳ· 44, D : Τοῖς δημόταις ὡς ἀναιρήσειν αὐτοχειρίᾳ παραδίδωσιν· 11, C : Ἐδήλου αὐτῷ ὡς, εἰ τὰ τῆς φιλίας αὐτῷ βέβαια εἴη, καὶ ἐποχούμενον πλησιάζειν· 19, B : Προσαγγέλλει ... ὡς ... παρατίθεσθαι· 48, A : Διελέγχει δὲ φανερῶς ὡς παρ' αὐτοῦ ἀκηκοέναι πάντα. Alibi participio usus est, ut p. 45, B : Οἰόμενοι ὡς Ῥωμαίοις αὐτίκα δουλωθησόμενοι. || Alius generis negligentia cernitur in ὅτι post ὡς, propter verba plura interjecta, illato, ap. Xenoph. Cyrop. 5, 3, 30 : Κἀκεῖνο ἐννοεῖται ὡς εἰ οἱ μὲν πρὸς ἡμᾶς ἀφιστάμενοι μηδὲν ὑπ' ἐκείνου κακὸν πείσονται, οἱ δὲ σὺν ἐκείνῳ ὄντες ὑφ' ἡμῶν ἀπολοῦνται, ὅτι τάχα οὐδένα εἰκὸς σὺν αὐτῷ βουλήσεσθαι εἶναι· Hell. 6, 4, 37 : Οἱ δέ τινες (λέγουσιν) ὡς ἐπεὶ παῖδες αὐτῷ οὐκ ἐγίγνοντο ἐκ ταύτης ὅτι πέμπων εἰς Θήβας ἐμνήστευε κτλ.· 6, 5, 13 : Γνόντες οἱ Μαντινεῖς ὡς εἰ μὴ ἀποχρούσονται αὐτοὺς, ὅτι πολλοὶ σφῶν κατακοντισθήσονται. Ὡς ... διότι ap. Polyb. 5, 104, 3 : Δῆλον γὰρ εἶναι ὡς, ἐάν τε Καρχηδόνιοι Ῥωμαίων ἐάν τε Ῥωμαῖοι Καρχηδονίων περιγένωνται τῷ πολέμῳ, διότι κατ' οὐδένα τρόπον εἰκός ἐστι etc. Inverso ordine post ὅτι, propter longam periodum interpositam, ὡς intulit Plato Rep. 5, p. 470, D. (Sed Isocrati p. 401, C : Ὅτι δ', εἰ καὶ μηδὲν αὐτὸν ἐκώλυεν, ἀλλὰ καὶ ἐξῆν καὶ ἐβούλετο συκοφαντεῖν, ὡς οὐκ ἂν ἐπ' Εὐθύνουν ἦλθε, ῥᾴδιον γνῶναι, recte restitutum ab Corae ἔτι δ' εἰ ...) Accuratius ὅτι ... ὅτι est ap. Xen. Anab. 5, 6, 19; 7, 4, 5.] Potius de Ὡς ὅτι, quæ non itidem passim occurrunt, dicenda mihi sunt. Quemadmodum enim antea particulas ὡς ὅτι simul poni docui, quum loquerer de ὡς cum superlativo; ita etiam hac in signif. sibi adjunctam interdum habere particulam ὅτι sciendum est. Xen. Hell. [3, 2, 14] : Εἰπὼν τῷ Φάραξι ὡς ὅτι ὀκνοίη μή. Hanc autem istarum particularum hac in signif. geminationem ex recentioribus maxime usurpavit Eustath., si bene memini. [Ὡς ὅτι pro simplici ὡς vel ὅτι qua ætate dici cœperit non satis constat. Tantum vero certissimum haberi potest, neque Xenophontem, cujus in loco ab HSt. allato ὅτι recte delevit Castalio, nec qui proximis post Xenophontem seculis vixerunt scriptores particulis his usos esse conjunctis, licet librarii, quorum temporibus usitatissimum erat ὡς ὅτι, uno alteroque loco intulerint scriptoribus alibi constanter simplici vel ὡς vel ὅτι usis, velut Dionysio A. R. 9, 14 : Ἐπιγνοὺς ὡς ὅτι ἐν ἐσχάτοις εἰσὶν οἱ κατακλεισθέντες ἐν τῷ λόφῳ· ubi alterum, ὡς vel ὅτι, redundare monuit Sylb. Nihilo probabilius est Strabonem 15, p. 711 scripsisse, Τὸ ὑπὸ Τιμαγένους λεχθὲν ὡς ὅτι χαλκὸς ὕοιτο, ubi delendum ὡς duobus in codicibus omissum. Ac ne Harpocrationem quidem s. v. Εὐοῖ p. 141, 7, verisimile est scripsisse Ἀριγνώτη δὲ ὡς ὅτι τινὲς ἔλεξαν κτλ., ubi δέ φησιν ὅτι restitui ex cod. uno. Certiora sunt N. T. exempla, Ep. ad Cor. 2, 5, 19 : Δόντος ἡμῖν τὴν διακονίαν τῆς καταλλαγῆς, ὡς ὅτι θεὸς ἦν ἐν Χριστῷ κόσμον καταλλάσσων ἑαυτῷ. Ib. 11, 21 : Κατὰ ἀτιμίαν λέγω ὡς ὅτι ἡμεῖς ἠσθενήσαμεν. Ep. ad Thessal. 2, 2, 2 : Εἰς τὸ μὴ ... σαλευθῆναι ὑμᾶς ... μήτε διὰ λόγου μήτε δι' ἐπιστολῆς ... ὡς ὅτι ἐνέστηκεν ἡ ἡμέρα τοῦ κυρίου. Frequentissimum vero est ὡς ὅτι in scriptis plurimorum grammaticorum, cujus usus Villoisonus, quum scholia Homerica ederet, adeo ignarus erat ut locis pluribus aut alterutram particulam deleret aut ἰστέον inter ὡς et ὅτι poneret : quos errores Bastius codice Marciano inspecto notavit in annot. ad Greg. Cor. p. 52. Ὡς ὅτι, quod in reliquis scholiis Homericis haud frequens sit, ut Il. E, 297, X, 447, (adde Od. M, 22; Φ, 27), creberrime in Herodianeis recurrere (Il. N, 191; Λ, 454, 754; A, 129, 264; B, 592, 831; Γ, 280; Δ, 228; E, 283; Θ, 109, 178; I, 6, 385, 636; M, 126; N, 22 bis; Σ, 340; Υ, 234; Od. M, 22; Φ, 27) Lehrsius observavit in libro De Aristarcho p. 34. Æschinis et Demosthenis scholiastarum exempla multa collegi in Indicibus edit. Oxon. s. v. Ὡς ὅτι, quæ aliis aliorum augere omittimus. Ὑπομιμνήσκει αὐτοὺς ἀναφέρων ὡς ὅτι καὶ ἐπ' ἐκείνων τῶν χρόνων ἐθαλασσοκράτουν dixit schol. Aristoph. Pac. 506. Ex poetis unum allatum exemplum est ex epigr. poetæ haud dubie recentis in Anth. Pal. 9, 530 : Οὐκ ἐθέλουσα Τύχη σε προήγαγεν, ἀλλ' ἵνα δείξῃ ὡς ὅτι καὶ μέχρι σοῦ πάντα ποιεῖν δύναται. Ceterum simili pleonasmo scriptores Byzantini etiam ὡς ἵνα pro simplici ὡς vel ἵνα dixerunt. Sic Ducas p. 15, A : Τοῦ αἰτῆσαι ἀγωγὴν καὶ βοήθειαν, ὡς ἵνα καταπαλεμίσῃ κτλ. 70, D : Προστάξας ὡς ἵνα πρὸς τὸν αὐτοκράτορα ἐγχειρίσει καὶ ὁ βασιλεὺς ἔσται τούτων ἐπίτροπος· 92, A : Ὡς ἵνα ἴδωμεν· 96, C : Ὡς ἵνα ἔσομαι.]

|| Ὡς interdum potest reddi particula Quod, non eum, de quo proxime dictum fuit, sed longe diversum, usum habente : nimirum ubi præfigitur adverbio Utinam. Itidemque Gallica illa particula *Que* hic quoque locum habet; nam quum pro Utinam Gallice dicatur *Plust à Dieu*, interdum præfigitur *Que*, et dicitur, *Que plust à Dieu*. Lucian. [Hermot. c. 86] : Ὡς εἴθε γε καὶ ἐξεμέσαι οὐνατὸν ἦν, Quod utinam, vel, Atque utinam. Sic vero jungitur et cum Ὤφελον, Ὤφελες, Ὤφελε, Ὄφελον, Ὄφελες, Ὄφελε, ut videbis supra [s. v. Ὀφείλω, vol. 5, p. 2439 seq.] Sed et ipsum ὡς per se ac sine adjectione poni pro Utinam, ex præcedentibus didicisti. Quoniam tamen ibi exempla ex poetis duntaxat habes, exemplum insuper unum afferam, idque ex soluta oratione petitum, Synesii sc.:

Ὡς εἴη γε τοῦτον ἡμῖν εἶναι τῶν παρ' αὐτοῦ πώποτε στρατηγῶν εὐσεβέστατον. Convenire autem ὡς in ista signif. cum particula Ut, docui ibid.

‖ Ὡς, Nam, Enim; interdum, Quandoquidem. Pro hujus autem significati exemplo quidam ex Hom. attulerunt hunc versum, Il. Φ, 291: Ὡς οὗτοι ποταμῷ γε ὁαμήμεναι αἴσιμόν ἐστιν. Sed controversa eo in loco signif. ista esse potest, meo quidem judicio: possunt vero non itidem controversa exempla ex eod. poeta proferri, cum alibi, tum Od. B, [233]: Ὡς οὔτις μέμνηται Ὀδυσσῆος θείοιο Λαῶν οἷσι ἄνασσε, πατὴρ ὃ' ὡς ἤπιος ἦρχε. Hic enim ὡς esse Siquidem, s. potius Quandoquidem, ex præcedentibus versibus satis apparet: qui ita scripti sunt, Μήτις ἔτι πρόφρων ἀγανὸς καὶ ἤπιος ἔστω Σκηπτοῦχος βασιλεὺς, μηδὲ φρεσὶν αἴσιμα εἰδὼς, Ἀλλ' αἰεὶ χαλεπός τ' εἴη, καὶ αἴσυλα ῥέζοι. Quibus subjungitur, Ὡς οὔτις μέμνηται, κτλ. Nullus rex, inquit, posthac mitem se et clementem in suos exhibeat, sed contra severum et asperum: quandoquidem clementiæ Ulysseæ memoria periit apud eos in quos illam exercuit. Sed quamvis tam bene quadret huic loco significatio ista particulæ ὡς, ut convenientior nulla esse possit, atque adeo ne dubitari quidem posse de illa videatur, Interprr. tamen aliam ei interpretationem dederunt; ita enim Raph. Volaterranus, Nullus deinceps rex sceptrum tenens, placabilis mitisque existat, neque animo sibi æqua decentiaque proponat, sed durus immitisque ac aliis incommodus. Heu quam nullus meminit Ulyssis, populorum quibus imperavit, quam dulcis existeret pater. Altera autem illa interpret., quæ ex regione ipsius Homeri solet excudi, habet, Nec quisquam amplius benevolus, mansuetus et mitis sit Sceptriger rex, neque in mente pia opera cogitans, Sed semper infestus sit, et injusta perpetret. Ut nullus recordatur Ulyssis divini Populorum quibus præfuit, et velut pater mansuetus erat. At quam convenientius sit ὡς interpretari Quandoquidem, ut melius perpendere posses, lector, libuit et mihi locum istum interpretari, sed carmine (quod, ut extemporaneum, boni consulas velim): Nemo suos posthac regum clemente gubernet Imperio, neu sit recti studiosus et æqui, Sed præbens se durum illis mala multa facessat: Quandoquidem populos oblivio cœpit Ulyssis, Molles ille quibus, pater ut, laxabat habenas. Sunt porro et alii loci ap. hunc poetam, in quibus eundem usum hæc particula obtinet [Et plurimi apud Tragicos, velut Æsch. Prom. 77: Θεῖνε διατόρους πέδας· ὡς οὐπιτιμητής γε τῶν ἔργων βαρύς· 81: Στείχωμεν· ὡς κώλοισιν ἀμφίβληστρ' ἔχει· 1030: Πρὸς ταῦτα βούλευ'· ὡς ὅδ' οὐ πεπλασμένος ὁ κόμπος ἐστί. Soph. OEd. T. 47: Ἴθ', εὐλαβήθηθ'· ὡς σὲ νῦν μὲν ἥδε γῆ σωτῆρα κλήζει κτλ. 365: Ὅσον γε χρήζεις (εἰπέ)· ὡς μάτην εἰρήσεται· El. 633: Μηδ' ἐπαιτιῶ τοὐμὸν στόμ'· ὡς οὐκ ἂν πέρα λέξαιμ' ἔτι· Aj. 39, ubi Ulixi quærenti, Ἦ καὶ, φίλη δέσποινα, πρὸς καιρὸν πονῶ; Minerva respondet, Ὡς ἔστιν ἀνδρὸς τοῦδε τἄργα ταῦτά σοι, i. e. πρὸς καιρὸν πονεῖς· ὡς ἔστιν κτλ. Et apud Comicos, ut Aristoph. Ach. 1005: Μή μοι δίδου· ὡς οὐκ ἂν ἐγχέαιμι κτλ. Av. 461: Λέγε θαρρήσας· ὡς τὰς σπονδὰς οὐ μὴ πρότεροι παραβῶμεν]: sed his contentus, ad exempla ex prosæ scriptoribus petita transibo, a Thuc. initium sumens: ap. quem legimus 1, p. 39 meæ ed. [c. 124]: Ὡς οὐκέτι ἐνδέχεται, i. e. οὐκέτι γὰρ ἐνδέχεται, inquit schol. Idem in alio ejusdem scriptoris loco exp. ἐπεί, 2, p. 68 [c. 64]: Ὡς οἵτινες πρὸς τὰς ξυμφορὰς γνώμῃ μὲν ἥκιστα λυποῦνται κτλ. His subjungam ea quæ Bud. de hac particulæ ὡς signif. scripta reliquit. Ὡς, inquit, ἀντὶ τοῦ ἐπεὶ, h. e. ἀμέλει, Etenim, Nam. Lucian. [Abdic. c. 31]: Πλὴν ἔχεταί γε, καὶ οὐκ ἂν ἐκ τῶν παρόντων ὑπ' ἰατροῦ θεραπευθῆναι δύναιτο· ὡς εἴ γε ἄλλος τις ὑπόσχοιτο, ἤ τις ἀπαλλάξειε, μίσει τότε ὡς ἀδικοῦντά με, Quod si quis eam curarit, licet jam ut me oderis. Idem [Alex. c. 5]: Ὡς νῦν γε καί σε ἐλεῶ, τελέως ἤδη [ἡμῖν] ἐκβεβακχευμένον, Nam nunc quidem te miseror, ut bacchari cœpisti. Cui non absimile illud videtur Ciceronis De oratore, Ut non jam sine causa Demosthenes tribueret primas et secundas et tertias actioni. Plin. l. 22: Ut non sit mirari satis naturæ providentiam. Est enim illativa ex præcedentibus conjunctio. Plato Phædro [p. 262, C]: Βούλει οὖν ἐν τῷ Λυσίου λόγῳ, ὃν φέρεις, ἰδεῖν τι ὧν φαμὲν ἄτεχνόν τε καὶ ἔντεχνον εἶναι. ΦΑΙ. Πάντων γε μάλιστα· ὡς νῦν γε ψιλῶς πως λέγομεν, οὐκ ἔχοντες ἱκανὰ παραδείγματα, Etenim nude nunc quodammodo disserimus. Et in Euthyd. [p. 272, D]: Οὐκ ἂν φθάνοις ἀκούων· ὡς οὐκ ἂν ἔχοιμί γε εἰπεῖν ὅτι οὐ προσεῖχον νοῦν αὐτοῖς, Quandoquidem excusare non queo. [Et alibi non raro ap. Platonem, Xenoph. et alios.] Sic ap. Dem. C. Lept.: Οὐδὲ γὰρ εἰ πάνυ χρηστός ἐστιν, (ὡς ἐμοῦ γε ἕνεκα ἔστω,) βελτίων ἐστὶ τῆς πόλεως τὸ ἦθος, Nam esto quidem ille per me. His autem quum multa addi possint, et accuratius fortassis in significationem hujus particulæ, (quam sc. in locis hujusmodi obtinet,) inquiri: addam tamen pauca in præsentia, utpote ad alia festinans. Ac primum afferam locum in quo ὡς subjunctam habet particulam νῦν: ut ex pluribus exemplis melius usum harum particularum conjunctarum perspicere queas. Chrysost. In Ep. ad Rom. 6, λόγῳ ια', p. 47 init.: Ὥστε εἰ δόξης ἐρᾷς, ἀπόστηθι τούτων ὧν νῦν ποιεῖς, καὶ μὴ τὴν οἰκίαν, ἀλλὰ τὴν ψυχὴν καλλώπιζε, ἵνα γένῃ λαμπρὸς καὶ περιφανής· ὡς νῦν γε οὐδέν σου γένοιτ' ἂν εὐτελέστερον, ἐρήμην ἔχοντος τὴν ψυχὴν, καὶ τὸ τῆς οἰκίας προβαλλομένου κάλλος. In VV. LL. ὡς poni dicitur etiam pro Quare, Quamobrem; sed nullum hujus usus exemplum affertur. Additur videri accipi et pro Alioqui, a Plut. Rom. in fine [Comp. cum Thes. c. 6]: Ὡς ἔδει γε καὶ τοῦτο ψεῦδος εἶναι, καὶ τὰ πλεῖστα τῶν ἄλλων. Sed in hujus l. interpretatione multum variant Interprr.; ita enim quidam, Alioqui oportebat et hoc falsum esse et alia plurima. Quidam, Quod utinam sit cum aliis plerisque mendacium. Quidam denique hoc modo, Quæ quidem conficta esse præstiterit, sicut et pleraque alia. Bud. certe in quodam ejusdem scriptoris loco, hæc verba, Ὡς ὤνατό γ' ἂν ἐνταῦθα τοῦ βίου παυσάμενος, vertit, Ut præstabilius ei fuerit vitam hic finire.

‖ Ὡς vice præpositionis πρὸς nonnunquam fungitur, i. valens q. Ad, et accusativum itidem habens. Extatque et ap. Hom. hujus signif. exemplum, cum alibi, tum in illo versu qui proverbiorum numerum auxit, Od. P, [218]: Ὡς αἰεὶ τὸν ὁμοῖον ἄγει θεὸς ὡς τὸν ὁμοῖον. Nam ὡς isto in versu, priore quidem loco admirantis vim habet, in posteriore autem i. valet q. πρὸς, s. εἰς. Manifestum enim est non posse aliud significare quam Ad. (In priore autem loco licet θαυμαστικὸν esse non dubitem, itidemque apud multos pro indubitato ac confesso id habeatur, exponendo sc. per Ut: hoc modo, Ut semper Deus similem ad similem adducit; vel Proh ut etc.: vulgata tamen ad verbum interpretatio reddit Sic.) Existimatur porro hic usus particulæ ὡς, pro præpositione πρὸς s. εἰς, esse Atticus. [Sic Greg. Cor. De dial. Att. § 33, p. 78: Καὶ ἀντὶ τοῦ πρός τῷ ὡς χρῶνται, ὡς τὸν θεὸν λέγοντες καὶ ὡς τὸν διδάσκαλον ἀντὶ τοῦ πρὸς τὸν θεὸν καὶ πρὸς τὸν διδάσκαλον· et brevius Gramm. Meerm. in App. ad Greg. p. 647. Non est hic usus Atticus, sed Græcorum omnium communis. Notandum tamen scriptores alios raro, alios frequentius, plurimos ne semel quidem ὡς pro πρὸς dixisse. Herodot. 2, 121, 5: Ἐσελθόντα ὡς τοῦ βασιλέος τὴν θυγατέρα. Sic libri optimi: alii ἐς. Contra 1, 116, ubi vulgo: Καί οἱ ὁ χαρακτὴρ τοῦ προσώπου προσφέρεσθαι ἐδόκεε ὡς ἑωυτόν, recte ἐς ἑωυτὸν nunc editum e libris optimis. Neque 3, 40: Ὡς ἡ βασιληΐη περιελήλυθοι ἐς τοῦτον τὸν ἄνδρα, probari potest quod est in pluribus ὡς τοῦτον, quum περιελθεῖν εἰς, non ὡς vel πρὸς dicatur, ut monet Valcken. Æschyli exempla nulla sunt. Soph. Tr. 533: Θυραῖος ἦλθον ὡς ὑμᾶς λάθρα.] Aristoph. [Pac. 104: Ὡς τὸν Δί' ἐς τὸν οὐρανόν'] Pl. [32: Ὡχόμην ὡς τὸν θεόν· 153], ὡς τοῦτον, Ad hunc. Isocr., Ὡς βασιλέα. Sic Thuc., Ὡς αὐτὸν βασιλέα. [Id. 4, 79: Ἀφίκετο ὡς Περδίκκαν· 8, 5: Ὡς Ἄγιν ἐπρεσβεύσαντο.] Xen. Apomnem. 2, [7, 2]: Συνελήλυθασιν ὡς ἐμέ· et [ibid.]: Πολλῶν φυγόντων ὡς [recte nunc εἰς, ut infra dicetur] τὸν Πειραιᾶ. [Cyrop. 1, 4, 26: Αὖθις ἰέναι ὡς σέ· 4, 6, 10: Πόση τις ὁδὸς ὡς αὐτὴν εἴη· 5, 4, 17: Ὡς Γαδάταν ἔπεμπεν· Anab. 2, 6, 2: Ἀνήχθησαν ὡς βασιλέα.] Dem.: Λέγεται οἴχεσθαι πρεσβεύων αὐτὸς ὡς τοὺς Λακεδαιμονίους. Æschin. [p. 31, 8]: Ὡς δὲ τάχιστα ἤκομεν ὡς Μακεδονίαν, συνετάξαμεν ἡμᾶς αὐτούς. [Recte nunc εἰς Μακεδονίαν ex codd.

tantum non omnibus restitutum. Nam ὡς pro πρὸς non construitur nisi cum accusativo personæ, nusquam, apud scriptores quidem recte scribentes, cum accusativo rei. Quod observavit sive ipse sive antiquiore præeunte Thomas M. p. 933, etsi corrupta in libris quibusdam scriptura loci Thucydidei, qua hæc regula violatur, fraudem sibi fieri passus est. Scribit autem sic, Λαμβάνεται δὲ ... καὶ ἀντὶ τῆς εἰς προθέσεως ἐπὶ κινήσεως καὶ ἐπὶ ἐμψύχου. Ἀριστείδης (vol. 2, p. 222) « Τότε μὲν γὰρ ἐλθόντων ὑμῶν ὡς ἡμᾶς ἠκούσαμεν. » Ἅπαξ δὲ καὶ ἐπὶ ἀψύχου Θουκυδίδης εἶπεν ἐν τῇ ὀγδόῃ (c. 103) « Ἀπέπλευσαν ὡς Ἄβυδον. » Apud Thucydidem legitur ἐς Ἄβυδον, libris tamen nonnullis ὡς Ἄβυδον præbentibus, quemadmodum ap. Xen. Hell. 5, 1, 25, ubi libri meliores ᾤχετο εἰς (vel ἐς) Ἄβυδον, in cod. Paris. uno seculi XVI et quæ cum eo consentire solet ed. Ald. ὡς Ἄβυδον scriptum est, eodem errore quo in Mem. 2, 7, 2, in libris aliquot deterioribus φυγόντων ὡς τὸν Πειραιᾶ scriptum pro εἰς τὸν Π. Apud Demosth. C. Neær. p. 1374, 1, e libris optimis restitutum, Οὐκ ἔξεστιν αὐτῇ ἐλθεῖν εἰς οὐδὲν τῶν ἱερῶν, quum legeretur ὡς οὐδὲν ..., quod ab oratore scriptum credere tanto absurdius foret quum post paucos versus sequatur εἰσιέναι εἰς τὰ ἱερά. Apparet ex his quam exigua in hoc genere sit auctoritas librorum, quum librarii non raro vel ὡς cum præpositionibus, εἰς, ἐπί, πρός, permutaverint vel ὡς simplex posuerint ubi scriptores cum præpositionibus illis conjunctum posuerant : cujusmodi errorum exempla videre licet in scripturæ diversitate ad Herodot. 2, 135, Eurip. Phœn. 1409, ubi v. Valck., Thucyd. 1, 50; 4, 53 (ubi ἀνέχει ὡς Κρητικὸν πέλαγος pro πρὸς τὸ Κρ. π. scriptum in Bekk. Anecd. p. 400, 6); 5, 17, 76; 8, 1, 5, 17, 36. Posteriorum scriptorum exempla regulæ adversa etsi fortasse cautius sit intacta relinquere quam ad normam veterum corrigere, tamen, quum codicum fides in hac re nulla sit, ipsa quoque suspecta fiunt, rectequeque I. G. Schneiderus judicavit parum probabile esse Ælianum N. A. 3, 23 scripsisse : Περιελθόντες ὡς τὰς Ὠκεανίτιδας νήσους, et 10, 5 : Ὡς ἰδίαν οἰκίαν παρῆλθε, quum παρῆλθεν εἰς τὸ Ἄργος dixerit ib. c. 37, πάρεισιν εἰς τὴν φάρυγγα c. 48, παριόντας εἰς τὸν νέον 11, 3, παρίασιν εἰς τὸ ἄλσος ib. 16. Idem de aliis aliorum dicendum ab Oudendorpio ad Thom. M. aliisque memoratis, velut Heliodori 9, 13, quem non est credibile tam absurdum fuisse ut scriberet, εἰσιέναι ὡς τὴν πόλιν ὡς ἰδίαν, ubi jam ab Amioto εἰς τὴν πόλιν est correctum. Ac ne Nicephorum quidem Cpol. in Breviario Histor. p. 6, D, verisimile est dixisse ἀποπτύσαι ὡς τὸν ἀέρα pro εἰς τὸν ἀ. quod conjecit Bekk., quemadmodum p. 12, B : Τοῦτο τὸ βδέλυγμα εἰς γῆν κατέρριψε καὶ ὡς κονιορτὸν διέλυσε, ubi Petavius εἰς κ. restituit. Nihilo melius est ap. Georg. Acrop. Annal. p. 26, D : Τῶν ἀνακτόρων ὑποχωρήσας ὡς διδασκάλου φέρων ἐνέβαλον ἑαυτὸν, quod εἰς διδασκάλου scribendum.] Recte vero Sophocles in Œdipo Tyr. 1481 dixisse videtur : Δεῦρ' ἴτ' ἔλθετε ὡς τὰς ἀδελφὰς τάσδε τὰς ἐμὰς χέρας, quum ἀδελφαὶ χεῖρες personæ significationem habeant. Minus certa res est de Trach. 365 : Καὶ νῦν ... ἥκει (Ἡρακλῆς) δόμους ὡς τούσδε πέμπων οὐκ ἀφροντίστως, γύναι, οὐδ' ὥστε δούλην· ubi Brunckius ἐς correxit, alii ὡς δόμους dici putarunt quia ὡς σέ vel ὡς ὑμᾶς cogitatur : qua excusatione si uti liceret, etiam ὡς Ἄβυδον, de quo supra dicebam, recte dictum videri posset, incolis Abydi cogitatis. Postremo notamus male huc olim relata esse verba Theocriti 1, 13 : Λῆς, αἰπόλε, τεῖδε καθίξας, ὡς τὸ κάταντες τοῦτο γεώλοφον, ἦτε μυρῖκαι, συρίσδεν, (quorum illa ὡς τὸ ..., μυρῖκαι repetita leguntur 5, 101,) præeunte scholiasta, qui exp. καὶ καθίξας εἰς τὸν ἀνεστηκότα τοῦτον τόπον καὶ κατάντη, ἤγουν ὀξὺν, ὅπου αἱ μυρῖκαι. Recte D. Heinsius sublato post γεώλοφον commate αἵ τε μυρῖκαι restituit, quemadmodum præcedentia τὸ κάταντες τοῦτο γεώλοφον nominativi sunt, non accusativi. Nam ὡς non pro ἐς dictum, sed *ubi* significat, ut in locis ab Meinekio collatis 5, 103 : Τουτεῖ βοσκησεῖσθε ποτ' ἀντολὰς, ὡς ὁ Φάλαρος (quod schol. recte interpretatur ἔνθα τὸ ὄρος ὁ Φάλαρος)· Epigr. 4, 1 : Τήναν τὰν λαύραν, ὡς (nam sic corrigendum foret cum Meinekio pro τὼς, nisi præstaret codicis Palatini Anth. scriptura τόθι ταὶ A δρύες, quod Meinekius ipse postmodum intellexit) αἱ δρύες, αἰπόλε, κάμψας· et in inscr. Thessalica ab Ussingio edita in Inscrr. ined. 2, 4 : Ὡς ὁ Ἀλκμεὺς ἐμβάλλει εἰς τὸν Εὐρωπόν· et 7 : Κατὰ τῶν ἄκρων, ὡς ὕδωρ ῥεῖ ἐς τὸν Εὐρωπόν.]

|| Ὡς quemadmodum interdum abundare dictum est, sic etiam interdum deesse sciendum est; sed intellige de ὡς Similitudinis significationem habente. Nam ab Hom. μάχοντο δέμας πυρὸς dici pro ὡς δέμας πυρὸς, pro confesso a multis gramm. habetur : adeo quidem ut aliis in locis Ejusdem ubi itidem subaudiri particulam ὡς existimant, loci illius auctoritate nitantur, ut Il. E, [4] : Δαΐε οἱ ἐκ κόρυθός τε καὶ ἀσπίδος ἀκάματον πῦρ· T, [298] : Ἀλλά μ' ἔφασκες Ἀχιλλῆος θείοιο Κουριδίην ἄλοχον θήσειν, pro ὡς κουριδίην ἄλοχον, secundum quorundam expositionem : quæ tamen parum mihi probatur. [Rectius usi essent locis qualis hic Pindari est Pyth. 4, 515 : Καὶ μὰν κεῖνος Ἄτλας οὐρανῷ προσπαλαίει (ubi schol. ad Ἄτλας annotavit : Λείπει τὸ ὡς), et similibus quos collegit Dobræus ad Aristoph. Pl. 314.] Apud Hebræos quidem certe כ, B quæ est itidem Similitudinis particula, frequentissime subaudienda relinquitur. [Frequens ὡς particulæ ellipsis, ut superiorum temporum grammatici loqui solebant, est post verbum χρῆσθαι, ut ap. Xen. Anab. 4, 2, 28 : Ἐχρῶντο δὲ αὐτοῖς (τοῖς τοξεύμασι) οἱ Ἕλληνες ἐπιλαβόμενοι ἀκοντίοις ἐναγκυλῶντες· Mem. 3, 14, 4 : Ὁπότερα τῷ σίτῳ ὄψῳ ἢ τῷ ὄψῳ σίτῳ χρήσεται· quod ap. Athen. 5, p. 186, scriptum τῷ μὲν ἄρτῳ ὡς ὄψῳ χρῆται, τῷ δ' ὄψῳ ὡς ἄρτῳ. Diodor. 14, 27 : Τούτοις (τοῖς βέλεσι) σαυνίοις χρωμένους ἑξακοντίζειν· ubi HSt hujus usus tum ignarus ὡς σαυνίοις scribi volebat. Athen. 15, p. 700, E : Πανὸς ὀνομάζεται τὸ διακεκομμένον ξύλον ... τούτῳ δ' ἐχρῶντο λαμπάδι· quod ὡς λαμπάδι scribendum videbatur Blomfieldo ad Æsch. Agam. p. 197. Plene Plato Protag. p. 315, D : Ἦν δὲ ἐν οἰκήματί τινι ᾧ πρότου μὲν ὡς ταμιείῳ ἐχρῆτο Ἱππόνικος κτλ., ubi ὡς ab librario additum esse probabilis conjectura est Dobræi ad Aristoph. Pl. 314.]

||Cogor autem, (ne quid omisisse dicar,) etiam quæ C supervacanea sint, de hac particula supradictis adjicere : quæ sc. quidam ex Tryphone de triginta signiff. particulæ ὡς retulerunt : ita incipientes, Ἰστέον ὅτι τὸ Ὡς τριάκοντα σημαίνει παρὰ Τρύφωνι,

Ὡς παραβολὴν, Il. Γ (23)·

Ὥστε λέων ἐχάρη μεγάλῳ ἐπὶ σώματι κύρσας.

Ὡς ἀνταπόδοσιν, Il. Γ (36)·

Ὡς αὖτις καθ' ὅμιλον ἔδυ Τρώων ἀγερώχων.

[Tractatum de triginta hujus particulæ significationibus, indignum Tryphone, ut judicabat Sylburgius, primum edidit Aldus inter aliorum grammaticorum opuscula adjecta Dictionario Græco-Latino a. 1497, repetito ab Asulano a. 1524, ubi hæc leguntur vol. 2, fol. 77 ^{b}. Eadem omnia, sed sine Tryphonis nomine, leguntur ap. Chœrob. in Epimer. in Psalm. p. 41, 29—43, 21, qui incipit Τὸ ὡς πόσα σημαίνει; λϐ'. Τί καὶ τί; Παραβολὴν « ὥστε λέων ἐχάρη, μεγάλῳ ἐπὶ σώματι κύρσας· » et in Etym. M. p. 824, 13 : Ὡς ἐπίρρημα θαυμαστικὸν, ἀντὶ τοῦ λίαν· ἢ ἐπίρρημα βεβαιώσεως. Σημαίνει δὲ δύο καὶ τριάκοντα· παραβολήν « ὡς δὲ λέων ἐν D βουσὶ θορών » etc. Quæ integriora leguntur in cod. Voss. : Ὡς· « ἀλλὰ καὶ ὡς ἐθέλω »· ἔστιν ἐπίρρημα θαυμαστικὸν ἀντὶ τοῦ λίαν, ἢ ἐπίρρημα βεβαιώσεως. Τὸ ὡς μόριον τοῦ οὕτως ὁλοκλήρου ἐπιρρήματος λείψανον εἶναι θέλουσιν. Διὰ τοῦτο γοῦν ἐνίοτε σὺν τῷ τ ἐκφέρεται, οἷον « τὼς δ' ἐφθέγξατο Καλλιόπεια. » Τὰς δὲ σημασίας αὐτοῦ ἀποδεδώκασι λϐ'. (Mirus in numero λϐ consensus Chœrobosci et Etymologici, quum triginta tantum significationes enumerentur.) Σημαίνει γὰρ παραβολὴν, ὡς τὸ « ὡς δὲ λέων ἐχάρη μεγάλῳ ἐπὶ σώματι κύρσας, » καὶ πάλιν « ὡς δὲ λέων ἐν βουσὶ θορών. » Omittimus reliquam, quæ non magni momenti est, scripturæ diversitatem editionis Aldinæ, Chœrobosci et Etym. M. Ad Homericum exemplum primum quod attinet, in quo ὡς παραβολῆς significationem habet, grammaticus unum posuisse videtur exemplum, Il. E, 161 : Ὡς δὲ λέων ἐν βουσὶ θορὼν ἐξ αὐχένα ἄξῃ πόρτιος ... ὡς τοὺς ἀμφοτέρους ἐξ ἵππων Τυδέος υἱὸς βῆσε κτλ., ut est in Etym. M., non illud Il. Γ, 23 : Ὥστε λέων ἐχάρη, μεγάλῳ ἐπὶ σώματι κύρσας, quod legitur ap. Aldum et

Chœroboscum, et cum altero illo conjunctum in Etym. Vossiano, sed alienum ab consilio grammatici est.]

Primum quidem ista loquendi forma non video qui probari merito queat, ut dicamus particulam ὡς significare παραβολήν, i. e. Comparationem : pro eo quod est, Adhiberi comparationi, seu, Usurpari in comparatione. Idemque et de iis, quæ proxime subjunguntur, dicendum est : sc. ὡς significare ἀνταπόδοσιν, i. e. Redditionem : pro Adhiberi redditioni comparationis s. similitudinis. Quin etiam aliud hic peccatur, sc. quod non admonetur lector de scripturæ mutatione; quum enim est ἀνταποδοτικὴ hæc particula, non ὡς simpliciter, sed ὡς scribitur, assumpto accentu, ut supra docui. Quod etiam videre est in illo Homeri versu; scriptum est enim ὡς, non ὡς, in omnibus quæ quidem usquam viderim exempll., ut omittam gramm. quosdam de hac scriptura præceptum tradidisse. Sic autem et in versu qui hunc paucis interjectis præcedit, Ὡς ἐχάρη Μενέλαος Ἀλέξανδρον θεοειδέα Ὀφθαλμοῖσιν ἰδών. Qui versus (ne fallatur lector) ille est qui continet ἀνταπόδοσιν illius qui primus allatus fuit in exemplum significationis παραβολῆς, sc. Ὥστε λέων ἐχάρη κτλ. Qui etiam versus non satis apte selectus inter tam multos fuit : utpote in quo non simpliciter ὡς, sed ὥστε scriptum sit, ut etiam scribi debet. Aut saltem admonendus erat lector, particulam τε nihil de significatione hic mutare. Sed quum passim ap. Hom. occurrat ὡς sine hac particula adhibitum παραβολῇ, sive inchoans παραβολὴν, multo satius erat alium quempiam locum afferre. Hæc certe faciunt ut parvo cum judicio scripta hæc fuisse existimem.

|| Ὡς tertio loco ibi dicitur significare ὑπερβολὴν, i. e. Superlationem : ut in hoc versu [Od. Λ, 426], Ὡς οὐκ αἰνότερον καὶ κύντερον ἄλλο γυναικός. Hic autem non video quomodo excusari hæc signif. possit. Neque enim ut dictum est ὡς significare comparationem et redditionem (comparationis sc.), i. e. adhiberi comparationi et redditioni, sic etiam ausim dicere significare hyperbolen, i. e. adhiberi hyperbolæ; cur enim potius dicamus hoc in versu particulam ὡς adhiberi hyperbolæ, i. e. superlationi, quam exclamationi, aut admirationi, vel utrique simul? Alioqui certe nihilo magis superlationem debuit dicere quam comparationem : imo vero simplicius multo erat hanc quam illam dicere. Latine certe reddendo utendum fuerit aliqua particula earum quibus exclamantes utimur. Raph. Regius vertit, O quam nihil est deterius aut atrocius femina. Quidam interpr. Ut nihil est, etc. Ego malim, Adeo nihil est, etc. Ceterum ne hoc quidem silentio prætereundum fuerit, hic quoque in quibusdam exempll. ὡς scribi cum accentu.

|| Ὡς ibi pro quarta signif. habet ἀναφορὰν, Od. Δ, [620] : Ὡς οἱ μὲν τοιαῦτα πρὸς ἀλλήλους ἀγόρευον, Ita quidem isti talia inter se loquebantur. Sed vix mihi possum persuadere eum a quo hæc scripta sunt, (nam a Tryphone profecta esse minime credo,) usum esse appellatione ἀναφορᾶς, verum aliud potius scripsisse. Aut certe quæpiam nova omnino signif. voci huic ἀναφορὰ tribuenda fuerit, quum nihil ἀναφορᾶς, i. e. Relationis, agnoscatur in hujusmodi dicto, Ὡς οἱ μὲν τοιαῦτα πρὸς ἀλλήλους ἀγόρευον, (vel potius Ὅς οἱ μὲν κτλ., ita enim ex consensu omnium exempll. scrib. est, sicut et ubi ὡς significare dicebamus ἀνταπόδοσιν,) nihilo certe magis quam ubi dicitur Ὅς εἰπὼν, Ὅς φάτο, Ὅς ἄρα φωνήσας, etc. At quis in hujusmodi ll. ἀναφορὰν esse dixerit? Aliud certe non videmus hic quam claudi sermonem, quem ab aliquibus inter se habitum retulerit, et inde alio transiri.

|| Ὡς quintam signif. habere traditur θαύμασμὸν, i. e. Admirationem. Afferturque hic versus [Od. Ω, 194 coll. 198], Ὡς ἀγαθαὶ φρένες ἦσαν ἐχέφρονι Πηνελοπείῃ. De qua signif. plura non dicam, quum antea quomodo hæc particula ὡς admirationi adhibeatur, satis superque docuerim.

|| Ὡς sexto loco, (sequendo ordinem qui ap. Urbanum et aliquos alios habetur,) βεβαιώσεως significationem illic obtinet. In cujus exemplum affertur hoc dictum, Ὡς χάριέν ἐστ' ἄνθρωπος ἀνθρώποις, Sic gratiosum est homo hominibus. Sed si ὡς ibi significaret βεβαίωσιν, interpretandum potius esset Profecto, Certe, ut i. esset q. ὄντως : ut certe schol. Soph. exp. ap. ipsum in hoc Ajacis versu, non procul a principio [39], Ὡς ἐστιν ἀνδρὸς τοῦδε τἄργα ταῦτά σοι· ait enim esse ὡς positum pro ὄντως, et ἀληθῶς. Cam. vertit, Plane sunt viri istius hæc opera tibi.

|| Ὡς pro septima signif. ibi habet ὁμοίωσιν, confirmaturque hoc versu, Od. Δ, [143] : Ὡς ὅδ' Ὀδυσσῆος μεγαλήτορος υἷϊ ἔοικεν. Minime autem debebat distingui ὡς significans ὁμοίωσιν, ut illorum verbis utar, ab eo quod παραβολὴν declarat. Quin etiam illud, quo ἀνταπόδοσις significatur, (sc. ἀνταπόδοσις παραβολῆς s. ὁμοιώσεως,) simul poni debuerat. Sed magis etiam in eo peccatur, quod ὡς redditur Ita : dando illi versui hanc interpret., Ita hic Ulyssis magnanimi filio assimilatus est. Præcedit enim ap. Hom. in priore parte orationis particula ὧδε, cui respondet ὡς : ut Latinæ particulæ Ita respondet sæpe Ut. Ita enim Hom. vel Helene ap. Hom., Od. Δ : Οὐ γάρ πω τινά φημι ἐοικότα ὧδε ἰδέσθαι Οὔτ' ἄνδρ', οὔτε γυναῖκα, (σέβας μ' ἔχει εἰσορόωσαν,) Ὡς ὅδ' Ὀδυσσῆος μεγαλήτορος υἷϊ ἔοικε Τηλεμάχῳ. Omitto errorem qui in eo commissus est, quod ἔοικε redditur Assimilatus est, quum reddi debeat Similis est : Neminem ita similem ut hic similis est. Posset etiam verti, Neminem tam similem quam etc., vel, Neminem adeo similem.

|| Ὡς in octavæ signif. ordine dicitur esse οὕτως, Sic, Ita. Il. H, [1] : Ὡς εἰπὼν πυλέων ἐξέσσυτο φαίδιμος Ἕκτωρ. Quæ etiam signif. (cujus multa exempla habuisti supra) cum iis de quibus modo dictum est collocari debuerat. Multa certe ejus exempla fuerunt a nobis allata; sed ubique addito accentu : Ὃς φάτο, Ὃς ἄρα φωνήσας, etc. Sic, Ὃς εἰπών.

|| Ὡς nono loco dicitur i. valere q. ὅμως, i. e. Tamen. Afferturque ex Od. Α, [6] : Ἀλλ' οὐδ' ὡς ἑτάρους ἐρρύσατο, ἱέμενός περ. Ita enim redditur hic versus, Sed neque tamen socios liberavit, cupiens quanquam. Quæ sane interpret. inepta est, si Latini sermonis consuetudinem spectemus, Sed neque tamen liberavit. Neque enim bene conveniunt secum hæ tres particulæ, Sed neque tamen. Atque adeo ut ὡς alicubi a gramm. expositum fuisse ὅμως fateor, (de qua etiam expositione dictum a me fuit,) ita hoc loco sic debere vel posse exponi nego, quum sciamus οὐδ' ὡς (ita enim scrib., non οὐδ' ὡς, sine accentu,) nonnunquam esse quod Latini dicunt, Ne sic quidem : et hanc interpret. optime huic loco, sicut aliis nonnullis, convenire videamus; quum enim dixisset, de Ulysse, Πολλὰ δ' ὅγ' ἐν πόντῳ πάθεν ἄλγεα ὃν κατὰ θυμὸν, Ἀρνύμενος ἥν τε ψυχὴν καὶ νόστον ἑταίρων, subjunxit, Ἀλλ' οὐδ' ὡς ἑτάρους ἐρρύσατο, ἱέμενός περ, Sed ne sic quidem socios servavit. I. e. Sed ne has quidem ærumnas perferendo, efficere potuit ut socios servaret, vel, incolumes conservaret. Ceterum in quibusdam libris eundem significationum particulæ ὡς catalogum habentibus, significationi isti duæ sedes tribuntur, sc. quinta et decima septima. Et in illa quidem quinta sede illud idem exemplum affertur, ex initio Od. Α, Ἀλλ' οὐδ' ὡς ἑτάρους· in altera autem affertur pro exemplo hic locus, Ὡς πρῶτον Κίκονας δαμάσσατο. Cujus loci depravata scriptura restitui hoc modo debet ex Od. Ψ, [310] : Ἧρξατο δ' ὡς πρῶτον Κίκονας δάμασ'. Subjungitur enim, Αὐτὰρ ἔπειτα Ἦλθ' ὡς Λωτοφάγων ἀνδρῶν πίειραν ἄρουραν. Nullam autem expositionem minus convenire particulæ ὡς isto in loco quam illam, qua dicitur poni pro ὅμως, luce clarius est. Cum ἦρξατο enim subauditur ex præcedenti versu verbum καταλέξαι, quod cum ὡς jungitur : hoc modo, ἦρξατο καταλέξαι ὡς πρῶτον δάμασε Κίκονας, (vel καταλέξαι πρῶτον ὡς δάμασε, ut sit trajectio hujus particulæ,) Narravit initio quomodo Ciconas domuisset, vel, Ut domuisset. Debuerat certe potius in exemplum significationis particulæ ὡς, qua ponitur pro ὅμως, afferri versus, in quo et scholl. quidam de signif. illa consenserunt, Il. Α, [116] : Ἀλλὰ καὶ ὡς ἐθέλω δόμεναι πάλιν, εἰ τόγ' ἄμεινον· et scribi debere ὧς cum circumflexo, et quidem ex grammaticorum Herodoti et Apionis auctoritate, ut antea docui. Verum ego aptius hujus signif. exemplum desidero; nihil enim video quod obstet quomi-

nus ἀλλὰ καὶ ὡς simplicius accipiamus pro Sed et sic, i. e. Sed quamvis etiam hæc ita sint.

|| Ὡς decimo loco exp. ὅπως, Ut. Afferturque ex Il. Z, [259] : Ὡς σπείσῃς Διὶ πατρὶ καὶ ἄλλοις ἀθανάτοισι. At vero pro ἵνα (cui signif. vicesima sexta sedes assignatur) affertur hic ejusdem poetæ versus, ex Il. Γ, [166] : Ὡς μοι καὶ τόνδ' ἄνδρα πελώριον ἐξονομήνῃς. Sed perperam ex una eademque signif. fiunt duæ; perinde est enim sive ὅπως, sive ἵνα dicamus particula ὡς significari : quum utraque eodem modo valeat quod ap. Latinos vocula Ut, quum est conjunctio causativa, s. causam finalem indicans. De hac autem signif. particulæ ὡς, non ap. poetas tantum, sed ap. prosæ scriptt. quoque, abunde dictum in præcedentibus fuit. Verum et hoc obiter in utroque horum locorum animadversione dignum est, ὄφρα in priore sermonis parte, ὡς in posteriore poni.

|| Ὡς undecimam signif. ibi habet eam, qua ponitur pro ὁμοίως, i. e. Similiter, Od. A, [47] : Ὡς ἀπόλοιτο καὶ ἄλλος ὅτις τοιαῦτά γε ῥέζοι. Sed plane alium usum hic habere particulam ὡς, satis apparet ex iis quæ a me antea dicta fuerunt. Neque enim quisquam, qui locum illum vel per transennam aspexerit, non animadvertat εὐκτικὴν σημασίαν aptissimam ibi esse particulæ ὡς, sicut et in isto ejusdem poetæ loco, Il. Σ, [108] : Ὡς ἔρις ἔκ τε θεῶν ἔκ τ' ἀνθρώπων ἀπόλοιτο, Καὶ χόλος, ὅστ' ἐφέηκε κτλ., ubi Eust., Τὸ δὲ, Ὡς ἔρις ἀπόλοιτο, inquit, ὅμοιόν ἐστι κατὰ τὸ σχῆμα τῷ, Ὡς ἀπόλοιτο καὶ ἄλλος, ὅπερ ἐν Ὀδυσσείᾳ κεῖται· τοῦ Ὡς καὶ ἐνταῦθα εὐκτικὴν σημασίαν ἔχοντος. Sic autem et particulam Ut, Optandi aut Imprecandi (quod minus generale est) vim habere interdum ap. Latinos, aliquot exemplis antea probatum fuit : item particulam Quod interdum particulæ Utinam præfigi. Sciendum est porro quosdam ex iis qui hasce particulæ ὡς signiff. in catalogum redegerunt, non versum illum afferre pro exemplo particulæ ὡς significantis ὁμοίως, sed istum, Μνήσομαι ὥς μ' ἀσύφηλον ἐν Ἀργείοισιν ἔρεξεν Ἀτρείδης. Quem locum, ut ostendam minime interpret. illam admittere, altius repetere necesse habeo : ita igitur Achilles ad Ajacem Telamonium, Il. I, [643] : Ἀλλά μοι οἰδάνεται κραδίη χόλῳ, ὁππότ' ἐκείνων Μνήσομαι, ὥς μ' ἀσύφηλον ἐν Ἀργείοισιν ἔρεξεν Ἀτρείδης, ὡσεί τιν' ἀτίμητον μετανάστην. Nulla certe orationis cohærentia esse potest, si ὡς reddatur hic Similiter; quum nemo negare possit quin orationis structura hanc interpret. poscat, Sed mihi turget cor ira, quum illorum recordor, i. e. illarum contumeliarum, quomodo Atrides talem me reddiderit. Valla reddidit per Quod, non male, modo satis Latine : locum illum ita reddens, Ceterum cor meum irarum æstu toties fervet, quoties reputo, quanta me contumelia Agamemnon affecit, quod me inter Græcos loco gregarii cujusdam militis habuit. Verum et alia invenitur lectio, sc. ἐκείνου pro ἐκείνων, et ὅς pro ὥς.

|| Ὡς duodecimam expositionem ibi habet per particulam ὅσον : dicitur enim ὡς i. valere q. ὅσον, in Od. P, [344] : Καὶ κρέας ὥς οἱ χεῖρες ἐχάνδανον ἀμφιβαλόντι. Ubi expositionem illam admitti posse existimo : quidam tamen interpr. non Quantum capiebant manus, s. capere poterant complexu suo; sed, Ut capere poterant. Inveniri autem ὡς pro ὅσον et in aliis quibusdam loquendi formulis, sciendum est.

|| Ὡς decimamtertiam explicationem ibi habet per particulam quæ præcedenti ὅσον respondet, sc. per τόσον, Od. H, [108] : Ὅσσον Φαίηκες περὶ πάντων ἴδριες ἀνδρῶν Νῆα θοὴν ἐνὶ πόντῳ ἐλαυνέμεν, ὡς δὲ γυναῖκες Ἱστὸν τεχνῆσαι. Eod. modo exponit ὡς isto in l. brevium scholl. auctor. Eust. quoque ita explicat, ὅσον οἱ Φαίακες ναυτικοὶ, τοσοῦτον αἱ γυναῖκες τεχνικαὶ ὑφαίνειν. Subjungit tamen, Ἴδριες δὲ ἐκεῖνοι περὶ πάντων ἀνδρῶν, οὕτω δὲ καὶ αὗται πασῶν γυναικῶν. Sed pro ὅσσον initio prioris versus quædam exempll. habent τόσσον : cum qua lectione stare expos. illa non posset. Ac certe quamvis habeatur illa lectio in textu qui est insertus Eustathii Commentariis, non videtur ipse eam agnoscere. De hoc quoque monendum lectorem censeo, in multis exempll. legi ὣς, cum accentu.

|| Ὡς decimoquarto loco dicitur esse i. q. ὡσαύτως, i. e. Eodem modo. Od. E, [129] : Ὡς δ' αὖ νῦν μοι ἄγασθε θεοὶ βροτὸν ἄνδρα παρεῖναι. Sed nihilo magis ὡς potest hoc in loco significare ὡσαύτως, quam in præcedentibus : Ὡς μὲν ὅτ' Ὠρίων' ἔλετο κτλ. Item, Ὡς ὁπότ' Ἰασίωνι. Atque adeo Eust., Τὸ δὲ ὡς μὲν, inquit, καὶ ὡς δὲ, καὶ ὡς ὅ' αὖ, ταυτόν ἐστι τῷ ὡσαύτως. Ubi etiam animadvertendum est, ab eo scribi ὡς sine accentu, quum alioqui in quibusdam exempll. duo posteriora additum habeant accentum : in nonnullis, duo priora : quædam vero in tribus illis locis hanc scripturam habeant. Ceterum minime censuissem separandam hanc signif. ab ea qua ponitur pro οὕτως.

|| Ὡς decimaquintam signif. ibi habet ἕως, Donec, ex Od. Γ, [301] : Ὡς ὁ μὲν ἔνθα πολὺν βίοτον καὶ χρυσὸν ἀγείρων. Sed ad confirmationem hujus expositionis addenda fuerant hæc, quæ sequuntur, ubi etiam est particula τόφρα illi ὡς respondens. Ita enim ibi legitur : Ὡς ὁ μὲν ἔνθα πολὺν βίοτον καὶ χρυσὸν ἀγείρων Ἤλᾶτο ξὺν νηυσὶν ἐπ' ἀλλοθρόους ἀνθρώπους, Τόφρα δὲ ταῦτ' Αἴγισθος ἐμήσατο οἴκοθι λυγρά. Raphael ὡς vertit Dum, (quod malo quam Donec,) et τόφρα, Interim s. Interea : pro quorum alterutro perperam in typogr. editt. legitur Iterum. At vero interpretatio ad verbum, quæ Homero adjecta est, ὡς vertit Sic. Nec certe deesse alios locos similes puto, in quibus ὡς reddatur Sic, s. Ita.

|| Ὡς dicitur etiam poni pro ἀλλὰ, i. e. Sed, daturque huic signif. decimussextus locus, ex Od. X, [319] : Κείσομαι, ὡς οὐκ ἔστι χάρις μετόπισθ' εὐεργεῶν. Pertinet autem κείσομαι ad proxime præcedentem versum, Αὐτὰρ ἐγὼ μετὰ τοῖσι θυοσκόος οὐδὲν ἐοργὼς Κείσομαι. Ubi plane non video quomodo ὡς significare possit ἀλλά : sed dixerim potius esse Quandoquidem, Quoniam. Aut certe esse exclamantis cum indignatione, ut Raph. vertit, O quam nulla est gratia impensi beneficii. Ab aliis autem, qui has signiff. particulæ ὡς collegerunt, affertur ὡς ex illo ipso versu tanquam i. valens q. οὐκέτι : sed nullo modo rationi consentaneam esse hanc expositionem, καὶ τυφλῷ δῆλον. Apud Eosd. pro exemplo particulæ ὡς significantis ἀλλὰ, habetur, ὡς τούτου ἀληθειά τις· additurque Ἀττικὸν τοῦτο. [Eadem corruptela apud Chœrob. p. 43, 8; sed in Etym. M. p. 824, 43 : Ὡς τοῦτ' ἀληθὲς Ἀττικόν (etsi hic quoque corrupti ἀλήθεια vestigia sunt in codd.), ubi recte restitutum ὡς τοῦτ' ἀληθῶς Ἀττικὸν τὸ χωρίον· quæ sunt verba Aristophanis Nub. 209.]

|| Ὡς affertur et pro ὅτι, sc. quod Gallice dicimus *Que*, ex Il. X, [10] : Οὐδένυ πώ με Ἔγνως ὡς θεός εἰμι. A quibusdam adjungitur et hoc exemplum, Ὡς δὴ τοῦδ' ἕνεκά σφιν Ἐκηβόλῳ, ubi male scriptum est Ἐκηβόλῳ pro Ἐκηβόλος. Est enim pars versus qui extat Il. A, [109] ubi Calchanti dicit Agamemnon iratus, Καὶ νῦν ἐν Δαναοῖσι θεοπροπέων ἀγορεύεις Ὡς δὴ τοῦδ ἕνεκά σφιν Ἐκηβόλος ἄλγεα τεύχει, Οὕνεκ' ἐγὼ κτλ. Dicitur autem eodem modo ἀγορεύεις ὅτι, quo λέγεις ὅτι : cujus exempla habuisti supra ex oratione soluta.

|| Ὡς exp. etiam ἐπεὶ, Postquam, ex Il. K, [520] : Ὡς ἴδε χῶρον ἐρῆμον ὅθ' ἕστασαν ὠκέες ἵπποι. Sed hujus signif. satis multa fuerunt a nobis allata exempla.

|| Ὡς pro decimanona signif., dicitur esse i. q. εἴθε, Utinam, Il. Γ, [428] : Ἦλυθες ἐκ πολέμου· ὡς ὄφελες αὐτόθ' ὀλέσθαι. Sed debuerat potius afferri locus in quo ὡς sine illius verbi adjectione haberetur : cujusmodi a me allatum reperies supra.

|| Ὡς vicesimum usum ibi habet eum quo ponitur pro particula εἰ, quæ est σύνδεσμος συναπτικὸς, ut Od. Γ, [347] : Ὡς ὑμεῖς παρ' ἐμεῖο θοὴν ἐπὶ νῆα κίοιτε. Sed plane aliena est ab illo loco ista expositio, quum talis sit ibi Nestoris oratio : Ζεὺς τόγ' ἀλεξήσειε καὶ ἀθάνατοι θεοὶ ἄλλοι, Ὡς ὑμεῖς παρ' ἐμεῖο θοὴν ἐπὶ νῆα κίοιτε, Ὥστε τευ ἢ παρὰ πάμπαν ἀνείμονος ἠὲ πενιχροῦ· et ὡς ὑμεῖς κίοιτε commode per infinitivum resolvi possit, Deus hoc avertat s. prohibeat, vos a me ita discedere. Raphael ita, Jupiter diique reliqui hoc non faxint, ut vos ad navem revertatis, a me discedentes tanquam paupere omnino. At vero ὡς pro εἰ quomodo convenire posset? Ut autem hic non posse sic accipi, ita nec usquam alibi, existimo.

‖ Ὡς vicesimo primo loco dicitur esse τὸ διηγηματικὸν κεφάλαιον, i. e. Narrativum caput, Od. Γ, [184]: Ὡς ἦλθον, φίλε τέκνον, ἀπευθής· οὐδέ τι οἶδα. Sed ὡς, vel potius ὣς, assumpto accentu, manifestum significare οὕτως, i. e. Ita : (perinde ac si diceret, Ita factum est ut venerim rerum omnium inscius). Signif. igitur particulæ istius facile est intelligere, quam huic loco cum aliis plerisque communem habet : at vero quo sensu aut quorsum dicatur esse διηγηματικὸν κεφάλαιον, non sane cujuslibet fuerit divinare. Ab aliis autem in exemplum ὡς quod sit διηγηματικὸν κεφάλαιον, affertur non ille versus, sed hic qui illum non longo intervallo sequitur, Ὡς τ' ἦλθ', ὣς τ' Αἴγισθος ἐμήσατο λυγρὸν ὄλεθρον, quum ὡς pertineat ad ἀκούετε, quod habetur in proxime præcedente versu, Ἀτρείδην δὲ καὶ αὐτοὶ ἀκούετε νόσφιν ἐόντες. Nunc vide, lector, utro in loco malis ὡς esse διηγηματικὸν κεφάλαιον : nisi potius tam ineptam observationem prorsus explodendam censeas.

‖ Ὡς vicesimasecunda signif. exp. καθάπερ : afferturque in exemplum, ex Od. Ψ, [310] : Ἤρξατο δ' ὡς πρῶτον Κίκονας δάμασ'. Qui versus ab aliis earundem signiff. collectoribus allatus fuit in exemplum ὡς significantis ὅμως, ut supra docui, ubi etiam vide quæ de illo versu dicta fuerunt, i. e. de signif. quam particula ὡς ibi obtinet.

‖ Ὡς vicesimamtertiam signif. ibi habet εὐθέως, i. e. Statim, ex Il. Ξ, [294] : Ὡς δ' ἴδεν, ὣς μιν ἔρως πυκινὰς φρένας ἀμφεκάλυψεν· nam priore quidem loco ὡς dicitur esse Ut, s. Postquam : at posteriore, Statim. Eandem certe explicationem affert et brevium scholl. auctor. Alioqui de hoc l. idem dicendum fuerit quod et de aliis superius allatis, in quibus itidem ponitur bis particula ὡς, utrobique cum verbo.

‖ Ὡς dicitur præterea esse ἀλλὰ μήν, Atqui. Afferturque in exemplum hic Aristophanis locus, Nub. [209] : Ὡς τοῦθ' ἁληθῶς Ἀττικὸν τὸ χωρίον. Sed videndum an non locus ille expositiones alias admittat. Debuerat certe ὡς significans ἀλλὰ μήν, ei vicina esse, qua significare ἀλλὰ dictum fuit.

‖ Ὡς vicesimamquintam signif. ibi habet λίαν : afferturque ex Il Τ, [16] : Αὐτὰρ Ἀχιλλεὺς ὡς εἶδ', ὣς μιν μᾶλλον ἔδυ χόλος. At ego non video cur ὡς in posteriore loco aliam habere expos. debeat quam in l. qui paulo ante ex eod. poeta allatus fuit, Il. Ξ : Ὡς δ' ἴδεν, ὣς μιν ἔρως πυκινὰς φρένας ἀμφεκάλυψεν. Fateor alioqui Eust. quoque in illo loco Il. Τ, ὡς posterius exponere λίαν : vult enim ὣς μιν ἔδυ χόλος, esse λίαν ἐχολώθη. Sed quomodo λίαν cum μᾶλλον convenire possit videndum est : ut omittam alia quæ supra de hoc l. a me dicta fuerunt. Ab aliis pro hujus signif. exemplo affertur, ex LXX Interprr. [Psalm. 91, 6], Ὡς ἐμεγαλύνθη τὰ ἔργα σου, Κύριε. Quasi vero (præterquam quod aliunde potius afferri exemplum debuit) non magis conveniat hic ὡς reddi particula Quam, quæ exclamationi s. admirationi adhibetur.

‖ Ὡς vicesimasexta significatione dicitur esse ἵνα, Ut : de qua signif. vide quæ dixi in ea quæ decimum locum habet.

‖ Ὡς est etiam διὸ, Ideo, Eapropter. Cujus signif. (quæ vicesimaseptima est) exemplum hoc affertur ex Il. Ι, [444] : Ὡς ἂν ἔπειτ' ἀπὸ σεῖο, φίλον τέκος, οὐκ ἐθέλοιμι Λείπεσθαι., Cui expositioni astipulatur brevium scholl. auctor, explicans, Διὸ οὐκ ἀπολειφθήσομαί σου. Eust. tamen ὡς exp. ὄντως, nullam alterius expositionis mentionem faciens : quæ alioqui ratione non carere videtur.

‖ Ὡς dicitur esse etiam πρὸς præpositio, ut Od. Ρ, [218] : Ὡς αἰεὶ τὸν ὁμοῖον ἄγει θεὸς ὡς τὸν ὁμοῖον. Cujus signif. (quæ ibi est vicesimaoctava) multa ex soluta etiam oratione exempla habuisti supra.

‖ Ὡς pro γὰρ, vicesimamnonam ibi sedem habet ex Il. Φ, [291] : Ὡς οὗτοι ποταμῷ γε δαμήμεναι αἴσιμόν ἐστιν. Ceterum et de hoc usu particulæ ὡς dicta fuerunt abunde multa.

‖ Ὡς pro tricesima signif. (triginta enim habere dictum est) videtur habere illam, qua usurpatur ἀντὶ τοῦ ὠτίου, i. e. de Auricula. Ceteris enim, quæ retuli, hæc ibi subjunguntur : Τὸ ὣς πάντοτε ὀξύνεται, καὶ ἐν ἀρχῇ καὶ ἐν μέσῳ καὶ ἐν τέλει· χωρὶς ὅτε σημαίνει τὸ οὕτως, καὶ τὸ ὅμως· καὶ δασύνεται, πλὴν ὅτε σημαίνει τὸ ὠτίον. Ut autem quam vera sint cetera omittam, non satis fuit ὦς significans Aurem, spiritu a particula ὡς distinguere, quum etiam accentu differat. Nisi forte pro οὕτως quoque et pro ὅμως circumflecti putarunt : quum enim dixissent ubique ὀξύνεσθαι, nisi quum significat οὕτως et ὅμως, addiderunt, καὶ δασύνεται, πλὴν ὅτε σημαίνει τὸ ὠτίον. Quid vero particulæ ὡς commune cum nomine ὦς quod Aurem significat? Opus eo fuit sc. ad implendum trigenarium significationum particulæ ὡς numerum. Quo quid ineptius fieri potuit? — Hæ sunt igitur illæ triginta signiff. particulæ ὡς : (nam triginta duas falso pollicentur :) quas quicunque collegit, quam parum judicio valuerit, aut etiam quam omni judicio caruerit, ex iis quæ plerisque signiff. a me subjuncta fuerunt, facile quivis perspicere poterit. Quatuor certe potissimum modis ab eo peccatum est : primum, quod huic particulæ signiff. ab ea prorsus alienas tribuit : deinde, quod ab iis signiff., quæ alioqui certæ atque indubitatæ sunt, abhorrentia omnino exempla affert : tertio, quod ex una signif. plures facit, aut saltem omnino inter se affines signiff. et eodem pertinentes, tanquam omnino diversas, separat. Postremo, quod signiff. tribuit nonnullas isti particulæ, quarum ne umbram quidem agnoscere quisquam possit in iis, quæ subjungit, exemplis : sed quid ibi valeat particula ὡς, primo fere aspectu cognoscere queat, at expositionem, quam ipse illi dat, ne multum quidem ac diu cogitando intelligat : veluti quum dicit ὡς esse ἀναφορὰν, esse ὑπερβολὴν, esse διηγηματικὸν κεφάλαιον. Interim hæc illa sunt de signiff. particulæ ὡς, quæ vulgarium Lexicorum consarcinatores in calce eorum prætermittere religioni habuissent, tanquam sc. summam auctoritatem certissimamque fidem habentia. Vel ex his autem æstimari potest, quæ esse debeat aliorum multorum illis infartorum auctoritas, et quali adhibito judicio, qualique examine, recepta fuisse putanda sint.

‖ Nunc vero superest ut de usu particulæ ὡς dicam, ubi aliquam aliam vel aliquas alias sibi adjungit. Et quum duobus modis hæc adjunctio fiat, (interdum enim particulam aliquam ita sibi adjungit, ut eam sibi annexam et adhærentem habeat, ut videre est in Ὡσεὶ, Ὥσπερ, Ὥστε, atque aliis nonnullis vocibus : interdum contra disjunctim scribitur, ut in Ὡς γε, Ὡς δὲ, Ὡς δὴ, etc.) duas itidem esse hujus tractationis partes necesse est. Sed priorem locum dabo ei usui particulæ ὡς, quem cum particulis habet a quibus disjungitur. Sequar autem ordinem alphabeticum, ut lectori ad invenienda statim ea, quibus opus habebit, commodiorem. Alioqui certe sequi maluissem præcedentem significationum hujus particulæ ordinem : præsertim quum etiam nunc singula quæ dicentur, ad singulas referre necesse futurum sit. Hoc etiam scire te volui, quædam hic a me poni quæ omittenda putassem, vel quod alibi commodior sit de iis dicendi locus, (ut certe de nonnullis alibi dictum esse comperies,) vel quod alibi fortassis ea quæsiturus sis; sed malui quædam in hoc libro superesse, (præsertim ex iis quæ jam ab aliis collecta fuissent,) quam deesse dici.

‖ Ὡς ἄν, sequendo eum quem dixi ordinem, primum locum sibi hic vindicat. Quum autem de ὡς ἄν loquor, non adjecto verbo, huic aliquam injuriam facere mihi videor : huic, inquam, verbo, (quodcunque id sit,) utpote ad quod potius quam ad particulam ὡς pertinere dici debeat, meo quidem judicio. Illud tamen Budæi auctoritate tueri possum, qui ubi de ὅπως ἄν locutus est, et pro ἵνα usurpari docuit, i. e. Ut, subjungit, Hoc idem ὡς ἄν significat. Xen. [Eq. 9, 1] : Ὡς ἂν ἥκιστα ἐξαπατῷτο καὶ ἵππον καὶ πῶλον ὠνούμενος· pro Quonam modo [ibid.], Καιρὸς δὲ γράψαι ὡς ἂν ὀρθότατα ἑκατέρῳ χρῷτο. Ex eod. Xen., Ὁπότε γεμὴν οἱ ἵπποι εἰσὶν οἵους δεῖ, ὡς ἂν ἄριστοι αὐτοὶ οἱ ἱππεῖς γένοιντο, τοῦτο διηγήσομαι. Quibus subjungit locum quem primo illi subjunxisse potius debuit : hunc sc. Gregorii Naz. : Ὡς ἂν τῆς σοφίας βάθος μὴ ἀγνοῇς· est enim hic ὡς, sicut et ibi, pro Ut : dici-

turque ὡς ἂν μὴ pro ἵνα μὴ, Ut ne, vel simpliciter Ne. Similis est hic Ejusd.: Ὡς ἂν μὴ βλάπτῃ τοῖς γεγραμμένοις. At vero sine particula μὴ ap. Eund. legimus, Ὡς ἂν θεὸς καὶ κτίσις ὑβρίζηται τῇ καινῇ ταύτῃ θεολογίᾳ. Jam vero et cum infin. ὡς ἂν εἶναι, ex Eod. [Or. 43, p. 793, A]: Ἅπτεται μὲν γὰρ οὐ τῶν πολλῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀρίστων, ὁ μῶμος· ὡς ἂν μόνου [μόνου ἂν] εἶναι τοῦ θεοῦ τὸ ἄπταιστον καὶ ἀνάλωτον πάθεσι. Quæ ille vertit, Adeo solus Deus extra periculum est erroris. Ego malim, Adeo ut solus Deus extra periculum sit erroris.

‖ Ὡς ἂν sequente δύνωμαι, vel δύνῃ, s. δύνηται, cum superl. πλεῖστα, aut alio, pertinet ad eam signif. particulæ ὡς, in qua dictum est eam respondere Latinæ voculæ Quam. [Vide exx. supra allata.] Xen.: Ἕως ἂν κτήσωμαι ὡς ἂν δύνωμαι πλεῖστα, Donec compararo, (s. Quoad acquisiero, aut habuero, s. habeam,) quam potero plurima. Tale est ap. Eund. [Mem. 2, 2, 25], Ἡαισὶ προπαρασκευάζει ὡς ἂν δύνηται πλεῖστα. Hic autem memoria repetendum est quod paulo ante dixi, sc. particulam ἂν non ad ὡς, sed ad verbum referri. Neque enim hic particulam ἂν proprie dicere queas jungi cum ὡς, sed potius ἂν quidem ad δύνηται, at ὡς ad superl. πλεῖστα pertinere: ut vel ex multis locis patere potest, in quibus superlativo itidem junctam hanc particulam vidisti.

‖ Ὡς ἂν ad aliam signif. pertinet, ubi dicitur Ὡς ἂν εἴποι τις, vel ὡς ἄν τις εἴποι: (de quibus supra, sicut et de ὡς cum infin.). Quod quidem loquendi genus prout interpretabimur, ita particulæ ὡς hunc vel illum usum tribuemus. Si enim ὡς ἄν τις εἴποι reddamus, Ut dixerit quispiam, vel Ut quis dixerit, i. e. Ceu quis dixerit, vel dicere possit, aut etiam Ut dicitur, tunc particulæ ὡς plane Similitudinis significationem damus: at vero si reddas Ut ita dicam, vel Ut sic dixerim, tunc existimet aliquis ὡς esse ἵνα: si, inquam, ex hujusmodi interpretatione significationem illius metiatur. Sed nullo modo id fieri debere vel hinc liquet, quod non dicitur vicissim ἵνα ἂν εἴποι τις, vel ἵνα ἄν τις εἴποι, in eodem loquendi genere. Bud. in illo Greg. Naz. l. quem attuli supra, p. 803 De Pentecoste: Οὐκέτι ἐνεργείᾳ παρὸν ὡς πρότερον· οὐσιωδῶς δὲ, ὡς ἂν εἴποι τις, συγγινόμενόν τε καὶ πολιτευόμενον, (vel συμπολιτευόμενον,) verba illa ὡς ἂν εἴποι τις, vertit, Ut ita dicam, et Prope dixerim. Item, Ut dicere possis: in qua demum interpretatione particulæ ὡς significatio retinetur. Perinde enim esse videtur ὡς ἂν εἴποι τις, ac si diceremus, Quo loqui modo quis possit, Quo verbo quis uti queat: si quidem particula ἂν potentialem suam vim hic retinere existimetur. Invenitur etiam Ὡς ἂν εἰ, ut Aristot. De mundo, Ὡς ἂν εἰ λέγοιμεν· ubi minime controversa esse potest particulæ ὡς significatio. Manifestum est enim illa verba sonare, Tanquam si dicamus, vel Perinde ac si dicamus. Sic et cum præt. imperfecto indicativi, Ὡς ἂν εἰ ἔλεγεν, Perinde ac si diceret. Chrysost. exponens illa verba Pauli Ad Rom., Ἀνθρώπινον λέγω, διὰ τὴν ἀσθένειαν τῆς σαρκὸς ὑμῶν· ὥσπερ γὰρ κτλ., Ἀνθρώπινον λέγω, inquit, ὡς ἂν εἰ ἔλεγεν, ἀπὸ ἀνθρωπίνων λογισμῶν καὶ ἀπὸ τῶν ἐν συνηθείᾳ γινομένων· τὸ γὰρ σύμμετρον τῇ προσηγορίᾳ τοῦ ἀνθρωπίνου δηλοῖ. At vero sequentibus aliis verbis aliam etiam interpretationis formam postulant hæ particulæ ὡς ἄν: veluti ὡς ἂν ποιήσῃς redditur Utcunque et Qualitercunque feceris, in hoc Soph. versu [Aj. 1369]: Ὡς ἂν ποιήσῃς πανταχοῦ, χρηστός γ' ἔσῃ. Huc pertinet quod dicunt Ὡς ἂν τύχοι: tunc enim pro loco possumus etiam adverbio quopiam uti: sc. vel Temere, vel Quoquomodo, vel alio. At vero Ὡς ἂν, particula ὡς habente quidem Similitudinis itidem significationem, sed nullo sequente verbo, nemo, ut opinor, mihi negarit supervacaneam habere particulam ἄν. Aristot. De mundo: Τὸν εἴσρουν εἰς τὴν ἔσω θάλασσαν, ὡς ἂν εἰς λιμένα, ποιεῖται· pro ὡς εἰς λιμένα, In mediterraneum mare, quasi in portum, influit. E Xen. autem affertur ὡς ἂν παῖς pro Ut puer. Apud Thuc. quoque legimus 6, p. 216 [c. 57]: Εὐθὺς ἀπερισκέπτως προσπεσόντες, καὶ ὡς ἂν μάλιστα δι' ὀργῆς, ὁ μὲν ἐρωτικῆς κτλ. Videor certe mihi ap. Lucian. præsertim ὡς ἂν observasse, vacante particula ἄν. Nisi potius in hujusmodi ll. scrib. sit conjunctim ὡσὰν, (ut etiam ὡσανεὶ scribitur,) in qua opinione olim fui, et nunc quoque vix de illa possim deduci. [Vide quæ s. v. Ὡσὰν dicentur.]

‖ Ὡς ἂν Temporis significationem habens, pro Quamdiu, Donec. Soph. Aj. [1116]: Τοῦ δὲ σοῦ ψόφου Οὐκ ἂν στραφείην ὡς ἂν ᾖς οἷός περ εἶ. [Sic etiam Phil. 1330: Παῦλαν ἴσθι τῆσδε μή ποτ' ἂν τυχεῖν νόσου βαρείας, ὡς ἂν οὗτος ἥλιος ταύτῃ μὲν αἴρῃ, τῇδε δ' αὖ δύνῃ πάλιν κτλ. Quibus exemplis tertium accedit OEd. C. 1361: Ὥσπερ ἂν ζῶ σοῦ φονέως μεμνημένος. Manifestum est ὡς vel ὥσπερ in tribus his locis Sophoclis nihil aliud significare posse quam ἕως vel ἕωσπερ, ut Plato in Phædro p. 243, E, dixit, ἕωσπερ ἂν ᾖς ὃς εἶ. Quæritur igitur utrum Sophocli ὡς et ὥσπερ pro ἕως et ἕωσπερ dicere placuerit, quod nemo alius dixit, an ἕως et ἕωσπερ sit scribendum, quæ quorundam sententia est, cum synizesi, cujus exempla plura apud Homerum reperiuntur, etsi partim ex εἷος corrupta, nulla apud Tragicos, ut valde improbabile sit ab Sophocle esse admissam, an denique ὡς ex glossemate ἕως depravatum sit, quæ Brunckii opinio fuit, qui in versibus Ajacis et Philoctetæ ἕς τ' ἂν scripsit (ut Herodotus 8, 143 dixit, Ἕς τ' ἂν ὁ ἥλιος τὴν αὐτὴν ὁδὸν ἴῃ τῇ καὶ νῦν ἔρχεται), sed ἕωσπερ in OEd. Col., quod, si synizesis non sit admittenda, ἕστεπερ ζῶ scribendum foret, quibus particulis utitur Apoll. Rh. 2, 85: Ἕστε περ οὐλεὸν ἆσμα καὶ ἀμφοτέρους ἐδάμασσε, sed quibus Sophoclem usum esse parum probabile videtur. Quamobrem ὡς et ὥσπερ in versibus Sophocleis intacta relinquenda esse puto. Nihil vero tribuendum exemplis quale hoc Hippocratis est p. 418, 5: Μηδ' ὡς ἂν τὸ σῶμα θάλλῃ πιπίσκειν φάρμακον, ubi recte corrigitur ἕως, a quo prope abest codicis unius (ap. Littré vol. 6, p. 318) scriptura μή δὲ ὡς. Non minus manifestus error apud Strabonem 5, p. 249: Τέως ἀνθέξειν ὡς τελεσφορήσειεν ἡ γογγύλη, ubi ἕως restituit Coraes. G. D.] (Sed et Ὡς per se poni pro ἕως, i. e. Quamdiu, docui supra. Potestque hujus signif. istud exemplum addi, ex Synes.: Τοιγαροῦν ὡς οὐδὲν δεινὸν ἦν ἡμῖν, ἐκομψεύοντο.) [In l. Synesii ὡς idem est quod ὅτε, nisi Synesius ἕως scripsit.] Ex Cebete Thebano [c. 4] pro Postquam, Quum: Τί δεῖ αὐτοὺς ποιεῖν ὡς ἂν εἰσέλθωσιν εἰς τὸν βίον. Ex Eod. [c. 9]: Ὁρᾷς οὖν, ὡς ἂν παρέλθῃς τὴν πύλην ταύτην, ἀνώτερον ἄλλον περίβολον; [Quum ὡς pro ὅτε dicatur, videntur fuisse qui etiam ὡς ἂν pro ὅταν dicerent.]

‖ Ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν, vide in Ἁπλῶς.

‖ Ὡς ἄρα, in admiratione. Hom. Od. O, [380]: Ὦ πόποι, ὡς ἄρα τυτθὸς ἐὼν, Εὔμαιε συβῶτα, Πολλὸν ἀπεπλάγχθης σῆς πατρίδος ἠδὲ τοκήων, Quam parvus eras, vel, O quam parvus eras quum cœpisti vagari. [Et sæpe apud Tragicos, velut Æsch. Pers. 472: Ὦ στυγνὲ δαῖμον, ὡς ἄρ' ἔψευσας φρενῶν Πέρσας. Soph. Ant. 1178: Ὦ μάντι, τοὔπος ὡς ἄρ' ὀρθὸν ἤνυσας· El. 1185: Ὡς οὐκ ἄρ' ἤδη τῶν ἐμῶν οὐδὲν κακῶν· Phil. 1083: Ὡς σ' οὐκ ἔμελλον ἄρ', ὦ τάλας, λείψειν κτλ.]

‖ Ὥσγε, interdum cum infin.: ut ὥς γε μοι δοκεῖν, Ut quidem mihi videtur, Ut mihi quidem videbatur. Aristoph. Pl. [736]: Τὰ βλέφαρα περιέλειχον, ὥς γέ μοι δοκεῖν. [Plato Rep. 4, p. 432, B: Ὡς γε οὕτωσὶ δόξαι. Et cum aliorum verborum quorumvis infinitivis, ut ib. p. 430, E: Ὡς γε ἐντεῦθεν ἰδεῖν. Cum participio id. Leg. 2, p. 665, B: Ἄτοπος γίγνοιτ' ἂν ὥς γ' ἐξαίφνης ἀκούσαντι Διονύσου πρεσβυτῶν χορός.] Interdum sine infin., ut ὥσγε καθ' ἡμᾶς, Ut temporibus nostris. Sic ap. Cic. in Bruto, At hi quidem, ut Atheniensium sæcula numerantur, adolescentes debent videri, Bud. vertit, Ὥσγε κατὰ τοὺς τῶν Ἀθηναίων χρόνους. Item, Ὥσγε προτοῦ ἐγένετο, pro Præut dudum fuit, VV. LL. Affert vero Bud. et Ὥσγε δὴ ex Greg. Naz. pro Duntaxat: Ὥσγε δὴ ὁ ἐμὸς λόγος, Duntaxat ut mea est opinio. [Plato Leg. 2, p. 665, D: Ἀλλ' ἀδύνατον τὸ μεθιέναι, ὥς γε τὰ νῦν λεγόμενα.]

‖ Ὡς δὲ, interdum ἐλλειπτικῶς positum, ut ex Plat. De rep. 2 affertur, Ὡς δὲ, δῆλον, Quod autem ita sit, apertum est. [Simili brevitate Galen. vol. 10, p. 39: Ἀνάγκη ἐνταῦθα τὸν μὲν εἰπεῖν ὡς οὐχ ἧν πιστότερος οὔτε τῶν περὶ τὸν Ἱπποκράτην ... οὔτε τῶν περὶ τὸν Ἀριστοτέλη ... τὸν δ' ὡς ἀντειπεῖν, ubi post τὸν δ' ὡς intelligitur ἧν πιστότερος, sed ἦν fortasse librarii culpa exci-

dit.] ‖ Ὡς δ' αὕτως vide in Ὡσαύτως. ‖ Ὡς δ' εἰπεῖν, vide Ὡς εἰπεῖν, supra.

‖ Ὡς δή, ex Plat. pro Nempe, VV. LL. [Frequens ὡς δὴ cum ironia quadam dictum, aut irrisione, ut ap. Plat. Phædr. p. 228, C : Ἐθρύπτετο, ὡς δὴ οὐχ ἐπιθυμῶν λέγειν· Prot. p. 342, D : Ὡς δὴ τούτοις κρατοῦντας τῶν Ἑλλήνων τοὺς Λακεδαιμονίους. Æsch. Agam. 1633, ubi Ægistho dicenti, Κρατηθεὶς δ' ἡμερώτερος φανεῖ, chorus respondet : Ὡς δὴ σύ μοι τύραννος Ἀργείων ἔσει. Eur. Alc. 1017 : Ὡς δὴ θυραίου πήματος σπουδὴν ἔχων.] Ex Aristoph. autem Pl. [893] pro Utinam : Ὡς δὴ διαῤῥαγείης, Utinam crepes medius. Sed huic expositioni, nisi inspecto loco, fidem adhibere non ausim. Interdum Ὡς δὴ sonat Ut igitur, Postquam igitur, vel simpliciter, Postquam. Polyb. : Ὡς δὴ ἱπποδρομία ἔληξε. [Adde Ὡς δή τοι, quod est fortius affirmantis, ap. Plat. Rep. 2, p. 366, C : Ὡς δή τοι ... πολλήν που συγγνώμην ἔχει ... Tim. p. 26, B : Ὡς δή τοι ... τὰ παίδων μαθήματα θαυμαστὸν ἔχει τι μνημεῖον.] Quum autem dicunt Ὡς δή τι [δὴ τί] τοῦτο, significant Quorsum hoc? Lucian. [Necyom. c. 8] : Ὡς δή τι [δὴ τί] τοῦτο, ὦ Μένιππε; οὐ γὰρ συνίημι τὴν αἰτίαν. Id. [D. deor. 20, 4] : Ἀλλ' ἤρετό με εἰ ἄγαμος ὁ Πάρις ἐστίν. Ad quæ respondetur, Ὡς δή τι [δὴ τί] τοῦτο πολυπραγμονοῦσα ; (Affertur ex Eod. et Πρὸς δὴ τί, eadem signif.) In VV. LL. alio particularum ordine, Ὡς τί δή, Ad quidnam.

‖ Ὡς δυνατὸν, vide Ὡς οἷόντε paulo post.

‖ Ὡς ἔγωγε, in VV. LL. ex Greg. Naz. pro Equidem : additurque videri vacare ὡς.

‖ Ὡς εἰκάσαι, Ut conjicere licet, Quatenus conjicere licet, Ut assequi conjectura possum. Synes. : Μήνιμα Ἀφροδίτης, ὡς εἰκάσαι, κατέχει τὴν χώραν. Pro eod. Ὡς γοῦν εἰκάσαι, Lucian. [Char. c. 22.] Soph. Trach. [141] dixit eodem modo ὡς ἀπεικάσαι. Invenitur et per dativum participii, ap. Aristot. : Ὡς μεγάλῳ παρεικάζοντι μικρὸν, pro Quatenus magna cum parvis comparare licet.

‖ Ὡς εἰκὸς, vide in Εἰκός.

‖ Ὡς εἰπεῖν, vide supra, ubi agitur de particula ὡς infinitivo juncta. [Ὡς οἷον εἰπεῖν apud Epiphan. vol. 1, p. 26, D ; 406, D, qui alibi sæpissime ὡς εἰπεῖν dixit.]

‖ Ὡς εἶχε, vide in Ἔχω.

[‖ Ὡς ἕκαστος : v. s. v. Ἕκαστος vol. 3, p. 354, ubi Thucydidis aliorumque exx. allata sunt. Thucydidem imitatus frequentavit Dio Cassius, velut 38, 8 : Τὰ κρείττω πρὸς σφᾶς ὡς ἑκάστου τῶν γενῶν ἄγοντος· et paullo post : Χωρὶς αὐτοὺς ὡς ἑκάστους ψηφίζεσθαι· 40, 4 : Φρουροὺς ὡς ἕκαστοι πολλοὺς ἔχοντες· 42, 15 : Ἐν ᾧ δὲ ταῦτα ὡς ἕκαστα ἐπράττετο. Eodem modo ὡς ἑκασταχόσε dixit Thucyd. 4, 55, quod ipsum quoque locis pluribus imitatus est Dio Cassius, velut 41, 9 : Φρουρούς τε ὡς ἑκασταχόσε ἔπεμπε· 50, 7 : Χρυσίον ὡς ἑκασταχόσε καὶ οὐχ ἥκιστα ἐς τὴν ἄλλην Ἰταλίαν ἐσπέμπων.]

‖ Ὡς ἐμοὶ, subaudiendo δοκεῖ, Mea sententia, VV. LL., quibus dubito quantum fidei adhibendum hic sit, quum subjungant exemplum ex Themist., in quo non ὡς ἐμοὶ, sed ὡς ἐμοὶ δοκεῖν, legitur : Ὡς ἐμοὶ δοκεῖν κατέλιπε. [De ὡς ἐμοὶ vide quæ supra diximus.]

‖ Ὡς ἔνι μάλιστα, Quammaxime fieri potest, Quoad ejus fieri potest. Herodian. [3, 2, 1] : Ὡς ἔνι μάλιστα σὺν τῇ στρατιᾷ ἠπείγετο. Sic ὡς ἔνι ἥδιστα, Xenoph. [Mem. 4, 5, 9] : Ἕως ἂν ταῦτα ὡς ἔνι ἥδιστα γένηται, Quamsuavissima fiant. At pro ὡς ἔνι τάχιστα dicitur etiam ὡς ἔνι διὰ τάχους. Synes. : Διὸ δοτέον ὡς ἔνι διὰ τάχους.

‖ Ὡς ἐν τοσούτῳ, pro Interea, VV. LL. sine exemplo. Subaudietur autem χρόνῳ, si hanc signif. habeat.

‖ Ὡς ἔξεστι, Quantum licet, Quantum conceditur, Quantum fieri potest. Vide Ἔξεστι.

‖ Ὡς ἔοικε, vide in Ἔοικε. Bud. ὡς ἔοικε vertit Nimirum, in isto Dem. loco, p. 147 [351, 7] : Εἰ δ' οἱ μὲν τὰ δίκαια ἔπραττον ἡμῶν, οἱ δὲ τἀναντία, διὰ τοὺς πεπονηρευμένους, ὡς ἔοικε, τοῖς ἐπιεικέσι συμβεβηκὸς ἂν εἴη ταύτης τῆς ἀτιμίας μετεσχηκέναι. Aliquando autem ὡς ἔοικε vacare omnino existimatur, ut Lucian. Alcyone [c. 6] : Ἄνθρωπος, ὡς ἔοικεν, ἀνθρώπου τοσούτῳ διαφέρει. VV. LL.

‖ Ὡς ἐόντι, Tanquam revera esset, VV. LL. sine exemplo.

‖ Ὡς ἐπέοικε λόγος, vel ἔοικε λόγος, Ut fama est, Ut fertur.

‖ Ὡς ἐπὶ πολὺ, vel Ὡς ἐπιπολὺ, una voce, Ut plurimum, vel Plurimum, quod Latinius est, Plerumque. Ex Alexide Pollux [9, 153] affert etiam Ὡσεπιταπολλὰ pro eod. : Ὡσεπιταπολλὰ τοῦτο ποιῶ. [Recte hæc nunc divisim scribuntur ὡς ἐπὶ τὰ πολλὰ, pariterque similia quæ HSt. deinceps memorat conjunctim scripta.] Dicitur etiam per compar. Ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖον [πλέον], et per superl. Ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον : q. d. Majori ex parte, et Maxima ex parte. Alioqui reduntur et hæc adverbiis, Plurimum, Fere. (Sed invenitur etiam Ὡς ἐπιπλεῖστον : et quidem interdum alia quoque in signif., sc. pro Quamplurimum, ut Bud. vertit ap. Thuc. [1, 90] : Ἧς φείδεσθαι δεῖ ὡς ἐπιπλεῖστον. [Dio Cass. 55, 31 : Ἵν' ὡς ἐπὶ πλεῖστον ἐν τοῖς ὅπλοις ... ᾖ.]) Pollux [l. c.] postquam enumeravit ἐκ τοῦ αὐτοῦ ταὐτὸν δηλοῦντας σχηματισμοὺς hosce, Ταχὺ, Ταχέως, Διαταχέων, κτλ., subjungit itidem illius loquendi generis varios modos : 1. Ὡς τοπολύ. 2. Ὡς ἐπιπολύ. 3. Ὡς τὸ ἐπίπαν. 4. Ὡς ἐπιτοπλεῖστον. 5. Ἐπιτοπολύ. 6. Ὡς ἐπιτοπλῆθος. 7. Ὡσεπιταπολλά. [De his omnibus dictum s. v. Πολύς.] Hoc enim, inquit, Alexis in Poetria dixit, Ὡς ἐπιταπολλὰ τοῦτο ποιῶ· alterum autem in Didymis : sc. illud, Ὡς ἐπιτοπλῆθος. Sed in hoc posteriore loco repetens non scribit conjunctim, ut prius, sed seorsim, τὸ δὲ ὡς ἐπὶ τὸ πλῆθος, ὃ αὐτὸς ἐν Διδύμοις. Rarum alioqui usum postremi hujus loquendi generis fuisse puto [De locutionibus ἐπὶ τὸ πλῆθος, ὡς ἐπὶ τὸ πλῆθος, ὡς πλήθει et reliquis diximus s. v. Πλῆθος vol. 6, p. 1199] : sicut et ὡς ἐπιταπολλὰ, minus frequens, quam hoc ὡς ταπολλὰ, sive ὡς τὰ πολλὰ, ut ap. Xenoph. scriptum invenitur, pro Plurimum, Plerumque. Quod autem attinet ad ὡς τὸ ἐπίπαν (quod potius ultimo loco collocare Pollux debuerat), sciendum est scribi etiam Ὡς τοεπίπαν. Quin etiam inveniri alicubi scriptum Ὡς ἐπίπαν. Synes. : Ἀλλὰ μὴν καὶ ἀποθνήσκοντας ὡς ἐπίπαν ἐν τοῖς τοιούτοις ὁρῶ τοὺς περὶ πλείστου ποιουμένους τὸ ζῆν. Hic enim liquet ὡς ἐπίπαν habere significationem illam de qua nunc agitur, sc. Plurimum : pro quo dicitur etiam Ut plurimum, sed minus Latine, ut paulo ante admonui. Alioqui Ὡς ἐπίπαν alium præterea usum habet, ut vidisti aut videre potes s. v. Πᾶς.

‖ Ὡς ἔπος εἰπεῖν, vide Ἔπος.

[‖ Ὡς ἥκιστα, Quam minime, Haudquaquam, Thuc. 1, 91, et ib. 141, ubi oppositum ὡς μάλιστα. Utroque etiam Dio Cass. usus est, priore 43, 11 : Ὅπως ἥκιστα παρατηρηθῇ, altero 40, 1 : Ὅπως ὡς μάλιστα κουφίζωσι.]

‖ Ὡς κἂν εἰ, pro Perinde ac si, ex Aristot. De mundo [c. 5 init.], Ὡς κἂν εἰ θαυμάζοιέν τινες [πόλιν ὅπως διαμένει], Perinde ac si mirarentur aliqui. Sed particula κἂν suspecta hic esse queat.

‖ Ὡς κεν, in imprecatione Hom. Il. Z, [282] : Ὡς κέν οἱ αὖθι Γαῖα χάνοι, Utinam ibi terra illi dehiscat : εἴθε οἱ αὐτόθι ἔνθα νῦν διάγει, γαῖα χάνοι, Eust.

‖ Ὡς κατὰ τὸ μέγεθος, Pro magnitudinis proportione. Vide et μείζων ἢ ὡς κατὰ ἄνθρωπον, supra.

‖ Ὡς μὲν, ὡς δὲ, affertur pro ὅτι μὲν, ὅτι δέ. [Aliter ap. Nicet. Chon. Hist. p. 198, A : Οὐκ ἐπαύσατο συνδιαφέρων τὰ ἀλγεινὰ τοῖς πάσχουσιν, ὡς μὲν τῷ καθ' αὑτὸν ὑποδείγματι συμπείθων, ὡς δὲ παραινῶν κτλ.· 39, C : Ἰχθύας ... ὡς μὲν μεγίστους, ὡς δὲ πίονας παρά τινων αὐτῷ πεμφθέντας.]

‖ Ὡς μὴ, (ut dicitur ὡς ἂν μὴ,) Ut ne, Ne. Synes. : Ἐγὼ μὲν καὶ σοῦ κήδομαι καὶ τοῦδε· σοῦ μὲν, ὡς μὴ ἀδικοίης· τοῦ δὲ, ὡς μὴ ἀδικοῖτο. Ex Epigr. autem affertur cum constructione valde rara, sc. cum indic. : Ὡς μὴ ἐγειτόνεον, pro Ut non essem propinquus. Item Ὡς μηκέτι ex Luciano, cum optativo, in signif. futuri.

‖ Ὡς οἷόν τε cum superl., ut Ὡς οἷόν τε πλεῖστον, Isocr. Ad Phil. [p. 82, C] : Ἀλλ' ὡς οἷόν τε πλεῖστον ἀφεστῶτα τῆς τούτων διανοίας· in Symm. : Ὡς οἷόν τε πλεῖστον τοῦ συμφέροντος διαμαρτανούσας. Sic ὡς οἷόν τε μάλιστα, Dem., Quam maxime fieri potest : Καὶ χρώμεθ' ἀλλήλοις ὡς οἷόν τε μάλιστα. Cui prorsus simile

est Ὡς δυνατόν : ut ὡς δυνατὸν πλεῖστον, ap. eund. Isocr., Panath. [p. 284, E] : Ἐγὼ δὲ ὁμολογῶ μὲν ἀπολελεῖφθαι τὴν ἐμὴν φρόνησιν τῆς σῆς ὡς δυνατὸν πλεῖστον. Affertur etiam, Ὡς δυνατὸν μετριώτατον ἑαυτὸν παρέχων. Rursum ex Isocr., Ὡς δυνατὸν κάκιστα.

‖ Ὡς ὀλίγου δεῖν, pro ὀλίγου δεῖν, Fere, Propemodum.

‖ Ὡς ὅτι πλεῖστον, In longissimum tempus. Diosc. : Ἐπιδιαμένων τῇ εὐωδίᾳ ὡς ὅτι πλεῖστον.

‖ Ὡς οὐ, Ut non, Quin. Xenoph. [Cyrop. 2, 2, 15] : Ὥστε οὐδεμία σοι πρόφασίς ἐστιν ὡς οὐ παρεκτέον σοι ἡμῖν γέλωτα, i. e. μὴ οὐ παρέχειν, Quin nobis exhibendum risum habeas, Bud. Invenitur autem Ut non ap. Cic. itidem pro Quin, ut observavit Idem, ubi agit de μὴ οὐχί : et Linacer quoque ante illum.

Ὠτὸς sive Ὦτος, ὁ, Otus, avis nycticoraci similis, (alii ipsum Nycticoraca esse dicunt,) inde nominata quod παρὰ τὰ ὦτα πτερύγια ἔχει, ut habetur in Lex. meo vet. [et Etym. M. p. 826, 20], ubi προπεριστωμένως scribitur : ap. Hesych. vero oxytonως, ita : Ὠτὸς, ὄρνεον ὅμοιον γλαυκί· οἱ δὲ νυκτικόρακα λέγουσι. Cum his consentiunt verba Aristotelis H. A. 8, 12 : Ὁ δὲ ὠτὸς, ὅμοιος ταῖς γλαυξὶ, καὶ περὶ τὰ ὦτα πτερύγια ἔχων· ἔνιοι δὲ αὐτὸν νυκτικόρακα καλοῦσιν· ἔστι δὲ κόβαλος (sic enim reponendum pro κολοβὸς) καὶ μιμητής· καὶ ἀντορχούμενος ἁλίσκεται, περιελθόντος θατέρου τῶν θηρευτῶν, καθάπερ γλαύξ. Unde Plin. 10, 23 : Otus bubone minor est : unde et nomen illi. Quidam Latine Asionem vocant. Imitatrix alias avis, ac parasita, et quodam genere saltatrix. Capitur haud difficulter ut noctuæ, intenta in aliquo, circumeunte alio. Idem 29, 6 : Felle recentis asionis. Noctuarum est id genus maximum, quibus pluma aurium modo micat. Sed perperam apud eum Otis scribitur pro Otus : licet Athen. quoque 9, [p. 390] ὠτίδα et ὦτον pro eadem ave accipere videatur, quum alii diversas esse tradant. Multa de oto Athen. l. c., tum de magnitudine et forma, tum de fatuitate, per quam capitur omnia imitans, quæ aucupes facere viderit [de qua conf. Plutarch. Mor. p. 961, E] : ex Alexandro Myndio annotans, λαγωδίαν alio nomine vocari. || Ab hujus avis natura ὦτοι dicuntur Homines fatui et deceptu faciles, Eustath. p. 561, ex Ælio Dionysio : Ὦτος, ὄρνεον, ὃ περὶ τὰ ὦτα ἔχει πτερύγια· τοῦτο ἐπαινούμενον καὶ ἀντορχούμενον, ὥσπερ νυκτικόραξ, ἁλίσκεται· διὸ τοὺς γαύνους καὶ κενοδόξους ὦτους ἐκάλουν. [Eadem ap. Suidam et Thom. M. p. 935.] Idem Eustath. p. 1522, quum λάρους et κέπφους vocari tradidisset τοὺς εὐήθεις, subjungit, Καὶ ὦτοι δὲ οἱ αὐτοὶ, ἀπὸ ὀρνέου μιμηλοῦ καὶ εὐεξαπατήτου· διὸ καὶ ἡ κωμῳδία σκώπτουσα τοὺς Ἀθηναίους, Ὦ μόνοι ὦτοι τῶν Ἑλλήνων, ἔφη· λοιδοροῦσα ἐκείνους ὡς ῥᾷον ἀπατωμένους οἷς ἀκούουσι. Itidem p. 1687, ὦτους vocari προσφυέστερον posse scribit τοὺς ἐκ μόνης ἀκοῆς ἀπεριέργως καὶ ἀνεξετάστως ἀπάτην πάσχοντας, quorum aures fascinantur : generaliter vero τοὺς ῥᾷον ὑπὸ τοῦ τυχόντος ἐξαπατωμένους. Athen. quoque l. c. ὦτους a Comicis nominari scribit τοὺς ἐξαπατωμένους ῥᾳδίως ἐκ τοῦ τυχόντος, sicut otus, qui omnia, quæ facere homines viderit, imitatur. || Ὦτος, nomen gigantis, [Neptuni et Iphimedeæ filii,] ap. Hom. Il. E, [385] : Ὦτος κρατερός τ' Ἐφιάλτης. [Et Od. Λ, 308. Pind. Pyth. 4, 158. « Tit. Nax. C. I. vol. 2, p. 355, n. 2420, 1 : Ὅρος τεμένους τοῦ Ὤτου καὶ Ἐφιάλτου. De Oto anguipede R. Rochett. *Journ. des Sav.* a. 1841, p. 649. » Hase. || Cyllenius, dux Epeorum. Hom. Il. O, 518.]

Ὠτότμητος, ὁ, ἡ, Qui auriculam scissam habet, Aure scissus, ut exp. Levit. [21, 18;] 22, [23] : Μόσχον ἢ πρόβατον ὠτότμητον ἢ κολοβόκερκον σφάγια ποιήσεις αὐτὰ ἑαυτῷ. Malim, Cui auris amputata est, Cui aures amputatæ. Aure vel auribus truncus, ut Plutarch. supra τὰ ὦτα ἐκτετμημένος.

Ὠτώεις, εσσα, εν, Auritus, Aures habens vel ansas. Hom. Il. Ψ, 264 : Καὶ τρίποδ' ὠτώεντα· sua enim ὦτα habere tripodas, patet ex Hom. in Οὖας citato. [Ib. 513.] Itidem Hesiod. Op. [659] : Ἔνθα μέ φημι Ὕμνῳ νικήσαντα φέρειν τρίποδ' ὠτώεντα. [Poeta in Etym. M. p. 595, 33 : Μύρσον (i. e. πλεκτὸν ἀγγεῖον) ἐς ὠτώεντα.] In VV. LL. habetur etiam Ὠτόεις, sed mendose; id enim metrum heroicum non admittit. Sic tamen et ap. Suid. scriptum extat [addito, καὶ κλίνεται ὠτόεντος].

[Ὠὐτὸς, Ὠὐτός. V. Αὐτός.]

[Ὠύφιον, τὸ, q. d. Ovulum. Inter diminutiva in υφιον ap. Theognost. Canon. p. 127, 2.]

Ὠφέλεια, ἡ [Poetas etiam ὠφελία, s. Ionice ὠφελίη, dixisse infra ostendit HSt. Eadem forma reperitur in duobus locis Herodoti, ut προμηθίη et alia nonnulla apud eundem. Atticæ et communis dialecti scriptores non dubitandum videtur quin ὠφέλεια prætulerint, licet ap. hos quoque libri antiqui et recentes ὠφελία locis non paucis præbeant, velut ap. Thucydidem, Platonem, Xenophontem, Dionem Cassium, et A oratores, et grammatici, quorum loci infra afferentur, utramque formam agnoscant], Utilitas, Cic. p 39 mei Lex. Cic., Emolumentum, i. q. ὄφελος. [Herodot. 5, 98 : Βούλευμα ἀπ' οὗ Ἴωσι ἔμελλε οὐδεμία ὠφελίη ἔσεσθαι· 7, 139 : Τὴν ὠφελίην τῶν τειχέων οὐ δύναμαι πυθέσθαι. Poetarum scenicorum exempla nulla sunt præter unum Sophoclis, duo Euripidis duoque Aristophanis, quæ infra afferentur, tanto plura prosæ orationis scriptorum quorumvis, plerumque numero singulari, non raro tamen plurali.] Plato Rep. 1 : Ὠφέλειαν ἑκάστη τούτων ἰδίαν τινὰ ἡμῖν παρέχεται. [Ib. p. 346, D : Οὐκ ἄρα ἀπὸ τῆς αὐτοῦ τέχνης ἑκάστῳ αὕτη ἡ ὠφέλειά ἐστιν, ἡ τοῦ μισθοῦ λῆψις· 8, p. 559, B : Εἴ πή τινα ὠφέλειαν πρὸς εὐεξίαν παρέχεται. Cum verbo ὠφελεῖν Plato Theag. p. 130, E : Τῆς ὠφελείας ἣν ὠφελοῦσι τοὺς ἀνθρώπους· Euthyd. p. 275, E : Ἴσως ὠφελεῖ τὴν μεγίστην ὠφέλειαν. Et passive Rep. 1, p. 346, C : Ἥντινα ... ὠφέλειαν κοινῇ ὠφελοῦνται πάντες.] Idem in Tim., de sensu oculorum : Αἰτία τῆς μεγίστης ὠφελείας γέγονεν ἡμῖν, Rerum optimarum cognitiones nobis attulit. [Ib. p. 46, E : Τὸ B μέγιστον αὐτῶν εἰς ὠφέλειαν ἔργον.] Idem, τὰς ὠφελείας λαμβάνειν, Utilitatem capere. Xenoph. [Mem. 2, 3, 6] : Ἐμοὶ [ζημία μᾶλλον ἢ] ὠφελειά ἐστι, Mihi est utilitati. [Id. Cyrop. 8, 5, 15 : Τιθέναι τὸ μέρος ἕκαστον (τοῦ στρατεύματος) ὅπου μάλιστα ἐν ὠφελείᾳ ἂν εἴη· De vectig. 4, 35 : Ταῦτα ἐν ὠφελείᾳ ἔσται, i. e. Lucrum afferent. Cum verbo γίγνεσθαι Xenoph. Cyrop. 6, 2, 13 : Ὁπόσων ἀθυμούντων ἐδόκει βλάβη τις γίγνεσθαι καὶ προθυμουμένων ὠφέλεια· ubi βλάβη oppositum, ut ap. Plat. Phædr. p. 274, E : Τέν' ἔχει μοῖραν βλάβης τε καὶ ὠφελείας· et 237, D : Εἴτε ὠφέλειαν εἴτε βλάβην παρέχει. Ἐπ' ὠφελείᾳ ap. Plat. Rep. 1, p. 334, B : Ἐπ' ὠφ. τῶν φίλων· et τῆς πόλεως ib. 3, p. 389, B. Xenoph. Mem. 1, 4, 4 : Τῶν φανερῶς ἐπ' ὠφ. ὄντων ... τὰ ἐπ' ὠφ. γιγνόμενα· 2, 3, 18 : Τοῖς ἐπ' ὠφ. πεποιημένοις ἐπὶ βλάβῃ χρῆσθαι· 2, 6, 37 : Ἐπὶ τῇ ἐμῇ ὠφ. Ages. 4, 1 : Τὰ αὑτοῦ διδόναι ἐπ' ὠφ. ἀνθρώπων. Ὠφελείας ἕνεκα Plato Rep. 3, p. 398, B. Numero plurali Plato Gorg. p. 509, C : Ὥστε ἀμφοτέρας τὰς ὠφ. ταύτας ἔχειν· 522, B : Ἃς οὗτοι εὐεργεσίας καὶ ὠφ. νομίζουσιν· Rep. 1, p. 322, D : C Ἡ τοῖς φίλοις τε καὶ ἐχθροῖς ὠφελείας τε καὶ βλάβας ἀποδιδοῦσα. Diodor. 1, 21 : Τὰς κοινὰς ἁπάντων ἐκ τῆς γεωργίας ὠφελείας.] Ὠφέλειαι dicuntur interdum Res utiles s. quæ nobis usui sunt, Bona : ut ab ὀνίνημι vocantur ὀνείατα etiam χρήματα : ut in hoc loco Suidæ [ex Polybio] : Μηδὲ πρὸς τὰς ὠφελείας ὁρμᾷν μέχρις ἂν ἀποδοθῇ τὸ σύνθημα, ubi Suid. ὠφελείας exp. non solum χρείας, sed etiam τὴν διαρπαγὴν τῶν λαφύρων. Latine reddemus, Ad bonorum direptionem. [Ὠφέλεια ἡ ἐκ τοῦ πολέμου, Præda bello facta, est ap. Polyb. 1, 20, 1; et nudum pariter nomen ὠφέλεια tantum non constanter eadem notione frequentat Polybius, velut 2, 3, 8; 2, 22, 5; 3, 86, 10. Et 3, 82, 8, οἱ ἐκτὸς παρεπόμενοι τὰ στρατόπεδα τῆς ὠφελείας χάριν sunt qui castra sequuntur ut prædam emant a militibus et inde lucrum capiant. Sed rursus ἡ κατὰ θάλατταν ὠφ., Præda mari acta, 2, 8, 8. Quæ privatis cedit ὠφέλεια dicitur, quæ ad publicum pertinet τὰ λάφυρα 3, 17, 7. Χώρα γέμουσα ὠφελείας, Regio dives præda, 3, 80, Sic et ἡ ἐκ τῆς χώρας ὠφ. est Præda ex agris abacta 2, D 11, 4. Et παντοδαπὴ ὠφ., Omne genus prædæ, 4, 75, 8; 5, 8, 8. Usurpatur pariter in plur. αἱ ὠφέλειαι 1, 20, 1; 13, 2, 3; 3, 86, 10; 10, 16, 4. Ἐκπαθεῖς ὄντες πρὸς τὰς ὠφ. 3, 51, 11. Schweigh. Post Polybium sæpe sic Diodorus, velut 13, 42 : Πολλῶν συναχθέντων λαφύρων τοῖς τε ... στρατιώταις καὶ τοῖς μεθ' ἑαυτοῦ διαλόμενος τὰς ὠφελείας· et 1, 55; 3, 49; 11, 21; 12, 50. Nec raro Plutarchus in Vitis, velut Camilli c. 8, Eumen. c. 9, Tim. c. 29, Cleom. c. 12, Bruti c. 43.] || Adjumentum, Auxilium, Subsidium, βοήθεια. Thuc. ὠφέλειαν πέμπειν, Auxilia mittere, 1, [26] : Ἡμῖν πέμπειν καθότι ἂν πεισθῆτε ὠφέλειαν, Nobis mittere auxilium quocunque modo vobis visum fuerit. Et ὠφέλειαν προσλαμβάνεσθαι, Accipere auxilia, 1 [immo 2, 7] : Εἴ ποθέν τινα ὠφέλειαν ἤλπιζον ἑκάτεροι [προσλήψεσθαι], Si quod alicunde auxilium sperarent se consecuturos. Alii in præcedente signif. interpr. Si quam utilitatem. Idem [1, 31], Ὠφέλειαν εὑρίσκεσθαι, Auxilium impetrare. Idem, ὠφέλεια γίνεται, Auxilium mittitur, fertur. [1, 39 : Ἔπρασσον ὅπη ὠφέλειά

τις γενήσεται· 7, 69 : Ὅπως ὅτι μεγίστη τοῖς ἐν ταῖς ναυσὶν ὠφέλεια ἐς τὸ θαρσεῖν γίγνοιτο.] Et ὠφελείας δεῖσθαι, Auxilio indigere. Idem Thuc. p. 202 [6, 13] : Οἷς κακῶς μὲν πράξασιν ἀμυνοῦμεν, ὠφελείας δ' αὐτοὶ δεηθέντες οὐ τευξόμεθα. [Ibid. 17 : Ἀποχρήσασθε τῇ ἑκατέρου ἡμῶν ὠφελείᾳ. Mire dictum ap. eund. 3, 82 : Οὐ γὰρ μετὰ τῶν κειμένων νόμων ὠφελίας αἱ τοιαῦται ξύνοδοι, ἀλλὰ παρὰ τοὺς καθεστῶτας πλεονεξίᾳ· quod οὔτε ἰσχυρῶς οὔτε σαφῶς dictum reprehendit Dionys. De Thuc. c. 31, vol. 5, p. 831, quum sensus verborum sit, οὐ γὰρ ἐπὶ ταῖς κατὰ νόμον ὠφελείαις αἱ τῶν ἑταιριῶν ἐγίγνοντο σύνοδοι, ἀλλ' ἐπὶ τῷ παρὰ τοὺς νόμους τι πλεονεκτεῖν. Eodem redit scholiastæ interpretatio, οὐ κατὰ τοὺς κειμένους νόμους ὠφελεῖσθαι θέλοντες. Quod clarius dici potuisset ὠφελείας vel ἀσφαλείας ἕνεκα.] Aristot. De mundo, Τὴν ἐκ θεοῦ ὠφέλειαν, Dei auxilium et præsidium.

|| Poetice autem metri causa dicitur Ὠφελίη, s. Ὠφελία. In Epigr. [Alphei Anth. Pal. 6, 187] : Ὧδε νέμοις εἶαρος ὠφελίην, Commoda quæ vernum tempus affert. [Quo loco utitur Suidas, addens διὰ τὸ μέτρον sic dixisse poetam. Idem de Euripide dicere voluit Zonaras Lex. p. 1897 : Ὠφέλεια· παρὰ δὲ τῷ Εὐριπίδῃ εὕρηται καὶ ὠφελία. Euripidis duo supersunt exempla, alterum in anapæstis, Andr. 539 : Τοῖς γὰρ ἐμοῖσιν γέγον' ὠφελία, alterum in dactylis ap. Stob. Flor. 69, 7 : Γυναῖκα καὶ ὠφελίαν (libri ὠφέλειαν)· quibus in metris altera forma locum non habet. Eodem in metro Aristophani Eccl. 576 ex cod. Rav. restitutum : Μυρίαισιν ὠφελίαισι βίου, ubi vulgo εὐτυχίαισι; ut ἐπωφελία Quintus Mæc. in Anth. Pal. 6, 33. Parum igitur probabile Comicum cujus non nominati versus attulit Athenæus 2, p. 36, B, ubi Epitomes codex Paris. καὶ τοῖσιν ἕλκωθεῖσιν ὠφελείαν (ὠφέλειαν in Flor.) ἔχει, scripsisse quod olim proposui ὠφελίαν. Recte, ut videtur, Meinekius ὠφέλημ' ἔχει. Utramque formam agnoscit et cum similibus proparoxytonis in εια vel paroxytonis in ια comparat Etym. M. p. 426, 20; diphthongum magis probat Chœrob. in Crameri Anecd. Oxon. vol. 2, p. 280, 19 : Ὠφέλεια· εἰ δίφθογγος ἡ παράδοσις· ὁ πολιτικὸς δὲ διὰ τοῦ ια, καὶ παροξύνεται (codex προπαροξύνεται)· παρὰ Σοφοκλεῖ δὲ καὶ εἰ δίφθογγος, καὶ προπαροξύνεται ὡς προμήθεια. Apud Soph. El. 944 : Εἴ τις ὠφέλειά γε. Cui addi potest Aristoph. Thesm. 183 : Τίς οὖν παρ' ἡμῶν ἔστιν ὠφέλειά σοι;]

Ὠφελέω [Perf. ὠφέληκα, plusquamperfecti forma Attica ὠφελήκη (quam apud Platon. Apol. p. 31, D, servavit codex Clark. pro ὠφελήκειν), passiv. ὠφέλημαι, fut. activi ὠφελήσω, aor. ὠφέλησα, fut. pass. ὠφεληθήσομαι, cui Attici veteres, neque hi soli, ut Aristotelis aliorumque exempla docent, ὠφελήσομαι prætulerunt, ut τιμήσομαι φοβήσομαι potius quam τιμηθήσομαι et φοβηθήσομαι dixerunt, et quæ sunt alia non pauca hujusmodi, quibus librarii sæpissime passivas formas in ηθησομαι substituerunt], Juvo, Prosum, ὄνημι s. ὀνίνημι, i. q. ὀφέλλω, a quo et originem traxisse creditur : significatione prorsus idem; scriptura tantum et constructione differens interdum: nam non cum accus. tantum ut ὀφέλλω, sed cum dat. etiam constructum reperitur. [Verbo ὠφελεῖν et derivatis ὠφελία, ὠφέλιμος ceterisque poetæ veteres epici et lyrici non sunt usi. Antiquissima igitur sunt exempla Herodoti et Tragicorum, qui verbo vel absolute posito vel cum accusativo, rarius cum dativo, constructo usi sunt. Æsch. Prom. 44 : Τὰ μηδὲν ὠφελοῦντα μὴ πόνει μάτην. Eur. Rhes. 626 : Χρὴ δ' ἄνδρα τάσσειν οὗ μάλιστ' ἂν ὠφελῇ· Iph. A. 348 : Ἡνίκ' ὠφελεῖν μάλιστα δυνατός ἐστιν· Herc. F. 1339 : Ἄλις γὰρ ὁ θεὸς ὠφελῶν ὅταν θέλῃ. Thucyd. 2, 42 : Κοινῶς μᾶλλον ὠφέλησαν ἢ ἐκ τῶν ἰδίων ἔβλαψαν· 3, 57 : Οὔτε τῶν τότε ξυμμάχων ὠφελεῖ οὐδείς. Plato Rep. 10, p. 608, E : Τὸ σῶζον καὶ ὠφελοῦν τὸ ἀγαθὸν εἶναι. Xen. OEc. 1, 9 : Τὰ μὲν ὠφελοῦντα χρήματα ἡγῇ, τὰ δὲ βλάπτοντα οὐ χρήματα.] Cum accus., ut [Herodot. 3, 126 : Ὀροίτης ὠφέλεε μὲν Πέρσας οὐδέν. Æsch. Prom. 505 : Μή νυν βροτοὺς μὲν ὠφέλει καιροῦ πέρα. Soph. Aj. 537 : Τί δῆτ' ἂν ὡς ἐκ τῶνδ' ἔτ' ὠφελοῖμί σε; OEd. T. 141 : Ἐμαυτὸν ὠφελῶ. Eurip. Heracl. 557 : Ἀδελφοὺς ὠφελεῖς θανοῦσα σούς· Hel. 754 : Ὄρνιθας ὠφελεῖν βροτούς.] Thuc. 4, p. 146 [c. 75] : Τοὺς Πελοποννησίους ὠφέλουν εἰς τὰ ναυτικά. Plato Ep. 6 : Ἀλλήλους εἰς τὰ μέγιστα ὠφελεῖν, Mutuo pro viribus prodesse [De hac structura cum εἰς v. infra. Plato Leg. 6, p. 763, D : Ὅπως κοσμῇ τε ἅμα καὶ ὠφελῇ τὴν πόλιν· 9, p. 862, E : Τοὺς ἄλλους ἂν διπλῇ ὠφελοῖεν ἀπαλλαττόμενοι τοῦ βίου· Rep. 1, p. 332, E : Φίλους ὠφελεῖν καὶ ἐχθροὺς βλάπτειν.] Xen. [Mem. 3, 6, 15 : Ὠφελοίην ἂν τὸν τοῦ θείου οἶκον·] Cyrop. 1, [4, 25] : Φίλους ὠφελεῖν, ἐχθροὺς ἀνιᾶν· Mem. 1, [2, 61] : Τὰ μέγιστα πάντας τοὺς βουλομένους ὠφέλει, Optime merebatur de omnibus, Plurimum juvabat, ubi nota etiam accus. rei : qua constr. Lucian. quoque [Anach. c. 17] utitur Ἐκείνην ἔσῃ τὰ μέγιστα ὠφεληκώς, Optime de illa meritus fueris, Maximum in eam beneficium contuleris, Plurimum ei profueris. [Et alii non raro, velut Plato Phædon. p. 107, D : Ἃ λέγεται μέγιστα ὠφελεῖν ἢ βλάπτειν τὸν τελευτήσαντα· Soph. p. 227, A : Εἰ τὸ μὲν σμικρὰ, τὸ δὲ μεγάλα ἡμᾶς ὠφελεῖ καθαῖρον.] Sic Aristot. Rhet. 1, [1] : Τούτοις γὰρ ἄν τις ὠφελήσειε τὰ μέγιστα χρώμενος δικαίως, καὶ βλάψειεν ἀδίκως, ubi nota τούτοις dat. instrumenti, nisi malis ad χρώμενος referre; nota etiam ei opponi βλάπτειν, sicut ap. Plut. Eadem dicitur forma, Ὠφέλησα προθύμως τὰ δυνατὰ, Juvi pro viribus. [Isocr. p. 32, E : Οὐ μόνον ἡμᾶς τὸ καθ' αὑτὰς ὠφελοῦσιν. Sæpissime cum οὐδὲν vel μηδέν. Soph. fragm. 205 (ap. Stob. Flor. 99, 20) : Ὅπου τὸ δεινὸν ἐλπὶς οὐδὲν ὠφελεῖ· et 667 (ib. 13, 9) : Αἰδὼς γὰρ ἐν κακοῖσιν οὐδὲν ὠφελεῖ.] Xen. : Οὐδὲν ὠφελεῖ, Nil prodest, juvat. Sic Thuc. 2, [87] : Τέχνη ἄνευ ἀλκῆς οὐδὲν ὠφελεῖ, Nihil prodest, οὐδὲν ὀνίνησι, οὐδὲν αὐτῆς ὄφελος. [Plato Rep. 7, p. 526, B : Κἂν μηδὲν ἄλλο ὠφεληθῶσιν. Et cum aliis hujusmodi accusativis, velut τοῦτο ap. Xen. Cyrop. 2, 2, 27 : Οὐδὲ τοῦτο μόνον ὠφελήσουσιν οἱ κακοί. Cum πολλὰ Xen. Cyrop. 3, 2, 20 : Πολλὰ γὰρ ἂν ὠφελεῖσθαι οὐδὲν πονοῦντας· Cyn. 12, 1 : Ὠφελήσονται πολλά. Isocr. p. 33, A : Πολλὰ τὸν βίον τὸν τῶν ἀνθρώπων ὠφελούσας. Cum πλέον Eurip. Andr. 679 : Λέγων ἔμ' ὠφελοῖς ἂν ἢ σιγῶν πλέον. Xen. Cyrop. 3, 3, 55 : Εἴ τι πλέον ἂν ὠφελήσειε λόγος καλῶς ῥηθείς. Cum plurali πλείονα vel πλείω, Plato Hipp. maj. p. 281, B : Ἱκανὸς εἶ παρὰ τῶν νέων πολλὰ χρήματα λαμβάνων ἔτι πλείω ὠφελεῖν ὧν λαμβάνεις. Xen. Mem. 3, 11, 3 : Ἐπειδὰν εἰς πλείους διαγγείλωμεν, πλείω ὠφελήσεται. Lysias p. 157, 30 : Πολὺ πλείω ὠφελήσεσθε. Isocr. p. 39, B : Μὴ τὴν κακίαν οἴεσθε δύνασθαι πλείω τῆς ἀρετῆς ὠφελεῖν. Restituendum Euripidi ap. Stob. Flor. 31, 1 : Αἰδὼς γὰρ ὀργῆς πλείον' ὠφελεῖ βροτούς· ubi πλεῖον scribitur, quod pro πλέον dixisse Euripidem, quum πλείονα dicere posset, non est verisimile. Πλεῖστον Eurip. Andr. 681 : Καὶ τοῦτο πλεῖστον ὠφέλησεν Ἑλλάδα. Πλεῖστα Plato Phileb. p. 58, C : Πλεῖστα ὠφελοῦσα ἡμᾶς· et Leg. 3, p. 696, E. Thucyd. 6, 14 : Ὅς ἂν τὴν πατρίδα ὠφελήσῃ ὡς πλεῖστα. Xen. Cyrop. 6, 1, 24 : Ὁπόθεν ἂν ὡς πλεῖστα ὠφελοῖτο τὸ στράτευμα. Isocr. p. 42, A : Λόγοι ... οἵτινες τοὺς ἀκούοντας πλεῖστ' ὠφελοῦσιν. Et quæ his contraria sunt, βραχέα, μικρὰ et similia, ut ap. Lysiam p. 168, 34 : Τέχνην κέκτημαι βραχέα δυναμένην ὠφελεῖν. Xen. Mem. 4, 1, 1 : Οὐ μικρὰ ὠφέλει τοὺς εἰωθότας αὐτῷ συνεῖναι· Cyrop. 3, 2, 20 : Εἰ μέλλοις μικρὰ ὠφελῶν Χαλδαίους πολὺ πλείω ὠφελήσεσθαι· Rep. Lac. 2, 9 : Ἐλάχιστα ὠφελεῖται.] Cum dativo quoque construitur interdum, uti dixi, Aristot. [Rhet. 1, 1.] Item Dioscor. : Ὠφελεῖ ἐπιληπτικοῖς, Prodest epilepticis, Facit comitialibus : apud quem ea constructio passim occurrit, [ut apud alios medicos, etsi accusativis quoque utentes vel personæ vel morbi, ut Theoph. Nonn. c. 196, vol. 2, p. 126 : Ῥαγάδας τὰς ἐν αἰδοίοις ὠφελεῖ ῥητίνη φρυκτή. Multo frequentius medicamenta ὠφελεῖν dicuntur, nullo addito casu. De structura cum dativo Thomas M. p. 935 : Ὠφελῶ σε πάντες ῥήτορες· πρὸς δοτικὴν δὲ μόνοι ποιηταί. Αἰσχύλος ἐν Πέρσαις (842) « Ὡς τοῖς θανοῦσι χρήματ' οὐδὲν ὠφελεῖ. » Καὶ Θουκυδίδης ἅπαξ ἐν τῇ πέμπτῃ (c. 23), « Ὠφελεῖν Ἀθηναίους Λακεδαιμονίοις τρόπῳ ᾧ ἂν δύνωνται. » Æschyli exemplo alterum addi potest ex Prom. 342 : Μηδὲν πόνει· μάτην γὰρ οὐδὲν ὠφελῶν ἐμοὶ πονήσεις, nisi ἐμοὶ cum πονήσεις construendum. Soph. Ant. 560 : Τοῖς θανοῦσιν ὠφελεῖν. Eur. Or. 667 : Τοὺς φίλους ἐν τοῖς κακοῖς χρὴ τοῖς φίλοισιν ὠφελεῖν· et ib. 681, Heracl. 681. Aristoph. Av. 420. Quos inter locos quum plures sint in quibus

metrum etiam accusativum ferebat, manifestum est utramque structuram perinde habitam esse, quemadmodum προσωφελεῖν quoque cum dativo construitur. Ad prosæ orationis scriptores quod attinet, erravit Thomas M. quum Thucydidis loco uteretur 5, 23, vitiosa codicis sui scriptura deceptus Λακεδαιμονίοις. Recte in codicibus qui hodie supersunt vix uno alteroque excepto omnibus Λακεδαιμονίους, etsi hoc quoque glossatoris additamentum est. Nam Thucydides simpliciter scripserat ὠφελεῖν Ἀθηναίους, quemadmodum paullo post ὠφελεῖν Λακεδαιμονίους dixit, non addito, sed intellecto Ἀθηναίους : quod animadvertit Schæferus ad Eur. Orest. 793 in ed. Porsoni tertia. Nec multum tribuendum Antiphontis exemplo p. 145, 44 : Οὗτοι ὧν ἕνεκα ἐλάμβανον χρήματα οὐδὲν αὐτοῖς οἷοί τ' ἦσαν ὠφελῆσαι, quum αὐτοῖς librarii errore pro αὐτοὺς scriptum esse possit. Incertius etiam est quod inscriptioni Atticæ ap. Bœckh. 107, vol. 1, p. 145, illatum est παραλαλοῦσιν αὐτὸν ὠφελεῖν τῷ δήμῳ καθ' ὅτι ἂν δύνηται, literis τον ωφελ ex conjectura suppletis. Cum dativo instrumenti, ut τρόπῳ ᾧ ἂν δύνωνται in loco Thucydidis modo memorato, Diodor. 1, 1 : Τοῖς ἰδίοις πόνοις ὠφελῆσαι τὸν κοινὸν βίον. Porro memorabilis verbi structura est cum genitivo ad. Soph. OEd. Col. 436 : Οὐδεὶς ἔρωτος τοῦδ' ἐφαίνετ' ὠφελῶν, quod schol. exp. ἀπολαῦσαι ἐποίει, quocum comparatum est quod apud Antiphontem legitur p. 131, 27 : Ὥστε καὶ οὗτος (ὁ νόμος) κοινὸς τοῖς ἄλλοις πᾶσιν ὢν ἐμοὶ μόνῳ ἐπέλιπε μὴ ὠφελεῖσθαι (libri optimi ὠφελῆσαι) τοῦδε τοῦ νόμου, quod non est credibile oratorem sic scripsisse, quum alibi ipse ὠφελεῖσθαι παρὰ ... dixerit, quod Reiskius hic quoque restitui volebat. Eadem structura ut Plutarchus usus esse videretur Mor. p. 91, F: Οὐ μετρίως ἄν τις ὠφελοῖτο τῶν παθῶν τούτων, ποιούμενος ἀποκαθάρσεις εἰς τοὺς ἐχθρούς, inepta fecit interpunctio. Nam sublato commate genitivi τῶν παθῶν τούτων ab ἀποκαθάρσεις pendent, quo recte rettulit Xylander in interpr. Latina. Denique notandum ὠφελεῖν sequente præpositione cum nomine suo. Usitatissimum est ὠφελεῖν ἔν τινι, ut ἐν τοῖς κακοῖς ὠφελεῖν in versu Eurip. supra allato Or. 666. Thucyd. 3, 42 : Ἡ πόλις οὐκ ὠφελεῖται ἐν τῷ τοιῷδε. Xen. Rep. Athen. 1, 3 : Πλείω ὠφελεῖται ἐν τῷ μὴ ἄρχειν. Cum εἰς in loco Thucyd. 4, 75, ab HSt. supra allato. Plato Leg. 7, p. 819, C : Ὠφελοῦσι τοὺς μανθάνοντας εἰς τὰς τῶν στρατοπέδων τάξεις· 11, p. 913, B : Εἰς χρημάτων ὠφεληθείην ἂν χρῆσιν. Xen. Cyrop. 2, 1, 26 : Εἰς τὸ τὰς τάξεις ἀκριβοῦν μεγάλα ὠφελεῖσθαι. Sed ap. Soph. Aj. 680 : Ἐς τε τὸν φίλον τοσαῦθ' ὑπουργῶν ὠφελεῖν βουλήσομαι, verba ἐς τὸν φίλον cum ὑπουργῶν potius sunt construenda quam cum ὠφελεῖν. Rarius cum ἐπὶ, ut Eurip. ap. Stob. Flor. 79, 23 : Ἦ τί πλέον εἶναι παῖδας ἀνθρώποις ... εἰ μὴ ἐπὶ τοῖς δεινοῖσιν ὠφελήσομεν; Cum πρὸς et accusativo in locis Xenoph. ab HSt. infra ubi de passivo agit indicatis aliorumque, velut Isocr. p. 27, B : Ἡμᾶς αὐτοὺς οὐδὲν ἂν πρὸς ἀρετὴν ὠφελήσαιμεν· 209, B : Τοῖς μηδὲν πρὸς τὸν βίον ὠφελοῦσιν. Sequente διὰ cum genitivo Plut. Mor. p. 38, C : Φιλεῖν δεῖ μάλιστα τοὺς διὰ τῶν ὤτων ὠφελοῦντας· E : Ὠφελεῖσθαι δι' ἀκοῆς ἐθισθέντων· et ὠφελεῖσθαι δι' ἁρπαγῆς V. Marcelli c. 19. Et cum accusativo Thuc. 7, 68 : Οἳ ἂν ἐλάχιστα ἐκ τοῦ σφαλῆναι βλάπτοντες πλεῖστα διὰ τὸ εὐτυχῆσαι ὠφελῶσι. Plato Epist. 3, p. 315, E : Εἰ μέν τι διὰ τοὺς λόγους τούτους ὠφελεῖ· 13, p. 360, B : Δι' αὐτὸ τοῦτο ὠφελήθην.]

‖ Pass. Ὠφελέομαι, Juvor, Fructum et utilitatem capio, Mihi prodest, ὀνίναμαι. [Æsch. Prom. 222 : Τοιάδ' ἐξ ἐμοῦ ὁ τῶν θεῶν τύραννος ὠφεληµένος. Soph. Ant. 550 : Τί ταῦτ' ἀνιᾷς μ' οὐδὲν ὠφελουμένη; Eurip. Ion. 380 : Ἃ δ' ἂν διδῶσ' ἑκόντες, ὠφελούμεθα.] Thuc. 3, [9] : Καθ' ὅσον μὲν ὠφελοῦνται, ἐν ἡδονῇ ἔχουσι, Quoad commodo aliquo juvantur. [1, 43 : Μὴ τῇ ἡμετέρᾳ ψήφῳ ὠφεληθέντας τῇ ὑμετέρᾳ ἡμᾶς βλάψαι· 3, 67 : Μηδὲ ὀλοφυρμῷ καὶ οἰκτῳ ὠφελείσθωσαν· 6, 12 : Ὅπως ὠφεληθῇ τι ἐκ τῆς ἀρχῆς· 7, 67 : Τῷ πλήθει τῶν νεῶν οὐκ ὠφελήσονται. Plato Euthyphr. p. 13, B : Ὅτι οἱ ἵπποι ... ὠφελοῦνται καὶ βελτίους γίγνονται· 15, A : Τί ὠφελοῦνται; Euthyd. p. 280, C : Ἔσθ' ὅ τι ὠφελοίμεθ' ἄν; Rep. 1; p. 346, C : Ἥντινα ὠφέλειαν κοινῇ ὠφελοῦνται πάντες οἱ δημιουργοί. Aristot. Polit. 2, 8 : Οὐ τοσοῦτον ὠφελήσεται κινήσας κτλ.] Xen. [Mem. 2, 4, 1] : Ἐξ ὧν ἔμοιγε ἐδόκει μάλιστ' ἄν τις ὠφελεῖσθαι πρὸς φίλων κτῆσιν, Quæ maxime conducere videbantur ad conciliandos et et comparandos amicos. Ubi nota etiam ὠφελεῖσθαι πρὸς, sicut et Cyrop. 2, [1, 25] : Ἐν δὲ τῷ δμοσκηνοῦν ἐδόκουν μὲν αὐτῷ ὠφελεῖσθαι πρὸς τὸν μέλλοντα ἀγῶνα. Id. [Mem. 1, 6, 15] dicit etiam ὠφελοῦμαι εἰς ἀρετὴν, ut Thuc., Ὠφέλουν ἐς τὰ ναυτικά. [De hoc l. supra dictum.] Et ὠφελεῖσθαι ἀπ' αὐτῶν, Ex ipsis fructum et utilitatem capere. [3, 64 : Ἀξιοῦτε ἀφ' ὧν δι' ἑτέρους ἐγένεσθε ἀγαθοὶ, ἀπὸ τούτων ὠφελεῖσθαι· 6, 91 : Ὅσα ἀπὸ γῆς καὶ δικαστηρίων νῦν ὠφελοῦνται. Sæpe sic Plato, Rep. 1, p. 346, D : Ἔσθ' ὅ τι ὠφελεῖται ὁ δημιουργὸς ἀπὸ τῆς τέχνης; 3, p. 401, C : Ἵν' οἱ νέοι ἀπὸ παντὸς ὠφελῶνται· Hipp. maj. p. 304, E : Ὠφελῆσθαι ἀπὸ τῆς ἀμφοτέρων ὑμῶν ὁμιλίας· Eryx. p. 395, D : Μηδ' ἂν ὠφεληθείη μηδὲν ἀπ' αὐτῶν. (Sed cum ὑπὸ Rep. 1, p. 347, D; 2, p. 380, B, et alibi.) Xenoph. Mem. 2, 7, 8 : Ὠφελησόμεναι ἀπ' αὐτῶν· et ib. 3, 3, 15. OEc. 1, 15 : Ἀπὸ τῶν ἐχθρῶν ὠφελεῖσθαι. Cum ἐκ et genitivo vel personæ, ut Æschylus loco supra allato Prom. 222, vel rei, ut Thucyd. 6, 12 : Ὅπως ὠφεληθῇ τι ἐκ τῆς ἀρχῆς· 8, 96 : Εὔβοιαν ἐξ ἧς πλείω ἢ τῆς Ἀττικῆς ὠφελοῦντο. Non minus frequenter conjungitur cum ὅθεν, πόθεν, ὁπόθεν, πανταχόθεν similibusque adverbiis, ut ap. Plat. Rep. 1, p. 343, B : Ὅθεν αὐτοὶ ὠφελήσονται.] Atque ut dicitur μεγάλα ὠφελεῖν, sic etiam ὠφελεῖσθαι μεγάλα. Plut. Solone [c. 15], ὠφελεῖσθαι τοὺς ἐκτίνοντας μεγάλα, Plurimum profuisse, Magnam utilitatem attulisse persolventibus. Quo referri potest, quod ex Aristot. Eth. 8 citatur, ὠφελοῦμαι τὰ χρήματα, pro Ex pecuniis utilitatem capio.

Ὠφέλημα, τὸ, Adjumentum, Emolumentum, ut Cic. De fin. 3, [21]: Emolumenta et detrimenta, quæ ὠφελήματα et βλάμματα appellant. Aliquanto ante, Illud etiam quod prodesset : ὠφέλημα enim sic appellemus. [Æsch. Prom. 251 : Μέγ' ὠφ. τοῦτ' ἐδωρήσω βροτοῖς· 500 : Ἔνερθε δὲ χθονὸς κεκρυμμέν' ἀνθρώποισιν ὠφελήματα· 614 : Ὦ κοινὸν ὠφ. θνητοῖσιν φανείς. Soph. OEd. Col. 259 : Τί κληδόνος καλῆς μάτην ῥεούσης ὠφ. γίγνεται; Eur. Tro. 698 : Παῖδα τόνδε ... ἐκθρέψειας ἂν Τροίας μέγιστον ὠφέλημα. Xenoph. Ages. 7, 2 : Ἐν τοῖς μεγίστοις ὠφ. τῆς πατρίδος· Hier. 10, 3 : Ἀπ' οὐδενὸς τοσαῦτα ὠφ. παρασχεῖν ὅσα κτλ. Comicus ap. Athen. 2, p. 36, B : Καὶ τοῖσιν ἑλκωθεῖσιν ὠφέλημ' ἔχει, ubi ὠφέλειαν legebatur, de quo diximus s. v. Ὠφέλεια in fine.]

Ὠφελὴς, Utilis. VV. LL. sine exemplo. [Fictum, ut videtur, ex composito ἀνωφελής.] Unde Ὠφέλεια.

[Ὠφέλης, ὁ, Opheles. Pherecrates ap. Athen. 8, p. 365, A : Ἐβάδιζεν ὡς πρὸς Ὠφέλην. « Schweigh. et Porsonus ὡς πρὸς τὸν Ὀφέλαν, uterque ductus loco Apollodori ap. Athen. 6, p. 243, D : Ὡς τὸν Ὀφέλαν ἄκλητον εἰσδεδυκέναι· ubi de eodem homine eademque re agi Schweigh. statuit, quod in tanto temporis intervallo, quo Pherecrates et Apollodorus disjuncti sunt, incredibile est. Retinui igitur editum Ὠφέλην, quod si corruptum est, lenius in Ὠφελίαν commutes. » Meinek. vol. 2, p. 275. Aliud hujus nominis exemplum est apud Hesychium, Ὠφέλης· ὁ Ἐφιάλτης. Quem Ἐπωφέλην dicit s. v. Ἐπιάλης.]

Ὠφελήσιμος, ὁ, ἡ, Utilis, Quo juvari possumus, χρήσιμος, ὀνήσιμος. Soph. Aj. [1022] : Παῦρα δ' ὠφελήσιμα. [Aristoph. Av. 316 : Λόγον ... δίκαιον, ἡδὺν, ὠφελήσιμον.]

Ὠφέλησις, εως, ἡ, Utilitas, Emolimentum [Emolumentum HSt. in Ms. Vindob.], ὄνησις. Citatur et Soph. [OEd. Col. 401 : Ἦ δ' ὠφ. τίς θύρασι κειμένου; El. 1031 : Καὶ γὰρ ὠφ. οὐκ ἔνι.]

Ὠφελητέος, έα, έον, Juvandus, Commodo afficiendus, Xenoph. [Mem. 3, 6, 3 : Ὠφελητέα σοι ἡ πόλις ἐστίν.] Et Ὠφελητέον, Juvare oportet. [Ib. 2, 1, 28 : Τὴν πόλιν ὠφ.]

[Ὠφελητικὸς, ἡ, ὸν, Qui utilitatem afferre potest. Philo vol. 1, p. 120, 45; 14, 38 : Ταῖς ἐνυπαρχούσαις βλαπτικαῖς ἢ ὠφελητικαῖς δυνάμεσι. Synes. p. 29, C : Ὠφελητικοὺς ἀνθρώπων ὄντας. Hase. Aristid. Quintil. p. 80 : Τὸ δὲ (τῆς ἠθικῆς παιδείας) ἐστὶν ὠφ. Photius Bibl. p. 352, 28 : Ἀγαθοεργόν τε καὶ ὠφ.]

[Ὠφελία. V. Ὠφέλεια.]

Ὠφέλῐμος [plerumque ὁ, ἡ, raro ίμη, ιμον, ut in

locis Platonis et Dionysii Hal. infra afferendis], Utilis, Commodus, i. q. ὠφελήσιμος, Adjumentum et emolumentum afferens. [Scriptor Definitt. Platon. p. 414, E : Ὠφέλιμον τὸ αἴτιον τοῦ εὖ πάσχειν· τὸ αἴτιον τοῦ ἀγαθοῦ. Suidas : Ὠφέλιμον πρᾶγμα· ὅ τι τοιοῦτον ὥστε εὐλόγως αὐτὸ αἱρεῖσθαι πρὸς αὔξησιν καὶ προσθήκην· ὀφέλλω γὰρ τὸ αὐξάνω. Frequentissimus hujus adjectivi usus est apud prosæ orationis scriptores; poetarum exempla nulla dum allata sunt præter unum Euripidis Ion. 128 : Τὸ δ' ὠφέλιμον ἐμοὶ πατέρος ὄνομα λέγω. Notandumque ne semel quidem in Comicorum reliquiis legi, apud quos ne verbi quidem ὠφελέω frequentia sunt exempla. Dicitur autem de personis pariter ac rebus, etsi rarius de illis, velut ap. Thucyd. 4, 44 : Ἦσαν τοῖς Ἀθηναίοις οἱ ἱππῆς ὠφέλιμοι ξυμμαχόμενοι. Plat. Men. p. 98, C : Ὅ γε ἀγαθὸς ἀνὴρ ὠφ. ἡμῖν ὡμολόγηται εἶναι· Rep. 5, p. 461, A : Ἐξ ὠφελίμων ὠφελιμωτέρους ἀεὶ τοὺς ἐκγόνους γίγνεσθαι. Xenoph. Mem. 2, 7, 9 : Ὁρῶν ὠφελίμους σεαυτῷ οὔσας. Multo frequentius de rebus, ut ap. Thuc. 2, 46 : Ὠφ. στέφανον· 3, 38 : Τὰς ... ἀδικίας ἡμῖν ὠφελίμους οὔσας· 4, 108 : Ἡ πόλις ἦν αὐτοῖς ὠφέλιμος ξύλων πομπῇ· 3, 37 : Ἀμαθία μετὰ σωφροσύνης ὠφελιμώτερον ἢ δεξιότης μετὰ ἀκολασίας. Plato Protag. p. 358, B : Τὸ καλὸν ἔργον ἀγαθόν τε καὶ ὠφέλιμον· Crat. p. 419, A : Ὠφέλιμον καὶ λυσιτελοῦν καὶ κερδαλέον ... τὸ αὐτὸ φαίνεται· Rep. 3, p. 386, B : Οὔτ' ἀληθῆ λέγοντας οὔτ' ὠφέλιμα τοῖς μέλλουσι μαχίμοις ἔσεσθαι· 10, p. 607, D : Οὐ μόνον ἡδεῖα, ἀλλὰ καὶ ὠφελίμη· ubi notanda terminatio feminina, ut δόξα ὠφελίμη est in Men. p. 98, C, et utraque terminatione conjuncta Charm. p. 174, D : Εἰ αὕτη ἐστὶν ὠφέλιμος, ἡ σωφροσύνη ἄλλο τι ἂν εἴη ἢ ὠφελίμη ἡμῖν. Περιοχὴ ὠφελίμη Dionys. De Thucyd. c. 25, vol. 6, p. 873, 4.] Xenoph. [Mem. 2, 7, 12] : Αὐτὰς ὡς ὠφελίμους ἠγάπα, Eas ut sibi commodas diligebat. Id. [1, 2, 57] : Ὠφελιμόν τε ἀνθρώπῳ καὶ ἀγαθόν. Aristot. Rhet. 2 : Ὠφέλιμον ἢ αὐτῷ ἢ φίλοις. Plato De rep. 1, [p. 336, D] : Τὸ αὐτῇ ὠφέλιμον παρασκευάζει. [Sic ὠφ. ib. 5, p. 457, B : Ὅτι τὸ μὲν ὠφ. καλὸν, τὸ δὲ βλαβερὸν αἰσχρόν. Thucyd. 1, 76 : Τὰς πόλεις ἐπὶ τὸ ὑμῖν ὠφ. καταστησάμενοι· 3, 56 : Τὸ παραυτίκα ἡμῖν ὠφ. Τὸ ὠφελιμώτερον Plato Hipp. maj. p. 284, E. Τὸ ὠφελιμώτατον Plato Theæt. p. 179, A : Τοῦ ὠφ. ἀποτυγχάνειν. Eademque numero plurali, ut Τὰ ὠφέλιμα ap. Plutarch. Mor. p. 39, D; 137, B. Τὰ ὠφελιμώτερα Plato Hipp. maj. p. 285, A.] Plutarch. : Εἴ τι χρήσιμον ἔχεις ἢ ὠφέλιμον. Idem, Συνδιαφθείρειν τὰ ὠφέλιμα τοῖς βλαβεροῖς· in Themist. : Πρᾶξις ὠφέλιμος, Res utilis. Greg. Naz. : Ὠφέλιμος παραίνεσις, Utilis admonitio. Rursum Aristot. Rhet. 3 : Ὅταν ὠφελιμώταται ὦσι καὶ πλεονεκτικώταται αἱ καταλλαγαί. [Non raro dativus additur personæ, ut in locis pluribus supra indicatis. Porro ut ὠφελεῖν εἴς τι vel πρός τι dicitur, ita ὠφέλιμος quoque εἴς τι vel πρός τι, velut ap. Thucyd. 3, 68 : Ἐς τὸν πόλεμον ὠφελίμους· et ἐς τινα ap. eund. 1, 91 : Τοῖς πολίταις καὶ ἐς τοὺς πάντας ξυμμάχους ὠφελιμώτερον ἔσεσθαι. Πρός τι Plato l. supra apposito Rep. 10, p. 607, D, aliique. Cum ὑπὲρ ap. Xenoph. Cyrop. 6, 2, 34 : Ταῦτα ἰδίᾳ ἑκάστῳ χρήσιμα καὶ ὑπὲρ τοῦ κοινοῦ πολλάκις ὠφέλιμα γίγνεται.]

Ὠφελίμως, Utiliter, Ita ut juvet et prosit, Cum commodo aliquo et emolumento. Diosc. : Στροφουμένοις ἐν ποτῷ ὠφ. δίδοται, μετὰ πηγάνου ἑψηθὲν, κυάθων ἓξ πλῆθος, Plin. Tormina oleum calidum potum cyathis sex magisque ruta simul decocta, pellit. [Plato Prot. p. 322, A : Ὅταν πράττωσιν ἄνθρωποι ὀρθῶς τε καὶ ὠφ. Rep. 7, p. 529, D : Εἰ μέλλομεν ὠφ. πρὸς ἃ λέγομεν μαθήσεσθαι· Alc. 2 p. 146, C : Ὠφ. καὶ λυσιτελούντως· Charm. p. 164, B : Ὠφ. πράξας ἢ βλαβερῶς. Xenoph. Mem. 4, 4, 1 : Πᾶσι νομίμως καὶ ὠφ. χρώμενος. Addito dativo De re eq. 6, 1 : Ὡς ἂν ἀβλαβέστατα μέν τις ἑαυτῷ, τῷ δὲ ἵππῳ ὠφελιμώτατα ψήχοι.]

[Ὠφελίων, ωνος, ὁ, Ophelio, mediæ comœdiæ poeta, de quo dixit Meinek. Hist. Com. p. 415. || Libertus Lyconis ap. Diog. L. 5, 73. || Pictor, Anth. Pal. 6, 315. || Statuarius in *Descr. par Clarac* n. 150. || Alii in inscr. ap. Bœckh. 203, vol. 1, p. 338; et 1304, p. 642. G. D. Genit. Ὠφελίωνος in Paro insula insculptus aræ, Ross. *Reisen* vol. 1, p. 37. Conf. Car. Keil. Anal. epigr. p. 92 sq., et Pittak. Ἐφημ. ἀρχ. p. 920, n. 1499, 1. Hase.]

[Ὤφελλον. Ὤφελον. V. Ὀφείλω.]

[Ὠφεντίνα φυλὴ, ἡ, nomen tribus Romanæ ap. Diodor. 19, 10. Latina nominis forma est *Ufentina* ap. Liv. 9, 20.]

[Ὦφθις, ιος, ἡ, Ophthis. Steph. Byz. : Ὤφθις (sic Meinek. pro Ὠφθίς)· πόλις Λιβύης Αἰγύπτῳ παρακειμένη. Ὁ πολίτης Ὠφθίτης διὰ τὴν εἰς ιτης κατάληξιν τὴν εἰθισμένην Αἰγυπτίοις τε καὶ Λίβυσι. Τὸ μέντοι Ὠφθὶς (Ὠφθίτης Meinek.) κατὰ χρῆσιν οὔπω τέως εὗρον.]

Ὠφρὸν, Hesych. ἐλαφρὸν, Leve, Agile.

Ὠφύϊα, Hesych. ἡ δορὰ, et βοτάνη τις.

[Ὤχ. Geopon. 13, 15, 9 : Εἴ ποτε εἰσέρχῃ ἐν τόπῳ ἔνθα εἰσὶ ψύλλαι, λέγε ὦχ ὦχ, καὶ οὐχ ἅψονταί σου· ubi Needham. : « Ridiculum hoc et putidum commentum Pamphilum auctorem agnoscit, cujus libri teste Galeno incantationibus, amuletis et fabellis anilibus scatebant. »]

[Ὤχεῖ, Atriplex, apud Ægyptios. Diosc. 2, 145.]

[Ὦχος, ὁ, Ochus, cognomen Artaxerxis tertii, Persarum regis. Diodor. 15, 93 : Τὴν βασιλείαν (Artaxerxis) διεδέξατο Ὦχος, ὁ μετονομασθεὶς Ἀρταξέρξης· et de morte ejus idem 17, 5. Ælian. V. H. 6, 8 : Ἀρταξέρξην τὸν καὶ Ὦχον ἐπικληθέντα. De regni ejus tempore v. Clinton. Fast. Hell. vol. 2, p. 316. A chronographis ap. Georg. Syncell. p. 77, C et D, Ὦχος ponitur inter reges Ægypti Persicos tres dynastiæ tricesimæ primæ. Ab Ægyptiis Ὄνον appellatum fuisse tradunt Plut. Mor. p. 363, C ex Dinone, Ælianus V. H. 4, 8, et N. A. 10, 28, τὸ νωθὲς αὐτοῦ τῆς γνώμης ἐκ τῆς ἀσθενείας τοῦ ζώου διαβάλλοντες, ut ait Ælianus loco priore. || Cognomen Darii. Scriptor argumenti Isocratis Orat. 5, p. 81 : Ἀλέξανδρος ἐστράτευσε κατὰ Δαρείου τοῦ ὑστέρου καὶ λεγομένου Ὤχου. Τὸ μὲν γὰρ κύριον ὄνομα Ὦχος ἐλέγετο, κολακεύοντες δ' αὐτὸν οἱ Πέρσαι ἐπίκλην αὐτὸν ὠνόμαζον Δαρεῖον, ὡς πρὸς τοὺς πρώτους προγόνους. || Philosophus, de quo Diog. L. in Proœmio § 1 : Φοίνικά τε γενέσθαι (φασὶν) Ὦχον καὶ Θρᾷκα Ζάμολξιν καὶ Λίβυν Ἄτλαντα. || Fluvius Bactrianæ, ap. Ptolem. 6, 10, p. 419, 12. De eo Strabo 11, p. 509 : Ἀπολλόδωρος ὁ τὰ Παρθικὰ γράψας συνεχῶς αὐτὸν (τὸν Ὦχον) ὀνομάζει ὡς ἐγγυτάτω τοῖς Παρθυαίοις ῥέοντα.]

Ὤχρα, ἡ, Coloris quoddam genus est, a luteo s. pallido colore denominatum, ut ex Galeno videre est, qui Comm. 2 in Hippocr. De victus rat. in morb. acut. [vol. 8, p. 639] ait, Ἔστι δὲ τὸ ὠχρὸν χρῶμα κατ' ἀλήθειαν τοιοῦτον οἷον πῦρ καὶ τὸ τῆς καλουμένης ὤχρας, ὀξυνομένης κατὰ τὴν προσηγορίαν τῆς πρώτης συλλαβῆς. Terræ species est, inquit Gorr., colore luteæ, a quo nomen habet. Duorum vero est generum : una, nativa s. fossilis, quæ ex Attica olim deferebatur præstantissima, nunc autem ex Dacia atque Hungaria; altera factitia, quæ ex plumbo adusto fit, aceto extincto, et nominatur Usta : pictoribus magis usitata. Uri tamen potest et nativa, atque lavari cadmiæ modo, ut scribit Diosc., qui commendat ochram levissimam et omnino luteam (μηλίνην δι' ὅλου), saturatam, non lapidosam, friabilem. Paratur ex ea emplastrum, quod δι' ὤχρας nominatur. Rursum Diosc. 5, 112, rubricam fabrilem scribit fieri τῆς ὤχρας καιομένης καὶ μεταβαλλούσης εἰς μίλτον, ut et Theophr. in lib. De lapidibus, Γίνεται, inquit, μίλτος καὶ ἐκ τῆς ὤχρας καιομένης καὶ μεταβαλλούσης εἰς μίλτον. [Ib. § 40, 51 (ubi vitioso accentu ὦχρα et ὦχραν) et 52.] Plin. tamen contra 35, 6, ex rubrica fabrili fieri ochram ait, exusta rubrica in ollis novis luto circumlitis. Meminit ejusdem coloris s. pigmenti Vitruv. quoque 7, 7. [Ὠχραις pro χροιαῖς libri plerique ap. Plutarch. Mor. p. 500, E. De pallore segetum ex frigore nocturno, LXX Deuteron. 28, 22 : Πατάξαι σε κύριος ἐν ἀπορίᾳ καὶ πυρετῷ καὶ ῥίγει καὶ ἐρεθισμῷ καὶ ἀνεμοφθορίᾳ καὶ τῇ ὤχρᾳ· ubi var. lect. ὠχρίᾳ, quæ forma est in Etym. M. p. 378, 48 : Ἐρυσίβη· ... τὴν τοῖς στάχυσιν ἐπανθοῦσαν ὠχρίαν. « De pallore faciei Jo. Chrys. t. 1, p. 570, D : Πολλὴν κατασκευάσας τὴν ὠχρίαν. » Hase.]

Ὠχραίνω, Pallefacio, Pallidum reddo; activum enim est ut χλωραίνω, ἐρυθραίνω, λευκαίνω, μελαίνω, et similia. [Orph. Arg. 1315 : Δέος ὤχρηνε παρειάς.] Nicand. Al. [438] : Ὠχραίνει δὲ ῥέθος, πίμπρησι δὲ χείλη. [Intrans. Ther. 254 : Πολλάκι δὴ χολόεντας ἀπήρυγε

νηδύος ὄγκους ὠχραίνων δέμας ἀμφίς.] Unde pass. ὠχραίνεται ap. Suid. [Qui ὠχραίνεται sine expos. posuit. Sextus Emp. p. 410 : Ὠχραίνονται ἢ ἐρυθαίνονται.]

[Ὠχραλέος, α, ον, adjectivum ab HSt. memoriæ errore fictum, ut videtur, de quo vide infra post Ὠώδης.]

[Ὠχραντικὸς, ἡ, ὀν, Pallefaciendi vim habens. Unde adv. Ὠχραντικῶς, ap. Sext. Emp. p. 410 : Ὁ μὲν σκοτωθεὶς καὶ ἰκτεριῶν ὠχραντικῶς ὑπὸ πάντων κινεῖται, ὁ δὲ ὀφθαλμιῶν ἐρυθαίνεται· ubi passiva signif. de pallescente dictum, ut p. 411 : Ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ οἱ μὲν ὠχρ., οἱ δὲ φοινικτικῶς, οἱ δὲ λευκαντικῶς πάσχουσιν.]

Ὠχράω, Palleo, Pallidus sum, Pallesco, Pallidus fio. Homerus Od. Λ, [528] : Κεῖνον δ' οὔποτε πάμπαν ἐγὼν ἴδον ὀφθαλμοῖσιν Οὔτ' ὠχρήσαντα χρόα κάλλιμον, οὔτε παρειῶν Δάκρυ ὀμορξάμενον. [Per ὠχριάσαντα exp. Hesych.] Et ap. Hesych. imperf. ὤχρα, quod exp. per aor. ὠχρίασεν.

[Ὠχρεία, ἡ, Pallor. Theodor. Prodr. Amar. p. 437.]

[Ὠχρία. V. Ὤχρα.]

Ὠχρίας, ὁ, Pallidus, Pallens; sed tantum de homine cujus facies pallet et veluti ochra videtur perfusa esse. Aristot. Prædic. Qualit. [Categ. c. 6, § 12] : Ὅσα δὲ ἀπὸ ῥᾳδίως διαλυομένων καὶ ταχὺ ἀποκαθισταμένων γίνεται, πάθη λέγονται, ποιότητες δὲ οὔ· οὐ γὰρ λέγονται ποιοί τινες κατ' αὐτάς· οὔτε γὰρ ὁ ἐρυθριῶν διὰ τὸ αἰσχύνεσθαι, λέγεται ἐρυθρίας· οὔτε ὁ ὠχριῶν διὰ τὸ φοβεῖσθαι, ὠχρίας· ἀλλὰ μᾶλλον τῷ πεπονθέναι. Unde ὠχρίαν nominari discimus Eum qui pallida semper est facie, et in cujus facie pallor quasi habitum contraxit.

Ὠχρίᾱσις, ιως, ἡ, Pallor, vel ipsa q. d. Pallescentia, et Actio pallescendi. [Pollux 4, 187.] Plutarch. [V. Demetr. c. 38 : Ἀπορία καὶ θάμβος καὶ ὠχρ. Mor. p. 364, B : Ἡ δὲ πολίωσις οἷον ὠχρίασις ὑπὸ ξηρότητος ἐπιγίνεται. Idem] : Πυρετὸν μὲν γὰρ οὐδεὶς ὑγίειαν ὠνόμασεν, οὐδὲ φθίσιν εὐεξίαν, οὐδὲ ποδάγραν ποδώκειαν, οὐδὲ ὠχρίασιν ἐρύθημα· Symp. 3, 6 [p. 652, D] : Συμβαίνουσι τοῖς μεθυσκομένοις τρόμοι, βαρύτητες, ὠχριάσεις. Infra ὠχρότητες dicit. [Ælian. N. A. 2, 16 : Ἐρυθήματα εἴ ποτε ἀνατέλλει καὶ ὠχρίασις. Plotin. p. 305. « Greg. Naz. t. 1, p. 186, B : Νάρκη καὶ ὠχρ. ἄπιστος. » Hase. || Rubigo ap. Theodot. Amos. 4, 9, quo sensu ὤχρα dictum supra annotavimus.]

Ὠχριάω, Sum ὠχρίας, Palleo, Pallore perfusus sum; interdum etiam Pallesco, Pallore perfundor. [Thomas M. p. 936 : Ὠχρίασις κοινὸν, ὠχρᾶν δὲ λογογράφων, κάλλιον δὲ τὸ ὡρακιᾶν, ὅπερ ἐστὶ τὸ ἐκ λιποθυμίας ὠχριᾶν. Schol. Aristoph. Ran. 484 : Ὡρακιᾶσαι λέγεται τὸ ὑπὸ φόβου ὠχριᾶσαι. Babrius 92, 8 : Ὁ δ' ὠχριάσας γομφίους τε συγκρούων· ubi Ionicum ὠχριήσας restitutum ex Suidæ codicibus melioribus s. v. Γομφίους.] In prima signif. ap. [Aristoph. Nub. 103, quem versum citat] Athen. 5, [p. 188, C] : Τοὺς ὠχριῶντας, τοὺς ἀνυποδήτους λέγεις; Pallentes illos, Illos qui pallente semper facie sunt. [Ubi de philosophis dictum est, quocum Kusterus comparavit Lucian. Jov. trag. init. : Ὠχρὸς περιπατῶν φιλοσόφου τὸ χρῶμ' ἔχων· et Icarom. c. 5, ubi philosophis tribuit προσώπου τε σκυθρωπότητα καὶ χρόας ὠχρότητα.] Et ap. Herodian. 4, 5, 17] : Τρέμοντάς τε καὶ ὠχριῶντας τοὺς πλείστους καταλιπών, Trementes et pallentes. [Lucian. D. deor. 20, 7 : Τί τρέμεις καὶ ὠχριᾷς; Jov. trag. c. 45 : Τί δ' οὖν ὠχρίακας ἡμῖν καὶ συγκροτεῖς τοὺς ὀδόντας ὑπὸ τοῦ τρόμου; Peregr. c. 33 : Ὠχριᾶν καὶ ὑποτρέμειν· Sympos. c. 29 : Δεδοικότας καὶ ὠχριῶντας.] Itidemque ap. Aristoph. Pac. [642], sed figurate : Ἡ πόλις γὰρ ὠχριῶσα κἀν φόβῳ καθημένη. Solent enim pallere qui timore sunt perculsi. In posteriore pro Pallesco, Pallidus fio, Pallore perfundor, Aristot. Eth. 4, 8 [15] : Ἐρυθραίνονται γὰρ οἱ αἰσχυνόμενοι, οἱ δὲ τὸν θάνατον φοβούμενοι ὠχριῶσι, Pallescunt. Quomodo et ap. Plut. [Mor. p. 29, E; 198, E, et 528, F] accipi potest, ubi Cato dicit sese τῶν νέων μᾶλλον ἀγαπᾷν τοὺς ἐρυθριῶντας ἢ τοὺς ὠχριῶντας, Diligere se magis adolescentes qui erubescunt, quam qui pallescunt. Nisi et hic malis, Pallentes. [Ib. p. 692, E, de vino : Τὸν οἶνον αἴθοπα καὶ ἐρυθρὸν εἴωθε καλεῖν, οὐχ ὡς Ἀριστίων ἡμῖν ὠχριῶντα καὶ χλωρὸν ὑπὸ τῆς πολλῆς καθάρσεως παρέχεται. Theodor. Prodr. p. 314 : Ὠχριακὼς τὴν ὄψιν. Theoph. Nonn. vol. 2, p. 336 : Ναρκοῖ εὐθέως καὶ ὠχριᾷ.] Apud Aristoph. vero legitur et ὠχρίωσα, Ran. [307] : Οἴμοι τάλας ὡς ὠχρίωσ' αὐτὴν ἰδών, Ut expallui conspecta ea, Empusa sc. : quasi a them. ὠχριόω. Sed puto scrib. ὠχρίασ'. [Ὠχρίωσ' editionis Aldinæ et paucorum codicum vitium est : plerique ὠχρίασ'. Demetrio De eloc. § 116, ubi frigidæ metaphoræ exemplum affertur, τρέμοντα καὶ ὠχρὰ τὰ γράμματα, Valcken. ὠχριῶντα γράμματα conjecit.]

[Ὠχριότης, ητος, ἡ. Evagr. De 8 cogitt. p. 352, sed forte leg. ὠχρότης. Kall.]

[Ὠχροειδὴς, ὁ, ἡ, Qui pallida specie est. Suidas : Ἴκτερος· ... λέγουσι δὲ εἶναι πόνον ὠχροειδῆ ἀπὸ θυμοῦ ἐγειρόμενον, ὥστε τοὺς ὀφθαλμοὺς τῶν κεκρατημένων ὠχροὺς καὶ μέλανας ποιεῖν· ubi ὠχροὺς καὶ μέλανας conjuncta ut in adjectivo Ὠχρομέλας ap. Galen. vol. 5, p. 483 ed. Bas.]

[Ὠχροκόκκινος, ὁ, ἡ, Ex pallido coccinus, Ex luteo rubens. Theod. Prodr. Amar. p. 446, 449.]

Ὠχρόλευκος, ὁ, ἡ, Ex luteo candicans, In pallido candidus. Diosc. 4, 42, de pentaphyllo : Φέρει ἄνθος ὠχρόλευκον, χρυσοειδές. Galen. : Ἐνίοτε μὲν οἷον ὠχρόλευκος, ἢ ἐρυθρόλευκος, ἢ ξανθόλευκος· ἔστι δ' ὅτε πυρρός. [Idem vol. 8, p. 356, 2 : Ὅμοιον ὠχρολεύκοις πόαις· et vol. 19, p. 666, 7, calculos in renibus esse ἢ μέλανα ἢ ὠχρ. Oribas. t. 2, p. 13, 13. Hippocr. t. 7, p. 252, 25 : Ὁ ἀπόπατος προϊὼν ὠχρ. Hase.]

[Ὠχρομέλας. V. Ὠχροειδής.]

Ὠχρόμματος, ὁ, ἡ, Qui pallidis est oculis, Cui pallent oculi, Adamant. Physiogn. [Aristot. Physiogn. 6, p. 812.]

[Ὠχρόξανθος, ὁ, ἡ. HSt. s. v. Ὠχρόλευκος :] Sic Ὠχρόξανθος, Ex pallido flavus, Ita flavus ut in pallidum vergat, s. Ita Pallidus ut in flavum inclinet. De quorum colorum mixtione, hæc ex Gorr. annotare libuit. Ὠχρὸν (inquit inter alia), Luteum, Pallidum : medio colore est inter flavum et album. Quippe si flavum albo miscere libeat, quod ex ambobus confit, pallidum evadet. In vinis id experiri licet, sicut Galen. 5 De sanit. tuenda annotavit. Aquæ enim admistum flavum vinum, ejusmodi colorem reddit. Licet vero et in humoribus : misto namque aquoso excremento cum flava bile, pallidus humor nascetur : quem tamen non sub alio humoris genere quam bilis, medici comprehendunt, sed pallidam bilem vocant. Ac si amborum quidem æqualis mistio est, vere ὠχρὸν fiet : quod tanto candidius est flavo (quod ξανθὸν Græci vocant), quanto flavum rubro. Sin autem plus aquosi humoris est, ὠχρόλευκον evadet, s. Ex pallido albicans; si vero flavus aquosum superet, ὠχρόξανθον, h. e. Ex pallido flavum, apparebit. [Galen. vol. 6, p. 250, 16; 336, 3 et 16. Id. vol. 14, p. 81, 6 de thlaspi : Ἐστὶ τῇ χρόᾳ μὲν ὠχρόξανθον. Hase.]

[Ὠχροποιὸς, ὁ, ἡ, Pallidum reddens. Glossa cod. Mosq. Hom. Il. H, 479, ap. Heyn. vol. 5, p. 392.]

Ὠχρὸς, ὰ, ὸν, Pallidus : ὠχρὸν χρῶμα, Pallidus color : qui conflatur λευκοῦ ξανθῷ μεμιγμένου, Quum flavo commiscetur album, ut in Timæo [p. 68, C] docet Plato. [Homer. Batrach. 81 : Βάτραχος ὑψώσας ὠχρὸν δέμας ὕδατι λευκῷ. Eurip. Bacch. 438 : Οὐδ' ὠχρὸς οὐδ' ἤλλαξεν οἰνωπὸν γένυν. Aristoph. Lys. 1140 : Καθέζετο ἐπὶ τοῖσι βωμοῖς ὠχρὸς ἐν φοινικίδι· Pl. 422 : Ὠχρὰ ... εἶναί μοι δοκεῖς.] Alexis ap. Athen. 2, [p. 55, A] : Χρῶμα δ' ἀσίτων ἡμῶν γίνεται ὠχρόν. [Theocr. 14, 60 : Πυθαγορίκτας ὠχρὸς κἀνυπόδατος. Plutarch. Mor. p. 206, E; 1057, F, V. Anton. c. 11.] Item vero homo vel res aliqua ὠχρὰ dicitur, Quæ tali est colore infecta, ut Pallida apud Latinos quoque. Aristot. Prædic. Qualit. [Categ. c. 6, 11] : Αἰσχυνθεὶς γάρ τις, ἐρυθρὸς ἐγένετο· καὶ φοβηθεὶς, ὠχρός. Lucian. [D. mort. 4, 2] : Ὠχροὶ γὰρ ἅπαντες καὶ ἀγεννεῖς· Hermot. [c. 2] : Ὠχρὸν ἀεὶ ὑπὸ φροντίδων καὶ τὸ σῶμα κατεσκληκότα. [Philops. c. 27 : Πάλαι ἤδη ὠχρὸς ἦν πρὸς τὴν διήγησιν.] Rursum Aristot. Probl., Ὠχρὸς ποταμὸς γράφεται, Fluvius pingitur pallidus. Itidem ap. Hippocr., Ὑποχωρήματα ὠχρὰ, Excrementa pallidi coloris. Et ap. Galen. [Comm. ad Hippocr. De rat. vict. in morb. ac. p. 396, 14], Ὠχρὰ χολὴ, Pallida bilis : quam ξανθὴν quoque nominari ait : licet non idem sint ὁ ξανθὸς color et ὁ ὠχρός : illo magis in rutilum, hoc magis in album vergente, ut non solum Plato testatur in loco supra

citato, sed ipse etiam Galen. Comm. 2 in lib. Περὶ διαίτης ὀξέων νοσ. : ibi enim et dicit ὠχρὸν colorem revera esse talem, qualis est ignis τῆς ὤχρας color; talemque fieri ἐπιμιγνυμένης τῷ ὑδατώδει περιττώματι τῆς ὠχρᾶς τε καὶ πικρᾶς καὶ ξανθῆς ὀνομαζομένης χολῆς : nam ὅσον, inquit, τοῦ ἐρυθροῦ χρώματος ἐπὶ τὸ λευκότερον ἀποχεχώρηκε τὸ ξανθὸν, τοσοῦτον τούτου τὸ ὠχρόν. [Interdum Græci quod proprie ὠχρὸν dicitur χλωρὸν vocant, ex communi sermone nihil differre inter se ὠχρὸν et χλωρὸν existimantes, ut ibidem scribit Galen. et nos antea s. v. Χλωρὸς adnotavimus. Ὠχρὸν apud Hippocr. Pallidum vertit Celsus 2, 6, quum Ulcus aridum et pallidum scribit, quod Hipp. ἕλκος ξηρὸν καὶ ὠχρόν. Foes.] Item τὸ ὠχρὸν τοῦ ὠοῦ ab Aristot. H. A. 6, [2 : Δίχροα τὰ ᾠὰ τὰ τῶν ὀρνίθων, ἐκτὸς μὲν τὸ λευκὸν, ἐντὸς δὲ τὸ ὠχρόν· et De gen. anim. 3, 1] dicitur, ut τὸ χρυσοῦν τοῦ ὠοῦ, Id quod in ovo pallidum est, vel Aurei coloris : quod Luteum vocant Latini et Vitellum, Græci λέκιθον. Vide et composita.

Ὦχρος [De accentu ὦχρος, quo substantivum ab adjectivo ὠχρὸς oxytono distinguatur, v. schol. Hom. Il. Γ, 35, Etym. M. p. 822, 29; 826, 3, Orion. p. 170, 8, qui nomen ab ἄχροος, ex quo ἐν ὑπερθέσει ἄοχρος factum idque in ὦχρος contractum sit, derivant opinione inepta. Ap. Pollucem 4, 187 ὠχρὸς, ὠχρίασις inter substantiva, quod ὦχρος scribendum cum Lobeckio], ὁ, Pallor, ὠχρότης, λευκότης. [Per ὠχρίασις, χλωρότης, χλωρὸς exp. Hesych., ubi χλωρὸς ad adjectivum ὠχρὸς referendum, quod in lemmate positum excidit. Neque enim verisimile est Hesychium substantivo χλῶρος esse usum, quod incertum est an unquam exstiterit, ut diximus supra p. 1538.] Hom. [uno loco] Il. Γ, [35, quo utuntur Lucian. Jov. trag. c. 1, et scriptor Philopatr. c. 1] : Ὦχρός τε μιν εἷλε παρειὰς, Pallor ejus malas corripuit. (Quo fere sensu alibi dicit, χλωρὸν δέος εἷλε παρειὰς, Pallidus metus occupavit genas. Et Apoll. [Rh. 2, 1216] : Χλόος εἷλε παρειάς· nam et χλόος significat interdum Pallor, Palliditas : ut χλοερὸς et χλωρὸς pro Pallido quoque accipi, supra docui.) [Andromachus ap. Galen. vol. 13, p. 875 : Εἰ ... κακόεργον ἴδοις ἐπὶ σώμασιν ὦχρον.] Et in Epigr. [Pauli Sil. Anth. Pal. 5, 259] : Ὡς εἶδον Μελίτην, ὦχρός μ' ἕλεν. [Id. Ambon. 84 (55) : Ἐρευθος ... κεκερασμένον ὤχρῳ. Greg. Naz. Carm. p. 151, C : Ὦχρον ἐφέλκοις κάλλεϊ σῷ. Tzetz. Hom. 367 : Χρωτὶ δ' ἐρευθιόωντι καὶ ἄχροος ἔμπεσεν ὦχρος, quod dictum quasi ad opinionem grammaticorum ὦχρος ab ἄχροος derivantium alludere voluerit. Apparet ex his ὦχρος pro ὠχρότης post Homerum neminem dixisse præter inferiorum temporum poetas : ut mira sit Mœridis notatio p. 424 : Ὦχρος ἀρρενικῶς καὶ βαρυτόνως Ἀττικοί· ubi Hudsonus ὠχρίασις Ἕλληνες addidit, quod tacite recepit Bekkerus p. 214, 20, ut in codice legi videatur. Prudentius Thom. M. p. 936 : Ὦχρος ποιητικόν· Ὅμηρος ἐν γ' Ἰλιάδος ..., ὠχρίασις κοινόν.] || Ὦχρος dicitur etiam Legumen quoddam, folio ut cicercula oblongo, vermiculis ut item cicercula obnoxio, secutis post imbres caloribus, teste Gorr., qui Gazam dicit modo Ciceram, modo Erviliam interpretari : Columellam tamen ciceram non tam leguminibus quam pabuli generibus annumerare : esse vero quosdam qui Phaselos quoque appellari ochros scribant. Sed probabilior eorum est sententia, qui Ciceram s. Cicerculam Columellæ et Plinii esse ajunt Græcorum λάθυρον, et Erviliam Latinorum ὦχρον Græcorum. Sicut enim ap. Aristot. H. A. 9, 40, legimus utile esse φυτεύειν περὶ τὰ σμήνη κυάμους, ὦχρους, μήκωνα, ita ap. Plin. 21, 12, apum causa serere oportere fabam, erviliam, papaver. Theophr. C. Pl. 4, 2, τὸν κύαμον καὶ τὸν ὦχρον ait τάχιστα κόπτεσθαι, A vermiculis facillime præ ceteris pertundi et peredi. Ceterum phaselos et ὦχρους non eosdem esse, Galenus aperte ostendit, his verbis, lib. 1 De alim. fac. : Παραπλήσιοι μέν εἰσι τὴν οὐσίαν οἱ λάθυροι τοῖς ὦχροις τε καὶ φασήλοις· ut Hesych. quoque ὦχρον esse dicit ὅσπριον λαθύρῳ ἐοικός. Diog. L. 2, 139 : Ὦχροι ἢ νὴ Δί' ἰσχάδες. Hase.]

Ὠχρότης, ητος, ἡ, Palliditas, vel etiam Pallor, ὦχρος [Plato Rep. 5, p. 474, E : Ἐραστοῦ εὐχερῶς φέροντος τὴν ὠχρότητα. Aristot. Categ. c. 6, 12, bis ὠχρότης ἢ μελανία] : ut Plutarch. De orac. Pyth. [p. 401, B] scribit Mnesareten meretricem cognominatam fuisse Φρύνην, διὰ τὴν ὠχρότητα, A palliditate s. pallore. Idem in lib. De virt. mor. [p. 84, E] : Τοῦ δὲ ἀνθρώπου ταῖς μὲν παθητικαῖς ὁρμαῖς τὸ σῶμα συμπαθοῦν καὶ συγκινούμενον ἐλέγχουσιν ὠχρότητες, ἐρυθήματα, τρόμοι, πηδήσεις καρδίας. [Lucian. Icarom. c. 5 : Χρόας ὠχρότητι. Gregor. Nyss. t. 2, p. 949, C. Basil. t. 2, p. 751, B; t. 1, p. 329, A : Νηστεύοντος σεμνὸν τὸ χρῶμα, ὠχρότητι σώφρονι κεκοσμημένον. Galen. vol. 19, p. 471, 1, de pomo, κεχρωμένον ὠχρ. Hase.]

[Ὤχρωμα, τό.] Ὠχρόω quoque dicitur [Nusquam reperitur] : unde Ὤχρωμα ap. Suid., sed sine expositione. Idem autem fuerit fortassis ὠχρόω, quod ὠχραίνω : et ὤχρωμα, ipse Pallor s. ipsa Palliditas corpori alicui inducta.

[Ὤψ, ὁ vel ἡ.] Poeticum est Ὤψ, ὠπὸς, ἡ, [« ὁ, nam Eustath. passim τοὺς ὤπας dicit cum alibi tum p. 1426, 54. » HSt. in Ms. Vindob.], Oculus. Vel potius in plur. Ὤπες, Oculi : quod et ipsum tamen extra compositionem infrequens est. Nugatur autem schol. Aristoph., quum ὀπὰς exponens τρώγλας, addit hinc oculos appellari ὤπας, quia sc. sunt ἀνοίγματα : quasi vero non extaret verbum, ex quo manifestam videmus ejus derivationem. Videtur autem ὤψ factum ex ὦψαι secunda persona passivi præt. [Etym. M. p. 826, 7 : Ὤψ· παρὰ τὸ ὄπτω τὸ βλέπω, ὁ μέλλων ὄψω, ἀποβολῇ τοῦ ω ὄψ καὶ αὐξήσει ὤψ. Σημαίνει δὲ τρία· δύο διὰ τοῦ ω μεγάλου, τὸ πρόσωπον καὶ τὸν ὀφθαλμόν· σημαίνει καὶ κύριον ὄνομα κτλ. Per ὀφθαλμὸς καὶ πρόσωπον exp. etiam p. 33, 5. Accus. τὴν ὦπα est p. 344, 55; 783 extr. Moschopulus Sched. p. 105 : Ὁ ὤψ ἀπὸ τοῦ ὄψομαι, κατὰ ἀποκοπὴν καὶ τροπῇ τοῦ ο εἰς ω· τὰ γὰρ εἰς ωψ ἀρσενικὰ μονοσύλλαβα πάντα διὰ τοῦ ω γράφεται ... κλίνονται δὲ πάντα διὰ τοῦ ω. Ὤψ δὲ ἡ φωνὴ οὐκ ἀρσενικόν ἐστιν.] || Ὤψ, itidem ut ὄψις, Aspectus, Vultus, Facies. [Apud Homerum non legitur extra formulam εἰς ὦπα, ut] Il. Γ, [158] : Αἰνῶς ἀθανάτῃσι θεῇς εἰς ὦπα ἔοικεν· quo loquendi genere, atque adeo verbis iisdem usus est Hesiod. [Op. 62.] Annotat autem Eustath. in illum Homeri l., ὦπα vocari non solum Oculos, sed ὅλην τὴν πρόσοψιν. [Hom. Od. A, 411 : Οὐ μὲν γάρ τι κακῷ εἰς ὦπα ἐώκει· Il. I, 378 : Οὐδ' ἂν ἔμοιγε τετλαίης κύνεός περ ἐὼν, εἰς ὦπα ἰδέσθαι· et O, 147, Od. X, 405, Ψ, 107. « Ὤψ, quod Wyttenbach. ad Plut. Mor. p. 271 a nescio quo ἔοπα, veteres a futuro repetunt (v. Etym. M. s. v. et Zonar. p. 1494), masculinum est Aret. Cur. Ac. 1, 5, p. 217 : Ἦν ξύμπας (sic cod. Fabr.) τιταίνηταί οἱ ὦψ, et εἰ ὦπες οἵδε De sign. diut. 1, 15, p. 116; φίλοις ὤπεσσι Maximus v. 157; τοὺς ὦπας Athen. 7, p. 287, A; 9, p. 367, A. Maximus Planud. in Carm. Boeth. 10, 3 (ubi Weberus erat), Etym. s. v. Εὐρύοψ, Γλαυκῶπις et Ἑλίκωπας, sed femininum τὴν ὦπα s. v. Ὑσσωπος et Ἐνωπῇ. Neutrum τὰ ὦπα, quod Bekkerus in Plat. Crat. p. 409, C, ex aliquot codd. rescripsit, non reperi; neque huc referam quod Aretæi codd. Harl. et Vatic. exhibent ξύμπαν : nam id adverbii loco positum videtur. » Lobeck. Paral. p. 117. Herodian. p. 469 ed. Piers. : Ὤπας τοὺς ὀφθαλμοὺς οὐ λέγομεν, ὑπώπια δέ. Τοὺς ὦπας est ap. Theocr. Ep. 6, 2.] At Ὤψ, Ὤπος, est nomen proprium. Hom. Od. A, [429, B, 347, Υ, 148. De accentu genitivi dissentiunt grammatici. Nam schol. Od. A, 429, properispomenon esse vult διὰ τὴν ἀντίφρασιν πρὸς τὸν ὀφθαλμόν. Contra Hesychius, Ὤπος· ὄνομα γενικῆς πτώσεως· διὸ καί τινες ἠξίωσαν ἀναγινώσκειν Ὠπός ὡς Θρᾳκός.]

De compositis ex ὦψ, Oculus.

Compositorum ex ὦψ significante Oculum s. Aspectum, quædam a nominativo fiunt, eaque vel in posteriore accentum habent, ut Εὐὼψ, et Γλαυκὼψ, et Λιπαρώψ : vel in priore, ut Κύκλωψ, et Ἑλίκωψ, et Κέρκωψ : quædam a genitivo, ἐκ τοῦ πλαγιασμοῦ, ἤγουν ἐκ τοῦ ὠπὸς, inquit Eustath., quæ terminantur in ης, vel ος : in ης quidem, ut Γλαυκώπης, et Κυνώπης, et Εὐώπης : in ος autem, vel oxytona, vel proparoxytona : oxytona, ut Εὐωπὸς, et Σκυθρωπός : proparoxytona, ut Μελάνωπος, et Αἴσωπος. Hunc autem in descriptione eorum, quæ ex voce illa composita

sunt, ordinem servabo, ea, quæ ad eandem classem pertinent, serie alphabetica disponens. Sed et hoc addo, quædam in ωψ, genitivum habere non solum in ωπος, verumetiam in οπος.

Composita in ωψ terminata, inter se accentu tantum differentia.

[Quæ omnia suis locis posita habes supra.]

Ὤψα, Hesychio τὰ ὀπτητήρια.

[Ὠψικέλλα, ἡ, urbs ap. Strabon. 3, p. 157 : Ἐνταῦθα δὲ καὶ Ὠψικέλλαν πόλιν Ὀκέλα κτίσμα λέγουσι τοῦ μετὰ Ἀντήνορος καὶ τῶν παίδων αὐτοῦ διαβάντος εἰς τὴν Ἰταλίαν. « Ὠκέλλαν Siebenk. et laudantur in Lusitania *Ocelenses* a Plin. H. N. 4, 35. Ὄκελον a Ptolem. 2, 5. » Kramer.]

[Ὠψοπόνος, ap. Suidam s. h. v. ex epigr. Aristonis Anth. Pal. 6, 306, ubi recte οὐψοπόνος.]

[Ὠώδης, ὁ, ἡ, i. q. ᾠοειδής, ap. Aristot. H. A. 6, 10, De gen. anim. 2, 1. Schneid. Leo phil. Consp. med. p. 129, 27 Ermerins., de partibus oculi : Ὑγρὸν τὸ ὠῶδες. Hase.]

[Post verbum Ὠχρόω, quo clauditur Thesaurus, HSt. hæc scripsit de adjectivo ὠχραλέος, quod memoriæ errore finxit:] Aliud præterea derivatum legisse mihi videor, sc. Ὠχραλέος, pro Pallidus : quam formam plerisque adjectivis apud poetas præsertim esse, qui in illis versati sunt, ignorare nequeunt. Oporteret autem ad adjectivum ὠχρὸς potius quam ad subst. ὦχρος referri : non quod alia sit ab uno quam ab altero formandi ejus ratio, sed quod ubi talis optio nobis datur, id eligere debemus quod significatione aut omnino, (ut in hoc usuvenit,) aut saltem magis convenit. Quod si forte contingat ut a me usquam vox illa reperiatur, in Indice ponetur : qui non tantum quo hujus Operis loco quamque vocem inventurus sis, (quum servatus hic ordo alphabeticus non fuerit, nec servari instituta a me longe utilior διάταξις permiserit,) statim tibi ostensurus est, sed eas quoque quæ ibi aut consulto, (ut plurimæ,) aut per imprudentiam prætermissæ fuerint, cum suis exposs. exhibiturus. Nominatim vero ad particulam ὡς quod attinet, (de qua paulo ante egi,) si qua insuper vox ab illa originem ducens, oblivioni a me tradita fuerit, ea ibi saltem locum inveniet. Interim quæ de tanto tantillæ particulæ usu, quæ item de vocibus quas in suo comitatu habet, disserui, si tibi, lector, non sint satis, (quamvis multis partibus copiosiora, et longe aptiore ordine digesta, quin etiam longe certiora quam quæ in VV. LL. extant,) at mihi satis esse necesse est, qui quum antea tanto labori quantum hoc Opus exigebat, quantumvis fessus, non succubuissem, nunc tandem febri me tertio, non longis intervallis, repetenti, omnino succumbere et manus victas dare cogor.

At tu contra vale.

TUUS



DE

ATTICÆ LINGUÆ

SEU

DIALECTI IDIOMATIS

COMMENTARIUS HENRICI STEPHANI.

NOBILISSIMO

ET

VIRTUTE PARITER AC DOCTRINA PRÆSTANTISSIMO VIRO,

D. THOMÆ REDINGERO,

HENR. STEPHANUS S. D.

Mitto ad te, vir præstantissime, una cum Glossariis, et quidem in uno eodemque volumine, meum etiam de Attica Lingua seu Dialecto Commentarium : quem, sicut et illa, non parum utilitatis ad Græcæ linguæ cognitionem allaturum esse, ac quantum illa, explicando veras quarundam vocum significationes, tantum fere hunc, docendo verum quorundam loquendi generum usum, profuturum spero. Tam late enim Atticæ dialecti fines extenduntur, ut si quis ea teneat, quæ ad illam pertinent, is omnes propemodum libros a Græcis oratione soluta scriptos ita pervagari possit, ut nusquam hærere cogatur. Quin etiam in Poetis Comicis et Tragicis pauca, quæ ipsum remorentur, inveniet. Nec immerito certe hanc linguam seu dialectum pene omnes delegerunt, qui aliqua suæ doctrinæ monumenta sive in oratorio sive in historico sive in philosophico dicendi genere posteritati relinquere voluerunt : utpote quæ tantum inter ceteras dialectos Græcas excellat, quantum Græcus sermo ceteris antecellit. Quod tamen si quis fateri mihi recuset, id saltem quod Fabius dicere ausus est, negare nolit, Atticis concessam venerem ne Græcos quidem in alio genere linguæ obtinuisse. Hic enim Linguam pro Dialecto dicit : sicut et cum scribit, At Græcis non verborum modo, sed linguarum etiam inter se differentium copia est. Quod si ne illud quidem concedere nobis velint, at certe hoc concedant necesse est, Atticum μυκτῆρα passim celebrari, Ionici, Dorici, vel Æolici nullam usquam mentionem fieri. Habet alioqui dialectus Ionica suam concinnitatem et elegantiam, ac nativam quandam dulcedinem et velut mollitiem. Quod nisi faterer, negarem quod ipsemet olim hoc Epigrammate præfixo (una cum aliis) meæ Editioni Herodoti, testatus sum,

Ἔστι μὲν, ἔστιν Ἰὰς λιγυρὴ διάλεκτος ἁπασῶν
Ἔξοχα, καὶ μαλακοὺς ἐξαφιεῖσα θρόους·
Ἀλλὰ γὰρ ὅσσον Ἰὰς πασῶν προφερεστάτη ἐστὶ,
Τόσσον ἰαζόντων Ἡρόδοτος προφέρει.

Sed nihil Attico μυκτῆρι simile in ea, multo etiam minus in reliquis duabus reperiemus. Equidem a Dorica fuisse valde alienum (idemque de Æolica ob magnam affinitatem cogitandum nobis est), vel hic locus abunde docet, quantum sit discriminis inter hanc et Atticam, ostendens : Πλατέα λαλοῦσι γὰρ πάντα οἱ Δωριεῖς. Διόπερ οὐδὲ ἐκωμῴδουν δωρίζοντες, ἀλλὰ πικρῶς ἠττίκιζον. Ἡ γὰρ Ἀττικὴ γλῶσσα συνεστραμμένον τι ἔχει καὶ δημοτικὸν, καὶ ταῖς τοιαύταις εὐτραπελίαις πρέπον. Est autem hic locus ex eo Περὶ ἑρμηνείας libro sumptus, qui sub Demetrii Phalerei nomine editus est [c. 177]; ubi quod περὶ τῆς Δωρικῆς πλατύτητος dicitur, optime cum illis Theocriti verbis convenit, adversus Syracusanas quasdam mulieres [15, 88],

Τρυγόνες ἐκκναισεῦντι, πλατυάσδοισαι ἅπαντα,

vel potius πλατειάσδοισαι. Ad quæ respondent inter alia indignabundæ,

Δωρίσδεν δ' ἔξεστι (δοκῶ) τοῖς Δωριέεσσι.

Nec mirum est profecto si μυκτῆρα tribui Atticis potius quam aliis Græcis videmus, cum itidem teretes et religiosas aures potius quam ceteros habuisse, ex Cicerone etiam intelligamus. Atheniensium (inquit in suo Oratore [c. 8]) semper fuit prudens sincerumque judicium, nihil ut possent nisi incorruptum audire et elegans. Eorum religioni cum serviret orator, nullum verbum insolens, nullum odiosum ponere audebat. Nec multo post Atticorum aures duobus illis, quæ dixi, epithetis ornat. Ex Eodem magnum Athenarum præconium audimus, De orat. 1, [c. 4] : Atque, ut omittam Græciam, quæ semper eloquentiæ princeps esse voluit, atque illas omnium doctrinarum inventrices Athenas, in quibus summa dicendi vis et inventa est et perfecta. Et in Bruto [c. 13] : Qua in urbe primum se orator extulit, primumque etiam monumentis et literis oratio est cœpta mandari. Ibidem de laude dicendi loquens, Hoc autem studium non erat commune Græciæ, sed proprium Athenarum. Ceterum quod ad illud attinet sincerum Atheniensium judicium, auresque teretes et religiosas, hanc laudem aliquatenus cum ipso etiam vulgo communicari posse arbitror. Siquidem vel illa anicula, quæ

Theophrastum, hominem alioqui disertissimum, ex unius verbi affectatione hospitem esse deprehendit, eumque nimium Attice loqui dixit, argumento nobis esse potest quam sagaci judicio hac in re ipsum quoque vulgus uteretur. Inde etiam hoc conjicere multo magis possumus, quod ne in accentu quidem commissum errorem ferre ullo modo posset. Nimirum in tanta tam eloquentium hominum multitudine, ipsius etiam plebis (magna saltem ex parte) aures ita assueverant iis quæ Atticorum germana erant, ut statim adulterina internoscere possent. Atque ut istum de illa plebe sermonem paulo longius producam, peculiari quodam infimæ etiam sortis homines non Athenis tantum, sed in tota Attica fuisse ingenio præditos, at illi hominum vulgo aliquid non vulgare (ut ita dicam) a natura insitum fuisse, cum aliunde colligere possumus, tum vero ex iis, quæ Plutarchus [Mor. p. 511, E] de Attico servo scribit: eum, inter fodiendum, domino suo pacis conditiones narrare. Neque enim hoc de uno quopiam intelligendum est; sed, quamvis τὸν Ἀττικὸν οἰκέτην dicat, perinde est ac si τοὺς Ἀττικοὺς οἰκέτας dixisset. Jam vero et quod apud Lucam in Apost. Actis [17, 21] legimus de Atheniensibus dicendi aut audiendi semper aliquid novi cupidis, de ipso quoque vulgo intelligi debere existimo: eodemque modo aliquot Demosthenis locos (qui cum illo Lucæ conveniunt), ubi conqueritur de iis, qui subinde ad forum ventitantes interrogabant ecquid novi audiretur. Extat autem apud me Artemidori [Athenæi, aliis Dicæarchi] Geographiæ fragmentum, ubi Atticos περιέργους ταῖς λαλιαῖς fuisse tradit: non idem tamen de Atheniensibus scribens. Horum enim mores ab illorum moribus longo intervallo separat. Ejus verba sunt hæc [p. 99, vol. 1 ed. Müll.]: Τῶν δ' ἐνοικούντων, οἱ μὲν, Ἀττικοὶ, οἱ δὲ, Ἀθηναῖοι. Οἱ μὲν Ἀττικοὶ, περίεργοι ταῖς λαλιαῖς, ὕπουλοι, συκοφαντώδεις, παρατηρηταὶ τῶν ξενικῶν βίων· οἱ δὲ Ἀθηναῖοι, μεγαλόψυχοι, ἁπλοῖ τοῖς τρόποις, φιλίας γνήσιοι φύλακες. Aliquanto post hos Lysippi versus affert,

Εἰ μὴ τεθέασαι τὰς Ἀθήνας, στέλεχος εἶ·
Εἰ δὲ τεθέασαι, μὴ τεθήρευσαι δ', ὄνος·
Εἰ δ' εὐαρεστῶν ἀποτρέχεις, κανθήλιον [κανθήλιος].

Atque hæc ἐν παρόδῳ de ipsis quoque moribus Atheniensium et Atticorum dicta sint. Non est autem silentio prætermittendum, Ciceronem pro Atheniensibus (vel potius Atticis) et Ionibus, duntaxat Athenienses dixisse: quippe qui tria tantum Græcorum genera constituat, in hoc loco Orationis pro L. Flacco [c. 27]: Quanquam quis ignorat, qui modo unquam mediocriter res istas scire curavit, quin tria Græcorum genera sint vere? quorum uni sunt Athenienses (quæ gens, Ionum habebatur), Æoles, alteri; Dores, tertii nominabantur. Hoc quidem certe constat, Atticæ dialecto, præsertim veteri, majorem cum Ionica quam cum ceteris affinitatem esse. Verum hac de re tum dicendi locus erit, cum de iis, quæ ad Ionicam dialectum pertinent, sicut et de iis, quæ sunt Doricæ, quæ item Æolicæ, tractabo. Interim vero ne quis istarum etiam cognitionem aspernetur, ex earum, sicut et Atticæ, ignoratione multos errores oriri dico. Ut tamen primum in hac exemplis quod dixi confirmem, scio me illum præpositionis εἰς cum genitivo usum, per ellειpsin accusativi, aliquot locis mutatum invenisse. Loci autem, quorum nunc recordor, sunt duo Basilii; apud eum enim genitivus Atticus διδασκάλου, in accusativum depravatus fuit: Εἰς διδασκάλους φοιτῶσι, pro εἰς διδασκάλου. Apud Eundem præterea legimus, Ἀλλ' ἀναμνησθέντας τοῦ παραινέσαντος ὅτι δέοι βίον μὲν ἄριστον αὐτῶν ἕκαστον προαιρεῖσθαι, ἡδὺν δὲ προσδοκᾶν τῇ συνηθείᾳ γενήσεσθαι. Nempe cum ille scripsisset Attico more αὐτὸν ἕκαστον, aliquis hujus atticismi ignarus ita suspectum hunc accusativum ante ἕκαστον habuit, ut mutare in αὐτῶν minime dubitarit. In reliquis dialectis magis etiam periculosam esse earum inscitiam (utpote quæ magis quam Attica, a communis linguæ usu recedant), experientia docuit. Ac profecto quod ad Ionicam attinet, vel ii soli errores, in quos illa ignoratio Laurentium Vallam impulit apud Herodotum, satis superque id testari possunt. Is enim cum nesciret aut certe non recordaretur, Iones appellare ἱστίη quod ceteri Græci ἑστία vocabant, pro genitivo ἱστιέων scribit Istiæorum. Et (quod magis mirum est), eodem errore Auctor brevium in Homerum Scholiorum, ἐπίστιον, quod est ab eodem nomine Ionico ἱστίη, deducit ab ἱστίον. Idem Valla ἱρὸν, dictum itidem Ionice pro ἱερὸν, id est Sacrum, vult esse Montem nomine Hirum. Ex ἁλέες quoque, quod Ionice sonat Universi, vel Simul omnes, facit nomen gentis, et quidem populosissimæ. Doricæ itidem dialecti (cum qua multa communia habet Æolica) ignorationem, multorum errorum ansam præbuisse, vel unus Theocritus abunde testari potest: ut videre est in Annotatiunculis meis ejus editioni adjectis. Sed nova quotidie menda nasci hinc videmus: et quidem in particulis quoque, ut in γα, κω, κως. Sic in quodam Democriti loco ap. Clem. Alex. οὐδεὶς κῶμε pro οὐδείς κώ με. Atque adeo quæ alioqui inter illius dialecti idiomata, maxime vulgaria et veluti trivialia sunt, aut ignorata, aut non animadversa in maximos errores impellere possunt: ut quidam ex hoc Alcæi versu, Μηδὲν ἄλλο φυτεύσῃς πρότερον δένδρεον ἀμπέλῳ (quem Horatius interpretatus est, Nullam, Vare, sacra vite prius severis arborem), annotavit, πρότερον dativum loco genitivi habere per ἀντίπτωσιν: non animadvertens ἀμπέλῳ Dorice dictum esse pro ἀμπέλου. Jam vero ut ex hujusmodi idiomatum ignoratione vel oblivione in plerisque locis homines alioqui doctos allucinari aut multum se torquere videmus, ita vicissim qui in illis exercitatus est, multis ex locis facile se expediet, ubi alius impeditus hærebit. Cujus rei exempla nobis suppeditant Plutarchi Vitæ. In Lycurgo enim [c. 20] Demaratus a quodam improbo homine interrogatus quis esset Spartiatarum optimus, respondet, ὅτι ἀνομοιότατος, ut in editionibus mea prioribus legitur, quamvis nullo sensu, cum legendum sit, ὁ τὶν ἀνομοιότατος (ut nunc in mea scriptum est), sensu manifestissimo et convenientissimo: cum respondeat Demaratus, Qui tibi est dissimillimus. Aliud exemplum habemus in Pyrrho [c. 26 extr.], et quidem in loco, cujus depravatio magis etiam occulta erat, et qui ideo multo plus facessere negotii poterat. Cum enim in editionibus, quæ meam præcesserunt, ita scriptum esset, Αἰ μὲν ἐσσὶ τύ γε θεὸς, οὐδὲν μὴ πάθωμεν (οὐ γὰρ ἀδικεῦμεν)· αἰ δὲ ἄνθρωπος, ἔσεαι καὶ πευκαρπῶν ἄλλος· pro his verbis, quæ ita corrupta erant ut OEdipo indigerent, restitutum a me fuit, vestigia Doricarum vocum agnoscente, ἔσεται καί τευ κάρρων ἄλλος: ita ut jam et apertum et argutum responsum habeamus. Neque tamen meam illam conjecturam prius in contextum recepi quam veterum codicum comprobari auctoritate comperi. Recordor hic et cujusdam loci Sapphus, qui ob ignoratam præpositionem πέδα pro μετὰ, apud Plutarch. [Mor. p. 146, A] fœdatus fuit; cum enim illa scripsisset, οὐ γὰρ πεδέχεις ῥόδων τῶν ἐκ Πιερίας, quidam non intelligentes πεδέχεις dictum esse pro μετέχεις, sicut πεδαμεῖψαι legitur apud Pindarum pro μεταμεῖψαι, et πεδέρχεσθαι pro μετέρχεσθαι ap. Theocr., depravarant in παιδ' ἔχεις. Sic in quodam versu Theocriti, uno videlicet ex iis quindecim, qui desunt Idyllio, cujus initium est, Οἶνος, ὦ φίλε παῖ, λέγεται καὶ ἀλαθέα [Id. 29], scriptum est παῖδα pro πέδα, diversum etiam usum habente [38], Νῦν μὲν δὴ κἠπὶ τὰ χρύσεα μᾶλ' ἔνεκεν σέθεν Βαίην καὶ φύλακον νεκύων παῖδα Κέρβερον. At in quodam Alcæi loco πεδ' Ἀχιλλέα detortum fuit in ποδ' Ἀχιλλέα. Sed de his latius in meo de Mendorum Origine opere, cujus specimen aliquod jampridem exhibui. Equidem vel ex his, quam periculosa sit dialectorum ignoratio, nemo est qui perspicere non possit. Ac statueram certe, quod in Attica præstiti, in ceteris uno eodemque volumine præstare; sed cum vererer ne ob susceptam Aristotelis et aliorum quorundam librorum editionem intermittendum diutius id opus esset, et dialectum hanc, præcipuam ac præcipue utilem esse considerarem, hunc de ea Commentarium Glossariis adjiciendum, ac tibi, cui jam, ut scis, ea dicaram, istum quoque (tanquam secundum mei in te amoris testimonium), dicandum existimavi. Vale.

HENR. STEPHANUS LECTORI S. D.

Dum meum Thesaurum Linguæ Græcæ excuderem, recordatus libellorum, qui sub farraginis nomine calci vulgarium Lexicorum annecti solebant, eos in manus sumpsi, et attentius quam unquam antea, priusquam prelo desponderem, legere cœpi. Sed qui mihi antea parum placuerant, minus etiam placere cœperunt. Primum enim illud farraginis nomen, omen aliquod habuisse comperi, cum infinitatem errorum farraginem in illis coacervassent ii, a quibus excusi ante fuerant. Neque vero vulgarium duntaxat mendorum omni genere contaminatos, sed quosdam in ipsis etiam titulis mutilatos comperi. Ex eorum numero est hic, Συναγωγὴ τῶν πρὸς διάφορον σημασίαν λέξεων. His enim ex verbis nihilo magis sensum aliquis quam aquam ex pumice elicere queat. Ut autem suæ integritati restitui, Συναγωγὴ τῶν πρὸς διάφορον σημασίαν διαφόρως τονουμένων λέξεων, primo aspectu patet sensus. Deinde præter illos errores typographicos (nisi forte aliqui libris scriptis imputandi erant), multos etiam multo periculosiores inveni, admissos nimirum ab ipsis auctoribus in iis, quæ tradebant : magnam quoque, in eo quod pleraque omittebant, incuriam. Exemplum certe et incuriæ et inscitiæ habemus in eo etiam, qui περὶ Ὁμοίων καὶ Διαφόρων Λέξεων scripsit : sive Ammonius (ut vulgo creditur), sive Philoponus, sive alius quispiam ejus auctor sit. Cum enim titulus promittat tractatum de vocibus, quæ cum significationem eandem habere videantur, diversam habent, ita ut in iis falli quispiam possit : multas contra ibi affert, quas nemo est qui inter se differre non noverit, atque adeo quibus aut nulla aut perexigua inter se est affinitas. Deinde cur (exempli gratia) discrimen esse inter φρονῶ et καταφρονῶ, non item φρονῶ a περιφρονῶ, vel παραφρονῶ, vel ὑπερφρονῶ differre admonet? At si de singulis a φρονῶ compositis admonere voluisset, nonne idem et in aliorum verborum compositis facere eum decebat? Nonne tradendum itidem fuisset quod est inter simplex γινώσκω et compositum καταγινώσκω discrimen? nonne idem et ceteris inde compositis præstare eum oportuisset? Adde quod multorum differentiæ inepte ab eo explicantur. Verum (quod omnium pessimum est), falsa sunt interdum quæ tradit : veluti quæ de ἀνοχογὴ et ἀναχωχὴ, de ἀῤῥωδεῖν et ὀῤῥωδεῖν scribit. Quod si quis roget cur hunc quoque librum, cum ejusmodi sit, Appendicem Thesauri esse voluerim : respondebo, primum, quod desit qui melius hoc argumentum tractarit; deinde, quod non ita sit malus, quin aliquid boni ex eo percipi queat : præterquam quod aliquos veterum locos affert, qui vix alibi fortasse reperiri queant. Postremo, quod typographi consuetudini (quæ consuetudo pessima est) aliquid tribuere coguntur. Ne eum quidem librum, quem Cyrillo vulgus ascribit (illam videlicet Συναγωγὴν, cujus antea mentionem feci), prætermittendum censui, quamvis pleraque illum omisisse viderem. Posset autem et alia σύναγωγὴ fieri τῶν ὁμοίως γραφομένων καὶ τονουμένων λέξεων, licet ἐν διαφόρῳ σημασίᾳ, et quidem eorum duntaxat, quæ præ ceteris fallacia sunt, et impellere nos in errorem possunt; ut Epigr. l. 3, tit. εἰς μεθύσους [Anth. Pal. 7, 384], anus vinolenta Minoi dicit apud inferos, —φέρε κάλπιν ἐλαφρήν· Ὅσω κυάνεον τοῦ Ἀχέροντος ὕδωρ· et hanc rationem addit, Καὐτὴ παρθενίην γὰρ ἀπώλεσα, virum cui nupsit, dum esset παρθένος, appellans παρθενίην, a nominativo Ionico παρθενίης, pro παρθενίας (quod nomen in hac significatione eodem respicit quo κουριδίη, cum dicitur κουριδίη ἄλοχος) : et quemadmodum scelus idem admisit quod Danaides (has enim omnes, suos παρθενίας prima nocte interfecisse, una excepta, Hypermnestra, satis notum est), ita sibi eandem pœnam irrogari postulans. Brodæus tamen et alii, qui locum illum exposuerunt, dum non cogitant παρθενίην esse accusativum ancipitem, ut ita loquar, dantque ei interpretationem, quæ primo aspectu se offert, ut videlicet pro Virginitate accipiatur, faciunt ut anus illa rationem afferat quæ ratione carere dici merito potest. Ejusmodi ergo liber qualem dixi, cautum adversus tales errores reddere lectorem posset; ideoque ejus auctor tam bene de Græcæ linguæ studiosis mereretur fortasse quam is, qui illum scripsit, quicunque sit. Melius certe meritus de illis fuisset, si nihil addendum aut saltem valde pauca reliquisset. Ac de hoc quoque satis multa. Ut autem et de rejectis libellis aliquid dicam (de iis loquor, qui illa farragine comprehendebantur), sic habeto : in aliis bona sic esse malis permixta, ut non sine aliquo damno illis te cariturum viderem : ideoque locum iis dedisse : at in libellis, quos rejeci, adeo multa mala paucissimis bonis esse permixta, ut horum paucitas illorum multitudine velut obruatur. Unum ex iis in exemplum proferam, in quo significationes particulæ Ὡς commemorantur. Eas quicunque collegit (magnam enim Tryphoni faciunt injuriam, qui talia illi ascribunt), quam omni judicio caruerit, ex collatione cum iis, quæ in Thesauro de illa particula scripsi, facile cuivis patebit. Tribus certe potissimum modis ab eo peccatum est, atque adeo unoquoque gravissime. Primum, quod huic voculæ Ὡς significationes ab ea prorsus alienas tribuerit; deinde, quod ab iis, quæ alioqui certæ et indubitatæ sunt, abhorrentia omnino exempla protulerit; postremo, quod ex uno significato plura fecerit; aut saltem inter se affinia et eodem pertinentia, tanquam plane diversa, separarit. Quisquis tamen sit qui tam fœde in his peccavit, eundem esse non puto qui hac particula Aurem quoque declarari annotavit; atque adeo triginta significationibus hanc adjunxit : sed alium quempiam, asininarum Midæ auricularum hæredem, lepidi hujus de aure commenti auctorem esse arbitror.

Verum de ceteris quidem libellis latius alibi disserendum erit : ad eos autem quod attinet, qui sub Joannis Grammatici, seu Philoponi, et sub Corinthi seu Coryti nomine editi erant de Græcorum Dialectis, ut ceteris utiliores censeri poterant, ita etiam depravatiores erant. Quod si addidero, eorum auctores fuisse etiam auctoribus reliquorum negligentiores, minusque in tractando argumento, quod susceperant, officio suo satisfecisse, nihil dicam quod innumeri hujus mei operis loci testaturi non sint. Sed quid dico negligentiores? Imo vero nemo est, qui eos passim crassæ ignorantiæ crimine (si ignorantia crimen est) liberare possit. Ut enim taceam, eos non plene quæ ad dialectos pertinent, tradidisse, sed magnam eorum partem prætermisisse; ut item taceam, non eum quem decebat ordinem tenuisse : nonnulla esse sciendum est quæ vix idoneo testimonio probari posse existimem; aliqua etiam quæ cum vera esse negare nemo possit, exemplis suspecta reddantur potius quam confirmantur. Ejusmodi enim exempla illa sunt, ut in iis verum esse, quod propositum est, non comperiatur. Sed horum singula, quæ in utroque desidero, latius explicare statui in iis, quæ meis in Corinthum Notis præfigam. Ideoque nunc de auctoribus pauca præfatus, ab ipso titulo, tanquam ἀφ' Ἑστίας, meæ scriptionis initium sumam : si prius hoc tibi ingenue fassus fuero, me, cum illas cœpi conscribere, nec tam longis animadversionibus nec tam longa appendice opus fore existimasse; ac præter expectationem ita excrevisse ut nomine Commentarii de Attica Lingua seu Dialecto dignæ viderentur.

Nunc igitur ut aliquid de auctoribus dicam, prioris quidem lucubratiunculæ fertur esse auctor Joannes Grammaticus, qui et Joannes Philoponus dictus

fuisse perhibetur. Ac fuit certe tempus cum vix mihi persuadere possem, tale scriptum ab hoc sive Grammatico sive Philopono prodiisse; ac vererer ne male de eo mererentur, qui talem tractatum ei ascriberent: sed posteaquam Corinthum testari vidi, Joannem Philoponum (qui Philoponus Joannes ibi vocatur), de dialectis scripsisse, incertior quam antea fui. Ac ne nunc quidem aliud habeo quod dicam, quam vel illa Corinthi verba falsæ inscriptioni ansam præbuisse; aut Philoponum, si ejus auctor habendus sit, sibi in hac scriptione defuisse, nihilque minus quam opus illo suo cognomine dignum edidisse. Posterioris A lucubratiunculæ auctor esse creditur quidam Corinthus; ac certe uni meorum exemplarium præfixus est hic titulus, literis oculos pene fugientibus scriptus, Τοῦ μακαριωτάτου Ἐπισκόπου Κορίνθου περὶ τῶν Ἰδιωμάτων τῶν Διαλέκτων. De quo cum disseruerim in iis, quæ meis in ipsum Animadversionibus præfixa sunt, unum hic addere contentus ero, nimirum me Κορύτου alicubi scriptum invenisse, hoc modo, Τοῦ μακαριωτάτου Κορύτου περὶ Διαλέκτων. Addo etiam, me in eodem exemplari, initio præfatiunculæ, non νέων μοι πάντων φιλολογώτατε, sed σεβαστῶν πάντων φιλολογώτατε legisse.

ANIMADVERSIONES HENR. STEPHANI

IN LIBRUM JOANNIS GRAMMATICI

DE DIALECTIS.

DE SINGULIS,

Quæ Atticæ Dialecto propria sunt.

Græcus titulus in superioribus editt. est hic, Περὶ τῶν κατὰ μέρος Ἀθίδων Διαλέκτων : quæ non id sonant quod Latinus ille titulus habet, sed, De particularibus Atticis Dialectis (pro qua interpretatione edd. illæ istam habent, De Atticis Dialectis per partes). Verum scripturam illam tueri nos posse, nemo, ut opinor, dixerit : dum autem melior quæpiam reperiatur, hanc in ejus locum reponendam esse censuerim, Περὶ τῶν κατὰ μέρος Ἀθίδος Διαλέκτου. Equidem absimile vero mihi non videtur, imperitum quempiam, cum putaret articulum τῶν ad ultima duo verba pertinere, ex Ἀθίδος διαλέκτου fecisse Ἀθίδων διαλέκτων. Sed hoc addo, genitivo Ἀθίδος existimare me, præfixum fuisse articulum τῆς : commode saltem et cum aliqua etiam elegantia præfigi potuisse constat.

Articulo seu Tmematio I. — Attica Dialectus mutat σ modo in τ, modo in ξ.

Thucydides, quem primas inter Atticæ linguæ veteris scriptores tenere dixi, unum ex his observat, alterum minime; nam θάλασσαν ubique scribit, non θάλατταν, itidemque τέσσαρες et τεσσαράκοντα, et φυλάσσειν (ut alia hujusmodi omittam), non τέτταρες et τετταράκοντα, et φυλάττειν : at ξυμφορὰν, non συμφοράν. Sic p. 159 meæ ed. [4, 118] : Καὶ τῇ θαλάσσῃ χρωμένους. Paulo post, Καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλασσαν. Ibidem habes Ξυνέθεντο, et Ξυμμάχους, et Ξυμμαχίαν, et Ξυγχωροῦσι. Suntque hæc omnia verba (quod etiam auctoritatem huic scripturæ addit), ex cujusdam Fœderis formula petita. In ea autem pagina, quæ illam proxime præcedit, habes etiam, Ξυγγνώμην, Ξυμβῆναι, Ξυναλλαγῆναι. Apud Eundem sæpe obvium est Ξυνθήκη (sicut paulo ante habuisti Ξυνέθεντο), quo pertinet quod apud Lucian. in Δίκῃ Φωνηέντων [c. 9] dicit litera Σ in accusatione literæ T, nimirum se alioqui esse ἀνεξίκακον γράμμα, quippe quod nunquam ἐνεκάλεσε τῷ Ξῦ, πᾶσαν παραβάντι συνθήκην, καὶ τὸν σύγγραφέα τῶν τοιούτων ἔχοντι Θουκυδίδην σύμμαχον (quam allusionem non videtur animadvertisse Interpres, utpote qui eam, sicut alias, non annotarit). Quin etiam præpositio ipsa Σὺν extra compositionem apud Eundem cum ξ scripta extat Ξύν. Et ita quidem ap. Thuc. Contra vero ap. Xenoph. et Demosth. prior illa mutatio, non hæc posterior, B passim invenitur. Illorum enim est θάλαττα potius quam θάλασσα : at συμφορὰ, et σύμμαχοι, etc. non ξυμφορὰ, et ξύμμαχοι, etc. sic tamen ut aliquam esse fatear exemplarium quibusdam in locis inconstantiam, præsertim ap. Xenoph. : cum non solum συμφορὰν, sed ξυμφορὰν quoque apud eum legamus : quin etiam θάλασσαν, ut bene memini. At de Platone (nam de ceteris verba facere, nequaquam in præsentia vacat), quem, sicut et Thucyd., veteri dialecto Attica usum esse Dionysius Hal. testatur, quidnam dicendum fuerit? Aut in infideliores librarios ejus opera incidisse, aut illam Thucydideam scripturam minime secutum fuisse.

Ceterum de mutatione literæ σ in ξ, non tam generaliter loqui debuit; sed addere, id esse intelligendum de iis vocibus, quæ ex præpositione σὺν per compositionem sunt factæ. Quod vero attinet ad mutationem τοῦ σ in τ, multa de ea lepide dicuntur a Luciano in Oratiuncula, cui titulus est Δίκη Φωνηέντων (cujus et supra mentionem feci), unde cum alia C discimus, tum vero non æque in quibuslibet vocabulis fuisse receptam. Ibi enim litera Σ literam T accusans, cum alia multa vocabula, ex quibus sunt Τεσσαράκοντα, Κασσίτερος, Πίσσα, tum vero Κίσσαν et Νήσσας et Κοσσύφους, et quidem prohibente Aristarcho, sibi eam abstulisse queritur : quod nimirum audax illa et injuriosa litera T, hæc in Τετταράκοντα et Καττίτερον et Πίτταν et Κίτταν et Νήττας et Κοττύφους velut refinxerit. His subjunguntur Θεσσαλία et Θάλασσα, quæ eandem injuriam passa sint. Quin etiam vox illa Σεῦτλον, quæ hic in exemplum affertur, ibi habetur; dicit enim, οὐδὲ τῶν ἐν κήποις φεισάμενον σεύτλων. Quibus verbis proxima sunt ista, ὡς (τὸ δὴ λεγόμενον) μηδὲ πάσσαλόν μοι καταλιπεῖν· ubi festivissime proverb. istud sermoni suo accommodat, vel potius ipsum lepidissime detorquet. Neque enim hic per πάσσαλον rem quæ hac voce significatur, intelligere debemus, ut in proverb.; sed hoc ipsum vocabulum πάσσαλον talem mutationem qualem et cetera passum esse, literarum σσ in ττ. Quædam porro fuisse, quæ valde dura auribus viderentur, D apparet ex nomine Βασίλιττα pro Βασίλισσα : scribit enim, Εἶτα ἀπερυθριάσαν, καὶ βασίλιτταν ὀνομάζειν (ἐτόλμησε). Atque adeo pleraque ne ullo quidem modo hanc mutationem admittere potuisse (præsertim simplicis σ in τ, initio vocabuli), conjicio ex eo, quod statim sequitur, Δεδιὸς μὴ τῷ χρόνῳ καὶ τὰ σῦκα τῦκά τις ὀνομάσῃ.

Atticum existimatur esse, id est Atticam illam mutationem passum, μεταίχμιον quoque; dici enim μεταίχμιον quasi μεσαίχμιον.

II. — Semper in εις Plurales Nominativos a Masculinis in ευς factos, per η profert.

Addere debuit subscribi ἰῶτα huic η, in quod mutatur ει. Debuerat præterea mutationem istam latius extendere, ut docebunt ea, quæ ex Eustath. proferam, quæ illum ex divite veterum grammaticorum penu, sicut alia plurima passim, deprompsisse credibile est. Mos est Atticis (inquit), sæpenumero diphthongum ει per η et ι efferre, nec solum in ἱερῆς, et βασιλῆς, et ἱππῆς, verum etiam in verbis, veluti in ἤκαζον, in ἦειν : sicut enim ἤκαζον ab εἰκάζω, sic ἦειν ab εἶω deducitur. Eodem modo ἤδειν, quod significat ἠπιστάμην, factum ex εἶδω, quod est ἐπίσταμαι, nihilominus et ipsum in penultima, juxta veterem linguam Atticam, habere η cum ι, tradit. Apud Thuc. extare hujus scripturæ exempla in nominibus, Πλαταιῆς, Θεσπιῆς, ἱππῆς, docebo in annotatione in Articulum XLII Corinthi. Apud Aristophanem autem cum eam contextus aliquot in locis habeat, tamen titulus unius ex Comœdiis est Ἱππεῖς, non Ἱππῆς, cum alioqui earundem una Ἀχαρνῆς inscripta sit, non Ἀχαρνεῖς.

III. — In αος desinentia Masculina, antepenultima vel ultima acuta, per εως profert.

Atticæ linguæ, et quidem veteris, esse hanc syllabæ αος simulque declinationis mutationem, inter omnes constat : qua tamen non lubenter esse usum Homerum, ex quibusdam ejus locis probari potest; præsertimque ex istis, Od. Λ, [297] : Καὶ Λήδην εἶδον τὴν Τυνδαρέου παράκοιτιν, Ἥ ῥ' ὑπὸ Τυνδαρέῳ κρατερόφρονε γείνατο παῖδε. Itidemque ex hoc versu, Γ, [518] : Ὡς δ' ὅτε Πανδαρέου κούρη χλωρηΐς ἀηδών. Sed quidam Codd. hanc scripturam dubiam reddiderunt : qui vero in illo priore loco Τυνδάρεῳ habent, præcedente tamen genitivo Τυνδαρέου, duas dialectos commiscent. Πηνελέοιο certe, quod apud eundem poetam legitur, minimeque est ejusmodi quod corrumpi itidem potuerit, pro illa communis linguæ scriptura aperte facit. Invenitur tamen apud eundem poetam Πηνέλεως, initio Bœotiæ : sed ita ut nihil prohibeat quin Πηνέλεος legi etiam possit : quam fortasse lectionem nonnulla vetera exempll. habent. Verum et accus. Πηνέλεων in alio ejusdem poete loco legimus.

IV. — Dictionibus addit ἰῶτα.

Falsum esse suspicor quod de πρινὶ tradit; nam quod ap. Aristot. et Galen. (fortasse et apud alium quempiam), legitur illud πρινὶ, librariorum errori ascribo, qui πρινὶ ex πρινὴ per incuriam fecerint. Alter certe qui de dialectis scribit, nullam hujus vocabuli mentionem facit; sed nec Eustath., qui hanc literæ ι adjectionem, in οὑτοσὶ et νυνὶ, ἐπέκτασιν appellat, eamque itidem in νυνμενὶ et νυνγαρὶ fieri tradit. (Interjecit autem inter illa duo vocabula, et hæc, alia duo, in quibus quomodo ι possit itidem dici poni per ἐπέκτασιν, aliis, quibus et istarum quæstionum tractatio magis placebit, et plus otii erit, judicandum relinquo. Ea sunt, ἐνταυθὶ et ὄψι, vel potius ὀψί : unde ὀψιμαθής.) Ibidem ἐπέκτασιν et per η fieri ostendit, in ἐπειὴ, τίη, vel potius τιὴ, pariterque ὁτιή. Sed hoc quidem in loco Attica esse ista non addit : in alio autem, postquam dixit veteres ap. Hom. scripsisse ἐπειῆ circumflexe, et tamen τίη apud Eundem : subjungit, Οἱ δὲ Ἀττικοὶ ὀξυτόνως λέγουσι τιὴ καὶ ὁτιή. Admonet deinde, literam η in talibus esse ἐπέκτασίν τινα (i. e. poni per ἐπέκτασιν), sed diversam ab ea, quæ sit in νυνὶ, et similibus. Verum ut ad οὑτοσὶ redeam, sciat lector epectasin istam, quæ fit per literam ι, in tota declinatione observari, nisi forte pluralis nominativus et vocativus excipiantur.

Invenitur ι præfixum habens δ, per ἐπέκτασιν itidem positum, si Eustathio credimus, ut in ὁδὶ, et νυνδὶ, et ἐνθαδί. Sed hæc distinguere debuisse mihi videtur, et de νυνδὶ quidem (quod nihil aliud est quam νῦν) dicere potuisse, syllabam δὶ esse ex epectasi; at de ὁδὶ et ἐνθαδὶ, non item. Cum enim extent ὅδε et ἐνθάδε, cur potius in ὁδὶ et ἐνθαδὶ syllabam istam δὶ esse adjectitiam, quam mutatione factam dicemus? Sic equidem de ἐνταυθὶ et ὀψὶ paulo ante dubitare me dicebam : quibus autem hanc dubitationem solvendam reliqui, iisdem et illam relinquam. Ceterum quædam partim ad hanc, partim ad proxime præcedentem annotationem pertinentia scribentur a me in Articulum aut certe post Articulum LXI Corinthi.

VII. — Ablationes literæ ἰῶτα Atticorum sunt propriæ, et Dorum, et Æolum.

Ablationes literæ ἰῶτα quaslibet esse Atticorum nequaquam concesserim; præsertimque in isto nomine ἑταῖρος, hujus elementi ablationem nihil cum Attica lingua commune habere dixerim : donec ex aliquo eorum scriptorum, qui Attici habiti sunt, exemplum illius ἕταρος afferatur, quod fieri non posse, persuasum mihi est. Non ignoro alioqui, alterum quoque, qui de dialectis scripsit, hujus vocabuli nominatim mentionem facere, cum de Attica ablatione literæ ἰῶτα agit. Αἱ ἐξαιρέσεις τοῦ ἰῶτα (inquit), τῶν Ἀττικῶν εἰσὶν ἴδιαι· ἑτάρων γάρ φασιν ἀντὶ τοῦ ἑταίρων. Sed addit, tanquam per parenthesin, se invenisse, eas Dorum et Æolum esse. Sic autem loqui debuit et Jo. Grammaticus (aut quicunque est alterius de Dialectis tractatus auctor), potius quam ut locutus est; hæc enim sunt ejus verba, Αἱ ἐξαιρέσεις τοῦ ι, Ἀττικῶν εἰσὶν ἴδιαι, καὶ Δωριέων, καὶ Αἰολέων· quæ enim trium sunt, quomodo singulorum propria dici possunt? Leve tamen est hoc, minimeque periculosum, sicut quod de ἕταρος scribunt, Atticum esse videlicet. Hoc enim credens aliquis, loqui se Attice putaret, dicentem ἕταρος. Ut autem ista hic partim falsa sunt, partim confuse traduntur, ita vicissim ea ὑπὸ τῶν τεχνικῶν et vere et distincte tradita extant apud Eust. Il. A [p. 28, 30]. Scribunt enim hi τεχνικοὶ (ut ille refert), dialectos quasdam abjicere ι ex αι diphthongo. Atticos, cum κλάει pro κλαίει, et κάει pro καίει, et ἀεὶ pro αἰεὶ, et ἀετὸς pro αἰετὸς, dicunt : Æoles, cum pro παλαιὸς et Ἀχαιὸς et ἑταῖρος, dicunt πάλαος, et Ἄχαος, et ἕταρος. Iones vero una cum Atticis, pro χρύσειος et ἀργύρειος et χάλκειος, dicere χρύσεος et ἀργύρεος et χάλκεος. Hæc illi. Ceterum quod attinet ad κλάω et κάω, si Attica esse censeamus, i. e. ι in iis abjectum esse Attico idiomate, minime ipsum subscribere oportebit τῷ α. Id enim nihil aliud fuerit quam literam consulto exemptam velle reponere. Sciendum est autem, quamvis κλάειν ap. Aristoph. passim legatur sine ι, inveniri tamen alicubi et κλαίειν, Vesp. [585] : Κλαίειν ἡμεῖς μακρὰ τὴν κεφαλὴν εἰπόντες τῇ διαθήκῃ.

VIII. — Sumere Nominativos pro Vocativis Atticorum est proprium.

Falsum et hoc esse arbitror, Atticorum esse talem usum vocativorum pro nominativis; scilicet enim ap. Thuc. aut alium ex Atticis eum usum reperiemus. Quorum igitur hic σχηματισμὸς est? Æolum : quibus et Bœotos, si libeat, adjungere possis. Veteres enim grammatici (si Eustathio [p. 75, 19 seqq.] credimus), Βοιωτῶν καὶ Αἰολέων esse dixerunt τὸν τοιοῦτον τύπον τοῦ σχηματισμοῦ. Ideoque, inquit, horum nonnulla προπαροξύνονται, ut μητίετα ex μητιέτης factum : et ἀκάκητα ex ἀκακήτης. Sed quid hoc ad Æoles? Subjungit, Προπαροξυντικοὶ enim sunt Æoles in plerisque vocabulis : ut ostendit inter alia infinita δύνατος, quod ab illis προπαροξύνεται. Dixerat autem antea idem schol., novum quendam esse metaplasmum, qui contingit in nominativis desinentium in της masculinorum nominum, cum pro ης accipiunt α, ut in τοξότα pro τοξότης, et ἱππότα pro ἱππότης, et αἰχμητὰ pro αἰχμητής : itidemque in κυανοχαίτα pro κυανοχαίτης, et ἠπύτα pro ἠπύτης : quæ Homerum volventibus obvia fient.

XI. — Semper passivis Verbis pro activis utitur.

Si hoc verum esset, nullum vox activa apud Atticos usum haberet. Id tamen (nimirum Atticos semper passivis verbis pro activis uti) Græca ejus verba sonant (ne forte quis suspectam hic Interpretis fidem habeat) : Ἀεὶ παθητικοῖς ῥήμασιν ἀντὶ ἐνεργητικῶν χρῆται. Dicendum igitur fuit non semper, sed plerumque, sive plerisque passivis uti. Homerus certe in hoc passivorum usu Atticus fuit, vel potius plusquam Atticus, id est, plus sibi permittens quam ipsi Attici permittere sibi soleant. Apud eum enim cum alia, tum ἀκούετο pro ἤκουε, et ὁρᾶτο pro ἑώρα, et ἕλκετο pro εἵλκε, item ἐρίζεται pro ἐρίζει, legimus. At eos, qui soluta oratione scribunt, nequaquam omnium passivorum usum sine discrimine sibi concedere videmus : verum in plerisque verbis futuro passivo, at non præsenti itidem utuntur, vel aliis temporibus. Exemplo erit futurum ἀκούσομαι. Id enim (sicut alia pleraque) Atticis scriptoribus usitatum esse constat, pro ἀκούσω : qui tamen non itidem ἀκούομαι pro B ἀκούω, vel ἠκουόμην pro ἤκουον, vel aliud ex reliquis temporibus pro activo usurpasse comperiuntur : sicut Hom. ἀκούετο pro ἤκουε dicere non dubitavit. Utiturque hic poeta hujusmodi futuris et ipse, ut cum μελήσεται pro μελήσει, et κατανεύσομαι pro κατανεύσω dicit. Quemadmodum autem cum ἀκούσομαι pro ἀκούσω in soluta oratione more Attico dicatur, non tamen ἀκούομαι itidem pro ἀκούω : sic certe apud Latinos quamvis Pransus sum, Cœnatus sum, concessa sint, non tamen Prandeor itidem et Cœnor concedi, nemo est qui ignoret.

XII. — Item Atticorum est ποιείσθων et νοείσθων dicere pro ποιείτωσαν et νοείτωσαν.

Si legeretur ποιούντων et νοούντων, merito diceremus exempla esse Attici usus participiorum pro imperativis. Qui certe usus minime silentio prætereundus fuit, cum puris putisque Atticismis annumerari queat. Ne tamen reponendam hanc scripturam esse, C verum potius jungi hæc proxime præcedentibus debere putem, ut sub uno eodemque articulo contineantur : faciunt hæc, quæ apud alterum, qui de dialectis scripsit, leguntur : Τοῖς παθητικοῖς ἀντὶ ἐνεργητικῶν χρῶνται, ἀντὶ τοῦ γράφω, γράφομαι λέγοντες· καὶ ποιοῦμαι ἀντὶ τοῦ ποιῶ· καὶ ποιείσθων καὶ νοείσθων, ἀντὶ τοῦ ποιείτωσαν καὶ νοείτωσαν. Siquidem ne hic itidem suspicemur scrib. esse ποιούντων et νοούντων, ut sint exempla Attici illius usus participiorum pro imperativis, obstant quæ ibi proxime sequuntur, ubi alia ejus exempla afferuntur. Ceterum si verba ista proxime præcedentibus jungerentur, uti dixi, non autem Articulum per se efficerent (ut certe non posse efficere videntur), sequens Articulus, qui alioqui est XIII, deberet esse duntaxat XII, eademque numerorum series in sequentibus continuari.

XIII. — In ως desinentia Adverbia qualitatis in ον terminat.

Vereor ut hoc satis verum comperiatur, nimirum δέον et πρέπον esse qualitatis adverbia pro δεόντως et πρεπόντως. Et tamen alter, a quo idem argumentum hic tractatum habemus, eadem iisdem ac totidem pene verbis dicit. Hujus enim (quem Grammaticum vocant) verba sunt hæc : Τὰ εἰς ως ἐπιῤῥήματα τῆς ποιότητος, εἰς ον περατοῖ· ὀνόμασι γὰρ ἀντὶ ἐπιῤῥημάτων χρῆται· οἷον, πρέπον, δέον, ἀντὶ τοῦ δεόντως, πρεπόντως. Alterius autem verba sunt ista : Τὰ εἰς ως ἐπιῤῥήματα τῆς ποιότητος εἰς ον περατοῦσι, δέον λέγοντες, καὶ πρέπον, ἀντὶ τοῦ δεόντως καὶ πρεπόντως. Sunt autem mihi duo hujus posterioris libelli exemplaria, in quorum uno eadem plane lectio habetur, in altero (quod est antiquius, vel potius minus recens) habetur et tertium exemplum : nimirum προσῆκον pro προσηκόντως. Quin etiam exemplis subjuncta sunt hæc (quæ et apud grammaticos extant), ὀνόμασι γὰρ ἀντὶ ἐπιῤῥημάτων χρῶνται. Alter autem habet χρῆται, quod præcedat περατοῖ, non περατοῦσι. Denique A suspecta hic nullo modo esse potest typographicarum edd. fides. Quid igitur in mentem illis venisse dicemus ut hæc scriberent? Equidem quid in errorem eos impulerit (si errasse hic existimandi sunt, donec idoneo exemplo confirmatum id fuerit), suspicari nequeo. Vix enim credere possim, unum ex illis alicubi δέον vel πρέπον, pro κατὰ τὸ δέον s. κατὰ τὸ πρέπον, legisse : credibilius esset, lapsum memoria, legere sibi visum esse. Nam quod vulgo Atticus esse dicitur is participiorum istorum usus (quæ nescio cur ab illis nomina vocentur), quem cum participiis ἑξὸν et ἐνὸν, atque aliis, communem habent : hoc tam longe abest ab eo, quod hic a nostris traditur, ut illinc sumptam esse erroris occasionem, mihi verisimile fieri nequaquam possit. Ceterum ideo paulo ante dixi, unum ex illis, non autem illorum utrumque, vel legisse vel legere sibi visum esse : quod unum ex altero sumpsisse manifestum sit. Sic autem sumpsisse puto ut fidem penes eum esse voluerit.

XV. — Synalœphis immodice utitur.

Vox Græca, quæ hic reddita fuit Immodice, est κατακόρως : quæ sonat Ad satietatem usque. Unde alicubi reddi etiam potest, Ad tædium usque. Verba ejus sunt hæc : Ταῖς συναλοιφαῖς ἀεὶ κατακόρως χρῆται. Itidemque apud alterum (quem Corinthum posthac vocemus) legitur, ταῖς συναλοιφαῖς κατακόρως χρῶνται. Sed fieri potest ut κατακόρως acceperint simpliciter pro Frequenter. Ceterum invenitur etiam scriptum θοἱμάτιον, cum spiritu aspero, pro τὸ ἱμάτιον. Possunt vero et alia synalœphes exempla afferri (cujusmodi habes paulo post, in Articulo XVII, cum potius hic collocari debuissent), ut τοὖπος pro τὸ ἔπος : ita enim potius scrib., quam τοῦπος, sine tenui. Idemque synalœphes genus (sive synaliphes, ut Eustathio scribere placet), utpote in iisdem literis contingens, habent multa passim verba, aoristi præsertim temporis, modi indicativi : ut προὔγραψε, pro προέγραψε : προὔθηκε pro προέθηκε : προὔβαλε et προὐβάλετο pro προέβαλε et προεβάλετο. Quibus simile est ap. Hom. Il. N, 136, προὔτυψαν pro προέτυψαν : Τρῶες δὲ προὔτυψαν ἀολλέες. Quin etiam in aliis et temporibus et modis invenitur; nam et προὔχοντο et προὔχειν legimus : nec non participium προὔχων, itidemque in plurali προὔχοντες. Apud Thuc. frequens est, sed non perpetuus, hujus synalœphes usus. Ut enim apud eum legimus προὐθυμεῖτο (sicut προὐσχέπτετο et προὔπεμπτο [προὐπέπεμπτο], atque alia), ita προεθυμεῖτο quoque illi non displicuisse, ostendit προεθυμήθησαν p. 267 [8, 9].

Verum quod ad scripturam attinet, dubitet aliquis non immerito fortassis an tenuis spiritus accentui addi debeat; nam τοὖπος quidem merito scribas, quod in τὸ ἔπος sit tenuis una cum accentu : at cum in προέγραψε, in προέθηκε, aliisque similibus, non addas tenuem, cur in προὔγραψε, in προὔθηκε, aliisque hujusmodi eum addes? Atque adeo memini me in quædam vetera exemplaria aliquando incidisse, quæ in hujusmodi verbis synalœphen passis eum minime adderent. Quod si quis nihilominus eam scripturam D retinere velit, προὔγραψε, necesse erit προὐγράψατο scribat : et προὐθήκατο ut προὔθηκε : sic προὐβάλετο ut προὔβαλε.

XVI. — Σ pro ρ utitur.

Plane contrarium est quod ab aliis scribitur, et nominatim ab Eustath., sc. Atticos ρ pro σ usurpare, et quidem in illis ipsis vocibus. Ille enim schol. in Hom. Il. M, [451] : Ὡς δ' ὅτε ποιμὴν ῥεῖα φέρει πόκον ἄρσενος οἰὸς, annotat, Homeri posteros nolle ἄρσενα scribere, sed ἄῤῥενα : dicentes σ subjunctum τῷ ρ, ab Atticis verti in ρ, ut ἄῤῥεν ex ἄρσεν, et θαῤῥεῖν ex θαρσεῖν : sic πόῤῥω ex πόρσω, nec non μυῤῥίνη ex μυρσίνη, et κόῤῥη ex κόρση : item ταῤῥὸς ex ταρσός. Equidem quod hic scribitur a Philopono de ἄρσεν pro ἄῤῥεν, ex Aristophane facile refelli potest : utpote cujus Nubes habeant passim ἄῤῥενα, non ἄρσενα : itidemque μυῤῥίνη, non μυρσίνη, apud eum legitur. Quod autem ad nomen θάρσος et alia inde derivata

attinet, sciendum est ap. Thuc. legi θάρσος, non θάῤῥος, cum alibi tum l. 2, [92] : Τοὺς δ' Ἀθηναίους ἰδόντας ταῦτα γιγνόμενα, θάρσος τε ἔλαβε. Eidemque frequens esse videmus θαρσεῖν, ut p. 39 meæ edit. [1, 123]; item p. 73 in fine [2, 79] : nec non p. 249 [7, 69] et p. 270 [8, 23]. Itidemque παραθαρσύναντες habemus apud eum p. 287 [8, 77], non παραθαῤῥύναντες. Eodem modo θαρσαλέος, non θαῤῥαλέος, apud eum extat 2, [51] et 3 [6, 72]. Sic certe ap. Eur. θάρσος et θαρσεῖν legitur Hec. [371] : Οὔτ' ἐλπίδος γὰρ οὔτε του δόξης ὁρῶ Θάρσος παρ' ἡμῖν· non multo ante, Θάρσει· πέφευγας τὸν ἐμὸν ἱκέσιον Δία. Scriptum vero est θάρσος et ap. Xenoph. Cyrop. 4, [2, 15] : Ὥστε πᾶσι φρίκην μὲν πρὸς τὸ θεῖον ἐγγίγνεσθαι, θάρσος δὲ πρὸς τοὺς πολεμίους· 5, [2, 32] : Θάρσος δὲ ἐμφύσεται· Hellen. 7, [1, 21] : Τοιγαροῦν ἐκ τούτων πάντων οὕτω πολὺ μένος καὶ θάρσος τοῖς στρατιώταις φασὶν ἐμπεσεῖν. Legimus tamen apud eundem scriptorem plerisque locis θαῤῥεῖν (sicut et θαῤῥύνειν), eandemque scripturam habet Plato, habet passim Demosthenes; habet denique et Aristoph. Quid igitur hic nobis dicendum est? utra scriptura censeri Attica debet? Hoc nobis considerandum est, Atticæ dialecto ascribi nonnulla, quæ tamen vetustissimorum Atticorum auctoritate confirmari non possunt. Horum in numero scriptura ista ponenda, meo quidem judicio, fuerit, ut θάρσος quidem ac θαρσεῖν antiquam scripturam esse (quod vel ex Hom. satis liquet, ea utente), at θάῤῥος itidemque θαῤῥεῖν, esse recentiorem dicamus, ab Atticis scriptoribus introductam : licet qui inter eos antiquissimi sunt, antiquam illam retinere maluerint : sicut unum ex eorum posteris, Xenoph., in nomine eam retinuisse videmus (nisi potius exemplarium fides in omnibus hujusmodi locis illius suspecta esse debeat), at in verbo mutasse. Atque ita verum potius fuerit, quod ab Eustath. scribitur, Atticos literam ρ pro litera σ usurpasse : quam quod Philoponus noster hic annotat, omnino illi contrarium, sc. Atticos litera σ loco literæ ρ usos fuisse. Vide quam parum hujusmodi grammaticulis nobis fidendum sit.

XVII. — Ου pro οε usurpat.

Pertinent hæc ad ea, quæ de synalœphe (seu synaliphe, sequendo illam Eustath. scripturam) paulo ante dicta fuerunt : sunt enim hæc verba, τοὔνδυμα, et τοὔγκλημα, et τοῦπος, pro τὸ ἔνδυμα, et τὸ ἔγκλημα, et τὸ ἔπος, synalœphes itidem exempla. Sic autem et alia pleraque ab hoc scriptore separantur (id est, separatim traduntur), quæ conjungi, ut pote eodem pertinentia, deberent. Ceterum de aliis vocibus, quarum quædam simile, quædam diversum synalœphes aut etiam synæreseως seu craseως genus passæ sunt, apud Corinthum disseram, id est, ubi ad eum tractatus Corinthi Articulum venero, in quo is de Attica synalœphe itidem agit.

XVIII. — Nominativis pro Vocativis sæpe utitur.

Cum Atticos nominativo similem vocativum facere constet, videtur dicendum potius id fuisse, quam in φίλος pro φίλε esse nominativi usum pro vocativo. Si enim verum est illud (ut certe Corinthus quoque credidit), fuerit habenda vox φίλος pro vocativo, terminationem nominativi retinente, more Attico. Tale est autem ap. Hom. ἠέλιος pro ἠέλιε, id est ὦ ἥλιε, Il. Γ, [277] : Ζεῦ πάτερ, Ἰδηθεν μεδέων, κύδιστε, μέγιστε, Ἠέλιός θ', ὃς πάντ' ἐφορᾷς καὶ πάντ' ἐπακούεις. Cui simile est τράγος pro τράγε, seu ὦ τράγε, hoc in versu, Τράγος γένειον ἄρα πενθήσεις σύ γε.

XXI. — Nam dualibus videmus uti et Comicos Poetas et Atticos Scriptores.

Mirum mihi est, aliisque itidem mirum visum iri scio, cur hoc a nostro grammatico annotetur. Quorsum enim id dicit, quod nemo nescit, et de quo nullus dubitat? Est novum scilicet, Atticos quoque scriptores dualibus uti. At hoc potius annotandum erat, Atticos in duali numero plerumque articulos masculinos femininis nominibus jungere : dicentes τὼ χεῖρε, et τὼ γυναῖκε. Qua de re disseram infra, cum de iis, quæ ab utroque istorum prætermissa sunt, agam. Hoc quoque non mirum solum, sed absurdum etiam merito videatur, quod Comicos ab Atticis scriptoribus distinguit, cum dicit et comicos poetas et Atticos scriptores, seu historicos (scimus enim συγγραφέων appellatione interdum peculiariter Historicos intelligi), dualibus uti. Imo vero nullum est poesis genus omnium sive Atticæ sive alius dialecti ἰδιωμάτων æque capax ac comœdia, cum in ea idiotismi etiam, et quidem vel ex ipsa vulgi fæce petiti, locum habere possint. Cujus rei locupletissimus testis est Aristophanicus sermo.

XXII. — Quæcunque in ος desinentia habent α in penultima, ea per ω et ε efferunt.

Debuerunt jungi ista cum iis, quæ Articulo tertio continentur. Sed et istis addi multa possint, ex quibus, quam late hæc Attica mutatio pateat, melius cognoscamus. Iis tamen, vel potius eorum nonnullis, contentus ero, quæ ex Attica lingua in communem propemodum transierunt : non ita ut Attica esse desierint, sed ita ut iis, qui lingua illa utuntur, facta sint cum Atticis communia. Ex iis est πλέως, pro πλέος : cum suis compp. ἔμπλεως, et ἔκπλεως, et ἀνάπλεως, et si qua sunt alia. Sic λαγὼς, pro λαγός : et ταὼς, pro ταὸς, quod aut nunquam aut raro invenitur : adeo illius ταὼς usus invaluit. Verum (ne quis fallatur) animadvertendum est, hæc exempla egredi præscriptos a nostro Philopono fines, quippe qui utrobique hanc mutationem in iis fieri dicat, quæ in αος desinunt, nullam aliorum mentionem faciens. Esse tamen Attica hæc quoque, quæ protuli, aliaque id genus, quamvis solam literæ ο in ω mutationem habentia, si quis mihi non credit, at Eustathio credat, vocanti ἔκτασιν Atticam. Nam de πλέος disserens, scribit [p. 209, 45], Ὃ ἐκταθὲν Ἀττικῶς, ποιεῖ τὸ ἔμπλεως καὶ ἀνάπλεως, καὶ τὰ τοιαῦτα. Sed quid hoc testimonio opus est, cum ipsam illorum in ως nominum declinationem Atticam esse constet?

XXVI. — Optativos sumunt pro Subjunctivis.

Hujus usus optativi exemplum ex idoneo quopiam auctore desidero, adjecto etiam fide dignorum exemplarium consensu. Alioqui esse quendam modi optativi peculiarem Atticis usum, haud nego, quem indicabo antequam de dialecto Attica dicendi finem faciam.

XXVII. — Auferunt autem sæpius et ι.

Aufertur itidem in nomine υἱὸς litera ι, ab Atticis, si Eustathio, vel potius τοῖς τεχνικοῖς (quorum ille testimonio nititur), fidem adhibendam censeamus. Περὶ δὲ τοῦ υἱὸς (inquit [p. 22, 43]), φασὶν οἱ τεχνικοὶ ὡς οἱ Ἀττικοὶ δίχα τοῦ ι ἐν μόνῳ τῷ υ γράφουσιν αὐτό. Additque, communem dialectum fortassis illud ι voluisse simul proferre, ut statueret discrimen inter ὑὸς genitivum nominis ὗς : natura enim per solum υ debere scribi, sive a φύω, sive ab ὕω derivatum. Sed cum ita loquitur Eustath., non videtur hoc tribuere Atticæ consuetudini, qua et in aliis vocabulis utantur, auferendi videlicet ab illis ι. Ad ποῶ tamen quod attinet, scimus ap. Aristoph. esse frequens; sed ita ut et altera scriptura apud Eundem extet. Qua de re lege quæ dixi in meo Thesauro in illo verbo.

XXIX. — Proprium autem ipsorum est, et in α desinentes singulares Accusativos masc. per η proferre.

Nequaquam hoc faterentur οἱ τεχνικοὶ, sc. Τυδῆ ex Τυδέα per contractionem oriri, itidemque in ceteris; existimarunt enim ex Τυδῆα esse per apocopen. Utitur autem Hom. Il. Δ, [384] : Ἔνθ' αὖτ' ἀγγελίην ἐπὶ Τυδῆ στεῖλαν Ἀχαιοί. Ubi Eustath., Τὸ δὲ Τυδῆ, inquit, οὐκ ἀπὸ τοῦ Τυδέα συνήρηται, ἀλλ' ἀποκέκοπται ἐκ τοῦ Τυδῆα, καθάπερ ἀρέσκει τοῖς τεχνικοῖς.

Οὕτω δὲ καὶ τὸν Ὀδυσσῆα Ὀδυσσῆ ἔστιν εἰπεῖν, καὶ ἕτερα δὲ ὅμοια. Atticam autem esse hanc apocopen, non addit.

XXXI. — Interdum vero Activa ponunt pro Passivis.

Aliud potius exemplum videtur afferre debuisse quam verbi γράφειν pro γράφεσθαι. Cum enim antea inter exempla passivorum pro activis numeratum fuerit γράφομαι pro γράφω, et merito : quomodo nunc rationi consentaneum est ut eosdem non passiva voce γράφομαι, sed ejus loco activa uti dicamus? Alioqui certe paucis dicendum esset, eos in hoc verbo activæ et passivæ vocis usum permutare : quod nequaquam in hoc verbo ac vix etiam in ullo alio verum comperietur. Extant porro activorum verborum pro passivis usurpatorum exempla cum apud eos, qui soluta oratione scripserunt, tum apud poetas. Nam Hom. βουλεύειν pro βουλεύεσθαι non uno in loco dicit, itidemque Thuc. Sed ita tamen ut et a passiva voce βουλεύεσθαι interdum non abstineat, sicut nec B ipse Hom. nonnunquam ea abstinet. (Quin etiam ex horum posteris nonnulli ita interdum usi esse voce βουλεύειν comperiuntur, cum alioqui iis significet peculiariter Senatorem esse, Senatorii ordinis esse.) Itidemque τῷ συμβουλεύειν pro συμβουλεύεσθαι usi sunt veteres quidam Oratores. Annotantur vero et hæc, tanquam antiquum activæ vocis pro passiva usum habentia, σέβειν, et μεταχειρίζειν, et δρέπειν : quorum posteriora duo apud Herodotum extant : illud σέβειν, ap. Soph., nec non Eur., cum alibi, tum in Hecuba.

XXXIV. — Delectantur etiam plerumque Syncopa.

Tria hic syncopes genera ponuntur, quorum duo posteriora Atticis in usu esse, notum est; at de primo non satis constat. Habet certe postremum aliquid commune cum iis, quæ articulo decimoquarto de μείζους, et χείρους, et καλλίους, pro μείζονες, et χείρονες, et καλλίονες, dicta fuerunt. Illi autem exemplo secundi generis (in quo syncopen manifeste cum C apocope confundit), videlicet Ἀπόλλω pro Ἀπόλλωνα (cui simile est ap. Aristoph. plerisque locis Ποσειδῶ pro Ποσειδῶνα), addi possunt, ἰδρῶ pro ἰδρῶτα, et κυκεῶ pro κυκεῶνα : licet in appellativis minus quam in propriis receptam, in prosa præsertim, apocopen illam existimem. At vero primum illud syncopes genus, sive itidem Atticum sit, sive potius ad aliam dialectum pertineat, ex ει non in ι, sed in η, cui ι subscriptum sit, fieri existimo : ideoque pro Νηρίδας reponendum Νηρῆδας censuerim. Sic certe Νηρῆδος ap. Eustath. [p. 174, 13] legimus, cui simile esse docet κλῆδος.

XXXV. — Mutant præterea Tonos et Sonos et Tempora.

Tria hic proponit, ex quibus primum aliis, id est alius generis exemplis, indigebat, ut suo loco docebo. Secundum quod Atticis ascribit, an illis tribui debeat, controversum est; sed σταφίδα et ἀσταφίδα scrib. esse, controversia carere arbitror. Ad tertium quod attinet, memini certe me illud α productum ap. Soph. legere; sed quæ adduntur, ἱμᾶντα et ἀνδριᾶντα, quid commune cum duobus illis præcedentibus accusativis habeant, perspicere non possum : nisi hoc referamus ad id, quod Herodianus ap. Eust. scribit : sc. ἱμὰς et ἀνδριὰς posteriorem syllabam productam habere, imitando participia ἱστὰς, ἱστάντος, et βιβὰς, βιβάντος. Eundem grammaticum ἀλλᾶντα ap. Aristoph. scripsisse cum circumflexo annotat. Sed quam ille hujus scripturæ rationem secutus est, eam quis in illis accusativis ἱμᾶντα et ἀνδριᾶντα, valere itidem dicet? Vult enim ἀλλᾶς fieri per crasin ex ἀλλάεις : eodemque modo fuerit genitivus ἀλλᾶντος ex ἀλλάεντος, dativus ἀλλᾶντι ex ἀλλάεντι, accusativus ἀλλᾶντα ex ἀλλάεντα.

XXXVII. — Et ρ pro λ utuntur.

Aliud potius exemplum afferre debuit, cum sequendo etymologiam, ex κρίβανος factum esse κλίβανος, posito λ pro ρ, potius dicendum sit, quam contra. Afferuntur alioqui hujus mutationis literæ λ in ρ alia exempla : sc. ποδαργία pro ποδαλγία, et ἀργαλέον pro ἀλγαλέον : sed et hæc controversia non carent.

ANIMADVERSIONES HENR. STEPHANI

IN CORINTHI LIBRUM

DE DIALECTIS :

ET PRIMUM IN EA QUÆ DE ATTICA DIALECTO SCRIPSIT.

Tituli Græci verba hæc sunt in quibusdam vulgatis editt., Περὶ Διαλέκτων τῶν παρὰ Κορίνθου παρεκβληθεισῶν. In aliis, quæ post illas prodiere, habetur dat. Κορίνθῳ pro gen. Κορίνθου, sequente participio illo παρεκβληθεισῶν. Sed et in iis, quæ habent παρὰ Κορίνθου παρεκβληθεισῶν, titulus singulis paginis superpositus habet dativum, verum absque participio : hoc modo, περὶ τῶν παρὰ Κορίνθῳ Διαλέκτων. Verum non dubito, vel potius nemini dubium esse debet, quin germana lectio sit Κορίνθου : cum alioqui participio παρεκβληθεισῶν nulla conveniens huic loco significatio dari posse videatur. At legendo παρὰ Κορίνθου παρεκβληθεισῶν quandam habebit hoc participium significationem : quam postremo Græcæ linguæ sæculo (quo nimirum jam inclinabat) admodum placuisse arbitror. Hoc certe ex eo etiam colligo, quod Eust. voce παρεκβολὴ itidem uti videam. Suos enim in Homerum Commentarios Παρεκβολὰς appellat : itidemque eos, quos in Dionysii de Situ Orbis poemation scripsit. Adeoque singulari παρεκβολὴ ipse usus est in illo opere, p. 70 editionis patris mei, circa finem : Ἡ δὲ παρεκβολὴ ἐρεῖ περὶ ἑκάστου τούτων ὅσα ἐνδέχεται. In præfatione autem, quæ Commentariis in Hom. præfixa est, legimus etiam τὸ παρεκβολικόν. Atque adeo ipsum verbum παρεκβάλλειν ibidem extat, ubi scribit, Καὶ ἐκεῖ γὰρ ὁμοίως τὸ ἔργον μεθώδευται, παρεκβαλοῦσι τὰ εὔχρηστα ὡς ἐν ἐκλογῇ κατὰ ἀκολουθίαν εὐσύνθετον. In eadem Epistola, non multo ante hunc locum, habemus passivum præt. παρεκβέβληται, ubi scribit, Οὐκ εὔγνωστον ἔσται τὸ χωρίον ὃ παρεκβέβληται. Quibus ex locis satis apparet παρεκβάλλειν esse Excerpere. Itidem igitur διάλεκτοι παρὰ Κορίνθου παρεκβληθεῖσαι erunt Dialecti a Corintho excerptæ. Sed non dissimulabo, dure hoc dictum mihi videri, Περὶ δια-

λέκτων τῶν παρὰ Κορίνθου παρεκβληθεισῶν, cum non ipsæ dialecti a Corintho excerptæ, sed hæc de dialectis ab eo excerpta fuerint; adeo ut potius dicendum fuerit, meo quidem judicio, Τὰ περὶ τῶν διαλέκτων παρὰ Κορίνθου παρεκβληθέντα, vel Περὶ διαλέκτων τὰ παρὰ Κορίνθου παρεκβληθέντα, Quæ de dialectis a Corintho sunt excerpta. Hoc saltem constat, non Κορίνθῳ leg. ibi esse (ut posteriores edd. habent), sed Κορίνθου: quamvis in prioribus, in quibus legitur Κορίνθου, titulus hic singulis paginis superpositus sit, Περὶ τῶν παρὰ Κορίνθῳ διαλέκτων, uti dixi. Qui titulus non dubium est quin posterioribus edd. admittendi hunc errorem (i. e. mutandi Κορίνθου in Κορίνθῳ ante participium παρεκβληθεισῶν) occasionem præbuerit.

Sed dubitationem aliquam movet hic titulus, qui in uno meorum exemplarium habetur, literis pene jam oculos fugientibus scriptus: Τοῦ μακαριωτάτου Ἐπισκόπου Κορίνθου περὶ τῶν Ἰδιωμάτων τῶν Διαλέκτων. Possit enim aliquis hinc suspicari, Corinthum non hujus scriptoris, sed illius celeberrimæ urbis nomen esse, et male Corinthum, quem Corinthi Episcopum vocare oportebat, appellari. Vicissim tamen objicere possit quispiam, parum verisimile fieri, nomen ipsius prætermissum fuisse potius quam nomen urbis, cujus episcopatum obtineret. Deinde quempiam Corinthum nominari, minime novum esse: cum etiam proverbio celebratus quidam Corinthus fuerit. Hoc enim inter alia extare scimus, Ὁ Διὸς Κόρινθος. Verum non tam quis sit hic scriptor, quam quæ et qualia sint ejus scripta, inquirendum est. Hæc igitur, qualiacunque sunt, magna saltem ex parte ex variis in varios scriptores scholiis collecta esse non solum credo, sed affirmare propemodum audeo: quod aliquot in locis id factum esse, certo compererim, ex verborum hujus videlicet cum scholiastarum verbis collatione. Quos locos cum tibi in meis Animadversionibus indicarim, ad eas te remittam. Hoc constat, undecunque sumpta hæc sint, pleraque ejusmodi esse ut non solum diligentia, sed judicium etiam atque adeo fidelitas in iis desideretur. Atque ut quosdam errores ab illis unde hæc sumpsit, manasse non negarim; ita quosdam inde ortos esse, quod mentem eorum non assecutus sit, crediderim. Ut autem ea præstem, quæ tibi pollicitus sum in iis, quæ libello Jo. Grammatici præfatus sum, de singulis, quæ in utroque desidero, una eademque opera agam, et quidem propositum illic ordinem sequendo. Sed ex multis exemplis pauca duntaxat proferam: quibus si quis contentus non sit, multo plura per meas Animadversiones sparsa esse sciat.

Primum eorum, ob quæ scripta utriusque negabam mihi satisfacere, erat, quod non minimam eorum partem, quæ ad suum argumentum pertinent, prætermisissent. Id verum esse Appendix, quam ipsius Corinthi lucubrationi subjungam, abunde probabit.

Secundum, de quo querebar, erat, quod eum, quem decebat, ordinem minime tenuissent. Cujus rei passim obvia exempla sunt; cum enim ea, quæ dialectus Attica circa verborum conjugationes mutat, uno eodemque in loco omnia ponenda essent, in uno vicissim quæ circa nominum declinationes sibi peculiaria habet: itidemque ea, quæ circa singulas orationis partes innovat, sigillatim enumeranda, unoque et ipsa in loco ponenda forent, et cuncta denique in certas veluti classes redigenda: de singulis contra sparsim tractari, et quæ eodem pertinent, nonnulla etiam, in quibus de una eademque re agitur, longis intervallis separari videmus: ut cum Philoponus de synalœphe Articulo seu Tmematio sexto primum, deinde et Articulo decimoquinto disserit. Quin etiam cum ea, quæ habet Articulus decimusseptimus, pars sint eorum, de quibus tractat ille decimusquintus, interrumpitur tamen illa tractatio Articulo decimosexto, qui nihil cum illis commune habet. Sic Articulus tertius et vicesimussecundus idem tradunt, quamvis unus ab altero longe sit remotus. Idem vel potius eadem Corinthum quoque peccasse videmus, veluti in iis, quæ Artic. LI, et LXXII, et LXXXIII, tradit. Ea enim omnia, utpote eodem pertinentia, uno eodemque comprehendi Artic. debuerant. Et quod articulo LXXVI habetur, Atticos non μυῤῥίνας, sed μυρσίνας dicere, iis exemplis, quæ Artic. LXXXIV afferuntur, debuerat adjungi: videlicet θαρσαλέον pro θαῤῥαλέον, et ἄρσεν pro ἄῤῥεν. (Quibus tamen exemplis quam parum fidei adhibendum sit, ex iis, quæ in Philoponi Articulum XVI annotavi, satis patet.) Eum autem non in certas classes suum tractatum distribuisse, nec de verbis, de nominibus, de præpositionibus (i. e. de iis, quæ Attici circa hæc innovarunt), de phrasibus, de vocabulis quæ sibi pecularia habent, uno eodemque in loco agere, sed de unoquoque horum sparsim tractare, aperto libro conspici statim a quolibet potest. Præterquam vero quod exempla eorum, de quibus admonui, continuo in oculos lectoris incurrent, is etiam ordo, quem ipse in iis, quæ de dialectis adjungam, observare institui, perturbationem illam patefacturus et velut ante oculos unicuique positurus est.

Venio ad tertium, quod multo præcedentibus pejus ac periculosius est, multoque magis reprehensionem meretur. Nonnulla esse dicebam, quæ vix idoneo testimonio probari posse existimem; aliqua etiam, quæ cum alioqui vera esse negare nemo possit, exemplis, quæ illi afferunt, suspecta redduntur potius quam confirmantur: quod ejusmodi exempla illa sint, ut id verum esse, quod propositum est, non comperiatur. Quod dixi nonnulla esse, quæ vix idoneo testimonio probari posse arbitror, duabus rationibus nititur. In quibusdam enim locis ideo minime idoneum censeri testimonium potest, quod non ex aliquo scriptore afferantur, quem in Atticorum numero ponere debeamus. In nonnullis autem exemplum quod affertur, est quidem ex scriptore vere Attico sumptum, sc. Thuc.; sed vel utente eo sermone, qui non tam Atticæ linguæ in genere quam veterum Atticorum linguæ peculiariter ascribendus sit; aut etiam qui ipsimet (Thucydidi dico) peculiaris censeri debeat. Hoc posterius probari fortasse potest iis, quæ Articulo XLI a Corintho traduntur: nimirum Atticos usos nomine feminino, solere nomen neutrum ei accommodare: i. e. uti nomine neutro, quod tamen ad femininum illud referatur. Exemplum ex Thuc. [2, 47] affert, (de Homerico taceo, cum Atticæ linguæ regulam ex Hom. minime petendam esse satis notum sit,) in quo mutationem hujusmodi aperte conspici fateor; (cum enim dixisset, Ἡ νόσος πρῶτον ἤρξατο γενέσθαι τοῖς Ἀθηναίοις, subjungit, Λεγόμενον μὲν καὶ πρότερον πολλαχόσε ἐγκατασχῆψαι, cum orationis ἀκολουθία postularet λεγομένη, non λεγόμενον, quod neutrum perinde subjunxit ac si præcessisset νόσημα, non νόσος,) sed cum Thuc. multa sibi in sermone peculiaria habere, ejusque novitatem magna cum libertate s. potius licentia consectari et veteres grammatici rhetoresque tradiderint, et ipsimet hujus rei oculati testes simus, quidni hoc illis annumerandum dicamus, quæ sibi peculiaria Thuc. habet, et in quibus ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα πηδᾷ, ut pote ad poeticam usque licentiam perrumpens? Equidem etiamsi et ap. alium Atticum scriptorem talem orationis structuram invenirem, non ideo Atticam appellare auderem, sed potius ex imitatione Thucydidis eam manasse dicerem. At vero illud prius, nimirum quædam Attica esse tradi, et exemplo Thucydidis confirmari, cum alioqui non tam Atticæ linguæ generaliter quam veterum Atticorum linguæ peculiariter ascribi debeant, probari a me possit fortassis Articulo XVI, ubi tradit Corinthus Atticos πρέσβευσιν appellare quod alii πρεσβείαν, et καταβόησιν quod alii καταβοήν. Horum enim utrumque ap. Thuc. extat (si ejus scholiastæ credimus), ac, si Dionysio H. fidem adhibere volumus, utrumque poeticum esse existimandum est. Apud eum enim in Opusculo, quod ad Ammæum Περὶ τῶν Θουκυδίδου ἰδιωμάτων scripsit [c. 3], pro καταβολὴ potius καταβόησις quam καταβοὴ reponendum esse arbitror, si Thuc. illo quoque usum esse verum sit. Siquidem καταβολὴ aperte mendosum est, quippe quod tale sit ut poeticum potius quam oratorium vocari non queat. Et

tamen ap. ipsum etiam Corinthum edd. typographicæ priores scripturam illam retinuerunt; habent enim, τὴν πρεσβείαν, πρέσβευσιν· καὶ τὴν καταβολὴν, καταβόησιν. At posteriores errorem auxerunt, cum pro una voce mendosa duas mendosas nobis dederunt, scribentes, καὶ τὴν καταβολὴν, καταβόλησιν. Quam lectionem valde suspectam mihi fuisse fateor, cum tamen et properandum esset, et loci Thucydidis non recordarer, eam et ipse in mea editione secutus sum. Porro cum utrumque ap. Thuc. extare dicatur, nimirum et καταβόησις et καταβολὴ, ut tamen Plut. καταβόησις potius quam καταβολὴ scripsisse existimem, eo impellor quod καταβολὴ analogiam sequatur potius quam καταβόησις : quippe cum a simplici βοῶ habeamus βολὴ, non βόησις, Plutarchum nihilominus [Mor. p. 420, F] καταβόησις quam καταβολὴ maluisse dicere fateor. Sed quocunque modo se res habeat, quod ad lectionem illam attinet, sciendum est schol. ipsius Thuc. mihi assentiri, quippe qui non linguæ Atticæ hæc vocabula ascribat (ut a Corintho ascribuntur), πρέσβευσις, et καταβόησις, ac καταβολὴ, sed Thucydidi peculiaria esse dicat : ἡ πρέσβευσις, (inquit, p. 24 meæ ed. [ad 1, 73],) ἡ καταβόησις, καὶ τὸ καταβολὴ, παρὰ Θουκυδίδῃ ἰδίως. Possit vero hoc ipsum, quod a me propositum est de iis, quæ Thucydidi potius peculiaria quam illi cum reliquis scriptoribus Atticis communia esse censeri debent, aliis quoque exemplis confirmari, quæ tibi in meis Animadversionibus quærenda relinquo.

I. — Ἄῆρον λῃρεῖς, Attica Locutio et Figura.

Hujus locutionis ap. Hom. quoque exempla extant, sive Attica sit, sive ad aliam dialectum referenda sit. Sed Eust. (non dubito quin veterum grammaticorum auctoritate fretus) ex iis est, qui Atticam esse pronuntiant; nam in hunc poetæ versum, Il. B, [788] : Οἱ δ' ἀγορὰς ἀγόρευον ἐπὶ Πριάμοιο θύρῃσι, annotat, hoc ἀγορὰς ἀγόρευον esse Atticum, sicut βουλὴν βουλεύει, et λόγον λέγει : ac generaliter, τὸ παρατιθέναι τοῖς ῥήμασι τὰ ἐξ αὐτῶν ὀνόματα : vocarique παρονομασίαν hoc schema. Sed Eust. (quod ejus pace dictum sit) aliter potius loqui debuit, ut satis generaliter loqueretur. Nam ut omittam ea nomina, quæ dubium est priora verbis an posteriora sint, quis idem fieri negarit in multis nominibus, quæ priora verbis esse constat? Exempli gratia, si quis hæc loquendi genera, βουλὴν βουλεύειν, et νόσον νοσεῖν, illis Atticis annumerari posse dicat, quorum mentionem facit Eust., quasi et βουλὴν et νόσον orta esse dicendum sit ex verbis, quæ illis adjunguntur (cum tamen plane contrarium sentiam,) at in αἰχμὰς αἰχμάσσουσι, hærere cogetur, aut certe istam Atticismi regulam (si ita vocare oportet) reformare. Quis enim absurdum esse non fateatur, αἰχμὰς ex αἰχμάζω velle deducere? Leguntur autem ap. eundem poetam illa verba, αἰχμὰς αἰχμάσσουσι, Il. Δ, [324] : Αἰχμὰς δ' αἰχμάσσουσι νεώτεροι. Idem dici potest et de δαίνυ δαῖτα, quod apud eund. poetam habemus.

II. — Et rursus ipsis Imperativis pro Indicativis utuntur.

Jampridem suspecta mihi esse cœperunt quæ hic de usu imperativorum pro indicativis (id est pro indicativorum futuris) traduntur : nunc autem, postquam tandem locum illum Euripidis adire libuit, ex quo exemplum affertur, non solum suspecta habeo, sed fidem illis propemodum derogo. Ille enim locus Eur. (in Hecuba [225], quam hic Polydori tragœdiam, id est de Polydoro, appellat) non habet δράσον, sed δράσεις. Neque vero typographicarum edd. duntaxat testimonio comprobatam lectionem istam habeo, sed et cujusdam mei vet. codicis ἀκριβέστατα scripti. Cur autem a lectione et diversorum exemplarium consensu confirmata, et loquendi genus usitatum habente discedentes, aliam quærendam nobis censebimus? Non ignoro interim, alteram illam lectionem a schol. agnosci, s. potius eadem omnino A iisdemque verbis ab illo tradi; sive hic Corinthus ab illo, sive ille a Corintho (multa enim recens commentariis illis inserta esse constat) mutuatus fuerit. Quod vero ad posterius exemplum attinet, Menandro ascriptum, ex quodam Soph. loco eum mendi convincere posse mihi videor. Legimus enim in OEd. T. p. 175 meæ ed. [543] : Οἶσθ' ὡς ποιήσων; Quam lectionem agnoscens schol. annotat esse Atticismum, ποιήσων pro ποιήσεις. Quæ cum ita sint, quidni locum illum Menandri mendi convinci et pro ποίησον reponi debere ποιήσων dicemus?

VIII. — Ταῦτ' ἄρα Attica Locutio est.

Hujus accusativi Ταῦτα positi pro Διὰ ταῦτα exemplum extat ap. Theocr. (aliud enim nunc memoria mihi non suggerit) in Idyllio, quod Κυνίσκας Ἔρως seu Θυώνιχος inscriptum est. Tertio enim in versu dicenti Æschini, Πράσσομες οὐχ ὡς λῶστα, Θυώνιχε, respondet Thyonichus, ταῦτ' ἄρα λεπτὸς, Χὠ μύσταξ πολὺς οὗτος, ἀϋσταλέοι δὲ κίκιννοι. At in loco Homerico non est quod subaudiamus s. dicamus relictam esse subaudiendam præp. κατὰ, potius quam adverbium similitudinis ὡς : quod et alibi manifeste relinqui subaudiendum, in meo Thes. docui. De hoc quidem certe loco mihi assentitur Eust., in quendam locum Iliad. T. Alioqui plurimis in locis particulam κατὰ omitti constat, ex quibus aliquem potius addere illi Aristophanico noster hic scriptor debuit. Eam certe omissionem Latini, præsertimque poetæ, in quibusdam accusativis imitantur, veluti cum dicit Virg., Cetera Graius, (qualia nonnulla ap. Liv. quoque observare me memini,) τὰ λοιπὰ Ἕλλην, pro κατὰ τὰ λοιπά. Tale est τὰ λοιπὰ ὅμοιος, Cetera similis, et, πάντα ὅμοιος, pro κατὰ πάντα : sic et in aliis accusativis. At vero ad Thuc. locum quod attinet, non video quomodo quisquam longe in eo falli Corinthum, negare possit. Extat is locus initio libri tertii, ubi schol. quoque idem tradit, nimirum deesse præp. διά : sed cum illorum verborum hunc esse sensum constet, Et militum levis armaturæ multitudinem, quæ plurima erat, prohibebant ne ante gravem armaturam excurrentes, vicina urbi loca vastarent : cum, inquam, hunc esse sensum, minime controsum sit, quem hic locum præp. διὰ habere potest? Ea enim addita, hic esset sensus, Prohibebant propterea quod non vastarent. Fieri tamen potest ut huic præpositioni in isto loco aliam signif. dare voluerint, id est (ne quid dissimulem) præpositione hac pro alia abusi sint : accipientes διὰ τὸ μὴ κακουργεῖν, pro πρὸς τὸ μὴ κακουργεῖν. Sed cum verba ἀπαγορευτικὰ, itidemque ea, quæ aliquam ἀπαγορεύσεως signif. inclusam habent, infinitivo itidem juncta, præcedente hac particula μὴ, inveniantur, multo simplicius erat dicere articulum τὸ vacare : sicut et in isto Aristidis loco (in quo Thucydidem imitatus videri possit), Οὔτε θάλαττα διείργει τὸ μὴ εἶναι πολίτην. Scimus autem et hanc ipsam voculam μὴ in hujusmodi locis vacare, quemadmodum post ἀπαγορεύω et ἀπαυδῶ et κωλύω s. διακωλύω : atque adeo ap. eundem scriptorem idem verbum cum solo infinitivo habemus, neutra illarum particularum præfixa, 1, [62] : Ὅπως εἴργωσι τοὺς ἐκεῖθεν ἐπιβοηθεῖν.

Ut καθ' ἑκάστην, deest ἡμέραν.] In uno ex meis codd., eo videlicet qui antiquior est, post ἡμέραν additur, ἢ ὥραν, ἤ τι τοιοῦτον : idque recte; quamvis enim cum dicitur καθ' ἑκάστην subaudiri passim soleat accus. ἡμέραν, minime tamen dubium est quin aliquis occurrere locus possit, qui alterum illum accusativum, aut alium hujusmodi requirat : id videlicet ostendentibus iis, quæ præcedunt, vel sequuntur : aut etiam utrisque. Legitur ergo ibi hic l. ita, Ἁπλῶς δὲ καὶ αἱ ἐλλείψεις Ἀττικῶν εἰσὶν ἴδιαι. Οἷον, καθ' ἑκάστην· Λείπει γὰρ ἡμέραν, ἢ ὥραν, ἤ τι τοιοῦτον. Ubi observa obiter et vocem ἴδιαι, quæ in vulg. edit. non habetur.

Εἰ δ' ἄγε μὴν πείρησαι.] Hoc exemplum pertinet potius ad Articulum XV, si quidem sit ἐλλείψεως σχῆμα : qua de re ambigi, docebo cum eo pervenero.

Et ap. Aristoph. Πόθεν βροτοῦ με, etc.] Aliud in

præsentia non habeo quod dicam de iis, quæ hic traduntur, quam suspecta mihi esse, et de iis velle ἐπέχειν donec in illum Aristoph. locum inciderim. [Est Pac. 179 : Πόθεν βροτοῦ με προσέβαλεν ; intellecto ὀσμὴ, de quo usu verbi προσβάλλειν diximus in Thesauro vol. 6, p. 1873.]

IX. — Atticorum autem est et Nominativum pro Genitivo accipere.

Miror quid in mentem huic venerit ut εἰρημένον in loco Aristoph., et κυρωθὲν in Thuc., nominativos esse diceret, cum accusativos esse, vel ii, qui mediocrem in literarum Græcarum cognitione progressum fecerunt, ignorare non debeant. Falsum est igitur quod hic tradit, Atticorum esse nominativum pro genitivo accipere : dicendumque fuit, accus. pro genit. Verum intellige de eo gen., qui fungitur vice ablativi, quem Absolutum nuncupamus ; nec quemlibet accus. ita usurpari, sed participii accusativo peculiarem hunc usum esse existima. Cum autem possint plurima hujus usus accusativi ex variis scriptoribus antiquis exempla proferri, paucis contentus ero, ex quibus simul nostri Corinthi error patefiet. Nam etiamsi in aliis locis dubitare fas esset, nominandi an accusandi sint casus, at in illis, cum sint non neutrius, sed feminini et masculini generis participia, ne dubitare quidem quisquam possit. Unus illorum, Platonis est, De rep. 6 fin. : Διάνοιαν δὲ καλεῖν μοι δοκεῖς τὴν τῶν γεωμετρικῶν τε καὶ τὴν τῶν τοιούτων ἕξιν, ἀλλ' οὐν ὡς μεταξύ τι δόξης τε καὶ νοῦ τὴν διάνοιαν οὖσαν· sc. pro ὡς οὔσης τῆς διονοίας. Femininum itidem participium accusativi casus pro genitivo positi legimus in isto Æschinis loco [p. 4, 12] : Ἀπὸ σωφροσύνης πρῶτον ἤρξατο, ὡς ὅπου πλείστη εὐκοσμία ἐστὶ, ταύτην ἄριστα τὴν πόλιν οἰκησομένην. Ubi obiter observa et futuri temporis participium usum istum habere. Invenitur vero et aoristi temp. partic. accus. casus ita usurpatum ap. Aristot. adjecta particula ἄν, ut Metaphys. 4, [c. 23] : Ὡς οἱ ποιηταὶ τὸν Ἄτλαντα ποιοῦσι τὸν οὐρανὸν ἔχειν· ὡς συμπεσόντ' ἂν ἐπὶ τὴν γῆν, ὡς φυσιολόγων τινές φασιν, Tanquam alioqui collapsuro cœlo : nisi videlicet ab Atlante sustineretur.

X. — Βλήχωνα per β, non per γ, proferunt Attici.

Scrib. potius, Non per γ, γλήχωνα, sequendo unius ex meis vett. codd. lectionem : licet alioqui, vel absque illius auctoritate, id esse vel addendum vel subaudiendum animadvertere non difficile sit. Ceterum quoniam quædam de herba ista ab auctore adjecta, tanquam nihil ad id, quod tractatur, argumentum pertinentia, prætermissa fuerunt, ne quis interim queri possit integrum Corinthi scriptum sibi non exhiberi, ea ex illo eodem exemplari non sine aliqua etiam accessione afferam. In eo igitur, verbis illis, Οὐ διὰ τοῦ γ, γλήχωνα, ἀλλὰ διὰ τοῦ β, βλήχωνα, προφέρουσιν Ἀττικοὶ, subjungitur, Ἔχει δὲ δύναμιν αὕτη τοιαύτην· ἰᾶται τοὺς ἀπό τινος ὀπώρας βαρυνομένους. Εἰ γὰρ εἰς ὕδωρ βλήχωνα βρέξαντες πίνοιεν, τοὺς πόνους τῶν καρδιῶν θεραπεύουσι. Καὶ γὰρ τὸ πολὺ τῆς ὀπώρας τῷ στομάχῳ προσίσταται. Ἵν' οὖν ἡ ὀριμύτης τῆς ὀπώρας ἀποστυφθῇ, ὀπὸν ἐλάμβανον βλήχωνος.

XIV. — Et puto hic defici Præpositiones Nominum.

Male reddita hæc fuerunt, Defici præpositiones nominum, sive deesse, ut alii interpretati sunt ; nam ἐλλειπεῖς (ita enim, non ἐλλιπεῖς scriptum est) εἶναι τας προθέσεις τῶν ὀνομάτων, nihil aliud est quam ἐλλείπειν τὰ ὀνόματα ταῖς προθέσεσι, i. e. Deesse nomina præpositionibus, s. Præpositiones defici nominibus, quæ ipsis jungenda essent. Sed quæ sint illa ὀνόματα, in meo duntaxat antiquiore exemplari legitur : nimirum τῷ τόπῳ cum ᾄδου, et τὴν οἰκίαν cum διδασκάλου. Pro quo genit. ibi legitur μυσταγωγοῦ.

XV. — Atticorum est non Respondere Antecedentibus.

Græca verba sunt, Ἀττικῶν ἐστὶ καὶ τὸ ἀνανταπόδοτον, ubi vox ἀνανταπόδοτον ejusmodi est quæ uno quidem verbo reddi itidem non possit, sed aliam tamen potius quam hanc interpret. postulet. Sonat enim ἀνανταπόδοτον quasi quis dicat Irredditum, i. e. Non redditum, Redditione carens. Est autem schema quo fit ut non reddantur fini priori membri verba illi debita, et quæ ab auditore expectantur, sed iis velut fraudetur : ea videlicet illi subaudienda relinquendo. Bud. liberius vertit Orationem uno membro defectam. Potest autem ac debet etiam ἐλλείψεως exemplis hoc schema connumerari ; atque adeo Eustath. schema ἐλλειπτικὸν appellat : qui constructionem in eo claudicare dicit, et manere ἐκκρεμῆ καὶ ἀπηρτισμένην. Commodius igitur illis, quæ περὶ ἐλλείψεως dicta fuerunt supra, adjectum et hoc fuisset ; utrobique enim est ἔλλειψις, sed major hic, illic minor. Affert autem hæc ipsa ἀνανταποδότου exempla schol. Aristoph., similem ejus usum esse docens in isto Aristoph. Pluti loco [468] : Κἂν μὲν ἀποφήνω μόνην Ἀγαθῶν ἁπάντων οὖσαν αἰτίαν ἐμὲ Ὑμῖν, δι' ἐμέ τε ζῶντας ὑμᾶς· εἰ δὲ μὴ, Ποιεῖτον ἤδη τοῦθ' ὅ, τι γ' ἂν ὑμῖν δοκῇ· dicendum enim fuisse, ut plena esset oratio, κἂν μὲν ἀποφήνω μόνην ἐμὲ ἀγαθῶν οὖσαν αἰτίαν, ἐάσατε. Eust. quoque in illum Hom. v. [Il. A, 135], Ἀλλ' εἰ μὲν δώσουσι κτλ., eum Aristophanis locum affert. Cui hunc Menandri subjungit, Εἰ μὲν δή τινα πόρον ἔχεις· εἰ δὲ μὴ, νενόηκ' ἐγώ. Huic istum Platonis comici, Εἰ μέν σοι τὴν θάλασσαν ἀποδώσει ἑκών· εἰ δὲ μὴ, ταῦτα πάντα συντριαινῶν ἀπολέσω. Quibus et istum Sophoclis adjicit, Εἰ μέν τις οὖν ἔξεισιν· εἰ δὲ μὴ, λέγε. Illi porro Homeri loco similem alium esse dicit in fine ejusdem libri : de quo dicam in fine hujus περὶ ἐλλείψεως sermonis. Nunc libet exemplis istis, quæ ex locis, quos adire non possumus, petita sunt, alia addere ex Thucydide pariter et Xenophonte et librum et paginam indicando. Legimus ergo ap. Thuc. 4, p. 126 meæ ed. [c. 13] : Ἦν μὲν ἀντεκπλεῖν ἐθέλωσι σφίσιν ἐς τὴν εὐρυχωρίαν· εἰ δὲ μὴ, ὡς αὐτοὶ ἐπεσπλευσούμενοι. Apud Xen. vero, Cyrop. 8, p. 140 meæ itidem ed. [c. 7, 24] in Cyri oratione, quam morti proximus habuit, Εἰ μὲν οὖν ἐγὼ ὑμᾶς ἱκανῶς διδάσκω οἵους χρὴ πρὸς ἀλλήλους εἶναι· εἰ δὲ μὴ, καὶ παρὰ τῶν προγεγενημένων μανθάνετε. (At paulo ante fuerat quædam periodus ab iisdem particulis incipiens, sed redditionem priori membro adjectam habens : sequente itidem εἰ δὲ μὴ, in posteriore.) Legimus ap. Eund. Anab. 7, p. 246 [c. 7, 15] : Ἐλθόντων δὲ ἔλεξε Χαρμῖνος, Εἰ μέν τι σὺ ἔχεις, ὦ Μηδόσαδες, πρὸς ἡμᾶς λέγειν· εἰ δὲ μὴ, ἡμεῖς πρός σε ἔχομεν. Faciunt autem tot loci, ut magis etiam quam ante suspectum habeam istum ejusdem auctoris locum, Cyrop. 7, p. 116 [c. 5, 54] : Νῦν μὲν οὖν, εἰ μὲν ἔστα-πη ὅπως οἱ πλείστου ἄξιοι γεγενημένοι πλεῖστόν σου μέρις μεθέξομεν, εὖ ἔχει· εἰ δὲ μὴ, πάλιν αὖ ἐγὼ ἐθέλω παρὰ σοῦ ἐξαγγέλλειν κτλ. Quod enim de hoc loco dixi olim in Annotationibus, quas calci editionis meæ subjunxi, idem nunc etiam dico, verba illa, quæ in quibusdam duntaxat exemplaribus leguntur, ex scholio irrepsisse mihi videri, quo quis ea, quæ subaudienda relinqui putabat, addere voluerat. Quod porro ibidem dixi, hujusmodi ἔλλειψιν, esse σιώπησιν vel παρασιώπησιν, non ita est accipiendum quasi hæc ἔλλειψις eadem sit cum schemate, cui peculiariter nomen illud tribuitur, sed ut in eo schemate quædam verba σιωπᾶται s. παρασιωπᾶται, sic in isto ellειptico schemate, quod ἀνανταπόδοτον dicitur. Nec vero primus ita locutus sum ; legitur enim ap. Eust. : Εἶδος δὲ πάντως σιωπῆς ἐστὶ καὶ ἡ ἔλλειψις. Διὸ καὶ παρασιώπησις λέγεται.

Ex his facilius perspici poterit, referri huc debeat necne iste Hom. versus, a Corintho allatus supra, ubi περὶ τῆς ἐλλείψεως agit : ex Il. A, [302] : Εἰ δ' ἄγε μὴν πείρησαι, ἵνα γνώωσι καὶ οἵδε. Equidem si ἔλλειψιν in eo esse concedamus, ad hoc schema ἀνανταπόδοτον appellatum merito referetur, aliam tamen quam in præcedentibus locis formam habens. Sed ἔλλειψις versui illi subesse dicenda sit necne, etiam ante Eust. dubitasse quosdam videmus. Quidam, inquit, schema ἐλλείψεως hic esse intelligunt, ut plena oratio sit, εἰ δὲ βούλει : alii, hoc quoque schema esse ἐκ παραλλήλου : ut εἰ sit Adhortandi adverbium, pro εἶα : perinde ac si dixisset, εἶα δὴ ἄγε πείρησαι : scribi-

turque pro hac significatione apud eum εἴ. Quamcunque certe his verbis εἰ δ' ἄγε expositionem dare oporteat, ex aliis ipsius poetæ locis satis superque constat nullam hunc versum ἔλλειψιν habere : licet et ipse brevium scholiorum auctor eam illi tribuat, exponens, εἴ γε μὴν βούλει. Quinam autem sunt illi versus? in quibus poeta eadem illa verba εἰ δ' ἄγε usurpat, et ita quidem ut talem verbi illius aliusve subauditionem minime admittant. Ex iis locis est hic, Il. II, [667] ubi Jupiter suam ad Apollinem orationem ita orditur : Εἰ δ' ἄγε νῦν, φίλε Φοῖβε, κελαινεφὲς αἷμα κάθηρον Ἐλθὼν ἐκ βελέων Σαρπηδόνα. Non ignoro alioqui Bud. quoque in ea opinione esse ut εἰ δ' ἄγε Attice dicatur κατ' ἔλλειψιν : sed iis, quos affert, locis vel hic unus opponi potest, utpote cui nullam subesse ἔλλειψιν manifestissimum sit. Quin etiam in illo Theocr. versu 2, [95] : Εἰ δ' ἄγε, Θέστυλί, μοι χαλεπᾶς νόσω εὑρέ τι μᾶχος, idem perspicuum est. Sed libet, antequam huic sermoni finem imponam, illum ejusdem Hom. locum proferre, de quo mihi cum Eustathio non convenire dixi, quod ad ἔλλειψιν attinet. Is extat Il. A, [581] ubi dicit Vulcanus, Εἴπερ γάρ κ' ἐθέλησιν Ὀλύμπιος ἀστεροπητὴς, Ἐξ ἑδέων στυφελίξαι· ὃ γὰρ πολὺ φέρτατός ἐστιν. Mihi enim magis placet ea, quam rejicere videtur, opinio eorum qui στυφελίξαι optativum esse volunt, quam eorum qui infinitivum, ut nimirum aliquid subaudiendum relinqui dicatur.

XVII. — Est hoc quoque Novum generaliter et Atticum, ut ap. Demosth.,

Ὑμεῖς δ' ὁ δῆμος κάθησθε ἐκνενευρισμένοι.

An hoc sit linguæ Atticæ proprium, dubitari possit. Utuntur certe et Latini eodem modo nominibus, quæ grammatici Collectiva vocant : cujusmodi sunt, Populus, Gens, Civitas, Turba. Quidam Græci grammatici in locis hujusmodi dicunt hoc esse τὸ ἀποδιδόναι πρὸς τὸ σημαινόμενον, οὐ πρὸς τὴν φωνήν : sive, μὴ ἀποδιδόναι τὴν φωνὴν πρὸς τὴν σύνταξιν, ἀλλὰ πρὸς τὸ σημαινόμενον. Quod tamen et alio modo fieri potest, atque adeo fit : ut docebo annotatione in Artic. s. Tmematio XLI.

XIX. — Novum et hoc dicatur tibi, dicere Optativos pro Indicativis.

Vox καινοπρεπὲς redditur hic Novum, cum sonet potius καινοπρεπὲς quasi quis dicat Quod novitati convenit, Quod novitatis studiosos seu cupidos decet. Sic tamen ut et aliam interpret. admittat, quam in meo Thes. invenies. Idem vocabulum habes et paulo ante. Ceterum in uno ex meis codd. exemplo illi, quod ex Thuc. sumptum est, additur istud ex Metaphraste (quicunque is sit), Ἐπεὶ δὲ ταῦτα πύθοιτο Μαξιμῖνος, pro ἤκουσε. Ad hunc Atticum optativi usum refert Eust. λωβήσαιο, quod legitur Hom. Il. A, [232] : Ἦ γὰρ ἂν, Ἀτρεΐδη, νῦν ὕστατα λωβήσαιο, pro ἐλωβήσω ἄν. Item ἀπόλοιτο, E, [390] : Καὶ νύ κεν ἔνθ' ἀπόλοιτο Ἄρης ἅτος πολέμοιο, Εἰ μὴ μητρυιὴ περικαλλὴς Ἠερίβοια Ἑρμέᾳ ἐξήγγειλεν· esse enim pro ἀπώλετο ἄν. Dicitque utrobique Atticorum esse optativis uti pro præteritis : ut ἐπεὶ ἔλθοι ὃ δεῖνα pro ἦλθε, et δράμοι pro ἔδραμε. Sic ὡς δὲ λαλήσοι pro ἐλάλησε.

XX. — Et uti τῷ Οὐδὲν μᾶλλον pro Οὔ.

Locus hic, quem affert, habetur p. 70 meæ ed., circa fin. [Thuc. 2, 70], in quo si orationis structuram ita mutemus, ut activum resolvamus in passivum, suam signif. servaturæ mihi videntur istæ particulæ οὐδὲν μᾶλλον : si videlicet censeamus αἱ ἐσβολαὶ οὐδὲν μᾶλλον ἀπανίστασαν τοὺς Ἀθηναίους, perinde esse ac si dictum esset, διὰ τὰς ἐσβολὰς οὐδὲν μᾶλλον ἀπανίσταντο οἱ Ἀθηναῖοι. Neque tamen hanc Corinthi nostri expositionem rejiciendam omnino censuerim. Sed hoc addo, schol. ipsius Thuc. in alio ejus loco οὐδὲν μᾶλλον exponere οὐδόλως, sive οὐδ' ὅλως. Is est 3, p. 109 [c. 79] : Ἐπὶ μὲν τὴν πόλιν οὐδὲν μᾶλλον ἐπέπλεον. A Ceterum videndum est ne hic usus istarum particularum sit potius Thucydidi peculiaris, (ut multa eum habere sibi peculiaria constat,) quam ei cum ceteris Atticis communis : nisi forte aliqui ex eo illum quoque mutuati fuerint.

XXI. — Item Δένδρος dicitur apud ipsos.

Imo vero dicitur δένδρεσι a Thuc., non a nominativo singulari δένδρος, sed potius tanquam a nominativo illo δένδρος. Ita enim potius loquendum fuerit, ne lector fallatur; aut certe dicendum, a nominativo inusitato δένδρος. Sed vereor ne ipsemet Corinthus falsus fuerit, i. e. ne hunc nominativum usitatum esse putarit; cum obliqui duntaxat casus gen., δένδρους, et dat. δένδρει, in plur. δένδρη, et dativus ille δένδρεσι, afferantur. In contrarium autem errorem incidit, cum δενδρέω ex δένδρεϊ factum esse contendit per metaplasmum, quasi inusitatus esset nomin. δένδρεον. Atqui legimus ap. Hom. [Il. N, 437], δένδρεον ὑψιπέτηλον. Pluralis quidem certe δένδρεα vel a δένδρεον vel a δένδρος deduci potest; ita enim dicetur δένδρεα et δένδρη, ut βέλεα et βέλη. Quamvis autem scripserim nomin. δένδρος esse ἄχρηστον, non ignoro quosdam e Xen. annotasse; sed tanquam illi peculiarem ab illis annotatum fuisse sciendum est : ut omittam, de ea lectione exemplaria inter se minime consentire. Ceterum talem nominis istius inflexionem dubium est an alii quoque Atticæ dialecto ascribant; an potius Corinthus, quod δένδρεσι ap. Thuc. legisset, ideo Atticam illam esse dixerit. Quasi vero quæcunque apud eum extant, Attica, i. e. Atticæ linguæ propria seu peculiaria, existimanda forent.

XXII. — Et pro Femininis, Masculinorum Nominum utuntur Dictionibus.

Pro λέξεσι reponendum est in Græco contextu καταλήξεσι : ita enim scrib. (sequendo unius ex meis codd. auctoritatem), καὶ ἀντὶ τῶν θηλυκῶν, ἀρσενικῶν ὀνομάτων κέχρηνται καταλήξεσι. In interpretatione itidem reponendus fuerit dativus Terminationibus pro Dictionibus. In eodem codice, illi Eur. loco, quem et hic habemus, subjunguntur hi versus, præfixis duabus istis voculis, καὶ τὸ, [Hec. 297] Τίς οὕτω στερρὸς ἀνθρώπου φύσις, Ἥτις γόων σῶν καὶ μακρῶν ὀδυρμάτων Κλύουσα θρήνους, οὐκ ἂν ἐκβάλοι δάκρυ; Ceterum quod attinet ad ea, quæ hic a Corintho traduntur, sciendum est Atticos scriptores in sua oratione soluta non sine discrimine quodvis masculinum pro feminino usurpare; nec tam late patere hanc unius generis pro altero usurpationem quam verba Corinthi ostendunt. Cum autem declarare lectori vellem quomodo hæc restringenda mihi viderentur, commodum in mentem venit quidam Commentariorum Budæi locus, in quo cum hanc rem fusissime pariter et doctissime persequatur, eo illum remittam, i. e. ad p. 1065 et 1066 editionis patris mei.

Verum et hoc sciendum est, hos ipsos Atticos, ut in plerisque nominibus dant terminationem in ος feminino etiam generi, ita vicissim dare quibusdam terminationem in η, ubi alii dant ος. Horum ex numero est nomen μεθύση : quod ut Atticum esse existimandum sit, facit Aristoph., qui eo non semel utitur. Legimus enim Nub. [555] : Προσθεὶς αὐτῷ γραῦν μεθύσην τοῦ κόρδακος εἵνεκα. Sic Vesp. [1402] : Θρασεῖα καί με μεθύση τις ὑλάκτει κύων. Apud Lucian. autem reprehenditur quidam, qui hunc vocis istius usum ignorans, μεθύσης masculino genere usurpabat, tanquam nimirum habens gen. μεθύσου. Nam cum quidam dixisset, ὁ δεῖνά ἐστι μεθύσης, Socrates ὁ ἀπὸ Μόψου, ut ipse Lucianus in Solœcista [c. 5] refert, excepit, μητρός; ἢ πῶς λέγεις; ubi honesta reprehensione usus est : perinde ac si dixisset, Credo te subaudiendum relinquere substantivum μητρός : neque enim te linguæ Græcæ tam rudem existimo ut μεθύσης pro μέθυσος usurpare velis. Ex eorum numero sunt etiam ἐρήμη pro ἔρημος, et χρησίμη pro χρήσιμος : quo χρησίμη et Aristot. utitur. Apud Thuc. et χρησίμη et χρήσιμος inveniuntur. Alia exempla

(si contentus istis non es) in Atticorum libris, præsertim veterum, quærenda tibi relinquo, ac nominatim in Soph. et Eur. tragœdiis.

XXVI. — Genivorum in ἑος, qui a rectis in ευς fiunt, ο producunt Attici.

Vox illa Productum perperam posita est pro ἐκφερόμενον : quod sonat Quod effertur s. pronuntiatur. Sed in uno ex vett. cod. post ἐκφερόμενον adjectum est καὶ γραφόμενον : hoc modo, διὰ τοῦ ο μικροῦ (quæ etiam verba in vulg. edit. non habetur) παρὰ τοῖς ποιηταῖς ἐκφερόμενον καὶ γραφόμενον, τῆς κοινῆς ἐστὶ διαλέκτου.

XXVII. — Pro Ἀνύειν Ἀνύτειν dicunt.

Heraclides grammaticus multo generalius de hujus literæ insertione loquitur, quam Atticis communem cum Cypriis esse tradit; eos enim πτόλιν pro πόλιν, itidemque πτόλεμον pro πόλεμον dicere, idemque et in ἄναχτος ac νυκτὸς, idem in verbis ἀνύτω et ἀρύτω facere; esse enim pro ἀνύω et ἀρύω. Sed illa, πτόλιν et πτόλεμον, Atticorum non esse constat : in ἄναχτος autem et νυκτὸς, literæ τ insertionem iis, qui lingua communi utuntur, cum illis esse communem. Ceterum in uno ex meis vett. exempll. additur quidam articulus inter hunc et proxime sequentem, hic videlicet : ἔθος αὐτοῖς μὴ ἀποδιδόναι τὴν φωνὴν πρὸς τὴν σύνταξιν, ἀλλὰ πρὸς τὸ σημαινόμενον. Θουκυδίδης ἐν τῷ τρίτῳ τῆς συγγραφῆς, Τῇ δ' ὑστεραίᾳ ἐπὶ μὲν τὴν πόλιν οὐδὲν μᾶλλον ἐπέπλεον, καίπερ ἐν πολλῇ ταραχῇ καὶ φόβῳ ὄντας. De quibus verbis dicam, cum ad Articulum XLI pervenero.

XXIX. — Verbum Εἶναι abundare apud eos cognovimus.

Debuit hujus infinitivi εἶναι etiam cum participio ἐκὼν pleonasmum annotare. Constat enim ἐκὼν εἶναι pro ἐκὼν plane Atticum esse : itidemque in plurali ἑκόντες εἶναι pro ἑκόντες, ut in Thes. meo videbis. Sed et cum quibusdam adverbiis vacat, ut cum σήμερον, sed præcedente τό : ut in hoc loco, Χρηστὴν ἡμῖν τὸ σήμερον εἶναι τὴν γαλήνην ἐστόρεσε νῦν. Eodemque modo præfixo articulo τὸ dicitur τὸ νῦν εἶναι, pro νῦν. Quin etiam in isto Aristot. loco vacare censetur, Pol. 8, [c. 3] : Νῦν δὲ τοσοῦτον ἡμῖν εἶναι πρὸ ὁδοῦ γέγονεν, ὅτι καὶ παρὰ τῶν ἀρχαίων ἔχομέν τινα μαρτυρίαν ἐκ τῶν καταβεβλημένων παιδευμάτων. Ceterum quod ad locum illum Thuc. attinet, sciendum est, in uno ex meis vett. codd. non legi simpliciter, Ὡς καὶ παρὰ Θουκυδίδῃ, ἐν τῇ ὀγδόῃ, sed ita, Ὡς καὶ παρὰ Θουκυδίδῃ πανταχοῦ μὲν, μάλιστα δὲ ἐν τῇ ὀγδόῃ· οἷόν ἐστι κἀκεῖνο, καὶ τὸ μὲν ἐπ' ἐκείνοις εἶναι, etc.

XXX. — Ablationes τοῦ ι Atticorum sunt propriæ.

Horum verborum facta fuit a me mentio, cum tractarem septimum Grammatici de Attica Dialecto Articulum. Sed iis, quæ ibi dicta sunt, addendum est, post hæc verba, Εὗρον δ' ἐγὼ ὅτι καὶ Δωριέων καὶ Αἰολέων εἰσὶν, in altero meorum codd. non legi quæ hic habes, Καὶ ἀντὶ τοῦ κλαίειν κτλ., sed ista, Ἀλλὰ καὶ τὸ χρᾶσθαι τῷ δέ ἀντὶ τοῦ δή, κοινόν ἐστιν Ἀττικῶν καὶ Δωριέων καὶ Αἰολέων. Sed hæc ibi ita disjuncta sunt a proxime præcedentibus quasi diversum articulum efficiant, cum tamen paulo post de eodem particulæ δὲ usu, allatis etiam exemplis, agatur. In altero autem exemplari, post verba illa, Εὗρον δ' ἐγὼ ὅτι καὶ Δωριέων καὶ Αἰολέων εἰσὶν, neque adjecta sunt illa verba de particula δὲ, neque item quæ de verbis κλαίειν et sequentibus hic leguntur. Pertinet porro ad hanc τοῦ ι ablationem, s. potius exemptionem, (ut ἐξαίρεσις sit Exemptio, sicut ἐξαιρεῖν Eximere,) quod mox de ἐς dicitur pro εἰς.

XXXI. — Ὡς etiam superabundare apud eos solitum est.

Hoc ex Thuc. pleonasmi particulæ ὡς exemplum (quod habes p. 290 meæ ed. [8, 87]), non tam certum est quam ea, quæ in Thes. meo annotavi. Existimaturque Hom. hujus pleonasmi exemplum præbuisse, Il. B, [258] : Εἴκ' ἔτι σ' ἀφραίνοντα κιχήσομαι ὡς νύ περ ὧδε· vacare enim et hic illam particulam. Putat tamen Eust. posse et pro λίαν accipi. Atque adeo Valla in illo itidem loco Thuc. ὡς interpretatur Admodum. Forsitan autem suspicetur quispiam καὶ ὡς ab eo scriptum hic, ut et alibi, fuisse.

XXXII. — Εἰς Præpositionem Ἐς dicunt.

Cum hæc ad ἐξαίρεσιν literæ ι pertineant (ut modo dicebam), Articulo trigesimo adjungi debuerant. Quæ autem sequuntur de ὡς, proxime præcedenti addere oportebat, cum de eadem particula utrobique agatur, licet alioqui in illo Thuc. loco præp. non sit, ut est cum præstat usum præpositionis πρός. Verum in neutro meorum codd. leguntur ista de ὡς præp.; in altero autem ne illa quidem, quibus ἐς pro εἰς ab Atticis usurpari traditur. Neque tamen vera esse utraque ignoro; sed hinc (sicut et ex iis quæ paulo ante annotavi) colligi posse dico, aliena quædam iis, quæ ab auctore scripta sunt, immixta esse.

XXXIII. — Particula Δὲ pro Δὴ sæpius utuntur.

Itidem schol. Thuc. particulam δὲ pro δὴ positam hic esse censet; atque adeo non dubito quin et hoc ex eo sumptum fuerit. Præsertim cum unum ex meis exemplaribus id testetur, sicut paulo post docebo. Sed aliud potius exemplum afferendum censuissem; neque enim video quid obstet quominus particulam δὲ consuetam et hic signif. habere censeatur : ut videlicet perinde sit ac si ita locutus fuisset Thuc. [8, 53], κεφαλαιοῦντες ἐκ πολλῶν καὶ ἄλλα μέν τινα, μάλιστα δὲ, ὡς ἐξείη, etc. Ceterum in uno quidem ex meis exemplaribus ita legitur iste locus ut hic, præterquam quod περιγενέσθαι ibi est; at in altero, quod vetustius est, inter κεφαλαιοῦντες et μάλιστα δὲ habetur ἐκ πολλῶν, sicut et ap. ipsum Thuc.; sed pro βασιλέα τε, habet βασιλέα γε. In eodem legitur illa particula δὲ post Πελοποννησίων, quæ ap. Thuc. [8, 66] non extat, in vulgatis quidem certe edd. Quo etiam in loco usurpatam esse pro δὴ existimat Corinthus, cum alioqui schol. Thuc. eum usum huic particulæ in priore duntaxat loco tribuat. In illo tamen vetustiori codice utriusque loci expositio testimonio ejus comprobatur. Ita enim ibi scriptum est, Ἐνταῦθα γὰρ τὸ μάλιστα δὲ, καὶ τὸ Πελοποννησίων δὲ, ἀντὶ τοῦ δή παρελήφθησαν, ὡς ἐν Σχολίοις τοῖς εἰς Θουκυδίδην Μαρκέλλου εὑρήκαμεν. Ubi obiter et hoc observandum est, Marcellum [Marcellinum] illorum in Thuc. scholiorum auctorem censeri.

In eodem exemplari præcedunt verba quædam, in quibus hic particulæ δὲ pro δὴ usus Atticis cum Doribus et Æolibus communis esse traditur. Ea protuli supra, in Articulum XXX.

XXXIV. — Hi etiam et Accusativo et Recto utuntur pro Obliqua Constructione.

Falso (mea quidem sententia) in illo Thuc. libri tertii l. [c. 4] nominativum pro genitivo usurpatum esse tradit, scholiasten ipsius Thuc. auctorem sequens. At vero in iis, qui ex libro Ejusdem octavo et ex Hom. afferuntur, locis, (nam de locis Philostrati seorsum disseram,) quamvis tam nominativus quam accus. pro genit. ponantur, longe tamen diversus est illorum usus. Nam ap. Thuc. 8, [53] accus. pro eo genit. ponitur, qui vulgo Absolutus appellatur; at vero ap. Hom. [Od. M, 73], Οἱ δὲ δύο σκόπελοι, ὁ μὲν οὐρανὸν εὐρὺν ἱκάνει, quis nominativum, οἱ δὲ δύο σκόπελοι, pro eo gen. positum esse putet qui Absolutus vocatur? Eum dico, qui ablativo Latinorum absoluto respondet, aut saltem eodem officio fungitur. Sed de his Homericis postea : nunc de illo Thuc. libri tertii loco dicendum est. Ibi equidem alia est orationis forma, cum nominativus Ἀθηναῖοι suum verbum habeat; neque enim negare quisquam possit, illud

ἑώρων cum Ἀθηναῖοι jungi. Atque adeo nihil in hac structura orationis innovari, fatebitur qui duntaxat particulæ ὡς sedem mutabit : hoc modo, Καὶ ὡς οἱ Ἀθηναῖοι οὐ πολλῷ ὕστερον καταπλεύσαντες ἑώρων. Quidni vero, ista vocula suam sedem retinente, eadem orationis forma esse censebitur? Contra autem genitivi usus quam incommodus hic esset consideremus : Καὶ τῶν Ἀθηναίων οὐ πολλῷ ὕστερον καταπλευσάντων, ὡς ἑώρων, ἀπήγγειλαν μὲν οἱ στρατηγοὶ κτλ. Certe si ita locutus fuisset, post genitivum Ἀθηναίων, fuisset rursus idem nomen subaudiendum in nominandi casu : hoc pacto, Καὶ τῶν Ἀθηναίων οὐ πολλῷ ὕστερον καταπλευσάντων, ὡς ἑώρων οἱ Ἀθηναῖοι, (nisi malis, ὡς ἑώρων αὐτοὶ,) ἀπήγγειλαν μὲν οἱ στρατηγοὶ, etc. Neque vero dici potest verbum ἑώρων ad sequentem nominativum potius quam ad præcedentem ferri. Præterquam enim quod dicendum potius fuisset, Ἀπήγγειλαν μὲν οἱ στρατηγοὶ τὰ ἐπεσταλμένα, ὡς ἑώρων, vel, Ἀπήγγειλαν μὲν τὰ ἐπεσταλμένα οἱ στρατηγοὶ, ὡς ἑώρων· vel ita potius (ne verbum ἑώρων nimis remotum esset), Ὡς ἑώρων οἱ στρατηγοὶ, ἀπήγγειλαν μὲν τὰ ἐπεσταλμένα· præterquam quod tali verborum collocatione utendum potius fuisset, curnam, obsecro, de ducibus potius quam generaliter de Atheniensibus illud ἑώρων diceretur? Qualem vero sedem particula ὡς habet hic, eo referendo quo dixi, talem et paulo post habet, ubi scriptum est, Οἱ δ' ἐκ τῶν Ἀθηνῶν πρέσβεις ὡς οὐδὲν ἦλθον πράξαντες, ἐς πόλεμον καθίσταντο οἱ Μιτυληναῖοι· non autem, Ὡς δὲ οἱ ἐκ τῶν Ἀθηνῶν πρέσβεις οὐδὲν ἦλθον πράξαντες.

Homeri autem locus, omnium consensu, nomin. pro genit. habet; sed eum gen., qui (uti dixi) Absolutus vocatur : imo eum Distributivum appellare fortasse liceat, quod distributioni adhibeatur.

Ad Philostrati locos venio; ac de priore prius verba faciens, orationem quidem ἀκολουθίαν suam non servare fateor : sed quominus nomin. vertere in genit. possimus (ut in illo Homeri loco), obstare dico gen. αὐτοῦ : cum enim ita scriptus sit locus [Vitt. Soph. 2, 12], Ὁ Πρωτεὺς ὁ Φάριος, τὸ θαῦμα τὸ Ἑλληνικόν [Ὁμηρικόν]· πολλαὶ μὲν αὐτοῦ καὶ πολυειδεῖς αἱ μορφαί· si hunc nomin. s. potius hos nominativos in genitivos commutare velis, tollere pronomen relativum αὐτοῦ necesse erit. Alioqui enim ita loquendum esset, Τοῦ Πρωτέως τοῦ Φαρίου, τοῦ θαύματος τοῦ Ἑλληνικοῦ, πολλαὶ μὲν αὐτοῦ καὶ πολυειδεῖς αἱ μορφαί· quam orationis formam cujus aures pati possent? At vero ille pronominis αὐτοῦ usus talis est, ut cum oratio sit ἀνακόλουθος s. ἀκατάλληλος, hanc ejus structuram alioqui duram quodammodo molliat atque leniat illius adjectio; perinde videlicet ac si ita scripsisset, Ὁ Πρωτεὺς ὁ Φάριος, τὸ Ἑλληνικὸν θαῦμά ἐστι· πολλαὶ μὲν αὐτοῦ etc. In posteriore autem loco talem gen. non habemus, qui illi nominativi in genitivum commutationi obstet; sed tamen ne hic quidem locus Homerico plane similis est, cum non sequatur itidem distributio. Hæc enim sunt illius loci verba ap. ipsum Philostr. in Εἰκόνων libro [1, 7], ubi de Memnone agit: Αἱ δὲ μετέωροι δαίμονες, Ἠὼς ἐπὶ τῷ παιδὶ πενθοῦσα, κατηφῇ ποιεῖ τὸν Ἥλιον, καὶ δεῖται τῆς Νυκτὸς κτλ. Denique illa orationis forma nominativos pro genitivis habentis, videtur in hanc posse commutari ab eo, qui Latine reddere velit, Quod autem ad dæmones attinet. At Homeri loco talem interpret. minime convenire manifestum est.

XXXV. — Et pro Participiis Attici Verbis utuntur, et pro Verbis vicissim Participiis.

Minime verisimilis est ista expositio, ὁ δὲ χρηματισαιτο ἀφεὶς, pro ὁ δὲ ἀφῆκε χρηματισάμενος. Atque adeo si locus hic est is qui l. 8 legitur, (sed paulo aliter scriptus,) aperte falsa est. Ibi enim habemus p. 290 meæ ed. [c. 87] : Οἱ δὲ (sub. εἰκάζουσιν), ἵνα τοὺς Φοίνικας προαγαγὼν ἐς τὴν Ἀσπενδον, ἐχρηματίσαιτο ἀφείς. Hic enim nullo modo ἐχρηματίσαιτο ἀφεὶς accipi posse pro ἀφῆκε ἐχρηματισάμενος, cum præcedat particula ἵνα, evidentius est quam ut dubium cuiquam esse queat. Neque tamen existimo alium locum quam hunc afferre Corinthum voluisse; sed A lapsum memoria, ita scripsisse. Nam etiamsi demus illi permutatum hic esse participii et verbi usum, non tamen dici poterit ἀφεὶς esse pro ἀφῆκε, sed pro ἀφείη.

XXXVI. — Et Ἦ abundat apud Atticos.

Hic quoque multos à se dissentientes habebit Corinthus de pleonasmo particulæ ἦ, licet schol. [Thuc. 8, 94] itidem annotet περιαιρετέον τὸν ἦ σύνδεσμον. Neque enim, ut opinor, eum nos ex contextu eximere jubet, sed locum ita exponere ac si exempta esset : ideoque παρέλκειν dixit Corinthus. Sed in uno meorum exempll. non simpliciter habetur παρέλκει, sed παρέλκει πολλάκις. Debuit certe, si hoc verum sit, voculam istam sæpe abundare apud Atticos (leg. enim παρὰ Ἀττικοῖς s. παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς, non ἐν τοῖς Ἀττικοῖς, ut habent vulgatæ edd.), ex multis locis unum saltem, in quo evidens hic pleonasmus esset, proferre. Habebimus quidem infra, nimirum Articulo LXIX, aliud exemplum ex Aristoph., sed nihilo aptius eo, quod ex Thuc. allatum est. At ego duo manifesta hujus pleonasmi exempla, sed post nomen comparativi gradus, ex illo ipso sumpta, lectori exhibebo. Unus est l. 7, [77] : Ἤδη τινὲς καὶ ἐκ δεινοτέρων ἢ τοιῶνδε ἐσώθησαν. Neque enim quis dixerit δεινότερα ἐκεῖνά ἐστιν ἢ τοιῶνδε, sed δεινότερα ἐκεῖνά ἐστι τοιῶνδε, vel δεινότερα ἐκεῖνά ἐστιν ἢ τοιάδε. Alter autem locus huic similis, i. e. pleonasmum similem habens, est iste [8, 5] : Καὶ πολὺ μᾶλλον, ὡς εἰπεῖν, κατὰ τοῦτον τὸν καιρὸν αὐτοῦ οἱ ξύμμαχοι ὑπήκουον ἢ τῶν ἐν τῇ πόλει Λακεδαιμονίων. Hic enim (loquendo more consueto) dicendum erat πολὺ μᾶλλον τῶν ἐν τῇ πόλει Λακεδαιμονίων, sine ἤ : aut certe, πολὺ μᾶλλον ἢ οἱ ἐν τῇ πόλει Λακεδαιμόνιοι. Quod quidem non animadversum, in magnum errorem impellere lectorem possit; quippe qui existimaturus sit hunc esse sensum (qui certe prima fronte se offert), πολὺ μᾶλλον ὑπήκουον αὐτοῦ ἢ ὑπήκουον τῶν ἐν τῇ πόλει Λακεδαιμονίων. Tanti est tales particularum usus a sermonis consuetudine recedentes, cognitos habere.

XXXVII. — Ἀλλὰ conjunctionem pro hortativa sæpe ponunt.

Idem exemplum a schol. Thuc. affertur : quin etiam vult eundem esse hujus particulæ ἀλλὰ usum et in quodam illius Historici loco, 8, p. 291 meæ ed. [89], ubi tamen non video quomodo signif. illa ei convenire potius quam vulgaris possit. Scribit autem ap. Hom. ἀλλ' ἄγε, non ἀλλά γε : ac sequendam et ego lectionem illam potius censeo, cum et in Homericis exemplaribus extet, Od. N, [383]. Sed in aliis potius Hom. locis quam in isto, et nonnullis isti similibus, vim hanc particulæ ἀλλὰ inesse, docui in meo Thes.

XXXVIII. — Et accipere Accusativos Casus pro Genitivis.

Idem ejusdem rei exemplum habuisti supra ap. Jo. Grammaticum; sed τούτου simpliciter, non ἀπὸ τούτου, ibi scriptum est. Ac mihi lectio illa magis quam hæc placet, cum dicatur potius ἀφείλετό μου τοῦτο, quam ἀφείλετο ἀπ' ἐμοῦ τοῦτο. Adde quod non dicitur hic, Atticos accipere accusativos casus pro genitivis, cum præpositione; sed simpliciter, pro genitivis.

XXXIX. — Et proferre Vocativos pro Nominativis.

In uno meorum exemplarium adduntur et alia tria exempla, videlicet, ἱππότα Νέστωρ pro ἱππότης : et εὐρύοπα Ζεὺς ac μητίετα, pro εὐρυόπης et μητιέτης. Quæ omnia exempla, præter quartum, habuisti et supra ap. Jo. Grammaticum, Articulo seu Tmematio VIII, ubi aliorum potius quam Atticorum esse hunc vocativorum usum ostendi. Erroris autem occasionem præbuisse videtur quod passim a grammaticis, et ab hoc quoque, traditur, Attieos vocativum no-

minativo parem facere: quasi nimirum ex eo consequatur et hos vocativos, qui vicissim nominativorum locum obtinent, Atticæ linguæ consuetudini esse ascribendos.

XL. — Sumere duas Negationes pro Affirmatione una, Atticorum est.

Græca Corinthi verba sunt hæc, Τὸ λαμβάνειν τὰς δύο ἀποφάσεις ἀντὶ μιᾶς καταφάσεως, Ἀττικῶν ἐστὶ, quæ ad verbum sonant quod ille hujus Articuli titulus habet: videlicet, Sumere duas negationes pro affirmatione una, Atticorum est. Quare miror unde profecta sit hæc interpretatio, Repugnantium alterutrum, cum negatione contrarium, Attice pro affirmatione ponitur. Habetur autem hæc in ea opusculi hujus editione, quæ novissimæ vulgarium Lexicorum editioni subjuncta est. Sed præterquam quod verbis ipsius auctoris minime insistat ea interpretatio, ejusmodi certe est ut OEdipo indigere videatur. Eo autem magis hunc Interpretem, quicunque est, a verbis Corinthi discessisse miror, quod ipsemet suam mentem statim explicans, nullam de illis dubitationem lectori relinquit. Ego tamen aliter potius de hujusmodi phrasi loquendum esse censuissem. Satius enim videtur referre hoc genus loquendi ad figuram, quæ λιτότης appellatur, cujus aptissimum exemplum habetur in illis Homeri verbis [Il. O, 11], οὐκ ἀφαυρότατος, ubi Eust. nos προσεπεννοεῖν jubet, ἀλλ' ὁ ἀνδρειότατος, idemque et in aliis hujusmodi generibus loquendi faciendum ait; atque id vel ex ipso Hom. perspici, qui ἐντελῶς loquens, dixerit, οὐ κάκιστος, ἀλλ' ὤριστος: Od. P, [416], Οὐ μέν μοι δοκέεις ὁ κάκιστος Ἀχαιῶν Ἔμμεναι, ἀλλ' ὤριστος. Est autem illi οὐκ ἀφαυρότατος pro ὁ ἀνδρειότατος, simile οὐκ ἀλαπαδνός, ap. eundem poetam, ut Il. Δ, [330]: Ἠὰρ δὲ Κεφαλλήνων ἀμφὶ στίχες οὐκ ἀλαπαδναὶ Ἔστασαν, i. e. ἀνδρειόταται. Simile est ap. Soph. οὐ τῆς πρώτης μοίρας pro τῆς ἐσχάτης [OEd. C. 144], ubi dicit OEdipo, Οὐ πάνυ μοίρας εὐδαιμονίσαι πρώτης. Simile ap. Herodot. [4, 95]: Ὁμιλήσαντα Ἑλλήνων οὐ τῷ ἀσοφωτάτῳ σοφιστῇ Πυθαγόρᾳ, pro σοφωτάτῳ: oportet enim ταῖς τοιαύταις ἄρσεσι (ut Eust. loquitur) συνυπακούειν καὶ θέσιν. Alibi vero dicit pro eodem, τῇ ἀποφάσει συνεισάγειν τὸ ἐναντίον. Sed non video cur Atticis potius quam aliis hoc loquendi genus ascribatur; quod Latinæ etiam linguæ usitatissimum est: ut cum Non ultimus s. Non postremus dicitur pro Primus. Ovid.: Ille meos quondam non ultimus inter amicos. Virg.: Nec tibi cura canum fuerit postrema. Apud Eund., Et gens illa quidem sumptis non tarda pharetris: pro Strenua, vel Valde strenua. Alibi, Non æquæ Palladis: pro Iniquæ. Alibi, Non innoxia verba: pro Noxia, Valde noxia. Idemque fit et in verbis, ut ap. Eund. Nec mihi displiceat: pro Placeat, Valde placeat. Sed crasso errore figura hæc *Liptote* vocata fuit (qui error et in quibusdam Servii locis extat), cum Litotes vocari debeat, ex Græco λιτότης. Quidam vocarunt etiam μείωσιν: quod tamen aliud potius significat. Ceterum illi Homeri loco adduntur in uno ex meis codd. hæc verba, Καὶ ὁ θεολόγος, Ἔστι δὲ οὐκ ἄδηλον τοῦτο, ὅπῃ τὸ πνεῦμα τετάξεται. Hic enim οὐκ ἄδηλον censetur itidem sumi (ut certe sumitur) pro δῆλον.

Quod autem ad Thuc. locum attinet, non satis apte affertur, cum in eo particula negativa nomini substantivo non jungatur, sicut in exemplis, quæ attuli, jungitur adjectivis. Neque vero debuit dicere sumi pro ἐλευθερίᾳ, cum hæc vox ab ipsomet auctore addatur. (Sed nostra exempll. habent ἐλευθερώσει, quod longe commodius est, cum καταδούλωσις et ἐλευθέρωσις sint ejusdem omnino formæ verbalia.) Locus extat 3, p. 86 meæ ed. [c. 10]: Ξύμμαχοι μέντοι ἐγενόμεθα οὐκ ἐπὶ καταδουλώσει τῶν Ἑλλήνων Ἀθηναίοις, ἀλλ' ἐπ' ἐλευθερώσει ἀπὸ τοῦ Μήδου τοῖς Ἕλλησι. Atqui extant ap. Thuc. valde apta exempla, quæ potius afferenda erant: exempla inquam ejusdem usus particulæ οὐ cum substantivis, quem in locis allatis habet cum adjectivis. Eust. [p. 11, 25] postquam ex Epicuro unum attulit exemplum, videlicet οὐ παραγένησις pro ἀποδημία, addit unicum Thucydidis [3, A 95] nimirum διὰ τὴν οὐ περιτείχισιν, pro διὰ τὸ ἀτείχιστον. Sed huic adjici aliqua possunt: ex quibus est οὐκ ἐξουσία, 5, p. 182 [c. 50]: Καὶ ἀνακηρυχθέντος Βοιωτῶν δημοσίου κατὰ τὴν οὐκ ἐξουσίαν ἀγωνίσεως. Nonnullos alioqui apud eundem scriptorem locos esse fateor, quibus simplicior expositio sufficere videatur; veluti cum dicit [1, 137] τὴν τῶν γεφυρῶν οὐ διάλυσιν, item [5, 35] τὴν τῶν χωρίων οὐκ ἀπόδοσιν. Quibus locis et ille ab Eust. allatus annumerari posse videtur.

Verum et cum verbis locum habere hunc particulæ οὐ usum sciendum est, ubi non tam commode perspici negatio potest, quam in illis adjectivis, quæ in exemplis allatis habentur, veluti in ἀφαυρὸς et ἀλαπαδνός. Tale est Il. A, [330]: Οὐδ' ἄρα τώγε ἰδὼν γήθησεν Ἀχιλλεύς, Non gavisus est, lætatus est: pro Contristatus est, Mœrore affectus est: aut etiam Valde contristatus est, Magno mœrore affectus est. Sic Gallice dicimus, *Il n'en a pas été joyeux*, pro *Il en a été bien fâché*. Tale est (in contraria alioqui sententia) οὐκ ἐχολώσατο Ζεύς, ap. eund. poetam, B Non succensit, pro Gavisus est, Gaudio affectus est. Sic certe et ap. Thuc. legimus 5, p. 184 [c. 57]: Τὰ δ' οὐ καλῶς εἶχε, pro ἐστασίαζε. Non deerunt vero et in sermone Latino exempla hujus usus particulæ negativæ, si quis ea quærere voluerit.

At vero de altero duarum negationum usu disseram cum ad Artic. XLIII pervenero.

XLI. — In Feminino Genere aliquid dicere consuevere, inde inferre Neutrum.

Supra ex uno meorum exempll. quædam attuli, qui huic loco melius convenissent. Leguntur enim inter Articulum XXVII et XXVIII ista verba (quæ et ipsa Articulum per se efficiunt), Ἔθος αὐτοῖς μὴ ἀποδιδόναι τὴν φωνὴν πρὸς τὴν σύνταξιν, ἀλλὰ πρὸς τὸ σημαινόμενον. Afferturque hujus rei istud exemplum ex Thuc. 3, p. 109 meæ ed. non procul ab initio [c. 79]: Τῇ δ' ὑστεραίᾳ ἐπὶ μὲν τὴν πόλιν οὐδὲν μᾶλλον ἐπέπλεον, καί περ ἐν πολλῇ ταραχῇ καὶ φόβῳ ὄντας. In eo enim conveniunt isti loci, alioqui diversi, quod in utroque C non habetur ratio τῆς φωνῆς, i. e. Vocis, sed τοῦ σημαινομένου, i. e. Ejus quod ea significatur. Talis certe nominis collectivi usus qualis in ea, quam attuli, oratione, non Græcis tantum, sed Latinis quoque non infrequens est. Convenitque prorsus illud exemplum cum iis, quæ Artic. s. Tmematio XVII, allata fuerunt, ex Hom. [Il. B, 278]: Ὥς φάσαν ἡ πληθύς· ex Demosth. [p. 37, 3]: Ὑμεῖς δ' ὁ δῆμος κάθησθε ἐκνενευρισμένοι.

Quod autem ad mutationem illam attinet, quæ in loco Thuc. [2, 47] extat, mutationem inquam generis ex feminino in neutrum, (cum enim præcessisset, Ἡ νόσος πρῶτον ἤρξατο γενέσθαι τοῖς Ἀθηναίοις, subjunxit, Λεγόμενον μὲν καὶ πρότερον πολλαχόσε ἐγκατασχῆψαι, cum orationis contextus suam, ut ita dicam, ἀκολουθίαν servans posceret femininum participium λεγομένη, non neutrum λεγόμενον, quod perinde subjunxit ac si neutro νόσημα, non feminino νόσος, usus fuisset,) quod, inquam, ad mutationem D illam attinet, quid de ea judicem, declaravi in iis, quæ ante has in Corinthum Animadversiones præfatus sum. Siquidem et nunc in ea opinione sum ut Thucydideam potius quam Atticam appellandam censeam.

XLII. — A Rectis in ευς Plurales in εις, per ῆς scribunt.

Additur et tertium, Πλαταιῆς, in uno ex meis Mss. codd., quæ vox ap. Thuc. ita scripta legitur, cum alibi, tum p. 50, 100, 103 meæ ed. Cui similis est Θεσπιῆς, p. 152. Sic ἱππῆς, p. 152, 161. Accusativum tamen ἱππέας, non ἱππῆς, ap. eum legis in fine p. proxime præcedentis, quæ est 151: nec non p. 285, atque aliis plerisque locis. Jam vero et κληϊστὸν ap. eundem extat, quod cum κληΐδα convenit; ut enim κληΐδα est pro κλεῖδα, ita κληϊστὸν pro κλειστόν. At in voce Ποσηΐδαον [sic] magis novum hoc scripturæ genus videri queat. Quin etiam de illo κληϊστὸν dubitare

quis possit, quod habetur p. 54 meæ ed. [2, 17], ne forte κλῃστὸν potius scrib. sit, ut p. 123, κλήσειν scriptum est, cum η habente ι subscriptum. Ceterum omittenda hic non est lectio, quæ in uno ex meis exempll. habetur : ista videlicet, Καὶ τρέπουσι δὲ ἐν πολλοῖς τὸ ι εἰς η, καὶ τὸ ι ἔστιν ὅτε προσγράφουσιν, ἔστι δ' ὅτε οὔ· οἷον, κλεῖδα, κλείδα, κληῖδα· Ποσείδειον, Ποσειδήϊον, Ποσειδῆϊον· φοινικοπάρῃος, μιλτοπάρῃος.

XLIII. — Et οὐ Negationem supervacuam sæpe accipiunt.

Locus Thuc. parum apte in exemplum affertur, si eum ita legamus ut hic habetur. Sciendum est enim in vulgatis edd. secus legi, nimirum cum adverbio μᾶλλον ante ἢ οὐ : hoc modo, (extat autem p. 93 meæ ed. [3, 36]) : Καὶ τῇ ὑστεραίᾳ μετάνοιά τις εὐθὺς ἦν αὐτοῖς καὶ ἀναλογισμὸς, ὠμὸν τὸ βούλευμα καὶ μέγα ἐγνῶσθαι, πόλιν ὅλην διαφθεῖραι μᾶλλον ἢ οὐ τοὺς αἰτίους. Quæ lectio μᾶλλον ἢ οὐ τοὺς αἰτίους etiam in quodam meo Ms. cod. extat. Fateor tamen unam ex his tribus particulis posse videri abundare, et legi debere ἢ οὐ τοὺς αἰτίους, sine μᾶλλον (quam lectionem ambo mea exempll. hujus opusculi Corinthi confirmant), vel μᾶλλον ἢ sine οὐ. Sed alius extat ap. Thuc. locus, qui illam vulgatarum edd. lectionem comprobat, et credere quod dixi de particula μᾶλλον, vetat. Is est 2, p. 67 [c. 62] : Οὐδ' εἰκὸς χαλεπῶς φέρειν αὐτῶν μᾶλλον ἢ οὐ κήπιον καὶ ἐγκαλλώπισμα πλούτου πρὸς ταύτην νομίσαντας ὀλιγωρῆσαι. Eandem enim utriusque loci rationem esse et eandem expositionem poscere constat. Quod tamen non animadvertit schol., quippe qui in illo quidem priore particulam ἢ esse pro ἤπερ, et vacare negationem tradit; at in hoc posteriore ἢ οὐ κήπιον exponit ἀλλὰ κήπιον. Utram vero expositionem sequemur? Mihi quidem certe quin priorem illam sequi debeamus minime dubium est; quippe quæ adverbio μᾶλλον suum locum relinquat. Quod de posteriore dici non potest; eam enim sequendo, plane otiosum esset adverbium μᾶλλον. Adde quod nimium audax est talis expositio, ἢ οὐ pro ἀλλά. At Corinthum miror, qui non animadverterit, legendo πόλιν ὅλην διαφθεῖραι ἢ οὐ τοὺς αἰτίους, absque μᾶλλον, nihilo magis posse dici vacare οὐ, quam ἤ. Imo vero si alterutrum tollendum esset, minore cum damno tolleretur ἢ quam οὐ : tantum abest ut vacare dici possit, si ita legatur. Sumpsisse tamen Corinthum ista omnia ex illo Thuc. scholiaste, collatio verborum unius cum verbis alterius statim docebit. Sed cum schol. exponat ἤπερ τοὺς αἰτίους, Corinthus exponit παρὰ τοὺς αἰτίους : si tamen eum ita scripsisse credendum sit, et consulto hic ab illo enarratore discessisse, cujus alioqui, tanquam doctissimi præceptoris, vestigiis insistere diligenter solet. Est certe et hoc in illa præp. παρὰ incommodum, quod non cohæreat oratio, si dicas μᾶλλον παρὰ τοὺς αἰτίους : ut cohæret cum dicitur μᾶλλον ἤπερ τοὺς αἰτίους.

Et Μὴ νύ τοι οὐ χραίσμῃ σκῆπτρον.

Dum Corinthus non contentus iis, quæ a suo magistro tradita erant, (sunt autem hæc, quæ ille schol. in illa Thuc. verba ἢ οὐ τοὺς αἰτίους, annotat : Ἡ οὐ ἀπόφασις περιττή· ὁ γὰρ ἤ σύνδεσμος ἀντὶ τοῦ ἤπερ κεῖται. Κἂν τῇ συνηθείᾳ δὲ πολλάκις παρελκούσαις ἀποφάσεσι χρώμεθα· Οὐ μὰ τὸν Δία, Οὐ μὰ γὰρ Ἀπόλλωνα· ὡς καὶ τὸ, Ἀπαγορεύω σοὶ μὴ ποιεῖν·) de suo aliquid addere vult, suam imperitiam aut certe imprudentiam et incogitantiam prodit; quippe qui hunc v. Homeri [Il. A, 28], Μὴ νύ τοι οὐ χραίσμῃ σκῆπτρον, in exemplum afferat ejus, quod dixerat, negationem οὐ sæpe vacare : cum nihil minus quam istud hoc in loco verum comperiatur. Tollatur enim hinc particula οὐ, sensus erit omnino contrarius; nam significabitur Ne tibi prosit, cum significare velit, Ne tibi non prosit. Est enim hic non illud μὴ, quod eundem quem et οὐ locum obtinet, sed illud quod reddi solet particula Ne, Ut ne, Ne forte.

Sic et nos consuevimus sæpe Negationibus uti.

Corinthi verba sunt, Κἂν τῇ συνηθείᾳ πολλάκις ἀποφάσεσι χρώμεθα. Ubi συνήθειαν vocare videtur Sermonem vulgo receptum, seu vulgarem. Talem enim hujus vocabuli usum apud plerosque ex recentioribus observasse mihi videor. Sonabunt igitur illa verba, In vulgari etiam sermone sæpe negationibus utimur. Sed quorsum hoc? quis ignorat negationes s. negativas particulas in vulgari quoque sermone locum habere? Addendum igitur ex illo schol. παρελκούσαις, id est supervacaneis, seu quæ vacant, aut abundant. Quod autem attinet ad exemplum, quod subjungit, sciendum est in eo duas negationes haberi, quod verbo ἀπαγορεύω una inclusa sit. Idemque de aliis plerisque verbis hujusmodi dicendum est, quibus itidem subjungitur illa negativa particula, cum tamen nihil ea opus sit. Ac ne illius quidem verbi ἀπαγορεύω ita usurpati exemplum ἐκ τῆς συνηθείας petere debuit, cum ex classicis scriptoribus afferri posset. Æschines : Ἕτερος δὲ ἀπαγορεύει νόμος ἀρχὴν ὑπεύθυνον μὴ στεφανοῦν. Idem [p. 5] : Τούτους ὁ νόμος ἐξείργει τοῦ βήματος, τούτους ἀπαγορεύει μὴ δημηγορεῖν. Sunt etiam alia pleraque verba, quæ in hoc numero censeri debent, quibus subjungitur negativa particula, ut κωλύω. Demosth. [p. 1040, extr.] : Κωλύσας τοὺς ὀνηλάτας μὴ ἐξάγειν τὴν ὕλην ἐκ τῆς ἐσχατιᾶς. Itidemque verbale κώλυμα invenitur hunc usum habens : ut, Κώλυμα τοῦ μὴ γίνεσθαι, ap. Thuc. [1, 16], si bene memini. His autem duobus ἀπαγορεύω et κωλύω, addi potest ἀπιστῶ ex Eod.; sed et ἀρνοῦμαι aliaque ex aliis adjungi possunt.

Geminationis autem ipsarum particularum, quæ negant, exempla non attulit, quæ tamen non minus in promptu sunt. Hesiod. [Op. 143] : Οὐκ ἀργύρῳ οὐδὲν ὁμοῖον. Sic ap. Dem. : Καὶ οὐ περιόψομαι παθούσας οὐδὲν ἀνάξιον οὔθ' ἡμῶν, οὔτε τοῦ πατρὸς, ubi quemadmodum οὐδὲν ἀνάξιον ponitur pro ἀνάξιόν τι, præcedente particula οὐ, sic τοιοῦτον οὐδὲν pro τοιοῦτόν τι habes in isto Ejusdem loco, præcedente particula οὐδέ : eadem illa in Midiam oratione [p. 536, 25] : Νῦν δὲ τοῦτο μὲν οὐκ ἐποίησεν, ἐν ᾧ τὸν δῆμον ἐτίμησεν ἂν, οὐδ' ἐνεανιεύσατο τοιοῦτον οὐδέν. Ab Eodem post οὐ μὰ Δία additur οὐ, sive οὐχὶ, quod idem valet, ead. Or. in Midiam [p. 522, 26] : Ὡς εἴπερ ἀληθῶς ἐπεπόνθειν ταῦτα ἃ λέγω, δίκας ἰδίας μοὶ προσῆκεν αὐτῷ λαχεῖν, οὐ μὰ Δί' οὐχὶ δημοσίᾳ κρίνειν αὐτόν. Sed istius usus particulæ negativæ, itidemque ejus, qui in proxime præcedente exemplo habetur, passim obvia sunt exempla; at non item hujus, qui extat ap. Aristoph. Pl. [451] : Ποῖον γὰρ οὐ θώρακα, ποίαν δ' ἀσπίδα Οὐκ ἐνέχυρον τίθησιν ἡ μιαρωτάτη; Quemadmodum vero hic usus geminationis particulæ οὐ minus aliis frequens, sic particulæ οὐδὲ ap. Synes. quædam geminatio extat quæ rara est : Διδοὺς μὲν οὐδὲν, (οὐδὲ γὰρ οὐδ' ὅμοιος ἦν ἔχοντι,) δείξας δέ. Idem in libro De insomniis : Οὐδὲ γὰρ οὐδὲ ἀπαθῶς διακείμεθα περὶ τὰ θεάματα. Sic autem hanc particulam iterans Synesius Homerum imitari videtur, ap. quem legimus Il. M, [213] : Ἐπεὶ οὐδὲ μὲν οὐδὲ ἔοικε Δῆμον ἐόντα παρὲξ ἀγορευέμεν. Ubi annotat Eust. duplicis negationis eam vim esse, ut indicet τὴν τελείαν ἀποτροπὴν τοῦ χρῆναι τὸν δημότην ἀντιλέγειν τῷ κρατοῦντι. Utitur vero et aliquot aliis locis hac particula οὐδὲ ita geminata : ex quibus est hic, Il. E, [22] : Οὐδὲ γὰρ, οὐδέ κεν αὐτὸς ὑπέκφυγε κῆρα μέλαιναν. Ubi idem schol. affert alium ejusdem poetæ l., nimirum istum [Il. Z, 130], Οὐδὲ γὰρ, οὐδὲ Δρύαντος υἱός, etc. : additque, cum his in locis, tum in aliis ejusmodi, supervacaneam esse unam ex istis negationibus : sed tamen unam esse τοῦ ῥηματικοῦ πράγματος (id est, ut opinor, rei quæ exprimitur verbo, quod adjunctum est), alteram, personæ : ut dicat, inquit, ὅτι οὐδὲ ὑπεξέφυγεν ἄν, οὐδὲ αὐτός. Additque, hanc illarum geminationem declarare τὴν παντελῆ ἄρνησιν τοῦ πράγματος.

Hoc quoque addendum est iis, quæ dicta sunt, non duas negationes duntaxat, sed tres interdum pro una poni. Siquidem post verba illa, ἀπαγορεύω, κωλύω, ἀρνοῦμαι, atque alia hujusmodi, quorum unumquodque inclusam negationem habere dixi, interdum duæ

negativæ particulæ adduntur, μὴ οὐ, sive μὴ οὐχί. Lucian. [D. mort. 14, 1] : Νῦν μέν, ὦ Ἀλέξανδρε, οὐκ ἔξαρνος γένοιο μὴ οὐκ ἐμὸς υἱὸς εἶναι. Hic enim ἔξαρνον γίνεσθαι locum verbi ἀρνεῖσθαι obtinet. Itidemque ἐξομόσασθαι, cui eodem modo hæ duæ particulæ negativæ subjunguntur, non est aliud quam ἀρνεῖσθαι, sed addito etiam jurejurando, ap. Dem. [p. 1317, 7] : Καὶ ταῦτα οὐκ ἂν ἐξομόσαιτο Εὐβουλίδης μὴ οὐκ εἰδέναι. Sic etiam post ἀντιλέγειν seu ἀντειπεῖν, ut ap. Eund. In Timocratem : Καὶ οὐδεὶς πώ ποτε μὴ οὐ καλῶς ἔχειν ἀντεῖπεν αὐτούς. Et ap. Xen. Symp. [3, 3] : Ἀλλ' οὐδείς σοι, ἔφη, ἀντιλέγει τὸ μὴ οὐ λέξειν ὅ,τι ἕκαστος ἡγεῖται πλείστου ἄξιον ἐπίστασθαι. Neque enim dubium est quin his verbis negandi vis itidem includatur. Observandum est autem τὸ in illo Xen. loco ante μὴ, quod et alibi itidem illi præfixum reperitur. Ceterum in hac negationum geminatione lingua Latina plane a Græca dissidet; contra vero Gallicæ cum Græca in hac re, ut et in aliis plurimis, optime convenit.

Neque vero hoc prætermittendum est, antequam B de particulis negativis dicendi finem faciam, etiam atque etiam videndum esse ne in harum usu fallamur. Interdum enim geminatæ non majorem negationem, sed potius affirmationem efficiunt. Verum quoniam iis in locis, in quibus hoc contingit, non ad idem verbum ambæ, sed ad diversa feruntur, (nisi forte una ad verbum, altera ad participium feratur,) aut geminatio non est, aut certe aliud geminationis genus quam in præcedentibus exemplis esse dicendum est. Talis est hic l. ap. Xen. Cyrop. 2 : Οὐκ ἔστιν ὅπως οὐκ ἐπιθήσεται. Sic ap. Aristoph. [Pl. 872] : Κοὐκ ἔσθ' ὅπως οὐκ ἔχετέ μου τὰ χρήματα. Talis est et hic locus, Καὶ τοῖς μὲν οὐκ ἔστιν ὅτου μὴ τῶν καλῶν μέτεστι. Inveniuntur autem et unicum verbum habentes hæ negationes, ut in isto Dem. loco [p. 401, 24], Καί τι καὶ νεανιευσαμένου τοιοῦτον, ὡς οὐδὲν ὅ,τι οὐ ποιήσει, etc.; sed hic minime dubium est quin subaudiri debeat atque adeo subaudiendum relinquatur verbum ἐστὶ cum οὐδέν.

XLIV. — Etiam πρὸς abundare his solet, ut Thuc. : Καὶ πρὸς αὐτῶν τῶν Ἀθηναίων ἐγένετο.

Non credo quod hic dicit Corinthus, nec credendum esse puto, nimirum præp. πρὸς Atticis supervacaneam esse solere. Nam de loco quem affert, (qui nondum a me inventus fuit,) judicare posse mihi videor ex alio ejusdem scriptoris loco, qui illi, ni fallor, plane est similis : id est, ubi πρὸς eundem, quem et illic, usum habet. Legitur autem 8, p. 274 meæ ed. [c. 36] : Ἐδόκουν ὅμως τοῖς Πελοποννησίοις αἱ πρῶται ξυνθῆκαι, αἱ πρὸς Χαλκιδέα γενόμεναι, ἐνδεεῖς εἶναι, καὶ οὐ πρὸς σφῶν μᾶλλον. Quis in Græcorum scriptorum lectione non exercitatus particulam πρὸς hic abundare, ac non potius πρὸς σφῶν sonare In suum commodum, dicat? Subauditur autem εἶναι post πρὸς σφῶν : qui infinitivus ἀπὸ τοῦ κοινοῦ repeti debet. Possumus porro variis loquendi generibus interpretari istud, τοῦτο πρὸς ἐμοῦ ἐστί : variis, inquam, sed eundem sensum habentibus. Cujusmodi sunt ista, Hoc in meum commodum est, Hoc a me est, facit, vel pro me, Hoc a meis stat partibus, mihi favet. Quod si quis illo exemplo contentus non sit, afferam et aliud, ex eodem auctore sumptum, nimirum ex 4, p. 151 [c. 92] : Πιστεύσαντας δὲ τῷ θεῷ, πρὸς ἡμῶν ἔσεσθαι. Interdum vero πρὸς cum genitivo alium usum habet; nam τοῦτο πρὸς ἐμοῦ ἐστὶ sonat, Hoc mihi convenit, me decet, me dignum est, officii mei est : cujus etiam usus exempla in meo Gr. Linguæ Thes. afferre me memini. At πρὸς vacantis cum genitivo, sequente verbo ἐστὶ, vel γίνεται, nullum usquam extare exemplum existimo.

Et Aphthonius, Τοιαῦται γὰρ ἀρεταὶ πρὸς βίαν ἔχουσι κτώμεναι, pro βίαν ἔχουσι.

Ita quidem legitur ap. Aphthon. hic locus, ἐν τῇ κατασκευῇ ὅτι εἰκότα τὰ κατὰ Δάφνην. Sed ego præp. πρὸς Aphthonii esse nequaquam crediderim, nisi inA ter hanc et accus. βίαν aliquid interjecisse dicatur. Eccui enim credibile esse queat illum πρὸς βίαν ἔχουσι pro βίαν ἔχουσι usurpare voluisse? Accipere autem πρὸς βίαν, pro Per vim, s. Invite (ut ap. veteres interdum sumitur), locus minime patitur. [Locus est in Walzii ed. vol. 1, p. 79 (vol. 2, p. 21, 26 ed. Speng., qui conjecturam ἥκουσι κτωμένοις parum probabilem proposuit in præf. p. IV). Fugit editores admonitio Stephani de lacuna.]

XLV. — Supervacua et Καὶ Conjunctio apud eos.

Vacare apud Atticos sæpenumero conjunctionem καὶ fateor, sed commodum hujus usus exemplum hic a Corintho afferri nego. Extat id [ap. Thuc.] 3, p. 108 [c. 77] : Οἱ δὲ, πολλῷ θορύβῳ, καὶ πεφοβημένοι τά τ' ἐν τῇ πόλει καὶ τὸν ἐπίπλουν, παρεσκευάζοντό τε ἅμα ἐξήκοντα ναῦς, καὶ τὰς ἀεὶ πληρουμένας ἐξέπεμπον πρὸς τοὺς ἐναντίους. Quis non videt tantum abesse ut particula καὶ vel prior vel posterior vacare dici queat, ut alterutra sublata orationis structura stare non possit? Additur autem in uno ex meis exempll. aliud ex eod. Thuc. 6, [91] sumptum exemplum, Οἵτινες αὐτερέται κομισθέντες καὶ ὁπλιτεύουσιν εὐθύς. Sed quamvis paulo aptius hoc exemplum sit quam proxime præcedens, illius usus particulæ καὶ, de quo nunc agit : non tamen tale est quod ad eum probandum satis esse queat, cum ibi illa particula accipi pro Etiam possit. Mirum est vero Corinthum nostrum tam pauperem exemplorum in tanta eorum copia fuisse. Quam copiam ne frustra jactare videar, ex ejus penu hic depromenda exempla censui. Incipiam autem ab eo ipso auctore, ex quo allata a Corintho exempla rejicienda censui, (sed illud præsertim, cui priorem locum dedit,) et in eorum locum alia non totidem, sed multo plura substituam. Ex quibus tamen prima erunt illa, quæ ipsius etiam scholiastæ testimonio nituntur. Legimus igitur 8, p. 267 meæ ed. [c. 8] : Ὡς δὲ ἔδοξεν αὐτοῖς, καὶ διεκόμισαν εὐθὺς μίαν καὶ εἴκοσι ναῦς. Est hic περιττὸς ὁ καὶ, C inquit ille. Lib. 4 item, p. 123 [c. 8] : Ὡς δ' ἐδόκει αὐτοῖς ταῦτα, καὶ διεβίβαζον ἐς τὴν νῆσον τοὺς ὁπλίτας, ἀποκληρώσαντες ἀπὸ πάντων τῶν λόχων· καὶ διέβησαν μὲν καὶ ἄλλοι πρότερον κατὰ διαδοχήν, οἱ δὲ τελευταῖοι καὶ ἐγκαταλειφθέντες, εἴκοσι καὶ τετρακόσιοι ἦσαν, καὶ εἵλωτες οἱ περὶ αὐτούς. Hic quoque schol. vult particulam καὶ præfixam participio ἐγκαταλειφθέντες esse otiosam. Sed non minus recte, ac fortasse rectius id de illa pronuntiasset, quæ præcedit verbum διεβίβαζον. Vacat hæc particula, (si eidem scholiastæ fidem adhibendam censemus,) et in isto loco 7, p. 259 [c. 75] : Μετὰ δὲ τοῦτο ἐπειδὴ ἐδόκει τῷ Νικίᾳ καὶ τῷ Δημοσθένει ἱκανῶς παρασκευάσασθαι, καὶ ἡ ἀνάστασις ἤδη τοῦ στρατεύματος τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀπὸ τῆς ναυμαχίας ἐγίγνετο. Facit autem pro me quod hic ille dicit; talis enim est locus in exemplo proxime allato, quem dicebam habere καὶ supervacaneum, qualis hic, in quo ipse vacare censet. Ut enim illic habetur, ὡς δ' ἐδόκει αὐτοῖς ταῦτα, καὶ διεβίβαζον, ita hic, ἐπειδὴ ἐδόκει, ... καὶ ἡ ἀνάστασις ἤδη ἐγίγνετο. Sed et ille D locus, quem ex p. 267 attuli, Ὡς δὲ ἔδοξεν αὐτοῖς, καὶ διεκόμισαν, meam itidem sententiam confirmat, cum idem quod et in aliis duobus verbum præcedat. Lib. 3 item, p. 106 [c. 69] : Αἱ δὲ τεσσαράκοντα νῆες τῶν Πελοποννησίων, αἱ Λεσβίοις βοηθοὶ ἐλθοῦσαι, ὡς τότε φεύγουσαι διὰ τοῦ πελάγους, ἔκ τε τῶν Ἀθηνῶν ἐπιδιωχθεῖσαι καὶ πρὸς τῇ Κρήτῃ χειμασθεῖσαι, καὶ ἀπ' αὐτῆς σποράδες πρὸς τὴν Πελοπόννησον κατηνέχθησαν, καταλαμβάνουσιν ἐν τῇ Κυρήνῃ, etc., censet particulam καὶ subjunctam participio χειμασθεῖσαι esse supervacaneam. Quoniam vero nonnulli sunt loci, in quibus ipse ab eo de hujus particulæ usu dissentio, eos superioribus adjungam, ut lectori perpendendos proponam. Legimus igitur et 4, p. 127 [c. 17] : Οἷς δὲ πλεῖσται μεταβολαὶ ἐπ' ἀμφότερα ξυμβεβήκασι, δίκαιοί εἰσι καὶ ἀπιστότατοι εἶναι ταῖς εὐπραγίαις· hic quoque abundare particulam καὶ existimat, quod mihi non videtur. Quin etiam in hoc l. 5, p. 168 [c. 10] : Οἳ δὲ αὐτοῦ συστραφέντες ὁπλῖται ἐπὶ τὸν λόφον, τόν τε Κλεαρίδαν ἠμύνοντο καὶ δὶς ἢ τρὶς προσβαλόντα, καὶ οὐ

πρότερον ἐνέδοσαν· πρὶν ἥ τε Μυρκινία καὶ ἡ Χαλκιδικὴ ἵππος καὶ οἱ πελτασταὶ περιστάντες καὶ ἐσαχοντίζοντες αὐτοὺς ἔτρεψαν· hic quoque, si scholiastæ credendum est, habemus particulam καὶ supervacaneam, nimirum eam, quæ proxime sequitur participium προσβαλόντα. Sed ego fidem illi ab omnibus derogandam esse dico, cum particula καὶ, quam hic habemus, ea sit, quæ fertur ad τε : hoc modo, τόν τε Κλεαρίδαν ἠμύνοντο, καὶ οὐ πρότερον ἐνέδοσαν. Idem schol. in quendam libri 4 l. [20] de hac conjunctione scribit, eam non esse περιττὴν (i. e. supervacaneam), sed contra ἀναγκαίως κεῖσθαι. Quod cum dicit, facit ut suspicer fuisse qui eam illic quoque otiosam esse existimarent. Non dubito certe quin sicut ipse, (ut vel ex iis, quæ attuli, exemplis patet,) ita et alii plerique in multis locis eam vacare judicarint, ubi contra omnino necessaria esset. Ceterum locus, in quem ille hoc annotat, extat p. 128, quem ibi considerandum tibi relinquo. Ad me quidem quod attinet, illi assentior de eo, quod scribit, particulam eam minime esse supervacaneam; sed de usu, quem illi tribuit, plane ab illo dissentio.

Verum hujus pleonasmi particulæ καὶ aptiora etiam illis exempla, sed a scholiaste fortasse non animadversa, extare sciendum est; multos enim locos ap. illum ipsum scriptorem observasse me recordor, in quibus πλεονάζει hæc copula, ubi tamen schol. πλεονασμοῦ non admonet : cum alioqui diligenter in iis, quos attuli, id faciat. Sed quoniam multiplex est hic πλεονασμός, i. e. multæ sunt ejus formæ, de unaquaque sigillatim agam, exempla non ex illo tantum scriptore, sed ex aliis quoque depromens : et ita quidem ut morem in Thes. meo observatum retinens, ab Hom. initium sumam. Legimus igitur ap. Il. A, [31] : Τὴν δ' ἐγὼ οὐ λύσω, πρίν μιν καὶ γῆρας ἔπεισιν Ἡμετέρῳ ἐνὶ οἴκῳ ἐν Ἄργεϊ τηλόθι πάτρης Ἰστὸν ἐποιχομένην, καὶ ἐμὸν λέχος ἀντιόωσαν. Hic καὶ ante γῆρας supervacaneum esse censetur. Sic et in isto versu, B, [827] : Πάνδαρος, ᾧ καὶ τόξον Ἀπόλλων αὐτὸς ἔδωκεν. (Sed non ita certus est tamen hic pleonasmus ut in præcedente loco; potest enim jungi καὶ cum ἔδωκεν, potest et cum τόξον : si dicas, ᾧ καὶ ἔδωκε τόξον, tunc merito vacare copula judicabitur; sin dicas, ᾧ ἔδωκε καὶ τόξον, non item. Intelligetur enim, Arcum quoque, præter alia.) Est vero et quidam pleonasmus illi peculiaris, vel potius illi cum solis poetis communis, cum videlicet ad particulam ἠδὲ adjungit καί : ut Il. A, [334] : Χαίρετε, κήρυκες, Διὸς ἄγγελοι ἠδὲ καὶ ἀνδρῶν. Libro autem, qui proxime hunc sequitur, non nomina, sed verba copulantur his particulis, et quidem interjecto adverbio ἔτι [B, 117] : Ὃς δὴ πολλάων πολίων κατέλυσε κάρηνα, Ἠδ' ἔτι καὶ λύσει. Taceo de καὶ habente præfixam voculam τε, quæ itidem copulativa est, veluti cum dicitur, γυνὴ καλή τε καὶ σώφρων, pro γυνὴ καλὴ καὶ σώφρων : hujus enim usus exempla passim ap. utrosque scriptores sunt obvia. Atque his fere modis ap. poetas hæc particula πλεονάζει.

At in soluta oratione plures quam in carmine sunt hujus πλεονασμοῦ modi, ut exemplis docebo (iis tantum omissis, utpote nimis vulgaribus, in quibus ita geminatur hæc particula, ut in hoc Xen. l., Φανερὸς ἦν καὶ ποιῶν καὶ λέγων· hic enim abundare priorem particulam, satis notum est). Sed ex Thuc. cum jam allata fuerint aliquot, nullum quod ejusdem generis sit ex Eodem afferam. Tantum lectorem monebo ut caveat ne idem ipsi quod et illius scriptoris scholiastæ accidat, nimirum ne hanc particulam in iis etiam locis πλεονάζειν censeat, ubi contra omnino necessaria est, aut saltem usum aliquem habet. Sunt enim et aliqui ejus loci, ubi cum vacare videri possit, ego potius καινοπρεπῶς trajectam esse censuerim : cujusmodi est hic, 8 init. : Ὡς ἦν τις καὶ μὴ παρακαλῇ σφᾶς, οὐκ ἀποστατέον ἔτι τοῦ πολέμου εἴη, ἀλλ' ἐθελοντὶ ἰτέον ἐπὶ τοὺς Ἀθηναίους. Hic enim nequaquam vacare voculam καὶ, sed potius ex sua sede in alienam migrasse dixerim; esse enim ἦν τις καὶ μὴ παρακαλῇ, pro ἦν καί τις μὴ παρακαλῇ. Hoc est de quo lectorem monere operæ pretium esse existimavi; præsertim cum doctissimum virum Bud. in simili Synesii loco

A id minime animadvertisse cognorim. Ita enim Synes. : Καὶ γὰρ εἴ τι καὶ λέγοιεν ἀληθὲς, ἀλλὰ τοιοῦτοι ἦσαν οἷοι τὰ πλείω ψεύδεσθαι. Hic enim abundare particulam illam existimavit ante λέγοιεν, cum potius ad particulam εἰ pertineat : pro καὶ γὰρ εἰ καί τι λέγοιεν ἀληθές : ut εἰ καί sit Etiamsi. Nunc ad aliorum exempla venio, i. e. ad eos illorum locos, in quibus similis pleonasmus iis, qui ex ipso Thuc. allati fuerunt, conspicitur. Plato De rep. 1, [p. 328, C] : Καὶ μάλα πρεσβύτης μοι ἔδοξεν εἶναι· διὰ χρόνου γὰρ καὶ ἑωράκειν αὐτόν. Hic καὶ ante ἑωράκειν esse supervacaneum, nemo, ut opinor, negare vel velit, vel possit. Huic autem exemplo ex Plat. sumpto, subjungam aliud ex ejus condiscipulo Xen. depromptum, Cyrop. 7, [4, 13] : Ἔμοιγε μέντοι ἄξιοῦσι τὰ χρήματα οἵπερ καὶ ἔχειν αὐτὰ ἄξιοί εἰσιν· ὥστ' ἤν τι καὶ κλέψωσι, τὰ ἑαυτῶν κλέψονται· hic itidem ante κλέψωσι vacare particulam καὶ, nemo, ut opinor, infitiabitur. Sic ap. Isocr. Panath. legimus, Ἅπερ αὐτοῖς καὶ συνέβαινεν, abundante vocula καὶ, pro ἅπερ αὐτοῖς συνέβαινεν. Sed ut judicium de hoc quoque pleonasmo ferri possit, totum locum B [p. 262, D] proferam (præsertim cum ibi et particulæ δὲ pleonasmum, observatu non minus dignum, habeamus) : Νομίζοντες τοὺς ἐπὶ τοῦ βήματος βουλευομένους [βουλομένους] καὶ δυναμένους τὰ βέλτιστα συμβουλεύειν, τούτους δὲ [omissum in libris melioribus] καὶ καθ' ἑαυτοὺς γενομένους, ἐν πᾶσι τοῖς τόποις καὶ περὶ ἅπάσας τὰς πράξεις τὴν αὐτὴν γνώμην ἔξειν· ἅπερ αὐτοῖς καὶ συνέβαινεν. Sed alia sunt pleonasmorum genera (pleonasmorum inquam particulæ καὶ), multo his usitatiora. Sæpe enim post vocem τις, sive τι, abundat hæc vocula. Thuc. 4, p. 148 [c. 83] : Ἅμα δέ τι καὶ εἰρήκεσαν τοιοῦτον. Ibid. : Καὶ γάρ τι καὶ Ἀρριβαῖος ἐπεχηρυκεύετο· ubi particula καὶ præfixa nomini Ἀρριβαῖος, potius tamen ad verbum ἐπεχηρυκεύετο fertur, sicut paulo post dicit καὶ εἰρήκεσαν. Sic post τινὰ, præcedentibus illis particulis καὶ γὰρ, habes otiosam illam copulam, 6, p. 232 [c. 103] : Καὶ γάρ τινα καὶ ὑποψίαν ὑπὸ τῶν παρόντων κακῶν ἐς ἀλλήλους εἶχον. Verum et præcedente duntaxat eadem vocula, sine γὰρ, C talis pleonasmi ap. hunc scriptorem exempla extant non pauca, ut 2, [93] : Καί τις καὶ ἄνεμος αὐτοὺς λέγεται κωλῦσαι. Sic 8, p. 287 [c. 80] : Καί τις καὶ ναυμαχία βραχεῖα γίγνεται πρὸ τοῦ Βυζαντίου· et [2, 90] : Ἔτυχον δὲ δύο φυλαὶ ἐν ταῖς Μυλαῖς τῶν Μεσσηνίων φρουροῦσαι, καί τινα καὶ ἐνέδραν πεποιημέναι. Hoc autem pleonasmo alios quoque posteriores Thucydide scriptores delectatos fuisse videmus. Demosth. De male obita legat. [p. 401, 24] : Κελεύσαντος δ' ἐκείνου λέγειν, καί τι καὶ νεανιευσαμένου τοιοῦτον, ὡς κτλ. In eadem Or., non multo post [p. 402, 25], Ὡς δὲ προῆει τὸ πρᾶγμα καὶ διεθερμαίνοντο, κατακλίνεσθαι τὴν γυναῖκα καί τι καὶ ᾄδειν ἐκέλευον. Pausan. Lac. : Καὶ οὐ παρίει σείων ὁ θεὸς, καί τινες καὶ ἀπώλοντο τῶν στρατιωτῶν κεραυνωθέντες. Apud Athen. autem 12, [p. 536, E] post εἴ τινα diversæ aliquantum formæ pleonasmus habetur, hoc in l., ex Phylarcho : Πτολεμαῖόν φησι τὸν δεύτερον Αἰγύπτου βασιλεύσαντα, πάντων σεμνότατον γενόμενον τῶν δυναστῶν, καὶ παιδείας, εἴ τινα καὶ ἄλλον, καὶ αὐτὸν ἐπιμεληθέντα, κτλ. Nec solum post τὶς vel τὶ, D sed etiam post ὅ,τι invenitur particulæ καὶ pleonasmus. Synes. : Ἵν' εἰδῶμεν ὅ,τι καὶ λέγει. Greg. Naz. : Ἢ οὐκ οἶδ' ὅ,τι καὶ εἰπεῖν εὐπρεπὲς χρή. Idem, Ὅς ἂν πλεῖον ἐν ἑαυτῷ συναγάγῃ τὸ τῆς ἀληθείας ἴνδαλμα, ἢ ἀποσκίασμα, ἢ ὅ,τι καὶ ὀνομάζομεν. Jam vero et cum τίς vel τί interrogativo spectatur plerisque locis hic pleonasmus. Lucian. [D. mort. 16, 5] : Τίς δὲ καὶ ὧν τυγχάνεις; et [17, 1] : Τί γὰρ καὶ δέῃ τοῦ πιεῖν; Aristoph. [Nub. 840] : Τί δ' ἂν παρ' ἐκείνων καὶ μάθοι χρηστόν τις ἄν; Nec raro sequente χρὴ cum infinitivo : ut ap. Greg. Naz. : Περὶ δὲ τῶν ἄλλων τί χρὴ καὶ λέγειν; Idem, Ὅτι μὲν φανερῶς οὗτος ὁ λόγος ἐκβάλλει τὸν υἱὸν τῆς θεότητος, τί χρὴ καὶ λέγειν; Sic ap. Xen. cum infin. καλέσαι, et verbo χρὴ in fine orationis posito, Hellen. 2, [3, 47] : Ὅστις δὲ μηδετέροις ἀρέσκει, τί ποτε καὶ καλέσαι χρή; Sed et cum ὁποῖος interrogative itidem posito invenitur hic pleonasmus ap. Plat. Minoe : Ὁποῖον καὶ ἐρωτᾷς τὸν νόμον; Ceterum cum de iis quoque pleonasmis disseruerim, qui post τὶ vel ὅ,τι, aut etiam post τί interrogativum inveniuntur, proxi-

mum est ut de eo disseram, qui fit geminatione hujus particulæ, cum videlicet ita geminatur, ut posterior aut prior supervacanea sit, non tamen interjecta vocula τὶς, vel τὶ, ut in præcedentibus exemplis. Thuc. 6, p. 202 [c. 13] : Ἐπειδὴ ἄνευ Ἀθηναίων καὶ ξυνῆψαν πρὸς Σελινουντίους τὸν πρῶτον πόλεμον, μετὰ σφῶν αὐτῶν καὶ καταλύεσθαι.

Ultimum autem genus pleonasmi particulæ καὶ, (ita vocare mihi liceat id, cui ultimum locum destinavi,) multum a ceteris differt, atque adeo tale est ut prima fronte non appareat. Neque vero quisquam adhuc (quod sciam) ei orationi, cujus exemplum afferam, pleonasmum inesse tradidit, sed nec animadvertit fortasse. Thuc. 3, p. 109 [c. 82] : Καὶ ἐπέπεσε πολλὰ καὶ χαλεπὰ κατὰ στάσιν ταῖς πόλεσι, γιγνόμενα μὲν καὶ ἀεὶ ἐσόμενα, etc. Hic quoque (si mihi creditur) vocula καὶ inter πολλὰ et χαλεπὰ πλεονάζειν dicenda est. Ratio autem, qua nitor, hæc est, quod sublata illa oratio et integra sit et eandem sententiam efficiat. Quid enim obstet quominus πολλὰ χαλεπὰ eodem sensu dicamus? Non sine exemplo quidem certe loquemur, sive πολλὰ χαλεπὰ, sive πολλὰ δυσχερῆ dicamus, absque illa particula. At schol. hunc pleonasmum non animadvertens, cum πολλὰ vel potius cum utroque adjectivo substantivum κακὰ subaudire nos jubet. Nam post πολλὰ addit κακὰ δηλονότι. Sed si quis hanc ejus expositionem tueri velit, is mihi pro eo respondeat, cum dicetur πολλὰ καὶ καλὰ πράττειν, quodnam substantivum subaudiendum erit. Respondebit fortassis, ἔργα. Quid? cum dicetur, πολλὰ καὶ καλὰ λέγειν, quid nos subaudire oportebit? an ῥήματα? Pulcra scilicet hæc subauditio fuerit, et veterum scriptorum exemplis confirmari poterit. Denique nihil video quod me de hac mea sententia deducere possit, in quam tamen ut alios pertraham, minime laboro; sed suum cuique judicium liberum relinquo. Est porro et aliud loquendi genus, ubi an constituere pleonasmum oporteat, nondum mihi satis perspectum atque exploratum est. Dubito enim an cum passim dicunt Græci πολλὰ καὶ ἀγαθὰ, sive πολλὰ κἀγαθὰ, copula καὶ abundare existimanda sit. Hinc namque considero, usitatum etiam esse πολλὰ ἀγαθὰ sine illa copulativa particula : illinc vero scrupulum mihi movet adjectivi in substantivum mutatio. Cum enim dicitur πολλὰ καὶ ἀγαθὰ, non dubium est quin ἀγαθὰ adj. sit, at in πολλὰ ἀγαθὰ, nemo contra non dixerit (ut opinor), pro subst. habendum esse ἀγαθά. Potius tamen, propter præcedentia exempla, eo mea inclinat sententia, ut pleonasmus et hic constituatur : quoniam nihil prohiberet (opinor), quin ut πολλὰ χαλεπὰ et πολλὰ καλὰ interdum dicitur, usurpando duo adjectiva sine copula, ita etiam πολλὰ ἀγαθὰ diceretur, ut ambo adjectiva essent, si deesset substantivi ἀγαθὰ commoditas. Sed quoniam usitatissimum est hoc subst., cum πολλὰ cum ἀγαθὰ audimus, substantivum cum adjectivo, (secus ac in πολλὰ καλὰ et πολλὰ χαλεπά,) cum πολλὰ καὶ ἀγαθὰ, duo adjectiva audire nobis videmur. Cum autem aliud, quod de hac quæstione dicam, non habeam, exempla utriusque loquendi generis addere contentus ero. Dem. C. Mid. : Ἐγὼ γὰρ οἶδ' ὅτι πολλοὶ πολλὰ κἀγαθὰ ὑμᾶς εἰσὶν εἰργασμένοι. Alexis comicus ap. Athen. 13 fin. : Πόλλ' ἀγαθὰ δοῖεν οἱ θεοὶ Δημητρίῳ, Καὶ τοῖς νομοθέταις, διότι etc.

XLVI. — Atticorum est et Posssessiva accipere pro Primitivis : ut Παρθενικὴ pro ἡ Παρθένος.

Quorum obsecro Atticorum hoc est, παρθενικὴ pro παρθένος usurpare? Atticorum certe, qui non solum Athenis, sed in toto Attico agro exibilitati explosique fuissent. Sed ita solet Corinthus, quodlibet sermonis genus a linguæ communis consuetudine remotum, quod ap. Hom. observavit, etiamsi nullum ejus exemplum aliunde suppetat, linguæ Atticæ ascribere. Nos autem, nisi plus sapere quam veteres grammatici velimus, de hoc παρθενικὴ aliud dicere non possumus quam esse nomen possessivum, i. e. possessivi formam habens, pro primitivo positum, (κτητικὸν ἀντὶ πρωτοτύπου, ut illi loquuntur,) ac solis poetis hunc usum esse concessum. Hesiod. Op. [699] : Παρθενικὴν δὲ γαμεῖν, ὥς κ' ἤθεα κεδνὰ διδάξῃς. Hom. Od. Λ, [39] : Παρθενικαί τ' ἀταλαὶ νεοπενθέα θυμὸν ἔχουσαι. Invenitur etiam παρθενικὴ adjunctum habens nomen κόρη, ut in hoc versu (qui sumptus est ex quodam Euripideo epigrammate, quod ap. Athen. extat, 2, [p. 61, B]) : Μητέρα, παρθενικήν τε κόρην, δισσούς τε συναίμους. Eodem autem modo dicitur ὀρφανικὸς pro ὀρφανὸς, quo παρθενικὴ pro παρθένος, Hom. Il. Z, [432] : Μὴ παῖδ' ὀρφανικὸν θείης, χήρην τε γυναῖκα.

Et ipsa Primitiva pro Possessivis.

Quod in priore hujus Articuli parte tradit Corinthus, plane falsum mihi videri declaravi : hoc autem ex parte duntaxat falsum esse dico. Si enim generalem hunc usum esse velimus, ita ut quævis primitiva pro quibusvis possessivis usurpari dicamus, falsum hoc comperietur : sin in nonnullis duntaxat nominibus hunc usum constituamus, verum. In eo certe ipso exemplo, quod affert Corinthus, falsum id esse constat. Neque enim credibile est quenquam ex Atticis scriptoribus sibi fuisse permissurum quod et in carmine durum censetur : nimirum γυναῖκα μαζὸν pro γυναικεῖον. Adeo quidem durum, ut quidam secus Hom. intellexisse putarint quam γυναῖκα μαζὸν pro γυναικεῖον. Il. Ω, [58] : Ἕκτωρ μὲν, θνητός τε, γυναῖκά τε θήσατο μαζόν. Ubi Eust. (qui non θήσατο, sed θήλατο, legisse videtur, quamvis scriptura illa, non hæc, in utroque meorum exemplarium habeatur), sibi non persuadentes poetam γυναῖκα pro γυναικεῖον dixisse, duas alias exposs. attulisse : nimirum γυναῖκα μαζὸν pro γυναικὸς μαζὸν, vel γυναῖκα μαζὸν pro γυναῖκα κατὰ τὸν μαζόν. Quarum exposs. si eligenda mihi altera esset, posteriorem priori longe anteferrem. Sed quocunque modo se res habeat, hinc saltem valde hunc primitivi γυναῖκα pro possessivo γυναικεῖον usum nonnullis displicuisse cognoscimus, ac valde durum in carmine etiam existimatum fuisse : tantum abest ut in soluta oratione, et quidem Attica, admitti illum potuisse credendum sit. Quibus igitur primitivis vice possessivorum usi sunt Attici? Ex eorum numero sunt, Ἑλλὰς διάλεκτος seu γλῶττα, aut φωνὴ, pro Ἑλληνική : itidemque Ἕλλην στρατὸς pro Ἑλληνικός : et δοῦλον γένος pro δουλικόν. Cum autem hic πρωτοτύπων s. κυριωτέρων aut ἁπλῶν vocabulorum usus vice κτητικῶν, Doribus cum Atticis communis esse tradatur, dicendum (meo quidem judicio) fuerit, ea, quæ duriora nostris auribus sunt, Dorum; at quæ molliora, Atticorum esse. Quæ tamen Eust. confundens, hæc scribit : Ἀττικοὶ γὰρ καὶ Δωριεῖς τοῖς κυριωτέροις χρῶνται ἀντὶ κτητικῶν, ὥς φασιν οἱ παλαιοί· οἷον Ἕλληνα στρατὸν, τὸν Ἑλληνικόν· ἄνθρωπον ἦθος, ἀντὶ τοῦ ἀνθρώπινον· Ἑλλάδα διάλεκτον· δοῦλον γένος· Σκύθην οἶμον. Quod postremum ex Æschylo sumptum est, initio Prom. V. : Σκύθην ἐς οἶμον, ἄβατον εἰς ἐρημίαν. At vero illud ἄνθρωπον ἦθος pro ἀνθρώπινον, ex quocunque allatum sit, haud minus durum quam γυναῖκα μαζὸν pro γυναικεῖον, videri queat. Plerumque autem hic primitivi s. simplicis pro possessivo usus spectatur in nominibus, quæ ἐθνικὰ vocantur : ut Γαλάτης ῥόος in Dionysio P. pro Γαλατικὸς, p. 20 edit. patris mei [74]; et Λοκρὸς ζέφυρος pro Λοκρικὸς, p. 15 [29]. Cujus generis sunt et illa, Σκύθην οἶμον, Ἕλλην στρατὸς, Ἑλλὰς γλῶττα. Talia autem loco possessivorum usurpata, quoniam minus dura esse videntur quam reliqua, eorum potius usum Attici, veteres præsertim, sibi permiserunt, ac nominatim illorum, Ἕλλην pro Ἑλληνικὸς, et Ἑλλὰς pro Ἑλληνική. Cæterum quod ad poeticum horum primitivorum usum attinet, etiamsi illud, quod dixi, non admittatur, nimirum quæ duriora nostris auribus videri possunt, Dorum; quæ molliora, Atticorum esse : at fatendum hoc fuerit, poetas suam licentiam usurpantes, quod in certis quibusdam nominibus duntaxat alii scriptores sibi concesserint, in multo pluribus (ne dicam in omnibus) posse sibi permittere.

XLVII. — Accusativos etiam accipere pro Genitivis : A ut Hesiodus, ὅν τε διὰ, pro δι' οὗ.

Non debuit ita loqui Corinthus; non enim, si δι' ὅν dicunt Græci pro δι' οὗ, accusativum tribuentes huic præpositioni, ubi alii genitivum tribuunt, ideo dicere debuit accusativos pro genitivis ab Atticis scriptoribus accipi, perinde ac si hic usus locum ubique sine ullo discrimine haberet. Equidem, si hoc credidit, (quod vereor, cum magnam ejus ignorantiam, quæ in aliis locis cernitur, mecum reputo,) multum falsus est; si vero non credidit, valde inconsiderate locutus est.

In hoc præterea reprehendi merito potest, quod de Atticismo loquens, ex Hesiodo (ut alibi ex Hom.) exemplum petit. Sed hic præsertim sumptum ex carmine exemplum afferre non debuit, quod poetæ multo frequentius hac præp. διὰ cum illo ipso casu (nimirum accus.) in alia quadam signif. utantur, quæ nullum in soluta oratione locum habet. Quoniam autem horum omnium exempla tibi abunde suppe- B ditare Thes. meus potest, ad eum te remitto.

XLVIII. — Consueverunt præterea Augmentis et alia Augmenta superinducere.

Verum quidem est quod de Atticis hic tradit, nimirum eos non contentos incrementis verborum, quæ lingua communis eis tribuit, alia eis addere; sed multa huc pertinentia omittit, et caput hoc, quod alioqui unum ex præcipuis est, plane imperfectum relinquit. Præsertim vero istud prætermittere nequaquam debuit, Atticos literam ε pro incremento præfigere plerisque verbis, quorum nonnulla thema habent a diphthongo οι, quædam ab ο, quædam ab ω, nonnulla ab α incipiens : a themate in ο, ut ἑώρων, et ἑώρακα : a themate in οι, ut ἀνέῳγα : a themate in ω, ut ἐώνημαι, et ἔωσα : a themate in α, ut ἐήνδανον. Est Atticum (inquit Eustath.) verbum ἐῳνοχόει, sicut ἑώρακε, et ἐωνημένος. Idem alibi tradit τοὺς Ἀττικίζοντας, qui Homero posteriores fuerunt, non simplici C incremento, sed reduplicato in multis præteritis uti consuevisse; affertque in exemplum, ἠνέῳξε et ἠνώχλησε, item ὠνοματοπεποίηται, et ἐκδεδιητημένος. Plura autem hujusmodi in quodam alio affert loco, non tamen τοῖς Ἀττικίζουσι, sed simpliciter τοῖς μεθ' Ὅμηρον, i. e. scriptoribus Homero posterioribus, ea ascribens : ἐπίστατο (inquit) recte ab Homero dicitur; at Homeri posteri innovantes dicunt ἠπίστατο, sicut ἠδύνατο et ἤμελλε, et διηκόνησε, ac similia. Quibus addit, eos aliis etiam modis augmenta innovare : interdum quidem exterius augentes, non interius, ut in δεδιοίκηται : interdum utrobique, ut in δεδιῴκηται, a διοικῶ, et ἐκδεδιητημένος, ab ἐκδιαιτῶ, item μεμεθωδευμένος, et ἱπεπαρῳνηκὼς, et μεμελοπεποιημένος, et ἠνώχλησε, et ἠνέῳγεν. Ceterum his omnibus hoc addendum est, quædam esse ex his augmentis, quæ lingua communis ab Attica mutuata sit : ut videre est in ἑώρων et ἑώρακα.

XLIX. — Et comparativa pro simplicibus accipiunt. D

Thucydidis scholiasten sequitur in hujus loci expositione Corinthus; vult enim ille χείρους ibi accipi pro κακούς. Locus est 3, p. 85 [c. 9], unde repone hic πολέμοις pro πολεμίοις, et ἀπολείποντας pro ἀπολιπόντας. Quod autem ad expositionem illam attinet, non video cur χείρους pro κακοὺς accipere necesse sit; nihil enim obstat (meo quidem judicio), quin comparativus ille vim suam hic quoque obtineat : ut videlicet intelligamus, Pejores eos existimant, quam existimabant; vel quam existimaturi fuissent; seu Pejorem de iis opinionem concipiunt quam concepturi fuissent. Fateor alioqui legisse me alicubi, οὐ χεῖρον δὲ, vel οὐδὲν δὲ χεῖρον, sequente infinitivo, pro οὐ κακόν ἐστι : ut si Gallice dicas, *Ce ne sera pas mal faict de faire telle chose*, vel, *Il n'y aura point de mal de* etc.

Et Hom. [Il. Γ, 365] : Ζεῦ πάτερ, οὗτοι σεῖο θεῶν ὀλοώτερος ἄλλος.

Multo etiam minus hoc exemplo quam proxime præcedente probare posse videtur quod proposuit, nimirum comparativum pro simplici (quem vulgo Positivum vocant) usurpari. Unde enim genitivus σεῖο regeretur? Scilicet ὀλοὸς σεῖο pro ὀλοώτερος σεῖο dici posset. Sed tamen non jam cum solo Corintho, verum etiam cum Eust. mihi de hoc loco disceptatio suscipienda est. Sciendum est (inquit ille), ὀλοώτερος θεῶν esse pro ὀλοὸς ἐν θεοῖς : hic enim comparativus pro simplici intelligitur, sicut et alibi. Hæc ille. Itidemque in uno ex meis Codd., (in altero autem exemplum istud prætermissum est,) Homerico versui subjungitur hæc expos., ὀλοὸς ἐκ τῶν ἄλλων θεῶν οὐκ ἔστι. Sed in eo pro οὗτοι scriptum est οὔτις, nec non ἄλλων pro ἄλλος : cum ap. ipsum Hom. οὔτις quidem, sed ἄλλος legatur. Equidem sive οὗτοι s. οὔτις, s. ἄλλος s. ἄλλων, scribamus, eadem omnino loci Homerici B sententia eademque inter nos controversia manet. Ad illam autem postremam vocem quod attinet, qua nimirum versus clauditur, sive eam esse velimus ἄλλων, sive ἄλλος, supervacaneam esse fatendum est. Sed ἄλλος multo magis mihi placet : quod itidem post οὔτις vacare animadverterim cum alibi, tum in hoc Bionis v., in poematio quod Megara inscribitur [Mosch. 4, 11] : Τοῦ δ' οὔτις γένετ' ἄλλος ἀποτμότερος ζωόντων. Sed possunt ex ipsomet Hom. hujus pleonasmi alia etiam exempla afferri : ex quibus est hoc, Il. O, [570]: Ἀντίλοχ', οὔτις σεῖο νεώτερος ἄλλος Ἀχαιῶν, Οὔτε ποσὶν θάσσων, οὔτ' ἄλκιμος ὡς σὺ μάχεσθαι. Verum cum eandem utraque lectio sententiam efficiat, uti dixi, non est quod accuratius earum diversitatem examinemus. Illud quærendum est, (sicut et paulo ante quærebam,) unde genitivus σεῖο regatur, si comparativus ille ita accipiatur. Postquam enim dixeris, οὔτις ὀλοὸς θεῶν esse pro οὔτις ὀλοὸς ἐν θεοῖς, sive οὔτις ὀλοὸς ἐκ τῶν ἄλλων θεῶν, quo genitivum illum σεῖο ferri dices? Solivagus certe reddetur : nisi forte comitem ei alterum genit. θεῶν dare velimus. Sed hoc tam absurdum mihi videtur, ut vix in mentem cuiquam venisse suspicari possim. Contra vero quid habet altera sententia quod non sit rationi maxime consentaneum? Sententia, inquam, quæ elicitur ex compar. ὀλοώτερος signif. suam retinente : ut iratus Menelaus in hæc verba erumpat, Jupiter pater, nullus ex diis nocentior est quam tu, vel perniciosior, aut malignior. Ita enim malo ὀλοώτερος interpretari quam Magis nefarius, s. scelestus. Sed hæc quæstio agitata sit hactenus. Unum addo, Eustathium alicubi non ὀλοώτερος legere, sed ὀλοώτατος : exponens enim versum istum Il. A, [176] : Ἔχθιστος δέ μοι ἐσσὶ διοτρεφέων βασιλήων, scribit ἔχθιστος hic non proprie esse superlativum, sed poni simpliciter pro ἐχθρός. Et quibusdam interjectis, subjungit, Multos autem superlativos, sicut et multos comparativos, pro simplicibus accipi, infinitis in locis patebit : ex quibus est θεῶν ὀλοώτατος pro ὀλοὸς ἐν θεοῖς : et σαώτερος ὥς κε νέηαι, pro σῶς ὅπως ἀπέλθῃς. Sed vereor ne memoria lapsus Eust. D superlativum ὀλοώτατος pro comparativo ὀλοώτερος scripserit; præsertim cum eo in loco Homeri, ubi habetur hic versus, hanc lectionem, non illam ipse quoque agnoscat. Possit alioqui hoc superlativum ex alio quopiam loco sumptum existimari.

Nunc vero cum exempla, quæ Corinthus attulerat, comparativi pro positivo usurpati, minime idonea mihi videri ostenderim, (nam quod ex Gregorio addit, quem Theologum appellat, non tanti est ut in eo examinando immorari velim,) superest ut alia in eorum locum substituam. Incipiam autem ab illo σαώτερος, cujus modo facta mentio fuit. Extat Il. A, [32] : Ἀλλ' ἴθι, μή μ' ἐρέθιζε· σαώτερος ὥς κε νέηαι, pro σάος, Ut incolumis revertaris. Sic Δ, [277] : Μελάντερον ἠΰτε πίσσα Φαίνετ' ἰὸν κατὰ πόντον, censetur positum esse μελάντερον pro μέλαν. Sic ap. Theocr. Idyllio quod Βωκολιασταὶ inscribitur [8, 48] βόες αὐότεραι pro αὗαι : in hoc pentametro, Χὼ τὰς βῶς βόσκων χαἱ βόες αὐότεραι· sicut præcesserat, Χὼ ποιμὰν ξηρὸς τηνόθι χαἱ βοτάναι. Itidem ap. Hesiod. legimus κουρό-

τερος pro κοῦρος, Op. [447]: Κουρότερος γὰρ ἀνὴρ μεθ' ὁμήλικας ἐπτοίηται. Hesiodum autem imitatus Apollonius dixit κουρότεροι pro κοῦροι, Arg. 2, [263]: Αἶψα δὲ κουρότεροι πεπονήατο δαῖτα γέροντι. Ubi annotat schol. esse κουρότεροι pro κοῦροι, videlicet συγκριτικὸν ἀντὶ τοῦ ἀπολελυμένου, ubi obiter observa nomen ἀπολελυμένον vocari quod alias ἁπλοῦν vel θετικὸν vocatur, respondereque omnino illud ἀπολελυμένον ei, quod quidam grammatici Absolutum dicunt: sicut θετικὸν ei, quod a nonnullis eorum Positivum dicitur, una eademque significatione. Sed ἀπολελυμένον Fabius quoque Absolutum vocavit. Est autem in his aliisque nonnullis manifestus comparativi pro positivo usus, cum ipsum positivum suppetat. Ideoque hæc in exemplum afferre malui quam quæ vulgo afferuntur, ὁπλότερος, et ἀγρότερος, et δεξιτερὸς, quod hæc comparativorum potius formam habeant quam comparativa sint: cum aut nullum aut non regulare positivum habeant: aut certe regulariter a positivo non formentur, adeo ut formationem controversam esse necesse sit. Nam ad primum quod attinet, ὁπλότερος (quo significatur Juvenis), comparativi quidem speciem præ se fert, sicut ὁπλότατος superlativi, (et ὁπλότατος quidem superlativi signif. semper, at ὁπλότερος interdum positivi, interdum comparativi significationem habet,) sed positivum nullum esse constat: cum sint a substantivo ὅπλον. Secundum δεξιτερὸς, (quamvis et schol. Apollon. de κουρότεροι loquens posito pro κοῦροι, in exemplum talis usus comparativi pro positivo, illud afferat,) si verum est quod ab Eust. scribitur, factum esse ad imitationem τοῦ ἀριστερὸς, per pleonasmum literæ τ, nequaquam dici poterit esse pro δεξιώτερος: quod alioqui etiam parum verisimile mihi videtur. Nec certe minus vero absimile est ἀγρότερος dictum esse pro ἀγριώτερος: ut omittam, ne veteres quidem huic syncopæ acquievisse: quippe qui aliam deductionem excogitarint, ut nimirum ἀγρότερος quasi ἀγηρότερος dictum esset. Consulto igitur hæc tria nomina in exemplum non attuli, quæ positivis carere (quod de primo constat), et substantiva positivorum loco habere dicerem: ὁπλότερον, substantivum ὅπλον: δεξιτερὸς, substantivum δεξιά: ἀγρότερος, substantivum ἀγρός. Sic tamen ut si quis δεξιτερὸς ad δεξιὸς quam ad δεξιὰ referre malit, non repugnaturus sim.

Sed de soluta oratione quid dicemus? si solis poetis hic comparativorum usus conceditur, quomodo Atticus censeri poterit? Equidem Atticum esse affirmare non audeo, sed aliquod ejus exemplum ex auctore, quem nemo Atticum esse negarit, afferre queo. Is est Demosthenes, apud quem leginus duobus in locis νεώτερον pro νέον, id est καινὸν, de re videlicet dictum. Scribit enim in Oratione, qua respondet ad Philippi Epistolam [p. 157, 1]: Πυνθανόμενοι κατὰ τὴν ἀγορὰν εἴτι λέγεται νεώτερον. Itidemque initio Philippicæ 4: Καὶ τοσοῦτον χρόνον σπουδάζετε ὅσον ἂν κάθησθε ἀκούοντες ἢν προσαγγελθῇ τι νεώτερον. Alibi autem dicit καινὸν, de re eadem loquens, Philipp. 1 [p. 43, 8]: Ἢ βούλεσθε, (εἰπέ μοι,) περιϊόντες αὐτῶν πυνθάνεσθαι κατὰ τὴν ἀγορὰν, λέγεταί τι καινόν; Sed pro hoc positivo καινὸν usurpatur itidem compar. καινότερον nonnunquam: ut apud Plutarch. De Socratis Dæmonio [p. 586, B]: Κἀμοῦ, μή τι καινότερον, ὦ Φυλλίδα, προσπέπτωκεν, εἰπόντος, Ἐμοὶ μὲν οὐδὲν, ἔφη, καινὸν, ὦ Καφεισία. Ubi observa etiam καινὸν in responsione ad interrogationem, quæ habebat καινότερον. Eleganter vero et Lucas καινότερον usurpavit pro καινὸν, de illa ipsa Atheniensium curiositate loquens, quam a Demosthene aliquot locis reprehendi videmus: cujus meminit et quidam historicus Græcus qui nondum in lucem editus est. Scribit enim ille, Act. 17, [21]: Ἀθηναῖοι δὲ πάντες καὶ οἱ ἐπιδημοῦντες ξένοι εἰς οὐδὲν ἕτερον ηὐκαίρουν ἢ λέγειν τὶ καὶ ἀκούειν καινότερον. Verum ut ad vocem νεώτερον revertar, sciendum est adeo hunc ejus usum invaluisse, ut νεώτερα πράγματα itidem dixerint Græci scriptores pro νέα (sequendo Thuc., apud quem non solum legimus νεώτερα πράγματα, sed etiam νεώτερόν τι, habente hoc comparativo talem signif. qualem cum illo subst. habet, ut 1, [137]: Ἠξίωσαν νεώτερόν τι ποιεῖν εἰς αὐτόν· et [2, 6]: Μηδὲν νεώτερον ποιεῖν περὶ τῶν ἀνδρῶν). Et ita quidem ut hoc positivo cum subst. illo vel nunquam vel raro usi sint. Unde etiam factum est ut inde composuerint nomen νεωτεροποιὸς, ex quo verbum νεωτεροποιεῖν: itidemque verbum νεωτερίζειν inde deduxerint. Sciendum est porro et de persona usurpatum hoc nomen, in compar. gradu positivi signif. habere, et quidem ap. Hom. quoque, ex quo ceteri hujus usus exemplum petiisse videri queant, ut Od. H, [294]: Αἰεὶ γάρ τι νεώτεροι ἀφραδέουσι. Æschin. [p. 88 extr.]: Εὖ γὰρ ἴστε ὅτι οὐχ αἱ παλαῖστραι οὐδὲ τὰ διδασκαλεῖα οὐδ' ἡ μουσικὴ μόνον παιδεύει τοὺς νεωτέρους, ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον τὰ δημόσια κηρύγματα. Hinc fit ut νεώτεροι et γέροντες inter se opponantur, ut videre est in his Xenarchi comici jambis ap. Athen. [13, p. 569, C]: Τοὺς μὲν γέροντας ὄντας ἐπικαλούμεναι Πατρίδια, τοὺς δ' ἀπφάρια τοὺς νεωτέρους. (Extat autem hic compar. pro positivo in alio Ejusdem versu, qui initio illius loci affertur, Δεινὰ κοὐχ ἀνασχετὰ Ἐν τῇ πόλει πράττουσιν οἱ νεώτεροι.) Alioqui sicut νεώτεροι pro νέοι, ita vicissim γεραίτεροι pro γέροντες s. πρεσβύτεροι pro πρεσβύται sæpe usurpatur. Eur. [Melan. fr. 17]: Ἔργα μὲν νεωτέρων, Βουλαὶ δ' ἔχουσι τῶν γεραιτέρων κράτος. Sic Xenoph. De rep. Lac. [5, 5]: Παιδεύεσθαι τὰ πολλὰ τοὺς νεωτέρους ὑπὸ τῆς τῶν γεραιτέρων ἐμπειρίας. At νεώτεροι et πρεσβύτεροι sibi opposita habes cum alibi, tum in hoc Athen. l., διακονεῖν τοὺς νεωτέρους τοῖς πρεσβυτέροις. Et in isto Plutarchi De fraterna caritate: Οἵ τε πρεσβύτεροι τῶν νεωτέρων ἄρχειν ἀξιοῦντες ἀεὶ, κτλ. Sed et ubi contrarium illud non additur, ita usurpari solere πρεσβύτερος in positivi significatione, infiniti propemodum loci testantur. Ac, ne longe abeamus, idem ille scriptor Plutarch. in cujusdam libelli sui inscriptione hunc compar. ita usurpavit, positivo præferens: Εἰ Πρεσβυτέρῳ πολιτευτέον.

Latini quoque, (nam et a Lat. sermonis amatoribus gratiam obiter inire volo,) hunc comparativorum pro positivis usum in quibusdam vocibus imitati sunt; sed in iis potissimum, quæ significationem Græcarum habent, de quibus postremo disserui, nimirum νεώτερος, et πρεσβύτερος, s. γεραίτερος. Itidem enim Junior et Senior pro Juvenis et Senex dixerunt. Magis tamen hoc quam illud usurparunt: plura saltem ejus exempla in iis, qui ad nos pervenerunt, libris extant. Virg. Æn. 2, de Priamo: Arma diu senior desueta trementibus ævo Circumdat nequicquam humeris. Eodem libro, de Anchise: Vix ea fatus erat senior. Alibi, Senioris Acestæ. Servius tamen in Æn. 6, [304] de Charonte, Jam senior, sed cruda deo viridisque senectus, annotat, Aut pro positivo posuit, aut, ut diximus, Senior est virens senex, ut Junior intra juvenem est. Quam rem a Varrone tractatam confirmat etiam Plinius. Hæc Servius: qui eadem paulo fusius tractat, in quendam l. Æn. 5, [409] (quem intelligit, ut opinor, cum de hoc vocabulo se jam dixisse scribit): Secundum Varronem (inquit), Juvenior et Senior comparativi sunt per diminutionem. Hinc est, Jam senior, sed cruda deo viridisque senectus. Additum enim hoc est ad exprimendum quid sit Senior. Item Ovidius, Inter juvenemque senemque. Et re vera non convenit hunc satis senem accipi, qui et vincere potest et uno ictu tantum necare. Hæc idem. Sed vel ille Virgilii locus, (ut alios omittam,) quem primum attuli, de Priamo, talem hujus comparativi expositionem refutat. Quomodo enim Senior poterit intelligi dici de Virente sene, et qui inter juvenem senemque est, cum in eo ipso versu tremere ævo ejus humeri dicantur? Quin etiam Fabius, (si verum esset quod tradit Servius,) errasse dicendus esset, qui de Isocrate scripsit, 3, 1: Eoque jam seniore, (octavum enim et nonagesimum implevit annum,) pomeridianis scholis Aristoteles præcipere artem oratoriam cœpit. Alia autem comparativa, quæ sine ulla controversia pro suis absolutis usurpantur, sunt Superior, Posterior, et Plures, cum dicitur pro Multi. Intellige autem Superior, cum dicitur de præcedente, etiamsi proxime præcesserit: itidemque Posterior, pro sequente, etiamsi proxime sequatur. Durior quoque pro Durus aperte ponitur, cum dicitur Durior oris equus pro Durus oris equus.

Sed minus auctoritatis huic usui comparativi inerit fortasse, tanquam peculiari Ovidio. Quin etiam adverbium Ocyus addere his possumus, quod sub comparativi terminatione, positivi Ocyter, (sed inusitati,) significationem habere constat. Cum tamen ita terminetur, mirum videri queat in eo non ι comparativi ὠχιον, sed υ positivi ὠχὺ esse servatum. Ipse certe olim miratus sum, et perperam invaluisse hanc scripturam sum suspicatus; ac ne nunc quidem suspecta mihi esse desiit.

Alioqui, sicut apud Latinos, ita etiam apud Græcos comparativa, (quid enim vetat quin eadem opera quæ de rariore earum signif. dicenda supersunt, dicamus?) plerumque quandam Minuendi vim habent. Theodorus Gramm. 4 : Ἀνάπαλιν δ' ἐνίοτε τοῖς συγκριτικοῖς ἀντὶ ἁπλῶν θετικῶν ἐστὶ χρήσασθαι· καί τι καὶ τοῦ θετικοῦ μετριώτερον βούλεσθαι ὁ λέγων δοκεῖ. Sed comparativo præfixa etiam præp. ὑπὸ invenitur ap. Herodot., sic tamen ut illud hunc eundem usum habeat, nihilque aliud significet quam per se et absque illa significaret. Compar. illud est ὑπομαργότερος, 3, p. 136 meæ ed. [c. 145] : Μαιανδρίῳ δὲ τῷ τυράννῳ ἦν ἀδελφεὸς ὑπομαργότερος. Est certe observatu dignissimus iste comparativi cum illa præp. usus, cum vel hæc abundare dici possit, vel comparativo suam vim tollere. Neque enim aliud significare potest ὑπομαργότερος quam ὑπόμαργος : hoc autem non aliud declarare queat quam declararet μαργότερος. Sed præp. ista præfixa, veluti index imminutionis, quæ illi voci includitur, censeri debet, aut etiam duplex imminutio illi includi. Ideoque minime mihi dubium est quin plane rejicienda sic lectio, quæ ap. Suid. extat, ὑπερμαργότερος : plane enim contrariam vim habent præpp. ὑπὸ et ὑπέρ. Quomodo autem rationi consentaneum esse posset ut unum idemque vocabulum et imminutionem et augmentum significationis haberet? Quod certe in hoc ὑπερμαργότερος usuveniret, præp. ὑπὲρ significationem augente, at comparativo eam minuente. Omnino igitur vox illa repudianda est, quam alioqui ex illo ipso Herodoti loco depromptam esse merito suspicemur. Neque vero librario potius quam ipsimet auctori Suidæ lectio hæc ascribenda est, tum quod in ordine vocum ab ὑπὲρ incipientium ponatur, tum quod veteris exemplaris auctoritate confirmetur. Quod autem ad Lat. interpret. attinet, possumus vel comparativo itidem uti, sed minime præfixa præpositione : aut positivo præfixam præpositionem habente : vel nomine diminutivo. Possumus enim ὑπομαργότερος reddere Vecordior, Subvecors, Vecordiusculus. Ex quibus tamen malim Subvecors : quod illud diminutivum Vecordiusculus aliquantum asperum esse videatur. Alioqui cum comparativum σκληρότερος illam Imminutionis significationem obtinet, commode reddi poterit Duriusculus, quod valde receptum sit hoc diminutivum, et longo usu velut mollitum. Sed et θρασύτερος ita positum interpretari itidem possimus Audaculus. In quibusdam vero hujusmodi comparativis interpretandis, comparativis Latinis potius quam nominibus diminutivis utendum esse, habita signif. ratione, censuerim : ut ἀσθενέστερος, Infirmior. Quamvis enim scribat Fabius, Utimur vulgo comparativis pro absolutis : ut cum se quis infirmiorem esse dixerit : non dubito tamen quin Infirmior ita usurpari possit, imminuendo significationem : non secus ac Tristior pro Subtristis a Virg. dictum est, sive Ex parte tristis, ut Priscianus exponit, scribens, Est quando pro positivo comparativus positus minus eo significat, et nulli comparatur; ut Virg. Æn. 1 : Tristior, atque oculos lacrymis suffusa nitentes. Tristior enim hic Ex parte tristis significat. Scio aliter sentire Vallam, qui illud Tristior plane pro Tristis accipi existimat, non pro Ex parte tristis : itidemque Infirmior, plane esse pro Infirmus : illo Fabii loco nitens. Sed pro me facit Linacer, cujus acerrimum in hujusmodi rebus judicium agnoscunt et mirantur omnes. Omnino (inquit) diversum aliquid significare videtur qui se infirmiorem dicit quam qui se infirmum. Alioqui cur potius illo quam hoc utitur? Accedit quod comparativa sic posita secundam transitionem, id est ablativum mensuræ, recipere possunt : quales sunt, Aliquanto, Multo, Paulo : ut Terentius, Si qua est habitior paulo, pugilem esse ajunt. Quod plane positivum non facit : quo minus ejusmodi comparativum pro ipso prorsus positivo accipi videtur, sed in sua ipsius vi mitigata per aliquam subauditionem subsistere : ut qui se infirmiorem dicit, quam justa valetudo postulet, subaudiat : et, Si qua est habitior paulo, quam mediocris status exigit, intelligat. Hæc ille. Sciendum est autem, quod hic de comparativis nominibus dicitur, idem et in adverbiis locum habere : ut cum canit Ovidius, Durius incedit? fac ut ambulet. Et de his quidem hactenus. Libuit certe et de Latinis comparativis hæc disserere, tum ut quænam interpretatio Græcis illis conveniret cognosceremus, tum etiam ut linguæ unius cum altera collatio lectoribus et adjumento et oblectamento esset.

Sed cum ad proxime sequentem Articulum transire vellem, recordatus sum cujusdam usus comparativorum a Corintho prætermissi; ejus nimirum, quo superlativorum significationem obtinent : at non itidem a me silentio prætereundum esse duxi, præsertim cum non minus Atticus quam is, cujus facta fuit a Corintho mentio, censeatur. Exempla autem ex Bud. afferam. Synes. : Μακρῷ πάντων βαρύτερος, pro βαρύτατος, Longe omnium gravissimus. Chion Platonicus Matridi scribens [10] : Ἥρμοσται δὲ καὶ τὰς ἄλλας παῖδας ἤδη τοῖς χαριεστάτοις Ἀθήνησιν· ἀλλ' οἱ μὲν, πλουτοῦσι, Σπεύσιππος δὲ, χαριέστερος ὤν, πένεται· pro χαριέστατος πάντων. Hæc sunt quæ ab illo afferuntur exempla : quibus tamen magis idonea (ut verum fatear) desiderarem, vel potius minus controversa, i. e. in quibus ille comparativi pro superlativo usus minus controversus esse posset. At vero in Lat. sermone hunc comparativi usum apud ullum ex classicis scriptoribus vix inveniri puto : et sicubi apud eorum quempiam inveniatur, non immerito suspecta librarii fides fuerit. Sic quod affertur ex Curtio, (qui tamen eo in numero ponendus non est,) Duo majora omnium navigia submersa sunt, mendi suspectum est. [Ubi nunc 9, 15 : In oculis omnium duo majora nav. s. s.] Cum Quique autem et Quæque duo hujus usus afferuntur exempla, non itidem fortasse suspecta, sed parvæ auctoritatis, cum unum Vegetii, alterum Lactantii sit. Ita enim Lactant. De opif. Dei : Nam etsi ita esset, placidiora quæque animalia vel nihil fellis omnino vel minus haberent quam feræ : pro Placidissima quæque animalia. Sic Veget. : Honestiores quique milites, pro Honestissimi quique.

L. — Utuntur et Superlativo pro Comparativo sæpe.

Hoc quoque magis idoneo exemplo confirmandum fuit, si unico contentus esse volebat : neque auctoris nomen prætermittere oportebat. Ego autem hic labore et diligentia doctissimi Budæi uti non verebor, ex ejus Commentariis exempla depromens : de quibus quid sentiam, postea dicam. Atticorum autem est (inquit) τοῖς ὑπερθετικοῖς ἀντὶ τῶν συγκριτικῶν χρῆσθαι. Aristot. De gener. 4, [6] : Αἴτιον δ' ὅτι ἐν τοῖς ἀνθρώποις πολὺ διαφέρει τὸ ἄῤῥεν τοῦ θήλεος τῇ θερμότητι τῆς φύσεως. Διὸ κινητικώτατά ἐστι κυούμενα τὰ ἄῤῥενα τῶν θηλειῶν, Longe magis moventur in utero. Xen. Symp. [4, 19] : Τί τοῦτο; ἔφη ὁ Σωκράτης· ὡς γὰρ καὶ ἐμοῦ καλλίων ὢν ταῦτα κομπάζεις. Νὴ Δί', ἔφη ὁ Κριτόβουλος· ἢ πάντων Σειληνῶν τῶν ἐν τοῖς σατυρικοῖς αἴσχιστος ἂν εἴην, Aut alioqui longe turpior essem. Demosth. C. Theram. [p. 1488, 25] : Οὐκοῦν ἀφ' ὧν ἐγὼ συνεβούλευσα, τῶν μὲν ἀντιστάντων ἄριστα πράττειν τῇ πόλει συμβέβηκε, τῶν δὲ συνηγωνισμένων ἐνδοξοτέραν εἶναι περίεστι. Hic ἄριστα τῶν ἀντιστάντων dixit pro πολλῷ κρεῖττον τῶν ἀντιπάλων καὶ ἐναντίων. Rursum Aristot. Probl. sect. 10 : Διὰ τί ἄνθρωπος γίνεται ἐκ γενετῆς γωλὸς μάλιστα τῶν ἄλλων ζώων, i. e. πολλῷ μᾶλλον τῶν ἄλλων ζώων. Idem alibi, Attici etiam superlativo interdum pro comparativo utuntur : cujus apud Latinos exemplum non invenitur. Aristot. De gener. anim. 4, [4 med.] : Ὅσα οὖν τῶν ζώων πλεῖστον προΐεται σπέρμα ἢ εἰς ἑνὸς ζώου ἀρχὴν, οὐκ ἐνδέχεται ἐκ ταύτης ἓν γίνεσθαι πάσης, i. e. πολλῷ πλεῖον. Idem, Διὸ καὶ κινητικώτατά

ἐστι κυούμενα τὰ ἄῤῥενα τῶν θηλειῶν, i. e. κινητικώτερα. A Plato De rep. 9, [p. 589, A] : Οὐκοῦν αὖ ὁ τὰ δίκαια ποιεῖν λέγων λυσιτελεῖν, φαίη ἂν δεῖν ταῦτα πράττειν καὶ ταῦτα λέγειν, ὅθεν τοῦ ἀνθρώπου ὁ ἐντὸς ἄνθρωπος ἔσται ἐγκρατέστατος, Longe potentior : ut illud κινητικώτατα, Longe mobiliora. Superest ut quid de his exemplis sentiam, quemadmodum pollicitus sum, dicam. Ex iis quidem nonnulla mendi suspecta habeo, ea præsertim in quibus facilis lapsus fuit : ut in illo Aristot. loco, Πλεῖστον προΐεται σπέρμα, proclivem ex πλεῖον in πλεῖστον fuisse lapsum nemo non videt. In illo autem κινητικώτατα, unde nasci mendum potuerit, intelligent ii, qui compendii veteribus librariis usitati recordabuntur. Solebant enim in hujusmodi comparativis literæ ω literam τ superponere, cui affixa esset ρ cum accentu ; sed ita depicta ut nonnisi ab exercitatis cognosci posset. Hoc autem scripturæ compendio vel τερος, vel τερον, vel τερα, aut etiam τεραι, prout postulabat locus, significabatur. At in superlativis alio compendio utebantur, geminum τ illi ω superponentes. Hoc autem cum ita sit, quis non B videt ex κινητικώτερα in κινητικώτατα non satis in his compendiis exercitato aut etiam nimis properanti librario facilem lapsum fuisse ? [Utrumque nunc recte legitur apud Aristotelem.] Idem vero et de ἐγκρατέστατος pro ἐγκρατέστερος dici posse videtur. Hoc præterea sciendum est, quod ad illum Xenophontis locum (et si qui sunt ei similes) attinet, Ἡ πάντων Σειληνῶν τῶν ἐν τοῖς σατυρικοῖς αἴσχιστος ἂν εἴην, si quidem ea esset superlativi apud Græcos natura quæ apud Latinos, dicendum fuisse αἰσχίων, non αἴσχιστος, (et ita esse superlativum pro comparativo,) quoniam qui apud Latinos dicit, Silenorum omnium essem fœdissimus, ita loquitur quasi ex Silenorum sit numero ; sed in superlativo Græco hoc ita intelligere minime necesse puto.

Quæri autem posset num in iis etiam locis, ubi superlativus cum genitivo ἑαυτοῦ ponitur, pro comparativo superlativus ille poni existimandus sit : quod alioqui genitivo illi junctus hic etiam comparativus gradus inveniatur. Sed statuendum esse inter C hæc discrimen sciendum est : ut autem id cognosci possit, de utroque seorsum disseram. Theodorus Gramm. 4, postquam dixit ὑπερθετικὸν esse τὸ κατ' ἐπίτασιν πρὸς πλείω ἀεί, ut Σωκράτης Ἑλλήνων σοφώτατος, subjungit, Τὸ δ' ἄριστα ἑαυτοῦ διαλεχθῆναί τινα, λέγεται μὲν, οὐ πρὸς τὸ πρόσωπον δὲ οὗ ἡ γενικὴ, ἡ παράθεσις, ἀλλὰ πρὸς τὰς ἄλλας αὐτοῦ διαλέξεις. Ὅλως οὖν ἄλλ' ἄττα ἀεὶ τῶν περὶ τὸ πρόσωπον θεωρητέον· ἐν γὰρ τοῖς τοιούτοις τὸ ὑπερθετικόν· ὡς ἂν εἰ λέγοι τις, ἄριστα τῶν ἄλλων ἑαυτοῦ διαλέξεων. Hæc ille. Afferens autem hoc ipsum exemplum Bud., sed absque auctoris nomine et ipse, scribit, Illud autem Latini imitari eadem loquendi forma non possunt, Ἄριστα ἑαυτοῦ τότε διελέχθη. Cujusmodi est illud Demosthenis [p. 325, 22] : Οὐ γὰρ λίθοις ἐτείχισα τὴν πόλιν οὐδὲ πλίνθοις ἐγὼ, οὐδ' ἐπὶ τούτοις μέγιστον τῶν ἐμαυτοῦ φρονῶ, Neque ex hoc maxime censeri me velim inter ea, quæ ego in publicum contuli. Vel, Neque hoc nomine maxime censeri me de republica meritum volo, ut quidem sunt reliquæ meæ actiones : neque eo nomine inprimis D mihi placeo. Basilius, de solstitio loquens : Ὅτε καὶ φλογωδέστατός ἐστιν ἑαυτοῦ ὁ ἥλιος. Plutarch. : Αὐτὸς αὑτοῦ κράτιστος ἐν τῷ μονομαχεῖν, Se ipsum vincens in singulari certamine. I. e. In eo genere maxime pollens, in ea pugna se ipso longe melior. Hæc Bud. : qui postrema hac interpretatione occasionem alicui præbere possit suspicandi quod paulo ante dixi, nimirum superl. pro compar. in hoc loquendi genere usurpari, quippe qui vertat, Se ipso longe melior ; perinde ac si superl. illud nomen κράτιστος pro compar. κρείττων positum esset. Sed præcedentes ejus interprett., id est quas præcedentibus locis tribuit, aperte docent eum non eo respexisse, sed duntaxat aliquam a sermonis Latini consuetudine non nimium abhorrentem interpretationem quæsivisse. Hoc enim de isto loquendi genere fatendum est, unum esse ex iis, quorum Lat. interpretatio plurimum negotii facessere potest. Sic certe et ap. Philostr. ἑαυτοῦ ἄριστα λέγων redditur per compar. Melius quam unquam alias disserens. Verum si Latini sermonis in hujusmodi locis inopia superlativum Græcum exprimere per compar. Latinum aliquos Interpretes coegit, non ideo confundi ibi a Græcis istos gradus existimandum est. Alioqui comparativum πλουσιώτεροι pro superlativo πλουσιώτατοι poni dicendum esset, in isto Thuc. l. 1, [8] : Καί τινες καὶ τείχη περιεβάλλοντο, ὡς πλουσιώτεροι ἑαυτῶν γιγνόμενοι. Itidemque in isto Xenoph. Cyneg., Ὅταν μὲν γάρ τις ὁρᾶται ὑπὸ τοῦ ἐρωμένου, ἅπας ἑαυτοῦ ἐστὶ βελτίων, compar. βελτίων pro superl. βέλτιστος habendum esset. At ego pro Græco quidem comparativo, Latino itidem comparativo utendum in interpretatione censeo, cum aliqua adjectione : veluti in illo Thuc. loco, πλουσιώτεροι ἑαυτῶν, Ditiores quam antea, vel solito. Ubi autem superlativum Græcus sermo habet, superlativo, si fieri possit, utendum existimo : ut certe usus est vir utraque lingua optime meritus Adr. Turnebus, in interpretando isto Plut. l. [Mor. p. 169, F] : Ὥστε κατὰ κράτος ἐξελέγχεσθαι τὸν Πυθαγόραν, εἰπόντα βελτίστους ἑαυτῶν γίνεσθαι τοὺς ἀνθρώπους, ὅταν πρὸς τοὺς θεοὺς βαδίζωσιν. Ita enim reddit, Ut manifesto convictus Pythagoras teneatur, qui tum denique longe optimos homines fieri dicebat, cum ad deos accederent. Denique ut in uno exemplo meam de istis loquendi generibus sententiam aperiam, cum dicitur, Αὐτὸς ἑαυτοῦ βελτίων ἐγένετο, (quod sonat, Se ipso melior extitit,) minus significari puto quam cum dicitur ἑαυτοῦ βέλτιστος ἐγένετο : hic enim non solum dicimus eum, de quo loquimur, se ipso meliorem fuisse, i. e. meliorem quam antea ; sed fuisse optimum, ita quidem ut nunquam melior esse possit. Ideoque si Ἄριστα ἑαυτοῦ διελέχθη, vertamus, Ita disseruit ut cum optime, minus significabimus quam quod Græcis verbis includitur.

Superl. pro simplici quoque s. positivo poni existimat Eustath., (addere enim et hunc superlativi usum libet, etiamsi Atticus minime censendus sit,) in aliquot Hom. locis ; sed ego de illis minime ei assentior. Eorum ex numero est hic, Il. Λ, fin. : Ὃν Χείρων ἐδίδαξε δικαιότατος Κενταύρων. Hoc (inquit ille) non dictum est ὑπερθετικῶς, Superlative, (intellige autem, superlativi significatione,) perinde ac si reliqui Centauri simpliciter δίκαιοι essent, ipse autem Chiron, δικαιότατος : sed ἀπολύτως, οὕτως ὡς ἐν ἁπλῷ σχήματι : veluti, δίκαιος ἐν Κενταύροις : quemadmodum Jupiter dicitur θεῶν ὁλοώτατος, pro ὁλοὸς ἐν θεοῖς. Sed si Eustath. interrogem quid vetet quominus superlativo suam signif. relinquamus, quid illum habiturum quod respondeat, putandum est ? Quid enim vetat, obsecro, quin inter justos aliquem justitia excellere dicamus ? Ex eorundem locorum numero est hic, Il. A, [176] : Ἔχθιστος δέ μοι ἐσσὶ διοτρεφέων βασιλήων. Nam hic itidem vult ἔχθιστος accipi pro ἐχθρὸς, superlativum pro positivo, ne (inquit) cogatur aliquis intelligere, omnes illi fuisse invisos, sed Achillem potissimum. Sed quid absurdum in hac sententia esset ? Affert autem hic quoque in exemplum, θεῶν ὁλοώτατος pro ὁλοὸς ἐν θεοῖς : sed tamen ap. Hom. legi ὁλοώτερος, non ὁλοώτατος, docui supra cum de usu comparativi pro positivo disserem. Verum sive ὁλοώτερος s. ὁλοώτατος (quod tamen vix admitti posse videtur) legerimus, non posse pro positivo accipi, manifestum fore puto ex iis, quæ ibi a me dicta sunt. Nihilo autem magis mihi probatur hoc exemplum hujus usus superlativi pro positivo, Il. B, [850] : Ἀξίου, οὗ κάλλιστον ὕδωρ ἐπιχίονται αἴη. Nam hic eodem modo κάλλιστον pro καλὸν dici ait ; et quidem ex veterum auctoritate : Φασὶ δὲ οἱ παλαιοὶ (inquit), τὸ κάλλιστον ἐνταῦθα νοεῖν ἀντὶ τοῦ ἁπλῶς καλόν. Ἄλλως γάρ πως (sed repono ἄλλως γὰρ πῶς) κάλλιστος ὁ θολερὸς, ὡς δεδηλώσεται. Sed quid si Hom. eum aliquando fluere θολερὸν, i. e. Lutulentum, ignoravit ? Quid si etiam insignire illum hoc epitheto voluit, quamvis eo indignum esse optime nosset ? Quid si denique aliæ eum rationes, quas ignorarint posteri, eum moverunt ? Habeantur itaque hæ expositiones in earum numero, quæ plus subtilitatis quam veritatis habent : si tamen hæc quoque digna sunt quæ subtilia appellentur.

LII. — Rectos et Vocativos eodem modo efferunt. A

In uno ex meis Codd. scriptis præfixa sunt versui Sophoclis duo exempla : videlicet ὦ οὗτος et ὦ φίλος. Ita enim ibi legitur, Τὰς εὐθείας καὶ τὰς κλητικὰς ἐπίσης ἐκφέρουσιν· οἷον, ὦ οὗτος, ὦ φίλος, ἀντὶ τοῦ ὦ φίλε· ὡς καὶ Σοφοκλῆς, etc. Rectius autem hic loquitur quam alter, nimirum Jo. Grammaticus; quippe qui Atticos nominativis loco vocativorum uti dicat. Rectius (inquam) loquitur, si grammaticos sequamur, qui eundem Atticis nominativum et vocativum esse tradunt. Verum si hoc perpetuum apud illos est, unde esse eum vocativum dicemus quo et ipsi differente a nominativo utuntur? Unde Aristoph. (cujus exemplis in præsentia, et quidem nominum propriorum duntaxat, contenti esse possumus), vocativum Σώκρατες, vocativum Ἑρμῆ, vocativum Ξανθία, aliosque infinitos, habere censebimus? Deberent, meo quidem judicio, minus generaliter loqui grammatici : alioqui non tantum pauperiores ceteris dicendi erunt Attici, sed valde etiam imprudentes; quippe qui vocativo se privarint, quem deinde ab aliis mutuari cogantur. B

LIII. — Atticorum est dicere, Ὧν ἔπαθεν ὀργὴν ἔχει, pro Ὑπὲρ ὧν ἔπαθεν, extrinsecus accepta Ὑπὲρ Præpositione.

In altero meorum Mss. codd. pro his verbis, Ἔξωθεν λαμβανομένης τῆς ὑπὲρ προθέσεως, (quæ hic reddita sunt, Extrinsecus accepta ὑπέρ præpositione,) legitur, εἴρηται γὰρ ὅτι παρ' αὐτοῖς αἱ προθέσεις ἔξωθεν λαμβάνονται· id est, Dictum est enim præpositiones apud eos extrinsecus accipi. Hoc autem generalius est quam alterum; vel potius, hoc generale est et ad varia exempla accommodari potest : at illud iis peculiare, quibus subauditio præpositionis ὑπὲρ convenire posset. Ceterum non usus est illis ipsis verbis antea; non enim dixit, Αἱ προθέσεις ἔξωθεν λαμβάνονται παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς, sed λείπουσιν αἱ προθέσεις παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς. Verum hoc per illud explicari potest; C ita enim deficiunt apud eos præpositiones in oratione, ut tamen subaudiri et extrinsecus assumi debeant. Ceterum si verum sit Atticorum esse hunc genitivi usum, omissa præpos., ejus exemplum Homerus illis præbuisse videri potest; quippe qui passim verbis κοτέειν, χολοῦσθαι, χώεσθαι (quæ poetica sunt illi ὀργίζεσθαι synonyma), eo modo utitur : ut Il. Δ, [168] : Τῆς δ' ἀπάτης κοτέων· Od. A, [69] : Ἀλλὰ Ποσειδάων γαιήοχος ἀσκελὲς αἰὲν Κύκλωπος κεχόλωται· Il. Π, [585] : Κεχόλωτο δὲ κῆρ ἑτάροιο. Et sequente gen. participii, N, [660] : Τοῦ δὲ Πάρις μάλα θυμὸν ἀποκταμένοιο χολώθη. Sic in eodem l. legitur ἐχολώθη cum gen. participii, πεσόντος. Rursum cum κταμένοιο, Il. Σ, [337] : Σέθεν κταμένοιο χολωθείς. Sic denique et Φ, [146] : Κεχόλωτο δαϊκταμένων αἰζηῶν, s. potius δαϊ κταμένων disjunctim, ut habet meum vetus exemplar; nam et de hoc lectorem obiter monendum censui. Tertii autem verbi χώεσθαι eandem constr. habentis (i. e. genitivo itidem juncti, subaudita extrinsecus præp.) exemplum habes cum alibi, tum Il. B, [689]: Κούρης χωόμενος Βρισηΐδος ἠϋκόμοιο· A, [429] : Χωόμενον κατὰ θυμὸν ἐϋζώνοιο γυναικός. De hac autem præpositionis subauditione non cogitans quispiam, accus. θυμὸν cum gen. γυναικὸς jungere conaretur, (ut supra κῆρ cum gen. ἑτάροιο, et rursum θυμὸν cum ἀποκταμένοιο,) sed frustra. Eadem porro est constructio et in iis nominibus, quæ ejusdem generis significationem habent : Π, [581] : Πατρόκλῳ δ' ἄρ' ἄχος γένετο φθιμένου ἑτάροιο. Paulo post autem Idem dicit de eodem his verbis, Κεχόλωτο δὲ κῆρ ἑτάροιο (vel κεχόλωσο, ut in aliis exempll. legitur, ut conveniat non cum sequentibus, sed cum præcedentibus). Ceterum non solum præp. ὑπὲρ subaudiri in hujusmodi Il. potest, sed etiam adverbium ἕνεκα seu ἕνεκεν : atque adeo hoc quam illud subaudire malim. Sic et Thuc. 2, p. 67 [c. 62] : Οὐδ' εἰκὸς χαλεπῶς φέρειν αὐτῶν μᾶλλον, ἢ οὐ κήπιον καὶ ἐγκαλλώπισμα πλούτου πρὸς ταύτην νομίσαντας ὀλιγωρῆσαι, non dubito quin ἕνεκα cum αὐτῶν subaudiri debeat.

Jam vero et cum aliis verbis interdum ita usurpari genitivum sciendum est, ut subaudienda relinquatur illa præp. ὑπὲρ, vel potius adverbium ἕνεκα. Hujus generis sunt ἄγαμαι et θαυμάζω et ἐπαινῶ : dicitur enim ἄγαμαί σε τῆς ἀρετῆς, itidemque θαυμάζω σε τῆς ἀρετῆς, pro ἕνεκα τῆς ἀρετῆς. Hujus autem constructionis exempla non afferam, quod ea tibi exhibiturus sit meus Thes. Ling. Græc., (cui conjunctum et velut annexum est hoc opus,) in verbis ἄγαμαι, et θαυμάζω, et ἐπαινῶ. Talis est subauditio et cum ἀποδέχομαι, nec non ζηλῶ, εὐδαιμονίζω, μακαρίζω. Verum et cum aliis verbis, i. e. aliud significationis genus habentibus, subauditur ὑπὲρ sive ἕνεκα : ut et ap. Hom., cum dicit τίσασθαι Ἀλέξανδρον κακότητος, subaudiri putatur. De qua tamen subauditione hic dubitari possit.

LIV. — Attice proferuntur per ει diphthongum Passivorum secundæ Personæ.

Debuit præsentis quoque exemplum afferre, ut βούλει, τύπτει. Perpetuus autem ap. Aristoph. est hujus scripturæ usus, cum aliæ nonnullæ, quæ tamen Atticæ itidem censentur, non perpetuo, (si quidem fide dignos hac in parte codd. nostros censemus,) ab eo usurpentur. Quoniam autem contingit in plerisque verbis, ut eodem modo scribatur ab Atticis secunda persona passiva præsentis temporis quo tertia activa, (ut τύπτει pro τύπτῃ, a τύπτομαι, et τύπτει a τύπτω : sic φέρει pro φέρῃ, a φέρομαι, et φέρει a φέρω : quorum utrumque apud Comicum illum habes, Ranarum init. : Οὐκοῦν τὸ βάρος τοῦθ' ὃ σὺ φέρεις, οὗνος φέρει; et interjecto unico versu, Πῶς γὰρ φέρεις, ὅς γ' αὐτὸς ὑφ' ἑτέρου φέρει;) fuerunt quos hæc scripturæ communio quibusdam locis in errorem impulerit : quod vulgarium Lexicorum consarcinatoribus præsertim accidisse, in meo Thes. docui.

Atticum est et λαβὲ pro λάβε.

Non satis commode hæc Articulo isti subjunguntur, utpote ad accentus differentiam pertinentia, cum ea, quæ priora hic Articulus habet, alio pertineant. Ceterum huic exemplo verbi λαβὲ adjungi potest ac debet ἰδέ : voluerunt enim Attici eundem et his accentum tribuere, quem habent cum alii imperativi, (nam imperativo duntaxat modo illam duorum verborum scripturam dari, nemini non notum esse potest,) tum vero isti, εἰπὲ, ἐλθὲ, εὑρέ.

LV. — Atticorum est et Ἤδειν pro Ἤδει, et Ἐτετύφειν pro Ἐτετύφει.

Duo hic tradenda erant, quorum unum Ionum, alterum Atticorum esse censetur; sed ipse unum horum prætermittit, alterum autem, quod alii Ionibus ascribunt, Atticis ascribit. Pro εἰρήκειν Iones dicentes εἰρήκη, (inquit Eustath.,) tanquam ab εἰρήκεα, itidemque εἱστήκη pro εἱστήκειν, tanquam ab εἱστήκεα, horum tamen tertias personas nove cum litera ν proferebant, εἰρήκεεν et εἱστήκεεν : quale est ἧσκειν εἶρια καλὰ, ex illo ἧσκεεν. Atque hinc factum est ut ἦειν Comicus pro ἦλθε dixerit. Est autem illud ἧσκειν sumptum ex Il. Γ, [387] : Εἰροκόμῳ, ἥ οἱ Λακεδαίμονι ναιεταώσῃ Ἧσκειν εἶρια καλά· ubi idem annotat, veteres ita scribere ἧσκειν cum ν, etiam post contractionem ex ἧσκεε : videri autem hanc scripturam esse Ionicam. D

Alterum autem quod a Corintho esse prætermissum dico, (cum tamen Atticum potius esse censeatur quam illud cujus meminit,) est hoc : Atticos pro ἤδειν in prima persona dicere ἤδη, itidemque in tertia. De qua formatione hæc ab eodem schol. scribuntur : Non simpliciter ἤδειν et ἐνενοήκειν et ἐπεποιήκειν dissolvunt in ἤδεα et ἐνενοήκεα et ἐπεποιήκεα, sed etiam Attica quæ ex ipsis fiunt, habentia η. Tradit enim Heraclides, Atticos præterita hujusmodi plusquamperfecta solo η terminare, dicentes ἤδη et ἐνενοήκη et ἐπεποιήκη : atque ita ap. Plat. scripta hæc esse testatur Panætius. Quin etiam Thuc. hac Attica

consuetudine usus est. Et factas ex his τμήσεις (i. e. διαλύσεις) convenienter suæ dialecto, (ita enim interpretandum esse puto οἰκείως,) proferunt Iones : dicentes ἤδεα per resolutionem literæ η in ε et α, pro ἤδη, quod est ἠπιστάμην : ut in hoc versu, Εἰ γὰρ ἐγὼ τάδε ἤδε' ἐνὶ φρεσί. Sic Callim. : Ἤδεα μᾶλλον ἐγώ κοτε. Sic autem et ἐνενοήκη, ἐνενοήκεα, simili Ionica tmesi, i. e. dialysi : item ἐπεποιήκη, ἐπεποιήκεα. Sed multi (addit idem Heraclides) hanc Atticam [ap. Eustath. scriptum est Ἰωνικὴν, sed huic scripturæ repugnant quæ præcedunt] plusquamperfectorum scripturam, quæ habet η, proferunt cum ν, dicentes ἤδην et ἐνενοήκην et ἐπεποιήκην. Possintque ex his quoque esse tmeses, ἤδεα et ἐνενοήκεα et ἐπεποιήκεα : sicut Ἀστυάγην, Ἀστυάγεα, ap. Herodot. : ut ἦνται, ἕαται : et ἦν, ἔα. Quæ si sequamur, non ἤδη ex ἤδεα per crasin factum esse dicendum erit, sed ex ἤδη prima persona factum esse ἤδεα per analysin. Scribit denique alibi eadem de re idem schol. hæc quoque (quæ cum præcedentibus conferri poterunt) : Ionica consuetudo invaluit ut activa plusquamperfecta per ε et α proferrent in ultima primæ personæ singularis; nam ἐπεποιήκειν dicunt πεποιήκεα Iones, et τετύφεα pro ἐτετύφειν, et ἤϊα pro ἤειν : ut ἤϊα πολλὰ γουνούμενος· sic et reliqua. Itidem vero ἤδειν dissolventes dicunt ἤδεα : ut εἰ γὰρ ἐγὼ τάδε ἤδεα. Hoc autem crasin passo, fit ἤδη in prima persona, quod significat ἠπιστάμην : ut ἤδη ἐγὼ, id est ἐγίνωσκον. Utunturque hoc cum alii tum Soph. At postquam prima persona ε et α in η commiscuit per crasin, existit et tertia eodem modo terminata : ideoque scripturam eandem habet. Observa autem rectius hic scribi πεποιήκεα sine augmento, quam paulo ante ἐπεποιήκεα. Atque ut hic πεποιήκεα et τετύφεα habemus, sic etiam νενοήκεα supra scribi debere, ut scriptura sit omnino Ionica.

Utuntur enim in Plusquamperfecto primis personis pro tertiis.

Atqui ex iis, quæ modo dixi, satis liquet non primas personas locum tertiarum subire, sed peculiarem quandam illarum primarum formationem esse : cum terminatio illa, quam habent eandem cum terminatione primarum, ex crasi proveniat, postquam et ν assumitur : ut ἤσκεε, ἤσκει, deinde ἤσκειν, assumpto ν.

LVI. — Pro Accusativo Genitivum accipiunt : ut Aristoph. [Pac. 71], Ὅως συνετρίβη τῆς κεφαλῆς, pro τὴν κεφαλήν.

Hic Attici genitivi usus multo latius patet quam ut hoc exemplo declarari possit. Ut igitur cognosci queat, aliud exemplorum genus afferam, si prius locum quendam Luciani illi Aristophanis omnino similem adjunxero. Is est in Timone [c. 48] : Ἄνθρωποι, κατέαγα τοῦ κρανίου ὑπὸ τοῦ ἀχαρίστου, διότι τὰ συμφέροντα ἐνουθέτουν αὐτόν. Inter alia autem (i. e. alius generis) exempla non postremum locum obtinere debent verba πιεῖν et φαγεῖν, et quæ verbo φαγεῖν synonyma sunt : ut leo βεβρωκὼς βοὸς ap. Hom. Apud Eund. Od. X, init. : Ὄφρα πίοι οἴνοιο. Ubi et Eustath. tradit πίοι οἴνοιο dictum esse Attice, cum alioqui πίνειν accusativo jungatur. Ac fortasse (inquit) non totum vinum ebibiturus erat, sed ejus partem duntaxat, ut solent οἱ προπίνοντες facere. Talia autem cum genitivo construuntur, cum videlicet non totum absumitur, sed ejus pars tantummodo : ut λέων βοὸς βεβρωκὼς, et ὄφις μυρμήκων φαγὼν, et quæ sunt hujusmodi. Est autem (uti dixi) ipsius Hom. illud λέων βοὸς βεβρωκώς. Apud Eundem legimus Od. I, [225] τυρῶν αἰνυμένους, ubi itidem annotat Eustath. constructionem esse Atticam, pro ἐκ τῶν τυρῶν ἄραντας : neque enim (inquit) πάντας ἤθελον ἄρασθαι τοὺς τυρούς. Idem alibi loci hujus mentionem faciens, scribit, Οὐ γὰρ πάντας ἐκεῖ τοὺς τυροὺς ἦν αἴνυσθαι, ἀλλὰ μέρος αὐτῶν. Et ita vel subst. hoc μέρος, vel præp. ἐκ subaudire hic possumus. Eodem certe modo in soluta oratione hæc constr. in usu est, et quidem frequentissimo. Plato Polit. 2, [p. 372, B] : Ἐπιπίνοντες τοῦ οἴνου. A Tale est ἀποῤῥοφεῖν ὕδατος, ap. Synes. Atque ut φαγεῖν ἄρτου vel κρέατος dicitur, vel cum alio gen., sic ἐδηδοκότα ἀλλήλων legimus ap. Aristot. H. A. 8, [c. 29] : Πάντων δὲ χαλεπώτερά ἐστι τὰ δήγματα τῶν ἰοβόλων, ἐὰν τύχῃ ἀλλήλων ἐδηδοκότα· οἷον σκορπίου ἔχις· 9 : Ῥίπτουσι γὰρ τῶν ὀρνίθων. Xenoph. Cyrop. 2, [2, 15] : Τούτου τοῦ ὀλίγου ἀξίου γέλωτος ἐπιδαψιλεύσῃ. Plutarch. Antonio [c. 78] de Cleopatra loquens : Καὶ τῷ προσώπῳ τοῦ αἵματος ἀναματτομένη. Quibus ll. subaudiri cum genitivo potest accus. μέρος, ut Thuc. 3, p. 113 [c. 89] : Καὶ τοῦ τε φρουρίου τῶν Ἀθηναίων παρεῖλε· nam et ipse schol. subaudiri μέρος scribit. (Apud Eundem tamen 4, p. 124 [c. 10] : Ἄνδρες οἱ ξυναράμενοι τοῦδε τοῦ κινδύνου, dicit genitivos τοῦδε τοῦ κινδύνου esse pro accusativis τόνδε τὸν κίνδυνον, tacens de illo substantivo μέρος.) Verum quosdam locos esse sciendum est, in quibus non satis commode hoc vocabulum μέρος subaudiri possit, atque adeo particula τι potius subaudienda videatur, ut apud Lysiam, Μὴ ἔχειν τῶν Ἀριστοφάνους χρημάτων, pro μὴ ἔχειν τι, vel B μὴ ἔχειν οὐδέν. Et ap. Synes. : Τί οὖν ποτνιᾷ καὶ ταῖς ἐπιστολαῖς τῶν δακρύων ἐγχεῖς; Sed incommodius etiam in aliis quibusdam ll. accusativum μέρος subaudire possimus quam in his. Veluti cum dicit Dioscor. : Ἐμφαῖνον μᾶλλον τῆς σμύρνης ἢ τῆς χαλβάνης. Idem, Μαλακὸν τῇ ὀσμῇ, καὶ παρεμφαῖνον σμύρνης.

At genitivi materialis (ut ita loquar) exempla perperam cum exemplis distributivi genit. (ut in exemplis, quæ allata modo fuerunt) confunduntur. Materialem genitivum appello, qualis est in isto Xenoph. loco, Cyneg. [9, 12] : Χρὴ δὲ εἶναι ποδοστράβας σμίλακος πεπλεγμένας. Sic in isto Pausaniæ [1, 18, 6] : Ἐνταῦθα εἰκόνες Ἀδριανοῦ, δύο μέν εἰσι λίθου λευκοῦ, δύο δὲ Αἰγυπτίου. Nihil autem aptius hic subaudiri posse videtur quam præp. ἐκ, quam et Latinæ interpretationi adhibere solemus.

LVII. — Et pro Ἐπὶ τὴν κεφαλὴν πεσεῖν, dicunt Attici Κατακάρα, non divisim, sed sub uno accentu.

C Non κατακάρα, sed κατωκάρα in uno meorum codd. legitur; at in altero non κατακάρα conjunctim, sed κατὰ κάρα divisim : cum tamen addat ipse Corinthus, οὐ διῃρημένως, ἀλλ' ὑφ' ἓν, pro quo ὑφ' ἓν in illo altero scriptum est ἐφ' ἕν. Apud Hesych. legitur κατωκάρα conjunctim, ut in illo exemplari, exponiturque, κάτω κεφαλὴν ἔχοντα. Atque ita ap. Aristoph. Ach. [945] scriptum est, Εἴπερ ἐκ ποδῶν κατωκάρα κρέμαιτο. Sic ap. Eund. Pac. [153] : Κατωκάρα ῥίψας με βουκολήσεται. Ubi schol. annotat quæ et hic habentur, (adeo ut ex illo sumpsisse ea Corinthum persuasum habeam, sed accusativo utentem, cum ille genitivo utatur,) ὅτι τὸ ἐπὶ τῆς κεφαλῆς πεσεῖν κατωκάρα λέγεται Ἀττικῶς ὑφ' ἕν. At Eustath. utramque scripturam affert, nimirum et eam quæ voces illas separat, et eam quæ duas in unam conjungit; sed in hac aliam accentui sedem tribuit, scribens κατώκαρα, non κατωκάρα. Siquidem in Od. Ω, [241] : Ἦτοι ὁ μὲν κάτ' ἔχων κεφαλὴν φυτὸν ἀμφελάχαινε, annotat, Τὸ δὲ κάτω ἔχων κεφαλὴν, οὐ ταὐτόν ἐστι τῷ ὕστερον παρ' Ἀττικοῖς κάτω κάρα, D ἢ συνθέτως κατώκαρα· ἐκεῖνο γὰρ ἐπὶ τῶν κατὰ κεφαλὴν κρεμαμένων ἢ βυθιζομένων λέγεται. In eo autem, quod dicit ἐπὶ τῶν κατὰ κεφαλὴν κρεμαμένων, ad illum Aristoph. locum in Ach. respexisse videri potest. Ceterum quod ad scripturam illam attinet κατώκαρα proparoxytone, quamvis solus Eustath. ex iis, quos consului, eam habeat, (nam et Suidas scribit κατωκάρα paroxytone,) tamen rejiciendam non censeo, quoniam in plerisque compositis, sive quæ ὑφ' ἓν scribuntur, talem accentus ὑπερβιβασμὸν observavi.

LVIII. — Atticorum autem et Pluralia singulariter pronuntiare, quemadmodum pro τοὺς Λακεδαιμονίους dicere τὸν Λακεδαιμόνιον.

Thucydidem tamen reprehendit Dionysius H. quod singulari pro plurali utens, τὸν Συρακούσιον pro τοὺς Συρακουσίους dixerit. Hujus verba sunt [De propr. Thuc. c. 9] : Παρὰ δὲ τὰς τῶν ἑνικῶν τε καὶ πληθυντικῶν διαφορὰς, ὅταν ἐναλλάττῃ τὴν ἑκατέρου τούτων τάξιν,

ἑνικὰ μὲν ἀντὶ πληθυντικῶν οὕτως ἐκφέρει, Καὶ εἴτω ἄρα παρέστηκε, τὸν μὲν Συρακούσιον, αὐτὸν δὲ οὐ πολέμιον εἶναι τῷ Ἀθηναίῳ. Vult enim Thuc. (inquit) significare Syracususanos et Athenienses : utroque tamen nomine in singulari numero utitur. Sciendum est autem legi hic ap. Dionys. τῶν Ἀθηναίων : sed τῷ Ἀθηναίῳ ex ipsomet reposui, i. e. ex iis quæ subjungit : nec non ex ipso Thuc. contextu : unde et pro οὕτως substitui εἴτω, nec non αὐτὸν pro αὐτόν. Ita enim apud Thucydidem scriptum est, 6 p. 222 [c. 78] : Καὶ εἴ τω ἄρα παρέστηκε, τὸν μὲν Συρακούσιον, ἑαυτὸν δ' οὐ πολέμιον εἶναι τῷ Ἀθηναίῳ, καὶ δεινὸν ἡγεῖται ὑπέρ γε τῆς ἐμῆς κινδυνεύειν κτλ. Illi autem Thucydidis exemplo istud quoque subjungit : in quo itidem nomen singulare pro plurali usurpatur, sed appellativum, non ἐθνικὸν ut in altero [4, 10] : Καὶ τὸν πολέμιον δεινοτερον ἔξομεν, μὴ ῥᾳδίας αὐτῷ πάλιν οὔσης τῆς ἀναχωρήσεως. Nam (inquit) τοὺς πολεμίους ἐσχημάτικεν ἑνικῶς, οὐχὶ πληθυντικῶς. At ego (quod Dionysii pace dixerim) non video quid reprehensione dignum sit in hoc singularis usu pro plurali; præsertimque ubi nomen proprium, vel potius ἐθνικὸν, non appellativum, ita usurpatur. Nisi et ipsum Dem. reprehendere vèlimus, ex quo exemplum hic habemus, τὸν Παίονα pro τοὺς Παίονας : sed in uno ex meis codd. additur καὶ Ἰλλυριόν. Quin etiam post, Ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν τοὺς Λακεδαιμονίους, τὸν Λακεδαιμόνιον, habetur ibid. καὶ τοὺς Ἀργείους, τὸν Ἀργεῖον.

Est autem observatus a me et alius nominis ἐθνικοῦ usus ap. veteres Græcæ linguæ scriptt., de quo alibi dicam : simulque de eo usu, cujus hic meminit Corinthus, (quem et apud Latinos scriptt., præsertimque poetas et historicos, non infrequentem esse sciunt quicunque in illorum lectione versati sunt,) disseram.

LIX. — Atticorum etiam, dicere Βαδιστέα et Ἀνυστέα pro Βαδιστέον et Ἀνυστέον.

Latius extenditur talis usus pluralis pro singulari, ut ostendit vel adj. ἀδύνατα pro ἀδύνατον. Quod ἀδύνατα an Atticum itidem sit, dubitare nos non sinit Thuc. : cum alibi, tum 1, p. 20 meæ ed. [c. 59] : Νομίσαντες δὲ οἱ στρατηγοὶ ἀδύνατα εἶναι πρὸς τὸν Περδίκκαν πολεμεῖν τῇ παρούσῃ δυνάμει. Sic et in 1, p. 40 [c. 125] : Δεδογμένον δὲ αὐτοῖς, εὐθὺς μὲν ἀδύνατα ἦν ἐπιχειρεῖν ἀπαρασκεύοις οὖσιν. Sic certe ap. Hom. Il. A, [107] Eustath. φίλα positum censet pro φίλον, in hoc versu, Αἰεί τοι τὰ κάκ' ἐστὶ φίλα φρεσὶ μαντεύεσθαι. Exponit enim, ἀεί σοι φίλα ἐστὶ τὰ κακὰ μαντεύεσθαι : additque φίλα esse Attice positum pro singulari φίλον. Ibidem affert ex Soph. exemplum simile illi, quod a Corintho affertur [Antig. 677] : Οὕτως ἀμυντέ' ἐστὶ τοῖς κοσμουμένοις, pro ἀμυντέον. Sed subjungit et nominis adjectivi exemplum, (ex eodem Soph., ut opinor,) Σχέτλια γὰρ ἐμέ γε τάδε πάσχειν, pro σχέτλιόν ἐστι. Ex Herodoto autem participium νομιζόμενα usurpatum itidem pro νομιζόμενον affert. Quibus omnibus adjicit ex Comico [Pluti 1085] : Συνεκποτέα ἐστί σοι καὶ τὴν τρύγα, quod exemplum convenit cum illo Soph., in quo est ἀμυντέα. Proponit tamen et aliam nominis illius φίλα expos., secundum quam non pro φίλον poneretur, sed suam pluralis signif. retineret. Ea est hujusmodi, ἀεί σοι τὰ κακὰ φίλα ἐστὶν, οὐχ ὥστε καὶ ποιεῖν αὐτὰ, (οὐδὲ γὰρ δύνασαι,) ἀλλ' ὥστε μαντεύεσθαι. Sed longe petita videtur esse hæc expositio.

LX. — Apud eos præterea deficiunt Imperativa.

Falsum est omnino et quod hic a Corintho scribitur, nimirum Atticos imperativis carere. Nihilo certe magis carere imperativis dicendi sunt, quod infinitivis loco illorum nonnunquam utantur, quam carere vocativis, quod pro illis nominativos interdum usurpent. In eo præterea peccat, quod exemplum affert ab eo, quod probare vult, alienum : utpote in quo infinitivus potius pro optativo quam imperativo positus sit. Ego igitur alia utriusque usus exempla seorsum proferam. Sed hoc prius lectorem scire velim, usitatiorem esse illum infinitivi pro imperativo quam pro optativo usum; esseque hunc apud vetustissimos poetas Homerum et Hesiodum frequentem, itidemque ap. alios poetas, nominatimque Nicandrum. Verum ab Atticis manasse illam usurpandi infinitivi pro imperativo aut optativo consuetudinem, non satis idoneo testimonio confirmari posse videtur : qua de re tamen dicam et infra. Venio ad exempla : Od. K, [508] : Ἀλλ' ὁπόταν δὴ νηῒ δι' ὠκεανοῖο περήσῃς, Ἔνθ' ἀκτή τε ... Νῆα μὲν αὐτοῦ κέλσαι ἐπ' ὠκεανῷ βαθυδίνῃ hic enim infin. κέλσαι est pro imper. κέλσον. Sic autem et in versibus, qui sequuntur, sunt verba infinitivi modi, qui imperativi vicem præstat : Αὐτὸς δ' εἰς ἀΐδεω ἰέναι δόμον εὐρώεντα. Et versibus tribus interjectis, Ἔνθα δ' ἔπειθ' ἥρως χριμφθεὶς πέλας, ὥς σε κελεύω, Βόθρον ὀρύξαι ὅσον τε πυγούσιον ἔνθα καὶ ἔνθα. Deinde vero et alia infinitiva habentur. Idem poeta Il. A, [322] : Ἔρχεσθον κλισίην Πηληϊάδεω Ἀχιλῆος Χειρὸς ἑλόντ' ἀγέμεν Βρισηΐδα καλλιπάρηον. Ubi annotat Eust. ap. Hom., sicut et Hesiodum, atque alios, ἀντὶ προσταχτικῶν λαμβάνεσθαι ἀπαρέμφατα, i. e. Pro imperativis sumi infinitiva : ut hic, χειρὸς ἑλόντε ἀγέμεν Βρισηΐδα, id est ἄγετε. Videtur autem (inquit) hoc schema fieri per ellειpsin, deficiente videlicet aliquo verbo, quod sit προαιρετικόν : perinde ac si diceretur, θελήσατε ἀγέμεν, vel σπεύσατε, vel aliquo ejusmodi. Ejusdem poematis K, [65] : Αὖθι μένειν· μήπως ἀθροτάξομεν ἀλλήλοιϊν Ἐρχομένω. Hic (inquit idem schol.) habemus infin. pro imperativo, ubi aperte declaratur, infinitiva verba, quæ pro imperativis sumuntur, ita per ellειpsin usurpari. Cum enim præcesserit verbum ἐπιτέλλεσθαι, nec non verbum κελεύειν, ubi dicitur, Πῶς γάρ μοι ἐπιτέλλεαι ἠδὲ κελεύεις; Αὖθι μένω κτλ. respondet qui interrogatus fuit, αὖθι μένειν. Quod licet pro μένε ponatur, sic tamen intelligitur (explendo quod deest), ἐπιτέλλομαι καὶ κελεύω σοι αὖθι μένειν. Hanc autem ellειpsin Hesiodus apertissime ostendit. Hæc ille : qui quoniam non addit quonam modo Hesiodus ellειpsin hanc ostendat, suspicandum reliquit, (ut mihi quidem videtur), tale quid in quopiam Hesiodi l. præcedere infin. pro imper. positum quale id est, quod ap. Hom. præcedit, et de quo nos ipse ibi admonuit. Esse quidem certe frequentem hujus infinitivi usum ap. Hesiodum eo in poematio, quo sua de agricultura præcepta tradit, scire possunt quicunque illud legerunt. Ex multis autem pauca proferre contentus ero. Ita igitur suum Ἔργων librum secundum orditur [Op. 383] : Πληϊάδων ἀτλαγενέων ἐπιτελλομενάων Ἄρχεσθ' ἀμητοῦ, ἀρότοιο δὲ δυσσομενάων. Ubi quis hujus usus infinitivi nescius falli possit, legens ἄρχεσθ' ἀμητοῦ, tanquam pro ἄρχεσθε persona secunda plurali modi imperativi, non pro ἄρχεσθαι infinitivo. Sed vel ille magnus infinitivorum numerus, qui paulo post atque adeo per totum librum habetur, lectorem admonere posse videtur. Habetur enim paulo post, Γυμνὸν σπείρειν, γυμνὸν δὲ βοωτεῖν, Γυμνὸν δ' ἀμᾶσθαι. Legitur autem aliquot versibus interjectis, Ἀλλά σ' ἄνωγα Φράζεσθαι χρειῶν τε λύσιν, λιμοῦ τ' ἀλεωρήν. Qui locus ex eorum fortasse numero est, in quibus vult Eust. ab Hesiodo aperte ellειpsin illam προαιρετικοῦ ῥήματος declarari. Neque enim dubito quin ἄνωγα, sicut θέλω, verbum προαιρετικὸν appellari possit, i. e. quo προαίρεσιν nostram indicamus, præsertim cum illum verba etiam ἐπιτέλλομαι et κελεύω annumerare τοῖς προαιρετικοῖς manifestum sit. Quamvis autem talia verba subaudiri, nequaquam mihi displiceat, posse tamen et aliud verborum genus subaudiri dico, cujusmodi est μέμνησο : sicut et Latini poetæ in suis præceptis interdum imperativo Memento cum infinitivo usi esse comperiuntur. Ovid. : Sed quanto minus ire voles, magis ire memento. Idem, Denique securus famæ liber ire memento. Ceterum mirari quis possit, Jo. Tzetzem in quibusdam hujus poetæ ll. tradere tales infinitivos esse pro imperativis, alicubi autem dubium relinquere existimandine sint imperativorum officio fungi, an potius verbum θέλε cum illis subaudiri putandum sit. Nam in hoc ejusdem poematii l. [Op. 504] : Μῆνα δὲ λῆναιῶνα, κάκ' ἤματα, βούδορα πάντα, Τοῦτον ἀλεύασθαι, annotat, infin. ἀλεύασθαι esse pro imper., et significare ἔκφυγε. Itidemque in hunc [452], Δὴ τότε χορτάζειν ἕλικας βόας ἔνδον ἐόντας, annotat χορτάζειν esse pro χόρταζε, infin. pro imper., (additque Ἀττικῶς,

quod observatu dignum est :) at vero in explicatione illius versus, quem primum ex eo opusculo protuli, ἄρχεσθ' ἀμητοῦ, tradit, vel hoc ἄρχεσθαι aliosque omnes infinitivos pro imperativis ab hoc poeta usurpari, vel in omnibus subaudiri, θέλε, ut dicamus, θέλε ἐργάζεσθαι, et θέλε σπείρειν, et θέλε βοωτεῖν. At ego Tzetzi minime hic assentior; sed quamvis hæc ellειpsis admittatur, infin. pro imper. poni dicendum existimo : infinitivum quidem certe ellειpticon. Licebit enim fortassis ita vocare infin., cui ἔλλείπει (i. e. deficit) quod cum eo jungi deberet. Exempla autem ex Nicandro afferre cum minime necesse sit, hoc unum de ejus scholiaste dicam : illum, ubi infin. pro imper. positum esse annotat, non addere, Atticam esse hanc consuetudinem. At Eust. in Il. A, [582] : Ἀλλὰ σὺ τόν γ' ἐπέεσσι καθάπτεσθαι μαλακοῖσιν, annotans esse καθάπτεσθαι pro καθάπτου, infin. pro imper., ait esse schema ellειpticon Ionicum, vel Atticum. Ceterum cum nulla ex soluta oratione exempla mihi suppetant, Budæi saltem de quodam Plat. loco dubitationem proferam; in eo enim vel infin. pro imper. positum esse, vel verbum imperativi modi ex superioribus repedum esse ait. Hic autem est Plat. locus, Legum 11, [p. 937, F] : Ἐὰν ἐπισκηφθῇ τὰ ψευδῆ μαρτυρῆσαι, (ἐπισκήπτεσθαι δὲ τῶν ἀντιδίκων ἑκάτερον ὅλῃ τῇ μαρτυρίᾳ ἢ μέρει, ἐὰν τὰ ψευδῆ τινὰ φῇ μεμαρτυρηκέναι, πρὶν τὴν δίκην διακεκρίσθαι,) τὰς δ' ἐπισκήψεις τὰς ἀρχὰς φυλάττειν κατασεσημασμένας ὑπ' ἀμφοῖν, καὶ παρέχειν τὴν τῶν ψευδομαρτυριῶν διάκρισιν. Quæ verba ita ille interpretatur : Si quis testem insimulet falsi testimonii, (insimulare autem et actori et reo licet aut in totum testimonium, aut in partem, duntaxat ante sententiam,) insimulationes ipsas magistratus oportet asservare ab utroque obsignatas, ac tum demum judices falsi mittere in consilium. Huic autem interpretationi hæc subjungit, In quibus verbis τὶς nomen supplendum est, nisi fallor, (ut sæpe ap. Aristot.,) et verbum ἔξέστω ex superioribus. Vel est ἀπαρέμφατον ἀντὶ προστακτικοῦ, quod usitatum est Græcis, præsertim Ionibus, quorum lingua Plato aliquando utitur, ut δίκαἰσι ἀντὶ τοῦ δίκαις. Quanquam Atticorum est τὰ προστακτικὰ supplenda relinquere. Hæc ille : ubi quis diversa existimare hæc duo possit, infin. pro imper. accipi, et imper. supplendum relinquere. Sed de una eademque re a Bud. dicta existimo, qui intellexerit, ubi verbum infinitivi modi pro verbo imper. modi ponitur, ibi cum infin. supplendum imper. relinqui, quod infin. ille sit ἐλλειπτικὸς, ut eum paulo ante appellavi.

Verum cum in omnibus, quæ allata sunt, exemplis et omnibus propemodum, quæ afferri possint, infin. pro imperativi secunda persona usurpetur, sciendum est et pro tertia alicubi usurpari, ut Il. Z, [88] : Ἥ δὲ ξυνάγουσα γεραιὰς Νηὸν Ἀθηναίης γλαυκώπιδος ἐν πόλει ἄκρῃ, Οἴξασα κληῖδι θύρας ἱεροῖο δόμοιο, Πέπλον, ὅς οἱ δοκέει χαριέστατος ἠδὲ μέγιστος Εἶναι ἐνὶ μεγάροις, καί οἱ πολὺ φίλτατος αὐτῇ, Θεῖναι Ἀθηναίης ἐπὶ γούνασιν ἠϋκόμοιο, Καί οἱ ὑποσχέσθαι δυοκαίδεκα βοῦς ἐνὶ νηῷ Ἥνις, ἠκέστας ἱερευσέμεν. Hic enim infinitivi θεῖναι et ὑποσχέσθαι non sunt pro secunda imperativorum persona θὲς et ὑπόσχου, sed pro tertia θέτω, (potius θέσθω,) et ὑποσχέσθω. Intelligendum enim, θέσθω ἡ Ἑκάβη πέπλον, καί οἱ ὑποσχέσθω θυσίαν. Est porro et quiddam aliud de usu infinitivi pro imperativo sciendum, quod in iis, quæ allata sunt, exemplis non spectatur; atque adeo rarissimum est : quo magis Eust. nullam ejus mentionem fecisse miror. Cum infin., qui pro imper. ponitur, vel præsentis temporis vel aoristi esse soleat, leguntur ap. Hom. aliquot infinitivi futuri temporis, qui tamen eundem usum habent : et quidem illo ipso in loco, unde quædam exempla et præsentis et aoristi infinitivi attuli : sc. ex Od. K : cum enim ibi præcesserit κέλσαι et ἰέναι et ὀρύξαι et παλύνειν (ut reliqua omittam), pro κέλσον et ἴθι et ὄρυξον et πάλυνε : sequuntur infinitivi futuri temporis [523] : Ἐλθὼν εἰς Ἰθάκην, στεῖραν βοῦν ἥτις ἀρίστη, Ῥέξειν ἐν μεγάροισι, πυρήν τ' ἐμπλησέμεν ἐσθλῶν· sic etiam ἱερευσέμεν in versu proxime sequenti. Equidem de his non aliud habeo quod dicam, quam observatione dignissimum esse hunc usum futuri in infin., qui imperativi loco positus sit : et ne suspecta nobis exemplarium hic sit fides, obstare fut. ἐμπλησέμεν.. Nam pro ῥέξειν quidem et pro ἱερευσέμεν facile esset reponere ῥέζειν et ἱερεύεμεν, at pro ἐμπλησέμεν quid reponi posset?

Venio ad alterum illum infinitivi usum, quem Corinthus cum præcedente confundit. Affert enim locum, in quo infin. pro imper. positum esse censet, cum potius optativi fungatur officio. Is est in Aristoph. Acharn. [434], ubi itidem schol. imperativum illum subaudiendum esse tradit. Sed imperativi subauditio minime prohibet quin optativum esse dicamus : sic tamen ut cum infin. pro optativo ponitur, aliud verborum genus subaudiendum sit quam cum pro optativo usurpatur. Tale autem est δὸς, Il. H, [180] : Ζεῦ πάτερ, ἢ Αἴαντα λαχεῖν, ἢ Τυδέος υἱὸν, Ἢ αὐτὸν βασιλῆα πολυχρύσοιο Μυκήνης· hic enim aptissime subauditur δός. Itidemque in hoc voto Agamemnonis, B, [414] : Ζεῦ κύδιστε, μέγιστε, κελαινεφὲς, αἰθέρι ναίων, Μὴ πρὶν ἐπ' ἠέλιον δῦναι καὶ ἐπὶ κνέφας ἐλθεῖν, Πρίν με κατὰ πρηνὲς βαλέειν Πριάμοιο μέλαθρον, Αἰθαλόεν, πρῆσαι δὲ πυρὸς δηΐοιο θύρετρα. Nam et hic commodissime subauditur verbum δός. Ideo autem hoc lubentius quam aliud subaudio, quod ipsemet Hom., ubi ejus sermo est ἐντελὴς, illud adhibere orationi optativæ soleat, ut K, [282] : Δὸς δὲ πάλιν ἐπὶ νῆας ἐϋκλείας ἀφικέσθαι, Ῥέξαντας μέγα ἔργον, ὅ κεν Τρώεσσι μελήσει. Sic certe et Γ, [322] legimus, Τὸν δὸς ἀποφθίμενον δῦναι δόμον Ἄϊδος εἴσω, Ἡμῖν δ' αὖ φιλότητα καὶ ὅρκια πιστὰ γενέσθαι. Sic Callim. initio Hymni Dianæ : Δός μοι παρθενίην αἰώνιον, ἄππα, φυλάσσειν, Καὶ πολυωνυμίην. Attuli vero et ex soluta oratione exempla hujus usus imperativi δὸς in meo Gr. Linguæ Thes. Sed hoc quoque obiter addo, Latinos, poetas præsertim, itidem verbo Da esse usos : ut Ovid. simile Daphnes votum commemorans, (et ita quidem, ut illum Callimachi versum interpretari velle videatur,) ita cecinit : Da mihi perpetua, genitor carissime, dixit, Virginitate frui. Quibus subjungitur, Dedit hoc pater ante Dianæ. Sic ap. Virg. Æn. 6 : Tuque, o sanctissima vates, Præscia venturi, da, (non indebita posco Regna meis fatis,) Latio considere Teucros. Idemque ap. Horat. Epist. 1 : ... pulcra Laverna, Da mihi fallere, da justum sanctumque videri. Non dubium est autem quin libenter ita usi sint poetæ isto verbo, ut Græcum illud δὸς imitarentur, vel potius exprimerent. In hujusmodi ergo poetarum Græcorum locis verbum hoc potius quam aliud ullum subaudiendum esse, vel potius nullum aliud quæri debere existimo. Non ignoro alioqui Eust. in Il. B, [413] cum his verbis, Μὴ πρὶν ἐπ' ἠέλιον δῦναι καὶ ἐπὶ κνέφας ἐλθεῖν, alia etiam verba, quæ subaudiri queant, afferre; dicit enim λείπειν vel δὸς, vel ποίησον, vel εὔχομαι. Quod ποίησον illud ipsum est quod a schol. Aristoph. subaudiri eo in loco dixi, quem Corinthus affert, qui schol. illum (uti dixi) sequitur. Sed talem imperativi ποίησον usum cum infin. non memini me usquam observare. Ceterum Eust. cum alibi illum infin., qui imperativi vice fungitur, vel Ionicum vel Atticum esse scribat, in dubio id relinquens : hunc tamen alterum, qui ponitur pro optativo, (cum enim εὐχῇ, Voto, adhibeatur, quidni pro optativo poni dicemus?) Atticum esse tradit : non addens itidem vel Ionicum : Τὸ δὲ σχῆμα τῆς εὐχῆς (inquit in Il. B l. c.) Ἀττικὸν κατὰ ἔλλειψιν. Est tamen hoc schemate usus primarius linguæ Ionicæ scriptor Herodotus : si quidem schol. illi credimus, ita scribenti : Σημείωσαι δὲ ὅτι ἐστὶ καὶ παρὰ Ἡροδότῳ σχῆμά τε ὅμοιον εὐχῆς, καὶ ἱστορία τοιαύτη. Δαρεῖος εὔξατο ἀνθρώπῳ εἰς οὐρανὸν ἀφεὶς ὀϊστὸν, καὶ τὸν ἀέρα βαλὼν, Ὦ Ζεῦ γενέσθαι μοι Ἀθηναίους τίσασθαι. Extat autem hic l. p. 207 meæ ed. [5, 105.] Sed alia lectio illic habetur, (sicut et in omnibus vulgatis edd., nec non in quibusdam vett. Codd., quibuscum illæ partim a me partim ab aliis collatæ fuerunt;) quam sequendo, schema illud in eo loco non habebimus. Ibi enim est imperativi modi verbum, hoc modo, Ὦ Ζεῦ ἐκγενέσθω μοι Ἀθηναίους τίσασθαι. Dubitari tamen potest an memoria lapsus Eust. hunc l. ita scripserit, an in eo, quo usus est, exemplari ita scriptum invenerit. Sed pro ἀνθρώπῳ non dubium est quin ἄνω ap. eum reponendum sit. Hoc quoque iis, quæ dicta sunt, addi debet : quosdam

esse locos, ubi oratio initium habens per infin. positum pro optativo, secus finitur, sc. per optativum : Il. B, [414] : Ζεῦ κύδιστε, μέγιστε, κελαινεφὲς, αἰθέρι ναίων, Μὴ πρὶν ἐπ' ἠέλιον δῦναι καὶ ἐπὶ κνέφας ἐλθεῖν, Πρίν με κατὰ πρηνὲς βαλέειν Πριάμοιο μέλαθρον Αἰθαλόεν, πρῆσαι δὲ πυρὸς δηίοιο θύρετρα, Ἕκτόρεον δὲ χιτῶνα περὶ στήθεσσι δαΐξαι, Χαλκῷ ῥωγαλέον. Hic enim istis infinitivis locum optativorum obtinentibus subjungitur λαζοίατο, quod optativi est modi : πολέες δ' ἀμφ' αὐτὸν ἑταῖροι Πρηνέες ἐν κονίῃσιν ὀδὰξ λαζοίατο γαῖαν.

Sciendum est præterea quosdam etiam esse ll. habentes hunc infinitivi pro optativo usum, in quibus aliud quam in præcedentibus subaudire verbum necesse sit, ut Od. H, [313] : Αἴ γὰρ Ζεῦ τε πάτερ καὶ Ἀθηναίη καὶ Ἄπολλον, Τοῖος ἐὼν οἷος ἐσσὶ, τά τε φρονέων ἅτ' ἐγώ περ, Παῖδά τ' ἐμὴν ἐχέμεν, καὶ ἐμὸς γαμβρὸς καλέεσθαι, Αὖθι μένων. Hic enim neque δὸς, neque ποίησον, neque εὔχομαι subaudiri cum infin. potest, sed aut ἐθέλοις aut aliud hujusmodi verbum optativi modi subaudiendum est.

LXI. — Βόλιτον Attici dicunt sine β, quod nos Βόλβιτον dicimus : videlicet Κόπρον.

Hæc ex schol. Aristoph. sumit Corinthus. In hunc enim hujus Comici l. Eq. [658] : Κἄγωγ' ὅτε δὴ ᾔγνων τοῖς βολίτοις ἡττημένος, Διηκοσίοισι βουσὶν ὑπερηκόντισα, (reposui autem δὴ ᾔγνων pro δ' ἤγνων in priore versu, de qua emendatione dicam, ubi de synalœpha disseram,) annotat, βολίτοις significare τοῖς σπελέθοις : esse enim βολίτους τοὺς σπελέθους τῶν βοῶν. Et paucis verbis interjectis, Attici autem, inquit, ita dicunt absque β, quod nos βόλβιτον dicimus. Affert etiam proverb. Βολίτου δίκην : quod jactatum ait πρὸς τοὺς ἐπὶ μικροῖς δίκας ὑπέχοντας : quoniam Solonis lex puniebat καὶ τοὺς βόλιτον ὑφελομένους. Habetur vero nomen illud et in Ach. [1026] ejusdem Comici, Καὶ ταῦτα μέντοι νὴ Δί' ὥσπερ μ' ἐτρεφέτην Ἐν πᾶσι βολίτοις. Ubi itidem scribit schol. Atticos appellasse βόλιτον quod tunc temporis vocabant βόλβιτον. Vult autem ibi ἐν πᾶσι βολίτοις dictum esse pro ἐν πάσῃ τρυφῇ, ἐν πᾶσιν ἀγαθοῖς : atque ita esse locutum παρ' ὑπόνοιαν. Hesych. quoque βολίτοις exp. per βολβίτοις, tanquam notius. Eust. tamen habet βόλιτον et βόβλιτον, non βόλβιτον. Sed eum quoque βόλβιτον scripsisse, et literis errore permutatis factum esse a librario βόβλιτον, credibile est, cum ipse a βάλλω et nomine βολὴ, (dixissem autem ego, a βολὴ verbali nomine τοῦ βάλλω,) vocabulum βολεὼν deducat : quod Atticum itidem esse tradit : exponens κοπρὼν, ἤτοι κοπροβολεῖον : item, οὗ κόπρος δηλαδὴ ζώων βάλλεται, ἤγουν ῥίπτεται. Quibus subjungit, τοῖς βολεῶσι esse ἀκόλουθον καὶ τὸ βόλιτον ἢ βόβλιτον, ἐπὶ κόπρου νοούμενον. Verisimile ex his esse puto vel potius constare quod dixi, eum videlicet non βόβλιτον, sed βόλβιτον scripsisse, ut apud ceteros legi videmus. Nec vero dubito quin βόλιτον et ipse pro vocabulo Attico, at βόλβιτον pro recentiori habuerit, quamvis id non addat : contentus dicere, βόλιτον esse ἀκόλουθον τοῖς βολεῶσι, pro Significationem illorum sequi, Significatione cum illis convenire. Hoc quoque obiter annotabo, illud κοπροβολεῖον, quo exponit vocem κοπρὼν, ad linguam tunc vulgarem referendum videri.

Καὶ τὸ λέγειν ταυταγὶ ἀντὶ τοῦ ταῦτα. Ὢ; παρ' Ἀριστοφάνει [Av. 445], Ὄμνυμ' ἐπὶ τούτῳ πᾶσι νικᾶν τοῖς κριταῖς, Καὶ τοῖς θεαταῖς πᾶσιν ἔσται ταυταγί. Καὶ πάλιν ἐν τῷ αὐτῷ [448], Ἄκουε λεὼ τοὺς ὁπλίτας νυνμενί.

Hæc in uno ex meis exempll. inter proxime præcedentem Articulum LXI et sequentem LXII, interjecta sunt, tanquam ipsa per se Articulum efficientia. Suntque scripta non alia manu, sed eadem qua cetera. Atque adeo illa ipsa sunt, ad quæ lectorem remisi, cum Articulum IV Jo. Grammatici tractarem. Sed antequam ad voces illas, quarum exempla hic afferuntur, veniam, de οὗτοσὶ aliquid dicam, de quo tum, cum illa scriberem, ambigebam. Annotavi enim illic, epectasin, quæ fit in οὗτοσὶ, in tota declinatione (i. e. in omnibus casibus) servari : nisi forte pluralis nominativus, (qui et vocativus,) exciperetur. At nunc minime excipiendum hunc nomin. esse affirmo, quod ap. Aristoph. eum invenerim, cum alibi, tum Ach. [342] : Οὗτοί σοι χαμαί· καὶ σὺ κατάθου πάλιν τὸ ξίφος. Quod autem de nominativo dicitur, idem et de vocativo intelligi debet. Sciendum est porro, sicut οὑτοσὶ pro οὗτος, sic etiam ἐκεινοσὶ pro ἐκεῖνος dici ; ejusque apud Lucianum quoque exempla extare, atque adeo genitivi feminini ἐκεινησί. Quod vero ad ὁτιὴ attinet, cujus inter alia mentio a me facta fuit in illo Jo. Grammatici articulo, ejus usum habemus ap. eundem illum Comicum Eq. [1074] : Ὁτιὴ τριήρης ἐστὶ χὠ κύων ταχύ. Et paulo post, Ὁτιὴ βότρυς τρώγουσιν ἐν τοῖς χωρίοις. Apud Eundem habetur et ἐνθαδὶ in Ach. [140] : Ὅτ' ἐνθαδὶ Θέογνις ἠγωνίζετο. Et hæc quidem obiter : nunc ad illos Aristoph. locos venio, in quibus ταυταγὶ et νυνμενὶ habemus. Extant certe loci illi in Avibus, eodem modo scripti, nisi quod pro ἐπὶ τούτῳ ibi habetur ἐπὶ τούτοις. Sed et hoc animadvertendum est, verba illa, ἔσται ταυταγὶ, non ab eodem pronuntiari, sed ab alio. In altero autem loco, qui statim sequitur, (interjecto duntaxat uno versu,) non ἄκουε, sed ἀκούετε scriptum est. Et (quod magis pertinet ad id, de quo nunc agitur,) non νυνμενὶ unico vocabulo, sed νῦν μενὶ duobus scriptum ibi habemus. Sed nostri exemplaris scriptura auctoritate Eustathii niti potest, utpote afferentis eodem modo νυνμενὶ una voce, nec non νυνγαρὶ, una itidem voce : quod etiam vocabulum ad confirmandam alterius scripturam adjumento nobis esse potest.

LXII. — Atticum est etiam Θέλει pro Δύναται, ut Plato [Phædr. p. 230, D], Τὰ χωρία οὐδέν μ' ἐθέλει διδάσκειν.

Hujus usus verbi θέλω s. ἐθέλω pro δύναμαι, exempla ap. Hom. præsertim extant : unde etiam unum deprompsi in meo Thes. Linguæ Gr. Dubitari autem posset an Atticus hic etiam verbi ἐθέλω esset usus, nisi ap. Thuc. quoque extaret, (cujus locum ibidem attuli,) nec non ap. Plat., si quidem Corintho credimus ; nam Eust. illa ipsa verba afferens in exemplum, auctoris nomen tacet : Τὸ δὲ οὐκ ἔθελε προρέειν, inquit, δηλοῖ μὲν τὸ οὐκ ἠδύνατο· καὶ ἔστι καὶ αὐτὸ γλυκύτητος, ὁμοίως τῷ, Τὰ δὲ δένδρα οὐδέν με θέλει διδάσκειν. (Ubi etiam animadverte hunc usum existimari habere γλυκύτητα.) Verum ut demus hæc esse Platonis, sicut locum a me allatum in Thes. constat esse Thucydidis, alia non immerito forsan aliquis exempla desideret, antequam Atticum esse usum illum fateri velit : quoniam nonnulli Attici scriptores aliqua ex Hom. vel aliunde sumpta, sibi peculiaria habere potuerunt. Ceterum pro hac verbi ἐθέλειν signif., qua ponitur pro δύνασθαι, facere dicerem quod ap. Greg. legitur, nimirum τὸ ἀβούλητον esse numerandum inter species τοῦ ἀδυνάτου, nisi hoc restringendum esset. Jam vero quemadmodum οὐκ ἐθέλειν pro οὐ δύνασθαι usurpatur, ita vicissim οὐ δύνασθαι pro οὐκ ἐθέλειν poni sciendum est. Cujus tamen signif. exemplum ex solo Marco habere me fateor, 6, [5] : Καὶ οὐκ ἠδύνατο ἐκεῖ οὐδεμίαν δύναμιν ποιῆσαι. Hic enim οὐκ ἠδύνατο est pro οὐκ ἤθελε, vel οὐκ ἐβούλετο : Non poterat pro Nolebat. Sed quod ita de Christo convenienter et recte dicitur, non itidem de eo, qui simpliciter homo sit, dici queat. Atque hæc pauca obiter.

LXIII. — Et pro Recto Accusativum assumere.

Accusativi pro nomin. positi (i. e. accusativi a parte anteriore positi pro nominativo a parte posteriori) exempla magis frequentia et familiaria quam hoc debuit afferre Corinthus ; aut certe huic extremum locum dare : ut iis, quæ præcessissent, veluti strata lectori ad istud via esset. Multi enim in aliis exemplis atticismum vel prima fronte agnoscere possent, qui fortasse in illo Aristoph. loco, quem affert Corinthus, vix eum agnoscerent. Sed unde factum sit ut Corinthus hoc exemplum potius quam aliud attulerit, docebo ubi de hoc Articulo dicendi finem

faciam. Ceterum quoniam hujus Attici schematis exempla in Budæi Comm. extant, afferam primum quæcunque ille de eo tradit, (ne quid alienum vindicare mihi velle videar,) deinde iis multa, quæ præterea de eodem dicenda videntur, adjungam. Postquam igitur attulit ex Aristot. Φυσικῆς Ἀκροάσεως l. 4 [fine]: Ὥστε τὸ λέγειν εἶναι τὰ γιγνόμενα τῶν πραγμάτων κύκλον, τὸ λέγειν ἐστὶ τοῦ χρόνου εἶναί τινα κύκλον, pro, λέγειν ἐστὶ τὸ εἶναί τινα τοῦ χρόνου κύκλον, subjungit, Interdum in hujusmodi sermonis structura non tam dici potest perplexa constr. quam variata, cum nomen a suo verbo ad aliud transfertur; ut Demosth.: Ἑώρων γὰρ ἡμᾶς οἷα ἐσυκοφαντούμεθα ὑπὸ τούτων, i. e. ἑώρων οια ἡμεῖς ἐσυκοφαντούμεθα. Et rursus, Καὶ αἰσθήσεσθε τούτους, ὅτι εἰσὶ βίαιοι καὶ ἀσελγεῖς ἄνθρωποι. Plato De rep. 5, [p. 466, C]: Γνώσεται τὸν Ἡσίοδον ὅτι τῷ ὄντι ἦν σοφὸς, λέγων πλέον εἶναί πως ἥμισυ παντὸς, i. e. γνώσεται ὅτι Ἡσίοδος κτλ. Idem Plato Gorgia: Ποίους τούτους λέγεις λόγους, ὦ Γοργία; ἆρα οἳ δηλοῦσι τοὺς κάμνοντας ὡς ἂν διαιτώμενοι ὑγιαίνοιεν; Utrum eos dicis, qui docent quanam victus ratione ægroti convalescere possint? Hunc etiam loquendi modum imitati sunt Latini. Cæsar: Non hostem vereri, sed rem frumentariam, ut commode supportari posset, timere dicebant: Οὐ τοὺς πολεμίους φοβεῖσθαι, ἀλλὰ τὸ τῆς σιτοπομπείας, μὴ οὐ συγκομίζεσθαι δυνηθῇ, δεδιέναι ἔφασαν. Terentius Eunucho: Virginem, quam amabat, eam confeci ut potiretur sine molestia. Idem ibidem, Scin' me in quibus sim gaudiis? scis Pamphilam meam inventam civem? Utitur et Plautus sæpius: a quo non multum abest illud Cic. Pro Milone: Plebem et infimam multitudinem, quæ Publio Clodio duce fortunis vestris imminebat, eam, quo tutior esset vestra vita, se fecisse commemorat ut non modo virtute flecteret, sed etiam tribus suis patrimoniis deliniret. Sed illud Pro Planco omnino simile: Neque vero quo te liberent aliqua culpa, quam tu vereris ne a te suscepta videatur; sed ut te ad cursum istum tenendum, quem a prima ætate suscepisti, cohortentur. Hæc sunt quæ ab illo scribuntur.

Ego autem hoc primum dico, quamvis cum multis verbis hic atticismus locum habeat, potissimum tamen cum tribus frequentem esse: nimirum cum οἶδα et cum ὁρῶ et cum φοβοῦμαι, (intelligens itidem cum iis, quæ synonyma sunt,) ideoque ab his exemplis potius incipiendum esse censuissem. Et ad illud quidem primum quod attinet, cum sæpe ap. Aristoph. occurrat, aliquod ejus exemplum a Corintho prætermittendum non fuit. Tale est certe ap. Isocr. Enc. Hel. init.: Νῦν δὲ τίς οὕτως ὀψιμαθής ἐστιν ὅστις οὐκ οἶδε Πρωταγόραν καὶ τοὺς κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον γενομένους σοφιστὰς, ὅτι καὶ τοιαῦτα καὶ πολὺ τούτων ἔτι πραγματωδέστερα συγγράμματα κατέλιπον ἡμῖν; Hic enim manifestum est dictum esse τίς οὐκ οἶδε Πρωταγόραν καὶ τοὺς σοφιστὰς ὅτι κατέλιπον, pro τίς οὐκ οἶδεν ὅτι Πρωταγόρας καὶ οἱ σοφισταὶ κατέλιπον. Adeoque cum hoc verbo recepta est ista orationis structura, ut eam et in N. T. habeamus, ut Marc. 1, [24], itidemque Luc. 4, [34]: Οἶδά σε τίς εἶ, pro οἶδα τίς σὺ εἶ. Itidem Jo. 5, [41]: Ἀλλ' ἔγνωκα ὑμᾶς ὅτι τὴν ἀγάπην τοῦ θεοῦ οὐκ ἔχετε ἐν ἑαυτοῖς, pro ἔγνωκα ὅτι ὑμεῖς οὐκ ἔχετε. Eodemque modo et Paulus, 1 Ad Cor. 16, [15]: Οἴδατε τὴν οἰκίαν Στεφανᾶ, ὅτι ἐστὶν ἀπαρχὴ τῆς Ἀχαΐας, pro οἴδατε ὅτι ἡ οἰκία Στεφανᾶ ἐστὶν ἀπαρχὴ τῆς Ἀχαΐας. Secundum autem verbum, quocum frequentem hanc orationis structuram esse dico, est ὁρῶ: cujus exemplum habuisti jam ex Demosth. Ei autem addere potes istud e Xen. Anab. 4, p. 199 meæ ed. [c. 7, 7]: Ὡς ὁρᾷ τὸν Καλλίμαχον ἃ ἐποίει. Tertium autem est φοβοῦμαι, s. δέδια, et quæ synonyma sunt, (sicut etiam Latini structuram hanc cum iis præsertim verbis, quæ signif. illam habent, imitantur). Hujus vero exempla vel unus Thuc. suppeditare multa potest: ex quibus duo duntaxat proferam. Unum est 2, p. 70 meæ ed. [c. 67]: Δείσαντες οἱ Ἀθηναῖοι τὸν Ἀριστέα, μὴ αὖθις σφᾶς ἔτι πλέω κακουργῇ διαφυγών. Hic enim jungitur accusativus Ἀριστέα participio δείσαντες: cujus accusativi loco, utendo sermone qui hoc Atticum schema non haberet, deberet esse nominativus præcedente particula μή: hoc modo, Δείσαντες οἱ Ἀθηναῖοι μὴ ὁ Ἀριστεὺς σφᾶς ἔτι πλέω κακουργῇ διαφυγών. Alterum autem, ubi φοβούμενοι (quod illi δείσαντες est synonymum) in eadem sermonis forma usurpavit, extat circa fin. l. 8, [108]: Φοβούμενοι οὖν αὐτὸν διὰ τοῦτο τὸ ἔργον μή ποτε καὶ περὶ σφᾶς τι παρανομήσῃ. Itidem enim hic manifestum est dictum esse φοβούμενοι αὐτὸν, μή ποτε παρανομήσῃ, pro φοβούμενοι μή ποτε αὐτὸς παρανομήσῃ. Interpres tamen hunc l. ita vertit ut atticismum hunc non animadvertisse videri possit: quem tamen ab eo ignoratum non fuisse loci alterius interpretatio testatur.

Ad exempla autem Lat. scriptorum quod attinet, (i. e. exempla hujus atticismi a Latinis Græcos imitantibus usurpati,) in iis, quæ paulo ante allata fuerunt, verum esse comperitur quod dixi: nimirum eos tali orationis structura cum iis præsertim verbis uti, quæ signif. verbi φοβοῦμαι habent. Ita enim Cæsar, Non hostem vereri, sed rem frumentariam, ut commode supportari posset, timere dicebant. Cum alioqui dicendum fuisset, Sed ne res frumentaria commode supportari non posset, timere dicebant. (Estque interim observandus hic usus verbi Timere, qui alioqui verbo Vereri dari potius solet: cum videlicet dicitur, Vereor ut hoc fieri possit, pro Vereor ne hoc fieri possit. Eodem enim modo hic Timere usurpatum est. Nam verbum Vereri quod præcedit, cum accusativo Hostem jungitur.) Idem et in illo Cic. loco spectandum nobis proponitur, Quam tu vereris ne a te suscepta videatur: pro, Quæ ne a te suscepta videatur, vereris. In quo tamen loquendi genere per relativum, minus hic atticismus quam in illo Cæsaris loco aliisque ei similibus sentitur. At in quodam ejusdem Cic. loco multo evidentius conspicitur, ubi dicit, Nosse aliquem quis sit, pro Nosse quis sit aliquis: sicut Græcos frequentissime uti verbo εἰδέναι, paulo ante docui. At locus hic Terentii a Bud. allatus, Virginem, quam amabat, eam confeci ut potiretur sine molestia, non video quid cum illo atticismo commune habeat. Contra autem aperte expressus est in isto ejusdem Comici loco, in Andria: Observes filium quid agat; quod exemplum cum illo Xen. convenit, Ὡς ὁρᾷ τὸν Καλλίμαχον ἃ ἐποίει. Nec dubito quin plura ex Comicis Latinis et hujus atticismi et aliorum sive atticismorum, sive (ut generalius loquar) hellenismorum exempla quam ex aliis scriptt. colligere quis possit. Quin etiam eos esse existimo, qui primi, (utpote Græca Latine reddentes,) illa orationis schemata imitari ausi fuerint.

Ne autem interim loci illius Aristophanici, quem Corinthus affert, oblitus esse videar, aliquid de eo quoque dicendum est. Ac primum sciendum est abundare hic duas primas voces, deesse autem articulum τοὺς ante βροτούς: si quidem vulgatarum Aristoph. editt. lectionem sequamur: (cum alioqui ille articulus τοὺς abesse posse videatur:) ita enim ibi leguntur hi versus [Av. 1270]: Δεινόν γε τὸν κήρυκα τὸν παρὰ τοὺς βροτοὺς Οἰχόμενον εἰ μηδέποτε νοστήσει πάλιν. Sed quod ad voces illas attinet supervacaneas, ὡς τὸ, puto fuisse a Corintho positas non ut verbis ipsius Aristophanis præfigerentur, tanquam ex eorum numero essent; sed perinde ac si diceret, Quale est istud, Ita enim grammatici plerumque usurpant voces istas, ὡς τὸ, cum locum quempiam in exemplum ejus, quod dixerunt, afferre volunt. Cum tamen præcesserit, ὡς Ἀριστοφάνης ἐν Ὄρνισιν, ne hoc quidem modo ullum usum habere voces illæ existimandæ sunt. Ceterum a scholiaste eo in loco, hujus atticismi (quem ille Ἀττικὸν σχῆμα vocat) admonemur. Ideo autem ibi potius quam aliis plerisque ll. admonet, quod alioqui non ita facile ut alibi deprehendi possit. At Corinthus locum, in quem primum incidit, habentem hoc schema a scholiaste annotatum, eum arripuit: ut non amplius mirari debeamus hunc potius quam alios infinitos ab eo allatum fuisse.

Jam vero ut in tali structura orationis, qualem præcedentes loci habent, accus. ab anteriori parte ponitur pro nomin., qui a parte posteriori poni deberet, ita observavi quosdam, in quibus vicissim pro accus., qui præcedere deberet, nomin. sequitur. Xen. Anab. 1, p. 148, 149 meæ ed.: Ὥστε ὥρα λέγειν ὅ,τι τὶς γινώσκει ἄριστον εἶναι. Equidem quicunque dili-

genter locum illum considerarit, (ut mihi diligenter expendendus erat, dum illud Xen. opus prælegerem,) fatebitur dictum esse ὥρα λέγειν ὅ, τι τὶς γινώσκει, pro ὥρα λέγειν τινὰ ὅ, τι γινώσκει : et quidem accipiendo τινὰ pro ἕκαστον, ut alibi : quod et ipsum observatione dignissimum est. Talis est orationis structura in hoc Ejusdem l. in Symp.: Ἀλλ' οὐδείς σοι, ἔφη, ἀντιλέγει, τὸ μὴ οὐ λέξειν ὅ, τι ἕκαστος ἡγεῖται πλείστου ἄξιον ἐπίστασθαι. Itidem enim hic dictum est τὸ μὴ οὐ λέξειν ὅ, τι ἕκαστος ἡγεῖται, pro τὸ μὴ οὐ λέξειν ἕκαστον ὅ, τι ἡγεῖται.

XLIV. — Pro Κράμβην, Κοράμβην dicunt, atque hoc merito : quia dicunt ab hac τὰς κόρας ἀμβλύνεσθαι.

Vereor ne Corinthus mentem ejus, ex quo hæc sumpsit, (quicunque is sit,) non assecutus fuerit; tantum enim abest ut κοράμβη, s. κοράμβλη, (de qua scriptura paulo post dicam,) Atticum esse vocabulum credam, ut Græcum esse nihilo magis putem quam alia permulta, quæ passim ap. eos, qui etymologias tradunt, inveniuntur. Quemadmodum enim cum legimus, μεταίχμιον dictum esse quasi μεσαίχμιον, et μεσόδμη quasi μεσοδόμη, et ἄσταχυς quasi σίταχυς : cum legimus ap. Plat. εὐφροσύνη dictum quasi εὐφεροσύνη, (ut alia pleraque omittam,) neque μεσαίχμιον, neque μεσοδόμη, neque σίταχυς, neque εὐφεροσύνη in Græcorum vocc. numero ponimus, sed ad declarandam etymologiam ficta esse fatemur : ita illud κοράμβη, s. potius κοράμβλη, (nam hoc pro illo repono,) minime Atticum ac ne Græcum quidem ullo pacto esse arbitror : sed aliquem hujus etymum patefacere nobis volentem, scripsisse κράμβη dictum fuisse quasi κοράμβλη : quoniam τὰς κόρας ἀμβλύνει.

XLV. — Atticorum etiam, dicere Τοῦ θράσους, et Τῆς ἀναιδείας, pro Ὦ τοῦ θράσους, et Ὦ τῆς ἀναιδείας.

Exemplum, quod ex Aristoph. affert, (in quo addendum est βασιλεῦ post Ζεῦ, ex ipso Comico,) nullo modo convenit cum eo, quod tradit : cum in eo minime relinquatur subaudiendum adverbium, sed præfigatur cum vocativo. Sic tamen ut diversum sit ab eo, quod cum illis genitivis subaudiri ait; illic enim ὦ scribitur : at hic, nimirum ante vocat. Ζεῦ, non ὦ, sed ὦ : et quidem recte utrobique. In iis tamen editt. hujus opusculi, quæ vulgaribus Lexx. Gr.-Lat. adjunctæ sunt, differentia ista minime observata fuit; sed utrobique ὦ scriptum est : sc. ante gen. τοῦ θράσους, sicut et ante vocat. Ζεῦ. At vero ante gen. τῆς ἀναιδείας positum est φεῦ. Ita enim ibi scriptum est : Atticorum etiam, dicere τοῦ θράσους, et τῆς ἀναιδείας, pro ὦ τοῦ θράσους, et φεῦ τῆς ἀναιδείας. Ceterum hujus ἐλλείψεως exempla rara sunt; ideoque addere aliquod Corinthus debuit. Ego unum ex Xen. habeo, Cyrop. 2, [2, 1] : Ἐνταῦθα δὴ ἐκεῖνος πάνυ ἀνιαθεὶς δῆλος ἐγένετο· καὶ εἶπε πρὸς ἑαυτὸν, Τῆς τύχης, τὸ ἐμὲ νῦν κληθέντα δεῦρο τυχεῖν. Imitans autem Gregor. hoc schema ellipticon, (quod an Atticum sit nondum mihi satis liquet,) dixit in libro, qui Περὶ θεολογίας inscribitur, Τῆς παχύτητος, pro ὦ τῆς παχύτητος, et Τῆς ἀναιδείας, pro ὦ τῆς ἀναιδείας.

At vero genitivi præfixum habentes adverbium ὦ, cum tali vocativo, qualis est ille Ζεῦ, frequenter occurrunt, non ap. illum Comicum duntaxat, vel alium ejusmodi scriptorem, sed et ap. eos, qui soluta oratione usi sunt; præsertimque eos, qui dialogos scripserunt. Sic Lucianus dixit, Ὦ Ζεῦ τῆς ἐναντιότητος. Tale est ap. Plat. De rep. 6 (omisso adv. ὦ), Ἄπολλον, δαιμονίας ὑπερβολῆς. Jocose autem Aristoph. Ach. [64] hoc schemate usus est, dicens Ὦ 'χβάτανα τοῦ σχήματος. Ita enim ibi legi debet, non ὦ 'βάτανα.

LXVI. — Et uti Participiis pro Nominibus.

In eo ipso Aristoph. loco, unde exemplum hoc deprompsit Corinthus, extat aliud non minus vel potius magis idoneum. Est enim ille versus, quem affert, primus Comœdiæ, quæ Ranarum nomine inscripta est, Εἶπω τὶ τῶν εἰωθότων, ὦ δέσποτα. Secundus vero est hic, Ἐφ' οἷς ἀεὶ γελῶσιν οἱ θεώμενοι. Ideo autem hoc exemplum magis idoneum quam illud esse dico : quoniam minus commode uti nomine potuisset poeta loco participii εἰωθότων quam loco participii θεώμενοι. Nam pro θεώμενοι quidem in promptu erat θεαταὶ, (si versus admisisset,) quo alibi sæpe utitur : at pro εἰωθότων non facile fortassis æque commodum nomen usurpare potuisset. Neque certe minus receptum est (non dico apud Atticos scriptt. duntaxat, sed et apud alios quoslibet), dicere εἰωθότα vel εἰθισμένα, (sicut et Latini dicunt Consueta s. Solita, participio utentes,) quam συνήθη. Nam illud nomen, quod Corinthus affert, sc. ἔθιμα pro εἰωθότα s. εἰθισμένα, plane est ἀσύνηθες. Ideoque schol. Aristoph., unde hic illud excerpsit, non dicit εἰωθότων esse pro ἐθίμων, sed pro εἰθισμένων, cum tamen alioqui subjungat esse μετοχὴν ἀντὶ ὀνόματος, i. e. Participium vice nominis. Sed cum ipsemet participium participio exponeret, miror eum non in alia voce potius quam hac istum participii usum annotasse. Sunt alioqui pleraque alia participia, quæ hujus usus exemplum confirmare possint : ex quibus est οἱ παιδεύοντες pro οἱ παιδευταί. Sed nonnulla etiam participia esse sciendum est, quæ loco nominum usurpare cogimur, utpote quibus (ab eadem quidem origine derivatis) destituti sumus. Cujusmodi est ἐρώμενος, item ἐρωμένη : et apud poetas οὐλόμενος.

Et Hom. [Od. A, 213], Τὸν δ' αὖ Τηλέμαχος πεπνυμένος ἀντίον ηὔδα.

Passivum hoc participium in eorum numero poni fortasse queat, quæ nomina participialia quidam Lat. grammatici appellarunt : quæ videlicet cum participiorum formam habeant, atque adeo participia sint, nominum tamen officio potius quam participiorum funguntur. Cujusmodi sunt in Lat. sermone Circumspectus et Consideratus : ex quibus prius illud respondet omnino Græco περιεσκεμμένος. Ab hujusmodi autem participiis talem usum habentibus fiunt et adverbia : ut περιεσκεμμένως, Circumspecte. Sed et a nonnullis, quæ alioqui non itidem illum usum præstant : ut πεφυλαγμένως pro Caute, et ἐπισταμένως pro Scite : cum alioqui vix πεφυλαγμένος pro Cautus et ἐπιστάμενος pro Scitus inveniri possint.

LXVIII. — Atticorum etiam Πλεῖν pro Πλέον : et Κᾆτα, et Πώμαλα, ac Ἦ ὃ' ὅς.

Ad πλεῖν quod attinet, frequentem ejus ap. Aristoph. usum esse constat. Legimus enim initio Avium, Ὁδοῦ περιελθεῖν στάδια πλεῖν ἢ χίλια, ubi schol. crasin hanc vocis πλέον in πλεῖν Atticam esse tradit. Apud eund. Comicum Ran. [99], πλεῖν ἢ μύρια· et [18] : Ὅταν τὶ τούτων τῶν σοφισμάτων ἴδω, Πλεῖν ἢ 'νιαυτῷ πρεσβύτερος ἀπέρχομαι. Sciendum est autem et in voce δεῖν hujusmodi crasin inveniri, (si ita nominanda sit, ex illo schol. loco,) pro δέον. Cujus hoc ex Isocr. exemplum affertur, in Panath. [p. 250, E] : Ἀλλὰ γὰρ οὐκ οἶδ' ὅπως [ὅποι] τυγχάνω φερόμενος, δεῖν [Legitur ἀεὶ γὰρ οἰόμενος δεῖν] προστιθέναι τὸν τῶν προειρημένων ἐχόμενον, παντάπασι πόῤῥω γεγονότα τῆς ὑποθέσεως. Sed quamvis idem crasεως genus sit, huc tamen minime pertinere putet quispiam; sed potius in eadem classe ponendum esse, in qua et δοκεῖν, quod pro δοκοῦν itidem ponitur, cum tamen non itidem crasis illa in eo fiat.

Κᾆτα autem nihilo magis est Atticum quam κἄπειτα. Ut enim κᾆτα pro καὶ εἶτα, sic κἄπειτα pro καὶ ἔπειτα dici manifestum est. Non fuit igitur potius illius vocabuli quam hujus facienda mentio; sed nec horum amborum potius quam aliorum quorundam, quæ scriptores Atticos versantibus occurrere solent.

Πώμαλα adverbium est negandi vim habens, pro οὐδαμῶς : sed ap. Comicos potius quam alios scriptores usitatum esse arbitror. Apud Aristoph. quidem certe non paucis in ll. legi constat, pro quo Lat. Comici dicebant Minime gentium.

Ἦ ὃ' ὅς vero, particulæ sunt iis præsertim, qui dia-

logos scribunt, usitatæ : ut Platoni frequentes eas esse videmus. A

LXIX. — Et ponere Ἤ supervacuum.

Quid Corintho in mentem venerit, ut diceret Atticorum esse uti particula ἤ supervacanea, et quidem huic Aristoph. loco [Ran. 366] illum pleonasmum inesse putaret, ne suspicari quidem possum. Hoc certe ex ipso schol. Aristoph. non habet, sicut pleraque alia, in quibus hujus Comici testimonio (i. e. exemplo ex aliqua ejus comœdia petito) utitur. Quod si in versibus, quos affert, vacare particula ista dicenda foret, non minus certe de aliis, qui ibi præcedunt et eandem habent, sentiendum esset. Præcedit enim, Ἤ στάσιν ἐχθρὰν μὴ καταλύει, μηδ' εὔκολός ἐστι πολίταις. Et versu uno interjecto, Ἤ τῆς πόλεως χειμαζομένης ἄρχων καταδωροδοκεῖται, Ἤ προδίδωσι φρούριον ἢ ναῦς, ἢ τὰ 'πόῤῥητ' ἀποπέμπει Ἐξ Αἰγίνης· et duobus versibus interjectis sequuntur illi versus, in quibus particulam ἤ abundare tradit. Locutus autem et supra fuerat de hujus particulæ pleonasmo, Articulo xxxvi, sed in loco Thuc., quem ibi affert, aliquam pleonasmi umbram vidisse dici fortasse poterat, at hic ne umbram quidem vidisse dici potest. B

LXX. — Item Ληρεῖς ἔχων et Παίζεις ἔχων, Atticum.

In uno ex meis vett. exempll., multa hic adjunguntur. Totus enim hic Articulus ita ibi scriptus est : Καὶ τὸ ληρεῖς ἔχων καὶ τὸ παίζεις ἔχων, Ἀττικόν. Σοφοκλῆς [Aj. 87]· Καὶ μέν' ὡς κυρεῖς ἔχων· ἢ τοῦ ἔχων παρέλκοντος, ἢ τοῦ ῥήματος ἀντὶ μετοχῆς καὶ τῆς μετοχῆς ἀντὶ ῥήματος λαμβανομένων· ὡς ἀνωτέρω εἰρήκαμεν. Ἀντὶ τοῦ ἔχεις καὶ ὑπάρχεις ληρῶν. Ὃ καὶ αὐτὸ Ἀττικῶς ἀντὶ τοῦ ληρεῖς ἐστί. Dicit autem ὡς ἀνωτέρω εἰρήκαμεν, id est, Ut superius diximus : cum tamen nullum hac de re verbum in præcedentibus habeamus. Equidem quod hic de duplici expositione istius atticismi dicit, plane novum mihi est; neque enim alii (quod sciam) de illo aliud tradunt, quam habere participium ἔχων supervacaneum. Sed videamus tamen an linguæ Græcæ consuetudo ullo modo quod a Corintho dicitur admittere possit : ut nimirum in hoc loquendi genere possit etiam verbum pro participio, et vicissim participium pro verbo positum intelligi. Equidem si dicamus ληρεῖς ἔχων esse pro ἔχεις ληρῶν, et ἔχεις exponamus ὑπάρχεις, (ut ille exponendum censet, cum dicit, ἀντὶ τοῦ ἔχεις καὶ ὑπάρχεις ληρῶν,) hujus usus verbi ἔχειν exemplum me desiderare dicam, neque huic expositioni prius quam allatum aliquod fuerit, acquiescam. Satius vero fuerit interim, (vix enim usquam inventum iri puto,) cum aliis omnibus grammaticis participium illud supervacaneum esse fateri : ut certe in τὸ νῦν ἔχον vel ipse Corinthus hoc fateatur necesse est : cum altera illa expos., etiamsi in ll. illis præcedentibus locum haberet, aliisque ejusmodi, quibus adhibetur ἔχων, at hic minime recipi posset. Ceterum quamvis habeamus hic duntaxat ληρεῖς ἔχων et παίζεις ἔχων, et κυρεῖς ἔχων, jungi tamen et aliis verbis hoc participium sciendum est. Dicitur enim itidem φλυαρεῖς ἔχων, quod illi ληρεῖς ἔχων simile est. Sed et κυπτάζεις ἔχων invenitur. Illud quidem ληρεῖς ἔχων in Aristoph. Ran. [512] habetur : at φλυαρεῖς ἔχων (quo significant itidem Nugaris) dixerunt cum alii tum Plato. Sed alicubi cum accus. jungitur hoc verbum, in isto etiam pleonasmo : ut ap. Illum in Gorgia [p. 490, E] : Ποῖα ὑποδήματα φλυαρεῖς ἔχων; ubi non displicet ista interpretatio, Quos (malum) calceos deblateras? Cum vero dicunt παίζεις ἔχων, significant, Irrides, Illudis : estque hoc Atticismo in suo etiam Dorico sermone usus Theocr. (quod observatione dignum est), sed παίσδεις Dorice dicens pro παίζεις, Idyllio, quod Κυνίσκας Ἔρως inscribitur [8] : Παίσδεις, ὦ' γάθ' ἔχων· ἐμὲ δ' ἃ χαρίεσσα Κυνίσκα Ὑβρίσδει· vel ἐκμαίνει, ut schol. legisse videtur. Potest tamen hic παίζεις ἔχων exponi etiam Jocaris. At in illa Irridendi s. Illudendi signif. aperte accipitur in isto Luciani loco [Icarom. c. 24] : Περὶ δὲ ἐμοῦ ἄνθρωποι τίνα γνώμην ἔχουσι; Τίνα, ἔφην, δέσποτα, εἰ μὴ τὴν εὐσεβεστάτην, βασιλέα σε εἶναι πάντων θεῶν; Παίζεις ἔχων, ἔφη· hic enim accipitur pro Irrides, Illudis. At κυπτάζεις ἔχων ap. eund. illum Comicum legitur in Nub. [509] : Χώρει· τί κυπτάζεις ἔχων περὶ τὴν θύραν; C

Eodem autem modo quo ἔχων hic vacat per pleonasmum Atticum, ita etiam nomen ἕνη vacare interdum apud Atticos, scribit schol. Aristoph., in quendam Acharn. locum [610]; sed nihil tamen commune hic nominis pleonasmus cum illo participii pleonasmo habere videtur.

LXXI. — Pro Πνεύμονα, Πλεύμονα dicunt : pro Νίτρον, Λίτρον : et pro Σπογγίαν, Σπογγιάν.

Quod hic de mutatione literæ ν in λ scribit Corinthus, alii quoque nobis testantur; at quod de accentu sedem suam mutante in nomine σπογγία ab eo scribitur, quod certe illis, quæ ad mutationem literæ pertinent, minime intermiscendum erat, nescio quonam alio teste confirmari poterit. De illa quidem certe mutatione literæ ν in λ, ita Eust.: Si, inquit, pro μεταμώνια scribatur μεταμώλια, fuerit σχηματισμὸς Atticus, Attici enim pro ν interdum ponunt λ, ut cum pro νίτρον et πνεύμων dicunt λίτρον et πλεύμων : ut ostendit Comicus quoque, ubi dicit [Ran. 711] ψευδολίτρου κονίας, item [474] πλευμόνων ἀνθάψεται. His autem simile est νεογιλόν : nam et hic λ pro ν positum est : cum νεογιλὸν vocetur τὸ νεωστὶ γινόμενον, et quod magis usitate dicitur νεογνόν. Quin etiam γάλα (inquit) dicitur quasi γάνα, διὰ τὸ ἐξ αὐτοῦ γάνος.

Ad illam autem vocem σπογγία quod attinet, tantum abest ut aliquo testimonio id, quod de accentu dicit, confirmare possim, nimirum Atticos scribere σπογγιὰν cum alii scribant σπογγίαν : ut contra ap. Aristoph. utramque scripturam, apud alios autem illam potius quam Atticis tributt inveniam.

LXXIV. — Item defective jurare : ut Μὰ τὸν, non addendo Θεὸν, Atticum est.

Hoc, ut pleraque alia, ex schol. Aristoph. mutuatur, qui in Ran. [1374] : Μὰ τὸν, ἐγὼ μὲν οὐδ' ἄν, εἴ τις ἔλεγέ μοι τῶν ἐπιτυχόντων, ἐπιθόμην, annotat quæ sequuntur, ἐλλειπτικῶς ὀμνύει, additque, hunc morem priscis fuisse ut interdum nomen dei, per quem jurarent, non adderent, idque reverentiæ causa : atque hoc jurisjurandi genere uti solitos, cum vellent ἐπευφημίζεσθαι : solitumque esse Platonem ita jurare. Extat hæc jurandi forma in Anthol., aliquot locis, ut l. 3, p. 206 meæ ed. : Οὐ μὰ τὸν, οὐδὲ Λύκωνα παρήσομεν· quod Epigr. illic ἄδηλον (i. e. Incerti auctoris) esse traditur, cum sit Diogenis L. [5, 68.]

LXXV. — Et accipere extrinsecus Verbum Ἐστί.

An sit Attica hæc verbi substantivi subauditio, dubitari potest : subaudiri quidem certe manifestum est. Sic autem et Hom. Od. Λ, [833] legimus, Εἴπου ἔτι ζώει, καὶ ὁρᾷ φάος ἠελίοιο, Ἤ ἤδη τέθνηκε, καὶ εἰν ἀΐδαο δόμοισι. Vix certe ex aliquo solutæ orationis scriptore Attico talis subauditionis exemplum afferri posse existimo. D

LXXVI. — Pro Μυῤῥίνας, Μυρσίνας dicunt : et pro Συρίζειν, Συρίττειν.

Falsum videri quod de literæ ρ in σ mutatione traditur, ostendi jam supra. Sed iis, quæ dicta fuerunt, addi et hoc possit : ex quibusdam vocabulis, quæ Attica esse constat, patere, tantum abesse ut Attici literam ρ ex quibusdam vocibus expulerint, ut potius ei locum in quibusdam primi dederint. Ex quibus est, (ut omittam ea, quorum mentio facta fuit supra,) nomen κόῤῥη : hoc enim nemo Atticum esse pro κόρση, vel nescit, vel negat, præsertim cum etiam peculiarem quandam signif. una cum peculiari scriptura Attici ei tribuerint. Καὶ τὸ κατὰ κόῤῥης δὲ τύψαι τινὰ, (inquit Eust.,) τὸ κατὰ κόρσης, ἤτοι κροτάφου, ἐστί· παρ' Ἀττικοῖς δὲ κόῤῥη ἡ γνάθος. Ex eodem numero est etiam ταῤῥὸς pro ταρσός : quod ταῤῥὸς ap. Comi-

cum aliquot locis extat. Οἱ δὲ παλαιοὶ, (inquit idem schol.,) τὸν τοιοῦτον ταρσὸν, καὶ ταῤῥὸν λέγουσιν, οἱ μεθ' Ὅμηρον δηλαδή· ἐν οἷς καὶ ὁ Κωμικός. Respondeat igitur Corinthus vel aliquis pro eo, quinam illi Attici sint, qui μυρσίνας quam μυῤῥίνας dicere maluerint, cum alioqui ταῤῥὸς, non ταρσὸς habeamus ap. Comicum omnium Ἀττικώτατον, Aristoph.: κόῤῥη autem non solum apud Aristoph., sed ap. Dem. quoque atque alios legamus. Denique tantum abest ut literam ρ vitasse dicantur Attici, ut in iis etiam ll., ubi unicum erat, alterum asciverint: ut in ἔῤῥεξε et κατέῤῥεξε, pro ἔρεξε et κατέρεξε, si eidem schol. credimus. Sciendum est autem, in meo vet. cod. (i. e. in uno ex meis vett. codd.) multo plura exempla afferri Atticæ mutationis literæ σ in ρ: ita enim ibi scriptum est, Τῷ σ ἀντὶ τοῦ ρ χρῶνται, τὸ θαῤῥαλέον, θαρσαλέον λέγοντες· καὶ τὸ ἄῤῥεν, ἄρσεν· καὶ τὸ Τυῤῥηνὸς, Τυρσηνός· καὶ τὰ ταῤῥὸς, ταρσός· καὶ τὸ μυῤῥίνας, μυρσίνας. Atqui hoc vocabulum ταῤῥὸς illud ipsum est quod Atticum esse modo probavi. De ἄῤῥεν autem et ἄρσεν, et θαῤῥαλέον ac θαρσαλέον, nec non de μυῤῥίνη et μυρσίνη, dictum fuit a me supra, cum quendam Jo. Grammatici articulum eadem de re scriptum examinarem. Sed iis, quæ ibi scripsi, hoc adjicio: cum constet primam et antiquissimam vocum illarum scripturam esse per ρ et σ, (ut vel ex Hom. patet, in iis quidem certe, quarum usus ap. eum extat,) etiamsi cunctæ apud cunctos scriptores Atticos invenirentur literis illis ρ et σ scriptæ, non tamen dicendum esset eos scripturam pristinam mutasse ex ρρ in ρ et σ, sed potius illam retinuisse.

Et pro Συρίζειν, Συρίττειν.

Συρίττειν, non Συρίζειν, legitur quidem ap. Dem. et Æschinem, aliosque, quos in Atticorum scriptorum numero ponendos esse constat; sed et ap. alios, qui lingua communi usi sunt, invenitur.

Et pro Ἐνδελέχειαν, Ἐντελέχειαν.

In illo vet. cod. scriptum est, Καὶ τὴν ἐνδελέχειαν, ἐντελέχειαν ἀξιοῦσι λέγεσθαι. Fateor quidem, in quibusdam vocibus hujus mutationis literæ δ in τ, exemplum spectari; sed mutationem hanc esse Atticam, et his vocabulis illud esse annumerandum, non facile mihi Corinthus persuaserit. Equidem, ut posset quis affirmare Atticos in illo vocabulo literam unam in aliam mutasse, primum hoc certo sciendum esset quæ prima et vera sit ejus scriptura: cum vero hoc nisi ex ejus origine cognosci nequeat, de hac autem grammatici certent, et adhuc sub judice lis sit, quid nobis de illo statuendum vel quid affirmandum putamus?

Et Κολόκυντα pro Κολοκύνθη.

Exemplum ex Aristoph. in eodem illo exemplari adjectum est, Εἰ μὴ λημᾷς κολοκύνταις. Est autem ex Nub. depromptum: cujus integer versus est hic [328]: Νῦν γέ τοι ἤδη καθορᾷς αὐτὰς, εἰ μὴ λημᾷς κολοκύνταις.

LXXVII. — Pro Κναφεῖον, Γναφεῖον dicunt.

Dicere nequimus γναφεῖον esse Atticorum, non κναφεῖον, quin dicamus itidem γναφεὺς Atticum esse, non κναφεύς. Hoc vero γναφεὺς Atticæ linguæ potius quam κναφεὺς ascribere non possumus, quin itidem γνάπτω potius quam κνάπτω ascribendum illi esse dicamus. Quod si altius ascendere libeat, ad κνάω perveniemus, ex quo κνάπτω factum videtur. Cum autem non jam γνάω quoque per γ, sed tantum κνάω dicatur, primam et derivationi consentaneam scripturam esse dicendum est κνάπτω. An autem postea Attici potius quam alii γνάπτω pro κνάπτω, et γναφεὺς pro κναφεὺς, itidemque γναφεῖον pro κναφεῖον dixerint, vix certo sciri potest, cum hæc per γ scriptura non minus apud eos, qui lingua communi usi sunt, inveniatur. Quid vero quod schol. Aristoph. plane contrarium sentit, literam κ hic Atticæ, at γ communis linguæ esse?

Et pro Κεφαλαλγίαν, Κεφαλαργίαν.

Contrarium habent ambo mea vett. exempll., sc. κεφαλαλγίαν pro κεφαλαργίαν: sed huic lectioni altera præferenda est; vel potius illam, non hanc, omnino sequi necesse est. Quomodo enim Corinthus κεφαλαλγίαν Atticum esse diceret, non κεφαλαργίαν, cum contra passim apud eos, qui communi lingua utuntur, non κεφαλαργίαν, sed κεφαλαλγίαν reperiamus? Hoc certe constat, si Attici κεφαλαλγίαν dicerent, nulla literæ mutatione hoc in vocabulo uterentur, sed eodem ipsum modo scriberent quo ceteri: ideoque minime Atticis vocibus annumerari hæc debuisset. Verum si κεφαλαργία pro κεφαλαλγία dicebant Attici, non dubium est quin itidem κεφαλαργὴς pro κεφαλαλγὴς, et κεφαλαργικὸς pro κεφαλαλγικὸς, et κεφαλαργῶ pro κεφαλαλγῶ dixerint. Apud Xen. tamen invenio κεφαλαλγὲς, non κεφαλαργὲς, Anab. 2, p. 165 meæ ed. [c. 3, 9]: Καὶ ἦν καὶ παρὰ πότον, ἡδὺ μὲν, κεφαλαλγὲς δέ· paulo post iterum, Ἦν δὲ σφόδρα καὶ τοῦτο κεφαλαλγές. (At in Flor. ed. non sine fœdo et gravi errore legitur utrobique καὶ φάλαγγες pro κεφαλαλγές: quia φάλαγγος paulo ante facta fuerat mentio, cujus errorem edd. Germanicæ, quæ meam præcesserunt, secutæ sunt.) Neque vero est quod de hac scriptura dubitemus, cum Athen. 14, locum illum afferens, eodem pacto scribat. Sed quoniam si κεφαλαργία dicendum est ei, qui Attice loqui velit, itidem ποδαργία et γλωσσαργία dicendum fuerit, de his quoque nominibus disseram. Dicuntur ergo ποδαργία quoque et γλωσσαργία Attica esse; sed nullum tamen hujus scripturæ satis idoneum testimonium reperiri: hujus scripturæ inquam, tanquam quæ Attica sit. Fateor tamen γλωσσαργία pluribus in ll. extare quam ποδαργία. Legimus enim illud γλωσσαργία ap. Athen., nec non ap. schol. Soph. Quin et Luciani Lexiphanes, qui curiosissime Atticas scripturas s. pronuntiationes consectatur, γλωτταργίαν dicit. Habemusque itidem γλώσσαργον ἦθος ap. Etym. et Suid. At ποδαργία non memini me alibi legere quam ap. quempiam exemplum mutationis literæ λ in ρ afferentem. Quod si ap. eos, quos Attica dialecto usos esse constat, certa et constans scriptura illa esset nominis γλωσσαργία, eandem in altera illa voce ideo non servatam fuisse putarem, ne quis ad adjectivum πόδαργος s. ποδάργης substantivum illud referret, (cum alioqui ποδαργία significare deberet Pedum pernicitatem, sequendo illorum adjectivorum signif., non autem pedum dolorem). Sed nihil minus quam constans scriptura illa reperitur. Ecce enim, ap. ipsum Eur. (quem quis Atticum esse negabit?) non γλωσσαργίαν, sed γλωσσαλγίαν legimus, cum alibi, tum in hoc Medeæ l. [525]: Ἀλλ' ὥστε νηὸς κεδνὸν οἰακοστρόφον Ἄκροισι λαίφους κρασπέδοις ὑπεκδραμεῖν Τὴν σὴν στόμαργον, ὦ γύναι, γλωσσαλγίαν. Unum est profecto quod hanc scripturam valde suspectam mihi reddidit: neque immemerito. Cum enim rationi consentaneum esse videatur ut in illis vocibus mutationem literæ λ in literam ρ factam fuisse dicamus, non contra; (quis enim has voces a nomine ἄλγος accipere literam illam λ negarit?) et ita schol. Aristoph. de ἀργαλέος loquens, (de quo abunde in Thes. meo disserui,) velit dictum esse pro ἀλγαλέος, sicut ποδαργία pro ποδαλγία: Eust. tamen contra vult literam ρ in λ esse mutatam: (quod cum altera illa lectione convenit, quam in utroque meorum exempll. haberi testatus sum). Tradens enim κρίβανος esse dictum quasi κριθῆς βαῦνος, paucis interjectis addit, ὃν καὶ κλίβανον διὰ τοῦ λ φασὶν, ὁμοίως τῷ κεφαλαργία, κεφαλαλγία. (At Jo. Grammaticus in illo quoque nomine literam λ in ρ, non ρ in λ, mutatam esse scribit, in ultimo sui opusculi Articulo: de illa quidem certe derivatione minime cogitans, vel illam fide dignam non existimans.) Neque vero hic tantum, sed et aliis aliquot ll. hoc tradit Eust.: in quorum uno affert et aliud, quod literam ρ in literam λ commutarit, videlicet ἀμέλγω. Sed quam rationi consentaneum est ἀμέργω dictum prius fuisse quam ἀμέλγω, tam rationi repugnat, κεφαλαργία et ποδαργία priora esse quam κεφαλαλγία et ποδαλγία: (ut apparet ex iis, quæ modo dixi; rationi enim re-

pugnare dico quod etymologiæ suæ repugnat :) ideoque minime debuit, vel potius non potuit Eust. mutationem, quæ fit in illo verbo, mutatione horum nominum confirmare. Quid igitur hac de re tandem dicendum est? Equidem de mutatione ista nihil certi afferri posse, aperte ex iis, quæ dicta sunt, ostendisse mihi videor; sed hoc multo etiam minus certum esse dico, Atticæ dialecto illam acceptam ferri debere. Atque adeo cum sciamus quosdam ubique eo linguæ vitio laborare ut has literas permutent, (potius tamen ρ in λ mutantes quam contra,) cur talem mutationem Atticis peculiarem esse dicemus? Alioqui etiam quod et φύτλη et φύτρη dictum sit, quod unus idemque imperator ab aliis Μέσθλης, ab aliis Μέστρης appellatus fuerit, Atticæ illi mutationi ascribendum itidem foret. Atqui hoc dicere, quid aliud quam nugari, quid aliud quam ineptire esset?

LXXVIII. — Atticum etiam, pro Obliquis, Nominativis uti.

Dixerim potius in hoc Aristoph. l. [Ran. 1437] velut interruptum esse orationis cursum, ut interdum contingit nos vel properantes vel aliud cogitantes orationi nostræ finem principio consentaneum non dare. (Quæ autem in familiari sermone usuveniunt, ea et in Comico itidem locum habere scimus.) Credibile est enim hunc post πτερώσας aliquid voluisse addere : perinde ac si diceret, Si quis πτερώσας Cleocritum, hoc faciat : sed imperfectum id relinquentem, subjunxisse, Αἴροιεν αὖραι etc. Velim alioqui id mihi a Corintho aliis exemplis confirmari, nimirum Atticum esse nominativis pro obliquis ita uti. Neque tamen, si non admitteretur quod dixi, εἴ τις πτερώσας dicendum esset accipi pro τινὸς πτερώσαντος, potius quam pro εἴ τις πτερώσαι.

LXXIX. — In ως Adverbia Qualitatis, in ον finiunt.

Additur duobus illis, quæ hic habentur, et tertium, προσῆκον, in uno ex meis vett. exempll., quod itidem pro προσηκόντως poni ibi annotatur. Quin etiam illis exemplis additur aliquid generale, sc. eos nominibus adverbiorum loco uti. Clauditur enim ille Articulus his verbis, Ὀνόμασι γὰρ ἀντὶ ἐπιῤῥημάτων χρῶνται. Fidem autem a me derogari ei, quod hic traditur, docui cum Articulum XIII Jo. Grammatici examinarem.

LXXX. — Proprium ipsorum et in α purum desinentes Accusativos Masculinos, a Rectis in ευς factos, per η proferre : ut pro Εὐρυσθέα, Εὐρυσθῆ : Τυδέα, Τυδῆ.

Legimus tamen accus. Εὐρυσθέα ap. eos etiam, qui alioqui sermone Attico usi existimantur, itidemque Τυδέα. Dici autem Τυδῆ, (quod et de Εὐρυσθῆ intelligendum est,) non per contr. ex Τυδέα, sed per apocopen ex Τυδῆα factam, docui ex auctoritate τῶν τεχνικῶν, in Articulo XXIX Jo. Grammatici.

LXXXI. — Atticorum et pro Εὐφυῆ, Ὑγιῆ, Εὐφυᾶ et Ὑγιᾶ dicere : et pro Εὐβοέα, Πειραιέα, Εὐβοᾶ et Πειραιᾶ dicere.

Accus. hujus Εὐβοᾶ exemplum aliquod desidero, quod minime suspectum esse possit. Nam Πειραιᾶ quidem dici fateor pro Πειραιέα, itidemque Πλαταιᾶ pro Πλαταιέα, (quin etiam accus. plur. affertur ab Eust. et Πλαταιεῖς et Πλαταιᾶς,) sed nescio quid durius sentire sibi videntur aures in accus. illo Εὐβοᾶ quam in his Πειραιᾶ et Πλαταιᾶ. Atque adeo minime in exemplum ab aliis affertur accus. ille, quod sciam. Hinc fit ut de eo velim ἐπέχειν tantisper dum idoneo testimonio confirmatum videro. [Εὐβοέα legitur ap. Philostr. V. Soph. p. 487. Sed non erat cur de forma contracta Εὐβοᾶ dubitaret HSt., quæ Atticis veteribus, sicubi Εὐβοέα reperiretur, restituenda foret, ut Παιανιᾶ pro Παιανιέα Demosthenis ubique restituendum, sæpius servatum in codice S, etsi sine accentu scriptum, et quæ sunt aliæ hujusmodi formæ ab librariis inferiorum temporum ubique fere obscuratæ, de quo dixi in Thesauro s. v. Χαστιεῖς et ad Soph. Phil. 4 (ubi Μηλιᾶ) in editione tertia. Ad Εὐβοᾶ quod attinet, firmatur hæc forma etiam accusativo plurali Εὐβοᾶς, quem ex Apollonii Dysc. libro De pronom. jam Koenius memoravit ad Greg. Cor. p. 164. G. Dind.]

LXXXII. — Contractionibus copiose utuntur.

Græcus dativus Synalœphis debuit retineri, aut certe alio quam illo vocabulo reddi, cum tamen satis aptum vix inveniri posse fatear. Adverbium quoque quod redditum est adverbio Copiose, aliter potius interpretatus fuissem; sonat enim proprie, Ad satietatem usque : ut dictum est in Articulo XV Jo. Grammatici. Ut autem illic habetur adverbium ἀεὶ (quod est Semper) ante adverbium κατακόρως, ita etiam hic legitur in uno meorum exempll. Ceterum quoniam synalœphes usus, qui revera frequentissime occurrit, (aut synaliphes, ut scrib. censet Eust.,) multiplex atque varius est : de quo tamen locuti sunt sparsim Jo. Grammaticus et Corinthus, ut multo plura dicenda reliquerint, illis quidem certe, qui eum plene persequi velint : hoc ego si non præstare omnino, at plurima saltem iis, quæ ambo tradiderunt, adjicere, operæ pretium esse existimavi. Hujus enim varii usus synalœphes cognitio et iis qui Græce scribere volent, magno adjumento futura est, et iis qui Græcos scriptores versabunt, valde profutura. Siquidem et quasdam voces, sub synalœphe alioqui velut absconditas, facilius indagabunt, et eas in quibus per synalœphen commiscendis librarius errarit, emendabunt. Quoniam autem Jo. Grammaticus et Corinthus non uno in loco de hoc schemate, sed sparsim (ut modo dixi) egerunt, utriusque verba in unum locum collecta, iis, quæ dicturus sum, præfigenda esse censui. Quamvis enim non ubique ad synalœphen pertinere dicant eas seu crases s. synæreses, quarum exempla afferunt, ad eam tamen omnes posse referri ne illi quidem negarent. Hæc sunt igitur eorum verba.

JO. GRAMM. qui et PHILOPONUS.

Articulo VI. Synalœphæ Atticorum sunt propriæ : ut τῷ 'μῷ, pro τῷ ἐμῷ : sic ἔρχομ' ἔχων pro ἔρχομαι ἔχων.

Art. XV. Synalœphis ad satietatem usque utitur; nam pro τὸ ἱμάτιον, θοιμάτιον : et pro τὸ ἔλαιον, τοὔλαιον dicit.

Art. XVII. Ου pro οε usurpat, cum dicit τοὔνδυμα et τοὔγκλημα et τοῦπος, pro τὸ ἔνδυμα, et τὸ ἔγκλημα, et τὸ ἔπος.

CORINTHUS.

Art. LI. Ου pro οε utuntur, velut cum dicunt τοὔνδυμα, et τοὔγκλημα, et τοὔμπαλιν, pro τὸ ἔνδυμα, et τὸ ἔγκλημα, et τὸ ἔμπαλιν.

Art. LXXII. Atticum etiam est elidere, simulque uti crasi : ut οὐ γὰρ μοὐστὶν, pro οὐ γάρ μοι ἐστίν. Elidituer enim ι, et per crasin coalescunt ο et ε in ου diphthongum : ut cum pro ἐχρύσοες, ἐχρύσους, et pro ποῦ ἐστι, ποῦστι dicunt, elidentes ε.

Art. LXXXIII. Synalœphis ad satietatem usque utuntur; nam pro τὸ ἱμάτιον, θοιμάτιον dicunt, et ὦναξ pro ὦ ἄναξ, et ὤνθρωπος pro ὦ ἄνθρωπος.

Hæc sunt quæ illi de hoc schemate tradiderunt : nisi quod ap. Corinthum in ultimo Articulo alterum meorum exempll. tribus illis exemplis θοιμάτιον pro τὸ ἱμάτιον, et ὦναξ pro ὦ ἄναξ, et ὤνθρωπος pro ὁ ἄνθρωπος, hæc addit, ὥριστος pro ὁ ἄριστος, et τὠμῷ pro τῷ ἐμῷ, et ἡμὴ pro ἡ ἐμὴ, et ἔρχομ' ἔχων pro ἔρχομαι ἔχων. Antequam autem ad ea veniam, quæ his adjecturum me sum pollicitus, duo de hoc schemate præfari volo : unum, de vera ejus appellatione, alterum de variis ejus generibus. Vera ejus appellatio, (si Eustathio credimus,) est συναλιφὴ, pro συναλοιφή : adeo ut synaliphe nobis, non synalœphe vocanda sit. Ejus verba sunt, in Iliad. Z : Τὸ δὲ ἀλείφω, παρὰ τὸ ἀλέω,

καὶ τὴν ἐξ αὐτοῦ ἀλέαν, ὅ ἐστι θερμασίαν, ἐπενθέσει τοῦ ι, ὅπερ ἔστιν ὅτε μονάζει, ἐκδραμόντος ἐν ταῖς ἐκ τοῦ ἀλείφω παραγωγαῖς τοῦ φυσικοῦ ε· γίνεται δὲ αὐτὸ οὐ μόνον ἐν τῇ συναλιφῇ τῇ δηλούσῃ κρᾶσιν καὶ συναίρεσιν, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ ἄλλων. Quibus subjungit, Ea enim, quæ ex verbo ἀλείφω fiunt, nomina, si quidem habeant πτ, retinent diphthongum : ut ἄλειπτον, ἀνήλειπτον, ἀναπάλειπτον : at si habeant φ, solo ι scribuntur : ut ἀνηλιφὴς ναῦς, non ἀλιφεῖσα πίσση : et πισσαλιφὴς, ἡ πεπισσωμένη. Quoniam autem ἄλειφαρ, s. ἄλειφα, absque ρ, minime compositum est ut hæc, et ut illud συναλιφὴ, ideo thematis diphthongum retinet. Fieri alioqui ἀλοιφὴ et ἀλοιμὸς ex verbo ἀλείφω, alibi declaratum fuit. Hæc illa sunt, quæ de hujus schematis appellatione, s. de vera hujus vocabuli scriptura doctissimus ille schol. tradit : cujus tamen loci nonnulli συναλοιφὴ etiam habent, præsertimque in prima Commentariorum parte, i. e. in ea, quæ in primos versus 4 libri 1 scripta est, ut p. 19, ubi de istis Homeri verbis Iliadis disserit, —αὐτοὺς δ' ἑλώρια τεῦχε κύνεσσι. Hoc, inquit, si ita legatur κατὰ συναλοιφὴν, (quibus verbis κατὰ συναλοιφὴν opponit ἀσυναλείπτως, quod grammaticum verbum obiter notandum est,) productam habet primam nominis ἑλώρια syllabam. Legimus ap. Eund. p. 302 : Ἡ δὲ Μαντίνεια, Μαντινέη μὲν παρ' Ὁμήρῳ, Ἰωνικῶς· εὕρηται δὲ (φασὶ) καὶ Μαντίνη κατὰ συναλοιφὴν, ὡς Ζέλεια Ζέλη. Fieri igitur potest ut ipsemet Eust. nondum deprehenso vulgari in scribendo illo nomine errore, ita scripserit : cum alioqui Romana Commentariorum ejus editio, ac præsertim eorum, qui in quinque libros seorsum et ante reliquos editi fuerunt, satis fideliter exemplaris seu exemplarium scripturas exhibere nobis videatur. Quin etiam quod video eandem scripturam habere ejus in Dionys. P. Commentarios, (in quorum tamen editione exemplarium multorum collatione adjutus fuit pater meus,) et eos prius scriptos fuisse constat quam illos in Hom., facit ut non facile de sententia illa dimoveri possim. Afferam autem unum ex illis Dionysii Commentariis exemplum, quod alium etiam usum præstare nobis poterit, ut postea docebo. Id extat initio p. 144 illius ed. patris mei [1016] : Ὅτι ἐν τῷ, Ἀλλ' ὁπότ' Ἀρμενίων ὀρέων προπάροιθεν ὁδεύσῃς, νοοῦμεν ἐκ τῆς συναλοιφῆς, ἤγουν ἐκ τοῦ κουφισμοῦ, ψιλοῦσθαι τῆς Ἀρμενίας τὴν ἄρχουσαν. Verum sive librariis accepta ferenda sit hæc vulgarem errorem sequens scriptura, sive (quod potius credo) ipsiusmet Eust. esse putanda sit, illum nondum animadvertentis, hoc constat, non συναλιφὴν, sed συναλοιφὴν ap. alios omnes inveniri. Omnes autem intelligo, qui in manus meas pervenerunt : sive lexicographi sint, sive scholiastæ, sive aliam grammaticæ partem tractarint. Ideoque si proverbialis illa regula usquam locum habere posset, communem errorem jus facere, hic certe haberet. Verum hac de re dictum sit hactenus. Possunt autem qui ex Eust. allati fuerunt loci non solum ad ostendendam duplicem hujus vocabuli scripturam nobis prodesse, sed simul etiam duorum ejus generum exempla suppeditare, ut aliquanto post declarabo. Quin etiam quid hac voce significetur, ex iisdem ll. cognoscere possumus. Est enim observandum in illo, quem primum ex hoc schol. attuli, loco, eum dicere voce hac συναλιφὴ crasin et synæresin indicari : in eo autem, quem ex Commentariis in Dionys. P. addidi, συναλιφὴν ab eo alio nomine κουφισμὸν appellari. Sed quoniam Tryphonem grammaticum de synaliphes (s. synalœphes, ut ille vocat) variis generibus fusius quam alium quenquam eorum, qui extant, disseruisse existimo, ea etiam, quæ ab illo traduntur, proferam : Συναλοιφὴ, inquit, ἐστὶ δύο συλλαβῶν κατὰ φωνήεντος (sed repono μετὰ φωνήεντος) ἕνωσις, καταβολῇ τόνων. I. e. Synalœphe est duarum syllabarum cum consonante unio, seu coalescentia, dejectione tonorum. Fit autem, (subjungit ille,) septem modis, quorum tres quidem sunt simplices, per θλίψιν, per crasin, per synæresin : quatuor autem compositi, per thlipsin et crasin, per thlipsin et synæresin, per crasin et synæresin, per thlipsin et crasin et synæresin. Per thlipsin, ut ἐπ' ἐμὲ, pro ἐπὶ ἐμέ : Per crasin, ut τἀμὰ, pro τὰ ἐμά : Per synæresin, ut Νηρῇδες, pro Νηρηΐδες : Per thlipsin et crasin, ut κἀγὼ pro καὶ ἐγώ : Per thlipsin et synæresin, ut ἐμουποδύνει, pro ἐμοὶ ὑποδύνει : Per crasin et synæresin, ut ὠπόλος pro ὁ αἰπόλος : Per thlipsin et crasin et synæresin, ut ἐν τἀθιοπίᾳ, pro ἐν τῇ Αἰθιοπίᾳ. Ex his Tryphonis verbis cum synaliphen multis modis fieri appareat, in iis latius declarandis eundem quem ille ordinem sequar : et si qua exempla sint quæ ad nullum illorum generum referri posse videantur, extremum iis locum dabo.

Primum genus synaliphes s. synalœphes ab eo allatum, quod per θλῖψιν fieri tradit, omnium longe frequentissimum et apud quoslibet scriptores est usitatissimum. Est namque hæc θλῖψις ea quæ fit per notulam, quam grammatici ἀπόστροφον appellant, et quidam inter προσῳδίας numerant : sed haud scio quam recte. Proprie enim, (non inutilis autem hæc disquisitio fuerit,) tres duntaxat προσῳδίας habent Græci, (Latini Accentus appellarunt,) ὀξεῖαν, βαρεῖαν, περισπωμένην. Neque certe ullum ex vett. grammaticis latius appellationem illam extendisse arbitror. At recentiores ea comprehendere voluerunt et quæ peculiaribus nominibus, πνεύματα, χρόνους, πάθη vocarunt; ambos enim spiritus, tenuem et asperum, ambas lineas χρόνων indices, (quas ideo χρόνους nuncuparunt,) longam et brevem, quin etiam apostrophum, et τὸ ὑφ' ἓν, (pro quo perperam scribunt ὑφὲν, non intelligentes ἐλλειπτικῶς dici ὑφ' ἓν, pro ὑφ' ἓν μέρος τοῦ λόγου,) nec non hypodiastolen illa complexi fuerunt : quæ tria postrema quidam peculiari nomine πάθη appellarunt. Moschop. autem in sua Grammatica, (non illa, cujus edd. typographicæ extant, sed alia, quæ olim ex Bibliotheca Regis in manus meas venit,) sibi plus aliis videtur sapere quod septem tantum προσῳδίας enumeret tanquam quæ κυρίως sint προσῳδίαι, i. e. Proprie; nam τὴν ἀπόστροφον et τὴν ὑφὲν (ita enim et ibi scriptum est, pro ὑφ' ἓν), nec non τὴν ὑποδιαστολὴν, non proprie, sed per catachresin eo nomine vocari tradit. Deinde sibi valde in suis nugis placens, hanc rationem affert cur tres illæ προσῳδίαι hoc nomine appellari aliter non possint quam καταχρηστικῶς. Quoniam (inquit) aliæ quidem προσῳδίαι ex literis fiunt. Siquidem litera Λ in duas partes secta, ποιεῖ ὀξεῖαν καὶ βαρεῖαν : litera θ in tres partes secta facit μακρὰν, βραχεῖαν, et περισπωμένην : litera Η in duas partes secta, facit δασεῖαν καὶ ψιλήν. In ea autem Grammatica quæ edita est, decem προσῳδίαι statuuntur. Verum ut ad apostrophum redeam, frequentissima omnium et apud quoslibet scriptores usitatissima est illa synalœphe, quæ θλῖψιν habet per illam apostrophi notam; dicitur enim ἀπόστροφος esse Signum s. Nota ἐκθλίψεως φωνήεντος s. φωνηέντων, i. e. Elisionis vocalis seu vocalium. Alii Signum s. Notam rejectæ vocalis appellant. Est autem nota hæc, pars circuli dextera, quæ ad caput consonantis ponitur, non supra illam, sed ex regione : ut cum scribo φέρ' αὐτὸν pro φέρε αὐτόν. Cum autem quæ vocales et quæ diphthongi per apostrophum elidi soleant, ex grammaticis discere unusquisque possit, ad eos lectorem remittam. Tantum de hoc admonebo, (quoniam eorum nonnulli prætermiserunt,) ubi sequens vocabulum a vocali aspirata initium habet, pro tenui scribi aspiratam, s. potius tenuem in aspiratam, quæ ei respondet, mutari : ut ὑφ' ἡμῶν, pro ὑπὸ ἡμῶν. Idque fieri nonnunquam et ubi inter voces illas hydodiastole opus est : quod apostrophus inter duas voculas ponatur, quarum una ad unum verbum, altera ad alterum fertur : ut, Ἴστε γὰρ δήπου τοῦθ', ὅτι τῶν τριηραρχιῶν οὐδεὶς ἔστ' ἀτελής, Dem. [p. 465, 12]. Sic aliquanto post [p. 466, 22], Ἴστε γὰρ δήπου τοῦθ', ὅτι πλείστῳ τῶν ἁπάντων ἀνθρώπων ἡμεῖς ἐπεισάκτῳ σίτῳ χρώμεθα. Et (quod magis mirandum est) fit elisio nonnunquam et ante vocem, quæ per parenthesin ponitur : cum tamen sublata voce illa nullum elisio locum habere queat. Exemplum habes in isto Xenoph. l. Cyrop. 1, p. 5 [c. 3, 5] : Γευόμενος δ', ἔφη, καὶ σὺ γνώσῃ ὅτι ἡδέα ταῦτά ἐστιν. Mirum enim non immerito alicui fuerit, scribi δ' ἔφη cum elisione, non autem integre δὲ ἔφη, cum verbum hoc ἔφη sit velut παρείσακτον, utpote per parenthesin (quam vocant grammatici) positum : ideoque non ejus, sed potius particulæ καὶ, quam

præcedit, ratio habenda fuisse videatur. Sed contra ita scribitur ut dempto verbo illo, mutanda simul scriptura sit: et non jam δ' elisione facta per synaliphen, sed ἀσυναλείπτως scribi δὲ necesse sit: hoc modo, γευόμενος δὲ καὶ σὺ γνώσῃ, etc. Hoc autem in causa est et hic et plerisque in ll. hujusmodi cur parentheseos notam meæ edd. non habeant: quam alioqui ad levandum labore lectorem diligenter aliis ll. ascripsi. Apud Comicos et Tragicos interdum persona una sermonem suum voce elisionem passa finit, sequente sermone alterius, ut Aristoph. Ran. [286]: Ποῦ ποῦ 'στ'. Ξ. ὄπισθεν. Ceterum aliquando duæ elisiones, contiguæ, id est in contiguis vocabulis, inveniuntur, non tantum ubi tenues retinentur, sed etiam ubi (sicut modo dictum fuit) in aspiratas transeunt, ut διαφορηθῆναί θ' ὑφ' ἡμῶν ap. Aristoph. Cum autem vocabulum, in quo contingit hanc tenuis mutationem in aspiratam fieri, duas tenues habet, utraque mutatur: ut νύχθ' ὅλην, pro νύκτα ὅλην. Interdum vero et bina synalœphe s. synaliphe in uno eodemque fit vocabulo, ut Epigr.: Ὦ ἄνθρωφ', ἱλάσκευ πλατίον ἑζόμενος· sed de illo genere synaliphes, quod in fronte hujus vocabuli fit, dicendum postea erit. Hoc addo, scripturam illam ex synaliphe profectam, in compositione etiam retineri: ut καθ' ἅπαξ, et in compositione καθάπαξ: sic καθ' ἅπερ, itidemque in compositione καθάπερ, cum θ. Quin etiam in verbis mutatio hæc servatur: ut καθορῶ composito ex κατὰ et ὁρῶ: sic καθοπλίζω, ex κατὰ et ὁπλίζω: eodemque modo in iis, quæ cum ἀπὸ vel ὑπὸ vel ἐπὶ vel κατὰ vel μετὰ per compositionem juncta sunt.

Hoc præterea sciendum est, (quod omittere non debuerunt grammatici,) retrahi accentum propter hanc vocalis elisionem, quæ fit per synalœphen, s. per apostrophum, ut alii loquuntur. (Quia enim huic elisioni apostrophus intervenit, ideo sunt et qui factam per apostrophum elisionem appellent: cum alioqui per synalœphen facta dicatur, generalius loquendo.) Exempla autem hujus retractionis accentus in encliticis vocabulis frequentia sunt, ut in verbo ἐστὶ, hoc in l. Demosth. [supra cit.]: Ἴστε γὰρ δήπου τοῦθ', ὅτι τῶν τριηραρχιῶν οὐδεὶς ἔστ' ἀτελής. Si enim verbum illud subst. synalœphen s. synaliphen passum non foret, scrib. esset οὐδείς ἔστιν ἀτελής. Itidemque pro ἐμὲ interdum ἔμ' invenies, accentu eandem ob causam retracto. Sic γαλήν' pro γαλῆνα videbis in quodam Eur. versu, quem afferam pag. proxime sequente. At in præposs. disyllabis non retrahitur accentus nisi cum ponuntur per anastrophen; sed etiamsi integre scribantur, non minus eam fieri sciendum est: (præsertim tamen in παρά:) scimus enim dici ἐμοῦ πάρα, pro παρ' ἐμοῦ: nec non ἐμοῦ μέτα, pro μετ' ἐμοῦ: sic ἐμοῦ ὕπερ, pro ὑπὲρ ἐμοῦ. Atque adeo utuntur hac accentus retractione tum potius, cum præpositio est integra, quam cum elisionem passa est: veluti ἐμοῦ πάρ' ἐδέξατο: invenitur enim in quibusdam libris παρ' in hujusmodi ll. absque accentu scriptum: quod et de aliis disyllabis præposs. intelligendum est. Verum ex his una potissimum excipitur, nimirum διά: ideo enim non retrahi accentus existimatur, quod cum accusativo Δία coincideret. Fuerunt tamen qui et ap. Hesiod. Ἔργ. init. [3] scripserint, ὅντε δί', accentu ita retracto. Quam scripturam quamvis parum probem, (ut etiam paucorum exemplarium auctoritate niti existimo,) hoc tamen dico, si ob eam tantum rationem rejiceretur quod cum accusativo Δία posset coincidere, (utor enim lubenter hoc grammaticorum verbo, ut si Græce dicatur συνεμπίπτειν,) itidem πάρα pro παρὰ rejici possit et μέτα pro μετὰ, quod etiam pro πάρεστι et μέτεστι duo illa πάρα et μέτα accipi constet. Idemque et de ἔπι pro ἔπεστι dicendum est.

Neque hoc prætereundum est, elisionem per apostrophum, præcedente vocali, esse in carmine potius quam in soluta oratione receptam: ut ἔγχε' ἔχοντες, pro ἔγχεα ἔχοντες, in isto Hom. versu, Il. Ε, [624]: Οἳ πολλοί τε καὶ ἐσθλοὶ ἐφέστασαν ἔγχε' ἔχοντες. Sic in isto, qui extat eodem libro [42, etc.], Δούπησεν δὲ πεσὼν, ἀράβησε δὲ τεύχε' ἐπ' αὐτῷ. Ubi observa etiam duas synaliphas in duobus contiguis vocabulis, quarum A et antea memini. Sunt certe in carmine quam in prosa frequentiores.

De hoc quoque monendus est mihi lector, de quo eum a grammaticis non admoneri scio: nimirum ex istis synalœphis, quæ per apostrophum fiunt, quasdam raras esse, ac præsertim eas, ubi diphthongi αι vel οι eliduntur. Ac ne simplices quidem vocales semper elidi putandum est; nam eas modo elidi, modo integras manere, in locis alioqui similibus, videmus. Exempla ex multis vel potius infinitis pauca proferam. Legimus ap. Thuc. p. 112 meæ ed. [3, 88]: Οἰκοῦσι δ' ἐν μιᾷ τῶν νήσων οὐ μεγάλῃ· καλεῖται δὲ Λιπάρα· ubi habes synaliphen, at non item in his verbis proxime sequentibus, Τὰς δὲ ἄλλας ἐκ ταύτης ὁρμώμενοι γεωργοῦσι. Sic statim post, Νομίζουσι δὲ οἱ ἐκείνῃ ἄνθρωποι· et paucis verbis interjectis, Κεῖνται δὲ αἱ νῆσοι αὗται. Cum alioqui statim post habeamus, Ξύμμαχοι δ' ἦσαν Συρακουσίων, et, Τεμόντες δ' οἱ Ἀθηναῖοι τὴν γῆν. In pagina autem, quæ illam consequitur, habes itidem ἀσυναλείπτως, Οἱ δὲ Ἀθηναῖοι καὶ οἱ ξύμμαχοι· et aliquanto post, Ἑξήκοντα δὲ ἐς Μῆλον καὶ διςχιλίους ὁπλίτας. Quibus verbis hæc subjunguntur, Ἐστρατήγει δὲ αὐτῶν Νικίας ὁ Νικηράτου. Et statim post, Οὐδὲ ἐς τὸ αὐτῶν ξυμμαχικὸν ἰέναι. Afferam et ex aliis exempla aliquot: ne quis Thucydidi peculiare id esse putet. Demosth. Or. πρὸς Λεπτ.: Μετὰ ταῦτα δὲ οὐδὲν ἔλαττον ἕκαστος αὐτῶν ἀναλώσει· τότε δ' ἂν μικρᾶς συντελείας κτλ. Aliquanto post, Πρὸς μὲν ταῦτα οὐδὲν, ἄλλα δὲ τοιαδί. In eadem oratione, Ἐὰν οὖν εἴπῃ πρὸς ταῦτα ἐκεῖνος. Apud Eundem et γένοιτ' ἂν et γένοιτο ἂν legimus. Xenoph. Cyrop. 1, p. 5 meæ ed. [c. 3, 5]: Τὸν δὲ Κῦρον πρὸς ταῦτα ἀποκρίνασθαι λέγεται· aliquanto post, Γνώσῃ ὅτι ἡδέα ταῦτά ἐστιν, et, Ἀνταspaζόμενος δὲ αὐτὸν ὁ Ἀστύαγης κτλ., et, Καὶ νῦν δὲ ἔτι ἐμμένει μαρτυρία. Apud Isocr. autem, (qui alioqui existimari posset pauciora relinquere ἀσυναλείπτως scripta quam alii,) Paneg.: Ἑνὸς δὲ ἀνδρὸς εὖ φρονήσαντος. In eadem Or.: Τοῖς δὲ ἀσφαλεστάτην καταφυγήν· statim post, Τὰ δ' ὁπόθεν εἰσαγαγέσθαι· aliquanto post, Τὰ δὲ ἀμφοτέροις τούτοις διαφέροντα· et paulo post, Ἔτι δὲ ἀγῶνας ἰδεῖν· non multo post, Ἡ δὲ ἡμετέρα πόλις. Ad præp. autem quod attinet, ἐπὶ potius quam alia utramque scripturam recipit. Legimus enim ap. Thuc. in quodam Fœdere ἐπὶ Ἀθηναίους, et ἐπὶ Ἀργείους. Apud Eundem habemus ἐπὶ ἴσῃ καὶ ὁμοίᾳ [1, 145]: Δίκῃ δὲ καὶ κατὰ τὰς συνθήκας ἕτοιμοι εἶναι διαλύεσθαι περὶ τῶν ἐγκλημάτων ἐπὶ ἴσῃ καὶ ὁμοίᾳ. Sic ap. Dem. plerisque locis, ἐπὶ ἄρχοντος. At vero ἀπὸ et μετὰ et κατὰ et παρὰ raro ἀσυναλείπτως scribuntur, præsertimque tres illæ priores: contra vero περὶ semper ἀσυναλείπτως scribi, satis notum esse potest. Quod autem similia aut etiam eadem cum synaliphe nonnunquam, interdum contra ἀσυναλείπτως scribunt, in eo quemque aurium suarum judicio usum esse existimo: cum hiatum, qui alioqui vitari solet, certis quibusdam locis non indecorum esse sciamus. Huc autem pertinet quidam Fabii locus 9, 4: Nam et coeuntes literæ, (quæ συναλοιφὴ dicitur,) etiam leniorem faciunt orationem quam si omnia verba suo fine claudantur: et nonnunquam hiulca etiam decent, faciuntque ampliora quædam: ut, Pulcra oratione acta omnino jactare.

Istud quoque iis, quæ dicta sunt, addendum est: ita invaluisse in quibusdam voculis hanc per apostrophum synalœphen, ut etiam hujus nota (apostrophi inquam) omittatur: veluti cum pro ὅτ' ἂν scribitur ὅταν, et pro ὁπότ' ἂν itidem ὁπόταν.

Ne hoc quidem silentio prætereundum est: ex synalœphes generibus, aut etiam ex vocabulis synalœphen passis, nonnulla quæ vulgo Atticæ linguæ ascribuntur, a quibusdam alii dialecto ascribi. Tale est μὴ 'στὶ, sive μήστὶ, pro μή ἐστι. Illud enim cum Atticum esse multi censeant, Doricæ dialecto a Corintho ascribitur. Sic ὤνθρωπος pro ὁ ἄνθρωπος aliaque hujusmodi inter Atticas synalœphas quidam recensent, cum alii Ionicam esse tradant.

Postremo et hoc de apostropho, seu elisione quæ fit per apostrophum, sciendum est, quod pauci fortassis cogitant: veteres ea esse pronuntiatione usos, in qua elisionem aures omnium sentire possent: non

autem (ut nunc fit) uno eodemque modo et vocem quæ elisionem illam passa foret, et eam quæ integra esset, easdem alioqui literas habens, pronuntiasse. Id autem nobis liquet ex eo, quod ab Aristoph. et Eurip. scholl. in istum hujus versum annotatur, Or. [279] : Ἐκ κυμάτων γὰρ αὖθις αὖ γαλήν' ὁρῶ. Scribit enim irrisum a Comicis fuisse hunc versum, propter Hegelochum histrionem, qui synalœphen pronuntiatione sua non declararit : unde factum sit ut auditores γαλήν' ita intellexerint ac si γαλῆν dixisset : Οὐ γὰρ φθάσαντα (inquit schol. Eur.) διελεῖν τὴν συναλοιφὴν, ἐπιλείψαντος τοῦ πνεύματος, τοῖς ἀκροωμένοις τὴν γαλῆν δόξαι λέγειν τὸ ζῶον, ἀλλ' οὐχὶ τὰ γαληνά. Aristoph. Ran. [303] : Ἔξεστι δ', ὥσπερ Ἡγέλοχος, ἡμῖν λέγειν, Ἐκ κυμάτων γὰρ αὖθις αυ γαλήν' ὁρῶ.

Enimvero cum omnia, quæ hactenus a me dicta fuerunt de synaliphe, cui intervenit apostrophus, ad eam pertineant, per quam eliditur vocalis in fine vocabuli, sed tamen in eorum etiam principio reperiatur (apud Comicos præsertim et Tragicos) vocalium elisio, eam quoque hic attingam : si prius exempla ejus aliquot ex Aristophane attulero. Legimus ergo apud eum in Pluto [829], Μεγάλων γάρ μου 'στιν ἀγαθῶν αἴτιος. Apud Eundem Ran. [291] : Ποῦ 'στι ; φέρ' ἐπ' αὐτὴν ἴω. Et in versu, qui hunc proxime sequitur, Ἀλλ' οὐκέτ' αὖ γυνή 'στιν, ἀλλ' ἤδη κύων. Quin etiam elisio duplex in hac voce habetur ibidem, nimirum et prioris et posterioris vocalis : in hoc versu, qui illos parvo intervallo præcedit, Ποῦ ποῦ 'στ'. ΞΑΝ. Ὄπισθεν. ΔΙ. Ἐξόπισθε νῦν ἴθι. In eadem autem pagina extant et aliæ voces, quarum prima itidem vocalis elisa est : ut ἡ 'μπουσα, pro ἡ ἔμπουσα ; nec non ὦ 'ναξ pro ὦ ἄναξ : item ὦ 'νθρωπε, pro ὦ ἄνθρωπε : alibi cum mutatione tenuis in aspiratam : ut ὦ 'νθρωφ' ἱκετεύω, pro ὦ ἄνθρωπε ἱκετεύω. In aliis autem ejus locis legimus etiam οἱ 'πιχώριοι pro οἱ ἐπιχώριοι. Sic 'κάλεσας pro ἐκάλεσας, Nub. [1257] : Ὁτιὴ 'κάλεσας εὐηθικῶς τὴν κάρδοπον. Paucis versibus interjectis, Τὸν υἱὸν ἀποδοῦναι κέλευστον ἃ 'λαβεν. Unico versu interjecto, Τὰ ποῖα ταῦτα χρήμαθ' ; ΔΑ. Ἃ 'δανείσατο· iterumque pag. sequente, τὰ χρήμαθ' ἃ 'δανείσατο. Alicubi autem perperam nonnulla verba hujusmodi scripta absque notula ea inveniuntur : quod errore eorum contigisse crediderim, qui incrementa verborum a Comicis negligi putarent : nec non a Tragicis : apud quos itidem talia extare norunt, qui in eorum lectione versati sunt. (Quod si quis tamen pertinacius tueri illam sententiam vellet, iis verbis, in quibus ε non itidem ex incremento est, refelleretur, veluti cum 'πάκουσον ap. Soph. legimus pro ἐπάκουσον.) Hinc autem et errores quidam nati sunt, i. e. ex hujusmodi forma synalœphes non bene animadversa : ut videmus ap. Aristoph. scriptum esse δ' ἤγνων pro δὴ 'γνων, quod est δὴ ἔγνων, Eq. [658] : Κἄγωγ', ὅτε δὴ 'γνων τοῖς βολίτοις ἡττημένος. Nemo est certe qui in illa lectione δ' ἤγνων non hæsisset ; idque merito : at nunc tot quæ protuli exempla emendationem illam ante oculos ponunt, cum δὴ 'γνων manifestum sit pro δὴ ἔγνων eodem modo esse dictum quo ἃ 'λαβεν pro ἃ ἔλαβεν : et ἃ 'δανείσατο pro ἃ ἐδανείσατο. Ceterum de ista elisione, quam hæ voces aliæque variæ in principio patiuntur, hoc sciendum est, eam in plerisque vocabulis dici posse convenire cum illa, quæ fit per apostrophum, in eo quod itidem notula vocalis elisæ index apponatur, et vocabulum hanc elisionem passum seorsum scribatur ; sed neque notulam hanc vocari itidem apostrophum, neque elisionem esse simplicem (i. e. quæ mutationem nullam afferat), et illa ipsa, quæ a quibusdam separatim scribantur, præfixa illa notula, ab aliis cum præcedentibus jungi, docebo in iis, quæ proxime sequuntur.

Secundum synaliphes s. synalœphes genus esse censet Trypho quod fit per crasin, ut τἀμὰ pro τὰ ἐμὰ. Quoniam autem quasdam synalœphas per crasin, quasdam per synæresin, nonnullas, (ut de ceteris in præsentia taceam,) per utramque fieri tradit ; atque adeo synalœphes appellatione significari crasin et synæresin testatur Eustath. : antequam ulterius pergam, de crasi et synæresi agere decrevi. Est igitur κρᾶσις (ut quidam grammatici volunt) duarum vocalium in unam vocalem s. diphthongum commistio : ita ut vel unam illarum vocalium vel utramque mutari contingat : unam, ut Δημοσθένεος, Δημοσθένους : utramque, ut Δημοσθένεα, Δημοσθένη. At συναίρεσις, (vulgo dicta Contractio,) esse existimatur proprie quædam cohærentia s. coalescentia duarum vocalium in diphthongum, absque ulla vocalium mutatione : ut Δημοσθένεϊ, Δημοσθένει : et Λητόϊ, Λητοῖ. Sed discrimina hæc minime servari sciendum est, de quibus tamen magnam inter grammaticos controversiam esse constat. Obtinuit saltem usus ut una declinationum pars unaque item conjugationum a synæresi, non a crasi nomen habeant. Quædam enim declinationes, sicut et conjugationes, συνηρημέναι dicuntur, i. e. Synæresin passæ : nisi et nos posito pudore Synæresiatas appellare audeamus. Multi vero Contractas appellant, quod συναίρεσις reddi soleat Contractio, ut antea docui. Vidimus autem antea Corinthum vocare Crasin coalescentiam illam literarum ο et ε quæ fit in diphthongum ου, cum ἐχρύσους pro ἐχρύσοες, et ποῦστι, aut πούστι, (seu etiam ποῦ 'στι, ut alii scribunt,) pro ποῦ ἐστι dicimus. Equidem nihil obstare puto quominus in una eademque voce et synæresin et crasin constituamus : crasin quidem, quatenus confunduntur commiscenturque duæ syllabæ in unam ; synæresin autem, quatenus vocabulum, in quo id fit, amissa una syllaba, contrahitur, id est brevius redditur. Interim tamen nihil prohibet quin συναιρεῖν hic intelligamus non simpliciter Contrahere, sed Contrahere per duorum alioqui separatorum coadunationem (si et mihi verbo isto uti licet), seu complectendo simul duo quæ divisa erant (sequendo signif., quam Fabius dat nomini Complexio, ut mox docebo). Eustath. tamen simplicius συναίρεσιν esse ait, per quam vocabula ἐκ πλατυτέρων καὶ ἀναπεπταμένων συνάγονται εἰς βραχύτερον. Idem συναλείφεσθαι et συναιρεῖσθαι eadem de re usurpavit, cum πλόον dixit συναιρεῖσθαι in πλοῦν ut Σαπφόος in Σαπφοῦς, aliaque infinita itidem, ad vitandam παραλληλίαν vocalium : subjunxitque pro eodem, συναλείφεσθαι εἰς ου diphthongum. Atque ut hic Eustathio συναιρεῖσθαι et συναλείφεσθαι idem significant, sic Quintil. συναίρεσις et συναλοιφὴ eandem significationem habent, (cum alioqui proprie συναλοιφὴ tanquam Genus, at συναίρεσις tanquam Species consideretur,) 1, 5, ubi etiam vocari Latine Complexionem scribit. Idem alioqui Coeuntes literas vocat συναλοιφὴν, 9, 4 : Nam et coeuntes literæ, (quæ συναλοιφὴ dicitur,) etiam leniorem faciunt orationem, quam si omnia verba suo fine claudantur. Verum ad Eustath. revertens, aliqua συναιρέσεως exempla, aliqua item κράσεως, ex eo afferam : ut quid συναίρεσιν, quid κρᾶσιν appellet, manifestius etiam perspici possit. Et jam quidem dictum est, in πλοῦς ex πλόος, in Σαπφοῦς ex Σαπφόος, aliisque hujusmodi, synæresin ab eo statui. Idem alibi in κλῇδος et Νηρῇδος ex κληΐδος et Νηρηΐδος synæresin esse censet. Sic alibi genitivos istos, Ἐρετριῶς, Στειριῶς, Πειραιῶς, χοῶς, factos ex Ἐρετριέως, Στειριέως, Πειραιέως, χοέως, passos esse synæresin tradit. Eandem passi sunt et isti accusativi, αἰγλῆντα et τιμῆντα, ut Idem alibi testatur : facti nimirum ex αἰγλήεντα et τιμήεντα. Alicubi vero synæresin esse ait et in Δημάδης, facto ex Δημεάδης. Idem συναίρεσιν et συνίζησιν alicubi Herodianum de re eadem usurpasse videri scribit. At vero τῶν κραθέντων, i. e. Crasin passorum, exempla sunt hæc apud illum, συκῆ, γαλῆ, μυγαλῆ, ἀμυγδαλῆ, et alia ejusmodi : itidemque adjectiva, ut χρυσῆ, χαλκῆ : facta enim sunt hæc ex συκέα, γαλέα, μυγαλέα, ἀμυγδαλέα, χρυσέα, χαλκέα. Eadem craseως forma alibi statuitur ab eo in Ἑρμῆς facto ex Ἑρμέας : et in Σωσῆς ac Ποδῆς factis ex Σωσέας et Ποδέας. Sic alibi γῆ pro γέα per crasin dici ait. Alio autem in loco θεουδὴς ex θεοειδὴς fieri tradit per crasin vocalium ε et ο in ου, et abjectionem literæ ι. Alibi meminit cujusdam craseως duplicis ι in ι longum : quæ fit in μήτι et θέτι, ex μήτιϊ et θέτιϊ : qualis crasis est etiam in δῖος, ex δίϊος. Alicubi idem schol. πρῶραι a v. προορᾶν deducit, per crasin duorum οο in ω. Exempla craseως vocalium ο et η in ω, affert Idem alibi : ὀγδώκοντα ex ὀγδοήκοντα, et ἐπιβώσομαι ex ἐπιβοήσομαι :

cui simile est ἀνέβωσε ap. Herodot. [1, 10] pro ἀνεβόησε, item βωθήσαντες pro βοηθήσαντες, nec non ἐννώσαντα pro ἐννοήσαντα, apud Eundem, et τῶμισυ ap. Hesiod. ex τὸ ἥμισυ. Testatur Idem alio in loco, crasin quæ est in φοινικοῦς facto ex φοινίκεος, itidemque in σιδηροῦς ex σιδήρεος, ab Herodiano grammatico appellari συνίζησιν. Exemplum denique craseως et συναιρέσεως in uno eodemque vocabulo extat apud Eum : ubi ᾄδειν et ᾠδή, ex ἀείδειν et ἀοιδὴ facta, crasin et synæresin passa esse scribit. Ex his, quomodo crasin, quomodo item synæresin fieri Eustath. putarit, intelligi posse arbitror. An autem Trypho ubi synalœphæ vel crasin peculiariter vel synæresin tribuit, eundem utrique harum usum assignet, quem ipse Eustath., aliive grammatici, lectori judicandum relinquam : de iis, quæ ad hoc secundum synalœphes genus referri posse videntur, disserere contentus.

Dico igitur videndum esse an vocabulum, quod a Tryphone affertur in exemplum hujus secundi generis synalœphes, illis annumerari possit, quæ antea dicebam elisionem in principio pati, cum ea elisione, quæ fit per apostrophum, commune aliquid habentem : in eo videlicet, quod itidem notula vocalis elisæ testis apponatur, et vocabulum hanc elisionem passum seorsum scribatur, aut certe seorsum scribi queat. Talia autem erant ista, ὦ ᾽νθρωπε pro ὦ ἄνθρωπε, et ὦ ᾽ναξ pro ὦ ἄναξ, et οἱ ᾽πιχώριοι pro οἱ ἐπιχώριοι, et ὁτιὴ ᾽κάλεσας pro ὁτιὴ ἐκάλεσας, et ἃ ᾽λαβεν pro ἃ ἔλαβεν, et ἃ ᾽δανείσατο pro ἃ ἐδανείσατο : nec non ὃὴ ᾽γνων pro δὴ ἔγνων. Videndum (inquam) esse dico an itidem τὰ ᾽μὰ scribi possit pro τὰ ἐμά : sic τοῦ ᾽μοῦ pro τοῦ ἐμοῦ, et τῷ ᾽μῷ pro τῷ ἐμῷ. Multo certe rariorem illa hanc scripturam esse constat : si tamen in hac quoque crasis nobis repræsentaretur, minus fortassis hoc in vocabulo quam in quibusdam reprehendenda esset. Et quod de hoc dico, idem et de aliis plerisque dictum intelligi volo : ex quibus est αἱ ᾽γαθαὶ ap. Eur. Ione [399] : Κἀν ταῖς κακαῖσιν αἱ ᾽γαθαὶ μεμιγμέναι. Sic pro τῇγαθῇ ap. Aristoph. Nub. [61] itidem τῇ ᾽γαθῇ posse scribi merito quispiam dixerit. Talia sunt ἡ ᾽ρετὴ et ἡ ᾽λήθεια pro ἡ ἀρετὴ et ἡ ἀλήθεια : ut in isto hemistichio, Ὀρθὸν ἡ ᾽λήθει᾽ ἀεί. Sed hujus elisionis, quæ fit post η, et præsertim post μὴ, exempla habes in iis, quæ meis in Soph. et Eur. Annotationibus præfixi. Quibus adde ex Aristoph. Ran. init., Ἐκεῖνο μόνον ὅπως μὴ ᾽ρεῖς, pro μὴ ἐρεῖς. Eq. [700] : Ἢ ᾽ς Κερβερίους, ἢ ᾽ς κόρακας, ἢ ᾽πὶ Ταίναρον· est enim ἢ ᾽ς pro ἢ ἐς, et ἢ ᾽πὶ pro ἢ ἐπί : quod ἢ ᾽πὶ itidem ap. Anacr. (in Odario, cujus primus versus est, Σὺ μὲν φίλη χελιδὼν,) legimus, Ἢ Νεῖλον, ἢ ᾽πὶ Μέμφιν. Exemplis autem, quibus primum locum dedi, addi multa possunt. Illis enim duobus, ὦ ᾽νθρωπε et ὦ ᾽ναξ, pro ὦ ἄνθρωπε et ὦ ἄναξ, simile est ὦ ᾽δελφὲ ap. Aristoph. Ran. [58] pro ὦ ἀδελφέ : et in Nub. [223] ὦ ᾽φήμερε pro ὦ ἐφήμερε : nec non ὦ ᾽γάθ᾽ pro ὦ ἀγαθέ. At illi ᾽κάλεσας pro ἐκάλεσας, et duobus, quæ ipsum proxime sequuntur, simile est ᾽σκευασμένα pro ἐσκευασμένα, apud eundem Comicum. Quibus adde ex eodem loco, ᾽δόκει pro ἐδόκει, ex isto hemistichio, Καί μοι ᾽δόκει ἡ θεὸς αὐτὴ, etc. His adjici potest et ᾽γὼ pro ἐγώ : ut Eq. [799] : Πάντως δ᾽ αὐτὸν θρέψω ᾽γὼ καὶ θεραπεύσω. Sic Nub. [738] : Ἀκήκοας μυριάκις ἃ ᾽γὼ βούλομαι. Et cum articulo, τὰ ᾽ντερα pro τὰ ἔντερα : et τὰ ᾽ν pro τὰ ἐν, in hisce duobus Eq. versibus, qui contigui sunt [708] : ΚΛ. Ἐξαρπάσομαί σου τοῖς ὄνυξι τὰ ᾽ντερα. ΑΛ. Ἀπονυχιῶ σου τὰ ᾽ν πρυτανείῳ σιτία. Verum ut tandem meam de duplici in hujusmodi vocabulis scriptura sententiam declarem, rationem hic quantitatis syllabicæ habendam esse dico. Nam ut detur, scripturam illam, quæ ita voces separat, (cui tamen haud scio an astipulentur vett. codd. vel potius quinam inter illos fide potissimum sunt digni,) posse recipi ubi sine ullo quantitatis syllabicæ incommodo id fieri potest, (ut certe passim ante syllabas longas hoc experimur,) at ubi syllaba præcedens, brevis alioqui, productione opus habet, non video quomodo illa separatio, quæ crasin non præ se fert, admitti queat. Sic certe in ἃ ᾽λαβεν et in ἃ ᾽δανείσατο ap. Aristoph. cum metrum postulet ut ἃ producatur, alia scriptura, quæ crasin repræsentet, quærenda videtur. Sed quæ scriptura satis huic rei apta inveniri poterit? in illo quidem priore loco rectius fortasse scribatur ἄλαβεν, accentu coalescentiam indicante; at in posteriore, ante δανείσατο idem fieri non potest. Eodemque modo hærebimus in ἃ, quod cum particula ἄν jungitur, et quamvis sequente vocali producitur. Sic et in ἃ producto, sequente verbo ἔχω. Eustath. ᾽ἄχω ap. Soph. scribit, cum ibi alia scriptura sit. Oritur autem hæc dubitatio et in aliis, ac præsertim iis, quæ articulo τὰ per synalœphen juncta sunt. Sed hac de re cum antea disseruerim in iis, quæ meis in Soph. et Eurip. Annotationibus præfixi, eo te remittam; sed illam etiam notulam, quæ elisionem in principio indicat, (ut in μή ᾽στι pro μή ἐστι,) nescio an, ut ibi, apostrophum vocare debeam : iis quidem certe locis, ubi elisio longam syllabam præcedit, aut eam, quæ productione opus non habet, (quam efficit crasis, ut modo docui,) commode apponi existimo.

Tertii generis quod fit per synæresin, exemplum affert Trypho Νηρῆδες pro Νηρηΐδες. Sic autem et Eustath. Νηρῆδος ex Νηρηΐδος per synæresin fieri censet : ut κλῆδος ex κληΐδος.

Ad quartum quod fit per θλίψιν et κρᾶσιν, (alii autem ἔκθλιψιν potius appellant,) pertinere ait κᾀγὼ, pro καὶ ἐγώ. Cui similia sunt κᾆστι pro καὶ ἔστι, et κᾆτι pro καὶ ἔτι : item κᾆτα pro καὶ εἶτα. Sed quidam voci κᾀγὼ non debere subscribi ι tradunt, ex Etym. : quod α et ε in α longum per crasin coaluerint, subtracta litera ι : qua interjecta fieri crasin non posse. Quod si voci κᾀγὼ subscribi non deberet ι, idem et de tribus illis aliisque ejusmodi dicendum esset.

Quintum per θλίψιν et συναίρεσιν fieri ait : ut in ἐμουποδύνει pro ἐμοὶ ὑποδύνει : sed in hisce literis rara est talis synalœphe, cui tamen similem ap. Aristoph. vidisse mihi videor.

Sextum esse ait cui crasis et synæresis interveniunt, ut ᾧπόλος pro ὁ αἰπόλος : sed de hac synalœphe aliisque similibus partim in Dorica, partim in Ionica dialecto disseram, i. e. in meis in illas dialectos Animadversionibus. Siquidem Dorum proprium esse existimatur dicere ᾧπόλος pro ὁ αἰπόλος : Ionum autem ὤνθρωπος pro ὁ ἄνθρωπος, itidemque ὥριστος pro ὁ ἄριστος. Potes vero de his aliisque talem synalœphen passis et de eorum scriptura illas quoque in Soph. et Eur. meas Annotatt., vel potius quæ illis de orthographia quarundam vocum præfixi, consulere.

Septimum et ultimum synalœphes genus habere dicit thlipsin et crasin et synæresin : ut ἐν τᾇθιοπίᾳ pro ἐν τῇ Αἰθιοπίᾳ : cujus idoneum testimonium desidero. Mirum certe et hunc grammaticum quarundam synalœpharum, quæ præ ceteris usitatæ Atticis scriptoribus fuisse videntur, exempla non attulisse : quænam autem illæ sint, docebo ubi de illa agam, quæ Ionum esse existimatur.

LXXXIV. — Σ pro P utuntur : ut Θαρσαλέων pro Θαῤῥαλέων : et pro Ἄῤῥεν, Ἄρσεν.

Conveniunt hæc, (ut dixi in iis, quæ meis in hunc librum Animadversionibus præfatus sum,) cum eo, quod antea dixit, Articulo LXXVI, Atticos μυρσίνας dicere pro μυῤῥίνας. Quam parum autem et hoc et illa verisimilia videantur, s. potius quam longe a vero absint, docui tum in iis, quæ in Joannis Grammatici Articulum XVI (qui eadem tradit), tum in iis, quæ in illum ipsum LXXVI hujus Corinthi Articulum annotavi : ad quæ te remitto.

LXXXV. — Passivis pro Activis utuntur.

Prudentius hic et verius loquitur quam Joannes Grammaticus : qui non contentus dicere Atticos uti passivis pro activis, addit adverbium Semper. Ceterum in uno meorum codd. exemplis iis, quæ hic proponuntur, adjectum est ex Soph. [Aj. 100] : Θανόντος ἤδη τἀμ᾽ ἀφαιρείσθων ὅπλα. Sed hoc verbum ἀφαιροῦμαι in activa signif. linguæ communi cum Attica commune esse puto. Quod autem attinet ad illa verba,

quæ in exemplum afferuntur, ποιοῦμαι, νοοῦμαι, γράφομαι, non æque omnia in significatione passiva esse usitata putandum est. Nam ποιοῦμαι quidem, et præsertim ejus infinitivus, valde frequenter apud quosvis scriptores cum variis substantivis occurrit, et quidem simpliciter pro ποιῶ : at νοοῦμαι pro νοῶ vix idoneo testimonio confirmari posse existimo. Ad γράφομαι autem quod attinet, cum activam signif. habet, in soluta oratione ut plurimum non pro Scribo, sed pro Accuso ponitur : ut γράφομαί σε παρανόμων, vel προδοσίας. At γράφομαι pro γράφω significante Scribo, poetarum est potius, ac præsertim Tragicorum; atque adeo exemplum istud, quod ab Eustath. affertur, ex versu iambico, — γράφου δὲ φρενῶν ἔσω, ex aliquo illorum sumptum esse suspicor. Convenit quidem certe cum eo, quod ap. Æsch. legitur in Prom. p. 48 meæ ed. [789] : Ἦν ἐγγράφου σὺ μνήμοσιν δέλτοις φρενῶν. Ad quod loquendi genus pertinet et quod ap. Pind. habemus, Ol. 10 init. : Τὸν Ὀλυμπιονίκαν ἀνάγνωτέ μοι Ἀρχεστράτου παῖδα, πόθι φρενὸς ἐμᾶς γέγραπται. Imitatique sunt hanc metaphoram Latini, dicentes et ipsi, In animo scribere, ut in meo Thes. docui.

Nec vero ex uno Dem. loco, habente γέγραμμα activa signif., (præterquam quod mendi suspectus esse queat,) receptum apud Atticos fuisse passivæ vocis hoc in verbo usum probari potest. Futurum autem γράψομαι sicubi reperiatur etiam pro γράψω, (nimirum in Scribendi signif., nam illam alteram habere non nego,) nequaquam et γράφομαι ac γράφεσθαι pro γράφω et γράφειν itidem usurpari existimandum est. Siquidem, ut alibi dixi, multorum verborum futura passiva in activorum signif. usurpant Attici, quorum præsentia nullo modo usurparunt. Exempli gratia : usurpat Aristoph. κλαύσομαι pro κλαύσω, (ut Nub. [58] is cui dicitur δεῦρ' ἔλθ' ἵνα κλάῃς, respondet, Διὰ τί δὴ κλαύσομαι;) quis κλαίομαι itidem pro κλαίω usurpare illum potuisse existimet? Sic οἰμώξομαι dicit ille pro οἰμώξω, utitur et Xenoph., utuntur et alii : ecquis οἰμώζομαι itidem pro οἰμώζω licuisse illis usurpare credat? Sic βαδιοῦμαι dicunt pro βαδιῶ : at βαδίζομαι pro βαδίζω quis non videt ferri non potuisse? Sic quamvis ἐπαινέσομαι dicatur pro ἐπαινέσω, præsens tamen ἐπαινοῦμαι signif. suam retinere constat. Idem de πλεύσομαι, idem de aliis plerisque sentiendum est. Inter alia vero non est omittendum ἀκούσομαι, quod Atticis usitatissimum fuisse constat, pro ἀκούσω, cum idem de ἀκούομαι nullo modo credibile futurum sit. (Nam et quod ap. Eustath. lego de Homerico ἠχούετο, pro ἤχουε, Atticum pariter et Ionicum esse miror potius quam credo : nisi nescio quam linguam Atticam nobis fingamus, quæ multo ante tempora eorum, qui primarii linguæ Atticæ scriptores habentur, obsolevisset.) Neque vero Attici A scriptores duntaxat, sed alii quoque, qui alioqui linguæ communis sermone usi sunt, futura passiva multorum verborum pro activis usurpasse comperiuntur. Atque adeo ventum tandem eo est, ut in plerisque verbis futurum passivum duntaxat receptum fuerit : ut μαθήσομαι, non μαθήσω, et ab Atticis et ab aliis quoque dici scimus : λήψομαι, non λήψω : sic φεύξομαι et τέξομαι potius quam φεύξω et τέξω, ut alia plurima omittam : at μανθάνομαι pro μανθάνω, et λαμβάνομαι pro λαμβάνω, et φεύγομαι pro φεύγω, et τίκτομαι pro τίκτω, talia sunt ut de iis ne cogitare quidem ausit, qui in Græcis scriptoribus vel mediocriter versatus est. Vereor autem ne Joannes Grammaticus pariter et Corinthus illud, quod de Attico futurorum passivorum, (quæ tamen media potius appellanda censent nonnulli grammatici,) usu dixi, minime considerantes, ne dicam ignorantes, (ut in aliis plerisque inscitiam suam produnt,) adeo generaliter de Attico passivorum pro activis usu locuti sint.

Neque vero interim negare velim nonnulla etiam C esse verba, quorum præsentia passiva in activa signif. Attici usurparint; sed poetas et quidem nominatim Hom., in multo pluribus sibi eum usum permisisse dico quam Attici ejus posteri sibi permiserint : cum apud eum sit non solum ὁρᾶσθαι pro ὁρᾶν, et ἀκούεσθαι pro ἀκούειν, sed etiam ἕλκεσθαι pro ἕλκειν, atque alia, a quibus in soluta oratione nemo non abhorreret. Sed et tragicos poetas nonnullis, quæ ibi valde dura viderentur, usos esse constat : præsertimque in participio. Eorum enim sunt σώζεσθαι pro σώζω, (nam Soph. ita usum esse scimus,) eorum est ποθουμένῃ φρενὶ pro ποθούσῃ : et ποικίλως αὐδωμένου pro αὐδῶντος. Quin etiam illius verbi ὁρᾶσθαι participium ita usurpatum reperitur a quodam eorum, hoc in l., Δέδοικα τάσδ' ὁρωμένη. Sed enim cum Eustath. illud ἠχούετο Atticum et Ionicum esse tradat, illam Atticæ linguæ libertatem Ionicæ libertate auctam esse suspicari quispiam possit. Hoc denique sciendum est, quod ad Atticum passivorum pro activis usum attinet, Atticos non ita passiva pro activis usurpare ut interim D activa omnino refugiant. Exempli gratia, multa ex Πέμπω facta per compositionem voce passiva usurpant, signif. activa, Ἀποπέμπομαι, Διαπέμπομαι, Ἀναπέμπομαι, Προπέμπομαι : verum et activorum Ἀποπέμπω, Διαπέμπω, Ἀναπέμπω, Προπέμπω, usum aliquem esse putandum est. Sic σκοποῦμαι sæpe activa signif. dicunt, sed et σκοπῶ interdum : sic λοιδοροῦμαι frequenter, sed et λοιδορῶ : idemque de aliis plurimis sentiendum est.

In uno meorum exempll. ceteris Articulis unus additur, quo πατρῷος pro πατρώϊος aliaque hujusmodi Attica esse dicuntur. Ita enim ibi scriptum est : Οὐ διαιρετούς τινας τῶν λέξεων προφέρουσιν· οἷον πατρῷος ἀντὶ τοῦ πατρώϊος.

APPENDIX HENR. STEPHANI

AD EA, QUÆ JOANNES GRAMMATICUS ET CORINTHUS DE ATTICA DIALECTO SCRIPSERUNT.

Hactenus, lector, meas Animadversiones in ea, quæ Joannes Grammaticus et Corinthus de Attica Dialecto scripserunt, habuisti; nunc vero Appendicem ad illa ipsa habebis, i. e. eorum, quæ prætermiserunt, adjectionem. Separandam enim ab alienis mea potius quam illis immiscenda censui. Neque vero laborem hunc suscepturus eram, nisi eum prope necessarium esse perspexissem : quod nimirum ambo pleraque silentio præterierint, multo quibusdam eorum, quæ annotarunt, potiora atque utiliora : aut ejusmodi saltem, de quibus gratiam te habiturum mihi spero.
Sed et in illis meis Animadversionibus non pauca huc pertinentia invenies. Habent enim meæ in nonnullos Articulos animadversiones non parvam ad ea, quæ illi tradiderunt, accessionem : (quamvis alioqui hæc illius Operis velut παρέμβλημα existimanda potius sit). Ad ea igitur, quæ illic addidi, te remittam : ne eorundem repetitio mihi molesta scribendi, tibi legenti molestior sit. Ad ordinem vero quod attinet, de eo te mihi assensurum, consiliumque meum probaturum esse confido. Cum enim ab illis prætermissa, addenda mihi forent, si qua eodem pertinere videbantur, quo et ea, quæ illi annotarunt, primum iis locum dedi : cetera quo ordine e memoria mea vel aliunde depromam, eodem tibi legenda proponam.

DE QUIBUSDAM VOCULIS,

QUÆ APUD ATTICOS VACANT : ET PRIMUM DE IIS, QUÆ GEMINANTUR.

Sicut particula ἂν geminata in uno eodemque orationis membro reperitur, (perperam autem Corinthus non geminata dixit, sed sæpius assumpta,) ita et pronomen με geminatum apud Aristoph. invenio, Ach. [383] : Νῦν οὖν με πρῶτον πρὶν λέγειν ἐάσατε Ἐνσκευάσασθαί μ' οἷον ἀθλιώτατον. Agnoscitur autem et in posteriore loco pronomen istud a schol., ubi exponit hæc verba, ἐνσκευάσασθαί με. Videor porro mihi et ἔφη geminatum legisse in periodo longiuscula, apud quempiam eorum, qui Dialogos scripserunt, aut certe ἔφη et εἶπε posita ἐκ τοῦ παραλλήλου : eodem modo infinitivos εἰπεῖν et φάναι a Xenoph. poni ἐκ τοῦ παραλλήλου videmus, in isto loco Cyrop. 1, p. 6 meæ ed. [c. 3, 8] : Καὶ τὸν Ἀστυάγην σκώψαντα εἰπεῖν, Οὐχ ὁρᾷς (φάναι) ὡς καλῶς οἰνοχοεῖ καὶ εὐσχημόνως. Inveniturque idem pleonasmus aliis quoque libri ejusdem ll., ut p. 6 [ib. 6] : Καὶ τὸν Κῦρον, ἐπεὶ ἑώρα πολλὰ τὰ κρέα, εἰπεῖν, Ἦ καὶ δίδως (φάναι) μοι, ὦ πάππε, κτλ. In fine ejusdem pag. : Τὸν δὲ Κῦρον εἰπεῖν, Ὅτι νὴ Δία (φάναι) μισῶ αὐτόν. Verum tantum abest ut hi loci fidem illi primo faciant, ut contra suspectum reddant. Quoniam enim in ambobus istis quædam meorum exempll. non habebant φάναι, in illo itidem quædam ipsum non habuisse suspicari possumus. Est et aliud pleonasmi genus in hac voce, in quo majorem exempll. consensum habemus, et quem minus mirari debemus. Exemplum ejus extat p. 6 [ib. § 9] : Καὶ αὐτὸν δὲ τὸν Κῦρον ἐκγελάσαντα ἀναπηδῆσαι πρὸς τὸν πάππον, καὶ φιλοῦντα ἅμα εἰπεῖν, Ὦ Σάκα, ἀπόλωλας· ἐκβαλῶ σε τῆς τιμῆς· τά τε γὰρ ἄλλα, φάναι, σοῦ κάλλιον οἰνοχοήσω, κτλ. Nam hic aperte abundat infinitivus φάναι : tantum enim abest ut aliquem orationi usum præstet, ut po-

tius eam interrumpat. Quoniam tamen non ita vicini et prope contigui sunt isti duo infinitivi, et ad duo orationis membra feruntur, non perinde mirum pleonasmum efficiunt. Sic certe alibi ἔφη invenitur, præcedente φάναι, in duobus orationis membris quæ alioqui sub illo φάναι continuari possent : unde ἔφη potius quam φάναι dicere debemus πλεονάζειν : ut paulo post docebo.

Non ignoro autem illum infin. φάναι aliis etiam in ll. existimari a Bud. supervacaneum, in quibus tamen haud itidem ἐκ τοῦ παραλλήλου positus dici potest, cum solus ponatur, i. e. absque alio, qui eandem signif. habeat. Sed exempla, quæ ille affert, ejusmodi sunt quæ nec mihi satisfaciant, nec alii propius locos illos intuenti satisfacere (ut opinor) possint. Unum est hoc e Xenoph. Cyrop. 1, p. 5 meæ ed. [c. 3, 5] : Καὶ τὸν Ἀστυάγην ἐπερέσθαι, Καὶ τίνι δὴ σὺ τεκμαιρόμενος, ὦ παῖ, λέγεις; Ὅτι σε, φάναι, ὁρῶ, ὅταν μὲν ἄρτου ἅψῃ, εἰς οὐδὲν τὴν χεῖρα ἀποψώμενον. Hic enim non video quomodo quis cum Budæo dicere possit vacare infin. φάναι : cum enim in priori orationis parte præcesserit ἐπερέσθαι, id est Interrogasse : quis non in posteriori vel ἀποκρίνασθαι, vel φάναι, vel εἰπεῖν expectet? Scribit tamen Bud. aut vacare ibi infin. φάναι, aut poni pro ἔφη : ut Lat. Dicere pro Dicere cœpit. Miror profecto hominem et diligentissimum et summo judicio præditum non animadvertisse hunc infin. referri ad verbum λέγεται, aut certe ἔφασαν, quo utitur Xenoph., ubi jocum illum narrare incipit : Τὸν δὲ Κῦρον ἔφασαν λέγειν, Ὦ πάππε, ὅσα πράγματα ἔχεις ἐν τῷ δείπνῳ κτλ.· paucis verbis interjectis, Τί δέ; φάναι τὸν Ἀστυάγην, οὐ γὰρ κτλ. Statim post, Τὸν δὲ Κῦρον πρὸς ταῦτα ἀποκρίνασθαι λέγεται, Οὐχὶ, ὦ πάππε, ἀλλὰ κτλ. Post quatuor autem vel quinque versus habentur illa verba, quæ Bud. affert, Καὶ τὸν Ἀστυάγην ἐπερέσθαι κτλ. Item, Ὅτι σε (φάναι) ὁρῶ, ὅταν μὲν ἄρτου ἅψῃ κτλ. Quis hæc cum præcedentibus illis conferens, mihi non assentiatur, et cum infinitivo φάναι, vel ἔφασαν, vel potius λέγεται subaudiat? Malo autem λέγεται, quoniam cum duo sunt verba, quorum utrumlibet ex superioribus repetere nobis licet, quod est vicinius repetendum potius est. Sed et hoc mirari quis possit, cur Bud. ibi φάναι pro ἔφη potius quam ἐπερέσθαι pro ἐπήρετο positum esse censuerit : cum hæc velut correlativa sint, et φάναι ibi aliud non sit quam ἀποκρίνασθαι : sicut paulo ante Xenoph. dixerat, Τὸν δὲ Κῦρον πρὸς ταῦτα ἀποκρίνασθαι λέγεται. Moverit Bud. fortasse, (quid enim aliud cogitare quis possit?) verbum ἔφη, quod ab eodem scriptore infinitivis illis intermiscetur : Ἀλλ', ὦ παῖ, (φάναι τὸν Ἀστυάγην,) οὐκ ἀχθόμενοι ταῦτα περιπλανώμεθα· γευόμενος δ', ἔφη, καὶ σὺ γνώσῃ ὅτι ἡδέα ταῦτά ἐστιν. Quibus subjungitur, Ἀλλὰ καί σε, (φάναι τὸν Κῦρον,) ὦ πάππε, μυσαττόμενον ταῦτα τὰ βρώματα ὁρῶ. His autem proxima sunt ea, in quibus illi infinitivi ἐπερέσθαι et φάναι habentur, Καὶ τὸν Ἀστυάγην ἐπερέσθαι κτλ. Verum ἔφη potius quam φάναι, (ut et paulo ante dixi, cum de pleonasmo hujus infinitivi agerem,) supervacaneum hic esse dicendum foret : cum Astyagis verba sub illo φάναι continuari possint : hoc modo, Ἀλλ', ὦ παῖ, (φάναι τὸν Ἀστυάγην,) οὐκ ἀχθόμενοι ταῦτα περιπλανώμεθα. Γευόμενος δὲ καὶ σὺ γνώσῃ ὅτι ἡδέα ταῦτά ἐστιν. Verum etiamsi non negem alios inveniri ejusdem scriptoris locos, ubi modo infinitivis φάναι vel εἰπεῖν, modo indicativis ἔφη vel εἶπε utitur; non ideo tamen infinitivos illos pro his indicativis accipi concedam : sed cum φάναι quidem vel εἰπεῖν, subaudiam verbum illud λέγεται, aut ἔφασαν : at cum ἔφη, vel εἶπε, non illud simpliciter, sed cum particula ὡς subaudiendum esse dicam : hoc modo, ἔφη, ὡς λέγεται vel ὡς ἔφασαν. Jam vero si, quod de infin. illo scribit Bud., verum ibi foret, in aliis certe quamplurimis ejusdem auctoris locis verum itidem esset. Passim enim occurrit eundem illum usum in narratione habens infinitivus φάναι, vel εἰπεῖν : ut p. 6 [ib. § 9], Κέλευσον δή, φάναι, ὦ πάππε κτλ.· initio pag. septimæ (ut alios illius paginæ sextæ locos omittam) [ib. § 11]; Καὶ τὸν Ἀστυάγην εἰπεῖν, Καὶ πῶς δὴ ἂν ἄρξαις αὐτοῦ; Καὶ τὸν Κῦρον φάναι, Στὰς ἄν, ὥσπερ οὗτος, ἐπὶ τῇ εἰσόδῳ, κτλ. Ibidem [§ 16], τὴν δὲ μητέρα εἰπεῖν, Τὴν δὲ δικαιοσύνην, ὦ παῖ, πῶς μαθήσῃ ἐνθάδε, ἐκεῖ ὄντων σοι τῶν διδασκάλων; Καὶ τὸν Κῦρον φάναι, Ἀλλ', ὦ μῆτερ, ἀκριβῶς ταύτηνγε οἶδα. Sic et in iis, quæ proxime sequuntur, Πῶς σὺ οἶσθα; εἰπεῖν τὴν Μανδάνην, Ὅτι (φάναι) ὁ διδάσκαλος κτλ. Sed in hac ipsa pagina, aliquanto ante hos locos, legimus illud verbum λέγεται, (cujus et antea mentionem feci,) unde pendere infinitivos istos dicendum est. Quin etiam p. 12 [1, 4, 27] illud habemus, Εἰ δὲ δεῖ καὶ παιδικοῦ λόγου μνησθῆναι, λέγεται, ὅτε Κῦρος ἀπήει, καὶ ἀπηλλάττοντο ἀπ' ἀλλήλων, τοὺς συγγενεῖς φιλοῦντας τὸν Κῦρον τῷ στόματι, ἀποπέμπεσθαι αὐτὸν νόμῳ Περσικῷ. Pagina autem sequente infinitivos illos εἰπεῖν et φάναι eodem modo inculcari videmus. Ceterum verbum λέγεται, ad quod infinitivos illos referendos esse ajo, illud ipsum esse sciendum est quo ibidem utitur de Cyro Xenophon, ubi factorum dictorumque ejus historiam orditur : Φῦναι δὲ ὁ Κῦρος λέγεται καὶ ἀῶσται ἔτι καὶ νῦν ὑπὸ τῶν βαρβάρων εἶδος μὲν κάλλιστος, κτλ. Jam vero non hæc verba solum εἰπεῖν et φάναι, quæ ad illud λέγεται referri dico, sed reliqua itidem, quæ in eodem sermone habentur, in infinitivo posita esse videmus. Sic paulo post eum locum, quem primum attuli, cum φάναι solitum usum retinere vellem ostendere, legimus, Πρὸς ταῦτα δὴ τὸν Ἀστυάγην εἰπεῖν : paucis interjectis, Ἅμα δὲ ταῦτα λέγοντα, πολλὰ αὐτῷ παραφέρειν καὶ θήρεια καὶ τῶν ἡμέρων. Nec multo post (interjectis infinitivis φάναι et εἰπεῖν), Ἐνταῦθα δὴ τὸν Κῦρον λαβόντα τῶν χρεῶν, διαδιδόναι τοῖς ἀμφὶ τὸν πάππον θεραπευταῖς κτλ. Sic in fine pag. 12 et init. 13 multos infinitivos habes, præcedente verbo λέγεται : nimirum ἀποπέμπεσθαι, et ἐκπεπλῆχθαι, et ὑπολειφθῆναι, et προσελθεῖν : tandemque εἰπεῖν et φάναι. Quod si hic εἰπεῖν et φάναι pro εἶπε et ἔφη poni dicenda essent, (nam alteram illam de eorum pleonasmo sententiam plus satis esse jam refutatam arbitror,) hoc equidem eadem opera dicendum esset, illos infinitivos, ἀποπέμπεσθαι et ἐκπεπλῆχθαι, et ὑπολειφθῆναι, et προσελθεῖν, resolvendos itidem esse in ἀπεπέμψατο, in ἐξεπλήχθη, in ὑπελείφθη, in προσῆλθε. Quod autem de hoc loco a me dicitur, idem de illo altero intelligi debet. Esset enim ibi itidem παραφέρειν resolvendum in παρήνεγκε, παρέφερε : item λαβόντα διαιδόναι, in λαβὼν διέδωκε : vel certe in παρεφερε et λαβὼν διεδίδου. Fateor interim miram quandam orationis structuram in tali quodam Xenoph. loco inveniri : utpote in quo infinitivus non suum accus., sed nomin. habeat. Is extat p. 6 meæ ed. [1, 3, 8] : Καὶ τὸν Κῦρον ἐπερέσθαι προπετῶς, ὡς ἂν παῖς μηδέπω ὑποπτήσσων, Διὰ τί, ὦ πάππε, τοῦτον οὕτω τιμᾷς; Καὶ τὸν Ἀστυάγην σκώψαντα εἰπεῖν. Hoc enim nemo non videt, ita fuisse loquendum, (utendo ea orationis structura, quæ et apud alios et apud illum ipsum alibi usitata est,) Καὶ τὸν Κῦρον ἐπερέσθαι προπετῶς, ὡς ἂν παῖδα μηδέπω ὑποπτήσσοντα. Aut certe ita, Καὶ ὁ Κῦρος ἐπήρετο προπετῶς, ὡς ἂν παῖς μηδέπω ὑποπτήσσων. Unde ergo novam illam et insolentem construct. esse dicemus? Eum arbitror, ut infinitivis illis εἰπεῖν et φάναι inserit interdum indicativos ἔφη vel εἶπε, ita, cum dixisset, τὸν Κῦρον ἐπερέσθαι προπετῶς, subjunxisse, ὡς ἂν παῖς, perinde ac si indicativo, non infinitivo utens, dixisset, καὶ ὁ Κῦρος ἐπήρετο. Atque ita annumerandus fuerit hic l. iis, in quibus talis est orationis structura, ut in ea potius sententiæ quam præcedentium verborum habitam fuisse rationem videamus.

Venio ad alterum hujus infinitivi φάναι usum, in quo Bud. illum supervacaneum itidem esse censet : sed ex iis, quæ affert, exemplis hoc minime posse probari, nihiloque magis in iis quam in præcedentibus infin. illum abundare, aperte me declaraturum spero. Primus igitur locus, quem in exemplum affert, est hic Xenoph. OEc. [7, 30] : Συνεπαινεῖ δὲ (ἔφη φάναι) καὶ ὁ νόμος αὐτὰ, συζευγνὺς ἄνδρα καὶ γυναῖκα. Qui locus habetur partim in fine pag. 488, partim in init. pag. 489 meæ ed. (sed ταῦτα ibi legitur, non αὐτά.) Subjungit autem illi loco et istum, ex eodem lib., qui in eadem illa pag. 488 legitur [7, 23], Τῇ δὲ γυναικὶ ἧσσον τὸ σῶμα δυνατὸν πρὸς ταῦτα φύσας, τὰ ἔνδον ἔργα αὐτῇ (φάναι ἔφη) προστάξαι μοι δοκεῖ ὁ θεός. Quibus locis addam et tertium, qui hos in eadem illa pagina

præcedit [7, 18], Ἐμοὶ γάρ τοι (ἔφη φάναι) καὶ οἱ θεοὶ, ὦ γύναι, δοκοῦσι πολὺ διεσκεμμένως μάλιστα τὸ ζεῦγος τοῦτο συντεθεικέναι, ὃ καλεῖται θῆλυ καὶ ἄῤῥεν. Duobus autem illis Xenoph. Il. (quibus tertium adjeci) adjungit hunc Plat. Symposio [p. 175, B] : Ἀλλ' οὕτω χρὴ ποιεῖν, εἴ σοι δοκεῖ· ἔφη φάναι τὸν Ἀγάθωνα. Ex Eod. [ibid.], Οὐκοῦν κάλει αὐτὸν, καὶ μὴ ἀφῇς. Καὶ ὃς ἔφη εἰπεῖν, Μηδαμῶς· ἀλλ' ἐᾶτε αὐτόν· ἔθος γάρ τι τοῦτ' ἔχει. Hæc sunt exempla, quæ ille affert, hujus pleonasmi infinitivi φάναι post ἔφη : addens tamen, ἔφη εἰπεῖν perinde esse ac si quis Latine ita loqueretur, Infit dicere. Ego vero plane aliter de hoc loquendi genere judico : ac minime supervacaneum esse infinitivum φάναι, seu εἰπεῖν, ex illo ipso Plat. loco patere dico, in quo adjicitur accus., Ἔφη φάναι τὸν Ἀγάθωνα· quis enim ἔφη φάναι τὸν Ἀγάθωνα pro ἔφη ὁ Ἀγάθων, positum esse sibi persuadeat? Quod si etiam ita accipi posset, tamen ita accipi non debere, ex ipso Plat. manifestum esset. Is enim, qui ita loquitur, Ἔφη φάναι τὸν Ἀγάθωνα, est Apollodorus, qui sermones ab Agathone habitos, deinde sibi ab Aristodemo et quibusdam aliis relatos, amicis commemorat : adeo ut in his verbis nomin. verbi ἔφη sit Ἀριστόδημος. Est enim Apollodorus, qui sermones eos commemorans, testem illum Aristodemum subinde nominat, et tanquam ex ejus ore loquitur. Hæc enim sunt ipsius Apollodori verba circa Plat. Symp. init. [p. 174, A] : Μᾶλλον δ' ἐξ ἀρχῆς ὑμῖν, ὡς ἐκεῖνος διηγεῖτο, καὶ ἐγὼ πειράσομαι διηγήσασθαι: ἔφη γάρ οἱ Σωκράτη ἐντυχεῖν λελουμένον τε καὶ τὰς βλαύτας ὑποδεδεμένον· paulo post, καὶ τὸν εἰπεῖν. Pagina autem secunda [p. 175, A] habemus, Οὐ σκέψῃ, ἔφη, παῖ, φάναι τὸν Ἀγάθωνα, καὶ εἰσάξεις Σωκράτη; (ubi etiam notanda est orationis structura implicita, pro οὐ σκέψῃ, παῖ, ἔφη φάναι τὸν Ἀγάθωνα· qua de re dicam in alio articulo seorsum.) At paulo post sine accusativo, Καὶ ὃς ἔφη εἰπεῖν, Μηδαμῶς· id est, Ipse Aristodemus dicebat se dixisse, seu respondisse : (ut antea dictum fuerat, Ταῦτ' ἀκούσας εἰπεῖν ἔφη· cum paulo ante prima persona utens eadem in re, dixisset, κἀγὼ, ἔφη, εἶπον). Nec multo post repetuntur verba illa, ἔφη φάναι τὸν Ἀγάθωνα· quæ et in aliis plerisque illius Dialogi leguntur locis. Alicubi autem accus. non sequitur, sed præcedit : ut hic [ib. C], Τὸν οὖν Ἀγάθωνα, (τυγχάνειν γὰρ ἔσχατον κατακείμενον μόνον,) Δεῦρ', ἔφη φάναι, Σώκρατες παρ' ἐμὲ κατάκεισο. Nec vero hic accus. tantum, sed et alii plerique ita ibi ponuntur cum φάναι vel εἰπεῖν : ut, τὸν οὖν Ἀριστοφάνη εἰπεῖν· statim post, Ἀκούσαντα οὖν αὐτῶν ἔφη Ἐρυξίμαχον τὸν Ἀκουμενοῦ, Ἢ καλῶς, φάναι, λέγετε· aliquanto post, Ἀλλὰ μὴν, ἔφη φάναι ὑπολαβόντα Φαῖδρον τὸν Μυῤῥινούσιον. Rursum, Ἐπειδὴ τοίνυν, φάναι τὸν Ἐρυξίμαχον, κτλ., quo in loco subauditur ἔφη, quod jungatur cum illo infin. φάναι. Quod verbum aliis etiam plerisque locis subaudiendum relinquitur : ut paulo post, φάναι δὴ πάντας καὶ βούλεσθαι καὶ κελεύειν αὐτὸν εἰσηγεῖσθαι. Sic in verbis, quæ proxime sequuntur, εἰπεῖν οὖν τὸν Ἐρυξίμαχον. Sed de hac re hactenus; jam enim luce clarius esse arbitror, nihilo magis infin. illum vacare dici posse, qui additur verbo ἔφη, vel verbo εἶπε, in hujusmodi locis, quam dici posset, (quod longe absurdissimum foret,) alios infinitivos, qui per totum eum librum illi junguntur, abundare : ut, Τοιαῦτ' ἄττα σφᾶς ἔφη διαλεχθέντας ἰέναι· et statim post, πορεύεσθαι, et κελεύειν, et καταλαμβάνειν, et παθεῖν, et ἄγειν : hi enim omnes infinitivi ita cum illo ἔφη juncti sunt, ut alibi ei jungitur infin. φάναι vel εἰπεῖν. Neque vero movere quenquam debet, quod alicubi dicit, ἔφη ὁ Ἀγάθων. Quemadmodum enim antea docui, Xenoph., cum utens infinitivo dicit, φάναι νὸν Κύρον, vel εἰπεῖν, subaudire λέγεται, vel ἔφασαν, aut tale quid; at cum indicativo utitur, dicens, ἔφη ὁ Κῦρος, vel καὶ ὁ Κῦρος ἔφη, subaudire ὡς λέγεται, vel ὡς ἔφασαν : ita cum legimus ap. Plat. ἔφη, φάναι τὸν Ἀγάθωνα, nominativus verbi ἔφη est Ἀριστόδημος : perinde ac si ita scriptum esset, Ἀριστόδημος ἔφη vel διηγεῖτο Ἀγάθωνα φάναι : at cum dicitur ἔφη ὁ Ἀγάθων, intelligendum est, ὡς ἔφη vel ὡς διηγεῖτο ὁ Ἀριστόδημος.

De illis autem Xenoph. locis quid dicendum est, in quibus accusativus non additur? Idem sane quod de duobus iis, qui supra ex Plat. allati fuerunt, Καὶ ὃς ἔφη εἰπεῖν, Μηδαμῶς· item, Ταῦτ' ἀκούσας εἰπεῖν ἔφη, Ipse Aristodemus dicebat se dixisse : (non autem Agathonem, aut alium quenquam eorum, quorum alioqui sermones varios referebat). Ita enim apud Xenoph. [OEc. 7, 30] : Συνεπαινεῖ δὲ (ἔφη φάναι) καὶ ὁ νόμος ταῦτα. Hic enim ἔφη φάναι significat, Ajebat Ischomachus se dixisse uxori suæ; (ibi enim Socrates Critobulo sermonem eum narrat, quem Ischomachus cum sua ipsius uxore habuisse se dixerat;) idemque et de reliquis duobus locis sentiendum est. Ceterum quæ de his dicta sunt, loci cujusdam (qui in eodem libro habetur, p. 494) emendationem velut ante oculos nobis ponunt; male enim ibi inter εἰπεῖν et ἔφη, (quæ illud ipsum loquendi genus efficiunt, cujus tria jam exempla allata fuerunt,) interpunctio habetur in quibusdam exempll. quæ editio mea secuta est.

Atticis frequentes sunt et alii plerique pleonasmi, de quibus eadem opera dicendum esse censeo : et cum antea de εἰπεῖν et φάναι positis ἐκ παραλλήλου disseruerim (nam ibi duntaxat agnoscendum esse pleonasmum, non autem et in illis, quos Bud. affert, locis, aperte ostendisse mihi videor), primum de aliis quibusdam vocibus, quæ itidem ἐκ παραλλήλου positæ sunt, disserendum esse visum est. Sed ante omnia sciendum est, vocari σχῆμα ἐκ παραλλήλου, cum duæ voces simul ponuntur παράλληλοι, quæ non signif., sed προφορᾷ duntaxat differunt : ut scribit Eustath. [p. 165, 37] afferens in exemplum θάνατόν τε μόρον τε, nec non ἀϋτήν τε πτόλεμον τε. Quibus unum exemplum interjicit, non duorum nominum ita positorum ἐκ παραλλήλου, sed duorum verborum, βάσκ' ἴθι, exponens πορεύθητι, ἄπελθε. Extant autem ap. Hom. verba illa, Il. B, [8] : Βάσκ' ἴθι, οὖλε ὄνειρε, θοὰς ἐπὶ νῆας Ἀχαιῶν. Aliqua tamen fuit apud antiquos hoc de loco controversia : ut ibi discimus etiam ex Eustath., qui postquam dixit verbis hisce βάσκ' ἴθι inesse ταυτολογίαν, utendo schemate, quod vocatur ἐκ παραλλήλου, (esse enim ἰσοδυνάμους voces ἴθι et βάσκε,) subjungit, posse et aliter hæc verba intelligi : accipiendo nimirum βάσκε pro πορεύθητι, at ἴθι pro Adverbio hortandi : ut usurpatur a Soph. [Aj. 1003] : Ἴθ', ἐκκάλυψον· ὡς ἴδῳ τὸ πᾶν κακόν. Ex Eodem discimus fuisse qui scriberent conjunctim βάσκιθι : sed eos ἀνατρέπεσθαι ὑπὸ τῶν παλαιῶν tradit : i. e., eorum sententiam everti, vel (loquendo magis proprie) refutari. Eodem autem modo quo hic βάσκ' ἴθι, dicetur (inquit) in sequentibus, δεῦρ' ἴθι, sed ἐπὶ προκλήσεως. Verum non video quomodo similia esse hæc possint δεῦρ' ἴθι et βάσκ' ἴθι : cum ἴθι illic adverbio, hic verbo jungatur. Meminit autem horum verborum et Gellius 13, 24, dicens, βάσκ' ἴθι, οὖλε ὄνειρε, et βάσκ' ἴθι, ἶρι ταχεῖα, non esse ἐκ παραλλήλου, ut quidam putant; sed hortamentum esse acre imperatæque celeritatis. Hæc ille : qui tamen non addit an utrumque pro verbo habeat, an ἴθι adverbium esse censeat. Ego certe potius ambo illum pro verbis habuisse credo : quod major celeritas imperari verborum geminatione videatur, quam si verbo adverbium adjungatur : ut si dicam, I, fuge, vel Loquere, dic. Verum si ἴθι adverbium esse dicamus ex eorum numero, quæ hortandi vim habent, aptissime reddetur Latino imperativo Age : qui imperativus in adverbii usum itidem transit, verbis imperativi modi subjunctum : ut Fare age, ap. Virg. Æn. 6 : Fare age quid venias, jam istinc et comprime gressum. Sic et 3 : Fare age, ubi et Serv. Celeritatis signif. illis inesse existimat; perinde enim esse putat ac si dictum esset, Dic celeriter. Itidem Dic age ap. Ovid. habemus. Apud Eundem, Patrias age desere sedes. Item, Surge age : in hoc pentametro, Clamarunt satyri, Surge age, surge, pater. Sed et cum verbo Vade (quod significatione convenit cum βάσκε) legitur ap. Virg. aliquot locis, ut Æn. 3 : Vade age, et ingentem factis fer ad æthera Trojam. Sic et 5 : Vade age, et Ascanio, etc. Alicubi autem imperativo sequenti non adhibita est copulativa, ut 4 : Vade age, nate : voca Zephyros, et labere pennis. Ubi observanda est etiam particulæ copulativæ ellipsis, ante imperativum Voca : quod et hæc celeritatem imperari ostendat. Apud Hom. quoque post βάσκ' ἴθι habentur impera-

tivi non præcedente illa copula; sed longius ab illis duobus verbis remoti. Neque vero Eustath. illum ἀσύνδετον sermonem celeritatis itidem indicem esse censet, sed ἀρχοντικὸν, i. e. ἄρχοντι πρέποντα. Quod tamen tanquam ex aliorum potius quam ex sua sententia tradit : scribens, καὶ ἔστι, φασὶν, ὁ λόγος ἀρχοντικός. Et de hoc quidem loco hactenus : quoniam autem is quoque Homero tribuitur honos, ut illi omnia propemodum σχήματα accepta ferantur, et ex ejus libris tanquam ex fonte manasse existimentur : antequam ad Atticos pleonasmos veniam, i. e. qui Atticis scriptoribus sunt usitati, fusius de Homericis disserere libet. Et quoniam Gellius, cujus et antea memini, in eodem illo loco alia horum exempla affert, suumque de iis judicium addit, verba ejus altius repetita primum afferre libet. Sed ante omnes (inquit) apud Homerum ejusdem rei atque sententiæ luculenta exaggeratio est [Il. Λ, 164] : Ἕκτορα δ' ἐκ βελέων ὕπαγε Ζεὺς, ἔκ τε κονίης, Ἔκ τ' ἀνδροκτασίης, ἔκ θ' αἵματος, ἔκ τε κυδοιμοῦ. Item alio in v. [Od. Λ, 211], Ὑσμῖναί τε μάχαι τε, φόνοι τ' ἀνδροκτασίαι τε. Nam cum omnia ista utrobique multa et continua nomina nihil plus demonstrent quam prælium, hujus tamen rei facies delectabiliter ac decore multis variisque verbis depicta est. Neque non illa quoque, apud eundem poetam, una in duobus verbis sententia cum egregia ratione repetita est. Idæus enim cum inter Ajacem et Hectorem decertantes armis intercederet, his ad eos verbis usus est [Il. H, 279] : Μηκέτι, παῖδε φίλω, πολεμίζετε, μηδὲ μάχεσθον. In quo versu non oportet alterum videri verbum, idem quod superius significans, supplendi numeri causa extrinsecus additum et consarcinatum; est enim hoc inane admodum et futile. Sed cum in juvenibus gloriæ studio flagrantibus pervicaciam ferociamque et cupidinem pugnæ, leniter tamen ac placide, objurgaret : atrocitatem rei et culpam perseverandi, bis idem dicendo, alio atque alio verbo auxit, inculcavitque : duplexque eadem compellatio admonitionem facit instantiorem. Nec illa quidem ejusdem significationis repetitio ignava et frigida videri debet [Od. Υ, 241], Μνηστῆρες δ' ἄρα Τηλεμάχῳ θάνατόν τε μόρον τε Ἥρτυον· quod bis idem dixerit θάνατον καὶ μόρον. Indignitas enim moliendæ tam acerbæ tamque injustæ necis miranda mortis iteratione defleta est. Ceterum quis tam obtuso ingenio est, qui non intelligat, πολεμίζετε καὶ μάχεσθον, verba idem duo significantia non frustra posita esse? ut illa quoque, Βάσκ' ἴθι, οὖλε ὄνειρε, καὶ Βάσκ' ἴθι, ἶρι ταχεῖα· neque ἐκ παραλλήλου, ut quidam putant : sed hortamentum esse acre imperatæque celeritatis. Hæc ille : a quo nonnulla itidem ex scriptoribus Latinis afferuntur talis exaggerationis exempla. Quod autem de vocum idem significantium geminatione dicit tanquam minime ταυτολογίαν s. πλεονασμὸν habente, etiamsi in illis, quos affert, locis admitteretur, at non itidem in aliis omnibus ejusdem poetæ locis admitti posset. Neque est certe cur aut miremur aut excusare hunc pleonasmum conemur magis quam alterum, qui ei familiaris est : veluti cum dicit, ὀφθαλμοῖσιν ἰδὼν, et ἐκαλέσσατο φωνῇ. Quod si et hunc excusare velimus, (ut quidam scholiastæ conati sunt,) itidem certe ap. Virg. ablativos istos, Voce, Ore, Auribus, excusare et oportebit et licebit. Neque enim minus vacare puto ap. Hom. dat. φωνῇ, Il. Γ, [161] : Πρίαμος δ' Ἑλένην ἐκαλέσσατο φωνῇ, quam ablativum Voce, ap. Virg. Æn. 1 : Talia voce refert. Item, Sic ore locuta est, eodem libro. Fateor alioqui nonnullos esse dativos, qui, pro loco cui adhibentur, non omnino vacare judicari possint : cujusmodi est ille ὀφθαλμοῖς. Alicubi enim emphasis ei inclusa videri queat : ut inclusam esse constat ablativo Oculis, ap. Terent.: His oculis egomet vidi : itidemque inclusam esse ablativo Auribus ap. Virg., ubi dicit, Vocemque his auribus hausi : (licet Quintil. affirmationem huic loquendi generi interdum subesse putet, et quidem hæc ipsa verba in exemplum afferens, ut aliquanto post docebo). Sed ut loci quidam inveniri poterunt, in quibus emphatice poni judicetur ille dat. ὀφθαλμοῖς, sic et aliis adhibitus invenietur, ut opinor, qui emphasin minime poscere videntur, aut (si mavis) quibus emphasis minime convenire videtur. Sed ut ad illa revertar, quæ ἐκ παραλλήλου ab Hom. dicta existimantur, aut certe existimari debent, alia eorum exempla proferam, meumque de illis judicium addam. Ac primum cum illis verbis πολεμίζειν et μάχεσθαι conveniunt πόλεμοι et μάχαι ap. eund. poetam : i. e., quemadmodum positi ἐκ παραλλήλου infinitivi illi censentur, ita hæc nomina, cum alibi, tum in isto loco, Il. A, [177] : Αἰεὶ γάρ τοι ἔρις τε φίλη, πόλεμοί τε μάχαι τε. Ac quemadmodum hic πόλεμοι et μάχαι copulantur, sic ὑσμῖναι et μάχαι in illo versu, qui ante allatus fuit, Ὑσμῖναί τε μάχαι τε, φόνοι τ' ἀνδροκτασίαι τε· hic enim sunt duo vocabulorum ἐκ παραλλήλου positorum velut paria : cum ὑσμῖναι et μάχαι, sicut φόνοι et ἀνδροκτασίαι, ex illius schematis consuetudine copulentur. Neque enim dubium est quin ut ὑσμῖναι et μάχαι, ita φόνοι et ἀνδροκτασίαι eandem omnino signif. habeant. Haud enim assentior Gellio dicenti omnia ista nomina (sicut et ea, quæ habentur in istis duobus versibus, Ἕκτορα δ' ἐκ βελέων ὕπαγε Ζεὺς, ἔκ τε κονίης, Ἔκ τ' ἀνδροκτασίης, ἔκ θ' αἵματος, ἔκ τε κυδοιμοῦ), nihil plus demonstrare quam prælium. Contra enim, cum post ὑσμῖναι et μάχαι additur hic φόνοι τ' ἀνδροκτασίαι τε, crescere orationem dico; cum enim pugnæ incruentæ s. prælia incruenta esse possint, quis post pugnas audiens etiam cædes et homicidia, aliquid plus demonstrari seu significari non fateatur? Illis autem accusativis, quos idem Gellius in exemplum attulit, θάνατόν τε μόρον τε, similes sunt ap. eundem poetam θάνατον καὶ πότμον, i. e. similiter ἐκ παραλλήλου positi : cum alibi, tum in Il. B, [359] : Ὄφρα πρόσθ' ἄλλων θάνατον καὶ πότμον ἐπίσπῃ. Quibus addere possumus etiam θάνατον καὶ κῆρα, seu κῆρας, ex eodem poeta, ut Il. P, [714] : Θάνατον καὶ κῆρα φύγοιμεν· Od. T, [558] : Οὐδέ κε τις θάνατον καὶ κῆρας ἀλύξει. (At cum legimus ap. Eund. θάνατον καὶ μῶλον Ἄρηος, item θάνατον καὶ νήδυμον ὕπνον, hæc ita esse accipienda suspicor ac si dictum esset, τὸν ἐν τῷ Ἄρηος μώλῳ θάνατον, vel τὸν διὰ τοῦ μώλου Ἄρηος θάνατον : item, τὸν ἐν τῷ θανάτῳ νήδυμον ὕπνον, vel τὸν τοῦ θανάτου νήδυμον ὕπνον : ut hoc quidem in l. accusativum θάνατον in alium casum resolvamus, in illo autem ipsum intactum relinquamus, sed in adjuncto ei accusativo resolutione illa utamur. Quod tamen ad posteriorem locum attinet, is in Il. Π, [454] talem resolutionem fortasse non admitteret.) Qualis autem pleonasmus est in illis θάνατος et μόρος, seu θάνατος et πότμος, talis est vicissim in ψυχὴ et αἰών : ut Il. Π, [453] : Αὐτὰρ ἐπειδὴ τόν γε λίπῃ ψυχή τε καὶ αἰών. Sic Od. I, [524] genitivi ψυχῆς et αἰῶνος copulantur : Αἶ γὰρ δὴ ψυχῆς τε καὶ αἰῶνός σε δυναίμην Εὔνιν ποιήσας, πέμψαι δόμον ἄϊδος εἴσω. (Possit tamen fortassis hujus geminationis aliqua ratio reddi.) Eodem modo adjectiva ὄψιμον et ὀψιτέλεστον hanc παραλληλίαν habere censentur, Il. B, [325] : Ἡμῖν μὲν τόδ' ἔφηνε τέρας μέγα μητίετα Ζεύς, Ὄψιμον, ὀψιτέλεστον, ὅου κλέος οὔποτ' ὀλεῖται. Quin etiam duo ista substantiva κοίρανος et βασιλεὺς poni itidem ἐκ παραλλήλου existimantur, in eodem libro, Οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη· εἷς κοίρανος ἔστω, Εἷς βασιλεύς. Jam vero et in verbis idem pleonasmi genus ap. hunc poetam cernitur, ut Il. Σ init. : Ὣς ποτέ μοι μήτηρ διεπέφραδε, καί μοι ἔειπε. Cui similis pleonasmus subesse putatur his verbis ap. istum poetam frequenter obviis, ἔπος τ' ἔφατ', ἔκ τ' ὀνόμαζε. Legimus ap. Eundem copulata ἀλεγίζειν et ὄθεσθαι, item μετατρέπεσθαι et ἀλεγίζειν : ubi idem pleonasmi genus esse videri potest. Sed exemplis his contentus, meum de illis (ut sum pollicitus) judicium subjungam. Dico igitur in πόλεμοι et μάχαι mihi non placere quod ab Eust. affertur, de differentia, quæ sit inter πολέμους et μάχας. Scribit enim πολέμους et μάχας hoc loco vel idem significare ἐκ τοῦ παραλλήλου : aut differentiam aliquam hisce vocabulis subesse, quoniam aliquis λόγοις quoque μάχεται, i. e., verbis pugnat : (unde esse vocem λογομαχία : atque adeo poetam ipsum postea dicere, μαχεσσαμένω ἐπέεσσι :) at πολεμεῖν λόγοις, non dici. Verum si eo Hom. respexisset, cur post nomen πόλεμοι signif. minime ambiguam habens, id cujus significatio ambigua est (ut quidem vult ille schol.), subjunxisset? Contra certe πόλεμοι, de quo ambigi

non poterat, post μάχαι ponendum fuisset, de cujus signif. erat cur ambigeretur : ut videlicet illud πόλεμοι dubitationem, quam illud afferre posset, tolleret. Paulo plus coloris habet altera ratio, quam illi adjicit : Καὶ ἄλλως δὲ, μάχη μὲν, αὐτὴ ἡ τῶν ἀνδρῶν συνεισβολὴ, παρὰ τὸ αἷμα χέειν· ὁ δὲ πόλεμος καὶ ἐπὶ παρατάξεων καὶ μαχίμου καιροῦ λέγεται. Sed multo ut simplicius, ita etiam satius est dicere poni hæc ἐκ παραλλήλου : sicut ap. Lucr. legimus Prælia et Pugnas. Virg. autem dixit etiam Prælia belli : itidemque Ovid., Cumque Gigantei memorantur prælia belli. Verum hæc ad aliud pleonasmi genus pertinent, de quo alibi dicendum erit. Sic etiam quod attinet ad illa φόνοι et ἀνδροκτασίαι, non dubito quin Latini ἐκ παραλλήλου dixerint itidem Cædes et Homicidia. Quæ copulata cur magis miremur quam ap. Cic. Cædem et Occisionem? Imo vero justius ap. Tibull. miraremur Cædes et vulnera, utpote oratione in his verbis non crescente (ut crescere semper debet), sed potius decrescente. Qui enim postquam dixit Cædes, addit Vulnera, non dubium est quin minus dicat quam dixerit. Extant autem ista duo ap. illum poetam 1, 3 : Nunc Jove sub domino cædes et vulnera semper; Nunc mare, nunc lethi mille repente viæ. Faciunt certe hæc ut geminationes Græcas illas vocabulorum idem significantium minus mirari debeamus, ideoque quam Eust. affert geminationis vocum πόλεμοι et μάχαι rationem, rejicere debeamus. Contra vero in l. illo, ubi canit Hom. [Il. B, 204] εἷς κοίρανος ἔστω, Εἷς βασιλεὺς, possimus fortassis dicere non idem duobus vocabulis significari ἐκ παραλλήλου, ut ille scribit : sed κοίρανος quidem pro Domino, at βασιλεὺς pro Rege debere accipi, ut crescat oratio. De illo autem loquendi genere ὀφθαλμοῖσιν ἰδεῖν quid sentirem, dixi jam antea. Nec me movet quod Quintil. in universum, et sine ullo discrimine, inter pleonasmos illud recenset. Est (inquit) et πλεονασμὸς vitium, cum supervacuis verbis oneratur oratio, Ego meis oculis vidi. Satis est enim, Vidi. Quibus hæc subjungit, Emendavit hoc non inurbane in Hirtio Cicero, qui cum in Pansam declamans, filium a matre decem mensibus in utero latum esse dixisset, Quid? aliæ (inquit) in penula solent ferre? Nonnunquam tamen illud genus, cujus exemplum priore loco posui, affirmationis gratia adhibetur, Vocemque his auribus hausi. At vitium erit quoties otiosum fuerit et supererit, non cum adjicietur. Hæc Quintil. : quem de hoc exemplo potius quam de illo judicium istud tulisse miror. Nam sive ἐμφάσεως gratia, sive amplificationis, sive (ut ipse vult) affirmationis, ita locutum poetam esse dicamus, quidni idem in altero illo agnoscamus, et ut Aures ita etiam Oculos affirmationis causa adjici in sermone dicamus? In nostrate lingua frequens est utraque adjectio, cui multum vehementiæ inesse, addique ad vehementiorem affirmationem (quam quis fortasse Amplificationis appellatione comprehendi velit), negare nemo possit. Quæ tamen obiter a me dicuntur, judicium aliis relinquendo. Ac de Homericis horum pleonasmorum exemplis (a quibus cur sumendum initium putarim, antea docui) dictum sit hactenus. Possent alioqui exempla quorundam aliorum, i. e. alius generis, pleonasmorum afferri; sed ii cum in pluribus vocabulis sint, ad ταυτολογίαν vel potius περισσολογίαν referri debent. Quamvis enim in quovis pleonasmo ταυτολογία et περισσολογία insit (sicut illa verba βάσκ' ἴθι Eust. ταυτολογίαν habere tradit), usus tamen obtinuit ut de plurium verborum aut etiam integri membri orationis pleonasmo hæc dicerentur, ac præsertim illud posterius. Hujus certe ap. nullum plura vel potius tam multa extare exempla quam ap. Hom. arbitror. Inveniuntur enim et ap. Hesiod., sed multum abest quin totidem in totidem hujus versibus inveniri possint. Quoniam autem cum Herodotum lego, ap. eum quoque περισσολογίαν variis in ll. offendo, hoc quicquid est vitii non tam his scriptoribus quam eorum seculo imputandum esse censeo : quod hodieque in nostrate lingua de iis scriptoribus, quos appellamus *Vieux Romans*, dici potest. Ut autem ad illud pleonasmorum genus revertar, de quo disserere cœpi, et cujus exempla ex Hom. attuli : aliis quoque poetis aliquem ejus usum esse sciendum est : nominatimque Hesiodo, ap. quem scholiastes Tzetzes aliter etiam quam σχῆμα ἐκ παραλλήλου appellari ipsum tradit. In hoc enim Hesiod. l. Ἔργ. [90], ubi duo adverbia νόσφιν et ἄτερ idem significantia legimus : Πρὶν μὲν γὰρ ζώεσκον ἐπὶ χθονὶ φῦλ' ἀνθρώπων Νόσφιν ἄτερ τε κακῶν καὶ ἄτερ χαλεποῖο πόνοιο, annotat, hoc schema poetice quidem ἐκ παραλλήλου, rhetorice autem περιγραφὴν appellari. Sed alio teste id mihi probari velim. Interim lectorem monebo, Hesiodi edd., quæ meam præcesserunt, habuisse, νόσφιν ἄτερ κακῶν pro νόσφιν, ἄτερ τε κακῶν. Cum autem lectio illa aperte mendosa esse videatur pro νόσφιν ἄτερ τε κακῶν, valde miror ap. Eust. quoque extare, ubi μάλα πάγχυ ab Hom. ita dictum esse ait Attice, ut ab Hesiodo νόσφιν ἄτερ κακῶν.

Orationi autem solutæ et quidem Atticæ usitati pleonasmi vocum ἐκ παραλλήλου positarum, in adverbiis potissimum locum habent, (possitque et horum exemplum præbuisse videri Hom., ut aliquanto post docebo,) veluti λίαν πάνυ, et πάνυ σφόδρα, item μάλα σφόδρα : sic τυχὸν ἴσως, et τάχα ἴσως. Eodem in numero τάχα που, et ἴσως που, ponuntur. Quibus addi potest σχεδὸν ἀμφί. Sed et πάλιν αὖθις, seu πάλιν αὖ, nec non αὖθις αὖ, illis annumerare debemus. Apud Aristoph. Pl. [25] dicit Carion servus Chremylo domino, Εὔνους γὰρ ὢν σοι πυνθάνομαι πάνυ σφόδρα. Inveniuntur juncta duo hæc adverbia et ap. Plat. Apol. [p. 25, A] : Πάντες ἄρα (ὡς ἔοικεν) Ἀθηναῖοι καλοὺς κἀγαθοὺς ποιοῦσι, πλὴν ἐμοῦ. ἐγὼ δὲ μόνος διαφθείρω. οὕτω λέγεις; Πάνυ σφόδρα ταῦτα λέγω. Itidemque paulo post [p. 26, B], Οὐ ταῦτα λέγεις ὅτι διδάσκων διαφθείρω; Πάνυ μὲν οὖν σφόδρα ταῦτα λέγω. Alium tamen usum his in ll. habent ista adverbia quam in illo Aristophanico. In his enim responsioni affirmativæ adhibentur : sicut utrumque illorum seorsum eum usum sæpe præstare scimus : itidemque Latinis Admodum. At in illo Aristoph. versu positivo junguntur, vimque ejus augent. Verum cum satis esse posset εὔνους πάνυ pro εὐνούστατος, additur ex abundanti σφόδρα. Possit tamen non omnino supervanea videri hæc posterioris adverbii adjectio, sed perinde esse ac si quis Latine diceret, Ego tibi sum plusquam amicissimus. Equidem ap. schol. quoque leguntur, quæ pro me faciant. Nam primo quidem hæc ab eo scribuntur, Ὅτι σύνηθες Ἀττικοῖς παράλληλα τιθέναι τὰ ἰσοδυναμοῦντα· δηλοῦται δὲ ἕν τι ἐξ ἀμφοτέρων. Οὕτως ἔχει καὶ τὸ τυχὸν ἴσως· postea autem hæc de iisdem traduntur (interjecto adverbio ἄλλως, quo scholiastæ uti solent, cum diversam a præcedente sententiam afferunt) : Εἶπεν ἀμφότερα, καὶ τὸ πάνυ καὶ τὸ σφόδρα, δηλῶν τὴν ὑπερβολὴν τῆς εὐνοίας. At vero de τυχὸν ἴσως et reliquis nulla ejusmodi dubitatio oriri potest; sed absque controversia eorum alterum vacat : ideoque grammatici, cum exemplum eorum, quæ ἐκ παραλλήλου posita sunt, afferre volunt, hoc tanquam certissimum afferunt. Ex quibus est Eust. et ille ipse Aristoph. schol. in eo, quem paulo ante protuli, loco. Ideo autem τάχα που etiam et ἴσως που hoc in numero ponuntur, quod που per se pro ἴσως s. τάχα interdum accipi existimetur : τάχα που et ἴσως που (inquit Bud.) ἐκ παραλλήλου dicta sunt : quia που per se Fortasse significat. Sed hoc ex quopiam Græco grammatico sumpsit, Τάχα που καὶ ἴσως που, ἐκ παραλλήλου· που γὰρ ἀντὶ τοῦ ἴσως. Verum hujus rei penes eum fidem esse velim, siquidem pro ἴσως, i. e. Fortasse, legere me illud non memini, sed tantum pro Ferme, Circiter, Fere : ut in hoc Strab. l. : Μυρίων που καὶ πενταχισχιλίων ταλάντων. Idem, Κατὰ νέαν που Καρχηδόνα, Ferme e regione ejus situm. Galen. Ad Glauc. 1 : Ἀλλ' ἢ μόνον ἐν τῇ δευτέρᾳ τῶν ἡμερῶν, ὥρᾳ που τρίτῃ, βραχεῖαι νοτίδες ἐγίγνοντο. Fieri autem potest ut significationis vicinitas eum, a quo Bud. id accepit, deceperit. Sunt tamen ita vicinæ signif., ut non ideo unum adverbium alterius locum occupet. Fateor præterea et eum usum videri habere hanc particulam post εἰ, seu ἐὰν, vel ἤν, quem Latine habet Forte post Si : ut ap. Thuc. 1, [95] : Καὶ Παυσανίᾳ μὴ ἐπιτρέπειν ἤν που βιάζηται. Verum inde minime probari queat licere nobis ita lo-

qui, οὗτός που βιάσεται, pro ἴσως vel τάχα οὗτος βιάσεται, Hic fortasse vim adhibebit, s. vim inferet. Sed et illud considerandum fuit, particulam που, ut παραπληρωματικὴν, multis adverbiis passim jungi, (de quo usu dicendum postea erit, ubi de particulis, quæ vocantur παραπληρωματικαὶ, agetur,) nihil autem obstare quominus itidem post τάχα talis esse censeatur. Utrocunque tamen modo se res habeat, sciendum est non τάχα που tantum, sed et καί που τάχα ap. Luc. legi. Ille autem pleonasmus σχεδὸν ἀμφὶ ap. Xen. extat Cyrop. 2, [1, 2]: Λέγεις σὺ, (ἔφη ὁ Κῦρος,) ἱππέας μὲν ἡμῖν εἶναι μεῖον ἢ τρίτον μέρος τοῦ τῶν πολεμίων ἱππικοῦ, πεζοὺς δὲ σχεδὸν ἀμφὶ τοὺς ἡμίσεις. Sed aliqui loci hujusmodi suspecti esse possunt, ne forte ex scholio ad explicationem ascripto alterutrum vocabulum irrepserit: ut certe hic σχεδὸν irrepsisse videri queat; atque adeo suspicionem meam unius exemplaris auctoritas auget, vel potius confirmat, in quo σχεδὸν non habetur. Venio ad pleonasmum, cui locum ultimum dedi, cum tamen primo non indignus videri queat, quippe qui ap. Hom. extet: ex quo ejus posteri non ipsum duntaxat, sed aliorum fortassis exemplum sumpserunt. Sed ap. Hom. Ionica scriptura αὖτις habetur potius quam αὖθις: sic tamen ut hæc quoque in nonnullis ejus exempll. reperiatur. Il. B, [277]: Οὐ θήν μιν πάλιν αὖτις ἀνήσει θυμὸς ἀγήνωρ Ναικείειν βασιλῆας ὀνειδείοις ἐπέεσσι. Sic Od. Ξ, [356]: Τοὶ μὲν πάλιν αὖτις ἔδαινον· Aristoph. [Pl. 859]: Τὸν ἐσόμενον τυφλὸν πάλιν αὖθις. Invenitur etiam πάλιν αὖ: ut ap. Dem. Pro cor.: Σκοπεῖτε ἐν τούτοις πάλιν αὖ. Item, Εἰ μή τις τέχνη πάλιν αὖ γενήσεται. Interdum et inverso ordine αὖ πάλιν dicitur. Quin etiam αὖθις αὖ alicubi legitur: ut ap. eund. oratorem Περὶ τῆς παραπρεσβείας, p. 3 [346, 14]: Καὶ τούτων ἕτερ' αὖθις αὖ πεπραχότων. Sic ap. Eur. Or. [279]: Ἐκ κυμάτων γὰρ αὖθις αὖ γαλήν' ὁρῶ. Addam autem illi exemplo Homerico pleonasmi adverbiorum, et aliud, ex Il. P, [217]: Νῦν μὲν δὴ μάλα πάγχυ κακὸς κακὸν ἡγηλάζει· hic enim μάλα πάγχυ perinde est ac si diceretur Omnino prorsus: estque observandum Eust. ibi τὸ ἐκ παραλλήλου σχῆμα Atticis ascribere. Sed de his Græcis pleonasmis per schema quod vocatur ἐκ παραλλήλου, dicendi finem hic faciam. Tantum addam, Latinos quoque, præsertim Comicos, tales pleonasmos interdum habere. Ille quidem certe, cujus modo exempla protuli, in iisdem verbis, i. e. quæ eandem cum illis Græcis signif. habent, ap. Plaut. extat. Nam ut Græci πάλιν αὖθις, ita ipse Rursus denuo dixit: in Pœnulo, Revertor rursus denuo Carthaginem. At quod affertur ex Terentio exemplum, in quodam Adelph. loco, ubi Prorsus et Omnino simul ponuntur, non satis idoneum mihi videtur: quoniam non ad idem, sed ad duo pertinere videntur. Est enim hic ille ex fine Adelphorum locus, Nunc adeo si ob eam rem vobis vita mea invisa est, Æschine, Quia non justa injusta prorsus omnia omnino obsequor. Hic enim nemo (ut opinor) negarit posse Prorsus quidem cum nomine Omnia, at Omnino cum verbo Obsequor jungi. At Penitus et Prorsum ad unum idemque verbum pertinentia conjunguntur a Lucr.: Nam penitus prorsum latet hæc natura subestque. Quæ duo adverbia melius cum illis Homericis μάλα πάγχυ conveniunt: nisi alius reperiatur locus, ubi Omnino et Prorsus uni eidemque verbo itidem jungantur.

Inveniuntur autem alicubi geminata eadem adverbia: ut supra ex Eur. et Dem. habuisti αὖθις αὖ: ap. Aristoph. πάνυ πάνυ, item πάλαι πάλαι: sed hujusmodi geminatio inter pleonasmos numerari vix queat: cum aptissime ad figuram, quæ Anadiplosis vocatur, referri possit. Quin etiam extant quædam apud Græcos vocabula geminata, sed ita ut per compositionem in unicam vocem sint conflata: ex quibus est πάμπαν: perinde enim est ac si diceremus πᾶν πᾶν.

Habent Attici alios (i. e. aliarum vocum) pleonasmos, non ita positarum ἐκ παραλλήλου, ut λίαν πάνυ et πάνυ σφόδρα, neque ita geminatarum ut πάνυ πάνυ, (demus enim et hic esse pleonasmum,) sed vocibus, quæ plane aliam signif. habent, adjunctarum. Et quoniam in hoc numero est adverbium πάνυ, quod jam in exemplum præcedentium pleonasmorum attuli, nunc quoque exemplo mihi erit, et quidem primum. Aristoph. Nub. [901]: Οὐδὲ γὰρ εἶναι πάνυ φημὶ δίκην. Plato Polit. 1, [p. 332, E]: Ἆρα καὶ τοῖς μὴ πολεμοῦσιν ὁ δίκαιος ἄχρηστος; Οὐ πάνυ μοι δοκεῖ τοῦτο. Interdum autem dicitur πάνυ τι: ut a Xen. Cyrop. 1, p. 19 [c. 6, 21]: Οὔτε ζημίαις πάνυ τι θέλουσιν εἴκειν, οὔτε δώροις ἐπαίρεσθαι. Sic vero et initio ejusdem libri multa exempll. habent, Καὶ ὅμως οὐδὲ ὀλίγοις τούτοις πάνυ τι δυναμένους χρῆσθαι πειθομένοις· cum alioqui vulgatæ edd. scribant πάντη. Pro πάνυ τι autem invenitur scriptum et πάνυ τοι: ut etiam in illo, quem ex p. 19 modo protuli, loco: sed illa lectio huic præferenda mihi videtur. Ap. Eund. certe legitur et μηδέν τι πάνυ, Hell. 5, [4, 45]: Ἔφυγον μηδέν τι πάνυ διωκόμενοι· sive οὐδέν τι, ut in aliis exempll. legitur. Ceterum quod attinet ad hujus adv. ita usurpati interpret., si id omnino vacare judicemus, non est quod de eo interpretando soliciti simus: quoniam tamen apud Latinos itidem adverbia quædam hanc signif. habentia vacare videri possunt, eorum pariter mentio facienda est: ut vocabulum Græcum supervacaneum Latino supervacaneo, si videatur, interpretari quis possit. Dico igitur, Admodum, Magnopere, et Prorsus talem usum nonnunquam habere. Cic. Bruto: Curio literarum admodum nihil sciebat. Ibid., Nam plane quidem perfectum, et cui nihil admodum desit, Demosthenem facile dixeris. Ab Eodem talis usus et adverbio Magnopere tribui videtur; ut Verr. 6: Genus ipsum prius cognoscite, judices, deinde fortasse non magnopere quæretis quo nomine appellandum putetis. Idem Pro Roscio Amerino: Tametsi ita res se habet, ut mihi in communem causam sectorum dicendum nihil magnopere videatur. Idem Pro Roscio Comœdo: Et quorsum recidat responsum tuum, non magnopere laboro: (quemadmodum cum quis dicit Non multum de eo laboro, vel sum solicitus, aut Parum de eo laboro, significare volens se omnino non esse solicitum, seu nihil curare). Sed adverbium Prorsus magis etiam convenire cum hoc πάνυ videtur; præsertim cum eo hujus usu, quem nonnullis in Il. habet; ut enim in illo Aristoph., qui allatus ante fuit, legimus, Οὐδὲ γὰρ εἶναι πάνυ φημὶ τὴν δίκην, Non dico prorsus, i. e. Nullo modo dico, (pro Nego prorsus,) sic ap. Terent., Enimvero prorsus jam tacere non queo. Ejusdem sunt hæc quoque, Quid ita? nempe huic prorsus illam non dat. Quin etiam ut ap. Aristoph. habemus Nub. [733]: Ἔχεις τι; Μὰ Δί' οὐδὲν ἔγωγ'. Οὐδὲν πάνυ; sic apud eund. illum Comicum, Nihilne? Hem. Nihil prorsus. Magis inquam hoc adverbium Prorsus interpretationi illius πάνυ convenire videtur, quod talem usum habet. Fateor enim alicubi non omnino supervacaneum censeri posse πάνυ, ideoque tunc adverbio Magnopere s. Admodum reddi debere dico. Quamvis enim plerumque qui dicit Non magnopere laboro s. curo, vel Non admodum curo, significare vult Prorsus non curo, vel Nullo modo prorsus curo (ut Cic. post Plautum hos duos ablativos adverbio isti præfixit), non secus ac si diceretur Parum curo vel laboro, pro Ne parum quidem curo, vel Prorsus non curo (sicut ap. Hom. Il. E, 800: Ἦ ῥ' ὀλίγον οἱ παῖδα ἐοικότα γείνατο Τυδεύς, accipi censetur ὀλίγον pro οὐδ' ὀλίγον, vel οὐδέν, seu οὐδόλως: sicut ap. Soph. [Aj. 90] βαιὸν ἐντρέπεσθαι, pro οὐδόλως: et sicut μείων λόγος invenitur dictum pro οὐδεὶς λόγος): quamvis, inquam, talem usum adverbia illa plerisque locis habeant, in nonnullis tamen id verum non comperietur, opinor, ut qui dicit se non magnopere vel non admodum laborare, aut curare, significet se nullo modo prorsus laborare, aut curare. Ceterum qualis est adverbii πάνυ pleonasmus, talem et adverbii μάλα nonnullis in locis esse sciendum est. Ita enim dicitur interdum οὐ μάλα sicut οὐ πάνυ pro Non magnopere, admodum, valde, aut etiam Non prorsus, Nullo modo prorsus, sequendo ea, quæ modo dicta fuerunt. Præsertim vero cum responsioni negativæ adhibetur, præcedente particula οὐ, πλεονάζειν dici potest.

Ut autem adverbiorum πλεοναζόντων exempla protuli, sic pleonasmorum, qui in aliis partibus orationis spectantur, exempla proferenda sunt: exceptis ta-

men iis, de quibus jam a Grammatico vel a Corintho dictum fuit; aut de quibus ipse meis in illorum scripta Animadversionibus disserui. Alicubi enim verum quidem est quod de quibusdam vocibus tradunt, eas πλεονάζειν apud Atticos : sed nihil minus quam idonea pleonasmi earum exempla addunt, ut aliquot locis aperte ostendisse mihi videor. Gravius tamen in eo peccarunt, quod in vocum πλεοναζουσῶν numero quasdam ponant, quæ nullo modo πλεονάζειν dici possunt. Verum de his omnibus cum ibi dictum a me fuerit, eo te remitto, et ad pleonasmos reliquos, vel potius quos reliquos mihi fecit memoria, pergo. Particula ὅτι (sive conjunctionibus sive adverbiis et ipsa annumerari debeat, in ea signif., qua ponitur pro Gallico *Que :* ut cum ita loquimur, *Je dis que je feray cela,* quæ verba sonant, Dico quod hoc faciam, pro Dico me hoc facturum,) non raro πλεονάζειν, et quidem apud antiquiores etiam et primarios Græcæ linguæ scriptores, comperitur. Thuc. 5, p. 168 meæ ed. [c. 10] : Λέγει τοῖς μεθ' ἑαυτοῦ καὶ τοῖς ἄλλοις, ὅτι οἱ ἄνδρες ἡμᾶς οὐ μένουσι· p. 175 [c. 30] : Εἰρῆσθαι δ' ὅτι ἦν μὴ θεῶν ἢ ἡρώων κώλυμα ᾖ. Sic ap. eund. historicum, 4, p. 134 [c. 37] : Γνοὺς δὲ ὁ Κλέων καὶ ὁ Δημοσθένης ὅτι εἰ καὶ ὁποσονοῦν μᾶλλον ἐνδώσουσι, διαφθαρησομένους αὐτοὺς ὑπὸ τῆς σφετέρας στρατιᾶς. Sic et ap. Xen. ac Plat., nec non Demosth. invenitur πλεονάζουσα hæc particula ὅτι : sed in ea potius orationis forma, qualem primus ille Thuc. locus habet. Xen. Cyrop. 7, [3, 1] : Τῶν οὖν ὑπηρετῶν τις ἀπεκρίνατο ὅτι, ὦ δέσποτα, οὐ ζῇ, ἀλλ' ἐν τῇ μάχῃ ἀπέθανεν. Plato Apol. Socratis [p. 28, B] : Ἐγὼ δὲ τούτῳ ἂν δίκαιον λόγον ἀντείποιμι, ὅτι οὐ καλῶς λέγεις, ὦ ἄνθρωπε, εἰ οἴει, etc. Dem. Orat. de perperam obita legatione [p. 347, 27] : Ἀκούειν δὲ καὶ τῶν Εὐβοέων ἔφη τεταραγμένων, καὶ λεγόντων, ὅτι οὐ λελήθατε ἡμᾶς ἄνδρες πρέσβεις, ἐφ' οἷς πεποίησθε τὴν εἰρήνην πρὸς Φίλιππον. Idem alibi, Οὐδὲ γὰρ εἶχε καλῶς εἰπεῖν ὅτι, ἀλλ' ἔχουσιν ὁ δεῖνα καὶ ὁ δεῖνα. Legimus apud eundem oratorem, Ἔλεγε τοίνυν τότε πρὸς τοὺς δικαστὰς ὅτι ἀπολογήσεται δὲ Δημοσθένης ὑπὲρ αὐτοῦ, καὶ κατηγορήσει τῶν ἐμοὶ πεπραγμένων. Quod si his exemplis, quæ ex primariis (ut antea vocavi) linguæ Græcæ et quidem Atticæ scriptoribus deprompta sunt, addere aliqua ex recentioribus sumpta libeat, suppeditabit nobis Plutarchus, præsertimque in suis Apophth., ut inter Alexandri apophthegmata et quidem in eo, cui primum locum tribuit [p. 179, E], Τῶν δὲ παίδων λεγόντων ὅτι ταῦτά σοι κτᾶται· Τί δὲ ὄφελος, (εἶπεν,) ἐὰν ἔχω μὲν πολλὰ, πράξω δὲ οὐδέν; Sic in uno apophthegmatum Agathoclis [p. 176, E] : Πολιορκοῦντος δὲ πόλιν αὐτοῦ, τῶν ἀπὸ τοῦ τείχους τινὲς ἐλοιδοροῦντο, λέγοντες, ὅτι, ὦ κεραμεῦ, τὸν μισθὸν πόθεν ἀποδώσεις τοῖς στρατιώταις; Sed pleonasmus particulæ ὅτι talis est in omnibus Xen., Dem., Plut. ll., qualis in illo Thucydideo, quem primum attuli : addam autem et exemplum alterius pleonasmi, i. e. talis qualem in tertio Thuc. l. cernimus, (de secundo autem taceo, qui cum primo convenire potius videtur,) si prius ex N. T. hujus Attici pleonasmi aliquot exempla protulero. Ideo enim tot veterum scriptorum accumulare exempla libuit, ut tanto plus auctoritatis in illis hoc loquendi genus haberet, i. e. ut tanto magis testatum redderem, non ineptum et prorsus a linguæ Græcæ consuetudine alienum (ut multi putarunt) esse ibi hunc pleonasmum, sed contra ex ipsius Atticæ linguæ velut penetralibus petitum. Sunt vero in eodem N. T. alia pleraque, (de sermone loquor,) de quibus vulgus perperam sentit ac judicat : ut alibi aperte probaturum me spero. Nunc ad illa exempla accedens, incipiam ab isto Marci loco, 1, [40] : Καὶ γονυπετῶν αὐτὸν, καὶ λέγων αὐτῷ, ὅτι, ἐὰν θέλῃς, δύνασαί με καθαρίσαι· 6, [18] : Ἔλεγε γὰρ ὁ Ἰωάννης τῷ Ἡρῴδῃ, ὅτι οὐκ ἔξεστί σοι ἔχειν τὴν γυναῖκα τοῦ ἀδελφοῦ σου· cap. autem 10, [32] relinquitur subaudiendum participium λέγων ante particulam, Ἤρξατο αὐτοῖς λέγειν τὰ μέλλοντα αὐτῷ συμβαίνειν, ὅτι ἰδοὺ ἀναβαίνομεν εἰς Ἱεροσόλυμα, pro λέγων, ὅτι ἰδοὺ κτλ. Matth. 9, [18] : Ταῦτα αὐτοῦ λαλοῦντος αὐτοῖς, ἰδοὺ, ἄρχων ἐλθὼν προσεκύνει αὐτῷ, λέγων ὅτι, ἡ θυγάτηρ μου ἄρτι ἐτελεύτησεν· 20, [12] : Λέγοντες ὅτι, οὗτοι οἱ ἔσχατοι μίαν ὥραν ἐποίησαν. Sic et ap. Luc. 19, [42] : Λέγων ὅτι, εἰ ἔγνως καὶ σὺ, etc. Act. autem 15, 1, subauditur λέγοντες ante particulam ὅτι. Ita enim ibi scriptum est, Ἐδίδασκον τοὺς ἀδελφοὺς, ὅτι ἐὰν μὴ περιτέμνησθε, etc. Possunt quidem multo plura his exempla pleonasmi istius afferri, sed ei, qui his contentus non erit, plura sibi indé depromere facile fuerit. Ex horum autem locorum cum illis veterum scriptorum locis collatione jam patebit omnibus quàm non solum Græcum sit, sed etiam quam elegans id loquendi genus, quod contra non solum inelegans atque illepidum esse, verum etiam a Græci sermonis consuetudine abhorrere (ut paulo ante dixi) existimabatur. Mirum est autem veterem Interpretem in quibusdam suæ interpretationis locis hanc particulam retinuisse, in quibusdam contra eam omisisse. Si enim supervacaneam esse illam cognoscebat (ut certe id cognovisse illum ostendunt ll., in quibus eam prætermisit), cur non ubique eam omittebat? Sed magis etiam miretur quispiam (non immerito) eum in locis vicinis a seipso ita dissensisse, ut Marc. 6, [14] : Καὶ ἤκουσεν ὁ βασιλεὺς Ἡρῴδης, καὶ ἔλεγεν ὅτι Ἰωάννης ὁ βαπτίζων ἐκ νεκρῶν ἠγέρθη, καὶ διὰ τοῦτο κτλ., vertit ille (particulam ὅτι retinens), Et audivit rex Herodes, et dicebat, Quia Joannes Baptista resurrexit a mortuis, etc. At paucis interjectis eandem particulam omittit, cum ista, Ἀκούσας δὲ ὁ Ἡρῴδης εἶπεν ὅτι, ὃν ἐγὼ ἀπεκεφάλισα Ἰωάννην, οὗτός ἐστιν, ita interpr., Quo audito Herodes ait, Quem ego decollavi Joannem, hic a mortuis resurrexit. Parvi tamen in illo priore loco refert, aliisque hujusmodi, particulam hanc non prætermisisse, quod nullam ambiguitatem pariat : at nonnulli sunt ll., de quibus idem nequaquam dici potest, ut Apoc. 3, [17] : Ὅτι λέγεις ὅτι πλούσιός εἰμι· vertit enim, Quia dicis quod dives sum. Atqui sensus est, Quia dicis te divitem esse : qui autem Græcæ linguæ est imperitus, aut certe istum pleonasmum non novit, existimabit idem valere illa verba ac si diceretur, Quia me divitem esse dicis. Hoc quoque sciendum est, nonnullos esse ll., qui superioribus similes videri possint, ubi tamen quidam particulam hanc minime prætermittendam in interpretatione censuerint, verum affirmativa quapiam particula reddendam, ut Marc. 7, [6] : Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτοῖς ὅτι καλῶς προεφήτευσεν Ἡσαΐας περὶ ὑμῶν τῶν ὑποκριτῶν. Audivi enim quendam virum doctum, qui hoc in l. ὅτι reddendum existimaret, Sane, Equidem. At is, qui novissimæ et eruditissimæ Interpret. est auctor, vertit Enimvero. Illum autem locum Luc. cit., Λέγων ὅτι εἰ ἔγνως καὶ σὺ, κτλ., vertit Nempe si vel tu nosses, Bud. vero putat posse reddi per Quod : hoc modo, Quod si cognovisses et tu. At ego non secus isto in loco quam in aliis hujus generis, particulam istam πλεονάζειν arbitror : multosque alios esse dico, in quibus prætermittitur, ubi tamen nihilo magis omitti deberet, si in duobus istis prætermitti non debere constaret. Fateor alioqui particulam istam varios in N. T. usus, et fortassis illi peculiares, vel potius cum iis, quos habemus, veterum scriptis non communes habere : ut Matth. 7, [13] : Ὅτι στενὴ ἡ πύλη καὶ τεθλιμμένη ἡ ὁδὸς ἡ ἀπάγουσα εἰς τὴν ζωὴν, ubi vet. Interpr. reddit, Quam angusta porta et arcta via est quæ ducit ad vitam! (Non ignoro interim esse et aliam lectionem, τί στενὴ, sed non minus fortasse particulam τί admirative positam quam ὅτι mirari debeamus.) Est et ubi reddi debeat per Ut, conveniens cum Gallico *Que :* ut Matth. 8, [27] : Οἱ δὲ ἄνθρωποι ἐθαύμασαν, λέγοντες, Ποταπός ἐστιν οὗτος ὅτι καὶ οἱ ἄνεμοι καὶ ἡ θάλασσα ὑπακούουσιν αὐτῷ; Qualis est iste ut ipsi etiam venti ac mare ei morigerentur? Itidem Luc. 8, [25] : Τίς ἄρα οὗτός ἐστιν, ὅτι καὶ τοῖς ἀνέμοις ἐπιτάσσει καὶ τῷ ὕδατι, καὶ ὑπακούουσιν αὐτῷ; Verum ne hi quidem loci facere possunt ut in illis, de quibus modo disserebam, novam signif. huic particulæ tribuendam esse censeam : quin potius cum similes sint illi aliis plurimis et prope infinitis, in quibus vacat, (eodem modo quo in Thucydideis, Xenoph., Plat., Dem., quos protuli,) itidem prætermittendam in Lat. interpretatione censuerim. Sunt tamen aliqui loci, ubi hac de re dubitari possit : nimirum vacetne illa particula, an significationem suam retineat : sed

duo tantum sunt (si bene memini), in quibus illud nosse referat.

Enimvero quod ad scripturam horum locorum attinet, de illa me et antea dubitasse et nunc quoque dubitare fateor, utrum videlicet ante ὅτι an post, interpunctionis notam collocare oporteat : utrimque enim rationes afferri posse videntur. Exemplum utriusque scripturæ afferam in duobus ll., uno Xenophontis, altero Demosth. Habuimus enim e Xen. Cyrop. 7 : Τῶν οὖν ὑπηρετῶν τις ἀπεκρίνατο ὅτι, ὦ δέσποτα, οὐ ζῇ. Et ex Dem., Καὶ λεγόντων ὅτι οὐ λελήθατε ἡμᾶς, κτλ. Quid enim hic dicemus? an post ἀπεκρίνατο et λεγόντων, an post ὅτι interpunctionis notam poni debere? Si enim ita scribamus, ἀπεκρίνατο ὅτι Ὦ δέσποτα, οὐ ζῇ· itidemque λεγόντων ὅτι, Οὐ λελήθατε ἡμᾶς, objiciet quispiam, cum supervacanea sit hic particula ὅτι, verbo jungi non debere ut ei jungenda esset si supervacanea non foret, i. e. si alia forma orationis esset, veluti cum aliquid tanquam διηγηματικῶς dicitur, ut si ita loquar, ἀπεκρίνατο ὅτι οὐ ζῴη. Sin vero hoc modo scribamus ap. Xen. ἀπεκρίνατο, Ὅτι, ὦ δέσποτα, οὐ ζῇ; itidemque ap. Dem. λεγόντων, Ὅτι οὐ λελήθατε ἡμᾶς, merito queretur quispiam locum huic particulæ ὅτι tribui, qui nullo pacto convenire ei potest. Ego igitur (tanquam ex duobus malis minus eligens) in eam sententiam magis inclino ut particulam istam verbo conjungamus, sicut ei, cum signif. suam retinet, conjungi solet : perinde ac si is, qui ita loquitur, λεγόντων ὅτι οὐ λελήθατε, volens subjungere huic particulæ οὐ, λελήθοιεν, et ita signif. suam et verum usum ei relinquere, suæ orationis cursum ipsemet velut interrumperet, dicens, λεγόντων ὅτι οὐ λελήθατε. Idemque et de locis illis sentiendum est, in quibus verbum a particula ὅτι aliquantum remotum est : ut in eo, qui primus ex Thuc. [5, 10] allatus fuit, Λέγει τοῖς μεθ' ἑαυτοῦ καὶ τοῖς ἄλλοις ὅτι οἱ ἄνδρες οὐ μένουσι. Itidem enim hic post ὅτι, (si quidem illa sententia aliis quoque magis placeat,) interpungendum fuerit, hoc modo, Λέγει τοῖς μεθ' ἑαυτοῦ καὶ τοῖς ἄλλοις ὅτι, Οἱ ἄνδρες ἡμᾶς οὐ μένουσι. Sciendum est porro aliquos esse ll., in quibus fortassis itidem supervacaneam esse particulam ὅτι quispiam judicaturus sit, subjunctam videlicet alicui eorum verborum, quæ in præcedentibus exemplis habemus : cum ego contra ibi pleonasmum minime agnoscam, ac minime agnosci debere existimem. Talis est hic Xen. Hell. p. 363 [7, 1, 25] : Ἐκ δὲ τούτου ἐρωτώμενος ὑπὸ βασιλέως ὁ Πελοπίδας τί βούλοιτο ἑαυτῷ γραφῆναι, εἶπεν ὅτι Μεσσήνην τε αὐτόνομον εἶναι ἀπὸ Λακεδαιμονίων, καὶ Ἀθηναίους ἀνέλκειν τὰς ναῦς. Hic enim non dubito quin plerique particulam ὅτι vacare itidem existimaturi sint; at ego nihil minus quam vacare dico, quod cum βούλοιτο jungi possit ac debeat, ex proxime præcedentibus repetito. Neque tamen hac de re valde pertinaciter contendere velim.

Sed cum omnium exemplorum, quæ e Xen., Dem., Plut. et N. T. attuli, nullum sit quod cum illo Thucydideo conveniat, cui tertia sedes a me data fuit; atque adeo aliam quam in cetèris omnibus pleonasmi formam ibi habeat particula ὅτι, ne quis eam Thucycydidi peculiarem esse existimet, ejus quoque exemplum e Xen. proferam. Legimus enim ap. eum, Cyrop. 5, [4, 1] : Ἐνόμισεν ὅτι εἴ τι οὗτος πάθοι, αὐτὸς ἂν λαβεῖν παρὰ τοῦ Ἀσσυρίου πάντα τὰ Γαδάτα. Quemadmodum enim in illo Thuc. l. [4, 37], Γνοὺς δὲ ὁ Κλέων καὶ ὁ Δημοσθένης ὅτι εἰ καὶ ὁποσονοῦν μᾶλλον ἐνδώσουσι, διαφθαρησομένους αὐτοὺς ἀπὸ τῆς σφετέρας στρατιᾶς, vacat ὅτι ante διαφθαρησομένους, cum alioqui dicendum fuisset ὅτι διαφθαρήσονται αὐτοὶ etc., ita in hoc Xenophontis vacat ὅτι ante λαβεῖν : cum alioqui dicendum fuisset ὅτι λήψεται vel λήψοιτο. Fateor tamen in quibusdam exempll. illam particulam ὅτι non extare ; sed sublatam ab aliquo, qui istum ejus pleonasmum cognitum non haberet, non immerito fortasse suspicabimur. Quin etiam aliis plerisque locis idem contigisse credibile est. Est vero et tertius quidam particulæ ὅτι pleonasmus post εὖ οἶδα, ut in Dem. Philipp. 3 init.: Καὶ πάντων εὖ οἶδ' ὅτι φησάντων γ' ἄν, εἰ καὶ μὴ ποιοῦσι τοῦτο, καὶ λέγειν δεῖν καὶ πράττειν ἅπασι προσήκειν. Hic enim satis fuisset εὖ οἶδα interjectum per parenthesin, (ut etiam εὖ οἶδ' ὅτι interjici existimandum est,) ideoque πλεονάζειν hic quoque particulam ὅτι merito dixerimus. At Bud. non ὅτι duntaxat, sed totum hoc loquendi genus vult esse τῶν παρελκόντων in isto ejusdem oratoris loco Περὶ παραπρ.: Πολλὰ δὲ καὶ δεινὰ κατηγορεῖν ἔχων ἔτι πρὸς τούτοις ἕτερα, βούλομαι πρὸ πάντων ὧν μέλλω λέγειν, μνημονεύοντας εὖ οἶδ' ὅτι τοὺς πολλοὺς ὑπομνῆσαι. Itidemque in isto, qui ap. Eund. legitur [ib. p. 428, 26] : Ἐκεῖνοι τοίνυν, ὡς ἅπαντες, εὖ οἶδ' ὅτι, τὸν λόγον τοῦτον ἀκηκόατε, Καλλίαν τὸν Ἱππονίκου μικροῦ δεῖν ἀπέκτειναν. Equidem quid sibi voluerit Bud., dicens verba ista εὖ οἶδ' ὅτι esse supervacanea, cogitare non possum, vel potius satis mirari nequeo quid cogitans hoc scripserit : cum minime supervacanea esse hæc εὖ οἶδα, sed tantum particulam ὅτι, quæ illis subjungitur, vacare, vel vernaculus sermo docere quemlibet possit, utpote in quo istam signif. habentia verba itidem interjiciuntur. Atque adeo apud Latinos interdum verbum Scio ita interjectum reperitur : sicut et Memini ap. Ovid. plerisque locis. Ne tamen hoc Bud. aliter scripsisse putemus, facit quod subjungit, Alibi videtur locum suum tenere, Τὸ μὲν ἐκ τούτων λαμβάνειν δῶρα, ἐξ ὧν ἡ πόλις βλάπτεται, πάντες εὖ οἶδ' ὅτι φήσαιτ' ἂν εἶναι δεινόν. Ubi etiam mirum est eum, tanquam affirmare non audentem, dixisse duntaxat, videri locum suum tenere. Imo vero dicendum erat, εὖ οἶδα quidem utrobique locum suum tenere, et illic ubi per parenthesin, et hic ubi citra parenthesin ponitur; sed particulam ὅτι hic quidem locum suum tenere, (est enim πάντες εὖ οἶδ' ὅτι φήσαιτ' ἄν, pro εὖ οἶδ' ὅτι πάντες φήσαιτ' ἄν,) at illic non item. Habemus autem εὖ οἶδα sine ὅτι parenthetice itidem positum, i. e. per parenthesin, ap. Xen. Cyrop. 2, p. 1 [c. 1, 5] : Ἐγὼ μὲν οἶμαι ἱππέας μὲν ἄξειν οὐ μεῖον δισμυρίων, ἅρματα δ' εὖ οἶδ' οὐ πλείω διακοσίων, πεζοὺς δὲ οἶμαι παμπόλλους. Hic, inquam, habemus εὖ οἶδα sine illa particula ὅτι : quæ duo verba esse hic quoque per parenthesin interjecta; non autem vacare dici possunt : nihilo magis quam οἶμαι, quod in fine ejusdem sententiæ ponitur. Sed de οἶμαι tamen ut id in eo loco dici non possit, at in nonnullis posse dici videtur. Libet autem quendam Plat. Apol. locum præcedentibus addere, in quo εὖ οἶδ' ὅτι non itidem per parenthesin positum est, sed aliter tamen quam in eo Dem. loco, qui postremo allatus fuit. In illo enim Platonico [p. 37, B] ita scriptum est, Ἀντὶ τούτου ἕλωμαί τι ὧν εὖ οἶδ' ὅτι κακῶν ὄντων; Sed ratio hujus structuræ orationis hæc esse videtur, quod ante ὧν subauditur ἐκείνων : atque adeo ponatur articulus postpositivus, s. pronomen relativum (loquendo more Latino) in genitivo, ut conveniat cum ἐκείνων subaudito : ut cum dico χρῶμαι οἷς ἔχω βιβλίοις, ideo dativo οἷς utor, quod subaudiatur ἐκείνοις : perinde ac si diceretur χρῶμαι ἐκείνοις βιβλίοις οἷς ἔχω. Ceterum ut ὅτι vidimus πλεονάζειν cum apud alios, tum ap. Dem., præcedentibus verbis λέγειν, vel εἰπεῖν, vel ἀποκρίνασθαι, ita etiam ὡς cum λογοποιεῖν (quod tamen non itidem præponitur, sed postponitur), idem pleonasmi genus efficere sciendum est, C. Mid. [p. 578, 13] : Ἐμοὶ μὲν νὴ τὸν Δία καὶ τὸν Ἀπόλλω καὶ τὴν Ἀθηνᾶν, (εἰρήσεται γὰρ, εἴτ' ἄμεινον, εἴτε μή,) ὅθ' οὗτος ὡς ἀπήλλαγμαι, περιὼν ἐλογοποίει, ἐνδηλοί τινες ἦσαν ἀχθόμενοι τῶν πάνυ τούτων λαλούντων ἡδέως· vel potius τούτῳ, ut in vet. exempl. legitur. Est enim Midias qui inducitur hic dicens ἀπήλλαγμαι : estque ita accipiendus hic locus ac si talis verborum ordo esset, Ὅτε οὗτος περιὼν ἐλογοποίει ὡς ἀπήλλαγμαι, pro eo quod dicendum fuisset ἐλογοποίει ἑαυτὸν ἀπηλλάχθαι.

Attici, ut sunt φιλομέτοχοι, etiam μετοχὰς habent sæpenumero πλεοναζούσας : neque enim vacare duntaxat participium ἔχων existimandum est, (de quo pleonasmo ap. Corinthum disserui, Articulo LXX,) sed alia pleraque. Inter illa autem locum non postremum obtinet φέρων. Æschin. [p. 65, 24] : Καὶ ἐς τοῦτο φέρων περιέστησε τὰ πράγματα, ὥστ' εἰ μὲν μὴ πέμποι Φίλιππος πρέσβεις, καταφρονεῖν αὐτὸν ἔφη τῆς πόλεως. Synes.: Ἐπέδωκέ μοι φέρων ἐπιστολὴν τὸ σὸν ἐπιγεγραμμένην ὄνομα. Interdum autem cum pronomine reciproco, ut ap. Lucian. [Merc. cond c. 24] : Σεαυτὸν αὐτῇ φιλοσοφίᾳ [ἀρετῇ καὶ σοφίᾳ] φέρων ἀπημπάληκας.

Sic Greg. Naz. dixit, Τῷ μέν γε κλήρῳ φέροντες ἑαυτοὺς ἐγκατέλεξαν. Est interdum φέρων (inquit Bud.) pars orationis ornatus magis causa quam significationis posita. Greg. Naz.: Τῷ μέν γε κλήρῳ φέροντες ἑαυτοὺς ἐγκατέλεξαν, Nomina inter clericos dare cœperunt. Hinc si tollas verbum φέροντες, eadem erit sententia. Idem, Καὶ τούτοις φέροντες τὴν τοῦ Θεοῦ δόξαν προσέθηκαν. Quibus addit et Luciani locum, quem modo protuli, Σεαυτὸν αὐτῇ φιλοσοφίᾳ φέρων ἀπημπόληκας· quem ita interpretatur, Te ipsum cum ipsa philosophia venumdedisti. Hoc item modo, magis ad verbum, Te ipsum addictum ivisti cum ipsa philosophia. Subjungit et illum Æschinis locum: cui fere simile ait esse istud Sallustianum, Bonorum præmia ereptum eunt, pro Eripiunt. Et rursus, Fuere tamen cives, qui sese remque publicam obstinatis animis perditum irent. Item ap. Terent. Heautont.: Hoc vide, in mea vita tu tibi laudem is quæsitum scelus. His autem et alia id genus exempla ex Latinis auctoribus adjicit, quæ tibi apud eum videnda relinquo, si quidem hoc loquendi genus cum Græco convenire videbitur. Mihi quidem certe parva inter hæc affinitas esse videtur: qui Linacrum contra multo aptiora hujus pleonasmi attulisse ex Latinis exempla existimo: quæ tamen tanquam dubitabundus affert. Græci sunt (inquit) et illi pleonasmi: Virg., OEstron Graii vertere vocantes; Georg. 3: Sæpe volutabris pulsos sylvestribus apros Latratu turbabis agens; Æn., Et divum amplexæ simulacra tenebant. Et rursus, Clypeoque sinistram Insertabam aptans. In quibus vel redundant participia illa, Vocantes, Agens, Amplexæ, Aptans; vel subaudiendum est pronomen pro loco, Illum, Illos, vel Illa, ut sit ellειpsis. Græcis namque hæc ratio familiarissima. Aristoph. [Pl. 972]: Ἀλλ' οὐ λαχοῦσ' ἔπινες ἐν τῷ γράμματι; Idem [ib. 468]: Φέρε νῦν (νόμος γάρ ἐστι) τὰ καταχύσματα Ταυτὶ καταχέω σου λαβοῦσα. Idem [ib. 974]: Οὐκοῦν ἐρεῖς ἀνύσασα τὸν κνισμὸν τίνα; Hæc ille: qui cum dicit Græcis hanc rationem esse familiarissimam, id de pleonasmo potius quam de ellειpsi intelligit; neque enim itidem pronomen commode subaudiri posset. Debuit tamen pleonasmi Græci alia potius exempla quam hæc (quæ ex Aristoph. Pluto sumpta sunt) afferre; aut certe unico, cui secundum locum dedit, contentus esse. In eo enim versu participium λαβοῦσα per pleonasmum adjici dicere possumus; at de λαχοῦσα et de ἀνύσασα nihil tale dici potest. Nam ad λαχοῦσα quidem quod attinet, ei subjungitur παρ' ὑπόνοιαν verbum ἔπινες pro ἐδίκαζες, quod expectabatur post illud participium, quo consuetudo judices sorte constituendi declaratur: tantum abest ut supervacaneum censeri queat. At vero ἀνύσασα participium est adverbii vim habens. Dicunt enim Græci, præsertimque Attici, ἀνύσας τοῦτο ποίει, Propere hoc facito. Cujus signif. exemplum ex illa ipsa hujus poetæ comœdia afferam. Legimus enim ibi, Λέγ' ἀνύσας ὅ,τι φῄς ποτε. Aliud in ejusdem Nubibus habes, non minus idoneum [181]: Ἄνοιγ', ἄνοιγ' ἀνύσας τὸ φροντιστήριον, Aperi, aperi propere, vel, sine ulla cunctatione; (nam ipsemet μέλλειν, quod est Cunctari, opponit huic ἀνύειν, Pl. [607]: Ἀλλ' οὐ μέλλειν χρή σ', ἀλλ' ἀνύειν). Sic ap. Eund. legimus, Πέραινε τοίνυν ἀνύσας. (Alicubi autem et particulam τὶ adjicit, ut in Vesp. init., Λέγε νῦν, ἀνύσας τι, τὴν τρόπιν τοῦ πράγματος. Sic alibi [Nub. 635], Ἀνύσας τι κατάθου.) Qua igitur signif. hic λέγ' ἀνύσας dicitur, eadem illic ἐρεῖς ἀνύσασα. Unde fit ut aliena ab eo, quod probare voluit, exempla protulerit, quod ad hæc duo attinet. Quale autem in tertio illo est λαβοῦσα, tale est λαβὼν in isto Bionis [5, 4] versu, Μέλπειν μοι, φίλε βοῦτα, λαβὼν τὸν Ἔρωτα δίδασκε. Sed enim injuriam Homero facere mihi videor, quod non more meo exemplis ex eo sumptis primum locum dederim. Eo quidem certe dignissimus esse censendus est, vel hoc nomine quod (ut antea dixi) ex ejus fontibus omnis propemodum sermonis Græci lepos derivatus sit. Verum hic saltem exempla illa collocabo, antequam longius progrediar. In iis est participium φέρων (a quo initium hujus sermonis sumpsi), nec non participium ἄγων, utrumque aperte πλεονάζον. Habes igitur φέρων (ut de illo prius agam) cum verbo διδόναι, ut Hom. Od. P, [345]: Δὸς τῷ ξείνῳ ταῦτα φέρων· I, [361]: Τρὶς μὲν ἔδωκα φέρων. Cum verbo θεῖναι, ut Ψ fin.: Αὐτὰρ Πηλείδης κατὰ μὲν δολιχόσκιον ἔγχος Καδδὲ λέβητ' ἄπυρον βοὸς ἄξιον ἀνθεμόεντα Θῆκ' ἐς ἀγῶνα φέρων. Item Υ, [96] cum composito ἐκθεῖναι: Ἐκ δὲ βοείην Θῆκε θύραζε φέρων. Cum verbo στῆσαι, Od. A, [128]: Ἔγχος μέν ῥ' ἔστησε φέρων πρὸς κίονα μακρὴν, Δουροδόκης ἔντοσθεν ἐϋξόου. Cum hoc autem ipso verbo junctum habemus participium ἄγων, B, [558]: Αἴας δ' ἐκ Σαλαμῖνος ἄγεν δυοκαίδεκα νῆας, Στῆσε δ' ἄγων ἵν' Ἀθηναίων ἵσταντο φάλαγγες (ubi observa etiam præcedere ἄγεν in altero versu). Sic et Il. X, [349]: Οὐδ' εἴ κεν δεκάκις τε καὶ εἰκοσινήριτ' ἄποινα Στήσωσ' ἐνθάδ' ἄγοντες, ὑπόσχωνται δὲ καὶ ἄλλα. At cum verbo θεῖναι, Il. Ψ, [597]: Ἦ ῥα, καὶ ἵππον ἄγων μεγαθύμου Νέστορος υἱὸς Ἐν χείρεσσι τίθει Μενελάου. Ex his (inquam) locis aliisque hujusmodi non dubium est quin Homeri posteri hujus pleonasmi exemplum sumpserint, quod tamen in participio φέρων potissimum imitati sunt.

Apud eundem poetam legisse mihi videor participium ἰὼν itidem πλεονάζον. In soluta autem oratione frequentissimus est participii ἀπιὼν usus cum οἴχεται, vel potius ᾤχετο. Xen. Hell. 4, [1, 11]: Ὤχοντο ἀπιόντες εἰς Σάρδεις πρὸς Ἀριαῖον. Dem. [p. 246, 19]: Καὶ γὰρ, εἰ μὲν, ὡς ἐκράτησε, Φίλιππος ᾤχετ' εὐθὺς ἀπιών, καὶ μετὰ ταῦτ' ἦγεν ἡσυχίαν. Plato Phædone [p. 106, E]: Τὸ δ' ἀθάνατον, σῶν καὶ ἀδιάφθορον οἴχεται ἀπιόν. Cum hoc autem pleonasmo affinitatem habere existimatur iste Aristophanicus, Ran. [35]: Καὶ γὰρ ἐγγὺς τῆς θύρας Ἤδη βαδίζων εἶμι τῆσδε.

Nonnulla præterea esse participia sciendum est, quæ an inter πλεονάζοντα numerari debeant dubium esse possit. Tale est καθίσας, (quoniam aliud exemplum mihi non suggerit nunc memoria,) Luc. 16, [6]: Δέξαι σου τὸ γράμμα, καὶ καθίσας ταχέως γράψον πεντήκοντα. Sic et 14, [31]: Καθίσας ψηφίζει, item Καθίσας βουλεύεται.

Verba quoque nonnulla πλεονάζουσιν apud Atticos, vel potius πλεονάζειν videntur: quæ per parenthesin poni solent. Ex eorum numero est οἶμαι: quod tamen Bud. dicens παρέλκειν apud Demosthenem: Καὶ τὰ τοιαῦτα ζηλωτά ἐστιν, οἶμαι, καὶ λαμπρὰ, simul dicit accipi pro Utique, Nimirum. Sic οἴει ap. Plat. inveniri ἀργὸν ait, De rep. 6, [p. 486, C]: Ἀνόνητα δὲ πονῶν, οὐκ οἴει ἀναγκασθήσεται τελευτῶν αὐτόν τε μισεῖν καὶ τὴν τοιαύτην πρᾶξιν; Nonne cogetur? Annon tandem cogetur? Ib. 7, [p. 530, B]: Οὐκ ἄτοπον οἴει ἡγήσεται τὸν νομίζοντα γίνεσθαί τε ταῦτα ἀεὶ ὡσαύτως καὶ οὐδαμῇ οὐδὲν παραλλάττειν; Hæc ille; sed ego dixerim potius οὐκ οἴει ἀναγκασθήσεται accipi pro οὐκ οἴει ὅτι ἀναγκασθήσεται, Nonne putas fore ut cogatur? Itidemque in altero loco pro οἴει ὅτι ἡγήσεται. Commode autem parentheseως notis includetur hoc οἴει.

Nomina etiam nonnulla sunt illis πλεονάζοντα, s. παρέλκοντα. Ex quibus frequentissimum est τὶς, non solum cum ποῖος, et similibus, sed et cum aliis adjectivis, i. e. alius generis signif. habentibus. Sed afferam primum exempla ejus, quod nomini ποῖος annectitur. Quod nomen non solum post se, sed et ante se particulam πλεονάζουσαν habere potest; nam ut ποιόν τινα dicunt Attici pro ποῖον, ita etiam τὸν ποῖον: vacante hic articulo τὸν, ut illic nomine τινά. Et (quod magis mirari quis possit) interdum geminum pleonasmum nomen illud recipit, veluti cum dicitur τὰ ποῖα ἄττα. Sed hac de re postea: nunc ad exempla venio nominis ποῖος adjunctum habentis τις: quod ita vacat ut Nam apud Latinos, cum pro Qualis dicunt Qualisnam. Isocr. Ad Philipp. [p. 110, D]: Ποίους τινὰς χρὴ προσδοκᾶν τοὺς ἐπαίνους ἔσεσθαι τοὺς περὶ σοῦ ῥηθησομένους; Item in interrogatione non directa, Dem.: Βουλευομένων ὑμῶν οὐ περὶ τοῦ εἰ ποιητέον τὴν εἰρήνην, ἀλλ' ὑπὲρ τοῦ ποίαν τινά. Aristot. Eth. 2, 6: Δεῖ δὲ μὴ μόνον οὕτως εἰπεῖν, ὅτι ἕξις, ἀλλὰ καὶ ποία τις. (Ubi tamen scriptum est ποιά τις, sicut in loco proxime præcedente ποιάν τινα: sed hæc scriptura controversia non caret.) Legimus ap. Eund. in Polit. 7, [6]: Περὶ μὲν οὖν τῶν πολιτευομένων, πόσους τε ὑπάρχειν δεῖ καὶ ποίους τινὰς τὴν φύσιν, ἔτι δὲ τὴν χώραν πόσην τέ τινα καὶ ποίαν τινὰ, ὥρισται σχεδόν. Et particula δὲ interjecta, ap. Lucian.: Ποῖος δέ τίς ἐστι; Nonnun-

quam vero non δὲ, sed δὴ interjicitur : ut ποῖον δή τι, ap. Plat.

Itidem vero cum ὁποῖος jungitur, et cum οἷος : item cum ποιὸς, quod oxytone scribitur : nec non cum τοιοῦτος, s. τοιόσδε. Exemplum τοῦ ὁποῖός τις habes ap. Xen. Cyrop. 3, [3, 35] : Ἐγὼ δὲ ὑμῖν παραινῶν ὁποίους τινὰς χρὴ εἶναι ἐν τῷ τοιῷδε, αἰσχυνοίμην ἄν. Item ap. Dem. : Χρὴ δὲ, ὅταν τιθῆσθε τοὺς νόμους, ὁποῖοί τινές εἰσι, σκοπεῖν. Sic in isto Ejusdem l., Οὐ γὰρ ὅστις ὁ πάσχων, ᾤετο δεῖν σκοπεῖν, ἀλλὰ τὸ πρᾶγμα ὁποῖόν τι τὸ γινόμενον. At οἷός τις non ita receptum est ut ποῖός τις vel ὁποῖός τις. Exemplum illius ex Galeno habemus, Ad Glauc. 1 : Ἐν οἷς μάλιστα μὲν, εἰ οἷόν τε, κατὰ τὴν πρώτην ἡμέραν διαγνωστέον οἷός τις ἐστὶν ὁ πυρετός. At ποιὸς oxytone scriptum sequente τις, frequentissime ap. Aristot. occurrit, ut Eth. 1, 9 : Αὕτη πλείστην ἐπιμέλειαν ποιεῖται τοῦ ποιούς τινας καὶ ἀγαθοὺς τοὺς πολίτας ποιῆσαι· Polit. 6 : Ὅτι μὲν οὖν αὕτη τῶν δημοκρατιῶν ἀρίστη, φανερὸν, καὶ διὰ τίν' αἰτίαν· ὅτι διὰ τὸ ποιόν τινα εἶναι τὸν δῆμον. Apud Eund. De gener. anim. 4, interjecta particula γὰρ inter ποιὰ et τις (ut antea inter ποῖος et τις interjici vidisti δὲ et δή) : Ποιὰ γάρ τις γίνεται μάλιστα ἡ τροφὴ, καὶ ἡ τοῦ σώματος διάθεσις, διά τε τὴν κρᾶσιν τοῦ περιεστῶτος ἀέρος καὶ τῶν εἰσιόντων. Legimus itidem ap. Theophr. C. Pl. 6 : Δεῖ δὲ καὶ αὐτὴν τὴν ὕλην ποιάν τινα προϋπάρχειν. Dixi jungi τις et cum τοιοῦτος sive τοιόσδε. Cujus adjectionis exemplum habes ap. Polyb. : Ἐγένετο δὲ ἡ διακομιδὴ τῶν θηρίων τοιαύτη τις. Apud Eund. : Εἰσὶ δὲ συνθῆκαι τοιαίδέ τινες. (At vero ap. Thuc. ordine permutato et interjecta particula καὶ legimus, 8 : Ἦν δέ τι καὶ τοιοῦτον ἀπὸ τῶν κατηγορίαν ἐχόντων. Sic etiam l. 4 : Ἅμα δέ τι καὶ εἰρήκεσαν τοιοῦτον. Sed in hisce duobus Thuc. locis, aliisque ejusmodi, nequaquam vacare itidem hanc particulam dixerim : ac ne dici quidem ullo modo potest, cum τοιοῦτον ei hic jungatur tanquam suo substantivo.) Jungi autem τις et cum ὅς, notius est quam ut a me doceri necesse sit. Passim enim occurrit ὅστις, ἥτις, et οἵτινες, αἵτινες, pro ὅς, ἥ, οἵ, αἵ. Atque adeo ita hæc apud quoslibet scriptores trita sunt, ut non magis Atticæ linguæ quam communi ascribenda videri queant.

Ut autem πλεονάζει particula τις cum nominibus qualitatem significantibus, ita etiam cum illis, quibus quantitas declaratur. Cujusmodi sunt πόσος et ποσὸς, item πολὺς et ὀλίγος, nec non μακρὸς, μέγας, μικρός. Cum πόσος junctum habuisti in quodam Aristot. loco, quem paulo ante protuli ex Polit. 7, cum de ποιός τις agerem : ut autem ibi habes τις cum πόση, sic τινὲς cum πόσαι vel πόσοι jungi sciendum est. Cum πολὺς autem, præsertimque cum plurali πολλοὶ, ap. Thuc. observavi nomen illud junctum frequentius quam ap. quenquam alium. Cum singulari, ut init. 6, [1] : Καὶ ὅτι οὐ πολλῷ τινὶ ὑποδεέστερον πόλεμον ἀνηροῦντο ἢ τὸν πρὸς Πελοποννησίους. At τινὲς cum plurali πολλοὶ, non itidem præcedente, sed sequente, 6, p. 229 [c. 94] : Καὶ τῶν Συρακουσίων περιτυχόντες τισὶν οὐ πολλοῖς. Sic 4, p. 145 [c. 72] : Καὶ ἄλλους τινὰς οὐ πολλούς (observaque obiter et οὐ πολλοὺς pro ὀλίγους, ut initio p. 236 dicit vicissim μὴ ὀλίγους pro πολλούς). Idem vero et de ceteris sentiendum est, nisi quod frequentius cum πολὺ et ὀλίγον sive πολλοὶ et ὀλίγοι quam cum illis jungitur. Verum et numeralibus nominibus annectitur plerumque τινὲς ap. Thuc. Ut 7, p. 263 [c. 87] : Καὶ ἡμέρας μὲν ἑβδομήκοντά τινας οὕτω διητήθησαν ἀθρόοι. Sic p. 269 [8, 21] : Διακοσίους μέν τινας τοὺς πάντας τῶν δυνατῶν ἀπέκτεινε. Est autem rationi consentaneum ut quemadmodum dicitur πολλοί τινες et ὀλίγοι τινὲς, ita etiam ἑβδομήκοντά τινες dicatur, itidemque præfixo alio numero : quoniam ut πολλοὶ et ὀλίγοι ad quantitatem, quam vulgo discretam vocant, pertinet, eodem modo et numeralia nomina ad eam pertinere dicenda sunt. Sed lectorem hic celare nolim, quod mihi aliquando in mentem venit illos Thuc. locos legenti : nimirum non vacare fortassis τινὲς numeralibus illis nominibus præfixum, sed eum potius usum habere, quem apud nos *Quelques*, quod significat τινές. Cum enim dicimus, *Il a demeuré là quelques vingt jours*, ad verbum, Commoratus ibi est aliquos viginti dies, perinde est ac si diceremus Commoratus ibi est circiter viginti dies. Sed Latini quidem sermonis consuetudo non patitur ut adjectivum illud Aliquos ea in signif. usurpemus; contra vero suspicor nos Thucydidis exemplo posse Græco adjectivo τινὰς ita uti : et verbum verbo reddentes dicere, Διέτριψεν ἐκεῖ εἴκοσί τινας ἡμέρας. Sic etiam, *Ils estoient en tout quelque trente personnes*, τριάκοντά τινες ἦσαν οἱ πάντες.

Pleonasmus particulæ τις cum πᾶς etiam reperitur, et ἕκαστος, nec non αὐτός. Thuc. 7, p. 262 [c. 84] : Ἐσπίπτουσιν οὐδενὶ κόσμῳ ἔτι, ἀλλὰ πᾶς τέ τις διαβῆναι πρῶτος βουλόμενος· 2, [41] : Καὶ τῶν λειπομένων πάντα τινὰ εἰκὸς ἐθέλειν ὑπὲρ αὐτῆς κάμνειν. Idem alibi [6, 31], Ὃ τις ἕκαστος προσετάχθη (ubi observa τις præcedere). Idem [3, 45] : Ὡς ἑκάστη τις κατέχεται ὑπ' ἀνηκέστου τινὸς κρείττονος. Idem 1, [43] : Οἷς προείπομεν τοὺς σφετέρους ξυμμάχους αὐτόν τινα κολάζειν. Et 6, [77] : Οἰόμεθα, τοῦ ἄπωθεν ξυνοίκου προαπολλυμένου, οὐκ ἐς αὐτόν τινα ἥξειν τὸ δεινόν. Significatur autem his tribus, πᾶς τις, ἕκαστός τις, αὐτός τις, Unusquisque. Estque sciendum hunc scriptorem in uno eodemque orationis membro tria hæc usurpasse, sed addendo particulam τις uni tantum illorum, nimirum πᾶς, quod primum ibi collocatur, 7, p. 257 [c. 70] : Πᾶς τέ τις, ἐν ᾧ προσετέτακτο, αὐτὸς ἕκαστος ἠπείγετο πρῶτος φαίνεσθαι.

Quin etiam cum adjectivis aliud significationis genus habentibus quam præcedentia, non raro πλεονάζουσα hæc particula τις invenitur. Sic πένης τις καὶ ἀπράγμων, ap. Dem. [p. 541, 18] : Ἄνθρωπος πένης μέν τις καὶ ἀπράγμων. Sic jungitur cum δυσμαθὴς, sed præcedens, non sequens; ap. Plat. Polit. 2, [p. 358, A] : Ἀλλ' ἐγώ τις, ὡς ἔοικε, δυσμαθής. Sic etiam παχύς τις et λυπηρός τις et περιττός τις dicuntur. Greg. Naz. : Ὡς λίαν ὄντως παχύς τις εἶ, καὶ πόρρω τοῦ πράγματος, εἰ τοῦτο ἀπορεῖς. Ap. Eund. : Τοῦ μὴ δοκεῖν εἶναι περιττοί τινες, μηδὲ φιλοτιμότεροι τοῦ δέοντος. Illud autem λυπηρός τις ap. Basil. legitur : Ἐγὼ μὲν ᾤμην, ἀγαπητοὶ, σφοδρότερον ἑκάστοτε τοῦ λόγου τὸ κέντρον προσάγων, λυπηρός τις εἶναι δόξειν ὑμῖν. Invenitur autem hic pleonasmus et præcedente ipsa particula τις ap. Theocr. [7, 37], sicut in loco Plat., quem modo attuli : Καὶ γὰρ ἐγὼ μοισᾶν καπυρὸν στόμα, κἤμε λέγοντι Πάντες ἀοιδὸν ἄριστον· ἐγὼ δέ τις οὐ ταχυπειθής. Pro quibus habet hæc Virg. : Et me fecere poetam Pierides : sunt et mihi carmina : me quoque dicunt Vatem pastores; sed non ego credulus illis. Quæ postrema verba plane respondent illis, ἐγὼ δέ τις οὐ ταχυπειθής. In alio ejusdem Theocr. loco, Ἐγὼ δέ τις ἦν ἀνέραστος. Participio quoque adhærens extat ap. Xen. Cyrop. 8, [3, 30] : Μαινόμενος γάρ τίς ἐστιν, ὡς ἔοικεν. Ubi obiter observa etiam ὡς ἔοικεν, sic additum ut in illo Plat. loco. Quamvis autem hic junctum sit adjectivis, quæ in reprehensionem potius quam in laudem dicuntur, interdum tamen his, non illis, jungi sciendum est : dicique καλός τις, et σοφός τις, itidemque aliis hujusmodi adjectivis annecti. Sic ap. Hom. Od. Σ, [381] : Καί που τὶς δοκέεις μέγας ἔμμεναι ἠδὲ κραταιός. Hoc tamen sciendum est : ut apud Latinos Nescio quis (nisi potius scrib. est conjunctim Nescioquis) contemptum quendam indicat, ita et hoc nomine nonnunquam indicari : adeo quidem ut etiam cum adjectivo, quod alioqui per se contemptus signif. habet, junctum inveniatur. Tale est εὐτελεῖς δέ τινες ap. Diog. L. : quoniam aliunde exemplum in præsentia mihi non suppetit.

At vero τὶ adverbialiter positum, interdum cum adverbio, aliquando cum conjunctione, nonnunquam cum participio, aliquando cum verbo, interdum cum pronomine πλεονάζει. Cum adverbio vacantis particulæ τὶ exemplum habes ap. Arrian. 5, [4, 1] : Καὶ οὗτοι Ἰνδοὶ ποταμοὶ ὄντες τῶν μὲν ἄλλων Ἀσιανῶν ποταμῶν πολύ τι κατὰ μέγεθος ὑπερφέρουσι. In alio ejusdem libri l., Καὶ τὰ πολέμια πολύ τι γενναιοτάτους τῶν γε δὴ τότε ἐποίκων τῆς Ἀσίας. His enim in locis aliisque hujusmodi πολὺ pro adverbio habendum est, utpote locum ejus obtinens. Jungitur alioqui et aliis adverbiis, quæ non itidem ex nominibus in adverbia transierunt, veluti cum dicitur πάνυ τι, et σχεδόν τι, et ἐγγύς τι, et ὁμοῦ τι. Xen. Cyrop. 1, [6, 21] : Οὔτε ζημίαις πάνυ τι θέλουσιν εἴχειν, οὔτε δώροις ἐπαίρεσθαι. Magis enim

assentior exemplaribus (licet paucioribus), quæ πάνυ τι, quam iis', quæ πάνυ τοι habent : præsertim cum μηδέν τι πάνυ s. οὐδέν τι πάνυ ap. Eund. legatur, ut docui initio Annotationum, quas calci Xenophontis mei (i. e. a me editi) subjunxi. Invenitur tamen et σχεδόν τοι scriptum quibusdam in locis, non σχεδόν τι : verum idem de hoc quoque ceterisque (quod ad particulæ illius scripturam attinet) dicendum esse videtur : licet alioqui et τοι particulam παραπληρωματικὴν quamplurimis in locis esse satis notum sit. Sophoclem quidem certe σχεδόν τι, non σχεδόν τοι scripsisse, vel ipsa metri lex indicat, El. p. 109 meæ ed. [608] : Εἰ γὰρ πέφυκα τῶνδε τῶν ἔργων ἴδρις, Σχεδόν τι τὴν σὴν οὐ καταισχύνω φύσιν. Ubi quidam verba scholiastæ in alium sensum acceperunt quam ab eo scripta sint. Nam post σχεδόν τι scribit ἴσως, et addit, καὶ ἀντὶ τοῦ πλησίου. Quæ illi ita intellexerunt, ut dicat σχεδόν τι hic fortasse poni etiam ἀντὶ τοῦ πλησίου : cum ille dicere velit, hoc quidem in loco poni pro ἴσως, Fortasse : sed inveniri usurpatum etiam ἀντὶ τοῦ πλησίου : nisi potius πλησίον scrib. est. Erroris autem occasionem illis præbuit interpunctionis omissio post ἴσως. Altera vero illa scriptura σχεδόν τοι perperam in σχεδὸν τοῦ mutata fuit in vulgaribus Lexx. Gr. Lat. in hoc Plat. l., initio Epistolæ 7 : Ὅτε γὰρ κατ' ἀρχὰς εἰς Συρακούσας ἐγὼ ἀφικόμην, σχεδὸν ἔτη τετταράκοντα γεγονώς. Illa enim ibi scribunt σχεδὸν τοῦ ἔτη, locum illum, ut infinitos alios, aperte depravantia. Ac ne illi errori comes deesset, etiam proxime sequentem vocem ἔτη, in ἔτι non minus mendose verterunt. Significat autem σχεδὸν hic, vel σχεδόν τοι, aut potius σχεδόν τι, non Fortasse, sed Circiter. Illud autem ἐγγύς τι ap. Plat. extat, De rep. 2 : Αἱ μὲν τοίνυν ἄλλαι ἀρεταὶ καλούμεναι ψυχῆς κινδυνεύουσιν ἐγγύς τι εἶναι τοῦ σώματος. At ὁμοῦ τι usurpant et ii scriptores, qui communi lingua utuntur : potissimumque Plut. Quin etiam cum particula δὴ invenitur juncta vocula τι, ap. Lucian. : Πρὸς δή τι τοῦτ' ἔφην. Sed ego cum dixerim, πάνυ τι ap. Xen. legendum potius mihi videri quam πάνυ τοι, dico hic contra, δή τοι potius quam δή τι meo judicio scribi debere. Conjunctioni autem annexæ particulæ τι exemplum extat ap. Hesiod. Ἔργ. [113] : Οὐδέ τι δειλὸν Γῆρας ἐπῆν. At vero Od. Ξ, [387] : Μήτε τί μοι ψεύδεσσι χαρίζεο, μήτε τι θέλγε, potius utrumque τι cum utroque verbo quam cum μήτε jungi, minimeque supervacaneum esse videtur. Sciendum est denique ita jungi nonnullis adverbiis hanc particulam ut eis adhærescat : ut in νεωστὶ, μεγαλωστὶ videre est. Participio autem additæ particulæ τι, et quidem πλεοναζόντως, exemplum habemus ap. Thuc. 4, p. 131 [c. 27] : Ὁρῶν αὐτοὺς καὶ ὡρμημένους τι τοπλέον τῇ γνώμῃ στρατεύειν. Sic cum ἀνύσας ap. Aristoph. : Ἀνύσας τι κατάθου. Apud Eund., Ἀκολουθήσῃς ἐμοὶ ἀνύσας τι δευρὶ θᾶττον. Sed hoc participium est ejusmodi, quod in adverbium resolvi possit. Denique verbo junctæ hujus particulæ exemplum peti posse existimo ex eo versu Homeri, quem paulo ante protuli, Od. Ξ : Μήτε τί μοι ψεύδεσσι χαρίζεο, μήτε τι θέλγε. Cui ex Eodem addi et istud poterit, Il. B, [487] : Οὐδέ τι ἴδμεν Οἵτινες ἡγεμόνες Δαναῶν καὶ κοίρανοι ἦσαν. Neque enim dubito quin et hic et illic particula ista cum verbo potius quam cum οὐδὲ vel μήτε juncta existimari debeat. Itidem ap. Dem. [p. 527, 16] : Ἀλλ' ἃ μὲν ἄν τις ἄφνω τὸν λογισμὸν φθάσας ἐξαχθῇ τι πρᾶξαι, κἂν ὑβριστικῶς τοῦτο ποιῇ, δι' ὀργήν γ' ἔνι φῆσαι πεποιηκέναι. Sic ap. Lucian. Hermot. init. : Εἰ γάρ τι μέμνημαι, videri possit abundare τι. Talem autem locum obtinere aliquando videtur particula Quid apud Latinos : veluti cum ita loquor, Si quid eorum memini : sic tamen ut aliquid minus significari videatur quam si dicam, Si eorum memini. At Bud. annotans τὶ interdum ex supervacuo addi apud Atticos, et in exemplum afferens cum alia, tum σχεδόν τι et πάνυ τι, subjungit, Terentium hoc Græcorum imitatione ita dixisse, Subtristis visus est esse aliquid. Sed istud exemplum ex Prisciano sumpsit, lib. 18, ubi postquam dixit Atticos ex supervacuo adjicere τὶ, locum quendam Platonis affert (sed qui in vulgatis edd. deest), cui illum Terentianum subjungit. Verum istud Aliquid potius pro Aliquantum positum esse videtur : quod tamen et ipsum vacare necesse sit, cum non Tristis, sed Subtristis dictum sit. Superest ut exemplum pleonasmi particulæ τι cum pronomine afferam. Id mihi suppeditabit (ut opinor) Hom. Od. I, [11] : Τοῦτό τι μοι κάλλιστον ἐνὶ φρεσὶν εἴδεται εἶναι. Præterquam enim quod trajectio esset Homero fortasse minime usitata si ad superlativum κάλλιστον referri illud vellemus, oratorie etiam potius quam poetice (ut opinor) ita loqueretur.

De τὶ autem adjectivo neutrius generis nihil dixi, neque dicendum putavi, quod eadem sit pleonasmi ejus, quæ et pleonasmi τὶς ratio. Sed ap. Theocr. inveniri hujus τὶ pleonasmum, sequente etiam articulo, sciendum est, 1 init. : Ἀδύ τι τὸ ψιθύρισμα.

Ἄττα quoque apud Atticos πλεονάζει, et quidem junctum nonnullis eorum nominum, quibus junctam particulam τὶς πλεονάζειν dictum est. Sicut enim dicitur ποῖοί τινες et πόσοι τινὲς pro ποῖοι et πόσοι, ita ποῖα ἄττα et πόσα ἄττα (vel potius ποἷ ἄττα et πόσ' ἄττα) pro ποῖα et πόσα dici sciendum est. Apud Aristoph. Ran. [172] interroganti, Ἄνθρωπε, βούλει σκευάρι' εἰς ᾅδου φέρειν; respondetur, Πόσ' ἄττα; Apud Aristot. cum ποῖα et cum πόσα junctum habemus, De cœlo 3 : Τούτου γὰρ δειχθέντος, φανερὸν ἔσται καὶ πόσα ἄττα καὶ ποἷ ἄττα ἐστίν. Legitur autem ap. Xenoph. ποῖα habens utrimque particulam πλεονάζουσαν, a parte quidem anteriori articulum τὰ, a posteriori autem istud ἄττα, Cyrop. 3, p. 146 [c. 3, 8] : Πάντως δὴ ἀναμιμνησκώμεθα τὰ ποῖα ἄττα ἔργα τούτων τῶν ἀγαθῶν ἐστὶν αἴτια. Eodemque modo cum τοιοῦτα jungunt, ut legimus ap. Plat. Polit. 3 : Τὰ μὲν δὴ περὶ θεοὺς τοιαῦτ' ἄττα, ὡς ἔοικεν, ἀκουστέον εὐθὺς ἐκ παίδων. Sic ap. Lucian. Lexiph. : Τοιαῦτα ἄττα διεξιόντες ἅπαντες οἱ παρόντες ἀπήειμεν.

Quin etiam cum πολλὰ et ὀλίγα, (sicut τινὲς cum πολλοὶ et ὀλίγοι,) nec non cum ἄλλα s. ἕτερα jungitur. Aristot. : Τῷ δὲ πόλλ' ἄττα ὁμοειδῆ εἶναι. Thuc. : Καὶ εἷλον Ἀταλάντην καὶ ἄλλ' ἄττα. Sic ap. Plat. : Τῶν δὲ κακῶν ἄλλ' ἄττα δεῖ ζητεῖν τὰ αἴτια, ἀλλ' οὐ τὸν θεόν. At ἕτερ' ἄττα, quod idem valet, ap. Aristot. extat : Ὡς τ' εἰ μή ἐστι παρὰ τὰ αἰσθητὰ καὶ τὰ μαθηματικὰ ἕτερ' ἄττα οἷα λέγουσι τὰ εἴδη τινὲς, οὐκ ἔσται μία ἀριθμῷ καὶ εἴδει οὐσία. Invenitur etiam σμίκρ' ἄττα ap. Plat. Philebo : Σμίκρ' ἄττα τοίνυν ἔμπροσθεν ἔτι διομολογησώμεθα. Est vero et aliud ἄττα, quod πλεονάζει itidem ap. Aristoph. Aliud ἄττα voco, quod aliam omnino signif. habet, atque adeo alia pars est orationis, adverbium videlicet, non nomen; et ponitur pro πότε : ut ap. Aristoph. [fr. 499] : Πύθου [Πυθοῦ] χελιδὼν πηνίκ' ἄττα φαίνεται. Eust. enim postquam ex veterum grammatt. auctoritate tradidit ἄττα significare τινὰ, et tunc tenuari : item ἄτινα, et tunc aspirari, (ab Ionibus autem dici ἄσσα,) addit, Καὶ τρίτον, τὸ πότε, τὸ ἰσοδυναμοῦν τούτῳ, affertque illa Aristoph. verba, Πύθου χελιδὼν πηνίκ' ἄττα φαίνεται. Sed ab illo dissentit ipsius Aristoph. schol. in loco plane simili, i. e. itidem illa duo verba copulata habente, Av. [1513] : ΠΡ. Ἀπόλωλεν ὁ Ζεύς. ΠΕΙ. Πηνίκ' ἄττ' ἀπώλετο; Ibi enim schol. Atticum esse negat, πηνίκ' ἄττ' ἀπώλετο : quin etiam addit, οὐδὲ ἀρχαϊκὸν, οὐδὲ ἀκριβῶν : esse autem pro πότε δῆτα. Vacare enim ἄττα, et positum esse ἀλόγως : quoniam neque τινὰ neque ἄτινα significat : cum neutrum horum adverbio πηνίκα quadret.

Inter nomina, quæ πλεονάζουσιν apud Atticos, dandus esse et nominibus ὅσος et ἡλίκος locus videtur. Sed cum variis adjectivis addantur, non cum omnibus πλεονάζειν dici posse sciendum est, licet pleonasmi speciem præ se ferant. Primum igitur de iis, quibus adjuncta abundant, deinde de ceteris dicendum est. Legimus apud Lucian. [Halc. c. 6] : Καὶ ἑνὸς ἀνδρὸς τελείου ἡ ἰσχὺς ἀμέτρητον ὅσην ἔχει τὴν ὑπεροχὴν πρὸς τὰ βρέφη. Idem dixit μυρία ὅσα : itidemque ap. Synes. habemus, Μυρίων ὅσων τῶν σῶν ἐραστῶν. Legimus etiam ὀλίγον ὅσον, et μικρὸν ὅσον. His in ll. ὅσον et ὅσην et ὅσα vacare existimo, quoniam adjectiva, quibus hæc junguntur, per se stare possunt, ut ita dicam, i. e. signif. eandem, illis etiam sublatis, obtinere. Quidni enim ἀμέτρητον ἔχει τὴν ὑπεροχὴν, eodem sensu manente, et salva orationis structura, dicere

possimus? Idemque et de sequentibus, meo quidem judicio, dicendum est, (nisi quod ὀλίγον ὅσον et μικρὸν ὅσον aliquid minus quam ὀλίγον et μικρὸν, significare videri possunt: præsertim cum interdum μικρὸν ὅσον dicatur tanquam imminutione una ad alteram accedente). At vero de θαυμαστὸν ὅσον et θαυμαστὸν ἡλίκον, s. θαυμάσιον ὅσον et θαυμάσιον ἡλίκον, (vel in plurali θαυμαστὰ ὅσα, seu ἡλίκα, et θαυμάσια ὅσα, seu ἡλίκα,) et de ὑπερφυὲς ὅσον, et ἀμήχανον ὅσον, aliisque hujusmodi, nequaquam dici idem queat, ut opinor: quoniam ex his adjectivis unum ab altero non itidem abesse potest. Exempli gratia, cum Dem. Περὶ παραπρ. dicit [p. 348, 23], Ταῦτα δὲ θαυμάσια ἡλίκα καὶ συμφέροντ' ἐδόκει πεπρᾶχθαι τῇ πόλει· cum dicit in eadem Orat., Ὡς θαυμάσια ἡλίκα πεισόμενοι διὰ τούτους ἀγαθά· si his ex locis vel θαυμάσια vel ἡλίκα tollas, aut aliud quam quod significare auctor voluit, exhibebis, aut orationem imperfectam relinques. Si enim ἡλίκα tollas, non jam solo adjectivo θαυμάσια id significabitur, quod duobus illis θαυμάσια ἡλίκα significabatur: sin θαυμάσια detrahas, imperfecta manebit oratio. Idem et de Mirum quantum, (quo loquendi genere Latini Græcum illud repræsentare voluerunt,) sentiendum est. Ubi enim dicit Liv., Mirum quantum illi viro hæc nuntianti fides fuerit, quomodo ex duabus illis primis vocibus alterutram tollere possis? Multo etiam minus profecto quam in Græco sermone. At vero alterum illum horum nominum usum, quo junguntur iis vocabulis, a quibus sine ullo orationis incommodo abesse possunt, non itidem imitati sunt Latini, quod sciam.

Articulus quoque πλεονάζει Atticis, (dicam enim hic de articulo, quod in proxime præcedentibus de ejus pleonasmo mentio inciderit,) estque sic usus eo et Hom.: ita ut hujus quoque pleonasmi posteris exemplum præbuisse existimari queat. Sed duo sunt hujus pleonasmi apud eum genera, quorum unum, quo frequenter utitur, illi usurparunt potius quam alterum. Utriusque autem exemplum proferam. Priorem habet illud hemistichium in ejus poematis valde tritum, Ποῖον τὸν μῦθον ἔειπες; est enim pro ποῖον μῦθον: (ut aliis plerisque locis sine articulo dicit, Ποίόν σε ἔπος φύγεν ἕρκος ὀδόντων; item ποῖον ἔειπες;) Sic autem ap. Plat. Polit. 4: Τὰ ποῖα ταῦτα; Et ap. Aristoph. [Nub. 1269]: Τὰ ποῖα ταῦτα χρήματα; Itidemque citra interrogationem, vel potius in interrogatione non directa, ap. Dem. [p. 246, 10]: Ἡδέως ἂν ἐροίμην τῆς ποίας μερίδος γενέσθαι τὴν πόλιν ἐβούλετ' ἄν. Eodem modo πλεονάζει articulus in quodam Xen. loco, quem paulo ante protuli, cum de pleonasmo particulæ ἄττα dissererem, Cyrop. 3: Πάντως δὴ ἀναμιμνησκώμεθα τὰ ποῖα ἄττα ἔργα τούτων τῶν ἀγαθῶν ἐστὶν αἴτια. Sed hic animadvertere debemus (ut antea quoque admonui), utrimque πλεονάζουσαν vocem habere nomen ποῖα.

Alterum vero genus pleonasmi articuli habemus ap. Hom. Od. P, [203]: Τὰ δὲ λυγρὰ περὶ χροὶ εἵματα ἕστο. Dictum est enim pro λυγρὰ δὲ περὶ χροὶ εἵματα ἕστο. Verum hoc sciendum est, posse aliquando ita usurpari hic articulum ut non abundet: veluti si de quopiam loquar, qui duo vestimentorum genera habeat, unum pretiosorum, alterum vilium, aut etiam tritorum: et aliquando illa, aliquando hæc gestare soleat: tunc certe cum hæc gestabit, dici poterit, τὰ δὲ λυγρὰ περὶ χροὶ εἵματα ἕστο· neque abundare dicendus erit articulus, utpote discrimen indicans. Ac Gallice tunc quidem diceres, *Les meschans* vel *Ses meschans habits*: at si vel nullus vel supervacaneus esset articulus (ut in illo Homeri loco) dicendum tibi esset, *Des meschans habits*.

Est et alius articuli pleonasmus, qui a secundo illo separandus esse videtur, ubi nimirum subjunctivo articulo seu postpositivo additur præpositivus, ut ap. Soph. Antig. p. 230 meæ ed. [404]: Ταύτην γ' ἴδον θάπτουσαν ὃν σὺ τὸν νεκρὸν Ἀπεῖπας· ἆρ' ἔνδηλα καὶ σαφῆ λέγω; Ubi schol. annotat, hunc veterum fuisse morem ut utrumque articulum uni eidemque nomini apponerent, subjungitque ex Cratino exemplum, Ὅνπερ Φιλοκλέης τὸν λόγον διέφθορεν. Scribit autem et Eust. vacare articulum videri in illo loco; (nam hæc, quæ affert, verba ὃν σὺ τὸν νεκρὸν ἀπεῖπας, non dubium est quin ab eo sumpta inde fuerint;) ego tamen (ut verum fatear) dubito sitne dicendus vacare an potius sua sede motus esse articulus præpositivus una cum nomine, cui adjungitur, ut dictum sit ταύτην γ' ἴδον θάπτουσαν ὃν σὺ τὸν νεκρὸν ἀπεῖπας, pro ταύτην γ' ἴδον θάπτουσαν τὸν νεκρὸν ὃν σὺ ἀπεῖπας. Itidemque in illo Cratini versu, Ὅνπερ Φιλοκλέης τὸν λόγον διέφθορεν, pro τὸν λόγον ὅνπερ Φιλοκλέης διέφθορεν.

Quod autem schol. Aristoph. Plut. init. tradit, vacare τὰ in hoc tertio illius Comœdiæ versu, Ἦν γὰρ τὰ βέλτισθ' ὁ θεράπων λέξας τύχῃ, itidemque abundare τῶν, in hoc quinto, Μετέχειν ἀνάγκη τὸν θεράποντα τῶν κακῶν· quod, inquam, de horum articulorum pleonasmo tradit, nullo modo mihi probatur: qui potius, si his locis adhibiti non essent articuli, ἔλλειψιν eorum esse dicerem. Quin etiam miror cur ante κακῶν potius quam ante θεράποντα vacare articulum censuerit. Ejus tamen verba (si quis ipsum audire vult) sunt hæc: Εἰώθασι δὲ οἱ Ἀττικοὶ τὰ ἄρθρα πλεονάζειν· ὥσπερ οὖν ἐν τῷ τὰ βέλτιστα, περισσὸν ἦν Ἀττικῶς τὸ ἄρθρον, οὕτω κἀνταῦθα τὸ τῶν· καὶ ἐν τοῖς ἑξῆς τὸ τό· ὡς ἐν τῷ, τὸ ποῖον. Obiter autem hic observa et verbum πλεονάζειν active usurpatum, Εἰώθασιν οἱ Ἀττικοὶ τὰ ἄρθρα πλεονάζειν, pro Uti solent articulorum pleonasmo, Adhibere solent articulos supervacaneos, Uti solent articulis supervacuis.

Pronomen quoque πλεονάζει nonnunquam apud Atticos, si scholiastæ Sophoclis credimus. Is enim exponens hos versus, qui in El. extant, p. 95 meæ ed. [271]: Ἴδω δὲ τούτων τὴν τελευταίαν ὕβριν, Τὸν αὐτοφόντην ἡμῖν ἐν κοίτῃ πατρὸς Ξὺν τῇ ταλαίνῃ μητρὶ, scribit ἡμῖν hic παρέλκειν Ἀττικῶς. Sed fortasse illud ἡμῖν (pro quo ibi scriptum est ἡμὶν, quod corripiatur posterior, ut alibi sæpe), cum πατρὸς jungi debet: ut perinde sit ac si dictum esset ἡμετέρου πατρός. Habet autem et alios usus varios pronomen, (de quibus disserui in quodam libello Gallico, qui inscriptus est, *De la Conformité du Langage François avec le Grec*), quos si quis non animadvertat, vacare ipsum falso credat.

Cum vero dicunt Attici σφῶν αὐτῶν, σφίσιν αὐτοῖς, et ἡμῶν αὐτῶν, ἡμῖν αὐτοῖς, pleonasmum hic agnoscamus necesse est: nisi quis σχῆμα τὸ ἐκ παραλλήλου (cujus multa exempla in superioribus attuli) pleonasmo annumerare nolit. Qui tamen Atticos pronominibus compositis carere dixerunt, longe falsi sunt; et ita quidem ut eos refellere ex quolibet Attico scriptore promptum sit. De Homero quidem certe, eum pronomina composita ignorasse, aut certe eorum usum neglexisse, ex veterum grammaticorum auctoritate dici possit. In illum enim versum Il. A, [271]: Καὶ μαχόμην κατ' ἐμαυτὸν ἐγὼ, Eust. annotat, scripsisse Hom. κατ' ἔμ' αὐτὸν, non κατ' ἐμαυτόν: addens, Οὐ θέλουσι γὰρ οἱ παλαιοὶ συνθέτως γράψαι κατ' ἐμαυτόν. Dixerat autem antea non extare ap. hunc poetam compositum pronomen, sed ejus loco duo ejusdem signif. pronomina ab eo usurpari: veluti cum pro ἑαυτὸν dicit ἓ ὅ' αὐτὸν, aut αὐτόν μιν. Extant autem loci in quibus his utitur Poeta, unus quidem, Od. Δ, [244]: Αὐτόν μιν πληγῇσιν ἀεικελίῃσι δαμάσσας· alter, Il. Υ, [171] ubi tamen non ἓ ὅ' αὐτὸν, sed ἑὲ ὅ αὐτὸν scriptum est: et ita quidem ut versus alioqui stare non possit. Locus est hic in comparatione a leone sumpta: Οὐρῇ δὲ πλευράς τε καὶ ἰσχία ἀμφοτέρωθεν Μαστίεται, ἑὲ ὅ' αὐτὸν ἐποτρύνει μαχέσασθαι. Agnoscitque hanc lectionem ibi et Eust.: qui annotat poetam loqui ἀρχαϊκώτερον, dicentem ἑὲ αὐτὸν pro ἓ αὐτόν: esse enim ἑὲ per pleonasmum pro ἕ: sicut ἕεις apud Hesiodum pro εἷς: itidemque dici ἕης pro ἧς: ut ἕης ἔρασθε pro ἧς ἔρασθε. Ex illo autem ἓ αὐτὸν factum postea fuisse ἑαυτὸν per compositionem: sicut ἐμαυτὸν ex ἔμ' αὐτόν. In altero autem loco, qui ex Od. Δ sumptus est, pro αὐτὸν tenuato pleraque exempll. habent αὑτὸν aspiratum, quæ sane lectio Eustathio minime placuisse videtur; nam ut hic αὐτόν μιν habet, ita etiam ibi in suis Comm.: quamvis alioqui textus illis insertus αὑτὸν aspiratum habeat. Quod si probata illi hæc scriptura fuisset, etiam mentionem ejus fecisset. Equidem ipse quoque parum mihi eam placere fateor; scimus enim αὐτὸν non minus esse

compositum quam ἑαυτὸν, atque adeo illud pro hoc, (a quo aspiratio proficiscitur,) usurpari. Quod si αὐτὸν idem valeret quod ἑαυτὸν, quid opus fuisset μιν adjungere? Neque enim verisimile est tria compp. simul positurum fuisse Hom., ἓ videlicet, αὐτὸν, et μιν. Ad illam autem scripturam quod attinet, ἔμ' αὐτὸν, aliquam certe mihi de illa dubitationem relinqui fateor : quod in meo veteri exemplari non ἔμ' αὐτὸν, sed ἐμαυτὸν scriptum sit. Neque vero illius auctoritate niti vellem, nisi multas scripturas, quas Eust. in iis duntaxat exempll., quæ ἀκριβέστερα sunt, extare tradit, in eo invenissem. Hoc tamen, (ut alia pleraque, quæ vett. scholiastæ et grammatici de quorundam vocabulorum scriptura tradunt,) tale est ut ejus penes antiqua exemplaria fidem esse necesse sit. Nec vero hi accusativi disjuncti ἔμ' αὐτὸν satis confirmari posse videntur dativis itidem disjunctis ἐμοὶ αὐτῷ, qui habentur Il. N, [74] : Καὶ δ' ἐμοὶ αὐτῷ θυμὸς ἐνὶ στήθεσσι φίλοισι Μᾶλλον ἐφορμᾶται πολεμίζειν ἠδὲ μάχεσθαι. Respondebit enim aliquis, ideo dictum esse ἐμοὶ αὐτῷ, quod ἐμαυτῷ versum ingredi non posset.

Invenitur etiam pronominis relativi pleonasmus quidam, sed qui minime in soluta oratione locum habeat. Poetis autem, cum aliis tum Homero præsertim, non est infrequens : atque hunc imitans pleonasmum Virg., pronomine Ille aliquoties ita utitur ut supervacaneum esse negari non possit. Exempla igitur hujus ap. utrumque poetam pleonasmi proferam, ubi finem huic capiti imponam. Ibi enim de vocabulis, quæ Latini quoque πλεονάζοντα habent, disseram.

Præpositionum quoque πλεοναζουσῶν exempla suppetunt, sed in compositione. Quod si Corintho fidem adhibere velimus, præp. πρὸς extra compositionem quoque πλεονάζειν in quodam Thuc. loco dicemus, Καὶ πρὸς αὐτῶν τῶν Ἀθηναίων ἐγένετο. Sed hoc nec verum nec verisimile esse, docui in iis, quæ in Articulum XLIV, ubi hac de re agitur, annotavi. Quin etiam apud poetas vix extra compositionem πλεοναζούσας inveniri arbitror. Duas quidem ἐκ παραλλήλου positas in aliquot Homeri locis cernimus, ἀμφὶ et περὶ, ut Il. B, [306] : Ἡμεῖς δ' ἀμφὶ περὶ κρήνην ἱεροὺς κατὰ βωμοὺς Ἕρδομεν ἀθανάτοισι τελήεσσας ἑκατόμβας. Itidemque in Il. P fin. legimus, Πολλὰ δὲ τεύχεα καλὰ πέσον περί τ' ἀμφί τε τάφρον Φευγόντων Δαναῶν. Ubi tamen Eust. aliquid afferre conatur, quo poetam non frustra duplici præpositione usum esse ostendat. Postquam enim dixit hæc verba περί τ' ἀμφί τε τάφρον indicare affinitatem, quæ est inter hasce duas præpp., subjungit, Ἢ μᾶλλον, τὸ μὲν περὶ τάφρον, σημαίνοι ἂν τὸ κατ' αὐτὴν τὴν τάφρον· τὸ δὲ ἀμφὶ τάφρον, εἴη ἀντὶ τοῦ ἀμφὶς πανταχοῦ τῆς τάφρου. Quin etiam in altero illo loco ἀμφὶ περὶ κρήνην, vult duabus hisce præpp. declarari τὴν περὶ τὸν αὐτὸν τόπον συναγωγὴν ὁμοῦ παντὸς τοῦ στρατοῦ. Apud Apollonium autem censet scholiastes geminationem præpositionis πρὸ esse ἐμφαντικήν. At vero in compositione plerumque apud eos reperiuntur aperte et sine ulla controversia supervacaneæ præpp. : in compositione inquam, interdum cum nominibus, nonnunquam cum verbis vel eorum participiis, aliquando cum adverbiis. Ac de earum quidem cum verbis aut participiis compositarum pleonasmo mox dicam, ubi ex soluta quoque oratione ejus exempla proferam : hic autem quem habeant cum nominibus et cum adverbiis pleonasmum, ostendam. Extat igitur cum nominibus, ut in μετάγγελος, et ἐπίουρος, et ἐπιβουκόλος : sunt enim hæc pro ἄγγελος et οὖρος et βουκόλος. Quin etiam κατ-θνητῶν ap. Hom. legitur pro θνητῶν, cum genitivo ἀνθρώπων. Adverbio autem præfixa præp. ἀπὸ, interdum cum eo cohæret, interdum contra seorsum scribitur. Nam adverbio ἄνευθεν ita præfigitur hæc præp. ut ei adhæreat; scribi enim solet ἀπάνευθεν cum apud Hom. tum apud alios : at vero adverbio νόσφιν idem alioqui significanti quod ἄνευθεν, ita præfigitur ut seorsum scribatur ἀπὸ νόσφιν. Idemque in ἀπ' οὐρανόθεν videre est.

At præpositionum in compositione pleonasmus cum Atticus esse censeatur, de illo fusius disserendum mihi fuerit. Legimus ap. Aristoph. [Eq. 37], Ἓν δ' αὐτοὺς παραιτησώμεθα, Hoc unum illos rogemus. Ubi schol. supervacaneam præp. esse tradit : cum παραιτησώμεθα positum sit pro παρακαλέσωμεν. Quibus addit, Atticos πλεονάζειν et ἐλλείπειν præpositionibus. Magnum autem fuisse apud veteres (præsertim Herodotum et Thuc.) hunc verbi παραιτεῖσθαι usum, vacante præpositione, disces ex meo Thesauro. Sic ap. Thuc. 7, p. 245 meæ ed. [c. 36], compositum ἐνεῖδον schol. exponit simplici εἶδον. Itidemque ap. Soph. Philoct. p. 414 [851] compositum ἐξιδοῦ a schol. pro simplici poni dicitur. Eodemque modo in Antig. p. 229 [375] in ἀμφινοῶ supervacaneam esse præp. tradit. Sed in alterum illum Philoctetæ locum, duo affert pleonasmi præpositionum exempla, quæ parum idonea esse videntur : nimirum ἀνεπίστασο pro ἐπίστασο, (sed pro ἀνεπίστασο reponendum censeo ἐξεπίστασο,) et ἐνδίδαξον pro δίδαξον. Parum autem idonea esse dico, non quod in illis præpositiones abundare negem, sed quoniam magis usitata composita in exemplum suppetebant : ut Ἐξαπατῶ, Ἐξαμαρτάνω, Ἐξαναγκάζω, Ἐξαφανίζω, ut alia prope infinita omittam. Itidemque in exemplum eorum, quæ aliam præpositionem πλεονάζουσαν habent, afferri ab eo alia poterant. Nam ut Ἐξαναγκάζω, verbi gratia, dicitur pro ἀναγκάζω, vacante præpositione ἐξ, ita Καταναγκάζω, vacante præpositione κατά : nec non Ἐπαναγκάζω, abundante itidem præp. ἐπί. Sic et Εἰσαναγκάζω, vacante εἰς. Quin etiam (quod magis mirum est) præp. πρὸς in hoc ipso verbo παρέλκουσα invenitur. Siquidem προσαναγκάζω pro ἀναγκάζω ap. Plat. extat. Sed meus Thes. alia innumera suppeditare exempla poterit : utpote in quo de præpositionibus, quæ verbis junctæ supervacaneæ essent, lectorem diligenter admonui. Vacare item plerumque et præp. alii præpositioni præfixam (in verbis, quæ in Thes. Bicomposita vocavi) ex variis scriptorum locis cognosci potest. Poetis vero non minus quam prosæ scriptoribus, frequentem esse præpositionum in compositione pleonasmum sciendum est : ut vel hæc ap. Hom. ostendunt, Ἐξαλαοῦν, Ἐξαπάφειν, Ἐξαλαπάζειν, (nisi forte in hoc verbo malit quispiam præp. ἐξ esse ἐπιτατικὴν, sicut in ἐξαπολέσθαι, aliisque nonnullis verbis, quæ diligenter animadvertenda sunt,) item Διειπεῖν, Διαείδεται : ut cetera lectori observanda relinquam. Ut autem cum his verbis, ita cum eorum participiis vacare sciendum est. Sed ap. Hom. participia κατατεθνειὼς et ἀποτεθνειὼς peculiarem sibi pleonasmum habent.

Itidem vero in nominibus compositis hunc præpositionum pleonasmum habemus, ut ostendunt κατάδηλος et διάδηλος et ἐπίδηλος, pro δῆλος : sic προσόμοιος et παρόμοιος pro ὅμοιος : item et προσεμφερὴς, παρεμφερὴς pro ἐμφερής. Scio tamen παρεμφερὴς et παρόμοιος alicubi diminutionem significare existimari, et illa compp. ex δῆλος a præpositione præfixa aliquam significationis ἐπίτασιν alicubi accipere; sed hoc saltem fatendum fuerit, in multo pluribus locis pro simplicibus usurpari. Ceterum tam in verbis quam in nominibus ita vacare præposs. sciendum est, ut interim ornatum aliquem addant, nonnunquam vero et orationis numeros adjuvent, i. e. eam numerosiorem efficiant.

Pleonasmos etiam quosdam duplices esse sciendum est, i. e. quædam esse loquendi genera, in quibus duæ voces sint πλεονάζουσαι : veluti cum dicitur οὐ γὰρ ἀλλὰ pro καὶ γάρ : ut ap. Aristoph. Nub. [232] : Οὐ γὰρ ἀλλ' ἡ γῆ βία Ἕλκει πρὸς αὑτὴν τὴν ἰκμάδα τῆς φροντίδος. Nam et schol. οὐ γὰρ ἀλλὰ ibi pro γὰρ s. καὶ γὰρ Attice dictum esse tradit, affertque ex Callimacho eundem illarum particularum usum, Ἀκούσαθ' Ἱππώνακτος· οὐ γὰρ ἀλλ' ἥκω. Apud eundem Comicum Ran. [58] : Μὴ σκῶπτέ μ', ὦ 'δελφ'· οὐ γὰρ ἀλλ' ἔχω κακῶς· pro ἔχω γὰρ κακῶς, s. κακῶς γὰρ ἔχω. Sic etiam in isto Plat. loco abundare videntur illæ duæ particulæ, in Euthyd. [p. 286, C] : Ἐγὼ δὲ θαυμάσας τὸν λόγον, Πῶς, ἔφην, ὦ Διονυσόδωρε, λέγεις; οὐ γάρ τοι ἀλλὰ τοῦτόν γε τὸν λόγον πολλῶν δὴ καὶ πολλάκις ἀκηκοὼς, ἀεὶ θαυμάζω, pro τοῦτον γὰρ τὸν λόγον κτλ. At vero cum dicitur οὐ μὴν ἀλλὰ, non itidem

utramque particulam, sed alteram duntaxat, nimirum negativam, vacare putandum est : cum οὐ μὴν ἀλλὰ ponatur pro ἀλλὰ μήν. Unde etiam οὐ μὴν οὐδὲ eadem signif. qua ἀλλὰ μὴν οὐδὲ dici videmus. Facit autem hic particulæ οὐδὲ pleonasmus ut duo loquendi genera, quæ alioqui contrariam signif. habere videntur, idem prorsus significent : nimirum οὐδὲ πολλοῦ δεῖ, et οὐδ' ὀλίγου δεῖ : quoniam in οὐδὲ πολλοῦ δεῖ particula οὐδὲ abundat, at in οὐδ' ὀλίγου δεῖ, suam signif. retinet. Cum autem οὐδὲ πολλοῦ δεῖ nihil aliud sit quam πολλοῦ δεῖ, (utpote abundante negativa particula, sicut dictum fuit,) non mirum est si idem quod οὐδ' ὀλίγου δεῖ valere dicatur.

Sed nec particulæ, quæ παραπληρωματικαὶ dicuntur, inter pleonasmos prætermittendæ sunt : sic tamen ut fatendum sit, pleonasmum, quem illæ afferunt, talem esse ut vix sentiatur, atque adeo vix pro pleonasmo habeatur : unde etiam factum est ut παραπληρωματικαὶ potius quam πλεοναστικαὶ appellatæ sint. In earum autem numero sunt που et τοι et γε, nec non δή. An autem μὴν et αὖ illis annumerandæ sint, dubito. Interdum quidem et πως παραπληρωματικὸν s. πλεοναστικὸν vocari potest. Quin etiam τι cum πάνυ aliisque vocabulis, quorum antea mentionem feci, non minus fortasse dici queat παραπληρωματικὸν esse quam πλεονάζειν. Ceterum quod ad illam particulam πως attinet, non in soluta oratione tantum, sed in carmine quoque, inter παραπληρωματικὰ μόρια plerisque locis censetur. Sed videndum etiam est ne παραπληρωματικὴν esse existimemus, ubi accipi pro Quodam modo aut Nescio quo modo vel Certo quodam modo, aut Aliquantum, aut aliam etiam quampiam signif. habere potest. Apud Dem. vacat post adverbium ἀκριβῶς : ap. Xenoph. vero post adverbium ἀργότερον, OEc. p. 500 meæ ed. [c. 15, 6] : Ταῦτά μοι δοκῶ μὲν, (ἔφην ἐγὼ,) ἀργότερόν πως ἐπιδεδραμηκέναι τῷ λόγῳ. Apud Hom. vero habemus hanc particulam vacantem itidem post adverbium μάλα, Il. Ξ, [104] : Ὦ Ὀδυσεῦ, μάλα πώς με καθίκεο θυμὸν ἐνιπῇ Ἀργαλέῃ. Ubi Eustath. quoque παραπληρωματικὸν σύνδεσμον appellat : sed scriptura, quam rejicit, in meo fide alioqui dignissimo exemplari extat; ibi enim πῶς circumflexum legitur. At ille, Ἐν τῷ μάλα πώς με, inquit, οὐκ ἂν εὐλόγως περισπάσῃ τις τὸν πως παραπληρωματικὸν σύνδεσμον (ubi obiter et hoc observa, particulam hanc inter συνδέσμους, i. e. Conjunctiones, ab eo numerari), ἀλλ' ἐξ ὀξείας κοιμηθείσης εἰς βαρεῖαν ἐξέγερσις εἰς ὀξεῖαν αὖθις γενήσεται ἐγκλιτικῶς. Idemque ait in πώποτε quoque et in πώμαλα accidere. Ceterum quamvis in hoc ejusdem poetæ loco, Il. M, [211] : Ἕκτορ, ἀεὶ μέν πώς μοι ἐπιπλήσσεις ἀγορῇσιν Ἐσθλὰ φραζομένῳ, videatur non minus παραπληρωματικὸς esse hic σύνδεσμος (si modo σύνδεσμον cum Eustathio appellare licet), existimatur tamen et aliter posse accipi, nimirum θαυμαστικῶς : sed ita ut circumflecti debeat. Imo vero idem ille schol. nullam omnino hic παραπληρώσεως, sicut illic, mentionem facit; sed annotat, si quidem πως ἐγκλίνεται, i. e. Si enclitice scribatur, dictum esse ἐπιεικῶς : sin vero circumflectatur, θαυμαστικῶς ἔχειν, i. e. Admirationis speciem præ se ferre; vel potius, Admirandi vim s. signif. habere. Ideo autem in examinando hujus particulæ usu diutius immoror, ut hinc lector de iis quoque, quæ παραπληρωματικαὶ vulgo censentur, non temere ferendum esse judicium discat.

Illud idem certe in vocula που usuvenire potest, nimirum ut alicubi eam παραπληρωματικὴν censeamus, ubi tamen minime supervacanea sit. Quin etiam accidere alicubi videmus ut supervacanea sit necne dubitare propemodum cogamur : ut Theophr. De odor. : Εἶναι δέ φασι καὶ τόπον τινὰ παρ' αὐτοῖς οὐ λίαν μικρὸν, ἀλλ' ὡς ἂν εἴκοσί που σταδίων. Hic enim si που pro Ferme s. Circiter accipiamus, vacare ὡς necesse fuerit : ideoque aut ἐκ παραλλήλου poni ὡς et που, vel ὡς illam signif. habere, at που vacare (sicut aliis plerisque locis) dici potest.

Ceterum ut πως encliticum, esse παραπληρωματικὸν dicebam, ita πῶς περισπώμενον, vicissim vocabulum aliquod παραπληρωματικὸν interdum adjunctum habere sciendum est : veluti cum dicitur πῶς ποτε pro ποτέ : qui pleonasmus frequens est ap. Plutarch. Quæst. Plat. Adjungitur alioqui ποτὲ et aliis quibusdam vocabulis : ac præcipue nomini τίς : ut τίσι ποτὲ ap. Xen. Apomnem. init. legimus, Πολλάκις ἐθαύμασα τίσι ποτὲ λόγοις Ἀθηναίους ἔπεισαν, κτλ. Talis autem est omnino hujus adv. ποτὲ adjectio, qualem in Lat. sermone habemus adjectionem particulæ Nam, cum dicitur, Ubinam, Quisnam. Ita enim hic diceretur, Sæpenumero miratus sum quibusnam rationibus persuaserint. Sed vereor ne parum grammatice loquar, adverbium ποτὲ appellans παραπληρωματικόν : cum μόρια, quæ παραπληρωμάτικὰ vocant, sint fere monosyllaba : cujusmodi sunt apud poetas itidem, τε, νυ, ῥα, ἄρ. Vocetur ergo potius πλεοναστικὸν, et aliis adverbiis supervacaneis, quorum facta mentio est, addatur.

Venio ad aliud quoddam pleonasmi genus, quod in verbis compositis cernitur. In illis autem cerni sciendum est, quæ ex nomine et verbo composita sunt, cujusmodi est οἰκοδομεῖν, cujusmodi etiam est ξενοκτονεῖν : scimus enim οἰκοδομεῖν factum esse ex οἶκον et δομεῖν, itidemque ξενοκτονεῖν ex ξένον et κτείνειν : atque his compp. ut nomen et verbum, ita etiam utriusque significationem includi. Nihilominus tamen et οἰκοδομεῖν δόμον et ξενοκτονεῖν ξένον aliquando dicitur. Quibus addi potest et νομοθετήσας τὸν νόμον, ex Dem. atque aliis. Illi autem ξενοκτονεῖν ξένον simile fuerit τυραννοκτονεῖν τύραννον : sed talia minus usitata sunt quam νομοθετεῖν νόμον. Ubi autem illis ξενοκτονεῖν et τυραννοκτονεῖν alii accusativi adduntur, nequaquam pleonasmum orationi inesse crediderim. Cum enim legimus in quadam Epistola earum, quæ sub Phalaridis nomine vulgatæ sunt [95], Οὐ γὰρ ἐκ γυναικείας χειρὸς τυραννοκτονηθήσεται Φάλαρις, nequaquam τυραννοκτονηθήσεται pro simplici κτενεῖται (pro quo dicitur potius ἀποκτενεῖται,) positum esse dixerim : sed perinde esse accipiendum illud ac si dictum esset ἀποκτείνεται Φάλαρις ὁ τύραννος, (aut certe ἀποκτενεῖται Φάλαρις, ὡς τύραννος, sive etiam ὡς τύραννον εἰκὸς, subaudiendo ἀποκτείνεσθαι : non repetendo tamen illa verba, ἐκ γυναικείας χειρός). Sic vero ap. Athen. 12, [p. 516, B] : Ὀμφάλης δὲ πάντας τοὺς συγκαταχλιθέντας αὐτῇ ξενοκτονούσης, perinde esse ajo ac si dictum esset πάντας τοὺς συγκαταχλιθέντας αὐτῇ ξένους κτεινούσης.

Invenitur autem illud pleonasmi genus et in nominibus : ut ap. Aristot. Il. A. 8, [3] : Πλὴν οὐκ ἀλληλοφάγοι τοῦ γένους τοῦ οἰκείου, ὥσπερ οἱ ἰχθύες. Cum enim dicendum foret φάγοι, (nisi potius ad significandum alio utendum nomine fuisset,) usus est composito ἀλληλοφάγοι : perinde ac si nomini φάγοι duos genitivos dedisset, ἀλλήλων videlicet et γένους.

Jam vero et quod apud Comicos legimus αὐτότατος pro αὐτὸς, ad pleonasmum pertinere quispiam fortasse censuerit : ut ap. Aristoph. Pl. [83] interroganti Chremylo, Ἐκεῖνος αὐτός; respondet ipse Plutus, Αὐτότατος· quod sonat Ipsissimus : cujus superlativi usum Latini Comici sibi itidem permiserunt. Verum utrum ad pleonasmum an alio talis superlativus referri debeat, aliorum esto judicium. Hoc quidem certe constat, quod de illis loquendi generibus dicetur, quorum supra facta mentio fuit, His oculis vidi, et His auribus audivi, idem et de isto superlativo dici posse, si quidem aliud quam pleonasmum in illis agnoscendum esse putemus; nimirum in hoc αὐτότατος itidem vel emphasis vel affirmationis vel amplificationis seu vehementiæ gratia ex positivo superlativum fieri : perinde ac si quis ita loqueretur, Non solum est ipse, sed etiam ipsissimus. Verum etiamsi talem quampiam vim in hoc superlativo αὐτότατος constituamus, non ex linguæ Atticæ consuetudine magis quam ex jocosæ comœdiæ licentia profectam esse hanc ἐπίτασιν, i. e. superlationem, fatendum fuerit. Neque enim dubium est quin pronomen ex iis sit, quæ quidam grammatici ἀνεπίτατα vocarunt, id est ἐπίτασιν οὐ δεχόμενα, superlationem non admittentia, sive superlativum gradum. Eodem referendum videtur et μονώτατος, quo idem Comicus ibidem utitur. Dicit enim Chremylus ipsi Pluto [181], Τὰ δὲ πράγματ' οὐχὶ διά σε πάντα πράττεται; Μονώτατος γὰρ εἶ σὺ πάντων αἴτιος Καὶ τῶν κακῶν καὶ τῶν ἀγαθῶν, εὖ ἴσθ'

ὅτι. Hic enim μονώτατος est pro μόνος, ut si Solissimus dicas pro Solus. Tolerabilior tamen in nomine μονώτατος, (utpote quod adjectivi usum præstet, atque adeo adjectivum censeri possit,) quam in pronomine αὐτότατος superlatio. Unde etiam αὐτότατος in soluta oratione non reperiri existimatur, (nisi usurpatum a quopiam, qui jocari itidem voluerit,) at μονώτατος ex Lycurgii Orat. in Leocr. affertur, Τοιγαροῦν μονώτατοι ἐπώνυμοι τῆς χώρας εἰσί.

At vero de comparativo præfixam habente vocem μᾶλλον, quid sentiendum erit? an itidem ad pleonasmum referri hunc comparativi pro positivo usum dicere oportebit, an potius in voce μᾶλλον, non in comparativo pleonasmus constituendus erit? Ego exempla proferre contentus, suum unicuique judicium liberum relinquam. Dixit igitur Aristoph. [Eccl. 1131], μᾶλλον ὀλβιώτερον· Dem. μᾶλλον φοβερώτερον· Isocr. κρεῖττον μᾶλλον· Andocides, ἐπιτηδειότερον μᾶλλον· itidemque alii cum aliis comparativis hoc modo sunt usi. Quin etiam præfixa voce πολὺ vel πολλῷ ipsi adverbio μᾶλλον, talis usus reperitur : ut, Πολὺ μᾶλλον ἑτοιμότερον, apud Isæum; et, Πολλῷ μᾶλλον ζηλωτότεροι, ap. Isocr. Præfixum autem hoc vocabulum adverbio μᾶλλον, haud scio an pro iis facere videri possit, qui comparativum pro positivo esse positum quam abundare μᾶλλον dicere mallent. Quin etiam superlativus itidem præfixam habens vocem πλεῖστα, illorum sententiam confirmare, non immerito fortasse dicetur : ut ap. Xenoph. Cyrop. 8, p. 125 meæ ed. [c. 2, 23] : Ἐγὼ οὐ τοὺς πλεῖστα ἔχοντας καὶ φυλάττοντας, πλεῖστα εὐδαιμονεστάτους ἡγοῦμαι. Sed vereor ne hic superlativi usus non tam Atticus quam Xenophonteus habendus sit. Adde quod non minus ante πλεῖστα quam post, interpunctio collocari potest. Si autem post πλεῖστα interpungatur, tunc φυλάττοντας πλεῖστα, non πλεῖστα εὐδαιμονεστάτους dicemus. Bud. quidem certe πλεῖστα cum εὐδαιμονεστάτους jungi existimavit; ego vero in illa mea Editione Xenophontis, ea cautione ibi, qua et alibi sum usus, ut cum incertum esset utra in parte collocari interpunctio deberet, ipsi lectori interpungendus locus relinqueretur. Itidem vero ap. Hom. Il. B, [220] de Thersite, Ἔχθιστος δ' Ἀχιλῆϊ μάλιστ' ἦν, ἠδ' Ὀδυσῆϊ, dubitari possit fortassis an μάλιστα cum ἔχθιστος jungi possit, an potius cum dativis jungi debeat, accipiendo pro Potissimum. Sed ne ἔχθιστος cum superlativo μάλιστα prorsus admitti posse negemus, facit quod ap. Eur. legitur [Med. 1323] μέγιστον ἔχθιστος.

Ceterum quæ de illo comparativi usu, eadem et de nomine diminutivo præfixum habente nomen μικρὸν, dubitatio esse potest, in utro nimirum pleonasmus constitui debeat, ut ap. Aristoph. Pl. [147], σμικρὸν ἀργυρίδιον. Cui simile est ap. Isocr. μικρὰ πολίχνια et νησύδρια· ap. Athen. μικρὸν πινακίσκιον. Ap. Xenoph. vero præcedente etiam adverbio μάλα, legimus, Cyrop. 8, [3, 38] : Αὐτὸς σκάπτων καὶ σπείρων μάλα μικρὸν γήδιον. Talis autem pleonasmus et in Lat. sermone frequenter occurrit, ut Parvum munusculum, et Parvum opusculum ap. Cic. : item Minutæ interrogatiunculæ, apud Eundem.

Postremo pleonasmos etiam quosdam fuisse sciendum est, qui ut vitio non carebant, ita etiam reprehensione non caruisse existimandi sunt. Talis est is, qui in istis verbis cernitur, ἥκω καὶ κατέρχομαι, in isto Æschyli versu, Ἥκω γὰρ εἰς γῆν τήνδε καὶ κατέρχομαι. Qui pleonasmus ab Aristoph. [Ran. 1156] in theatro traductus fuit : cum perinde esse ait ac si quis a vicino peteret μάκτραν, et adderet, εἰ δὲ βούλει, κάρδοπον. Verum si summo jure in examinandis talibus quarundam vocum ad eandem signif. pertinentium geminationibus cum primariis etiam scriptoribus ageretur, ne illi quidem fortasse vitiosis pleonasmis carere comperirentur : præsertim cum in ipso etiam Dem. geminationem nominum ὅμοιος et παραπλήσιος, sicut etiam adverbia ὁμοίως et παραπλησίως apud eum conjunguntur [p. 36, 1], Critici quidam ausi fuerint reprehendere. Sed quid igitur illi Critici de Xenoph. dixissent participia λαβόντας et δεξαμένους conjungente? Cyrop. 1, p. 12 meæ ed. [c. 4, 26] : Τοὺς μέντοι λαβόντας καὶ δεξαμένους τὰ δῶρα λέγεται Ἀστυάγει ἀπενεγκεῖν? Quid, inquam, de hoc alioqui tam eleganti scriptore dixissent, ista duo copulante? an illum magis quam Demosthenem posse excusari? Imo vero tolerabilior est, meo judicio, vocum ὅμοιος et παραπλήσιος quam participiorum λαβόντας et δεξαμένους geminatio.

Hæc de pleonasmis Atticis nunc habui, quæ ad illa, quæ Joannes Grammaticus et Corinthus de iis tradiderunt, adjicerem. Ut autem pauca esse judicabuntur fortasse præ illis, quæ dici de iis possent, ita certe plusquam multa videri poterunt præ iis, quæ ambo de illis scripserunt. Cur autem in eorum scriptis tricesima aut quadragesima pars eorum, quæ dicenda erant, boni consuletur : mihi, si vicesimam tantum aut tricesimam partem omisero, non ignoscetur? præsertim cum tumultuarius et infinitis typographicis occupationibus, (sed aut eidem aut alii lectori itidem profuturis,) intermixtus sit hujus scriptionis labor : et cum me (quod pejus est) quotidiano chartarum aliquot penso (ut typographicæ artis ratio postulat) addictum esse oporteat. Quod autem hic de pleonasmis dico, idem de aliis quoque hujus Appendicis capitibus, et præsertim περὶ τῶν ἐλλείψεων, dictum intelligi volo.

Antequam autem a pleonasmis ad ellipses transeam, hoc de illis dicam, eorum nonnullos in Latina quoque lingua reperiri; sed ita tamen ut multo plures (ni fallor) sibi peculiares habeat. Et jam quidem in superioribus, aliquorum, in quibus uni linguæ cum altera convenit, mentio facta fuit : iis autem addere possumus Nihil quicquam : quod tale omnino est quale οὐδέν τι, cum apud alios tum ap. Xenoph. extans. Possumus item adjicere pronominum geminationem, Nos ipsi; hæc enim sonant ad verbum ἡμεῖς αὐτοί : (quod si emphasin illic, etiam hic esse dicendum erit). Adjungi poterit et adverbium Ubi, cum genitivo Gentium. Convenit enim Ubi gentium cum eo, quod Græci dicunt ποῦ γῆς. Fateor tamen, quamvis eadem forma dicantur ambo, pleonasmum illum in Latino sermone frequentiorem esse, (addere potes fortassis et certiorem,) quam in Græco : præsertimque apud Comicos, quod illi quærere soleant, ubi gentium sit aliquis, quem alioqui paucorum passuum intervallo a se abesse noverint. Omnium autem maxime observatione dignus est pronominis Ille pleonasmus ap. Virg. cum Homerico pronominis ὅγε sive ὅδε pleonasmo conveniens. Afferam autem primum ex Virg. exempla. Legimus apud eum, Æn. 11, [492] : Qualis ubi abruptis fugit præsepia vinclis Tandem liber equus, campoque potitus aperto Aut ille in pastus armentaque tendit equarum, Aut assuetus aquæ perfundi flumine noto, Emicat : arrectisque fremit cervicibus alte, Luxurians : luduntque jubæ per colla, per armos. Quæ comparatio ex Hom. sumpta est, in qua ipse pronomine supervacaneo itidem usus est, Il. Z, [308] : Ὡς δ' ὅτε τις στατὸς ἵππος ἀκοστήσας ἐπὶ φάτνῃ, Δεσμὸν ἀπορρήξας θείει πεδίοιο κροαίνων, Εἰωθὼς λούεσθαι ἐϋῤῥεῖος ποταμοῖο, Κυδιόων· ὑψοῦ δὲ κάρη ἔχει, ἀμφὶ δὲ χαῖται Ὤμοις ἀίσσονται· ὅδ' ἀγλαΐῃφι πεποιθὼς, Ῥίμφα ἑ γοῦνα φέρει μετά τ' ἤθεα καὶ νομὸν ἵππων. Sed alii ejusdem poetæ afferri possunt loci, in quibus pleonasmus pronominis Virgiliano illi magis similis est : quod hic velut interrumpatur oratio, possitque non minus commode ὁ δ' disjunctim scribi : quam lectionem mea Editio habet. Alia igitur et quidem aptiora hujus pleonasmi ex isto poeta exempla proferam, si prius alios Virgilii versus attulero, in quibus eundem pronominis Latini pleonasmum usurpat. Legitur igitur apud illum, Æneid. 5 : Præcipitemque Daren ardens agit æquore toto, Nunc dextra ingeminans ictus, nunc ille sinistra. Sic etiam Illa πλεοναζόντως, Georg. 3 : Undaque jam tergo ferratos sustinet orbes, Puppibus illa prius, patulis nunc hospita plaustris. Nec non Illæ, ejusdem operis l. 2 : Quid majora sequar? salices, humilesque genistæ Aut illæ pecori frondem aut pastoribus umbram Sufficiunt. At pronomen Ille, quod initio Æneidos habetnr, in hoc versu, Multum ille et terris jactatus et alto, ex hoc numero excipi posse videtur : quod dici queat tanquam ἀπ' ἄλλης

ἀρχῆς, Multum ille et terris jactatus et alto : subaudiendo verbum Est, seu Fuit. Sic igitur ap. Hom. dico ὅγε non raro πλεονάζειν, itidemque femininum ἥγε, nec non plurali numero ταίγε, ut Il. Γ, [408] : Ἀλλ' αἰεὶ περὶ κεῖνον ὀΐζυε, καί ἑ φύλασσε, Εἰσόκε σ' ἢ ἄλοχον ποιήσεται, ἢ ὅγε δούλην. Quis enim ὅγε abundare hic neget? Comparationi etiam adhibitum, (ut pronomen Ille a Virg.,) nonnunquam itidem vacat. Sic ἥγε in comparatione [Od. Z, 106] : Γέγηθε δέ τε φρένα Λητὼ, Πασάων δ' ὕπερ ἥγε κάρη ἔχει ἠδὲ μέτωπα. Sic certe ταίγε in comparatione, quæ habetur Il. Γ init. : Αἶτ' ἐπεὶ οὖν χειμῶνα φύγον καὶ ἀθέσφατον ὄμβρον, Κλαγγῇ ταίγε πέτονται ἐπ' ὠκεανοῖο ῥοάων, Ἀνδράσι πυγμαίοισι φόνον καὶ κῆρα φέρουσαι. Hi sunt loci, (ceteros tibi observandos relinquo,) ubi pronominis Ille talem usum esse dico, qualem in illis Virg. locis vidimus. Cave enim, lector, (nam de hoc mihi monendus es,) ne cum hoc pronominis Ille usu eum confundas, qui aliquot locis ap. Virg. extat, ubi de leone vel alia fera loquitur, ut Æn. 12 init. : Pœnorum qualis in arvis Saucius ille gravi venantum vulnere pectus Tum demum movet arma leo. Sic 11 : Ac velut ille, prius quam tela inimica sequantur, Continuo in montes sese avius abdidit altos Occiso pastore lupus. Denique et in comparatione ab apro sumpta, 10 : Ac velut ille canum morsu de montibus altis Actus aper, etc. Quem vero usum habere dicemus pronomen Ille his in locis? Existimavi olim sic usurpari ut cum aliquis ita loquitur, Ego (ut dicebat ille) mihi cano et Musis. Neque certe de hac sententia deduci potero donec aliquid melius ab alio excogitatum comperero. Nam quod Serv. in primum illum locum [12, 5] annotat, pronomine Ille indicari ἐξοχήν, perinde ac si diceretur, Leo princeps ferarum : aliis, quæ addidi, exemplis refellitur. Nisi forte et Ille lupus, dictum esse velimus tanquam de Ferarum principe. Sed quoniam ad hanc usque quæstionem sermo de pleonasmo pronominis institutus me deduxit, simul etiam, in gratiam eorum, qui Calliopes Virgilianæ studiosi sunt, aliam pulcerrimam sane et utilissimam proponam, de loco, quem ultimum attuli : in quo comparationis initium est hoc [10, 707], Ac velut ille canum morsu de montibus altis Actus aper, etc. Nam aliquot versibus interjectis, sequuntur hi [712], Sed jaculis tutisque procul clamoribus instant. Haud aliter, justæ quibus est Mezentius iræ, Non ulli est animus stricto concurrere ferro : Missilibus longe et vasto clamore lacessunt. Ille autem impavidus partes cunctatur in omnes, Dentibus infrendens, et tergo decutit hastas. Venerat antiquis, etc. Quæ illa est quæstio? An non duo isti versus, Ille autem impavidus partes cunctatur in omnes, Dentibus infrendens, etc. sede sua moti sint, et ante illam redditionem comparationis reponi debeant, Haud aliter justæ, etc. [Hac serie nunc eduntur illi versus in omnibus, ut videtur, codicibus manuscriptis turbati.] Quidni vero tam longum hunc de pleonasmis tractatum quæstio aliqua πλεονάζουσα claudat, quæ mihi lectoriqae pariter tædium eorum levare possit?

CAPUT II.

DE VOCIBUS,

QUÆ IN ATTICO SERMONE ΕΛΛΕΙΠΟΥΣΙ, i. e. DEFICIUNT, SEU PER ΕΛΛΕΙΨΙΝ SUPPRIMUNTUR.

Cum de vocabulis, quæ in Attico sermone abundant, disseruerim, proximum esse arbitror ut vicissim de iis, quæ deficiunt, disseram. Sicut autem illa πλεονασμοῦ, ita hæc ἐλλείψεως appellatione comprehendi, aut (si mavis), quemadmodum ad πλεονασμὸν illa, ita hæc ad ἔλλειψιν referri sciendum est; atque adeo nonnulla esse vocabula, quorum modo πλεονασμὸς, modo ἔλλειψις in Græco sermone inveniatur : ut exemplis sub capitis hujus finem declarabo. Sed cum multa pleonasmi exempla passim apud Atticos scriptores extent, multo etiam plura ἐλλείψεως extare arbitror. Joannes Grammaticus tamen et Corinthus ut pauca pleonasmi, ita etiam ἐλλείψεως exempla non multa protulerunt. Imo vero Joannes quidem Grammaticus (qui alio nomine Philoponus vocatur) non pauca, sed unicum attulit. At Corinthus non adeo quidem illorum parcus fuit, sed in iis quædam sunt ἐλλείψεις, quas ipsi fortassis Attici pro suis minime agnoscerent : ut suo loco declaraturus sum. Ceterum quanto nobis brevitas sermonis redundantiâ gratior esse debet, tanto magis horum quam illorum exemplorum studiosos esse oportet. Enimvero libet antequam ad ἐλλείψεως exempla veniam, lectorem monere ne cum Latinis grammaticis in hujus schematis appellatione fallatur : et quod Ellipsis nominari debet, Eclipsis illorum more nominet. Cur autem hoc, non illo, nomine utendum esse censeam, in extremo hoc capite docebo.

Præpositiones apud Atticos deficiunt, (inquit Corinthus, Articulo VIII,) sicut et ap. Hom. [Il. N, 673] : Ὡς οἱ μὲν μάρναντο δέμας πυρὸς αἰθομένοιο, pro κατὰ πῦρ ἐμάχοντο, ἤγουν ὡς πῦρ ἐπενέμοντο ἅπαντα. Equidem in magna exemplorum abundantia, eorum se pauperrimum fuisse ostendit Corinthus, qui unicum et quidem parum aptum attulerit. Cur enim, obsecro, cum δέμας præpositionem κατὰ potius quam adverbium ὡς subaudiamus, aut subaudiendum esse dicamus? præsertim cum talem præpositioni κατὰ signif. hic poeta tribuere non soleat? Imo vero exemplum ἐλλείψεως alius præpositionis potius quam hujus afferre debuit, (licet in Aristoph. loco, quem subjungit, ejusdem præpositionis ἔλλειψις cernatur,) aut certe ejusmodi exemplum, de quo controversia oriri nulla posset : cujusmodi habemus Il. N, [490], Αἰνείας δὲ πρῶτος ἀκόντισεν Ἰδομενῆος. Eodem modo Δ, [100] : Ἀλλά γ' (vel potius ἀλλ' ἄγ', ut in meo veteri Codice), ὀΐστευσον Μενελάου κυδαλίμοιο. Sic in N, paulo ante versum, qui modo inde allatus fuit, Τιτυσκομένων καθ' ὅμιλον ἀλλήλων. His enim in locis aperte præp. κατὰ ante illos genitivos deficit. Sed nonnullæ sunt præposs., quarum defectus extant ap. hunc ipsum poetam non minus frequentes. Et quoniam de pleonasmo agere incipiens, ab eo initium sumpsi, et sumendum esse docui, idem nunc ob eam ipsam rationem, quam ibi reddidi, (præterquam quod ipse Corinthus primum illud exemplum ex eo attulit,) faciendum esse dico. Ut igitur in versu, quem modo protuli, deficit, i. e. subaudienda relinquitur, præp.

κατὰ, sic deficit διὰ in isto Il. B, [801] : Ἔρχονται πεδίοιο, μαχησόμενοι περὶ ἄστυ. Eadem cum eodem genitivo ἔλλειψις extat Γ, [14] : Μάλα δ' ὦκα διέπρησσον πεδίοιο. Eodem modo dictum est Z, [507], Θείει πεδίοιο κροαίνων, in comparatione ab equo sumpta. Atque ut his in locis deesse putatur et subaudienda relinqui præp. διὰ, ita etiam Od. Σ, [21] : Μή σε γέρων περ ἐὼν στῆθος καὶ χείλεα φύρσω Αἵματος, esse dictum αἵματος pro δι' αἵματος. Sed ego sicut illis in locis subauditionem præpositionis διὰ, ut optime convenientem admitto, ita in hoc, ut alienam rejicio. Quis enim unquam φύρειν δι' αἵματος pro φύρειν αἵματι dixit? Potius certe genitivum pro dativo per antiptosin esse positum, vel φύρσω αἵματος accipiendum esse pro φύρων ἐμπλήσω dicerem. At de subauditione accusativi ante hanc ipsam præp. διὰ dicetur, ubi ejusdem ἐλλείψεως exempla ex solutæ orationis scriptoribus afferam.

Περὶ præp. ante genitivos itidem subaudienda interdum relinquitur, ut Od. Λ, [173] : Εἰπὲ δέ μοι πατρός τε καὶ υἱέος ὃν κατέλειπον, Ἦ παρ' ἐκείνοις ἐστὶν B ἐμὸν γέρας κτλ., pro περὶ πατρὸς etc. Cui loco similis hic Soph. p. 281 meæ ed. [OEd. C. 307] : Κλύων σοῦ δεῦρ' ἀφίξεται ταχύς· ita enim hic κλύων σοῦ pro περὶ σοῦ, ut illic εἰπὲ πατρὸς pro περὶ πατρός. Sic etiam Il. N, [109] : Ἀμυνέμεν οὐκ ἐθέλουσι Νηῶν ὠκυπόρων, subauditur vel περὶ, vel ὑπέρ : magis tamen proprium præp. ὑπὲρ locum hic habet. Sed περὶ ante accusativum quoque subaudiri existimat Eust. Il. E, [339] : Ἀμβροσίου διὰ πέπλου, ὃν οἱ Χάριτες κάμον αὐταὶ Πρυμνὸν ὑπὲρ θέναρος. Sed mihi nequaquam placet quicquam subaudiri, cum verbum κάμνειν itidem cum accusativo valde usitatum esse sciamus, sicut et alia pleraque verba ἐξ ἀμεταβάτων facta esse μεταβατικὰ videmus.

Ὑπὸ quoque præpositione nonnunquam destituitur oratio ap. poetas, ut ap. Hom. Il. B, [513] : Οὓς τέκεν Ἀστυόχη δόμῳ Ἄκτορος Ἀζείδαο, Παρθένος αἰδοίη, ὑπερῴϊον εἰσαναβᾶσα Ἄρηϊ κρατερῷ. Sequendo enim alios ejusdem poetæ locos dicendum est Ἄρηϊ esse pro ὑπ' Ἄρηϊ, ut alibi, Ὃν ὑπ' Ἀγχίσῃ τέκεν Ἀφροδίτη. Sic de Polypœto, Τὸν ὑπὸ Πειριθόῳ τέκεν Ἱπποδάμεια· quos locos affert Eust. ut ἔλλειψιν illam probet : ac certe alios quamplurimos ejusmodi posse afferri fateor, qui hanc præp. ὑπὸ habeant. Sed certe non cum τέκεν, sed cum εἰσαναβᾶσα jungendus videri possit dativus Ἄρηϊ. Quod si etiam dativus hic ad verbum τέκεν ferri dicatur, non videtur incommode sequi dativus verbum τέκεν, ut dicitur mulier alicui liberos parere. Atque adeo non solus est hic locus, ubi præp. illa omittitur. Legimus enim B, [658] : Ὃν τέκεν Ἀστυόχεια βίῃ Ἡρακληείῃ.

Ὑπὸ autem in ea signif., qua ponitur pro Præ, ἐλλείπειν dici potest in isto Theogoniæ Hesiodi l. [850] : Τρέσσε δ' ἄδης (nisi potius leg. est, Τρέσσ' ἀΐδης, quam lectionem reponendam censeo), ἐνέροισι καταφθιμένοισιν ἀνάσσων, Ἀσβέστου κελάδοιο καὶ αἰνῆς δηϊοτῆτος. Hic enim si præp. aliquam subaudire necesse sit, nulla commodius subaudiri posse videtur quam ὑπὸ, in ea signif., qua ponitur pro Præ, ut dicitur aliquis tremere Præ metu, seu Præ frigore. Non ignoro interim ἕνεκα posse etiam subaudiri. D

Ἐπὶ autem ἐλλείπει ante gen., Il. E, [6] : Λελουμένος ὠκεανοῖο. Sic Z, [508] : Εἰωθὼς λούεσθαι ἐϋῤῥεῖος ποταμοῖο, dixerim subaudiri hanc præp. debere : potius quam dativum ὕδατι, cum auctore brevium scholiorum. Quod si etiam ποταμὸν accipiamus ἀντὶ τοῦ ὕδατος τοῦ ποταμοῦ (ut ille addit), non video cur minus ἔλλειψις hic esse dici poterit.

Ὑπὲρ etiam ex iis est, quæ subaudiendæ interdum relinquuntur, ut Il. Θ, [124] : Ἕκτορα δ' αἶνον ἄχος πύκασε φρένας ἡνιόχοιο, pro ὑπὲρ ἡνιόχοιο. Sic statim post, Καὶ ἀχνύμενός περ ἑταίρου, pro ὑπὲρ ἑταίρου. Sed dubium est nonnullis in locis an hæc præp. ὑπὲρ an περὶ subaudiri debeat, ut in isto Homerico, N, [109] : Ἀμυνέμεν οὐκ ἐθέλουσι Νηῶν ὠκυπόρων, vel περὶ vel ὑπὲρ subaudiri posse existimatur. At in illis duobus locis, quos ex Il. Θ protuli, aliisque ejusmodi, non minus fortasse subaudiri potest ἕνεκα seu ἕνεκεν, quam ὑπέρ. Cum autem hujus subauditionis exempla meæ in Corinthum Animadversiones habeant, inde, si videbitur, petere illa poteris. A

Ἀντὶ etiam subauditur in isto Hom. versu, Od. Λ, [326] de Eriphyle : Ἣ χρυσὸν φίλου ἀνδρὸς ἐδέξατο τιμήεντα, pro ἀντὶ φίλου ἀνδρός. Est autem valde a poetis celebrata historia, (vel potius fabula, quandoquidem de poetis loquor,) quam ibi attingit Hom. Legimus enim ap. Ovid. 3 De arte : Si scelere OEclides Talaoniæ Eriphyles Vivus et in vivis ad Styga venit equis. Sic Propert. lib. 3 : Tu quoque ut auratos gereres, Eriphyla, lacertos, Discerptis nusquam est Amphiaraus equis. Quoniam igitur monile, quod accepit Eriphyle, amittendi viri causa illi fuit, dicit Hom. illam δέξασθαι χρυσὸν φίλου ἀνδρὸς, accepisse aurum pro marito, i. e. loco mariti. Eust. putat subaudiri etiam posse κατά : exponens, ἐδωροδοκήθη κατὰ τοῦ ἀνδρός. Vidimus autem et antea ἔλλειψιν hujus præp. cum genitivis : altera tamen subauditio magis placet.

Πρὸ item subauditam alicubi observasse mihi videor. Non dubium est certe quin eo in versu, quem modo protuli, de Eriphyle, Ἣ χρυσὸν φίλου ἀνδρὸς ἐδέξατο τιμήεντα, subaudiri possit πρὸ, non minus commode quam ἀντὶ, si quidem sententia loci spectetur : alioqui fateor δέχομαι ἐκεῖνο ἀντὶ τούτου frequentius esse quam δέχομαι ἐκεῖνο πρὸ τούτου.

Σὺν ex iis est, quæ frequenter omittuntur; potestque ejus ἔλλειψις vere Attica censeri, ut docebo, cum ex solutæ orationis scriptoribus exempla proferam. Il. Θ, non procul ab initio [23] : Ἀλλ' ὅτε δὴ καὶ ἐγὼ πρόφρων ἐθέλοιμι ἐρύσσαι, Αὐτῇ κεν γαίῃ ἐρύσαιμ' αὐτῇ τε θαλάσσῃ, pro σὺν αὐτῇ γαίῃ καὶ σὺν αὐτῇ θαλάσσῃ. Od. Φ, [54] : Ἀπὸ πασσάλου αἶνυτο τόξον, Αὐτῷ γωρυτῷ, itidem pro σὺν αὐτῷ γωρυτῷ.

Nunc autem de ellipsi præpositionum, quæ in soluta itidem oratione invenitur, dicendum est. Ut autem hic quoque a præp. κατὰ incipiam, Corinthum aliud ejus ἐλλείψεως exemplum potius afferre debuisse ajo, (si quidem unicum afferre volebat,) nimirum ejus, quæ omnium est frequentissima, et ita quidem ut solutæ orationi cum carmine sit communis. Ea est qua dicitur aliquis esse καλὸς τὸ σῶμα vel αἰσχρὸς, esse μέγας τὸ σῶμα vel μικρὸς, esse ταχὺς πόδας vel βραδύς : qua denique accusativo passim talem constr. dari videmus. Hom. Il. E, [801] : Τυδεύς τοι μικρὸς μὲν ἔην δέμας, ἀλλὰ μαχητής. Apud Eund. nemo nescit extare passim, πόδας ὠκὺς Ἀχιλλεύς. Legitur Λ, [114] : Ἐπεὶ οὐ ἔθεν ἐστὶ χερείων Οὐ δέμας, οὐδὲ φυὴν, οὔτ' ἄρ φρένας, οὔτε τι ἔργα. Est enim μικρὸς δέμας pro κατὰ τὸ δέμας, et πόδας ὠκὺς pro κατὰ τοὺς πόδας : itidemque in ceteris accusativis. Theocr. initio Idyllii, quod Ἐραστὴς s. Δύσερως inscriptum est [23, 1] : Ἀνήρ τις πολύφιλτρος ἀπηνέος ἤρατ' ἐφάβου, Τὰν μορφὰν ἀγαθῶ, τὸν δὲ τρόπον οὐκέθ' ὁμοίω. Sic in soluta oratione dicitur quispiam esse καλὸς τὸ σῶμα, et ἀγαθὸς τὴν ψυχήν : ut ap. Xenophontem legimus [Anab. 2, 6, 30], Τοὺς καλοὺς τὰ σώματα et τοὺς ἀγαθοὺς τὰς ψυχάς. Isocr. [p. 2, E] : Ὅπως τὰ τῶν τρόπων ἤθη σπουδαῖοι πεφυκέναι δόξουσι. Sic καλὸς τὴν ὄψιν, vel αἰσχρός : eodemque modo alia infinita adjectiva aliis infinitis substantivorum accusativis juncta reperiuntur. Estque hæc ἔλλειψις apud quoslibet solutæ orationis scriptores ita usitata, ut κτήσει μὲν, Atticæ linguæ, χρήσει δὲ, non minus linguæ communis censeri possit. Atque adeo hanc ἔλλειψιν, vel potius accus. hunc ἐλλειπτικὸν, Latini quoque imitati sunt, cum Cetera dixerunt pro In ceteris : ut τὰ λοιπὰ pro κατὰ τὰ λοιπὰ, seu ἐν τοῖς λοιποῖς : sive τἄλλα pro κατὰ τἄλλα. Virg. Æn. 3 : At cetera Graius. Itidemque ap. Liv. legimus, Dec. 1, l. 1 : Et quia proximum regnum, cetera egregium, ab una parte haud satis prosperum fuerat. Eodem libro, Ergo virum cetera egregium secuta quam in petendo habuerat, etiam regnantem ambitio est. Usus est et Plin.: Tradunt in Mysia, feram quæ Bonasus vocetur, equina juba, cetera tauro similem. Itidemque ut dicunt Græci πάντα ὅμοιος, ita dixit Virg., Omnia Mercurio similis : item, Os humerosque deo similis. Tale est et Nuda genu, ap. Eund. Quin etiam accusativi nonnulli verbis juncti eodem referuntur, ut in istis ejusdem poetæ locis, Expleri mentem nequit : et, Faciem mutatus et

ora. Sed et in locis, qui a superioribus diversi sunt, A hujus præpositionis ἔλλειψις invenitur : ut cum τὴν αὐτὴν ὥραν pro κατὰ τὴν αὐτὴν ὥραν dicit Theophr. C. Pl. 5. Sed et ellipsin, quam habemus in accuss. illis γνώμην ἐμὴν, positis pro κατὰ γνώμην ἐμὴν, quamvis superioribus multo minus usitatam, Atticam esse nemo negare possit, cum Aristophanem ea usum esse constet, Pac. [232] : Ἀλλ' εἶμι· καὶ γὰρ ἐξιέναι, γνώμην ἐμὴν, Μέλλει. Neque enim dubium est quin dictum sit pro κατὰ γνώμην ἐμήν. Scio alioqui Plat. non γνώμην ἐμὴν, pro κατὰ γνώμην ἐμὴν, sed κατὰ τὴν ἐμὴν dixisse, relinquentem subaudiendum substantivum, non autem præp. De quo ἐλλείψεως genere suo loco dicetur.

Cum verbis quoque subaudiri κατὰ sciendum est, veluti cum dicitur, ἀλγῶ τὴν κεφαλὴν, vel δάκνομαι τὴν ψυχὴν, seu καρδίαν. Cui simile est ap. Hom. χωόμενος κῆρ. Tale autem est illud supra, Expleri mentem.

Διὰ quoque in soluta oratione, et quidem Attica, ἔλλείπει nonnunquam; sed exemplum, quod Corinthus ex Thuc. affert hujus ἐλλείψεως, plane alienum B est, uti docui in iis, quæ in octavum ejus Articulum annotavi. Contra in ταῦτ' ἄρα non male subaudiri existimandum est διὰ cum ταῦτα. Plane autem similis vel potius eadem ellipsis (utpote cum eodem pronomine) extat apud Soph., τοῦτο videlicet pro διὰ τοῦτο. Verum pluralis ταῦτα subauditam habens præp. multo est apud primarios scriptores usitatior. Xen. Anab. 4, p. 188 meæ ed. [c. 1, 21] : Ταῦτ' ἐγὼ ἔσπευδον, καὶ διὰ τοῦτό σε οὐχ ὑπέμενον, εἴπως δυναίμην φθάσαι πρὶν κατειλῆφθαι τὴν ὑπερβολήν. (Ubi etiam observa, post ταῦτα, quod præpositione διὰ destituitur, statim sequi διὰ τοῦτο.) Sed frequenter post ταῦτα ita positum ἐλλειπτικῶς additur particula quæpiam, nimirum δὴ, vel τοι, aut δὲ, vel ἄρα. Plato Symp. [p. 174, A] : Ταῦτα δὴ ἐκαλλωπισάμην ἵνα καλὸς παρὰ καλὸν ἴω. At ταῦτά τοι ap. Hermog. legitur, nec non ap. alios eo antiquiores scriptores legi putandum est : ταῦτα δὲ autem extat in isto Aristot. loco, Probl. sect. 20 : Ταῦτα δὲ καὶ οἱ πολὺν χρόνον καθεύδοντες ἀχρούστεροί εἰσι τῶν μέτριον χρόνον καθευδόντων. At vero ταῦτ' ἄρα magis Atticis in usu fuisse videtur, cum Aristophanes etiam locis aliquot eo utatur : ex quibus est hic [Nub. 319] : Ταῦτ' ἄρ' ἀκούσασ' αὐτῶν τὸ φθέγμ' ἡ ψυχή μου πεπότηται. Et hic [394], Ταῦτ' ἄρα καὶ τὼ 'νόματ' ἀλλήλων, βροντὴ καὶ ποροῦ, ὁμοίω. Sic autem et Theocr. hoc pronomine usus est, sequente particula ἄρα, initio Idyllii, quod Thyonichus inscribitur [14, 3] : Ταῦτ' ἄρα λεπτὸς, Χὼ μύσταξ πολὺς οὗτος ἀϙ, αὐαλέοι δὲ κίκιννοι. Sic autem et alii recentiores ταῦτ' ἄρα tanquam magis Atticum usurparunt. Sciendum est autem ante alios Hom. ταῦτα pro διὰ ταῦτα dixisse, et quidem absque ullius particulæ adjectione, Il. Λ, [693] : Ταῦθ' ὑπερηφανέοντες Ἐπειοὶ χαλκοχίτωνες, Ἥμέας ὑβρίζοντες, ἀτάσθαλα μηχανόωντο. I. e. Διὰ τοῦτο ὑπερφρονοῦντες, ut ipse quoque Eust. exponit. Non dubito autem quin ex isto poeta hujus quoque ἐλλείψεως exemplum Attici sumpserint.

Subauditur διὰ et cum aliis accusativis, veluti cum dicitur σὴν χάριν, pro διὰ τὴν σὴν χάριν. Et quoniam hoc loquendi genus ἐλλειπτικὸν frequentissimum est, D schol. Apollonii Ζηνὸς χόλον apud illum exponens διὰ Ζηνὸς χόλον, Arg. 2, [1196] : Ἐπεὶ Φρίξοιο θυηλὰς Στέλλομαι ἀμπλήσων Ζηνὸς χόλον Αἰολίδῃσιν, tale esse dicit istud loquendi genus. Exempla autem hujus phrasis σὴν χάριν, itidemque ἐμὴν χάριν, ab Apollonio dictum, habes in Thesauro meo s. v. Χάρις.

Περὶ eodem plane modo ἔλλείπει ap. Aristoph. quo ap. Soph., in eo, quem ex ejus OEdipo Coloneo protuli, versu, p. 181 meæ ed. [307.] Ut enim ibi κλύων σοῦ, est pro κλύων περὶ σοῦ, ita legimus ap. Aristoph. Pl. [334], Τοῦ πράγματος ἀκήκοέν τι, pro περὶ τοῦ πράγματος : neque enim particulam τὶ cum genitivo πράγματος jungi putandum est. Eodemque pacto et ap. Thuc. legitur p. 123 [4, 6], Ὡς ἐπύθοντο τῆς Πύλου κατειλημμένης, pro περὶ τῆς Πύλου κατειλημμένης. Esse enim ejusdem signif., his in Il., ista κλύειν, ἀκούειν, πυνθάνεσθαι, satis notum est. Ex Hom. autem exemplum ejusd. ἐλλείψεως cum verbo cujus signif. eodem pertinet, habuisti antea εἰπὲ πατρὸς pro περὶ πατρός.

Παρὰ deficit ap. Thuc. 2, p. 63 meæ ed. [c. 46] : Ἄθλα γὰρ οἷς κεῖται ἀρετῆς μέγιστα, τοῖσδε καὶ ἄνδρες ἄριστοι πολιτεύουσι. Cum tamen deficere hic præp. παρὰ dico, ex scholiastæ sententia loquor. Ad me enim quod attinet, utrumque dici posse existimo : et ita quidem ut si absit præp. παρὰ, sermo minime habendus sit ἐλλειπτικός. Nam οἷς κεῖται ἆθλα ita resolvi potest, οἳ ἔχουσιν ἆθλα κείμενα : aut etiam sine participio, οἳ ἔχουσιν ἆθλα : ut dicere possis, οἷς κεῖνται νόμοι ἄριστοι, pro οἳ ἔχουσι νόμους ἀρίστους.

Ὑπὲρ in soluta etiam oratione deficere aliquando existimatur. Thuc. 1, p. 32 [c. 96] : Πρόσχημα γὰρ ἦν ἀμύνεσθαι ὧν ἔπαθον. Ubi schol. ait λείπειν præp. ὑπέρ : ut sit pro ὑπὲρ ὧν ἔπαθον. Apud eundem Historicum, 2, p. 79 [c. 92] : Ἔστησαν δὲ καὶ οἱ Πελοποννήσιοι τροπαῖον, ὡς νενικηκότες, τῆς τροπῆς ἃς πρὸς τῇ γῇ ναῦς διέφθειραν. Ubi idem schol. τῆς τροπῆς pro ὑπὲρ τῆς τροπῆς positum esse tradit : itidemque ante ἃς vult esse ellipsin præpositionis διά : ait enim esse dictum pro διὰ τὰς ναῦς. Ego autem ante gen. τροπῆς subaudiendum quidem aliquid esse fateor; sed ἕνεκα non B minus quam ὑπὲρ subaudiri posse dico. Nec vero ante accus. ἃς subaudiri διὰ necesse existimo, sed potius dictum esse τῆς τροπῆς ἃς πρὸς τῇ γῇ ναῦς διέφθειραν, pro τῆς τροπῆς τῶν νεῶν ἃς πρὸς τῇ γῇ διέφθειραν. Quod tamen structuræ orationis genus valde καινοπρεπὲς esse haud inficior; sed quo est καινοπρεπέστερον, eo magis Thucydideum videri fortasse debeat. Ad alterum autem locum quod attinet, si inter ἀμύνεσθαι et ὧν subaudiri debere dicamus præp. ὑπὲρ, dicendum idem fuerit passim, ubi verbum istud ἀμύνεσθαι legetur : nimirum gen., quem habet, non e vi verbi, sed e vi præpositionis esse. Apud Soph., (habent autem et Tragici non pauca schemata cum soluta oratione communia,) putat schol. ante infin. μολεῖν subaudiri debere ὑπὲρ τοῦ, in isto Electræ loco p. 120 meæ ed. [872] : Ὑφ' ἡδονῆς τοι φιλτάτη διώκομαι, Τὸ κόσμιον μεθεῖσα σὺν τάχει μολεῖν. Verum (ut antea dixi de uno ex locis Thuc.) non minus commode subaudiri hic potest ἕνεκα. Sed et ὥστε (quod sæpe ante C infinitivos ἐλλείπει) hic quoque locum habere posse videtur; aut etiam ἐφ' ᾧ. At ubi infinitivo præfixus est articulus τοῦ, non item ὥστε vel ἐφ' ᾧ, sed ἕνεκα duntaxat aut ὑπὲρ subaudire licet : ut ap. Xen. [Cyrop. 1, 3, 9], Τοῦ δὴ, εἰ φάρμακα ἐγχέοιεν, μὴ λυσιτελεῖν αὐτοῖς. Sed de hac ellipsi iterum in adverbiis ἕνεκα et ὥστε dicendum fuerit.

Ὑπὲρ in ea etiam signif., qua pro Super s. Supra ponitur, subaudiendum existimat schol. Callimachi, (hoc enim omissi, cum de poetica hujus præp. ellipsi dissererem,) Hymno in Jovem [24] : Πολλὰ δὲ Καρίωνος ἄνω, διεροῦ περ ἐόντος, Ἴλυοὺς ἐβάλοντο κινώπετα. Dicit enim λείπειν præp. ὑπέρ : et hanc expositionem subjungit, πολλὰ δ' ὑπὲρ τοῦ Καρίωνος ἕρπετὰ τοὺς φωλεοὺς ἐποίησαν. Verum ego (quod ejus pace dictum sit) minime nobis subaudiendum esse ὑπὲρ, cum ἄνω locum ejus obtineat, existimo. Plus certe coloris habuisset subauditio ista præpositionis ὑπὲρ, si ἄνω pro ὑπεράνω positum esse dixisset; sed huic etiam expositioni parata objectio fuisset, quamvis ὑπεράνω dici D soleat potius quam ἄνω, tamen potius in ὑπεράνω præp. ὑπὲρ πλεονάζειν, quam λείπειν in ἄνω.

Πρὸς ante accus. deficit, in isto Thuc. loco, 2, p. 64 meæ ed. [c. 51] : Ἐπεὶ καὶ τὰς ὁλοφύρσεις τῶν ἀπογιγνομένων τελευτῶντες καὶ οἱ οἰκεῖοι ἐξέκαμνον. Esse enim dictum τὰς ὁλοφύρσεις pro πρὸς τὰς ὁλοφύρσεις, annotat schol. : a quo si hic discedere quis velit, quid accusativo illo faciendum esse dicet? Nam posse cum ἐξέκαμνον jungi, nemo, ut opinor, dicere audebit.

Sed aliud exemplum ἐλλείψεως præpositionis πρὸς invenisse mihi videor, de quo viros doctos assensuros mihi spero. Existimo enim, cum dicitur σὴν χάριν, commodius subaudiri πρὸς, quam διὰ, ut vulgo creditur; licet et ipsum schol. Apollonii (in quo alioqui multa sunt quæ reconditiorem linguæ Græcæ cognitionem testantur) in ea sententia esse, antea ostenderim, cum de ellipsi præpositionis διὰ agerem. Neque vero mirum tibi, lector, videri debet quod ibi nullam hujus subauditionis præpositionis πρὸς mentionem fecerim; magis enim, dum illa scriberem, urge-

bar, quam ut aliorum sententiam diligenter examinare vacaret. Ut autem πρὸς malim quam διὰ subaudire ante σὴν χάριν, moveor iis loquendi generibus, quæ præfixam illam, non hanc, præp. habent, cum alioqui aut eidem aut simili accusativo jungatur. Quis enim πρὸς χάριν, quis πρὸς ἡδονὴν dici nescit? Si quis tamen exemplis opus sibi esse dicet, ea pro me meus Thes. suppeditabit : et unum etiam, in quo πρὸς ἡδονὴν et πρὸς χάριν copulantur. Neque tamen hæc a me ita dicuntur quasi omnino aliena præpositionis διὰ sit subauditio; sed quod præpositionis πρὸς subauditio ei loquendi generi, quod est usitatissimum, sit consentanea. Fateor enim alioqui et διὰ χάριν non prorsus inusitatum esse, cum in illo etiam meo Thes. ejus ex Aristot. exemplum afferatur, Ethic. 10 : Μάλιστα δ' εἶναι ἀγαθὸν ὃ μὴ δι' ἕτέρου χάριν αἱρούμεθα. Fateor præterea posse inter hæc duo loquendi genera interdum discrimen constitui. Nam τοῦτο πρὸς χάριν σοῦ αἱροῦμαι, alio etiam sensu (ni fallor) dici potest quam τοῦτο διὰ χάριν σοῦ αἱροῦμαι. Nam tunc πρὸς χάριν σοῦ αἱροῦμαι cum electionem in tuo arbitrio pono, et prout tibi libuerit vel hoc et vel illud eligo; at διὰ χάριν σοῦ αἱροῦμαι, cum in gratiam tuam, eoque animo ut tibi commodem, hoc potius quam illud eligo, etiamsi alioqui in eligendo, utrum a me eligi malis nesciam, aut tuæ voluntatis minime nescius, ei morem non geram. Sed hæc fortasse quam par sit subtiliora : sic tamen ut illis, qui eum Aristot. librum non a se lectum tantum, sed plane intellectum dicere volunt, multa loquendi genera non minus subtiliter examinanda sint.

Πρὸς alio etiam modo ἐλλείπειν arbitror : nimirum verbis quibusdam præfixam : veluti si ita loquar, Τί δὲ σὺ χρήσῃ βιβλίοις, οὐ δυνάμενος αὐτὰ ἀναγινώσκειν, i. e. (interpretando verbum verbo) Quid vero tu utere libris, cum eos legere non possis? Hic certe ut Quid est pro Ad quid, i. e. Quam ad rem; ita etiam τί dici pro πρὸς τί existimo : ut in Aristoph. Nub. init. : Τοῦ δώδεκα μνᾶς Πασίᾳ; τί ἐχρησάμην; Ὅτ' ἐπριάμην τὸν Κοππατίαν. Subauditur enim hic dat. cum τί ἐχρησάμην, videlicet δώδεκα μναῖς. I. e. (reddendo verbum verbo) Quid illis decem minis usus sum? pro Ad quid usus sum? Ad quam rem usus sum? Quem in usum decem illas minas converti? Gallice, *Qu'ay-je faict de cet argent?* I. e. ad verbum, Quid illo argento feci? seu illa pecunia. Atque ut hic τί idem valet quod πρὸς τί, ita certe in isto ejusdem Comici l. [Pl. 941], Τοῖς δ' ἐμβαδίοις τί χρήσεταί τις, εἰπέ μοι. Mihi enim nullo modo subaudire hic κατὰ placet, cum πρὸς τί χρήσεται multo aptius dicatur quam κατὰ τί χρήσεται. Quod si quis ad verbum reddere sibi permittat, Quid utetur, minimé absque exemplo ita loquetur. Hoc saltem constat, cum quibusdam verbis usurpari Quid itidem ἐλλειπτικῶς, sive eadem quæ et hic, sive alia præp. deficiat. Ceterum ut in illo Aristoph. loco aliisque hujusmodi subaudiri præp. πρὸς ajo, ita etiam ubi χρῆσθαι dativo personæ jungitur, cum τί vel ὅ, τι : veluti cum dicitur, Τί χρησόμεθα τούτῳ τῷ ἀνθρώπῳ, vel ἀνδρί; ad verbum, Quid homine isto utemur? Dem. : Τί δὲ χρησόμεθα τούτῳ; Idem, Ἐμοὶ μὲν χρήσασθε ὅ, τι βούλεσθε. Thuc. 7 : Καὶ ἑαυτῷ μὲν χρῆσθαι ἐκέλευεν ἐκεῖνόν τε καὶ Λακεδαιμονίους ὅ, τι βούλονται· 2, : Ξυνέβησαν τοῖς Πλαταιεῦσι σφᾶς τε αὐτοὺς παραδοῦναι καὶ τὰ ὅπλα, χρήσασθαι ὅ, τι ἂν βούλωνται. In Latino quidem sermone multo minus hujusmodi locis convenit verbum Uti quam superioribus, ubi dativus rei, non personæ erat. Nam illud prius, Quid usus sum, vel quid utar illa pecunia? item, Quid utetur calceis? non tam male sonare videntur quam hoc, Quid utar isto homine? Vel, Utere me quicquid voles. (In illo tamen Thuc. loco, ubi dativus rei dativo personæ adjunctus est, hæc ad verbum interpretatio tolerabilior esset; nam ubi dicit, Σφᾶς τε αὐτοὺς παραδοῦναι καὶ τὰ ὅπλα, χρήσασθαι ὅ, τι ἂν βούλωνται, neminem ignorare puto intelligendum esse, χρήσασθαι σφίσι καὶ τοῖς ὅπλοις ὅ, τι ἂν βούλωνται : et propter adjunctum rei dativum, minus durum posse videri verbum Uti dico : hoc modo, Ut ipsis ipsorumque armis ad quicquid liberet, uterentur.) At in Gallico sermone his atque illis locis perinde verbum *Faire* convenit, sicut in Græco verbum χρῆσθαι. Ut enim pro τί ἐχρησάμην τοῖς χρήμασι, dicemus *Qu'ay-je faict de cet argent?* vel τί χρήσομαι τοῖς χρήμασι; *Que feray-je de cet argent?* eodem plane modo illa Dem. verba, ἐμοὶ μὲν χρήσασθε ὅ, τι βούλεσθε, reddemus, *Faites de moi à vostre plaisir.* Sic in illo Thuc. loco, χρήσασθαι ὅ, τι ἂν βούλωνται, videlicet σφίσι καὶ τοῖς ὅπλοις, *Qu'ils fissent à leur plaisir d'eux et de leurs armes, Qu'ils en fissent tout ce que bon leur sembleroit.* At quomodo genus hoc loquendi reddi Latine debeat (i. e. Latini sermonis consuetudinem servando), in Thes. meo declaravi. Sed ideo Gallicam interpretationem affero, ut quoniam in hoc sermone idem utrobique verbum usurpari, sicut in Græco, ostendo, nobis subauditio itidem utrobique eadem (nimirum præpositionis πρὸς) mira non videatur. Fortassis autem præp. εἰς non minus commode subaudiri posse dicet quispiam : cui non magnopere refragabor, præsertim cum Thuc. ita usurpasse illam præp. sciam : cujus usus exemplum quoque ex illo sumptum proferam, ubi de præpositione εἰς agam. Uno enim eodemque in loco verbo χρῆσθαι, cum accusativo primum, sine hac præp., deinde ea præfixa, utitur.

Εἰς quoque interdum deesse et subaudiendam relinqui sciendum est, ut ap. Thuc. 2, p. 61 [c. 42] : Ἃ γὰρ τὴν πόλιν ὕμνησα, αἱ τῶνδε καὶ τῶν τοιῶνδε ἀρεταὶ ἐκόσμησαν, ubi Marcellus, aut quicunque est Græcarum explicationum Thucydidi adjectarum auctor, deesse dicit præp. εἰς. Sed utro in loco præp. deesse censuit? Non ante τὴν, ut opinor; sed ante ἅ : ut enim dicitur ἐπαινῶ αὐτὸν εἰς ταῦτα, ita non dubito quin ille dictum esse censuerit, ἃ τὴν πόλιν ὕμνησα pro εἰς ἃ τὴν πόλιν ὕμνησα.

Ellipseos præpositionis εἰς exemplum aliud apud eundem scriptorem habemus, et quidem multo etiam præcedente certius : cum ipsemet Thuc., veluti nos illius admonens, eam verbo præfigat cui non præfixerat in loco, qui proxime præcedit, sed subaudiendam reliquerat. Cum enim dixisset, 2, p. 54 [c. 15], Καὶ τῇ κρήνῃ τῇ νῦν μὲν, τῶν τυράννων οὕτω κελευσάντων, Ἐννεακρούνῳ καλουμένῃ, τὸ δὲ πάλαι, φανερῶν τῶν πηγῶν οὐσῶν, Καλλιρόῃ ὠνομασμένῃ, ἐκείνῃ τε ἐγγὺς οὔσῃ, τὰ πλείστου ἄξια ἐχρῶντο, subjungit, Καὶ νῦν ἔτι ἀπὸ τοῦ ἀρχαίου πρό τε γαμικῶν καὶ ἐς ἄλλα τῶν ἱερῶν νομίζεται τῷ ὕδατι χρῆσθαι. His inquam posterioribus verbis ἐς ἄλλα τῷ ὕδατι χρῆσθαι, ipsemet Thuc. ellipseos lectorem admonere videri potest, qua usus erat cum diceret, τὰ πλείστου ἄξια ἐχρῶντο. Cum enim ipsemet verbo χρῆσθαι ita utatur cum præp. illa εἰς, non dubium est quin eam subaudiri, non aliam ullam, putandum sit. Alioqui cum χρῆσθαι subaudiri etiam posset præp. πρὸς, sequendo ea, quæ dicta paulo ante fuerunt.

Ellipsin autem præpositionis εἰς junctæ articulo τὸ, putat esse schol. Eur. ante infin. κεκτῆσθαι, in hoc ejus versu, in Or. [804] : Μυρίων κρείσσων ὁμαιμόνων ἀνδρὶ κεκτῆσθαι φίλος. Ita enim exponit, μυρίων ἀδελφῶν κρείσσων ὁ φίλος ἐστὶν ἀνθρώπων, εἰς τὸ κεκτῆσθαι αὐτόν (ubi supervacaneus esse videtur genitivus ἀνθρώπων : et potius ab illo scriptum fuisse ἄνθρωπος suspicor). Et addit, eodem modo esse dictum κρείσσων κεκτῆσθαι, quo dicitur ἡδὺς ὁ ποταμὸς πιεῖν.

Habet porro et ap. Hom. aliosque poetas suam ellipsin præp. εἰς : ex quo tamen exempla nulla protuli supra : ideoque hic ea proferenda censeo. Est autem ea ante accusativos potissimum : ut Il. A, [322] : Ἔρχεσθον κλισίην Πηληϊάδεω Ἀχιλῆος, pro εἰς κλισίην, pro quo et κλισίηνδε alicubi dicit. Sic Γ, [407] : Μηδέ τι τοῖσι πόδεσσιν ὑποστρέψειας Ὄλυμπον, pro εἰς Ὄλυμπον, pro quo itidem Ὀλυμπόνδε alicubi ap. eum extat, vel potius Οὔλυμπόνδε, metri causa. Quin etiam invenitur τόδ' ἱκάνεις, cum hac præpositionis εἰς ellipsi, ut Il. Ξ, 298 : Ἥρη, ποῖ μεμαυῖα κατ' Οὐλύμπου τόδ' ἱκάνεις; Ubi etiam duplex ellipsis observanda est, et a parte anteriori et a posteriori. Dicitur enim τόδε pro εἰς τόδε τὸ χωρίον, vel δῶμα. Verum magis rara et mira etiam est ellipsis hujus præp. in isto ejusdem poetæ loco, Il. Δ, [66] : Πειρᾷν θ' ὥς κεν Τρῶες ὑπερκύδαντας Ἀχαιοὺς Ἄρξωσι πρότεροι ὑπερόρκια ὀηλήσασθαι· hic enim Eustath. vult Ἀχαιοὺς ἄρξωσι esse pro εἰς

Ἀχαιούς : et esse hunc sensum, ἀρχὴν ποιήσωσιν εἰς τοὺς Ἀχαιοὺς τοῦ παραβαθῆναι τοὺς ὅρκους. Sed durior mihi subauditio ista videtur quam ut Eustathio assentiri de ea possim. In meo autem vet. exemplari, (in quo non ὑπερόρκια conjunctim, sed ὑπὲρ ὅρκια disjunctim, ut in mea ed., legitur,) ita versus ille explicatur, προκατάρξωνται πρότεροι ὑπὲρ τοὺς Ἕλληνας τοὺς ὅρκους βλάψαι καὶ παραβῆναι. Verum et hoc durum mihi videri fateor ut illa præp. ὑπὲρ ad præcedentem versum retrocedens, cum accusativo Ἀχαιοὺς jungatur : ut omittam ei non satis convenientem usum fortasse datum iri. At hæc incommoda vitabimus, nec a sensu poetæ aberrabimus, ut opinor, si lectionem illam ὑπὲρ ὅρκια sequentes, dicamus ἄρξωσι πρότεροι δηλήσασθαι Ἀχαιοὺς ὑπὲρ ὅρκια. Alioqui enim mirandum etiam videtur quem præpositionis usum Eust. esse putaret, δηλήσασθαι ὅρκια exponens ἐπιορκῆσαι, nulla illius facta mentione. Hæc tamen tanquam obiter et ζητηματικῶς s. διαπορητικῶς isto de loco dicta, accipi velim.

Ἐν etiam (quæ eadem cum præcedente est præp. apud Latinos) interdum ἐλλείπει : præsertimque iis in ll., in quibus et apud Latinos prætermitti solet : cum videlicet testimonia afferuntur ex libris, quorum nomina adduntur : ut videmus passim ap. Athen., auctores propemodum infinitos citantem, hanc præp. nominibus librorum, præsertimque Comœdiarum et Tragœdiarum, plerisque non præfigi : ut Εὔπολις Αἰξίν, (alicubi etiam ἐν Αἰξίν,) et Κρατῖνος Μαλθακοῖς, et Ἀριστοφάνης Δαιταλεῦσι. Itidem Αἰσχύλος Νεανίσκοις, et Εὐριπίδης Φαέθοντι, ibidem. Itidem certe apud veteres grammaticos Latinos, Plautus Amphitryone, Terentius Phormione, legimus. Verum et ap. poetas subaudiendam relinqui interdum hanc particulam sciendum est, veluti cum δόμῳ et δόμοις pro ἐν δόμῳ et ἐν δόμοις dicunt.

Ἐκ in earum est numero, quæ aliquando omittuntur; sed potissimum cum genitivis, qui materiæ alicujus signif. habent : ut in isto Pausaniæ loco, Ἐνταῦθα εἰκόνες Ἀδριανοῦ, δύο μέν εἰσι λίθου λευκοῦ, δύο δὲ Αἰγυπτίου. Apud Eund., Ἄγαλμα λευκοῦ λίθου. Sic autem Latini nonnunquam Lapide ablativum materiæ pro E lapide s. Ex lapide, dixerunt : ut Lapide Pario, pro Ex lapide Pario.

Σὺν vero una est ex præpositionibus, quarum frequentissima est ellipsis : vel potius, nulla est cujus frequentior magisque usitata (in certo quodam loquendi genere) sit ellipsis. Neque vero dubium esse potest quin hic illius usus, quo subaudienda relinquitur, (si tamen id vocari usus potest,) mere sit Atticus : cum plurima ex plurimis, vel potius omnibus, Atticis scriptoribus testimonia suppetant. Usum autem hac ellipsi Hom. ante illos fuisse, docui antea : nunc ex solutæ orationis scriptoribus exempla proferre volens, a Thuc. initium sumam. Legimus 4, p. 147 [c. 78] : Πορευόμενος ἑπτακοσίοις καὶ χιλίοις ὁπλίταις ἐς τὰ ἐπὶ Θράκης· p. 146 [c. 75] : Δέκα ναυσὶν ἐς τὸν Πόντον ἐσεπεπλεύκει· 8, p. 273 [c. 33] : Ἐπὶ τὴν Χίον πλέοντες τῇ στρατιᾷ, pro σὺν τῇ στρατιᾷ. 4 : Ἀπεχώρησαν τῷ στρατῷ, pro σὺν τῷ στρατῷ· ibid., Ἐκαθέζετο τῷ στρατῷ, quod itidem exp. 1 : Κατὰ τάχος τῷ πλέονι τοῦ στρατοῦ ἀνεχώρησε, pro σὺν τῷ πλέονι τοῦ στρατοῦ. 3 : Ὁ δὲ, τῶν Μεσσηνίων χάριτι πεισθεὶς, καὶ μάλιστα νομίσας ἄνευ τῆς τῶν Ἀθηναίων δυνάμεως τοῖς Ἠπειρώταις ξυμμάχοις μετὰ τῶν Αἰτωλῶν δύνασθαι ἂν κατὰ γῆν ἐλθεῖν κτλ. Dicam autem aliquid de his locis, postquam alios aliorum scriptorum attulero. Xen. Anab. 2 : Καὶ ᾧ Κῦρος ἀνέβη ξενικῷ, pro σὺν ᾧ. In exemplis autem, quæ his adjiciam, animadverte præpositioni isti [sic] subjungi pronomen αὐτῷ vel αὐτοῖς, ut in isto Xenophontis, Καὶ ἀναδησάμενοι τὰς ναῦς ἦγον αὐτοῖς ἀνδράσι. Adeoque in hoc loquendi genere usitata Historicis fuerunt hæc duo verba αὐτοῖς ἀνδράσι, ut ellipsis hæc occasionem fingendi nominis compositi αὐτάνδρος præbuerit. Nam αὐτάνδρους ναῦς λαβεῖν vel καταδῦσαι et λαβεῖν ναῦς seu καταδῦσαι αὐτοῖς ἀνδράσι, pro uno eodemque dicunt. Sic autem et cum aliis plerisque substantivis, præcedente isto pronomine, subaudienda hæc præp. relinquitur. Legimus enim enim ap. eundem scriptorem, Cyrop. 3, [3, 40] : Ἧκειν εἰς τὰς τάξεις αὐτοῖς στεφάνους· legimus ap. Dem. De male obita legat. : Πεντακοσίους δ' ἱππέας προδοθέντας ὑπὸ τῶν ἡγεμόνων αὐτοῖς ὅπλοις ἔλαβεν ὁ Φίλιππος. Ut autem ad illos Thuc. locos revertar, quos primos in exemplum attuli, sciendum est schol. in quibusdam non præp. σὺν subaudire simpliciter, sed in illo loco 4, [39] : Ἀνεχώρησαν τῷ στρατῷ, subaudire παντὶ cum σύν. Nam in hunc dat. στρατῷ, annotat, σὺν παντὶ δηλονότι. Idem in illum locum 3, [95] : Καὶ μάλιστα νομίσας ἄνευ τῆς τῶν Ἀθηναίων δυνάμεως, τοῖς Ἠπειρώταις ξυμμάχοις μετὰ τῶν Αἰτωλῶν κτλ., cum σὺν subaudit etiam μόνοις. Scribit enim, σὺν μόνοις δηλονότι τοῖς Ἠπειρώταις συμμάχοις καὶ Αἰτωλοῖς. Sed eum minime existimandum est ita hæc subaudire quasi cum ipsa præp. subaudiri debeant, i. e. quasi cum ellipsi præpositionis horum dativorum ellipsis conjuncta sit : cum ipsemet alibi solam præp. addat : ut in eadem illa pag. l. 4, in qua legitur, Ἀνεχώρησαν τῷ στρατῷ, quod exponit σὺν παντί : circa finem [4, 43] habemus, Λυκόφρων δὲ τοῖς ἄλλοις ξυνέβαλε· quod ille exponit simpliciter σὺν τοῖς ἄλλοις. Quin etiam adverbium δηλονότι, quod ille addit, cum dicit, σὺν παντὶ δηλονότι, satis ostendit hoc ad explicationem addi, non tanquam sub ipsa ellipsi lateat.

Verum et hoc sciendum est, quamvis hæc præpositionis σὺν ellipsis ita sit ap. scriptores Atticos frequens ut nulla frequentior esse possit, adeo ut quin Attica sit, dubium nemini esse debeat : inveniri tamen ap. Aristoph. (quem alioqui esse ἀττικώτατον fatendum est) illum ipsum pronominis dativum sine hac ellipsi, utpote cui præpositio σὺν præfixa sit, Ran. [560] : Οὐδὲ τὸν τυρόν γε τὸν χλωρὸν τάλαν, Ὄνπερ σὺν αὐτοῖσι ταλάροις κατήσθιε. Sic ex Thuc. habuimus paulo ante in locis omnino vicinis χρῆσθαι et ἐλλειπτικῶς positum et cum sua præpositione. Sunt profecto hujusmodi loci observatione dignissimi, ex quibus cognoscimus Atticos non ita fuisse suis illis loquendi generibus addictos, ut ab illis nunquam discedere auderent. Apud schol. tamen, ubi verba textus scholiis ejus inseruntur, habemus αὐτοῖς τοῖς ταλάροις sine præpositione. Sed etiamsi ipse schol. ita scripsisset (quod non credo), eam scripturam lex metri refellit. [Non refellit; vera hæc scriptura dudum recepta.]

Habent porro et Latini suas quarundam præpp. ellipses : ex quibus est Cum, quæ hujus σὺν significationem habet. Sed major est etiam apud eos quam apud Græcos hujus ellipseως usus. Cum variis enim ablativis, i. e. varias significationes habentibus, et in loquendi generibus valde inter se diversis, hanc ellipsin cernimus. Virg. Æn. 9 : Tum demum præceps saltu sese omnibus armis In fluvium dedit. Apud Eund. 3 : At subitæ horrifico lapsu de montibus adsunt Harpyiæ, et magnis quatiunt clangoribus alas. Sunt vero et alii aliquot loci ap. eundem poetam, ubi ellipsis hujus præp. cernitur : sic tamen ut in quibusdam eorum de hac subauditione sit controversia. Quorum ex numero est iste, 8 : Discessu mugire boves, atque omne querelis Impleri nemus, et colles clamore relinqui. Quidam enim Clamore exposuerunt Cum clamore, alii aliter exponere maluerunt. Sic autem et in soluta oratione : ut passim legimus, Quod commodo tuo fiat, Quod commodo reip. fieri possit. Sic ap. Cæsarem, Si reipublicæ commodo facere posset. Manifestum est enim hic Commodo tuo et Commodo reip. dici pro Cum tuo commodo, et Cum reip. commodo. Itidemque ablativus Bono cum hac ellipsi usurpatur nonnunquam. Sic etiam Bono publico dixit Liv., pro Cum bono publico. Apud Plin. autem, præcedente etiam ablativo Utilitate, Magna mortalium utilitate, et publico bono. Neque vero cum ablativis duntaxat hoc significationis genus habentibus, sed et cum aliis : ut ap. Eund. legimus, Oculorum etiam periculo, pro Cum oculorum etiam periculo. Et ap. Cic., Ne dici quidem potest quanta diminutione civium, pro Quanta cum diminutione. His autem addi debet ellipsis cum ablativo Copiis, (cui primus potius locus dari debuerat, quod cum Thucydidis locis, qui primi allati fuerunt, optime conveniat,) ap. Liv.: Omnibus copiis profectus est, pro Cum omnibus copiis.

Et quemadmodum τοῦτο pro διὰ τοῦτο, (sicut ταῦτα pro διὰ ταῦτα,) habuimus supra, sic Id pro Propter id esse positum Donatus quoque censet in isto Terentii loco in Andria 1, 1 : Quem ego credo manibus pedibusque obnixe omnia facturum, Magis id adeo mihi ut incommodet Quam ut obsequatur gnato. Id enim hic ille exponit Propter id. Potest tamen (meo judicio) dici etiam abundare (ut abundat cum dicitur Id quod, pro Quod). Sic et in isto ejusdem Comici loco, Nunc id prodeo ut conveniam Parmenonem, ubi eandem præp. subaudit, πλεονάζειν fortasse dicere quis possit : cum absque hac particula oratio sit integra, Nunc prodeo ut conveniam Parmenonem.

Quin etiam ut habuisti ex Theophr. supra τὴν ὥραν dictum ἐλλειπτικῶς pro κατὰ τὴν ὥραν, sic Latini Id temporis dicunt, subaudiendam præp. quampiam relinquentes. Nullam autem aptius subaudiri posse arbitror quam Per : ut sit Id temporis pro Per id temporis, i. e. Per id tempus. Nam et Id temporis et Per id tempus ap. Cic. ac Cæsarem idem significant. At cum dicitur Id ætatis vel Istuc ætatis, haud scio an subauditio hæc ab omnibus admittetur. Sunt qui temporis accusativos esse velint : existimantes (ut opinor), cum dicit Terent., Ego istuc ætatis amori operam non dabam, perinde esse ac si quis diceret, Annum unum vel mensem unum, amori operam dabam. Verum et hic dici potest subaudiri præp.

Ad per ellipsin subaudienda ab utrisque scriptoribus relinquitur ante accus., quo urbs aliqua nominatur : ut Venit Athenas, Ivit Romam. Itidemque ante accus. Domum : ut Venit domum, Ivit domum. Videntur enim Latini, cum non possent ex nomine, quo οἶκος significabatur, adverbium facere (ut Græci ex illo οἶκος fecerant οἴκαδε), hoc saltem juris illi accusativo Domum tribuisse, ut præp. præfixa minime opus haberet, sed ipse per se adverbii ad locum vicem præstaret. Adeo certe hic illius accus. usus obtinuit, ut ipsi etiam poetæ in eum sibi vel nunquam vel raro quicquam permiserint : ibi quidem certe, ubi solus accus. ponitur. Iidem alioqui illis accusativis, quibus nomina urbium declarantur, præpositionem præfigere nonnunquam sibi permiserunt : ut legimus ap. Propert., Magnum iter ad doctas proficisci cogor Athenas. Imo vero non poetæ duntaxat, sed et prosæ scriptores eam præp. aliquando præfigere illis nominibus non dubitarunt : estque ex illis non Liv. tantum, sed Cic. quoque : veluti cum scribit, Ea die Verres ad Messanam venit. Sic tamen ut quidam Ad Messanam venit, aliud quam Messanam venit, significare putarint. Ceterum quæ de ellipsi præpositionis Ad ante illos accusativos, idem et de ellipsi præpositionis Ab sive A ante eorundem nominum ablativos sentiendum est : ut in proxime sequente tmematio docebo.

Ab vel A præpositio sic ante ablativum, quo urbs aliqua nominatur, nec non ante ablativum Domo, solet omitti, ut ante accusativos illorum nominum præpositionem Ad prætermitti modo dicebam. Nam ut pro adverbio οἴκαδε dixerunt Latini Domum, eo accus. sine præpositione utentes, ita pro οἴκοθεν ablativo Domo usi sunt, tanquam adverbio ex loco : non secus videlicet hujus nominis accusativo et ablativo, ac illorum accusativis ablativisque, utentes. Sed quemadmodum invenitur etiam Ad domum et Ad Messanam, (licet aliqui aliud significari putarint, cum præfigitur his præpositio, quam cum omittitur,) ita etiam Ex domo, Ex Messana, vel A Messana, non sine exemplo, dici potest. Nam Ab Lavinio dicit Liv., itidemque aliis plerisque urbium nominibus hanc præp. præfigit. Sic Ab Roma ap. Sallust. legigitur. Ex Cic. autem, De Brundusio et De Venutio, annotantur in Epistolæ calce posita : cum alioqui Brundusio et Venutio, absque præpositione, sequendo magis receptam Latini sermonis consuetudinem, dicendum esset. Cum autem contra receptum sit ut regionum nominibus præpositiones præfigantur, poetæ vicissim illic eas omittere ausi sunt. Sic Virg. : Italiam fato profugus Lavinaque venit Litora, pro In Italiam.

Interdum vero ap. poetas alia etiam ellipsis hujus præp. Ab sive A extat : et quidem propter metrum. Ovid. Fast. 1 : Jupiter arce sua totum cum spectet in orbem, pro Ab arce sua. Sic ap. Virg., cum ejusdem signif. verbo, Æn. 1 : Cum Jupiter æthere summo Despiciens mare velivolum.

At ellipseως præpositionis Ex allatum a me exemplum antea fuit : Lapide Pario, pro Ex lapide Pario. Verum et aliud genus ellipseως hanc præp. admittere sciendum est, veluti in Virg. loco, Projice tela manu. Quin etiam cum dicitur Natus Jove, vel Satus Jove, subaudienda hæc præp. censetur. Sic ap. Juvenal. 6 : Qui rupto robore nati, (vel, Duro, ut in quibusdam codd. legitur,) pro Nati ex robore. Itidemque ubi dicit Virg., Quo sanguine cretus. Neque vero poetarum duntaxat, sed et prosæ scriptorum hanc cum participio Natus ellipsin esse putandum est. Eam enim cum ap. alios, tum ap. ipsum etiam Cic. habemus. Deesse autem cum ablativis, qui huic participio Natus junguntur, præp. E vel Ex, ii ostendunt loci, in quibus præfixa invenitur : ut ap. Cic. De fin. 5 : Ut ipsi ex se nati esse videantur. Sic ap. Terent. Heautont., Ita mihi atque huic sis superstes ut ex me atque hoc natus es. Sic autem et Plautus ante illos locutus erat, Natus Argus ex Argo patre. Item, Quæ ex te nata sit. Quin etiam præpositio A præfixa huic participio invenitur : quod mirum videri queat. Neque tamen ap. scriptorem, cujus parva sit auctoritas, sed ap. Cic. talis usus exemplum extat, in Or. ad Quirites post reditum : A parentibus (id quod necesse erat) parvus sum procreatus, a vobis natus sum consularis. Equidem si hoc duntaxat in loco præp. A istum usum haberet, liberius illa usus esse videri posset Cic., ut utrique verbo unam eandemque præp. accommodaret : quod hoc modo venustiorem reddi orationem judicaret : sed quin alibi quoque ita posita reperiatur, non dubito. Utrocunque tamen modo se res habeat, hoc constat, ut præp. A proprium locum habet cum illo participio Procreatus, sic et cum simplici Creatus habere : ideoque cum legimus ap. Ovid., Dubio genitore creatus, intelligendum esse Creatus genitore pro Creatus a genitore. At cum participio Genitus, i. e. cum ablativo, qui participio Genitus adjunctus est, utralibet præp. subaudiri posse videtur. Licere enim præp. E sive Ex subaudire, sicut in Natus, Satus, Cretus, vel inde colligi potest, quod cum iisdem ablativis jungitur. Ut enim Satus sanguine, vel cretus, vel natus, ita etiam Genitus sanguine invenitur. An vero itidem Creatus sanguine dixerint poetæ, aliis quærendum relinquo. Hoc tantum addo, cum usurpatur Creatus adjecto ablativo materiali, i. e. materiæ significationem habente, (veluti cum dicitur Creatus terra,) tunc nobis E, non A, subaudiendum omnino esse. Sunt autem hæ ellipseis ex earum numero, quæ vix animadvertuntur, aut (si ita loqui licet) sentiuntur, quod nimirum in his loquendi generibus frequentius ἐλλιπῶς quam ἐντελῶς loqui soleamus. Ac sunt hodie multi profecto, qui hujusmodi observationes grammaticas non solum pro re levi parvique momenti, sed fere pro nugis habeant; sed de his nugis (si quos hæc ita vocare non pudet) sciant posse dici quod de aliis nugis Horat. dixit, Hæ nugæ seria ducent In mala. Multi enim quotidie tali ignoratione quarundam nugarum grammaticarum serio labuntur.

Sed nullam præp. esse puto, cujus usitatior utrobique sit ellipsis quam est præpositionis In. Cum autem utrobique dico, in carmine et in prosa intelligo. Ovid. Fast. 1 : Pars cadit arce Jovis, pro In arce, ut supra ex Eodem habuisti eod. in l., Arce sua, pro Ab arce sua. Virg. Æn. 12 : Saxum antiquum ingens, campo quod forte jacebat, Limes agro positus. Vel, qui forte jacebat, ut alii codd. habent. Apud Eund. 6 : Sedibus ut tandem placidis in morte quiescam. In soluta autem oratione, Regione, pro In regione; Urbe, pro In urbe (veluti cum dicitur Tota urbe), et Domo, pro In domo. Item Bello, pro In bello. Eadem deesse censetur et in isto Plinii loco, Ut dubium sit togane an bello præstan-

tior fuerit; sed eam ellipsin hic constituere non necesse videtur. Sic autem et cum nominantur libri scriptorum, ex quibus testimonia petuntur omitti plerumque hanc præp. a veteribus grammaticis videmus, et dici, Plautus Amphitryone, vel Persa, sicut a Græcis Αἰσχύλος Ἀγαμέμνονι, vel Πέρσαις, ut antea docui.

In ante accusativum quoque omissa reperitur ap. poetas, ut ap. Virg. legimus, Italiam fato profugus Lavinaque venit Litora, pro In Italiam.

Antequam autem a Græcarum præposs. ellipsi ad ellipsin adverbiorum transeam, de iis etiam præposs., quæ in verbis omittuntur, disserendum est. Nam ut antea pleonasmos præpositionum in quibusdam compositis verbis extare docui, ita vicissim ellipses in nonnullis simplicibus extare sciendum est. Sed eas ap. poetas potius quam ap. solutæ orationis scriptores inveniri puto. Mihi quidem certe in præsentia earum exempla ex Hom. solo suppetunt. Legimus igitur Il. A, 32 : Ἀλλ' ἴθι, μή μ' ἐρέθιζε· σαώτερος ὥς κε νέηαι. Ubi ἴθι, i. e. I, ponitur pro ἄπιθι, Abi. Sic vero Γ, 221 : Ἀλλ' ὅτε δή ῥ' ὅπα τε μεγάλην ἐκ στήθεος ἵει, positum censetur ἵει pro ἀφίει. Dicitur enim ἀφιέναι φωνὴν (cui synonymus est accus. ὅπα) potius quam ἱέναι. Sic idem poeta Il. A, [154] : Οὐ γὰρ πώποτ' ἐμὰς βοῦς ἤλασαν, pro ἀπήλασαν s. ἐξήλασαν usurpat. Itidemque E, [236], Ἐλάσσῃ μώνυχας ἵππους, pro ἀπελάσῃ positum est.

Adverbiorum etiam quorundam ἔλλειψις apud Atticos scriptt. in usu est. Extant autem ejus quoque exempla ap. Hom., sed ex iis quædam illis cum Atticis esse communia puto, quædam non item. Nam quod ὡς adverbium similitudinis omittit, id ei cum Atticis nequaquam commune esse existimo : quod vero ὥστε aut quod ἕνεκα s. ἕνεκεν prætermittit, hoc non magis ejus aliorumve poetarum quam Atticorum esse arbitror. Idemque de aliis nonnullis sentiendum esse dico.

Ab illo igitur adverbio ὡς initium dicendi de hoc ellipseos genere sumam. Hom. Il. Λ, [595] : Ὡς οἱ μὲν μάρναντο δέμας πυρὸς αἰθομένοιο. Incipio autem ab hoc loco, quod is sit, qui a grammaticis alibi in exemplum hujus ellipseos, tanquam et notissimum et minime controversum, affertur. Nam Eust. exponens hos versus E, [5] : Δαΐέ οἱ ἐκ κόρυθός τε καὶ ἀσπίδος ἀκάματον πῦρ, Ἀστέρ' ὀπωρινῷ ἐναλίγκιον, ὅστε μάλιστα Λαμπρὸν παμφαίνῃσι λελουμένος ὠκεανοῖο, annotat, ex iis, quæ sequuntur ap. Hom., cognosci posse, nos hic subaudire ὡς adverbium παραβολικόν : ut dicatur ἀκάματον πῦρ pro ὡς ἀκάματον πῦρ, eodem modo quo δέμας πυρός. Neque enim πῦρ ἐμάχοντο, sed ὡς πῦρ. (Verum ap. Eust. mendose legitur, λεχθησόμενον καὶ τὸ ἐμάχοντο δέμας πυρὸς, pro κατὰ τὸ, ἐμάχοντο etc.) At Corinthus Articulo 8, non ὡς hic subaudiendum esse ait, sed κατά : ut antea dictum est. Postquam enim scripsit præposs. apud Atticos deficere, in exemplum affert illum versum, exponens, κατὰ πῦρ ἐμάχοντο. Ubi quis in Corintho non miretur tam magnam exemplorum penuriam, in tanta præsertim eorum abundantia? Cum enim exemplis ellipseos præpositionis κατὰ veterum auctorum scripta referta sint, unicum, et quidem minime aptum, protulit. Ut omittam, ex poeta esse sumptum, qui quamvis plurima cum Atticis communia habeat, in quibus videlicet Attici imitati illum videri possunt, (nisi dicamus ex vetustissimis Atticis illum ea sumpsisse, qui autem illum secuti sunt Attici, ex eo vicissim mutuatos esse,) non tamen is est, ex quo Atticæ linguæ regula peti possit : adeo ut ex illo solo allatum exemplum parum aut etiam nihil auctoritatis ad quidpiam dialecto Atticæ asserendum habere possit. Quod certe vel hanc ipsam adverbii ὡς ellipsin testari posse arbitror. Neque enim illam inter Atticas quisquam unquam agnovit, quod sciam : cum alioqui manifestum ejus ex Hom. exemplum hic habeamus. Quamvis autem illam ellipsin mihi minime Atticam videri dicam, non ignoro tamen ap. Thuc. 1, [70] : Τοῖς μὲν σώμασιν ἀλλοτριωτάτοις ὑπὲρ τῆς πόλεως χρῶνται, hic ἀλλοτριωτάτοις pro ὡς ἀλλοτριωτάτοις positum existimari. Sed ut idem ita exponi debere, non tamen ex Atticæ linguæ consuetudine petitam esse hanc ellipsin concedam. Neque enim (ut alibi monui), quicquid Thucydideum est, protinus Atticum etiam haberi debet, cum eum (ut fuit καινοπρεπείας in sermone affectator) multa sibi peculiaria habere constet. Cum autem dicitur οἶμαι pro ὡς οἶμαι, non est itidem παραβολικόν.

At ὥστε subauditum Homero cum Atticis commune esse merito dicemus, cum multa ut ex illo, ita etiam ex hoc exempla hujus suppetant. Hom. initio Iliadis : Τίς τ' ἄρ σφῶε θεῶν ἔριδι ξυνέηκε μάχεσθαι; dictum enim censetur hic μάχεσθαι pro ὥστε μάχεσθαι. Itidemque B, [720] : Τόξων εὖ εἰδότες ἶφι μάχεσθαι, pro ὥστε μάχεσθαι. In illo tamen priore loco Eust. alias etiam exposs. affert. Existimat enim posse etiam dici articulum deesse, ut sit ἔριδι μάχεσθαι pro ἔριδι τῇ τοῦ μάχεσθαι. Nec tamen duos articulos, sed unum deesse intelligit, videlicet τοῦ. Sed et tertiam addens, Ἢ καὶ ἑτέρως (inquit) καθ' ἑρμηνείαν, ἔριδι, ἤγουν αὐτόχρημα μάχῃ, ut poeta ostendere volens quomodo intelligendum sit hoc διαστῆναι, dicat eos διαστῆναι κατὰ ἔριν μάχιμον. Sed hæc tertia expos. præterquam quod nodum nullo modo solvit, nimium longe petita et Homericæ phrasi s. Homerico stylo parum consentanea est. Utrobique igitur ὥστε subaudiendum esse arbitror. Sic etiam Il. A, [291] : Τοὔνεκά οἱ προθέουσιν ὀνείδεα μυθήσασθαι; fortasse pro ὥστε μυθήσασθαι. Aliter tamen hunc infin. exponi, docebo paulo post.

Sæpe autem et in soluta oratione deficit hoc adverbium ὥστε. Æschines [p. 75, 1] : Ὁ δὲ ἀναπηδήσας ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, διώμνυτο τὴν Ἀθηνᾶν, (ἦν, ὡς ἔοικε, Φειδίας ἐνεργολαβεῖν εἰργάσατο καὶ ἐνεπιορκεῖν Δημοσθένει,) ἢ μὴν εἴ τις ἐρεῖ ὡς χρὴ πρὸς Φίλιππον εἰρήνην ποιήσασθαι, ἀπάξειν ἐς τὸ δεσμωτήριον, ἐπιλαβόμενος τῶν τριχῶν. Hic ἐνεργολαβεῖν est pro ὥστε ἐργολαβεῖν ἐν αὐτῇ, ut inquit Bud.: qui locum illum ita vertit, Iste autem in concionem prosiliens, Minervam dejeravit, (quam credo ipsam Phidias ideo fecit, ut in ipsa Demosthenes quæstuosas calumnias cum perjuriis factitaret,) si quis extitisset qui pacem cum Philippo faciendam censeret, haud dubie illum sé capillo comprehensum in carcerem conjecturum. Vel (ut Latini loquebantur) Obtorto collo tracturum in carcerem. Ut autem de hoc loco Budæo assentior, (nisi quod ἐπὶ τῷ vel πρὸς τὸ non minus quam ὥστε subaudiri posse arbitror,) ita de Xenophonteo, quem ibidem in exemplum affert, dissentio. Hæc enim verba hujus l., qui in illius Œcon. extat [7, 8], Οὐκοῦν ἡ γυνή σοι συνέθους καὶ συνεύχετο, Καὶ μάλιστά γε, ἔφη ὁ Ἰσχόμαχος, πολλὰ ὑποσχομένη μὲν πρὸς τοὺς θεοὺς γενέσθαι οἵαν δεῖ, ita interpretatur : Et quidem vota pro se faciens ut proba evaderet. I. e. (inquit) ὥστε εἶναι οἵαν δεῖ. A Bud., inquam, hic dissentiens, neque illam neque aliam particulam subaudiri debere existimo; sed ὑποσχομένη pro Pollicita accipio : πρὸς τοὺς θεοὺς autem pro Apud deos, Coram diis, Testibus diis. Simulque pro μὲν repono μοι : de quâ emendatione in meis etiam Annotationibus (calci meæ editionis Xenophontis adjectis) lectorem admonui. Esse enim μὲν pro μοι positum, vel hoc ostendit, quod nec δὲ nec alia particula illi μὲν respondet, præterquam quod in alio ejusdem scriptoris loco particula hæc locum illius pronominis occupare manifesto deprehenditur. Sensus igitur fuerit, Multum mihi coram diis se qualem deceret futuram esse pollicita. At cum Bud. ita vertit, Et quidem vota pro se faciens ut proba evaderet, primum nec vocularn μὲν admittit, nec dativum pro illa reponit : deinde, accipit ὑποσχομένη πρὸς τοὺς θεοὺς, pro ὑποσχομένη τοῖς θεοῖς. Atqui præterquam quod hæc constr., ὑποσχομένη πρὸς τοὺς θεοὺς pro ὑποσχομένη τοῖς θεοῖς, haud scio an idoneo confirmari exemplo possit, dativus μοι, (neque enim dubium est quin pro μὲν reponi debeat,) eam omnino excludit. At vero in ὑποσχομένη πρὸς τοὺς θεοὺς, pro Apud deos seu Coram diis, non ignoro præp. πρὸς eum cum accusativo habituram usum esse, quem ap. Hom. cum genitivo habet, Il. A, [338] : Τὼ δ' αὐτὼ μάρτυροι ἔστων Πρός τε θεῶν μακάρων, πρός τε θνητῶν ἀνθρώπων, Καὶ πρὸς τοῦ βασιλῆος ἀπηνέος. Sed auctorem brevium scholiorum hunc gen. per accus. expo-

nere sciendum est. Atque adeo ipse Xen. quamvis Anab. 2, [5, 20] itidem dicat πρὸς θεῶν ἀσεβὴς, accus. tamen alibi eadem in re aut simili, præpositioni isti tribuit. Atque adeo cum Hom. dicat ἐπιορκήσω πρὸς δαίμονος, ipse ἐπιορκίαν πρὸς τοὺς θεοὺς dicit, 2, p. 170 meæ ed. [c. 5, 21]. Hæc sunt quæ me ut a doctissimi illius viri interpretatione discedam, impellunt. Sed quoniam illum l. aliter scriptum affert quam in ipso Xen. opere legatur, de hoc quoque dicendum aliquid fuerit. Post συνεύχετο ibi legitur αὐτῷ ταῦτα : quæ duo verba ille omisit, ideo, ut opinor, quod illud αὐτῷ mendose legi existimaret. Qua in re profecto minime fallebatur; quomodo enim dat. hic stare possit? Sed pro αὐτῷ reponendum censeo αὐτά : ut αὐτὰ ταῦτα eodem modo dicatur quo αὐτὸ τοῦτο sæpe dici videmus. Præterea pro μάλα scribit μάλιστα : quod discrimen parvi momenti est. At de μὲν, quod ex ipso Xen. posui post ὑποσχομένη, licet ab ipso Bud. prætermissum, dixi jam antea. Libuit autem hunc l. accuratius examinare, ut hinc lector quanta sibi in legendis scriptoribus Græcis cautione opus esset, disceret: quod hæ ellipses non solum ubi animadvertendæ essent, non animadverterentur, sed vicissim etiam nonnunquam, ubi minime constitui deberent, constituerentur. Illi porro Xen. loco hunc Aristotelis [H. A. 9, 38], tanquam similem, subjungit : Ἡ μὲν οὖν μυρμήκων ἐργασία πᾶσίν ἐστιν ἐπιπολῆς ἰδεῖν. Cui hunc Platonis [Menex. p. 240, A] attexit, Σχεδὸν γὰρ δέκα ἔτεσι πρὸ τῆς ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχίας ἀφίκετο Δάτις Περσικὸν ἄγων στόλον, πέμψαντος Δαρείου διαῤῥήδην ἐπί τε Ἀθηναίους καὶ Ἐρετριέας, ἐξανδραποδισάμενον ἀγαγεῖν· θάνατον αὐτῷ προειπὼν μὴ πράξαντι ταῦτα. Quæ ita vertit, Mittente ad hoc eum Dario, verbisque conceptis mandata dante, ut Eretrienses cum Atheniensibus in servitutem redactos ad se duceret : mortis illi necessitate indicta, ni mandata perficeret. Plenus autem sermo erat (inquit), ἐφ' ᾧ ἐξανδραποδισάμενος ἄξει, vel ἐφ' ᾧ ἀγαγεῖν. Hæc ille. Quod autem ad ὥστε attinet, sciendum est, sæpe subaudiri posse ante infin. εἰπεῖν : ut συλλαβόντα εἰπεῖν, vel συνελόντα εἰπεῖν, item τὸ σύμπαν εἰπεῖν, et ἑνὶ δὲ λόγῳ εἰπεῖν. His enim aliisque hujusmodi in locis subaudiri ὥστε dicere possumus, aut certe ὡς signif. τοῦ ὥστε habens : quippe quod plerumque præfixum inveniatur. Passim enim occurrit ὡς εἰπεῖν, ubi ὡς pro ὥστε accipi, nemo, ut opinor, negarit. Sic ap. Greg. Naz. : Ὅτι πᾶσαν ἐν ἑαυτῷ συλλαβὼν εἶχε τὴν ἀρετήν· ἢ, τόγε ἀληθέστερον, ἔχει. Potest autem aliis exemplis addi et hoc ex Soph. allatum supra, cum de ellipsi præpositionis ὑπὲρ agerem, Ὑφ' ἡδονῆς τοι φιλτάτη διώκομαι, Τὸ κόσμιον μεθεῖσα, σὺν τάχει μολεῖν. Interim vero lectorem admonitum volo multos occurrere locos, in quibus cum subaudiendum videri queat ὥστε, aliud tamen vocabulum potius aut alia vocabula subaudiri debeant. Interdum vero vel ὥστε vel aliud etiam subaudiri potest, ut antea quoque in Dem. loco non minus ἐπὶ τῷ vel πρὸς τὸ quam ὥστε posse subaudiri dixi : in Platonico autem vel ὥστε vel ἐφῷ (pro quo potius scrib. ἐφ' ᾧ censeo). Itidem certe ap. Aristot. Probl. sect. 5, [11] : Διὰ τί τὰ ἐπίπεδα κοπιαρώτερα ἐγκαταχεῖσθαι τῶν κοίλων ἐστὶ, subaudiri quidem potest ὥστε ante infin. ἐγκαταχεῖσθαι, sed ita ut non minus commode subaudire possimus ἐφ' ᾧ. Quin etiam πρὸς τὸ cum illo infin. jungere fortasse liceat. Thuc. 8, p. 294 meæ ed. [c. 96] : Ἀλλ' οὐκ ἐν τούτῳ μόνῳ Λακεδαιμόνιοι Ἀθηναίοις πάντων δὴ ξυμφορώτατοι προσπολεμῆσαι ἐγένοντο. Hic quoque prima fronte subaudiendum quis putet ὥστε : sed aptius forsitan πρὸς τὸ vel εἰς τὸ ante προσπολεμῆσαι subaudiamus. Sic supra, ubi de ellipsi præpositionis εἰς loquebar, ostendi, ap. Eur. in hoc versu, Μυρίων κρείσσων ὁμαιμόνων ἀνδρὶ κεκτῆσθαι φίλος, subaudiri a schol. εἰς τὸ ante infin. κεκτῆσθαι. Et addi, tale illud esse quale hoc, ἡδὺς ὁ ποταμὸς πιεῖν. Unde colligimus, eum hic itidem εἰς τὸ ante πιεῖν subaudiri existimasse. Interdum vero κατὰ extrinsecus assumi posse videtur, ut θαυμαστὸς ὁρᾶν vel θαυμαστὸς ἀκοῦσαι. Sic in Epigr., βαιὸς ἰδεῖν. Sed et cum passivo infin., ut θαυμαστὸς ὁρᾶσθαι. Sic θαῦμα ἰδέσθαι ap. Hom. et Hesiod. : quamvis et hic ὥστε quidam subaudiant. Nonnunquam vero articulum subaudiendum esse dixerim : ut in Il. A, 259 : Οἳ πέρι μὲν βουλῇ Δαναῶν, πέρι δ' ἐστὲ μάχεσθαι. Hic enim περίεστε μάχεσθαι nihil aliud esse puto quam περίεστε τῷ μάχεσθαι, i. e. τῇ μάχῃ. (Alioqui et κατὰ τὸ ante illum infin. subaudiri posset, eodem sensu.) Sed v. 292 : Τοὔνεκά οἱ προθέουσιν ὀνείδεα μυθήσασθαι; dure subaudiri videtur gen. τοῦ ante μυθήσασθαι, quod tamen subaudiendum putat Eust. exponens, αἱ ὕβρεις αὐτῷ τοῦ λέγειν προτρέχουσι; ut sensus sit, προτρέχουσι τοῦ ἁπλῶς λόγου οἱ κατὰ τὸ ὄνειδος, προτρέχουσιν αἱ ὕβρεις τοῦ εἰπεῖν, ἤτοι τοῦ λόγου. Sed præterquam quod durum videtur (uti dixi) hunc articuli genitivum extrinsecus assumere, non valde commoda ex tali subauditione sententia effici videtur. Ideoque non dubitem, ut aliis plerisque locis, ὥστε subaudiens, dicere, προθέουσιν ὀνείδεα, ὥστε μυθήσασθαι αὐτά. Nisi quis malit πρὸς τὸ μυθήσασθαι. Libet autem in isto Hom. loco plusculum immorari, ut vel ex eo quilibet intelligat quam male de hoc poeta meriti sint interpretationum ad verbum auctores. Προθέουσι, quod vel pueri norunt significare Præcurrunt, reddunt illi Permittunt. Totum enim istum Homeri locum, (nam proxime præcedens versus afferendus est, ut de sententia facilius et certius judicari possit, Εἰ δέ μιν αἰχμητὴν ἔθεσαν θεοὶ αἰὲν ἐόντες, Τοὔνεκά οἱ προθέουσιν ὀνείδεα μυθήσασθαι;) ita interpretati sunt : Si autem ipsum bellicosum fecerunt dii semper existentes, propterea ipsi permittunt contumelias loqui? Itidemque Interpretatio soluta oratione scripta, sed liberior, quæ Vallæ ascribitur, illam huic loco sententiam tribuit. Ita enim ibi versus illi redduntur : Nam si ei dii dederunt ut omnibus in bello præstaret, num ideo ut omnibus probra ingerere posset, dederunt? Non fuit equidem hujusmodi interpretibus in verbo μυθήσασθαι laborandum, sicut a nobis hoc tempore in eo laboratur. Homeri enim sententiam pervertendo, laborem illum effugerunt. Bellum sane tales interpretes et suo ingenio dignum effugium commenti sunt : ex verbo neutro activum facere, verbo significanti Præcurrere significationem dare verbi Permittere, verbo habenti nominativum ὀνείδεα, quod proxime sequitur, ex præcedente versu nominativum accersere. Sic autem plerique in interpretandis aliorum quoque scriptorum locis difficilibus, et in quibus hærent, non aliud effugium habere se putant quam ut pro auctoris sententia quampiam ipsi quæ aliquid minime absurdum complectatur, afferant. Adeo misere præstantissimi scriptores a quibusdam interpretibus, hoc etiam sæculo, quo Græcæ linguæ studia florent, tractantur. Sed nullius hac in re adeo iniquam atque Homeri conditionem esse puto, nullum esse cujus æque vicem dolere debeamus, arbitror; quippe qui cum poetarum omnium quotquot fuerunt, et princeps et velut parens habitus sit, et nunc quoque ab illis, qui eum sua lingua loquentem intelligere possunt, habeatur : contra ex illis Interpretationibus nihil minus quam poetæ nomine dignus judicatur. Esse autem tam injuriose tractatum ab interpretibus Homerum, (quid enim hoc si non injuria est?) tum primum cognovi, cum illum una cum aliis veteribus poetis eodem carminis genere usis edidi. Cum enim tunc temporis omnia, quæ in manus meas venerant ad Hom. pertinentia excuterem, incidi forte in quendam vulgatæ interpretationis locum, quæ ἴδιον, quod Sudavi significat, vertit Proprie. Afferam autem et hic eum locum, ne quid illi interpreti sive illis interpretibus affingere videar. Legimus igitur Od. Υ, 204 : Ἴδιον, ὡς ἐνόησα, δεδάκρυνται δέ μοι ὄσσε Μνησαμένῳ Ὀδυσῆος. Cum enim hic ἴδιον verbum sit, et significet, Sudavi, vel Sudare cœpi, Sudor me corripuit, (ut ap. Virg., Tum gelidus toto manabat corpore sudor,) illic ἴδιον non pro verbo, sed pro adverbio habetur, significante Proprie. Utri vero minus sensus esse dicemus? an loco, qui ita redditur, an ei, qui illum ita reddit? Maxima autem hoc quoque reprehensione dignum est, quod ne post meam quidem de loco illo admonitionem, emendatus in illis, quæ prodierunt, editt. fuerit. Sed hoc consulto factum fuisse suspicor : ut nimirum omnia sibi similia in illa interpretatione manerent. Verum ut de his dicendi finem faciens, ad ellipsin revertar, quæ est in illo Ho-

merico versu ante infin. μυθήσασθαι, de ea Eustathio assentiri nequeo; sed (ut dicere cœperam) exponendo ὥστε μυθήσασθαι, vel πρὸς τὸ μυθήσασθαι, aptiorem ex hoc loco sententiam elici posse arbitror: ut προθέειν, (quod miror a quodam viro docto redditum hic esse Suppetere,) dicantur ὀνείδεα, quæ prima in buccam veniunt, (ut dicunt Latini, Quicquid in buccam venerit, loqui,) mentem ipsam præcurrentia. Hoc enim aptissime de iis dici potest, qui temere et inconsiderate convitia in quempiam jaciunt. Quod si etiam eum sensum esse velimus, quem affert Eust., προτρέχουσι τοῦ ἁπλῶς λόγου οἱ κατὰ τὸ ὄνειδος, non video quid obstet quominus ante infin. μυθήσασθαι vel quæ dixi vel aliquid illis simile subaudiamus, non autem dicamus προθέουσι μυθήσασθαι esse pro προθέουσι τοῦ μυθήσασθαι: perinde ac si quis dissolvendo verbum compositum ita loqueretur, θέουσι πρὸ τοῦ μυθήσασθαι. Poterit enim προθέουσι per se significare Præcurrunt in os, Prima in buccam veniunt: ut dicamus Agamemnonem conqueri quod Achilles eum compellans a verbis contumeliosis sermonem suum ordiri soleat. Sed de his φιλόμηροι judicent.

Quoniam autem de ellipsi, quæ ante infin. reperitur, dictum modo fuit, et adverbium ἕνεκα cum aliis plerisque locis tum in illis quoque interdum ἐλλείπειν solet, de eo nunc verba faciam. Sed hoc prius sciendum est, ἕνεκα ab Eust. non ἐπίῤῥημα, i. e. Adverbium, sed σύνδεσμον, i. e. Conjunctionem, appellari. Nam in quendam locum Il. A annotat, in hoc sermone, ἐκ τῶνδε τάδε γενήσεται, præp. ἐκ æquipollere συνδέσμῳ τῷ ἕνεκεν. Alibi autem addit etiam αἰτιολογικόν. (Nec tantum in hoc vocabulo, sed in aliis quoque nonnullis grammaticos hac in re non sequitur: veluti cum πως enclitice scriptum, esse παραπληρωματικὸν σύνδεσμον scribit: in hunc versum, Il. Ξ, 104: Ὦ Ὀδυσεῦ, μάλα πώς με καθίκεο θυμὸν ἐνιπῇ Ἀργαλέῃ.) Verum sive ἐπίῤῥημα vocari debeat ἕνεκα, sive σύνδεσμος, quod ad ejus ellipsin attinet, nihil interesse puto. De qua cum dicendum hic sit, et cum alibi tum ante infin. reperiatur (uti dixi), de hoc ejus loco primum agendum est: quoniam in proxime præcedente tmemate de aliarum particularum ellipsi, quæ itidem ante infin. est, disserui. Dico igitur ἕνεκα commode subaudiri ante illos infinitivos, quibus articulus τοῦ præfixus est: ut ap. Xen. Cyrop. 1, [3, 8]: Οἱ γὰρ τῶν βασιλέων οἰνοχόοι, ἐπειδὰν ἐνδιδῶσι τὴν φιάλην, ἀρύσαντες ἀπ' αὐτῆς τῷ κυάθῳ, εἰς τὴν ἀριστερὰν χεῖρα ἐγχεάμενοι, καταῤῥοφοῦσι· τοῦ δή, εἰ φάρμακα ἐγχέοιεν, μὴ λυσιτελεῖν αὐτοῖς. Hic enim ante τοῦ μὴ λυσιτελεῖν adverbium ἕνεκα aptissime subaudiri potest. Sic ap. Greg. Naz.: Τοῦ μὴ δοκεῖν παντάπασι τῶν τοιούτων ἀπείρως ἔχειν. Itidemque, Τοῦ μὴ δοκεῖν εἶναι περιττοί τινες. Apud Aristoph. cum τοῦ interrogative posito pro τίνος, Nubium init.: Τοῦ δώδεκα μνᾶς Πασίᾳ; pro Τίνος ἕνεκα δώδεκα μνᾶς Πασίᾳ; subaudi ἀφείλω: (nam et hoc subaudiri debet, ex præcedente versu repetitum). Schol. tamen huic subauditioni refragatur; vetat enim ne cum τοῦ jungamus ἕνεκα, extrinsecus assumptum: sequendo quorundam sententiam. Ferri enim hunc genit. ad μνᾶς. Sed quid sibi vellet, apertius declarare debuit: quicquid tamen sit, illum potius quam eos, qui ἕνεκα subaudiri dixerunt, falli existimo. Sciendum est porro, in uno eodemque loco vel adverbii ἕνεκα vel præpositionis ὑπὲρ ellipsin posse constitui: ut etiam supra docui, cum de præpositione ὑπὲρ agerem.

Ἕνεκα non solum cum genitivo articuli, quem infinitivus consequitur, sed et cum aliis quibuslibet sæpe subaudiendum relinquitur: sic tamen ut ibi quoque ὑπὲρ subaudiri possit: quemadmodum docui supra, in iis, quæ in Corinthi Articulum LIII annotavi. Ibidem multa etiam hujusmodi subauditionis exempla habes, i. e. multos genitivos, ante quos vel ἕνεκα vel ὑπὲρ subaudiri debet: et quidem ex Hom.: ut, Τῆσδ' ἀπάτης κοτέων, et Κύκλωπος κεχόλωται. Item, Κεχόλωτο δὲ κῆρ ἑτάροιο· et, Χωόμενον κατὰ θυμὸν ἐϋζώνοιο γυναικός. Ceteros Homeri locos, et hos ipsos quoque, magis integros (i. e. plenius ex eo descriptos) ibi videndos tibi relinquo. Adjectus autem illis est hic Thuc. 2, p. 67 [c. 62]: Οὐδ' εἰκὸς χαλεπῶς φέρειν αὐτῶν μᾶλλον, ubi itidem ἕνεκα subaudiendum mihi videri dixi. Cui Thucydidis loco hic Lysiæ poterit adjici, Νῦν δ' οὕτως ἡ πόλις διάκειται, ὥστε οὐκ ἔτι ὧν οὗτοι κλέπτουσιν ὀργίζεσθε. Idem in Oratione adversus Philonem [p. 876 R.]: Τῶν αὐτῶν ἀδικημάτων μάλιστα ὀργίζεσθαι τοῖς μάλιστα δυναμένοις μὴ ἀδικεῖν. Itidem ap. Isæum, Ὀργισθεὶς δὲ τούτων Κλεώνυμος. Sic ap. Isocr. cum verbo συνάχθεσθαι genitivum τῶν ἀπολωλότων legimus: Ἵν' αὐτῷ μὴ τῶν ἀπολωλότων συνήχθεσθε. His simile est, Ὧν ἔπαθεν ὀργὴν ἔχει. Cerniturque eadem ellipsis et ante genitivos junctos aliis plerisque verbis: ex quibus sunt τιμωρεῖσθαι et ἀμύνεσθαι (sicut ap. Hom. τίσασθαι: quod cum his significatione convenit). Dixit enim Lysias, Τιμωρούμενος τῶν γεγενημένων ἀσεβημάτων. Et ap. Thuc.: Ἀμύνεσθαι ὧν ἔπαθον. Sic etiam post accusativum χάριν genitivi hanc ellipsin habentes inveniuntur: ut ap. Demosth. Περὶ τῶν Μεγαλοπ. [p. 205, 14]: Προσήκει δή που πλείω χάριν αὐτοὺς ἔχειν ὧν ἐσώθησαν ὑφ' ἡμῶν, εἰς τοὺς ἐσχάτους ἐλθόντες κινδύνους, ἢ ὧν ἀδικεῖν κωλύονται νῦν ὀργίζεσθαι. Neque enim minus cum ὧν ἐσώθησαν quam cum κωλύονται, ellipsin esse censeo: sicut et cum dicitur χάριν ἔχω τούτου, ante τούτου ellipsin esse manifestum est; sed talem quæ vix animadvertatur. (Latinos quidem certe eidem generi loquendi genitivum itidem adhibere scimus; sed quin ante illum ellipsin itidem constituamus, nihil, ut opinor, vetat: ut nimirum cum dicitur, Hujus rei gratiam habeo, subaudiamus ablativum Causa, qui adverbialiter ponitur: atque perinde sit ac si diceremus, Hujus rei causa gratiam habeo.) Budæus tamen locum illum Demosthenis afferens, ellipsin ante posteriorem duntaxat genitivum constituit, et quidem præpositionis ἀντί: ait enim ὧν κωλύονται dictum esse pro ἀνθ' ὧν κωλύονται. Idem alioqui eundem genitivum accusativo illi χάριν subjunctum eandem ellipsin habere censet, in isto loco Thuc. [3, 67]: Καὶ ἡμῖν ἄνομα παθοῦσιν ἀνταπόδοτε χάριν δικαίαν ὧν πρόθυμοι γεγενήμεθα. Neque tamen video cur potius hic genitivus ellipsin habere, quam ille qui ap. Demosth. post eundem accusativum legitur, dicendus sit.

Ceterum ex locis, qui hactenus allati fuerunt, nullum esse puto, ubi ἕνεκα ante gen., non minus quam ὑπὲρ aut ἀντὶ, subaudiri nequeat. At verò ubi dicitur a Xen. μηδὲν αὐτῶν καταθεὶς, multo aptiorem præpositionis ὑπὲρ quam adverbii ἕνεκα subauditionem mihi videri fateor. Legitur autem illud ap. Xen. Cyrop. 3, [1, 37]: Καὶ σὺ, ὦ Ἀρμένιε, ἀπάγου τήν τε γυναῖκα καὶ τοὺς παῖδας, μηδὲν αὐτῶν καταθείς. Quin etiam Demosth. eodem genitivo cum eodem verbo locis aliquot usus est, Adv. Neæram, Καταθεῖναι αὐτῆς. Item [p. 1355, 17]: Κατατίθησιν αὐτῆς τὰς εἴκοσι μνᾶς τῷ τε Εὐκράτει καὶ τῷ Τιμανορίδῃ ἐπ' ἐλευθερίᾳ. Neque tamen ἕνεκα his quoque in locis subaudiri posse negarim, sed tantum aptiorem præpositionis ὑπὲρ subauditionem esse crediderim.

Invenitur ἕνεκα subauditum ante gen. rei in ea etiam oratione, quæ personæ quoque genitivum et cum utroque accusativum habet: ut ap. Isocr. [p. 73, D]: Πολλῶν γὰρ οἱ πατέρες ἡμῶν Μηδισμοῦ θάνατον κατέγνωσαν, pro πολλῶν κατέγνωσαν θάνατον ἕνεκα Μηδισμοῦ.

Quin etiam omitti ante genitivos, qui certis quibusdam verbis subjunguntur, antea dictum fuit: veluti cum dicitur, θαυμάζω σε τῆς ἀρετῆς, vel ἄγαμαι, vel ζηλῶ, vel ἐπαινῶ, vel ἀποδέχομαι. Quibus addendum est etiam μακαρίζω, et εὐδαιμονίζω, quod idem significat. Demosth. [p. 362, 13]: Πολλὰ μὲν τοίνυν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, Φίλιππον εὐδαιμονίσας τῆς τύχης, εἰκότως τοῦτο μάλιστα εὐδαιμονίσειεν ἁπάντων. In qua oratione non unam ellipsin, sed duas animadvertere debemus. Nam ut ante τῆς τύχης adverbium ἕνεκα, sic ante πολλὰ et τοῦτο præpositionem κατὰ subaudire debemus (de cujus præpositionis subauditione dictum antea fuit). Sic porro ap. Andocidem τύχης ἐλεηθείην, pro ἕνεκα τῆς τύχης, legitur.

Ante eundem casum, nimirum genitivum, adverbium φεῦ s. ὦ itidem omissum reperitur: ut ap. Xen. Cyrop. 2, [2, 3]: Ἐνταῦθα δὴ ἐκεῖνος πάνυ ἀνιαθεὶς δῆλος ἐγένετο, καὶ εἶπε πρὸς ἑαυτὸν, Τῆς τύχης, τὸ ἐμὲ νῦν κληθέντα δεῦρο τυχεῖν. Sunt autem hæc adver-

bia ex eorum numero, quæ Latini Interjectiones appellarunt.

Μᾶλλον quoque est ex numero adverbiorum, quæ interdum subaudienda a veteribus relinquuntur. Fortasse autem Homericus hic versus, Il. A, [117] (licet et in aliis eadem ellipsis reperiatur, ut mox docebo), Βούλομ' ἐγὼ λαὸν σόον ἔμμεναι ἢ ἀπολέσθαι, exemplum istius ellipseως præbuerit. Quamvis enim variæ hujus versus expositiones afferantur, fide tamen dignior quam ceteræ videtur esse, quæ inter βούλομαι et ἢ adverbium μᾶλλον subaudit : quoniam ap. eundem poetam ejusdem ellipseως, id est cum eodem verbo, exempla extant. Sicut enim ibi legimus βούλομαι λαὸν σόον ἔμμεναι ἢ ἀπολέσθαι, pro βούλομαι μᾶλλον ἢ etc. (si quidem illam expositionem, cui primum locum dedi, sequamur), ita Od. M, [350] : Βούλομ' ἅπαξ πρὸς κῦμα χανὼν ἀπὸ θυμὸν ὀλέσσαι Ἢ δηθὰ στρεύγεσθαι ἐὼν ἐν νήσῳ ἐρήμῃ· Λ, [488] : Βουλοίμην κ' ἐπάρουρος ἐὼν θητευέμεν ἄλλῳ, Ἀνδρὶ παρ' ἀκλήρῳ, ᾧ μὴ βίοτος πολὺς εἴη, Ἢ πᾶσιν νεκύεσσι καταφθιμένοισιν ἀνάσσειν· Il. P, [331] : Ἡμῖν δὲ Ζεὺς μὲν πολὺ βούλεται ἢ Δαναοῖσι Νίκην. Dicet igitur Agamemnon, (hos etiam locos sequendo, i. e. eum verbi βούλομαι usum, quem et in his locis habere videmus,) Volo populum meum salvum esse (potius) quam perire, i. e. Salutem populi privatæ saluti antepono. Alii tamen ita intellexerunt (non constituentes istam hujus adverbii ellipsin), Volo ego populum meum salvum esse, aut (ipsemet) perire. Quidam vero et sic, Volo populum salvum esse et perire (ipse), accipiendo nimirum ἢ pro καί : ut dicat Agamemnon se interitu suo exercitus salutem paratum esse redimere. Voluerunt autem quidam ἢ σύνδεσμον (i. e. Conjunctionem) in illa quidem signif., qua ponitur pro Aut, esse διασαφητικόν : si autem pro καὶ accipiatur, vocari παραδιαζευκτικὸν, teste Eust. Cur tamen in illo priore loco διασαφητικὸν potius quam διαζευκτικὸν appellandum censuerint, non video. Equidem quod illi de ἢ dicebant, schol. Thuc. de μᾶλλον dicit, in hoc illius loco, 7, p. 254 [c. 63] : Καὶ ταῦτα τοῖς ὁπλίταις οὐχ ἧσσον τῶν ναυτῶν παρακελεύομαι, ὅσῳ τῶν ἄνωθεν μᾶλλον τὸ ἔργον τοῦτο· hic enim μᾶλλον ait esse non συγκριτικὸν, sed διασαφητικόν. Verum ut potius de his exposs. dicam semel quod sentio, si mihi a prima illa discedendum sit, secundam huic tertiæ longe prætulerim, utpote nimis violentæ : cum etiam ἢ pro καὶ accipere in ea necesse sit. Sed cur ab illa prima discedere quisquam velit, cum alii ejusdem poetæ loci eum verbi βούλομαι usum cum particula ἢ confirment? Perinde autem est (meo judicio) ac si diceret Agamemnon, Quis enim dubitat quin populum salvum esse quam perire malim? Alioqui certe hic rex frustra hæc verba jactare videri posset : utpote id, de quo non interrogabatur, et de quo nemo ambigebat, testari volens.

Talis adverbii μᾶλλον ellipsis in hoc vulgari et proverbiali senario extat, Θέλω τύχης σταλαγμὸν ἢ φρενῶν πίθον. In promptu mihi est et Aristot. locus, in quo ellipsis hujus adverbii habetur post εὐκατάφοροι. Sed cum ea post illud ipsum verbum θέλω ap. Paulum Apostolum extet, locum ejus prius proferendum censeo. Is est 1 Ad Cor. 14, 19 : Ἀλλ' ἐν ἐκκλησίᾳ θέλω πέντε λόγους διὰ τοῦ νοός μου λαλῆσαι, ἵνα καὶ ἄλλους κατηχήσω, ἢ μυρίους λόγους ἐν γλώσσῃ. Aristotelis autem locus, cujus modo mentionem feci, extat Eth. 2, cap. penult. : Αὐτοὶ δὲ μᾶλλον πεφύκαμεν πρὸς τὰς ἡδονάς· διὸ εὐκατάφοροι ἐσμὲν πρὸς ἀκολασίαν ἢ πρὸς κοσμιότητα. Hic enim nemo non videt εὐκατάφοροι pro μᾶλλον εὐκατάφοροι esse positum. Et video quidem in proxime præcedente orationis membro legi hoc adverbium; sed ex iis non esse constat, quæ ἀπὸ κοινοῦ repeti solent : ideoque nihilo magis ex præcedentibus quam ex sequentibus (ubi etiam habetur) scriptorem reliquisse subaudiendum crediderim : sed ita locuturum fuisse etiamsi neque præcedentia neque sequentia illud habuissent. Ut vero post positivum hic omittitur μᾶλλον, sic in isto Matthæi loco, 18, [8] : Καλόν σοι ἐστὶν εἰσελθεῖν εἰς τὴν ζωὴν χωλὸν ἢ κυλλὸν, ἢ δύο χεῖρας ἢ δύο πόδας ἔχοντα βληθῆναι εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον. Ut enim in illo Aristot. loco vel cum εὐκατάφοροι subaudiamus μᾶλλον necesse est, aut pro comparativo εὐκαταφορώτεροι positum esse dicamus : ita hic cum καλὸν subaudire nos μᾶλλον oportet : nisi καλὸν pro κάλλιον accipiendum dicere malimus. Invenitur autem et ap. Luc. hæc ellipsis cum participio, 18, 14 : Λέγω ὑμῖν· κατέβη οὗτος δεδικαιωμένος εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ ἢ ἐκεῖνος. Itidem enim hic δεδικαιωμένος pro δεδικαιωμένος μᾶλλον positum esse constat. Scio autem me in plerisque veterum scriptorum locis hanc ellipsin observasse, sed eos mihi in præsentia memoria non suggerit. Interim non parvi apud nos ponderis illa ex N. T. petita quarundam etiam φράσεων testimonia esse debere, eosque longe falli, qui incultum nescio quem et horridum eum sermonem esse arbitrantur, ex iis, quæ antea dixi, patere existimo. Eust. quidem certe adeo receptam hanc ellipsin esse censuit, ut ipsemet ea uti non dubitarit, cum scribit p. 445, Ὃ καὶ πιστευτέον, (ὥς φασιν οἱ παλαιοὶ,) ἤπερ τοῖς ἐπιμερισμοῖς. Nam et hic ἤπερ τοῖς ἐπιμερισμοῖς pro μᾶλλον ἤπερ τοῖς ἐπιμερισμοῖς dici manifestissimum est. Ideoque minime mirandum est eum in illo Hom. versu Βούλομ' ἐγὼ λαὸν σόον ἔμμεναι ἢ ἀπολέσθαι, hujus elleipseως mentionem nullam facere. Notiorem videlicet esse putabat quam ut de ea dicendum quicquam foret. Imo etiam (quod potius miremur) ita de μᾶλλον ibi loquitur quasi εἰς ἐπίτασιν assumatur, cum alioqui eo carere sermo possit.

Μᾶλλον subauditum cum πολὺ habuimus quidem antea in illo Hom. versu, ex Il. P : Ἡμῖν δὲ Ζεὺς μὲν πολὺ βούλεται ἢ Δαναοῖσι Νίκην· sed dico, quamvis non itidem sequente particula ἢ, sic accipiendum mihi videri in isto loco A, Ἐπεὶ πολὺ βούλομαι αὐτὴν Οἴκοι ἔχειν· ut nimirum dicamus esse pro πολὺ μᾶλλον βούλομαι αὐτὴν οἴκοι ἔχειν. Multo magis, inquam, eam domi habere velim, ἢ δέξασθαι ἄποινα ὑπὲρ αὐτῆς : quæ e proxime præcedente versu repeto. At Eust. πολὺ exponit καταπολύ : a quo plane dissentio; nec certe eum ita expositurum fuisse arbitror, si versus illius ex Il. P, aut alius ei similis, recordatus fuisset. Sciendum est autem afferri etiam πολὺ pro πλέον ex Sophocle : quæ expositio utrique loco Homerico convenire potest. Quoniam autem de hac expositione dictum a me in Thesauro fuit, eo lectorem remittam.

Μόνον adverbium in eorum numero censeri debet, quæ interdum ἐλλείπουσι. Xen. Anab. 3, p. 178 meæ ed. [c. 2, 13] : Οὐδένα γὰρ ἄνθρωπον δεσπότην, ἀλλὰ τοὺς θεοὺς προσκυνοῦμεν, pro ἀλλὰ τοὺς θεοὺς μόνον, vel ἀλλὰ μόνους τοὺς θεούς. Ap. Thuc. quoque commode subaudietur, 3, p. 96 [c. 40] : Ἄκοντες μὲν γὰρ οὐκ ἔβλαψαν, εἰδότες δὲ ἐπεβούλευσαν· ξύγγνωμον δ' ἐστὶ τὸ ἀκούσιον, pro μόνον τὸ ἀκούσιον. Alioqui post ξύγγνωμον δ' ἐστὶ τὸ ἀκούσιον, subaudiendum esset, οὐχὶ δὲ καὶ τὸ ἑκούσιον. Sic ap. Lucian. τρεῖς οὖσαι pro τρεῖς οὖσαι μόνον, legimus, in fine Dial. qui Ζεὺς Ἐλεγχόμενος inscribitur : Ἐδεόμην μὲν κἂν ἔτι τοῦτο ἔρεσθαι, ποῦ αἱ μοῖραι διατρίβουσιν, ἢ πῶς ἐφικνοῦνται τῇ ἐπιμελείᾳ τῶν τοσούτων ἐς τὸ λεπτότατον· καὶ ταῦτα, τρεῖς οὖσαι, Præsertim cum tres sint, pro Præsertim cum tres sint duntaxat. Apertissima equidem hoc in loco adverbii μόνον est ellipsis : cum alioqui possit τρεῖς οὖσαι et τρεῖς ὄντες ad contrarium sensum pertinere, adeo ut nihil minus quam μόνον subaudiri queat. Veluti si ita loquar, Miror quomodo facere id non possint, καὶ ταῦτα, τρεῖς ὄντες, i. e. Præsertim cum tres sint. Observavi autem ap. hunc scriptorem hujus particulæ μόνον defectum in aliis omnino similibus proxime præcedenti locis : ut in Dial., qui Χάρων seu Ἐπισκοποῦντες inscribitur [c. 5] : Καὶ δυνησόμεθα, ὦ Ἑρμῆ, δύ' ὄντες, ἀναθέσθαι ἀράμενοι τὸ Πήλιον ἢ τὴν Ὄσσαν; Nam hic pariter δύ' ὄντες pro δύ' ὄντες μόνον, dictum esse manifestissimum est. Quin etiam in aliis locis, qui ab his diversi sunt, eandem ellipsin idem scriptor habet : ut in Dial., cui titulus est Δὶς Κατηγορούμενος, legimus, p. 285 Aldina [c. 10] : Εἶτ' εὐωχοῦνται τὰ κρέα, ποιησάμενοί με τῆς εὐφροσύνης μάρτυρα, καὶ ψιλῷ τιμήσαντες τῷ κρότῳ. Hic enim μάρτυρα pro μάρτυρα μόνον intelligere oportet. Quod si qui hic quoque adverbii μόνον ellipsin esse negent, testem adversus eos ipsummet Lucianum producam, qui in alio plane simili loco, i. e. post illum ipsum accus. μάρτυρα, eam adjicit. Legimus enim in libello, quo miseram τῶν ἐπὶ τῷ μισθῷ συνόν-

των conditionem describit ac deplorat p. 100 ed. Ald. [c. 26]: Καὶ οὕτως εἰς τὴν ἀτιμοτάτην γωνίαν ἐξωσθεὶς κατάκεισαι, μάρτυς μόνον τῶν παραφερομένων· τὰ ὀστᾶ, εἰ ἀφίκοιτο μέχρι σοῦ, καθάπερ οἱ κύνες περιεσθίων. Usus autem est hujus adverbii ellipsi et Paulus Apostolus, Ad Rom. 4, 9: Ὁ μακαρισμὸς οὖν οὗτος, ἐπὶ τὴν περιτομήν, ἢ καὶ ἐπὶ τὴν ἀκροβυστίαν; Neque enim dubium est quin post περιτομὴν subaudire oporteat particulam μόνον: atque adeo eam extrinsecus assumptam vetus Interpres suæ interpretationi inserere non dubitavit.

Quoniam autem cum πλεοναζόντων adverbiorum mentionem facerem, hujus adverbii μόνον pleonasmum prætermisi, ellipseos ejus exemplis pleonasmi exempla ex variis scriptoribus sumpta libet subjungere. Xen. Cyrop. 8, p. penultima [c. 8, 16], de Persis: Ἐκείνοις γὰρ πρῶτον μὲν τὰς εὐνὰς οὐ μόνον ἀρκεῖ μαλακῶς ὑποστρώννυσθαι, ἀλλ' ἤδη καὶ τῶν κλινῶν τοὺς πόδας ἐπὶ ταπίδων τιθέασιν, ὅπως μὴ κτλ. Aliquanto post [§ 17] de iisdem hæc scribit, Ἀλλὰ μὴν καὶ ἐν τῷ χειμῶνι οὐ μόνον κεφαλὴν καὶ σῶμα καὶ πόδας ἀρκεῖ αὐτοῖς ἐσκεπάσθαι, ἀλλὰ καὶ περὶ ἄκραις ταῖς χερσὶ χειρίδας δασείας καὶ δακτυλήθρας ἔχουσιν. Nemo enim (ut opinor) utrobique adverbii μόνον post ἀρκεῖ pleonasmum non agnoscit. Quod si quis de fide exemplarium hic dubitat, (quamvis alioqui ne verisimile quidem sit librarios adverbium istud de suo, et quidem duobus in locis, addidisse,) Athenæi testimonio locum utrumque afferentis l. 12, lectionem illam comprobari sciat. Jam vero et qui cum simili verbo reperitur pleonasmus hujus adverbii, nimirum cum ἀπέχρησε, ne valde locos illos miremur, facit. Observavi enim ap. Æschin. et Lucian. cum ἀπέχρησε itidem vocabulum illud adjectum esse: sic tamen ut ap. Æschin. quidem sit adverbii, ap. Lucian. autem sit nominis pleonasmus. Æschin. locus est in Or. adv. Ctes. p. 66 Ald. [p. 69=502 R.]: Καὶ οὐκ ἀπέχρησεν αὐτοῖς τοῦτον μόνον τὸν ὅρκον ὀμόσαι, ἀλλὰ καὶ προστροπὴν καὶ ἀρὰν ἰσχυρὰν ὑπὲρ τούτων ἐποιήσαντο. Ubi μόνον adverbium quam nomen esse malo, non ideo tantum quod ἀπέχρησε μόνον, pro ἀπέχρησε, sine adjectione, eodem dicatur modo quo ἀρκεῖ μόνον, sed etiam quia si μόνον esset nomen, ita ut cum accusativo ὅρκον jungeretur, alius ὅρκου mentionem lector expectaret, idque frustra. At in eo Luciani loco, qui mihi nunc in promptu est, legitur accusativus μόνα: in Prometheo, seu Caucaso [c. 6]: Οὐχὶ δὲ ἀπόχρη μόνα τὰ κεφάλαια εἰπεῖν τῶν ἀδικημάτων. Talis est et hic (utpote post tale verbum) pleonasmus, ap. eund. scriptorem, in Toxaride, circa principium [c. 3]: Καὶ μὴ ἀγαπῆσαι εἰ διαφυλάξονται μόνον, ἀλλὰ τιμωρησαμένους τὸν βασιλέα τῆς ὕβρεως. Talem esse hic pleonasmum, utpote cum ἀγαπῆσαι, quod id simile sit verbo præcedenti, dico; nam ἀπόχρη μοι τοῦτο, et ἀγαπῶ τοῦτο, affinem signif. habent. Itidem vero cum nomine ἱκανὰ, idem significante quod ἀποχρῶντα, legimus ap. Eund. hoc adverbium itidem πλεονάζον, in Pseudologiste p. 343 [c. 23]: Οἷς ἱκανὰ ἦν ἐκεῖνα μόνα τὰ κακὰ τοῦ σοῦ στόματος ἀπολαύειν.

At μόνον cum τοσοῦτον ap. Thuc., estne itidem abundare dicendum? an potius, cum τοσοῦτον dicitur (ut sæpe dici constat) pro Hoc solum, Hoc duntaxat, Non aliud quam hoc: itidemque τοσαῦτα pro Hæc solum, Non plura: ibi ellipsin adverbii μόνον esse putandum est? Sed duos Thuc. locos, in quibus adjectum illi nomini hoc adverbium reperio, proponam; deinde meam hac de re sententiam proferam. Unus est hic, 3, p. 101 [c. 52]: Ἡρώτων δὲ αὐτοὺς ἐπικαλεσάμενοι, τοσοῦτον μόνον, εἴ τι Λακεδαιμονίους καὶ τοὺς ξυμμάχους ἐν τῷ πολέμῳ τῷ καθεστῶτι ἀγαθόν τι εἰργασμένοι εἰσίν. Alter locus extat 4, p. 157 [c. 110]: Ἐσκομίζουσι παρ' αὐτοὺς ἐγχειρίδια ἔχοντας ἄνδρας ψιλοὺς ἑπτά· τοσοῦτοι γὰρ μόνον ἀνδρῶν εἴκοσι τοπρῶτον ταχθέντων οὐ κατέδεισαν εἰσελθεῖν. Nunc ut ad illam quæstionem redeam, quamvis cum dicimus τοσοῦτον pro Hoc solum, Hoc duntaxat, Non aliud quam hoc, itidemque cum dicimus τοσαῦτα (q. d. Tot), pro Hæc solum, Hæc duntaxat, Non plura, ita loquamur ac si adderemus μόνον, quoniam tamen usus obtinuit ut hoc vocabulum non addatur, ejus adjectio pro pleonasmo haberi posse videtur.

Ὅτι, sicut et μόνον proxime præcedens, ex iis est vocabulis, quæ cum sæpenumero vacare comperiantur, interdum contra desiderantur. Quamvis enim a me de adverbiorum pleonasmo institutus nunc sit sermo, de ὅτι simul dicam: sive inter adverbia, sive (ut plures grammatici volunt) inter conjunctiones numerari debeat. Hom. Il. Σ, [194]: Ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ὅγ' ἔλπομ' ἐνὶ πρώτοισιν ὁμιλεῖ. Non sine ellipsi dicitur (inquit Eust.) ἔλπομαι ἐνὶ πρώτοισιν ὁμιλεῖ: deest enim ὅτι, ut dicat, οἶμαι ὡς τοῖς πρώτοις ὁμιλεῖ· ἤγουν προμάχεται. Quibus addit, verbum ἔλπομαι interjectum esse ἀσυνδέτως, idque ἐκ περιττοῦ, χάριν ἀκριβείας. Ejus hæc verba sunt, Καὶ ἄλλως δὲ ἐκ περιττοῦ χάριν ἀκριβείας ἀσυνδέτως ἐπεμβέβληται τὸ ἔλπομαι· ἵνα λέγῃ, ἀλλὰ καὶ οὗτος προμάχεται, οἶμαι, ἤγουν ὡς νομίζω. Ubi observa ὅτι pro conjunctione ab illo haberi, quippe qui dicat ἀσυνδέτως, significans absque conjunctione ὅτι. Quod autem ad hujus particulæ ellipsin attinet, sciendum est, si ἔλπομαι tanquam per parenthesin interjectum legamus, (subaudiendo ὡς, ut sit pro ὡς ἔλπομαι, ut sæpe οἶμαι dici videmus pro ὡς οἶμαι, itidemque ὄΐω poetice pro ὡς ὄΐω,) ellipsi illa locum esse cariturum.

Ὅτι ap. Thuc. deesse comperi, id est subaudiendum relinqui, sed in alia signif. quam habeat in præcedenti loco: in ea nimirum, qua ponitur pro Quoniam. Locus extat 5, p. 185 [c. 61]: Καὶ προσκαθεζόμενοι τὸν Ὀρχομενὸν πάντες ἐπολιόρκουν, καὶ προσβολὰς ἐποιοῦντο, βουλόμενοι ἄλλως τε προσγενέσθαι σφίσι, καὶ ὅμηροι ἐκ τῆς Ἀρκαδίας ἦσαν αὐτόθι ὑπὸ Λακεδαιμονίων κείμενοι. Nemo enim qui attente hunc l. considerarit, ellipsin hujus particulæ ei ante verbum ἦσαν inesse negabit. Et aliis de causis (inquit) et ibi erant obsides: pro, Et quod ibi erant obsides.

Ἄλλως quoque relinqui subaudiendum videtur alicubi, aut certe aliud quidpiam ejus loco, Aristot. [Metaphys. 4, c. 23]: Ὡς οἱ ποιηταὶ τὸν Ἄτλαντα ποιοῦσι τὸν οὐρανὸν ἔχειν· ὡς συμπεσόντ' ἂν ἐπὶ τὴν γῆν, pro ὡς συμπεσόντ' ἂν ἄλλως, Tanquam alioqui ruiturum. Vel post ὡς subaudiendum est, εἰ μὴ ἦν τοῦτο, ut inquit Bud., hoc modo, ὡς, εἰ μὴ ἦν τοῦτο, συμπεσόντ' ἄν. Idem Aristot. [ibid.]: Τοῦτον δὲ τὸν τρόπον καὶ τὸ συνεχὲς λέγεται ἃ συνέχει ἔχειν, ὡς διαχωρισθέντ' ἂν κατὰ τὴν αὑτοῦ ὁρμὴν ἕκαστον. Ubi vel ἄλλως vel illa verba subaudire itidem debemus.

Ὀλίγον quoque præcedentibus adverbiis annumerandum videtur, quæ videlicet in oratione subaudienda nonnunquam relinquuntur. Satisque idoneum hujus ellipseos exemplum extare puto in isto Aristot. loco, H. A. 7, 4: Αἱ δὲ πλησιάζουσαι πρὸ τῶν τόκων τοῖς ἀνδράσι, θᾶττον τίκτουσι. Hic enim rationi consentaneum est ut subaudiamus ὀλίγον s. ὀλίγῳ ante πρὸ τῶν τόκων. Ideoque Gaza recte vertit, Paulo ante partum. Subaudio autem vel ὀλίγον vel ὀλίγῳ ante præp. πρὸ, sicut ὀλίγον ὕστερον et ὀλίγῳ ὕστερον dicitur. Et quamvis adverbialiter poni utrumque censeatur, (ac præsertim ὀλίγον,) subaudiri tamen cum illis nomen potest, ac fortassis etiam necesse est: nimirum χρόνον cum ὀλίγον, et χρόνῳ cum ὀλίγῳ.

Ὀλίγον autem sive adverbialiter positum, sive nominis usum retinens, subaudiendum existimo in isto Luciani loco, in Dial. qui Δὶς Κατηγορούμενος inscribitur [c. 8]: Εἰσὶ δὲ οἳ καὶ μόνον ψαύσαντες ἔκτοσθεν τοῦ λέβητος ἄκρῳ τῷ δακτύλῳ, καὶ ἐπιχρισάμενοι ὀλίγον τῆς ἀσβόλου, ἱκανῶς οἴονται καὶ οὗτοι μεταβεβάφθαι. Est alioqui hic gen. ex eorum genere, quorum mentio a me facta fuit antea: nimirum in iis, quæ in Corinthi Articulum LVI annotavi. Suntque adeo nonnulli genitivi in locis ibi allatis, cum quibus non minus apte, fortasse vero aptius, hoc vocabulum ὀλίγον, quam μέρος, vel τὶ, vel μέρος τὶ, (nam et conjungi hæc duo possunt,) subaudiretur.

Nominis autem ellipsis varia est ac multiplex, tamque late patet quam quæ in ulla ex ceteris partibus orationis spectatur: nisi forte latius etiam patere dicenda sit. Ego si non omnia, præcipua saltem ejus genera declaraturus, a substantivis, quæ ἐλλείπουσιν, initium sumam: et quidem prima ex Hom., more meo, exempla petens.

Frequens est igitur ap. eum, ποῖον ἔειπες; vel οἷον

ἔειπες; pro ποῖον μῦθον. Apud Eund. κερτομίοις pro κερτομίοις ἔπεσι legimus. Atque ut μῦθον vel ἔπος his in locis ac similibus subaudire debemus, sic ἔργον, ubi dicit ποῖον ἔρεξας; Exempla autem sunt hæc. Il. N, [824]: Αἶαν ἁμαρτοεπὲς, βουγάϊε, ποῖον ἔειπες; vel οἷον ἔειπες; ut in quibusdam exempll. legitur. Sic Od. B, [243]: Μέντορ ἀταρτηρὲ, φρένας ἠλεὲ, ποῖον ἔειπες; vel οἷον ἔειπες; (sed Eust., qui ibi οἷον habet in verbis textus, quæ suis Commentariis inserit, hic contra ποῖον). Non dubium est certe quin utrobique, itidemque in aliis hujusmodi locis, extrinsecus vel μῦθον vel ἔπος assumere oporteat. Atque utrumlibet assumpserimus, Homerum secuti erimus: ap. quem alibi ποῖον μῦθον et ποῖον ἔπος legimus: ut Il. A, [552]: Αἰνότατε Κρονίδη, ποῖον τὸν μῦθον ἔειπες; Od. Φ, [168] et aliis plerisque locis: Ποῖόν σε ἔπος φύγεν ἕρκος ὀδόντων; Itidem vero ap. hunc poetam κερτομίοις pro κερτομίοις ἔπεσι legimus Il. A, [539]: Αὐτίκα κερτομίοισι Δία Κρονίωνα προσηύδα. Sic Od. Υ, [177]: Αὐτὸς δ' αὖτ' Ὀδυσῆα προσηύδα κερτομίοισι. Alibi autem ἐντελῶς loquens, non autem ἐλλειπτικῶς, (nam hæc duo adverbia opponuntur,) dicit κερτομίοις ἐπέεσσι: ut Il. E, [419]: Κερτομίοις ἐπέεσσι Δία Κρονίδην ἐρέθιζον· Od. Ω, [239]: Πρῶτον κερτομίοις ἐπέεσσιν πειρηθῆναι. Eodemque modo cum pronomine ἐμὸν, vel nomen ἔπος vel aliud hujusmodi subaudiendum existimatur ap. Hom. Il. A, [526]: Οὐ γὰρ ἐμὸν παλινάγρετον οὐδ' ἀπατηλὸν, Οὐδ' ἀτελεύτητόν γ' ὅ, τι κεν κεφαλῇ κατανεύσω. Atque ut ἔπος vel μῦθον, sic etiam ἔργον nonnunquam omittit, ut illa cum ἔειπες, ita hoc cum ἔρεξας: ut Ψ, [570]: Ἀντίλοχε, πρόσθεν πεπνυμένε, ποῖον ἔρεξας; Sic vero et cum ἐτέλεσσας subaudiendum censet Eust., in hoc versu A, [108]: Ἐσθλὸν δ' οὐδέ τί πω εἶπας ἔπος, οὐδ' ἐτέλεσσας, Hic, inquit, λείπει κατὰ ἐοικυῖαν ἔννοιαν τὸ ἔργον· ut dicat, οὔτε ἔπος εἶπας, οὔτε ἔργον ἐτέλεσσας. Sed brevium scholiorum auctor utrumque verbum ad idem nomen referre videtur, non aliud extrinsecus assumendo.

Exemplum dativi ἀμφοτέρῃσι, cum quo desideratur substantivum χερσὶ, ex eodem poeta sumptum est. Hæc enim verba, quæ Joannes Grammaticus Articulo IX, et Corinthus Articulo VIII, afferunt, κόπτων ἀμφοτέρῃσι, sunt Homeri Od. Σ, [28]: Ὄν ἂν κακὰ μητισαίμην, Κόπτων ἀμφοτέρῃσι. Poterant autem et alia ejusdem ellipseos ex eodem poeta exempla afferri: ex quibus est hoc [P, 356], Ἀμφοτέρῃσιν ἐδέξατο. Quin etiam in prosa idem substantivum cum eodem adjectivo subaudiendum nonnunquam relinquitur.

Apud eund. poetam cum adjectivo ἰθεῖα subaudiendum est substantivum δίκη, Il. Ψ, [580]: Εἰ δ' ἄγ' ἐγὼν αὐτὸς δικάσω· καί μ' οὔτινα φημὶ Ἄλλον ἐπιπλήξειν Δαναῶν· ἰθεῖα γὰρ ἔσται· pro ἰθεῖα δίκη. Sed hæc ellipsis excusanda censetur, tanquam hoc substantivum ἀπὸ κοινοῦ ex verbo δικάσαι sumi possit. Neque enim ἀπὸ κοινοῦ sumi vocant veteres grammatici tum duntaxat, cum idem verbum ex superioribus repetitur, sed etiam cum ex vi præcedentis verbi nomen ad eandem signif. pertinens subauditur. Quamvis enim ἐν τοῖς ῥηματικοῖς præsertim talis subauditio locum habeat, invenitur tamen et in iis nominibus, quæ ῥηματικὰ non sunt, id est verbalia: sed ipsis potius verbis originem dederunt. Exemplum hujus rei manifestum extat Od. Ξ, [434]: Καὶ τὰ μὲν ἕπταχα πάντα διεμοιρᾶτο δαίζων· Τὴν μὲν ἴαν νύμφῃσι καὶ Ἑρμῇ Μαιάδος υἱῖ Θῆκεν ἐπευξάμενος, τὰς δ' ἄλλας νεῖμεν ἑκάστοις. Hic enim e vi præcedentis verbi διεμοιρᾶτο, subaudimus μοῖραν cum ἴαν, itidemque μοίρας cum ἄλλας: cum alioqui ex μοῖρα sit διαμοιρᾶσθαι, vel potius μοιρᾶσθαι, (ex quo per compositionem διαμοιρᾶσθαι factum est,) non contra μοῖρα ex μοιρᾶσθαι.

Τόδε in ejusdem poematis pro τόδε τὸ χωρίον vel δῶμα legimus, vel potius pro εἰς τόδε τὸ χωρίον, seu δῶμα, (est enim duplex ellipsis,) veluti Il. Ξ, [298]: Ἥρη, ποῖ μεμαυῖα κατ' Οὐλύμπου τόδ' ἱκάνεις; Sic ὑμέτερόνδε dicit Ψ, [80] subaudiens οἶκον, vel δῶμα, aut δόμον. Sed hæc duo posteriora, utpote poetica, subaudire satius est. Locus est hic, Εὖτέ με τυτθὸν ἐόντα Μενοίτιος ἐξ Ὀπόεντος Ἤγαγεν ὑμέτερόνδ', ἀνδροκτασίης ὑπὸ λυγρῆς. Sed vult Eust. ἀπὸ κοινοῦ etiam subaudiri substantivum δόμον, quod in proxime præcedente versu esset δόμοισι. Verum ad illam ἀπο κοινοῦ repetitionem confugere nihil necesse est, cum tot aliis in locis hanc ellipsin cernamus, in quibus illa minime locum habere potest. Idem addit τὴν κοινὴν γλῶσσαν dicere itidem τὰ ἡμέτερα pro τὰ ἡμέτερα δώματα, sive οἰκία.

Itidemque cum præp. ἐν, vel εἰς, ut Il. Z, [47]: Πολλὰ δ' ἐν ἀφνειοῦ πατρὸς κειμήλια κεῖται, Χαλκός τε, χρυσός τε, πολύκμητός τε σίδηρος, pro ἐν δώμασι πατρός. Apud Eund. frequenter legimus εἰς ἄϊδαο vel εἰς ἄϊδος, pro εἰς ἄϊδαο δώματα, aut potius δόμους: Θ, [367]: Εὖτέ μιν εἰς ἄϊδαο πυλάρταο προύπεμψεν. Sic Φ, [48]: Ὣς μιν ἔμελλε Πέμψειν εἰς ἄϊδαο, καὶ οὐκ ἐθέλοντα νέεσθαι· Od. M, [383]: Δύσομαι εἰς ἄϊδαο. Cum altero autem genit. ἄϊδος, qui idem significat, habemus eandem ellipsin, cum alibi, tum Il. N, [415]: Εἰς ἄϊδός περ ἰόντα πυλάρταο κρατεροῖο. Sic aliquot locis ἄϊδόςδε. Ubi autem εἰν ἄΐδαο reperietur, itidem ablativus δώμασι vel δόμοις subaudiendus fuerit. Quamvis enim in hac ellipsi, sicut et in aliis quibusdam, non unum substantivum, sed ex variis aliquod subaudire possimus, videndum tamen est quod potissimum subaudiri debeat: et an non quodpiam ex ipsomet scriptore accipere possimus. Exempli gratia, cum ἄΐδαο vel ἄϊδος nolim hic (ut quidam voluerunt) subaudire χωρίον, vel τόπον: quod ipse Hom. in aliis plerisque locis, ubi ἐντελῶς loquitur, illis genitivis non χωρίον, vel τόπον, vel aliquid tale, sed δῶμα, sive δῶ, per apocopen, aut δόμον, vel in plurali δώματα sive δόμους adjungere soleat: ut Il. O, [251]: Νέκυας καὶ δῶμ' ἀΐδαο· Ψ, [74]: Ἀλλ' αὔτως ἀλάλημαι ἀν' εὐρυπυλὲς ἄϊδος δῶ. Præfixus autem habetur accus. δόμον in isto hemistichio, quod plerisque locis repetitur, Δόμον ἄϊδος εἴσω. Denique pluralem accus. δόμους ap. Eund. legimus, Od. K, [490]: Καὶ ἱκέσθαι Εἰς ἀΐδαο δόμους καὶ ἐπαινῆς Περσεφονείης. Itidemque ablativus pluralis δόμοισι cum præp. ἐν ap. Eund. junctus reperitur illi genitivo ἀΐδαο: ut Il. Ψ, [19]: Χαῖρέ μοι, ὦ Πάτροκλε, καὶ εἰν ἀΐδαο δόμοισι. Sic Od. Δ, [834]: Ἤ ἤδη τέθνηκε, καὶ εἰν ἀΐδαο δόμοισι. Cum igitur Homerum videamus ex his locis non solum ellipsin, quæ in aliis est, sed etiam cujus vocabuli ea sit ellipsis, declarare, cur aliud quærendum nobis esse dicamus? Eust. tamen in Od. K, [502]: Εἰς ἄϊδος δ' οὔπω τις ἀφίκετο νηὶ μελαίνῃ, annotat subaudiri posse δόμον, vel τόπον, vel tale quidpiam: Ἔχει δὲ καὶ τὸ εἰς ἄϊδος (inquit) ἔλλειψιν Ἀττικὴν τοῦ δόμον, ἢ τόπον, ἢ τοιούτου τινός. Neque tamen in hoc loco tanti refert quod substantivum subaudiamus, quam in aliis quibusdam: qui etiam fecerunt ut lectorem hujus rei admonendum putarim. Ceterum cum his in locis cum εἰς ἄΐδαο subaudiamus δῶμα s. δόμον, aut δώματα s. δόμους, et cum εἰν ἄΐδαο itidem δώματι s. δόμῳ, vel δώμασι s. δόμοισι, (atque hoc postremum potius quam aliud,) dubitari non immerito possit an non cum ἐξ ἄΐδαο quoque genitivum unius illorum nominum subaudire oporteat: ut Od. M, [16]: Οὐδ' ἄρα Κίρκην Ἐξ ἀΐδεω ἐλθόντες ἐλήθομεν· est enim ἄΐδαο idem quod ἀΐδεω. Sic autem et ubi dicit idem poeta ἄϊδος εἴσω, quæri possit an non δόμον subaudire eum ἄϊδος debeamus: quoniam ipsemet poeta δόμον ἄϊδος εἴσω alicubi dicit. Sed ad illud quidem ἀΐδεω quod attinet, præpositioni ἐξ junctum, non video quam ob causam ellipsin ante illum gen. constituere debeamus; at vero in ἄϊδος εἴσω, si quidem εἴσω genitivo jungi non possit, subaudire et hic accus. illum vel alium hujusmodi necesse fuerit: sin cum genit. non minus quam cum accus. construi alibi comperiamus, ne hic quidem ellipsis illa locum habebit. Sed εἴσω cum gen. etiam jungi, ex soluta quoque oratione petita exempla ostendere possunt. Eust. tamen εἴσω, cum genitivo jungitur, vult hanc constr. habere, imitando Atticam præpositionis εἰς constr. Veteres (inquit) ω etiam cum alibi, tum in εἴσω, (veluti cum dicitur Ἴλιον εἴσω,) tradunt esse epectasin: intelligentes εἴσω non aliud valere quam ipsam præp. εἰς. Hoc autem novum videri non debet: etiamsi quis pro adverbio intelligat, cujus duplex sit constructio. Quemadmodum enim a præp. ἐξ, quæ semper genitivo jungitur, fit adverbium ἔξω, quod itidem genitivo jungi perpetuo solet; ita minime mirum est si εἴσω, quod ex præp. εἰς ortum est, (quæ et ipsa duplicem

constr. habet,) dupliciter construitur : ac quoniam præp. εἰς et accusativo jungitur κοινῶς (i. e. ex consuetudine linguæ communis) nec non genitivo Ἀττικῶς : ideo εἶσω quoque jungetur interdum cum accus. (ut Ἴλιον εἶσω), interdum cum gen., ut εἶσω οἴκου. Idem schol. alioqui in Il. Z, [284] : Εἰ κεῖνόν γε ἴδοιμι κατελθόντ' ἄϊδος εἴσω, annotat ἄϊδος εἴσω esse dictum ἐντελῶς, et non sicut hoc in loco, ἄϊδόσδε κατῆλθε, ac cum gen. esse junctum εἶσω, pro εἰς ᾅδου : quamvis ubi dicitur δόμον εἶσω, pro εἰς δόμον accipiatur. Quod autem dixi, pro loco rationem habendam esse ejus substantivi, quod subauditur, ex hoc etiam Theocr. l. apparet, in Idyllio quod Συρακούσιαι s. Ἀδωνιάζουσαι inscribitur [15, 23] : Βᾶμες τῶ βασιλῆος ἐς ἀφνειῶ Πτολεμαίω, Θασόμεναι τὸν Ἄδωνιν. Hic enim schol. subaudit τὰ βασίλεια. Neque tamen erraret qui et hic δόμον subaudiret; sed quoniam qui τὰ βασίλεια dicit, δόμον quidem dicit, verum non quemlibet, sed τὸν βασίλειον, ideo hujus substantivi subauditio, quatenus huic loco peculiariter aliisque hujusmodi convenit, aptior altera censeri debet. Quod tamen subauditionis discrimen non magni momenti esse hic fateor; at in quibusdam maximi fortasse momenti esse potest. Observa autem in hoc subauditionis genere, ut δόμος minus generale est quam τόπος, ita δόμος βασίλειος minus generaliter dici quam δόμος : vel potius, addito hoc substantivo, a genere ad speciem transiri.

Εἰς μίαν βουλεύσομεν ap. eund. Hom. pro εἰς μίαν βουλὴν dictum censetur, Il. [B, 379] : Εἰ δέ ποτ' ἔς γε μίαν βουλεύσομεν. Sed hic accus. ex iis est, qui ἀπὸ κοινοῦ accipi possunt, ex verbo βουλεύσομεν nimirum : sequendo ea, quæ antea dicta fuerunt de accusativo δίκην, qui ex verbo δικάσαι, et accusativo μοῖραν, qui ex verbo διαμοιρᾶσθαι itidem ἀπὸ κοινοῦ sumendus esse censetur.

Venio nunc ad exempla ellipseων nominum substantivorum ex soluta oratione petita. Ac primum quod attinet ad dat. illum Homericum ἀμφοτέραις pro ἀμφοτέραις χερσὶ, in prosa quoque locum habere dico : ut apparet ex quodam, quem in Thes. protuli, loco. Sed et in proverbio, Ἀμφοτέραις ἀντλεῖν, eandem ellipsin habemus. Interdum vero et ἀμφοῖν, itidem subaudiendo χεροῖν, usurpatur, ut in proverb. Ἀμφοῖν δωρούμενος. Sic ap. Plat. Sophista [p. 226, A] : Καὶ τὸ λεγόμενον, οὐ τῇ ἑτέρᾳ λῃπτέον· οὐκοῦν ἀμφοῖν χρή. Ubi observa simul in ἑτέρᾳ eandem, i. e. ejusdem substantivi, ellipsin; nam ut χεροῖν cum ἀμφοῖν, et χερσὶ cum ἀμφοτέραις, sic χειρὶ cum ἑκατέρᾳ subaudiri constat. Ut autem ἀμφοτέραις pro ἀμφοτέραις χερσὶ, sic Ambabus pro Ambabus manibus positum invenitur. Quin etiam In utramque dormire pro In utramque aurem, quidam ex veteribus dixisse fertur. Scimus quidem certe ellipses in proverbiis plerisque locum habere.

Ἀμφοτέρων vero genit., cum quo genitivus ποδῶν subaudiendus est, ap. Theocr. habemus in fine Idyllii 14, quod Θυώνιχος s. Κυνίσκας Ἔρως inscribitur : Ἐπ' ἀμφοτέρων δὲ βεβακὼς Τολμασεῖς ἐπιόντα μένειν θρασὺν ἀσπιδιώταν. Hic enim ἐπ' ἀμφοτέρων pro ἐπ' ἀμφοτέρων ποδῶν ponitur. De qua tamen ellipsi tacuit schol.: ideo, ut opinor, quod satis manifestam esse putaret.

Potissimum vero ellipsis qualis est in εἰς ἄϊδαο, sive εις ἄϊδος, ab Atticis postea usurpata fuit. Atque adeo illa est, de qua grammatici quoque nonnulli potius quam de alia meminerunt : in exemplum afferentes ἔρχομαι εἰς διδασκάλου, pro εἰς διδασκάλου οἶκον. Cujusmodi est ap. Plut. [De puer. ed. p. 8, C] : Πέμποντας εἰς παιδοτρίβου τοὺς παῖδας. Sic dixeris πέμπειν ἐς παιδαγωγοῦ vel μυσταγωγοῦ, et cum alio genit., sed eo præsertim, qui signif. hujus generis habeat. Aristoph. tamen dixit et εἰς ὀρχηστρίδος, eadem forma, Nub. [996] : Μηδ' εἰς ὀρχηστρίδος εἰσιέναι. Eust. Il. Θ : Εἰς ἄϊδαο, inquit, sicut ἄϊδόσδε, Ἀττικῶς ἐσχημάτισται quale est ἐς μυσταγωγῶν, et ἐν κλωπιδῶν, et talia. Sunt autem hæc verba, ἐν κλωπιδῶν, ex Aristoph. sumpta Eq. [79] : Τὼ χεῖρ' ἐν Αἰτωλοῖς, ὁ νοῦς δ' ἐν κλωπιδῶν· quem versum alicubi schol. idem exponit : admonens per παραγραμματισμὸν dictum esse κλωπιδῶν pro κρωπιδῶν, nimirum ἀπὸ γένους ἢ τόπου. Ut porro εἰς διδασκάλου, vel παιδοτρίβου ἔρχεσθαι, vel πέμπειν, aut εἰς μυσταγωγοῦ, sive εἰς φιλοσόφου, ita εἰς Σωκράτους dicitur, respiciendo ad hoc, quod Socrates, aut alius qui nominatur, sit φιλόσοφος aut διδάσκαλος. Verum et generalius interdum cum aliis quibuslibet nominibus (i. e. eorum, qui non eandem, sed aliam quamlibet personam gerunt) usurpata hæc invenitur ἔλλειψις accusativi cum εἰς vel dativi cum ἐν : quod enim de una præpositione dicitur, idem et de altera dictum existimari debet. Sed quod attinet ad delectum accusativi s. dativi subaudiendi, meminisse oportet ejus, de quo et paulo ante lectorem admonui, in illum Theocr. versum, Βᾶμες τῶ βασιλῆος ἐς ἀφνειῶ Πτολεμαίω Θασόμεναι τὸν Ἄδωνιν· quamvis enim plerisque in locis nomen aliquod subaudiri possit, cujus late pateat significatio, melius (i. e. commodius) subauditur quod minus generale sit, et magis peculiariter loco conveniat. Sic in isto Athen. [15, p. 677, E] loco, (qui est ex numero τῶν ἐσχηματισμένων Ἀττικῶς,) Ἡσθεὶς οὖν ὁ βασιλεὺς ἐπὶ τῇ τῆς ἐννοίας ταύτης εὑρέσει καὶ καινότητι, τὴν ἐν μουσῶν αὐτῷ σίτισιν [σίτησιν] ἔχειν ἐχαρίσατο, vult Eust. dictum esse ἐν μουσῶν, quasi ἐν Πρυτανείῳ μουσῶν. Non dubium est autem quin hunc dat. potius quam alium elegerit, atque adeo eligere debuerit, ut nobis illum Atheniensium morem, (Socratis etiam dicto celebrem, τιμῶμαι ἐμαυτὸν τῆς ἐν Πρυτανείῳ σιτίσεως,) in memoriam revocaret, si forte obliti ejus essemus.

Magnus fuit hujus ellipseως apud Atticos usus, et omnium fortasse maximus, ante gen., qui esset alicujus dei nomen : eumque Latini imitati fuerunt. Dixerunt enim Græci εἰς Ἀπόλλωνος, εἰς Ἀσκληπιοῦ, (itidemque in aliis nominibus,) pro εἰς ναὸν vel ἱερὸν Ἀπόλλωνος : itidemque ἐν Ἀπόλλωνος, ἐν Ἀσκληπιοῦ, subaudiendo ναῷ. Exempla cum alii suppeditare poterunt, tum vero Aristophanes. Eodem ellipseως genere utebantur et cum dicebant τὰ ἐν Ἄγρας, loquentes περὶ τῶν μικρῶν τῆς Δήμητρος μυστηρίων. Quantum autem ad Latina attinet (nam Latinos in hac ellipsi Græcos imitari dixi), et in carmine et in soluta oratione extant. Horat. Sat. 1, 9 : Ventum erat ad Vestæ, quarta jam parte diei Præterita, pro Ad Vestæ ædem. Terentius : Ubi ad Dianæ veneris, ito ad dextram. Sic Ad Opis et Ad Juturnæ Cic. dixit pro Ad ædem seu templum Opis, Ad ædem Juturnæ.

Ceterum quod dixi, eam potissimum ellipsin, qualis est in his loquendi generibus εἰς ἄϊδαο vel εἰς ἄϊδος, Atticis postea frequenti in usu fuisse, accipi ita id nolim quasi non illam ipsam quoque usurparint, i. e. cum eodem vocabulo. Itidem enim εἰς ᾅδου soluta oratio dicere audet, accus. subaudiendum relinquens : et sicut poetæ ἐν vel εἰν ἄϊδαο sive ἄϊδος, (quod enim de una præp. illic a me dictum fuit, de altera quoque dictum intelligi oportet,) ita hæc ἐν ᾅδου, dativo suppresso. Exempla in meo Thes. vide.

Substantivi χώρα vel γῆ vel πατρὶς, vel alius hujusmodi ellipsis præcedentibus non incommode subjungi posse videtur. Talia sunt apud Historicos ἐν φιλίᾳ et ἐν πολεμίᾳ, pro ἐν γῇ φιλίᾳ seu χώρᾳ, et ἐν γῇ πολεμίᾳ. Sed in illo φιλίᾳ animadversa hæc ellipsis in errorem impulit non solum vulgarium Lexicorum consarcinatores, sed et nonnullos Interpretes, accipientes φιλίᾳ pro substantivo, non adjectivo. Habentque hujus erroris exemplum aliquod meæ in Xenophontem Annotationes, si bene memini. Apud Eund. legimus Hell. 1 : Ὡς ὄντων πολλῶν ἐν τῇ βασιλέως, subaudiendo itidem γῇ, vel χώρᾳ. Sic ἡ βάρβαρος pro ἡ βάρβαρος γῆ. Apud Thuc. ἡ ξυμμαχὶς, sub. γῆ vel χώρα. Quin etiam cum dicitur ἡ Ἀττικὴ, subaudiendum censetur γῆ, eademque et in aliis hujusmodi nominibus ἐθνικοῖς ratio fuerit. Ut porro in illo Xen. loco τῇ βασιλέως dicitur, subaudiendo γῇ vel χώρᾳ, sic εἰς τὴν ἐμαυτοῦ ἐπανῆλθον, vel εἰς τὴν ἑαυτοῦ ἐπανῆλθε, sive εἰς τὴν ἑαυτῶν ἐπανῆλθον dicitur, pro εἰς τὴν ἑαυτοῦ vel ἑαυτῶν γῆν vel χώραν. Verum cum hujus ellipseως mentionem fecerit Bud., ad eum te remittam. Sed (quod ille prætermisit) addendum est, quemadmodum χώρα, ita etiam χωρίον interdum subaudiendum relinqui, ut ap. Lucian.: Ἐν καλῷ τῆς

πόλεως, pro ἐν καλῷ χωρίῳ : itidemque ἐν ἐπικαίρῳ. Sed majoris etiam auctoritatis exempla Thuc. ministrabit non pauca : quorum unum est τὰ ἐπὶ Θράκης, pro τὰ ἐπὶ Θράκης χωρία.

Substantivo ὁδὸς non postremus dandus fuerit locus, cum et ipsum frequentissime ellipticῶs omissum inveniatur. Xen. Cyrop. 7, [4, 16] : Προϊὼν δὲ τὴν ἐπὶ Βαβυλῶνος· subaudi ὁδόν. Præsertim vero cum verbo ἄγειν videmus ἐλλείπειν hunc accus. : veluti cum dicitur ἄγειν vel ἄγεσθαι τὴν ἐπὶ θανάτῳ. Neque tamen cum addimus ὁδὸν, vacuum illum locum (i. e. quem ἔλλειψις vacuum relinquit) omnino explemus : sed participium ἄγουσαν vel φέρουσαν addere necesse fuerit. (Obiterque notandum est, duo hæc participia interdum hujus ipsius substantivi subauditione vicissim opus habere : cujus rei exemplum in hac ipsa pagina habebis, in ἰέναι τὴν ἐπὶ θάνατον.) At vero cum scribit Lucian. in Scytha [c. 7], Κἀγὼ ἐπίτομόν τινα ταύτην ἐξεῦρον αὐτῷ, simpliciter ὁδὸν subaudire oportet. Sic cum τὴν ταχίστην dicunt, ejusdem substantivi subauditio satis esse potest, si modo id est, quod in eo loquendi genere subaudiri debet. Ad me quidem certe quod attinet, minime dubito quin illud subaudiri velint : perinde ac si dicerent τὴν συντομωτάτην : maxime enim compendiaria via, eadem et celerrime conficitur, ideoque τὴν ταχίστην illis significat Celerrime, Quamprimum, Primo quoque tempore. Alia autem hujus subauditionis exempla magis vulgaria, videnda tibi ap. Bud. relinquo.

Huic subjungam ea substantiva, quorum ellipseως eodem in loco ille meminit, et quidem ordinem eundem fere sequens, (alioqui quempiam alium potius secuturus,) et si qua eodem pertinentia dispersa sunt, in unum colligens. Cum νέας igitur genitivo subaudiendum ait substantivum ἡλικίας, cum dicitur ἐκ νέας, ut ap. Synes. : Ἀρετὴν ἐκ νέας ἀσκεῖ. Interjecta autem una pagina, et amplius, cum τὴν πρώτην, sicut πόσιν ap. Galen., sic ἡλικίαν ap. Aristot. subaudire videtur; vertit enim Prima ætate, ut illic Prima potione.

Cum ὀρθὴ s. εὐθεῖα, subaudiri tradit γραμμὴ, interdum vero γωνία.

Cum ἡμίσεια vel ἡμιολία ap. Plat. extrinsecus assumi debet substantivum μοῖρα, ut Idem annotat. Sed addere debuit, subaudiendum hoc substantivum et cum aliis adjectivis, veluti in hoc dicendi genere, quod frequenter apud veteres scriptores occurrit, Ἐπὶ ἴσῃ καὶ ὁμοίᾳ. Hic enim subaudiendum nobis est μοίρᾳ : ut et ap. Hom. ἴσης pro ἴσης μοίρας aliquoties legimus : item ἴαν pro ἴαν μοῖραν. Fateor tamen ap. Thuc. pro loco, modo hoc, modo aliud substantivum extrinsecus assumendum videri cum ἴσῃ. Jam vero ut μοῖρα, sic etiam μέρος synonymum omittitur ἐλλειπτικῶς, et quidem magis variis modis, de quibus, antequam huic tmemati finem imponam, verba sum facturus.

Apud Synes. ἁπάσαις αἱρήσω pro ἁπάσαις ταῖς ψήφοις, Omnibus te sententiis condemnabo. Ut ap. Plat., Ἐὰν δέ τισιν ἴσαι γίγνωνται, pro ἴσαι ψῆφοι. Poterat autem his et alia exempla adjicere : ex quibus sunt insignia ἡ ἀναιροῦσα et ἡ σώζουσα, cum ponuntur ἐλλειπτικῶς pro ἡ ἀναιροῦσα ψῆφος et ἡ σώζουσα ψῆφος.

Ibidem locum affert, in quo δίκην subaudiri manifestum est : hunc videlicet Athenæi, Κρινομένη δὲ τὴν ἐπὶ θανάτῳ, ἀπέφυγε. Nam subjungit quidem hunc l. cuidam Galeni, in quo ἰέναι τὴν ἐπὶ θάνατον esse dictum ait pro τὴν ἐπὶ θάνατον ἄγουσαν ὁδὸν, vel φέρουσαν : sed non posse itidem in illo Athenæi subauditionem hanc recipi manifestum est : contra autem substantivum δίκην aptissime subaudiri constat. Non esse autem novam hujus quoque subauditionem, alii plerique auctorum loci declarant : præsertimque cum verbo φεύγειν, sequente genitivo : ut φεύγειν φόνου, et φεύγειν ὕβρεως, vel ἀσεβείας, pro φεύγειν δίκην φόνου. Quibus tamen in locis et ἔγκλημα interdum usurpatur. Sed et ap. Hom. subaudiri hoc substantivum, docui in præcedentibus.

Genitivum τραπέζης extrinsecus assumendum esse docet in hoc Synesii loco : Οὔτε ἐμβαλοῦμεν δεξιὰν, οὔτε ἀπὸ τῆς αὐτῆς σιτησόμεθα.

Accusativum κίνδυνον, vel δρόμον, subaudit ubi dicitur τρέχειν τὸν περὶ ψυχῆς seu ὑπὲρ ψυχῆς : aut θέειν. Cujus generis loquendi exempla meus etiam Thes. suppeditare poterit.

Accus. ἀγωγὴν subaudiri putat ap. Synes., Ep. ad Pylæm. : Ὃν τὴν διὰ λόγων τραφέντι καὶ αὐξηθέντι τὰ παρὰ τῆς τύχης οὐκ ἀπαντᾷ κατὰ λόγον. Fuerit autem hæc ellipsis affinis ei, in qua ὁδὸν subaudiri dictum est.

Génit. χρόνου extrinsecus addit, ubi dicitur ἐκ παλαιοῦ a Synesio : Ἑταῖροι ἐκ παλαιοῦ γεγονότες, et a Pausan. Cor., ἐκ παλαιοτάτου. Sic in διὰ μακροῦ et διὰ πολλοῦ idem subaudiri censet : reddens, Longo intervallo : ap. Arrian. [Exp. 5, 2, 8] : Καὶ τοὺς Μακεδόνας ἡδέως τὸν κισσὸν ἰδόντας, οἷα διὰ μακροῦ ὀφθέντα· et ap. Lucian. [Nigrin. c. 2] : Δόξαν μοι διὰ πολλοῦ προσειπεῖν. Sed perperam his locis admiscet hunc Thucydidis [3, 94], Οἰκεῖ δὲ τὸ ἔθνος κατὰ κώμας ἀτειχίστους, καὶ ταύτας διὰ πολλοῦ· cum hic διὰ πολλοῦ non de temporis itidem, sed de loci intervallo dicatur : ideoque χρόνου subaudiri eodem modo non possit, sed διαστήματος, aut aliquid hujusmodi. Quin etiam inter illa exempla ἐκ παλαιοῦ et διὰ πολλοῦ, sive διὰ μακροῦ, interjicit διὰ πλειόνων et διὰ βραχέων : quod loquendi genus plane aliam subauditionem requirit. Integra enim oratio esset, διὰ πλειόνων λόγων s. ῥημάτων, itidemque διὰ βραχέων λόγων s. ῥημάτων. Verum ad illam genitivi χρόνου ellipsin quod attinet, poterant et alia non infrequentia ejus exempla proferri : et quidem in quibus etiam imitantur Græcos Latini. Præcipue vero ἐκ πολλοῦ commemorandum fuit, non minus quam διὰ πολλοῦ. Quibus, quod ad ellipsin attinet, simile est ἐξ οὗ, vel ἐξ ὅτου, pro ἐξ οὗ χρόνου : ut Latine Ex quo pro Ex quo tempore : (quod ἐξ οὗ dictum itidem elliptice, legitur et ap. Hom. initio Iliadis : quibusdam tamen αἰτίου subaudire malentibus, sed aliis plerisque locis huic subauditioni refragantibus). Dicitur et ἀφ' οὗ pro ἀφ' οὗ χρόνου, eadem signif. Eodem modo dativus χρόνῳ subauditur ap. Thuc. cum ὅσῳ : dicit enim ἐν ὅσῳ pro ἐν ὅσῳ χρόνῳ. Itidemque cum ἐν τούτῳ frequenter hæc subauditio apud alios etiam occurrit : sicut nimirum nos in eodem loquendi genere subaudimus *Temps*, id est χρόνῳ, Tempore : cum dicimus *Ce pendant* pro *Ce temps pendant*. Qua de re monuisse me arbitror in libello, quem de Affinitate nostræ Linguæ cum Græca ante aliquot annos scripsi. His addi possunt ἄχρις οὗ et μέχρις οὗ, item μέχρι τινὸς vel τίνος : nec non μέχρι παντὸς et διὰ παντός. Adjici possunt et μέχρι τοῦ νῦν, ἀπὸ τοῦ νῦν, ἐν τῷ νῦν, et alia quædam hujusmodi.

Accus. ὥραν cum adjectivo ἑωθινὴν subaudiendum putat ap. Polyb., duobus in locis [3, 43, 1; 67, 9], ubi dicit, Ὑπὸ τὴν ἑωθινήν. Subaudiri autem et cum aliis quibusdam adjectivis hoc substantivum, non ignorandum est. Ceterum ut cum ἑωθινὴ subaudit ὥρα, sic alibi, (nimirum ubi de ellipsi nominis χώρα agit,) cum ἑῴα subaudiendum esse χώρα ostendit, interpretans Orientis regionem. Sed locus Greg. Naz., quem affert [Orat. 21, p. 399, A], emendandus est, ut in eo inveniri exemplum possit; ita enim scriptus est in vulg. Comm. ed., Κατατρέχει μὲν Αἴγυπτον, λῃΐζεται δὲ Συρίαν τῷ κράτει τῆς ἀσεβείας, ἐπιλαμβάνεται δὲ καὶ τῆς Συρίας ὅσον ἐδύνατο. At pro Συρίας reponi debet ἑῴας.

Genit. τρόπου cum ἐκ παντὸς subaudiri tradit, in isto Dionysii H. loco, de Isocrate [c. 2] : Ὁ γὰρ ἀνὴρ οὗτος ἐκ παντὸς διώκει τὴν εὐέπειαν. Item, Καὶ τὸ διώκειν ἐκ παντὸς τὴν εὐρυθμίαν. Interpretatur autem non solum Omni pacto, sed etiam Omni ope. Additque, interdum absque ellipsi dici, ἐκ παντὸς τρόπου, pro Omni ratione : ex Isocr. et Xen. id probans.

Cum adjectivo autem ἀξίαν, vel τιμὴν vel τιμωρίαν vel ἀμοιβὴν pro loco subaudiri posse existimat : quarum ellipseων exempla ex eo petas malo, et quæ hac ipsa de re in Thes. disserui, iis adjungas. In primis vero sciendum hoc est, in Luciani loco, quem ille profert, non videri posse vel τιμὴν vel τιμωρίαν subaudiri, sed τιμωρίαν duntaxat ei convenire. Alioqui si cum ἀποτίνειν τὴν ἀξίαν non minus τιμὴν quam τιμωρίαν subaudiri posse dicamus, quamvis ibidem ver-

bum κολάζεσθαι habeamus : certe et cum ὑπέγειν τὴν ἀξίαν (quæ phrasis ap. Eund. reperitur) locum habere utrumque illorum dicendum fuerit : quod tamen aperte absurdum erit.

Genitivi ἡμέρας ellipsin esse censet ap. Galen., ubi διὰ τρίτης dicit; reddit enim Tertio die, et recte. Interjectis autem aliarum ellipseων exemplis, ex Æschine C. Tim. affert, Εἰς τὴν νῦν οὐ διέλιπον, interpretans itidem In hodiernum diem : eodem videlicet modo ἡμέραν subaudiendum esse censens. Sed hujus ellipseως et plura et insigniora proferri exempla possunt : ex quibus sunt ἡ σήμερον et ἡ αὔριον, pro ἡ σήμερον ἡμέρα et ἡ αὔριον ἡμέρα : itidemque in ceteris casibus : ut τῆς σήμερον, pro τῆς σήμερον ἡμέρας. Sic καθ' ἑκάστην pro καθ' ἑκάστην ἡμέραν usitatissimum est. Cum autem hunc accus. subaudiri certum sit, non video quomodo altera scriptura, καθεκάστην una voce, tolerari possit : quam tamen et vulgarium Lexicorum consarcinatores admiserunt. Quod vero ad illa exempla attinet, quæ ab eo producuntur, sciendum est, sicut διὰ τρίτης dicitur pro διὰ τρίτης ἡμέρας, sic διὰ τετάρτης et διὰ πέμπτης, itidemque deinceps dici. Neque vero cum hac præp. tantum, sed et cum aliis interdum hæc ellipsis spectatur : ut εἰς τὴν τρίτην vel τετάρτην, pro εἰς τὴν τρίτην ἡμέραν vel τετάρτην. Sic quoque non solum εἰς τὴν νῦν, (quod ei secundum est exemplum,) sed etiam ἀπὸ τῆς νῦν et μέχρι τῆς νῦν vel ἕως τῆς νῦν, dici, nec non aliis vel præpp. vel adverbiis posse jungi, eandem ellipsin servando, sciendum lectoribus est.

Τὴν πρώτην ap. Galen. vertit, Prima potione : secundum quam interpretationem fuerit subaudiendus accus. πόσιν.

Accus. δόξαν subaudiri annotat ap. Plat. Politico, ubi dicit κατά γε τὴν ἐμὴν, significans Mea opinione, Mea sententia : et in Philebo, Κατά γε τὴν ἐμήν. Alibi enim dicere, Κατ' ἐμὴν δόξαν. Posset alioqui non minus commode subaudiri accusativus γνώμην : dicitur enim itidem κατὰ τὴν ἐμὴν γνώμην. Sciendum est autem duo ellipseως genera uni eidemque formulæ loquendi contingere; neque enim legitur duntaxat κατὰ τὴν ἐμὴν pro κατὰ τὴν ἐμὴν γνώμην vel δόξαν : sed etiam ἐμὴν γνώμην, cum ellipsi præpositionis κατά : de qua ellipsi dictum antea fuit.

Sequitur ellipsis substantivi μέρος vel πρᾶγμα, ubi dicitur τὸ ἐμόν : cujus exempla ex Plat. et Synesio affert. Videtur autem, in eo, quem illis subjungit, ex Eur. loco [Hec. 296], Ὅταν δὲ τἀμ' ἀθυμήσαντ' ἴδῃς, subaudire itidem voluisse πράγματα cum τἀμά, i. e. τὰ ἐμά, sicut et ap. Synes. : Ἄκουε τοίνυν ὡς ἔχει τἀμά. Addit et τὸ ἐμὸν ac τὸ σὸν, pro τὸ συμφέρον ἐμοὶ et σοί : quæ cum aliis ibi vide. At de ellipsi nominis μέρος, fusius quam ille, disseram aliquanto post.

De ellipsi nominis χώρα, quæ præcedenti proxima est ibi, dictum et a me jam fuit : poteruntque illa cum iis, quæ ab eo traduntur, conferri. Sed quamvis nominis χώρα mentionem duntaxat faciat, non minus ei placuisse nominis γῆ subauditionem, vel ex ejus interpretatione apparet. Attulerat autem aliquanto ante ἐν τῇ ἑαυτοῦ pro In patria sua : quam interpretationem sequendo, (quæ certe recta est,) subaudiri possit et πατρίδι.

Non paucis autem interjectis, ad ellipseως exempla revertens, πληγὰς subaudiri docet, in isto Plut. loco [Mor. p. 237, D] : Παῖς δὲ ὑπό τινος κολασθεὶς, εἰ τῷ πατρὶ ἐξήγγειλεν, αἰσχρὸν ἦν τῷ πατρὶ μὴ προσεντεῖναι ἀκούσαντα πάλιν ἑτέρας. Possit autem hæc subauditio insignioribus testimoniis confirmari; quale est hoc Aristoph. Nub. [972] : Ἐπετρίβετο τυπτόμενος πολλάς. Cui simile est omnino ap. Luc. Evangelistam, Δαρήσεται πολλὰς et δαρήσεται ὀλίγας. Sed et singulare πληγὴ subaudiri alicubi sciendum est : veluti cum aliquem καιρίαν λαβεῖν vel καιρίαν πληγῆναι legimus : pro quo καιρίαν quidam Comicus ap. Athen. καιρίμην dicit : si modo locus mendo caret. Est præterea observatione non indignum, adjectivum hoc esse ex iis, cum quibus diversæ ellipses fiunt; nam ut cum καιρία interdum ἐλλείπει substantivum πληγὴ, sic cum καίριον videmus ἐλλείπειν substantivum μέρος ap. Hom. Il. Δ, [185] : Οὐκ ἐν καιρίῳ ὀξὺ πάγη βέλος, i. e. (inquit schol.) ἐν ἐπιτηδείῳ μέρει : ut ostendit qui scribit aliquem πληγῆναι τὰ ἐπιτήδεια. Ubi similiter observa cum ἐπιτήδεια subaudiri μέρη.

Sunt ap. Eund. et alia quædam aliarum ellipseων exempla, sed earum fere, de quibus ipse supra disserui : si eas, quæ sunt verborum, excipias, de quibus alibi agere decrevi. Unum tantum ellipseως exemplum inter præcedentia omisi, sed consulto : hoc sc., ex Aristoph. Pac. [180] : Πόθεν βροτοῦ με προσέβαλ', ὦναξ Ἡράκλεις. Quamvis enim mere Attica censeatur et hæc ellipsis, qua desiderari existimatur vel αἴσθησις, vel ὀσμὴ, tamen quod majorem ceteris audaciam præ se ferat, et vix in soluta oratione recipiendam, (ut omittam, de eo quod subaudiendum est, non satis constare) ceteris admiscere nolui. Alioqui et Corinthum ejus meminisse non ignoro, subaudientem vel φωνὴ vel ὀσμή.

Venio nunc ad alia vocabula, quæ per ellipsin omissa inveniuntur : quorum tamen nullam (quod sciam) mentionem ille facit, sicut nec multorum, de quibus antea lectorem monui. Est igitur, (ut ei voci, quæ prima in mentem mihi venit, primum inter illas, quas additurus sum, locum tribuam,) usitatissima ellipsis nominis δορὰ, quo Pellis significatur. Manavitque jam inde ab Homero istud ellipseως genus. Legimus enim ap. eum παρδαλέη pro παρδαλέη δορὰ, s. παρδάλεως δορὰ, Il. Γ, [17] de Alexandro : Παρδαλέην ὤμοισιν ἔχων καὶ καμπύλα τόξα. Legimus ap. Eund. et κυνέη : eique magis etiam peculiarem signif. tribui videmus. Eadem vero forma dicitur λυκέη, et λεοντέη, et τραγέη, et in soluta oratione, λυκῆ, et λεοντῆ, et τραγῆ, significando λύκου δορὰ, et λέοντος, et τράγου. Sic etiam ἀλωπεκῆ ex ἀλωπεκέη, Vulpina pellis : ut in celebri illo proverb., Ἂν ἡ λεοντῆ μὴ ἐξίκηται, τὴν ἀλωπεκῆν πρόσαψον, vel potius πρόσραψον, i. e. Si leonina pellis pertingere non possit, vulpinam assue. At Erasmus vertit, Si leonis exuvium non sufficit, adde vulpinum : legens πρόσαψον, et propriam verbi ἐξίκηται significationem non intelligens. Siquidem his verbis, ἂν ἡ λεοντῆ μὴ ἐξίκηται, significatur, Si leonina pellis brevior sit quam ut pertingere possit eo, quo illam pertingere vis (nisi quis verbo Pervenire uti malit). Esse autem sumpta metaphora videtur a vestimentis quæ ex pellibus conficiuntur. Et hæc quidem de vera proverbii hujus interpretatione dicta sint, quæ a me prætermissa fuisse in iis, quas edidi, Animadversionibus in Erasmicas quorundam proverbiorum expositiones, nemo eorum mirabitur, qui temporis in eas insumpti brevitatem noverit. Sed ut ad δορὰ redeam, cum aliis etiam quibuslibet adjectivis hujus generis subaudiendum relinquitur : adeo ut etiam ἀνθρωπείη ita dictum sit ab Herodoto de Pelle hominis.

Illi autem ellipsi plane affinis ea est, qua substantivum κρέας subaudiendum relinquitur : cum sc. dicitur βόειον pro βόειον κρέας, Bovilla caro. Sed Latini magis etiam quam Græci ellipsi hic utuntur, Bovillam itidem dicentes vel Vitulinam pro Bovilla vel Vitulina carne. Οἶνος etiam nec non ὕδωρ ex iis substantivis sunt, quæ subaudienda nonnunquam relinquuntur; dicunt enim ἄκρατον sine adjectione, οἶνον ἄκρατον declarare volentes : et ψυχρὸν itidem, cum ὕδωρ ψυχρὸν intelligi volunt. Et quod ad ἄκρατον quidem attinet, in promptu exempla sunt : sed et cum cognomine, quod unumquodque vini genus a nomine loci accipit, substantivum ipsum subaudiendum relinquere consueverunt. Exempla cum alibi tum ap. Athen. inveniri possunt. Si autem ex carmine aliquod petere hic fas est, (cum potius ellipses solutæ orationis mei sint argumenti,) ex Theocr. locum proferam, unde utrumque eorum, quæ dixi, exemplo confirmari poterit. Is est in Idyllio, quod Κυνίσκας Ἔρως inscribitur [14, 15] : Δύο μὲν κατέκοψα νεοσσὼς, Θηλάζοντά τε χοῖρον· ἀνῷξα δὲ βύβλινον αὐτοῖς Εὐώδη, τετόρων ἐτέων, σχεδὸν ὡς ἀπὸ λανῶ. Hic jam habes βύβλινον pro οἶνον βύβλινον. Uno autem interjecto versu, Ἤδη δὲ προϊόντος, ἔδοξ' ἐπιχεῖσθαι ἄκρατον Ὥτινος ἤθελ' ἕκαστος· ἔδει μόνον ὤτινος εἰπεῖν. Hic itidem ἄκρατον legis pro οἶνον ἄκρατον. Sic autem Latinos Merum s. Meracum pro Mero vino dicere notissimum est : et

quemadmodum in illo proxime præcedente loco βύβλινον pro βύβλινον οἶνον dixerat, sic ex Lat. linguæ consuetudine esse, dicere Falernum absolute pro Falerno vino, Cæcubum, pro Cæcubo vino, (ut alia cognomina omittam,) ii duntaxat ignorare possunt, quibus cum poetis Lat. nulla unquam familiaritas intercessit. Quod autem magis mirum videri possit, quamvis adjectiva sint hæc nomina, Falernum, Cæcubum, cum quibus substantivum subaudiri necesse est, iis tamen, (ac præsertim illi priori,) epitheta adjungere, tanquam substantivis, minime dubitarunt. Tanti videlicet hæc vocabula, quod vini et quidem generosissimi essent cognomina, facienda esse putarunt, ut iis prærogativam illam indulgere fas esse censuerint. Hinc igitur sunt illa, Falernum forte, indomitum, severum, acre, nectareum, atque alia. Sed cum hæc ita sint, quid de eo Tibulli loco judicabimus, in quo Fumosos Falernos, non Fumosa Falerna dicit? 2, 1 : Nunc mihi fumosos veteris proferte Falernos Consulis, et Chio solvite vincla cado. Quidam annotant, mire hoc esse dictum, quasi Lat. Vinum non neutrius, sed masculini generis esset. Is autem, qui poetam illum enarravit, ex hoc uno loco, (tanta ejus fuit credulitas,) sibi persuasit, Vinum in singulari quidem numero neutrius esse generis, at pluralem masculini terminationem interdum accipere. Vide obsecro, lector, vide in quam magnum errorem interdum parvæ rei ignoratio impellat. Parvam rem sen levem appello, figuram de qua nunc agimus : quod ex humili (ut ita dicam) grammaticorum arte cognitio ejus, sicut et aliarum, petenda sit. Sed ea hic non animadversa fecit ut locus alioqui facilis multum negotii facesseret. Ita igitur statuendum est, Tibullum cogente quidem versu, sed audacter tamen, Falernos fumosos dixisse, cum Latini sermonis consuetudo exigeret ut Falerna fumosa diceret; sed in hac tamen sermonis καινοπρεπείᾳ cautione usum fuisse: quod nimirum figura ista, quæ ellipsis appellatur, tueri illam posset. Quod igitur vocabulum per ellipsin subaudiendum esse dicemus? Libenter ex eo ipso loco illud peterem : ut nimirum quemadmodum Chio cado postea dicit, ita Falernos cados intelligamus : sed si quem hæc subauditio offendit propter verbum Proferte, (quod non hic videatur significare Proferte in medium, ex vinariæ cellæ tenebris eductos, sed potius In mensam afferte,) non defuerit aliud substantivum, quod commode locum vacuum expleat. Possumus enim, si non aliud, Calices saltem subaudire. Quidni enim, ut Calicem Falerni, s. Calices Falerni, in genitivo, legimus, ita et Calices Falernos dicere voluisse suspicemur? Adde quod Græcorum exemplo et hæc ipsa ellipsis confirmari potest : dicentium μεγάλαις προπίνειν pro μεγάλαις κύλιξι, ut infra docebo. Atque hæc obiter in eorum gratiam, qui Tibulliana Musa delectantur, dicta sint. Ut autem ad Græcam substantivi οἶνος ellipsin revertar, sciendum est, nec ἄκρατον pro ἄκρατον οἶνον, nec βύβλινον pro βύβλινον οἶνον, adeo observatione digna esse ut πολὺν pro πολὺν οἶνον, ap. eundem poetam [Theocr. 18, 11] : Ἦ ῥα πολύν τιν' ἔπινες ὅτ' εἰς εὐνὰν κατεβάλλευ. Minime enim dubium esse potest quin cum πολὺν addi extrinsecus debeat accusativus οἶνον. Verum enimvero ne ut Homerus laudibus vini a Flacco vinosus arguebatur, ita ego tam prolixa de ellipsi nominis vinum significantis dissertatione vinosus itidem arguar, ad aquam transeo : si prius lectorem monuero, tradidisse quosdam, τὸν γλυκὺν a Medicis itidem dici τὸν γλυκὺν οἶνον. Sed vereor ne qui hoc annotarunt, γλυκὺ cum γλυκὺς confuderint. Latius autem patere τοῦ γλυκέος οἴνου signif. quam ejus, quod γλυκὺ neutro genere appellant, meus Thes. docebit. Fateor alioqui Aristot. uno eodemque loco γλυκὺν et ἄκρατον eadem ellipsi dixisse, in Probl. [3, 14] : Διὰ τί ὁ γλυκὺς καὶ ὁ ἄκρατος καὶ ὁ κυκεὼν μεταξὺ πινόμενοι ἐν τοῖς πότοις, νήφειν ποιοῦσι.

Commode autem, cum a vino ad aquam transire vellem, i. e. ab ellipsi nominis οἶνος, ad ellipsin nominis ὕδωρ, in Medicorum mentionem incidi : quod hanc ab illis manasse verisimile sit. Sed ut hoc in dubio relinquamus, usitatissimam esse, et Latinos hanc quoque imitari constat. Exempla autem nominis ψυχρὸν positi pro ὕδωρ ψυχρὸν idem Thes. suppeditabit. Latinos porro eodem modo Frigidam pro Aqua frigida dicere, notius esse puto quam ut testimonio ullo confirmare necesse habeam. Sed Caldam itidem elliptice dici sciendum est : et hac ellipsi Martialem præsertim fuisse delectatum : ap. quem legimus, l. 1 : Jam defecisset portantes calda ministros, Si non potares, Sextiliane, merum. Invenitur autem utrumque adjectivum elliptice usurpatum in uno eodemque versu, Frigida non deerit, non deerit calda petenti. Ne quis autem ellipsin substantivi hujus novam esse putet, id est recentioribus duntaxat scriptoribus consuetam, apud Plautum quoque extare sciat.

Ut autem ad vinum ex aqua revertar (i. e. ad ea quæ ad vinum pertinent), exemplum ellipseos nominis κύλικες, i. e. Calices, quod me exhibiturum pollicitus sum, jam nunc repræsentabo. In illo igitur, quem ex Aristot. Probl. attuli, loco, post illa verba, Διὰ τί ὁ γλυκὺς καὶ ὁ ἄκρατος καὶ ὁ κυκεὼν μεταξὺ πινόμενοι ἐν τοῖς πότοις, νήφειν ποιοῦσι, sequitur, Καὶ διὰ τί ἧττον μεθύσκονται οἱ ταῖς μεγάλαις κωθωνιζόμενοι. Sic autem et μεγάλαις προπίνειν aut etiam πίνειν dicitur. Eodemque modo ap. Cic. Verr. 3, hoc ellipseos genus habemus, quædam sequendo exemplaria; nam in hoc loco : Discumbitur; fit sermo inter eos, et invitatio, ut Græco more biberetur; hospes hortatur : poscunt majoribus poculis; celebratur omnium sermone lætitiaque convivium; in hoc, inquam, loco nonnulli codd. habent duntaxat Poscunt majoribus : absque substantivo illo Poculis. Ceterum ut in illis locis videmus ἐλλείπειν substantivum illud, ita et in alia sermonis forma ejus ellipsin habemus, veluti cum dicitur προπίνειν φιλοτησίας a Luciano [Pseudol. c. 31] pro προπίνειν φιλοτησίας κύλικα, vel τὸν φιλοτησίας κύλικα. Atque hactenus de ista quoque ellipsi dictum sit, quæ vino peculiaris esse videtur, i. e. κύλικι quæ vino plena est : quamvis alioqui aqua itidem infundi ei possit. Sed qualis φιλοτησίας κύλιξ esse possit aqua plena? Ideo hanc ellipsin ad Vinum, non item ad Aquam pertinere dixi.

Sed ut ad aliud ellipseon genus magis etiam frequentium veniam, de nominis ἱμάτιον, nominis ἔθος, nominis γλῶσσα subauditione disseram. Cum autem γλῶσσα dico, eum hujus vocabuli usum intelligo, quo ponitur pro Sermone; ideoque non minus φωνὴ (si cui videatur) subaudiri possit, ut infra docebo. Sic pro ἱμάτιον aliud ejusdem significationis assumi extrinsecus queat. Exemplum habemus in isto Timonis Luciani [c. 27] loco : Προσωπεῖον περιθέμενος ἐρασμιώτατον, διάχρυσον καὶ λιθοκόλλητον, καὶ ποικίλα ἐνδὺς, ἐντυγχάνω αὐτοῖς. Hic enim subaudiri ἱμάτια longe manifestissimum est. Sed non minus ἐνδύματα subaudire liceat, præsertim cum hic sit participium ἐνδύς : alioqui ἱμάτια usitatius esse quam ἐνδύματα, nemo infitiari possit. Ita cum verbo φορεῖν adjectiva quædam eandem ellipsin habent, veluti cum dicitur λευκὰ vel μέλανα φορεῖν, aut ἀνθινὰ φορεῖν : ut Phylarchus ap. Athen. 12, [p. 521, B] scribit, lege cautum fuisse apud Syracusios, mulieres μὴ κοσμεῖσθαι χρυσῷ, μηδ' ἀνθινὰ φορεῖν. Sic Martialis Ianthina et Coccina dixit, subaudiens Indumenta, s. Vestimenta, i. e. ἱμάτια, lib. 2 : Coccina formosæ donas et ianthina mœchæ. Illud autem μέλανα φορεῖν, adeo usitatum fuit pro μέλανα ἱμάτια φορεῖν, ut etiam nomen et verbum ex duabus illis orationis partibus composuerint, eadem ellipsi servata. Extat enim μελανοφορεῖν pro μέλαν ἱμάτιον φορεῖν, vel μέλανα ἱμάτια : extat item μελανοφόρος. Dicunt porro eodem modo et πένθιμα pro ἱμάτια πένθιμα. Nec dubium est quin ap. Plut. οἱ ἐν πενθίμοις ὄντες dicantur Qui lugubria vestimenta gestant, sive Qui veste lugubri sunt vestiti, ut loquitur Terent. Nam in illo genere loquendi, præter ellipsin, observatione dignissimus est præpositionis ἐν usus : qui similis est vel potius idem est cum eo, quem In apud Latinos habet, cum dicunt In tunica, de eo qui est Tunicatus : In crepidis, de eo qui est Crepidatus. Locos autem, in quibus præp. ἐν hoc significat, Thes. meus tibi exhibebit : quibus cum alii addi possunt permulti, tum vero ex illo ipso

scriptore, nimirum Plut., Ὁ ἐν περιπορφύρῳ : ut si Latine dicas Qui est in purpura, de eo qui purpura est amictus. At vulg. Lexicorum consarcinatores cum neque ellipsin illam, neque illum præpositionis ἔν usum intelligerent, verterunt verba illa οἱ ἐν πενθίμοις, Qui in luctuosis et lugubribus versantur. Jam vero et nomen ἐσθὴς, quod synonymum est, eodem modo plerisque locis ἐλλείπει, veluti cum dicitur ἡ περιπόρφυρος sine adjectione : ut ap. Plut. illud Ὁ ἐν περιπορφύρῳ, subaudito ἐσθῆτι, Purpura amictus, Purpuratus.

Illa autem nominis ἔθος subauditio locum habet, ubi dicitur τὸ Ἑλληνικὸν pro τὸ Ἑλληνικὸν ἔθος : et τὸ βαρβαρικὸν pro τὸ βαρβαρικὸν ἔθος. Sic κατὰ τὸ νησιωτικὸν ap. Eund. eadem subauditione. Eademque forma dicitur τὸ ἀρχαῖον sine adjectione. Lucian. [Bacch. c. 7] : Καὶ πρὸς τὸ ἀρχαῖον ἀνατρέχουσι. Itidem ap. Plaut. et Terent. legimus, Antiquum obtinere, elliptice dictum, subaudiendo vel Morem vel Ingenium, aut aliquid tale. Sed alicubi cum τὸ Ἑλληνικὸν et τὸ βαρβαρικὸν aliisque hujusmodi subaudiri ἔθνος existimandum est.

Præsertim vero nominis γλῶσσα vel φωνὴ valde familiaris est. Sic ἡ Ἑλληνικὴ vel ἡ Ῥωμαϊκὴ etc. pro ἡ Ἑλληνικὴ γλῶσσα s. φωνὴ dicitur, et pro Ῥωμαϊκὴ γλῶσσα s. φωνή. Aut etiam ἡ τῶν Ἑλλήνων, et ἡ τῶν Ῥωμαίων. Lucian. in Jove Tragœdo [c. 13] : Οὐχ ἅπαντες, ὦ Ζεῦ, τὴν Ἑλλήνων συνιᾶσιν. Tale est autem ἡ Ἀθὶς pro ἡ Ἀθὶς γλῶσσα : quod nonnunquam et adjectivum adjunctum habet, ut cum grammatici τὴν παλαιὰν Ἀθίδα pro τὴν παλαιὰν Ἀθίδα γλῶσσαν dicunt. Ut porro γλῶσσα s. φωνὴ in his aliisque hujusmodi subauditur locis, sic ubi idem ille scriptor Lucianus dicit [Nigr. c. 11], Μικρὸν φθέγγονται καὶ ἰσχνὸν καὶ γυναικῶδες, tunc verbale, quod ab illo ipso verbo φθέγγεσθαι deductum est, commode subauditur : nimirum φθέγμα. Observandumque est plerumque hoc usuvenire, ut verbale illius verbi, quo utitur scriptor, subaudiri debeat.

Διάστημα quoque ex eorum est numero, quæ per ellipsin supprimuntur. Cujus ellipseos Thucydidis præsertim schol. fidem facit, aliquot locis hoc substantivum apud eum subaudiens; ex quibus sunt hi : p. 114 meæ ed. [3, 94] : Οἰκοῦν δὲ κατὰ κώμας ἀτειχίστους, καὶ ταύτας διὰ πολλοῦ, καὶ σκευῇ ψιλῇ χρώμενον· p. 201 [6, 11] : Τῶν δ' εἰ καὶ κρατήσαιμεν, διὰ πολλοῦ γε καὶ πολλῶν ὄντων, χαλεπῶς ἂν ἄρχειν δυναίμεθα. Eodem modo, ἐκ πολλοῦ pro ἐκ πολλοῦ διαστήματος, item ἐν πολλῷ pro ἐν πολλῷ διαστήματι, p. 78 [2, 89] : Μὴ ἔχων τὴν πρόσοψιν τῶν πολεμίων ἐκ πολλοῦ. Sic p. 133 [4, 32] : Καὶ οἱ ἀπορώτατοι τοξεύμασι καὶ ἀκοντίοις καὶ λίθοις καὶ σφενδόναις ἐκ πολλοῦ ἔχοντες ἀλκήν. Exemplum autem dativi πολλῷ pro πολλῷ διαστήματι, præcedente præpositione ἐν, habes cum alibi, tum p. 245 [7, 36] : Καὶ τὴν ἐν τῷ μεγάλῳ λιμένι ναυμαχίαν οὐκ ἐν πολλῷ πολλαῖς ναυσὶν οὖσαν. Denique et ἐπὶ πολὺ pro ἐπὶ πολὺ διάστημα ap. Eund. legitur. Si quis tamen aliud quodpiam substantivum afferret, quod signif. talem haberet, ac non minus commodum esset, eum nequaquam ad illius substantivi διάστημα subauditionem astringendum putarem. Verum quod attinet ad gen. πολλοῦ, præcedente præp. ἐκ vel διὰ, sciendum est aliam potius subauditionem nonnunquam illi convenire, nimirum genitivi χρόνου. Atque adeo ut cum ἐκ πολλοῦ sæpe quidem χρόνου, nonnunquam vero et διαστήματος subaudiendum relinquitur; ita vicissim cum διὰ πολλοῦ sæpe quidem διαστήματος, ut ap. Thuc., interdum vero et illud χρόνου subaudire oportet. Ideoque perperam Bud. cum his loquendi formulis ἐκ παλαιοῦ et διὰ μακροῦ, in quibus est ellipsis genitivi χρόνου, miscet locum illum Thuc. : Οἰκοῦν δὲ κώμας ἀτειχίστους, καὶ ταύτας διὰ πολλοῦ. Et quoniam duo ista διὰ πολλοῦ et ἐκ πολλοῦ, interdum confundi possunt, sæpe vero distinguenda sunt, de hoc quoque aliquid lectori profuturum dicam. Loquor autem de διὰ πολλοῦ et ἐκ πολλοῦ, ubi ad temporis, non loci, spatium s. intervallum referuntur : et dico, alicubi quidem ἐκ πολλοῦ dici posse non minus quam διὰ πολλοῦ, aut versa vice : alicubi vero διὰ πολλοῦ dici, ubi ἐκ πολλοῦ locum habere nullo modo possit. Ut autem A cos, qui allati fuerunt, locos, in exemplum sumamus, si quis genitivo πολλοῦ, non μακροῦ, uti vellet, ap. Arrian. posset non minus ἐκ πολλοῦ quam διὰ πολλοῦ dicere, eodem sensu; at in Luciani loco pro Δόξαν μοι διὰ πολλοῦ προσειπεῖν, itidem dici non posset δόξαν μοι ἐκ πολλοῦ προσειπεῖν. Ceterum hoc quoque sciendum est, schol. Thuc. illo vocabulo διάστημα uti alicubi etiam, ubi de tempore agitur, sed addentem illi gen. χρόνου : nam ἐπὶ πολὺ poni ait pro ἐπὶ πολὺ διάστημα χρόνου, in isto Thuc. loco, p. 145 meæ ed. [4, 72] : Καὶ ἐγένετο ἱππομαχία ἐπὶ πολὺ, ἐν ᾗ ἀξιοῦσιν ἑκάτεροι οὐχ ἧσσους γενέσθαι· hic enim post ἐπὶ πολὺ addit, διάστημα χρόνου δηλονότι. Verum in iis, quæ subaudiuntur, ratio habenda est et consuetudinis linguæ, et peculiariter etiam, si fieri potest, sermonis scriptori, in quo versamur, consueti. Ut porro cum ἐν ὀλίγῳ subaudit alicubi διαστήματι, ita quodam in loco subaudiri ab eo videmus τόπῳ.

Μέτρον quoque subaudiendum censetur ab eodem schol. in hoc ejusdem Historici loco, p. 78 [2, 89] : B Οἱ δ' ἐκ πολλῷ ὑποδεεστέρων, καὶ ἅμα οὐκ ἀναγκαζόμενοι, μέγα τι τῆς διανοίας τὸ βέβαιον ἔχοντες ἀντιτολμῶσιν. Hic enim πολλῷ pro πολλῷ τῷ μέτρῳ dictum esse censet. Verum hæc subauditio merito censeri περίεργος possit, meo quidem judicio. Quod autem de hoc loco dicetur, idem et de isto dicendum videtur, p. 63 [2, 45] : Οὐχ ὅμοιοι, ἀλλ' ὀλίγῳ χείρους χριθείητε.

Ad μέρος autem quod attinet, de quo me verba facturum sum pollicitus, antequam dicendi de ellipsi substantivorum finem facerem : primum quæ de illius vocabuli subauditione scribit Bud., referre, deinde iis, quæ addenda videbuntur, adjungere decrevi. Primum igitur sciendum est eum cum τὸ ἐμὸν subaudire μέρος, in isto Plat. loco, in Timæo [p. 19, D] : Καὶ τὸ μὲν ἐμὸν οὐδὲν θαυμαστὸν, ἀλλὰ τὴν αὐτὴν δόξαν εἴληφα καὶ περὶ τῶν πάλαι γεγονότων καὶ τῶν νῦν ὄντων ποιητῶν, i. e. τὸ ἐμὸν μέρος, inquit. Sic autem interpretatur, Et quidem, quod ad me pertinet, nihil mirum est, hoc me efficere non posse. Affert et ex Synesio, C Κἀγὼ τό γ' ἐμὸν εἶασ' ἂν χαίρειν αὐτόν. Sed Plat. Hippia Majore [p. 286, E] τὸ ἐμὸν πρᾶγμα pro eodem dixisse (i. e. eadem signif. qua τὸ ἐμὸν μέρος) annotat : ΣΩΚΡ. Ῥᾳδίως ἄρα μαθήσομαι· καὶ οὐδείς με ἐξελέγξει ἔτι. ΙΠ. Οὐδεὶς μέντοι· φαῦλον γὰρ ἂν εἴη τὸ ἐμὸν πρᾶγμα καὶ ἰδιωτικόν. Exp. autem, Quippe ineptus essem, similisque idiotæ, si perdocere te non possem. Verum (quod pace tanti viri dictum sit) aliquid inter hæc discriminis esse arbitror, nimirum inter τὸ ἐμὸν μέρος et τὸ ἐμὸν πρᾶγμα : et τὸ ἐμὸν μέρος esse omnino quod dicimus, *De ma part :* ubi verbum verbo respondet. At vero τὸ ἐμὸν πρᾶγμα potius exprimi posse per vocabulum *Fait :* veluti cum dicimus, *Ce ne seroit pas le fait d'un homme de bien.* Et hoc quidem obiter dictum sit. In alio porro suorum Comm. loco, de defectuosis sermonis modis loquens affert ex Lysia, Καὶ τό γε ἐπ' ἐκείνῳ εἶναι ἐσώθης· interpretans, Et quantum in eo fuit; servatus es. I. e. (inquit) καὶ τό γε κατ' αὐτὸν, vel καὶ τό γε ἐς αὐτὸν ἦκον μέρος. Ut Synes. τό γε ἐφ' ἡμῖν, Quantum quidem in nobis fuit. D Aristot De gen. anim. 1, [18] : Διὸ καὶ Ἐμπεδοκλῆς ἔοικε λέγειν ὁμολογούμενα τούτῳ τῷ λόγῳ, τόγε τοσοῦτον, Hac quidem certe in parte, Duntaxat in hoc loco. Sed quamvis vocabulum Partem interpretationi loci hujus adhibeat, non posse tamen μέρος hic itidem subaudiri, aut certe non posse illi eum, quem in illis prioribus locis habet, usum tribui, longe manifestissimum est. Siquidem ibi uti possumus Latino genere loquendi, in quo itidem vox ea, qua μέρος significant, subauditur interdum, cum sc. dicunt, Pro mea virili, Pro tua virili. Nihil enim obstat quominus et in illo loco, Καὶ τό γε ἐπ' ἐκείνῳ εἶναι ἐσώθης, resolvens orationem, dicas, Is te pro sua virili servavit; aut etiam, suam orationi formam relinquendo, Pro ejus virili servatus es. Atque adeo ipsemet Bud. alibi hoc interpretationis genus agnoscit. Τὸ σὸν μέρος cum dicunt, (inquit,) significant, Quantum in te fuit, Pro parte virili. Et τὸ μέρος, ut Demosth. [p. 367, 6] : Οὕτω γὰρ διέθηκας αὐτοὺς, οἶμαι, τὸ μέρος σὺ, ὥστε μὴ τοῖς φίλοις βοηθεῖν, μήτε τοὺς ἐχθροὺς ἀμύνασθαι δύνασθαι.

Sic Isæus, τὸ κατὰ σαυτοῦ μέρος dixit : et κατ' ἐμαυτοῦ μέρος : quod et τὸ ἐπ' ἐμοὶ et τὸ κατ' ἐμὲ dicitur. Sic Dinarch. In Philoclem, καθ' αὑτοῦ μέρος, Quantum in se fuit. Hæc ille. Sed non dubium est quin scrib. sit in illo Isæi loco, κατὰ τὸ σαυτοῦ μέρος. Atque ut dicendi de hac ellipsi finem faciam, sciendum est τὸ ἐμὸν, (sicut et τὸ ἐμὸν μέρος, integre dictum,) duo significare : interdum quidem Qantum in me fuit, Pro mea parte virili ; interdum vero Quantum ad me attinet. Itidem certe et nostrate lingua illo genere loquendi, ad verbum respondente, *De ma part*, modo noc, modo illud significamus. Quin etiam quod attinet ad illud genus loquendi, τὸ ἐμὸν μέρος, τὸ σὸν μέρος, etc., merito et ipsum ellipticum esse pronuntiabimus? Sed cum in promptu sit præpositionis κατὰ subauditio, ut τὸ ἐμὸν μέρος dici pro κατὰ τὸ ἐμὸν μέρος dicamus : alia præterea mihi in mentem venit meum Gr. L. Thes. scribenti : ut nimirum τὸ μέρος, (siquidem et τὸ μέρος dici videmus pro τὸ ἐμὸν μέρος,) primo dictum sit pro ὅσον δύναμαι συμβάλλεσθαι μέρος, (sicut legimus ap. Plat., Μέγα μέρος εἰς τοῦτο ἡ τῶν χρημάτων κτῆσις συμβάλλεται,) deinde addi cœperit ἐμὸν vel σὸν, vel aliud pro loco. Si tamen subauditionem illam priorem aliquis tutiorem esse dicat, ei minime repugnabo ; sed interim et alteram illam in medium attulisse nihil nocuerit.

Nunc ad μέρος venio in prima sua et propria signif. positum. Ejus subauditionem jam inde ab ipso Hom. manasse videmus, ap. quem non solum sing. μέρος, sed et plur. μέρη subaudiendum relinquitur. Omnium vero frequentissima ellipsis est in ἥμισυ : neque enim dubium est quin ut ἡμίσεια pro ἡμίσεια μοῖρα, sic ἥμισυ pro ἥμισυ μέρος dicatur. Sic cum τὸ πλέον et τὸ πλεῖστον non raro subaudiri μέρος comperiemus. Plerumque vero cum gen. locum subauditio habet. Thuc. p. 53 [2, 13] : Ἔστι δὲ αὐτοῦ ὃ καὶ ἀφύλακτον ἦν. Sic ap. Eund. τὰ πολλὰ τῆς γῆς, pro τὰ πολλὰ μέρη. Lucian. in Dialogo qui Πλοῖον vel Εὐχαὶ inscribitur [c. 2] : Τὴν κόμην ἐπ' ἀμφότερα τοῦ μετώπου ἀπηγμένην, pro ἐπ' ἀμφότερα μέρη. Observatione autem dignissima est hujus pluralis ellipsis, et in Lapithis [c. 44], ubi dicit, Διεῖλε δὲ τοῦ νυμφίου τὸ κρανίον ἐς δύο. Alia non pauca adjungere exempla possem ; sed istis contentus, ad μέρος, quod Partem corporis, i. e. Membrum, significat, venire malo. Legimus itaque ap. eundem illum Historicum, Thuc., τὰ γυμνὰ pro τὰ γυμνὰ μέρη, p. 90 [3, 23] : Καὶ ἐτόξευόν τε καὶ ἐσηκόντιζον ἐς τὰ γυμνά. Sic certe et ap. ceteros scriptt., præsertimque Historicos, γυμνὰ cum hac ellipsi habemus. Itidem ap. Xen. subaudiemus μέρη cum τυφλὰ et ἄοπλα, et ἄχειρα, in hoc pulcerrimo, i. e. pulcerrimam sententiam habente, loco, Cyrop. 3, [3, 45] : Μωρὸν γὰρ τὸ κρατεῖν βουλομένους, τὰ τυφλὰ τοῦ σώματος καὶ ἄοπλα καὶ ἄχειρα ταῦτα ἐναντία τάττειν τοῖς πολεμίοις φεύγοντας. Ubi observare etiam debemus addi gen. σώματος : qui certe et cum illo μέρη in locis præcedentibus aliisque ejusmodi, subaudiri a nobis debet : si quidem exactam, ut ita dicam, subauditionem esse velimus. Cum enim dicitur μέρος pro Parte corporis, non dubium est quin subintelligamus σώματος : sed hæc ellipsis ex earum est numero, quæ ita sunt familiares, ut non sentiantur. Hic porro gen. σώματος, cujus latentem quodammodo ellipsin cum μέρη esse dico, (ut vicissim substantivi μέρη cum σώματος ellipsin in illo Xen. loco habemus,) in memoriam mihi revocat Marci locum, in quo γυμνοῦ genitivi ejusdem subauditionem poscit, 14, [51] : Καὶ εἴς τις νεανίσκος ἠκολούθει αὐτῷ, περιβεβλημένος σινδόνα ἐπὶ γυμνοῦ. Observa igitur hic quidem σώματος subaudiri cum γυμνοῦ, non autem μέρους : at in loco Thuc., quem paulo ante attuli, ἐλλείπειν μέρη vel potius μέρη τοῦ σώματος, loquendo exactius, uti dixi.

Nomina quoque γένος et ἔθνος per ellipsin supplenda relinquuntur. Ac de nominis quidem ἔθνος subauditione dictum a me paulo ante fuit : obiter tamen. Quod vero ad γένος attinet, sciendum est posse et ibi subaudiri, videlicet cum Ἑλληνικὸν et βαρβαρικόν : sed commodiorem esse nominis ἔθνος subauditionem : quod itidem cum Χαλκιδικὸν in alio A loco λείπειν existimat schol. Ubi autem scribit Pausan. [3, 6, 7], Ἐλείπετο γὰρ τῆς Εὐρυσθένους οἰκίας τὸ πρὸς ἀνδρῶν Λεωνίδας ὁ Κλεωνύμου, non aliud quam γένος subaudiri posse constat : idemque de aliis ejusmodi locis sentiendum est.

Sunt vero et quædam ellipses, quæ plus negotii exhibere possunt : ubi videlicet aliquid subaudiri manifestum est, sed quidnam sit illud, non item. Veluti cum dicitur τρισχιλίων ὠνεῖσθαι, quis, prima fronte, non dubitet quid cum τρισχιλίων subaudire debeat? Verum in ellipsibus hujusmodi patrium morem ex aliorum locorum collatione inquirere oportet. Verbi gratia, hic enim τρισχιλίων subaudiri gen. δραχμῶν potius quam alium, dicendum videtur, ex iis, quæ Bud. de computatione per drachmas se observasse testatur. At cum dicitur ὠνεῖσθαι πολλοῦ aut ὀλίγου, minime dubium est quin ἀργυρίου subaudiri debeat.

Sunt denique et quædam latentes (ut ita dicam) ellipses, et quæ minime sentiuntur : ut modo dicebam de genitivo σώματος, subaudiendum esse cum B nomine μέρος, quando de Membro dicitur. Adeoque illud loquendi genus, ὠνεῖσθαι τρισχιλίων δραχμῶν, facit ut reminiscar ejus, quod ab Eustath. scribitur, nimirum in ὠνεῖσθαι χρυσοῦ esse ellipsin ; quis enim hic quicquam ἐλλείπειν suspicetur? Sed et cum dicitur ἥμισυ, quis imperfectum sermonem esse cogitat? Idem dici potest et de πατρίς : idem et de δηρὸν, quod poeticum est. Nam cum πατρὶς subaudiendum relinquitur γῆ : cum δηρὸν autem accus. χρόνον, Eustath. etiam teste. Fortasse tamen adverbialiter poni, non minus recte dici queat. Sed et hoc nosse oportet, quod a Bud. annotatur, interdum nihil subaudiri, (ubi nimirum aliquid subaudiendum videri possit,) sed esse sermonis mutationem, ornatus causa : ut ap. Aristot. : Εὖ δὲ καὶ τὸ τῶν ὀνύχων μεμηχάνηται, Natura etiam commode ungues machinata est. Greg. Naz. : Τὰ δὲ τῶν ἐλπίδων φροῦδα, Jam spes evanuerat. Idem, Αἰσχρὰ μὲν τὰ τῆς ἐκστρατείας, i. e. ἡ ἐκστρατεία, Ipsa expeditio turpis et ignominiosa. Hæc illius est sententia, sed cui fortasse non omnes assentiantur, in his quidem certe locis. C

De nominis substantivi ellipsi satis multa dixisse mihi videor : pro meo quidem certe instituto, (alioqui si singula ejus exempla persequi vellem vel unius artis grammaticæ libri magnum mihi numerum adjecissent,) de adjectivo itaque sermo nunc erit et quidem brevis : cum pauca subauditionis ejus exempla reperiantur, vel potius paucissima præ iis quæ in substantivo habemus.

Cum dicitur διὰ χρόνου, tunc (ubi quidem de longo temporis spatio agitur) adjectivum πολλοῦ merito non subaudituros esse puto : quoniam alicubi ipsi scriptores addunt. Atque adeo convertitur (ut ita dicam) ellipsis in hoc loquendi genere ; sicut enim nonnunquam διὰ πολλοῦ, subaudiendo substantivum χρόνου, dicitur : ita vicissim διὰ χρόνου, subaudiendo adjectivum πολλοῦ. Nonnunquam vero non alterum tantum, sed utrumque ponitur. Quæ exemplis confirmabo. Lucian. [Nigr. c. 2] : Δόξαν μοι διὰ πολλοῦ προσειπεῖν. Plato De rep. 1, [p. 328, C] : Διὰ χρόνου γὰρ καὶ ἑωράκειν αὐτόν. Aristoph. Pl. [1046] : Ἔοικε διὰ πολλοῦ χρόνου σ' ἑωρακέναι. Quod autem excepi, ubi de longo temporis spatio agitur, ideo feci quod διὰ χρόνου interdum dicatur etiam simpliciter de Interjecto aliquo temporis intervallo, ut in meo Thes. docui. Quod qui noverit, melius illum jocum, qui ap. Xenoph. subest his verbis διὰ χρόνου, intelliget. Nam Cyrop. 1, p. 13 meæ ed. [4, 28], cum dixisset Cyrus Medo τοὺς συγγενεῖς apud Persas osculari se mutuo, ὅταν ἴδωσιν ἀλλήλους διὰ χρόνου : Medus cum a Cyro digressus esset, et jam se itineri dedisset, mox redit, et se διὰ χρόνου ἥκειν dicit. Ad quæ respondet Cyrus, Νὴ Δία, δι' ὀλίγου γε. Qui jocus intellectus faciet ut non miretur lector hic ὀλίγου cum διὰ χρόνου jungi, cum contra πολλοῦ subaudiri cum illis verbis solere dictum sit. Et de hoc loquendi genere hactenus. Magis autem mira videri possit hujus adjectivi subauditio in plurali quam huic Thucyd. loco scholiastes assignat, p. 57 [2, 25] : Καὶ ἐς Μεθώνην τῆς Λακωνικῆς ἀποβάν-

τες, τῷ τείχει προσέβαλον ὄντι ἀσθενεῖ, καὶ ἀνθρώπων οὐκ ἐνόντων. Hic enim schol. λείπειν dicit πολλῶν. Sed controversa certe subauditio ista esse possit, siquidem etiamsi fateamur Thucyd. non intellexisse nullos omnino intus fuisse homines, sed fuisse paucos, non necessaria subauditio illa dicetur : quod ea sit in aliis quoque linguis sermonis consuetudo, ut hyperbolice loquentes, nullos esse dicamus ubi sint valde pauci.

Cum βίου videtur existimasse Bud. deesse adjectivum ὅλου, cum dicitur διὰ βίου pro Per totam vitam. Sed dicet quispiam fortassis, ex vi præpositionis potius hoc loquendi genus signif. istam accipere. Sic certe ap. Athen. διὰ νυκτὸς pro δι' ὅλης νυκτὸς ab Aristoph. dici quidam testatur. Eodemque modo δι' ἡμέρας interdum significat δι' ὅλης ἡμέρας. Objicere tamen possit quisqiam, διὰ νυκτὸς et δι' ἡμέρας interdum videri significare simpliciter Die et nocte, Interdiu et noctu : verum si hoc detur, respondere fortasse licebit præp. διὰ posse cum uno eodemque vocabulo diversam vim pro loco habere. Hæc autem a me ita dicuntur, ut nihilominus illam subauditionem admitti posse fatear.

Cum ὀνύχων adjectivum ἁπαλῶν extrinsecus assumere necesse est, ubi dicitur ἐξ ὀνύχων pro eo quod Latini A teneris unguiculis dicunt. Sed tamen frequens est ἐξ ἁπαλῶν ὀνύχων, (quibus verbis Latini interpretationem illam dederunt,) tam rarum contra illud ἐξ ὀνύχων sine illo adjectivo, ut ejus omissio alicui suspecta esse queat.

Τὶς quoque iis adjectivis annumerandum fuerit, quæ scriptores lectori subaudienda interdum relinquunt, si Budæo credimus; is enim τὶς in quodam Plat. loco supplendum sibi videri tradens, addit, sæpe et ap. Aristot. suppleri. Ego autem pleonasmi nominis hujus exempla mihi abunde suppetere dico, (quorum etiam quædam supra protuli,) contra vero ellipseως a me plura desiderari fateor. Siquidem et in illo Hesiodi versu [Op. 12] : Τὴν μέν κεν ἐπαινέσσειε νοήσας, (unde primum et præcipuum illius ellipseως exemplum aliquis sumendum putarit,) pro κεν legisse τὶς in quodam veteri Codice, aut certe apud aliquem, qui illa verba citaret, vocabulum hoc non illud invenisse mihi videor.

Tria nunc sunt quæ lectorem de his ellipsibus scire volo. Primum est, harum quasdam esse peculiariter Atticas, quasdam generaliter Græcas. Secundum, ab ipsis scriptoribus velut digito nobis monstrari, si locos inter se conferamus : cujus rei exemplum attuli supra, cum de ellipsi præpositionis εἰς dissererem. Tertium est, eas etiam ellipses, quæ Atticæ sunt, non ita esse Atticas, ut qui eas non usurpabit, Attico sermone uti negetur. Alioqui enim ipsum Aristoph. omnium Ἀττικώτατον nihil minus quam Ἀττικίζειν diceremus, ubi σὺν αὐτοῖσι ταλάροις dicit : quoniam ut ille Ἀττικώτατος, ita hæc ellipsis censetur Ἀττικωτάτη. Locus extat Ran. [560] : Οὐδὲ τὸν τυρόν γε τὸν χλωρὸν, τάλαν, Ὅνπερ σὺν αὐτοῖσι ταλάροις κατήσθιε. Sic ἐκ παντὸς dicitur interdum elliptice, sed tamen et ἐκ παντὸς τρόπου, absque ellipsi. Quibus exemplis alia ipse admonitus addere poteris. Jam vero et aliud in mentem venit, cujus admonere non inutile fuerit : nimirum tot exempla ellipseων a me non temere afferri, quamvis non omnes Atticas esse existimem : sed quod earum, quæ generaliter Ἑλληνικαὶ sunt, non minus quam earum, quæ peculiariter Ἀττικαὶ, cognitionem lectori necessariam esse censeam. Spero autem fore ut hæ ab illo animadversæ ad aliarum multarum cognitionem viam patefaciant : aliarum, inquam, sive quas scriptores quilibet inter se communes, sive etiam quas illi, qui artem quampiam tradunt, sibi peculiares habent. Nam suas grammaticos, suas mathematicicos, suas medicos habere ellipses videmus.

His, quæ de nominum apud Græcos ellipsibus dicta sunt, libet aliqua similium apud Latinos ellipseων exempla subjungere, vel potius ea, quæ sparsim jam attuli, recolligere, et alia illis adjicere.

Quemadmodum igitur apud Græcos μῦθον seu ἔπος per ellipsin omitti dictum est, sic vocem Verbum, quæ eandem cum illis signif. habet, aut ejus pluralem Verba itidem elliptice subaudiendum relinqui sciendum est : veluti in his loquendi generibus, Paucis complecti, Paucis proponere, docere, Responsum paucis reddere : quæ duo posteriora Virgiliana sunt. Sic, Quid multa? Et rursum per ablativum, Quid multis opus est? Quid multis moror? Omitto illa comica loquendi genera, quæ hujus nominis ellipsi adjunctam aliam habent : ut ap. Terent. Andria, Paucis te volo. Neque enim duntaxat ablativus Verbis, sed infinitivus quoque Alloqui, aut alius ejusmodi, subaudiendus est. Sic ubi idem Comicus dicit, Licetne pauca? duplicem esse ellipsin videmus. Itidemque apud Plautum ablativus Paucis aliquoties legitur ita usurpatus, ut unica subauditio sermonem explere non possit. Quod vero ad Terentianum illud attinet, Ausculta paucis, Donatus in Andria quidem, alterius lectionis admonet, Ausculta pauca; at in Adelphis, nullam ejus mentionem facit. Atque ut a Comicis ad Virg. et a duplici ellipsi ad simplicem revertar, apud eum legimus itidem, Talibus accensi firmantur, pro Talibus verbis. Sic Talibus incusat, pro Talibus verbis : et Talibus orabat : item Talibus infit, nec non Talibus affata Æneam. Quin etiam cum duplici ellipsi, i. e. et nominis et verbi, dicitur ab Eodem, Quærenti talibus ille Suspirans, imoque trahens a pectore vocem. Hic enim Talibus dictum est pro Talibus verbis respondit.

Sicut ἀμφοτέραις vel ἀμφοτέρῃσι, subaudiendo χερσὶ, hic Ambabus pro Ambabus manibus dictum invenitur.

Atque ut est genitivus ἐλλειπτικὸς cum alibi, tum ubi dicunt εἰς Ἀπόλλωνος, subaudientes ναὸν, sive ἱερόν : sic Latinos Ad Vestæ, Ad Dianæ, aliaque itidem dicere, subaudientes Ædem, vel Templum, docui supra.

Nec aliter quam ἐν πολεμίᾳ dicunt Græci Historici cum ellipsi, Latinos Historicos In hostico ἐλλειπτικῶς dicere videmus, præsertimque Liv. Cui πολεμίᾳ ut illi φιλίαν, sic hi Pacatum Hostico opponunt.

Ὁδὸς Græci in plerisque loquendi generibus supprimunt : sic nomen Via aut Iter a Latinis supprimi, vel mediocriter in eorum sermone versatis notum esse potest. Hinc sunt illa, Recta venire, Recta pergere. Item, Qua ibo? Hac ibo. Ablativus autem nominis Iter supprimitur, cum dicitur, Bidui, aut Tridui, pro Bidui itinere aut Tridui : ut in hoc Cic. l., Nos in castra properabamus, quæ aberant bidui.

Tempus quoque in sermone Latino deficit nonnunquam, ut in Græco χρόνος : velut Ab antiquo, pro A tempore antiquo : sicut ἐκ παλαιοῦ pro ἐκ παλαιοῦ χρόνου habuisti ex Synesio : itidemque ἐκ παλαιοτάτου ex Pausania, pro ἐκ παλαιοτάτου χρόνου. Sic ap. Virg. Ante expectatum, pro Ante expectatum tempus Georg. 3, [348] : Et hosti Ante expectatum positi stat in agmine castris : vel In ordine, ut alii Codd habent. Non ignoro tamen Serv. velle Ante expectatum esse unam orationis partem, adverbium videlicet : quod significet Dicto citius, Antequam ejus expectetur adventus. Atque ita scrib. essent illa duo vocabula per ὑφὲν, sive ὑφ' ἕν. Sed simplicius est quod de subauditione dixi : præsertim cum multa ellipseως nominis hujus exempla passim extent. Præcipuus autem ejus est usus, ubi dicitur Ex quo, vel Ex eo, seu Ex illo. Nemo enim non videat subaudiri ablativum Tempore in hujusmodi locis. Itidemque apud Græcos cum ἐξ οὗ, ἐξ ἐκείνου, ἐκ τούτου, frequentior est quam alibi ellipsis genitivi χρόνου.

Est et nomen Dies ex iis quæ per ellipsin tacentur, sicut a Græcis ἡμέρα. Eodemque modo, quo hi τὴν αὔριον pro τὴν αὔριον ἡμέραν dicunt, ita illi Crastinum, cum Crastinum diem significare volunt. Itidem Meus natalis, pro Meus natalis dies, ap. Virg. Sic Prima et novissima, pro Prima dies et novissima ap. Ovid. : Bruma novi prima est veterisque novissima solis. Commode autem ellipsin nominis Tempus consequitur ellipsis nominis Dies, quam excipere debet ellipsis nominis Hora; ut enim Tempus est generis appellatio, ita Dies et Hora sunt specierum appella-

tiones ; quamvis alioqui Dies pro Temporis etiam signif. alicubi ponatur. Sed quod ad nominis Hora ellipsin attinet, cum apud Græcos non solum cum adjectivis numeralibus subaudiatur, sed et cum aliis quibusdam, apud Latinos ejus ellipsis cum adjectivis illis potius usurpatur. Hæc porro nominis Hora cùm numeralibus ellipsis aliam quandam mihi in memoriam revocat, quæ itidem cum numeralibus in utraque lingua usurpatur, sed quæ non ejusdem sunt generis. A Græcis enim ὁ τριταῖος, ὁ τεταρταῖος, etc. pro ὁ τριταῖος πυρετὸς, ὁ τεταρταῖος πυρετός : itidemque a Latinis Tertiana, Quartana, pro Tertiana febris, Quartana febris, dici solet. Has ellipses nominum Tempus, Dies, Hora, aptissime consequetur ellipsis nominis Annus; sed singularis ellipsin nullo exemplo probare in præsentia possum, at ellipseως pluralis Anni exemplum suggerit illud usitatissimum loquendi genus A teneris; nam pro A teneris annis dici, pro confesso habetur.

Præterea ut Græci μέρος per ellipsin supprimunt, ita Latini nomen, quod significationi illi μέρος respondet, supprimentes, dicunt Pro virili, cum tamen intelligant Pro virili parte : et quidem illud ipsum significantes, quod Græci per τὸ ἐμὸν nonnunquam significant, subaudientes illud μέρος. Quin etiam hujus ipsius nominis pluralem numerum in alio genere loquendi longe usitatissimo subaudiri ab illis scimus : cum videlicet dicunt, Primas alicui deferre vel secundas, Primas obtinere vel secundas. Extatque et ap. Cic. hæc ellipsis, dicentem Primas dare alicui, vel deferre : dicentem quoque, Aliquem primas ferre. Sic ap. Terent. elliptice, Non posteriores feram.

Quod vero ad nominis δορὰ ellipsin attinet, an huic quoque respondentem ellipsin sermo Latinus habeat, nondum mihi compertum est. Nam me Vulpinam pro Vulpina pelle legisse, (sicut Græci ἀλωπεχῆν dicunt, ἀλωπεχῆν δορὰν significantes, itidemque λεοντῆν pro λεοντῆν δορὰν, etc.,) affirmare non ausim : cum incertam hac de re meam memoriam esse sentiam. At vero plur. num. Pelles quidam subaudiendum censent ap. Virg., Hic sævus tendebat Achilles. Itidemque ap. Cæsarem Tendere legimus in hac signif., sine adjectione positum : nec non ap. Liv. Verum non minus nomen Tentoria quam illud Pelles subaudire possumus. Fortasse vero et tertium aliquod inveniri queat, cujus item subauditio huic verbo non minus sit accommodata.

At eam ellipsin, cui proximum a præcedente locum dedi, valde familiarem Latini habent; ut enim Græci κρέας cum τὸ βόειον, vel τὸ μόσχειον, vel τὸ ὕειον, et cum aliis hujus generis adjectivis subaudiendum relinquunt, sic Latini Bubula, Vitulina, Suilla, pro Bubula, Vitulina, Suilla carne dicere ex variis scriptorum locis notum esse debet. Atque adeo, (quantum meminisse possum,) frequentius etiam utuntur ellipsi cum his adjectivis Latini quam Græci cum illis. Eodem certe modo et Ferinam pro Carne ferina dicunt : nec dubitavit Virg. huic vocabulo, tanquam substantivi locum obtineuti, adjectivum adjungere, Æn. 1 : Implentur veteris Bacchi, pinguisque ferinæ.

An autem et θήρειον Græci itidem pro θήρειον κρέας dicant, nondum mihi compertum esse fateor. Ceterum in illo Virg. loco meminisse oportet ejus, quod annotatum a me antea fuit de adjectivo Falernum : siquidem cum aliis vocabulis, quæ vini veluti sunt cognomina, tum vero huic vel maxime epitheta non secus ac substantivo, tribui docui.

Vini appellationem ex iis esse, quas Latini per ellipsin plerumque supprimant, idoneis exemplis demonstravi, ubi de Græca voce οἶνος verba feci : atque ut eadem ellipsi in voce ὕδωρ utuntur hi, sic eandem illos in voce Aqua usurpare, simul ostendi.

Ut substantivum ἱμάτιον vel ἱμάτια Græcus plerumque sermo prætermittit, adjectivo, cui adjungi deberet, contentus, sic in Lat. Vestimenta vel Indumenta interdum omitti, docui. Sed exemplis, quæ attuli, adjici hoc potest ex Ovidio Met. 11 : Surge age, da lacrymas, lugubriaque indue; nec me Indeploratum sub inania Tartara mitte. Hic enim Lugubria esse Vestimenta lugubria, ut πένθιμα sunt πένθιμα ἱμάτια, manifestissimum est. Itidem vero legimus ap. Propert. Eleg. ult., Et bene habet : nunquam mater lugubria sumpsi : Venit in exequias tota caterva meas. Sic denique et apud Senecam legimus Amicta conjux lugubribus.

Eodem modo, quo Græcis nomen ἔθος nonnunquam ἐλλείπει, apud Latinos Morem interdum videri ἐλλείπειν, (nisi quid aptius assumatur,) planum in superioribus feci.

Non secus etiam ac φωνὴ omittitur a Græcis scriptoribus in quibusdam locis, vocabulum Sermonem Latinos in nonnullis prætermittere sciendum tibi est : veluti cum dicunt In Græcum vertere, vel in Latinum. Quintil. 10, 5 : Vertere Græca in Latinum, veteres nostri oratores optimum judicabant.

Quemadmodum Græci interdum generale vocabulum ἀργύριον, i. e. generalem signif. habens, subaudiendum relinquunt, interdum et gen. δραχμῶν, cujus particularis est signif. : ita Latinos non solum gen. Pecuniarum subaudire, cum dicunt Repetundarum postulavit : itemque vocem Numi; sed interdum etiam Sestertii subaudiendum relinquere, quidam grammatici annotarunt.

Denique ut τόπος apud Græcos nonnunquam ἐλλείπειν videmus, sic quoque ap. Plin. sæpe legimus In petrosis, glareosis, arenosis, pro In petrosis, glareosis, arenosis locis.

Ne adjectivorum quidem apud Latinos quoque ἐλλειπόντων exempla desunt; sed ego ad alia festinans, unum duntaxat afferam, simulque ejusdem generis ellipsin inter Græcas a me paulo ante prætermissam, ei adjungam. Dico igitur adjectivum Alius ex iis esse, quæ Latini nonnunquam per ellipsin supprimunt. Affertur autem in exemplum hic Plinii locus, 36, 9 : Omnibus, quæ unquam in mari visæ sunt, mirabiliorem. Hic enim non dubium est quin Omnibus dictum sit pro Omnibus aliis. Itidemque hic Plinii Junioris, Quod deforme arbitrabar, cui assurgere, cui loco cedere omnes oportet, hunc omnibus sedentibus stare. Exemplum autem ellipseως ejusdem generis in sermone Græco, quod me adjuncturum sum pollicitus, est hoc apud Thucydidem 4, p. 144 meæ ed. [c. 69] : Τάφρον τε καὶ τείχη διελομένη ἡ στρατιὰ, ἔκ τε τοῦ προαστείου λίθοις καὶ πλίνθοις χρώμενοι, καὶ κόπτοντες τὰ δένδρα καὶ ὕλην, ἀπεσταύρουν εἴτι δέοιτό τι. Hic enim ipse etiam schol. ἄλλην cum ὕλην subaudiendum esse judicat : post hæc verba, δένδρα καὶ ὕλην, scribens, ἄλλην δηλονότι. Observandum est autem, hoc vocabulum ex eorum numero esse, quæ alicubi per ellipsin omittuntur, alicubi contra per pleonasmum ex abundanti adduntur; nam pleonasmi hujus ipsius nominis aliquot exempla in præcedentibus attuli.

Unum jam superest, quod te, lector, celare nolim, antequam dicendi de ellipsi finem faciam : nimirum, si magnam exemplorum ejus copiam comparare velis, ea tibi in Gallica lingua, si ejus peritiam consecutus es, potius quam in alia ulla quærenda esse. Ibi enim non tales tantum ellipses invenies, quales et Latinus habet sermo, cum Græcis convenientes; sed alias plerasque, quas ille nullo pacto imitatus est. Magnum autem Gallicó sermoni adjumentum ad phrases Græcas assequendas præbet articulus, quem cum Græco communem habet. Nec mirum est si Latini, qui hoc adminiculo destituuntur, multa Græcorum loquendi genera non æque feliciter ac Galli exprimere possint. Sed nonnullis cum alibi, tum vel maxime ubi ellipticus sermo est, exprimendis, quanta sit articuli nostri commoditas, apparet. De iis loquor, quæ articulum in Græco sermone habent. Exempli gratia sæpe dicimus, *C'est le plus court par ci*, *C'est le plus court par là :* eodem modo subaudientes vocem *Chemin,* quo Græci ὁδὸς subaudiunt. At si tollas articulum *Le,* ellipsin ineptam reddis : non aliter quam si pro ἡ ἐπιτομωτέρα dicas simpliciter ἐπιτομωτέρα. Aliud exemplum proponam, ex quo magis etiam patere poterit quod dixi : *A l'antique, A la Françoise,* pro *A la façon antique, A la mode antique, A la façon Françoise.* At ablato articulo *La,*

dic *A Frangoise*, nulla jam est ellipsis, sed aliud A omnino dicis; nam *A la Françoise* sonat More Francico, at vero *A Françoise* sine articulo, significat Franciscæ, Mulieri quæ Francisca vocatur. Sic in Gr. sermone subaudiendo ἔθος, (quod respondet nostro illi vocabulo *Mode* vel *Façon,*) non dixeris ἐς ἀρχαῖον, si declarare velis *A l'antique*, sed ἐς τὸ ἀρχαῖον : itidemque non ἐς Κελτικὸν, sed ἐς τὸ Κελτικὸν, si significare velis *A la Françoise.* Et hæc quidem obiter a me dicta sint, quæ aliquem tibi velut gustum félicitatis nostri sermonis præbeant : de qua si mihi non vis credere, at meo crede libello, quem de Gallici Sermonis cum Græco Affinitate seu Cognatione scripsi. Posse tamen ei libello addi multa ellipseων quoque, quas Galli cum Græcis communes habent, exempla, nescium te esse nolo. Sed qualiscunque est, (mihi enim inchoatum atque rudem excidisse testari quamplurimi possunt,) non aliter quam Horatianus grex avium, corniculam suarum plumarum furem est nactus : imo vero non ab una, sed a duabus jam id passus est. Verum caveant illæ corniculæ, B ne a meipso tandem mea repetente, nudatæ furtivis coloribus, risum, ejusdem Horatianæ corniculæ exemplo, moveant.

Quamvis porro et aliarum orationis partium ellipses in Græco sermone et eo quidem Attico reperiantur, hic tamen finem de illis dicendi facere decrevi : quod vel ea una pars, quæ verbum vocatur, tot habeat tamque multiplices ellipses, ut postquam multa de illis dixero, multo tamen plura dicenda superfutura sint : nisi ab exemplis, quæ afferre necesse erit, paratior fuero : et ad hoc consequendum, eorum memoriam et longa et diligenti lectione mihi renovare. Sed cum harum ellipseων paucissimas observatas esse a Bud. videam, multas quamplurimis incognitas esse sciam, et tamen cognitionem earum et jucundissimam et utilissimam fore intelligam, non diu illarum tractationem differre, sed in aliquem hujus ipsius operis locum conjicere statui. Ceterum ubique Ellipsin, (nam et de hoc admonendum te duxi,) non Eclipsin, usurpavi, quod eos falli existimem, qui Eclipsin hac in signif. dicunt : quamvis et ap. Quintil. hanc scripturam extare sciam. Quare autem ista locum hic non habeat, alibi docebo.

CAPUT III.

DE IIS, QUÆ ATTICI

IN CONSTRUCTIONE VERBORUM ET PRÆPOSITIONUM PECULIARIA HABENT.

Venio ad constructionem verborum et præpositionum, quæ Atticis peculiaris est, aut (si mavis) ad ea, quæ Attici in constructione verborum et præpositionum sibi peculiaria habent; sed ita ut specimen hujus differentiæ (præsertimque ejus quæ est circa verba) aliquot exemplis propositurum me potius quam singula recensurum profitear. Ad verborum igitur constructionem quod attinet, exemplum mutationis illius affert Corinthus, ἀρέσκει σε pro ἀρέσκει σοι, ap. Thuc. Sed ille minium generaliter loquens, Atticos pro dativo accusativum amare dicit; deinde hoc unum exemplum producit. Addere saltem debuerat, In quibusdam verbis. Quamvis autem grammatici uno omnes ore Atticam esse hanc constr. dicant, statuitur tamen et differentia inter ἀρέσκω σε, et ἀρέσκω σοι, a Bud. : dicente, ἀρέσκω σοι esse Placeo tibi; ἀρέσκω σε autem, ἀρεστὸς φαίνομαι, Probo me tibi : ut ap. Synes. : Ἀλλ' ἐπεὶ τούτοις ὑμᾶς οὐκ ἀρέσκομεν, ἔξεστι βουλεύσασθαι τὸ λῷον τῇ τε πόλει καὶ ταῖς ἐκκλησίαις, κἀμοὶ, Quoniam vobis his non satisfacimus, nosmet vobis non approbamus. Sed debuit potius dicere Bud. (meo quidem judicio) ἀρέσκω σε cum dat. rei hanc signif. habere. Siquidem locis, quos subjungit in exemplum, nequaquam convenire itidem illa possit : ut certe nec constr. eadem est. Sequitur enim ex Plat. De rep. 8, [p. 557, B] : Ὅπου δέ γε ἡ [del.] ἐξουσία, δῆλον ὅτι ἰδίαν ἕκαστος ἂν κατασκευὴν τοῦ αὑτοῦ βίου κατασκευάζοιτο ἐν αὐτῇ ἥτις αὐτὸν ἀρέσκοι. Ex Eodem, Ὅς ἂν αὐτὸν ἀρέσκῃ τρόπος, τοῦτον ἐκλέξασθαι. Cui loco hunc quoque subjungit ex opere De legibus : Ἀλλ' εἰ μὴ αὖ σε ταῦτ' ἀρέσκει, etc. Item, Οὓς δ' ἂν μὴ ἀρέσκῃ τῶν διδασκάλων. His inquam locis talis interpretatio dari non potest, qualis tribuitur illi, qui ex Synesio allatus est : ideoque illud, quod de differentia scribit, restringendum eo, quo dixi, modo fuerat. Quæ cum ita sint, firmum maneat illud potius, ἀρέσκω σε Atticum esse pro ἀρέσκω σοι. Quod autem ad illum Synesii locum attinet, in quo personæ dativus adjunctus est, videri possit voci activæ ἀρέσκομεν datus esse is usus, quem olim habebat passiva ἀρεσκόμεθα : quæ quum accusativo et ipsa jungeretur, Atticos hanc cum accusativo constr. inde retinuisse credibile est : præsertim cum alia eodem modo mutatæ constr. exempla non afferantur.

Apud Soph. quidem certe vult ejus schol. ἐμὲ ἄραρε φρένας, tale esse quale illud ἀρέσκω σε : in isto Electræ loco p. 87 meæ ed. [147] : Ἀλλ' ἐμέ γ' ἃ στονόεσσ' ἄραρε φρένας. Verum id controversum esse possit; nam de loco illo fortasse dicere quis malit idem, quod de multis Homericis : ex quorum numero est hic, Τί δέ σε φρένας ἴκετο πένθος; et hic, Ἐπεί μιν ἄχος κραδίην καὶ θυμὸν ἵκανεν· item, Ποιόν σε ἔπος φύγεν ἕρκος ὀδόντων; Si enim hic velimus σὲ per antiptosin positum esse pro σοῦ, nihil obstabit quominus D illud ἐμὲ a Soph. positum itidem dicamus pro ἐμοῦ. Sed in his Homeri locis, pariterque in illo Sophoclis, præp. κατὰ subaudire malo : ut sit ἵκετό σε φρένας pro κατὰ φρένας, itidemque in ceteris locis. Neque tamen Eustathio assentior in eo, quod hanc præp. κατὰ sic assumi extrinsecus ab Hom. tradit, in hoc l. [Od. A, 192] : Εὖτ' ἄν μιν κάματος κατὰ γυῖα λάβῃσιν. Aut enim valde fallor, aut fallitur Eustath., cum id dicit : ac potius κατὰ verbo λάβῃσιν jungi debet : ut sit κατὰ γυῖα λάβῃσιν pro καταλάβῃσι γυῖα. Cum autem infinita prope sint apud hunc poetam præpositionis ita sejunctæ a verbo exempla, in hoc verbo nominatim id fieri ab hoc poeta et alibi videmus : veluti cum ὑπὸ τρόμος ἔλλαβε γυῖα dicit pro τρόμος ὑπέλαβε γυῖα. Sed quamvis talis præpositionis κατὰ subauditio confirmari illo Homeri testimonio non possit, ut putavit Eustath., eam tamen libenter admitto, ut dixi : præsertim si unica eligenda sit quæ omnibus hujusmodi locis accommodari possit : alioqui certe et præp. εἰς quadrare nonnullis manifestum est : ut illi,

quem primum attuli, Τί δέ σε φρένας ἵκετο πένθος; Nihil enim obstat quominus εἰς φρένας hic dicamus, sicut et κατὰ φρένας : imo vero etiam commodior illa quam hæc esse videtur. Et de his quidem hactenus. Superest ut videamus an ille Soph. locus per omnia cum istis Homericis conveniat. In eo certe non convenit, quod in unoquoque eorum, quos ex Hom. attuli, aliorumque iis similium, si præpositionem extrinsecus assumas, nullam in verbi constr. mutationem habes : id est, verbo sua constr. relinquitur : at in illo Sophoclis, ἐμὲ ἄραρε φρένας, postquam cum φρένας junxeris κατὰ, aut aliam præpos., relinquitur inusitata constr. verbi ἄραρε cum accusativo. Idque est quod enarratori illi patrocinari potest, dicenti ἐμὲ ἄραρε esse Attice pro ἐμοὶ ἄραρε, ut ἐμὲ ἀρέσκει pro ἐμοὶ ἀρέσκει. Sed falso reprehendit eum Triclinius quasi ἄραρε putarit significare ἀρέσκει : aliud enim est sensum loci, aliud propriam alicujus verbi signif. exponere. Reprehensionem certe potius meretur ipsemet, cum præp. εἰς non ante φρένας, sed ante ἐμὲ subaudiendam esse tradit; nam ἄραρε φρένας εἰς ἐμὲ, quale erit? Sed hic Triclinius et in plerisque aliis exposs. φρένας οὐκ ἀραρυίας habere videtur : ideoque ab illo sibi cavere lector meminerit. Ut autem dicendi de hoc loco finem faciam, etiamsi admittamus tale hic esse ἄραρε ἐμὲ quale ἀρέσκει με, non tamen eodem jure quo hoc, illud quoque atticismis annumerare poterimus : cum non perinde receptum esse illius usum constet, ac ne locum quidem in soluta oratione obtinere possit.

Ut porro ἀρέσκει με pro ἀρέσκει μοι, sic vicissim ὠφελεῖ μοι pro ὠφελεῖ με legitur : sed quam Attica est illa verbi ἀρέσκω constr., tam longe hanc verbi ὠφελῶ constr. ab Atticæ linguæ consuetudine remotam esse existimo.

Attici a quibusdam esse existimantur et hi genitivi, θαυμάζω σου, ἄγαμαί σου, pro θαυμάζω σε, ἄγαμαί σε : verum quod ad θαυμάζω attinet, iis refragatur, quod quidam annotant, alium cum his verbis esse genitivi quam accusativi usum; jungi enim genitivo ἐπὶ κατηγορίας.

Contra vero aliud constructionis vere Atticæ exemplum habemus in iis genitivis, qui ibi ponuntur, ubi linguæ communis consuetudo accusativum poscit : cujusmodi est cum dicitur πιεῖν οἴνου. Sed cum de hoc genitivi usu abunde ante disseruerim, in iis quæ in Articulum LVI Corinthi annotavi, exemplisque multis eum confirmarim, te commonefactum eo remittendum censeo.

Inter Atticas constrr. numeratur ea, quam habent cum alia verba tum vero ἀφαιρῶ, seu potius ἀφαιροῦμαι, et ἀποστερῶ : cum duobus accusativis nimirum, uno personæ, altero rei. Dicere enim Atticos, ἀφαιροῦμαί σε τοῦτο, ἀποστερῶ σε τοῦτο : at linguam communem, ἀφαιροῦμαί σου τοῦτο, et ἀποστερῶ σε τούτου. Sed tamen apud Atticos quoque scriptores invenitur et ista constr. ἀφαιροῦμαί σου τοῦτο. Atque adeo et ἀφαιροῦμαί σοι τοῦτο ap. Isocr. extat : ut meus Thes. te docebit. Itidem vero non solum ἀποστερῶ σε τοῦτο, sed etiam ἀποστερῶ σε τούτου, ab iis etiam scriptoribus dici, qui Attice loqui censentur, illinc disces.

Atticismum censet esse idem Corinthus et in constructione hujus loci, Aristoph. Ach. [337] : Ἀλλὰ νῦν λέγ', εἴ σοι δοκεῖ, τόν τε Λακεδαιμόνιον αὐτόν· dictum enim esse Attice εἰπὲ τόνδε pro περὶ τοῦδε.

Est Attica constructio (sententia quorundam) et ea quam habent verba ποιῶ et λέγω : cum dicitur ποιῶ σε κακὰ vel κακῶς, et λέγω σε κακὰ vel κακῶς : sed aut Atticorum non est, aut certe sic est Atticorum ut linguæ communi cum Attica communis sit ejus usus.

Ad Atticam præpositionum construct. nunc venio, i. e. ad ea quæ Attici in præpositionum quarundam constructione sibi peculiaria habent : cum autem in præpositionis ἐπὶ potissimum constructione a sermonis aliorum consuetudine recedant Attici, ab ea auspicabor.

Ἐπὶ igitur pro accusativo genitivum passim apud Atticos habet, in significatione motus ad locum, veluti cum ἐπ' οἴκου pro ἐπ' οἶκον dicunt. Thuc. 2 [68] : Ἀπεχώρησαν ἐπ' οἴκου, καὶ διελύθησαν κατ' ἔθνη. Sic 1, [30] cum eodem verbo eadem constr. usus est, nec non alibi. Eodemque modo cum ἀπῆλθον junxit ἐπ' οἴκου, in illo ipso libro. Tale est 8, [100] : Νῆες ἐπ' οἴκου ἀναχομιζόμεναι. Sic dicitur ἀπιέναι ἐπ' οἴκου, item διαλύεσθαι ἐπ' οἴκου, ἀποπλέειν ἐπ' οἴκου, ἀποπέμπειν ἐπ' οἴκου, nec non cum aliis signif. huc pertinentem habentibus accusativis : obtinuitque hanc constr. genitivus hic potissimum. Neque vero minus cum nominibus, quæ locorum propria sunt, usurpatur hæc constr. Legimus enim apud eundem Historicum, Ἐχώρουν ἐπὶ τῆς Νεμέας, p. 184 [5, 59], et paulo ante, Τὴν ἐπὶ Νεμέας ὁδὸν καταβαίνειν· subaudiendo ἄγουσαν vel φέρουσαν, juxta ea quæ ante dicta in capite de ellipsi fuerunt. Sic p. 20 [1, 60] : Ἀφικνοῦνται ἐπὶ Θρᾴκης. Eademque pag. habes, Τοὺς μὲν Μακεδόνας ἱππέας καὶ τῶν ξυμμάχων ὀλίγους ἐπὶ Ὀλύνθου ἀποπέμπουσιν. Ibid. [1, 63] : Ἠπόρησε μὲν ὁποτέρωσε διακινδυνεύσει χωρήσας, ἢ ἐπὶ τῆς Ὀλύνθου, ἢ ἐς τὴν Ποτίδαιαν. Denique apud Eundem legimus, p. 273 [8, 33], Ἔπλει ἐπὶ τῆς Μιλήτου· et p. 268 [ibid. 16] : Φυγὴν ἐποιεῖτο ἐπὶ τῆς Σάμου. Extant porro et apud ceteros scriptores Atticos, præsertimque Historicos, ejusdem constr. exempla : nominatimque ap. Xenoph. Is enim non solum illud ἐπ' οἴκου dicit cum ἰέναι, vel οἴχεσθαι, aut ἀποχωρεῖν s. ἀναχωρεῖν, aut ἀναχομίζεσθαι, aliisve hujusmodi verbis, pro ἐπ' οἶκον, sed et cum locorum nominibus hanc itidem constr. præpositioni ἐπὶ tribuit. Legimus enim apud illum Cyrop. 6, [1, 25] : Ὅτι ὁ Ἀσσύριος οἴχοιτο ἐπὶ Λυδίας. Ibid. [§ 31] : Βουλόμενος δέ τινα κατάσκοπον πέμψαι ἐπὶ Λυδίας. Sic Hell. [1, 6, 22] : Ἐπὶ τοῦ Ἑλλησπόντου φυγοῦσα ναῦς. Tale est ap. Dem., Παρελθὼν ἐπὶ Θρᾴκης. Cum porro hæc ita sint, non immerito quis miretur cur ap. Hom. in ἐπὶ habente gen. pro acc., non itidem Attica constr., sed antiptosis tantum esse dicatur, ut Il. Γ init. : Κλαγγῇ ταί γε πέτονται ἐπ' ὠκεανοῖο ῥοάων· hic enim Eustath. ἐπ' ὠκεανοῖο ῥοάων per antiptosin dictum esse tradit (utens adverbio ἀντιπτωτικῶς), pro ἐπ' ὠκεανοῖο ῥοάς. Quin etiam addit, Historicos potissimum hac sermonis forma uti : dicentes (exempli gratia) Ἧλασεν ἐπὶ τῆς δεῖνα πόλεως, vel ἀπῆλθεν, aut aliquid tale. Ubi magis etiam mirum videtur eum nullam Atticæ consuetudinis mentionem facere. Nisi forte ideo de hac tacuisse putandus sit, quod Attici non itidem cum quolibet nomine appellativo ea constr. utantur. Legimus autem ap. illum poetam [Il. A, 485], Ἐπ' ἠπείροιο ἔρυσσαν, dictum itidem pro ἐπ' ἤπειρον. Eandemque cum eodem gen. et verbo constr. usurpavit Hesiod. Op. [624] : Νῆά τ' ἐπ' ἠπείρου ἐρύσαι. Sed quicquid hac de re statuendum sit, sciendum est Herodotum quoque præpositioni ἐπὶ alicubi gen. pro accus. tribuere, sed gen., qui sit loci alicujus nomen, sicut in iis quæ ex Thuc. et Xenoph. attuli. Hoc tamen fateor, multo frequentius accusativo quam genit. uti Herodotum : cum illis contra ceterisque scriptoribus Atticis, constr. hæc frequentior quam illa sit. Si quis tamen et illius exempla desideret, inveniet apud ipsum quoque Thuc. cum alia, tum hæc, Ἐχώρουν ἐπὶ τὴν Ποτίδαιαν, p. 20 [1, 62], cum supra attulerim ex ipsomet, Ἐχώρουν ἐπὶ τῆς Νεμέας. Sed et cum hujus ipsius nominis accusativo utitur hac præpos., pag. una interjecta. Nam illa, Ἐχώρουν ἐπὶ τῆς Νεμέας, p. 184 leguntur : at p. 186 [5, 62] : Ἐβουλεύοντο οἱ ξύμμαχοι ἐφ' ὅ,τι χρὴ πρῶτον ἰέναι τῶν λοιπῶν· καὶ Ἠλεῖοι μὲν ἐπὶ Λέπρεον ἐκέλευον, Μαντινῆς δὲ ἐπὶ Τέγεαν. Sic vero cum habeamus p. 273, Ἔπλει ἐπὶ τῆς Μιλήτου, legimus p. 32 [1, 100], Ἐπὶ Θάσον πλεύσαντες. Quin etiam uno eodemque loco et ἐπὶ cum gen. et εἰς cum accus. posuit, in una eademque re. Is ex iis est, quos attuli supra ex pag. 20 : Ἠπόρησε μὲν ὁποτέρωσε διακινδυνεύσει χωρήσας, ἢ ἐπὶ τῆς Ὀλύνθου, ἢ ἐς τὴν Ποτίδαιαν. Verum quemadmodum cum hujusmodi nominibus non solum gen. dant præpositioni ἐπὶ, sed interdum etiam accus., an itidem ἐπ' οἶκον dicant nonnunquam, non solum ἐπ' οἴκου, merito quæri possit. Ego, quam frequens est hoc apud scriptores Atticos, tam infrequens esse illud, fortasse autem ne inveniri quidem usquam in exemplaribus fide dignis, respondeo. Ceterum ἐπὶ cum ac-

cus. pro κατὰ, videri itidem Atticum possit, quod multus sit hujus constr. ap. Thuc. usus : dicentem ἐφ' ἡμᾶς ὥρμηνται, pro καθ' ἡμῶν, p. 12 [1, 32]; item, Ἐστράτευσαν ἐπὶ τὸ Ἄργος, p. 70 [2, 68], pro κατὰ τοῦ Ἄργους : item, Ἐβοήθησαν ἐπ' αὐτούς, p. 40 [1, 126] : item, Ἐπὶ μίαν πόλιν ταύτην ξυνῆλθε, p. 252 [7, 56]. Nec solum cum hujusmodi verbis, quæ signif. Motus ad locum inclusam habent, sed cum aliis quoque. Sic p. 257 [7, 70] : Οἱ ἀπὸ τῶν καταστρωμάτων τοῖς ἀκοντίοις καὶ τοξεύμασι καὶ λίθοις ἀφθόνως ἐπ' αὐτὴν ἐχρῶντο. Quin etiam τῆς ἐπ' αὐτὸν ὀργῆς pro τῆς κατ' αὐτοῦ ὀργῆς apud Eundem legimus p. 68 [2, 65]. Nec vero et ex aliis scriptoribus Atticis hujus constr. exempla desunt, ut ap. Dem. ἐφ' ὑμᾶς παρασκευάζεται· ap. Isocr. ἐπὶ τοὺς ἀνταγωνιστὰς ἀσκεῖν. Eustath. autem ἐπὶ pro κατὰ poni tradens, affert ex Eurip., Ἥκεις ἐφ' ἡμᾶς [cf. Or. 87], ex Æschylo Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας : quæ verba sunt unius tragœdiarum illius titulus : sed in eo alia etiam lectio habetur, nimirum Θήβαις.

Εἰς genitivo interdum Attico more jungitur, si Eustathio credimus : veluti cum dicitur εἰς ᾅδου. Eademque ratione et præp. ἐν genitivo jungi dicendum esset : quoniam non minus ἐν ᾅδου quam εἰς ᾅδου in usu est. Ad me certe quod attinet, neutrum genitivo jungi dico : sed ἐν suum gen., itidemque εἰς suum accus. habere, qui per ellipsin omissus, extrinsecus assumitur : de qua ellipsi cum abunde in præcedentibus disseruerim, eo te remitto. Hoc tantum addo, non debuisse Eustath. dicere εἰς Attice jungi genitivo, in εἰς ᾅδου, cum ipse quoque alibi ellipsin accusativi δόμον s. τόπον, eamque Atticam, agnoscat. Ut porro ἐπὶ cum accus. pro κατὰ quidam Atticæ linguæ ascribendum censuerunt, videndum an non et εἰς aut potius ἐς eodem jure ascribi illi possit, ubi eandem cum eodem casu signif. habet : ut ap. Thuc. ἐς τὴν Ἀττικὴν pro κατὰ τῆς Ἀττικῆς dicentem : et ἐς τὴν χώραν pro κατὰ τῆς χώρας : item ἐς πάντας pro κατὰ πάντων. Ideo autem addidi, Aut potius ἐς, quod magis Atticum hoc ἐς quam illud εἰς existimetur; atque adeo cum aliorum tum vero Thucydidis auctoritate id confirmari possit. Hoc autem et Corinthus observatione dignum censuit, quamvis levis sit momenti : alias interim, quæ magni momenti sunt, observationes aut oblivione aut ignorantia prætermittens. Sed cum hic in Corinthi mentionem inciderim, silentio prætereundus non est ejus Articulus XIV, utpote in quo præpositionum ἐν et εἰς cum genitivo constructionem Atticis itidem ascribat : et tamen ellipsin accusativi et ipse agnoscat : quæ quomodo stare possunt? Ne hoc quidem mihi est omittendum, ut ἐπὶ pro accus. habet gen., perinde ac si non significaretur motus ad locum, ita ἐν dat. pro accus. interdum habere. Thuc. 7, p. 236 [87] : Ἄλλα τε ὅσα εἰκὸς ἐν τῷ τοιούτῳ χωρίῳ ἐμπεπτωκότας κακοπαθῆσαι. Æsch. C. Ctes. : Ἀναπηδήσας ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ· ut enim hic ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ pro εἰς τὴν ἐκκλησίαν, ita illic, ἐν τῷ τοιούτῳ χωρίῳ pro εἰς τὸ τοιοῦτον χωρίον dictum est. Quin etiam ἔλθοι ἐν τῇ Ἑλλάδι, (quod magis etiam insolens videri potest,) pro ἐς τὴν Ἑλλάδα, habet alicubi Xenoph. : ubi alioqui exemplarium suspecta fides esset. Jam vero et ap. Hom. οἶνον ἐν ἀμφιφορεῦσιν ἄφυσσον, pro εἰς ἀμφιφορεῖς, (ut etiam ipse schol. annotat,) legimus, Od. B, [349]. Ut autem ἐν hic pro εἰς, ita εἰς pro ἐν poni alicubi sciendum est : cujus usus exempla Thes. meus tibi suppeditabit.

Διὰ autem accus. pro gen. habere more Attico, in Thes. meo docui.

Ὑπὸ quoque ex iis præpp. est quæ ex Atticæ linguæ consuetudine pro suo casu alium accipiunt : si modo verum est, quod in aliquot Hom. locos Eust. annotat; ubi enim Hom. huic præp. ὑπὸ dativum pro genitivo tribuit, id Attice fieri tradit : ut in hunc versum Il. E, [93] : Ὣς ὑπὸ Τυδείδῃ πυκιναὶ κλονέοντο φάλαγγες Τρώων, οὐδ' ἄρα μιν μίμνον πολέες περ ἐόντες, annotat, ὑπὸ Τυδείδῃ κλονέοντο, esse usitatam Homero constr. Atticam, sed addit, ἀντιπτωτικῶς, pro ὑπὸ Τυδείδου. Sic vero in illo v. [ib. 700] : Ἀργεῖοι δ' ὑπ' Ἄρηϊ καὶ Ἕκτορι χαλκοκορυστῇ Οὔτε ποτὲ προτρέποντο μελαινάων ἐπὶ νηῶν, Οὔτε ποτ' ἀντεφέροντο μάχῃ, annotat, Atticum esse ὑπ' Ἄρηϊ καὶ Ἕκτορι, per antiptosin, pro ὑπ' Ἄρεος καὶ Ἕκτορος. Eodemque modo fuisse dictum paulo ante, ὑπ' ἐμοὶ δμηθέντα, item ἐμῷ ὑπὸ δουρὶ δαμέντα. Sic autem B, [374] : Χερσὶν ὑφ' ἡμετέρῃσιν ἁλοῦσά τε περθομένη τε, dictum esse ait pro ὑπὸ τῶν ἡμετέρων χειρῶν, idque λόγῳ ἀντιπτώσεως.

Extant et alii Homeri loci, qui hunc præpositionis usum testantur. Quamvis autem Atticum esse hunc scribat, simul tamen antiptosin esse volens, (perinde ac si Atticam antiptosin esse diceret,) ex Atticis scriptoribus exempla ejus desidero. At vero reliquæ duæ hujus præp. constructiones, quibus vel gen. vel dat. pro dat. vel accus. habet, illorum scriptorum exemplis facile confirmari possunt. Sicut enim ὑπὸ πτέρυγος βάλε dicit Hom. pro ὑπὸ τὴν πτέρυγα, et ὑπ' ἀνθερεῶνος ἑλεῖν pro ὑπ' ἀνθερεῶνα, et ὑπαὶ νεφέων pro ὑπὸ τὰ νέφη, (nam ὑπαὶ non aliud est quam ὑπὸ,) sic ὑπὸ μάλης et ὑπὸ κόλπου Attice dici constat. Estque observatione dignum, quemadmodum præp. ἐπὶ cum gen. οἴκου potius quam cum alio constructionem suam apud Atticos mutat, ita ὑπὸ cum istis genitivis potius quam cum aliis suam apud eosdem mutare. Sed quamvis hos genitivos pro accusativis usurpari dixerim, non ignoro tamen et per dativos posse exponi : sicut ap. Hom. legitur κατακρύψας ὑπὸ κόπρῳ. Verum et hic l. ob alteram lectionem κόπρου, controversus esse potest; at ὑπὸ κόλπῳ legitur quidem sine controversia apud Eundem, sed hæc quoque constr. Attica censetur. Sicut enim ὑπὸ διδασκάλῳ εἶναι, (observa autem agi jam de tertia illa hujus præp. constructione,) et ὑπὸ στρατηγῷ τάττεσθαι Attice dicitur, sic ὑπὸ κόλπῳ Atticum esse tradit Eustath. Idem in Il. Δ, [45] : Αἳ γὰρ ὑπ' ἠελίῳ τε καὶ οὐρανῷ ἀστερόεντι Ναιετάουσι πόληες ἐπιχθονίων ἀνθρώπων, annotat pro ὑπὸ ἡλίῳ ut plurimum dici ὑφ' ἥλιον ab Homeri posteris : itidemque ὑπ' οὐρανὸν pro ὑπ' οὐρανῷ. Additque, Atticam esse hanc phrasin Homericam : sicut cum dicitur ὑπὸ διδασκάλῳ εἶναι, et ὑφ' ἡγεμόνι τάττεσθαι, et ὑπὸ σκότῳ πράττεσθαι. Idem denique in E, [313] : Ἥ μιν ὑπ' Ἀγχίσῃ τέκε βουκολέοντι, annotat hoc, ὑπ' Ἀγχίσῃ ἔτεκε, esse novum, construendo ὑπὸ cum dat. : et dictum esse ut ὑφ' ἡνιόχῳ εἰωθότι καμπύλον ἅρμα οἴσουσιν (quæ sunt Homeri verba eodem libro), Attica figura, ut alii dicunt ὑπὸ διδασκάλῳ τάττεσθαι. Hæc autem cum ita sint, ὑπὸ, ubi dat. pro gen. habet, poeticum potius ejus usum esse; at ubi dat. non pro gen., sed pro accus. habet, carmini cum soluta oratione communem esse dicemus.

CAPUT IV.

DE IIS, QUÆ ATTICI IN STRUCTURA ORATIONIS SIBI PECULIARIA HABENT.

Non solum construct. aliam quam ceteri nonnullis vocabulis tribuunt Attici, sed aliter quoque circa orationis structuram nonnulla innovant. Cujus rei illa primum exempla, quæ a Corintho afferuntur, excerpta recensebo : non totos tamen Articulos, sed quorundam initium duntaxat, brevitatis gratia, proferens.

Atticorum est, (inquit Artic. IX,) nominativum pro gen. accipere : ut εἰρημένον δ' αὐταῖς ἁπαντᾷν, pro εἰρημένου δέ. Et ap. Thuc. κυρωθὲν δὲ pro κυρωθέντος δέ.

Atticorum est, (inquit idem Artic. XV,) non respondere antecedentibus : ut Thuc. 3 : Καὶ εἰ μὲν συμβῇ ἡ πεῖρα· εἰ δὲ μὴ, κτλ.

Est hoc quoque novum generaliter et Atticum, (inquit Artic. XVII,) ut ap. Dem. : Ὑμεῖς δ' ὁ δῆμος κάθησθε ἐκνενευρισμένοι. Et Hom. : Ὡς φάσαν ἡ πληθύς.

Hi etiam et accusativo et recto utuntur, (ut tradit Articulo XXXIV,) pro obliqua constr. : ut Thuc. 8 : Ἀλλήλοις γὰρ ἅπαντες οἱ τοῦ δήμου ὑπόπτως προσήεσαν, ὡς μετέχοντά τινα τῶν γεγενημένων, pro ὡς μετέχοντός τινος.

Et pro participiis Attici verbis utuntur, (ut scribit Artic. XXXV,) et pro verbis vicissim participiis : ut Thuc. : Ὁ δὲ χρηματίσαιτο ἀφεὶς, pro ὁ δὲ ἀφῆκε χρηματισάμενος.

In feminino genere aliquid dicere consuevere, (annotat idem Artic. XLI,) inde inferre neutrum : non ad vocem, sed ad significatum respicientes : ut Hom. [Od. M, 75], Νεφέλη δέ μιν ἀμφιβέβηκε Κυανέη· τὸ μὲν οὔποτε λήγει· nam τὸ intulit ut ad νέφος relatum. Et Thuc. : Ἡ νόσος πρῶτον ἤρξατο γενέσθαι τοῖς Ἀθηναίοις, λεγόμενον μὲν καὶ πρότερον etc.

Et pro recto accusativum assumere, (addit Articulo LXIII,) ut Aristoph. Av. [1270] : Δεινόν γε τὸν κήρυκα τὸν παρὰ βροτοὺς Οἰχόμενον, εἰ μηδέποτε νοστήσει πάλιν· pro δεινόν γε εἰ μὴ νοστήσει πάλιν ὁ κήρυξ ὁ παρὰ βροτοὺς οἰχόμενος.

Atticum etiam pro obliquis uti nominativis, (inquit Artic. LXXVIII,) ut Aristoph. Ran. : Εἴ τις πτερώσας Κλεόκριτον Κινησίᾳ, Αἴροιεν αὖραι πελαγίαν ὑπὲρ πλάκα, pro τινὸς πτερώσαντος.

In quos Articulos vide quæ supra annotavi suis in singulos locis.

Hæc sunt quæ apud Corinthum sparsa, tanquam eodem (videlicet ad orationis structuram) pertinentia, colligenda censui : ut quæ illis adderem, facilius discernere posses. Non esse autem usquequaque vera pleraque eorum quæ istis Articulis adduntur, quædam vero et plane falsa, (cujusmodi est quod Articulo IX traditur, Atticorum esse et nomin. pro gen. accipere : cum eos non nomin., sed accus. substituere in genitivi locum constet; atque adeo in iis ipsis quos affert locis εἰρημένον et κυρωθέν, non pro nominativis, sed pro accusativis accipere necesse sit,) ex iis, quæ in singulos annotavi, cognosces. Antequam vero ad mea veniam, ex Bud. quoque aliqua huc pertinentia proferam, quæ huc pertinent : i. e. quæ alias, sed eodem pertinentes, observationes complectuntur. Ea tamen lege id faciam, ut si qua in iis sint, ubi ab illo dissentiam, minime dissimulem : aut si qua illis addi posse videantur, ea tibi non invideam.

Est etiam (inquit) illa locutio Atticorum compendiosa, quum obliquis casibus antecedentibus, oratio recto casu clauditur : ut ap. Greg. Naz. Εἰς τὰ Γενέθλια [Or. 38, p. 671, B] : Τέλος ἰσχυροτέρου δεῖται φαρμάκου ἐπὶ δεινοτέροις τοῖς ἀῤῥωστήμασιν, ἀλληλοφονίαις, μοιχείαις, ἐπιορκίαις, ἀνδρομανίαις· τὸ πάντων ἔσχατον τῶν κακῶν καὶ πρῶτον, εἰδωλολατρείαις, Et, quod omnium malorum primum et extremum est, idololatria, pro καὶ ὅ, τι ἐστὶ τὸ ἔσχατον. Adjungit ex Eodem et hoc exemplum [Or. 39, p. 687, A] : Ἰωάννης βαπτίζει, πρόσεισιν Ἰησοῦς, ἁγιάσων τυχὸν μὲν καὶ τὸν βαπτιστήν· τὸ δὲ πρόδηλον, πάντα τὸν παλαιὸν Ἀδὰμ ἵν' ἐνθάψῃ τῷ ὕδατι, Joannes baptizat, accedit Jesus, fortasse ut etiam ipsum Joannem sanctiorem reddat : certe quidem, id quod conspicuum est, omnem vetustum Adam ut aqua obruat. Alia autem exempla apud eum tibi videnda relinquo.

Idem alibi implicite constructæ orationis exempla affert, talem structuram pro Attica habens; scribit enim, Demosthenes etiam orationem implicite construere solet, ad venustatem sermoni conciliandam; ut Πρὸς Λεπτ. [p. 495, 20] : Καίτοι εἰ ἦν ἱερῶν ἀτέλειαν ἔχειν ταυτὸ καὶ λειτουργιῶν, τί τοῦτο μαθὼν προσέγραψε; Hic implicitum est μαθὼν cum duabus dictionibus quæ natura cohærent : hoc modo, τί μαθὼν τοῦτο προσέγραψε; Adjungit et istud ex Eodem [p. 506, 2] exemplum : Ἂν τις ἀμύνων τι πάθῃ τῇ δημοκρατίᾳ, τὰς αὐτὰς δώσειν δωρεὰς ἅσπερ Ἁρμοδίῳ καὶ Ἀριστογείτονι, Si quis tuendi popularis status causa mortem obierit. Et ex Or. c. Mid. [p. 526, 26] : Ἓν γὰρ μηδὲν [οὐδὲν] ἐστιν ἐφ' ᾧ τῶν πεπραγμένων οὐ δίκαιος ὢν ἀπολωλέναι φανήσεται, Nullum est enim eorum quæ ab eo perpetrata sunt, ob quod unum non dignus esse ipse morte videatur. Et rursus, Τοὺς ἄλλους ἀξιοῖς ὅ, τι σὺ βούλει σκοπεῖν, οὐκ αὐτὸς σκοπεῖς ὅ, τι μὴ λυπήσεις τοὺς ἄλλους ποιῶν, pro ὅ, τι ποιῶν μὴ λυπήσεις τοὺς ἄλλους, Non etiam animadvertis ipse quid te vitare oporteat ne aliis molestus sis. Ad verbum, Quidnam faciens, molestus aliis non eris. Et iterum, Οὐκ ἔσθ' ἐφ' ὅτῳ τῶν πεπραγμένων μόνος ἐγὼ ἠδίκημαι· i. e. οὐκ ἔστι τῶν πεπραγμένων οὐδὲν ἐφ' ὅτῳ etc. Rursum ex Orat. quæ πρὸς Λεπτίνην inscribitur, exemplum hoc habemus : Εἶτ' οὐκ αἰσχυνόμεθα, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοὺς τοῦ τοιούτου παῖδας εἰ, μηδεμίαν ποιησάμενοι τούτων μηδενὸς μνείαν, ἀφαιρούμενοι φανούμεθα τὴν δωρεὰν, μηδὲν ἔχοντες ἐγκαλέσαι; Recta enim structura erat, οὐκ αἰσχυνόμεθα εἰ τοὺς παῖδας τοῦ τοιούτου ἀνδρὸς ἀφαιρούμενοι φανούμεθα τὴν δωρεάν. Aristot. Polit. 3, de tyrannide loquens : Διόπερ ἀκούσιός ἐστιν· οὐδεὶς γὰρ ἑκὼν ὑπομένει τῶν ἐλευθέρων τὴν τοιαύτην ἀρχήν. At vero loci, quos his subjungit, alio pertinent, quamvis ipse non admoneat. Sed cum alio pertinere dico, intelligo esse et ipsos mutatæ quidem structuræ orationis, sed aliter mutatæ exempla. In eo autem versatur mutatio quod negativa particula, quæ uni verbo adhæret, alteri adhærere deberet. Aristot. [Pol.] 5, [c. 9, 8] de tyrannis loquens : Διὸ καὶ τοῖς ἐπιεικέσι πολεμοῦσιν ὡς βλαβεροῖς πρὸς τὴν ἀρχὴν, οὐ μόνον διὰ τὸ μὴ ἀξιοῦν ἄρχεσθαι δεσποτικῶς, ἀλλὰ καὶ διὰ τὸ πιστοὺς καὶ ἑαυτοῖς

καὶ τοῖς ἄλλοις εἶναι, Id ideo quod indignum censeant A se dominico imperio parere, h. e. διὰ τὸ ἀξιοῦν ἄρχεσθαι μὴ δεσποτικῶς. Illi exemplo subjungit istud ex Pausan. Cor. [2, 4, 9] : Καὶ ἀνάγκης καὶ βίας ἐστὶν ἱερόν· εἰσιέναι δὲ ἐς αὐτὸ οὐ νομίζουσι, i. e. νομίζουσιν οὐκ εἰσιέναι, Quo ingredi non licet instituto patrio. Ejusdem locum affert ex Messeniacis, ubi οὐκ ἠξίου exponit Indignabatur. Additque simile esse cum dicunt, οὐδὲν δέομαι pro Nolo; ut Isocr. Areop. Quibus verbis subjungit Demosthenis locum, qui non ad hoc loquendi genus pertinet, sed cum illo Pausaniæ loco convenit, ubi εἰσιέναι οὐ νομίζουσι, pro νομίζουσιν οὐκ εἰσιέναι dici vult. Locus ille ex Or. κατὰ Διονυσοδώρου petitus est, in quo scribit, Οὐκ οἴει δεῖν οὐδὲ τοὺς τόκους τοὺς γιγνομένους ἀποδοῦναι· eodem enim hic modo, οὐκ οἴει δεῖν ἀποδοῦναι dictum esse ait pro οἴει δεῖν οὐκ ἀποδοῦναι, Ne usuras quidem civiles censes te reddere oportere. At locus, quem his omnibus subjungit ex Aristot., non itidem negativæ particulæ, sed articuli trajectionem habet, quamvis eum ut similem adjungat, i. e. tanquam structuræ similiter mutatæ B exemplum : Φυσ. Ἀκρ. 4, [c. 14, 5] : Ὥστε τὸ λέγειν εἶναι τὰ γινόμενα τῶν πραγμάτων κύκλον, τὸ λέγειν ἐστὶ τοῦ χρόνου εἶναί τινα κύκλον, pro λέγειν ἐστὶ τὸ etc.

Antequam autem ab his ad alia exempla, quæ ab eo afferuntur, progrediar, quædam sunt de quibus lectorem admonere, meam de locis jam allatis sententiam exponendo, operæ pretium esse existimo. Dico igitur primum eodem ab illo referri, quæ ad diversa pertinent, i. e. quæ non ejusdem rei exempla sint, ab eo tamen afferri tanquam omnino similia sint. Nam si demus orationem implicite structam esse, ubi Dem. dicit, Τί τοῦτο μαθὼν προσέγραψε, pro τί μαθὼν τοῦτο προσέγραψε : itidemque implicitam esse orationem in aliquot locis qui sequuntur : at non implicitam similiter esse concedemus, ubi μὴ ἀξιοῦν ἄρχεσθαι pro ἀξιοῦν μὴ ἄρχεσθαι, itidemque εἰσιέναι οὐ νομίζουσιν pro νομίζουσιν οὐκ εἰσιέναι ponitur. Nam hi loci trajectionis particulæ exemplum duntaxat habent. Deinde controversa esse potest, meo quidem judicio, ejus expositio, in qua negationem a sua sede C in aliam transfert : quod nimirum minime necesse id esse videatur. Bud. itaque arbitror, cum hæc scripsit, repexisse ad illud genus loquendi, οὔ φημι et οὐ φάσκω pro Nego : quod Atticum esse uno omnes ore testantur. Verum in hoc loquendi genere alia quam in illis ratio est : siquidem locos in quibus οὔ φημι dicitur, exigere videmus ut pro Nego accipiatur : quod fieri non potest nisi negantem particulam sua sede moveamus. Relinquendo enim illi suam sedem, perinde fuerit ac si ita loqueremur, Non dico me hoc fecisse, pro Dico me hoc non fecisse. Sed pro Dico non, elegantius est et magis etiam Ciceronianum, Nego. Quod porro de illis locis dixi, μὴ ἀξιοῦν ἄρχεσθαι, et εἰσιέναι οὐ νομίζουσιν, idem fortassis et de μὴ προσποιεῖσθαι dici poterit. Scribit enim ille, (postquam οὔ φημι et μὴ φάσκω pro Nego poni docuit, itidemque μὴ λέγειν pro Negare,) similem esse usum negationis in hoc loquendi genere, μὴ προσποιοῦμαι : sonare enim Simulo non, quod sit pro Dissimulo : ut ap. Æschin. C. Ctes. : Ἐὰν δὲ μὴ προσποιῆται ὑμᾶς ἀκούειν, μηδὲ ὑμεῖς ἐκείνου ἐθέλετε ἀκούειν, Quod si verba hæc vestra Demosthenes audire se dissimulet. Thuc. [3, 47] : Δεῖ δὲ καὶ εἰ ἠδίκησαν, μὴ προσποιεῖσθαι, Oportet autem, etsi injuria nos affecerunt, dissimulare. Ego vero quamvis hanc interpretationem probem, ut Latini sermonis consuetudini accommodatam, tamen cum ad nostri consuetudinem respicio, non video cur particulam μὴ ab eo, cui adhæret, verbo sejungere debeamus. Nos enim pro Dissimulare dicimus *Ne faire semblant*, vel potius *Ne faire pas semblant* : quod Græcis omnino respondet. Siquidem ut *Faire semblant* est προσποιεῖσθαι, sic *Ne faire pas semblant* est μὴ προσποιεῖσθαι. Itaque verba illa Æschinis, Ἐὰν δὲ μὴ προσποιῆται ὑμᾶς ἀκούειν, ita verteremus, *Que s'il ne fait pas semblant de vous ouïr*. Sic in illo Thuc. loco, Δεῖ μὴ προσποιεῖσθαι, *Il n'en faut point faire semblant*. Subauditur autem infin. in illo Thuc. loco, qui ex proxime præcedente ἠδίκησαν accipi potest. Denique aut nihil esse necesse particulam negativam sua sede hic movere, aut in Gallico sermone non aliter quam in Græco movendam esse fateamur. Subjungit οὐκ ἀξιῶ, pro Indignum censeo, ex Thuc. [2, 89] : Ὑμᾶς, ὦ στρατιῶται, συνεκάλεσα, οὐκ ἀξιῶν τὰ μὴ δεινὰ ἐν ὀῤῥωδίᾳ ἔχειν. Cui loco similis est, licet longiusculo intervallo separatus, quem ex Aristot. Polit. 5 affert, (quem et antea cum aliis habuisti,) Διὸ καὶ τοῖς ἐπιεικέσι πολεμοῦσιν, ὡς βλαβεροῖς πρὸς τὴν ἀρχὴν, οὐ μόνον διὰ τὸ μὴ ἀξιοῦν ἄρχεσθαι δεσποτικῶς, ἀλλὰ καὶ διὰ τὸ πιστοὺς καὶ ἑαυτοῖς καὶ τοῖς ἄλλοις εἶναι. In hoc certe loco aliisque hujusmodi etiamsi μὴ ἀξιοῦν non negem vertendum esse Indignum censere, non video cur negativam particulam a verbo, cui juncta est, separare oporteat, eodem modo quo in οὔ φημι. Præsertimque in illo Thuc. loco, si ei aliam sedem tribuens, dicas, ἀξιῶν οὐκ ἐν ὀῤῥωδίᾳ ἔχειν τὰ μὴ δεινὰ, minus vehementiæ, mearum quidem aurium judicio, habebit oratio. Dixerim itaque potius μὴ ἀξιοῦν iis loquendi generibus annumerandum esse, de quibus disserui in iis quæ in XL Articulum Corinthi annotavi : præsertimque iis quæ negationem cum verbo habent : ut οὐ γήθησεν, Non lætatus est, pro Mœrore affectus est : et vicissim οὐκ ἐχολώσατο, Non succensuit, pro Lætatus est, Gavisus est. Sed minor etiam illic mutatio est : perinde videlicet ac si οὐκ ἄξιον pro ἀνάξιον diceretur.

Verum ut ad structuram orationis Attico more implicitam revertamur, cum exemplis, quibus primus datus fuit locus, conveniunt ista : ex Dem. : Ἐμὲ μηδὲν ἔχεις ἐφ' ὅτῳ τοῦτο ποιήσεις· ex Eodem in Or. quæ πρὸς Λεπτ. inscripta est : Ταῦτα τοίνυν αὐτοί τε ποιεῖτε ἵνα εὐορκῆτε, καὶ τοὺς προγόνους ὀργίζεσθε ἐὰν μή τις φῇ ποιεῖν. Significare enim voluit, καὶ ὀργίζεσθε ἐὰν μή τις φῇ τοὺς προγόνους ποιεῖν. Ad quem locum proxime accedit (quod ad structuræ καινοπρέπειαν attinet) iste ejusdem orationis, Εἶτ' οὐκ αἰσχυνόμεθα, τοὺς τοῦ τοιούτου παῖδας εἰ, μηδεμίαν ποιησάμενοι τούτων μηδενὸς μνείαν, ἀφαιρούμενοι φανούμεθα τὴν δωρεάν. Sententia enim hujus loci est (ut dictum fuit), οὐκ αἰσχυνόμεθα εἰ τοὺς παῖδας τοῦ τοιούτου ἀνδρὸς ἀφῃρημένοι φανούμεθα τὴν δωρεάν.

Alia autem exempla structuræ perplexe compositæ, quæ affert, et illis, qui Græce scribere in animum induxerint, ediscenda existimat, sunt ista. Ex Plat. : Ἃ δ' ἂν προστάττωσιν οἱ ἄρχοντες δίκαιον εἶναι τοῖς ἀρχομένοις ποιεῖν, ταῦτ' οὐχ ὁμολόγηται. Ex Demosth. : Ταῦτα μέν ἐστιν ἃ τούτου τοῦ νόμου διώκομεν ὡς οὐκ ἐπιτήδεια. Ex Eodem, Ἐρώτησον τουτουσὶ τὴν ὁποτέρου τύχην ἂν ἕλοιθ' ἕκαστος αὐτῶν, pro ὁποτέρου τὴν τύχην. Ex Aristot. Φυσ. Ἀκρ. 4 : Ἔστι δ' ὥσπερ τὸ ἀγγεῖον τόπος μεταφορητὸς, οὕτως ὁ τόπος ἀγγεῖον ἀμετακίνητον· dictum enim esse ἔστι δ' ὥσπερ τὸ ἀγγεῖον, pro ὥσπερ δ' ἐστὶ τὸ ἀγγεῖον. Subjungit ex Thucyd., Νῦν δὲ πρὸς μὲν τὰ ἀντειπεῖν δεῖ, τῶν δὲ ἔλεγχον ποιήσασθαι, pro πρὸς τὰ μέν. E Xenoph. (est autem locus Hierone [8, 3]), Ἴθι δὴ, ἐπαινεσάντων ἀμφοτέρων τὸν αὐτὸν, τὸν ποτέρου δοκεῖς ἔπαινον ἐξικνεῖσθαι μᾶλλον εἰς εὐφροσύνην; Ex Aristot. Probl. 5 : Διὰ τί πλείων δοκεῖ ἡ ὁδὸς εἶναι, ὅταν μὴ εἰδότες βαδίζωμεν πόση τις, ἢ ὅταν εἰδότες. Obiter autem nobis animadvertendum est, hunc Aristot. D l., quod ad structuram attinet, convenire non tam cum iis qui proxime præcedunt, quam cum iis tribus Demosthenis quorum modo mentionem feceram. At in Xenoph. loco, quem hic Aristotelis consequitur, τὸν ποτέρου ἔπαινον, omnino tale est quale ap. Dem. paulo ante, τὴν ὁποτέρου τύχην. Sed ad ceteros, qui adjiciuntur superioribus, locos venio. Plut. Demetrio [c. 38] : Εἶτα οὐκ ἂν, εἰπεῖν τὸν Σέλευκον, ἐπιδοίης; Ἐρασίστρατε, τῷ ἐμῷ παιδὶ φίλος ὢν τὸν γάμον; οὐδὲ γὰρ ἂν σὺ, φάναι, τοῦτο πατὴρ ὢν ἐποίησας, εἰ Στρατονίκης Ἀντίοχος ἐπεθύμησε· pro, εἰπεῖν δὲ τὸν Σέλευκον, ὦ Ἐρασίστρατε, τῷ ἐμῷ παιδὶ φίλος ὢν οὐκ ἂν ἐπιδοίης τὸν γάμον; Plato De rep. 6, [p. 506, D] : Μὴ πρὸς Διὸς, ἦ δ' ὅς, ὦ Σώκρατες, ὁ Γλαύκων, ὥσπερ ἐπὶ τέλει ὢν ἀποστῇς· Phædone [p. 70, D] : Ἀληθῆ, ἔφη, λέγεις, ὁ Σωκράτης, ὦ Κέβης· et [p. 73, B] : Εἰ δὲ μὴ ταύτῃ γε, ἔφη, πείθῃ ὦ Σιμμία, ὁ Σωκράτης, σκέψαι καὶ τὰ λοιπά. Adjicit et e Xenoph. Sympos. [3, 13] : Ἀλλὰ μὰ Δί', ἔφη, οὐκ ἐπὶ τούτῳ μέγα φρονῶ. Ἀλλ' ἐπὶ τῷ μήν; pro Ἀλλὰ μὴν ἐπὶ τῷ; Affert denique et ex Æschinis ad Senatum Athe-

niensem Epist., Ἀλλὰ τῆς στερεᾶς ἑλόμενός τι μικρὸν A φρούριον ἄμμου, κἀνταῦθα πριάμενος χωρία τοσούτων ταλάντων δυοῖν, ὅσων εἰκὸς ἦν τὸν Φιλίππου μὲν πρότερον, κτλ., pro πριάμενος χωρία δυοῖν ταλάντοιν, ὅσων εἰκὸς ἦν. Sic autem implicitæ orationis exempla ex Latino quoque sermone affert; et quidem ex Cic. scriptis. Cic. (inquit) hæc sæpe feliciterque æmulatus est, ut in tertio De oratore : Ex ingenti quodam oratorem immensoque campo in exiguum sane gyrum compellitis. Idem ibid., Paulum sitiens istarum artium, de quibus loquor, gustavi, quæstor in Asia cum essem. Idem, O magnam, inquit, artem, Brutus, si quidem istis, cum summi essent oratores, alteri altera defuit. Alibi, Veni, inquit, Athenas, Democritus : neque me ibi quisquam agnovit. Et Pro Cælio : Habuit enim ille permulta maximarum non expressa signa, sed adumbrata virtutum. Et in Philipp. : Tamen mihi videmini optima mente potestatem nobis de tota rep. fecisse dicendi. Idem alibi, Eoque magis, si plus adipiscare re explicata, boni, quam addubitata, mali. Et In Pisonem : Nihil scitote esse libidi- B nosius, nihil nequius. I. e. Scitote nihil esse. Quæ autem insuper exempla profert, apud eum videnda tibi relinquo. Hoc tantum addo, in nonnullis horum locorum videri esse quam grammatici nonnulli appellarunt σύγχυσιν, Quintilianus Mixturam verborum vocavit : non eam laudans ille quidem, sed potius, ut reliqua, quæ obscuritatem sermoni afferunt, vitandam esse censens. Ceterum in aliis quidem locis implicitam orationis structuram habentibus, priores suæ linguæ scriptores imitatus esse Cic. credi possit : at ubi ita loquitur, Noli, inquit, mirari, Africanus. Item, O magnam, inquit, artem, Brutus. Item, Veni, inquit, Athenas, Democritus : in his inquam, aliisque hujusmodi locis minime dubito quin Platonem imitari voluerit. Tale enim est apud hunc, Ἀληθῆ, ἔφη, λέγεις, ὁ Σωκράτης, ὦ Κέβης. Item, Εἰ δὲ μὴ ταύτῃ γε ἔφη πείθῃ, ὦ Σιμμία, ὁ Σωκράτης. Quibus similes alii sunt pene innumeri apud Eundem loci : at Xenophonti non itidem hæc orationis implicita structura placuit.

Interdum non tam structura dici potest perplexa (inquit), quam constructio variata : cum nomen a suo verbo ad aliud transfertur; ut Dem. : Ἑώρων γὰρ ἡμᾶς οἷα ἐσυκοφαντούμεθα ὑπὸ τούτων, i. e. ἑώρων οἷα ἡμεῖς κτλ. Verum de hac sermonis forma abunde disserui in iis, quæ in Artic. seu Tmemate LXIII, annotavi : cum videlicet accusativum a parte anteriori poni docui, ubi nominativus a parte posteriori ponendus esset. Sed cum interim verbo non alia quam sua, i. e. usitata, constructio tribuatur, nolim cum Budæo constructionem hic variatam esse dicere : ideoque structuræ malim quam constructionis variationem appellare.

Quod vero Idem tradit, in hoc loquendi genere ἐπειδὴ τάχιστα, et ὡς τάχιστα, et ὅταν θᾶττον, et ἐπεὶ εὐθέως, pro Simulatque, esse elegantem verborum ἀναστροφὴν, an Attica sit hæc ἀναστροφὴ, aut saltem ab Atticis orta, in dubium revocari potest.

Nunc tandem his, quæ ex illius Commentariis collegi, meas (sicut pollicitus sum) de Attica orationis D structura observationes adjuncturus, a Thuc. initium sumam. Quod ego non ita dico quasi hunc præcipue structuræ illius testem producere velim, sed potius quod ante omnia rationem reddendam putem cur id a me non fiat. Dico enim multa quidem et plura fortasse quam aliorum quenquam habere structuræ vel implicitæ vel aliter a consuetudine remotæ exempla : verum quoniam in toto suo sermone καινοπρεπείας affectatorem fuisse, atque in ea re mire sibi placuisse constat, multa in eo reperiri, quæ cum aliquis Atticis peculiaria existimaturus sit, Thucydidi potius peculiaria, i. e. Thucydidis (ut Græci vocant) Idiomata censenda sint. Cujus rei exempla etiam quædam meæ in Corinthum Animadversiones habent. Atque, ut omittam quæ de ejus charactere tradit Dionysius H., ipse etiam schol. alicubi καινῶν συντάξεων εὑρετὴν eum appellat; sed adjungens, Καὶ τῆς παλαιᾶς Ἀτθίδος ἐπιστήμονα. Quæ sic addere videtur quasi aliquam illarum καινῶν συντάξεων partem ex Attica lingua veteri hauserit. Sed pleraque sunt apud hunc schol. quæ auctoritatem ejus elevant, et ne magni judicium ejus faciamus vetant. Ac ne longe abeamus, quid in eo ipso loco dicat, expendamus. Verba sunt Thuc. 3, p. 94, [c. 37] : Οὐ σκοποῦντες ὅτι τυραννίδα ἔχετε τὴν ἀρχὴν, καὶ προσεπιβουλεύοντας αὐτοὺς καὶ ἄκοντας ἀρχομένους· οἳ οὐκ ἐξ ὧν ἂν χαρίζησθε βλαπτόμενοι αὐτοὶ, ἀκροῶνται ὑμῶν, ἀλλ' ἐξ ὧν ἂν ἰσχύϊ μᾶλλον ἢ τῇ ἐκείνων εὐνοίᾳ περιγένησθε. Quid igitur in hæc verba βλαπτόμενοι αὐτοὶ et proxime sequentia annotat ille schol.? Obscurus est locus, inquit : quoniam ab accusativo ad nominativum transiit, contra recepti sermonis consuetudinem. Debuerat enim βλαπτομένους et ἀκροωμένους dicere : verum hoc fecit ut καινῶν συντάξεων εὑρετὴς καὶ τῆς παλαιᾶς Ἀτθίδος ἐπιστήμων, i. e. ut Novarum structurarum orationis inventor, et veteris linguæ Atticæ peritus. Quis hic scholiastæ hujus judicium non miretur? vel potius, quis non judicium in eo desideret? Primum esse obscurum locum dicit, cum longe facilior sit aliis sexcentis, de quorum tamen obscuritate non itidem queritur. Deinde, βλαπτομένους et ἀκροωμένους ait debuisse dici, (servando videlicet usitatam orationis structuram,) pro βλαπτόμενοι et ἀκροῶνται. Atqui hoc non orationem bene struere, sed potius orationis structuram esset destruere. Age enim, βλαπτομένους pro βλαπτόμενοι, et ἀκροωμένους pro ἀκροῶνται repone, quomodo hujus sententiæ verba inter se cohærere poterunt? Verum antequam plura de hoc loco dicam, ejus interpretationem ex Valla, deinde meam proferam. Ita igitur ille eum vertit : Non considerantes, imperium quod habetis, esse tyrannidem, et eos qui parent, ad insidiandum intentos, et invitos parere : neque ob id vobis dicto audientes esse quod læsi, tamen eis veniam datis, sed quia viribus vestris potius quam ipsorum benevolentia superatis. Ita ille hunc l. reddens, sic à vera ejus sententia deflectit, ut tamen ab ea propius quam schol. absit. Hujus autem quam ridicula sit expositio, ubi meam interpretationem protulero, (cujus posteriorem partem ascriptam margini habet editio Latina Thucydidis, quæ ex mea Officina ante aliquot annos prodiit,) declarare, non inutile, aut certe non injucundum tibi fuerit. Ita igitur verti : Non considerantes dominatum vestrum tyrannidem esse, et quidem in eos qui vobis insidiantur et inviti parent : quos non sitis dicto audientes habituri per ea quæ illis magno vestro malo gratificati fueritis, sed per ea quæ potentia vestrâ potius quam illorum benevolentia obtinueritis. Sed possit hujus sententiæ pars posterior hoc quoque modo reddi, Qui non sese, ob vestram in ipsos indulgentiam cum damno vestro conjunctam, morigeros se præbent, sed quod per potentiam potius quam illorum benevolentiam superiores evaseritis. Vel, Sed quod potentia potius quam illorum benevolentia consecuti sitis ut superiores essetis. Ideo autem vito ablativos Potentia et Benevolentia cum comparativo Superiores, quod ambiguitas aliqua subesse possit, ita loquendo, Potentia potius quam illorum benevolentia superiores : quoniam dicimus etiam esse quempiam aliqua re superiorem alio. Nunc quid schol. ille de loci hujus expositione sentiat, vel potius quid somniet, videndum est. Βλαπτόμενοι (inquit) si pro ἀφιστάμενοι, et μὴ κατορθοῦντες ἃ προέθεντο ποιῆσαι, accipiatur, ἔχοι ἂν τὴν προκειμένην διάνοιαν· εἰ δὲ κατὰ τὸ ὀρθὸν δεχθείη, ἔχοι ἂν οὕτως, ὅτι βλαπτόμενοι αὐτοὶ ἐν τῷ ὑπήκοοι εἶναι, οὐκ ἐξ ὧν ἄρτι χαρίσησθε αὐτοῖς, ἀκροάσονται ὑμῶν, ἀλλ' ἐξ ὧν τῇ ἰσχύϊ περιγένησθε αὐτῶν· οὐδὲ γὰρ εὐνοίᾳ βούλονται ὑποτάσσεσθαι. In qua expositione cum alia peccare illum videmus, tum vero in eo quod βλαπτόμενοι non ad τοὺς χαριζομένους, sed ad illos qui ἀκροῶνται, refert. Verum si quæcunque dicit, illi concedamus, ne ita quidem ulla hujus orationis structura nobis apparebit : quam sequendo, βλαπτόμενοι pro βλαπτομένους et ἀκροῶνται pro ἀκροωμένους positum dicere possimus. Obiter autem et de hoc admoneo, in contextu Græco pro προσεπιβουλεύοντας leg. videri, καὶ πρὸς ἐπιβουλεύοντας, ut sit pro καὶ προσέτι.

Ac de hoc quidem loco satis : ad alios venio, in quibus σύνταξιν, (hoc enim vocabulum non tantum

pro ea, quam vulgo constructionem appellamus, sed etiam pro structura orationis accipit,) esse Thucydideam scribit, i. e. Thucydidi peculiarem. In quendam igitur libri secundi locum, quem habet initium paginæ 56 meæ ed. [2, 21], Ἀνεχώρησε πάλιν, ἐς τὸ πλέον οὐχέτι προελθών, vult σύνταξιν esse Thucydideam. Nota σύνταξιν (inquit), quoniam Thucydidea est. Quam σύνταξιν hic invenire quisquam possit a vulgaris sermonis consuetudine recedentem, sive Constructionem s. Structuram appellatione συντάξεως intelligat? Sed quoniam suspicor eum in fine periodi annotasse, quod tamen alio potius quam ad ultimam ejus partem pertinet, totum locum proferre satius fuerit. Ita igitur scriptum est ap. Thuc., incipiendo a fine paginæ 55: Ἀθηναῖοι δὲ μέχρι μὲν οὗ περὶ Ἐλευσῖνα καὶ τὸ Θριάσιον πεδίον ὁ στρατὸς ἦν, καί τινα ἐλπίδα εἶχον ἐς τὸ ἐγγυτέρω αὐτοὺς μὴ προϊέναι, μεμνημένοι καὶ Πλειστοάνακτα τὸν Παυσανίου, Λακεδαιμονίων βασιλέα, ὅτε ἐσβαλὼν τῆς Ἀττικῆς ἐς Ἐλευσῖνα καὶ Θρίωζε στρατῷ Πελοποννησίων, πρὸ τοῦδε τοῦ πολέμου τέσσαρσι καὶ δέκα ἔτεσιν, ἀνεχώρησε πάλιν, ἐς τὸ πλέον οὐχέτι προελθών. Cum jam totum illum locum habeamus, ubi Thucydideam illam σύνταξιν esse dicemus? Nullam certe hic Thucydidi peculiarem inveniri posse arbitror; sed cum ut alibi, ita hic quoque Thucydideam illum appellasse credibile sit, quæ quibuslibet Atticis scriptoribus cum Thucydide sit communis, aliquam saltem, quæ talis sit, quæramus. Imo vero jam invenisse illam mihi videor: in his videlicet verbis, Μεμνημένοι καὶ Πλειστοάνακτα ὅτε ἐσβαλὼν τῆς Ἀττικῆς ἐς Ἐλευσῖνα, ἀνεχώρησε πάλιν. Nam μεμνημένοι Πλειστοάνακτα ὅτε ἀνεχώρησε, nemo, ut opinor, mihi negarit dictum esse pro μεμνημένοι ὅτε Πλειστοάναξ ἀνεχώρησε, posito nimirum accusativo ab anteriore parte loco nominativi a posteriore. Verum tantum abest ut Thucydidea hæc orationis structura nominari possit, ut vix ulla omnibus Atticis scriptoribus sit frequentior. Neque enim quod in Articulum LXIII Corinthi annotavi de illo accusativi usu, ad ὁρῶ, aut αἰσθάνομαι, aut γινώσκω, aut φοβοῦμαι, aliudve hujusmodi verbum restringi putandum est: ideoque minime dubitare debemus quin μεμνημένοι Πλειστοάνακτα ὅτε ἀνεχώρησε, Atticum potius quam Thucydideum vocare oporteat: si quidem Atticum sit, ἑώρων ἡμᾶς οἷα ἐσυκοφαντούμεθα pro ἑώρων οἷα ἡμεῖς ἐσυκοφαντούμεθα: si Atticum sit, αἰσθήσεσθε τούτους ὅτι εἰσὶ βίαιοι pro αἰσθήσεσθε ὅτι οὗτοι εἰσὶ βίαιοι: si Atticum sit, γνώσεται τὸν Ἡσίοδον ὅτι ἦν σοφὸς pro γνώσεται ὅτι Ἡσίοδος ἦν σοφός: si Atticum sit, (quod aliquanto etiam audacius quam cætera dictum videri potest,) οἱ δηλοῦσι τοὺς κάμνοντας ὡς ἂν διαιτώμενοι ὑγιαίνοιεν, pro οἱ δηλοῦσιν ὡς ἂν διαιτώμενοι οἱ κάμνοντες ὑγιαίνοιεν: si denique Attice dicta sunt alia multa quæ ibi profero. Hæc autem cum ita sint, falso Thucydideam σύνταξιν ab illo appellari manifestissimum est. Sed quid si aliis potius verbis hanc σύνταξιν subesse censuerit? Equidem quænam illa esse possint, non video, atque adeo nullis eorum quæ hoc in loco habentur, quod scribit, melius convenire posse ajo, (ut interim convenire dicam non quod convenit, sed quod ille convenire existimavit;) quoniam tamen hic schol., (quæ est ejus plerumque vel incogitantia vel imperitia,) Thucydideam σύνταξιν aliis verbis subesse dixit, in quibus minus etiam quam in iis quæ protuli, verisimile id sit, quædam mihi de verbis istis, τῆς Ἀττικῆς ἐς Ἐλευσῖνα, dubitatio suboritur: ne videlicet ea sint, in quibus Thucydideam σύνταξιν constituit. Hanc autem dubitationem sive suspicionem auget, quod alibi ab eodem schol. scribitur. Siquidem in hoc l., qui extat 1, p. 35 [c. 111]: Ἐστράτευσαν τῆς Θεσσαλίας ἐπὶ Φάρσαλον, annotat cum Θεσσαλίας subaudiendum esse μέρος. Fortassis enim et illic ad gen. ἐλλειπτικῶς positum respiciens, et Thuc. sæpe ita loqui considerans, Θουκυδιδείαν σύνταξιν esse dixerit. Quod tamen prius de aliis verbis dixi, eum de illis hoc intellexisse, mihi fit magis verisimile. Addam et aliud Thucydideæ συντάξεως exemplum, hoc quidem schol. judice. In 4, p. 149 [c. 85]: Ἡμεῖς μὲν γὰρ οἱ Λακεδαιμόνιοι, οἰόμενοί τε παρὰ ξυμμάχους, καὶ πρὶν ἔργῳ ἀφικέσθαι, τῇ γοῦν γνώμῃ ἥξειν, καὶ βουλομένοις ἔσεσθαι, κίνδυνόν τε τοσόνδε ἀνερρίψαμεν, annotat, hæc verba βουλομένοις ἔσεσθαι Thucydideam syntaxin habere. Idemque et in alios plerosque hujus scriptoris locos annotare potuit, quippe qui non raro hoc genere loquendi utatur; ac ne longe abeamus, in paginæ proxime hanc præcedentis principio legitur itidem Βουλομένοις ἦν ἐκπέμψαι. Sed quamvis sæpe ita loqui hunc scriptorem fatendum sit, tantum abest ut Thucydidi peculiaris dicenda sit hæc sermonis formula, ut nullam magis inter se communem Atticos habere putem: etiamsi frequentiorem illi quam aliis esse concedatur: adeo ut eam imitans Tacitus, non Thucydidem magis quam alios Atticos imitari existimandus sit. Ceterum de hoc quoque lectorem obiter monendum censeo, eundem verbi substantivi usum cum aliis quoque nonnullis participiis inveniri: talemque esse eum ut eandem periphrasin (si quidem periphrastice dicitur ἦν μοι βουλομένῳ pro ἐβουλόμην) alio casu efferre non possint. Quapropter, quæcunque est in hoc sermone καινοπρέπεια, (sive Thucydidea sive generalius Attica vocari debeat,) minime circa σύνταξιν versatur: unde in eo quoque peccavit schol. quod σύνταξιν dixerit.

Sed quid hoc sibi vult? (dicet fortasse quispiam,) cum te de structuris orationis Thucydidi peculiaribus verba facturum pollicitus sis, eas contra, quas ejus schol. falso Thucydideas esse existimavit, profers. Imo vero multa quidem ap. eum reperiri dixi, quæ illi peculiaria potius quam cum Atticis communia sint; sed hujus rei exempla quædam meas in Corinthum Animadversiones habere, addidi; atque ita ad eas tacite te remisi. Si tamen et hic aliquod tibi repræsentari cupis, unum ex illo ipso schol. afferam, de quo non itidem ab illo dissentio, sed potius illi e parte assentior. In Thuc. igitur p. 33 [1, 103]: Οἱ δ' ἐν Ἰθώμῃ, δεκάτῳ ἔτει, ὡς οὐκέτι ἐδύναντο ἀντέχειν, ξυνέβησαν πρὸς τοὺς Λακεδαιμονίους ἐφ' ᾧ τε ἐξιᾶσιν ἐκ Πελοποννήσου ὑπόσπονδοι, καὶ μηδέποτε ἐπιβήσονται αὐτῆς, annotat, ἐφ' ᾧ τε ἐξιᾶσιν esse pro ἐπὶ τῷ ἐξιέναι: atque hic esse Thucydideum idioma. De hoc inquam loquendi genere per indicativum, ex parte illi assentior: quoniam cum ceteri infinitivo potius hic utantur, ille contra indicativo potius uti solet: itidem enim alibi [4, 41], Ἐφ' ᾧ οὔτε ἐξάξουσιν, οὔτε ἀποκτενοῦσιν· et alio l. [1, 113], Ἐφ' ᾧ κομιοῦνται, dixit. Interim tamen non ita Thucydideum hunc indicativi usum dicere ausim, ut apud alium quenquam extare negem. Esset enim e reliquorum numero excipiendus saltem Aristot. Ceterum cum extet Dionysii H. libellus in quo generaliter orationis Thucydideæ ἰδιώματα describuntur, non ea tantum, quæ ad structuram pertinent, inde quoque exempla petere poteris. Non dissimulabo tamen, esse nonnulla de quibus cum illo minime mihi convenit. Quorum e numero id est, (quamvis ad structuram peculiariter non pertineat, sed generaliter ad φράσεως ἐξάλλαξιν,) quod de usu numeri singularis pro plurali tradit; vult enim Thucydidis ἰδίωμα esse inter alia, numerum singularem pro plurali usurpare; affertque in exemplum hunc l., ex 6, p. 222 [c. 78]: Καὶ εἴ τῳ ἄρα παρέστηκε, τὸν μὲν Συρακούσιον, ἑαυτὸν δ' οὐ πολέμιον εἶναι τῷ Ἀθηναίῳ. Cum enim (inquit) Συρακουσίους et Ἀθηναίους significare velit, in utroque nomine singulari numero usus est. At ego singularem hic pluralis officio fungi fateor, sed hunc singularis usum peculiarem Thucydidi esse nego; siquidem et Dem. et Aristoph. (ut de aliis taceam) ita locutos esse comperio: hunc in Ach. [337] τὸν Λακεδαιμόνιον pro τοὺς Λακεδαιμονίους· illum Olynth. 1 [p. 15, 26] Παίονα et Ἰλλυριὸν pro Παίονας et Ἰλλυριούς, dicentem: Ἀλλὰ μὴν τόν γε Παίονα καὶ τὸν Ἰλλυριὸν, καὶ ἁπλῶς τούτους ἅπαντας ἡγεῖσθαι χρὴ αὐτονόμους. Nam hic Παίονα et Ἰλλυριὸν esse pro Παίονας et Ἰλλυριούς, præterquam quod satis aliunde manifestum est, ipsemet orator indicat, cum pag. præced. hoc plurali utitur. Hunc autem singularis pro plurali usum imitati sunt Latini, ut legimus ap. Virg. Æn. 6: Tu regere imperio populos, Romane, memento. Quin etiam ut τὸν πολέμιον dixit Thuc. significare volens Hostes, sic Latini quoque Hostem pro Hostibus dicunt: idque et nostra lingua imitatur. Illis porro Græcis vocabulis addi potest et ὁ βάρβαρος pro οἱ βάρβαροι. Sed quod

ad illum nominum ἐθνικῶν usum attinet, (qualia sunt ὁ Λακεδαιμόνιος, ὁ Παίων, ὁ Ἰλλυριὸς,) lectorem, antequam huic sermoni finem imponam, admonitum volo ne ap. Xen. eodem modo interpretetur ὁ Ἀσσύριος, ὁ Ἀρμένιος, ὁ Πέρσης : hæc enim ap. eum, Assyriorum, Armeniorum, Persarum regem significant : quemadmodum nostrate lingua dicentes *Le Turc* (i. e. Turcam) regem Turcarum seu imperatorem intelligimus. Cujus rei et in quadam mearum in ipsum Xen. Annotationum meminisse me existimo.

Verum ut de structura orationis dicere pergam (i. e. de iis quæ Attici scriptores circa illam innovarunt), et meas observationes præcedentibus adjungam, dico eundem illum criticum non minus falso inter Thucydidis idiomata transitum ab uno numero ad alterum recensere. Invenio enim cum apud alios, tum ap. Xen., numeri mutationem magis etiam audacem quam sit ea, cujus ille exemplum affert e Thuc. Habent autem et meæ in Xenophontem Annotationes aliquod ejus exemplum.

Hoc quoque non recte inter Thucydidis idiomata recenset, quod orationem ἀπὸ τοῦ σημαινομένου convertat πρὸς τὸ σημαῖνον, aut vicissim : veluti cum dicit, Τῶν δὲ Συρακουσίων ὁ δῆμος ἐν πολλῇ πρὸς ἀλλήλους ἔριδι ἦσαν· item, Λεοντῖνοι γὰρ ἀπελθόντων Ἀθηναίων ἐκ Σικελίας, μετὰ τὴν σύμβασιν, πολίτας τε ἐπεγράψαντο πολλοὺς, καὶ ὁ δῆμος ἐπενόει τὴν γῆν ἀναδάσασθαι. Sed de his locis dicam mox, ubi de Articulo XVII Corinthi disseram.

Quod vero attinet ad illa quæ Corinthus Articulo IX annotat, Atticorum esse accusativum pro genitivo accipere, (fingamus enim illum non nomin. dixisse, ut dixit, sed accus., ut dicere debuit,) scieudum est inveniri etiam locos qui utramque structuram habent : transeunte videlicet scriptore a genitivo qui est linguæ communis, ad accusat. qui est Atticæ, ut in Aristot. H. A. 4 : Ὡς οὐχ ὁμοίως φύσει τῆς διαλέκτου οὔσης καὶ τῆς φωνῆς, ἀλλ' ἐνδεχόμενον πλάττεσθαι.

Idem, in Articulo XVII, scribit esse novum generaliter et Atticum, ita loqui ut hic Demosthenes locutus est, Ὑμεῖς δ' ὁ δῆμος κάθησθε ἐκνενευρισμένοι· et Hom. Ὡς φάσαν ἡ πληθύς. Sciendum est autem hujus Atticismi (si quidem Atticorum hæc sunt) aliam item esse formam : cum videlicet nomen collectivum (cujusmodi sunt δῆμος et πληθὺς) in plurali quidem ponitur, sed nomen, aut articulus, aut participium diversi generis ei jungitur : ut ap. Thuc. 4, p. 144 [c. 71] : Αἱ δὲ Μεγαρέων στάσεις φοβούμεναι, οἱ μέν, μὴ τοὺς φεύγοντας σφίσιν ἐσαγαγὼν, αὐτοὺς ἐκβάλῃ· οἱ δὲ, μὴ αὐτὸ τοῦτο κτλ. Quod vero ad illud Dem. attinet, Ὑμεῖς ὁ δῆμος κάθησθε, nullo modo novum videri debet, cum Atticis scriptoribus sit usitatissimum. Quo magis miror Dionys. H. Thucydidis ἰδιώμασιν hoc anumerasse, quod dixerit τῶν Συρακουσίων ὁ δῆμος ἦσαν. Tale est certe ap. Xen. Hellen. 2, [2, 21] : Εἰσιόντας δ' αὐτοὺς ὄχλος περιεχεῖτο πολὺς, φοβούμενοι μὴ ἄπρακτοι ἦκοιεν. Quin etiam apud Latinos idem in iisdem vocabulis (i. e. quæ eandem signif. habent, et collectiva itidem sunt) fieri videmus. Ea sunt Populus et Turba : nec non in aliis, quæ collectiva itidem sunt, ut Exercitus, Equitatus, Peditatus. Exemplum autem, quod subjungit, a priore diversum est; cum enim dicis ὁ δῆμος ἐν πολλῇ ἔριδι ἦσαν, tunc nomini singularis numeri das verbum plurale : at dicens, Λεοντῖνοι πολίτας τε ἐπεγράψαντο πολλοὺς, καὶ ὁ δῆμος ἐπενόει τὴν γῆν ἀναδάσασθαι, tunc non itidem datur nomini δῆμος verbum pluralis numeri, respiciendo ad τὸ σημαινόμενον : sed ut singularis est numeri, ita verbum in singulari ponitur.

Alio autem modo, vel potius aliis duobus modis dicuntur Attici scriptt. ad τὸ σημαινόμενον, non ad τὴν φωνὴν respicere, sive τοῦ σημαινομένου, non τῆς φωνῆς rationem habere. In quo loquendi genere interdum τὸ νοητὸν dicitur a quibusdam, ubi alii τὸ σημαινόμενον dicunt. Atque (ut obiter grammaticorum et scholiastarum sermoni assuescas) interdum simpliciter dicitur πρὸς τὸ σημαινόμενον vel πρὸς τὸ νοητὸν ἀποδιδόναι : (et vocabulum, quod subjungitur, dicunt ἀποδίδοσθαι πρὸς τὸ σημαινόμενον, vel καταλλήλως ἔχειν sive κατάλληλον εἶναι πρὸς τὸ σημαινόμενον, contra vero ἀκαταλλήλως ἔχειν πρὸς τὴν φωνὴν, aut ἀκατάλληλον εἶναι :) interdum etiam brevitatis majoris causa, non addito verbo dicunt, πρὸς τὸ σημαινόμενον, vel πρὸς τὸ νοητόν : ut exemplis confirmabo antequam huic sermoni finem imponam. Verum ut ad duos illos quos dixi modos veniam, prior a Corintho exponitur, Articulo LXI : Καὶ θηλυκῶς τι λέγειν εἰώθασιν, εἶτα ἐπάγειν οὐδέτερον, οὐ πρὸς τὴν φωνὴν ἀποδιδόντες, ἀλλὰ πρὸς τὸ σημαινόμενον· ut Hom., Νεφέλη δέ μιν ἀμφιβέβηκε Κυανέη, τὸ μὲν οὔποτε λήγει· nam τὸ intulit ut ad νέφος relatum. Sic Thuc., cum dixisset, Ἡ νόσος πρῶτον ἤρξατο γενέσθαι τοῖς Ἀθηναίοις, intulit, Λεγόμενον μὲν καὶ πρότερον κτλ., respiciens ad νόσημα. Hæc Corinthus, cui suum hunc modum, i. e. quem Atticum esse dicit, ita relinquo, ut penes eum fidem ejus esse velim. Ad Hom. enim quod attinet, ex eo testimonia Atticismi peti nequaquam possunt, nisi et scriptorum solutæ orationis accedant, ut alibi dixi. Alioqui certe in exemplum afferri et alius ejusdem poetæ locus potuit, omnino similis, i. e. in quo itidem a feminino genere ad neutrum transit. Is extat Il. E, [140] ubi cum dixisset εἰροπόκοις ὄϊεσσι genere feminino, subjungit, duobus versibus interjectis, τὰ δ' ἐρῆμα φοβεῖται, cum debuisset dicere αἱ δὲ ἐρῆμαι φοβοῦνται, sc. ὄϊες : sed illud neutrum ἐρῆμα ad ποίμνια, vel πρόβατα, vel θρέμματα, retulit, quorum neutrorum unumquodque eandem cum illo feminino signif. habet. Jam vero si demus Atticam esse mutationem istam, quæ fit a neutro ad femininum, cur non Attico sermoni eam quoque ascribemus, quæ vicissim a feminino genere fit ad neutrum? Cujus exemplum ap. eundem poetam extat, Il. B, ubi cum dixisset ὀρνίθων πετεηνῶν ἔθνεα πολλὰ, subjunxit tertio post versu, ἀγαλλόμεναι πτερύγεσσι, non ad vocem ἔθνεα, quæ præcessit, respiciens, sed ejus signif. intuens, i. e. non quale sit hoc nomen et cujus generis, considerans, sed ejus rei duntaxat, quæ illa significatur, rationem habens : id autem est ἀγέλαι : metaphorice enim ἔθνεα vocantur αἱ ἀγέλαι. Locus integer est hic, circa finem Il. B, i. e. paulo ante illam partem, quæ Bœotia, sive Catalogus Navium appellatur [459] : Τῶν δ' ὥστ' ὀρνίθων πετεηνῶν ἔθνεα πολλὰ, Χηνῶν, ἢ γεράνων, ἢ κύκνων δουλιχοδείρων, Ἀσίῳ ἐν λειμῶνι, Καϋστρίου ἀμφὶ ῥέεθρα, Ἔνθα καὶ ἔνθα ποτῶνται ἀγαλλόμεναι πτερύγεσσι, Κλαγγηδὸν προκαθιζόντων. Verum cum levis sit ex ἀγγαλλόμενα in ἀγαλλόμεναι mutatio, et versus non minus admittat illud ἀγαλλόμενα neutrum, quod cum ἔθνεα neutro καταλλήλως ἔχει, quam femininum ἀγαλλόμεναι, quod contra est ἀκατάλληλον : cur non Hom. illud potius quam hoc scripsisse credamus? Ita certe de hac re statuendum est (meo quidem judicio), poetas, præsertimque Græcos, sæpe quidem multa καινοπρεπῶς efferre, a sermonis consuetudine recedentes, ut metro serviant, et legi carminis obtemperent : sed iis, quæ illa necessitate coacti et excogitarint et usurparint, interdum etiam ubi nulla necessitas cogit, solere uti. Quod certe hoc de loco dicendum fuerit : alioqui si lectionem istam ἀγαλλόμενα rejiciamus eo solo nomine, quod versus alteram illam recipere possit, multæ alibi itidem lectiones repudiandæ fuerint, quæ tamen omnium Codd. consensu probantur. Atque adeo, ut exemplum ex alio ejusdem poetæ loco afferam, in quo eadem est omnino sermonis καινοπρέπεια, si ἀγαλλόμενα illam ob causam reponere vellemus, cur non itidem ubi dicit poeta, φάλαγγες ἑλπόμενοι, pro hoc scrib. esse ἑλπόμεναι diceremus? Huc accedit cum aliorum tum Eustathii auctoritas, de hac structuræ innovatione disserentis, neque ullius exemplaris, quod ἀγαλλόμενα habeat, mentionem facientis : sed tantum addentis, quosdam veterum ὑπομνηματιστῶν testari Aristarchum ἀγαλλόμενα scripsisse, ἀκολούθως τῷ ἔθνεα. Quibus ex verbis perspicere possumus, hos quoque ὑπομνηματιστὰς veteres non aliam lectionem quam hanc ἀγαλλόμεναι in iis quæ viderint exemplaribus invenisse; alioqui enim non Aristarcho soli alteram lectionem ascripsissent, sed codicis alicujus testimonium adjecissent. Accedit et Plutarchi auctoritas (si modo is est auctor opusculi Περὶ τοῦ βίου καὶ τῆς ποιήσεως τοῦ Ὁμήρου), hunc itidem l. in exemplum τῆς

ἐναλλάξεως τῶν γενῶν afferentis. Sed et meum exemplar, (si qua et ejus auctoritas esse debet ob magnam vetustatem, et ob alios locos ex quibus ejus fides perspecta atque explorata est,) ἀγαλλόμεναι habet. Sed cur ad hujus lectionis confirmationem tam multa? quoniam quamvis hæc ita sint, in quibusdam typographicis editt. alteram pro hac repositam fuisse video: et quosdam meam ed., quæ istam habet, ex illarum fide hoc in loco emendare voluisse scio. In ea autem potissimum ed., cujus margini brevia scholia sunt adjuncta, mira videri debet altera illa lectio: quippe quam ipse scholiorum auctor refellat; cum enim ibi contextus habeat ἀγαλλόμενα, in illis scholiis contra legitur ἀγαλλόμεναι, et exponitur χαίρουσαι. Ceterum cum et Plut. (cujus modo memini) de hac structuræ innovatione disserat, ac duos ipse quoque ejus modos constituat, (cum alii contra hujus exempla permisceant,) operæ pretium fuerit ejus verba proferre. Sæpe etiam, (inquit, de Homero loquens,) metri causa genus unum pro alio ponit, (nisi velis ἐναλλάσσει τὰ γένη, magis ad verbum reddere, Permutat genera,) ut hic [Od. O, 125], Δῶρόν τοι καὶ ἐγὼ, τέκνον φίλε, τοῦτο δίδωμι. Siquidem τέκνον nomen est neutrius generis: subjunxit autem masculinum φίλε, ad personam sermonem dirigens. Simile est quod Dione Veneri dicit [Il. E, 382], Τέτλαθι, τέκνον ἐμὸν, καὶ ἀνάσχεο, κηδομένη περ. Ab eadem analogia pendet et illud [Od. Λ, 90], Ἦλθε δ' ἐπὶ ψυχὴ Θηβαίου Τειρεσίαο Σκῆπτρον ἔχων. Siquidem ἔχων non ad ψυχὴν, sed ad genus corporis (i. e. ad Tiresiam) accommodavit. Sæpe enim non verbis, sed iis quæ illa significant, respondet, ut hoc in loco [Il. Π, 280]: Πᾶσιν ὀρίνθη θυμός· ἐκίνηθεν δὲ φάλαγγες Ἑλπόμενοι παρὰ ναῦφιν ἀμύμονα Πηλείωνα. Siquidem ἑλπόμενοι non ad phalanges refertur, sed ad viros e quibus phalanges constant. Verum et alio modo genera immutat, ut cum dicit, Νεφέλη δέ μιν ἀμφιβέβηκε Κυανέη, τὸ μὲν οὔποτ' ἐρωεῖ. Quoniam enim synonyma sunt νεφέλη et νέφος, cum prius dixisset, νεφέλην, subjunxit neutrum νέφος. Similes autem illis sunt et isti versus, Τῶν δ' ὥστ' ὀρνίθων πετεηνῶν ἔθνεα πολλὰ, Χηνῶν ἢ γεράνων, ἢ κύκνων δουλιχοδείρων, Ἔνθα καὶ ἔνθα ποτῶνται ἀγαλλόμεναι πτερύγεσσι. Cum enim usus esset generali avium nomine, quod neutrius generis est, deinde in feminino genere adjecisset specierum nomina, rursum neutro genere subjunxit, Κλαγγηδὸν προκαθιζόντων, reddens illi avium nomini generali, quod cum eo congruebat. Hæc sunt quæ ibi Plut. de hoc structuræ genere disserit. Ubi cum dicit poetam participium ἔχων, (in his verbis, ψυχὴ σκῆπτρον ἔχων,) non ad nomen ψυχὴ, sed ad genus corporis accommodasse, i. e. ad Tiresiam: genus corporis appellat genus illius, cujus est corpus. Tiresias enim, cujus est corpus, masculini est generis: adeo ut pro eo quod ante dixit, Πρὸς τὸ πρόσωπον ἀποτείνας τὸν λόγον, dici non minus possit, πρὸς τὸ γένος τοῦ σώματος ἁρμόσας τὸν λόγον. Interim autem hæ loquendi formulæ observatione dignæ sunt: nec non quod sequitur, Οὐ πρὸς τὸν λόγον, ἀλλὰ πρὸς τὸ σημαινόμενον ποιεῖται τὴν ἀπάντησιν· quod perinde est ac si ita locutus esset, χρῆται ὀνόματι οὐ πρὸς τὸν λόγον, ἀλλὰ πρὸς τὸ σημαινόμενον ἁπαντῶντι, Utitur vocabulo quod non orationi, (intellige autem Ipsi orationis structuræ,) sed ei, quod significatur, respondet. Vel, Quod non convenit aut congruit cum oratione etc. Est certe obiter animadvertendus et hic verbi ἁπαντᾶν usus, (si quidem ποιεῖσθαι τὴν ἀπάντησιν nihil aliud est quam ἁπαντᾶν,) qui et ap. Porphyrium in eadem re extat, Quæst. 7; siquidem in illo ipso loco, Νεφέλη δέ μιν ἀμφιβέβηκε Κυανέη· τὸ μὲν οὔποτ' ἐρωεῖ, dicit Homerum ἀπηντηκέναι πρὸς τὸ σημαινόμενον. In sequentibus autem ἀπόδοσιν et ἀναφορὰν appellat illam ἀπάντησιν. Cui verbi ἁπαντᾶν signif. affinis est ea, quam ap. Synes. habet, (licet in re diversa,) Epist. 102: Ὦ τὴν διὰ λόγων τραφέντι καὶ αὐξηθέντι τὰ παρὰ τῆς τύχης οὐχ ἁπαντᾷ κατὰ λόγον. Hactenus Plutarchi verborum sensum examinasse sit satis. Quod autem dicit poetam metri causa (i. e. ut metro serviat) genera permutare, id ubique verum non comperiri, docui in præcedentibus. Sed et inter eos quos ipse affert locos illi duo sunt, de quibus illud dici non posse ostendi: cum in uno non minus ἑλπόμεναι, quam ἑλπόμενοι, in altero non minus ἀγαλλόμενα quam ἀγαλλόμεναι versus admittat. Jam vero quod ad exemplum illud attinet, in quo νεφέλη præponitur, sequente articulo τὸ tanquam præcedente νέφος: apte huic exemplo addidisset Plut. ex eodem poeta illud quod antea protuli, ubi feminino ὅϊες subjungitur itidem neutrum ἐρῆμα: adjicere etiam potuisset ex eodem poeta aliud, in quo vicissim præcedente neutro subjungitur femininum, Il. A, [53]: Ἐννῆμαρ μὲν ἀνὰ στρατὸν ὤχετο κῆλα θεοῖο, Τῇ δεκάτῃ δ' ἀγορήνδε καλέσσατο λαὸν Ἀχιλλεύς. Hic enim non dixit τῷ δεκάτῳ, referendo ad vocem ἦμαρ, sed τῇ δεκάτῃ, perinde ac si usus fuisset voce ἡμέρα. Observandum est etiam, hanc ἐνάλλαξιν ab illo non vocari Atticam, sed potius pro poetica eam illum habere videri. Est tamen Atticis scriptoribus familiaris una harum ἐναλλάξεων species, sive unus modus, (quoniam duos ejus modos antea constitui, sicut et Plut. τρόπους vocat,) is videlicet, quo τέκνον φίλε ab Hom. dicitur, et ψυχὴ σκῆπτρον ἔχων, et βίη Ἡρακληείη πέρασας ἄστεα πολλὰ, Il. B, [660]; itidemque [Λ, 689]: Ἐλθὼν γὰρ ἐκάκωσε βίη Ἡρακληείη· ubi diversorum generum vocabula non in diversis orationis membris ponuntur, sed in uno eodemque, atque ita ut conjuncta sint: nec quævis vocabula, sed quæ de persona dicuntur. Dem. [p. 281, 23]: Οὓς σὺ ζῶντας μὲν, ὦ κίναδος, κολακεύων παρηκολούθεις, τεθνεῶτας δ' οὐκ αἰσχύνῃ κατηγορῶν. Ut autem hic legimus κίναδος sing. numeri cum masculinis participiis κολακεύων et κατηγορῶν, (quæ oratio talis est qualis illa τέκνον φίλε,) sic plur. κινάδη cum masc. itidem habemus in isto Dinarchi loco, Or. c. Demosth. [p. 95, 19]: Ἐκεῖνοι ἦσαν, ἐκεῖνοι, ὦ Ἀθηναῖοι, ἄξιοι σύμβουλοι καὶ ἡγεμόνες ὑμῶν καὶ τοῦ δήμου· μὰ Δί', οὐ τὰ τοιαῦτα κινάδη, οἳ πεποιήκασι μὲν οὐδὲν οὐδὲ πράξουσιν ἀγαθὸν ὑπὲρ τῆς πόλεως. His in Il. neutrum cum masculino habemus, sicut et in illis Anacreontis versiculis, quibus nihil venustius fingi potest: Ἀνὰ δ' εὐθὺ λύχνον ἄψας Ἀνέωξα· καὶ βρέφος μὲν Ἔσορῶ, φέροντα τόξον, Πτέρυγάς τε καὶ φαρέτρην. Nisi propter μὲν putemus φέροντα in φέρον δὲ mutari debere; perinde ac si diceret, βρέφος μὲν, ἀλλὰ βρέφος ὃ ἔφερε τόξον. Sed ut ad plur. numerum redeam, ut in illo Dinarchi loco legimus κινάδη οἳ, sic Synes. Ep. ad Fratrem: Οἱ μὲν ἐντελεῖς μυραίνας τε καὶ καράβους εὐμεγέθεις αἱροῦντες, τὰ δὲ μειράκια, κωβίοις εὐτυχεῖς καὶ ἰούλοις.

Antequam autem a neutrius generis cum masculino copulatione discedam, commodum mihi venit in mentem vocabuli cujusdam, quod veluti prærogativam quandam habet; aut saltem in cujus usu majorem sibi licentiam permittunt Græci quam in aliis. Loquor de vocabulo παιδικά: quod non solum generi diverso, sed diverso etiam numero jungitur. Sic ap. Plat. legimus τὰ παιδικὰ εὐδαίμων ἑσόμενος, et τὰ παιδικὰ ἐρασθέντα τυραννίδος· item τὰ παιδικὰ ἄγαμον, ἄπαιδα, ἄοικον. Xen. autem Hier. [1, 35] videtur duobus modis hoc nomine esse usus: Παρὰ δὲ παιδικῶν βουλομένων ἥδισταί, οἶμαι, αἱ χάριτές εἰσιν· εὐθὺς γὰρ παρὰ τοῦ ἀντιφιλοῦντος ἡδεῖαι μὲν αἱ ἀντιβλέψεις, κτλ. Si enim ἀντιφιλοῦντος ad παιδικὰ referatur, genitivum παιδικῶν priore quidem loco et suo numero et suo generi junxerit, posteriore autem, nec suo numero nec suo generi. Sed non minus recte dicetur fortasse παρὰ τοῦ ἀντιφιλοῦντος generaliter de quolibet dici ὃς ἀντιφιλεῖ: ut hæc verba, Εὐθὺς γὰρ παρὰ τοῦ ἀντιφιλοῦντος ἡδεῖαι μὲν αἱ ἀντιβλέψεις, ἡδεῖαι δὲ αἱ ἐρωτήσεις, ἡδεῖαι δὲ αἱ ἀποκρίσεις, ἥδισται δὲ καὶ ἐπαφροδιτόταται αἱ μάχαι τε καὶ ἔριδες, per parenthesin interjecta sint: quoniam sequitur, Τὸ δὲ ἀκόντων παιδικῶν ἀπολαύειν· quæ respondent illis, Παρὰ παιδικῶν βουλομένων ἥδισταί αἱ χάριτες εἰσίν. Quoniam autem dixi huic vocabulo παιδικὰ hanc esse veluti prærogativam, objiciet aliquis fortasse, inveniri itidem ὄχλος et δῆμος, aliaque hujusmodi nomini seu participio et diversi numeri et diversi generis copulata: ut videlicet habuimus ex Demosth. ὁ δῆμος ἐκνενευρισμένοι: cui simile est ap. Xen. ὄχλος φοβούμενοι, Hell. 2, [2, 21]: Εἰσιόντας δ' αὐτοὺς ὄχλος περιεχεῖτο πολὺς, φοβούμενοι μὴ ἄπρακτοι ἦκοιεν. Quin etiam legimus τὸ στρατιωτικὸν τιμηθησομένους, aliaque his similia. Sed respondeo, non eandem illius nomi-

nis παιδικὰ et horum esse rationem : quoniam hæc, A quatenus nomina sunt συλληπτικὰ (quæ Latini Collectiva vocant), in plur. numerum resolvi possunt, utpote pluralis signif. habentia. Quod etiam sciendum de πλῆθος, χορὸς, στρατὸς, aliisque id genus. Ut autem ab his collectivis nominibus ad neutra redeam, quæ nomini diversi generis junguntur, sciendum est inveniri quædam uno eodemque in loco duplicem, ut ita dicam, copulationem habentia, i. e. quæ cum duobus vocabulis copulantur, quorum unum neutrius itidem, alterum vel masculini vel feminini est generis. Exemplum afferam ex Luciano [De hist. scr. c. 13]: Ὥσπερ οἱ ἄμορφοι τῶν ἀνθρώπων, καὶ μάλιστά γε τὰ γύναια, τοῖς γραφεῦσι παρακελευόμενα ὡς καλλίστας αὐτὰς γράφειν. Ut enim uniformis esset oratio, dicendum fuisset παρακελευόμεναι, cum sequatur καλλίστας αὐτάς. Sed neutrum genus missum tandem faciens, et ad femininum veniens, dico, ut ea, quæ attuli, similia sunt illi Homerico τέκνον φίλε, sic his Ejusdem, ψυχὴ σκῆπτρον ἔχων, et βίη Ἡρακληείη ἐλθὼν, simile esse μιαρὰ κεφαλὴ ἐξεληλυθὼς ap. Dem. [p. 552, 22] : Καὶ B ταῦτ' ἔλεγεν ἡ μιαρὰ καὶ ἀναιδὴς κεφαλὴ, ἐξεληλυθὼς τῇ προτεραίᾳ παρὰ Ἀριστάρχου. Latini porro in neutro libertatem illam Atticorum sibi permiserunt, aut certe aliquam illius partem; in feminino autem an sibi permiserint, dubito. Neutrius quidem certe masculino juncti exemplum est in nomine Scelus ap. Terent., non semel. Legimus enim in Andria, Ubi illic scelus est qui me perdidit? ubi Donatus annotat, ad intellectum, non ad verba redegisse : et esse figuram σύλληψιν per genera : ut ap. Virg., Pars in frusta secant. Additque, Sed hic figura est per numeros; nam quia Scelus, Scelestus intelligitur, subjunxit Qui, non Quod. Legimus ap. eund. Comicum in eadem comœdia, Scelus quemnam hic laudat? Ubi idem grammaticus, Non est hic solœcismus (inquit); ad sensum enim, non ad verba respexit : etenim propter sensum verba sunt, non propter verba sensus. Sed quod in illum præcedentem locum annotat, esse σύλληψιν, veluti cum dicit Virg., Pars in frusta secant, admitti non potest. Pars enim nomen C est συλληπτικὸν, non item Scelus. Rectius itaque alibi αὔξησιν esse ait : ut in hunc Eunuchi versum, Quin etiam insuper scelus, postquam ludificatus est virginem, Αὔξησις est, inquit; plus enim est Scelus quam Scelestus. Hæc ille, in quibus ei potius assentior : ut videlicet ita vocetur aliquis Scelus, ut Martialis Zoilum vocat Vitium : in hoc pentametro, Non vitiosus homo es, Zoile, sed vitium. Sic aliquem dicimus esse Perniciem vel Pestem, qui sit Perniciosus vel Pestifer. Sed vocabulum illud Scelus in memoriam mihi revocat Græcum κάθαρμα, quod itidem neutrum cum sit, de Homine scelesto dicitur, itidemque alicubi masculino junctum invenitur.

Alio insuper modo genus unum pro alio ponitur in relativis : ut Λόγοι μέν εἰσιν ἓν ἑκάστοις ἡμῶν ἃς ἐλπίδας ὀνομάζομεν, ap. Plat. Philebo, pro λόγοι οὓς, etc. Quale illud [Sallustii Cat. 55] ap. Latinos grammaticos, Est locus in carcere quod Tullianum appellatur.

Jam vero ut hæc, sic et alia in Attica orationis D structura sunt σολοικοφανῆ. Si enim σολοικοφανὲς est cum genus generi non redditur, itidem certe cum numerum numero, casum casui non reddunt. Sed antequam et horum exempla proferam, lectorem admonebo, quæ σολοικοφανῆ sunt, posse tamen esse ἀσολοίκιστα : ut ap. Il. B, βίη Ἡρακληείη πέρσας ἄστεα πολλὰ, est σχῆμα καινὸν (inquit Eust.), βίη Ἡρακλέος πέρσας ἄστεα πολλὰ, καὶ ὡς εἰπεῖν σολοικοφανές. Estque illi simile, (addit,) ψυχὴ Τειρεσίου σκῆπτρον ἔχων· ut enim hic ἔχων relatum fuit non ad τὸ λεγόμενον, sc. ψυχὴ Τειρεσίου, sed ad τὸ νοούμενον, (quoniam νοεῖται Tiresias cum dicitur ψυχὴ Τειρεσίου, qui etiam ἀσολοικίστως dicetur ἔχων σκῆπτρον,) ita hic βίη Ἡρακλέος est Ἡρακλῆς : qui etiam dicitur πέρσας ἄστεα πολλά. Numerus igitur interdum non redditur σολοικοφανῶς itidem, sed tamen ἀσολοικίστως, cum ab aliis, tum a Soph., ut in Antig. p. 242 meæ ed. [708] : Ὅστις γὰρ αὐτὸς ἢ φρονεῖν μόνος δοκεῖ, Ἢ γλῶσσαν ἣν οὐκ ἄλλος ἢ ψυχὴν ἔχειν, Οὗτοι διαπτυχθέντες ὤφθησαν κενοί. Sic in isto Ajacis loco p. 44 [726] : Κοῦτις ἔσθ' ὃς οὐ Τὸν τοῦ μανέντος κἀπιβουλευτοῦ στρατοῦ Ξύναιμον ἀποκαλοῦντες, ubi schol. morem Atticum esse tradit, singularibus pluralia subjungere, et vicissim. Xen. Apomnem. 2, p. 433 [c. 3, 2] : Θαυμαστὸν δὲ καὶ τοῦτο, εἴ τις ἡγεῖται, itidemque κέκτηται, et ἔχει, et δύναται : deinde, Ἐπὶ δὲ τῶν ἀδελφῶν τὸ αὐτὸ τοῦτο ἀγνοοῦσι. Quin etiam in uno eodemque orationis membro hic ab uno numero ad alterum transitus invenitur; interdumque a singulari ad pluralem transit scriptor, et a plurali ad singularem redit; ut in Cyrop. 1, p. 21 [c. 6, 40] : Πρὸς δ' αὖ τὸν λαγὼ, ὅτι μὲν ἐν σκότει νέμεται, τὴν δ' ἡμέραν ἀποδιδράσκει, κύνας ἔτρεφες, et paucis interjectis, Εἰ δὲ καὶ ταύτας ἀποφύγοιεν, τοὺς πόρους αὐτῶν ἐκμανθάνων, κτλ., tandemque ad singularem revertendo, ἵνα ἐν τῷ σφόδρα φεύγειν αὐτὸς ἑαυτὸν ἐμπίπτων ἐνέδου.

Mutationis autem casus, i. e. transitus ab uno casu ad alium, exemplum habemus in isto Isocr., politi alioqui scriptoris, l. : Συνίσασι γὰρ τοῖς μὲν διὰ φιλοπραμοσύνην ἐμπείροις τῶν ἀγώνων γεγενημένοις, τοὺς δὲ ἐκ φιλοσοφίας ἐκείνων τῶν λόγων ὧν ἀρτίως προεῖπον, τὴν δύναμιν εἰληφότας. Hic enim a dativo ad accusativum transiri videmus. Theophr. C. Pl. 2 : Ἀλλ' ὅταν μὲν ὦσι νότιαι, διϋγραίνονταί τε καὶ ἀσθενέστεραι γίνονται· βορείων δ' οὐσῶν, ἰσχυραί τε καὶ ἐκπέττει μᾶλλον· ἅτε τῆς μὲν γῆς διακόρου οὔσης, αὐτά τε ξυνεστῶτα καὶ ἐναπειλημφότα οἰκεῖον θερμόν. Itidem Aristot. a genitivo linguæ communis ad accus. Atticum hic transiit : Ὡς οὐχ ὁμοίως φύσει τῆς διαλέκτου οὔσης καὶ τῆς φωνῆς, ἀλλ' ἐνδεχόμενον πλάττεσθαι. Sed magis mira videri possit hæc casuum mutatio ap. Dinarchum Or. c. Dem.: Εἰ δὲ ῥήτωρ ἢ στρατηγὸς οἱ τὴν καθ' αὑτῶν προσδοκωμένην ἀπόφασιν ἄπιστον βουλόμενοι γενέσθαι, συνηγοροῦσιν, προσεκτέον ὑμῖν ἐστὶ τοῖς τούτων λόγοις, εἰδότας ὅτι ἐκ πάντων τούτων γίνεται συνέργεια, κτλ.

Verum et alio modo casus unus pro alio ponitur, non quod casuum fiat mutatio, sed potius quoniam non fit ea, quæ fieri debebat, consuetam et regulæ grammaticæ consonam structuram orationis usurpando. Exemplum habes ap. Dem.: Ἐκ τῶν ἐπιστολῶν τῶν ἐκείνου μαθήσεσθε, ὧν εἰς Πελοπόννησον ἔπεμψε, pro ἐπιστολῶν, ἃς ἔπεμψε. Talem genit. habes in eo, quem modo ex Isocr. attuli, loco, Ἐκείνων τῶν λόγων ὧν ἀρτίως προεῖπον· debebat enim gen. in accus. mutari, i. e. a gen. λόγων ad accus. οὓς transitus fieri. Sic idem scriptor dixit, Τοῖς γὰρ ἄλλοις, οἷς ἔχομεν, οὐδὲν τῶν ἄλλων ζώων διαφέρομεν, pro τοῖς ἄλλοις ἃ ἔχομεν. His enim in locis antecedens ad se, i. e. ad suum casum, trahit particulam relativam; ac velut subjectam suæ constructioni illam reddit. Schol. Soph. hoc appellat συνυπάγειν τὸν λόγον τῷ ὑποτακτικῷ ἄρθρῳ : in loco tamen aliquantum dissimili; nam in hæc verba illius Tragici, in Electra [160], Ὄλβιος δν ἃ κλεινὰ γᾶ ποτε Μυκηναίων δέξεται εὐπατρίδαν Διὸς εὔφρονι βήματι μολόντα τάνδε γᾶν Ὀρέσταν, annotat, συνυπάγει κἀνταῦθα τὸν λόγον τῷ ὑποτακτικῷ ἄρθρῳ· quoniam cum dicere debuisset, ὄλβιος ὁ Ὀρέστης δν ἡ κλεινὴ γῆ δέξεται τῶν Μυκηναίων, dicit, ὄλβιος ὄντινα Ὀρέστην, etc. Neque vero in iis tantum formulis loquendi, quibus relativum intervenit, constructio verbi sequentis construction prædentis paret, et ad eam se conformat, sed etiam in aliis : veluti cum dicitur προσήκει σοι ἀγαθῷ εἶναι, quod Latini imitati sunt : ut docebo, cum hæc latius tractare vacabit.

Nec minus inter σολοικοφανῆ numerandus videri queat verbi singularis pro plurali usus. Imo vero si quid σολοικοφανὲς habere censetur oratio, cui numeri vel casus mutatio intervenit, (sicut in locis quos paulo ante protuli,) multo justius σολοικοφανὲς illud esse existimabitur : loquor autem de verbi singularis usu cum nomine neutro : quale et ap. Hom. est δοῦρα σέσηπε. Quod si Attica est et hæc orationis structura, (ut certe censetur,) unus idemque versus Homeri rem eandem et Atticæ et communis linguæ more expresserit : hic videlicet, Καὶ δὴ δοῦρα σέσηπε νεῶν, καὶ σπάρτα λέλυνται, Il. B, [135].

Alia sunt, quæ orationis structuram si non σολοικοφανῆ, saltem ἀνακόλουθον seu ἀκατάλληλον reddunt : cum videlicet oratio in uno eodemque membro, sub

uno eodemque modo vel tempore non continuatur. Sic diversi modi conjunguntur a Synesio, Σὺ δὲ ὑγιαίνοις, καὶ ἅσπασαι τοὺς μακαρίους ἑταίρους. Alicubi autem non tantum modi vel temporis, sed utriusque simul mutatio fit : ut in isto Æschinis loco, Or. c. Timocr. : Ἐπειδὴ δὲ τὴν δημηγορίαν διαβάλλει, καὶ τοὺς εἰρημένους λόγους ἐπὶ τὰ χείρω διεξέρχεται, οὔτ' ἂν ἀποδραίην, οὔτ' ἂν τῶν εἰρημένων οὐδὲν ἀρνησαίμην· οὔτ' αἰσχύνομαι ἐπ' αὐτοῖς, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον φιλοτιμοῦμαι.

Merito etiam dixerimus in structura ἀκαταλληλίαν s. ἀνακολουθίαν spectari, ubi oratio ἀπὸ τοῦ διηγηματικοῦ εἴδους seu τύπου ad μιμητικὸν transit : quod tamen a scriptoribus sæpenumero fieri videmus. Sed nunc eo, quod mihi ad manum est, Luciani exemplo contentus ero. Id habetur in calce opusculi quod Zeuxis s. Antiochus inscribitur : Τούτους τοὺς ἐλέφαντας ἐκέλευσεν ὁ Θεοδότας τέως μὲν ἔχειν, ὡς οἷόν τε κατακρύψαντας· et quibusdam interjectis, Τότε ἀνὰ τέτταρας μὲν τῶν ἐλεφάντων ἁπαντᾷν ἐφ' ἑκάτερα τοῖς ἁρματηλάταις καὶ συνωριασταῖς· εἰ γὰρ τοῦτο γένοιτο, φοβηθήσονται αὐτῶν, ἔφη, οἱ ἵπποι, καὶ ἐς τοὺς Γαλάτας αὖθις ἐμπεσοῦνται φεύγοντες, etc. Sed hic ponitur ἔφη, (quod illam mutationem aliquantum mollit,) sæpe alioqui omitti solitum. Sic Luc. 5, [14] : Καὶ αὐτὸς παρήγγειλεν αὐτῷ μηδενὶ εἰπεῖν· ἀλλὰ ἀπελθὼν δεῖξον σεαυτὸν τῷ ἱερεῖ, καὶ προσένεγκε· subaudiendo illud ἔφη, aut aliquid hujusmodi. Invenitur autem et apud Latinos Historicos eodem modo mutata structura, oratione videlicet ἀπὸ τῆς διηγηματικῆς transeunte πρὸς μιμητικήν, sive ab obliqua ad rectam, ut alii loquuntur.

Sunt denique et alia Atticorum circa orationis structura καινοτομήματα : sed ut modo expositis contentus sum in præsentia, ita lectorem contentum fore spero.

CAPUT V.

DE IIS, QUÆ ATTICI

IN MODORUM USU SIBI PECULIARIA HABENT.

Atticos uti imperativis subjunctivorum nec non indicativorum loco, tradit Corinthus. Quod de usu imperativi pro subjunctivo dicit, leve et parvi momenti est : quod autem de imperativo locum indicativi obtinente tradit, vereor ne falsum comperiatur. Prius illud parvi momenti esse dico, quoniam non minus fortasse particula μὴ cum imperativo quam cum subjunctivo jungi potest. Verum ut hoc detur, in μὴ ψεῦσον esse imper. pro subjunctivo, et dici pro μὴ ψεύσῃς, non continuo hanc mutationem Atticis ascribere poterimus. Quæ autem de imperativi usu pro indicativo scribit, cur mihi suspecta sint, mea in illum Articulum annotatio [proxime præcedens ea quæ de Tmemate 1 Corinthi disseruntur] docet, quo te remitto.

At vero optativi usus pro imperativo, (cujus usus mentionem nullam facit Corinthus, sicut nec aliorum quæ vel de his ipsis modis vel de aliis dicam,) quin Atticus sit, minime mihi dubium est. Præterquam enim quod apud Atticos scriptt. talem ejus usum invenio, etiam annotatum id pro atticismo comperio. Nam in Lycophr. init., Τῶν ἅσσα θυμῷ καὶ διὰ μνήμης ἔχω Κλύοις ἂν, ὦ ναξ, annotat schol. κλύοις ἂν esse pro κλῦθι, posito Attice optativo pro imperativo. Sic autem ap. Eurip. λέγοιμ' ἂν pro λέξω dictum esse manifestum est in Hecuba, ubi Polymestor Agamemnoni dicenti λέγε, respondet λέγοιμ' ἄν· suamque narrationem his verbis subjungit. Talem optativi usum, (quoniam alia ex aliis scriptt. Atticis exempla mihi memoria non suggerit,) habemus et ap. Nicandr. Alexiph. init. πνυθείης absque ἂν, pro πνῦθι itidem, i. e. σύνες, vel γνῶθι, ubi schol. eodem modo optativum imperativi officio fungi admonet. Verum Theriacῶn init. dicere idem debuit, meo quidem judicio ; nam φωνήσαιμι pro φωνήσω itidem positum est, sed cum particula κε, quam idem cum ἂν significare scimus.

Idem modus, nimirum optativus, indicativi etiam locum obtinet nonnunquam apud Atticos : et quidem ipso etiam Corintho teste, qui Articulo XVIII ex Thuc. [1, 50] affert, Τὰ σκάφη μὲν οὐχ εἵλκον, ἀναδούμενοι τῶν νεῶν, ἃς καταδύσειαν. Hic enim καταδύσειαν pro κατέδυον positum esse tradit : et quidem scholiasten ipsius Thuc. in eo sequens. At ego optativum quidem pro indicativo positum esse assentior, sed non video quid obstet quominus servantes idem tempus, καταδύσειαν pro κατέδυσαν usurpatum dicamus, præsertim cum illud κατέδυσαν non excludat κατέδυον. Qui enim dicit ἃς κατέδυσαν, non vetat ne intelligamus idem de illis quas postea κατέδυον, si quæ erant. Ceterum idem schol. in alio ejusdem Historici loco, γένοιτο pro ἐγένετο poni annotat itidem. Verum ad Hom. venio : Il. E, [388] : Καὶ νύ κεν ἔνθ' ἀπόλοιτο Ἄρης ἄτος πολέμοιο, Εἰ μὴ μητρυιὴ κτλ. Ubi Eust. annotat, ἀπόλοιτό κεν pro ἀπώλετο ἄν dictum esse. Esse autem Attice cum optativis loco præteritorum uti, ut ἔλθοι pro ἦλθε, et δράμοι pro ἔδραμε. Idem schol. in A, [232] : Ἦ γὰρ ἂν, Ἀτρεΐδη, νῦν ὕστατα λωβήσαιο, annotat, Atticos sæpenumero optativa (i. e. verba optativi modi) pro præteritis usurpare : ut, Ἐπεὶ ἔλθοι ὁ δεῖνα, pro ἦλθε : item, ὡς δὲ λαλήσοι, pro ἐλάλησε. Eodemque modo ibi λωβήσαιο esse pro ἐλωβήσω ἄν. Quin etiam in Δ, [223] : Ἔνθ' οὐκ ἂν βρίζοντα ἴδοις Ἀγαμέμνονα δῖον, vult οὐκ ἂν ἴδοις dictum esse pro οὐκ ἂν εἶδες, idque Attice. Crediderim porro his addi posse cum alios plerosque ejusdem poetæ locos, tum vero istum E, [86] : Τυδείδην δ' οὐκ ἂν γνοίης ποτέροισι μετείη. Ἠὲ μετὰ Τρῶεσσιν ὁμιλέοι ἢ μετ' Ἀχαιοῖς. Hic enim itidem οὐκ ἂν γνοίης videtur esse pro οὐκ ἂν ἔγνως. Sed et μετείη ac ὁμιλέοι eodem pacto in indicativos μέτεστι et ὁμιλεῖ resolvenda fuerint : atque ita duplicem hic atticismum habemus ; alter enim, is est quo accusativus a parte anteriori pro nominativo a parte posteriori ponitur : cujus exempla non pauca fuerunt a me allata ad Artic. LXIII Corinthi. Verum ut ad Eust. revertar, non immerito quis miretur cur in illis superiobus Hom. Il. non dicat optativum modum pro indicativo usurpari, sed optativum pro præterito : cum tamen non in tempore, sed in modo consistat sermonis innovatio. Fieri certe potest ut aliud dixerit, aliud intellexerit : nimirum Atticos optativis ita uti, ubi de præterito tempore loquuntur ; nam et quem ἀόριστον χρόνον grammatici appellant, appellatione παρῳχημένου comprehendit. Verum quoniam ex iis

scriptt. qui in Atticorum numero censentur, petita exempla majoris hic auctoritatis esse debent, ad ea veniam, vel potius redibo. Ut igitur Thucydidem optativum duobus in locis pro indicativo usurpasse docui, sic a Xen. usurpari videmus cum alibi, tum hic Cyrop. 2: Οἱ δ' Ἰνδοὶ εἰσελθόντες ἔλεξαν ὅτι πέμψειε σφᾶς ὁ Ἰνδῶν βασιλεὺς, καὶ κελεύσειεν ἐρωτᾶν ἐξ ὅτου πόλεμος εἴη Μήδοις τε καὶ Ἀσσυρίῳ. Quem optativi pro indicativo usum observavit et Bud., qui hoc quoque ex eodem scriptore exemplum subjungit, Ἔναγχος οὖν ποτέ σου μέμνημαι ἀκούσας ὡς ὁ Ἀρμένιος καταφρονοίη σου νῦν ὅτι ἀκούει τοὺς πολεμίους προσιόντας ἐφ' ἡμᾶς, καὶ οὔτε στράτευμα πέμποι, οὔτε ὁπλίτην, ὃν ἔδει, ἀπάγοι. Hic enim itidem καταφρονοίη, πέμποι, ἀπάγοι, pro καταφρονεῖ et πέμπει et ἀπάγει habemus; aut etiam pro κατεφρόνησε et ἔπεμψε et ἀπήγαγε: si quidem illum sequamur; existimat enim illa optativi modi verba præsentis temporis, non solum in præsentia indicativi modi, sed etiam in illa præterita (si quidem et aoristi temporis verba hoc generali nomine appellare licet, cum Eustathio,) posse resolvi: atque ita duplex in hoc sermone innovatio fuerit, nimirum et circa modum et circa tempus. Sed cum illa præsentis optativi in præsens indicativi resolutio optime loco congruat, quid ultra quærendum sit non video. Sic in isto Plat. loco in Protag.: Ἔλεγες γὰρ ὅτι ὁ Ζεὺς τὴν δικαιοσύνην καὶ τὴν αἰδὼ πέμψειε τοῖς ἀνθρώποις, servato eodem tempore, πέμψειε resolvemus in ἔπεμψε. Ceterum Xen. in uno eodemque loco utrumque modum usurpavit, Cyrop. 4, [2, 2]: Ἐννοηθέντες τε οἷά τε πάσχουσιν ὑπὸ τῶν Ἀσσυρίων, καὶ ὅτι νῦν τεθναίη μὲν ὁ ἄρχων αὐτῶν, ἡττημένοι δ' εἶεν, φόβος δὲ πολὺς εἴη ἐν τῷ στρατεύματι, pro ὅτι νῦν τέθνηκε, et ἡττημένοι δ' εἰσὶ, et φόβος δὲ πολύς ἐστιν: non de præterito enim, sed de præsenti loquitur. Quin etiam futuro optativi utuntur, de præterito loquentes, ut inquit ille, afferens ex Synesio Ep. ad Evopt.: Καὶ τὸ ξίφος σπασάμενος, ἠπείλησ' ἀνθρώπῳ τὴν κεφαλὴν ἀποκόψειν, εἰ μὴ ἀντιλήψοιτο τοῦ σκάφους· de præterito loquens, (inquit,) sed tanquam de præsenti et futuro. Verum ego non video quomodo hic tanquam de præsenti loqui dici possit Synesius: loquitur quidem certe tanquam de futuro, utens videlicet optativi futuro; sed indicativum usurpans, futuro ejus itidem uti necesse habuisset: ideoque non aliud quam modum pro modo usurpatum dicerem hoc in loco, aliisque, quos apud eum videre poteris: simulque ea, quæ de optativi usu alicubi in signif. futuri, alicubi etiam in signif. præteriti, ab eo scribuntur.

Quin etiam ab optativo ad indicativum transeunt nonnunquam, particulam copulativam interjicientes: ut Idem docet, afferens ex Andocide Or. De myst.: Αὐτίκα ἐγὼ, πολλῶν μοι ἀπαγγελλόντων ὅτι λέγοιεν οἱ ἐχθροὶ ὡς ἄρα ἐγὼ οὔτ' ἂν ὑπομείναιμι, οἰχήσομαί τε φεύγων, etc. Itidemque ex Luciano [Asin. c. 51]: Καὶ μὴν τοῦτό μ' εἰς δέος οὐ μέτριον ἦγεν, μὴ οὐ χωρήσασα ἡ γυνὴ διασπασθείη, κἀγὼ, ὥσπερ ἀνδροφόνος, κακὴν δώσω δίκην.

Optativum pro subjunctivo quoque poni Corinthus tradit: in exemplum afferens ἐὰν ἔλθοις, pro ἐὰν ἔλθῃς: itidemque ἐὰν ἔλθοι pro ἐὰν ἔλθῃ: sed hic optativi usus, cum ἐὰν præsertim, mihi suspectus est: ut admonui in iis quæ in illum Articulum annotavi.

Ut autem optativi pro indicativo, ita vicissim indicativi pro optativo positi afferuntur exempla; sed nescio quomodo indicativi pro optativo usus minus facilè percipitur: atque adeo alicubi non alienum, sed suum obtinere locum videtur indicativus, (ei quidem qui non propius intuetur,) quamvis pro optativo sit positus. Dem. Pro cor. [p. 326, 12]: Χρῆν δὲ σιτοπομπείαν ὅπως κομισθήσεται προϊδέσθαι. Idem ibid.: Οὐ γὰρ ἐζήτουν οἱ Ἀθηναῖοι οὔτε ῥήτορα οὔτε στρατηγὸν δι' ὅτου δουλεύσουσιν εὐτυχῶς, ἀλλ' οὔτε ζῆν ἠξίουν εἰ μὴ μετ' ἐλευθερίας αὐτοῖς ἔξέσται τοῦτο ποιεῖν. Hic enim habemus δουλεύσουσιν pro δουλεύσοιεν, et ἔξέσται pro ἐξέσοιτο.

Sed alius est indicativi pro optativo usus multo magis a vulgaris sermonis consuetudine remotus: cujus usus exempla, quæ alibi affert, aptissime hic subjuncturus mihi videor. Dem. Πρὸς Ἀφοβ.: Ἔτι δὲ τὸ πρᾶγμ' ἂν ἐξελέγξαι ζητῶν, ἐξήτησεν ἄν με τὸν παῖδα τὸν γράφοντα τὰς μαρτυρίας· ἵν' εἰ παρεδίδουν, μηδὲν δίκαιον λέγειν ἐδόκουν· pro ἵνα δοκοίην, vel δόξαιμι. Talis est ap. Xen. indicativi usus cum eadem particula, Cyrop. 1, [6, 40] de lepore loquentem: Ἐν τούτοις τὰ δίκτυα δυσόρατα ἐνεπετάννυες, ἵνα ἐν τῷ σφόδρα φεύγειν αὐτὸς ἑαυτὸν ἐμπίπτων ἐνέδυ, pro ἵνα ἐνδύοι, s. ἐνδύσαι, s. ἐνδύσαιτο. Eodemque modo Lucian. ἵνα ἀνέσπων pro ἵνα ἀνασπῷεν dixit [Nigr. c. 32]: Εἰ γάρ τοι, ἔφη, τῇ πνοῇ τῶν ἰῶν τε καὶ ῥόδων χαίρουσιν, ὑπὸ τῇ ῥινὶ μάλιστα ἐχρῆν αὐτοὺς στέφεσθαι, ἵν' ὡς πλεῖστον ἀνέσπων τῆς ἡδονῆς. Observandum est autem in his ll., ἵνα construct. hanc cum indicativi præterito imperfecto habere, (qui indicativus sedem optativi occupat,) præcedente ejusdem et modi et temporis verbo. Nam in loco illo Demosthenico habes ἵνα ἐδόκουν, præcedente verbo παρεδίδουν: in illo Xenophonteo, ἵνα ἐνέδυ, præcedente verbo ἐνεπετάννυες: in illo denique Lucianico, ἵνα ἀνέσπων, præcedente verbo ἐχρῆν. Fortassis igitur dicere possumus Atticos libertate hic uti simili ei qua dicunt χρῶμαι οἷς ἔχω βιβλίοις, itidemque μεταδίδωμι πάντων ὧν ἔχω. Quamvis enim diversa in his loquendi generibus sit orationis forma, tamen in eo similis esse libertas videtur, quod ut hic relativum constructioni antecedentis subjacere (ut ita loquar) volunt, ita illic particulæ ἵνα constr. a verbo præcedente pendere. Quod vero de iis loquendi formulis dixi, quibus relativum intervenit, ut nimirum constructio verbi sequentis constructioni præcedentis pareat, id aliis quoque usuvenire, in alio hujus operis loco doceo. Sed et in usu infinitivi pro indicativo, videri Atticos (qui et hic libertate utuntur) præcedentis infinitivi seu præcedentium infinitivorum rationem habere, paulo post docebo.

Magis tamen novus et mirus est is optativi usus, quem schol. Soph. apud eum habere censet, ubi nimirum ἀπέμολε pro ἀπομόλοι positum esse tradit, Trach. p. 361 meæ ed. [857.]

Infinitivus quoque modus quendam Atticis peculiarem habet usum: nimirum pro indicativo; veluti cum dicitur, ἐπειδὴ δὲ ἀκοῦσαι, vel εἰπεῖν: pro ἐπειδὴ δὲ ἤκουσε, aut ἤκουσαν: et εἶπε, vel εἶπον. Interdum vero præcedente vocula ὡς eundem usum hic modus præstat: extantque apud optimos quosque Atticæ linguæ scriptores hujus ἐναλλάξεως exempla, in narrationibus. Dem. De perperam obita leg. [p. 439, 8]: Αὐτὸς δὲ θαυμάσας ἐρέσθαι τινὰ τῶν ὁδοιπόρων τίς ὁ ἄνθρωπός ἐστιν· ἐπειδὴ δὲ ἀκοῦσαι ὅτι Ἀτρεστίδας δωρεὰν ταῦτα ἔχων παρὰ Φιλίππου ἀπέρχεται, δεινὸν αὐτῷ τι δόξαι. Sic etiam Plato usus est infinitivo, ubi indicativum poscebat vulgaris sermonis consuetudo, De rep. 10, [p. 619, C]: Ἐπειδὴ δὲ κατὰ σχολὴν σκέψασθαι, κόπτεσθαί τε καὶ ὀδύρεσθαι τὴν αἵρεσιν. Itidem in Symp. [p. 174, D]: Ἐπειδὴ δὲ γενέσθαι ἐπὶ τῇ οἰκίᾳ τῇ Ἀγάθωνος, ἀνεῳγμένην καταλαμβάνειν τὴν θύραν. Nec vero cum ἐπειδὴ tantum, i. e. non solum præcedente ἐπειδὴ, sed etiam præcedente ὡς (uti dixi) infin. ita usurpant: habemusque et apud illos ipsos exempla. Legimus enim ap. Dem. in illa Περὶ παραπρ. orat.: Ὡς δὲ ἀκοῦσαι τοὺς παρόντας ἐν τῷ συμποσίῳ, τοσοῦτον κρότον γενέσθαι κτλ. Legimus itidem ap. Plat. Symp. [p. 174, E]: Εὐθὺς οὖν ὡς ἰδεῖν τὸν Ἀγάθωνα, ὦ, φάναι, Ἀριστόδημε, κτλ. Nec vero apud hos tantum aliosve ejusdem seculi scriptores, sed et apud antiquiores hunc infinitivi usum habemus, Herodotum sc. et Thuc. Est porro observandum quod dixi, ita usurpari infin. ubi aliquid narratur. Cui observationi et hæc addenda est, aoristum infinitivi potius quam aliud tempus his locis adhiberi: ut ex præcedentibus exemplis patet. Quin etiam hoc animadvertendum est, infin., cui ita præfigitur ἐπειδὴ vel ὡς, non poni solum, sed alios circa se habere: atque adeo propter hos fieri ut indicativus infinitivo locum suum cedat: quo magis uniformis sit oratio. Potius tamen ad præcedentem infin. seu ad præcedentes infinitivos respici puto quam ad sequentes: et libertate hic uti Atticos ei simili, quam sibi eos permittere et in quibusdam constrr., paulo ante docui. Sciendum est etiam inveniri alicubi infinitivum, qui cum prima fronte ita usurpatus videri possit, pro indicativo videlicet, potius

tamen indicativi modi verbum cum eo subaudiri dicendum est. Xenophon. [Mem. 1, 1, 13] : Ἐθαύμαζε δὲ εἰ μὴ φανερὸν αὐτοῖς ἐστὶν ὅτι ταῦτα οὐ δυνατόν ἐστιν ἀνθρώποις εὑρεῖν· ἐπεὶ καὶ τοὺς μέγιστον φρονοῦντας ἐπὶ τῷ περὶ τούτων λέγειν, οὐ ταὐτὰ δοξάζειν ἀλλήλοις. Hic enim nequaquam dixerim cum Budæo, ἐπεὶ infinitivum pro indicativo habere, (sicut de isto Herodoti loco id illi concederem, ἐπεὶ δὲ σφέας παραλαμβάνειν τοὺς Ἕλληνας· est enim ἐπεὶ tale hic, quale ἐπειδὴ in locis paulo ante allatis,) sed indicativo jungi, qui extrinsecus sit assumendus, ut fit in iis quæ subaudiuntur. Eo autem magis miror Budæum de loco isto id censuisse, quod ipsemet in isto Thucydidis loco, libri 3 fine : Λέγεται δὲ καὶ Ἀλκμαίωνι τῷ Ἀμφιάρεω, ὅτε δὴ ἁλᾶσθαι αὐτὸν μετὰ τὸν φόνον τῆς μητρὸς, τὸν Ἀπόλλω ταύτην τὴν γῆν χρῆσαι οἰκεῖν, subaudiendum dicat συνέβη, vel quid simile. Magis commode tamen subauditum iri puto λέγεται, ex proximo repetitum.

At vero infinitivi pro imperativo usum cum non minus Ionicum quam Atticum esse quidam censuerint, nonnulli etiam Ionicum potius quam Atticum, superioribus minime adjungendum censeo; præsertim etiam cum non infin. pro imperativo poni, sed potius infin. esse cum quo subaudiendus relinquatur imperativus, dicere quis non immerito possit. At Corinthus falso Atticos imperativis carere dixit, ut docui ad Articulum LX.

CAPUT VI.

DE IIS, QUÆ ATTICI

IN TEMPORUM USU SIBI PECULIARIA HABENT.

Temporum quoque ἐνάλλαξις apud Atticos est varia : si, quæcunque in illis fieri comperitur, Atticis tribuenda est. Atque ut a præsenti (sicut ratio poscit) exordiar, verbum εἶμι potissimum, cum suo compositorum comitatu, ex iis est in quibus præsentis pro futuro usus conspicitur : ut paulo post docebo. Itidemque participia præsentis temporis pro participiis futuri posita cum ap. alios tum ap. Thuc. inveniuntur : si scholiastæ credimus βοηθοῦντας exponenti per fut. βοηθήσοντας, l. 5, [64] ut alios locos omittam. Est autem hic præsentis pro futuro usus ap. Hom. frequentissimus : unde Atticos in eo illum imitatos fuisse credibile est. Ab uno autem e compositis illius verbi εἶμι incipiens, (nam in eo potissimum talem usum conspici dixi, itidemque in compp.,) affero Il. A, [29] : Τὴν δ' ἐγὼ οὐ λύσω πρίν μιν καὶ γῆρας ἔπεισιν, ubi ἔπεισιν futuri signif. habere constat. Horum enim verborum sensus est, Hanc ego non dimittam priusquam senectus eam invaserit. Vel, per indic., Eam invadet. At indicativi præsens (reddendo ad verbum) locum hic non haberet; neque enim dici posset, Priusquam senectus eam invadit. Sed præsenti modi conjunctivi utendum esset, Priusquam senectus eam invadat. Hic ἔπεισι, inquit Eust., est pro futuro ἐπελεύσεται : sæpe enim veteres tempora pro temporibus accipiunt. Et ita quidem poeta cum accus. construit verbum ἔπεισι, accipiens pro καταλήψεται : at ejus posteri etc. Quoniam autem hanc temporis unius pro altero usurpationem in verbo εἶμι et ejus compp. ostensurum me dixi, commode hic post ἔπεισι, quod ex eorum numero est, de illa facturum me verba existimo, antequam hanc ἐνάλλαξιν χρόνου exemplis aliorum verborum confirmem. Dico igitur, εἶμι non ap. poetas tantum, (nominatimque Hom.,) sed et apud orationis solutæ scriptores, præsertimque Atticos, futuri signif. habere. Il. Ω, [224] : Εἶμι, καὶ οὐχ ἅλιον ἔπος ἔσσεται· A, [426] : Καὶ τότ' ἔπειτά τοι εἶμι Διὸς ποτὶ χαλκοβατὲς δῶ. Eodemque modo secunda persona εἶς pro Ibis posita reperitur. Hesiod. Op. [206] : Ἴῃ δ' εἶς ἣ σ' ἂν ἐγώ περ ἄγω. Sic εἶσθα pro εἶς, futuri itidem signif. ap. Hom. non uno in loco invenitur : Il. K, [450] : Εἰ μὲν γάρ κέ σε νῦν ἀπολύσομεν, ἠὲ μεθῶμεν, Ἧτε καὶ ὕστερον εἶσθα θοὰς ἐπὶ νῆας Ἀχαιῶν· Od. Γ, [69] : Ἦ τάχα καὶ δαλῷ βεβλημένος εἶσθα θύραζε. Neque enim obscurum est, εἶσθα futuri signif. his in ll. habere : unde miror Eust. hic exponere ἔρχῃ. Sic autem et εἶσι tertia persona signif. præsentis ap. eundem poetam alicubi obtinet : Il. Σ, [280] : Ἄψ πάλιν εἶσ' ἐπὶ νῆας. Quod si et in soluta oratione hujus usus exemplum quærimus, ap. ipsum Thuc. (ut alios omittam) habemus, 2, [36] : Ταῦτα δηλώσας πρῶτον, εἶμι καὶ ἐπὶ τῶνδε ἔπαινον· 1, [82] : Ἄμεινον ἤδη, ἢν δοκῇ, πεφραγμένοι, ἴμεν ἐπ' αὐτούς. Sic quoque compositum ἄπειμι non minus pro Abibo quam pro Abeo ponitur. Idemque de ceteris compp. sentiendum est, Ἄνειμι, Δίειμι, Ἔξειμι, Ἔπειμι, Κάτειμι, Μέτειμι, Πάρειμι, Πρόειμι, Πρόσειμι, Σύνειμι. Siquidem Σύνεισι pro συνελεύσεται, itidemque Σύνιμεν pro συνελευσόμεθα, et Μέτεισι pro μετελεύσεται, cum apud alios tum ap. Dem. legimus. Itidemque in secunda persona dicitur Μέτει pro μετελεύσῃ, Ἔξει pro ἐξελεύσῃ, Ἄπει pro ἀπελεύσῃ, etc. Sic in tertia plurali, Ἀπίασι pro ἀπελεύσονται, Ἐπίασι pro ἐπελεύσονται, Μετίασι pro μετελεύσονται. Nec in compp. tantum, sed in iis etiam quæ bicomposita in Thes. meo appellare consuevi, hunc præsentis pro futuro usum spectari sciendum est : cujusmodi sunt, Ἐπάνειμι, Διέξειμι, Ἐπέξειμι. Itidem enim διέξειμι pro διεξελεύσομαι, et διέξει pro διεξελεύσῃ, et διέξεισι pro διεξελεύσεται ponitur : eodemque modo in plurali. Quod porro de hoc bicomposito, idem et de ceteris dici existimandum est. Meminisse etiam oportet, simili Atticos libertate et in participio uti, (minus tamen frequenter,) ut nimirum præsenti locum futuri tribuant. Meminisse autem dico, quod allatum jam ex Thuc. usus hujus exemplum fuerit. Cui addere possumus ex Dem. εἰσιόντα pro εἰσελευσόμενον. Et ex Plut. (scriptore quidem non Attico, sed Atticos hic imitante), μετιόντες pro μετελευσόμενοι.

Verum ut ab illo subst. verbo εἶμι, ejusque comitatu, ad alia transeam, simulque ad Hom. redeam, sciendum est illis, quæ ex eo protuli, simile esse τελεῖ pro τελέσει, vel potius ἐκτελεῖ pro ἐκτελέσει, quod ap. eum legitur, Il. Δ, [161] : Εἴπερ γάρ τε καὶ αὐτίχ' Ὀλύμπιος οὐκ ἐτέλεσσεν, Ἔκ τε καὶ ὀψὲ τελεῖ· σύν τε μεγάλῳ ἀπέτισαν Σὺν σφῇσιν κεφαλῇσι, γυναιξί τε καὶ τεκέεσσιν. Esse autem hic ἐκτελεῖ pro ἐκτελέσει, Eust. quoque annotat. Verum ut cum eo de verbo isto sentio, ita de altero (lectorem enim hac de re obiter admonere libet) non possum quin ab eo dissentiam. De eo loquor quo versus clauditur, ἀπέτισαν sc. : cum enim ut ἐκτελεῖ a præsentis signif., ita

ἀπέτισσαν a præteriti ad futuri signif. migrare dicat, ego contra hoc præteritum (ita enim aoristum appellabo, generaliori appellatione utens, illius more,) nullo modo futuri signif. accipere existimo; sed eum usum habere, quem tale præteritum apud utrosque scriptores frequenter habet : dicentes, ἐποίησε τοῦτο, Hoc fecit, pro Facere hoc solet, Consuevit hoc facere. Aptissimum certe hujus usus exemplum ap. Hesiod. habemus, Op. [331]; aptissimum esse dico, quoniam ultionis divinæ itidem fit mentio : Τῷ δήτοι Ζεὺς αὐτὸς ἀγαίεται, ἐς δὲ τελευτὴν Ἔργων ἀντ' ἀδίκων χαλεπὴν ἐπέθηκεν ἀμοιβήν. Hic enim ἐπέθηκεν suam signif. non retinere manifestissimum est; sed potius esse pro ἐπιτίθησι : quod ἐπιτίθησι nihil aliud sonet quam ἐπιτιθέναι εἴωθε. Cum porro apud utrosque scriptores hunc usum aoristi extare dixerim, (quod παρῳχημένον, Præteritum, ab Eust. vocari dixi,) ex soluta quoque oratione exempla mihi afferenda hic essent, nisi in illum locum ea reservare statuissem, ubi de aoristi usu pro præsenti disseram. Potius igitur ad alium Hom. locum venio, in quo præsentia itidem pro futuris usurpat. Is extat Il. K, [61] : Πῶς γάρ μοι μύθῳ ἐπιτέλλεαι ἠδὲ κελεύεις; Αὖθι μένω μετὰ τοῖσι, δεδεγμένος εἰσόκεν ἔλθῃς, Ἠὲ θέω μετά σ' αὖτις, ἐπὴν εὖ τοῖς ἐπιτείλω; Hic enim μένω pro μενῶ, itidemque θέω esse pro θεύσω, Eust. quoque tradit. Sed ego verba illa μένω et θέω, conjunctivi modi potius quam indicativi præsentia esse dixerim : quod illum modum potius quam hunc iis, quæ διαπορητικῶς s. διαπορηματικῶς efferuntur, convenire constet. Est vero et hoc animadvertendum, (quod et ipsum ab illo prætermittitur,) hæc verba μένω et θέω posse etiam videri ad verba præcedentia ἐπιτέλλεαι et κελεύεις tendere. Quoniam tamen dicitur potius κελεύεις με τοῦτο πράττειν quam κελεύεις τοῦτο πράττω, per conjunctivum, præsentia pro futuris poni dicere malo.

Est porro statuendum discrimen inter ea verba, quæ cum futurum habeant, tamen præsenti quoque signif. futuri tribuere alicubi comperiuntur, et ea, quæ cum futuro destituantur, præsens in illius locum substituere necesse habent. Ex quo numero est εἶμι cum compp. (ut antea docui), nec non ἔδω, cum suis itidem compp.; nullum enim iis esse futurum constat. Quod si activæ vocis ἔδω futuri signif. habentis exempla non afferuntur, at passivæ ἔδομαι aliquot extant. Legimus enim ap. Aristoph. [Nub. 121] : Οὐκ ἄρα ... τῶν γ' ἐμῶν ἔδει. Apud Plat. De rep. 2 : Δεήσει δὲ καὶ τῶν ἄλλων βοσκημάτων, εἴ τις αὐτὰ ἔδεται. Sed et secundam illam personam ap. Eundem habemus, sed in η desinentem : Ἀμβροσίαν ἔδῃ καὶ νέκταρ πιῇ. Credibile est autem prosæ scriptores in hujus verbi usu Hom. imitari voluisse, utpote eum familiarem habente. Legimus enim Od. I, [369] : Οὔτιν ἐγὼ πύματον ἔδομαι μετὰ οἷς ἑτάροισι· Il. X, [509] : Αἰόλαι εὐλαὶ ἔδονται. Sic Ω, [129] : Σὴν ἔδεαι κραδίην, futuri signif. Jam vero et de πίομαι idem apud eund. poetam dici posse videtur; quamvis enim in soluta oratione inveniatur futurum πιοῦμαι, tamen πιόμενος participium ap. hunc poetam invenitur futuri signif., et prima producta, sc. λόγῳ ἐνεστῶτος : siquidem λόγῳ ἀορίστου δευτέρου μέσου corriperetur. Facit autem pro hoc præsenti et ἔπιον sive ἐπίοντο præt. imperf. Il. X initio.

Jam vero quædam esse verba sciendum est, vel potius quandam verborum conjugationem, in qua non tam præsentia pro futuris poni, quam futura formam præsentium accipere existimatur. Tale est ἐλῶ pro ἐλάσω, et ἐλᾷ pro ἐλάσει, et ἐλᾶν pro ἐλάσειν : itidemque compositum ἐξελᾶν pro ἐξελάσειν. Tale est et διαβιβῶ pro διαβιβάσω, tale ἀναβιβῶ pro ἀναβιβάσω. Præsertim vero illius verbi ἐλῶ magnus est in futuri signif. usus. Dem. [p. 557, extr.] : Ἀλλ' εἰ μὴ φυλὴν ὅλην καὶ βουλὴν καὶ ἔθνος προπηλακιεῖ, καὶ πολλοὺς ἀθρόους ὑμῶν ἅμα ἐλᾷ, ἀβίωτον ᾤετο ἔσεσθαι τὸν βίον αὐτῷ. Sic comp. ἐξελῶ pro ἐξελάσω ap. Aristoph. Nub. [123] : Ἀλλ' ἐξελῶ σ' ἐς κόρακας ἐκ τῆς οἰκίας. Eodemque modo ἐξελῶσι pro ἐξελάσουσι dixit Plato Apol. [p. 37, D] : Κἂν μὲν τούτους ἀπελαύνω, οὗτοί με αὐτοὶ ἐξελῶσι. Exemplum autem τοῦ διαβιβῶ positi pro διαβιβάσω, itidemque τοῦ ἀναβιβῶ pro ἀναβιβάσω, s. potius τοῦ ἀναβιβᾶται pro ἀναβιβάσεται, habes ap. Bud.: qui etiam scribit talia ex more Ionum tracta videri; tale enim esse ἀποδοχιμᾷ ap. Herodot. 1, [199] : Τῷ δὲ πρώτῳ ἐμβαλόντι ἕπεται, οὐδὲ ἀποδοχιμᾷ οὐδένα. Tale esse apud Eund. δικᾷν, eod. l. [97] : Γνοὺς δὲ ὁ Δηϊόκης ἐς ἑωϋτὸν πᾶν ἀναχείμενον, οὔτε κατίζειν ἔτι ἤθελε ἔνθα περ πρότερον προκατίζων ἐδίκαζε, οὔτ' ἔφη δικᾷν ἔτι· hic enim δικᾷν pro δικάσειν esse existimat, reddens, Negavitque ultra judicaturum. Sed in illo altero loco, ἀποδοχιμᾷ non minus pro præsenti ἀποδοχιμάζει quam pro futuro ἀποδοχιμάσει posse accipi, ipsemet fatetur; ego vero magis etiam consentaneum rationi esse dico ut pro præsenti accipiatur quam ut pro futuro, cum præcedat præsens ἕπεται. Sic vero et ap. Hom. (quod pro iis facere potest, qui superiora quoque esse præsentia pro futuris dicere volent), Od. H, [318] : Ἐς τῆμος δὲ σὺ μὲν δεδμημένος ὕπνῳ λέξεαι· οἱ δ' ἐλόωσι γαλήνην· Eust. ἐλόωσι (dictum poetice pro ἐλάουσι, ut βοόωσι pro βοάουσι,) non dicit esse fut., sed præsens pro fut. positum. Eodemque modo hunc schol. δαμάα non existimasse futurum esse, sed præsens futuri usum habens, credibile est, hoc in l. Il. X, [271] : Οὗτοι ἔσθ' ὑπάλυξις· ἄφαρ δέ σε Παλλὰς Ἀθήνη Ἔγχει ἐμῷ δαμάα. Idemque de κρεμόω dicendum fuerit, H, [83] : Τεύχεα συλήσας οἴσω ποτὶ Ἴλιον ἱρὴν, Καὶ κρεμόω ποτὶ νηὸν Ἀπόλλωνος ἑκάτοιο. De hoc quidem certe eum idem censuisse, quod de ἐλόωσι, non credibile, sed certum esse dico; cum ipsemet scribat esse ἀντὶ μέλλοντος τοῦ κρεμάσω. Et hæc quidem (uti dixi) opponi possunt iis, qui superiora illa verba, futura esse novam formam accipientia, tradiderunt; sed aliud est præterea, quod dubitationem mihi auget : nimirum quod ut ap. Aristoph. δρῶ pro δράσω invenitur, circa initium Pluti, sic Ago pro Agam, ap. Terent. Phorm., Videtis quo in loco res hæc siet : Quid ago? dic Hegio. Terentium enim dicentem hic Quid ago, pro Quid agam, ad præsens δρῶ positum pro futuro δράσω, respexisse credibile est. Ideoque et in illo Aristoph. loco [Pl. 56] : Ἄγε δή, πρότερον σὺ σαυτὸν ὅστις εἶ φράσον, Ἢ τἀπὶ τούτοις δρῶ. Ceterum utrumvis de verbis illis dixerimus, idem et de participio ἐλώντων dicendum fuerit ap. Xen., utpote quod futuri ἐλασόντων signif. habeat, Anab. 1, p. 156 meæ ed. [c. 8, 10] : Εἶχον δὲ τὰ δρέπανα ἐκ τῶν ἁξόνων εἰς πλάγιον ἀποτεταμένα, καὶ ὑπὸ τοῖς ὄἰφροις εἰς γῆν βλέποντα, ὡς διακόπτειν ὅτῳ ἐντύχοιεν· ἡ δὲ γνώμη ἦν ὡς εἰς τὰς τάξεις τῶν Ἑλλήνων ἐλώντων καὶ διακοψόντων. Est enim ἐλώντων pro ἐλασόντων, ut conveniat cum διακοψόντων. Sed pro ἐλώντων perperam in edd. quæ meam præcesserunt, scriptum est ἐλόντων, sicut διακοψάντων pro διακοψόντων. Confirmat autem lectionem illam ἐλώντων καὶ διακοψόντων et Demetrius Phalereus, vel potius quicunque est auctor libelli Περὶ ἑρμηνείας, qui ei ascribitur; siquidem ostendere volens sæpenumero in orationis structura τὸ πλάγιον μεῖζον εἶναι τοῦ εὐθέος, in exemplum affert locum illum, Ἡ δὲ γνώμη ἦν ὡς εἰς τὰς τάξεις τῶν Ἑλλήνων ἐλώντων καὶ διακοψόντων· quamvis enim ibi quoque scriptum sit ἐλόντων, legisse tamen eum ἐλώντων, ex ea quam subjungit expositione liquet, διενοοῦντο ἐλάσαι καὶ διακόψαι. Sed et ἐμβαλούντων, quo alibi utitur in ejusdem rei descriptione, illud ἐλώντων comprobat, siquidem Cyrop. 6, p. 90 [c. 1, 30] legimus, Προσέθηκε δὲ καὶ δρέπανα σιδήρεα ὡς διπήχεα πρὸς τοὺς ἄξονας ἔνθεν καὶ ἔνθεν τῶν τροχῶν, καὶ ἄλλα κάτω ὑπὸ τῷ ἄξονι εἰς γῆν βλέποντα, ὡς ἐμβαλούντων εἰς τοὺς ἐναντίους τοῖς ἅρμασιν. Atque hinc et tertius præcedentium edd. error emendatur, habentium in illo Anab. 1 loco, ἀξίνων pro ἀξόνων. Quod autem ad ἐλώντων attinet, cum ed. Flor. libelli illius Περὶ ἑρμηνείας haberet ἐλόντων, litera ε spiritu tenui notata, Germanica errorem augens (ut fit) et veræ lectionis vestigia per imprudentiam occultans, ἑλόντων nobis dedit, sicut et in iis Xen. edd. quibus mea successit, scriptum esse docui : quasi videlicet participium esset ab εἷλον. Ceterum ut ἐλώντων illo in loco (quis enim jam de lectione hac dubitare ausit?) dicit Xen. pro ἐλασόντων, ita παρελῶντας alibi pro παρελάσοντας.

Præsens pro præterito imperfecto positum dici potest in isto Thuc. loco, 2, p. 53 meæ ed. [c. 13] :

Ἔστι δὲ αὐτοῦ ὃ καὶ ἀφύλακτον ἦν. Quæ enim præcedunt et quæ sequuntur, per præteritum imperfectum narrantur: atque adeo ἦν, quod in hoc ipso loco habetur, id quod dixi ostendit. Sed ἔστιν ὃ non aliud valet quam τι: estque perinde ac si dictum esset, μέρος τὶ αὐτοῦ ἀφύλακτον ἦν. Eodemque modo 4, p. 144 [c. 68] habes præsens pro præterito imperfecto positum: Ἐδήλουν δὲ οὐδὲν ὅτι ἴσασι τὰ πρασσόμενα, ἀλλ' ὡς τὰ βέλτιστα βουλεύοντες ἰσχυρίζοντο. Est enim hic ἴσασι, (quod ἰσοδυναμεῖ præsenti, sicut Latine Norunt idem valet quod Sciunt,) pro ἴσαν, quod itidem præterito imperfecto est ἰσοδύναμον, ut Latine Norant idem est quod Sciebant. Sic autem sòlent in narrationibus præsenti uti tempore, aut saltem verba præsentis temporis admiscere, tanquam de re quæ eo ipso tempore geratur loquentes.

Præsentis alius est præterea usus, si quidem schol. Eur. fidem adhibere volumus, in hunc versum (qui primus est in tragœdia cui nomen est Hecubæ): Ἥκω νεκρῶν κευθμῶνα καὶ σκότου πύλας Λιπών, annotanti hoc ἥκω esse Atticum; Atticos enim ἥκω dicere pro ἧκον: et addenti, ῥέπειν τοῦτο πρὸς τὸ παρεληλυθὸς, sicut εἶμι πρὸς τὸ μέλλον. At Bud. ex alio (cujus nomen tacet) annotat, ἥκω poni Attice pro ἀρτίως ἦλθον, sicut εἶμι pro ἀρτίως πορεύσομαι. Sed nullum hujus usus verbi ἥκω exemplum affert: in illo autem Eur. loco nihil obstare videtur, quominus ἥκω in sua præsentis signif. accipiatur. Adde quod addenda in exemplum et alia verba essent, in quibus eadem temporis ἐνάλλαξις conspiceretur.

Præteritum imperfectum tempus (grammaticis Græcis παρατατικὸς χρόνος) ut præsenti proximum est, ita locum ejus interdum obtinet. Quemadmodum autem, cum de usu præsentis pro futuro agerem, in verbo εἶμι potissimum eum frequentem esse docui; ita nunc de imperfecto agens locum præsentis obtinente, de ἦν imperfecto verbi εἰμὶ idem affirmare possum: quod etiam faciet ut ab eo initium sumam. Aristoph. Ran. [439]: Τουτὶ τί ἦν τὸ πρᾶγμα Ἀλλ' ἢ Διὸς Κόρινθος ἐν τοῖς στρώμασι; Legimus ap. Eund. Pl. [219]: Πολλοὶ δ' ἔσονται χἄτεροι νῦν ξύμμαχοι, Ὅσοις δικαίοις οὖσιν οὐκ ἦν ἄλφιτα. Ubi tamen schol. tempus imperfectum pro præsenti positum esse non admonet: dicens οὐκ ἦν ἄλφιτα significare οὐκ ἦν χρήματα. Sed recte Bud. (meo quidem judicio) hunc l., sicut et alterum, in exemplum affert. Subjungitque locum ex Plat. Symp., in quo itidem ἦν bis pro ἐστὶ positum videmus: Τὸ δὲ ἄρα, ὡς ἔοικεν, οὐ τοῦτο ἦν τὸ καλῶς ἐπαινεῖν ὀτιοῦν, ἀλλὰ τὸ ὡς μέγιστα ἀνατιθέναι τῷ πράγματι, καὶ ὡς κάλλιστα, ἐάν τε ἦ οὕτως ἔχοντα, ἐάν τε μή· εἰ δὲ ψευδῆ, οὐδὲν ἄρα ἦν πρᾶγμα. His autem exemplis subjungit aliquot petita ex Aristot., De mundo: Ἀγνοοῦσι δὲ ὅτι τοῦτ' ἦν πολιτικῆς ὁμονοίας τὸ θαυμασιώτατον· 1 De gener. et corr.: Εἴπερ οὖν ἀεί τι τῶν ὄντων ἀπέρχεται, διὰ τί ποτ' οὐχ ἁνάλωται πάλιν καὶ φροῦδον τὸ πᾶν, εἴ γε πεπερασμένον ἦν ἐξ οὗ γίνεται τῶν γινομένων ἕκαστον; His subjungit illud loquendi genus huic philosopho usitatissimum, Τὸ τί ἦν εἶναι. Tandemque ad Hesiodi versum venit, qui circa initium Ergon [11] legitur, Οὐκ ἄρα μοῦνον ἔην ἐρίδων γένος, ἀλλ' ἐπὶ γαῖαν Εἰσὶ δύω. Additque, hæc ideo venisse in usum sibi videri, quod nullum tempus præsens esse dici potest, si ad verum exacte loqui volumus, nec quidpiam concretum esse dici potest: quod Plato Timæo μηδέποτε ὂν vocat: Γιγνόμενον μὲν καὶ ἀπολλύμενον, ὄντως δὲ οὐδέποτε ὄν. Esse autem proprie dici τὸ ἀεὶ καὶ ὡσαύτως ἔχον. Hæc Bud., qui ibidem affert et ejusdem signif. verbum poeticum, in imperfecto itidem usurpatum, præsentis locum obtinente: ut Il. X, [281]: Ἀλλά τις ἀρτιεπὴς καὶ ἐπίκλοπος ἔπλεο μύθων, pro πέλῃ. M, [271]: Νῦν ὅ' ἕπλετο ἔργον ἅπασι, Suum cujusque instat munus et adest, Nunc opus est cujusque manu. Affert vero et ex Ω, [335]: Ἑρμεία, σοὶ γάρ τε μάλιστά γε φίλτατόν ἐστιν Ἀνδρὶ ἑταιρίσσαι· καί τ' ἔκλυες ὥ κ' ἐθέλῃσθα· nam et hic ἔκλυες imperfectum esse putat pro præsenti. Verum quid hoc de loco sentiam, vel potius quomodo ab illo dissentiam, dicam ubi de aoristo agam. Quod autem ad illud ἔπλεο attinet, ex Il. X allatum, Ἀλλά τις ἀρτιεπὴς καὶ ἐπίκλοπος ἔπλεο μύθων, Eust. quoque tradit esse παρῳχημένον, qui præsentis locum A obtineat; sed hoc Ionice fiori tradit. Τὸ δὲ ἔπλεο, inquit, τουτέστιν ἐπέλεο καὶ ὑπῆρχες, παρῳχημένος ἐστὶν, εἰλημμένος ἀντὶ ἐνεστῶτος τοῦ πέλεις, Ἰωνικῶς. Idem vero in Il. B, [107]: Ἀτρεὺς δὲ θυήσκων ἔλιπε πολύαρνι Θυέστῃ, Αὐτὰρ ὃ αὖτε Θυέστ' Ἀγαμέμνονι λεῖπε φορῆναι, annotat, de Atreo quidem dici ἔλιπε per ι, utpote in aoristo secundo; at de Thyeste, λεῖπε, per diphthongum, ponendo tempus pro tempore: sc. χρόνον παρατατικὸν ἀντὶ ἀορίστου. Idemque et in εἶδον fieri tradit; sæpe enim ἴδον scribi, τῷ λόγῳ τοῦ δευτέρου ἀορίστου, (unde esse infin. ἰδεῖν, et participium ἰδὼν,) sed interdum etiam cum diphthongo scribi εἶδον: et tunc esse verbum præteriti imperfecti temporis, significans ἔβλεπον, sed pro aoristo usurpari. Alibi autem tradit, verbi illius scripturam ap. hunc poetam ἐπαμφοτερίζειν. In soluta quidem certe oratione εἶδον potius scribi videmus per diphthongum in aoristi signif.: quamvis ἰδεῖν et ἰδὼν simplici ι ibidem scribatur. Ut porro in illo verbo εἶδον, ita etiam in προΐει, habita duntaxat scripturæ ratione, præteritum imperfectum pro præsenti poni existimatur ab eodem scholiaste; sed non B video quid obstet quominus προϊεῖ scribi possit, a προϊῶ quod sit pro προΐημι: ut συνιῶ pro συνίημι usurpatum fuisse ipsemet alibi tradit. Idemque et de μεθίει dicendum fuerit: ut Il. K, [121]: Πολλάκι γὰρ μεθίει τε καὶ οὐκ ἐθέλει πονέεσθαι. Verum ut redeam ad exempla παρατατικοῦ χρόνου positi ἀντὶ ἐνεστῶτος, ex soluta oratione sumpta: ap. Lucian. in Dial. qui Χάρων vel Ἐπισκοποῦντες inscribitur [c. 1] verba hæc Charontis ad Mercurium leguntur: Περιόψει οὖν με ἄλλως πλανώμενον ὑπὲρ γῆς, καὶ ταῦτα, ἑταῖρος καὶ ξύμπλους καὶ συνδιάκτορος ὤν; καὶ μὴν καλῶς εἶχεν, ὦ παῖ Μαίας, ἐκείνων γοῦν σε μεμνῆσθαι, ὅτι κτλ., ubi tamen dubitari queat an εἶχε pro ἔχει positum sit. Suam enim signif. retinere videri queat quatenus Mercurius hoc officium illi præstare jam recusavit: perinde ac si diceret, Non debebas id officii mihi denegare; par enim erat te meminisse etc. Vicissim autem quatenus illum rogare pergit, tanquam non omnino repulsam passus, videri queat hoc præteritum imperfectum C præsentis significationem habere. Memini autem me et alios locos observare, in quibus eadem dubitatio suboriebatur.

Ne hoc quidem indignum fuerit quod addatur, inveniri alicubi præt. imperf. et aor. in uno eodemque orationis membro. Lucian. in Dial. cui Πλοῖον s. Εὐχαὶ est titulus [c. 13]: Εἶτα ἐκ τῶν δώδεκα ἐκείνων ταλάντων οἰκίαν τε ἤδη ᾠκοδομησάμην ἐν ἐπικαίρῳ, μικρὸν ὑπὲρ τὴν ποικίλην, τὴν παρὰ τὸν Ἰλισσὸν ἐκείνην τὴν πατρῴαν ἀφείς· καὶ οἰκέτας ὠνούμην καὶ ἐσθῆτας καὶ ζεύγη καὶ ἵππους.

Ad alterum præteritum venio, quod perfectum vocatur, (a Græcis autem παρακείμενος χρόνος, nec non παρῳχημένος, sed magis proprie παρακείμενος, quod παρῳχημένος latius extendatur, et de omni præterito dicatur,) ac primum pro præsenti usurpari dico, idque in plerisque verbis: ex quibus sunt, πεπίστευκα et νενόμικα, nec non ὑπείληφα, item ἐσπούδακα, ex iis quorum exempla memoria in præsentia mihi suggerit. At Eust. διανενόημαι pro διανοοῦμαι poni tradens, hoc Ionibus, non Atticis, ascribit: sicut ab D eodem illam præteriti imperfecti pro præsenti usurpationem illis tribui antea docui. Equidem si Atticorum esse hunc præteriti pro præsenti usum negemus, et Ionibus ascribere malimus, idem fortassis et de aoristo dicendum fuerit, quem itidem præsentis locum aliquando obtinere docebo. Sed sive horum sive illorum sit hic præteriti usus loco præsentis, ap. Atticos scriptores inveniri in illis quidem certe verbis aliisque nonnullis constat. Afferam autem Luciani locum, in quo duo illorum quæ attuli, sc. πεπίστευκα et νενόμικα, habentur. Legimus enim in Toxaride, et quidem in ipso limine, Τί φῂς, ὦ Τόξαρι; θύετε Ὀρέστῃ καὶ Πυλάδῃ ὑμεῖς οἱ Σκύθαι, καὶ θεοὺς εἶναι πεπιστεύκατε αὐτούς; Aliquanto post autem habemus de eadem re dictum νενομίκατε, ubi scribit, Νῦν τὸ ἔμπαλιν θύσαντες αὐτοῖς, θεοὺς εἶναι νενομίκατε. Quod si quis Luciani testimonio contentus esse nolit, (quem tamen scriptorem omne Attici sermonis κέρμα vel λεπτότατον in suos Dialogos summo cum judicio con-

gessisse dico,) Demosthenicum addam, de priore illo verbo; is enim et participium πεπιστευκότες itidem usurpavit pro πιστεύοντες, Philipp. 2 [p. 67, 9] : Οἱ θαῤῥοῦντες καὶ [θ. κ. ignorat liber S] πεπιστευκότες αὐτῷ. Ubi etiam præsens θαῤῥοῦντες illi adjunctum nullum dubitationis locum relinquit. Adjungam et Æschinis testimonium in Or. c. Ctes.: Ἐγὼ δὲ πεπιστευκὼς ἥκω πρῶτον μὲν τοῖς θεοῖς, δεύτερον δὲ τοῖς νόμοις. Exemplum autem τοῦ ὑπείληφα in præsentis signif. usurpati Dem. nobis exhibebit aptissimum, Pro cor.: Καὶ γὰρ οὕτω πως ὑπείληφα· ἐγὼ νομίζω τὸν μὲν εὖ παθόντα δεῖν μεμνῆσθαι τὸν πάντα χρόνον, τὸν δὲ ποιήσαντα, εὐθὺς ἐπιλελῆσθαι. Aptius certe afferri non potuit, cum νομίζω adjectum sit, quod ὑπείληφα pro præsenti ὑπολαμβάνω positum esse testatur. Quartum illud auctoritate Luciani rursum confirmabo : in Dial. cui nomen dedit Χάρων ἢ Ἐπισκοποῦντες, non procul a fine [c. 20] : Ὦ μάταιοι, τί ἐσπουδάκατε περὶ ταῦτα; παύσασθε κάμνοντες· οὐ γὰρ ἐς ἀεὶ βιώσεσθε. Extat aliquanto post [c. 22] et aliud exemplum præteriti, de quo ante alia egi : Πεπιστεύκασι δ' οὖν [γοῦν] τὰς ψυχὰς ἀναπεμπομένας κάτωθεν, δειπνεῖν μὲν κτλ. Atque ut illic est ἐσπουδάκατε pro σπουδάζετε, sic ἐσπουδακόσι pro σπουδάζουσι ap. Athen. 13, [p. 569, A]: Τοῖς παραπλησίως σοι βιοῦσι, καὶ ἐσπουδακόσι περὶ τὰς μεγαλομίσθους ἑταίρας. Ut autem νενόμικα pro νομίζω positum attuli paulo ante, sic ἧγημαι pro ἡγοῦμαι (quod synonymum est) afferre possem : quin etiam ἤλπικα pro ἐλπίζω itidem inveniri posse scio. Sed exempla mihi in præsentia minime sunt in promptu. Quin etiam memini me et in aliis plerisque verbis eundem præteriti usum observare, quæ mihi in præsentia memoria non suggerit : simulque errorum ab Interpretibus commissorum quod hoc non animadverterent, recordor. Ceterum admonendum et de hoc lectorem censeo, ne illis præteritis addat δέδοικα, οἶδα, et μέμνημαι, aliaque id genus tanquam a me non consulto sed oblivione prætermissa. Hæc enim aliaque hujusmodi (ut omittam, eorum usum non minus linguæ communis esse quam Atticæ,) cum præterita sint nomine tenus, utpote significatione semper præsentia, nequaquam in præcedentium numero ponenda fuerint. Atque ut illa præterita nihil aliud sunt quam præsentia, sic illorum præterita plusquamperfecta non aliud quam præterita imperfecta. Siquidem μέμνημαι est Recordor : ἐμεμνήμην, Recordabar. Itidemque οἶδα, Scio : ᾔδειν, Sciebam. Eundemque usum Latini suis verbis, quæ Græcis illis significatione respondent, tribuerunt : Memini pro Recordor, et Novi pro Scio dicentes. Observavi porro et quædam passivæ vocis præterita præsentis temp. significationem habentia : ex quibus est πεφόβημαι. Aristoph. Nub. [294] : Οὕτως αὐτὰς τετρεμαίνω καὶ πεφόβημαι. Hic enim πεφόβημαι pro præsenti φοβοῦμαι accipi, vel ex τετρεμαίνω ei adjuncto, patet. Sic certe τετρεμαίνοντα et φοβούμενον copulat Xenarchus ap. Athen. 13, [p. 569, C] : Ἀεὶ δὲ τετρεμαίνοντα καὶ φοβούμενον. Sic ap. Æschin. πεφοβῆσθαι pro præsenti accipere possumus [p. 24, 40] : Κατεπαγγέλλεται γὰρ παραστήσειν τῷ μὲν φυγόντι, θαῤῥεῖν, ὅταν αὐτὸς δεῦρο παρέλθῃ, ἐκπεπλῆχθαι δὲ τῷ κατηγόρῳ καὶ πεφοβῆσθαι περὶ αὐτοῦ. Hic enim non dixerim cum Budæo, temporis mutationem esse, sed potius ab una parte poni θαῤῥεῖν, ab altera πεφοβῆσθαι et ἐκπεπλῆχθαι, tanquam præsentis itidem significationem habentia : sc. ex Demosth. θαῤῥοῦντες cum πεπιστευκότες junctum attuli supra. (Fateor alioqui, quod ad ἐκπεπλῆχθαι attinet, non ita pure præsentis significationem habere ut πεφοβῆσθαι, sed potius præteriti simul et præsentis signif. in eo conjunctam videri. Idemque et de aliis nonnullis posse dici existimo : quorum ex numero est πεπεῖσθαι. Nec mirum est si aliquam inter ἐκπεπλῆχθαι et πεφοβῆσθαι differentiam hac in re constituo, cum πεφοβῆσθαι voce tenus passivum sit, at ἐκπεπλῆχθαι voce pariter et signif.) Sic autem participium πεφοβημένος pro φοβούμενος positum invenitur. At vero participium δεδακρυμένος habet quidem et ipsum in præterito significationem præsentis, sed ita tamen ut aliquid amplius sonet quam δακρύων : quemadmodum sc. Gallice *Esploré* (quod itidem forma participii passivi præteriti dicitur) majus aliquid significat quam *Plorant*. His autem, quæ attuli, præteritis duo addi possunt ex Bud., διαιρεῖσθαι et παρεσκευάσθαι : quæ afferuntur ab illo, ubi de verbo διαιρεῖσθαι agit. Inter alia enim hujus verbi exempla, hoc ex Plat. Phædro producit, Οὐκοῦν τὸν μέλλοντα τὴν ῥητορικὴν τέχνην μετιέναι, πρῶτον μὲν δεῖ ταῦτα ὁδῷ διῃρῆσθαι. Additque διῃρῆσθαι pro διαιρεῖσθαι ita dixisse illum ut Aristot. παρεσκευάσθαι, Polit. 7. Subjungitque ex Isocr., Ὡς δεῖ τὴν πόλιν ἐξανδραποδισθῆναι. Ego, quod ad illud παρεσκευάσθαι attinet, talem esse dixerim ejus usum, qualis est ap. Latinos participii Facto, cum dicitur Ita facto opus est, de re quam fieri volumus. Sic et ap. Sallustium, Priusquam incipias, consulto, et ubi consulueris, mature facto opus est : Priscianus Consulto et Facto pro Consuli et Fieri accipit. Legitur autem et Transcurso opus est, ap. Terent., eadem forma dictum.

Præt. imperf. ponitur etiam pro plusquamperfecto; sed hic usus non mihi liquet an sit Atticus, quod nulla ejus ex Atticis scriptoribus exempla in mentem veniant.

Aoristus uterque, sed prior præsertim, præsentis locum frequenter obtinet : præsentis tamen non in vulgari signif. sumpti, verum potius in ea quæ locis quibusdam peculiariter convenit. Ea autem est, cujus jam antea mentionem aliquam feci, initio hujus capitis. Loquens enim de præsenti signif. futuri habente, et in exemplum afferens istum Hom. locum [Il. Δ, 161], Εἴπερ γάρ τε καὶ αὐτίχ' Ὀλύμπιος οὐκ ἐτέλεσσεν, Ἔκ τε καὶ ὀψὲ τελεῖ· σύν τε μεγάλῳ ἀπέτισσαν Σὺν σφῇσιν κεφαλῇσι, γυναιξί τε καὶ τεκέεσσιν· dixi me de τελεῖ quidem posito pro τελέσει, vel potius ἐκτελεῖ pro ἐκτελέσει, Eustathio assentiri; at de ἀπέτισσαν, ab illo dissentire : cum enim ἀπέτισσαν futuri itidem signif. habere existimet, ut sit i. q. ἀποτίσουσι, ego contra existimo talem usum habere, qualem ἐπέθηκεν in isto Hesiodi loco [Op. 331] : Τῷ ὅήτοι Ζεὺς αὐτὸς ἀγαίεται, ἐς δὲ τελευτὴν Ἔργων ἀντ' ἀδίκων χαλεπὴν ἐπέθηκεν ἀμοιβήν. Hic enim, ut ibi dixi, ἐπέθηκεν suam signif. non retinere manifestum est, sed potius locum præsentis ἐπιτίθησι obtinere : quod nihil aliud sonet quam ἐπιτιθέναι εἴωθε. Cum autem multus sit hic aoristi usus, exemplorum parcus esse nolo; sed primum illi Homerico alia ex eodem poeta sumpta addam. Legimus igitur hæc Achillis ad Minervam verba, Il. A, [216] : Χρὴ μὲν σφωΐτερόν γε, θεά, ἔπος εἰρύσασθαι, Καὶ μάλα περ θυμῷ κεχολωμένον· ὡς γὰρ ἄμεινον. Ὅς κε θεοῖς ἐπιπείθηται, μάλα τ' ἔκλυον αὐτοῦ. Hic enim non dubium est quin ἔκλυον sit pro κλύουσι : hoc autem κλύουσι, pro κλύειν εἰώθασι : hujus cum pulcerrimæ gnomes sensus sit, Deos solere exaudire preces eorum qui ipsis dicto sunt audientes. Sic autem aoristum pro ejusmodi præsenti positum habes ap. eund. poetam eodemque in verbo, Il. Ω, [335] : Ἑρμεία, σοὶ γάρ τε μάλιστά γε φίλτατόν ἐστιν Ἀνὸρὶ ἑταιρίσσαι, καί τ' ἔκλυες ὅ κ' ἐθέλῃσθα, Βάσκ' ἴθι, κτλ. Hic enim ἔκλυες sonat ὑπήκουσας, (aliam siquidem quam in præcedenti loco signif. habet,) ὑπήκουσας vero est pro ὑπακούεις : et hoc, pro ὑπακούειν εἴωθας. Merito igitur dixi supra me a Bud. dissentire, existimante ἔκλυες præt. imperf. esse; ubi enim scribit præt. imperf. pro præsenti poni, hunc quoque locum in exemplum affert. Sed ut tandem ex soluta quoque oratione exempla proferam, (utpote in qua non minus frequens vel potius frequentior sit hic aoristi usus,) legimus ap. Plat. Phædone [p. 113, D] : Ἐπειδὰν δ' ἀφίκωνται οἱ τετελευτηκότες εἰς τόπον, ᾗ ὁ δαίμων ἕκαστον κομίζει, πρῶτον μὲν διεδικάσαντο οἵ τε καλῶς καὶ ὁσίως βιώσαντες, καὶ οἱ μή· minime enim dubium est quin hic itidem διεδικάσαντο sit pro διαδικάζεσθαι εἰώθασι. Huic exemplo subjungam aliud ex Dem. petitum, Olynth. 2 [p. 20, 26] : Ὅταν μὲν γὰρ ὑπ' εὐνοίας τὰ πράγματα συστῇ, καὶ πᾶσι ταὐτὰ συμφέρῃ τοῖς μετέχουσι τοῦ πολέμου, καὶ συμπονεῖν καὶ φέρειν τὰς συμφορὰς καὶ μένειν ἐθέλουσιν οἱ ἄνθρωποι· ὅταν δ' ἐκ πλεονεξίας καὶ πονηρίας τις, ὥσπερ οὗτος, ἰσχύσῃ, ἡ πρώτη πρόφασις καὶ μικρὸν πταῖσμα ἅπαντα ἀνεχαίτισε καὶ διέλυσεν. Siquidem et in hoc l. nulli dubium esse potest quin ἀνεχαίτισε et διέλυσεν sint pro ἀναχαιτίζει et διαλύει, i. e. ἀναχαιτίζειν εἴωθε, et διαλύειν εἴωθε. Sic porro in eadem oratione non procul a loco illo compara-

tionem habemus ab humano corpore sumptam, in qua eundem aoristo usum tribuit, præcedente itidem præsenti [p. 24, 4] : Ὥσπερ γὰρ ἐν τοῖς σώμασιν ἡμῶν ἕως μὲν ἂν ἐῤῥωμένος ᾖ τις, οὐδὲν ἐπαισθάνεται τῶν καθ' ἕκαστα σαθρῶν· ἐπὰν δὲ ἀῤῥώστημά τι συμβῇ, πάντα κινεῖται, κτλ., eodem modo, inquit, τῶν πόλεων καὶ τῶν τυράννων, ἕως μὲν ἂν ἔξω πολεμῶσιν, ἀφανῆ τὰ κακὰ τοῖς πολλοῖς ἐστίν· ἐπειδὰν δὲ ὅμορος πόλεμος συμπλακῇ, πάντα ἐποίησεν ἔκδηλα. Esse enim hic ἐποίησεν ἔκδηλα pro ποιεῖ ἔκδηλα, præterquam quod aliunde cognosci potest, ipsemet ostendit, cum alibi eadem comparatione utens per præsens tempus effert quod hic per aoristum. Verum ut hic aoristi usus manifestior etiam fiat, afferam et alios locos in exemplum, ubi simul aoristus et præsens eadem in re ponuntur. Soph. El. init. [25] : Ὥσπερ γὰρ ἵππος εὐγενὴς, κἂν ᾖ γέρων, Ἐν τοῖσι δεινοῖς θυμὸν οὐκ ἀπώλεσεν, Ἀλλ' ὀρθὸν οὓς ἵστησιν· ὡσαύτως δὲ σὺ Ἡμᾶς τ' ὀτρύνεις, αὐτός τ' ἐν πρώτοις ἕπει. Quos versus olim ita verti : Namque generosus ut periculis equus Non cedit ullis territus, senex licet, Sed potius aures arrigit; sic tu quoque Hortaris et nos, primus et carpis viam. Hic οὐκ ἀπώλεσε positum esse pro οὐκ ἀπόλλυσι, aperte ostendit præsens quod sequitur, ἵστησι. Afferam vero et ex soluta oratione locum in quo idem, i. e. eadem horum temporum copulatio, cernitur. Lucian. in Dial. qui Χάρων s. Ἐπισκοποῦντες inscribitur [c. 19] : Ἐκείνων τοίνυν (τῶν φυσαλλίδων) αἱ μέν τινες μικραί εἰσι, καὶ αὐτίκα ἐκραγεῖσαι ἀπέσβησαν· αἱ δ' ἐπὶ πλέον διαρκοῦσι, καὶ προσχωρουσῶν αὐταῖς τῶν ἄλλων, αὖται ὑπερφυσώμεναι ἐς μέγιστον ὄγκον αἴρονται. Cum autem usus sit aoristo, deinde præsenti, tandem ad aoristum redit, in verbis quæ proxime sequuntur; scribit enim, Εἶτα μέντοι κἀκεῖναι πάντως ἐξερῥάγησάν ποτε. Sic vero et ubi hanc similitudinem proposito suo accommodat, utroque tempore indifferenter utitur, Καὶ οἱ μὲν ὀλιγοχρόνιον ἔχουσι καὶ ὠχύμορον τὸ φύσημα, οἱ δὲ ἅμα τῷ ξυστῆναι ἐπαύσαντο. Ceterum quamvis in iis omnibus quos attuli locis aoristus pro præsenti accipiatur, sed alium quam vulgarem usum habente, inveniri tamen et aliquos sciendum est, ubi pro hoc præsenti, non pro illo accipiendus sit. Exemplum habemus ap. Soph. Aj. p. 32 meæ ed. [536] : Ἐπήνεσ' ἔργον, καὶ πρόνοιαν ἣν ἔθου· hic enim ἐπήνεσα pro ἐπαινῶ poni constat, et quidem significante simpliciter Laudo, non autem Laudare soleo.

Aor. pro fut. etiam ponitur, si schol. Callim. credimus, Hymn. εἰς Δῆλον [203] : Ἥρη, τοῦτό με ῥέξον ὅ τοι φίλον· οὐ γὰρ ἀπειλὰς Ὑμετέρας ἐφύλαξα· πέρα, πέρα εἰς ἐμὲ, Λητοῖ· hunc enim aor. ἐφύλαξα pro φυλάξω positum esse tradit. Sic vero ap. Eur. Phœn. schol. κατενάσθην exp. κατανασθήσομαι : itidemque ἐγενόμαν, γενήσομαι. Idem ap. Eur. Hec. [214] : Τὸν ἐμὸν δὲ βίον, λώβαν λύμαν τ' οὐ μεταχλαίομαι· Ἀλλὰ θανεῖν μοι ξυντυχία κρείσσων ἐκύρησεν, (scribo autem hæc ut in meo Cod. vet. scripta sunt, cum alioqui typographicæ edd. verba ista in tres versus dividant,) esse ἀντιχρονισμὸν ait in verbo ἐκύρησεν. Imo pro illo affert ἐκήρυξεν, cui tribuit ἀντιχρονισμόν. Ego in illo ἐκήρυξεν non intelligo quis ἀντιχρονισμὸς esse queat, cum ne sensus quidem ullus ex lectione illa elici posse videatur; at retinendo ἐκύρησεν, ἀντιχρονισμὸν statuere nihil opus est, cum θανεῖν sit pro θάνατος, dicatur autem θάνατος tam de Morte quæ ventura est, quam de Morte quæ jam venit. Quin etiam possumus τὸ θανεῖν exponere τὸ δεῖν θανεῖν : hoc modo, Quin potius in eo sortem meliorem nacta sum quam tu, quod mihi moriendum sit. Fateor alioqui aoristi pro futuro usum ad ἀντιχρονισμὸν non male referri, (eoque potius quam ad atticismum referendus forsitan fuerit,) sed constituitur ἀντιχρονισμὸς in iis quæ una cum aliis narrantur, quamvis non eodem tempore facta sint, s. contigerint. Ille tamen Eur. schol. ἀντιχρονισμοῦ appellatione ita utens quasi simpliciter de Quavis temporis pro tempore usurpatione dicatur, ἀντιχρονισμὸν esse scribit et initio Hec., in præterito ᾤκισται : in secundo versu, Ἵν' ᾅδης χωρὶς ᾤκισται θεῶν· si pro κατοικεῖται accipiatur.

Fut. tempus in infin. modo pro præsenti s. aor. positum invenitur, ap. Thuc. præsertim, ut 8, p. 286 [c. 74] : Καὶ διανοοῦνται, ὁπόσοι τε ἐν Σάμῳ στρατεύονται, μὴ ὄντες τῆς σφετέρας γνώμης, τούτων πάντων τοὺς προσήκοντας λαβόντες εἴρξειν, ubi ipse etiam schol. εἴρξειν pro εἶρξαι positum esse admonet. Idem vero debuit et in hunc l. annotare, qui eodem in lib. extat, p. 280 [c. 55] : Οἱ δὲ διενοοῦντο βοηθήσειν.

Futurum nonnullis etiam locis adhibitum invenitur, ubi in præsens itidem aut in præteritum perfectum resolvi posse videtur. Cujus usus exemplum habemus ap. Lucian. scribentem hæc in Prometheo s. Caucaso [c. 7] : Καὶ ὡς μειρακίου τὸ τοιοῦτον, ὀργίζεσθαι καὶ ἀγαναχτεῖν εἰ μὴ τὸ μεῖζον αὐτὸς λήψεται· videtur enim εἰ μὴ λήψεται esse pro εἰ μὴ λαμβάνει, (vel λαμβάνοι, in præsenti opt.,) aut etiam pro εἰ μὴ εἴληφε : non enim loquitur de eo quod eventurum erat, sed de eo quod jam evenerat : et quod ipsemet modo dixerat, sc. Jovem μικρὸν ὀστοῦν ἐν τῇ μερίδι εὑρηκέναι. Latine λήψεται per præsens conjunctivi reddendum videtur : ita interpretando hunc l., Atque hoc esse adolescentuli, (i. e. adolescentulo convenire,) succensere et indignari si eam partem, quæ major sit, non accipiat. Vel (si præterito utendum sit), Nisi acceperit. Ut autem minus hunc futuri usum miremur, in aliam sermonis formam locum illum mutantes, fingamus Prometheum ita loqui, Rem se indignam facit Jupiter, et quæ ab adolescentulo quopiam expectanda potius fuerit; succensebit enim adolescentulus quoties ex duabus portionibus majorem non accipiet.

CAPUT VII.

DE ALIIS VARIIS, QUÆ ATTICI

CIRCA VERBA INNOVARUNT; SIVE, IN QUIBUS A LINGUÆ COMMUNIS CONSUETUDINE DESCIVERUNT.

Alia sunt præterea, et quidem varia, quæ Attici innovarunt circa eam orationis partem, quam Græci gramm. ῥῆμα, Latini Verbum appellant; sive, in quibus Attici a linguæ communis consuetudine desciverunt. Quoniam autem hæc, ut superiora, (quæ majoris momenti sunt, utpote in quibus Attica σύνθεσις, s. ἑρμηνεία, s. φράσις excutitur,) a gramm. non item prætermissa fuerunt, ita mihi non item de horum tractatione laborandum esse existimavi : cum ea, quæ silentio prætermiserim huc pertinentia, ex illorum libris petere, et exempla si non omnium, at certe majoris eorum partis facile invenire possis.

Attici quibusdam verbis suam terminationem mutant, simul etiam syllabam unam addentes, veluti cum

διωκάθω pro διώκω, cum ἀμυνάθω pro ἀμύνω dicunt. Aristoph. Nub. [1323] : Ἀμυνάθετέ μοι τυπτομένῳ πάσῃ τέχνῃ. Apud Eund. legitur alterum illud διωκάθειν, nec non ap. Plat. Terminationem mutant Attici et cum ἀνύτω pro ἀνύω, cum ἀρύτω pro ἀρύω dicunt. Siquidem ἀνύτω et ἀρύτω Atticæ linguæ ab Eust. ascribuntur. Invenitur alioqui ἀνύττω duplici τ scriptum plerisque in locis, ut in meo Thes. Gr. Linguæ annotavi, ubi etiam, confirmari hanc scripturam a schol. Thuc., docui : scribente, Atticos dicere ἀνύτειν quod alii ἀνύττειν. Sed librarii errore ἀνύττειν pro ἀνύειν positum hic esse credibile est ; atque adeo ἀρύτω et ἀρύτομαι, unico τ passim scripta, illam literæ τ geminationem refellunt. Alia porro est terminationis mutatio, cum ἀμβλυώττω pro ἀμβλυωπῶ dicunt : siquidem Atticum illud esse, non hoc, quidam tradiderunt. Quod si verum est, dicendum fuerit, ut opinor, Atticis placuisse huic verbo terminationem dare τοῦ τυφλώττω, τοῦ καρδιώττω, aliorumque hujusmodi, non habita ratione nominum ἀμβλυωπὸς, et ἀμβλυωπὴς, unde verbum ἀμβλυωπῶ π retinet. Alio insuper modo κατάληξιν, Terminationem, immutant, cum μηνιᾶν pro μηνίειν dicunt. Hoc enim μηνίειν in μηνιᾶν quosdam ex Atticis vertisse testatur Eust.

Attici non contenti temporibus quæ lingua communis habebat, tempus quod Paulo-post-futurum appellatur, addiderunt : si quidem iis credimus, qui hunc τὸν μετ' ὀλίγον μέλλοντα χρόνον inventum illorum esse tradiderunt : ut Τετύψομαι, Ἀελέξομαι, Βεβοήσομαι.

Attici syncope usi sunt in verborum quorundam barytonorum thematibus, veluti cum ὄφλω pro ὀφείλω, ἔργω pro ἐγείρω, itidemque ἄγρω pro ἀγείρω dixerunt. Ex illa autem verbi ἀγείρω syncope est partic. ἀγρόμενος ap. Hom. : sicut ἔγρετο ab ἐγείρω est syncopen itidem passo. Sed hunc morem τοῦ συγκόπτειν τὰ ῥήματα quidam Æolicum non minus quam Atticum esse tradiderunt. Ut porro syncope ibi cernitur, sic apocope in quibusdam imperativis : ut in ἀνάβα pro ἀνάβηθι, in κατάβα pro κατάβηθι : itidemque in ἀνάστα pro ἀνάστηθι. Nam pro ἀνάβηθι, κατάβηθι, ἀνάστηθι, Atticorum esse existimantur ἀνάβαθι, κατάβαθι, ἀνάσταθι, (ut φάθι et σύμφαθι ap. eos legitur,) ex quibus esse ἀνάβα, κατάβα, ἀνάστα, facta apocope. Aliis etiam imperativis (i. e. quæ sunt alius conjugationis) syllabam ademerunt, verum interveniente aliqua mutatione. Talia sunt ista, ἔξει pro ἔξιθι, ἐπέξει pro ἐπέξιθι, μέτει pro μέτιθι, δίει pro δίϊθι, ἄπει pro ἄπιθι. Syllabam ademerunt itidem, cum τίθει pro τίθητι, cum δίδου pro δίδοθι, cum ἵστη pro ἵσταθι dixerunt. (Quod et de compositis intelligendum est : eodem sc. modo dici ἐφίστη et καθίστη pro ἐφίσταθι et καθίσταθι : eademque forma cetera.) Tale est et ἐμπίπλη pro ἐμπίπλαθι. Quibus addi possunt cum alia, tum vero ἵστω pro ἵστασο : pariterque composita, ἀνίστω, ἐφίστω, etc. pro ἀνίστασο, καθίστασο, etc.

Cum autem illa verba, sicut et alia pleraque, ex trisyllabis disyllaba fecerint, aut ex quadrisyllabis trisyllaba, vel syncope utentes vel apocope, alicubi quidem simpliciter (i. e. non interveniente ulla scripturæ mutatione), alicubi non simpliciter : vicissim aliqua ex disyllabis trisyllaba, vel ex trisyllabis quadrisyllaba fecisse per epectasin comperiuntur : non solum cum literam ι calci quorundam vocabulorum adjecerunt, dicentes οὑτοσὶ pro οὗτος, et νυνὶ pro νῦν, atque alia, de quibus alibi disserui : sed etiam ἔφησθα pro ἔφης, ἦσθα, παρῆσθα, pro ἦς, παρῆς : et ἐπεξίησθα pro ἐπεξίης. Quin etiam in quibusdam syncope post illam ἐπέκτασιν usi sunt, veluti cum ex οἶδας fecerunt οἶδασθα, deinde οἶσθα per sync. ex οἴδασθα. Ac quemadmodum calci vocum illarum et quarundam aliarum syllabam adjecerunt per epectasin, ita in nonnullis epenthesi vel prosthesi usi sunt : epenthesi, veluti cum ἤγαγον pro ἦγον dixerunt ; prosthesi (ut quidam appellarunt), cum fronti nonnullarum syllabam præfixerunt ; præsertimque in verbis : veluti cum ἀγήγερκα pro ἤγερκα, itidemque ἀγήγερμαι pro ἤγερμαι dixerunt. Alicubi autem cum mutatione aliqua, veluti cum pro ἤληκα et ἤλειφα dicitur ἀλήλεκα et ἀλήλιφα, ab ἀλήθω et ἀλείφω : sic ἀκήκοα pro ἤκουα. Interdum etiam pleonasmus unius literæ aut duarum intervenit, ut ἄγω, ἦχα, Attice ἄγηχα, et cum pleonasmo τοῦ ο, ἀγήοχα. At in ἐδήδοκα duarum literarum est pleonasmus. Quibusdam autem verbis ε duntaxat præfigunt, ut cum ἑώρακα dicunt pro ὦρακα, et ἐώνημαι, pro ὤνημαι, et ἔωσα pro ὦσα, et ἔῳγα pro ᾠγα : quæ vocalis prosthesis et in communis linguæ consuetudinem in plerisque verbis transiit.

Duplici præterea augmento s. incremento Atticos uti, dicentes ἠβουλόμην pro ἐβουλόμην, et ἠδυνάμην pro ἐδυνάμην, item πεπαρώνηκα pro παρώνηκα, et ex Articulo XLVIII Corinthi discere potes, et ex iis quæ in illum annotavi. Quidam tamen gramm. in ἠβουλόμην et ἠδυνάμην et ἤμελλον pro ἐβουλόμην et ἐδυνάμην et ἔμελλον, non dicunt augmentum augmento adjungi, sed augmentum syllabicum in temporale verti. Qua de re certare illos sinam. Quoniam vero de literarum adjectione modo agebam, (quæ in certis quibusdam verbis incrementi itidem adjectionem afferre videri potest, ut in ἑώρακα,) aliud adjectionis genus illi addendum fuerit : qualis nimirum est in πλευσοῦμαι pro πλεύσομαι, et quæ huic similia sunt : ut θευσοῦμαι pro θεύσομαι. At βαδιοῦμαι Atticum quidem est, sed pro βαδίσομαι : sequiturque hoc βαδιοῦμαι inflexionem activæ vocis ; nam pro βαδίσω dicitur βαδιῶ, (ut νομιῶ pro νομίσω,) unde βαδιοῦμαι. Ut porro epenthesis posterior, quæ est in πλευσοῦμαι pro πλεύσομαι, Attica censetur, sic prior, i. e. prioris υ (quam epenthesin et lingua communis usurpat) Æolibus ascribitur, sicut et in activo fut. πλεύσω, a πλέω : itidemque in ῥεύσω, πνεύσω, a ῥέω, πνέω.

Ceterum ut paulo ante dicebam Atticos duplici augmento alicubi uti, sic eosdem contra in nonnullis verbis augmentum prorsus rejicere sciendum est, veluti cum ἀνάλωσα et ἀνάλωκα pro ἀνήλωσα et ἀνήλωκα usurpant : cum ab εὔχομαι dicunt εὐχόμην et εὐξάμην, non ηὐχόμην et ηὐξάμην : cum εὗρον, non ηὗρον, et εὖδον, non ηὖδον usurpant. Cum vero hoc dico, non ignoro me plane contrarium tradere ei quod grammaticorum vulgus, præsertimque recentium, tradit : nimirum ηὐξάμην, ηὗρον, ηὖδον, esse Attica : illa autem, εὐξάμην, εὗρον, εὖδον, esse linguæ communis. Sed auctoritati cum aliorum tum vero Eustathii incumbo : Τὸ δὲ εὔξαντο, καὶ ὅσα τοιαῦτα, εἰσὶ μὲν Ἀττικῶς ἀναύξητα, κεκοίνωται δὲ πλέον ἤπερ τὰ μετὰ αὐξήσεως κοινά. Potius autem gramm. illos quam hunc falli persuasum nobis esse debet. Verum et aliam augmenti abjectionem observare me memini, quam itidem Atticam esse existimo : nimirum augmenti quod præteritum plusquamperfectum augmento præteriti adjectum habet : ut si τετύφειν dicamus pro ἐτετύφειν, et πεποιήκειν pro ἐπεποιήκειν. Neque tantum apud eos scriptt. qui in Atticorum numero habentur, sed et apud nonnullos eorum qui communi lingua utuntur, hanc incrementi abjectionem me videre memini.

Attici et verba circumflexa ex barytonis, et vicissim barytona ex circumflexis fecerunt. Circumflexa pro barytonis in futuro præsertim usurparunt, veluti cum τυπτήσω, γραφήσω, χαιρήσω dixerunt : tanquam a τυπτῶ, γραφῶ, χαιρῶ, cum tamen τύπτω, γράφω, χαίρω dici sciamus. Quamvis autem futurum duntaxat in exemplum afferam, eos in aliis quoque temporibus eandem libertatem usurpasse sciendum est : minus tamen fortasse quam in illo tempore : nisi in certis quibusdam verbis : quorum ex numero est illud, cui tertium locum dedi : siquidem γεγράφηκα et γεγράφημαι valde usitata esse videmus. Apud Hesiod. διδασκῆσαι etiam legitur : quod fortasse in soluta oratione non reperiatur. Iidem vicissim (uti dixi) barytona ex circumflexis fecerunt, veluti cum στέρομαι pro στεροῦμαι dixerunt. Sic ἐπιμέλομαι et μεταμέλομαι libentius quam ἐπιμελοῦμαι et μεταμελοῦμαι usurparunt. Quin etiam θέλω, μέλω, ὀφείλω, aliaque nonnulla ex circumflexis barytona fecisse perhibentur : et futura, θελήσω, μελήσω, ὀφειλήσω, id testari existimantur.

Attici in futuris præsertim libentius passivam vocem usurpant quam activam, ut docui in LXXXV Articulum Corinthi. Cum autem dico, in futuris præser-

tim, in aliis quoque temporibus passiva voce interdum uti illos pro activa, non inficior. Quod tamen ab illis non in quolibet verbo sine discrimine fieri, ex iis quæ ibi disserui intelliges.

Iidem aoristo priore vocis mediæ gaudent: atque illi passivam quoque signif. alicubi dedisse comperiuntur. Aoristo posteriore passivo libentius utuntur quam priore, ubi ambo sunt in usu: ἐῤῥίφην enim potius quam ἐῤῥίφθην dicunt: sic ἐῤῥάφην quam ἐῤῥάφθην: sic ἐγράφην potius quam ἐγράφθην: sic ἐβάφην quam ἐβάφθην: sic ἐβλάβην quam ἐβλάφθην: sic ἐτράφην quam ἐτράφθην: sic ἐφάνην quam ἐφάνθην. Soph. autem schol. generalius hac de re loquens, tradit priores aoristos passivos ut plurimum inusitatos esse, ubi posteriores in usu sunt: inusitatos inquam esse præterquam ap. poetas. Hoc autem annotat in Aj. [830]: Ῥιφθῶ κυσὶ πρόβλητος, οἰωνοῖς θ' ἕλωρ. Hoc quidem certe constat, linguam etiam communem in plerisque verbis posteriore potius quam priore uti; atque adeo in nonnullis ne usurpare quidem hunc ullo modo. Qui autem scire volet quænam sint verba passiva quorum aoristus prior inusitatus sit, aures suas consulat; quæ enim præ ceteris κακοφωνίαν habent s. τραχυφωνίαν, ea potissimum in usum recepta non fuerunt. Verum ei, quod de ἐβλάφθην dixi, repugnat, quod ap. Thom. M. legitur, βλαφθέντες, δόκιμον· τὸ δὲ βλαβέντες, κοινόν. Sed exemplis hoc potius quam illud confirmari posse dico. Idem scribit etiam καταλεχθεὶς esse κάλλιον quam καταλεγείς.

Atque ut aoristum posteriorem libentius plerumque usurparunt quam priorem, sic et futuro posteriore interdum pro futuro priore usi sunt. Talia sunt ap. Thuc. κωλύσονται et τιμήσονται pro κωλυθήσονται et τιμηθήσονται. Illud κωλύσονται, legitur, 1, p. 46 meæ ed. [c. 142]: Τῇ τῶν χρημάτων σπάνει κωλύσονται. At hoc τιμήσονται habemus 2, p. 77 [c. 87]: Οἱ δὲ ἀγαθοὶ τιμήσονται τοῖς προσήκουσιν ἄθλοις τῆς ἀρετῆς.

Attici in ipso etiam conjugandi s. inflectendi modo quædam sibi peculiaria habent, veluti cum pro ἐτετύφειν dicunt ἐτετύφη, et ἐτετύφεσαν pro ἐτετύφεισαν. Cui ἐτετύφεσαν simile est ap. Thuc. εἰρήκεσαν, p. 148 meæ ed. [4, 83.] Illi autem ἐτετύφη simile est ᾔδη pro ᾔδειν: de quo ᾔδη et similibus dictum a me fuit supra: nimirum in iis quæ in Articulum LV Corinthi annotavi. Peculiare etiam habent ut pro ποιοῖμι dicant ποιοίην, (cui simile est περιπατοίην pro περιπατοῖμι,) eodemque dicant modo itidem γνοίην et δοίην pro γνοῖμι et δοῖμι: qui metaplasmus magis novus est in ἐκπεφευγοίην ap. Soph. [OEd. T. 840] pro ἐκπεφεύγοιμι. Atque ut ποιοίην pro ποιοῖμι, sic ποιήσεια pro ποιήσαιμι dicunt. Verum ut hoc ποιήσεια, sic etiam illud ποιοίην quidam Æolibus cum Atticis commune esse tradiderunt: donec tamen id certioribus testimoniis compertum fuerit, inter illa, quæ Atticorum sunt, annumerari potest. Eorundem est in passiva voce τύπτει scribere pro τύπτῃ, et τύψει pro τύψῃ, itidemque in ceteris verbis: quod lingua communis in tribus duntaxat imitata est, sc. in βούλει, οἴει, ὄψει, quoniam horum activa in usu non invenit: ut schol. Aristoph. Pl. annotat. Sunt denique et alia quædam in conjugatione Attica peculiaria, quæ ex gramm. petenda tibi relinquo.

CAPUT VIII.

DE IIS, QUÆ ATTICI

IN USU NOMINUM SIBI PECULIARIA HABENT.

Cum talis sit hujus Capitis qualis et præcedentis materia, i. e. cum in hoc itidem ea tractentur (magna saltem ex parte), quæ quoniam ad prima linguæ Græcæ rudimenta pertinent, ea grammatici tradiderunt: quæ ibi præfatus sum, eadem et hic locum habere atque adeo eadem et hic me præfari dico.

Quemadmodum Atticos in quibusdam verbis terminationem sibi peculiarem habere dixi, aucto etiam syllabarum numero, (veluti cum διωχάθω et ἀμυνάθω pro διώκω et ἀμύνω dicunt,) ita et nomina quædam suo modo terminare, i. e. ultimam eorum syllabam aliter quam ceteros scribere, sciendum est: adeo quidem ut etiam declinationem sibi, i. e. suis illis nominibus, peculiarem apud gramm. obtinuerint. De iis nominibus loquor, quæ, cum in lingua communi desinant in ος, apud Atticos desinunt in ως, ut νεὼς pro ναὸς, λεὼς pro λαὸς, et λαγὼς pro λαγός. Meminit autem hujus mutationis Corinthus; sed multa hic animadvertenda sunt: ac primum, quædam esse nomina quorum hæc Attica scriptura ad communem linguam transierit: ex quibus esse ταὼς, quo Pavo significatur. Passim enim ταὼς legimus, at ταὸς vix usquam. Apparetque ex Eustath., de hujus usu dubitatum fuisse, quippe qui scribat, κατὰ δέ τινας ταός: cum tamen alibi pluralis ταοὶ exemplum afferat. Quin etiam κάλος pro κάλως parum usitatum esse constat. Atque adeo ut λαγὼς, Atticum, ita λαγὸς non linguæ communis, sed Ionicum esse a quibusdam censetur: adeo ut illa sua hic appellatione destituatur, nisi λαγωὸς illi ascribatur. Verum et de hoc ipso aliqua controversia est, an ex λαγὼς per pleonasmum τοῦ ο, an ex λαγὸς pleonasmo τοῦ ω factum sit. Ad λαγὸς autem quod attinet, Eustath. quidem uno in loco, Διφορεῖται λαγὸς, inquit, καὶ ὁ μὲν διὰ τοῦ ο παλαιὸς, καὶ κοινότερος· ὁ δὲ ἐκτεταμένος Ἀττικῶς παρεισέδυ. Sed in alio Ejusdem loco legimus, Ἔστι δὲ, φασὶν, Ἰωνικὸν μὲν, ὁ λαγὸς, ὡς ναός· Ἀττικὸν δὲ, λαγὼς, διὰ τοῦ ω μεγάλου, ὡς νεώς. Athen. quoque, (quem ille, ut opinor, hic secutus est,) vel Tryphon gramm. ap. Athen., quamvis λαγὸν pro linguæ communis vocabulo agnoscat, scribens 9, [p. 400, D]: Ἐπεὶ τὸ καθ' ἡμᾶς ἐστὶ λαγὸς, tamen paulo post scribit, Εἶτά ἐστι τὸ μὲν Ἰακὸν, λαγός· (Λαγὸν παράξας πείθει [Schweigh. πῖθι] τὸν θαλάσσιον·) τὸ δὲ λαγὼς, Ἀττικόν· ubi verba, quæ parenthesi includo, senarium efficiunt, quem in exemplum afferre videtur. Subjungit autem, Atticos quoque λαγὸν dicere, afferens hunc Soph. versum, Γέρανοι, κορῶναι, γλαῦκες, ἴκτινοι, λαγοί. Ad tertiam autem illam appellationem λαγωὸς veniens, scribit, Τὸ μέντοι, Ἢ πτῶκα λαγωὸν, (efficiunt autem hæc tria ultima verba finem Homerici versus, Il. X, 310: Ἁρπάζων ἢ ἄρν' ἀμαλὴν, ἢ πτῶκα λαγωὸν,) εἰ μέν ἐστιν Ἰωνικὸν, πλεονάζει τὸ ω· εἰ δ' Ἀττικὸν, τὸ ο· ubi intelligendum est, si accus. λαγωὸν velimus esse positum pro Ionico λαγὸν, abundare literam ω: sin pro Attico λαγὼν, vacare ο. Equidem quod ad λαγὸς attinet, ap. Herodot., scriptorem (ut omnes norunt) Ionicum, scripturam illam extare scio. Legitur enim 4, p. 167 meæ ed. [c. 134] et nominativus λαγὸς et accus. λαγόν. Quin etiam 1, habemus itidem gen. λαγοῦ, p. 33 [c. 123]: Ἀποῤῥάψας δὲ τοῦ λαγοῦ τὴν γαστέρα. Quod vero ibid. accus. λαγὼν habemus litera ω scriptum, multo

magis rationi consentaneum est ut mendi suspectum habeamus quam gen. λαγοῦ, cum facilior ex λαγὸν in λαγὼν, quam ex λαγῶ in λαγοῦ lapsus fuerit. Non ignoro interim apud eundem Historicum λαγωὸς etiam inveniri, 3, [108] : Τοῦτο μὲν, ὅτι ὁ λαγωὸς ὑπὸ παντὸς θηρεύεται θηρίου· sed præterquam quod illi tres loci, in quibus legitur λαγὸς, λαγοῦ, λαγὸν, hanc quoque scripturam refellere queunt, fieri potest ut aliquis ex λαγὸς facere volens λαγὼς, literæ o literam ω superposuerit, deinde librarius non illam in hanc mutarit, sed ambas pro una posuerit. Quoniam tamen et Hom., qui multa Ionica habet, λαγωὸν dicere videmus, credere etiam possumus duplicem Ionibus fuisse hujus animalis appellationem. Atque ut semel hanc de scriptura hujus nominis disputationem finiam, et simul quæ de illa scribuntur conciliem, aut certe conciliare annitar, quippe quæ inter se pugnare videntur : dico λαγὸς posse linguæ communis esse, et tamen Ionicum : ut videlicet intelligamus, ab Ionibus quidem originem habere, sed linguam communem ab illis mutuatam esse. Atqui raram in lingua communi esse scripturam illam per o, dictum antea fuit : objiciet fortasse aliquis. Quidni vero (respondebo ego) lingua communis postea Atticam scripturam Ionicæ prætulisse credetur? Pro eo autem quod dico facit et illud λαγοὶ, quod ex Sophocle Athenæus affert; si enim Sophocles, scriptor Atticus, sua scriptura non contentus, alterius quoque usum sibi permisit, mirum videri non debet (meo quidem judicio) linguam communem vicissim illa scriptura non contentam, quam ab Ionibus acceperat, Atticam postea mutuatam esse. Quicquid porro de λαγὸς hic dixerimus, idem de κάλος aliisque nonnullis nominibus, quæ apud eundem illum scriptorem Herodotum extant, dicendum videtur : sive linguam communem ab Ionica, sive contra hanc ab illa sumpsisse, sive potius communem uni cum altera esse illorum usum censeamus. Sed primum illud pro iis faciet, qui λαγὸς Ionicum esse tradunt; reliqua duo illis potius refragabuntur. Et de hac quidem re satis.

Admonitus autem esto lector, mutationem hanc Atticam non ubique locum habere : minimeque vulgatis Athenæi edd. fidendum esse meminerit, ita scribentibus, ibid., Ἐπειδὴ τὰ εἰς ος λήγοντα τῶν ὀνομάτων δμότονά ἐστι, κἂν μεταληφθῇ εἰς τὸ ω παρ' Ἀττικοῖς· Ναὸς, Καλός· Νεὼς, Καλώς. Magno enim hic errore Καλὸς scriptum est pro Κάλος, itidemque Καλὼς pro Κάλως. Neque enim loqui voluit Athen. de nomine adjectivo, quod Pulcrum significat, sed de substantivo, quod Funem nauticum declarat. Alioqui si Attici suam illam mutationem usque ad adjectivum καλὸς extenderent, quod tertiæ declinationis nomen illi obnoxium non esset? Atqui tantum abest ut tam late fines suos illa mutatio proferat, ut quamvis λαγὼς pro λαγὸς dicatur, non tamen omnia, quæ eandem illam syllabæ γος terminationem habent, ita mutentur. Nemo enim ἀγὼς, nemo ταγὼς, pro ἀγὸς et ταγὸς reperiet, ut alia pæne infinita omittam. Inter adjectiva autem nomina quæ mutationem hanc passa sunt, usitatissimum est πλέως, cum suis compp.; sed et hoc ab illis quoque, qui in Atticorum albo non sunt, usurpari videmus. Primum igitur et præcipuum Atticæ hujus mutationis usum, magisque Atticis peculiarem, in propriis nominibus potius quam in appellativis fuisse existimo.

Hoc quoque sciendum est, e Xenoph. afferri accus. λαγῶ sine ν, et litera ω circumflexum habente. Sed de hac quidem accentus mutatione dicam alibi, in eo sc. Capite ubi de Attica orthographia disseram : quod autem ad literæ ν omissionem attinet, eam me et in aliis quibusdam vocibus apud Atticos observasse dico : ideoque non temere hanc scripturam ap. Xenoph. rejici debere existimo. Affert autem illam ex ipsius Cynegetico Athenæus, in eo loco cujus antea mentionem feci; vel potius Tryphon grammaticus : scribens, Τὸν λαγὼν ἐπ' αἰτιατικῆς ἐν Δαναΐσιν Ἀριστοφάνης ὀξυτόνως καὶ μετὰ τοῦ ν λέγει, (Λύσας ἴσως ἂν τὸν λαγὼν συναρπάσειεν ἡμῶν. Καὶ ἐν Δαιταλεῦσιν, Ἀπόλωλα· τίλλων τὸν λαγὼν ὀφθήσομαι·) Ξενοφῶν δ' ἐν Κυνηγετικῷ χωρὶς τοῦ ν λαγῶ, καὶ περισπωμένως· ἐπεὶ τὸ καθ' ἡμᾶς ἐστι λαγός. In iis vero quæ ibi subjunguntur, hæc scriptura quod ad accentum quidem attinet, improbatur atque refellitur; sed de literæ ν omissione nihil amplius dicitur.

Adjiciendum et hoc iis quæ dicta sunt, Atticos nomina quædam, in quibus mutatione illa usi sunt, duobus modis scribere. Exemplum habemus in κάλως : cum enim ex κάλος fecissent κάλως, hujus genitivo κάλω non contenti, κάλωος etiam dixerunt. Quam περιττοσύλλαβον declinationem usurpans Apollonius dixit κάλωες in plurali, ut in meo Thes. Gr. L. docui. Jam vero et aliquid amplius sibi permiserunt Attici in iis quorum scripturam ita mutarunt; nam κάλως cum dixerunt, ab uno eodemque nominativo et hunc gen., et alterum κάλω, deduxerunt; at ταῶνι dicentes, nominativo ταὼς contenti non fuerunt, sed alium, sc. ταὼν, excogitarunt, unde hunc dativum aliosque obliquos casus traxerunt. Dativum autem affero potius quam alium casum, quoniam hujus duntaxat mentionem Athen. facit. At nominativum ταῶν cum circumflexo, ex Tryphone affert Eustath.

Habent insuper Attici in quibusdam nominibus obliquos casus a recto, qui est alius declinationis quam in communi lingua, sed inusitato. Exempli gratia cum hæc dicat δένδρον, illi δένδρους, δένδρει, item δένδρῃ et δένδρεσι, tanquam a δένδρος, usurpant.

Expectabit autem a me lector fortassis, ut deinceps de aliis Atticorum mutationibus dicam, quæ circa nominum terminationes spectantur : qualis est cum ὄφεως pro ὄφιος, βασιλέως pro βασιλέος, cum νεὼς pro νηὸς dicunt : item cum εὐφυᾶ et ὑγιᾶ pro εὐφυῆ et ὑγιῆ : vel cum syncope utentes, Ἀπόλλω et Ποσειδῶ pro Ἀπόλλωνα et Ποσειδῶνα proferunt : vel per crasin simul et syncopen κρείττω et κρείττους, βελτίω et βέλτίους, pro κρείττονα et κρείττονες seu κρείττονας, pro βελτίονα et βελτίονες s. βελτίονας usurpant : vel cum μῆνιν dicunt pro μηνίδα : (nam et hoc Atticum esse tradit Eustath., idemque μήστωρες ap. Hom., non propter metrum, sed Attico more litera ω scribi ait;) cum denique alia multa contra linguæ communis consuetudinem scribunt. Sed hæc a me minime expectanda sunt : tum quod leviora sint quam ut instituto meo conveniant, potiusque apta Corintho materia sint, atque adeo illum eam amplecti videamus : tum etiam quod talia, magna ex parte, ita sint Attica, ut tamen lingua communis non minus ea usurpet, aut saltem multi eorum qui lingua communi utuntur. Ad alia igitur, quæ majoris momenti sunt, et quæ ille silentio prætermisit, transeo.

In declinatione nominum vocativum nominativo similem faciunt : quod non intelligens Philoponus (qui et Grammaticus appellatur), Atticos nominativum pro vocativo usurpare dixit. Sed hac de re satis esse tibi potuerunt, quæ ad Articulos XVIII et LII disserui, ubi etiam admonui, non esse putandum hoc apud illos esse perpetuum : cum ipsum etiam Aristoph., alioqui Ἀττικώτατον, vocativis uti videamus, qui a nominativis eodem modo quo in lingua communi differunt : cum videlicet Σώκρατες, cum Ξανθία, cum Ἑρμῆ dicit. In eo autem quod νεφεληγερέτα Ζεὺς, et ἱππότα Νέστωρ, (aliaque id genus, in quibus vocativus pro nominativo ponitur,) Atticæ linguæ ascribunt, Philoponum pariter et Corinthum falli mihi videri, et dixi supra et nunc iterum dico.

Atticorum est non solum dicere βαδιστέα et ἀνυστέα pro βαδιστέον et ἀνυστέον, aliaque itidem quæ gerundiis Latinorum grammaticorum respondent, pluraliter efferre, (quamvis Corinthus ultra non progrediatur,) sed et aliis adjectivis in neutro genere positis pluralem pro singulari tribuere. Sicut enim πλευστέα pro πλευστέον dicit Thuc., (quod simile est illis duobus quæ a Corintho afferuntur,) ita etiam ἀδύνατα pro ἀδύνατον usurpat, ut docui ad Articulum LIX. Esse tamen quædam sciendum est, in quibus potius quam in aliis hic numeri pluralis usus conspiciatur, præterquam apud Atticos poetas, præsertimque Tragicos; apud hos enim θάτερα itidem pro θάτερον, et συγγνωστὰ pro συγγνωστὸν, aliaque minus in soluta oratione usitata, inveniuntur. Neque hoc lectorem celare volo, ita hunc pluralis usum esse Atticum ut

cum lingua quoque Ionica habeat. Leguntur enim ap. Herodot. cum alia pluralia itidem pro singularibus posita, tum vero βιώσιμα pro βιώσιμον, 3, [109]: Ὡς δὲ καὶ αἱ ἔχιδναί τε καὶ οἱ ἐν Ἀραβίοισι ὑπόπτεροι ὄφιες, εἰ ἐγίνοντο ὡς ἡ φύσις αὐτοῖσι ὑπάρχει, οὐκ ἂν ἦν βιώσιμα ἀνθρώποισι.

Verum et hoc addendum est, nonnullis adjectivis adverbialiter positis Atticos pluralis itidem terminationem pro singularis terminatione tribuere. Quorum ex numero est, et quidem maxime usitatum, πρῶτα: hoc enim pro πρῶτον sæpenumero adverbialiter poni constat, et ab ipso etiam Hom. ita usurpari, ut Il. A, [458]: Αὐτὰρ ἐπεί ῥ' εὔξαντο καὶ οὐλοχύτας προβάλοντο, Αὖ ἔρυσαν μὲν πρῶτα καὶ ἔσφαξαν καὶ ἔδειραν. Ut autem πρῶτα, sic πολλὰ adverbialiter dicitur, nec non πότερα, Attice itidem. Eustath. in Il. A, quem modo protuli, Τὸ δὲ πρῶτα, inquit, πεπλήθυνται κἀνταῦθα, κείμενον ἐπιῤῥηματικῶς ἀντὶ τοῦ πρῶτον. Et hoc quidem in loco istum pluralis usum Atticum esse non addit; sed alibi pro Attico eum agnoscit, φίλα ita positum censens pro φίλον, nec non ὑπέρμορα pro ὑπέρμορον: ista enim appellat πληθυντικὰ Ἀττικά. Verum in eo illi non assentior, quod alicubi de substantivis loquens quæ Hom. solet πληθύνειν, i. e. quorum plurali uti solet, (intellige autem pro singulari,) ut τόξα, ἅρματα, πρόσωπα, subjungit, Atticos amare hoc σχῆμα. Scimus enim Atticos adjectiva quidem nonnulla πληθυντικῶς in signif. τοῦ ἑνικοῦ usurpare, (ut πρῶτα, ἀδύνατα,) sed quis unquam apud Atticum scriptorem in soluta oratione substantiva quoque ita usurpata invenit? Thuc. scilicet aut Dem., aut alius ex scriptoribus hujus classis, πρόσωπα pro πρόσωπον, vel τόξα pro τόξον, aut ἅρματα pro ἅρμα dixisset. Imo hæc pluralis usurpatio poetis peculiaris est: quam et Latini poetæ imitati sunt, Corpora dicentes pro corpore, Pectora pro pectore, Ora pro ore, Vultus pro vultu. Neque vero illud, sc. Atticos χαίρειν τῷ τοιούτῳ σχήματι, confirmari potest iis quæ subjungit, (et quidem ex veterum observatione,) videlicet eos pluralem ἀφύαι frequentissime, singularem ἀφύη rarissime usurpare. Aliud enim est, pluralem nominis alicujus libentius usurpare quam singularem, aliud, pluralem pro singulari usurpare. Quid enim prohibet quin utentes illo plurali, suam signif. illi relinquere voluisse dicamus? Sed (ut missum Eustath. faciam, et ad illum Atticum pluralis usum redeam) sciendum est, non ubique locum habere: atque adeo ne in iis quidem quæ signif. ejusdem generis habent. Exempli gratia, πρῶτα pro πρῶτον ita est pervulgatum, ut etiam iis, qui alioqui Attice scribere non censentur, in usu esse constet: at δεύτερα et τρίτα, (quæ rem ejusdem generis significant, cum itidem sint numeralia,) pro δεύτερον et τρίτον, tam inusitata esse puto quam illud est usitatum. Jam vero et hoc observatione dignum est, quamvis πρῶτα pro πρῶτον sæpe ponatur adverbialiter, interdum tamen articulo præfixo dici τὰ πρῶτα: atque hunc usum apud ipsum etiam Hom. inveniri, cum alibi, tum initio Iliadis.

Sed dum initio præcedentis Articuli afferrem βαδιστέα et ἀνυστέα pro βαδιστέον et ἀνυστέον posita, recordatus sum usus cujusdam talium nominum, qui et ipse Atticorum est: de quo hic (ne forte in alium locum reservando, ex memoria interim elabatur) pauca dicam. Attici igitur, quamvis cum βαδιστέον aliisque hujusmodi subaudiatur ἐστὶ, vel potius in eorum signif. inclusum sit, interdum tamen ἐστὶ addunt: ut legimus ap. Soph. Aj. p. 64 meæ ed. [1140]: Ἔν σοι φράσω, τόνδ' ἐστὶν οὐχὶ θαπτέον. Hoc autem et ejus schol. observatione dignum censuit. Verum obiter et hoc observandum est, cum potuisset hic Sophocles θαπτέα dicere, utendo illa terminatione Attica, terminatione linguæ communis uti maluisse. Hoc certe confirmat quod et alibi dixi, non ubique ab Atticis, quæ Atticæ linguæ peculiaria sunt, usurpari.

Atticos masculinorum nominum terminationes pro femininis usurpare annotat Corinthus, veluti cum γενναῖος pro γενναία dicunt: (cui nomini cum alia possunt addi aptiora in exemplum, tum vero ἀργός: hoc enim nomen pro fem. etiam genere usitatissimum est apud Atticos, ἀργὴ contra pæne inusitatum. Illud autem γενναῖος fortasse in soluta oratione haud reperiatur; at Eurip. in suo carmine usurpare non dubitavit, sicut alibi στερῥὸς pro στερῥά: et sicut Soph. κοινὸς pro κοινὴ et τηλικοῦτος pro τηλικαύτη, nec non λαμπρὸς pro λαμπρὰ, item δωρητὸν οὐκ αἰτητὸν pro δωρητὴν οὐκ αἰτητὴν usurpat. Alterum quidem certe nomen quod in exemplum affert, κλυτὸς videlicet, magis etiam poeticum usum habet, cum pro κλυτὴ ponitur:) sed omittit quod multo majoris momenti est, eodem tamen pertinens: nimirum Atticos nominibus feminei generis articulum masculinum tribuere. Est σύνηθες Ἀττικοῖς (inquit schol. Soph.) ἐπὶ τῶν θηλυκῶν τοῖς ἀρσενικοῖς ἄρθροις χρῆσθαι· sed nimium generaliter loquitur; debuitque potius dicere, ἐπὶ τῶν θηλυκῶν δυϊκῶν. Hac enim libertate s. licentia in dualibus utuntur Attici: dicentes τὼ χεῖρε, itidemque τὼ γυναῖκε, nec non τὼ πόλεε. Sed cum χεῖρε præsertim usitatissimus est hic articuli masculini usus. Ceterum locus Soph. in quem scholiastes id annotat, est hic, El. p. 123 meæ ed. [978]: Ἴδεσθε τώδε τὼ κασιγνήτω, φίλοι, Ὦ τὸν πατρῷον οἶκον ἐξεσωσάτην· ubi τώδε esse scribit pro τάσδε: nam in fem. nomine usum esse articulo masculino: quod esse Atticis familiare, dicentibus τὼ χεῖρε. Sic autem et Hom. dixisse [Il. E, 778], Τὼ δὲ βάτην τρήρωσι πελειάσιν ἴθμαθ' ὁμοῖαι. Verum illud τὼ κασιγνήτω non plane simile esse videtur illis, τὼ χεῖρε et τὼ γυναῖκε: quoniam cum dicitur τὼ κασιγνήτω, articulus masculinus nomini jungitur, quod in propria signif. seu in proprio usu masculinum est. Estque illi τὼ κασιγνήτω simile apud eundem poetam, τὸ ἀδελφώ, de sororibus itidem dictum. Quibus addi potest τὼ θεὼ de deabus similiter usurpatum: nimirum περὶ τῆς Δημήτρας καὶ τῆς Κόρης. Quod autem ad illum Hom. versum attinet, in quo est τὼ δὲ ὁμοῖαι, magis etiam mirus videri posset hic articuli masculini cum plurali feminino et quidem adjectivo usus, si eam lectionem reciperemus; sed mirum est vicissim, ab eo afferri scripturam illam, tanquam minime controversam, (alioqui enim in exemplum allaturus versum illum non erat,) cum tamen ubique aliam habeamus: videlicet αἱ δὲ, non τὼ δέ. Nam αἱ δὲ non solum omnes typographicæ edd. habent quæ in manus meas venerunt, sed et scripta exempll., nominatimque meum illud vetustissimum, cujus alibi mentionem feci. Quin etiam Eustath. cum alibi diligenter lectionum diversarum nos admoneat, nullam hic diversitatis mentionem facit. Quæ certe omnia merito nobis scholiastæ illius, vel potius exemplaris quo usus est, suspectam fidem reddent.

Ceterum quamvis in hoc Capite de nomine, non de articulo a me agatur, quoniam tamen quæ nomini junguntur, ad ipsum quodammodo pertinere videntur, de illo usu articuli masculini cum femineo nomine disserere, non alienum ab hujus Capitis argumento existimavi: præsertim cum usus ille adjectivi terminationem masculinam pro feminina habentis ad hunc me sermonem velut invitaret. Quod autem in articulo feci, idem et in participio faciendum mihi fuerit: cum eodem modo masculinum hujus genus loco feminini junctum nomini apud Atticos nonnunquam reperiatur, et quidem in duali itidem numero. Legimus enim ap. Eurip. [Hipp. 387], ταυτὰ ἔχοντε γράμματα, pro ἔχουσαι: videlicet, αἱ δύο αἰδώ. Sic etiam Il. Θ, [455] de Junone et Minerva: Οὐκ ἂν ἐφ' ὑμετέρων ὀχέων πλῆγέντε χεραυνῷ Ἄψ ἐς Ὄλυμπον ἵκεσθον, ἵν' ἀθανάτων ἕδος ἐστί. Tale et ap. Hesiod. est [Op. 197], προλιπόντε ἀνθρώπους, dictum περὶ Αἰδοῦς καὶ Νεμέσεως. Legimus item et ap. Soph. ἀκρυῤῥοούντοιν pro δακρυῤῥοούσαιν positum; sed minus hæc generis mutatio ibi sentitur, quoniam junctum est cum φίλοιν, quod feminine quidem usurpatur, sed interim suam masculinam terminationem retinet: quemadmodum de τὼ κασιγνήτω et τὼ ἀδελφώ dictum paulo ante fuit. Locus autem ille in OEd. T. extat, p. 209 [1473]: Οὐ δῆτα κλύω που, πρὸς θεῶν, τοῖν μοι φίλοιν Δακρυῤῥοούντοιν; Meminisse porro debet lector, quamvis ea tria mutationis generis exempla Atticis ascribantur, discrimen tamen esse adhibendum: et illius quidem primæ mutationis, qualis est in τὼ χεῖρε et τὼ γυναῖκε, at reliquarum non item (quod quidem sciam)

prosæ scriptoribus permissum esse usum. Quod tamen ad tertium exemplum attinet, ubi illud τὼ θεὼ dictum de deabus, locum in prosa facilius quam reliqua duo posse impetrare videtur : quoniam et in soluta oratione θεὸς pro Dea usurpatur. Hoc quidem certe constat, cum dicitur τὼ χεῖρε, τὼ γυναῖκε, in articulo mutationem generis consistere; at cum dicitur τὼ ἀδελφὼ de sororibus, mutationem esse in ipso nomine, ad quam accommodatur articulus. Ideoque dicere possumus, illa esse substantiva, quæ sub terminatione masculina signif. fem. habent, eodem modo quo adjectiva, de quibus primo loco dictum fuit, γενναῖος, ἀργὸς, etc. Ceterum quamvis loci allati hunc participii masculini pro adjectivo usum in duali duntaxat habeant, eundem tamen et in singulari inveniri dico. Legimus enim ap. Hom. Il. Δ, [22] : Ἦτοι Ἀθηναίη ἀκέων ἦν, οὐδέ τι εἶπε. Est enim ἀκέων pro ἀκέουσα, non ἀκέων adverbialiter pro ἡσύχως, (ut quidem Aristonicus voluit,) sicut ubi dicit poeta, ἀκέων δαίνυσθε. Quin etiam Apollonius grammaticus ex constructione manifeste ostendit ἐπίῤῥημα μεσότητος esse non posse, ut annotat schol., qui etiam addit, tale videri quibusdam ap. Soph., Κρυπτᾷ τ' ἀχέων ἐν ἥβᾳ· posito videlicet itidem participio masculino ἀχέων pro fem. ἀχέουσα. Extat autem is locus in El. p. 88 meæ ed. [158] : Οὕτοι σοὶ μούνᾳ, τέκνον, ἄχος ἐφάνη βροτῶν, πρὸς ὅ, τι σὺ τῶν ἔνδον εἶ περισσὰ, οἷς ὁμόθεν εἶ, καὶ γονᾷ ξύναιμος· οἵα Χρυσόθεμις ζώει καὶ Ἰφιάνασσα, κρυπτᾷ τ' ἀχέων ἐν ἥβᾳ. Sed hic nullam illius expositionis mentionem facit schol. : estque ejusmodi (meo quidem judicio) ut minime recipi debeat. Cur enim hic masculinum pro fem. poni censebimus, cum masculinum aptissimum locum habeat? ut nimirum de Oreste dicatur : quod vel ex proxime sequentibus Electræ verbis manifestissimum est. Hæc enim intelligens verba illa Κρυπτᾷ τ' ἀχέων ἐν ἥβᾳ de fratre suo Oreste dici, a choro cœptum de illo sermonem continuat : dicens, Ὄλβιος ὃν ἃ κλεινὰ γᾶ ποτε Μυκηναίων δέξεται εὐπατρίδαν Διὸς εὔφρονι βήματι μολόντα τάνδε γᾶν Ὀρέσταν. Soph. tamen schol. duplicem esse posse hujus loci expositionem putavit : ut videlicet ἀχέων vel pro participio acciperetur, vel aliter exponeretur. Verum ex duabus, quas attulerat, explicationibus una intercidit : quod ex particula ἢ perspicitur. Ita enim apud eum scriptum est, ἢ μετοχή ἐστι τὸ ἀχέων, ἀντὶ τοῦ δυσφορῶν ἐπὶ τῷ κεκρύφθαι, ἢ ὁ ἐν ἥβῃ κρυπτῇ λυπούμενος. Nam vocula ἢ posteriore loco posita minime respondet priori; sed dicit, Vel participium est ἀχέων : et tum exponi debet aut hoc aut illo modo. Quod imperfectum relinqui perspicuum est. Fit autem mihi verisimile, alteram hujus sermonis partem fuisse, Vel est nomen. Scimus enim ἀχέων posse esse genitivum pluralem nominis ἄχος.

Placuit Atticis et quorundam nominum genera mutare : veluti cum pro τὸ σκότος dixerunt ὁ σκότος, et ὁ λιμὸς pro ἡ λιμὸς, et ὁ θὶς pro ἡ θίς. Quibus alia multa ex Ælio Dionysio adjici possunt : hic enim παρασημειούμενός τινα ὅπως κατὰ γένη προφέρονται, affert primum quidem in exemplum generis fem. pro masculino, Καχκάβη, Ἁρπάγη, Βῶλος, Ὕαλος, Φάρυγξ, Στρύχνος, Χάραξ, cum significat τὸ τῆς ἀμπέλου ὑπόστημα, (at masculine, cum est χαράκωμα τοῦ στρατοπέδου,) item Τύλη, Ὄμφαξ, Ἄσβολος, Ψύλλα, Μείραξ, Θόλος, Μήκων. Deinde in exemplum generis masculini vicissim pro feminino, Χοῦς, Ὄροφος, Θὶς, Λιμὸς, Σκότος, Τάρας, Ἀκράγας. Postremo neutra hæc affert, Νῶτον, Ζυγὸν, Ἐπίδεσμα, Στρωματόδεσμον, Θύμον, Σίαλον, Κέδρον, Θεμέλια, Τέμαχος. Quibus subjungit hæc, quæ tam masculino quam neutro genere proferuntur, Τάριχος et Τάριχον, Στάδια et Στάδιοι. De quibus loquens ipse Eustath., Δῆλον δὲ, inquit, ὅτι Ἀττικῶς ταῦτα πάντα· ἐπεὶ καὶ Ἀττικαῖς λέξεσιν ὁ ῥηθεὶς Διονύσιος ἐπεξέρχεται· ἄλλως γὰρ καὶ ἡ Θὶς λέγεται, ἔτι καὶ ἡ Λιμὸς, καὶ τὸ Σκότος, καὶ ἡ Τάρας, καὶ ἡ Ἀκράγας, καὶ ἕτερα τῶν τοῦ Διονυσίου ἑτέρως. Hæc autem Ælii Dionysii affert in hunc l. Od. A, [53] : Ἔχει δέ τε κίονας αὐτὸς μακράς· hic enim κίονας ab Hom. dici fem. genere ait, dialecto Ionica : et esse hoc Atticorum quoque. Sunt autem (inquit) ejusmodi infinita apud poetas, dicentes τὰς βοῦς et τὰς ἵππους, et τὰς ἡμιόνους, et τὰς ἐλ- A λοὺς, et τὰς κύνας, et τὰς ὄϊς. Itidem vero in istum versum libri primi poematis ejusdem [154] : Οὐ γὰρ πώποτ' ἐμὰς βοῦς ἤλασαν, οὐδὲ μὲν ἵππους, annotat, ab Ionibus θηλυκῶς dici τὰς βοῦς, nec non ab Atticis : sicut τὰς ὄϊς, et τὰς ἵππους, et τὰς ἡμιόνους, et τὰς κύνας. Quemadmodum autem in horum animalium nomine, Atticis, sicut et Ionibus, genus fem. magis placuisse quam masculinum ab hoc observatum est : ita et Latinos poetas illo libentius quam hoc alicubi usos esse observavi. Exemplum autem nominis κύων fem. genere usurpati extat ap. Aristoph. Pl. [157] : Ὁ μὲν ἵππον ἀγαθὸν, ὁ δὲ κύνας θηρευτικάς. Sic ap. Soph. Aj. init. : Εὖ δέ σ' ἐκφέρει Κυνὸς Λακαίνης ὥς τις εὔρινος βάσις. Sic ap. Athen. 12, [p. 540, D] Alexis, κύνας Μολοττικὰς et Λακαίνας. Xenoph. quoque in suo Cyneg. [10, 1] Λακαίνας fem. genere dicit, sicut Ἰνδικὰς, Κρητικὰς, Λοκρίδας : idemque passim in eo opusculo de Venaticis canibus fem. genere utitur. Sic et Aristot. Eth. 3 : Οὐδὲ γὰρ ταῖς ὀσμαῖς τῶν λαγωῶν αἱ κύνες χαίρουσιν, ἀλλὰ τῇ βρώσει. Potuissem κύνα Λάκαιναν et ex Pind. afferre, sed parum hic valere potest ejus testimonium. Observavi autem et Virg. Rapidæ canes dicere maluisse quam Rapidi, de venaticis : Æn. 7 : Hunc procul errantem rapidæ venantis Iuli Commovere canes. B

Ceterum animadvertendum est, Eustath. in uno loco mutationem generis, (γένους ἐναλλαγὴν, ut ipse appellat,) Atticis cum Doribus, in alio Atticis cum Ionibus communem facere : nihilominus tamen eum sibi constare. Neque enim de una eademque mutatione, sed de duabus agit : et illam quidem, qua fem. genus pro masculino ponitur, Ionibus pariter et Atticis ascribit : eam vero, quæ contra masculinum pro feminino usurpat, Atticis cum Doribus communem esse tradit. Prior illa mutatio circa substantiva versatur, neque tam late apud Iones quam apud Atticos extenditur; cum enim Attici in quibusdam cum genere terminationem quoque mutent, veluti cum καχκάβη dicunt pro κάκκαβος, Iones contra eadem terminatione manente fem. pro masc. usurpant : veluti cum pro Columna dicunt ἡ κίων. Cum vero κύων vel ἵππος, s. ὄνος, s. ἡμίονος, s. βοῦς, s. ὄϊς aliudve nomen hujusmodi feminine efferunt, (ita enim scribit ipse Eustath. : Τὰς βοῦς δὲ θηλυκῶς Ἴωνες φασίν· ἤδη δὲ καὶ Ἀττικοὶ, ὥσπερ τὰς ὄϊς, καὶ τὰς ἵππους, καὶ τὰς ἡμιόνους, καὶ τὰς κύνας :) fortasse ne mutatio quidem ulla hic constituenda fuerit; sed potius Iones ex duobus generibus (scimus enim illa nomina et alia ejusmodi communis esse generis) unum alteri prætulisse dicendum, femininum videlicet masculino, cum alioqui communis usus hoc illi præferret. Atque adeo idem grammaticus alibi Homericum illum feminini generis usum non ad Ionicam dialectum, sed ad σύλληψιν refert; in quendam enim locum Il. A scribit, Ὡς τοῦ ποιητοῦ κατὰ θηλυκὸν γένος πολλαχοῦ συλληπτικῷ τρόπῳ ἑκάτερα τὰ γένη προάγοντος, veluti cum dicit αἱ ἵπποι, et αἱ βόες, et αἱ ὄϊς, ac similia. Talis igitur est prior illa generis mutatio. At posterior, (de qua tamen supra disserui priore loco,) circa nomina adjectiva versatur; his enim Dores, sicut et Attici, vel potius Attici, sicut Dores, terminationem masculinam pro feminina tribuunt : cum videlicet γενναῖος pro γενναία, et στερῤῥὸς pro στερῤῥὰ, et ἀργὸς pro ἀργὴ, aliaque multa hujusmodi fem. genere, servata tamen masculina terminatione, usurpant. Quamvis autem adjectivorum duntaxat mentionem fecerim, ab Eust. tamen aliqua etiam afferri substantiva sciendum est, quæ adjectivis intermiscet. Exempla enim mutati in adjectivis generis afferens, inter γενναῖος et φαῦλος interjicit πλάνος φρενῶν pro πλάνη. Cui nomini subjungit illud φαῦλος : at huic φαῦλος adjicit λεῖος : cui ex Soph. addit θυραῖος et τηλικοῦτος : his vero adjungit δεινὴ θεὸς, et μάταιος σπουδή. Dixerat autem paulo ante illud Homericum κλυτὸς Ἱπποδάμεια duabus dialectis ὑποκεῖσθαι, (observa obiter hoc loquendi genus, δυσὶ διαλέκτοις ὑποκεῖσθαι, pro Ad duas dialectos referri s. pertinere, Pendere a duabus dialectis,) quoniam Δωρικὴ καὶ Ἀττική ἐστιν ἡ τοιαύτη ἐναλλαγὴ τῶν γενῶν : et exempla subjungens, substantivo πύλῳ locum primum dederat, Πολλὰ δὲ καὶ ἕτερα (inquiens) C D

τοιαῦτα, πολλαχοῦ δηλούμενα· ὧν καὶ τὸ Ἐν πύλῳ ἐν νεκύεσσι, pro ἐν τῇ κατὰ νεκροὺς πύλῃ. Quæ verba sumpta sunt ex Il. Ε, [397] : Εὖτέ μιν ὠὐτὸς ἀνὴρ, υἱὸς Διὸς αἰγιόχοιο, Ἐν πύλῳ ἐν νεκύεσσι βαλὼν ὀδύνῃσιν ἔδωκεν· quo in loco itidem πύλῳ pro πύλῃ positum esse tradit : nullam tamen nec Doricæ nec Atticæ dialecti mentionem faciens, sed tantum dicens, sicut φθόγγος pro φθογγὴ, et χόλος pro χολὴ, et πόθος pro ποθὴ, et ὦνος pro ὠνὴ, et βόλος pro βολὴ, atque alia itidem dicuntur, (quin etiam τῖμος pro τιμὴ, quod ἐκ τῆς κωμῳδίας peculiariter se afferre testatur,) ita ibi πύλος masculine dici pro πύλη. Quamvis porro hic nullam illarum dialectorum mentionem faciat, non dubito tamen quin idem de his quoque substantivis dicendum sit, i. e. de generis enallage quam in his cernimus. Sed ad utramque dialectum, cum Eustathio, an ad unam duntaxat referemus? Hac de re cum nihil certi habeam, dicam saltem quod suspicor : nimirum mutationem generis una cum terminatione, quæ fit in substantivis, esse potius Doricam : at eam, quæ fit in adjectivis, Atticæ potius dialecto ascribendam esse : quamvis Eustath. nullum tale discrimen statuerit. Cum autem esse Doricam dico, a Doribus manasse intelligo; et Atticos eam a Doribus in nonnullis substantivis, præsertimque in Θεὸς, mutuatos esse negare nolo. Jam vero quamvis Dores ex femininis masculina facere dicamus, simul etiam immutantes terminationem, contra tamen Pindarum (quem Dorica dialecto uti omnes norunt) ex masculinis feminina fecisse videmus, sed sub eadem terminatione : dicentem sc. ἡ τάρταρος pro ὁ τάρταρος, et ἡ ἰσθμὸς pro ὁ ἰσθμός : unde apparet hæc ad vivum minime esse resecanda. Quicunque porro fuerunt qui masculinorum pro femininis usum invexerunt, hoc eos cum Caribus commune habuisse sciendum est; hi enim ex femininis itidem masculina faciebant; sed vicissim quoque feminina ex masculinis. Verum tantum abest ut hæc sermonis illorum consuetudo laudata fuerit, ut contra aliis aliam epitheti, quod Hom. eis tribuit, rationem afferentibus, (ejus nimirum quod in hoc v. legitur, Νάστης αὖ Καρῶν ἡγήσατο βαρβαροφώνων,) quidam eo præcipue respexisse poetam existimarint.

Sciendum est porro inveniri et aliam generis mutationem terminatione pariter mutata : quam veteres nulli dialecto (quod sciam) ascripserint, nec ἐναλλαγὴν γένους, sed μεταπλασμὸν γένους appellarint. Fit autem ea mutatio in plurali numero, cum videlicet singularia masculina in pluralia neutra transeunt : veluti cum ex ζυγὸς fit pluralis ζυγὰ, cum fit δίφρα ex δίφρος, itidem μηρὰ ex μηρὸς, nec non λύχνα ex λύχνος, et δεσμὰ ex δεσμός : eodemque modo τάρταρα ex τάρταρος : adeo ut hoc vocabulum nulli ex tribus generibus servire non cogatur. Nam cum natura sua masculinum sit τάρταρος, Pind. fem. genere τάρταρος dixit, ut paulo ante docui : Hesiodus neutro τάρταρα ἠερόεντα, eumque alii deinde imitati fuerunt. Talem porro enallagen s. metaplasmum in singulari non itidem fieri videmus : neque ut τὰ λύχνα et τὰ δίφρα et τὰ δεσμὰ, (ut cetera omittam,) ita etiam τὸ λύχνον aut τὸ δίφρον aut τὸ δεσμὸν legimus. Unde miror Eustath. τὸ κέλευθον scripsisse, singulari quoque numero metaplasmum tribuentem, Τὸ δὲ κέλευθα, inquit, μεταπλασμὸν γένους φασὶν οἱ παλαιοὶ, μεταπλασθέντος τοῦ ἡ κέλευθος εἰς τὸ κέλευθον. Nisi forte hoc scripsisse Eustath. putemus non quod usitatum esse hoc substantivum crederet; sed perinde esse ac si scripsisset, eos dixisse κέλευθα tanquam a nominativo singulari κέλευθον. Estque obiter observandum in hoc nomine κέλευθα, alium esse quam in superioribus metaplasmum, cum non a masculino, sed a fem. genere in neutrum fiat enallage. Nec enim hic quoque Enallages appellatione male utemur : quamvis veteres ap. Eustath. μεταπλασμὸν γένους, non ἐναλλαγὴν, vocare dixerim. Ipsemet enim Eustath. iis, quæ in exemplum illius metaplasmi allata sunt, addens ἦμαρ pro ἡμέρα, vocat γένους ἐναλλαγήν : ita scribens, Ὅμοιόν τι καὶ τὸ ἦμαρ καὶ τὸ ἡμέρα· ἐναλλαγὴν γὰρ γένους ἔπαθε καὶ αὐτό. Rursum tamen Idem alibi verbo μεταπλάττεσθαι, non ἐναλλάττεσθαι, ea de re utitur : Τοῦ δὲ καμπύλα κύκλα προϋπάρχουσιν οἱ καμπύλοι κύκλοι, ἐξ ὧν αὐτὰ μετεπλάσθη· ὡς καὶ τοῦ τράχηλα καὶ λύχνα καὶ δόρπα καὶ ταρσὰ, οἱ τράχηλοι καὶ οἱ λύχνοι καὶ οἱ δόρποι καὶ οἱ ταρσοί. Hic enim verbum μετεπλάσθη non aliud sonat quam γέγονε κατὰ μεταπλασμὸν (seu κατὰ μετάπλασιν, nam et hoc usurpatur), vel εἴρηται κατὰ μεταπλασμὸν, vel μεταπλασμὸν ἔπαθε. Verum, ut semel dicam quod sentio, μεταπλασμὸν γένους minus recte dici existimo quam ἐναλλαγήν : quod si vocem μεταπλασμὸν usurpare hac in re vellem, dicerem μεταπλασμὸν λήξεως seu καταλήξεως, Terminationis, potius quam μεταπλασμὸν γένους. Sic enim in ἀλκὶ posito pro ἀλκῇ, et in ὑσμῖνι pro ὑσμίνῃ, itidemque in ὄσσε posito pro ὄσσω, sic in ἐρισάρματες pro ἐρισάρματοι, dicitur esse μεταπλασμός : eodemque modo in verbis, cum περιπατοίην pro περιπατοῖμι, et γνοίην pro γνοῖμι usurpant, id appellatur μεταπλασμός. Nam μεταπλασμὸς definitur, μετάθεσις καὶ μετασχηματισμὸς λήξεως λέξεως εἰς ἕτερον συγγενὲς τελικόν· : diciturque μεταπλασμὸς fieri ἀπὸ τελικοῦ εἰς ὁμοιόπτωτον τελικόν : terminatio enim hic μεταπλάττεται, i. e. velut refingitur et in aliam formam mutatur. Denique pluralia illa μεταπλασμὸν quidem passa esse dixerim, sicut et ἐναλλαγήν : sed μεταπλασμὸν, respectu terminationis; ἐναλλαγὴν autem, respectu generis : vel brevius, μεταπλασμὸν λήξεως, ἐναλλαγὴν γένους. Hinc autem discere possumus, veteres quoque gramm. interdum quædam suæ artis vocabula licentius usurpasse, et ita quidem ut abusi esse dici possint. Sed hæc λεπτολογήματα tandem missa faciens, observanda esse dico in iis quæ ex illo grammatico attuli, illa quoque pluralia, κύκλα pro κύκλοι, et τράχηλα pro τράχηλοι, et δόρπα pro δόρποι, nec non ταρσὰ pro ταρσοί : et superioribus esse adjicienda. Quod tamen ad δόρπα attinet, ejus itidem singularis neutro genere usurpatus invenitur. Legitur enim δόρπον neutro genere, sicut et δόρπα : sed ita ut multo minor illius singularis quam hujus pluralis sit usus. Jam vero quoniam hujusmodi pluralia ita μεταπλασθέντα ad dialectum Atticam pertinere non tradunt veteres illi gramm. (nam nec illi nec alii ab his ascribi antea dixi), ab argumento videri aliena possint quæ de illis disserui. Sed addo, Atticos in quibusdam nominibus pluralia ita μεταπλασθέντα usurpare maluisse quam τὰ ἀμετάπλαστα : et ex eorum numero esse δεσμά. Est κάλλιον δεσμὰ quam δεσμοὶ, inquit Thom. M. ἐν Ἀττικῶν Ὀνομάτων Ἐκλογαῖς. Cujus tamen testimonium quoniam parvi apud me ponderis est, (ob eam quam alibi afferam rationem,) testem Eustath. addo; postquam enim scripsit, λέχος et εὐνὴ et δέμνια, esse eadem κατὰ πολυωνυμίαν, sicut δεσμοὶ et δέσματα et δεσμὰ et ἐπίδεσμα eadem sunt, subjungit, Περὶ ὧν οἱ Ἀττικοί φασι, δεσμὰ, οὐχὶ δεσμούς· καὶ ἐπίδεσμα, οὐχὶ ἐπιδέσμους. Sed ne hic quidem fortasse testis ἀξιόχρεως fuerit : quare ipsi potius scriptores consulendi sunt. Legimus certe apud Andocidem, Δεσμά τε καὶ κακὰ ὅσα τε καὶ οἷα τῷ σώματι ἠνεσχόμην. Legimus apud Lucian. (cui quantum de Attici sermonis usu fidendum sit, antea docui,) in Prometheo [c. 1] : Ὡς βεβαιότερον καταπαγείη τὰ δεσμά. Affero autem in exemplum hanc unam vocem, non quod afferri hæc sola possit, sed quod non aliæ in præsentia occurrant, quarum præsentes itidem testes habeam. Verum ut de uno tanquam de omnibus loquamur, unde hunc μεταπλασμὸν apud Atticos esse dicemus? eosne auctores ejus esse, an potius in eo aliam quampiam dialectum sequi existimabimus? Hoc equidem magis quam illud mihi fit verisimile. Unde igitur mutuatos esse dicendum est? Hac de re nihil pronuntiare ausim : sed si quis conjectura mea contentus esse velit, ab Æolibus manasse metaplasmum illum dixerim. Ne quis tamen fallatur, levem esse illam ingenue fateor : utpote iis duntaxat singularibus femininis nitentem quæ Æoles in neutrum itidem genus vertere traduntur : veluti cum ἦδος (spiritu tenui) pro ἡδονὴ, et μῆχος pro μηχανὴ dicunt : quæ neutra ἄκλιτα esse censentur, sicut et ὄφελος. Nec vero dubito quin ἦμαρ quoque ad illam classem referendum sit; quippe quod non solum ex feminino ἡμέρα factum itidem sit, sed et spiritum Æolicum itidem habeat loco illius quem ἡμέρα habet. Ideoque spiritum tenuem voco Æolicum, quod eo delectentur Æoles : adeo ut ψιλω-

τικοὶ dicantur a quibusdam grammaticis, sicut βαρυντικοὶ et προπαροξυντικοί. Si autem ἦμαρ Æolicum est itidem, (cui et ἄλκαρ pro ἀλκὴ debere adjungi crediderim,) meam de dualibus illis μεταπλασθεῖσι conjecturam ab Eustath. adjuvari dicam, quoniam aliquot illorum pluralium enumeratis hoc nomen ἦμαρ subjungit. Est tamen aliquid vicissim, (hoc enim dissimulare nolo,) quod diffidere me conjecturæ illi cogat: nimirum quod nonnulla, quæ pæne similia videri possunt, ad diversas tamen dialectos reducuntur. Ecce enim ἦδος et μῆχος, pro ἡδονὴ et μηχανὴ, ad Æolicam dialectum relata, cum tamen πλάνος pro πλάνη, φθόγγος pro φθογγὴ, ὦνος pro ὠνὴ, χόλος pro χολὴ, aliaque ejusmodi ad Doricam potius referantur, ut ex iis quæ supra attuli colligere possumus.

Verum ut tandem hunc de aliis generis mutationibus sermonem missum faciens, ad eas redeam quas pro Atticis agnoscere debemus, præsertim cum etiam auctoritate Ælii Dionysii (quæ maxima est) confirmentur, alia insuper nomina dico afferri, quorum Attici genus mutarint. Afferuntur autem ab iis qui Ἀττικῶν Ὀνομάτων Ἐκλογὰς scripserunt: inter quos, (ut de iis loquar qui in manus nostras pervenerunt,) primum tenere locum videtur ille Thom. M., cujus a me initio hujus paginæ mentio facta fuit, cum de plurali δεσμὰ dissererem. Fusius quidem certe hoc argumentum tractavit quam Phrynichus, quo posterior et cujus etiam est alicubi reprehensor. Sed ipse vicissim reprehensione digna plurima habet, ut suo loco docebo. Atque adeo ut jam nunc vel ex iis, quæ de nomine uno tradit, conjicere possis, lector, quam præceps nonnunquam in ferenda de Attici sermonis usu sententia fuerit, aut certe quam inconsideratus, audi quæ de nomine βλάβος scribit: Βλάβος (inquit) ἐπὶ οὐδετέρου δοκιμώτερον ἢ βλάβη. Id certe tam verum est quam Aristoph., Thuc., Dem., Æschin., Isocr., Xen., Atticos scriptores esse, falsum est. Nisi enim hoc falsum dicatur, verum illud dici non potest: ac vicissim si verum hoc est, nimirum scriptores illos esse Attico sermone usos (i. e. si lucente sole diem esse certum est), illud omnino falso dici fatendum est, quoniam βλάβη potius quam βλάβος ab his usurpari videmus. Atque ut e singulis exempla eodem quo illos nominavi ordine proferam, legitur ap. Aristoph. Vesp. [1407]: Προσκαλοῦμαί σ' ὅστις εἶ Πρὸς τοὺς ἀγορανόμους βλάβης τῶν φορτίων. Sic Thuc. 5, p. 183 meæ ed. [c. 52]: Καὶ οἷς ἦν ἐν βλάβῃ τειχισθέν. Sic Dem. C. Mid. [p. 522, 27]: Δίκας ἰδίας μοι προσῆκεν αὐτῷ λαχεῖν τῶν μὲν ἱματίων καὶ τῶν χρυσῶν στεφάνων τῆς διαφθορᾶς, καὶ τῆς περὶ τὸν χορὸν ἀπάσης ἐπηρείας, βλάβης· ὧν δ' εἰς τὸ σῶμα ὑβρίζεσθαί φημι, ὕβρεως. Idem in eadem oratione plurali numero dixit βλάβας [p. 571 extr.]: Καὶ προσετιμήσατε τὰς βλάβας, ἃς ἐπὶ τῇ καταχειροτονίᾳ μένων ἐλογίζετο αὐτῷ γεγενῆσθαι πρὸς ὑμᾶς. Æsch. C. Ctes.: Τὴν τῶν ἐμῶν λόγων ἐμπειρίαν καὶ τὴν φύσιν μου γεγενῆσθαι ἐπὶ βλάβῃ τῶν ἀκουόντων. Isocrates autem cum alibi utitur nomine feminino βλάβη, tum vero in Or. de Pace, ubi inter se opponit τοὺς ἐπὶ βλάβῃ λοιδοροῦντας et τοὺς ἐπ' ὠφελείᾳ νουθετοῦντας. Ap. Xen. denique legimus Cyrop. 2, [2, 12] (ut alios omittam locos), Μήτ' ἐπὶ ζημίᾳ τῶν ἀκουόντων, μήτ' ἐπὶ βλάβῃ μηδεμιᾷ. Nisi autem satis multis testibus convictum teneri illum existimarem, alios adjicerem: et quidem Plat. in primis. Sed quid movisse gramm. illum dicemus ut βλάβος potius quam βλάβη esse δόκιμον pronuntiaret? Non dubito quin alterum illud nomen ap. aliquem vel aliquos ex Atticis scriptoribus legisset, aut certe hanc observationem ex alio sumeret, a quo lectum illud esset; sed si apud Atticum quempiam scriptorem aut aliquos etiam scriptores Atticos legimus βλάβος alicubi, non continuo δόκιμον hoc magis quam illud esse dicendum fuerit. Fateor enim ap. Aristoph. Ran. [1151] legi βλάβος, Σὺ δ' ἐπιτήρει τὸ βλάβος. Verum et βλάβη ap. Eund. legitur, ut vides in eo quem ex ejus Vespis attuli loco. Fateor et ap. Plat. extare neutrum illud βλάβος, Leg. 8: Τὸ βλάβος ἀποτινέτω. Sed en tibi et βλάβη, Leg. 11: Ὁ τοῦ βλάψαντος δεσπότης ἢ τὴν βλάβην ἐξιάσθω μὴ ἐνδεῶς, ἢ τὸν βλάψαντ' αὐτὸν παραδότω. Paulo post, Τήν τε βλάβην ἐξιάσθω· et mox, Κατὰ ταὐτὰ ἐκτίνειν τὴν βλάβην. Sic pluralis βλάβαι, S: Βλάβαι πολλαὶ καὶ σμικραὶ γειτόνων γιγνόμεναι. Ceterum hoc nomen βλάβη in memoriam mihi reducit aor. pass. verbi unde ortum est; aut saltem passivæ vocis verbi illius. Est enim βλάβη a βλάπτω, nimirum ab aoristo ejus posteriore ἔβλαβον: qui aoristus in mentem mihi revocat quæ antea de passivo aoristo posteriore ἐβλάβην dicta fuerunt, cum et alii quidam recenserentur. Cum enim scribat schol. Soph. plerumque fieri ut aoristus prior pass. inusitatus sit, ubi posterior in usu est, et in exemplum afferat ἐῤῥίφην pro ἐῤῥίφθην, (unde ῥιφῶ ap. ipsum poetam pro ῥιφῶ esse annotat,) nec non ἐφάνην pro ἐφάνθην: ille contra βλαφθέντες esse δόκιμον scribit, at βλαβέντες, κοινόν: sic etiam καταλεχθεὶς elegantius quam καταλεγεὶς esse tradit, itidemque συλλεχθεὶς quam συλλεγείς. At ego, ad βλαβέντες quidem quod attinet, minime et hoc δόκιμον esse negassem, quamvis ap. ipsum etiam Thuc. βλαφθῆναι legatur: καταλεγεὶς autem et συλλεγεὶς non esse καλλίονα quam καταλεχθεὶς et συλλεχθεὶς, sed potius καλλίονα sibi videri, auctor illi fuissem ut diceret. Hoc saltem fateantur omnes necesse est, aliud fuisse Lysiæ quam Thomæ M. de participio καταλεγεὶς judicium; nisi enim κάλλιον esse judicasset quam καταλεχθεὶς, aut certe non minus καλὸν, nequaquam aliquot in locis usurpasset. Sed duobus contentus ero: quorum unus est hic in Or. quæ κατὰ Ἀλκιβιάδου λειποταξίου inscribitur, non procul a principio [p. 140, 12]: Ὅτι καταλεγεὶς ὁ πατὴρ οὐκ ἐπεξῆλθε μεθ' ἡμῶν στρατοπεδευομένων (ubi pro ὁ πατὴρ videri leg. ὁπλίτης, obiter admoneo). Alter autem est hic in Oratiuncula κατὰ Ἀλκιβιάδου ἀστρατείας inscripta [p. 145, 19]: Ἀποδέδεικται δὲ καταλεγεὶς εἰς τοὺς πολίτας. (Ubi pro πολίτας reponi debet ὁπλίτας, estque hic καταλεγεὶς εἰς τοὺς ὁπλίτας i. q. καταλεγεὶς ὁπλίτης in altero illo loco; nam ὁπλίτης pro ὁ πατὴρ ibi leg. videri dixi.) Hæc de καταλεγείς: quæ non minus pro altero illo συλλεγεὶς faciunt. Quod autem de κατεκαύθη et κατεκάη idem grammaticus tradit, hoc esse Ἀττικὸν, illud Ἑλληνικὸν, in dubio a me relinquitur.

Verum ut his omissis, de nominibus iis agam in quibus generis mutatione Attici usi esse traduntur, nec tamen ab Ælio Dionysio ceteris annumerata sunt, ab iis incipiam quorum ab illo Thoma M. fit mentio: primum quidem ex iis quæ ibi ab Ælio Dionysio enumerantur, quædam grammatici hujus testimonio confirmari dico, (qualecunque sit hujus testimonii pondus,) id est, itidem Atticis ab illo ascribi generis mutationem quæ in iis cernitur. Nam ἄσβολος dici ἀπὸ τῶν δοκιμωτάτων ait, non ἀσβόλη. Jubet etiam ut ὁ λιμὸς dicamus, non ἡ λιμὸς: (sed hunc usum nominis λιμὸς fem. genere, esse ait λυρικόν: quod ab eo quonam sensu dictum sit, alii viderint). Jubet item ut τὸ νῶτον, non autem ὁ νῶτος, dicamus. Eodemque modo vult nos σίαλον dicere, non σίελος: et θεμέλιον, non θεμέλιος. De his nominibus Thomæ M. cum Ælio Dionysio convenit (cum alioqui non omnes voces, quæ ab uno recensentur, alter quoque recenseat). Sed cum Dionysius inter nomina quæ masculino genere ab Atticis efferuntur, ab aliis feminino, numeret σκότος, Thomas non masculini tantum, sed neutrius etiam generis esse scribit: ac vicissim neutro duntaxat genere τάριχος dicendum esse monet, cum Dionysius et ὁ τάριχος et τὸ τάριχον dici scribat. Horum vocabulorum ab utroque pariter fit mentio: quibus adjici poterunt, si qua præterea ap. Thomam leguntur ex Dionysianorum numero. Ex iis autem quæ ille recenset, non item Dionysius, sunt ista, (quæ non in uno eodemque loco, sed sparsa per totum ejus librum inveniuntur, sicut et præcedentia, ideoque non dubito quin a me illum raptim percurrente aliqua omissa fuerint,) αἴθαλος, δρεπάνη, ἠχὴ, et ἠχώ: item λαίλαψ, βάτος, κάλως, φθεὶρ, Μαραθὼν, ἑλλέβορος, παράλογος, ναύσταθμος: quin etiam adjectivum φαῦλος. Nam sicut ἄσβολος, non ἀσβόλη, ita etiam αἴθαλος, non αἰθάλη, ab Atticis dici testatur: dici δρεπάνη, non δρέπανον: dici ἠχὴ et ἠχὼ, non ἦχος: dici item ἡ λαίλαψ, non ὁ λαίλαψ. At masculino, non feminino genere efferre βάτος, et κάλως, et φθεὶρ. Proprium vero illud nomen Μαραθὼν masculine dici ab Atticis, cum

Iones feminine dicant. At ὁ ἐλλέβορος, non τὸ ἐλλέβορον, et ὁ παράλογος, non τὸ παράλογον ab Iisdem usurpari. Ultimum e substantivis enumeratis nomen ναύσταθμος Atticum esse ait masculino genere, sed Atticum esse item τὸ ναύσταθμον. Videor autem mihi et aliud nomen apud eum legisse, cui itidem ambo illa genera, sicut et utramque terminationem, tribuat: aliud inquam nomen, quod et ipsum a Dionysio non recenseatur. Superest adjectivum φαῦλος: hoc sub ista terminatione elegantius usurpari ait in feminino genere quam φαύλη. Producitque testem Lucianum, ἐν Εἰκόσι scribentem, Οὐ φαύλου συνέσεως τοῦτο παράδειγμα. Hæc ille; quæ ego examinans, dico primum de primo illo nomine αἴθαλος me ab illo dissentire; non minus enim Atticum (ne dicam magis) αἰθάλη quam αἴθαλος existimare. Eo certe utitur ille ipse, quem modo de φαῦλος produci ab illo testem dicebam: nimirum Lucianus. Utitur eodem et is, cujus elegantissimæ extant Epistolæ sub Theophylacti nomine: Ὥσπερ οἱ ἐν αἰθάλῃ σπινθῆρα πυρὸς ταμιεύοντες. Secundum illud nomen δρεπάνη, potius poeticum quam Atticum esse crediderim; ap. Hom. enim et Hesiod. illud reperio, ap. Atticos non item, atque adeo ne ap. alios quidem prosæ scriptores. Tertio loco ponuntur ἠχὴ et ἠχώ, quæ ut ap. Atticos legi fatear, (nam ἠχὴ et ap. Plat. extat,) non tamen eosdem nominis ἦχος usum refugere dixerim. Quartum λαῖλαψ genere fem. usurpatur ab Aristot. et Luciano: ut de iis tantum loquar, ex quibus afferri exempla possunt, et quidem repræsentari. Quintum βάτος Eust. sub utroque genere usurpari ostendit, cum dicit ἡ βάτος, ἢ ὁ βάτος: ubi certe Atticum esse hoc, non illud, minime tacuisset, si id vel ipse observasset, vel ex aliorum observatione habuisset. Sextum est κάλως, de quo illi assentior, ab Atticis usurpari genere masc.; (nam πάντα κάλων ἐξιέναι, ap. Aristoph. Eq. 756; πάντα κάλων ἐφιέναι ap. Plat. Sisypho, nec non πάντα κάλων ἐκτείνειν ap. Eund. in Protag. reperio, quæ omnia proverbialia sunt;) sed talem usum linguæ communi cum Attica communem esse puto, cum πάντα κάλων cum diversis verbis dicant quilibet scriptores, (nam non solum πάντα κάλων ἐφιέναι vel ἐκτείνειν, sed etiam πάντα κάλων κινεῖν, et πάντα κάλων σείειν sive ἀνασείειν apud eos legitur,) at nemo πᾶσαν κάλων, quod sciam. De septimo φθεὶρ i. q. de proxime præcedente dico, nimirum nihilo magis Atticæ quam communis linguæ esse in genere masc. Octavum Μαραθὼν Plut. quoque masculine effert. Quod vero dicit Ionibus femininum esse, id ex Herodoto falsum arguitur, quippe qui 6, [107, 111] ὁ Μαραθὼν, et τῷ Μαραθῶνι et τὸν Μαραθῶνα dicat, ut videbis p. 232 meæ ed., nec non p. 235. Octavum illud cum ipse etiam Dioscorides masculine efferat, dicens ὁ ἐλλέβορος, non τὸ ἔλλεβορον, non video cur Atticis ascribendum fuerit. Nonum παράλογος, Thucydideum potius appellare debuit quam Atticum; nam (ut de hujus scriptoris schol. taceam) Pollux hunc sub masculino genere usum non alii quam Thucydidi tribuit: quod minime facturus erat, si Atticus fuisset, i. e. ceteris Atticis cum Thucydide communis. Decimum genere neutro potius quam masculino usurpatum fuisse puto. Habetur quidem certe ap. Thuc. [3, 6], Ναύσταθμον δὲ μᾶλλον ἦν αὐτοῖς ἡ Μαλέα, itidemque ap. Plut. [V. Pomp. c. 24] ναύσταθμα πειρατικὰ legimus. Nunc ad illud adjectivum quæ φαῦλος veniens, primum quidem ap. Lucian. in iis extant edd. φαῦλον, non φαύλου, legi dico [Imag. c. 17], Οὐ φαῦλον συνέσεως παράδειγμα προθέμενον· ubi cum φαῦλον παράδειγμα dicatur aptissime, non est quod quisquam dubitet quin germana sit ista lectio, illa autem altera, quæ habet φαύλου, adulterina. Fateor alioqui me illum gen. alicubi invenisse genere fem. usurpatum; sed plura illius usus exempla desidero: nam ut ap. Thuc. reperio itidem φαύλου genere fem. pro φαύλης, p. 205 [6, 21]: Οὐ ναυτικῆς καὶ φαύλου στρατιᾶς μόνον δεῖ, sic ap. Eur. φαύλην, non φαῦλον, Med. [807]: Μηδείς με φαύλην κἀσθενῆ νομιζέτω. Et hactenus quidem de iis quæ ex Thoma M. attuli.

Sciendum est autem esse et alia genus una cum terminatione mutantia: quo in numero esse περιστερός (ut ad substantiva revertar): Atticos enim dicere περιστερὸς masculine testatur Athen. 9, [p. 395, B] afferens ex Alexide, Λευκὸς Ἀφροδίτης γάρ εἰμι περιστερός· sed Socrati τῷ ἀπὸ Μόψου minime placuisse, ex iis apparet, quæ Lucian. refert in Dial. qui Ψευδολογιστὴς s. Σολοικιστὴς inscribitur [c. 7]: nimirum cum quidam περιστερὸν dixisset tanquam Ἀττικὸν, illum Socratem excepisse, Καὶ τὸν φάττον ἐροῦμεν. Quæ verba hominis sunt irridentis (ut opinor) vanum nimisque curiosum ac περίεργον Attice loquendi studium. Hoc quidem certe ex aliis plerisque ejusdem Dialogi locis discimus, fuisse nonnullos inepte Ἀττικίζοντας. Atque adeo ut ab hac generis mutatione non discedamus, habemus ibid. aliud ejus exemplum, in nomine φακὸς, sed quod eidem illi Socrati minime placuerit. Illis enim quæ retuli subjungit, Φακὸν δέ τινος εἰπόντος ἐδηδοκέναι, Καὶ πῶς ἂν, ἔφη, φακόν τις φάγῃ; Est enim illud φακὸν accipiendum tanquam ab homine qui φακῆν dicere non auderet, ne parum Atticus esset: at Socrates, Qui vero φακὸν aliquis edere possit? Hoc enim referendum est, ut opinor, ad id quod schol. Aristoph. et Suidas tradunt, φακῆν esse Lentem coctam, et φακὸν appellari Quæ est cruda. Interpres tamen ad varias nominis φακὸς signiff. retulit: quoniam, ut inquit, et de Alga, et de Lentigine, et de Vase unguentario, nec non de aliis rebus dicitur.

Circa nominum usum habent Attici et alia sibi peculiaria, non tamen omnia, ut opinor, quæ grammaticus ille Thom. M. illis ascribit. Ne quid tamen desiderare lector possit, afferam quæcunque apud eum huc pertinentia annotavi: ea verba, quæ sparsim ab eo recensentur, ad certa quædam Atticismorum genera reducens. Quamvis autem in iis, quæ ab illo hac de re traduntur, multa sint de quibus adversus eum disceptare, et quibus censuram meam opponere possem, (sicut in iis feci quæ paulo ante allata fuerunt,) id tamen a me lectorem in præsentia expectare nolim: quoniam oneri, quod mihi jam imposui, aliud addere non decrevi.

Atque ut a numerorum usu incipiam, quemadmodum annotarunt veteres quidam gramm. Atticos ἀφύαι libentius usurpasse plurali numero quam ἀφύη singulari, ita et in aliis quibusdam vocabulis non hoc, sed illo numero esse usos dicendum est: si vera sunt quæ grammaticus ille diversis locis de diversis pluralibus scribit. Uno enim in loco tradit, dicendum esse διαθήκας γράφειν, non διαθήκην. Alibi, Atticos dicere ait γάμους ποιεῖν, non γάμον. Alibi, βρώματα in usu esse illis tradit, non βρῶμα, nec βρῶσις. Sic ἐνέγυρα alibi illis ascribit, non ἐνέχυρον. At vero ἀντίγραφα elegantius duntaxat quam ἀντίγραφον esse, dicit. Unum omiseram ex iis, quæ huc pertinent, a me apud illum observatis: quod equidem tale est ut sine risu a me scribi non possit: et de quo etiam aliquid dicam necesse est, ut risus mei causam ignaris (si qui forte erunt) declarem, potius quam ut censuram agam. Nam præterquam quod censuræ onus me recusare dixi, vel ipse Cato ea in re risor magis quam censor esse cogeretur. Nisi potius censorium fore nostrum risum dicendum est. Cujus expectatione ne te diutius pendere sinam, lector, ejus verba audi: Πρὸς ἱερεῖς ἱκετεύω Ἀττικοὶ λέγουσιν, οὐ πρὸς ἱερέα. Θουκυδίδης, Πρὸς ἱερεῖς ἱκέτευσαν ἢ μαντείοις. Mirum certe loquendi genus Thucydidi affingit, et quod ipsemet, si reviviscat, magis etiam quam alius quisquam miretur: hæc enim verba, ἱκετεύειν πρὸς ἱερεῖς, quid sibi volunt? vel potius quid hic sibi volunt sacerdotes? quis unquam eorum in tali re mentionem audivit? At hic grammaticus, perinde ac si de re nota loqueretur, soleretque lingua communis dicere ἱκετεύειν πρὸς ἱερέα, annotat, Atticam plurali, non singulari utentem, dicere ἱερέας, non ἱερέα. Sed ipsum tandem Thuc. consulamus, et in locum falsæ lectionis veram reponamus, per quam repente ille sacerdotalis atticismus evanescet. Sciendum est igitur legi ap. Thuc. 2, p. 63 meæ ed. [c. 47], Ὅσα τε πρὸς ἱεροῖς ἱκέτευσαν ἢ μαντείοις, καὶ τοῖς τοιούτοις ἐχρήσαντο, πάντα ἀνωφελῆ ἦν. Et jam quidem quis error in illa Thomæ M. observatione commissus sit, nemo non videat; sed quid in hunc errorem eum impulerit, aliis divinan-

dum relinquo. Ceterum ut plurali numero in nominibus illis Atticos esse usos tradit, non singulari, ita vicissim dixisse κατὰ χειρὸς ὕδωρ ἐδέξατο, singulari χειρὸς utentes, non plurali χειρῶν : cum enim ille præcipit ut ita dicamus, Atticos esse ita locutos innuit.

Atticos diminutivo nomine alicubi potius quam altero usos esse, et vicissim hoc illi prætulisse in quibusdam vocabulis, ostendit; λοπάδιον enim, non λοπὰς, dixisse tradit : et alibi, ἄλλὰς, non ἀλλάντιον pro Attica appellatione agnoscit. Aliquas autem voces utroque modo illos usurpasse, ex Eodem discimus, siquidem προβάτιον, non tantum πρόβατον, illos dixisse ait. Et quoniam in diminutivorum mentionem incidi, hoc addo ex Eodem, duarum terminationum alteram tantum usurpasse ; nam eos in quibusdam diminutivis diminutiva forma κυνίδιον, non κυνάριον, itidemque λιθίδιον, non λιθάριον, dixisse tradit.

Verum ut de aliis nominibus loquar, in quibus itidem linguæ communis terminationem (et quidem eam quæ magis proprie dicitur terminatio) ab Attica distinguit, βραβεὺς, non βραβευτὴς, item αὐλητρὶς, non αὐλήτρια, μαθητρὶς, non μαθήτρια, dici Attice scribit. In verbalibus quoque nonnullis discrimen constituit, cum Atticam linguam διφρεία, communem δίφρευσις dicere tradit : itidemque alibi, διαγνώμη esse linguæ Atticæ, διάγνωσις, communis : alibi, δῆγμα esse Atticum, non δῆξις : sic δεῖγμα, non δεῖξις : quamvis ἀπόδειξις Attici sermonis sit. Huc pertinent quæ alibi scribit, αὔξη et ἄνθη Attica esse, non αὔξησις et ἄνθησις. Jam vero et in possessivis nominibus, quæ duplicem terminationem habent, unam Atticis potius quam alteram fuisse in usu, ex Eod. discimus : ἀνθρωπεία φύσις, (inquit,) οὐκ ἀνθρωπίνη : alibi itidem, Πυθαγόρειος κάλλιον ἢ Πυθαγορικός. Non male autem fortassis ad hunc de terminatione sermonem reducentur et illa, quæ de comparativis quibusdam annotat : nimirum θᾶττον dicere Atticos, non τάχιον : eosdem βραδύτερον dicere, non βράδιον, eodemque modo ἐγγύτερον, non ἔγγιον, (at ἔγγιον usurpari ab illis pro positivo ἐγγύς,) cum tamen alibi tradat eos non αἰσχρότερον dicere, sed αἴσχιον. Quod item ad superlativum gradum attinet, in eo quoque nomina quædam Atticos uno potius modo efferre tradit quam altero : ut ἔχθιστος potius quam ἐχθρότατος. At vero de Attica terminatione, qualis est cum μεθύση dicunt pro μέθυσος, et ἐρήμη pro ἔρημος, dictum a me in superioribus fuit : in iis sc. quæ in Corinthum annotavi. Hoc unum iis quæ initio hujus tmematii dicta sunt, addo, quandam inveniri terminationem quam Atticam esse credibile sit, quamvis id a nullo grammatico (quod sciam) annotetur : eam videlicet, quam habet nomen σκωπτόλης, quod pro σκώπτης ponitur.

Sunt vero et aliæ Atticæ linguæ a communi circa terminationem differentiæ in nominibus : quarum nonnullæ ad declinationem referri possunt. Talia sunt hæc : Atticos κρέως dicere, non κρέατος : sic τέρα et τερῶν, non τέρατα, τεράτων : sicut κρέα, κρεῶν, inquit : significans κρέατα, κρεάτων, ab illis minime usurpari. Dicere item ἥρω et ἥρως, non ἥρωα et ἥρωας : dicere Πειραιῶς, non Πειραιέως. Huc pertinent et quæ Attici absque synæresi efferunt, ut ἀνθέων, ὀρέων, pro ἀνθῶν et ὀρῶν : vel contra per synæresin contrahunt, ut ὀστοῦν pro ὀστέον, et σῶς pro σῶος et σώους.

De illa autem differentia quæ in scriptura versatur, ut cum ἐλάα dicunt pro ἐλαία, et κρίβανος pro κλίβανος, aut μυρρίνη pro μυρσίνη, aut κολοκύντη pro κολόκυνθα, aut ἀναβασμὸς pro ἀναβαθμός : de illa item quæ in accentu consistit, in capite de Attica Orthographia disseram.

At nomina, (sicut et verba,) quæ Attici partim sibi peculiaria habent, partim in peculiari signif. usurpant, peculiarem itidem tractationem in alia hujus libri parte habebunt.

Ad hunc sermonem, qui institutus a me est de illis quæ Attici in usu nominum peculiaria sibi habent, aliquis pertinere dixerit fortassis et numeri pro numero, casus pro casu usurpationem, ubi nimirum ab uno casu ad alium, ubi a singulari ad pluralem transeunt, aut vicissim. Ac ne ego quidem ab hoc sermone aliena esse ista dixerim ; sed quoniam de mutationibus illis casus et numeri alibi disserui, nimirum in eo Capite quod tribui iis quæ Attici in orationis structura sibi peculiaria habent, non repetenda esse illa, sed potius lectorem eo remittendum esse existimavi.

CAPUT IX.

DE IIS, QUÆ ATTICI

IN PARTICIPII USU INNOVARUNT.

Verbum et nomen ut duæ sunt orationis præcipuæ partes, sic fortasse præcipuæ Atticorum innovationes (liceat enim mihi illorum καινοτομήματα sic vocare : quo nomine cum utor, Eust. sequor, καινοτομεῖν illos dicentem) circa illas spectantur. Prætermittenda tamen nec ea sunt, quæ in aliis partibus innovarunt. Cum autem post nomen et verbum nulla sit pars in cujus usu plura καινοτομῆσαι videantur quam in participio, Caput hoc illi tribuam.

Primus igitur et præcipuus participii usus Atticis peculiaris, aut saltem ab Atticis profectus, est is quo δέον et πρέπον, nec non παρὸν, ἐξὸν, aliaque multa hujusmodi in accusativo usurpant, cum alioqui sequendo vulgarem orationis structuram, (eam dico, quæ in aliis participiis usitata est,) obliquo casu, nimirum genitivo, utendum esset. Soph. p. 98 [El. 366] : Νῦν δ' ἐξὸν πατρὸς Πάντων ἀρίστου παῖδα κεκλῆσθαι, καλοῦ Τῆς μητρὸς, ubi schol. (qui ἐξὸν exponit ἀδείας οὔσης) annotat, Atticos nunquam πλαγιάζειν (i. e. Obliquo casu efferre) hæc οὐδέτερα μετοχικὰ, ἐξὸν, παρὸν, ἐνὸν, aliaque hujusmodi, cum constructio πλαγιασμὸν poscit. Dicens autem eos non πλαγιάζειν hæc, intelligit non efferre per aliquem ex obliquis, i. e. (exempli gratia) dicere παρὸν, non παρόντος, aut παρόντι. Sed in eo fallitur schol., quod in recto casu participia illa poni existimat, cum in accusativo ponantur. Scribens enim Atticos illa non πλαγιάζειν, aperte ostendit rectos sibi videri, non accusativos. Alioqui enim dicendum esset, (quod inauditum esse puto,) in neutris nominibus accusativum inter obliquos non censeri, utpote recto similem. Cur porro accusativos esse, non nominativos, existimandum sit, docebo antequam isti de his aliisque id genus participiis sermoni finem imponam. Perinde igitur est ac si dictum ibi esset, ἐξόντος κεκλῆσθαι, κτλ. Sic ap. Dem. [p. 610, 17] : Εἶτ' ἐπὶ τούτοις, ὡς ὁτιοῦν ἐξὸν ἑαυτῷ ποιεῖν, Σινώ-

πην προσενεχύραζε καὶ Φαινοστράτην, ἀνθρώπους πόρνας, Perinde ac si quidvis facere liceret. Alicubi tamen ὡς ἐξὸν reddi potius debet, Perinde ac si liceat. Priscianus autem, postquam dixit Atticos ἐξὸν usurpare pro ἐξουσίας οὔσης, affert ex Lucano, Omnia majorum vertamus busta licebit: ubi Licebit accipi ait pro Si licentia erit. Sed male Licebit exponit Si licentia erit, cum pro Licet (i. e. Quamvis) accipere necesse sit. Totus enim locus est hic: Omnia majorum vertamus busta licebit, Et stantes tumulos, et qui radice vetusta Effudere suas victis compagibus urnas: Plus cinerum Æmoniæ sulcis telluris aratur, Pluraque ruricolis feriuntur dentibus ossa. Sic autem verbo Licebit usi sunt cum alii, tum Horat. Epod., Sis pecore et multa dives tellure licebit, Tibique Pactolus fluat. Verum equidem etiamsi concederem, Licebit accipi pro Si licentia erit, quid usus verbi hujus commune cum usu illius participii habere dici posset? Sequitur παρόν: quo significatur Cum facultas sit, vel esset: aut etiam, detur vel daretur, Cum potestas esset, vel daretur, aut fieret. Lysias [p. 621 R.]: Ἁρὸν μετὰ πολλῶν χρημάτων γῆμαι ἄλλην, τὴν ἐμὴν μητέρα ἔλαβεν οὐδὲν ἐπιφερομένην. Andocid.: Καὶ παρόν μοι πέντε δραχμὰς τὴν τιμὴν αὐτῶν δέξασθαι, οὐκ ἠθέλησα. Itidemque ap. Plut. post παρὸν sequitur οὐκ ἠθέλησε, in Fabio [c. 11]: Τὸν λόφον ἐκ τοῦ ῥάστου κρύφα κατασχεῖν παρὸν, οὐκ ἠθέλησεν ὁ Ἀννίβας, Noluit, cum facultas esset, Cum facultas daretur; vel, Noluit, cum tamen posset. Non est autem quod miretur lector me Plutarchi quoque testimonium afferre, siquidem (ut alibi dixi) Atticus quidem scriptor non est, sed ex Atticis tamen multa est mutuatus; atque adeo non hic solum, sed et ceteri hunc istorum participiorum usum cum Atticis communem habent. Sic certe et Herodotus eodem participio usus est, Ionico more παρεὸν scribens, 1: Παρεὸν αὐτῷ βασιλέα γενέσθαι. His autem addendum est et μετὸν, ex Thuc. 1, [28]: Ὡς οὐ μετὸν αὐτοῖς Ἐπιδάμνου. Jam vero quod de his ex ὂν verbo substantivo factis dicitur, idem de eo quoque intelligendum est. Itidem enim (exempli gratia) ἄδηλον ὂν dicitur pro ἀδήλου ὄντος: ut ap. Greg. Naz.: Μὴ κατασφιγχθῇς ταῖς σειραῖς τῶν οἰκείων ἁμαρτημάτων, ἄδηλον ὂν εἰ πάλιν ἐξαναστήσῃ τῶν τάφων. Sed ex loco Thuc., tanquam ex fonte, exemplum afferre satius fuerit. Legimus igitur ap. eum, in præfatione quam Historiæ suæ præfixit [1, 2]: Ἄδηλον ὂν ὁπότε τις ἐπελθὼν, καὶ ἀτειχίστων ἅμα ὄντων, ἄλλος ἀφαιρήσεται. (Sed in hoc l. ἄδηλον ὂν sonat Cum incertum esset; in illo, Cum incertum sit.) Sic paulo post, ὡς βέβαιον ὄν.

Eodem modo et δέον pro δέοντος, et πρέπον pro πρέποντος, aliaque itidem usurpantur, nec non προσῆκον pro προσήκοντος: ut, δέον φεύγειν, ἔμενε, Cum oporteret fugere, mansit. Itidem οὐδὲν δέον, Cum minime oporteret, aut etiam Cum minime expediret, aut Cum minime opus esset. Sed ap. Lucian. οὐδὲν δέον sonare videtur quod dicimus lingua nostrate, *De quoi on se fust bien passé*, vel *De quoi vous vous fussiez bien passé*: veluti cum ita loquimur, *Vous avez voulu vous entremettre de ces affaires-là: de quoi vous vous fussiez bien passé.* Locus Luciani est in Prometheo seu Caucaso [c. 6], ubi Mercurius inter alia crimina Prometheo objicit, quod homines finxerit, οὐδὲν δέον. Ejus verba sunt, Καὶ τοὺς ἀνθρώπους ἀνέπλασας, οὐδὲν δέον. Possumus Gallice reddere et ita, *De quoi il n'estoit nul besoin.* Vel, *Sans qu'il en fust besoin:* sic tamen ut altera illa interpretatio magis mihi placeat. At in Lat. sermone nihil mihi in præsentia occurit, quod assequi illud genus loquendi possit. Legitur autem paulo ante hunc locum ἐς οὐδὲν δέον: ubi idem Mercurius Prometheo dicit, Ἕωλον μὲν, ὦ Προμηθεῦ, τὴν ἔφεσιν ἀγωνιῇ, καὶ ἐς οὐδὲν δέον, ubi ob præfixam præp. ἐς, talis participii usus cessat. Apud Eund., in Dialogo qui Ῥητόρων Διδάσκαλος inscriptus est, habemus, Τοσαῦτα καμὼν, οὐδὲν δέον. Sed possunt aliqui etiam occurrere loci, in quibus paulo aliam expositionem postulet hoc loquendi genus, οὐδὲν δέον: ut in Thes. meo docui. Quod vero attinet ad δέον, cui vocabulum οὐδὲν non est præfixum, sciendum est inveniri etiam δεῖν scriptum pro δέον, il-

lum usum habente; atque ita duplex Atticismus in una voce est: nimirum et in eo, quod casus unus pro alio ponitur, et in eo, quod scriptura linguæ communi usitata in aliam mutatur. Lysias in Or. κατὰ Ἀλκιβιάδου λειποταξίου, non procul a principio [p. 140, 14]: Δειλίας δὲ (δικαίως ἂν αὐτὸν ἁλῶναι) ὅτι δεῖν ἕκαστον μετὰ τῶν πολιτῶν κινδυνεύειν, ἱππεύειν εἵλετο. Sic ap. Isocr. Panath.: Δεῖν προστιθέναι τὸν τῶν προειρημένων ἐχόμενον. Hujus autem Atticæ scripturæ in hac vocula et aliis quibusdam facta mentio fuit in Articulum LXVIII Corinthi. Verum ut ad reliqua pergam, προσῆκον itidem pro προσήκοντος cum apud alios extat, tum ap. Thuc. 3, [40]: Εἰ γὰρ οὗτοι ὀρθῶς ἀπέστησαν, ὑμεῖς ἂν οὐ χρεὼν ἄρχοιτε· εἰ δὲ δὴ καὶ οὐ προσῆκον, ὅμως ἀξιοῦτε τοῦτο δρᾶν, παρὰ τὸ εἰκὸς τοίνυν καὶ τούσδε ξυμφόρως δεῖ κολάζεσθαι, Quamvis non deceat, vel Quamvis non æquum sit, aut Contra quam jus sinat. Plut. Romulo: Ὡς προσῆκον αὐτοῖς μέγα φρονεῖν. Tot denique exempla talis usus horum participiorum extant, ut vel mediocriter in studiis literarum Græcarum versato vix ignotus esse possit. At Corinthus tamen et Philoponus cum hunc esse istorum participiorum usum dicere deberent, aliud non παράδοξον solum, sed quod plane falsum existimo, dixerunt: nimirum δέον pro δεόντως, πρέπον pro πρεπόντως, nec non προσῆκον pro προσηκόντως usurpari ab Atticis. Equidem si dixissent duntaxat δέον pro δεόντως, πρέπον pro πρεπόντως poni, librarii, non eorum errorem esse suspicari quis potuisset; sed cum διαῤῥήδην scribant, Atticos qualitatis adverbia terminare in ον, quæ alii in ως terminant, omnem nobis dubitationem tollunt. Viderant certe alicubi scriptum, (hoc enim credibile est,) Atticos δέον et πρέπον et προσῆκον dicere pro δέοντος et πρέποντος et προσήκοντος: sed aut viderant tantum per transennam, aut quale id esset, minime intellexerant: ideoque ex illis genitivis adverbia fecerunt. Sciendum est porro non in præsenti tantum dici δέον pro δέοντος, sed in aoristo itidem δεῆσαν pro δεήσαντος, nec non in fut. δεῆσον pro δεήσοντος. Xen. [Cyrop. 3, 2, 8]: Καὶ ὁ Κῦρος εἶπεν ὅτι ἤδη τοῦτο [εἰπὼν ὅτι εἰδείη τοῦτο, εὐθὺς] παρηγγύησε τοῖς Πέρσαις παρασκευάζεσθαι, ὡς αὐτίκα δεῆσον ἐπιδιώκειν. Ex ignoratione autem hujus usus factum est ut δεήσοι male scriptum fuerit in quodam ejusd. scriptoris loco pro δεῆσον.

Eodem modo μέλον usurpatur a Luciano in isto Toxaridis loco, Ὥσπερ οὐ πάνυ σοι μέλον εἰ ἀποτμηθείης τὴν γλῶσσαν. Talem usum et τυχὸν ap. eum habet in Lapithis, circa finem: Παρέκειτο δ' αὐτοῖς τὰ μὲν ἄλλα πάντα ἴσα, καὶ ἀνείλοντο εἰρηνικῶς· ἡ δὲ ὄρνις ἡ πρὸ τοῦ Ἕρμωνος, πιμελεστέρα, οὕτως, οἶμαι, τυχόν. Quin etiam in aliis vocabulis usus iste participii spectatur; ita enim dicitur δόξαν pro δόξαντος, nec non δοκοῦν ap. Thuc. pro δοκοῦντος. Alia tamen quodammodo horum participiorum quam superiorum natura est: quod hæc potius quam illa in genitivo etiam poni queant, (ac præsertim posteriora duo,) ideoque eorum mentio non tam ad hunc locum pertinet, quam ad eum ubi de accusativi usu pro genitivo absoluto disseritur: qui usus ad verba quælibet extenditur.

Venio nunc ad illud, de quo me verba facturum sum pollicitus: sc. participia ista, cum hunc usum habent, accusativi casus esse, non nominativi: quod tamen existimasse videtur vel potius existimavit schol. Soph., ut ex ejus, quæ antea protuli, verbis liquet. Sic utique et Corinthus Artic. IX, aliud quoddam participiorum genus falso nominativi casus esse et credidit et tradidit, cum in accusativo casu ponantur. Atque ut in his participiis (cujusmodi est εἰρημένον δὲ pro εἰρημένου δὲ, et δόξαν δὲ pro δόξαντος δὲ, et κυρωθὲν δὲ pro κυρωθέντος δὲ), accusativus illius genitivi vice fungitur, qui absolutus vocatur, ita etiam in illis, πρέπον, ἐξὸν, δέον, προσῆκον, et ceteris: adeo ut utraque esse casus accusativi itidem absoluti, dicere possimus. Eodem enim casu utraque usurpari, vel ex interpretatione liquido apparet. Quod si quis altera illa pro accusativis habenda negare vellet, Corinthi sententiam tuendo, ex iis, quæ in illum Articulum IX annotavi, refelli posset.

Hunc de illo participiorum genere sermonem clau-

dere volenti, hoc quoque addendum fuerit, (licet ad alium eorum usum pertinens,) inveniri quædam ita posita in neutro genere ut subaudiendum sit ἐστί. Dicitur enim δέον pro δέον ἐστὶ, itidemque προσῆκον pro προσῆκόν ἐστι: estque in hoc frequentior iste usus quam in ceteris quæ sunt hujus generis.

Alia equidem multa de Attico participiorum usu dicenda mihi supersunt: ac primum addo, Atticos non unum περιφράσεως genus habere per participium: sed præ ceteris ἀξιομνημόνευτον esse eam, qua dicunt ἦν μοι βουλομένῳ, pro ἐβουλόμην, aliaque ejusmodi. Ad ceteras autem pertinent quæ a Bud. scribuntur. Is cum dixisset ὑπάρχω cum aliis verbis jungi, sicut τυγχάνω et εἰμί: et in exemplum attulisset hæc Dem. verba, Ἐγὼ δὲ οὐδεπώποτε ἡγησάμην χαλεπὸν διδάξαι τὰ βέλτιστα ὑμᾶς· ὡς γὰρ εἰπεῖν ἁπλῶς, ἅπαντες ἐγνωκότες ὑπάρχειν μοι δοκεῖτε· subjungit, Græci enim, præsertim Attici, sunt φιλομέτοχοι: sed sæpius τῷ εἶναι et τῷ τυγχάνειν utuntur cum participio quam τῷ ὑπάρχειν. Idem [p. 401, 18]: Τίνα ἐν αὐτῷ μικροψυχίαν ἐνεωρακὼς εἴη. Et rursus, Ὅτι εἴη Νικόδημον ἀπεκτονώς. Affert B ex Eod., Ἀνηρηκότες ἔσεσθε, nec non Πεφωνασκηκὼς ἔσται. Item e Xen. Hell. 7, [2, 20]: Τοῦτο δὲ χρὴ εὖ εἰδέναι, ὅτι ἐὰν ταῦτα πράξῃς, τοῖς μὲν πολεμίοις ἐπιτετυχηκὼς ἔσῃ, φιλίαν δὲ πόλιν διασεσωκώς. Eundemque fuisse et passivorum participiorum usum, ex iisdem scriptoribus discemus. Legitur enim 4, [8, 9]: Καὶ τοῦτο οὖν, ἔφη, σὺ μὲν Ἀθηναίοις κεχαρισμένος ἔσῃ, τοὺς δὲ Λακεδαιμονίους τετιμωρημένος· 7, [5, 18]: Εἰ δὲ καταλείψοι ἐρήμους οἷς ἦλθε σύμμαχος, αὐτὸς παντάπασι λελυμασμένος τῇ ἑαυτοῦ δόξῃ ἔσοιτο. Sic ap. Dem., Ἐσεσθε ἐψηφισμένοι. Interpretatur autem hujusmodi participia, verbo substantivo juncta, per subjunctivum: ut in illo Dem. loco qui in Or. περὶ παραπρ. legitur, Τοὺς ὁτιοῦν ἂν ἐκείνῳ ποιήσαντας ἀνῃρηκότες ἐκ τῆς πόλεως ἔσεσθε, ἂν τούτους ἀνέλητε· hic enim ἀνῃρηκότες ἔσεσθε vertit Sustuleritis. Sic ap. Eund. in ead. Or. [p. 449, 13]: Ἂν οὕτως φυλάττητε αὐτὸν, οὐχ ἕξει τι λέγειν, ἀλλὰ τηνάλλως ἐνταῦθα ἐπαρεῖ τὴν φωνὴν, καὶ πεφωνασκηκὼς ἔσται, Frustra sub phonasco vocem exercuerit. Itidemque ap. Eund. ἔσεσθε ἐψηφισμένοι, C non vertit Censebitis, Sciscetis; sed Censueritis, Sciveritis. Atque adeo annotat, Cic. ita per subjunctivum solere dicere, ut Ad Att., Nunc vero sentio, (quod commodo tuo facere poteris,) venias ad id tempus quod scribis: obieris Quinti fratris comitia; nos longo intervallo viseris. Et in Or. pro Cælio: Quare etiamsi quem horum minorum aliquid offendit, jam ætas omnia, jam dies mitigarit. Et in Philipp. 13: Neque istinc, si cupias, possis te explicare. Recesseris? omnes insequentur: manseris? hærebis. Hæc ille talium subjunctivorum exempla affert: verum sciendum est non omnibus locis, quibus participium verbo substantivo jungitur, istam per subjunctivum interpretationem convenire, sed iis demum, in quibus futuro illius substantivi verbi est adjunctum; neque enim, ut in illo Dem. loco ἀνῃρηκότες ἔσεσθε apte redditur Sustuleritis, ita ἀνῃρηκώς ἐστι reddendum esset Sustulerit, sed Sustulit. Quin etiam hoc animadversione dignum est, pro ἀνῃρηκώς ἐστι non minus commode dici posse ἀνῄρηκε: at vero ἀνῃρηκότες ἔσεσθε D aliquo modo ab ἀναιρήσετε diversum esse. Quod ex interpretatione patet; si enim pro ἀνῃρηκότες ἔσεσθε diceretur ἀναιρήσετε, non redderetur Sustuleritis, sed Tolletis. Sic in Xen. loco qui proxime sequitur, si pro ἔσῃ διασεσωκὼς dixisset διασώσεις, non redderetur Conservaris; sed potius Conservabis. Atque adeo in illo Dem. loco, in quo dicit πεφωνασκηκὼς ἔσται, quamvis præcedat futurum ἐπαρεῖ, illum tamen participii præteriti cum futuro verbi substantivi usum ab illius futuri ἐπαρεῖ usu aliquid diversum habere censeo. Ut verbo uno finiam, in omnibus illis locis aliisque ejusmodi mixtas quodammodo futuri et præteriti signiff. videri dico. Eodemque et ap. Latinos pacto subjunctiva illa ambiguam et velut mixtam signif. habere dici fortasse queunt.

Quod vero attinet ad usum participii cum præsenti verbi substantivi, sive in indicativo modo, sive in alio, ejus exemplum habemus et in hoc Aristot. loco, Ὅταν ὦσι βεβληκότες τοὺς ὀδόντας· quod nihil aliud est quam βεβλήκωσι: sicut nimirum in locis præcedentibus, ἐνεωρακὼς εἴη et εἴη ἀπεκτονὼς nihil aliud valent quam ἑνεωράκοι et ἀπεκτόνοι. Meminit porro hujus usus et Priscianus in suo De constructione libro; sed peculiariter de unius verbi participio loquens, in quo Latinæ linguæ cum Græca convenit. Ita enim scribit: Illi (sc. Attici) ἐξαρκεῖ αὐτοῖς δεδειπνηκόσιν εἶναι, καὶ δεδειπνηκέναι. Nos, Sufficit illis pransis esse et prandisse. Poterat autem et de Cœnatis esse, idem dicere. Sed ne in his quidem verbis linguæ uni cum altera omnino convenit. Neque enim Pransus sum et Cœnatus sum præterita sunt ejusdem vocis cujus sunt Prandisse et Cœnasse, activæ videlicet: quin potius ita dicuntur Pransus sum et Cœnatus sum, voce passiva, ut Locutus sum, Assentatus sum, Fabricatus sum, Frustratus sum, atque alia: at illud δεδειπνηκὼς ejusdem vocis est cujus et δεδειπνηκέναι. Addit porro verbis illis idem grammaticus, Huic consimile esse videtur, Fieri opus est, et Facto opus est: Dici opus est, et Dicto opus est: Pugnari opus est, et Pugnato opus est. Quomodo enim illa, sic etiam ista participia pro infinitivis verbis ponuntur. Sallustius in Catilina: Nam et priusquam incipias, consulto; et ubi consulueris, mature facto opus est. Hæc autem elocutio ad passivæ significationis pertinet participia, sive absoluta. Hæc ille: cui in eo minime assentior, quod hæc participia Græcis illis similia esse velit: cum potius talis sit in illis loquendi generibus Latini participii usus, qualis est apud Græcos infinitivi passivi, cum dicunt παρεσκευάσθαι δεῖ, (ut legitur ap. Aristot. Polit. 7: Δεῖ δὲ τῶν ἀγορανόμων τάξιν ἐν ἀγορᾷ παρεσκευάσθαι,) et similia: de quibus supra disserui, Capite VI. Idem autem alibi, postquam dixit, Ὑπονοῶ τὰ ἱερὰ κεκλεμμένα, ἤγουν εἶναι, subjungit, Frequentissime nostri quoque participia pro infinitis: ut Audio interfectum, mortuum, cæsum, et similia: in quibus omnibus subauditur Esse. Juvenalis, Perituros audio multos.

Possunt autem et aliis de causis Attici appellari φιλομέτοχοι, sc. ob alios plerosque participii usus, quos familiares habent. Sed quos insuper in eodem illo Commentariorum opere annotatos reperio, primum proferendos censeo: sic tamen ut distinguam exempla quæ ibi simul ponuntur, quippe quæ ad diversos usus pertineant. Dem.: Οὗτος δὲ ἦν ὁ πάντα ταῦτα διοικῶν, Hic est qui omnia administrabat. Xen. Œc. [4, 15]: Οὐδὲν γὰρ ὄφελος πολλὰ ἀροῦν, εἰ μὴ εἶεν οἱ ἀρήξοντες, Nisi sint qui arata tueantur. Et [7, 21]: Δεῖ δ' αὖ, ἐπειδὰν ταῦτα εἰσενεχθῇ εἰς τὸ στεγνὸν, καὶ τοῦ σώσοντος ταῦτα, Oportet esse qui hæc servet. Dem. [p. 362, 12]: Τίς ἂν τούτων αἴτιος; τίς ὁ ταῦτα φενακίσας; Quis est qui hanc fraudem commentus est? His exemplis subjungit alia, in quibus est εἰδῶσιν ἀξιοῦντες, et ἠγνόει παιδευομένους, etc.; sed alium usum in his aliisque hujusmodi locis considerandum esse quam in superioribus, admonendus erat lector. Dico igitur, quod ad illos superiores attinet, in quibusdam eorum talem esse orationis formam, ut participia in verba sine alia quapiam mutatione resolvi non possint. Nam pro illis quidem, οὗτος ἦν ὁ διοικῶν, dicere possis, οὗτος διῴκει: itidemque pro τίς ὁ φενακίσας, dicere, τίς ἐφενάκισε: sed ap. Xen., si pro εἰ μὴ εἶεν οἱ ἀρήξοντες dixeris simpliciter εἰ μὴ ἀρήξουσι, deerit nominativus: ideoque ut plena sit oratio, τινὲς adjiciendum fuerit. In altero autem ejusdem Xen. loco, ut participium resolvere in verbum possis, multo etiam magis mutanda orationis forma fuerit: siquidem pro δεῖ τοῦ σώσοντος dicendum erit δεῖ τινα σώζειν: ubi etiam verbo δεῖ alius usus, sicut et alia constr., tribuitur. Minime igitur hic locus exemplis ejus, quæ per participium fit, periphraseos (ita enim appellandam censeo) annumerandus fuerit.

At vero in iis qui sequuntur locis participium pro verbo simpliciter poni, dicere possumus. Dem. Pro cor. [p. 300, 11]: Σωφροσύνης πίστιν περὶ ἡμῶν ἔχοντες ἔδειξαν. Possis enim hic absque alia ulla mutatione ἔχοντες in ἔχειν resolvere. Apud Eund. Περὶ παραπρ.: Ἵνα ὅσα ὑμῖν ὑπεσχόμην ἀρχόμενος τοῦ λόγου, δείξω πεποιηκώς· itidem pro δείξω πεποιηκέναι. Præsertim autem cum verbo οἶδα, cum verbo γινώσκω, aliisque

id genus, frequens est hic participii usus; atque adeo dubito an unquam aliter Attici loquantur. Verbi οἶδα participio juncti exempla hæc sunt. Xen.: Οἶδα ἐμαυτὸν ἥττονα ὄντα, (quod et per nominativum dici potuisset, οἶδα ἥττων ὢν,) item [Cyrop. 1, 6, 28]: Οἶδα μανθάνοντας ὑμᾶς πολλὰς κακουργίας. Sic etiam cum præsenti verbi passivi, ut οἶδα ἐξαπατώμενος, Aristoph. [Av. 1641.] Atque ut dicitur οἶδά σε τοῦτο ποιοῦντα, sic etiam οἶδά σε τοῦτο πεποιηκότα vel ποιήσαντα: ut ap. eund. Xen., Οἶδα δέ ποτε αὐτὸν καὶ Κρίτωνος ἀκούσαντα. Item, Οἶδα καὶ Διοδώρῳ αὐτὸν τοιάδε διαλεχθέντα. Sic cum participio nominativi casus, οἶδα γεγονὼς εὐδαίμων, ap. Dem. Atque ut in illo Xen. loco habemus, Οἶδα αὐτὸν Κρίτωνος ἀκούσαντα, sic qui de se loquetur, i. e. significare volet se audisse, dicere poterit (usurpans nominativum, qualis est in illo Dem. loco), οἶδα ἀκούσας. Verum ut in οἶδα ἀκούσας participium pro infinitivo ponitur, non itidem quoties dicitur οἶδα ἀκούων, participium hunc usum habere existimandum est, ut quidam falso crediderunt. Nam οἶδα ἀκούων plerisque in locis id est, quod Latine diceretur Fando audio, sequendo illam usitatissimam phrasin Fando auditum. Gallice autem melius exprimimus dicentes, *Je says par ouir dire*. Dem. Philipp. 1: Οἶδα ἀκούων ὅτι ἐνίκων κτλ. Sic οἶσθα ἀκούων ap. Plat. Minoe: Οἶσθά που καὶ αὐτὸς ἀκούων. Atque ut οἶδα ἀκούων, sic et οἶδα πυνθανόμενος dicitur: quin etiam οἶδα παρ' ἄλλων πυνθανόμενος, ut ap. Isocr., suum Encomium Busiridis ita auspicantem: Τὴν μὲν ἐπιείκειαν τὴν σὴν, ὦ Πολύκρατες, καὶ τὴν τοῦ βίου μεταβολὴν παρ' ἄλλων πυνθανόμενος οἶδα. Latini non solum dicunt, Fando hoc audivi, vel, quod tamen minus frequens est, Fando cognitum habeo, sed etiam Ex auditu habeo, Nihil præter auditum habeo, Auditione et fama accepi, Rumorem auctorem habeo. Sed de illo genere loquendi hactenus lectorem monuisse sit satis. Ut autem οἶδα præcipuum est inter verba quæ participium pro infinitivo habent, sic etiam γινώσκω et συνίημι, nec non αἰσθάνομαι, aliaque cognatam signif. habentia. Plato Gorgia: Δῆλον δή, ὦ Σώκρατες, ὅτι οὐδὲ τὸν μέγαν βασιλέα γινώσκειν φήσεις εὐδαίμονα ὄντα. Sic ap. Xen., Γινώσκω σε ἐπιθυμοῦντα. Tale est [Hell. 3, 2, 9]: Ἐπειδὴ ἔγνω μενετέον ὄν. Cum nomin. autem: ut, Χρυσῷ πάττων μ' οὐ γινώσκεις, Aristoph. [Nub. 912]; item, Πατέρα δὲ γίνωσκε ἔχων Ἑρμῆν, Lucian. [D. deor. 22, 2.] Sed et cum participio passivo: ut ἔγνωσαν ἀποπεμπόμενοι, Thuc. [1, 102]. Cui simile est ap. Xen. [Hell. 1, 6, 4]: Καταμαθὼν δὲ ὑπὸ τῶν Λυσάνδρου φίλων καταστασιαζόμενος. Quod autem de γινώσκω, idem et de ἀγνοῶ dici putandum est: cujus similem usum in hoc Plat. habemus l.: Ἠγνόει τὴν πατρῴαν οὐ παιδευομένους τέχνην. Quin etiam cum φρόνει legitur partic. uno quidem in loco, accusativi casus, in altero autem nominativi, ap. Soph. Habemus enim ap. eum [Trach. 289], Φρόνει νιν ἥξοντα· et alibi [Antig. 996], Φρόνει βεβῶς αὖ νῦν ἐπὶ ξυροῦ τύχης. Sed his in ll. φρόνει poni pro ἴσθι s. γίνωσκε, ideoque construct. istam habere videtur: qui usus haud itidem solutæ orationi concedatur. At verbum εὑρίσκω addi potest iis quibus illa participium itidem tribuit, veluti in hoc Isocr. l. [Antid. p. 311, D]: Σκοπούμενος οὖν, εὕρισκον οὐδαμῶς ἂν ἄλλως τοῦτο διαπραξάμενος. Apud Thuc. vero cum verbo φαίνεται idem est participii usus, in præfatione, Φαίνεται γὰρ ἡ νῦν Ἑλλὰς καλουμένη οὐ πάνυ βεβαίως οἰκουμένη. Alicubi etiam duo participia conjunguntur, quorum posterius pro infinitivo ponitur: verbi gratia, ἐξελεγχόμενος ξένος ὢν, eod. modo quo dicitur ἐξελέγχεται ξένος ὤν. Dem.: Ἐγὼ γὰρ οἶομαι δεῖν ὑμᾶς ἐξελεγχομένοις ξένοις οὖσι χαλεπαίνειν. Sic participium unum alteri adjungitur infinitivi locum obtinenti, Xen. [Anab. 2, 1, 12]: Πεμφθεὶς παρὰ βασιλέως κελεύσων. Sciendum est autem Virg. eum participii, de quo loquimur, usum imitari ausum fuisse, cum verbo habente signif. τοῦ αἰσθάνομαι, quod paulo ante verbis οἶδα et γινώσκω et συνίημι connumeravi. Cum autem duplex sit ille usus, sc. unus quo participii accusativus verbo jungitur, alter, quo nominativus, (cum sc. verbum et participium de una eademque persona dicuntur,) hunc posteriorem, qui magis etiam quam alter a sermonis Latini consuetudine abhorret, imitari ausus est, cum scripsit Æn. 2, Sensit medios delapsus in hostes. Tale enim est hoc, quale fuerit in Græco sermone, ἤσθετο εἰς μέσους τοὺς πολεμίους ἐμπεπτωκώς. Quamvis porro in iis quæ hactenus allata fuerunt, nulla futuri mentio facta fuerit, interdum tamen ejus itidem participium, (cum illis præsertim verbis aliisque ejusmodi,) ita usurpari dico: atque adeo in eo ipso, de quo nunc disserebam, illius usus exemplum habemus ap. Aristoph. [Nub. 804], αἰσθάνομαι ἔξων.

Jam vero et cum aliis plerisque verbis usurpatur participium, ubi Latinus sermo infinitivum usurpat. Dicitur enim μέμνημαι ποιήσας: dicitur διατελῶ ποιῶν: item οὐ παύομαι ποιῶν: itidemque cum aliis verbis. Quin etiam sicut παύομαι ποιῶν, ita παύω σε ποιοῦντα frequenter legimus. Dicitur item περιορᾷ με ἀπολλύμενον. Sed non omnia fortasse, quæ hujusmodi sunt, Atticæ linguæ ascribere oportet.

Nosse præterea oportet, participium pro infinitivo positum diversis aliquando casibus cum eod. verbo usurpari: cujus varietatis exemplum habemus in σύνοιδα. Dicitur enim σύνοιδα ἐμαυτῷ σοφὸς ὤν: item σύνοιδα ἐμαυτῷ σοφῷ ὄντι, sicut σύνοιδα ἐμαυτῷ ἀδικοῦντι: nec non σύνοιδα ἐμαυτῷ τοῦτο πεπραγμένον, vel ταῦτα πεπραγμένα. Quarum constructt. exempla Commentarii Budæi suppeditabunt. Prisciamus affert itidem, συμφωνῶ ἐμαυτῷ εὐδαιμονοῦντι καὶ εὐδαιμονῶν: additque, talem usum esse horum verborum, Conscius sum, (quæ significatione respondent illi σύνοιδα,) i. e. duobus itidem casibus jungi, sc. dativo et nominativo. Addit enim, Nostri inveniuntur hac forma sæpe usi: Conscius sum mihi benefacienti, et benefaciens. Quomodo dicimus, Nomen est mihi Iulus, et Iuli, et Iulo, et Iulum. Virg. Æn. 2: Sensit medios illapsus in hostes. Sed non satis apte in exemplum afferre Virgilianum hunc l. videtur: quem contra alibi recte similem facit illi loquendi generi, ἔγνω δὴ τότε ἠδικημένος. Pro ἔγνω tamen potius ἤσθετο ponere debuerat: ut non solum eadem constr., sed et in eodem verbo esset; notum enim est, ἤσθετο idem cum illo Sensit verbum esse, i. e. eandem signif. habere.

Ceterum participia quædam Priscianus affert in diversis locis sui De constructione libri, pro quibus et infinitiva usurpari ait. Scribit enim, Ἔγνω δὴ τότε ἠδικημένος· καὶ, ἑαυτὸν ἠδικῆσθαι (hoc enim reponendum est pro ἀδικεῖσθαι: ut sit præteriti temporis, quemadmodum et ἠδικημένος). Alibi verbo ὁρῶ, (quod affinitatem cum illo habet,) utramque itidem constr. tribuit. Scribit enim, Ὁρῶ ὑμᾶς μεταμέλεσθαι, καὶ μεταμελομένους: videtur tamen hic infinitivum pro participio potius quam participium pro infinitivo positum existimare: subjungit enim, Hac figura frequentissime quoque Romani utuntur, ut infinita verba pro participiis ponant: ut Terentius in Adelphis, Video sapere in loco, amare inter se. Neque tamen intelligo cur sermonis Latini consuetudo participium hic potius quam infinitivum poscere dicenda sit. Apud Eund. paulo ante legitur, Attici, Ἀνέχομαί σε λοιδορεῖν, καὶ λοιδοροῦντα, καὶ λοιδοροῦντος. Sic et nos, Patimur illum facere hoc, et hoc facientem, et hoc faciente. Alibi, Illi, Κωλύω σε λέγοντα, καὶ Κωλύω σε λέγειν· καὶ κινδυνεύοντα, καὶ κινδυνεύειν· καὶ, Κωλύει τὸν (repone τοῦτον) ἀδικούμενον, καὶ κωλύει τοῦτον ἀδικεῖσθαι. Et nos, Prohibet illum periclitantem, et Prohibet illum periclitari. Virg. Æn. 2: Sensit medios illapsus in hostes: pro Illapsum se esse. Sallustius in Jugurtha: Et Hercule Sylla ante te cognitum, multis orantibus aliis, ultro egomet opem tuli; nullius indigui. Illi autem verbo κωλύω affinem signif. habet ἐπέχω, de quo Idem alibi, Illi, Ἐπέχω σε μαινόμενον, καὶ μαίνεσθαι· καὶ Ἐπέχω σε ἵνα μὴ μαίνῃ. Et nostri, Compesco illum insanientem, et insanire: et, ne insaniat. At vero cum dicitur ὑπονοῶ τὰ ἱερὰ κεκλεμμένα, subaudiri putat εἶναι. Inter illa autem quæ in hisce Prisciani locis habentur, obiter animadvertendus est participii usus cum his quoque verbis κωλύω et ἐπέχω. Quod autem de altera constructione dicit, quæ cum infinitivo est, ea in quibusdam verbis exemplo confirmari necesse fortassis habuerit.

Participiorum pro infinitivis alii quoque usus inve-

niuntur, multo magis superioribus insolentes, (si tamen illorum quisquam insolens dici potest,) qualis est cum dicitur ἐν τῷ μὴ μελετῶντι pro ἐν τῷ μὴ μελετᾷν. Thuc. 1, p. 47 [c. 142] : Ἑλλαῖς δὲ εἰργόμενοι, ἡσυχάσουσι, καὶ ἐν τῷ μὴ μελετῶντι ἀξυνετώτεροι ἔσονται. Dixerat autem paulo ante, Καὶ προσέτι οὐδὲ μελετῆσαι ἐασόμενοι. Exponit certe μελετῶντι per μελετᾷν et ipse schol. Sed ut hic illi assentior, ita longe ab illo dissentio in alius cujusdam loci expositione, qui lib. 1 extat, p. 44 [c. 138], de Themistocle : Ἀφικόμενος δὲ μετὰ τὸν ἐνιαυτὸν, γίγνεται παρ' αὐτῷ μέγας, καὶ ὅσος οὐδείς πω Ἑλλήνων, διά τε τὴν προϋπάρχουσαν ἀξίωσιν, καὶ τοῦ Ἑλληνικοῦ ἐλπίδα, ἣν ὑπετίθει αὐτῷ δουλώσειν· μάλιστα δὲ ἀπὸ τοῦ πεῖραν διδοὺς ξυνετὸς φαίνεσθαι· vult enim ille schol. ἀπὸ τοῦ πεῖραν διδοὺς dictum esse pro ἀπὸ τοῦ πεῖραν διδόναι : at ego, præterquam quod nimis durus esset hic participii pro infinitivo usus, sensum etiam minus aptum ex ea expositione elici dico quam si ἀπὸ τοῦ cum infinitivo φαίνεσθαι jungamus : durum esse dico, vel potius durissimum, ἀπὸ τοῦ διδοὺς pro ἀπὸ τοῦ διδόναι : dure etiam dici πεῖραν διδόναι ξυνετὸς φαίνεσθαι, pro τοῦ ξυνετὸς φαίνεσθαι. Quin etiam non dure tantum, sed inepte videri dici, πεῖραν δίδωμι φαίνεσθαι ξυνετός : et dicendum fuisse εἶναι potius quam φαίνεσθαι. Quæ faciunt omnia ut ab illius schol. sententia discedens, jungam ἀπὸ τοῦ cum φαίνεσθαι, ut πεῖραν διδοὺς dictum sit pro διὰ τοῦ πεῖραν διδόναι. Ideoque in Latina hujus Historici interpretatione, cum Valla verba illa ita reddidisset, Maximeque quod specimen sui dabat ut solers videretur : ego contra margini has interpretationes ascripsi, Maximeque quod sui dans specimen, prudens videretur; vel, comperiretur. Nec non istam, (quæ est minus ad verbum,) Quod suæ prudentiæ specimen daret. Est porro ap. hunc scriptorem et quidam locus ubi participium pro infinitivo positum non adjectum est, sed (quod valde mirum est atque insolens) subaudiendum relinqui videtur. Is extat 5, p. 191 [c. 80] : Οἱ δ' ὁρῶντες ὀλίγοι πρὸς πλείους ὄντας τοὺς ξυμφύλακας, ἔπεμψαν Δημοσθένην τοὺς σφετέρους ἐξάξοντα. Hic enim non video quid aliud dici possit quam extrinsecus assumendum esse ὄντες : quod propter sequens ὄντας ipse scriptor reticuerit : cum tamen potuisset contra hic omittere ὄντας, si illic posuisset ὄντες. Verum illud tanquam a scriptore καινοπρεπείας ubique affectatore accipiendum est. Fateor alioqui inveniri itidem omissum participium ejusdem verbi substantivi, sed in singulari numero, et præcedente verbo, non alio participio : in hoc sermone, Οὐκ αἰσθάνῃ σαυτοῦ καὶ σὺ τούτων αἴτιος; Ut autem a Thuc. ad Xen. transeam, lectorem celare nolo, quendam participii usum a Prisciano ei ascribi, qui si talis ap. eum extaret qualem ille dicit, non immerito fortasse Xen. quoque in usu participii aliquid sibi peculiare habere diceretur. Sed falli Priscianum et falso eum usum huic scriptori ascribere, planum faciam. Prisciani igitur verba in libro De constructione, hæc sunt : Participia pro verbis ponunt Attici : quod frequenter faciunt Latini. Aristoph. : Ταῦτ' οἶμαι λέγουσιν ἀπατῶντες. Δρώντων ἀτεχνῶς ὅ, τι χρήσουσι [χρήζουσι], pro δράτωσαν. Xen. Hier. [7, 1] : Ἐπεὶ δὲ ταῦτα αὐτοῦ ἤκουσεν ὁ Σιμωνίδης, εἶπεν, Ἔοικεν, ἔφη, ὦ Ἱέρων, μέγα τι εἶναι ἡ τιμὴ, ἧς ὀρεγόμενοι οἱ ἄνθρωποι. Hic enim Priscianus ὀρεγόμενοι pro ὀρέγονται positum esse tradit; sed si hoc verum est, quid verbis sequentibus fiet? quæ ratio structuræ illorum iniri poterit? Hæc enim subjungit, πάντα μὲν πόνον ὑποδύονται, πάντα δὲ κίνδυνον ὑπομένουσι. Ex quibus participium non alium quam vulgarem usum habere, ideoque falso illud a Prisciano dici, nemo erit qui non fateatur : sed unde hic error ab eo commissus in re præsertim non obscura fuerit, nemo, ut opinor, certum se habere dixerit. Ad me quidem quod attinet, non ex memoria hunc l. ab illo citatum fuisse puto, sed potius ex ipso auctore descriptum, sic tamen properantibus oculis ut tantum per transennam (quod ajunt) eum aspexisse dici possit. Qui enim hunc grammaticum, quamvis ea quæ sequebantur animadverteret, illud dixisse existimabit, is certe eum non judicio solum, sed sensu etiam ibi caruisse existimare debebit. Et hæc quidem Priscianus. Ego vero quendam participii usum ap. illum scriptorem inveniri dico, qui tam est observatione dignus quam quisquam alius, et tamen haud scio an ab alio observatus. Is autem est, quo participii non accus. nec nomin. ut in superioribus exemplis, sed gen. usurpat, præcedente particula ὡς. Hujus exemplum in isto habemus loco, Cyrop. 2, [3, 15] : Ὡς οὖν ἐμοῦ γε καὶ ἀγωνιουμένου, καὶ ὁποῖός τις ἂν ὦ, κατὰ τὴν ἀξίαν τιμᾶσθαι ἀξιώσοντος, οὕτως ἔφη, ὦ Κῦρε, γίνωσκε. Sed in præsentia istum participii usum attigisse sit satis. Nam quæ dicenda de eo videntur, in alium reservanda locum censeo, ubi aliis etiam modis cum eadem illa particula usurpatum fuisse docebo.

Nunc autem revertens ad illum participii usum, cujus aliquanto ante facta mentio fuit, quo videlicet dicitur ὑπάρχω ἐγνωκὼς a Dem. pro ἔγνωκα, quo item ὑπῆρχεν ὢν pro ὑπῆρχεν simpliciter, sive pro ἦν : quo item τυγχάνω ὢν pro εἰμὶ, et τυγχάνω πεποιηκὼς pro πεποίηκα : (cujus usus exempla tam sunt obvia, ut ea huc afferre minime sit opus;) quo etiam ἀπεκτονὼς εἴη pro ἀπεκτονοίη : quo denique οὗτος ἦν ὁ διοικῶν dicitur pro διῴκει : nunc, inquam, ad illum participii usum revertens, dico, quemadmodum hæc loquendi genera quandam periphraseos speciem præ se ferunt, ita et illud, quo dicitur ἔχω ποιήσας pro ἐποίησα. Cum hoc ipso tamen participio junctum legere me non memini, sed cum aliis, quæ aoristi itidem sunt temporis, non ap. solutæ orationis scriptt. duntaxat, sed etiam ap. poetas observavi. Hesiod. Ἔργ. non procul ab initio [42] : Κρύψαντες γὰρ ἔχουσι θεοὶ βίον ἀνθρώποισι. Sic ap. Soph. Aj. [22] : Πρᾶγος ἄσκοπον ἔχει περάνας. Non minus tamen vel potius magis frequentia sunt exempla hujus περιφράσεως (si ita vocanda est) in soluta oratione; atque adeo magis prosæ quam carmini convenit : nisi tragicum et comicum excipiamus, quoniam multa illis, ac præsertim comico, communia cum oratione soluta esse videmus. Ac profecto ex eodem illo Tragico non pauca afferri exempla possunt : ex quibus est [El. 590], ἔχεις ἐκβαλοῦσα, pro ἐξέβαλες : item ἀναλώσας ἔχει pro ἀνάλωσε, hoc in versu, Παῖδας γὰρ οὓς ἔφυσ' ἀναλώσας ἔχει. Item κηρύξας ἔχω, in isto, Εὐφημίαν μὲν πρῶτα κηρύξας ἔχω. Eodemque Euripides modo initio Medeæ dixit, ἀτιμάσας ἔχει pro ἠτίμασε. Sed venio ad prosam. Dem. Πρὸς Λεπτ. : Τίνες οὖν ἦσαν αὗται; τὰς μὲν καθ' ἕκαστον ἐάσω· μίαν δ', ἣ συλλαβοῦσα τὰς ἄλλας ἔχει, δίειμι. Sic Thuc. ἔχω δήσας dixit pro ἔδησα. Sic Aristides καταστήσασα ἔχει dixit pro κατέστησε. Tale est quod ex Greg. Naz. affertur, Ἃ δὴ καὶ μάλιστα τῶν ἡμετέρων εἶχε θαυμάσας, ubi tamen non in aoristum, sed in præteritum imperfectum resolvitur periphrasis; resolvitur enim εἶχε θαυμάσας in ἐθαύμαζε, quod est ejusdem temporis cum illo εἶχε. Quod vero ap. Eund. extat, Καὶ πόθεν τοῦτο λαβὼν ἔχεις; diversum esse videtur : nec participium una cum verbo ἔχεις in verbum hic quoque resolvi debere, sed potius pro supervacaneo haberi. Jam vero et hoc animadvertendum est, posse et in aliis quibusdam locis hoc participium ita exponi, ut alium potius usum habeat : veluti in illo Thuc. loco, si ἔχω δήσας idem valere dicamus atque ἔχω ἐν δεσμοῖς. Sciendum est porro, a Prisciano dicente Atticos participia pro verbis ponere, afferri in exemplum ex Phrynicho, ἀτιμάσας γένῃ pro ἀτιμάσῃς, in hoc l., Ὦ φίλτατε ἀνδρῶν μή με ἀτιμάσας γένῃ, ubi γένῃ locum obtinebit τοῦ ἔχῃς : eodem enim modo diceretur ἀτιμάσας ἔχῃς. Verum non satis apte hoc loquendi genus in exemplum affert participii pro verbo positi, cum in eo non participium simpliciter, sed potius participium verbo junctum pro verbo ponatur. De hoc quoque lectorem obiter monebo, verba illa Phrynichi senarium efficere, si ita scribantur, Ὦ φίλτατ' ἀνδρῶν, μή μ' ἀτιμάσας γένῃ. Incertum est autem scribendumne sit ἀτιμάσας, an ἀτιμήσας : quoniam ap. ipsum Priscian. legitur quidem ἀτιμάσας γένῃ, sed dicit esse pro μή με ἀτιμήσῃς, tanquam legens ἀτιμήσας. Utrumque dici constat, sed ἀτιμάζειν minus poeticum magisque Atticum esse arbitror.

Ut autem ad ἔχειν redeam, aliud etiam est περιφράσεως genus, cui verbum istud adhibetur, sed in infinitivo, præcedente participio accusativi casus, aut

etiam sequente. Dicunt enim et σιγῶντα ἔχειν vel ἔχειν σιγῶντα pro σιγᾷν: ex Arriano quidem certe (quem ut Atticum usurpasse id credo) affertur. At vero de participio ἔχων plane supervacaneo, cum dicitur λῃρεῖς ἔχων, et παίζεις ἔχων, in fine hujus de participiis sermonis dicam, ubi et aliorum vocabulorum, quæ itidem vacant, (quibus fortasse et illud λαβών, de quo paulo ante dixi, annumerandum est,) mentionem faciam.

Ad hunc de periphrasi sermonem pertinet etiam hoc genus loquendi, ἔφθην ποιήσας, pro ἐποίησα: itidemque ἔφθην εἰπών, pro εἶπον. Quin etiam φθάνω εἰπών pro eodem dicitur, ut ap. Athen. 12, [p. 536, E]: Περὶ δὲ Καλλίου καὶ τῶν τούτου κολάκων φθάνομεν καὶ πρότερον εἰπόντες. Ad eundem pertinet et ista phrasis, διατελῶ ποιῶν, si quidem accipiatur simpliciter pro ποιῶ. Sed de hoc loquendi genere, sicut et de altero, Thesaurum meum consule.

Aliquando tandem et de illo participii usu disserendum est, quem in genitivo casu habere dixi, præcedente particula ὡς. Hunc quoniam Xenophonti præsertim familiarem esse puto, ab illo incipiam, et locum ibi allatum, hic repetam. Anab. 2, p. 32 meæ ed. [1, 3, 6]: Ὡς οὖν ἐμοῦγε καὶ ἀγωνιουμένου, καὶ ὁποῖός τις ἂν ὦ, κατὰ τὴν ἀξίαν τιμᾶσθαι ἀξιώσοντος, οὕτως, ἔφη, ὦ Κῦρε, γίγνωσκε. Cui loco similis omnino est hic Dem. Philipp. 4: Ὡς οὖν ὑπὲρ τῶν ἐσχάτων ἐσομένου τοῦ ἀγῶνος ὑμῖν, οὕτω προσήκει γινώσκειν. Rursum autem Xen., quem usum dat participio cum verbo γίγνωσκε, eund. alibi cum duobus hisce verbis ἔχε γνώμην: ut Cyrop. 1, p. 17 [c. 6, 11]: Ὡς οὖν ἐμοῦ, ἔφη, μηδέποτε ἀμελήσοντος τοῦ τὰ ἐπιτήδεια τοῖς στρατιώταις συμμηχανᾶσθαι, μήτ' ἐν φιλίᾳ, μήτ' ἐν πολεμίᾳ, οὕτως ἔχε τὴν γνώμην. Quin etiam nomine γνώμη adjunctum verbum non habente ita utitur hoc in loco, (cujus aliam ob causam facta fuit a me mentio supra, Capite VI) Anab. 1, [8, 10]: Ἡ δὲ γνώμη ἦν ὡς εἰς τὰς τάξεις τῶν Ἑλλήνων ἐλῶντων καὶ διακοψόντων. Eodem plane modo usurpatur a Plat. verbum διανοεῖσθαι, cum alibi, tum in hoc l., qui legitur De rep. 1: Ὡς τοίνυν μὴ ἀκουσομένων, οὕτω διανοεῖσθε. Sed ut jam de interpretatione hujus phraseos disseram, primum sciendum est hæc verba ita reddi a Ficino, Perinde itaque tanquam audituri non simus deliberate. A Cornario autem, Proinde velut audituri non simus, ita statuite. Sed præterquam quod διανοεῖσθαι hic non est Deliberare, nec Statuere, si quis ita verba illa interpretari velit, ut a sermonis Latini consuetudine non discedat, ea in aliam sermonis formam resolvenda fuerint. Equidem Gallice aptius reddi posse arbitror quam Latine. Sonat enim et in illis Xen. locis et in isto Platonico, quod dicimus, *Faictes votre compte que*, etc. Sed Latine aliud loquendi genus in illis usurpandum censeo, quam in isto; nam ubi dicitur, Οὕτω γίνωσκε ὡς ἐμοῦ ἀγωνιουμένου, itidemque, Οὕτως ἔχε τὴν γνώμην ὡς ἐμοῦ μηδέποτε ἀμελήσοντος, puto Latino imperativo Habeto, locum esse futurum: hoc modo, Sic habeto, Cyre, me et dimicaturum esse etc. Nec omnino alteram hanc interpretationem rejecerim, Ita tibi de me persuade. Aut etiam, Ita tibi persuadeas velim, Te tibi persuadere volo. Utraque enim sermonis forma utitur Cic. Posteriore hac, in quadam ad Att. Epistola, Te tibi persuadere volo, mihi neminem esse te cariorem. Illa autem priore, cum participio futuri temporis, (ut habemus ap. Xen. participia futura ἀγωνιουμένου, ἀμελήσοντος, ἀξιώσοντος,) usus est in quadam ad Brutum, lib. 2 Ep. ad Fam.: Quamobrem velim tibi ita persuadeas, me, tum Reip. causa, (quæ mihi vita mea carior est,) tum quod tibi ipsi faveam, tuamque dignitatem amplificari velim, tuis optimis consiliis, amplitudini, gloriæ, nullo loco defuturum. Non dubito certe quin hic illo Xenophonteo genere loquendi aptissime usuri simus, si hunc l. vicissim ex Latino Græcum facere voluerimus: hoc modo, Τοιγαροῦν ὡς ἐμοῦ προθυμίαν πᾶσαν παρεξομένου ... οὕτως, ὦ Βροῦτε, ἔχε τὴν γνώμην· vel, ὡς ἐμοῦ προθυμίας οὐδὲν ἐλλείψοντος. Istud enim loquendi genus (ut obiter hac de re admoneam) plane respondere videtur illi Latino, Me nullo loco defuturum: estque ex illo ipso scriptore petitum, ejusdem operis lib. 4. Cetera interdum quoque ita verbis illis utitur Cic., ut a præcedentibus separet, utendo videlicet alia orationis structura quam in præcedentibus locis, sc. per futurum indicativi, ut in fine cujusdam ad Antonium Epistolæ: Sed hæc hactenus: illud extremum: ego, quæ te velle quæque ad te pertinere arbitrabor, semper sine ulla dubitatione summo studio faciam: hoc velim tibi penitus persuadeas. Quin etiam illi Dem. loco, Οὕτω προσήκει γινώσκειν ὡς ὑπὲρ τῶν ἐσχάτων ἐσομένου τοῦ ἀγῶνος, verbum idem convenire puto, ita interpretando, Vos in ultimum discrimen adductum iri persuasi estote. Vel, Vobis ita persuadete, fore ut in ultimum discrimen adducamini. Vel, Fore ut ad ultimum discrimen veniatis. Hic enim, (ut de hoc quoque obiter lectorem moneam,) ἀγῶνος pro κινδύνου accipiendum esse, et ex præcedentibus patere dico. Verum ut ad Platonem redeam, quamvis eadem ap. hunc sit orationis forma, tamen habita ratione rei de qua est sermo, aliud potius interpretationis genus tribuendum loco illi fuerit. Nihil autem aptius se nunc offert quam imperativus Scitote: ut illa verba, Ὡς τοίνυν μὴ ἀκουσομένων, οὕτω διανοεῖσθε, ita reddantur, Atqui nos non audituros esse scitote. (Quorum verborum magna est ab illis Interpretis differentia, Perinde itaque tanquam audituri non simus deliberate.) Non ignoro interim, magis verbum verbo responsurum esse, si ita vertero, Atqui nos non esse audituros cogitate: sed imperativus ille Scitote usum loco illi aptiorem habere videtur. Convenire autem possit imperativus Scitote illi quoque Demosthenis loco, cujus paulo ante facta mentio fuit, οὕτω προσήκει γινώσκειν ὡς etc., vel (sequendo potius cum verborum ordinem quem apud illum habemus, similem ei quem et apud alios videmus), ὡς ὑπὲρ τῶν ἐσχάτων ἐσομένου τοῦ ἀγῶνος ὑμῖν, οὕτω προσήκει γινώσκειν, Vos ad ultimum discrimen venturos scitote. Neque vero istas horum locorum interpretationes afferens, nullas alias afferri posse idoneas dico; sed potius viam ad alias doctis lectoribus et judicio præditis me sternere existimo. Hoc quidem certe dico, tale interpretationis genus, quale est id quod Platonis loco tribui ostendi, omnino repudiandum esse: eoque præsertim nomine, quod propter adverbium Tanquam aliud significari videatur quam quod revera hoc loquendi genere significatur. Nec me movet quod in illo quoque Dem. loco duo Interpretes tali interpretatione sunt usi. Unus enim ita locum illum reddidit, Sic igitur statuere debetis tanquam certamen sit de summis et extremis rebus. Alter vero ita, Tanquam igitur de aris et focis decertandum sit, sic statuendum vobis est. Et de hoc quidem atticismo satis.

Utuntur autem Attici et aliis modis participio genitivi casus, præfixa eadem illa vocula ὡς. Sed priusquam ad illos veniam, duos alios participii usus cum iisdem illis verbis eademque illa vocula, ostendendos censeo: in quorum uno participium in genitivo quidem ponitur itidem, sed præsentis est temporis; in altero participium est nominativi casus, præteriti temporis. Prioris exemplum habemus in isto Plat. loco in Minoe: Ὡς περὶ καλοῦ ἄρα τινὸς ὄντος δεῖ τοῦ νόμου διανοεῖσθαι, καὶ ὡς ἀγαθὸν αὐτὸ ζητεῖν. Ubi perinde est ac si dixisset, διανοεῖσθαι ὡς καλόν τι ἔστιν ὁ νόμος. Posterioris autem, in quo verba illa γνώμην ἔχειν cum participio nominativi casus temporis præsentis posita sunt, præcedente illa particula ὡς, exemplum suppeditabit Xen. Cyrop. 6, p. 93 [c. 2, 8]: Καὶ ὁ μὲν πλεῖστος στρατὸς οὕτως εἶχε τὴν γνώμην ὡς ἤδη παντελῶς κεκρατηκώς, καὶ οὐδὲν ὄντα τὰ τῶν πολεμίων. Huic quoque loco Gallicum illud loquendi genus, cujus antea mentionem feci, belle convenit. Sonant enim illa verba, οὕτως εἶχε τὴν γνώμην ὡς ἤδη παντελῶς κεκρατηκώς, *Il faisoit son compte d'avoir tout gagné.* Sed jam ad reliquos illos genitivi participii usus, præfixa particula ὡς, veniens, dico participium in iis aliquando præteriti temporis, (sub quo aorist. complector,) aliquando præsentis esse. Xen. Cyrop. 8, [5, 28]: Ἧς ἔτι καὶ νῦν λόγος ὡς παγκάλου γενομένης· Hell. 5, [1, 25]: Διασπείρας λόγον ὡς μεταπεμπομένων τῶν Χαλκηδονίων. His in locis resolutio participii in verbum expositionis loco fuerit; si enim pro ὡς με-

ταπεμπομένων τῶν Χαλκηδονίων, dixerimus ὡς μετα-
πέμποιντο οἱ Χαλκηδόνιοι, sensum verborum Xenophon-
tis, et eum quidem intellectu faciliorem, habebimus.
Idem et de illo priore loco dici potest, ut sc. verba
illa ὡς παγκάλου γενομένης, resolvamus in ista, ὡς
πάγκαλος γένοιτο. Sed nominativus participii hic quo-
que usurpatus invenitur. Legimus enim ap. eund.
scriptorem, Cyrop. 6, [1, 39] : Λόγον ἂν παρέχοιμι ὥς
σε πεφευγώς. Ubi eadem resolutio locum habet; verba
enim illa ὥς σε πεφευγὼς, resolvi possunt in ista ὥς σε
πεφεύγοιμι.

Huic autem usui participii præcedente particula ὡς,
eum subjungere, quem habet præcedentibus adver-
biis ἅμα et μεταξὺ, non alienum, meo quidem judicio,
fuerit. Xen. Hellen. p. 303 meæ ed. [4, 3, 14] : Ἅμα
δὲ ταῦτα λέγων, καὶ ἐβουθύτει ὡς εὐαγγέλια, καὶ πολλοῖς
διέπεμπε τῶν τεθυμένων. Lucianus in Lapithis, Καὶ
ἅμα λέγων, κατεκλίνετο. His in locis possumus dicere
participium pro infinitivo poni, si ἅμα λέγων resol-
vamus in ἅμα τῷ λέγειν. Latini præpositione Inter in
hujusmodi locis utuntur : dicentes Inter loquendum,
cœnandum, eundum. Sed invenitur hoc participium
in obliquis quoque casibus positum. In genitivo usus
est Plato Charmide : Καὶ ἅμα ταῦτα αὐτοῦ λέγοντος, ὁ
Χαρμίδης εἰσέρχεται. Sic Plut. Cæsare [c. 17] : Ἑνὸς αὐτῷ
συγκαθημένου παιδὸς τῶν ὑπογράφειν ἅμα διώκοντος εἰθι-
σμένων. In accus. legimus ap. Xen. Cyrop. p. 6 [1, 3,
6] : Ἅμα δὲ ταῦτα λέγοντα, πολλὰ αὐτῷ παραφέρειν. In
alio autem ejusdem libri loco participium resolvens
in verbum, dixit, Ἐδίδου τε ἄρα τοῖς παισὶ, καὶ ἅμα
ἔλεγεν. Perinde enim est ac si dixisset, ἐδίδου τε ἄρα
τοῖς παισὶν, ἅμα λέγων. Fortasse autem ideo maluit illo
quam hoc modo loqui, quoniam subjunguntur illius
verba. Ceterum sunt qui hoc adverbium ἅμα cum hoc
participio aliter exponant, (ut in meo Thes. L. Gr.
admonui,) veluti in hoc Luciani l. qui est in Gallo
[c. 10] : Καὶ ἅμα λέγων εἰσήει χεῖρας ὀρέγων αὐτῷ,
exponitur ἅμα λέγων, Simulatque dixerat. At ego sicut
et in superioribus locis exponendum dico, Inter lo-
quendum, Dum hæc diceret. Ubi tamen non præsen-
tis, sed aoristi vel præteriti participio jungitur, illo
vocabulo uti nos posse fateor : ut hic, Ἅμα δὲ λαβὼν
ἐσίγησε μικρὸν, Simulatque accepit, aliquantisper con-
ticuit. Quod autem ad præsentis temporis partici-
pium attinet, posse et aliis modis Latine reddi, di-
cam in proxime sequente sermonis istius tmemate,
ubi de μεταξὺ agam. Hoc tantum de illo participio
addendum hic fuerit, interdum permutari structu-
ram orationis in isto loquendi genere : ut videre est
in Thuc. p. 229 meæ ed. [6, 94] : Ἀπήεσαν πιμπράν-
τες ἅμα τὸν σῖτον· perinde enim est ac si dixisset ἅμα
ἀπιόντες ἐπίμπρασαν τὸν σῖτον.

Alterum adverbium, cui jungi itidem participium
dixi, est μεταξύ. Dem. [p. 284, 23] : Οἱ μὲν εὐθὺς ἐξα-
ναστάντες, μεταξὺ δειπνοῦντες, τούς τε τῶν σκηνῶν τῶν
κατὰ τὴν ἀγορὰν ἐξεῖργον κτλ. Cum accus. autem ap.
Xen. Cyrop. 8, [8, 11] : Κἀκεῖνο ἦν αὐτοῖς ἐπιχώριον,
τὸ μεταξὺ πορευομένους μήτε ἐσθίειν, μήτε πίνειν. Non
dubium quidem est quin μεταξὺ δειπνοῦντες i. valeat q.
ἅμα δειπνοῦντες, Inter cœnandum : sic μεταξὺ πορευομέ-
νους, i. q. ἅμα πορευομένους, Inter eundum. Sed cum
hic μεταξὺ interpretamur præpositione Inter, verbum
verbo reddimus; itidem enim μεταξὺ cum nominibus
genitivi casus redditur Inter : estque hic primus ejus
usus. At de ἅμα dici hoc non potest : quæcunque
tamen uni convenit interpretatio, alteri quoque con-
venire potest. Addo itaque, μεταξὺ δειπνοῦντες vel ἅμα
δειπνοῦντες reddi posse non solum Inter cœnandum,
sed etiam Inter cœnam : sic μεταξὺ πορευομένους vel ἅμα
πορευομένους, Inter eundum, Inter viam. Sic μεταξὺ
λέγων, vel ἅμα λέγων, Inter loquendum, Inter hæc
verba. Quin etiam interpretari possumus alicubi, In
medio sermone. Denique et hoc sciendum est, posse
nos alicubi ipsum participium interpretari, omisso
adverbio : ut, ὥστε ἅμα γελῶν ὁ Ἀμμώνιος εἶπεν, ap.
Plut. De def. orac., aptius ἅμα γελῶν εἶπεν reddemus
simpliciter Ridens dixit, quam Inter ridendum dixit :
cum ἅμα γελῶν non plus significet quam γελῶν. Sic
ἅμα δὲ ταῦτα λέγων, Hæc dicens, cum ἅμα ταῦτα λέγων
non aliud sit quam ταῦτα λέγων. At ubi dicitur ἅμα
λέγων sine pronomine, minus hoc interpretationis
genus convenit. Ceterum μεταξὺ invenitur etiam post-
positum participio, ap. Plat. Apol. Socr. [p. 40, B] :
Καί τοι ἐν ἄλλοις λόγοις πολλαχοῦ δή με ἐπέσχε λέγοντα
μεταξύ. Invenitur et genitivo junctum, sicut de ἅμα
dictum fuit. Interdum vero et participia passiva lo-
cum hic habent : ut μεταξὺ λουόμενος, Dum lavaretur;
μεταξὺ ὀπτώμενα, Dum assarentur. Quemadmodum
porro participium cum ἅμα in infinitivum resolvi
posse dictum est, ita et de μεταξὺ dicendum est; ut
enim ἅμα λέγων in ἅμα τῷ λέγειν, sic μεταξὺ λέγων in
μεταξὺ τοῦ λέγειν resolvetur.

Ut autem in superioribus dictum fuit de participii
pro infinitivo usu, post verbum οἶδα, γινώσκω, aliaque
hujusmodi : ita etiam de eo aliquid dicendum est, quo
participium futuri temporis pro verbo ejusdem tem-
poris ponitur post verb. οἶσθα. Soph. OEd. T. [544] :
Οἶσθ' ὡς ποιήσων; ἀντὶ τῶν εἰρημένων Ἴσ' ἀντάκουσον,
κᾆτα κρῖν' αὐτὸς μαθὼν, ubi schol. ποιήσων pro ποιήσεις
dici, et in eo atticismum esse tradit. Verum exempla
hujus usus petita ex oratione soluta desidero. Esset
certe similis Sophocleo Euripideus hic locus, in Hec.
[225] : Οἶσθ' οὖν ὃ δράσεις, si pro δράσεις reponeremus
δράσων factum ex δράσον, quod agnoscit schol. Quod
enim ab illo, nec non a Corintho traditur de δράσον
imperativo pro δράσεις, itidemque ποίησον pro ποιήσεις,
suspectum mihi esse, alibi docui. Neque tamen in
illo Eur. loco pro δράσεις reponendum censuerim
δράσων : (cur enim bonam lectionem et exemplarium
aliquot testimonio confirmatam mutare libeat?) sed
quod de δράσον dictum fuit, de δράσων tutius dici
potuisse ajo. Fateor alioqui me ap. Aristoph. illud
loquendi genus legisse, οἶσθ' οὖν ὃ δρᾶσον, Av. [80] :
Οἶσθ' οὖν ὃ δρᾶσον, ὦ τροχίλε; τὸν δεσπότην Ἡμῖν κά-
λεσον· sed cum versus non minus δρᾶσον quam δράσων
admittat, ne hic quidem locus ad mutandam senten-
tiam me impulerit.

Participii esse quendam pro imperativo quoque
usum, et eum quidem præ quovis alio Ἀττικὸν exi-
stimari, haud equidem ignoro : sed quoniam ejus
mentionem Corinthus fecit, silentio eum præteriis-
sem, nisi quædam mihi in mentem venissent, quæ illius
de hoc usu verbis addi possunt. Utuntur Attici, in-
quit, genitivis pluralibus participiorum pro plurali-
bus tertiis personis imperativorum verborum : ut
ποιούντων et λεγόντων pro ποιείτωσαν et λεγέτωσαν.
Ego autem addo, ποιησάντων etiam et λεξάντων (quæ
sunt aoristi 1 participia) pro ποιείτωσαν et λεγέτωσαν
posse dici. Legimus enim ap. Hom. σάντων ita usur-
patum, (habere autem et Hom. Atticismos, in ple-
risque hujus libri locis docui,) itidemque ap. Ari-
stoph. Nub. [196] ἐπιμεινάντων pro ἐπιμεινάτωσαν
habente usum præsentis ἐπιμενέτωσαν : et ap. Xen.
Hier. [8, 3] ἐπαινεσάντων ita dictum pro ἐπαινείτω-
σαν : Ἴθι δὴ, ἐπαινεσάντων ἀμφοτέρων τὸν αὐτὸν, τὸν
ποτέρου δοκεῖς ἔπαινον ἐξικνεῖσθαι μᾶλλον εἰς εὐφροσύνην;
Scio quidem genit. ἀμφοτέρων dubitationem nobis
afferre hic posse, an sc. pro imperativo positum sit
hoc participium; sed προσειπάτω, quod præcedit, et
τιμησάτω quod sequitur, imperativi modi verba, ser-
vata eadem orationis forma, dubitationem illam tol-
lere videntur. Rursum tamen ἐπέχειν me cogit quod
scribit Eust. de his participiis imperativorum vice
fungentibus, ea θεραπεύεσθαι διὰ ἐλλείψεως ὑπαρκτικοῦ
ῥήματος τοῦ ἔστωσαν, veluti cum Hom. ἀγειρόντων dicit
pro ἀγειρέτωσαν, perinde esse ac si diceret ἔστωσαν
τῶν ἀγειρόντων. Voleus autem quod de ista ellipsi dixit,
confirmare, subjungit de hoc participii usu quidpiam
non observatione solum, sed admiratione quoque
dignum. Affert enim exemplum participii pluralis pro
imperativo singulari positi : Σημείωσαι δὲ ὅτι ἐκδηλο-
τάτη ἡ ῥηθεῖσα ἔλλειψις ἐν τῷ, μελόντων τὸ λῴϊον ἐν φρε-
σὶν, οὐ πληθυντικῶς λεχθὲν, ἀλλὰ ἑνικῶς· ἀντὶ τοῦ, ἔστω
τῶν μελόντων, ἤτοι μελέτω.

Scio præterea participium nominis officio inter-
dum fungi, idque Atticum censeri; sed ne jam dicta
repetenda sint, lege Corinthi Articulum LXVI, vel
potius quæ in hunc annotavi; nam recte quidem
tradit Atticos participiis vice nominum uti, sed
exempla parum apta affert : idque suo quodam more

facit, ut ex aliis quoque mearum Annotationum locis videre est.

Quin etiam adverbii sedem occupat nonnunquam participium ap. Atticos, veluti cum dicunt πρᾶττε ἀνύσας, vel λέγε ἀνύσας : ideoque hujusmodi locorum interpretationi apte adverbium adhibetur : reddendo πρᾶττε ἀνύσας, Fac propere, confestim. Verum huic loquendi generi aliquid etiam usuvenit, quod paucis aliis, ut nimirum inversa sermonis forma, participium in verbum, vicissimque verbum in participium mutetur : ut si pro πρᾶττε ἀνύσας dicam ἄνυε πράττων. Extat certe hic quoque istius participii usus ap. Aristoph., cui alter ille familiaris est. Exempla apud eum loci valde sibi vicini suppeditant in Vesp. Ibi enim hunc versum [1159], Ταδὶ δ' ἀνύσας ὑπόδυθι τὰς Λακωνικὰς, sequitur iste [1168] non longo intervallo, Ἄνυσόν ποθ' ὑποδυσάμενος. Illa autem priore forma utitur ibid. in loco qui his interjectus est, Κατάβαιν' ἐρρωμένως Ἐς τὴν Λακωνικὴν ἀνύσας. Sic etiam Nub. [181] : Ἄνοιγ', ἄνοιγ' ἀνύσας τὸ φροντιστήριον. In Pluto autem addens ποτὲ, dicit [649], Πέραινε τοίνυν ὅ,τι λέγεις ἀνύσας ποτέ.

Cum porro dico huic loquendi generi usuvenire quod paucis aliis, de iis loquor in quibus participium itidem resolvi in adverbium potest. Alioqui certe in plerisque permutationem illam me observare memini. Plato Πολιτείας initio : Ἐκέλευσε δραμόντα τὸν παῖδα περιμεῖναί ἑ κελεῦσαι, cum alioqui sequendo alteram illam, de qua dictum antea fuit, formam, dicendum fuisset, ἐκέλευσε δραμεῖν τὸν παῖδα περιμεῖναί ἑ κελεύσοντα. Sic Thuc. 1 dixit πέμψαντες ἔλεγον, non ἔπεμψαν τοὺς λέξοντας. Sed et supra hujus permutationis exemplum in isto verbo attuli. His autem adjungere possumus, ut opinor, et ista Theocriti, 14, [37] : Ἄλλον ἰοῖσα Θάλπε φίλον· τήνω τὰ σὰ δάκρυα μᾶλα ῥέοντι. Hic enim partic. ἰοῖσα videtur esse ex illis quæ vacant, (sicut ἰὼν et ἀπιὼν interdum,) cum tamen ἰοῖσα θάλπε nihil aliud sit quam ἴθι θάλψουσα.

Quod si et alios participii usus consideremus, comperiemus certe illos præ aliis, et nominatim Latinis, esse illo φιλομετόχων nomine dignos; plerisque enim locis adhibent participia quibus verba Latini aut verborum supina adhiberent. Dicunt enim (exempli gratia) ἥκω ποιήσων, πέμπομαι ποιήσων : (sicut πέμπω ποιήσοντα, ut ap. Thuc. p. 191 : Ἔπεμψαν Δημοσθένην ἐξάξοντα :) Latini potius Venio factum, quam Veni facturus, (quamvis et hoc utantur, sed ex Græci potius quam sui sermonis consuetudine hunc participii usum sumentes,) et Mittor factum, potius quam Mittor facturus : itidemque Mitto factum. Sic ap. Plaut., Misi petitum : ap. Terent., Missa est accersitum. Rursum Plaut., Venient ad te comissatum. Apud Eund., Venit derisum. Itidem Cæsar, Veniunt oratum. Verum et hoc sciendum est, certa quædam esse verba, quorum participiis loco verborum varie utantur. Horum in numero sunt participia verbi πέμπω, præsertimque πέμπων et πέμψας. Lucian. in quodam Dialogo eorum qui Ἑταιρικοὶ inscribuntur [7, 3] : Οἴνου δὲ τιμὴν ἐπειλήφει, τοῦ πατρὸς πέμψαντος. Dicitur enim τοῦ πατρὸς πέμψαντος, pro ἦν ὁ πατὴρ ἐπεπόμφει. Atque adeo huic nominatim participio contingit, ut in exponenda sententia resolvi in verbum debeat, vicissimque adjunctum illi verbum in participium. Xen. Anab. 2, p. 164 [c. 3, 1] : Τῇ μὲν γὰρ πρόσθεν ἡμέρᾳ πέμπων τὰ ὅπλα παραδιδόναι ἐκέλευε. Eodemque modo loquitur 3, p. 176 [1, 27] pro eo quod est, ἔπεμπε τοὺς τὰ ὅπλα παραδιδόναι κελεύσοντας, vel ἔπεμπέ τινας τὰ ὅπλα etc. Aut in singulari, τὸν κελεύσοντα, s. τινὰ κελεύσοντα, sicut p. 162 [2, 1, 17] dicit, Πεμφθεὶς παρὰ βασιλέως κελεύσων τοὺς Ἕλληνας τὰ ὅπλα παραδοῦναι. Sed de participio et verbo ita sedem suam permutantibus dicam aliquid infra. Alia porro est natura (ut ita dicam) participiorum quæ in præsentis terminatione futuri signif. habent, aut certe quæ cum præsentia sint pro futuris ponuntur : de quibus dictum fuit supra, Capite VI.

Inter illa autem participia, quorum magnus est in sermone Græco usus, Latine autem interpretanti in aliam orationis partem resolvenda sunt plerumque (mutata etiam orationis forma), numerari debet πείσας, veluti cum μὴ πείσας λαμβάνω, redditur Vi capio. Sed præterquam quod de hujus participii aliorumque usu sparsim in Thes. L. Gr. dictum a me fuit, videndum est ne Atticorum fines tam late extendamus ut ceteris Græcis injuriam faciamus, utpote quibus vix ullum participii usum, nisi quem ab Atticis precario habeant, relinquamus. Sic certe Priscianus in suo De constructione libro, sine ullo delectu quicquid ex quolibet scriptore deprompsit, pro Attico nobis obtrudere conatur. Qua de re alius erit dicendi locus.

In quo igitur præterea φιλομετόχους esse Atticos ostendere possumus? nimirum in eo, quod nonnullis etiam locis participia adhibent, ubi nullus est eorum usus. Neque enim ἔχων duntaxat, cujus Corinthus mentionem facit, otiosum illis plerumque esse putandum est, (veluti cum dicitur, παίζεις ἔχων, ληρεῖς ἔχων,) sed et pleraque alia. Quo in numero sunt, φέρων, ἄγων, λαβών : de quibus atque aliis cum a me dictum sit partim ad Artic. LXX Corinthi, partim etiam Capite 1 hujus libri, eo te remisisse satis fuerit. Verum ut videas quanti momenti sit talia non solum cognita habere, sed etiam usum eorum caute animadvertere, adjiciendum illis censeo quendam Aristoph. locum, in quo exponendo schol. ob non animadversum participii ἔχων pleonasmum, (quem alioqui annotat alibi cum quibusdam verbis,) se ridiculum præbet. Locus is est Nub. [131] : Ἰτητέον· τί ταῦτ' ἔχων στραγγεύομαι; Hic enim inauditam quandam ellipsin somnians, exp. ταῦτ' ἔχων κατὰ νοῦν. Hoc etiam addo, quemadmodum in iis quæ ex meo vet. cod. ascripta habes supra in Annotatione ad Articulum Corinthi, dicitur ita posse accipi illud loquendi genus παίζεις ἔχων, ut non sit pleonasmus, sic Tzetzen in illum Hesiodi versum quem antea protuli, (cum agerem de ἔχω adjunctum habente participium,) Κρύψαντες γὰρ ἔχουσι θεοὶ βίον ἀνθρώποισι, duplicem hujus generis loquendi expositionem afferre.

Ut autem ἔχων in locis illis, sic alicubi ἔχον supervacaneum invenitur, cum sc. τὸ νῦν ἔχον dicitur, ut in isto Synesii loco, Ep. ad fratrem : Αἱ δὲ Ἀθῆναι πάλαι μὲν ἦν πόλις ἑστία σοφῶν, τὸ δὲ νῦν ἔχον σεμνύνουσιν αὐτὰς οἱ μελιτουργοί. Sic ap. Eund. : Οὐ μὴν ἐξεγένετο πέμπειν τὸ νῦν ἔχον· ita enim hic malo scribere quam τονῦν conjunctim, quod ipse peculiariter articulus τὸ ad participium ἔχον ferri videatur. Verum et infin. εἶναι obtinere interdum hunc pleonasmi locum, sciendum est, eodemque modo τὸ νῦν εἶναι dici quo τὸ νῦν ἔχον. Plato De rep. 6 : Αὐτὸ μὲν τί ποτ' ἐστὶ τὸ ἀγαθὸν ἐάσομεν τὸ νῦν εἶναι. Xen. Cyrop. 5, [3, 42] : Σὺ δὲ, Ἀλκεύνα, ἄγων αὐτοὺς, ἐπιμελοῦ τὸ νῦν εἶναι πάντων τῶν ὄπισθεν. Quibus in locis itidem τὸ νῦν quam τονῦν malo scribere. Neque vero hic tantum, sed et cum adverbio σήμερον hic infinitivi εἶναι pleonasmus invenitur. Atque adeo et cum nomine ἑκὼν, (quod nullam cum adverbiis νῦν et σήμερον affinitatem habet,) ejusdem infinitivi pleonasmum habemus, et quidem Atticis scriptoribus familiarissimum : nec non cum ejus plurali ἑκόντες.

Imo vero observavi et aliud quiddam in Atticorum sermone, quod eos φιλομετόχους esse declarat. Quidnam illud est? Quod participia lubenter inculcant; neque enim duo tantum participia sine ulla copula ponunt, sed et tria plerumque. Et interdum quidem ex illis participiis unum vice infinitivi ponitur, interdum non item. Cum enim dicit Xenoph. Hell. 1, Καταμαθὼν δὲ ὑπὸ τῶν Λυσάνδρου φίλων καταστασιαζόμενος, συγκαλέσας τοὺς Λακ. κτλ., dici καταστασιαζόμενος pro καταστασιάζεσθαι manifestum est. Sic ap. Dem., Ἐξελεγχομένοις ξένοις οὖσι, participium οὖσι locum obtinet infinitivi εἶναι. Eodemque modo ap. Xenoph. rursum, Anab. 2 : Ὅτι Φαλῖνος ποτὲ πεμφθεὶς παρὰ βασιλέως κελεύσων τοὺς Ἕλληνας τὰ ὅπλα παραδοῦναι, partic. κελεύσων eodem illo fungi officio dicere possumus. Admonui autem et supra hac de re, duos hosce posteriores locos in exemplum afferens. Ideo autem in hoc Thuc. l., Φαίνεται γὰρ ἡ νῦν Ἑλλὰς καλουμένη οὐ πάνυ βεβαίως οἰκουμένη, idem considerandum ibi non proposui, quod non itidem participia hæc inter se sint juncta. Voco autem inter se juncta, quæ ad rem

eandem pertinent. Ceterum ut in illis tribus locis unum ex participiis infinitivi sedem occupat, ita etiam dicere possumus in isto Dem. [p. 284, 23] : Οἱ μὲν εὐθὺς ἐξαναστάντες, μεταξὺ δειπνοῦντες, alterum ex participiis alienam sedem occupare, cum μεταξὺ δειπνοῦντες resolvi possit in μεταξὺ δειπνεῖν. At vero in illis quos subjungam locis, nihil tale spectatur. Xen. Anab. 2, p. 162 meæ ed. [c. 1, 6] : Οἷς πᾶσι χρώμενοι, κρέα ἕψοντες, ἥσθιον ἐκείνην τὴν ἡμέραν. In eadem pagina, non multo post illa verba, scriptum est [8], A Λέγουσιν ὅτι βασιλεὺς κελεύει τοὺς Ἕλληνας, ἐπεὶ νικῶν τυγχάνει, καὶ Κῦρον ἀπέκτονε, παραδόντας τὰ ὅπλα, ἰόντας ἐπὶ τὰς βασιλέως θύρας, εὑρίσκεσθαι ἤν τι δύνωνται ἀγαθόν. Quibus in ll. si quis hujus participiorum usus admonitus non fuerit, aliquam copulam deesse suspicabitur, cum tamen nihil desit, nihilo magis quam in isto qui ap. Eund. extat Cyrop. 1, p. 6 [c. 3, 9] : Οἱ γὰρ τῶν βασιλέων οἰνοχόοι, ἐπειδὰν ἐνδιδῶσι τὴν φιάλην, ἀρύσαντες ἀπ' αὐτῆς τῷ κυάθῳ, εἰς τὴν ἀριστερὰν χεῖρα ἐγχεάμενοι καταῤῥοφοῦσιν.

CAPUT X.

DE IIS, QUÆ ATTICI

IN PRONOMINIS USU PECULIARIA SIBI HABENT.

In pronomine primæ personæ ἐγὼ Attica censetur particulæ γε adjectio. Quod enim passim legitur ἔγωγε, Atticæ linguæ ascribitur : itidemque ἔμοιγε. In quibus animadverte accentus etiam sedem mutari, retrahendo ipsum in primam. Sed quamvis hi duo casus duntaxat afferri vulgo soleant, tamen et ἐμοῦ γε alicubi inveniri cum apud alios tum Xenoph. sciendum est : ut in isto loco, Anab. 2, p. 32 meæ ed. [c. 3, 15] : Ὡς οὖν ἐμοῦ γε καὶ ἀγωνιουμένου, καὶ, ὁποῖός τις ἂν ὦ, κατὰ τὴν ἀξίαν τιμᾶσθαι ἀξιώσοντος, οὕτως, ἔφη, ὦ Κῦρε, γίγνωσκε κτλ. Quemadmodum autem ἔγωγε pro ἐγὼ usitatissimum est, (cujus ἔγωγε exemplo Latini Equidem pro Ego quidem dixisse videri possunt, præsertim cum Virg. non aliter quam cum prima persona usus esse existimetur,) sic etiam σύ γε pro σὺ interdum dicitur, præsertim a Comicis. Aristoph. Nub. [785] : Εὐθὺς ἐπιλήθει σύγε· Ran. [164] : Καὶ χαῖρε πόλλ', ὦ ᾽δελφέ. Νὴ Δία καὶ σύγε. Aliquanto post, Ναὶ μὰ Δία, σοῦ γ' ἕνεκα. Amavit autem mirum in modum πρόσθεσιν particulæ γε Atticus sermo; nam et cum aliis pronominibus jungit, dicens τοῦτόν γε vel τοῦτό γε, et αὐτόν γε vel αὐτό γε, itidemque cum ceteris. Quod vero majus est, invenitur etiam ὅγε i. valens q. ὅδε s. οὗτος : nam ὅγε ex articulo in pronomen transit adjunctione hujus particulæ. Unde fortassis Atticum esse hoc pronomen, i. e. ab Atticis ortum, jure quis censuerit. Sed et illi ipsi articulo eandem particulam adjiciunt, nec non adverbiis, atque adeo aliis etiam partibus orationis. Ut autem ad ἔγωγε revertar, (cui sic adjuncta est hæc vocula ut coalescat, utpote mutata etiam sede accentus, ut dixi,) non hoc solum, sed etiam ἐγώ τοι Atticis ascribit Thom. M. Verum si et ἐγώ τοι illis ascribendum esset, non minus ἐγὼ μέντοι ascribere lisdem oporteret, quo Aristoph. utitur cum alibi, tum Nub. [126] : Ἀλλ' οὐδ' ἐγὼ μέντοι πεσών γε κείσομαι. Quod vero ad ἔγωγε attinet, obiter et hoc sciendum est, Dores in suo ἐγώνγα videri Atticos voluisse imitari : utpote addentes γα eodem modo quo illi addunt γε.

Ut autem particulam γε pronominibus illis adjiciunt Attici, sic etiam literam ι demonstrativis οὗτος, ἐκεῖνος, dicentes οὑτοσὶ et ἐκεινοσί. Sic τουτουὶ, τουτωὶ, τουτονί : nec non in fem. genere, αὑτηὶ, ταυτησὶ, ταυτηὶ, ταυτηνί. In ὅδε autem non addunt hanc literam, sed in locum literæ ε eam substituunt, dicentes ὁδί. Sic pro τόδε ab iisdem dicitur τοδί. Talis autem scripturæ exempla Aristoph. potissimum suppeditare potest.

Attica censetur et pronominum geminatio, veluti cum dicitur σφῶν αὐτῶν, et σφᾶς αὐτοὺς, et σφίσιν αὐτοῖς, cum dicitur item ἡμῶν αὐτῶν, et ἡμῖν αὐτοῖς, et ἡμᾶς αὐτούς. Eustath. postquam dixit ab Hom. nullum ex compositis pronominibus usurpari, sed loco pronominis compositi duo ejusdem signif. poni : ut ἓ αὐτὸν pro ἑαυτὸν, itidemque ἔμ' αὐτὸν pro ἐμαυτὸν, et αὐτόν μιν itidem pro ἑαυτὸν, (de qua geminatione pronominum dicam nonnulla et infra, quibus addenda erunt illa quoque quæ Capite 1 dicta fuerunt, ubi etiam, falsos aperte fuisse qui Atticos quoque pronominibus compositis carere dixerunt, declaravi,) subjungit, Τοιοῦτον καὶ παρ' Ἀττικοῖς τὸ σφίσιν αὐτοῖς, καὶ σφῶν αὐτῶν, καὶ ἡμῶν αὐτῶν, καὶ ὅσα κατὰ ταῦτα.

Quid quod Attici (inquit Bud.) ὑμᾶς ἑαυτοὺς et ἡμᾶς C ἑαυτοὺς dicunt pro αὐτούς? Aristot. Probl. segm. 30 : Ὅτι ὁ θεὸς ὄργανα ἐν ἡμῖν ἑαυτοῖς δέδωκε δύο, ἐν οἷς χρησόμεθα τοῖς ἐκτὸς ὀργάνοις. Xenoph. Hell. 7, [3, 6] : Ὥστε παρ' αὐτάς τε τὰς ἀρχὰς καὶ παρ' ἑαυτοὺς ὑμᾶς, τοὺς κυρίους οὕστινας δεῖ ἀποθνήσκειν καὶ οὕστινας μὴ, αὐτογνωμονήσαντες ἀπέκτειναν τὸν ἄνδρα. Subjungit autem, paucis interjectis, exempla pronominis compositi s. reciproci pro simplici usurpati, veluti ἑαυτοῦ pro αὐτοῦ. Idem duabus ante paginis non solum composita pronomina pro simplicibus, sed vicissim quoque simplicia pro compositis accipi dixerat : ex Dem. et Xenoph., nec non Aristot. exempla proferens. Verum hoc addere debuit, cum simplicis pronominis obliqui casus spiritu aspero notati significationem compositi habere censeantur, i. e. αὑτοῦ et αὑτῷ et αὑτὸν i. valere q. ἑαυτοῦ et ἑαυτῷ et ἑαυτὸν, fueritque librariis facilis in hac re lapsus, unum spiritum pro altero ponentibus : de plerisque locis dubitationem posse hinc oriri : præsertim ubi vox præcedens in literam tenuem non desinit, sequente apostropho : D veluti si ἐπ' αὐτὸν inveniatur positum pro In se : itidemque κατ' αὐτὸν aut κατ' αὐτοὺς pro Secundum se. In ejusmodi enim locis tenuis, quæ in aspiratam mutata non est, illam pronominis scripturam cum tenui, ac proinde simplicis pro composito usum, minus dubium relinquit. De illa quidem certe cum aspero spiritu scriptura schol. Soph. locis aliquot admonet. Verum αὑτοῦ non pro ἑαυτοῦ tantum, sed etiam pro ἐμαυτοῦ et σαυτοῦ alicubi usurpatum inveniri sciendum est.

Hoc etiam addo, non ἡμῶν αὐτῶν, vel ἡμῖν αὐτοῖς, vel ἡμᾶς αὐτοὺς dici tantummodo, sed inverso etiam ordine αὐτῶν ἡμῶν, etc. Xenoph. Cyrop. 3, p. 42 [c. 2, 8] : Ὡς δὲ μᾶλλον ἐπλησίαζον οἱ ἀμφὶ τὸν Κῦρον τῶν ἄκρων, ὁ Τιγράνης σὺν τῷ Κύρῳ πορευόμενος, εἶπεν, Ὦ Κῦρε, ἆρ' οἶσθ', ἔφη, ὅτι αὐτοὺς ἡμᾶς αὐτίκα μάλα δεήσει μάχεσθαι; Ubi etiam videndum est an αὐτοὺς ἡμᾶς accipiendum sit pro ἡμᾶς simpliciter, ut αὐτοὺς vacet : an potius idem valeant conjuncta illa pronomina, quod Latine Nosmetipsos. Sic certe Eustath. in Il. 1,

[516] : Ἄνδρας δὲ λίσσεσθαι ἐπιπροέηκεν ἀρίστους, Κρινάμενος κατὰ λαὸν Ἀχαιϊκὸν, οἵτε σοι αὐτῷ Φίλτατοι Ἀργείων, annotat, αὐτῷ σοι non esse accipiendum pro σαυτῷ, more Homerico, sed ἐξοχικῶς dictum debere existimari : ut alibi [Il. I, 249], Αὐτῷ τοι μετόπισθεν ἄχος ἔσεται [μετόπισθ' ἄχος ἔσσεται]· item [Λ, 117], Αὐτὴν γάρ μιν τρόμος αἰνὸς ἱκάνει.

Habent vero et aliam quandam pronominis geminationem Attici, qua sc. possessivo pronomini genitivum pronominis primitivi jungunt, veluti cum dicunt ἐμὸν αὐτοῦ pro ἐμόν : quod Latini imitati sunt, apud quos legimus itidem Meum ipsius pro Meum. Tale est ὑμέτερα αὐτῶν ap. Thuc. 2 : Τὰ ὑμέτερα αὐτῶν. Eandem certe formam habet νωΐτερον αὐτῶν, Hom. Il. O, [39], Νωΐτερον λέχος αὐτῶν, ubi Eustath. vult αὐτῶν adjectum esse δι' ἀκρίβειαν : ne sc. intelligatur συγγενικὸν vel φιλικὸν λέχος, vel ἄλλως οἰκεῖον, sed λέχος αὐτοῦ τοῦ Διὸς καὶ τῆς Ἥρας. Verum hæc genitivi istius expositio nimium longe petita, aut, si mavis, nimis curiose excogitata esse videtur. Quod autem ad ἐμὸν αὐτοῦ attinet, sciendum est, ubi huic pronomini αὐτοῦ jungitur nomen aliquod genitivi pariter casus, tum vero minus pleonasmum illum pronominis sentiri; ut ap. Aristoph. Pl. [34] : Τὸν ἐμὸν μὲν αὐτοῦ τοῦ ταλαιπώρου σχεδὸν Ἤδη νομίζων ἐκτετοξεῦσθαι βίον. Interdum tamen pronomen possessivum nomini genitivi casus jungitur, non interjecto altero illo pronomine : ut apud eundem Comicum, Τόν γε σὸν τοῦ πρέσβεως. Sic Lucian. dixit τἀμὰ τοῦ κακοδαίμονος [Gallo c. 29] : Ὅλως δὲ τἀμὰ οὗτοι σπαθῶσι τοῦ κακοδαίμονος· perinde sc. ac si non τἀμὰ, i. e. τὰ ἐμὰ, sed τὰ ἐμοῦ dixisset. Hanc autem construct. pronominis possessivi in nominibus quoque possessivis imitati sunt aliquando scriptores, Tragici præsertim : qui in hac licentia (si ita vocari debet) Hom. secuti sunt : a quo dictum fuit Il. B, [54] : Νεστορέῃ παρὰ νηΐ Πυλιγενέος βασιλῆος, pro παρὰ νηΐ Νέστορος βασιλῆος. Quamvis autem carmini potius quam solutæ orationi hæc sermonis forma convenire videatur, invenitur tamen et in hac, οἶκος βασιλικὸς τοῦ πάντα δυναμένου : quod eodem plane modo dicitur.

Extat et alius quidam possessivi pronominis usus ap. Eur. Phœn. [30] : Ἡ δὲ τὸν ἐμὸν ὠδίνων πόνον Μαστοῖς ὑφεῖτο. Ita enim ibi legit schol. : qui etiam annotat dictum esse pro τὸν πόνον τῶν ἐμῶν ὠδίνων : atque hoc aliquantum differre ab isto loquendi genere, ἐμὸν αὐτοῦ πρᾶγμα. Sed ego de hac quidem lectione illi assentior, atque adeo repono τὸν ἐμὸν pro τῶν ἐμῶν, quod habent vulgatæ edd., metro etiam reclamante; sed talem esse hunc pronominis possessivi usum ut orationem δυσδιανόητον efficiat, de hoc sane ab illo dissentio. Nam fateor quidem vulgarem loquendi consuetudinem postulasse ut diceretur τὸν ἐμῶν ὠδίνων πόνον, sed dicendo τὸν ἐμὸν ὠδίνων πόνον, non minus verborum sensum intelligi : et perinde esse ac si diceretur τὸν ἐμὸν πόνον τῶν ὠδίνων, vel τὸν ἐκ τῶν ὠδίνων. Hic igitur nodum in scirpo, quod ajunt, quærere videtur. Neque vero hunc pronominis usum ab illo altero aliquantum differre dicere debuit, sed omnino differre, cum unus nihil omnino commune cum altero habeat. Cum enim dicitur τὸν ἐμὸν ὠδίνων πόνον, nulla est ἀκαταλληλία, sicut cum dicitur ἐμὸν αὐτοῦ πρᾶγμα, vel τὸν ἐμὸν τοῦ ταλαιπώρου βίον. Est præterea quidam alius possessivi nominis usus, quem non minus istis, fortasse etiam magis Atticum existimare debemus; sed de illo postea.

De pleonasmo autem pronominis lege quæ dixi Capite 1, cum inter alia pleonasmorum varia genera Atticis scriptoribus familiaria hoc quoque recenserem. Hoc certe constat, ἐμοὶ et ἡμῖν πλεονάζειν, ubi tamen vim aliquam habere et aliquid orationi addere videri potest. Verum sicubi manifestus sit ejus pleonasmus, an Attici sermonis consuetudini ascribi debeat, dubitarem, nisi schol. Soph. in ea opinione esse viderem : qui tamen non satis aptum hujus pleonasmi exemplum afferre videtur in Electra : ut ibid. docui. Alicubi certe ἐμοὶ cum vacare videri posset, positum censetur pro χάριν ἐμοῦ. Sic et ἐμὶν (quod Doricum est pro ἐμοὶ) exp. ap. Theocr. 5, [126] : Ῥείτω χ' ἃ Συβαρῖτις ἐμὶν μέλι· hic enim ἐμὶν schol. A poni ait pro χάριν ἐμοῦ. Itidemque ap. Eur. Or. [144] : Σύριγγος ὅπως πνοὰ λεπτοῦ δόνακος, ὦ φίλα, φώνει μοι, schol. vult μοι significare χάριν ἐμοῦ. Ibid. (paulo ante hæc verba) annotatur, hoc μοι esse διαθέσεως ἐμφαντικόν : ut in isto loco, Πάτροκλε μοι δειλή. Sed ego non video quid obstet quominus μοι suam hic signif. habere dicamus. At in isto Hom. loco, Il. Ξ, [502] : Εἰπέμεναί μοι, Τρῶες, ἀγαυοῦ Ἰλιονῆος Πατρὶ φίλῳ καὶ μητρὶ, γοήμεναι ἐν μεγάροισιν, recte dixerimus (meo quidem judicio) μοι positum esse pro χάριν ἐμοῦ. Perinde enim est ac si ita loqueretur, Hoc in gratiam meam facite, In hoc mihi gratificamini ut dicatis etc. Fortasse tamen non male etiam quis putarit hunc dativum talem esse, qualis est cum dicitur, πρόσειπέ μοι τοῦτον : ubi μοι illud est, quod alia sermonis forma dicitur ἀπ' ἐμοῦ. At Eustath. minus aptam affert hujus pronominis expositionem : qui supervacaneum esse, vel fortasse pro περὶ ἐμοῦ s. δι' ἐμὲ poni tradit. Quarum tamen expositionum posteriorem priori præfero, quod ad illam, quam attuli, magis B accedat. Quod autem attinet ad verba illa quæ Eur. schol. in exemplum affert, postquam dixit dativum μοι esse διαθέσεως ἐμφαντικόν : sciendum est esse Homerica, versum quendam libri T Iliadis inchoantia : et reponi debere δειλῇ pro δειλή : ita enim scriptus est ille versus [287] : Πάτροκλέ μοι δειλῇ πλεῖστον κεχαρισμένε θυμῷ. Sed inepte hunc l. in exemplum affert, cum in eo non magis pronomen μοὶ quam nomen δειλῇ ei adjunctum διαθέσεως ἐμφαντικὸν dici queat. Ut porro μοι dictum est significare χάριν ἐμοῦ, sic ap. Latinos dativus Mihi plerumque sonat In gratiam meam : atque id multis exemplis probare possem, nisi ad alia festinarem.

Ascribitur Atticis et ille pronominum usus, quo ad indicandam quandam ἐξοχὴν ponuntur. Nam idem ille schol. postquam dixit, sicut pronomine αὐτὸς interdum ὑπεροχὴ quædam declaratur, (ut in illo dicto, Αὐτὸς ἔφα,) ita etiam pronomen ἐκεῖνος nonnunquam eam vim habere, addit, Συνήθη δὲ τὰ τοιαῦτα καὶ Ἀττικοῖς, ἤγουν αἱ πρὸς ἐξοχὴν καὶ ἀλλοίας δὲ ἐμφάσεις ἀντωνυμίαι. C Atque adeo alibi docet non semper geminata pronomina usum compositi pronominis præstare, sed interdum αὐτὸς ibi quoque hanc ἐξοχῆς signif. habere. Cujus rei et paulo ante facta mentio fuit. Idem vero αὐτῶν post νωΐτερον in quodam Homeri loco δι' ἀκρίβειαν ait προσκεῖσθαι : de quo tamen loco me illi non assentiri paulo ante docui.

Cum dat. αὐτῷ et αὐτοῖς potissimum subaudiendam relinquunt præp. σὺν Attici : ut videre est in iis quæ de ellipsi hujus præpositionis scripsi, Capite II, ubi etiam docui adeo familiarem hanc præpositionis istius ellipsin fuisse ante hoc pronomen, ut ex ipso compositum nomen quoddam fuerit.

Αὐτὸς usus duos habere, qui Attici censeantur, dictum jam fuit; sed illis et tertius addi fortasse potest, is nimirum quo jungitur cum τις et ἕκαστος. Hoc saltem constat, Thucydidi αὐτός τις et αὐτὸς ἕκαστος esse familiarissima. Eam quoque signif. hujusce pronominis αὐτὸς, qua ponitur pro αὐτόματος, quidam Atticam esse censuerunt, sed nullum ἀξιόχρεων hujus D rei testem invenio. Quod vero superlativi gradus forma huic pronomini tribuitur ab Aristoph., non tam Atticæ linguæ quam comicæ licentiæ ascribendum id censeo. Hanc certe imitantes Latini Comici Ipsissimus dixerunt. Ad exemplum autem illius αὐτότατος ausi sunt dicere etiam μονώτατος, superlativi formam dantes itidem nomini adjectivo, quod natura sua eam non admittit. De illo quidem certe αὐτότατος scribit schol. πεπαῖχθαι κωμικῶς, ubi et hujus μονώτατος meminit, (utriusque autem mentio facta fuit et et supra Capite 1,) dicens hoc quidem inveniri ἐν τοῖς λογοποιοῖς, at illud αὐτότατος non item. Non est porro quod talem in Comico (hoc quidem præsertim) καινοπρέπειαν miremur, cum alia quoque ejus exempla habeamus, veluti cum dicit φιλτάτιον, diminutivi formam tribuens adjectivo nomini, quod ejus minime capax esse scimus, Ach. [475] : Εὐριπίδιον γλυκύτατον, ὦ φιλτάτιον. Possit vero de pronomine illo itidemque de οὗτος et ἐκεῖνος hoc addi, dativum ejus interdum pro genitivo usurpari. Thuc. 4, p. 130 [c. 25] : Καὶ

χειρὶ σιδηρᾷ ἐπιβληθείσῃ μίαν ναῦν αὐτοῖς ἀπώλεσαν· hic enim positus est dativus, tendens ad verbum ἀπώλεσαν, pro gen., qui jungi debeat cum accus. ναῦν.

Οὗτος interdum pronomini αὐτὸς præponitur, aut postponitur; dicitur enim οὗτος αὐτὸς, vel αὐτὸς οὗτος. Quæ pronominum copulatio non magis Atticorum quam aliorum esse censetur. At οὗτος cum σὺ, et cum ἐγὼ, illis fortasse ascribendum fuerit. Aristoph. quidem certe utroque utitur. Legimus enim Ach. [564], Οὗτος σὺ, ποῖ θεῖς; οὐ μενεῖς; In Nub. autem [142], Ἐγὼ γὰρ οὑτοσὶ Ἥκω μαθητὴς εἰς τὸ φροντιστήριον. Sic ἡμᾶς τούσδε legimus ap. Thuc. 1, p. 18 meæ ed. [c. 53] : Ἡμᾶς τούσδε πρώτους λαβόντες, χρήσασθε ὡς πολεμίοις. Apud Hom. quoque ὅδε cum ἐγὼ jungitur, et quidem interjecto etiam pronomine αὐτὸς, Od. Φ, [207] : Ἔνδον μὲν δὴ ὅδ' αὐτὸς ἐγώ.

Οὗτος invenitur etiam pro ἐγὼ apud eundem illum Comicum, ubi schol. Atticum esse hunc usum tradit. Sic certe usurpatum ὅδε (quod ejusdem est significationis) apud Tragicos ac præsertim Soph. extat. Legitur enim in Aj. p. 6 meæ ed. [78] : Ἐχθρός γε τῷδε τἀνδρὶ καὶ τανῦν ἔτι· p. 27, [445] : Νῦν δ' αὖτ' Ἀτρεῖδαι ἀνδρὶ παντουργῷ φρένας Ἔπραξαν, ἀνδρὸς τοῦδ' ἀπώσαντες κράτη· et [822] : Εὐνούστατον τῷδ' ἀνδρὶ διὰ τάχους θανεῖν. His enim in ll. (præsertimque in duobus posterioribus) constat ὅδε dici δεικτικῶς de prima persona. Nec dubitarunt Latinorum nonnulli usum istum suo pronomini Hic (quod Græcis ὅδε et οὗτος significatione respondet) tribuere.

Ὅς pro οὗτος Atticos sibi vindicasse credibile est : cujus magnus est in dialogis præsertim usus, cum ἦ pro ἔφη, (quod ἦ, sicut ἦν pro ἔφην, Atticum itidem censetur,) sed interjecta particula δέ. Dicitur enim ἦδ' ὅς, eadem forma qua ἦν δ' ἐγώ. Plato de Dep. 1 init. : Οὐκοῦν, ἦν δ' ἐγὼ, ἔτι ἓν λείπεται, τὸ ἦν πείσωμεν ὑμᾶς ὡς χρὴ ἡμᾶς ἀφεῖναι. Ἦ καὶ δύναισθ' ἄν, ἦδ' ὅς, πεῖσαι μὴ ἀκούοντας; Paulo post autem supervacaneum est hoc pronomen, utpote præcedente nomine proprio : Καὶ ὁ Ἀδείμαντος, Ἆρά γε, ἦδ' ὅς, οὐδ' ἴστε ὅτι κτλ. Dicitur etiam καὶ ὅς, ut ap. Xenoph. : Καὶ ὅς, Ἑξον ἡμῖν, ἔφη. Sic alibi, Καὶ ὅς εἶπεν. Et de ὅς quidem ita sentio. At οὗ, οἵ, et ἕ primitiva pronomina, (quorum nominativum vulgus grammaticorum constituit illud ὅς, non sine magno errore, cum hæc pronomina nominativo careant, ut Sui, Sibi, Se, apud Latinos,) quamvis apud scriptt. Atticos itidem extare plerisque locis sciam, haud tamen eorum usum Atticum esse dixerim. Verum si ullius horum trium usus existimari Atticus debet, de accusativo ἕ potius quam de reliquis duobus hoc crediderim, (ut ap. Plat. De rep. init. : Ἐκέλευσε δραμόντα τὸν παῖδα περιμεῖναί ἕ κελεῦσαι,) nam οἵ usurpant et alii quilibet scriptores : at οὗ tam apud Atticos quam alios rarum esse arbitror.

Pronominis possessivi pro primitivo aliquis est usus ap. Thuc. : Τὸ δὲ ὑμέτερον, pro ὑμεῖς δέ : sed ego non ideo Atticum hunc esse usum dixerim, præsertim cum Dionys. H. inter Thucydidea idiomata et hoc numeret, et quidem reprehendens potius quam laudans. Affertur tamen plur. ὑμέτερα pro ὑμεῖς itidem ex Plat. Leg. : Τὰ μὲν τοίνυν ὑμέτερα ἀκούειν, ὡς ἔοικεν, ἕτοιμα ἂν εἴη· τὰ δ' ἐμὰ, βούλεσθαι μὲν ἕτοιμα, δύνασθαι δὲ οὐ πάνυ ῥᾴδια, Vos quidem igitur audire, ut videtur, parati; ego autem velle quidem promptus, sed non perinde posse facilis : ut quidem Bud. vertit, qui etiam τὸ ἡμέτερον interpr. Nos, in isto Galeni loco, Therap. 9 : Τοὺς μὲν οὖν πολλοὺς τῶν ἰατρῶν οὐδὲν θαυμαστὸν, ἀμελήσαντας ἤθους χρηστοῦ, δοξοσοφίαν μᾶλλον ἢ ἀλήθειαν σπουδάσαι· τὸ δ' ἡμέτερον οὐχ ὧδ' ἔχει, Nos vero aliter rationem nostram comparavimus. Verum magis placet altera interpretationis forma, quam subjungit, Nostra autem ratio aliter comparata est. Terentius, inquit, hoc imitatus est in Eunucho : Non agnosco vestrum tam superbum. I. e. vos. Ita quidem ille de hoc loco sentit; sed ego dixerim potius esse nomen adjectivum neutrius generis pro substantivo positum, ut passim Græcos hunc adjectivis usum dare videmus : dicentes τὸ δίκαιον pro ἡ δικαιοσύνη, sic τὸ ἡδὺ pro ἡ ἡδονὴ, et τὸ ἀσθενὲς pro ἡ ἀσθένεια, aliaque infinita. Quibus simile esset τὸ ὑμῶν ὑπερήφανον pro ἡ ὑμετέρα ὑπερηφάνεια : ut Vestrum tam superbum, pro Vestram tantam superbiam. Sed quod ad ἐμὰ attinet, ut in illo Plat. loco poni censet pro Ego, ita et singularem ἐμὸν in isto Homeri loco, Il. A, [527] : Οὐ γὰρ ἐμὸν παλινάγρετον, οὐδ' ἀπατηλὸν, Οὐδ' ἀτελεύτητόν γ' ὅ,τι κεν κεφαλῇ κατανεύσω. Exp. enim, οὐ γὰρ ἐγὼ εὐμετάβλητος καὶ ἀπατηλός. Cui loco subjungit et hunc, ex Θ, [37] : Ὡς μὴ πάντες ὄλωνται ὀδυσσαμένοιο τεοῖο. Verum in illo quidem priore loco (ut de illo prius dicam) commodius esse videtur pronomini possessivo ἐμὸν suam signif. relinquere, quam pro primitivo accipere : quoniam adjectiva quæ sequuntur, rei magis quam personæ conveniunt; aliquid enim apte dicitur esse παλινάγρετον, Quod sc. revocatur, s. retractatur : itidemque aliquid ἀτελεύτητον, Quod ad exitum non perducitur, vel perduci non potest; aut, uno verbo, Quod est irritum : at vero non item aliquis παλινάγρετος vel ἀτελεύτητος dicatur. Atque adeo Eustath., nullam expositionis illius (qua ἐμὸν dicitur esse pro ἐγὼ) mentionem facit; sed tantum cum ἐμὸν deesse dicit (i. e. subaudiendum relinqui) substantivum ἔπος, vel aliquid hujusmodi : sicut ubi dicit poeta, κερτομίοις Δία Κρονίωνα προσεῖπε.

Νώ et σφώ, Attica videntur esse potius quam νῶϊ et σφῶϊ, itidemque νῷν et σφῷν potius quam νῶϊν et σφῶϊν. Aristoph. Av. [120] : Ταῦτ' οὖν ἱκέται νὼ πρὸς σὲ δεῦρ' ἀφίγμεθα. Quem versum præcedit iste, Ἀλλ' εἴπατόν μοι σφὼ τίν' ἐστόν. Νὼ βροτώ. Paulo post : Ὅτι πρῶτα μὲν ἦσθ' ἄνθρωπος ὥσπερ νώ ποτε, Κἀργύριον ὠφείλησας ὥσπερ νώ ποτε, Κοὐκ ἀποδιδοὺς ἔχαιρες ὥσπερ νώ ποτε. Non multo post, Μείζω μὲν οὐδὲν, προσφορωτέραν δὲ νῷν. Sed lectorem non celabo, νῶϊν pro νῷν, nec non σφῶϊν pro σφῷν in nonnullis hujus poetæ locis legi, reclamante etiam metro : ut in hoc versu, qui est ejusd. comœdiæ [204], Καλοῖμ' ἂν αὐτούς· οἱ δὲ νῶϊν τοῦ φθέγματος κτλ. Esse enim hic scrib. νῷν ipsa metri ratio ostendit. Idem et initio hujus Comœdiæ error commissus est, in hoc versu, Ὅς τώδ' ἔφασκε νῷν φράσειν τὸν Τηρέα. Ut vero Attica hæc esse putem facit adverbium πρῲ, quod itidem pro πρωΐ usurpant Attici. Idem Comicus in eadem comœdia [132] : Ὅπως παρέσει μοι καὶ σὺ καὶ τὰ παιδία Λουσάμενα πρῲ. Sed paulo ante in eod. vocab. peccant typographicæ edd., scribentes πρώτις conjunctim pro πρῴ τις [129] : Ἐπὶ τὴν θύραν μου πρῴ τις ἐλθὼν τῶν φίλων. Quod autem ad νῲ attinet, sciendum est grammaticos Apionem et Herodorum annotasse, νῲ poni tantum pro accus. ἡμᾶς ab Hom., at νῶϊ et pro accus. ἡμᾶς et pro nominativo ἡμεῖς, cum tamen Aristoph. pro nominativo ἡμεῖς in præcedentibus uti locis aperte videamus. Verum et hoc de scriptura hujus pronominis addendum est, ap. Aristoph., itidemque ap. Hom. in plerisque edd., atque adeo in Romana Eustathii, scribi νὼ absque ι subscripto; cum alioqui νῷν apud illum Comicum passim scriptum sit, cum ω habente ι. Si autem consulto in νὼ non fuit appositum ι literæ ω, id certe factum esse crediderim, quod huic ω terminationem dualis efficienti scriptura illa convenire visa non sit.

Σφὶν quoque et μὶν tanquam Attica recensentur ab Ammiano cum aliis, Anthologiæ Epigrr. [Pal. 11, 142.] De illo priore saltem, nimirum de σφὶν, Atticis vocabulis annumerari constat ab Ammiano : at de μὶν non item, quoniam ubi varia vocabula recensuit, ex quibus est illud σφὶν, ita claudit hexastichon : Ῥήτωρ ἐστὶ Κρίτων καὶ παιδία πολλὰ διδάσκει, Προσθήσει δ' αὐτοῖς γρῦ, φάθι, καὶ μὶν ἔτι. Estque adeo plane inauditum (mihi quidem certe), pronomen μὶν esse linguæ Atticæ.

Quin etiam pleonasmus pronominis placuisse alicubi Atticis videtur, et quidem in iis etiam locis ubi unicum ponitur, (qua de re admoneo, propter illa quæ attuli geminationis pronominum exempla;) nam ut paulo ante, cum de pronomine ὅς dissererem, attuli locum istum Platonis, Καὶ ὁ Ἀδείμαντος, Ἆρά γε, ἦδ' ὅς, οὐδ' ἴστε ὅτι κτλ., ubi ὅς supervacaneum esse dixi, utpote præcedente nomine proprio, (quod etiam de ἦ δὲ dici potest, cum sequatur ἔφη,) sic de hoc ejusdem scriptoris loco, qui hunc paucis interjectis præcedit, Ἀλλὰ περιμενοῦμεν, ἦδ' ὅς ὁ Γλαύκων, merito

idem dicturus mihi videor. Nam si quis objiciat, eum voluisse dicere non simpliciter Glauco, sed Ipse Glauco, articulum ὁ hunc usum præstare potuisse respondeo. Observavi et dativi αὐτῷ, nec non accusativi αὐτὰς pleonasmum ap. Thuc., illius quidem dativi αὐτῷ 4, p. 151 meæ ed. [c. 93] : Τῷ δὲ Ἱπποκράτει ὄντι περὶ τὸ Δήλιον, ὡς αὐτῷ ἠγγέλθη ὅτι κτλ. Hujus autem accusativi αὐτὰς, 7, p. 235, [c. 4] : Καὶ πέμπει ἐς φυλακὴν αὐτῶν εἴκοσι ναῦς, αἷς εἴρητο περί τε Λοκροὺς καὶ Ῥήγιον καὶ τὴν προσβολὴν τῆς Σικελίας ναυλοχεῖν αὐτάς. Videor autem mihi et ap. Xenoph. hujus pronominis talem pleonasmum observasse. Verum et aliud pleonasmi genus observavi ap. Aristoph. cum alibi, tum in isto Equitum loco [803] : Ὁ δὲ δῆμος Ὑπὸ τοῦ πολέμου καὶ τῆς ὁμίχλης ἃ πανουργεῖς μὴ καθορᾷ σου.

Quod autem ad illam pronominum geminationem attinet, alicubi fortasse pleonasmum et illam habere dicere possumus; præsertim vero in σφᾶς αὐτοὺς, pleonasmum recte constituerimus, meo quidem judicio, ap. Thuc., frequentissime illis utentem, (quod de accusativo dico, idem et de ceteris casibus intelligendum fuerit,) siquidem alicubi in eadem re et σφᾶς αὐτοὺς et σφᾶς simpliciter usurpari ab illo videmus, veluti cum uno in loco scribit τὰ κατὰ σφᾶς αὐτοὺς ἀνείλοντο, in altero, τὰ κατὰ σφᾶς ἀνελόμενοι. Quin etiam ap. Demosth. et Plat. σφᾶς i. q. σφᾶς αὐτοὺς interdum significare scimus. Apud eundem Thuc., (hic enim scriptor præ ceteris participia more illo Homerico geminat,) cum ἡμᾶς αὐτοὺς in reciprocatione habeamus, sed alibi etiam legamus extra reciprocationis usum, illic quidem pleonasmum non agnoscemus, at hic contra : aut certe emphasin huic geminationi subesse dicemus : ut Latine cum Nosipsos, aut Nosmetipsos dicis, emphasin quandam oratio habet, quam minime haberet, si simpliciter Nos diceretur. Idem vero et de ceteris pronominibus inter se copulatis sentiendum est. At pronomina οὗ et ἕθεν cum Apollonius Arg. conjunxit, quæ omnino eadem sunt conjunxisse dicendus est, cum οὗ et ἕθεν dialecto duntaxat differant : et perinde sit ac si ἐμοῦ cum ἐμέθεν copularetur.

Ubi autem pronomini possessivo ἐμὸν addunt αὐτοῦ, vel dicunt ἡμέτερον αὐτῶν, aliaque hujusmodi, quorum mentio facta fuit antea, genitivorum αὐτοῦ et αὐτῶν pleonasmus agnoscendus est : nisi forte quod aliquem ornatum addere orationi videntur, non omnino πλεονάζειν dicenda sunt.

CAPUT XI.

DE IIS, QUÆ

IN ARTICULI USU ATTICA ESSE CENSENTUR.

Quod dixi, de pronomine agere incipiens, Atticos in ἐγὼ et σὺ particulæ γε πρόσθεσιν familiarem habere, atque adeo Atticam esse, idem fortassis et de articulo dicere possim, nimirum, ubi eadem particula ei adjungitur, id ex Attici sermonis consuetudine fieri. Reperitur quidem certe hæc particula articulo juncta cum apud alios, tum ap. Aristoph. Ach. [123] : Ἐκκόψειέ γε Κόραξ πατάξας τόν γε σὸν τοῦ πρέσβεως, ubi observa præcedere etiam particulam illam γε verbo subjunctam. Apud Eundem in Nub. [121] : Οὐκ ἄρα, μὰ τὴν Δήμητρα, τῶν γ' ἐμῶν ἔδει. Videndum est tamen ubi particula γε omnino vacet, ubi contra reddi possit Quidem certe : ut fortassis in illo priore loco, (si non præcederet γε,) τόν γε σὸν reddi posset Tuum quidem certe. Illis enim verbis, ἐκκόψειέ γε κτλ. respondere ad hæc, Καὶ νῦν ἄγοντες ἥκομεν Ψευδαρτάβαν Τὸν βασιλέως ὀφθαλμόν. Interdum vero hæc particula sic articulo jungitur, ut cum eo cohæreat, atque adeo ex articulo pronomen fiat; scimus enim ὅγε pro οὗτος (sicut et ὅδε) dici. Sed hac de re non hic est dicendi locus.

Articulus apud Atticos scriptt. sæpenumero πλεονάζει, et supervacaneus est : sic tamen ut ornatum quendam addere videatur. Quod autem mirum videri possit, cum interdum articulus illis sit supervacaneus, aliquando contra eorum orationi deest : adeo ut et πλεονασμοὶ et ἐλλείψεις unius ejusdemque partis orationis apud Eosdem reperiantur. Sed de pleonasmis dicendum prius est. Solent Attici, inquit schol. Aristoph., τὰ ἄρθρα πλεονάζειν. Hoc autem annotat in istum versum qui extat initio Pluti, Μετέχειν ἀνάγκη τὸν θεράποντα τῶν κακῶν. Ibi enim postquam dixit, Atticos solere πλεονάζειν τὰ ἄρθρα, (ubi observandus est obiter hujus verbi πλεονάζειν usus activa signif. pro Supervacanea ponere,) addit, Sicut igitur in τὰ βέλτιστα supervacaneus Attice erat articulus τὰ, ita quoque hic τῶν, et in sequentibus τό : veluti ubi dicitur τὸ ποῖον. Hæc ille : ubi inter hujus pleonasmi exempla, duo affert, quæ parum idonea mihi videntur, ac præsertim primum, quod est genitivi τῶν præfixi nomini κακῶν. Nam et scriptores eos, quorum sermo nihil cum Attica lingua commune habet, dicere μετέχειν τῶν κακῶν non minus quam κακῶν existimo. Exemplum autem pleonasmi articuli τὰ, quod ab eo affertur, petitum est ex tertio illius Comœdiæ versu, Ἦν γὰρ τὰ βέλτισθ' ὁ θεράπων λέξας τύχῃ, ubi dubitari itidem possit an τὰ more Attico πλεονάζειν dicendum sit : vel potius πλεονάζειν sive Attico more, sive alio : hic tamen potius quam ibi pleonasmum admiserim. At vero exemplum tertium, sc. articuli τὸ cum ποῖον, unum ex iis est, quæ idonea vocari possunt. Verum, quod ad exempla attinet, cum Bud. multa et ea quidem apta proferat, ex illo petenda censui. Sed ab eo certe dissentio in eo, quod illum Aristoph. schol. sequens, in illis verbis μετέχειν τῶν κακῶν, ipse quoque πλεονάζειν τῶν dicit. Ejus verba hæc sunt : Atticorum est alioqui τὰ ἄρθρα πλεονάζειν, (ubi animadverte eum illa scholiastæ Aristoph. verba usurpare,) καὶ περισσὰ τιθέναι, et versa vice κατ' ἔλλειψιν πολλάκις τῶν ἄρθρων λέγειν. Prius igitur τῶν περισσευόντων exempla citabo. Aristoph. Pluti init. : Μετέχειν ἀνάγκη τὸν θεράποντα τῶν κακῶν. Dem. Πρὸς Νικόστρ. : Ἐλέγξας αὐτὸν τὰ ψευδῆ κεκλητευκότα, Falsam renuntiasse in jus vocationem. Περὶ στεφ. : Οὐκοῦν ὅτε ἀπεψηφίζεσθέ μου, τότε ἀπεψηφίζεσθε τὰ ἄριστά με πράττειν. Theophr., de palma arbore loquens : Ἐπιζητεῖ δὲ μᾶλλον τὸ ναματιαῖον ὕδωρ ἢ τὸ ἐκ τοῦ Διός. Aristot. Polit. 4 : Φησὶ γὰρ ὁ Σωκράτης ἐκ τεττάρων τῶν ἀναγκαιοτάτων πόλιν συγκεῖσθαι. Plato Leg. 4 : Παρὰ δὲ μιαροῦ δῶρα οὔτ' ἄνδρα ἀγαθὸν οὔτε θεόν ἐστί ποτε τόγε ὀρθὸν δέχεσθαι· hic τὸ ὀρθὸν dixit ut τὰ μάλιστα pro Maxime, et τὸ ἐξ ἀρχῆς. Pausan. : Πυνθανόμενος δὲ οἵτινες ἦσαν, οὐδὲν ἄλλο μαθεῖν ἠδυνάμην ἢ Σικελοὺς τὸ ἐξ ἀρχῆς ὄντας, Ἀκαρνανίαν μετοικῆσαι. Thucyd. [3, 22] : Ἐλπίδα δὲ οὐδὲ τὴν ἐλαχίστην εἶχον ναῦς Πελοποννησίων εἰς Ἰωνίαν παραβαλεῖν, Ne minimam

quidem suspicionem habebant. 1, [76] : Ἡμῖν δὲ ἐκ A τοῦ ἐπιεικοῦς ἀδοξία τοπλέον ἢ ἔπαινος οὐκ εἰκότως περιέστη. Ap. Hom. Il. Λ, [705] τὰ ἕκαστα poetica licentia dictum est, Ἡμεῖς μὲν τὰ ἕκαστα διείπομεν. Et Od. M, [16] totidem verbis. Hæc ille, qui his exemplis alia subjungit pleonasmi articuli ante aliud nominum genus; sed ea missa faciens, examinanda quæ allata sunt censeo. Libuit enim ista ex eo descripta proferre, (cum alioqui etiam antea inter varia pleonasmorum genera articulorum quoque pleonasmum commemorans, plerisque horum exemplorum usus fuerim,) partim ut meum de singulis judicium subjungerem, partim etiam quæ illis addenda essent, cognoscere lector posset. Primum igitur de articulo τῶν, qui substantivo κακῶν præfixus est, dico quod et antea dixi. Quod autem ad illum orationis Περὶ στεφ. locum attinet, Τότε ἀπεψηφίζεσθε τὰ ἄριστά με πράττειν, est certe illi Aristophanico similis, in quo τὰ βέλτιστα legimus; sed ne lingua quidem communis fortasse articulum cum hujusmodi superlativis, vel potius cum nonnullis horum superlativorum, omiserit : quod alioqui ambiguitas aliqua subesse possit. Exempli gratia, in illo Demosthenis loco, si quis pro τὰ ἄριστά με πράττειν dicat ἄριστά με πράττειν, quis non ἄριστα adverbium potius quam nomen esse censeat, præsertim cum verbum πράττειν hujusmodi adverbiis jungi gaudeat? sed πράττειν junctum cum ἄριστα adverbio, longe aliam (ut quivis nosse potest) quam cum nomine ἄριστα significationem habet. Fateor alioqui linguam communem quibusdam superlativis articulum hujusmodi non præfigere. At in illo Dem. loco, ubi τὰ ψευδῆ κεκλητευκότα dicit, magis idoneum fortasse pleonasmi exemplum habemus. Neque enim dubium est quin is, qui communi lingua uti voluisset, dicturus fuerit ψευδῆ κεκλητευκότα absque articulo. Platonis autem locus mirum quendam articuli habet pleonasmum, et quidem talem ut vix alium ei omnino similem reperiri posse existimem, atque adeo an ita Plato scriptum eum reliquerit subdubitem. Sed enim miror vicissim, quo respiciens Bud. talem esse dixerit articuli τὸ pleonasmum in illo Plat. C loco, qualis est in τὰ μάλιστα et τὸ ἐξ ἀρχῆς : cum enim ὀρθὸν sit nomen, at μάλιστα sit adverbium, itidemque ἐξ ἀρχῆς adverbialiter dicatur, (conjunctim sc. scribendo,) quid commune pleonasmus unus cum altero habere potest? Et de illis quidem exemplis hactenus.

Libet autem illis, nec non iis quæ et ipse attuli antea, (cum inter varia pleonasmorum genera articuli quoque pleonasmum recenserem,) pauca quædam addere, quæ alium pleonasmi usum, ut ita dicam, quam in illis habent. Ac primum lectorem moneo, quædam esse adjectiva, quibus invenitur præfixus itidem hic πλεονάζων articulus, cum tamen in lingua communi eo præfixo significatio immutetur. Exemplum habemus ap. Aristoph. Ran. [160] : Ἀτὰρ οὐ καθέξω ταῦτα τὸν πλείω χρόνον· hic enim τὸν πλείω χρόνον dictum esse constat pro πλείω χρόνον : cum tamen τὸν πλείω χρόνον aliud sit quam πλείω χρόνον. Nam ὁ πλείων χρόνος est Major pars temporis, at πλείων χρόνος, Plus temporis, Longius tempus : adeo ut si dicere velim, Non semper ludo, sed majori parte temporis seriis vaco : articulo usurus sim, hoc modo, οὐκ ἀεὶ παίζω, ἀλλὰ τὸν πλείω χρόνον σπουδάζω : ut τὸν πλείω χρόνον sit quod dicimus *La plus part du temps*. At vero si dicere velim, Diutius hæc tolerare nequeo, dicturus sim οὐ δύναμαι ἀνέχεσθαι ταῦτα πλείω χρόνον, non τὸν πλείω χρόνον. Itidemque si significare velim, Longius tempus est, non ὁ πλείων χρόνος, sed πλείων χρόνος dicendum fuerit. Sic sequente particula ἢ nequaquam articulo uteris; dices enim, πλείονα χρόνον καθεύδει ἢ ἀγρυπνεῖ, non τὸν πλείονα : at Soph. tamen ausus est τοὺς πλείονας dicere sequente hac particula ἢ, Antig. [313] : Ἐκ τῶν γὰρ αἰσχρῶν λημμάτων τοὺς πλείονας Ἀτωμένους ἴδοις ἂν ἢ σεσωσμένους. Neque tamen aliis etiam quibuslibet locis, ubi articulus discriminis indicandi causa ponitur, talem pleonasmum usurpari posse existimo. Exempli gratia, ut dicitur τὴν ἡσυχίαν ἄγειν pro ἡσυχίαν ἄγειν, Lucian. in Charonte [c. 3] : Ἐγὼ δὲ τὴν ἡσυχίαν ἄγειν παρακελεύσομαι, non itidem τὴν ἑορτὴν ἄγειν pro ἑορτὴν ἄγειν dici posse censeo.

Est etiam alius quidam articuli pleonasmus, cum sc. geminatur. Thuc. 8, p. 268 [c. 16] : Καὶ μετεωρισθεὶς ἐν τῷ πελάγει, ὡς ἑώρα τὰς ναῦς πολλὰς τὰς ἀπὸ τῆς Χίου, φυγὴν ἐποιεῖτο ἐπὶ τῆς Σάμου. Hic enim vacare videtur τὰς priore loco; atque, ut non vacaret, fuisse dicendum ὡς ἑώρα τὰς πολλὰς ναῦς. Sed exempla manifestiora et certiora hujus geminationis pleonasmum habentis ex Eodem afferam. Legimus enim apud illum, 8, p. 287 [c. 77] : Οἱ δὲ ἀπὸ τῶν τετρακοσίων πεμφθέντες ἐς τὴν Σάμον οἱ δέκα πρεσβευταὶ, ὡς ταῦτα ἐν τῇ Δήλῳ ἔτι ὄντες ἠσθάνοντο, ἡσύχαζον. In eadem illa pag. habemus, Καὶ αἱ μὲν Δήλου λαβόμεναι αἱ πλείους μετὰ Κλεάρχου, καὶ ὕστερον πάλιν ἐλθοῦσαι ἐς Μίλητον. Hic enim non video quid aliud dici possit quam αἱ μὲν Δήλου λαβόμεναι αἱ πλείους, i. valere q. αἱ μὲν πλείους Δήλου λαβόμεναι : itidemque in illo præcedente loco, Οἱ δὲ πεμφθέντες ἐς τὴν Σάμον οἱ δέκα πρεσβευταὶ, non aliud esse quam οἱ δὲ πεμφθέντες ἐς τὴν Σάμον δέκα πρεσβευταί. Quibus Thuc. locis, ac præsertim priori, similis est hic Pausaniæ, (non enim alius in præsentia occurrit,) in Messeniacis [4, 8, 5] : B Οἱ δὲ ὁπότε αἴσθοιντο οἱ τραυματίαι τὴν ἰσχὺν σφᾶς ὑπολείπουσαν, διεκελεύοντο τοῖς δρῶσι μὴ χείρονας ἢ αὐτοὶ γίγνεσθαι. Itidem enim hic οἱ δὲ ὁπότε αἴσθοιντο οἱ τραυματίαι, perinde est ac si diceretur οἱ δὲ τραυματίαι ὁπότε αἴσθοιντο. Animadverto quidem posse alicubi articulum οἱ posteriore loco habere quendam vocabuli Inquam usum, aut etiam Nimirum, s. Videlicet : ut in priore exemplo ex Thuc. sumpto, Οἱ δὲ πεμφθέντες ἐς τὴν Σάμον οἱ δέκα πρεσβευταὶ, Qui autem Samum missi fuerant, illi, inquam, decem legati; vel, Illi nimirum decem legati. In posteriore autem, αἱ μὲν Δήλου λαβόμεναι αἱ πλείους, perinde ac si diceretur, Et quidem major earum pars. Sed etiamsi articulo hanc signif. demus, nihilo certe minus pleonasmus hic erit, quoniam talis ejus repetitio nihil orationi addit. Est alioqui et quædam articuli geminatio passim usitata, ea sc. qua dicitur ὁ βασιλεὺς ὁ δίκαιος, pro ὁ δίκαιος βασιλεύς : itidemque ἡ γυνὴ ἡ καλὴ, pro ἡ καλὴ γυνή. Sed his in ll. vel non est vel potius non sentitur pleonasmus, quod talis geminatio præcedente adjectivum substantivo passim usitata sit. At si quis ὁ δίκαιος ὁ βασιλεὺς, vel ἡ καλὴ ἡ γυνὴ dixerit, pleonasmus certe erit, sed βαρβαρίζων : neque enim ullum Græcorum scriptorum (eorum quidem certe quos imitari debemus) ita unquam esse locutum existimo : at quosdam hujus sæculi homines Græce (si diis placet) scribentes, cum alia multa circa articuli usum, tum hoc peccasse scio.

Alicubi etiam invenitur articulus præpositivus πλεονάζων, præcedente postpositivo : ut in isto Soph. loco, Antig. p. 230 [404] : Ταύτην γ' εἶδον [ἰδὼν] θάπτουσαν ὃν σὺ τὸν νεκρὸν Ἀπεῖπας. Dictum enim est, ὃν σὺ τὸν νεκρὸν ἀπεῖπας, pro ὃν σὺ νεκρὸν ἀπεῖπας. Si tamen hunc articulorum ordinem mutare velimus in eum, quem simplex et vulgo recepta orationis structura postulat, utrique locum esse dicemus : ut sc. ὃν σὺ τὸν νεκρὸν ἀπεῖπας dictum sit pro τὸν νεκρὸν ὃν σὺ ἀπεῖπας. Sed vide et quæ supra, in primo Capite, de isto articuli usu disserui.

D Est præterea certus quidam articuli τὸ pleonasmus ante infinitivum, sed præfixas habentem voculas μὴ οὐ. Xenoph. Symp. [3, 3] : Ἀλλ' οὐδείς σοι, ἔφη, ἀντιλέγει τὸ μὴ οὐ λέξειν ὅ,τι ἕκαστος ἡγεῖται πλείστου ἄξιον ἐπίστασθαι. Apud Eundem cum præteriti temporis infinitivo, Cyrop. 7, [5, 42]. Τοῖς μὲν θεοῖς οὐδὲν ἂν ἔχοιμεν μέμψασθαι τὸ μὴ οὐχὶ μέχρι τοῦδε πάντα ὅσα εὐχόμεθα καταπεπραχέναι. Sic ap. Aristoph. τὸ μὴ οὐκ ἐλθεῖν pro μὴ οὐκ ἐλθεῖν legitur. Videndum est autem an de isto etiam ejus loco idem ferri judicium possit, Av. [36] : Αὐτὴν μὲν οὐ μισοῦντ' ἐκείνην τὴν πόλιν, Τὸ μὴ οὐ μεγάλην εἶναι φύσει κεὐδαίμονα. Apud Thuc. quidem certe hunc articulum τὸ itidem vacare cum infin. censeo præfixis iisdem particulis, init. 3 : Καὶ τὸν πλεῖστον ὅμιλον τῶν ψιλῶν εἶργον τὸ μὴ προεξιόντας τῶν ὅπλων, τὰ ἐγγὺς τῆς πόλεως κακουργεῖν. Omnino enim a schol. hic dissentio, deesse præp. διὰ dicenti, quasi τὸ μὴ οὐ pro διὰ τὸ μὴ οὐ dictum sit. Cum autem ab illo dissentio, simul et Corintho refragor, utpote qui Articulo VIII in exemplum ellipseως præpositionis διὰ,

hunc l. attulerit. Sed nihil minus rationi consentaneum esse quam velle præpositioni διὰ locum hic dare, cum abunde docuisse mihi videar in iis quæ in illum Articulum annotavi, eo te remittam : quendam Aristidis locum inde depromptum huc transferre contentus, in quo idem præcedente simili verbo pleonasmus habetur : adeo ut etiam imitari Thuc. voluisse videatur; sicut enim ille εἴργειν τὸ μὴ, ita hic διείργειν τὸ μὴ dixit, scribens, Οὔτε θάλαττα διείργει τὸ μὴ εἶναι πολίτην. Habes jam exempla pleonasmi articuli τὸ ante infinitivum, et quidem futuri, præteriti, præsentis temporis; sed interjectis voculis μὴ οὐ : at exempla ejusdem pleonasmi cum infin. præfixas non habente hasce particulas, quærenda tibi relinquo.

Possum (meo quidem judicio) pleonasmis illum articuli usum annumerare, quo τὸ τῆς δαπάνης pro ἡ δαπάνη, et τὸ τῆς ὀργῆς pro ἡ ὀργὴ, nec non τὸ τῶν ὀνύχων pro οἱ ὄνυχες : et in plur. τὰ τοῦ πολέμου pro ὁ πόλεμος, τὰ τῆς ὁμολογίας pro ἡ ὁμολογία, aliaque itidem multa dicuntur. Illa quidem verba τὸ τῶν ὀνύχων pro οἱ ὄνυχες, ex Aristot. habeo, scribente, De part. anim. 4, 10 : Εὖ δὲ καὶ τὸ τῶν ὀνύχων μεμηχάνηται, sc. ἡ φύσις : neque enim aliud his verbis τὸ τῶν ὀνύχων quam τοὺς ὄνυχας declarat. At vero duo illa exempla τὸ τῆς δαπάνης, τὸ τῆς ὀργῆς, ex Plutarcho sumpta sunt, scriptore non quidem Attico, sed in multis Atticos imitante, ut alibi quoque testatus sum : ideoque cum mihi ex ipsis Atticis exempla desunt, aut certe ad manum non sunt, quæ ex fonte haurire non possum, ex illius aliorumque hujusmodi auctorum scriptis, tanquam rivis inde deductis, haurire non dubito. Ut igitur talem articuli singularis usum Plutarchi auctoritate confirmem, (donec pluralis exempla ex Thucyd. proferam,) legimus apud eum in Apophth. opere, p. 338 meæ ed. [192, D], ubi quæ sunt Epaminondæ recensentur : Θαυμασάντων δὲ τῶν συναρχόντων, οὐ τὸ τῆς δαπάνης ἔφη λυπεῖν αὐτὸν, ἀλλ' εἰ τοσοῦτον ἔλαιον ἐντὸς παραδέδεκται τοῦ σώματος. Ut autem τὸ τῆς δαπάνης nihil aliud declarare quam τὴν δαπάνην facilius cognoscere possis, en tibi quæ præcedunt : Τοῦ δὲ μαγείρου τοῖς συνάρχουσιν ἡμερῶν τινων δαπάνην ἀπολογιζομένου, πρὸς μόνον ἠγανάκτησε τὸ πλῆθος τοῦ ἐλαίου. Alter ejus locus in Bruti Vita extat [c. 21] : Ὅταν παρακμάζῃ καὶ παρανθῇ τὸ τῆς ὀργῆς. Itidem enim hic quid aliud τὸ τῆς ὀργῆς quam ὀργὴ esse possit? Exempla autem pluralis τὰ eodem usurpati modo ap. Thuc. extant, uti supra dixi. Legimus enim apud eum 4, p. 138 [c. 54] : Διὸ καὶ θᾶσσον καὶ ἐπιτηδειότερον τότε παραυτίκα καὶ τὸ ἔπειτα τὰ τῆς ὁμολογίας ἐπράχθη αὐτοῖς· perinde ac si dixisset ἡ ὁμολογία, quam mox appellat ξύμβασιν : sicut in præcedentibus usus erat verbo ξυνέβησαν, hac ipsa de re loquens. Apud Eundem non uno in loco legimus τὰ τοῦ πολέμου pro ὁ πόλεμος : ut 5, p. 192 [c. 86], ubi οἱ τῶν Μηλίων ξύνεδροι Atheniensibus respondent, Ἡ μὲν ἐπιείκεια τοῦ διδάσκειν καθ' ἡσυχίαν ἀλλήλους, οὐ ψέγεται· τὰ δὲ τοῦ πολέμου, παρόντα ἤδη καὶ οὐ μέλλοντα, διαφέροντα αὐτοῦ φαίνεται· perinde ac si dixissent, ὁ δὲ πόλεμος, παρὼν ἤδη καὶ οὐ μέλλων, διαφέρων αὐτοῦ φαίνεται. Equidem et ipse schol. non aliter intelligere videtur; quippe qui exponat, Ἤδη δὲ πολεμοῦντες ἡμῖν, οὐκέτι εὐγνωμονεῖτε, οὐδὲ ὅμοια οἷς λέγετε ποιεῖτε. Alter autem locus (eorum quidem quos in promptu habeo, nam alioqui ita locutum et alibi esse memini,) extat 6, p. 199 [c. 6] : Καὶ τὰ τοῦ πολέμου ἅμα πρὸς τοὺς Σελινουντίους ἐν ὅτῳ ἐστὶν εἰσομένους. Neque tamen ubicunque τὰ τοῦ πολέμου vel τὰ τῶν πολέμων dicit hic scriptor, expositionem illam istis verbis tribuendam esse dixerim; hæc enim verba τὰ τοῦ πολέμου significare possunt Res bellicas, s. Apparatum bellicum; aut Belli statum; aut etiam Belli conditionem : ut 2, [11] : Ἄδηλα γὰρ τὰ τῶν πολέμων, aptius redditum iri videtur, Incerta est bellorum conditio s. fortuna; vel, Incerti sunt bellorum eventus : quam Incerta sunt bella. Quin etiam fieri potest ut alicubi τὰ τοῦ πολέμου reddere oporteat Quod ad bellum attinet. Verum libet illis exemplis unum addere, ex eodem scriptore sumptum : et quod ejusmodi est ut magis appositum desiderari non possit. Pericles igitur 2, [60] ita suam concionem orditur : Καὶ προσδεχομένῳ μοι τὰ τῆς ὀργῆς A ὑμῶν ἐς με γεγένηται. Hic certe τὰ τῆς ὀργῆς dictum esse pro ἡ ὀργὴ, nemo non videat : et articulum pluralem non alium usum habere quam singularem apud Plutarch. : utpote dicentem (sicut paulo ante vidimus) τὸ τῆς ὀργῆς itidem pro ἡ ὀργή. Ceterum quamvis his loquendi generibus periphrasticis τὸ τῆς ὀργῆς et τὰ τῆς ὀργῆς, et similibus, pleonasmum articuli subesse dicam, non tamen, ut in iis exemplis quibus primus locus datus fuit, posse absque ulla mutatione auferri articulum putandum est. Ubi enim τὴν ἡσυχίαν ἄγειν scriptum est, itidemque ubi dicit Thuc. πολλὴν τὴν αἰτίαν εἶχον, possis, auferendo articulum, nihilque tamen in ceteris verbis immutando, eundem illorum sensum habere; at ubi dicitur τὸ τῆς ὀργῆς vel τὰ τῆς ὀργῆς, articulus τὸ vel τὰ eximi non potest, quin gen. nominis et pariter gen. articuli in nominativos mutentur. Sed hæc apertiora sunt quam ut de illis lectorem moneri oporteat.

Invenio porro et alium hujus articuli τὰ pleonasmum apud eundem scriptorem, aut saltem τὰ ita usurpatum, ut oratio illo carere posse videatur. Scribit enim p. 226 [6, 88], Οἱ δ' Ἀθηναῖοι ἐν τῇ Νάξῳ ἐστρατοπεδευμένοι, τὰ πρὸς τοὺς Σικελοὺς ἔπρασσον, ὅπως αὐτοῖς ὡς πλεῖστοι προσχωρήσωνται. Si enim articulum τὰ huic orationi exemeris, eundem (meo quidem judicio) sensum absque illo habebis, quem cum illo habebas, cum Thuc. alibi dicat πράσσειν πρός τινα, non præfixo præpositioni illo articulo, nec non πράσσειν ὅπως vel ὅτῳ τρόπῳ : atque adeo alicubi cum illa præp. πρὸς, sequente itidem ὅπως.

Est et aliud loquendi genus, quod itidem articuli pleonasmum, sed simul etiam præpositionis ἐν, habere videtur. Ne tamen pleonasmum latius quam par sit extendere videar, in sequentibus potius de illo genere loquendi disseram, ubi aliquos articuli usus, qui Atticis peculiares esse videntur, commemorabo.

A pleonasmo autem ad ellipsin (ut par est) orationem transferens, exemplis ex Bud. sumptis contentus ero : quod facile cuilibet futurum sit, consideratis locis qui ab eo in exemplum afferuntur, alios illis similes ex scriptoribus Atticis excerpere. Rursus Atticorum est, inquit ille, articulum supprimere. Theophrast. 5 : Τὰ δὲ ἄλλα τέμνεται, ὁτὲ μὲν, μετὰ πυροτομίαν, ὁτὲ δὲ μετὰ τρυγητὸν καὶ ἀρκτοῦρον. Aristot. H. A. 6 : Λαγνίστατον δὲ καὶ τῶν θηλειῶν καὶ τῶν ἀῤῥένων ἵππος μετ' ἄνθρωπον ἐστί· Probl. sect. 33 : Διὰ τί λύγγα παύει πταρμός; Quod etiam fit ante participium : Διὰ τί ἧττον μεθύσκονται ταῖς μεγάλαις κωθωνιζόμενοι; ubi οἱ deest. Et sect. 10 : Διὰ τί γίνεται ἐλάττων μὲν ἡ φωνὴ ἐξαιρουμένων, ὁμοία δὲ τὸν χαρακτῆρα; Plato : Παρῆσθα δὲ καὶ αὐτὸς λεγομένοις. Xenoph. [OEc. 8, 3] : Καὶ γὰρ χορὸς ἐξ ἀνθρώπων συγκείμενός ἐστι· Hell. 6, [1, 9] : Σχεδὸν πάντες οἱ ταύτῃ ἀκοντισταί εἰσιν· ὥστε καὶ πελταστικῷ εἰκὸς ὑπερέχειν τὴν ἡμετέραν δύναμιν. Plato Phædone [p. 87, A] : Ὡς μέντοι οὐκ ἰσχυρότερον καὶ πολυχρονιώτερον ἡ ψυχὴ σώματος, οὐ συγχωρῶ τῇ Σιμμίου ἀντιλήψει· Epinomide : Τὸ δὲ τῶν ῥηθέντων μέγιστον ἦν, ὅτι πρεσβύτερον εἴη ψυχὴ σώματος ἅπασα πάντός, hic addi non debuit. Alibi statim addi potuit, nec tamen additus est, Πανταχῇ τε ἄρχον ἀρχομένου πρεσβύτερον, καὶ ἄγον ἀγομένου πάντη, pro τὸ ἄρχον τοῦ ἀρχομένου, et τὸ ἄγον τοῦ ἀγομένου. Affert et alia exempla, quæ tibi apud eum videnda relinquo. Sed est de quo hic lectorem monere, operæ pretium existimo : nimirum plerisque locis articulum non ab ipsis auctoribus, sed a librariis potius esse prætermissum. Neque hoc ut verisimile duntaxat dico, sed ut rem quam veram esse compererim, conferens editt. typographicas cum vetustis codd., affirmo. Hoc autem cum ita sit, minus certa ellipseos quam pleonasmi exempla esse possunt.

Jam vero ut articulum omittunt nonnunquam scriptt. Attici, ita nomen ipsum interdum, non articulum : nomen inquam, quod articulo jungendum erat : adeo ut articulus non suo tantum, sed nominis quoque fungatur officio. Insigne autem hujus usus exemplum habemus ibi præsertim, ubi articulum jurijurando adhibent, μὰ τὸν dicentes sine adjectione. Aristoph. Ran. [1375] : Μὰ τὸν, ἐγὼ μὲν οὐδ' ἄν, εἴ τις ἔλεγέ μοι τῶν ἐπιτυχόντων, ἐπειθόμην. Ceterum non

minus ab Atticis profectum esse crediderim eum articuli usum, quo τὴν ἄγουσαν vel τὴν φέρουσαν dici videmus, subaudiendo ὁδόν : itidemque, τρέχειν τὸν περὶ ψυχῆς vel ὑπὲρ ψυχῆς, subaudiendo δρόμον vel κίνδυνον : nec non κρινομένη τὴν ἐπὶ θανάτῳ, subaudiendo δίκην. Facilis autem est hæc subauditio in iis præsertim locis, ubi nomen articulo jungendum significatione cum verbo convenit, ut cum dico μάχεσθαι τὴν περὶ ψυχῆς, subaudiens μάχην. Cui sane simile est illud τρέχειν τὸν περὶ ψυχῆς, cum subaudiatur δρόμον, nec aliud sit τρέχειν quam δραμεῖν. Aliud vero est ellipseos genus, cum dicunt εἰς τὴν ἑαυτοῦ, pro εἰς τὴν ἑαυτοῦ πατρίδα, vel γῆν, vel χώραν, cum denique et alia elliptice dicunt, a me commemorata, ubi de nominum ellipsi disserui. Quibus addi potest hic l. Thuc. 6, p. 217 [c. 60] : Αὐτός τε καθ' ἑαυτοῦ καὶ κατ' ἄλλων μηνύει τὸ τῶν Ἑρμῶν. Longe enim aliter hic dicitur τὸ τῶν Ἑρμῶν, quam ab Aristot. supra τὸ τῶν ὀνύχων, cum τὸ τῶν ὀνύχων μεμηχάνηται non aliud sonet quam τοὺς ὄνυχας μεμηχάνηται : at vero τὸ τῶν Ἑρμῶν nequaquam resolvere itidem in accus. τοὺς Ἑρμᾶς possis. Est enim τὸ τῶν Ἑρμῶν, quod alibi τὰ περὶ τοὺς Ἑρμᾶς δρασθέντα, et ἡ τῶν Ἑρμῶν περικοπὴ dicit. Sed in hujusmodi locis difficile nonnunquam est substantivum id, quod subaudiendum relinquitur, invenire, etiamsi alioqui qua de re agatur et quæ mens scriptoris fuerit, perspiciatur. Atque adeo de illo ipso Thuc. loco id dicere possumus ; quamvis enim τὸ τῶν Ἑρμῶν esse sciamus, quod alibi dicit τὰ περὶ τοὺς Ἑρμᾶς δρασθέντα, sc. τὴν τῶν Ἑρμῶν περικοπήν, ut Idem alibi vocat : tamen ubi dicit τὸ τῶν Ἑρμῶν, nemo est qui in inveniendo substantivo non hæreat; nam subaudire πρᾶγμα vel ἔργον, (quæ nomina prima fronte cuipiam occurrere possint,) nullo modo mihi placet : et cum subaudiendo alterum horum, genitivus Ἑρμῶν resolvendus sit in hæc verba περὶ τοὺς Ἑρμᾶς, malim τόλμημα aut ἀσέβημα, ut ipse auctor inter ἀσεβήματα hoc numerat, subaudire : ut τὸ τῶν Ἑρμῶν dictum sit pro τὸ περὶ τοὺς Ἑρμᾶς τόλμημα s. ἀσέβημα. Quid si vero ne ipsi quidem auctores, dum talia scriberent, quicquam de substantivo, quod subaudiendum esset, constitutum apud se habebant?

Alicubi autem additur articulo adjectivum femininum sequente genitivo feminini itidem generis, ubi etiam subaudiendum aliquid cum articulo relinqui videtur. Bud. tamen nullam subauditionis mentionem facit, cum e Xen. OEc. affert [16, 14], Τὴν δὲ γῆν στρέφειν, ὡς ἡ ὠμὴ αὐτῆς ὀπτῷτο· Cyrop. 6, [2, 26] : Πολλὴ γάρ ἐστι τῆς ὁδοῦ ἄοινος. Aristot. De cœlo 2 [?] : Τὴν πλείστην τῆς περὶ φύσεως ἱστορίας. Sed cum ἡ ὠμὴ αὐτῆς dicatur Cruda ejus pars, Ea pars quæ cruda est, itidemque in ceteris locis hoc subst. interpretationi adhibendum sit, non video quidnam obstare possit quominus itidem subst. μερὶς subaudiendum relinqui dicatur, sicut μέρος sæpe subaudiri supra docui. Sed enim et ubi non præfixus est articulus, tale genus loquendi inveniri fateor, ut ap. Plut. : Πολλὴν τῆς Σικελίας ἐπέδραμεν. Et hic quidem omissum esse articulum suspicari quispiam posset : at non itidem, ubi dicitur ab Arriano ὅσην τῆς χώρας, 5, [21, 7] : Ὅσην δὲ τῆς χώρας ἐπῆλθε, φυλακὰς ὑπέλιπεν ἐν τοῖς ἐπικαιροτάτοις χωρίοις. Quo Aristot. quoque modo dixit ὅση τῆς ἀναθυμιάσεως.

Atque ut sub articulo in præcedentibus locis subauditur aliquod nomen, ita sub articulo τὸ interdum subaudiendum relinqui infinitivum sciendum est, ut Thuc. 8, p. 275 [c. 41] : Εὐθὺς ἀφεὶς τὸ ἐς τὴν Χίον, ἔπλει ἐς τὴν Καῦνον. Hic enim τὸ ἐς τὴν Χίον dictum esse pro τὸ ἐς τὴν Χίον πλεῖν, manifestum est, cum sequatur ἔπλει, quod subauditionem illam velut ante oculos nobis ponit. Solere tamen et alio modo infinitivos subaudiendos relinqui, (i. e., non utendo hoc articulo τὸ,) sciendum est. Verum ut in præsentia de illa tantum subauditione infinitivi loquar, quæ invenitur post articulum τὸ, ecce tibi et alium ejusdem scriptoris locum, in quo itidem infinitivi ellipsin esse puto, sed quod non itidem ex verbo sequente peti possit: 7, p. 259 [c. 75] : Καὶ μὴν ἡ ἄλλη αἰκία καὶ ἱσομοιρία τῶν κακῶν, ἔχουσά τινα ὅμως τὸ μετὰ πολλῶν κούφισιν, οὐδ' ὡς ῥᾳδία ἐν τῷ παρόντι ἐδοξάζετο. Hic enim non dubium est quin Thuc. de consolatione ex paribus aliorum miseriis loqui voluerit, quam Cic. levem esse dicit : et alibi, miseram quidem, sed tamen necessariam. Sed quamvis hujus loci sententia manifesta sit, nequaquam ut in præcedente, verbum, quod subaudiri debet, in promptu habemus ; cum enim diceret, Ἀφεὶς τὸ ἐς τὴν Χίον, ἔπλει ἐς τὴν Καῦνον, verbum ἔπλει nobis infinitivum πλεῖν, quem cum τὸ jungeremus, suggerebat; at hic nihil tale dici potest, ἰσομοιρία τῶν κακῶν, ἔχουσά τινα ὅμως τὸ μετὰ πολλῶν κούφισιν : nihil enim sequitur, unde aptum verbum accipere possimus. Verum quod in sequentibus non invenitur, videndum an non in præcedentibus inveniri possit. Cum igitur præcedat nomen κακῶν, dico ex eo elici posse infin. κακοῦσθαι, qui cum articulo τὸ extrinsecus assumatur. Neque tamen hoc ita dici a me putandum est, quasi semper ex præcedentibus aut sequentibus verbum, quod subaudiri debet, petere necesse sit, (quippe cum non semper inde peti possit,) sed ut ostendam ibi primum quærendum esse, quod multo tutius et certius inde accipiatur. Cum autem nihil se ibi offert, quid maxime loco et rei de qua agitur conveniat, videndum est. Verbi gratia, si gen. κακῶν non mihi visus fuisset infinitivum κακοῦσθαι suggerere, subaudiissem παθεῖν. Jam vero si quis me roget cur infinitivum potius quam aliquod verbale hic subaudiam, respondebo, posse fortassis aliquem inveniri ejusmodi locum, cui subauditio nominis verbalis non minus quam infinitivi convenire possit : quamvis alioqui infinitivi subauditionem postulare potius Græcæ linguæ consuetudo videatur. In hoc quidem certe loco si nomen verbale subaudiendum foret, id esset κάκωμα : sed κάκωμα ἀντὶ τῆς κακώσεως videndum an Thucydideum sit.

Dum autem hæc scriberem, venit in mentem alius quidam hujus pronominis τὸ usus, qui an ellipsin an contra pleonasmum habeat, dubitari fortasse possit. Sed cum ejus exempla non aliunde mihi memoriæ nunc suggerat quam ex Luca Evangelista, ea proferre non dubitabo; præsertim cum nonnulla in suo sermone habeant Evangelistæ, quæ cum a sermonis Græci consuetudine abhorrere videantur, debent contra illis cum optimis quibusque scriptoribus communia existimari : quo ex numero esse pleonasmum particulæ ὅτι antea docui. Legimus igitur Luc. 22, 2 : Καὶ ἐζήτουν οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ γραμματεῖς τὸ πῶς ἀνέλωσιν αὐτόν· 22, 4 : Καὶ ἀπελθὼν συνελάλησε τοῖς ἀρχιερεῦσι καὶ τοῖς στρατηγοῖς τὸ πῶς αὐτὸν παραδῷ αὐτοῖς· 1, [62] : Ἐνένευον δὲ τῷ πατρὶ αὐτοῦ τὸ τί ἂν θέλοι καλεῖσθαι αὐτόν. His enim in locis aut cum τὸ aliquid subaudiri, ut sit ellipsis; aut certe ipsum πλεονάζειν dicendum est. Sed rationi magis est consentaneum, ut pleonasmum hic constituamus, et τὸ non minus vacare quam in locis ante allatis (præfixum particulis μὴ οὐ, sequente infinitivo,) dicamus : neque alium in τὸ τί quam in τὸ πῶς pleonasmum esse velimus. Scio enim alioqui τὸ τί ad illum Atticum particulæ τέ usum posse referri, quo ei articulum τὸ supervacaneum præfigunt. Verum aliud postea genus pleonasmi in τὸ πῶς constituendum esset. Idemque fortassis et de isto Pauli loco dicendum fuerit, Ad Rom. 8, [26] : Τὸ γὰρ τί προσευξώμεθα καθ' ὃ δεῖ, οὐκ οἴδαμεν. At vero de articulo τὸ qui legitur Marc. 9, [23] : Εἶπεν αὐτῷ τὸ, εἰ δύνασαι πιστεῦσαι, πάντα δυνατὰ τῷ πιστεύοντι, aliud dicendum esse videtur : ideoque alii hujus Capitis loco cum reservabo.

Ut autem ab accus. illo τὸ, quem ex Thuc. attuli, veniam ad gen. τοῦ, sciendum est, quemadmodum cum τὸ infinitivum subaudiri dixi, ita nonnunquam gen. τοῦ infinitivo elliptice jungi, quod nimirum ante genitivum τοῦ vel ἕνεκα vel aliquid ejusmodi subaudire oporteat. Atque ut ex illis ipsis scriptis, unde modo exempla protuli, nunc quoque proferam, legitur ap. Matth. 2, [13] : Μέλλει γὰρ Ἡρῴδης ζητεῖν τὸ παιδίον, τοῦ ἀπολέσαι αὐτό· 3, [13] : Τότε παραγίνεται ὁ Ἰησοῦς ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας ἐπὶ τὸν Ἰορδάνην πρὸς τὸν Ἰωάννην, τοῦ βαπτισθῆναι ὑπ' αὐτοῦ· ubi nemo non videt τοῦ pro ἕνεκα τοῦ dictum esse. Interdum vero τοῦ

μὴ in iisdem Evangelicis scriptis cum eadem subauditione dicitur. Quod si quis hunc usum articuli τοῦ suspectum habet, tanquam vetustis scriptoribus ignotum, legat quæ de illo disserui in Capite II, ubi de ellipsi adverbii ἕνεκα. Quin etiam illis exempla hæc addat: ex Thuc. 1, [23]: Τοῦ μή τινα ζητῆσαι ποτέ· 8, [14]: Τοῦ μὴ ἐξάγγελτοι γενέσθαι· 2, [22]: Τοῦ μὴ ὀργῇ τι μᾶλλον ἢ γνώμῃ ξυνελθόντας ἐξαμαρτεῖν. Sed in quodam Pauli loco invenio τοῦ μὴ idem valens ac ὥστε μή, meo quidem judicio: Ad Rom. 7, [3]: Ἄρα οὖν ζῶντος τοῦ ἀνδρὸς μοιχαλὶς χρηματίσει, ἐὰν γένηται ἀνδρὶ ἑτέρῳ· ἐὰν δὲ ἀποθάνῃ ὁ ἀνὴρ, ἐλευθέρα ἐστὶν ἀπὸ τοῦ νόμου· τοῦ μὴ εἶναι αὐτὴν μοιχαλίδα, γενομένην ἀνδρὶ ἑτέρῳ, Ita ut non sit, vel, Adeo ut non sit.

Venio ad illum articuli τὸ usum, cujus mentionem in Capite XI feci, cum dicerem esse et quoddam loquendi genus, quod articuli pleonasmum itidem (sed cum pleonasmo præpositionis ἐν) habere videretur. Legimus igitur ap. Thuc. 7, p. 258 meæ ed. [c. 71]: Ἄλλοι δὲ καὶ πρὸς ἀντίπαλόν τι τῆς ναυμαχίας ἀπιδόντες, διὰ τὸ ἀκρίτως ξυνεχὲς τῆς ἁμίλλης, καὶ τοῖς σώμασιν αὐτοῖς ἴσα τῇ δόξῃ περιδεῶς ξυναπονεύοντες, ἐν τοῖς χαλεπώτατα διῆγον. Quid de his verbis ἐν τοῖς χαλεπώτατα dicemus? Nemo quidem ἐν τοῖς χαλεπώτατα poni pro χαλεπώτατα negarit, ut opinor; sed rationem structuræ horum verborum reddere, hoc opus, hic labor est, mihi quidem certe. Nam scio quidem ἐν τοῖς μάλιστα etiam dici; sed cum alia natura sit adverbii μάλιστα quam illius χαλεπώτατα, aliud etiam de uno loquendi genere quam de altero judicandum videtur. Ut autem melius id perspici possit, illius quoque posterioris, ἐν τοῖς μάλιστα, exempla proferenda sunt. Primum eorum ex hoc ipso scriptore petam, p. 291 [8, 90]: Ἀνὴρ ἐν τοῖς μάλιστα καὶ ἐκ πλείστου ἐναντίος τῷ δήμῳ. Plato Epist. 10: Ἀκούω Δίωνος ἐν τοῖς μάλιστα ἑταῖρον εἶναί σε. Plut. Symp. 4 [p. 670, D]: Τιμᾶν ἐν τοῖς μάλιστα τὸν χερσαῖον ἐχῖνον. Tale esse hoc loquendi genus ἐν τοῖς μάλιστα dico, quale apud Latinos Ut qui maxime, vel Quam qui maxime. Veluti cum Cic. dicit, Ad fam. 5, scribens Metello, Tam enim sum amicus reipublicæ quam qui maxime. Siquidem non aptius posse reddi puto hæc Latina verba quam istis Græcis, φίλος εἰμὶ ἐν τοῖς μάλιστα. Miror itaque quid venerit in mentem scholiastæ Thuc. ut ἐν τοῖς μάλιστα exponeret ἐν τοῖς ἰσχυροτάτοις, in illo quem attuli loco. Nec solum ab eo hanc expositionem, sed et a quolibet alio hoc genus loquendi habente alienam prorsus esse hanc illius schol. expositionem arbitror. Ceterum cum dicendo ἐν τοῖς μάλιστα, subaudiri aliquid manifestum sit, commode participium οὖσι subauditum iri puto, una cum dativo plurali sumpto ex præcedentibus. Exempli gratia, Φίλος εἰμὶ ἐν τοῖς μάλιστα· adde extrinsecus, οὖσι φίλοις. Sic ἐχθρός εἰμι ἐν τοῖς μάλιστα· addo, οὖσιν ἐχθροῖς. Nunc autem videndum est an de altero illo genere loquendi ἐν τοῖς χαλεπώτατα dici a nobis itidem possit. Equidem si talem subauditionem locum habere et ibi velimus, cum ἐν τοῖς χαλεπώτατα διῆγον, extrinsecus assumere oportebit διάγουσι: hoc modo, Διῆγον ἐν τοῖς διάγουσι χαλεπώτατα: perinde sc. ac si diceretur, ἦσαν τῶν χαλεπώτατα διαγόντων. Nisi liceat, aliter accipiendo præp. ἐν, ita exponere, διῆγον ὁμοίως τοῖς χαλεπώτατα διάγουσι: vel, ὥσπερ οἱ χαλεπώτατα διάγοντες. Et quoniam de genere loquendi agitur, quod insolens esse puto, si itidem insolentem quampiam expositionem afferre liceat, dixerim videndum num verba illa, ἐν τοῖς χαλεπώτατα διῆγον, resolvi et hoc modo possint, διῆγον ἐν τοῖς κακοῖς ἅ ἐστι χαλεπώτατα. Hæc sunt quæ nunc de isto articuli usu cum hoc adverbio habeo quæ dicam. Ea certe vereor ut aliis satisfactura sint, cum mihi ipsi parum satisfaciant. Verum si viam saltem alicui ad meliorem quampiam expositionem aperuerint, non inutilis hæc mea disquisitio fuerit. Non valde equidem mirum videri debet, tales quasdam phrases inveniri, in quibus structuræ verborum iniri ratio non possit, cum multæ in vernaculis etiam linguis occurrant, in quibus eodem pacto hærere cogimur: quod nec caput nec pes (si isto proverbio hac in re uti licet) in iis appareat.

Articulum Attici a nomine suo (i. e. nomine cui præfigitur, et jungi debet,) nonnunquam disjungunt: idque duobus modis faciunt. Interdum enim unum duntaxat vocabulum interjicitur, interdum duo, et plura etiam nonnunquam. Soph. Antig. [313]: Ἐκ τῶν γὰρ αἰσχρῶν λημμάτων τοὺς πλείονας Ἀτωμένους ἴδοις ἂν ἢ σεσωσμένους. Aristoph. Ach. [341]: Τοὺς νῦν μοι λίθους χαμᾶζε πρῶτον ἐξεράσατε· Pl. [166]: Ὁ δὲ κναφεύει τις, ὁ δὲ πλύνει κώδια, pro ὁ δέ τις κναφεύει. Xen. Symp. [3, 8]: Ὁ μὲν δὴ Ἑρμογένης ἀνήρετο. Lucian. Nigrino: Τὸ γάρ μοι πάθος τὸ ἐν τῷ ὀφθαλμῷ ηὔξετο. Apud Eund. aliam trajectionem habemus, quæ durior videri possit, interjecta quidem unica voce, sed articulo alium præfixum habente, in fine ejusd. Dialogi, Τὸ τοῦ ἄρα Τηλέφου ἀνάγκη ποιεῖν. Ac dubitari etiam possit fortassis an ita scripserit. Ceterum in præcedentibus quidem locis vel unum vel duo duntaxat interjecta habes vocabula; at in isto plura, Οἱ δὲ τὰ μαλθακὰ καὶ κοῖλα τῆς χώρας Αἰγύπτιοι γεωργοῦντες· quæ verba sunt quidem Plutarchi Symp. 4 fin., sed eum Attici alicujus scriptoris exemplo ita locutum esse credibile est. Invenitur autem hic articuli usus (quo sc. a suo nomine sejungitur, quibusdam vocabulis interjectis,) apud epicos quoque poetas. Sed quoniam ex eorum principe Homero exempla mihi nunc non veniunt in mentem, (quamvis aliquot me apud illum observasse meminerim,) lectorem ejus rei certiorem fecisse contentus in præsentia ero.

Verum monendus mihi est lector, nonnullos locos videri posse talem præcedente articulo trajectionem habere, qui tamen eam minime habeant. Exempli gratia, ubi dicitur, Ὁ δὲ ὑπέσχετο σύννους καὶ κατηφὴς, non existimandum est adjectiva σύννους et κατηφὴς jungi cum articulo ὁ (interjecto verbo ὑπέσχετο), sed potius cum partic. ὢν subaudito: perinde ac si diceretur, Ὁ δὲ ὑπέσχετο, σύννους ὢν καὶ κατηφής. Quod si etiam dicatur, Ὁ δὲ σύννους καὶ κατηφὴς ὑπέσχετο, subaudietur itidem illud partic. ὤν. Sed tutius fuerit post ὁ δὲ et post κατηφὴς interpungere: hoc modo, Ὁ δὲ, σύννους καὶ κατηφὴς, ὑπέσχετο. Loci quoque multi occurrunt, in quibus nisi inter ὁ δὲ et participium interpungatur, a vera interpretatione aberrare lector poterit. In nonnullis vero prætermissa interpunctio inter adjectivum et substantivum articulo proximum, a vera itidem interpretatione abduxit. Possitque (ut opinor) exemplo esse hic locus, Matth. 6, [16]: Ὅταν δὲ νηστεύητε, μὴ γίνεσθε ὥσπερ οἱ ὑποκριταὶ σκυθρωποί. Interpretes enim hunc l. non aliter reddunt quam si dictum esset μὴ γίνεσθε ὥσπερ οἱ σκυθρωποὶ ὑποκριταί: ut sc. σκυθρωποὶ sit hypocritarum epithetum, cum tamen eo sensu videatur potius dicturus fuisse hic scriptor, μὴ γίνεσθε ὅμοιοι τοῖς ὑποκριταῖς, quam μὴ γίνεσθε ὥσπερ οἱ ὑποκριταί: aut certe (utendo ita adverbio ὥσπερ), μὴ γίνεσθε ὥσπερ ὑποκριταὶ οἱ σκυθρωποί: sive, ὥσπερ οἱ σκυθρωποὶ ὑποκριταί. At interpunctio posita inter ὑποκριταὶ et σκυθρωποὶ, his difficultatibus nos liberat: hoc modo, μὴ γίνεσθε, ὥσπερ οἱ ὑποκριταὶ, σκυθρωποί: pro, μὴ γίνεσθε σκυθρωποὶ, ὥσπερ οἱ ὑποκριταὶ σκυθρωποί εἰσι. Posse autem et hoc modo intelligi ista verba, auctor novissimæ Interpretationis admonuit. Sed his de rebus alius erit dicendi locus, ubi etiam ostendam multo majorem sensus differentiam et majoris quam illo in loco momenti, ex ejusmodi interpunctione vel adhibita vel omissa, interdum oriri. Ut autem dicebam, in illa oratione, Ὁ δὲ ὑπέσχετο σύννους καὶ κατηφὴς, adjectiva σύννους et κατηφὴς minime jungi cum articulo ὁ, ita sciendum est duo nomina nonnunquam articulo subjungi, interjecto verbo quopiam, quorum unum quidem articulo jungendum sit, alterum non item. Exemplo mihi erit iste Xen. locus, Hell. 6, p. 355 meæ ed. [5, 26]: Οἱ δὲ ἀνέβησαν παμπληθεῖς Ἀρκάδες. Hic enim dico trajectum esse substantivum Ἀρκάδες, et ad articulum οἱ tendere: adj. autem παμπληθεῖς, non item. Neque enim voluisse Xen. dicere, Οἱ δὲ παμπληθεῖς Ἀρκάδες ἀνέβησαν, sed οἱ δὲ Ἀρκάδες ἀνέβησαν, παμπληθεῖς ὄντες. Et hæc quidem esse ejusmodi scio, quæ pauci animadvertant, sed quæ tamen alicubi non animadversa, in errorem non levem impellere queant:

eoque studiosius illorum te admoneo. Verum ut aliquos locos nullam ejusmodi trajectionem habere docui, cum tamen ea subesse illis videatur, ita vicissim nonnullos esse sciendum est, qui eam habeant, cum tamen prima fronte nullam habere videri possint. Plato in Timæo [p. 29, C] : Ἐὰν οὖν, ὦ Σώκρατες, πολλὰ πολλῶν εἰπόντων περὶ θεῶν καὶ τῆς τοῦ παντὸς γενέσεως, μὴ δυνατοὶ γιγνώμεθα πάντη πάντως ἂν τοὺς αὐτοὺς αὐτοῖς ὁμολογουμένους καὶ ἀπηκριβωμένους λόγους ἀποδοῦναι, μὴ θαυμάσῃς· ἀλλ' ἐὰν ἄρα μηδενὸς ἧττον παρεχώμεθα εἰκότας, ἀγαπᾶν χρή. Hic enim quis primo aspectu τοὺς jungi cum αὐτοὺς non existimet? Atqui Plato non significare vult τοὺς αὐτοὺς, sed τοὺς cum participio ὁμολογουμένους trajecto jungit; perinde enim est ac si scripsisset, τοὺς ὁμολογουμένους αὐτοὺς αὐτοῖς. Quod animadvertit et M. Tullius, ita locum illum interpretans : Quocirca si forte de deorum natura ortuque mundi disserentes, minus id quod habemus in animo, consequimur, ut tota dilucide et plane oratio exornata sibi constet, et ex omni parte secum ipsa consentiat : haud sane erit mirum; contentique esse debetis, si probabilia dicentur.

Articulus pronominis etiam officio fungitur apud Atticos aliquando. Incipiam autem ab iis quæ Bud. de hoc usu tradit. Ut ὅδε et τόδε pro οὗτος et τοῦτο per compositionem dicitur, (velut ap. Dem. Περὶ παραπρ.: Τοῦτο δὲ δεῖ σκοπεῖν, οὐχ ὡς ὅδε Φωκέας ἀπώλεσε καθ' ἑαυτόν,) sic extra compositionem ὁ δὲ pro οὗτος δέ : vel, ut Aristot., pro ὅδε δὲ, Hic autem. Synes. : Τρίτον μὲν ἔτος τοῦτο ἤδη ἐξήκει μετὰ τὴν ἀμνηστίαν, ὁ δὲ οὐκ ἐβάδισε τὴν εὐθὺ Βιθυνίας. Pausan. : Ἀφικομένων δὲ τῶν ἀγγέλων, ὡς οὖν τὰ γράμματα ἀπεδόθη, ὧν μὲν εἶχε τὰ βιβλία ἀνεγίνωσκεν οὐδέν, ὁ δὲ ἤξειν τὴν συμμαχίαν ἔλεγε, Ipse vero. Aliquanto post, (nam quæ de ὁ μέν τις et de ὁ δέ τις tradit, interniscenda non censeo,) scribit, Ponunt etiam τὸν pro τόνδε, et τὸ pro τοῦτο. Lysias : Νῦν δὲ πρέπον ἐστὶ καὶ ὑμᾶς ἀκοῦσαί μου· καί μοι κάλει τὸν καὶ τόν. Verba sunt jubentis testes in medium prodire. H. e. τόνδε καὶ τόνδε, Hunc et illum. Plato in Euthydemo : Πολλὰ μὲν οὖν καὶ ἄλλα καλὰ οἱ λόγοι ὑμῶν ἔχουσιν, ἐν δὲ τοῖς καὶ τοῦτο μεγαλοπρεπέστερον. Hæc sunt quæ Bud. de isto articuli usu tradit, quibus exempla permulta possem adjicere; sed cum valde frequens sit ille usus cum adjectione illa particularum μὲν et δὲ, absque hac vero non item, non alios proferre libet locos quam eos ubi particulæ illæ non adjunguntur. Sed prius lectorem moneo, non esse habendam Thuc. scholiastæ fidem, ubi ἐν τοῖς exponens ἐν τούτοις, poeticum esse hunc usum tradit. In hunc enim l. 1, p. 2 [c. 6] : Ἐν τοῖς πρῶτοι δὲ Ἀθηναῖοι τόν τε σίδηρον κατέθεντο, καὶ ἀνειμένῃ τῇ διαίτῃ τῇ ἐς τὸ τρυφερώτερον μετέστησαν, annotat, ἐν τοῖς dictum esse pro ἐν τούτοις : idque poetice. Movit autem illum particula δὲ ut hoc diceret; addit enim, ὑπερβιβάζεται γὰρ ὁ δέ : sentiens nimirum, ἐν τοῖς πρῶτοι δὲ dictum esse pro ἐν τοῖσδε πρῶτοι. Verum hæc ratio, quam addit, magis eum accusat quam excusat. Siquidem non solum inusitatus est talis ὑπερβιβασμὸς ipsis etiam poetis, sed ineptus quoque, nihilque cum aliis horum ὑπερβιβασμοῖς commune habens. Quid igitur particula δὲ faciendum putas? roget aliquis. Equidem in δὴ mutandam censeo, si πρῶτοι retineatur : aut ex πρῶτοι faciendum πρώτοις, si δὲ retinere velimus. Neque vero ex conjectura, sed ex vet. cod. petitæ sunt hæ lectiones, (ut in meæ ed. margine videre est,) quarum tamen posteriorem ἐν τοῖς πρώτοις δὲ, præfero priori, quæ habet, ἐν τοῖς πρῶτοι δή. Ceterum Thuc. minime voluisse dicere ἐν τοῖς πρῶτοι δὲ pro ἐν τοῖσδε πρῶτοι, ex aliis quoque ipsius locis colligi potest, ubi ἐν τοῖς pro ἐν τούτοις sine adjectione illa legitur. Ex illis est hic, 3, p. 88 [c. 17] : Ἐν τοῖς πλεῖσταις δὴ νῆες ἅμ' αὐτοῖς ἐνεργοὶ κάλλει ἐγένοντο. Exp. certe idem schol. hoc etiam in loco ἐν τούτοις : sed addens, τοῖς χρόνοις, ἢ τοῖς Ἀθηναίοις. Habuisti autem et ex Plat. paulo ante ἐν δὲ τοῖς pro ἐν δὲ τούτοις. Quod si in Thucydideis exemplis pergendum est, legitur ap. eum et μετὰ τοὺς pro μετὰ τούτους : ubi tamen est alia scriptura, μετὰ τοῦτο. Invenitur insuper διὰ τὸ pro διὰ τοῦτο, 7, p. 257 [c. 71] : Πάντων γὰρ δὴ ἀναχειμένων τοῖς Ἀθηναίοις ἐς τὰς ναῦς, ὅ,τε φόβος ἦν ὑπὲρ τοῦ μέλλοντος οὐδενὶ ἐοικὼς, καὶ διὰ τὸ, ἀνώμαλον καὶ τὴν ἔποψιν τῆς ναυμαχίας ἐκ τῆς γῆς ἠναγκάζοντο ἔχειν. Et hæc quidem sunt, quæ nunc suppetunt ex isto scriptore exempla. Ex Dem. autem addi possunt hi loci iis qui jam allati fuerunt : Philipp. 3 [p. 128, 17] : Ἔδει γὰρ τὸ ποιῆσαι, καὶ τὸ μὴ ποιῆσαι· Pro cor. [p. 308, 4] : Εἰ τὸ καὶ τὸ ἐποίησεν ἄνθρωπος οὑτοσὶ, οὐκ ἂν ἀπέθανεν, quod Gallice diceres, *S'il eust fait telle chose et telle.* Quin etiam τὰ καὶ τὰ ap. Eund. habemus, Or. c. Mid. : Τὰ καὶ τὰ πεπονθὼς ὁ δεῖνα. Videndum autem an τοῦ accipi pro τούτου itidem possit in isto ejusd. Oratoris loco, nec non in similibus : Βουλευομένων ὑμῶν οὐ περὶ τοῦ εἰ ποιητέον τὴν εἰρήνην, ἀλλ' ὑπὲρ τοῦ ποίαν τινά. Quod si τοῦ hic pro τούτου poni dixerimus, eod. fortasse modo τὸ pro τοῦτο poni dicendum erit in illo Marci loco quem antea protuli, Εἶπεν αὐτῷ τὸ, εἰ δύνασαι πιστεῦσαι, πάντα δυνατὰ τῷ πιστεύοντι. Sciendum est porro, in nonnullis scriptorum locis exemplaria quædam articulum, quædam contra pronomen, pro quo ipsum poni dico, habere : ut ap. Plut. Cat. Maj., pro, Τὸ δ' οὐκ ἀληθές ἐστιν, quidam codd. habent, Τοῦτο δὲ οὐκ ἀληθές ἐστιν. Illum autem Thuc. locum quem antea dixi habere μετὰ τοὺς pro μετὰ τούτους, in exemplum hujus rei non affero, quod altera lectio non habeat pronomen ejusdem numeri et generis, cum pro μετὰ τοὺς non legatur μετὰ τούτους, sed μετὰ τοῦτο.

Nolim autem omittere, (antequam huic sermoni finem imponam,) τὰ exponi etiam τινὰ, a schol. Thuc. 3, p. 103 [c. 61] : Νῦν δὲ πρὸς μὲν τὰ ἀντειπεῖν δεῖ, τῶν δὲ ἔλεγχον ποιήσασθαι. Verum eadem ratione et τῶν δὲ exponere debuit τινῶν δέ. Est certe in illo Thuc. loco observandum, eum particulæ μὲν aliam quam usitatam sedem dedisse. Cum enim dicendum esset, consuetudinem vulgaris sermonis servando, πρὸς τὰ μὲν, (sicut sequitur τῶν δὲ,) maluit καινοπρεπῶς dicere πρὸς μὲν τά. Non est alioqui quod valde miremur τὰ pro τινὰ, cum passim usitati sint gen. et dativus singulares masculini in hac ipsa signif., sed carentes accentu. Scimus enim plurimis in locis του pro τινὸς, et τῳ pro τινὶ occurrere. Sed librarii perperam alicubi accentum retinuerunt, qui hunc usum nobis occultat, ut ap. Thuc. p. 161 [4, 124] : Καὶ ἐχόντων τῶν μὲν πεζῶν λόφον ἑκατέρωθεν, πεδίου δέ του μέσου ὄντος, οἱ ἱππῆς ἐς αὐτὸ καταδραμόντες ἱππομάχησαν πρῶτα ἀμφοτέρων. Edd. enim, quæ meam præcedunt, habent hic τοῦ pro του. (Usurpari autem hoc του, sicut et τῳ, fem. quoque genere, docebo paulo post.) Jam vero quemadmodum του et τῳ sine accentu, pro τινὸς et τινί : sic τοῦ et τῷ pro τίνος et τίνι poni satis notum est.

Hoc præterea sibi peculiare in articuli usu habent Attici, ut masculinum ejus genus pro feminino usurpent. Neque tamen in unoquoque numero eam sibi libertatem sumunt, sed in duali duntaxat, quod sciam. Possunt autem exemplis hujus rei quæ attuli supra, Capite VIII (cum sc. agerem de Attica usurpatione masculinorum nominum pro femininis,) addi ex Thuc. cum alia, tum vero τὼ πόλεε, et τοῖν πόλεοιν. Libro enim 5, p. 173 [c. 23] in quodam Societatis Fœdere legitur, Καταλύειν δὲ ἅμα ἄμφω τὼ πόλεε· 3, p. 175 [c. 29] : Εὔορκον εἶναι, προσθεῖναι καὶ ἀφελεῖν ὅ,τι ἂν ἀμφοῖν τοῖν πόλεοιν δοκῇ, Λακεδαιμονίοις καὶ Ἀθηναίοις. Legitur item et ap. Isocr. [p. 44, B], τὼ δύο πόλεε. Ap. Plat. in Leg. habemus τὼ τέχνα. Quibus simile est ap. Xen. τὼ ἡμέρα.

Quod si ubi του et τῳ sine accentu ponuntur pro τινὸς et τινὶ, sunt ibi quoque articuli, eorum in fem. quoque genere usus, (i. e., cum nomine fem. generis,) ad sermonem hunc pertinet. Soph. OEd. T. [80] : Ὦ ναξ Ἄπολλον· εἰ γὰρ ἐν τύχῃ γέ τῳ Σωτῆρι βαίη λαμπρὸς ὥσπερ ὄμματι. Ubi schol. annotat, quemadmodum ὅντινα communis est generis Æolibus, sic Atticis του et τῳ : ut, οὔτε του κλύων σάλπιγγος : et του χρείας : et ἐν τύχῃ γέ τῳ.

At in postpositivi articuli usu Attico istud præcipue observatione dignum existimo, quod pronominis loco ponitur. Dicitur enim ὅς pro οὗτος, s. ἐκεῖνος :

itidemque οἳ pro οὗτοι s. ἐκεῖνοι : suntque hujus usus exempla satis frequentia. Sed non immerito dubitarit quispiam an vocula ista cum hanc signif. habet, dicenda sit esse articulus loco pronominis, an potius non jam articulus esse, sed pronomen. Habet vero et alium usum illa particula : ut videre est in isto A Dem. loco, Or. pro cor.: Ἃς μὲν κατείληφε πόλεις τῶν ἀστυγειτόνων, τινὰς δὲ πορθεῖ. Sed eadem dubitatio hic quoque moveri potest.

De eo autem postpositivi articuli usu, quo adjunctum sibi habet præpositivum, dictum fuit supra.

CAPUT XII.

DE NONNULLIS, QUÆ ATTICI

IN PRÆPOSITIONUM USU SIBI VINDICANT.

Partes indeclinabiles nequaquam omittendæ fuerint, cum in earum potissimum usu suum quoddam jus Attici obtineant, atque adeo non minimam ornamentorum suæ linguæ partem in iis repositam habeant. Cum autem multo plura de iis dici possint quam hic a me dicentur, operam dabo saltem ut ista viam ad eorum quæ omiserim investigationem patefaciant.

Præpositiones aliquas suam construct. Atticam habere, i. e. Atticis peculiarem, docui supra, in Capite III. Præsertim vero præp. ἐπὶ cum gen., vice accusativi, familiarem esse illis ostendi. Ab illa autem ad alias veni : ut ibi videbis.

Neque vero Atticus sermo in præpositionum usu a linguæ communis sermone differt ea re tantum quod constr. nonnullis aliam tribuat; sed etiam usurpare unam pro altera sibi permittit : ut ἐν pro εἰς, ac vicissim εἰς pro ἐν. Sic ἐπὶ cum accus. pro κατὰ habente suum gen., Atticis posse ascribi, docui ibidem.

Sed hoc quoque sciendum est, eos in compositione præp. ὑπὸ loco τῆς πρὸ nonnunquam usurpare. Quod supra dictum est, (inquit Bud.,) ὑπόθεσιν esse ἀντὶ τῆς προθέσεως, Atticorum est locutio : ut ὑπαγορεύειν pro προαγορεύειν. Isocr. Parag. [p. 378, B] : Ἐγὼ δ' οὔθ' ὑμᾶς ταύτην ἔχειν τὴν γνώμην ἡγοῦμαι, πρός τε τοὺς ὑπειρημένους λόγους ῥᾴδιον ἀντειπεῖν νομίζω, i. e. προειρημένους, Supradictos. Aristoph. Pl. [997] : Ὑπειπούσης θ' ὅτι Εἰς ἑσπέραν ἥξοιμι, Cum prædixissem. Itidem Dem. participio ὑπειπὼν utitur pro προειπών : scribens, Τοσοῦτον ὑπειπὼν, Si hoc tantum prædixero. Insigne autem hujus usus exemplum habemus et in verbo ὑφηγεῖσθαι, cum ap. alios, tum ap. Thuc. : ut 1, in fine orationis Atheniensium [c. 78] : Πειρασόμεθα ἀμύνεσθαι πολέμου ἄρχοντας ταύτῃ, ᾗ ἂν ὑφηγῆσθε, Si nos bello lacessiveritis, vim a vobis illatam propulsare conabimur, eandem qua vos præiveritis viam tenentes. Schol. certe ὑφηγεῖσθαι ait hic esse ὁδηγεῖν : sed melius fortassis hæc expositio aliis quibusdam locis conveniret : ut isti Plutarchi, ubi de Pompejo fugiente loquitur [c. 76 extr.] : Καὶ δαίμων ἐκείνην ὑφηγεῖτο τὴν ὁδόν. Hic enim in propria signif. accipitur, at illic metaphorice viæ appellatio sumitur : perinde ac si diceretur, Exemplum vestrum sequentes. Apud Plat. dicitur θεὸς ὑφηγεῖσθαι, in Epinomide : Ἀλλ' οὐδ' ἂν διδάξειεν εἰ μὴ θεὸς ὑφηγοῖτο. Aristoteli autem frequens est partic. ὑφηγημένος in passiva signif., obtinente eodem modo præpositione ὑπὸ locum præpositionis πρὸ, sic tamen ut non itidem προηγημένος ea signif. dici putem; Eth. 2, 7 : Νῦν δὲ περὶ τῶν λοιπῶν λέγωμεν κατὰ τὸν ὑφηγημένον τρόπον· Meteor. 3 : Τὸν ὑφηγημένον τρόπον λέγοντες· Polit. 1 : Ὅλως δὲ περὶ πάσης κτήσεως καὶ χρηματιστικῆς θεωρήσωμεν κατὰ τὸν ὑφηγημένον τρόπον· De gen. anim. 3 : Περὶ δὲ τῶν ἐντόμων καὶ τῶν ὀστρακοδέρμων λεκτέον κατὰ τὴν ὑφηγημένην μέθοδον. Adeoque receptus in hoc verbo fuit hic præpositionis ὑπὸ usus, ut in ejus etiam verbalibus, ὑφήγησις et ὑφηγητὴς, servatus fuerit. Sed ad Thuc. ut revertar, sicut ὑφηγεῖσθαι pro προηγεῖσθαι, ita et ὑπολαμβάνειν pro προλαμβάνειν dixisse existimatur, 1, p. 22 [c. 68] : Οὐ γὰρ ἂν Κέρκυράν τε ὑπολαβόντες βίᾳ ἡμῶν εἶχον, καὶ Ποτίδαιαν ἐπολιόρκουν. Hic enim ὑπολαβόντες i. esse q. προλαβόντες, censet Bud.; sed haud scio an assentiri illi C debeam. Videtur enim potius præpositione ὑπὸ ostendi eos urbem illam clam, vel ex insidiis, non autem aperto marte, occupasse. Qualem vim ap. eund. scriptorem in eodem verbo habet, 6, p. 216 [c. 58] : Ὁ δὲ, τοῖς ἐπικούροις φράσας τὰ ὅπλα ὑπολαβεῖν, ἐξελέγετο εὐθὺς οὓς ἐπῃτιᾶτο, ubi schol. exp. ὑφαρπάσαι. Verum ut in exemplis pergam, sic ὑπέδειξε pro προέδειξε dixit Isocr. Ad Phil. : Ὁ δὲ διαλλάξας τὰς πόλεις πρὸς ἀλλήλας, ὑπέδειξε τοῖς ἐπιγιγνομένοις μεθ' ὧν χρὴ καὶ οὓς δεῖ τοὺς πολέμους ἐκφέρειν. Eodemque modo ὑποφθάνω pro προφθάνω, et ὑπάγω pro προάγω, ὑφίεμαι pro προΐεμαι, aliaque itidem multa dicuntur. Hoc unum addam, quosdam et verbum ὑπονοεῖν similiter pro προνοεῖν accipiendum censuisse in isto Thuc. loco, 3, [82] : Ἐπιβουλεύσας δέ τις τυχὼν, ξυνετός· καὶ ὑπονοήσας, ἔτι δεινότερος. Sed hanc expositionem non libenter admiserim.

Est præterea quædam præpositio, quam Attici sibi vindicant, sc. ὡς : ab illis enim hic particulæ ὡς usus loco τῆς πρὸς, profectus esse existimatur.

D Hoc quoque Atticorum est, (et quidem in primis,) præpp. subaudiendas relinquere. Qua de re cum copiose disseruerim antea, ellipseos variarum præpp. sigillatim exempla proferens, eo te remittam. Sed vicissim aliquod pleonasmi præpositionis exemplum extat, ut ap. Demosth. : Μὴ γὰρ οἴεσθε αὐτὸν, ὑπὲρ ὧν ἤρνηται μὴ λαβεῖν, ὑπὲρ τούτων ὑμῖν λειτουργεῖν ἐθελήσειν.

CAPUT XIII.

DE QUIBUSDAM, QUÆ IN CONJUNCTIONUM USU ATTICA ESSE CENSENTUR.

Conjunctionum quoque est aliquis usus Atticus, i. e. aliquid in earum etiam usu cum aliis minime commune habent Attici. Quod tamen non de omnibus conjunctionibus, sed de nonnullis duntaxat, a me dicitur.

Quarundam trajectione eos gaudere, ac præsertim particulæ γε, plerisque in locis videmus. Dem.: Ἀλλὰ μὴν ὑπέρ γε τοῦ προῖκα, ἢ μή, τὸ μὲν ἐκ τούτων λαμβάνειν ἐξ ὧν ἡ πόλις βλάπτεται, πάντες εὖ οἶδ' ὅτι φήσαιτ' ἂν εἶναι δεινόν. Hic enim dictum est ἀλλὰ μὴν ὑπέρ γε τοῦ, pro ἀλλὰ μήν γε ὑπὲρ τοῦ. Sic trajicitur in isto Ejusd. l. [p. 342, 27]: Καὶ μὴν περὶ ὧν γε προσετάξατε εἰπεῖν κτλ. Sic ap. Plat. Symp.: Οὐ μέντοι ἀλλὰ καὶ Σωκράτη γε κτλ., pro οὐ μέντοι ἀλλά γε. Alicubi tamen videri possit hæc conjunctio γε itidem debere jungi aliis conjunctionibus quæ ipsam præcedunt, cum minime jungi illis debeat. Quod fortasse dici de isto loco potest, qui est Ejusd. in Symp.: Οὐ μέντοι ἀλλὰ τά γε ἀληθῆ, εἰ βούλεσθε, ἐθέλω εἰπεῖν κατ' ἐμαυτόν. Invenitur alioqui sic trajecta hæc particula et cum ἦ μήν: ut in isto Aristoph. l. Pl. [608]: Ἦ μὴν ὑμεῖς γ' ἔτι μ' ἐνταυθοῖ μεταπέμψεσθον. Sic ap. Plat. Euthyd.: Ἦ μὴν καὶ τοπρότερόν γε ὑμῖν ἐφάνη καλὸν τὸ ἐρώτημα.

Sic γὰρ trajici videmus ab Aristoph. tum alibi tum in isto l., Pac. [222]: Ἀλλὰ ποῖ γὰρ οἴχεται; pro ἀλλὰ γὰρ ποῖ οἴχεται; Itidem ap. Thuc. 4, fin.: Καὶ ἐτύγχανε γὰρ τότε Ἰσχαγόρας κτλ., pro καὶ γὰρ ἐτύγχανε.

Sed magis mira fuerit hæc conjunctionis ἀλλὰ trajectio ap. Plat. Parmenide: Οὐ μὴν αὐτός γε ἀλλὰ καὶ πρότερον ἀκηκοέναι τοῦ Ζήνωνος. Ideo autem magis miram dixi, quod hic durior quam in præcedentibus locis esse videatur.

Supervacaneæ sunt plerumque ap. Atticos conjunctiones quædam: ac præsertim γε, et που, et τοι: ut docui supra, cum varia pleonasmorum Atticorum genera enumerarem. Inculcant autem potissimum particulam γε: ut videre est ap. Aristoph., cum alibi tum in isto Vesp. l. [1129]: Ἀλλ' οὖν πεπειράσθω γ' ἐπειδήπερ γ' ἅπαξ Ἐμοὶ σεαυτὸν παραδέδωκας εὖ ποιεῖν. Et paulo post, Μὰ τὸν Δί', οὐ τοίνυν γ', ἀτὰρ δοκεῖ γέ μοι Ἐοικέναι μάλιστα Μορύχου σάγματι. Sed iis in locis ubi ita inculcatur, dubitari potest in utro vacare dicenda sit. Minime autem mirari debemus ap. Atticos talem particulæ γε usum, cum eam pronomini quoque jungere videamus, et ita quidem ut ei cohæreat: dicentes ἔγωγε pro ἐγώ.

In earum autem numero, quæ aperte alicubi vacant, ponere possumus ἀλλὰ, veluti cum οὐ μὴν ἀλλ' οὐδὲ pro οὐ μὴν οὐδὲ dicitur. Alicubi vero hujus conjunctionis pleonasmo conjunctus est negativæ particulæ pleonasmus, ut ap. Aristoph. [Ran. 58]: Οὐ γὰρ ἀλλ' ἔχω κακῶς, pro ἔχω γὰρ κακῶς. Et ap. Plat. Euthyd.: Οὐ γάρ τοι ἀλλὰ τοῦτόν γε τὸν λόγον πολλῶν δὴ καὶ πολλάκις ἀκηκοὼς, ἀεὶ θαυμάζω. Invenitur et bis posita hæc conjunctio in uno eodemque orationis membro, sed ita ut priore loco omitti potuerit. Aristoph. Pl. [606]: Ἀλλ' οὐ μέλλειν χρή σ', ἀλλ' ἀνύτειν. Soph. El. p. 120 [881]: Μὰ τὴν πατρῴαν ἑστίαν ἀλλ' οὐχ ὕβρει Λέγω τάδ', ἀλλ' ἐκεῖνον ὡς παρόντα νῷν.

Vacantibus interdum conjunctionibus annumerari potest et γάρ. Invenitur enim ἀλλὰ γὰρ non aliud significans quam ἀλλά. Quin etiam scimus οὐ solum eandem interrogandi vim habere interdum, quam habet cum ei adjungitur particula γάρ. Quin etiam sine hoc adverbio interrogationi adhibetur, (sed diversæ a præcedenti,) cum tamen absque illa oratio non minus interrogativa esse possit. Atque adeo invenitur et post τίς, quod natura sua interrogandi vim habere scimus. Estque credibile, Latinos, dicentes itidem Quisnam pro Quis, voluisse τίς γὰρ exprimere. Siquidem præfigi etiam videmus alicubi particulam istam Nam: ut in isto Virg. loco, Nam quis te, juvenum confidentissime, nostras Jussit adire domos? Verum et alius est conjunctionis hujus pleonasmus: ubi nimirum geminatur; ut ap. Plat. Symp.: Εἰ γὰρ ἰσχυρὸς ὢν, βούλοιτο ἰσχυρὸς εἶναι· καὶ ταχὺς ὢν, ταχύς· καὶ ὑγιὴς ὢν, ὑγιής· ἴσως γὰρ ἄν τις ταυτὶ οἰηθείη καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα, τοὺς ὄντας τε τοιούτους καὶ ἔχοντας ταῦτα, τούτων ἅπερ ἔχουσι καὶ ἐπιθυμεῖν. Quem locum et Bud. affert, dicens γὰρ in eo redundare, ornatus causa. Sed non assentior illi de hoc, quem itidem affert, loco, ex eodem Plat. Dial.: Χαιρέτω δή· οὐ γὰρ ἔτι ἐγκωμιάζω τοῦτον τὸν τρόπον· οὐ γὰρ ἂν δυναίμην. Neque enim dixerim conjunctionem γὰρ hic repetitam, itidem esse supervacaneam, cum alii verbo jungatur, et per eam rationis (ut ita dicam) ratio redatur. Sic ap. Aristoph. non raro conjunctio ista invenitur repetita: Vesp. [1126]: Μὰ τὸν Δί'· οὐ γὰρ οὐδαμῶς μοι ξύμφορον. Καὶ γὰρ πρότερον κτλ. Paulo post, Κοὐ θαῦμά γ'· ἐς Σάρδεις γὰρ οὐκ ἐλήλυθας. Ἔγνως γὰρ ἄν· νῦν δ' οὐχὶ γιγνώσκεις. Quin etiam præcedente utrobique negativa particula οὐ invenitur iterata hæc conjunctio cum ap. alios tum vero ap. Plat., alibi quoque, (quod dico propter locum paulo ante ex ipso allatum,) ut in Apol. [p. 21, B]: Οὐ γὰρ δήπου ψεύδεται· οὐ γὰρ θέμις αὐτῷ. Sic ap. Æschin. Περὶ παραπρ.: Οὐ γὰρ ἂν τοῦτό γ' εἴποις ὡς ἔλαθεν· οὐ γὰρ ἠγνοεῖτο.

Conjunctionem καὶ esse ex numero illarum quæ ap. Atticos vacare solent, ex iis intelligere potuisti, quæ in Corinthum annotavi, nimirum in ejus Articulum XLV. Quorum nihil repetendum hic censui.

Inter has conjunctiones locum sibi vindicat non ultimum conjunctio ἄν: siquidem ejus pleonasmus variis ex locis testatus esse potest. Fuitque hujus pleonasmi facta et a Corintho mentio, Articulo XIII, ubi scribit, Καὶ τοῦτο Ἀττικὸν, τὸ προσλαμβάνειν πολλάκις ἐν τῷ αὐτῷ κώλῳ τὸν ἄν σύνδεσμον. Additque, huius usus conjunctionis ἂν exempla extare ap. Plat., nec non ap. Aristoph.: ut in hoc Avium l. [646], Ἡ δὲ Ἑλλὰς ἂν Ἐξερημωθεῖσ' ἂν ἡμᾶς ἔλαθεν. Sed aliter potius debuisse loqui videtur Corinthus, cum bis tantum assumatur in uno eodemque membro hæc vocula, i. e. geminetur, ut videre est in eo ipso quem affert ex Aristoph. loco. Cui addi potest et iste Ejusd. Pl. [486]: Οὐκ ἂν φθάνοιτον τοῦτο πράττοντ', ἢ τί γ' ἂν Ἔχοι τις ἂν δίκαιον ἀντειπεῖν ἔτι; Quo in l. ter quidem ponitur, sed bis tantum in eodem membro et cum uno verbo. Sic Vesp. [508]: Ἐγὼ γὰρ οὐδ' ἂν ὀρνίθων γάλα Ἀντὶ τοῦ βίου λάβοιμ' ἄν, οὗ με νῦν ἀποστερεῖς. Sic et ap. Dem.: Ἔτι δὲ τὸ πρᾶγμ' ἂν ἐξελέγξαι ζητῶν,

ἐξήτησεν ἄν με τὸν παῖδα τὸν γράφοντα τὰς μαρτυρίας. Utitur et Plato hoc pleonasmo : (quod testatur et Corinthus, sed exemplum nullum afferens :) ut Legum 4 : Τὰ ποῖ' ἂν λεγόμενα, ὀρθότατ' ἂν φέροιτο. Apud Eund. ἄν, præcedente κἂν (qua includuntur καὶ et ἂν), in Alcibiade secundo [p. 142, D] : Ἀλλὰ κἂν εὔξαιντο ἂν γενέσθαι, εἴ τῳ μὴ παρόντα τυγχάνοι.

Inveniuntur etiam conjunctiones ὡς et ὅτι positæ ἐκ παραλλήλου, vacante altera. Xen. Hell. 6, [5, 13]: Ἐνταῦθα γνόντες οἱ Μαντινεῖς ὡς εἰ μὴ ἀποκρούσονται αὐτοὺς, ὅτι πολλοὶ σφῶν καταχοντισθήσονται, ὑποστρέψαντες ὁμόσε ἐχώρησαν τοῖς ἐπικειμένοις.

Fortasse autem vacare dici possit et δὲ quibusdam in locis, ubi tamen potius signif. suam mutare existimatur : ut mox docebo.

Non omnes tamen conjunctiones, quæ itidem repetuntur, πλεονάζειν dicendæ sunt. Videmus enim particulam δὲ non semel repeti tantum, sed aliquoties : verum ita ut aliquam vim aut saltem ornatum aliquem orationi addere videatur. Dem. De male obita legat. : Ποῖος γὰρ στρατηγὸς Ἅλον, ποῖος δὲ Φωκέας ἀπολώλεκε; τίς δὲ Δορίσκον; τίς δὲ Κερσοβλέπτην; τίς δὲ Ἱερὸν Ὄρος; τίς δὲ Πύλας;

Ad conjunctiones venio, quibus Attici suam etiam signif. interdum mutant. Præcipue autem conjunctioni δὲ frequenter contingit ut aliam quam suam (i. e. propriam) signif. accipiat. Atque ex iis quas accipit signiff. est ea non rarissima, qua ponitur pro δή : atque adeo ap. Hom. quoque aliquoties ita usurpatur, ipso etiam Eust. teste : ut Il. Z, [479] : Καί ποτέ τις εἴπῃσι, πατρὸς δ' ὅγε πολλὸν ἀμείνων. Sed alicubi vult pro δὴ accipi, ubi minime illi assentior : quod signif. suam obtinere posse videatur; ut [ib. 151] : Ὄφρ' εὖ εἰδῇς Ἡμετέρην γενεήν· πολλοὶ δέ μιν ἄνδρες ἴσασιν. Quin etiam in eo dissentio ab isto schol. quod uno eodemque in loco conjunctionem hanc δὲ pro δὴ accipi et vacare tradit; ut Od. Ξ, [402] : Ξεῖν', οὕτω γάρ κέν μοι ἔϋκλεὴς τ' ἀρετή τε Εἴη ἐπ' ἀνθρώπους ἅμα τ' αὐτίκα καὶ μετόπισθεν, Ὅς σ' ἐπεὶ ἐς κλισίην ἄγαγον, καὶ ξείνια δῶκα, Αὖθις δὲ κτείναιμι, φίλον τ' ἀπὸ θυμὸν ἕλοίμην. Hic enim annotat, περιττὸς ὁ δέ σύνδεσμος, ληφθεὶς συνήθως ἀντὶ τοῦ δή. Eodemque modo in Il. A, [131] : Μηδ' οὕτως, ἀγαθός περ ἐών, θεοείκελ' Ἀχιλλεῦ, Κλέπτε νόῳ, annotat, ἀργὸν κεῖσθαι τὸν δέ σύνδεσμον, ληφθέντα ἀντὶ τοῦ δή. Verum ita fortassis excusandus fuerit, ut dicamus eum intelligere δὲ poni pro δὴ, et nihilominus tamen habendam pro supervacanea : utpote quæ ponatur pro alia conjunctione, quæ et ipsa supervacanea sit. Idem hanc conjunctionem δὲ, vel pro δὴ vel pro ἀλλὰ posse accipi existimat, in isto l. Il. Δ, [264] : Εἴπερ γάρ τ' ἄλλοι γε καρηκομόωντες Ἀχαιοὶ Δαιτρὸν πίνωσιν, σὸν δὲ πλεῖον δέπας αἰεὶ Ἕστηχ' ὥσπερ ἐμοὶ, πιέειν ὅτε θυμὸς ἀνώγοι. Existimatur equidem Atticus esse is particulæ δὲ usus, quo ponitur pro δὴ, (quem ab Hom. profectum esse credibile est,) cum potius ap. Atticos scriptt. aut illorum imitatores, quam ap. alios inveniatur. Thuc. 8, p. 279 [c. 53] : Λόγους ἐποιοῦντο ἐν δήμῳ, κεφαλαιοῦντες ἐκ πολλῶν, μάλιστα δὲ ὡς ἐξείη αὐτοῖς Ἀλκιβιάδην κατάγουσι κτλ. Hic certe ab ipso schol. annotatur poni δὲ pro δή : afferente et quendam l. 1, [c. 3] qui eundem usum habet : hunc sc., Καθ' ἑκάστους δὲ ἤδη τῇ ὁμιλίᾳ. Sunt autem hæc verba ex ipso proœmio sumpta; sed pro δὲ legitur μὲν in nostris exemplaribus : ac certe nullo modo convenire posse videtur conjunctio δέ. Ita enim totus locus scriptus est : Ἕλληνος δὲ καὶ τῶν παίδων αὐτοῦ ἐν τῇ Φθιώτιδι ἰσχυσάντων, καὶ ἐπαγομένων αὐτοὺς ἐπ' ὠφελείᾳ ἐς τὰς ἄλλας πόλεις, καθ' ἑκάστους μὲν ἤδη τῇ ὁμιλίᾳ μᾶλλον καλεῖσθαι Ἕλληνας· οὐ μέντοι πολλοῦ γε χρόνου ἠδύνατο καὶ ἅπασιν ἐκνικῆσαι. Sed ex aliis Atticis scriptoribus exempla proferam, et quidem ex iis locis ubi pronomini subjungitur : hic enim potissimum habere usum illum observavi. Isocr. Panath. : Νομίζοντες τοὺς ἐπὶ τοῦ βήματος βουλευομένους, καὶ δυναμένους τὰ βέλτιστα συμβουλεύειν, τούτους δὲ καὶ καθ' ἑαυτοὺς γενομένους, ἐν πᾶσι τοῖς τόποις καὶ περὶ ἁπάσας τὰς πράξεις τὴν αὐτὴν γνώμην ἔξειν. Eodem modo dici videmus τούτους δὲ a Plat. in isto Phæd. l. [p. 113, D] : Οἳ δ' ἂν δόξωσιν ἀνιάτως ἔχειν διὰ τὰ μεγέθη τῶν ἁμαρτημάτων, ἢ ἱεροσυλίας πολλὰς ἢ φόνους παρανόμους ἐξειργασμένοι, τούτους δὲ ἡ προσήκουσα μοῖρα ῥίπτει εἰς τὸν τάρταρον. Interdum autem sic adjicitur pronomini hæc conjunctio δὲ, quamvis eadem præcesserit; ut in Apol. [p. 32, D] : Τοῦ δὲ μηδὲν ἄδικον μηδ' ἀνόσιον ἐργάζεσθαι, τούτου δὲ τὸ πᾶν μέλει. Itidem in Protag. : Ὁ δὲ περὶ πλείονος τοῦ σώματος ἡγῇ τὴν ψυχὴν, καὶ ἐν ᾧ πάντ' ἐστὶ τὰ σὰ ἢ εὖ ἢ κακῶς πράττειν, χρηστοῦ ἢ πονηροῦ αὐτοῦ γενομένου, περὶ δὲ τούτου οὔτε τῷ πατρὶ οὔτε τῷ ἀδελφῷ ἐπεκοινώσω, οὔτε κτλ. Possumus autem his in locis particulam δὲ interpretari Utique, Certe : aut etiam interpretationem suam illi relinquere : i. e. interpretari Vero, non secus quam alibi. Talem enim usum habet hæc conjunctio ap. Cic. nonnunquam : veluti cum scribit, Quod enim is qui divinat prædicit, id vero futurum est. Sed frequentius ita ponitur præcedente Quod, (nomine relativo, vel potius conjunctione,) ut in posteriore Plat. loco poni vides præcedente ὅ. Legimus enim in quadam ad Att. Epist., Quod laudas quia oblivisci me scripsi ante facta et dicta nostri amici, ego vero ita facio. Ad Eund. : Nam quod scribis, te audire, me etiam mentis errore et dolore affici, mihi vero mens integra est. Idem alibi, Quod me rogas ut in bonam partem id accipiam, ego vero in optimam. Sed in Græcis illis locis potius dici queat vacare δὲ, (si nolimus dicere positum esse pro δή,) quam Vero in Latinis istis. Atque adeo ipsum etiam pronomen πλεονάζειν non immerito censebitur fortasse quibusdam in locis : iis nimirum ubi, salva orationis structura, tolli potest; veluti in illo Apologiæ Platonicæ loco, Τοῦ δὲ μηδὲν ἄδικον μηδ' ἀνόσιον ἐργάζεσθαι, τούτου δὲ τὸ πᾶν μέλει. Neque enim dubium est quin scribere et ita potuerit, τοῦ δὲ μηδὲν ἄδικον ἐργάζεσθαι τὸ πᾶν μέλει. Eodemque modo in Phæd. et Panath. Isocratici locis, eximi non solum conjunctio, sed et ipsum pronomen queat. Ceterum conjunctio δὲ non solum pro δὴ ponitur, sed interdum etiam pro γὰρ, si Thuc. scholiastæ credimus. Sed de quibusdam hujus scriptoris locis, ubi hanc signif. particulæ δὲ tribuit, ab illo dissentio. Verum aliquot primum proferam, deinde meum de singulis judicium feram. Legimus igitur 1, p. 33 meæ ed. [c. 102] : Μάλιστα δ' αὐτοὺς ἐπεκαλέσαντο ὅτι τειχομαχεῖν ἐδόκουν δυνατοὶ εἶναι· τοῖς δὲ, πολιορκίας μακρᾶς καθεστηκυίας, τούτου ἐνδεᾶ ἐφαίνετο· p. 42 [1, 132] : Ἐπυνθάνοντο δὲ καὶ εἰς τοὺς εἴλωτας πράσσειν τι αὐτόν· καὶ ἦν δὲ οὕτως· p. 26 [1, 77] : Ἐκείνως δὲ, οὐδ' ἂν αὐτοὶ ἀντέλεγον ὡς οὐ χρεὼν τὸν ἧσσω τῷ κρατοῦντι ὑποχωρεῖν. Quin etiam p. 12 ejusdem libri [c. 32] : Κερκυραῖοι δὲ μετὰ τῆς ξυμμαχίας τῆς αἰτήσεως καὶ ταῦτα πιστεύοντες ἐχυρὰ ὑμῖν παρέξεσθαι κτλ. Sed quod ad hunc et proxime præcedentem locum attinet, de iis judicari non potest, nisi longe altius sententia repetatur : ideoque ad librum ipsum lectorem remitto : hunc quidem esse ex illis dicens, de quibus ab ipso dissentio, at de illo assentiens. Ad præcedentes autem duos quod attinet, in priore quidem illi itidem subscribo, at in posteriore nequaquam. Aptiora certe et ap. hunc ipsum et ap. Dem. atque alios hujus signif. exempla reperiri possunt : quæ ex illorum lectione petere quisque poterit. Sciendum est autem et ap. Hom. inveniri hunc conjunctionis δὲ usum; cum alibi, tum vero Od. [A, 433] : Εὐνῇ δ' οὔποτ' ἔμικτο, χόλον δ' ἀλέηνε γυναικός. Testati autem sunt et veteres, (ut Eust. refert,) δὲ poni hic αἰτιολογικῶς : sed illis tacentibus, res ipsa id loquitur.

Ibid. tradit, ex Eorundem auctoritate, usurpatum fuisse δὲ et pro καὶ ab hoc poeta, in Il. A, [280] : Εἰ δὲ σὺ καρτερὸς ἐσσι, θεὰ δέ σε γείνατο μήτηρ. At in soluta oratione hunc usum vix habere puto nisi præcedente μέν. Quin etiam pro ἔτι poni hanc voculam δὲ, annotat Bud. Δὲ etiam, (inquit,) ἀντὶ τοῦ δὴ ponitur, cum significat ἔτι. Dem. [p. 575 extr.] : Εἰ μέν τοι ῥήτωρ ἐστὶν οἵους ἐνίους τῶν λεγόντων ἐγὼ καὶ ὑμεῖς δὲ ὁρᾶτε, ἀναιδεῖς καὶ ἐξ ὑμῶν πεπλουτηκότας, οὐκ ἂν εἴην οὗτος ἐγώ. Thuc. : Δίκαιον γὰρ αὐτοῖς καὶ πρέπον δὲ ἅμα τὴν τιμὴν ταύτην δίδοσθαι. Aristot. Eth. 10 : Ὥστε ἡ τοῦ θεοῦ ἐνέργεια, μακαριότητι διαφέρουσα, θεωρητικὴ ἂν εἴη· καὶ τῶν ἀνθρωπίνων δὲ ἡ ταύτῃ συγγενεστάτη, εὐδαιμονικωτάτη, Et humanarum vero actionum : vel, Et humanarum etiam actionum. Sunt porro et aliæ

conjunctiones, quæ apud Atticos nunnunquam a propria signif. discedunt: ut ex illorum lectione cognosces.

Quin etiam conjunctiones quædam sunt, quas Attici suo quodam jure sibi vindicare existimantur. Saltem de κᾆν pro καὶ ἂν id testatur Eust. In hunc enim versum Od. Z, [300] : Ῥεῖα δ' ἀρίγνωτ' ἐστὶ, καὶ ἂν πάϊς ἡγήσαιτο Νήπιος, annotat, Τὸ δὲ, — καὶ ἂν πάϊς ἡγήσαιτο, Ἀττικὸς ἀνὴρ συναλείψας κᾆν πάϊς, ἐρεῖ· καθὰ καὶ Σοφοκλῆς τὸ, καὶ ἂν ἐξέπραξεν εἰ κατημέλησ' ἐγὼ, Κᾆν ἐξέπραξεν, ἔφη.

Fortassis autem et de particula νυν, quæ est παραπληρωματικὴ, idem dici potest. Hoc saltem constat, frequentissimum ap. Aristoph. esse hujus usum.

Μῶν quoque Atticorum esse videtur; sed inter adverbia potius quam conjunctiones numerari debet: licet quidam σύνδεσμον esse velint, Suidæ testimonio nitentes.

CAPUT XIV.

DE IIS, QUÆ ATTICÆ LINGUÆ

IN ADVERBIORUM USU ASCRIBUNTUR.

Ne in ea quidem orationis parte quæ ἐπίῤῥημα, Latine Adverbium vocatur, Attici nihil sibi peculiare habere voluerunt. Sed eorum, quæ illi in hujus usu innovarunt, nonnulla paulatim in linguæ etiam communis consuetudinem transierunt: aut saltem ab iis, qui se alioqui hac uti profitebantur, usurpata fuerunt. Ac primum quod ad terminationem attinet, Atticos πρῶτον mutasse in πρῶτα, in aliisque itidem plerisque adverbiis hac mutatione usos esse constat; sed lingua etiam communis eorum usum, ac præsertim illius πρῶτα, sibi permisit.

Terminationis mutatæ exemplum habemus et in ἄλλη, (s. ἄλλῃ, subscripto ι, quamvis quidam gramm. subscribi nolint, nisi ubi est Loci adverbium,) pro ἄλλως: et πῃ pro πως. Sic ἀμηγέπη pro ἀμωσγέπως. Talis enim terminatio Atticorum esse putatur.

Nonnullorum autem adverbiorum terminationem mutant per epectasin, veluti cum ὥσπερεὶ pro ὥσπερ, et καθαπερεὶ pro καθάπερ, nec non οἷονεὶ pro οἷον, et ὡσανεὶ pro ὡσὰν dicunt. Aliud etiam epectaseos genus est, cum πάνυτι pro πάνυ, itidemque οὕτωτι et δμοῦτι pro οὕτω et δμοῦ, atque alia hujusmodi dicunt. Adverbio autem νεωστὶ idem quod et adverbio πρῶτα (cujus paulo ante mentionem feci) contigit, nimirum ut ab Attica lingua ad communem transierit. Sed in eo differt adjectio quæ habetur in νεωστὶ, ab ea quæ est in ceteris adverbiis, quod hæc et absque ista adjectione eand. signif. habeant, illud non item.

Verum ut in proxime præcedentibus adverbiis videmus syllabam addi, et quidem cujus posterior litera est ι, ita vicissim hanc ipsam vocalem alicubi omitti sciendum est, ut in πρῲ̀ vel πρῶ pro πρωΐ. Si tamen πρῲ̀ scribamus, supponentes ι literæ ω, non omnino amitti ι dici poterit: quamvis numerus syllabarum minuatur. Aristoph. Eccl. [290] : Ἠπείλησε γὰρ Ὁ θεσμοθέτης, ὡς ἂν μὴ πρῶ πάνυ τοῦ κνέφους Ἥκῃ κτλ. Av. [130] : Ἐπὶ τὴν θύραν μου πρῲ̀ τις ἐλθὼν τῶν φίλων· paulo post, Ὅπως παρέσει μοι καὶ σὺ καὶ τὰ παιδία Λουσάμενα πρῲ̀. Quibus in locis non eandem scripturam servant exemplaria. Siquidem Aldina quoque edit. in illo quidem Eccl. loco circumflectit, at in his acuit; sed in ea servatur ι sub ω omnibus in locis, cum aliæ non servent. Schol. in locum illum annotat, πρῶ monosyllabe dici pro πρωΐ: at in illos duos Avium locos quædam de diversa hujus adverbii scriptura annotat, quæ tibi ap. eum videnda relinquo.

Invenitur et alia quædam mutatio, quæ vix ad terminationem pertinere dici potest, veluti cum θᾶττον dicunt, non τάχιον: cùm βραδύτερον, non βράδιον; itidemque ἐγγύτερον, non ἔγγιον: quorum tamen fidem in præsentia penes Thom. M. esse volo.

Cum vero ἄπερ dicitur Attice pro καθάπερ, omissio est præpositionis κατὰ, sicut passim omittunt διὰ, cum ταῦτα dicunt pro διὰ ταῦτα: ut alibi docui.

Jam vero et hoc esse Atticorum inventum existimatur, articulum adverbio præfigere, veluti cum τὰ πρῶτα et τὰ μάλιστα (vel conjunctim ταπρῶτα et ταμάλιστα) pro πρῶτα et μάλιστα dicunt. Sic τὸ τελευταῖον, τὸ παράπαν, τὸ παραυτίκα, τὸ καταρχὰς, τὸ νῦν, (vel τοτελευταῖον, τοπαράπαν, τοπαραυτίκα, τοκαταρχὰς, τονῦν,) iidem dicere solent, ut alia prope innumera prætermittam. Quin etiam quibusdam adverbiis vel τὸ vel τὰ indifferenter præfigitur, (quamvis magis Atticus pluralis τὰ usus hic esse existimetur,) veluti cum τὸ νῦν vel τὰ νῦν dicitur. Interdum vero et præpositionem articulo præfigunt, veluti cum ἐς τὰ μάλιστα dicunt.

Insuper adverbia quædam dici Attica possunt: si quidem Corintho credimus, scribenti, Atticorum esse, dicere Ἀθήναζε πορεύομαι, pro εἰς Ἀθήνας: et Ἀθήνησι σοφιστεύω, pro ἐν Ἀθήναις: et Ἀθήνηθεν ἔρχομαι, pro ἐξ Ἀθηνῶν. Item οἴκαδε pro εἰς οἶκον: et οἴκοθεν pro ἐξ οἴκου: nec non οἴκοι pro ἐν οἴκῳ. Sed Eust. de Ἀθήναζε loquens, et ex Ἀθήναδε factum esse tradens, Atticis non ascribit. Quod si Ἀθήναζε Atticum sit adverbium, itidem Θήβαζε, aliaque id genus, Atticorum esse dicendum fuerit.

Idem schol. unum quidem ex illis tribus adverbiis, quorum posteriore loco mentionem facit Corinthus, sc. οἴκοι, adverbium in loco, Atticis ascribit, at de ceteris tacet. Quin etiam, (quod mirum videri possit,) οἴκοι non adverbium in loco, sed adverbium ad locum esse vult. Scribit enim, Τὸ εἰς οἶκον Ἀττικοὶ μὲν οἴκοι φασὶν ἐπιῤῥηματικῶς, κατὰ ἔλλειψιν, (τὸ γὰρ ἐντελὲς, ἔνθα εἰσὶν οἱ οἶκοι,) ποιηταὶ δὲ οἴκονδε φασί· τὸ δὲ κοινότερον ἀπ' αὐτοῦ, οἴκαδε· ὡς φυγήνδε, φύγαδε. Scribo autem hic οἶκονδε, ut apud eum habetur, non οἰκόνδε.

At vero πώμαλα, et ἀτεχνῶς, et μῶν, et alia nonnulla adverbia, ap. Aristoph. frequentissima, quin Atticorum sint, minime dubium cuiquam esse debet. Ad μῶν quidem certe quod attinet, Atticum esse testatur vel Ammiani Epigramma quoddam: Καὶ ταυτὶ, καὶ μῶν, καὶ τετταράκοντα, καὶ ἄττα, Σκεψάμενος, καίτοι νὴ Δία, καὶ μὰ Δία.

Observavi Atticos κακῶς et καλῶς, Qualitatis adverbia, lubenter præcedente nomine usurpare, in certis quibusdam sermonis formulis; ut ap. Aristoph. Pl. [65] : Εἰ μὴ φράσεις γὰρ, ἀπό σ' ὀλῶ κακὸν κακῶς. Sic etiam in soluta oratione; ap. Athen. 4 : Κακὸν κακῶς σε, ὦ Αἰγύπτιε, ἀπολέσειαν οἱ θεοί. Legimus vero et ap. Dem. (ex quo sumptum exemplum instar multorum esse potest) in Or. pro cor.: Κακὸν κακῶς σε μάλιστα μὲν οἱ θεοὶ, ἔπειτα δὲ οὗτοι πάντες ἀπολέσειαν, πονηρὸν ὄντα πολίτην, καὶ προδότην, καὶ τριταγωνιστήν. Eodem-

que modo cum verbo ἀπολέσθαι istud adverbium nomen hoc sibi præfixum habet. Plut. Erotico : Ἀπόλοιο τοίνυν κακὸς κακῶς. Synesius : Τοῦτο δὲ ταυτόν ἐστι τῷ κακὸν κακῶς ἀπολωλέναι καὶ σὲ, καὶ ἄλλον ὅστις σοὶ παραπλήσιος. Obiter autem monere lectorem libet, observandum esse et hoc loquendi genus, κακῶς ὀλέσαι, non præfixo nomine, ne fallatur, (ut quidam,) in Od. I, [534] : Ὀψὲ κακῶς ἔλθοι ὀλέσας ἀπὸ πάντας ἑταίρους· neque enim κακῶς cum ἔλθοι, sed cum ὀλέσας jungendum est. A

Atque ut κακὸν κακῶς in præcedentibus locis habebemus, sic alicubi καλὸν καλῶς, vel καλὴν καλῶς. Aristoph. Ach. [253] : Ἄγ', ὦ θύγατερ, ὅπως τὸ κανοῦν καλὴ καλῶς Οἴσει.

Adverbiorum quorundam pleonasmus Atticus est : sed tum præsertim, cum duo ejusd. signif. adverbia ἐκ παραλλήλου ponuntur : veluti cum dicitur λίαν πάνυ, et πάνυ σφόδρα : sic τάχα ἴσως, et alia quæ antea commemoravi, cum varia pleonasmorum Atticorum genera recenserem.

CAPUT XV.

DE ORTHOGRAPHIA ATTICA.

De orthographia quoque dicendum censeo, quæ Atticis est peculiaris ; nam et promittere me memini verba de illa esse facturum. Sciendum est igitur, (hinc enim auspicandum esse censeo,) Atticos quibusdam literis gaudentes magis quam aliis, eas in nonnullis vocabulis usurpare maluisse quam illas quæ in communi sermone usurparentur.

Cum autem nulla sit literæ mutatio magis illis et peculiaris et simul familiaris in certis quibusdam vocabulis quam τ, primum in hoc sermone locum sibi vindicare dici merito possit. Illi certe, qui stultos Attici sermonis affectatores irriserunt, hunc literæ τ usum non omiserunt : ut videmus Ammianum in Anthol. τετταράκοντα et ἄττα ceteris vocabulis annumerare. Nec parum nobilitavit hunc Atticum literæ τ usum libellus a Luciano scriptus, quem Δίκην Φωνηέντων inscripsit. Verum cum de hoc literæ τ usu disseruerim in iis quæ in primum Joannis Grammatici s. Philoponi Articulum annotavi, eo te remittam. Sed iis quædam cognitu dignissima addam, ex Ælio Dionysio sumpta. Ea autem Eust. suppeditat : qui postquam dixit observandum esse, Homerum non valde gaudere pronuntiatione literæ τ pro σ, eorum Atticorum more qui ipso posteriores fuerunt : (quippe qui τήμερον dicant, cum Hom. σήμερον : sicut τύρβην appellant quod lingua communis σύρβην : et τεῦτλον quod illa σεῦτλον :) addit, Ælius autem Dionysius refert Comicos potissimum vitare quicquid sibilum et sonitum ac strepitum habet : quæ contra maxime convenientia tragœdiæ fuerint. Ideoque irridentes Tragicos, ut minime tales, jocose versum istum in illos proferunt, Ἔσωσας ἡμᾶς ἐκ τῶν σιγμάτων [σῖγμα τῶν] Εὐριπίδου. Tradit præterea primum Periclem vitasse oris conformationem quæ fit in pronuntianda litera σ, tanquam indecentem, cum se adhibito in consilium speculo exerceret. Quin etiam Thessalos et Citienses, non qui Phœnices, sed qui Cypri sunt accolæ, (quorum urbs vocatur Citium, de mulieris cujusdam nomine,) dicebant θάλατταν, et πίτταν, et καρδιώττειν, et Ματταλίαν, et alia hujusmodi, quæ nusquam pro Atticis habentur, sed Bœotorum, qui vicini sunt : quoniam neque Homerus, neque Tragici, neque Thuc. vel Plato his usi sunt. Hæc Eust. ex Ælio Dionysio. Cum eo autem, quod hic de Bœotis scribitur, convenit quod idem schol. alibi ex veterum auctoritate tradit, sc. φράττω pro φράσσω, facto ex φράζω, esse Bœoticum. Tarentini, inquit, in ζω desinentia verba barytona per σσ proferunt : ut σαλπίζω, σαλπίσσω : λακτίζω, λακτίσσω : φράζω, φράσσω : quod Corinna dicit φράττω Bœotice. B

Huic autem mutationi literæ σ in τ subjungenda est ea quæ fit ex eadem litera σ in ξ, præsertim cum et hanc mutationem late patere videamus. Sed cum in eodem mearum Animadversionum loco de illa verba fecerim, alio transeundum censeo.

Attici in quibusdam vocabulis literam λ magis amarunt quam ν : veluti cum λίτρον potius quam νίτρον, et πλεύμων potius quam πνεύμων, eodemque modo νεογιλὸν potius quam νεογινὸν dixerunt. De quibus vocibus consule annotata in Corinthi Articulum LXXI. Verum tertiæ hujus vocis usum lingua communis sicut et Attica, habet ; dicit enim et illa νεογιλὸς potius quam νεογινὸς, (ex quo tamen factum est νεογνὸς per sync.,) Atticam literæ ν in λ mutationem usurpans.

Attici literam ρ in multis vocabulis usurparunt, ubi lingua communis σ : præsertim vero in iis ubi lingua communis literam σ ipsi ρ subjungebat. Scribere enim soliti sunt ἄῤῥην pro ἄρσην, et κόῤῥη pro κόρση, et μυῤῥίνη pro μυρσίνη, et ταῤῥὸς pro ταρσὸς, aliaque itidem. Idemque et in verbis fecerunt : ut videre est in θαῤῥεῖν, pro θαρσεῖν. Scio contrarium a Corintho et ab Joanne Philopono scribi ; sed falso id eos scripsisse, ostendi in Animadversionibus quas in illorum libellos edidi. C

Amarunt autem geminationem literæ ρ et alibi : si quidem verum est quod ab Eust. annotatur : sc. Attice dici κατέῤῥεξε duplici ρ : et in similibus locis itidem geminari. Idem alibi de ἔρεζεν loquens, Habet (inquit) ἀδίπλωτον τὸ ρ, κατὰ συνήθη κλίσιν· ἧς τὸ μέτρον ἐδεήθη, ὡς καὶ ἐπ' ἄλλων γίνεται πολλαχοῦ. Ἀττικὸς δὲ ἀνὴρ διπλασιάζει καὶ αὐτό.

Usi sunt litera ρ et pro λ, cum alibi tum in nomine κρίβανος. Nam pro κλίβανος dixisse κρίβανος perhibentur. Quo tamen de vocabulo controversia est, ut docui in iis quæ in Corinthi Articulum LXXVII annotavi. Posset autem et ἀργαλέον mutationis hujus exemplum esse, si verum esset pro ἀλγαλέον dici ; sed potius esse pro ἐργαλέον, mutata litera α in ε, in meo Thes. L. Gr. docui, cum voces χειράγρα et ποδάγρα tractarem. Hanc certe, non illam derivationem sequens, inter derivata ab ἔργον, non inter derivata ab ἄλγος posui. D

Vicissim vero literam λ in quibusdam vocabulis literæ ρ prætulerunt, si grammaticis quibusdam credimus. Sed de vocibus quæ in exemplum afferuntur, Horatianum illud usurpare possumus, Grammatici certant, et adhuc sub judice lis est. Ita equidem de illis certant, ut non diversa tantum, sed contraria etiam scribant. Sed ne jam dicta repetere oporteat, ad annotata in Corinthi Articulum LXXVII lectorem remittam, ubi cum de aliis tum de κεφαλαλγία, ποδαλγία, γλωσσαλγία, et κεφαλαργία, ποδαργία, γλωσσαργία, disserui. Poteris etiam iis (si videbitur) addere quæ in meo Thesauro Græcæ linguæ huc pertinentia dixi, in explicatione vocum χειράγρα et ποδάγρα.

Etiam literam σ Attici in quibusdam vocibus pro alia usurparunt : (quamvis eam contra in plerisque vitarint, ut paulo ante docui). Illis enim ascribitur ὀσμὴ pro ὀδμὴ, nec non ἴσμεν pro ἴδμεν. Sed de ὀσμὴ

scribit Thom. M., quamvis sit Atticum, sicut ὀδμὴ Ionicum, Xenophontem tamen hoc uti, more sc. Ionico. Sed in plerisque Xen. locis illam scripturam per σ inveniri sciendum est: adeo ut saltem extare apud illum utramque dicendum sit. Quod autem ad ἴσμεν attinet, ut hoc maluerunt quam ἴδμεν, ita ἴσασι quam οἴδασι, et οἶσθα quam οἶδας. Quin etiam in passivis verborum quorundam præteritis literam σ in alius literæ, nimirum μ, locum substituerunt. Atticorum enim esse traduntur μεμόλυσμαι et μεμίασμαι pro μεμόλυμμαι et μεμίαμμαι.

Quod si Corintho credere velimus, alias literarum mutationes superioribus addemus. Atticos enim ἐντελέχειαν, non ἐνδελέχειαν, et κολόκυντα, non κολοκύνθη, item γναφεῖον, non κναφεῖον, scribere tradit. Sed mirum est Corinthum, omissis earum fere omnium mutationum exemplis de quibus constat, (qualia sunt quæ modo attuli,) hæc, quæ non satis testata sunt, protulisse. Ne autem eadem bis a me dicantur, vide quæ scripsi ad Articulum LXXVI, ubi duntaxat nominis κολοκύνταις pro κολοκύνθαις positi exemplum Aristophanicum addidi, ex vetere quodam libelli Corinthi exemplari sumptum. Ad vocem γναφεῖον quod attinet, quæ de illa dicit, suspecta mihi redduntur hoc Aristoph. l., Pl. [166]: Ὁ δὲ κναφεύει τις. Hic enim est κναφεύει, non γναφεύει. Quod vero majus est, schol. hujus Comici plane contrarium de scriptura ista tradit. Fateor alioqui permutationem literarum γ et κ in aliis etiam vocibus spectari; sed Atticam esse illam, non memini me apud alium legere. Idem porro Corinthus Atticos pro γλήχωνα scribere βλήχωνα tradit; sed etiamsi hoc illi detur, non fuerit superioribus annumerandum, sicut nec ea quæ proxime præcedunt: quod de mutationibus literarum agam non quæ uni cuipiam voci aut uni et alteri peculiares sunt, sed quæ in plerisque spectantur.

Δαὶ quoque pro δὲ, Atticis ascribitur. Hoc saltem constat, crebrum ejus esse Aristophani usum; sed diversos usus ap. illum habere videtur præcedente particula τί, ut ex sequentibus locis apparet: Pl. [156]: Ἐπεὶ αἰτοῦσιν οὐκ ἀργύριον οἱ χρηστοί. ΚΑΡ. Τί δαί; ΧΡ. Ὁ μὲν ἵππον ἀγαθὸν, ὁ δὲ κύνας θηρευτικάς. Hic enim τί δαὶ significat, Quid igitur? vel, Quidnam igitur? Quidnam ergo? Sic Av. [64]: ΘΕ. Ἀπολεῖσθον. ΕΥ. Ἀλλ' οὐκ ἐσμὲν ἀνθρώπω. ΘΕ. Τί δαί; At in isto ejusdem comœdiæ versu [226]: ΠΕΙ. Οὗτος. ΕΥ. Τί ἐστιν; ΠΕΙ. Οὐ σιωπήσει; ΕΥ. Τί δαί; non dubium est quin τί δαὶ significet Cur, s. Quamobrem. Sic Ran. [1480]: ΠΛ. Χωρεῖτε τοίνυν, ὦ Διόνυσ', εἴσω. ΔΙ. Τί δαί; ΠΛ. Ἵνα ξενίσω σφὼ πρὶν γ' ἀπελθεῖν. Gallice pro τί δαὶ hic diceremus *Pour quoi faire?*

Atticorum est etiam ὗὸς scribere pro υἱὸς, ut testatur Eust., vel potius ut ap. Eust. οἱ τεχνικοὶ testantur. Περὶ δὲ τοῦ υἱὸς, inquit, φασὶν οἱ τεχνικοὶ ὡς οἱ Ἀττικοὶ δίχα τοῦ ι ἐν μόνῳ τῷ υ γράφουσιν αὐτό. Quibus addit, communem dialectum ideo fortasse diphthongo υι scripsisse, ut ab ὗὸς genitivo nominis ὗς distingueretur. Natura quidem certe, simplici υ scribi debere, sive a φύω sive ab ὕω deductum esse dicatur. Hæc sunt quæ ap. eum leguntur. Ceterum quamvis valde insolens scriptura illa videatur ὗὸς pro υἱὸς, inveniri tamen et in lingua communi quædam derivata illam retinentia, sciendum est. Fortassis autem et ap. Aristoph. ὗὸς legeretur, nisi aliqui hanc scripturam tanquam mendosam correxissent. Hoc certe ut suspicer facit diminutivum ὑΐδιον, quod mutatum est in υἰΐδιον, Vesp. [1356]: Τὸ γὰρ ὑΐδιον τηρεῖ με, κἄστι δύσκολον. Hic enim scriptum fuisse ὑΐδιον, vel ipsa metri ratio (quod validissimum argumentum est) ostendit: quippe quæ diphthongum ibi non admittit: et tamen edd. typographicæ illam per υι scripturam habent.

Quod si in vocabulis quæ peculiarem sibi scripturæ mutationem habent pergendum esset, de nomine ἔριδες pro ἴριδες, de ὀπηδὸς pro ἀπαδὸς, de μόγις pro μόλις, teste Corintho, (cum Thom. M. hoc, βραδέως, illud, μετὰ βίας significare velit,) de βόλιτον pro βόλβιτον dicendum esset: nec non de aliis quamplurimis, quæ hic recensere non necesse existimavi.

Quin etiam in verbis nonnullis suam quandam scripturam habent, veluti cum pro ἀνύω scribunt ἀνύτω, ut docui initio Capitis VII. Corinthus autem et συρίττω pro συρίζω ab illis dici tradit. Atque his addi possunt fortasse, quæ de διωκάθω et ἀμυνάθω pro διώκω et ἀμύνω positis dixi: quibus adjunges cum alia tum vero εἰκάθω pro εἴκω. Quin etiam alia quædam ibi de Atticorum circa verba innovationibus a me tradita sunt, quæ magis fortassis proprie ad hunc de orthographia sermonem pertinere videri queant: quale nimirum est τύπτει pro τύπτῃ: itidemque τύψει pro τύψῃ: qualia sunt πλευσοῦμαι et θευσοῦμαι pro πλεύσομαι et θεύσομαι: quale est et νομιῶ pro νομίσω. Sed cum has aliasque item scripturæ mutationes uno eodemque in loco tradiderim, nimirum Capite VII, tuum erit, lector, ex eo in hoc transferre quæ ejusd. cum iis quæ nunc tracto, argumenti esse judicabis. Idemque et in Capite, quo dissero de iis quæ Attici circa usum nominum innovarunt, faciendum tibi fuerit. Atque ad ea quæ utrobique leges addenda erunt nonnulla per varios Animadversionum mearum locos sparsa.

Est Atticæ dialecti interdum et mutatio literæ θ in φ, si Eustathio credimus, ita scribenti: Ἰστέον δὲ ὅτι ἡ τοῦ θ μετάληψις εἰς τὸ φ, καὶ Ἀττικῆς ποτε διαλέκτου ἐστίν· ἐκεῖνοι γὰρ τὸ θλᾶν φλᾶν λέγουσι. Sed hæc aliaque hujusmodi ad præsentem, qui de Attica orthographia est, sermonem pertinere non videntur, cum ex uno vocabulo aliud fiat.

Ad accentum venio, i. e. ad Ἀττικὴν προσῳδίαν, quo nomine quendam suum librum Tryphon inscripsit, ut videre est ap. Athen. 2, [p. 53, A] omissis iis quæ præcedentibus adjungi possunt. In eo certe plerumque scripturam a linguæ communis scriptura diversam habent.

Ac primum quidem meminisse oportet eorum, quæ a Corintho huc pertinentia dicuntur de τροπαῖον pro τρόπαιον, itidemque ὁμοῖος pro ὅμοιος. De quibus tamen exactius ab Eust., s. a veteribus gramm. ap. Eust., disseritur. Locutus enim de διέτης, et τριέτης, et πεντέτης, ac similibus, quæ Attici βαρύνουσι, contra morem aliorum, qui hæc ὀξυτονοῦσι: addit, eosdem Atticos διάφορα καὶ ἄλλα παρὰ τὴν ἀνάλογον συνήθειαν τονοῦν: idque patere ex nominibus istis, τροπαῖον, ἑτοῖμον, ἐρῆμον: nec non ex ὁμοῖος. Eosdemque βδέλυρος et πόνηρος et μόχθηρος dicere præter analogiam. Verum alibi, quod hic generaliter de Atticis dicit, restringit: τροπαῖον quidem ex Thuc. nominatim afferens: pro Homericis autem illis ἐρῆμον et ἑτοῖμον a posterioribus Atticis tradens (ex Herodiano) scribi, servata analogia, ἔρημον et ἕτοιμον. At in ὁμοῖος retineri analogiam ait, cum ea quæ in οιος desinunt, itidem in penultima circumflectantur: (quam rationem et a Corintho afferri videmus). Sed addit, μᾶλλον δὲ τὸ ὅμοιος ἔχει τι καινὸν, κατὰ συνήθειαν, ὥς φασιν, Ἀττικήν.

Ut autem pergam in iis quæ Attici contra morem aliorum circumflectunt, afferre libet μῶρος et πῆρος, pro μωρὸς et πηρός. Amborum meminit idem schol. alio quodam loco; sed μῶρος quidem ex plerisque Aristophanis locis confirmari potest: at τοῦ πῆρος exemplum non suppetit.

At vero circumflexi in ultima positi præter linguæ communis consuetudinem, exemplum habemus in γλαῦξ, nec non in ταῶς. Non solum ὀξύνεται κοινότερον ἡ γλαὺξ, sed etiam περισπᾶται Ἀττικῶς, inquit Eust. Idem alibi, ab Atticis vocem hanc circumflecti tradens itidem, alteram scripturam, sc. γλαῦξ, illos Doribus ascribere dicit. Ex Eod. discimus aliquot locis ταῶς esse scripturam Atticam cum circumflexo. Sciendum est autem mentionem ab Athen. fieri et accusativi λαγῶ itidem accentu circumflexo scripti, sed non item nominativi; atque adeo scripturam istam e Xen., tanquam illi peculiarem, afferri, sed minime probari. Verum Athenæi locus mutilus esse videtur. Ita enim scribit, vel potius Tryphon ap. eum, 9, [p. 400, A]: Ξενοφῶν δ' ἐν Κυνηγετικῷ χωρὶς τοῦ ν λαγῶ, καὶ περισπωμένως· ἐπεὶ τὸ καθ' ἡμᾶς ἐστὶ λαγός· ὥσπερ δὲ ναὸν λεγόντων ἡμῶν, ἐκεῖνοί φασι νεών, καὶ λαὸν, λεών· αὕτω λαγὸν ὀνομαζόντων, ἐκεῖνοι λαγὼν ἐροῦσι. Hæc certe

verba, ἐπεὶ τὸ καθ' ἡμᾶς ἐστὶ λαγὸς, minime cohærent cum proxime præcedentibus, χωρὶς τοῦ ν λαγῶ, καὶ περισπωμένως. Ideoque facile crediderim, post περισπωμένως addenda esse hæc verba, ἀλόγως μέντοι· δεῖ γὰρ ὀξύνειν τὴν λέξιν : ut totus ita legatur, Ξενοφῶν δ' ἐν Κυνηγετικῷ χωρὶς τοῦ ν λαγῶ, καὶ περισπωμένως· ἀλόγως μέντοι· δεῖ γὰρ ὀξύνειν τὴν λέξιν· ἐπεὶ τὸ καθ' ἡμᾶς ἐστὶ λαγός. Accipio autem ex Eust. hæc quæ insero verba, ex quo tamen et alia posse inseri videntur, sed quæ, ut opinor, ipse de suo addidit.

Quin etiam πονῆρος quosdam προπεριισπωμένως scripsisse pro μοχθηρὸς, ut πονηρὸς pro κακὸς, testatur Eust. Magis alioqui recepta fuisse videtur altera scriptura, sc. πόνηρος : de qua mox.

Εὐγνῶμον etiam, non εὔγνωμον, Atticum esse censet Thom. M. Εὔγνωμον μὴ λέγε, inquit, ὡς εὔδαιμον· ἀλλ' εὐγνῶμον· ἄγνωμον δὲ καὶ σύγγωμον.

Nominibus his quæ Attici contra morem aliorum circumflectunt, adjici cum alia possunt, tum vero Φαλῆς. Apud Aristoph. Ach. [263] quidam canens τὸ φαλλικὸν, ita orditur : Φαλῆς, ἑταῖρε Βακχείου ξύγκωμε, ubi schol. annotat, περισπωμένως δὲ τὸ Φαλῆς ἀναγνωστέον, ὡς Ἑρμῆς· οὕτω δ' Ἀττικοί· παρὰ Δωριεῦσι δὲ βαρυτόνως.

Ab iis autem quæ Attici circumflectunt contra linguæ communis consuetudinem, ad ea venio quæ ap. Eosd. ὀξυτονεῖται vel βαρυτονεῖται.

Ælius Dionysius, Διέτης, inquit, et τριέτης, et πεντέτης, et omnia hujusmodi Attici βαρύνουσι, eodem tono proferentes quo εὐεργέτης. Herodianus autem scribit quosdam διετὴς protulisse ὀξυτόνως, alios βαρυτόνως : sed rationi consentaneum esse ut ὀξυτόνως scribatur.

Idem grammaticus Herodianus Atticas hasce scripturas, πόνηρος et μόχθηρος, (quibus addi potest et βδέλυρος,) reprehendit. Postquam enim dixit, Πᾶν εἰς ρος λῆγον παρώνυμον παρεσχηματισμένον τοῖς γένεσιν, esse oxytonum : addit, Διὸ εἰ καὶ πόνηρος μὲν καὶ μόχθηρος βαρυτόνως, ἐπὶ τῶν ἐπιπόνων καὶ ὑπομενετικῶν, πονηρὸς δὲ καὶ μοχθηρὸς ἐπὶ τῶν κατὰ ψυχὴν φαύλων, ἀλλὰ τοῦτο οὐκ εὖ. Rationem autem hanc suæ reprehensionis subjungit : Εἰ γὰρ πόνος καὶ μόχθος τὰ πρωτότυπα, εὐλόγως πονηρὸς καὶ μοχθηρὸς τὰ τούτοις παρακείμενα, κἂν διαφόρων ἔχηται σημασιῶν· ἵνα ᾖ ἀνάλογα τῷ κάματος, καματηρός· ὄλισθος, ὀλισθηρός· βλάβη, βλαβερός· κράτος, κρατερός. Sic autem contra analogiam quædam ab illis circumflecti dictum antea fuit. Sed quod ad illas scripturas attinet πόνηρος et μόχθηρος pro πονηρὸς et μοχθηρὸς, similes sunt illis quæ Æolibus ascribuntur : veluti δύνατος pro δυνατὸς Eust. Æolum esse tradit, (quos προπαροξυντικοὺς appellat,) sicut alia infinita. Alibi autem βαρυντικοὺς eos vocat : scribens, Τὸ δὲ βαρύτονον, ἐξ οὗ καὶ ἡ ἔπαυλις, Αἰολικόν φασιν εἶναι· βαρυντικοὶ γὰρ οἱ Αἰολεῖς.

Sic Tryphon grammaticus dixit Atticos perperam ὀξύνειν nomen ἀττέλαβος. Athen. 2, [p. 53, A] ex hoc ipso Tryphone Περὶ Ἀττικῆς προσῳδίας, affert, Ἀμυγδάλην μὲν τὸν καρπὸν, βαρέως, ὃν ἡμεῖς οὐδετέρως ἀμύγδαλον λέγομεν· ἀμυγδαλῆ δὲ, τὰ δένδρα, κτητικοῦ παρὰ τὸν καρπὸν ὄντος τοῦ χαρακτῆρος, καὶ διὰ τοῦτο περισπωμένου. Sed non video quomodo quis assentiri hic Tryphoni possit, nomen Arboris ex nomine Fructus volenti deduci.

Nomini autem Ἀσκληπιὸς solitum Demosthenem accentum mutare, et προπαροξυτόνως scribere Ἀσκλήπιος, memoriæ proditum est, ut ap. Eust. legimus.

Corinthus Atticum esse dicit scribere σπογγιὰν pro σπογγίαν. Idem alio loco λαβὲ pro λάβε ab Atticis scribi docet. Debuit autem huic λαβὲ addere et ἰδέ : solent enim hæc duo conjungi. Memineruntque hujus diversæ in istis imperativis scripturæ cum alii, tum Eust., scribens, Τονώσεως δὲ διαφόρου Ἀττικῆς καὶ τὸ ἰδὲ καὶ λαβὲ, ἀντὶ τοῦ ἴδε καὶ λάβε, κατὰ συνεκδρομὴν τοῦ εἰπὲ, ἐλθὲ, εὑρέ.

Apud eund. schol. sunt etiam τιὴ et ὁτιὴ exempla Ἀττικῆς τονώσεως διαφόρου. Attici, inquit, ὀξυτόνως λέγουσι τιὴ καὶ ὁτιή.

Afferam autem et ex Thoma M. nonnulla de quorundam vocabulorum Attico accentu, penes illum fidem de horum plerisque esse volens. Ἰκτινος, inquit, non ἰκτῖνος. Eidem si credimus, ἀγροῖκος ab Atticis non scribitur, sed ἄγροικος, in utraque signif. Ἀγροῖκος, inquit, ὁ ἐν τῷ ἀγρῷ οἰκῶν, παρὰ τοῖς Ἕλλησιν ἁπλῶς· ἄγροικος δὲ, ὁ ἰδιώτης καὶ ἀπαίδευτος. At vero Attici proparoxytone ἄγροικος scribunt, non solum ἐπὶ τοῦ ἐν τῷ ἀγρῷ οἰκοῦντος, sed etiam ἐπὶ τοῦ ἰδιώτου, καὶ ἀπαιδεύτου, καὶ ἀναισθήτου. Et utriusque sub illo accentu signif. exemplum affert ex Aristoph. Nam in Pluto ἄγροικον dictum esse ἐπὶ ἀναισθήτου, hoc in v. [705] : Λέγεις ἄγροικον ἄρα σύ γ' εἶναι τὸν θεόν· in hoc autem Nubium l. [47] ἐπὶ τοῦ ἐν ἀγρῷ οἰκοῦντος esse usurpatum : Ἔπειτ' ἔγημα Μεγακλέους, τοῦ Μεγακλέους, Ἀδελφιδῆν, ἄγροικος ὤν, ἐξ ἄστεος. Possit certe prioris illius signif. exemplo addi et istud ex Nub. [628] : Οὐκ εἶδον οὕτως ἄνδρ' ἄγροικον οὐδένα. Quamvis autem tales ibi scripturæ inveniantur, grammatici reliqui accentu signiff. istas distingui tradunt; sed quidam aliter distinguunt, et modo plane contrario ei, cujus hic meminit; dicit enim a ceteris Græcis ἀγροῖκος scribi, pro ὁ ἐν τῷ ἀγρῷ οἰκῶν : et ἄγροικος pro ἰδιώτης et ἀπαίδευτος. At Eust. (ut alios quosdam omittam) pro ἀπαίδευτος scribit ἀγροῖκος, ut ἄγροικος pro ἀγρότης. Apud eundem Atticismorum Collectorem legimus, Γελοῖος, ὁ καταγέλαστος· Γέλοιος δὲ, ὁ γελωτοποιός. Eidem si credimus, Μισητὴ quidem est ἡ μίσους ἀξία : at Μισήτη barytone, ἡ καταφερής. Possumus autem hic testimonio ejus addere et alterum, sc. Eustathii, Ἄλλοι δὲ μισήτην, inquit, barytone τὴν κοινὴν καὶ ῥᾳδίαν : ad differentiam τῆς ὀξυτονουμένης. Eosque qui hoc tradunt, Cratinum et Sophronem testes producere ait. Sed et proverbium ita uti, Περὶ σφυρὸν παχεῖα μισήτη γυνή. Pollux tamen nullam hujus in accentu differentiæ mentionem facit. Atticorum est (ut idem Collector tradit) Ἀμυγδάλαι scribere ἐπὶ τῶν καρπῶν, non Ἀμύγδαλα : at vero ad δένδρα significanda, Ἀμυγδαλαί. Eodem auctore, illi qui sunt κυρίως Attici, dicunt Μεδίμνος paroxytone, non Μέδιμνος. Eodem teste, Λυδίον πεδίον scribunt paroxytone, non Λύδιον : at Λύδιον ἅρμα. Item Ἀκανθοπλὴξ, non Ἀκανθόπληξ. Idem gen. πορνῶν peculiarem scripturam habere dicit, ad accentum quod attinet. Scribit enim, Ξέναι, ξένων· et Φίλαι, φίλων· καὶ ὅσα τριγενῆ, πλὴν τοῦ πόρναι, πορνῶν. Sic etiam participio ἐληλάμενος peculiarem scripturam tribuit; ita enim scrib. tradit, non ἐληλαμένος. Sed quamcumque illius scripturæ rationem afferre conetur, rationi consentanea, nedum Attica, videri mihi non potest.

Spiritus asperi fuerunt præterea amatores Attici : adeo ut δασυνταὶ dicantur, sicut vicissim Æoles ψιλωταὶ, s. ψιλωτικοί. Atque ut hi ψιλωτικοὶ etiam dicuntur, et potius quidem quam ψιλωταὶ, (nam illud, non hoc, ap. Eust. me legere memini, qui alicubi non Æoles tantum, sed Iones quoque ψιλωτικοὺς nuncupat, nimirum ubi scribit, Αὐτὸ δὲ τὸ ἧλτο οὐκ ἂν ἔχοι λόγον μὴ δασύνεσθαι· εἰ μὴ ἄρα τις Αἰολεὺς ἢ καὶ Ἴων καινοτομήσει καὶ αὐτὸ, ψιλωτικοὶ ὄντες,) ita δασυντικοὶ illi non minus quam δασυνταὶ vocari possunt. Sed appellationem, quam ap. Tzetzem inveni, retinui : Τὸ δὲ ἔλιξ, inquit, Ἀττικοὶ δασύνουσιν, οἱ δὲ λοιποὶ πάντες ψιλοῦσιν· οἱ γὰρ Ἀττικοὶ δασυνταί εἰσιν. Sic autem ψιλωτὰς alibi vocat Iones.

Attici α, cum est ἀθροιστικὸν, aspirare solent : ut videre est in ἅλις, et ἅπας. Ideoque et ἅθρους scribebant, non ἄθρους, ut ab aliis scribitur.

Attici non in iis solum vocabulis, quæ illud α habent ἀθροιστικὸν, aspiratione utebantur, sed et in aliis plerisque. Sic enim et ἅθρεῖν cum aspiratione scribebant, sic etiam ἅθυρμα olim : sic ἕνος pro ἐνιαυτός : (unde ἄφενος dici existimatur, ut proprie sit ὁ ἀπὸ ἐνιαυσίων γεννημάτων πλοῦτος). Sic etiam ἕννη, cum dicitur ἕννη καὶ νέα. Eodemque modo ἁμίς. Quin etiam aspiratio, quæ est in ἅμαξα, ab illis profecta esse fertur. Hæc autem ab Eust. partim ex Ælio Dionysio, partim ex aliis traduntur. Idem alibi ἁραιὴν quoque scripsisse Atticos aspirate, annotat. Alicubi et ἁνύτω illos scripsisse, ex ejusdem Dionysii auctoritate tradit : meminitque hujus scripturæ et schol. Aristoph.

Quædam autem verba vel aspirasse vel tenuasse pro diversa signif. traduntur. Sic enim αὕω aspirasse pro ξηραίνω, unde ἀπαφαυάνθην [ἀπεφαυάνθην vel ἐπα-

φαυάνθην] ap. Aristoph.; at pro φαίνω scripsisse αὔω, spiritu tenui : unde ἠὼς ἡ ἡμέρα. Sic etiam εἴργω pro κωλύω, tenuabant, (unde est ἀπεῖρξεν :) at pro ἐγκλείω aspirabant, ut apparet ex καθεῖρξεν : ideoque et εἰρκτὴ cum aspiratione scribi. Quod si Tryphoni (ap. Athen. 9, [p. 397, E]) credimus, aspiratione alicubi usi sunt Attici et in fine vocabuli : eos enim ταῶς scripsisse, circumflectendo simul et aspirando literam ω, tradit. Sed alii locum ibi habere posse spiritum negarunt. Legimus alioqui veteres scripsisse etiam Ἅεχων : item, Ὕφαλος, et Παράλος, et Ἀμφίαλος : at in propriis nominibus ab eadem origine derivatis, tenuem scripsisse : ut in Εὐρύαλος, Ἀστύαλος. Sic vero tenuem posteriori vel postremæ vocali aliorum quorundam vocabulorum solitum fuisse imponi, ex eodem Athenæo discimus : afferente regulam quæ poscit ut scribatur Νεῶς, Τυνδάρεως, Μενέλεως, etc. Sic Πρᾶος, Κῖός, Χῖός, item Λαιὸς Βαιὸς, Φαιὸς, etc., nec non Γόος, Ῥόος, etc.

Jam vero et literas tenues in aspiratas mutasse Atticos in nonnullis vocabulis, ap. Tzetzem legimus, Comm. in Hesiod. Δασυνταὶ γὰρ, inquit, οἱ Ἀττικοὶ, τοὺς λίσπους λίσφους λέγοντες· καὶ τὰ σπέτλα, σφέτλα· καὶ ἀμφέχει, καὶ ἐφίσης, καὶ τὰ ὅμοια. Idem alibi, Τὸ δὲ ἕλιξ Ἀττικοὶ δασύνουσιν, οἱ δὲ λοιποὶ πάντες ψιλοῦσιν· οἱ γὰρ Ἀττικοὶ δασυνταί εἰσιν, ἀμφελίσσειν καὶ ἀμφέχειν καὶ καθείργειν λέγοντες, καὶ αὖθις, καὶ λίσφοι, καὶ τὰ ὅμοια, καὶ τὸ ἅμαξα· ἡ δὲ κοινὴ διάλεκτος καὶ τὸ ἅμαξα ψιλοῖ, καθὼς Δωρὶς, καὶ Αἰολὶς, καὶ Ἰωνίς.

Quantitatis syllabariæ præterea facienda fuerit aliqua mentio, cum in ea quoque Attici peculiare aliquid habuerint. Ego paucula duntaxat ejus rei exempla proferam, sed quæ saltem ad confirmandum quod dixi satis esse possint. Cum autem hic Atticos nomino, Tragicos et Comicos poetas potius quam solutæ orationis scriptores intelligo. Aliquid tamen earum, quæ hic dicentur, ad istos quoque pertinere videbis.

Ἶσος ab Hom. scribitur, priore longa, ut Il. X, [132] : Ἶσος Ἐνυαλίῳ κορυθάϊκι πτολεμιστῇ· Υ, [493] : Ὡς ὄγε πάντη θῦνε σὺν ἔγχεϊ δαίμονι ἶσος· eodemque modo et alibi passim. At vero Tragici et Comici ἴσος scribunt, priorem corripientes. Eur. Phœn. [541] : Τὸ γὰρ ἴσον, νόμιμον ἀνθρώποις ἔφυ. Ubi perperam quædam exempll. habent ἶσον cum circumflexo; est enim tribrachys, non anapæstus. Qua de re ne quis dubitare possit, obstat versus hic, qui paulo post legitur, Σὺ δ' οὐκ ἀνέξῃ δωμάτων ἔχων ἴσον; Obstat item accus. ἰσότητα ib., initio versus, Ἰσότητα τιμᾷν· ἢ φίλους ἀεὶ φίλοις κτλ. Et paulo post ἰσότης in versus itidem principio, Ἰσότης ἔταξε, καὶ μὸν διώρισε. Sic ap. Aristoph. Ach. [354] : Ἐθέλειν τ' ἀκοῦσαι μηδὲν ἴσον ἴσῳ φέρον. Ceterum hanc scripturæ et quantitatis pariter differentiam in isto nomine observavit ante me Eustathius, scribens, Δῆλον δὲ ὡς Ὅμηρος μὲν ἐκτείνει τὴν ἄρχουσαν τοῦ ἴσος, οἱ δὲ τραγικοὶ συστέλλουσιν. Ubi simul intelligendum est, eos scripturam mutare quod ad accentum attinet : i. e., ἴσος, non ἶσος scribere. Mirari autem quis possit cur Tragicorum duntaxat mentionem fecerit, ac non itidem Comicorum, cum apud hos quoque itidem corripiatur. Jam vero et in soluta oratione ἴσος potius quam ἶσος in libris fide dignis scriptum invenitur. Huc accedit quod ap. Xen. ἀνισώτερος per ω scribitur.

Huc pertinent etiam dativi ἡμὶν et ὑμὶν posteriore syllaba correpta, ap. Tragicos passim, ac præsertim ap. Soph., pro ἡμῖν et ὑμῖν posteriore producta. Sed pro ἡμὶν scribitur etiam ἦμιν : facitque hujus, non illius scripturæ mentionem Eust., qui et Ionicum et Atticum ejus usum esse tradit. Ἴωνες δὲ, inquit, πολλάκις δὲ καὶ Ἀθηναῖοι προπερισπῶσιν, ἐν συστολῇ τοῦ ι. Additque ex Hom. exemplum : cui subjungit duo Ἀττικὰ παραδείγματα, unum ex Soph., alterum ex Phrynicho. Ex Soph. [OEd. T. 921] : Ὅπως λύσιν τιν' ἦμιν εὐαγῆ πόροις. Ex Phrynicho : Ἐβουλόμην ἂν ἦμιν ὥσπερ καὶ προτοῦ. Miror autem eum de altero dativo, i. e. dativo pronominis personæ secundæ, tacuisse : an sc. eadem in illo scriptura usurpari soleret, i. e. scribi itidem ὗμιν. Apud Soph. certe eadem scripturæ forma in utroque habetur, sc. ἡμὶν et ὑμίν.

Ἄρα, cum priorem brevem habeat ap. Hom. passim ceterosque poetas epicos, invenitur ap. Tragicos alicubi priore longa. Sed non immerito fortassis loci illi suspecti nobis fuerint.

Ὄρνις, nominativi casus, singularis numeri, priore [posteriore] producta, dignum observatione existimavit schol. Aristoph. In hunc enim ejus v. Av. [70] : ΘΕ. Ὄρνις ἔγωγε δοῦλος. ΕΥ. Ἡττήθης τινὸς, hæc scribit, Σημείωσαι ὅτι καὶ τὴν εὐθεῖαν τοῦ ὄρνις ἐκτείνουσιν Ἀττικοί.

CAPUT XVI.

DE VOCABULIS,

QUÆ ATTICIS PECULIARIA SUNT, AUT PECULIAREM ILLIS SIGNIF. HABENT : AC PRIMUM DE NOMINIBUS.

Attici quædam etiam vocabula sibi peculiaria habent : quorum cognitio tanti olim facta fuit, ut in iis colligendis plerique operam posuerint : quo ex numero fuit Philemon Atheniensis : cujus liber ab Athenæo vocatur Περὶ Ἀττικῶν Ὀνομάτων, ἢ Γλωσσῶν. Fuit et Pausanias quidam, cujus opus Thucydidis enarrator appellat Συναγωγὴν Ἀττικῶν Ὀνομάτων. Ceterum horum, quæ dixi, vocabulorum nonnulla plane diversa sunt ab iis quæ lingua communis usurpat, quædam significatione duntaxat, quædam scriptura, vel terminatione, aliove modo differunt. Quoniam autem minor est eorum numerus, quæ ad illa duo posteriora genera pertinent, de iis prius agendum esse censeo, incipiendo ab iis nominibus, (prior enim locus huic orationis parti tribuetur,) quæ significatione tenus Atticis peculiaria sunt. Deinde ad illud vocabulorum genus veniens, quæ plane diversa esse dixi, in duas ea classes dividam : ut una sit eorum quæ Comicis aut etiam uni cuipiam Comicorum vel aliorum scriptorum fuisse peculiaria existimantur : altera autem, eorum quæ linguæ Atticæ peculiaria, sed Atticis scriptoribus communia fuerunt. Quoniam autem multiplicem tractationem postulat hujus Capitis materia, ipsum in certa quædam tmemata partitus sum. Neque vero quæcunque Attica dici possunt, enumeraturum me profiteor, sed aliquam duntaxat partem eorum quæ ad unumquodque genus pertinent : eam tamen, ut spero, non minimam.

TMEMA I.

DE NOMINIBUS.

De vocabulis quæ in Attico sermone aliam quam in communi significationem habent, aut certe aliam præter illam.

Attici, aut saltem Athenienses, προμηθέας vocabant quos alii χυτρέας et ἱπνοποιοὺς et πηλουργοὺς appellabant. Lucian. in libello quo respondet ei qui ipsum Προμηθέα esse ἐν λόγοις dixerat [c. 2], Καὶ αὐτοὶ δὲ Ἀθηναῖοι τοὺς χυτρέας καὶ ἱπνοποιοὺς, καὶ πάντας ὅσοι πηλουργοὶ, Προμηθέας ἀπεκάλουν, ἐπισκώπτοντες ἐς τὸν πηλὸν εἶναι τὴν ἐν πυρὶ, οἶμαι, τῶν σκευῶν ὄπτησιν· ubi infin. εἶναι mendose scribi videtur, et καὶ in eius locum substitui debere.

Atque ut a nomine proprio viri in appellativum transeunte ad nomen animalis proprium transeam, ὦτους Attici (ac præsertim Comici) feruntur appellasse homines simplices et parum cautos, et quibus ideo facile esset imponere. Athen. 9, [p. 391, A]: Διόπερ καὶ τοὺς ἐξαπατωμένους ῥᾳδίως ἐκ τοῦ τυχόντος, οἱ Κωμικοὶ ὦτους καλοῦσιν, ubi et rationem hujus appellationis affert. Ab Eust. autem affertur hujus signif. exemplum ex isto Comici cujusdam loco, Ὦ μόνοι ὦτοι τῶν Ἑλλήνων. Idem alibi, afferens quod Athen. de hujus animalis natura commemorat, simulque expositionem quam tribuit nomini ὦτοι dicto metaphorice de hominibus, addit, Προσφυέστερον δ' ἂν ὦτοι καλοῖντο οἱ ἐκ μόνης ἀκοῆς ἀπεριέργως καὶ ἀνεξετάστως ἀπάτην πάσχοντες. Sed non omittendum fuerit paulo aliud expositionis genus, quod est Ælii Dionysii ap. eund. schol.; hic enim postquam dixit ὦτον esse ὄρνεον ὃ περὶ τὰ ὦτα ἔχει πτερύγια: quod ἐπαινούμενον καὶ ἀντορχούμενον, ὥσπερ ὁ νυκτικόραξ, ἁλίσκεται, addit, Διὸ τοὺς χαύνους καὶ κενοδόξους, ὦτους ἐκάλουν.

Cum illo autem metaphorico nominis ὦτος usu convenit, (præsertim si priorem expositionem sequamur,) qui datur aliis aliarum avium nominibus, sc. κέπφος et λάρος. Aristoph. Pl. [911]: Οὐ γὰρ προσήκει τὴν ἐμαυτοῦ μοι πόλιν Εὐεργετεῖν μ', ὦ κέπφε, καθ' ὅσον ἂν σθένω; Sed schol. hunc in locum annotat, κέπφον esse qui et λάρος vocetur: Εἴληπται εἰς παροιμίαν, inquit, ἐπὶ τῶν ἀλογίστων ἀνδρῶν καὶ ἀνοήτων· καλεῖται δὲ κοινῶς λάρος. Sed cum ab aliis tum ab Eust. duo ista nomina distinguuntur. Quin etiam τῶν λάρων nomen fuisse in furaces homines jactatum, ex Aristoph. discimus.

Ut autem ab his propriis nominibus ad propria locorum nomina veniam, Atticos hinc quoque aliquid in suum sermonem transtulisse sciendum est. Exempli gratia, cum Φελλεὺς petrosi cujusdam in Attica loci nomen esset, φελλεῖς ex eo vocarunt et alia quævis Petrosa s. petricosa loca, et salebrosa.

Ὄρνις, cum in lingua communi generaliter de qualibet avi dicatur, in Attica ad Gallinam interdum restringitur.

Τέχνη, cum in linguæ communis consuetudine dicatur Ars universali appellatione, Attici τέχνας ad Malas artes, dolos et fraudes, interdum restrinxerunt: eaque in signif. Atticos Latini imitati sunt. Præsertim autem ap. veteres scriptt. vox Græca ita usurpata invenitur.

Κράδη, Atticis ἡ συκῆ, teste Polluce. Sic ῥάφανος Iisdem aliud quam linguæ communis scriptoribus significat. Nec non alia quædam plantarum nomina peculiarem ap. illos signif. obtinent. Ab Iisd. τὸν τῶν σύκων πυθμένα fuisse vocatum ὀμφαλὸν, testatur Pollux. Στέμφυλα quoque alia significatione quam ceteros usurpare plerique gramm. tradunt.

Quibusdam etiam consanguinitatis appellationibus aliter Attici utuntur quam ceteri: atque adeo cum μάμμη communis linguæ consuetudine dicatur Patris vel Matris mater, quæ Latine Avia, ab illis Mater ita vocatur: nec solum μάμμη, sed et μαμμαία dicitur: ut ex veterum gramm. auctoritate tradit Eustath. Sic cum γεννητὴς appellaretur Pater, Attici γενναδὰς nominabant τοὺς τοῦ αὐτοῦ γένους μετέχοντας, ut testatur Pollux.

A Γραμματεῖον ab Atticis vocabatur καὶ ἐν ᾧ ἀργύριον ἀπέκειτο. Quod appellabant etiam γραμματεῖον Βοιώτιον, teste Polluce.

Στρατήγιον in signif. τοῦ στρατοπέδου, Atticum. Soph. Aj. [721]: Μέσον δὲ προσμολὼν στρατήγιον, ubi schol., στρατήγιον δὲ στρατόπεδον, Ἀττικῶς.

Ῥύπον Attici vocarunt τὸν εἰς τὰς σφραγῖδας κηρὸν, ut Hesych. testatur. Idem scribit, Μουσικὴν, πᾶσαν τέχνην Ἀττικοί. Idem, Σήματα, τέρατα, σημεῖα. Ἀττικοὶ δὲ μνημεῖα. Idem, Τέττιξ, ἔξω τοῦ συνήθους ζώου παρὰ Ἀττικοῖς οἱ τῶν μαγείρων ὑπηρέται ξένοι· οἱ δὲ ἐντόπιοι, μαίσωνες. Idem, Ἰχθῦς, Ἀττικοὶ τὰ ἰχθυοπωλεῖα οὕτως ἔλεγον. Idem, Βαβυλώνιοι, οἱ βάρβαροι παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς.

Ἔφηβος, Poculi quoddam genus erat, ut Athen. 11, [p. 469, A] ex Philemone tradit ἐν τῷ Περὶ Ἀττικῶν ὀνομάτων ἢ γλωσσῶν.

Καταπύγωνα Attici vocabant καὶ τὸν μέσον τῆς χειρὸς δάκτυλον, ut scribit Pollux.

Ἄστυ, cum aliis quamlibet Urbem significaret, Atheniensibus solas Athenas declarabat, ut testatur B Eust., scribens, Ἄστυ δὲ παρὰ μὲν τῷ ποιητῇ πᾶσα πόλις· Ἀθηναῖοι δὲ ὕστερον εἰς τὴν κατ' αὐτοὺς ἐμόνασαν τὸ ὄνομα· ἄστυ γὰρ ἰδίως ἐκαλοῦντο αἱ Ἀθῆναι. Eodemque modo Alexandriam postea vocatam fuisse peculiariter πόλιν scribit. Sic certe Romam nomen Urbis sibi vindicasse videmus.

Θεοὶ generalem itidem appellationem quorumlibet deorum fuisse scimus: Athenienses tamen τὼ θεὼ feminino genere dixisse peculiariter ἐπὶ Δήμητρος (s. Δημήτρας) καὶ Κόρης, auctor est alio quodam loco hic schol.

Ut autem aliqua etiam adjectiva his substantivis addam, quid vocabulum ἄξιος significet, satis notum est; sed Atticis peculiariter sonat et εὔωνος: ut cum Aristoph. [Eq. 645] ἀξιωτέρας ἀφύας appellat τὰς εὐωνοτέρας. Sic adjectivum ἀπηνὴς dicitur quidem communi lingua ὁ σκληρὸς, καὶ ὁ ἐναντίος πρὸς τὸν ἐνηῆ: at vero Atici ἀπηνὲς vocabant τὸ ἁπλῶς ἄπο αἴνου, ἤτοι τὸ ἀπαίδευτον, ut inquit Eust., addens, Comicum (i. e. Aristophanem) in Nubibus hoc παραδηλοῦν. Sic vero ἄγριοι C ἄνδρες ap. eund. Comicum peculiari quadam significatione dici existimantur οἱ παιδερασταί. Sed distinguenda sunt ea quæ Comici soli jocose dixerunt, ab iis quæ ceteri pariter usurparunt.

DE VERBIS.

Καλοῦμαι apud Atticos est δικαστικὴ λέξις, inquit Eust., i. e. Vocabulum judiciale s. forense. Hoc autem dicit respiciens ad eum usum, quem habet cum alibi tum in isto Aristoph. l., Καλοῦμαι Στρεψιάδην εἰς τὴν ἔνην τε καὶ νέαν. Nam hunc ipsum locum affert, duo saltem prima ejus verba, ubi constat significare In jus voco, Diem dico. Crediderim autem, inter vocabula quæ Atticis peculiarem signif. habent, primum tenere locum quæ sunt hujus generis, i. e. quæ itidem sunt δικαστικά. Constat enim Athenis magis quam in ulla alia Græciæ civitate forenses concertationes locum habuisse: adeo quidem ut etiam male D hoc nomine audierint, et φιλόδικοι dicti fuerint. Sic ap. Thuc. 1, [77] in quandam concionem, ubi dicunt Athenienses, Φιλοδικεῖν δοκοῦμεν, annotat schol., Ἐκωμῳδοῦντο γὰρ οἱ Ἀθηναῖοι ὡς φιλόδικοι. Id certe vel unus Aristoph. aperte nos plerisque locis docet, ac præsertim in Vespis. Multa autem fuisse illis δικαστήρια, et ex Polluce et ex Pausania (ut alios omittam) discimus. Commemorantur enim a Polluce Ἄρειος πάγος, Τὸ ἐπὶ παλλαδίῳ, Τὸ ἐπὶ δελφινίῳ, Τὸ ἐπὶ πρυτανείῳ, Τὸ ἐν φρεάτει, Τρίγωνον, Παράβυστον, Τὸ ἐπὶ λύκῳ, Τὸ μητίχου, Ἄρδητος, Ἡλιαία. Apud Eund. varia ad res forenses pertinentia vocabula extant, quorum non dubito quin bona pars ab Atticis profecta sit. Equidem vel ab uno nomine δίκη derivata habemus quamplurima, quorum pleraque ab illis esse orta crediderim. Verum ut de iis nunc taceam quæ finxerunt, (postea autem aliqua commemorabo,) quemadmodum illud καλοῦμαι, de quo dixi initio hujus sermonis, a generali signif. ad forensem (ut ita dicam) restrinxerunt, ita significationes metaphoricæ, quas habent verba

διώκω et φεύγω, cum de judicio dicuntur, nec non quas alia eodem pertinentia verba habent, illis, ut opinor, acceptæ ferri debent.

Quemadmodum autem quædam λέξεις dicuntur esse Atticis δικαστικαὶ, ita etiam nonnullæ ἱεραί. Exempli gratia, ἱδρύω dicit Eust. esse Atticis ἱερὰν λέξιν, quoniam ἱδρύεται ναὸς, et ἱδρύεται ἄγαλμα ἐν ναῷ. Idem alibi eodem nomine appellat verbum μυεῖν. Dicit enim esse ἱερὰν λέξιν Ἀττικήν. Ejus verba sunt, Ἐκ δὲ τοῦ μύειν ἐστὶ καὶ τὸ μυεῖν, ἱερὰ λέξις αὕτη Ἀττική· ἀφ' ἧς καὶ ὁ μύστης, καὶ ἡ μύστις, οἷς ἀνάγκη μύειν τὸ στόμα, καὶ μὴ ἐκφαίνειν ἃ μεμύηνται. Apparet autem ex iis quæ utrobique subjungit, eum sacrum vocabulum appellare, cujus significatio ad res sacras pertinet. Pro eodem alibi dicit θεία λέξις, cum sc. σέβειν tradit esse θείαν λέξιν. Sic etiam nomen ἄναξ scribit esse θείαν λέξιν : addens, Euripidem quoque hujus vocis θειότητα indicare, hoc versu [Hipp. 88] : Ἄναξ· θεοὺς γὰρ δεσπότας καλεῖν χρεών. Itidemque hac Ajacis ap. Soph. ironia [667] : Μαθησόμεσθα δ' Ἀτρείδας σέβειν, id declarari ; esse enim θείαν λέξιν et verbum istud σέβειν. Idem alio quodam loco παντουργὸς esse θείαν λέξιν scribit. Παντουργὸς γὰρ, inquit, πάλαι μὲν ὁ πανοῦργος, ὡς καὶ παρὰ Σοφοκλεῖ· νῦν δὲ θεία ἐστὶν ἡ λέξις. At vero alibi (ut hoc obiter lector intelligat) νέκταρ et ἀμβροσίαν appellat θείας λέξεις, alio respiciens : sc. ad id, quod sint nomina potus et cibi deorum : ut legimus et ap. Ovid., Nectar et ambrosiam, latices epulasque deorum. Alia autem ratione θεία λέξις vocari possit Ξάνθος, item Βριάρεως, et κύμινδις : quia usurpantur a diis loco istarum humanarum, Σκάμανδρος, Αἰγαίων, χαλκίς : si tamen Homericum hac de re testimonium fide dignum esse existimamus.

Ἰδεῖν quam signif. habeat, nemo non novit ; sed in Attico sermone quandam non omnibus itidem notam obtinet. Thuc. 4, p. 161 meæ ed. [c. 125] : Καὶ τὸν Περδίκκαν τοπρῶτον οὐκ αἰσθανόμενον, ὡς ἔγνω, ἠνάγκασαν πρὶν τὸν Βρασίδαν ἰδεῖν, (ἄπωθεν γὰρ πολὺ ἀλλήλων ἐστρατοπεδεύοντο,) προαπελθεῖν. Hic enim ἰδεῖν τὸν Βρασίδαν de congressu cum Brasida s. colloquio dicitur. Cujus signif. scholiastes etiam admonet. Extat vero cum alibi tum ap. Lucian. manifestius etiam exemplum hujus signif., initio Dialogi in quo Neptunum et Mercurium colloquentes inducit ; ibi enim illud verbi ἰδεῖν significatum alio verbo exponitur. Sed ut expositio perspici possit, totus locus afferendus est. ΠΟΣ. Ἔστιν, ὦ Ἑρμῆ, νῦν ἐντυχεῖν τῷ Διΐ ; ΕΡ. Οὐδαμῶς, ὦ Πόσειδον. ΠΟΣ Ὅμως προσάγγειλον αὐτῷ. ΕΡ. Μὴ ἐνόχλει, φημί· ἄκαιρον γάρ· ὥστε οὐκ ἂν ἴδοις αὐτὸν ἐν τῷ παρόντι. Hic enim manifestissimum est οὐκ ἂν ἴδοις αὐτὸν i. esse q. οὐκ ἂν ἐντύχοις αὐτῷ, et vicissim ἐντυχεῖν τῷ Διΐ i. q. ἰδεῖν τὸν Δία. Eo autem libentius hunc atticismum exemplis confirmo, quod alicubi etiam legatur unde procul abesse omnes atticismi existimantur. Extat enim in Evangelicis scriptis, sc. ap. Lucam 8, [20] : Καὶ ἀπηγγέλη αὐτῷ, λεγόντων, Ἡ μήτηρ σου καὶ οἱ ἀδελφοί σου ἑστήκασιν ἔξω, ἰδεῖν σε θέλοντες. Siquidem quin Attico more dictum sit ἰδεῖν σε pro Tecum colloqui, (quamvis omnes Interpretes vulgarem signif. retinentes vertant, Te videre,) dubitare nos non sinunt Matthæus et Marcus in referenda eadem historia ; sed ille præsertim, dicens, ζητοῦντες αὐτῷ λαλῆσαι. Non sine causa autem illud dixi, hunc atticismum ibi etiam reperiri unde procul abesse omnes atticismi creduntur. Plerosque enim de Evangelicorum scriptorum phrasi non hoc solum, verum quiddam etiam pejus persuasos esse scio. Sed ego, siquando mihi tantum otii suppetat, quantum illi fallantur, patefacere decrevi. Equidem quod ad illud supervacaneum ὅτι attinet, quod multorum aures tantopere ibi offendit, non magis Evangelistarum quam Thuc., Dem., Plat., Xen. aliorumque Atticæ linguæ scriptorum esse, testatum variis eorum locis reddidi. Hoc addere non dubitabo : eos quoque locos, qui ἀνακόλουθον s. ἀκατάλληλον orationis structuram habent, Atticorum scriptorum exemplis posse defendi. Defendi dico ? imo vero commendari. Ecce enim, quod dicit Marcus, Ὃν ἐγὼ ἀπεκεφάλισα Ἰωάννην, οὗτός ἐστιν, structuram ἀκατάλληλον habet, fateor ; sed talem ἀκαταλληλίαν ap. optimos quosque Atticæ linguæ scriptt. interdum inveniri dico. Uno tamen quod memoria mihi nunc suggerit, exemplo contentus ero : ex Xen. Cyrop. 4, p. 63 [c. 5, 17] : Καὶ ὅτι οὓς ἂν πέμπωσι στρατιώτας, ἐπειδὰν ἔλθωσι παρ' ἐμὲ, ἐμοὶ μελήσει περὶ τῆς τροφῆς αὐτῶν. Quin etiam majorem quam isti ἀκαταλληλίαν habet hic Soph. [El. 160] : Ὄλβιος δν ἁ κλεινὰ γᾶ ποτε Μυκηναίων δέξεται εὐπατρίδαν Διὸς εὔφρονι βήματι μολόντα τάνδε γᾶν Ὀρέσταν. In Latino autem sermone sæpe occurrit idem omnino relativi usus, qui in illo Marci loco. Tale enim est ap. Liv., Quem ceperant exules montem, herbidus aquosusque est. Tale ap. Plaut., Hunc chlamydatum quem vides, ei Mars iratus est. Tale denique et illud notissimum ap. Virg., Urbem quam statuo, vestra est. Quin etiam nonnulla ibi sunt loquendi genera, quorum usus plane ignotus Græcis scriptt. fuisse falso existimatur. Horum ex numero est istud ap. Matth. in fine cap. 1 : Καὶ οὐκ ἐγίνωσκεν αὐτήν. Quotusquisque enim hunc verbi γινώσκειν usum ullo alicujus idonei scriptoris exemplo confirmari posse putat ? quis alii linguæ quam Hebraicæ notum esse credit ? At Plut. tamen eo frequentissime utitur. In Pompejo p. 1166 meæ ed. [c. 36] : Ὅσαι δὲ τῶν Μιθριδάτου παλλακίδων ἀνήχθησαν, οὐδεμίαν ἔγνω, πάσας δὲ τοῖς γονεῦσι καὶ οἰκείοις ἀνέπεμπεν· Eumene p. 1065 [c. 1] : Βαρσίνην γὰρ τὴν Ἀρταβάζου πρώτην ἐν Ἀσίᾳ γνοὺς ὁ Ἀλέξανδρος, ἐξ ἧς υἱὸν ἔσχεν Ἡρακλέα· Alex. p. 1241 [c. 21] : Οὔτε τούτων ἔθιγεν, οὔτε ἄλλην ἔγνω γυναῖκα πρὸ γάμου πλὴν Βαρσήνης, vel Βαρσίνης, ut in proxime præcedente loco. Catone Utic. p. 1399 : Μίαν ἣν ἔγημεν ἐξ ἀρχῆς γνοὺς γυναῖκα. In aliis denique aliquot locis hoc verbum eodem modo usurpatum apud eum legitur. Sic autem Latina Notitiæ appellatione usus est Cæsar in Comment. belli Gallici, Intra annum vero vigesimum feminæ notitiam habuisse, in turpissimis habent rebus. At Cicero Notitiam mulieris de simplici, ut ita dicam, notitia dixit. Inter illa autem quæ prorsus a Gr. sermonis consuetudine abhorrere putantur, et ex Hebraici sermonis usu petita esse, occurrit verbum εἰπεῖν, pro Jubere ; hic enim usus, quem frequenter in Evangelicis scriptis habet, ex Hebraici vocabuli אמר imitatione sumptus esse creditur, (sicut nimirum verbum γινώσκειν in illa, de qua disserui, significatione, Hebraicum ירע repræsentare,) at ego in plerisque Thuc. locis eum observavi, cui nihil cum literis Hebraicis commercii fuisse constat. Legimus enim ap. eum 8, p. 289 [c. 86] : Ὁ δὲ Ἀλκιβιάδης, ἐπαινέσας αὐτοὺς, καὶ εἰπὼν, ὅταν τις καλῇ, παρεῖναι, οὕτως ἀπέπεμπεν· 7, p. 242 [c. 29] : Καὶ εἰπόντες, ἅμα ἐν τῷ παράπλῳ καὶ τοὺς πολεμίους ἤν τι δύνωνται ἀπ' αὐτῶν βλάψαι. Eamque signif. postea huic verbo dederunt et alii. Lucian. Asino [c. 48] : Ἐμὲ δὲ παρέδωκεν ἀπελευθέρῳ τινὶ τῶν ἑαυτοῦ νεανίσκων, καὶ εἶπε κατηχεῖν ὅσα ποιῶν μάλιστα ψυχαγωγεῖν αὐτὸν δυναίμην. Sunt præterea quædam loquendi genera, quæ Evangelistæ non cum Græcis scriptoribus communia, sed sibi peculiaria habere existimantur, et quorum etiam nonnullis aliquid arcani includere creduntur, cum tamen ex medio petita esse, ex Græcorum scriptt. locis probari possit. Ac ne longe abeam, in illo ipso cap., ubi sunt illa, de quibus modo disserui, verba, Οὐκ ἐγίνωσκεν αὐτὴν, leguntur et ista, paulo ante, Μὴ φοβηθῇς παραλαβεῖν Μαριὰμ τὴν γυναῖκά σου. Hic dici non potest quam varia in verbo παραλαβεῖν sub præpositione παρὰ latere credita sint ; at vel hic Luciani locus Matthæum et proprie et simul simpliciter locutum esse ostendit, in Toxari [c. 24] : Μάλιστα δὲ αὐτὸν ἡνία θυγάτηρ αὕτη, ἐπίγαμος ἤδη καὶ ὀκτωκαιδεκαέτις οὖσα, ἣν οὐδὲ μετὰ πάσης τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς, (ἤνγε πρὸ τῆς καταδίκης ἐκέκτητο,) ἠξίωσεν ἄν τις, τῶν γε εὐγενῶν καὶ πενήτων, ῥᾳδίως παραλαβεῖν, οὕτω κακοδαίμονα οὖσαν τὴν ὄψιν. Sunt vero et quidam loci, qui, prout Latine redditi fuerint, vel elegans genus loquendi habere videbuntur, vel secus. Horum est iste, Ep. ad Hebr. 12, [7] : Εἰ παιδείαν ὑπομένετε, ὡς υἱοῖς ὑμῖν προσφέρεται ὁ θεός. Si enim hic ὡς υἱοῖς ὑμῖν προσφέρεται ὁ θεὸς, reddatur, (ut omnes Interprr. verterunt,) Deus se vobis offert ut filiis, mirari quis hunc verbi προσφέρεται usum possit, ut parum Gr. linguæ usitatum ; at vero si ita interpretemur, Deus se erga vos gerit ut erga

filios, vel, Vobiscum agit ut cum filiis, tunc certe A loquendi genus non solum vere Græcum, sed Atticis quoque scriptoribus familiare, (ut meus Gr. Linguæ Thes. testatur, ubi et de hoc loco disserui,) agnoscere facile erit. Quin etiam quædam sunt verba, quæ non in vulgari, sed potius in alia magis recondita signif. videri possunt accipienda. Exempli gratia, Marc. 10, [21]: Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἐμβλέψας αὐτῷ, ἠγάπησεν αὐτὸν, καὶ εἶπεν αὐτῷ, Ἕν σοι ὑστερεῖ, κτλ. Cum enim ἀγαπᾶν pro Osculari etiam ponatur interdum, merito quis (meo quidem judicio) suspicabitur ἠγάπησεν hoc in l. signif. istam obtinere, præsertim cum frigere videatur altera interpretatio, Intuitus eum, dilexit. Neque tamen interim non graviter eorum studium reprehendere possum, qui in alteram partem peccant, i. e. qui, ne nihil novi in illorum librorum lectione excogitasse videantur, etiam τὰ ἀκίνητα κινεῖν audent, i. e. in locum interpretationum antiquarum et ab omnibus omni memoria receptarum, nec solum cum linguæ Græcæ consuetudine, sed et cum re de qua agitur convenientium, et novas et a Græci sermonis usu alienas, quin etiam rei de qua est sermo minime congruentes, substituere audent. Cujus temeritatis (ne quid gravius dicam) exemplum habemus in novissima vulgarium Lexicorum editione; ibi enim inter expositiones significationum verbi φρονῶ, affertur hic Pauli locus, Ep. ad Gal. 5, [10]: Ἐγὼ πέποιθα εἰς ὑμᾶς ἐν Κυρίῳ ὅτι οὐδὲν ἄλλο φρονήσετε. cum hac interpretatione, Nihil aliud mali vos passuros esse. Age vero, fingamus verbum φρονεῖν talem aliquando signif. habere: quid ea huic loco opus est? quis eam, quæ passim recepta est, ei aptissimam esse non videt? Sed (quod peccatum illud gravius reddit) hujus interpretationis auctor ex male intellectis scholiastæ Sophoclis verbis hanc signif. vocabuli φρονεῖν somniavit, ut in meo Thes. Gr. Linguæ apertissime docui. Verum ut illum de Evangelicis scriptis sermonem persequar, hoc quoque in eorum lectione cogitandum nobis esse dico, nonnulla ibi esse, quæ exemplo alicujus idonei scriptoris confirmari possent, nisi tam multi intercidissent. Argumento esse potest verbum ἀπέχει, Marc. 14, [41] pro Satis est, Sufficit. Antequam enim Anacreontis Odas in lucem protulissem, idonei scriptoris exemplo istum verbi ἀπέχει usum confirmari posse vix ullus credidisset. Illud certe de verbo περπερεύεσθαι dici posse existimo; cujus varias interpretationes afferri videmus: sed earum quæ sit aptissima, divinandum potius, (utpote nullo alio extante exemplo,) quam judicandum est. In cujus mentionem quoniam incidi, hoc addam, non minus fidei adhibere me iis quæ a Sophoclis enarratore scribuntur, quam aliis omnibus quæ Græci schol. vel alii tradunt. Annotat is, περπαίρους (ita scriptum est ap. eum) καὶ πολυλάλους fuisse dictos quos veteres appellarent κομψούς. Itidem autem περπαιρεύεσθαι, (s. περπερεύεσθαι, si περπέρους ibi legamus,) in illo Pauli loco aptissime expositum iri arbitror κομψεύεσθαι. Sed de his hactenus, quæ non ingratum lectoribus ἐπεισόδιον fore puto.

Θαυμάζω signif. quandam Atticis peculiarem, et eam quidem valde θαυμασίαν, habet. Et quoniam plerosque lubenter, quæ de hac signif. habeo, audituros scio, ea ex Eust. deprompta adjungam. Ille hæc verba Homerica ἀεικέα μισθὸν exponens, Il. M, (435], (leguntur autem et alibi,) Δηλοῖ μὲν, inquit, μισθώτριαν καὶ τὴν γερνῆτιν εἶναι· εὐτελίζει δὲ ἐν τῷ καθόλου τὸ τοῦ μισθοῦ χρῆμα, ὡς ἀνελεύθερον ὂν μισθαρνεῖν· διόπερ Ἀθηναῖοι μεταλαβόντες τὸ μισθὸς εἰς θαῦμα, θαυμάζειν φασὶ τὸ διδόναι μισθόν· ὡς δηλοῖ καὶ παρὰ τῷ Κωμικῷ τὸ, Χρὴ γὰρ ἀποθαυμάσαι τι τὸν διδάσκαλον· ὅπερ εὐφήμως ἐρρέθη, ἀντὶ τοῦ μισθὸν δοῦναι· ὅπερ γίνεται τοῖς μισθὸν λαμβάνουσι, ταὐτὸν δ' εἰπεῖν μισθαρνοῦσι.

Ἀπομύττειν satis notam signif. habet; sed quendam Atticis, ac præsertim Comicis, peculiarem usum habet, in quo metaphorice ponitur. Ἤδη δέ τινες τῶν Κωμικῶν, inquit Pollux, τὸ ἐπὶ κέρδει ἐξαπατᾶν, ἀπομύττειν εἶπον. Credibile est igitur Apollodorum eo usum fuisse eo in loco, ubi dixit Terentius Emunxi argento senes.

His nunc exemplis contentus ero; sed lectori in memoriam revocabo, quæ supra de præpositione ὑπὸ certis quibusdam verbis præfixa dixi: sc. eam in compositione interdum i. valere q. πρό: ut in ὑφηγεῖσθαι, ὑπειπεῖν, ὑποδεικνύειν: (reliqua ibi videnda tibi relinquam:) esse enim hæc pro προηγεῖσθαι, προειπεῖν, προδεικνύειν.

Excogitarunt insuper Attici vocabula quædam, (hic enim adjungam quæ paulo ante omisi, cum de nominibus agerem,) quæ cum honesta, vel speciosa, aut saltem minus invidiosa essent, minus aures offendebant quam propria quæ antea usurpari solebant. Hoc in numero sunt ista: Ἑταίρα, pro πόρνη: Οἴκημα, pro δεσμωτήριον: Συντάξεις, pro φόροι: Φυλακαὶ, pro φρουραὶ, τῶν πόλεων sc. Hac autem in re imitati sunt Solonem Athenienses; ut enim ille ad molliendam rem valde alioqui duram, χρεῶν sc. ἀποκοπὴν, excogitavit nomen σεισάχθεια, ita illi ejus exemplo nova rebus illis itidem odiosis nomina imposuerunt: non tamen voces istas fingentes, (ut Solon illam B compositam vocem finxerat,) sed veteribus vocabulis novas rerum illarum signiff. tribuentes. Plut. Solone [c. 15]: Ἃ δ' οὖν οἱ νεώτεροι τοὺς Ἀθηναίους λέγουσι τὰς τῶν πραγμάτων δυσχερείας ὀνόμασι χρηστοῖς καὶ φιλανθρώποις ἐπικαλύπτοντας, ἀστείως ὑποκορίζεσθαι, τὰς μὲν πόρνας, ἑταίρας· τοὺς δὲ φόρους, συντάξεις· φυλακὰς δὲ, τὰς φρουρὰς τῶν πόλεων· οἴκημα δὲ, τὸ δεσμωτήριον καλοῦντας· πρώτου Σόλωνος ἦν, ὡς ἔοικε, σόφισμα, τὴν τῶν χρεῶν ἀποκοπὴν σεισάχθειαν ὀνομάσαντος. Nec vero in his tantum nominibus talem ὑποκορισμὸν Attici usurparunt, sed et in plerisque aliis: quorum est ἄρεσκος pro κόλαξ, itidemque ἀρέσκεια pro κολακεία. Solitos autem fuisse Athenienses peccatis quoque lenissima nomina imponere, scribit Idem in Alcibiade. Huc pertinent illa Thuc. 3, [82]: Καὶ τὴν εἰωθυῖαν ἀξίωσιν τῶν ὀνομάτων ἐς τὰ ἔργα ἀντήλλαξαν τῇ δικαιώσει. Τόλμα μὲν γὰρ ἀλόγιστος, ἀνδρεία φιλέταιρος ἐνομίσθη, μέλλησις δὲ προμηθὴς, δειλία εὐπρεπής· τὸ δὲ σῶφρον, τοῦ ἀνάνδρου πρόσχημα· καὶ τὸ πρὸς ἅπαν ξυνετὸν, ἐπίπαν ἀργόν· τὸ δ' ἐμπλήκτως ὀξὺ, ἀνδρὸς μοίρᾳ προσετέθη. Sed hic non solum peccatis lenissima nomina, verum etiam vicissim iis quæ virtutis sunt, invidiosas appellationes C dari videmus.

TMEMA II.

De Vocabulis Atticis non valde diversis ab iis quæ Lingua communis usurpat.

Ex duobus illis nominum Atticorum generibus, de quibus me verba prius esse facturum promisi, superest alterum: eorum sc. quorum non magnum est discrimen ab illis, quæ linguæ communis consuetudo recepit. Hoc in numero ponere possumus ἔριδας: siquidem ἔριδας Attice vocari τὰς ἐν οὐρανῷ ἴριδας testatur Hesych. Huc pertinet et μνήστρια, quod Atticos pro προμνήστρια usurpasse tradit Pollux. Pertinent huc et illa in quibus vel alia terminatione, vel alia compositionis forma usi sunt. Diversa terminatione usi sunt, cum aliis modis, tum vero his quos D enumerabo. Primum cum aliquod vocab. in alio genere usurparunt quam lingua communis usurpare soleret, veluti cum ἄσβολος dixerunt, non ἀσβόλη: et τὸ νῶτον, non ὁ νῶτος: item θεμέλιον, non θεμέλιος: itidemque alia, quæ supra partim ex Ælio Dionysio, partim ex Thoma M. protuli; (sed huic non temere credendum esse docens). Deinde cum sub alia declinatione nomen aliquod protulerunt: ut cum βραβεὺς, non βραβευτὴς, cum αὐλητρὶς et μαθητρὶς, non αὐλήτρια et μαθήτρια dixerunt. Idemque et in verbalibus quibusdam, nec non in comparativis vel superlativis fecerunt, cum unam diminutivi formam alteri prætulerunt: veluti cum κυνίδιον quam κυνάριον, itidemque λιθίδιον quam λιθάριον, et ξυλίφιον quam ξυλάριον dicere maluerunt. Vel cum pro simplici nomine sunt usi diminutivo, vel contra pro diminutivo simplex usurparunt: veluti cum τηθίδα vocarunt τὴν τήθην: eodemque modo λοπάδιον dicere maluerunt quam λοπάς: contra vero, ἀλλὰς, non ἀλλάντιον. De τηθὶς legimus ap. Eust., ex quibusdam vett. gramm., Μάμμην γὰρ

Ἀττικοὶ καὶ μαμμαίαν, τὴν μητέρα καλοῦσιν· ἢν δὲ οἱ πολλοὶ τήθην, τηθίδα. Reliquorum autem fidem, sicut et nonnullorum ex præcedentibus, penes Thom. M. esse volo. Alia compositionis forma iidem usi sunt, cum δμόδουλος potius quam σύνδουλος, cum ἔκδημος potius quam ἀπόδημος, cum παράδειγμα potius quam ὑπόδειγμα, cum νωδὸς potius quam ἀνόδους dicendum censuerunt. Quod autem de compositione dixi, in memoriam mihi revocavit et aliud quod hic omittendum non est: sc. in eo quoque sermonem Atticum a sermone linguæ communis interdum dissentire, quod duobus simplicibus loco unius compositi utatur, veluti cum ἄκρα πόλις dicit pro ἀκρόπολις: cum οἰκίας δεσπότης, non οἰκοδεσπότης: cum γυναικὸς ἀδελφὸς, non γυναικάδελφος: et in verbis, cum σχολὴν ἄγειν, non σχολάζειν: cum σῖτον μετρεῖσθαι pro σιτομετρεῖσθαι: cum αἰχμάλωτον ποιεῖν et αἰχμάλωτον γίνεσθαι pro αἰχμαλωτίζειν et αἰχμαλωτίζεσθαι dicunt. Quæ tamen exempla ex illo ipso, quem antea nominavi, Atticismorum Collectore deprompta sunt, et a me nondum examinata: sed aliqua saltem ex iis confirmare Atticorum scriptorum testimoniis possem. Invenientur autem et aliæ quæpiam sermonis in communi lingua recepti mutationes, quæ his erunt adjungendæ. Ex earum numero est illa, quæ pluralem, non singularem, aut vicissim singularem, non pluralem, Attici usurpant: ut διαθήκας γράφειν, non διαθήκην: et γάμους ποιεῖν, non γάμον: vicissimque βρώματα, et ἐνέχυρα, non βρῶμα et ἐνέχυρον: ut idem ille testatur.

TMEMA III.

De vocabulis Atticis, quæ non tantum immutata sunt aliquantum a vocibus linguæ communis, sed plane sunt alia: et quorum quædam licet in hac quoque usurpentur, ab Attica tamen originem habere existimantur.

Ad tertium Atticorum vocabulorum genus, s. ad tertiam classem, venio, quæ nimirum non terminatione tantum aut alia re quapiam ab iis differunt, quæ lingua communis usurpat, (qualia sunt quæ in præcedente tmemate recensui,) sed plane sunt alia: et quæ κτήσει sunt Atticorum, licet χρήσει pleraque eorum non minus linguæ communis esse comperiantur. Verum antequam ad illorum enumerationem accedam, (non omnium quidem certe, sed non minimæ saltem partis eorum quæ præ aliis insignia videbuntur,) nonnulla sunt quæ de Attico sermone, deque Atticis scriptoribus præfari volo.

Atticum sermonem non omnino eundem apud Atticos veteres, et eos qui illis successerunt, fuisse, nec eundem prorsus apud quoslibet scriptt., etiam qui eodem sæculo vixerunt: quin etiam Comicos multa in eo sibi vindicare, dico. Inter veteres Atticos numeratur Thuc.; sed hic minime contentus iis quæ ex veteri sermone habebat, multa innovavit, phrasimque magna ex parte sibi peculiarem usurpavit. Quod plerique gramm. non animadvertentes, Attica esse dixerunt quæ potius Thucydidea vocare debuerant, ut in superioribus docui. Fateor quidem, circa structuram orationis præcipue et loquendi genera novitate delectatum hunc scriptorem fuisse, eamque modis omnibus affectasse; sed quædam etiam vocabula aut sibi peculiaria, (quod in nonnullis de peculiari signif. intelligendum est,) aut cum paucis communia habuisse puto. Atque adeo Pollux quoque de nonnullis id sensisse videtur, veluti cum scribit, Τὸ δὲ μετὰ τὴν πρᾶσιν ἀποδοθὲν ἀνάδοτον ἄν τις εἰπεῖν δύναιτο· εἰπόντος Θουκυδίδου, Μὴ ἀνάδοτος εἴη Πλάταια. Ex Eodem affert ἐπίχαρτοι, et ἐθελόξενος: nec non ξένισις, quod τραχὺ esse ait. Ex Eodem affert et ἀγχώμαλον, quod esse τραχὺ scribit. Affert ex Eodem ἐρέψιμα ξύλα, et πολυοινότατον χωρίον, nec non ἔτος ἄνοσον, et ἄδεσμον φρουρὰν, et φορτικὸν πλοῖον. Affert item κῆδος in ἐπιγαμίας significatione, nec non ὁμαιχμία, et ὁμόσκευοι. Ejusdem scriptoris denique esse dicit et hæc nomina, πολυχειρία, et αὐτερέτης, et περιωπὴ, et ἀκροτελεύτιον, et ἐπιφορὰ, et ἐπικράτησις (quod vocabulum βιαιότερον esse tradit), et παραιρήματα, atque alia quædam item verba nec non participia recenset: ut βαίνειν pro βαδίζειν: et κατασημήνασθαι, pro παρατυπώσασθαι τὴν σφραγῖδα: et λιθοφορεῖν, et καταβυρσῶσαι, et κακοτυχεῖν, et λειποψυχεῖν: item πονούμενον, et τραυματισθεῖσαι νῆες, atque alia. Et de Thucydide quidem hactenus. Inter Atticos vero scriptt. qui sermone minus veteri usi sunt, Xenoph. potissimum pleraque vocabula habet non modo non Attica, sed ne oratoria quidem, aut historica, atque adeo nulli solutæ orationi convenientia: quippe quæ Poetica omnino appellari possint. Talium aliquot Xenophontis Vocum a me observatarum Catalogum editioni meæ subjunxi: ex quibus est ἀγλαΐα, et ἀδαὴς, et δαημονέστατος: et ἀλκὴ, ἀλκιμώτατος, ἄναλκις: item ἄχος: cetera autem in calce meæ illius editionis videnda tibi relinquo. Jam vero et apud ceteros scriptt. Atticos aliqua sunt vocabula, quæ parum Attica videri possunt: qualia sunt quæ Pollux σκληρὰ, s. τραχέα, aut βίαια, aut etiam μοχθηρὰ esse admonet.

Quod autem et de Comicis dixi, eos quædam sibi vindicare vocabula, cum aliorum, tum vero Pollucis, Athenæi, Eustathii testimoniis confirmare possum. Quin etiam Plutarch., ut ab eo incipiam, vocem λαχκόπλουτος ex illis nobis profert in Aristidis Vita [c. 5].

Verum quemadmodum ex Thuc. et Xenoph. attuli quædam vocabula, quæ illis vel peculiaria vel cum paucis certe fuerunt communia, sic ex aliis quoque nonnulla proferre libet, a Polluce annotata; sed sicubi σκληρὸν aut τραχὺ aut βίαιον aliquod esse dicit, id non addam.

Xenoph., (a quo non incipio, sed potius sermonem de eo inceptum persequor,) præter illa vocabula poetica, quæ peculiaria illi inter Atticos scriptt. soluta oratione utentes videri possint, aut certe cum paucis communia, uti dixi, quædam etiam habet, de quibus id minime dici potest. Tale est ἀνάδελφος. Pollux: Τὸν δὲ οὐκ ἔχοντα ἀδελφὸν, Ἀνάδελφον ὁ Ξενοφῶν εἶπεν. Idem alibi, de derivatis a voce καρδία loquens, Ὄνομα δὲ ἀπ' αὐτῆς Εὐκάρδιος, καὶ Καρδιώττειν· οὕτω δὲ Δωριεῖς τὸ παρὰ Ξενοφῶντι βουλιμιᾶν καλοῦσι. Idem alibi, Ξενοφῶν δὲ καὶ τὰ ἀναβλέμματα λέγει Ἀντιβλέψεις. Idem alio l. [7, 149], Καὶ τὸ μὲν καρποῦσθαι κάρπωσιν λέγει Ξενοφῶν, ἣν οἱ νῦν καρπίαν. Sed mendose scriptum esse hunc l. puto, omissa copula καί: debere enim ita scribi, καὶ τὸ μὲν καρποῦσθαι καὶ κάρπωσιν λέγει Ξενοφῶν: ut sc. dicat, Xenoph. et verbum καρποῦσθαι et ejus verbale κάρπωσιν usurpare. Siquidem apud eum ambo extant, in Pædia; nam 8, [2, 22] legimus, Καὶ ἐκ τούτων καρποῦμαι ἀσφάλειαν καὶ εὔκλειαν· et [7, 6]: Ἐγὼ γὰρ παῖς τε ὢν, τὰ ἐν παισὶ νομιζόμενα καλὰ δοκῶ κεκαρπῶσθαι. Verbale autem κάρπωσις 4, [5, 16] extat, Τὴν ἀρχὴν τῆς Ἀσίας καὶ τὴν κάρπωσιν γενέσθαι ἐφ' ἑαυτοῖς. Ex Eodem affert etiam Στέγανα: nec non Γεραιτέρους, et Ἀγήραος, et Σκαπτῆρες, et Ὀπτῆρες: item Παιγνιώδη, et Ἐγχειρητικωτέρους: et compp. Κακόποδες, Νωτοφόρος, dictum περὶ ἡμιόνου: Ὁμόγλωσσος, Μεγαλήγορος, Κεφαλαλγές: et præ aliis observanda duo, Ἀποχειροβίωτος, et Κλαυσίγελως. Verba etiam quædam ultra ea quæ commemorata sunt: ut Νεανιτεύεσθαι (si modo ita scrib. est, non Νεανιεύεσθαι, aut Νεανισκεύεσθαι, ut legitur Cyrop. [1, 2, 15]), et Ἀπογεισῶσαι, et Περιχειλῶσαι, atque alia.

Plato cum alia dixit quæ Pollux annotavit, tum vero ista: Διδυμότης, et Κλαυθμονὴ, et Γεννήτωρ, ac Γεννητής: nec non Παίδειον μάθημα: item Κηδεύματα, et Βάσεις pro πόδες, etc., et Δικαιούμενον pro κολαζόμενον. Varia item composita: ex quibus sunt, Ἐρασιχρήματος, et Μετεωρολόγος, et Γεροντοδιδάσκαλος, et Καχυπονόητος: nec non Ἀντίπους et Χαμαίπους. Quibus adde Χειροκρατία et Θρασυξενία. Nec non verba quædam: ut Ἀποστοματίζεσθαι, et Στομαύλειν. Affert autem et alia pleraque vocabula: sed ex omnibus hæc delegi, quæ præ ceteris insignia visa mihi fuerunt. Hoc autem sciendum est, scriptorem istum esse unum ex illis, qui vocabula quædam ποιητικὰ aut saltem ποιητικώτερα usurparunt. Cujusmodi est ὀθνεῖος: nam et ipse Pollux ποιητικώτερον hoc esse scribit. Fortassis autem de πατροφόνος et μητροφόνος judicium idem ferri possit: sicut nimirum ἀνδροφόνος inter poetica esse scimus.

Isocr. (ut ap. eund. Polluc. legimus) ἀδελφίζειν dixit A τὸ ἀδελφόν τινα καλεῖν. Dixit etiam ἀγελαῖοι σοφισταί : item δικογραφικῶς, et προσφιλεστάτως, et ἀνδρωδῶς : nec non παιδοτριβικὴν τέχνην : hoc enim reponendum est ap. Polluc. [3, 154] pro παιδοτρίβην. Ex Eodem annotat, Συνηδόμενοι ταῖς ἡμετέραις συμφοραῖς, pro ἐφηδόμενοι.

Demosth., inter alia quæ a Polluce commemorantur, dixit λαρυγγίζειν, quod ante ejus tempora dicebatur φαρυγγίζειν, dixit etiam περιορμίζειν τὴν ναῦν περὶ τὸ χῶμα. Ex Eodem affert et ξενοτροφεῖν, et ξενίζειν, sed hoc ξενίζειν dicit usurpasse pro φωνῇ ξενιζούσῃ χρῆσθαι, cum veteres pro ἑστιᾶν uterentur. Nec omittit participia ἐκνενευρισμένοι et ξυληγῶν. Affert etiam nomina, cum alia tum hæc : κηδεία, et ἀνεψιότης, quo Solonem quoque fuisse usum ait. Alibi ἀποτριβὴ σκευῶν : et ὅραμα pro θέαμα. Item compp. αἰσχροῤῥημοσύνη et εὐθυῤῥημοσύνη : nec non ψευδολογία, et λαμπροφωνότατος, et πεντηκοστηλόγος. Adjectiva quoque, λεκτικὸς, et χειροποίητον, et δυσχείρωτα, et ἀκαριαῖος. Id. lexicogr. in Æschine cum alia observari vult, tum B nomina hæc, ἀκρόαμα, θερισμὸς, ἀργυροκοπεῖον, ὀψοφαγία, et adverbium περιδοήτως, et verbum κατέπιε : nec non καταπεπλύσθαι. Alia denique ex aliis scriptt. affert vocabula, quæ observatu (uti dixi) digna esse judicat. Sed his contentus ero, quæ ex diversis ejus locis collegi : non temere tamen, neque sine delectu; sed ut ex præcipuis scriptt. duntaxat, sic etiam præcipua (inter ea quidem quæ ad manum erant) colligenda vocabula censui. Fortassis autem non immerito aliquis judicium in ipso Polluce quibusdam in locis desideret : quod nimirum nonnullas voces ex nonnullis scriptt. afferat, quæ non solum peculiares illis non sunt, sed minus etiam quam apud alios frequentes.

Comicos autem præ quibusvis scriptt. multa sibi vindicare vocabula, non ex Polluce duntaxat, sed ex Athen. quoque et ex Græcis lexicographis probari potest. Quin etiam Plutarch. (ut ab eo incipiam) vocem λακκόπλουτος ex illis profert in Aristidis Vita [c. 5]. Fingendi autem hujus vocabuli occasionem præbuit eventus, ut apud eum videre est, p. 589 meæ ed. Apud Hesych. breviter, Λακκόπλουτος ὁ Καλλίας ὑπὸ τῶν Κωμικῶν, διὰ τὸ περιτυχεῖν χρυσῷ εἰς φρέαρ βεβλημένῳ. Quin etiam quædam more apud Athenienses s. Atticos recepta, fingendi vocabula ansam præbuerunt : cujusmodi est γεφυριστὴς pro σκώπτης : nam γεφυρισταὶ proprie erant Athenis certi quidam σκῶπται : ut et ap. Plutarch. legimus in Sullæ Vita, circa principium [c. 2], Καὶ τῶν Ἀθήνησι γεφυριστῶν ἐπέσκωψέ τις εἰς τοῦτο ποιήσας, Συκάμινόν ἐσθ' ὁ Σύλλας ἀλφίτῳ πεπασμένον. Apud Eundem in eadem Vita legimus [c. 6], Ἐδόκει δὲ καὶ τοῖς Ἀθηναίοις, ἑλὼν τὸ ἄστυ, προσενεχθῆναι τραχύτερον, ὅτι τὴν Μετέλλαν ἀπὸ τοῦ τείχους γεφυρίζοντες ἐλοιδόρησαν. Quin etiam ex nominibus propriis verba quædam fingebant : quale est μελλονικιᾷν ap. Aristoph. Av. [639] ex verbo μέλλω et nomine Νικίας, ubi scribit, Καὶ μὴν, μὰ τὸν Δί', οὐχὶ νυστάζειν ἔτι Ὥρ' ἐστὶν ἡμῖν, οὐδὲ μελλονικιᾷν· quem locum Plutarch. in Vita Niciæ [c. 8] non omisit. Quædam autem sunt vocabula ex parte duntaxat ab illis ficta : D quorum sc. primis [postremis] syllabis terminationem novam affinxerunt. Cujusmodi est Ἀττικωνικοὶ ap. Aristoph. : talia sunt et hæc ap. Eund., σπουδαρχίδης, στρατωνίδης, μισθαρχίδης, propriorum nominum formam habentia, cum tamen pro appellativis posita sint : quibus simile est ap. Plaut. Rapacidæ : (qui certe Comicus cum Aristophane contendere dici potest, vel potius eum et quemlibet alium Græcum in fingendis comice vocabulis superare, ut quidem linguæ Latinæ est captus). Locus est Ach. [595] :

> ΔΙ. Ἐγὼ γάρ εἰμι πτωχός; ΛΑ. Ἀλλὰ τίς γὰρ εἶ;
> ΔΙ. Ὅστις; πολίτης χρηστὸς, οὐ σπουδαρχίδης,
> Ἀλλ' ἐξ ὅτου περ ὁ πόλεμος, στρατωνίδης·
> Σὺ δ' ἐξ ὅτου περ ὁ πόλεμος, μισθαρχίδης.

Talem terminationem paulo post habent apud eum μαριλάδης et πρινίδης, itidem ficta, verum paulum diverso modo. Sed multo κωμικώτερα, vel potius (si mihi ita loqui licet) Ἀριστοφανικώτερα, habemus ibid. quatuor vocabula, Τισαμενοφαινίππους, πανουργιππαρχίδας, Γερητοθεοδώρους, διομειαλαζόνας. Merito autem Ἀριστοφανικώτερα dixi, quod ille ceteros omnes comica ista audacia fingendi vocabula superarit. Atque adeo ut palmam illis præripiat, quibusdam eorum vocabulis novum figmentum adjungit. Exempli gratia, cum ψαμμοκόσια Eupolis ante eum dixisset, (nimirum nove id dicens, ea forma quam habent διακόσια, τριακόσια, τετρακόσια, itidemque deinceps,) eo non contentus Aristophanes, ψαμμοκοσιογάργαρα dixit initio Comœdiæ, quæ Acharnensium titulum habet; ita enim ibi loquitur Δικαιόπολις,

> Ὅσα δὴ δέδηγμαι τὴν ἐμαυτοῦ καρδίαν,
> Ἤσθην δὲ βαιὰ, πάνυ δὲ βαιὰ, τέτταρα,
> Ἃ δ' ὠδυνήθην, ψαμμοκοσιογάργαρα.

Sed in quibusdam edd. perperam scriptum est ψαμμοσιογάργαρα : quem errorem habet et Index in Eustath., cum in hujus contextu recte sit scriptum ψαμμακοσιογάργαρα. Non minus enim recte ψαμμακοσιογάργαρα quam ψαμμοκοσιογάργαρα scribi puto, vel potius rectius : tum quod aures offendat litera o ter posita, tum quod ψαμμακόσιος scribendo, eundem locum obtineat litera α, (de secunda syllaba loquor,) quem obtinet in διακόσιος, τριακόσιος, τετρακόσιος, πεντακόσιος, et ceteris. Affert autem schol. in hunc locum et verbum γαργαίρειν ex Cratino pro πλήθειν, hoc in versu, Ἀνδρῶν ἀρίστων πᾶσα γαργαίρει πόλις. Atque ita ap. Ovid. de magno vel potius infinito numero legimus, Gargara quot messes, quot habet Methymna racemos. Ceterum illis, quæ attuli paulo ante, vocabulis addi possunt ex eodem Comico, cum alia tum vero hæc, κομποφακελλοῤῥήμων, et στωμυλιοσυλλεκτάδης, et κωδωνοφαλαροπῶλαι, et σαλπιγγολογχυπηνάδαι, et σαρκασμοπιτυοκάμπται. Horum autem et aliorum exemplo quidam postea ex multiplicibus itidem compositionibus vocabula conflarunt. Inter quæ sunt insignia quædam in isto Hegesandri Epigrammate adversus C philosophos scripto, ap. Athen. 4, [p. 162, A] :

> Ὀφρυανασπασίδαι, ῥινεγκαταπηξιγένειοι,
> Σακκογενειοτρόφοι, καὶ λοπαδαρπαγίδαι·
> Ἱματανωπερίβαλλοι, ἀνηλιποκαιβλεπέλαιοι,
> Νυκτιλαθραιοφάγοι, νυκτιπάται πλάγιοι.
> Μειρακιεξαπάται, καὶ συλλαβοπευσιλαβηταὶ,
> Δοξοματαιόσοφοι, ζηταρετησιάδαι.

Ne hoc quidem prætermittendum est, apud Comicos nonnulla esse vocabula, quæ licet non ita multipliciter composita sint, sed duplicem duntaxat (ut ita dicam) compositionem habeant, sunt tamen et ipsa comica. Verbi gratia, non tantum κομποφακελοῤῥήμων comicum est, sed etiam κομποῤῥήμων, et κομπολακεῖν, sicut et κομπολακύθης. Nec tantum κομψευριπιδικῶς comicum est apud eundem poetam, sed etiam κομψοπρεπής. Habent insuper Comici vocabula, quæ alludendo ad rei alicujus appellationem finxerunt. Cujusmodi pleraque suppeditare potest Aristoph.; sed insigne exemplum in hoc Ach. versu extat, Τοὺς δ' ἐν Καμαρίνῃ, κἀν Γέλᾳ κἀν Καταγέλᾳ. Hic enim nomen Καταγέλα fictum subjungitur illi ipsi ad quod alluditur. Sed et aliter circa nomina propria lusisse Comicos, et quorundam etiam usum sibi quodammodo peculiarem habuisse, docebo antequam a nominibus ad verba transeam.

Hæc igitur nunc missa faciens, atque alia multa, quæ his addi possent, omittens, venio ad Comica vocabula, in quorum quidem nonnullis ludunt itidem, sed minus licenter. Sunt igitur Comica scommata in senes, teste Polluce [2, 16], Κρόνος, Κροντικὸς, Κρονόληρος, Πρεσβύτερος Κρόνου : item Νωδογέρων, Τυμβογέρων : nec non Μακκοῶν, Παραβοῶν, (nisi mendosum est hoc, et librarius, cum pro sequente παρανοῶν id scripsisset, oblitus fuit expungere,) Παρανοῶν, Παραγεγηρακὼς, Παραφρονῶν, Ἐξεστηκὼς, Παράγηρως, Παρακεκινηκὼς ὑφ' ἡλικίας, Παραλλάττων, Ὑπὲρ τὰς ἐλάφους βεβιωκὼς, ἢ τὰς κορώνας· ἢ Ταῖς νύμφαις ἰσῆλιξ, καὶ τὰ ὅμοια. Sed his ut addi quædam possunt, ita etiam quædam detrahi debere videntur, ut Comicis minime peculia-

ria. Eorum quæ adjici possunt, unum est σοροδαίμων : quod Plutarch. illi χρονόληρος adjungit [Mor. p. 13, B] : Τί δὲ φροντιστέον ὑμῖν τῶν τοῦ πατρὸς ἀπειλῶν; χρονόληρος καὶ σοροδαίμων ἐστί· καὶ μετέωρον αὐτὸν ἀράμενοι τὴν ταχίστην ἐξοίσομεν. Ex iis est et βεκκεσέληνος : quod ap. Aristoph. extat in Nub., ubi illi adjungitur χρονίων ὄζων [398] : Καὶ πῶς, ὦ μῶρε, σὺ καὶ χρονίων ὄζων καὶ βεκκεσέληνε· quæ dicuntur seni Strepsiadi. Animadverte autem et hæc verba, χρονίων ὄζων, quæ i. valent q. unum illorum trium, Κρόνος, Κρονικὸς, Κρονόληρος. Dixit autem et βεκκεσελήνου λήρου ὄζειν Plutarchus, veteribus Comicis hoc dictum ascribens. Cum illis porro verbis ὑπὲρ τὰς κορώνας βεβιωκὼς convenit adjectivum τρικόρωνος, sed dubitari tamen queat an itidem comicum sit. At vero illud nomen σοροδαίμων in memoriam mihi revocat aliud eodem modo terminatum, sc. βλεπιδαίμων, quod itidem Pollux comicum esse tradit : adjungens his duobus δεισιδαίμων et δεισίθεος.

Multas Comicas rei unius appellationes enumerat Pollux περὶ ἐνωτίων s. ἑλλοβίων loquens. A Comicis, B inquit, vocabantur et ἐγκλαστρίδια, et στροβύλια, et βοτρύδια, et βλάστα, et καρυατίδες, et ὑποκάμπια, et κενταυρίδες, et ἔντροφον, et τρίπους. Quibus subjungit, illos a diversa eorum forma diversa nomina imposuisse. Idem alibi scribit χυσεῖα quoque Comicos dixisse ἐπὶ τῶν γυναικείων κοσμημάτων.

Afferam et alia ex eodem lexicographo prout in ea inciderim : (et quidem prius admonebo, dicere eum interdum οἱ Κωμικοὶ, aliquando οἱ τῆς κωμῳδίας ποιηταὶ, nonnunquam ἡ κωμῳδία :) Παλίμπηγα δὲ, inquit, οἱ Κωμικοὶ τὰ παλαιὰ καττύματα, καὶ Παλινδόρια· καὶ Παλίνδικον, τὸν πολλάκις δικαζόμενον· καὶ Παλίγγλωσσον, τὸν κακόφωνον. Subauditur autem verbum καλοῦσι, vel ὀνομάζουσι, vel λέγουσι. At illius primæ vocis meminit et alibi. Postquam enim dixit nonnullos Comicos Πισύγγους appellare τοὺς τὰ ὑποδήματα ῥάπτοντας, et Πισύγγια itidem, illorum ἐργαστήρια, subjungit, Τὰ δὲ παλαιὰ καττύματα, Παλίμπηγα ὀνομάζεται. Quin etiam Παλινδόρια ibi legitur; sed ita ut non tanquam omnino eadem ponantur, sicut in illo altero loco. Ita enim C hic scriptum est, Τὰ δὲ παλαιὰ καττύματα, Παλίμπηγα ὀνομάζεται· οἱ δὲ παλαιὰ ἐπιῤῥάπτοντες, Παλαιουργοί· τὰ δὲ ἐπιῤῥαπτόμενα, Παλινδόρια. Illud quoque Παλίγγλωσσον alibi etiam inter comica vocabula recenset, exponens τὸν δύσφημον : sed παλίγλωσσον unico γ ibi scriptum est.

Πνυκίτην vocabant τὸν τοῦ δήμου θόρυβον Comici, nomine deducto ἀπὸ τῆς πνυκός.

Καχήνη Eodem teste apud Comicos ὁ κατάγελως : et χάνος Iisdem τὸ στόμα. Non dubium est autem quin καχήνη sit Latinorum Cachinnus. Idem περὶ λαχάνων loquens, Οἱ Κωμικοὶ δὲ ὠνόμαζον τὰ περικόμματα, καὶ Χναύματα· τὰ δ' αὐτὰ, καὶ Νωγαλίσματα. Iisdem ascribit vocabulum σώρακος, addens, illos usurpasse ἐπὶ τοῦ ἀγγείου, ἐν ᾧ τὰ σκεύη τῶν ὑποκριτῶν. Eorum esse ait et μοχλίον, in ea signif. qua tribuitur τοῖς τοιχωρύχοις. Item μισητὸς et μισητὴ, sed non in vulgari signif. Loquens enim de illo qui δύσερως et δυσερωτιῶν, et ἐρωτομανῶν s. ἐρωτομανὴς, nec non θρήνερως et μισήνερως appellatur, addit, Καὶ μισητὸν δὲ τοῦτον οἱ D Κωμικοὶ καλοῦσι, καὶ μισητὴν, τὴν μάχλον. Ubi observandum est, non constitui discrimen in accentu, quod a gramm. quibusdam constitui docui supra in Capite xv, de Attica orthographia disserens. Subjungit autem aliquot alias appellationes eodem pertinentes, quas Iisdem ascribere videtur. His enim verbis, Καὶ μισητὸν δὲ τοῦτον οἱ Κωμικοὶ καλοῦσι, καὶ μισητὴν, τὴν μάχλον, addit, Ταύτην δὲ οὐχ ἑταίραν μόνον, ἀλλὰ καὶ πόρνην, καὶ χαμαιτύπην, καὶ ἀσελγῆ, καὶ ἀκόλαστον, καὶ ῥᾳδίαν, καὶ εὐχερῆ, καὶ πρόχειρον, καὶ μοιχεύτριαν. Nam καλοῦσι repetendum esse, nemo non dixerit. Illis autem adjicit, Τὸ δὲ πρᾶγμα, λαγνείαν, ἀσέλγειαν, ἀκολασίαν, εὐχέρειαν, ῥαστώνην, μαχλοσύνην, ἑταίρησιν, πορνείαν, μισητίαν. Veruntamen ex his (loquor autem de iis quæ utrobique habentur) quædam duntaxat, comica posse dici existimo : præsertim vero illa, ῥᾳδία, εὐχερὴς, πρόχειρος, (quæ in propria quoque signif. synonyma sunt,) Comicorum esse crediderim. Imitati sunt autem Latini quidam poetæ hanc istorum nomi-

A num signif. in vocabulo illis synonymo Facilis. Affert ex iisdem χιτὼν εὐνητὴρ, item αὐτόκοπον ἱμάτιον, et χείμαστρον. Sed et nomina quædam illis ascribit, quibus formam diminutivam dederint : ut ἡλίσκοι pro ἥλοι, et σκευάρια pro σκεύη. Sic γαστρίδιον illorum esse ait.

Hoc quoque sciendum est, Comicos non solum iis nominibus novam signif. dedisse, quibus reliqui Attici dederant, sed et quædam sibi peculiaria, quod ad signif. attinet, habuisse : ut de πτερὸν et μυλακρὶς ap. Polluc. legimus.

Quædam etiam propria nomina sibi peculiaria habuisse videntur Comici : cujusmodi sunt servorum nomina, Σωσίας, Ξανθίας, Πυῤῥίας, Μάνης, Τίβιος, Δᾶος, Γέτας, Σύρος. Eustath. postquam dixit veteres in coma laudasse τὸ ξανθὸν, atque hinc esse ἡλιώδης κόμη, et ἡλιῶσα, nec non χρυσέα, unde χρυσεοκόμαν dici, subjungit, Ἡ δέ γε κωμῳδία ἔτρεψεν ἄλλως τοῦτο. Πυῤῥίαι γοῦν ἐξ ὀρθοῦ οἱ δοῦλοι παρὰ τοῖς Κωμικοῖς, ὡς τοιοῦτοι μάλιστα ὄντες· οὕτω δὲ καὶ Ξανθίαι οἱ αὐτοί. Idem alibi loquens de compositis, χρυσομανὴς, οἰνομανὴς, γυναιμανὴς, addit, Κεκλήρωται δὲ καὶ δούλοις ἐντεῦθεν κλῆσις· μάνης γὰρ δουλικὸν ὄνομα παρὰ τοῖς παλαιοῖς· ἐξ οὗ μετῆκται καὶ εἴς τι παικτικὸν χαλκοῦν πρόσωπον, ὃ καὶ αὐτὸ μάνην ἐκάλουν.

Sed antequam de uno quoque horum nominum plura dicam, de omnibus simul pauca præfari volo. Nominum quæ servis dabantur, quatuor (ut quidem nunc eorum quæ observavi recordari possum) genera erant. Nomina enim servis aut ex locis unde adducti erant, imponebant : cujusmodi sunt, Σύρος, Δᾶος, Γέτας, Τίβιος (s. Τίβειος), Σάκης, Καρίων. Aut iis nominibus appellabant, quæ aliquid in eorum corpore, et peculiariter etiam in vultu notarent, aut certe comæ colorem : ut ab ea dicti sunt Ξανθίας et Πυῤῥίας. Aut nomina indebant, quibus aliquid ad eorum ministerium pertinens indicaretur : cujusmodi est Δρόμων : hoc enim ἀπὸ τοῦ δρόμου, i. e. a cursu, deduci manifestum est. Sed et Παρμένων ad hanc tertiam classem referendum est, cum παρμένων dicatur quasi παραμένων, (quæ syncope apud poetas, præsertim epicos, locum habet,) Qui in ministerio suo permanet, ac minime est δραπέτης, i. e. Fugitivus. Aut denique nomina quædam fingebant, quibus quo præditi essent ingenio testarentur : cujusmodi est Μάνης, si quidem a μαίνεσθαι derivatum est : de qua derivatione dicam et paulo post. Quod ad primum illud nominum genus attinet, ab exteris regionibus petitorum, ne dubitemus Atticis ascribere, faciunt cum alii, tum Stephanus, in v. Δακία. Scribit enim, Δάκοι, οὓς καλοῦμεν Δάους. Γέτας γὰρ, τοὺς πρὸς τὸν Πόντον κεκλιμένους καὶ τὴν ἕω· Δάους δὲ, τοὺς πρὸς τἀναντία, πρὸς Γερμανίαν καὶ τὰς τοῦ Ἴστρου πηγάς. Quibus subjungit, esse etiam nomina servorum apud Atticos, Δάοι et Γέται. Observa autem simul, Δάοι (s. Δᾶοι circumflexo accentu) i. esse q. Δάκοι, i. e. οἱ ἀπὸ Δακίας. Neque tamen putandum est eos tantum, qui nominibus hujusmodi appellarentur, ab exteris regionibus fuisse advectos, (præsertim cum apud Demosthenis enarratorem legamus, in Græcia olim servos omnes fuisse D barbaros, minimeque licuisse habere Græcos, qui itidem servitutem servirent,) nam Μάνης non est ex nomine gentis alicujus deductum, et tamen servus Persa ita vocatur. Epigr. [Anth. Pal. 7, 179] :

Σοὶ καὶ νῦν ὑπὸ γῆν ναὶ δέσποτα πιστὸς ὑπάρχω,
Ὡς πάρος, εὐνοίης οὐκ ἐπιληθόμενος

Et interjecto disticho,

Μάνην ἀγγείλας Πέρσην γένος.

Paulo post legitur hoc elegantissimum, et quod servis in iis malis, quibus eorum conditio obnoxia est, solatium aliquod afferre potest distichum [Anytes Anth. Pal. 7, 538] :

Μάνης οὗτος ἀνὴρ ἦν ζῶν ποτε, νῦν δὲ τεθνηκὼς.
Ἴσον Δαρείῳ τῷ μεγάλῳ δύναται.

Quod ego ita totidem pene verbis interpretatus sum, A

Huic fuit in vita Manes : nunc lumine cassus
Dario magno par habet imperium.

Verti et hoc modo,

Hic, Manes, dum vixit, erat : nunc æthere cassus,
Magno haud Dario jura minora tenet.

Ubi videri etiam possit Persarum regis, potius quam alius, mentio fieri, quod hic Persa esset. Perinde ac si diceret, Tanta nunc ejus est potentia quanta Darii, qui ex eadem gente erat : sed hic, rex; ille, servus. Apud Suid. quoque Μάνης (gen. habens Μάνεντος) est Persæ cujusdam nomen, qui sub Constantino magno ex ditione regis Persarum profugus, Christianæ religionis dogmata turbavit. Existimo tamen nomen istud apud Comicos obtinuisse non minus eos, qui ex alia qualibet barbara gente oriundi essent. Quæ autem nominis hujus Μάνης a verbo μαίνεσθαι derivatio affertur, (ut in superioribus videre est,) Aristophanis testimonio confirmari potest : in cujus Ranis legimus [965] ; Μεγαίνετός θ' ὁ μάνης· hic enim schol. quoque ad illam derivationem respexisse eum testatur : quippe qui inter alia scribat, Διὸ καὶ τὸν Μεγαίνετον μάνην εἶπεν, οὐ πάντως βάρβαρον, ἀλλ' ἀναίσθητον καὶ μανικόν. Legimus porro et hæc apud Eundem Av. [522] :

Οὕτως ὑμᾶς πάντες πρότερον μεγάλους ἁγίους τ' ἐνόμιζον,
Νῦν δ' ἀνδράποδ', ἠλιθίους, μανᾶς.
Ὥσπερ δ' ἤδη τοὺς μαινομένους
Βάλλουσ' ὑμᾶς.

Ubi schol., μανᾶς (ita enim et apud eum posterior circumflectitur), ἀπὸ τοῦ μάνης· πρὸς δὲ τὰ ἀνδράποδα, καὶ ὄνομα εἶπε δουλικόν· ὥσει ἔλεγε τοὺς δούλους· οὕτω γὰρ ἐκάλουν τοὺς οἰκέτας πολλάκις. Ceterum quamvis hæc ita sint, quidam a Phrygibus nomen hoc originem habere tradiderunt, qui id servis suis imponere C solerent. Hoc saltem constat, valde usitatum vocab. istud fuisse de quolibet servo apud Comicos. Pherecr. ap. Athen. 6, [p. 263, E] : Οὐ γὰρ ἦν τότε οὔτε Μάνης οὔτε Σάκης οὐδενὶ δοῦλος. Apud Eundem Μάνης jubetur στείχειν εἰς ἀγορὰν, in quodam Mnesimachi loco. Quin etiam solutæ orationis scriptt. ex Comicis usum nominis illius mutuati sunt. Demosth. enim Σύρος ἢ Μάνης pro quibuslibet servis dicit. Et a Synesio Μάνης τῷ Ἐτεοβουτάδῃ opp., ut nobilissimo ignobilissimus, additurque νεώνητος, De insomn. : Διαφέρει γὰρ οὐδὲν τῷ θεῷ τίς ὁ Ἐτεοβουτάδης καὶ τίς ὁ Μάνης. Ceterum invenitur et Λάκων servi nomen, sed ap. Theocr. initio Idyllii 5, ubi schol. scribit, Εἰώθασι δὲ οἱ παλαιοὶ τοῖς δούλοις ὀνόματα τιθέναι ἀπὸ τῶν ἐθνῶν, Σύρον, Καρίωνα· οὕτω καὶ τὸν Λάκωνα. Δωριεὺς γὰρ ἦν. Hoc autem Καρίων ap. Aristoph. habemus : estque animadvertendum in isto vocab., nomen ἐθνικὸν non transire in proprium absque ulla mutatione, sicut in aliis, Σύρος, Δᾶος, Γέτας, κτλ.; nam τὸ ἐθνικὸν est Κὰρ, ex quo fit Καρίων. Cui simile videtur esse D apud eundem Comicum diminutivum Ἀττικίων, Pac. [214], ubi introducuntur Lacedæmonii dicentes, Ναὶ τὼ σιὼ νῦν Ἀττικίων δώσει δίκην, ubi etiam contemptum indicare hæc diminutivi forma videtur. Ceterum illa quoque duo nomina, quæ supra reliquis annumeravi, Ξανθίας et Πυῤῥίας, apud eundem Comicum leguntur. Cujus schol. postquam dixit Ξανθίας esse nomen οἰκετικὸν, addit, Εἰσὶ δὲ καὶ ἐν τῇ Κωμῳδίᾳ οἰκέται, Ξανθίας, Τίβιος, Σωσίας, Δᾶος, Γέτας. Equidem et ap. Terent. tria hæc postrema nomina habentur; ibi enim introducuntur servi, Sosias, Davus, Getas. Quin etiam Birrias, qui illic visitur, non alius fuerit quam Græcorum Comicorum Πυῤῥίας : ideoque rectius cum y Græco scribitur, Byrrias : nisi et cum aspirationis nota scribere necesse sit Byrrhias : litera b interim locum literæ p obtinente. Omnium autem frequentissima nomina fuisse puto hæc tria, Πυῤῥίας, Ξανθίας, Σωσίας : adeo quidem ut ex propriis appellativa facta alicubi fuerint : ac præsertim duo priora. Inveniuntur enim πυῤῥίαι et ξανθίαι dicti Servi quilibet, ut ap. Aristoph. Ran. [730] :

Τῶν πολιτῶν θ', οὓς μὲν ἴσμεν εὐγενεῖς καὶ σώφρονας
Ἄνδρας ὄντας καὶ δικαίους, καὶ καλούς τε κἀγαθοὺς,
Καὶ τραφέντας ἐν παλαίστραις καὶ χοροῖς καὶ μουσικῇ,
Προσελοῦμεν· τοῖς δὲ ξένοις, καὶ χαλκοῖς, καὶ πυῤῥίαις
Καὶ πονηροῖς κἀκ πονηρῶν, εἰς ἅπαντα χρώμεθα.

Ubi schol. annotat πυῤῥίαις dictum esse pro δούλοις : esse enim Πυῤῥίας nomen servi, sicut et Ξανθίας : verum non omnino eandem affert rationem hujus appellationis quam Eustath. Neque enim dicit ideo vocari hoc nomine, quod magna ex parte sint tales; sed ab uno quopiam, qui esset πυῤῥὸς τὴν κόμην, a quopiam item, qui esset ξανθὸς, ita vocatos ceteros fuisse. Scribit enim, Ὄνομα γὰρ δούλου ὁ πυῤῥίας, ἀπό τινος δούλου Πυῤῥίου· ὡς καὶ ξανθίας, ἀπὸ Ξανθίου τινός· ὧν ὁ μὲν, πυῤῥὸς ἦν τὴν κόμην· ὁ δὲ, ξανθός. Est autem Ξανθίας servi nomen frequens in illa Comœdia : in B cujus etiam quodam loco legitur, Ξανθίας μὲν δοῦλος ὤν. Illud autem Τίβιος magis novum quam cetera videri queat; sed ejus fit et a Stephano mentio; postquam enim dixit Τίβειον esse Phrygiæ montem, a quodam qui Τίβειος vocaretur, addit, Ἐκ τούτου καὶ Τιβείους τοὺς δούλους καλοῦσι. Ubi observandum etiam est scribi Τιβείους cum ει, non cum ι solo, ut apud schol. Aristoph. Suidas autem Τιβίαν appellatam fuisse totam Phrygiam scribit. Hoc quidem certe constat, Phrygiam multos servos s. multa mancipia suppeditasse. Testatur et Hermippus ap. Athen. 1, [p. 27, F] hoc versu, Ἀνδράποδ' ἐκ Φρυγίας, ἀπὸ δ' Ἀρκαδίας ἐπικούρους.

Neque vero servi tantum certa quædam nomina apud Comicos habuerunt, sed et parasiti atque meretrices : quin etiam senum quædam nomina præ ceteris usitata fuisse ibi videntur. Atque adeo et militi glorioso suum illic assignatum est nomen. Parasitorum nomina sunt Γνάθων et Φορμίων : ex quibus illud, ut aptius est, ita etiam usitatius; esse enim ἀπὸ τῶν γνάθων factum Γνάθων manifestissimum est. Ut autem in Bœotos, propter ἀδηφαγίαν, Plutarchus jactatum fuisse scribit, οἳ γνάθους ἔχουσι, sic in parasitum id aptissime posse jactari scimus. Itidemque γνάθου δοῦλος, et vere et eleganter appellari parasitus potest : non minus quam νηδύος ἠσσημένος : quæ duo copulantur ab Eur. de athletis loquente. Conveniunt denique parasito et illa verba, ὡς μάσημα ταῖς γνάθοις ἔχω, quæ ex Antiphane habemus. Ut autem vicinæ sunt res parasitatio et assentatio, et ita quidem ut illa sine hac ne esse quidem possit, (ut legimus et apud M. Tullium in Lælio, Assentatio parasitorum in Comœdiis nobis faceta non videretur, nisi essent milites gloriosi,) sic etiam parasiti cum assentatoribus nomen illud communicant. Quin etiam Γναθωνίδης in Timone Lucianico Assentatoris s. Adulatoris nomen est. Tam fuit denique usitatum illud nomen Γνάθων de parasitis aut etiam assentatoribus, ut inde factum sit adjectivum nomen γναθώνειος : et appellatum sit γναθώνειον Quod est illiberale, et parasito vel assentatori conveniens. Plutarch. de parasito dixit, Symp. D 7, 6, cum scribit, Ἀνελεύθερον εὖ μάλα καὶ γναθώνειον· εἰ δὴ Γνάθων γέγονε δεινότατος ἄνθρωπος τἀλλότρια δειπνεῖν. Ubi etiam observandum est paucis verbis comprehensum Gnathonis encomium : quem ex re nomen habuisse, quicunque fuerit, existimo, sequendo ea quæ paulo ante de hujus vocabuli derivatione disserui. Ut vero aptissimum parasito nomen finxerunt Comici, ita etiam militi glorioso, cum Θράσωνα eum appellarunt : ex quo factum est Θρασωνίδης, sicut Γναθωνίδης ex Γνάθων. Nisi potius Γνάθων et Θράσων ex Γναθωνίδης et Θρασωνίδης esse facta dicamus : sequentes quod veteres quidam gramm. ap. Eustath. tradunt de nomine Σίμων, factum esse ex Σιμωνίδης. Ibi enim diminutivorum duæ esse formæ traduntur : una κατὰ τὸ πλεονάζον, ut Ἡφαιστίων ex Ἥφαιστος : altera κατὰ τὸ ἐλλεῖπον, ut Βάκχων et Σίμων ex Βακχυλίδης et Σιμωνίδης. Sed mihi magis istud fit verisimile in Βακχυλίδης quam in Σιμωνίδης. Dixi porro et de meretricibus, nec non de senibus, his quoque no-

mina quædam præ aliis esse apud Comicos frequentia; sed exempla ex illis petenda tibi relinquo.

Observavi et aliud apud Comicos quod ad Propria nomina pertinet : nimirum eos quædam adjectiva ex illis fingere κατὰ παραγωγήν : non contentos iis quæ κτητικὸν τύπον habent. Exempli gratia, a nomine proprio Ἀλέξανδρος derivarunt non tantum Ἀλεξάνδρειος, sed etiam Ἀλεξανδρώδης : ut Menander ap. Plutarch. Alex. [c. 17] dicit, Ὡς Ἀλεξανδρῶδες ἤδη τοῦτο. Aristophanem autem in ἐθνικοῖς etiam nominibus ludere videmus, veluti cum Ἀττικίων dicit in Pace [215], et Ἀττικωνικοί, dans huic vocabulo eundem typum, quem habet Λαχωνικοί.

Verba etiam quædam affert Pollux, (non tantum nomina,) quæ Comicorum esse tradit. Καὶ τὰ τεθρυλλημένα, inquit, ἃ δὴ παίζουσιν οἱ Κωμικοὶ, Ληκεῖν, Δρυμάττειν, Φλᾶν, Σκορδοῦν, Στενάσαι, Σπλεκοῦν. Idem alibi, Καὶ Ἰλλώπειν ἐν τῇ κωμῳδίᾳ, τὸ παραβλέπειν· καὶ Κατιλλώπειν, τὸ καταβλέπειν ἐπὶ γλευασμῷ· καὶ Δενδίλλειν ὁμοίως, τὸ τῷ ὀφθαλμῷ παραβάλλειν. Sed reponendum puto Ἰλλώπτειν et Κατιλλώπτειν : item τὼ ὀφθαλμὼ, in duali. Alibi, Παρὰ δὲ τοῖς Κωμικοῖς τὸ νεύειν Ὀφρυάζειν εἴρηται. Alibi ἀναζυγῶσαι et ἐπιζυγῶσαι eorum esse dicit. Alibi, Οἱ δὲ Κωμικοὶ, inquit, Καταγλωττίζειν, ἐν φιλήματι· καὶ Καταγλωττισμὸς, καὶ Κατεγλωττισμένον· καὶ Ἐπιγλωττωμένων, οἷον λοιδορουμένων. Affert etiam verbum ὠλεκρανίζειν : nec non ἀπομύττειν, cujus mentio facta fuit supra, cum dicerem eadem metaphora in verbo Emungere usum esse Terentium. His adde μοιμύλειν et μοιμυᾶν, pro συνάγειν τὰ χείλη : item διμηλαίνειν pro διακινεῖν τὰ χείλη : nec non θυλακοφορεῖν, dictum περὶ τῶν μεταλλέων. Denique et ὑπογαστρίζεσθαι pro χορτάζεσθαι.

Quin etiam loquendi genera quædam ab eo afferuntur ex Comicis, tanquam illis peculiaria : ut πλυνόν με ποιεῖς. Scribit enim, Καὶ Πλυνέας δ' ἂν αὐτοὺς εἴποις, καὶ τὸν τόπον, πλυνούς· ἀφ' οὗ καὶ τὸ λοιδορεῖν, πλύνειν· καὶ πλυνόν με ποιεῖς, ἡ κωμῳδία φησίν· ἤγουν ἐξονειδίζεις, ἢ αἰσχύνεις. Ab iisdem ἐπὶ τῶν καλλωπιζομένων dictum fuisse ait κείρεσθαι διπλῇ μαχαίρᾳ. Ex iisdem affert, Κάτω κάρα κρεμᾶται. Item, Προμύξαι τὸν λύχνον. Sed et proverbia quædam usitata illis fuisse magis quam alia, ex Eodem discimus, ubi scribit, Ηηνίον, ἀγαθίς· ὅθεν καὶ παροιμία, Ἀγαθῶν ἀγαθίδες· ἧς πλείστῃ κέχρηνται οἱ Κωμικοί.

Observandum est autem Pollucem interdum non dicere κωμικὸν esse hoc vel illud vocabulum, sed κωμικώτερον : interdum vero esse ἄντικρυς κωμικὸν, vel ἐσχάτως κωμικόν, ut 6, c. 29 : Σκληρότερον γὰρ ὁ Ἀστεμφής· καὶ εὐτελέστερον ὁ Ἡροδότου Ἀκρομανής· καὶ κωμικώτερον ὁ Ἀριστοφάνους Δημάγροικος. Ubi manifestum est κωμικώτερον esse minus quam si diceret κωμικὸν, velut cum dicit ποιητικώτερον. Talem certe habent usum et reliqua quæ ibid. sunt comparativi gradus nomina. Sic alibi γέλγη, alibi νέαξ ait esse κωμικώτερον. Contra vero cum dicit σφόδρα κωμικὸν, vel ἄντικρυς κωμικὸν, vel ἐσχάτως κωμικὸν, plus est quam κωμικόν. Sic στρόφις dicit esse ἄντικρυς κωμικόν : et alibi, νοσακερὸν esse ἐσχάτως κωμικόν.

Hoc quoque animadvertendum est, eum aliqua vocabula non generaliter Comica vocare, sed quibusdam duntaxat Comicis ascribere : veluti cum dicit, Τοὺς δὲ τὰ ὑποδήματα ῥάπτοντας, πισύγγους ἔνιοι τῶν Κωμικῶν καλοῦσι. Multa etiam veteri vel mediæ vel novæ Comœdiæ peculiaria esse existimat.

Ex veteri Comœdia censet esse cum alia, (quæ ap. eum quærenda relinquo,) tum ea quæ hic recensebo : incipiens a θεάτρια et συνθεάτρια. Scribit enim, Καὶ θεάτρια καὶ συνθεάτρια, ἡ παλαιὰ κωμῳδία. Alibi χελῆνας illius esse tradit : Ὅμηρος δὲ τὰ χείλη ἕρκος ὀδόντων καλεῖ, οἱ δὲ παλαιοὶ Κωμικοὶ χελῆνας. Alibi φόρτακας ex eadem Comœdia affert : scribens, Φόρτακας μέντοι ἡ παλαιὰ κωμῳδία τοὺς ἀχθοφοροῦντας ἐκ τοῦ ἐμπορίου καλεῖ. Alibi τοὺς μηχανοποιοὺς in ea vocatos etiam fuisse σκηνοποιοὺς tradit.

Ex media Comœdia sumptarum vocum nonnullæ sunt istæ : Καψιδρώτιον (si mendo caret hoc vocab.) pro Sudario, teste Polluce; Πτερνίδες, quo significantur πυθμένες τῶν ἰατρικῶν λεκανίδων. Et Ὀρεινὸν ἱμάτιον, pro ἄκναπτον. Et Κοκκύμηλον pro Fructu, Κοκκύμηλος masculino genere pro Arbore. Itidemque Συκάμινον de Fructu, Συκάμινος masc. de Arbore. Item verbum κατασταμνίζειν ex media Comœdia affert idem Pollux : Στάμνοι, inquit, σταμνίσκοι : unde in media Comœdia dictum fuit κατασταμνίζειν τὸν οἶνον pro κατερᾶν.

Ex nova autem Comœdia est nomen ἀντίπαις : est etiam nomen ἄπφια, et ejus dimin. ἀπφάριον : quæ esse dicit νέας δεσποίνης ὑποκορίσματα : sed valde ea improbans. Φαυλοτάτη δὲ, inquit, καὶ ἡ παρὰ τοῖς νέοις Κωμῳδοῖς ἄπφια, καὶ ἀπφάριον, νέας δεσποίνης ὑποκορίσματα. Verum de hujus vocabuli ἄπφια signif. non convenit Polluci cum aliis, sc. cum Hesychio, Suida, et Eust. Nam Hesych. habet, Ἄμπία, ἀδελφῆς ἢ ἀδελφοῦ, ubi existimo deesse ὑποκόρισμα : atque id ex Suidæ verbis conjicio, ap. quem vicissim ἄπφια reponendum pro ἄπφα videri posset, nisi ap. Eust. quoque legeretur; sed cum accentu in priore. Scribit autem ἄπφαν esse ex numero earum vocum συγγενικῶν, quæ proprie usurpantur ἐκ προσώπου. Intelligens sc., sorem dicere sorori ἄπφα : sed dici non posse, Hæc est ἄπφα illius : ut diceretur, Hæc est ἀδελφὴ illius. Additque Ἀττικῶς : ita enim scribit, Ἄπφαν τὴν ἀδελφὴν Ἀττικῶς μόνη ἡ ἀδελφὴ εἴποι ἄν. Et paucis interjectis, Ἰστέον δὲ ὅτι ἐκ τοῦ ὡς ἐῤῥέθη ἄπφα γίνεται καὶ τὸ ἄπφιον, ὑποκόρισμα ὂν ἐρωμένης· τινὲς δὲ καὶ τὸ ἄπφα ὑποκόρισμά φασιν Ἀττικόν. Idem vero alibi mentionem facit alterius diminutivi ἀπφάριον, dicens eo significari ἀδέλφιον, ut quidam volunt; sed posse etiam intelligi perinde esse ac si diceretur πατέρια : affert enim quendam locum in quo ἀπφάρια scriptum est : de cujus vocabuli expositione scribit, Λέγει δὲ ἀπφάρια κατὰ μέν τινας τὰ ἀδέλφια, μάλιστα δὲ τὰ, ὡς εἰπεῖν, πατέρια. Locus autem quem affert, auctoris nomen tacens, est Xenarchi, ap. Athen. 13, [p. 569, C] : Αὗται βιάζονται γὰρ εἰσέλκουσί τε, Τοὺς μὲν γέροντας ὄντας ἐπικαλούμεναι Πατρίδια, τοὺς δ' ἀπφάρια, τοὺς νεωτέρους. Intellige autem αὗται αἱ ἑταῖραι. Sed ego non dubito quin illa expositio, quæ ἀδέλφια exponit, loco isti multo sit aptior : quamvis aliter malit exponere Eustathius. Libuit autem de hac voce fusius disserere, et has ex diversis expositiones ejus afferre, ut eam, quam in illo Pollucis loco legimus, suspectam esse posse ostenderem. Animadverti equidem et alibi voces quasdam non tam exacte ab illo quam a quibusdam aliis expositas. Verum, ut ad vocabula redeam, quæ e novæ Comœdiæ poetis affert, Τὸ δὲ τρίμμα, inquit 6, c. 2, πόμα ἦν μετὰ ἀρωμάτων, τοῖς νέοις Κωμικοῖς. Horum Comicorum est et ὑπόξυλος, significare volentium τὸν παρέγγραπτον s. παρεγγεγραμμένον : qui sc. δοκεῖ εἶναι πολίτης, οὐκ ὤν, ut scribit Pollux. Idem testatur novam Comœdiam appellasse προσωποποιὸν quem vetus appellaret σκευοποιόν. Nomen εὐπάρυφος novæ Comœdiæ itidem ascribit. Idem non omnibus novis Comicis, sed quibusdam eorum peculiare facit ἀγάμητος pro ἄγαμος.

Fit porro et Siculorum Comicorum mentio apud hunc lexicographum; ubi enim σταθμῶν ὀνόματα recenset, scribit, Στατῆρα δὲ οἱ τῆς κωμῳδίας ποιηταὶ τὴν λίτραν λέγουσι· τὴν μὲν γὰρ λίτραν εἰρήκασιν οἱ Σικελοὶ κωμῳδοί. Sed cum sine adjectione dicit, Κωμῳδία, vel οἱ τῆς Κωμῳδίας ποιηταὶ, s. οἱ Κωμῳδοὶ, aut οἱ Κωμικοὶ, vel κωμικόν ἐστι, aut κωμικά ἐστι, minime dubium est quin de Atticis intelligat. Alicubi tamen addit Athenarum nomen, veluti cum non procul ab eo loco, unde præcedentia verba deprompsi, scribit, Ἔνιοι δὲ καὶ τῶν Ἀθήνῃσι κωμῳδούντων νέων, οἷον Φιλήμων ἐν Σικελικῷ, καὶ Ποσείδιππος ἐν Γαλάτῃ, λίτρας μνημονεύουσι. Id. vero alibi [9, 81], eadem de re loquens, scribit, Ὅτι δὲ καὶ τῶν Κωμῳδῶν τινὲς τῆς λίτρας μνημονεύουσιν, ἐν τοῖς περὶ στατικῆς (hoc enim reponendum pro περιστατικοῖς) προείρηται· οὐ γὰρ οἱ Δωριεῖς μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν Ἀττικῶν τινὲς, ὡς Δίφιλος ἐν Σικελικῷ. Ubi observa, Δίφιλος ἐν Σικελικῷ, sicut in altero loco Φιλήμων ἐν Σικελικῷ : et videri Δωριεῖς esse hic quos illic Σικελοὺς κωμῳδοὺς appellat. Posset autem fortassis et de hoc dubitatio moveri, an quoties dicit Pollux, ἡ κωμῳδία φησὶν, non de certo quopiam Comico, sed de omnibus in genere loquatur : an contra alicubi afferat quod ap. unum quempiam duntaxat

legerit. Verbi gratia, ubi scribit, Ἀφ' οὗ καὶ τὸ λοιδορεῖν, πλύνειν· καὶ, πλυνόν με ποιεῖς, ἡ κωμῳδία φησὶν, ἤγουν ἐξονειδίζεις, ἢ αἰσχύνεις, dubitari possit an hoc loquendi genus, πλυνὸν ποιεῖν pro ἐξονειδίζειν, afferat tanquam Comicis inter se commune, an tanquam a se ex Aristoph. depromptum. Legitur enim in hujus Pluto [1060], Ταλάντατ' ἀνδρῶν, οὐχ ὑγιαίνειν μοι δοκεῖς, Πλυνόν με ποιῶν ἐν τοσούτοις ἀνδράσιν. Ad me certe quod attinet, existimo Pollucem κωμῳδίαν nominare in iis quidem plerumque vocibus vel phrasibus quas ap. plures Comicos legerit; sed interdum etiam in iis quas ap. unum quidem duntaxat legere se meminerit, verum et aliis itidem in usu esse existimarit. Eum enim unum idemque vocab. uno in loco Aristophani, non facta alius Comici mentione, in altero Comicis generaliter ascribere, paulo post docebo. Non ignoro alioqui, Eustathium, cum τὴν κωμῳδίαν vel τὸν κωμικὸν dicit, de Aristophane intelligere; sed idem de Polluce minime credere possumus, quippe qui non Aristophanis passim locos, potius quam aliorum, (ut Eust.,) sed modo horum, modo illorum afferre soleat. Ex quibus omnibus delecturum fuisse Aristoph., (si quem deligere voluisset, cui peculiariter Comici nomen daret,) minime credibile est: si tamen fecisset, lectores ea de re admoniturum fuisse putandum est.

Ceterum non quæcunque κωμικὰ sunt vocabula probat Pollux, (etiamsi Atticorum Comicorum, non Siculorum sint,) ut vel hoc in loco videre est, ubi agit de verbis τοῦ τρυφᾶν significationem habentibus, Τὸ δὲ θερμερύνεσθαι καὶ κιχλιδιᾶν, κωμικὰ μὲν, ἐμοὶ δὲ οὐκ ἀρεστά. Rarius alioqui improbat quæ Comica esse dicit s. Comicorum, quam quæ ex uno quopiam Comico duntaxat affert. Esse tamen nonnulla, quæ tanquam ex Comicis proferat, licet ap. unicum sibi lecta, ex eo colligo quod verbi θυλακοφορεῖν usum uno in loco ap. Aristoph., in altero ap. Comicos extare dicat. Quod autem dixi, eum quædam vocabula Comici hujus vel illius rejicere, (sicut et aliorum quorumvis scriptorum quædam repudiat,) id in iis præsertim, quæ ex Menandro affert, observasse mihi videor. Quodam enim in loco, Φαῦλον δὲ, inquit, ὁ Μενάνδρου ἀκουστὴς, ἀντὶ τοῦ ἀκροατής. Idem alibi, post verbum νουθετεῖν, et alia ejusdem generis significationem habentia, Τὰ δὲ πράγματα, νουθεσία· καὶ ὡς Πλάτων, νουθετία· φαῦλος γὰρ ὁ Μενάνδρου νουθετισμός. Alibi, Παμπόνηρον γὰρ Μενάνδρου ὁ ὀψωνισμός. Idem alibi, Ἡ γυνὴ δὲ, μεθύση· καὶ μεθύστρια, παρὰ Θεοπόμπῳ τῷ Κωμικῷ· ὁ γὰρ μέθυσος ἐπὶ ἀνδρῶν, Μενάνδρῳ δεδόσθω. Quin etiam alibi nomen ἐξανεψιοὶ, itidemque ἐξανεψιαὶ afferens, addit, Οὕτω γὰρ Μένανδρος ὠνόμασεν, οὐ πάνυ τετριμμένῳ χρώμενος ὀνόματι. Et in proxime sequentibus vocabulum illud negat esse ἀκριβῶς Ἑλληνικόν: sed vel ex hoc poeta sumi posse appellationes earum rerum quæ ap. alios nullam habent. Scribit enim, Ὃ ἀεὶ μὲν οὐ χρηστέον, ὡς οὐκ ἀκριβῶς Ἑλληνικῷ· ἐπὶ δὲ τῶν ἀκατονομάστων πιστευτέον· ὧν γὰρ γενῶν, ἢ πραγμάτων, ἢ κτημάτων ὀνόματα παρ' ἄλλοις οὐκ ἔστι, ταῦτα ἀγαπητὸν ἂν εἴη κἂν παρὰ τούτου λαβεῖν. Quin etiam quodam loco eum reprehendit quod vocabulum quoddam barbarum existimasset, cum tamen ap. Aristoph. πιστότερον quam ipse sit, inveniatur. Nam de nomine κοιτὼν loquens, Εἰ γὰρ καὶ, inquit, Μένανδρος αὐτὸ βαρβαρικὸν οἴεται, ἀλλ' Ἀριστοφάνης, τὰ τοιαῦτα πιστότερος αὐτοῦ, ἐν Αἰολοσίκωνι, Κοιτὼν ἁπάσαις εἷς, πύελος δὲ μία ἀρκέσει. Ex quibus aperte cognoscimus quam parva Menandri ap. Polluc. auctoritas fuerit, in iis quæ ad puritatem Græci sermonis attinent; sed illi injuriam fieri suspicor, cum ap. Athen. aliquoties ejus quoque de quibusdam vocabulis testimonia proferantur. Atque adeo ipse Polluci responderim, eum in plerisque damnare Menandrum, quæ tamen ap. eos reperiantur, quos vix damnare auderet. Exempli gratia, cum φαῦλον esse dicat nomen illud ἀκουστὴς ap. Menandr., objecerim illi, ap. Isocr. quoque inveniri, cujus auctoritatem non perinde ut Menandri elevare possit. Sed de Pollucis censura plura in sequentibus a me dicentur.

TMEMA IV.

De Vocabulis, quæ omnes Attici scriptores inter se communia habent.

Vocabulorum autem quæ non Comici aut Tragici sibi peculiaria, sed omnes Attici scriptores inter se communia habent, multo major est numerus. Sed antequam ad horum enumerationem veniam, (non quidem omnium, sed eorum quæ enumerare partim volui, partim potui,) admonendum esse lectorem existimavi, alicubi Lexicographos vel alios Grammaticos vocabula quædam non Atticis, sed Atheniensibus ascribere. Nam Pollux, ut ab eo incipiam, λακοσχέαν Atheniensium vocabulum esse tradit; loquens enim περὶ τοῦ ὀσχεοῦ, scribit, Τὸν δὲ ἀεὶ χαλαρῷ τούτῳ κεχρημένον, λακοσχέαν ὠνόμαζον Ἀθηναῖοι. Idem alibi, Τὰ δὲ οὔπω πέπειρα τῶν σύκων, οἰκάδες καλοῦνται παρὰ Λάκωσι, καὶ φίληκες παρ' Ἀθηναίοις. Alibi [3, 10], Καὶ πατριάζειν δέ τι (fort. scr. τινὰ) ἔλεγον Ἀθηναῖοι τὸ πράττειν τι ἐκ τῶν πατρίων ἐθῶν. Eodem modo Lucianus cum dicit προμηθέας appellatos fuisse τοὺς χυτρέας καὶ πάντας τοὺς πηλουργούς, non dicit ab Atticis, sed ab Atheniensibus ita fuisse nominatos. Sic ap. Hesych. multa leguntur Atheniensibus ascripta, non Atticis. Quin etiam alicubi dicit, Ἀθήνησιν ἐλέγετο, vel ἐκαλεῖτο. Sic et ap. Eust. Ἀθηναίοις, non Ἀττικοῖς, nonnullæ voces tribuuntur. Sed ego vix mihi persuadere possum, eos omnia quæ Atheniensium esse dicunt vocabula, extra ipsam Atheniensium urbem minime usurpari existimasse: ac nescio etiam an de bona saltem parte eos id sensisse credendum sit. Fuisse autem interdum vocatos ab illis Atticos Atheniensium nomine, minime mirari debemus, cum versa vice, (quod magis admiratione dignum esset,) mulierem Atheniensem vocatam fuisse non Ἀθηναίαν sed Ἀττικὴν legamus. Ita enim vett. gramm., ap. Eust.: Ἀνὴρ Ἀθηναῖος, ὥσπερ καὶ Θηβαῖος· οὐ μὴν ὥσπερ Θηβαία, οὕτω καὶ Ἀθηναία γυνή· ἀλλὰ ἑτερωνύμως γυνὴ Ἀττική. Eademque dicebatur et ἀστὴ, sicut Ἀθηναῖος, ἀστός: cum ipsæ Athenæ vocarentur ἄστυ. Ne quis porro hac de re dubitet, nimirum de hujus nominis Ἀττικὴ usu pro Ἀθηναία, sciat eum Pausaniæ et Ælii Dionysii testimoniis ibid. confirmari: afferentes etiam rationem quandam ex Metaclide, quam ibi videndam relinquo. Videtur porro eadem oriri posse dubitatio de his nominibus, Λακεδαιμόνιοι et Λάκωνες: cum itidem lexicographi voces quasdam, Λακεδαιμονίων, quasdam Λακώνων esse scribant. Ego certe, si duo illa Ἀθηναῖοι et Ἀττικοὶ in ea re, de qua nunc agitur, minime distingui debeant, ita hæc minime distinguenda esse censuerim. Hinc factum est ut ea vocabula, quæ Atheniensibus ascribuntur, ab illis quæ Atticorum esse dicuntur, non separarim. Interim tamen minime dubium mihi est, aliisque nequaquam esse debere dico, quin nonnulla fuerint ipsis Atheniensibus peculiaria: et ita peculiaria, ut ne ad vicinos quidem urbi pagos, aut (si mavis) suburbanos agros, transirent. Id certe fatentur ap. Sextum Philosophum [Adv. gramm. 228, p. 264] grammatici (cujus verba proferam quod nondum in lucem prodierit): Περιδιωκόμενοι δὴ ποικίλως οἱ γραμματικοὶ, inquit, θέλουσιν ἀναστρέφειν τὴν ἀπορίαν· πολλαὶ γὰρ, φασὶν, εἰσὶ συνήθειαι· καὶ ἄλλη μὲν Ἀθηναίων, ἄλλη δὲ Λακεδαιμονίων· καὶ πάλιν Ἀθηναίων διαφέρουσα μὲν ἡ παλαιὰ, ἐξηλλαγμένη δὲ ἡ νῦν· καὶ οὐχ ἡ αὐτὴ μὲν τῶν κατὰ τὴν ἀγροικίαν, ἡ αὐτὴ δὲ τῶν ἐν ἄστει διατριβόντων. Citaturque testis Aristophanes, qui dixerit διάλεκτον ἔχοντα μέσης [μέσην] πόλεως, addens, οὔτ' ἀστείαν, ὑποθηλυτέραν· οὔτ' ἀνελεύθερον, ὑπαγροικοτέραν. Nam appellatione τῶν κατ' ἀγροικίαν comprehendi omnes Atticos, minime mihi fit verisimile.

Ceterum cum dixerim antea concertationes forenses magis Athenis quam in alia ulla Græciæ urbe locum habuisse, ideoque φιλοδίκους Athenienses appellatos fuisse, (quod Aristoph. quoque illis cum alibi objicit, tum vero in isto Equitum versu 1317: Καὶ τὰ δικαστήρια συγκλείειν οἷς ἡ πόλις ἥδε γέγηθεν,) ideoque forensium vocabulorum bonam partem illinc manasse credibile sit, sumendum ab iis initium censeo.

Primum igitur, (ut omittam, eos sua magistratuum nomina habuisse,) multa δικῶν nomina, quæ cum ap. alios tum vero ap. Polluc. et Harpocr. extant, ab illis esse profecta existimo, quamvis illi plerumque hoc taceant. Argumento esse potest hæc appellatio ἐξούλης δίκη : esse enim Atticam ex Eust. et quibusdam aliis constat, cum tamen neuter illorum id dicat. Idem de his judico, λειποταξίου δίκη, vel λειποναυτίου, vel λειπομαρτυρίου : item ἀναυμαχίου δίκη, et ἀποστασίου vel ἀπροστασίου δίκη : nec non κακοτεχνίου δίκη, et ἀγραφίου δίκη, ἀλογίου δίκη, aliisque plurimis quæ eand. terminationem habent : atque adeo de hac ipsa terminatione idem fortasse suspicari licebit, nimirum eam ab Atticis esse profectam. Sed fieri potest ut quædam ab aliis forensia itidem vocabula harum aliarumque Atticarum vocum exemplo ficta fuerint. Vel potius hac de re ne dubitare quidem nos permittunt ὀψιγαμίου et κακογαμίου δίκαι : cum enim hæ ap. Lacedæmonios, non item Athenienses in usu essent, idem et de ipsarum appellationibus fateamur necesse est. Sed ὀψιγαμίου et κακογαμίου, exemplo genitivi ἀγαμίου dixisse putandi sunt.

Sic autem προωμοσία et ἀντωμοσία et διωμοσία et ἐξωμοσία et ἀπωμοσία et ὑπωμοσία, pro Atticis habenda dixerim : quamvis et ap. Herodot. κατωμοσίην legamus, et quidem in ea signif. qua potius διωμοσίαν Attici scriptt. dicunt. Scribit enim [6, 63], Μετὰ δὲ τὴν κατωμοσίην ἐδίωκε.

Idem de his vocabulis, παραγραφὴ, ἀντιγραφὴ, ψευδεγγραφὴ, κτλ., nec non de πρόκλησις et πρόσκλησις, item de ἔφεσις, atque aliis plurimis quæ una cum his usurpantur nominibus, judicandum puto : simulque de verbis, ut κλητεύειν, ἐκκλητεύειν : item λαγχάνειν δίκην, et ἀντιλαγχάνειν, nec non αἱρεῖν δίκην : deque aliis eodem pertinentibus, sive ficta hunc in usum fuerint, sive duntaxat translatam ad judiciale forum signif. habuerint : cujusmodi sunt et illa, quorum supra memini, φεύγω, διώκω : sicut et illi αἱρῶ, cujus facta modo fuit mentio, ἁλίσκομαι potest adjungi. Sciendum est enim illud etiam tam pervagatum in judiciis vocabulum γραφὴ, itidemque γράφεσθαι, Athenienses primum ad illa transtulisse. Sed præter γραφὰς habuerunt etiam ἐνδείξεις, et φάσεις, et προβολὰς, nec non εἰσαγγελίας, et ἐφηγήσεις, aliaque præterea actionum nomina. Sic autem et in nominandis suis magistratibus appellationibus variis usi sunt, quas sibi vindicare poterant. Neque vero de iis tantum loquor, qui juri dicendo præerant, sed de aliis etiam, qui alia quævis munia reip. obibant. Illis enim erant sui ἀστυνόμοι, sui γυναικονόμοι s. γυναικοκόσμοι, sui ἐπιστάται, sui ἑστίαρχοι, sui πωληταὶ, sui λογισταί : ut alios omittam, quorum Pollux et Harpocr. meminerunt : inter quos sunt illi, quibus aliqua rei militaris onera incumbebant. Neque enim illas duntaxat appellationes, quas Attici excogitasse videri possunt, Atticas esse dixerim, sed eas etiam, quæ, cum illis communes cum aliis Græcis forent, certis personis et certum in Rep. munus secus quam alibi obeuntibus tribuebantur. Adeo ut ἄρχων quoque, cum de magistratu Atheniensi dicitur, non minus inter Attica numerandum vocabula existimem, quam ἔφοροι et ἁρμοσταὶ, quatenus erant Lacedæmonis magistratuum appellationes, inter Laconica. Quin etiam eorum earumque, qui sacris præfecti erant, aut quibus eorum curatio quovis modo commissa erat, Attica nomina fuisse docebo in sequentibus.

In iis igitur vocabulis quæ, ad judiciale forum pertinentia, δικαστικὰ vocantur, ultra pergere non statui ; sed ad variarum rerum appellationes, quarum illi inventores sunt, venire. Prius tamen lectorem admonitum volo, ut eorum, quæ antea dixi, meminerit, nimirum pleraque etiam vocabula censeri Attica, quæ tamen non ab Atticis ficta, sed traducta duntaxat in alium usum fuerint. Quis enim, (ut omittam ἑταίρα pro πόρνη, et οἴκημα pro δεσμωτήριον, nec non pro πορνεῖον, item συντάξεις pro φόροι, aliaque ejusmodi,) quis, inquam, ἰχθῦς Atticam esse vocem dixerit? at quendam usum Atticum sive quandam signif. Atticam habere, nemo inficiabitur : eam sc. qua περὶ τῶν ἰχθυοπωλείων dicitur. Ἰχθῦς, inquit Hesych., Ἀττικοὶ τὰ ἰχθυοπωλεῖα ἔλεγον. Ac possumus huic nomini alia adjungere ex Polluce, vicissimque istud iis, quæ affert, addere; nam nominis ἰχθύες mentionem nullam facit, sed eodem modo ὄψον, et τὰ μύρα, et τὸν χλωρὸν τυρὸν, et τὰ ἀνδράποδα, de locis ubi vendebantur, usurpari ab Atticis solita tradit. Sed omittendum non est, præfigi ab eo præpositionem. Ὥσπερ οἱ Ἀττικοὶ, inquit, ἀπὸ τῶν πιπρασκομένων καὶ τὰ χωρία ὠνόμαζον, λέγοντες, Εἰς τοὔψον, καὶ Εἰς τὰ μύρα, καὶ Εἰς τὸν χλωρὸν τυρὸν, καὶ Εἰς τὰ ἀνδράποδα. Ac fortassis Εἰς τοὺς ἰχθῦς præfixa itidem præp. dicebant. Idem alibi [9, 47] : Ἓν δὲ τῶν κοινῶν βιβλιοθῆκαι, ὡς Εὔπολίς φησιν, οὐ τὰ βιβλία ὦνα, καὶ αὐτὸ ἐφ' αὑτοῦ· οὕτω γὰρ τὸν τόπον, οὐ τὰ βιβλία, οἱ Ἀττικοὶ ὠνόμαζον· ὥσπερ καὶ τοὺς ἄλλους τρόπους ἐκ τῶν πιπρασκομένων· ὡς εἰ φαῖεν, Ἀπῆλθον εἰς τοὖψον, καὶ εἰς τὸν οἶνον, καὶ εἰς τοὔλαιον, καὶ εἰς τὰς χύτρας· καὶ κατὰ τὸν Εὔπολιν, Περιῆλθον εἰς τὰ σκόροδα, καὶ τὰ κρόμμυα, Καὶ τὸν λιβανωτὸν, καὶ εὐθὺ τῶν ἀρωμάτων, Καὶ περὶ τὰ γέλτη. In cujus loci principio menda sunt, quæ Pollucis sententiam nonnullis obscuram reddere possunt, atque adeo impedire quominus hunc locum cum proxime præcedente convenire animadvertant. Vult enim docere lectorem Pollux Atticos βιβλιοθήκας appellasse Locum ubi venales essent libri : sicut et aliis locis nomina imponebant ab iis quæ in unoquoque venibant. Pro ὦνα igitur reponendum est ὦνια, et τρόπους in τόπους mutandum ; nam in hoc vocab. abundat litera, ut in illo deest. Sed et particula οὐ (quæ est adverbium negandi) mutari debet in adverbium loci οὗ, i. e. Ubi. Præterea posteriore loco, post τὸν τόπον οὗ τὰ βιβλία repetitum a Polluce fuisse puto illud ὦνια. At pro γέλτη (si de hoc quoque admonendus est obiter lector) reponendum fuerit γέλγη : a quo est γελγοπῶλαι et γελγοπωλεῖν ap. ipsummet Polluc. Cum porro in præcedentibus varia ejus rei quam dico exempla protulerim, nimirum alicujus circa significationem innovationis in vocabulis quæ alioqui linguæ communis non minus sunt quam Atticæ : ad exempla illic a me allata te remittendum censeo ; hoc unum addens, Atticos aliquando non solum vocabulis communis linguæ significationem novam dedisse, sed nova etiam ex iis ad eandem rem significandam derivasse. Exempli gratia, verbo πλύνειν significationem dedisse novam non contenti Attici, eam sc. qua pro λοιδορεῖν ponitur, (qualem metaphoram et in nostrate lingua habemus,) novum etiam verbum commenti sunt, καταπλυντηρίζειν. Poterunt vero et ex magis notis vocibus exempla inveniri ab iis qui observare talia voluerint.

Verum ne earum quidem vocum fictores vocari possunt Attici, quæ, cum propria nomina essent, in appellativa transierunt : eas autem, quas ex propriis nominibus derivarunt, non omnino πλάσαι dici queunt, sed potius eas unde alias deduxerunt, παραπλάσαι. Illarum priorum quas dixi vocum exemplum habemus in Μαμμάκουθος et Μελιτίδης : hæc enim cum propria quorundam stultorum nomina essent, quoslibet stultos iis (tanquam nominibus appellativis) significatos fuisse videmus. Aristoph. Ran. [990] : Τέως δ' ἀβελτερώτεροι (vel ἀβελτερώτατοι, ut ap. Suid.) κεχηνότες μαμμάκουθοι καὶ μελιτίδαι κάθηντο. Ubi schol. suspicatur propter versum leg. esse μαμμάκυθοι : confirmatque hanc lectionem Hesych., quod ad antepenultimam [penult.] attinet; sed idem et unicum μ. habet. Exemplo esse potest et nomen Σαλαβακχώ : hoc enim cum meretricis cujusdam proprium esset, eodem et quamlibet libidinosam mulierem Attici appellarunt, si Hesychio credimus. Ipsum quidem certe meretricis nomen ap. Aristoph. extat, in Eq., scriptura parvam tantum differentiam habente [765] : Βέλτιστος ἀνὴρ μετὰ Λυσικλέα καὶ Κύνναν καὶ Σαλαβάκχαν. Ubi discimus ex schol. Κύνναν et Σαλαβάκχαν fuisse τῶν θαυμαζομένων ἑταιρίδων. Jam vero et Θεόδωροι, nomine proprio in appellativum transeunte, ab Atticis Comicis in obscœnam signif. detorquebatur : a quodam Theodoro, qui ferebatur οὐκ εὖ τῆς ἑαυτοῦ ὥρας προστήσασθαι. Unde legimus ap. Aristoph. Ach. [605] Γερητοθεοδώρους : ubi auctor Commentarii itidem annotat solitos εἰς μαλακίαν διαβάλλεσθαι Γέρητα et Θεό-

δωρον. Et hæc quidem sint illarum priorum vocum exempla. Earum autem, quarum mentio a me posteriore loco facta fuit, exemplum habemus in verbo μακκοᾶν: cum enim Μακκὼ stultæ cujusdam mulieris nomen esset, ex eo derivatum fuit verbum μακκοᾶν pro Desipere, Delirare: cujus verbi usus in duobus Aristoph. Eq. ll. extat. Legimus enim in uno [62], Εἶθ' ὁ γέρων σιβυλλιᾷ. Ὁ δ' αὐτὸν ὡς ὁρᾷ μεμακκοακότα, Τέχνην πεποίηται. In altero [396], Καὶ τὸ τοῦ δήμου πρόσωπον μακκοᾷ καθήμενον. Ubi schol. μακκοᾷ exp. ἀνοηταίνει: addens, ἐν ἔθει ἐστίν· ἔφαμεν δὲ ὅτι ἡ Μακκὼ ἐνεὰ ἦν. At in illo priore l. exp. quidem partic. μεμακκοακότα itidem τὰ Μακκοῦς φρονοῦντα, item παραφρονοῦντα, et ληροῦντα, (quod Μακκὼ et Λαμὼ fuerint ἐνεαὶ, i. e. βαρέως νοοῦσαι,) sed alia subjungitur verbi hujus derivatio, (sive ejusdem schol., sive alius sit,) sc. παρὰ τὸ μάταια κοεῖν, quod est νοεῖν: ex quo κοεῖν esse factum nomen θυόσκόος. Sed hoc verbum μακκοᾶν Comicis ascribendum esse, tanquam illis peculiare, ex Polluce quoque didicimus in eo loco quem ex illo protuli, ubi aliquot comica in senes scommata enumerat. Idem et de nomine Θεόδωρος modo annotavi, et quidem Hesychii testimonio nitens. De præcedentibus autem dubitari potest, an eorum usus aliis quoque scriptoribus concessus fuerit: at vero de vocab. προμηθεὺς nulla hujusmodi oriri dubitatio debet, meo quidem judicio. Quamvis enim Lucianus scribat ipsos Athenienses προμηθέας appellasse τοὺς χυτρέας καὶ ἰπνοποιοὺς, καὶ πάντας τοὺς πηλουργοὺς, non autem dicat Atticos ita eos nominasse, longius hanc appellationem manasse persuasum mihi est. Verum quocumque res se habeat modo, ad illum Luciani locum te remitto, allatum supra, nimirum in Tmematis 1 initio, ubi et nomen avis proprium, appellativi usum habuisse docui. Hæc tamen non ita sunt accipienda quasi soli Attici quædam nomina propria hominum vel brutorum animalium ad signif. appellativorum traduxerint; sed hoc demum existimandum est, eos quorundam usum sibi peculiarem habuisse. Alioqui enim quosvis scriptt. ita nonnunquam lusisse, i. e. ita nonnullis nominibus propriis usos vel potius abusos esse, constat: cum sc. Morychos vel Corœbos appellarunt quoslibet stultos. Sed et Melitidas cum Comicis eos interdum appellasse sciendum est. Frequentius tamen alia sermonis forma utebantur; nam hyperbolice aliquem Morycho vel Corœbo vel Melitide stultiorem esse dicebant: quæ dicta proverbiale etiam aliquid habent. Jam vero ut Morychi vel Corœbi vel Melitidæ dicebantur Quilibet stulti s. fatui, sic Margitæ vocabantur Inertes homines, aut itidem Fatui s. Stupidi: sic Phrynondæ appellabantur Quicunque improbi et impostores erant, aut Eurybati; vel generaliori nomine Cercopes. Sic furax aliquis nominabatur Autolycus. Quin etiam verba ex horum nominum nonnullis deducebantur: ut εὐρυβατίζειν et κερκωπίζειν: (cujusmodi fuerit in nostro sermone *Villonnizer*, i. e. Imitari eum qui vocabatur *Villon*: sicut ab eodem deductum est nomen *Villonnerie*). Illis autem similia sunt alia quædam ex regionum nominibus sumpta: ut κρητίζειν et αἰγυπτιάζειν et λεσβιάζειν. Quin etiam ea nomina, quæ ἐθνικὰ dici solent, in appellativa nonnunquam transibant, veluti cum aliquis mendacissimus, aut fallaci et fraudulento ingenio præditus, dicebatur κρής: cum fatuus quispiam vocabatur κυμαῖος: ut legimus ap. Lucian., Οὐχ οὕτω κυμαῖός εἰμι. Quod autem ad illa verba attinet, luserunt in iis alio quoque modo: veluti cum quidam Antigoni fortunam dicebat ἀλεξανδρίζειν, cum Demosthenes Pythiam φιλιππίζειν ajebat. Sed in hisce duobus verbis eadem terminatio non eundem usum præstat. Nam illi ἀλεξανδρίζειν quædam imitationis s. æmulationis declaratio inest, meo judicio: at illi φιλιππίζειν Favoris signif. subesse constat. Eodemque pacto et alia utrumque usum habebant, quæ ἀπὸ τῶν ἐθνικῶν ὀνομάτων derivata erant; nam ἀττικίζειν et λακωνίζειν non solum Atticis et Laconibus favere, s. ab illorum partibus stare significabant, sed etiam Atticos et Lacones imitari: præsertim tamen quod ad sermonem attinet. Quin etiam vitium gentis nonnunquam notabatur, (ut de κρητίζειν et αἰγυπτιάζειν et λεσβιάζειν dictum fuit,) veluti cum λακωνίζειν pro παιδίοις χρῆσθαι usurpabatur: cujus expositionis auctor est Hesych. Quædam vero in una eademque signif. utramque terminationem habebant: veluti cum δωρίζειν (sicut ἀττικίζειν atque ἰωνίζειν) et δωριάζειν, de utentibus Dorico sermone, s. Dorice loquentibus, dicebatur. Quorum posteriore usus est Anacr.: Ὁ δ' εἶπε δωριάζων, Λάβ' αὐτὸν ὁππόσου λῇς. Sed δωριάζειν dicebatur etiam τὸ παραφαίνειν καὶ παραγυμνοῦν πολύ τι τοῦ σώματος. Habebant porro verba ista et sua verbalia nomina; nam ἀττικισμὸς et λακωνισμὸς in frequenti usu erant: quibus simile est φιλιππισμὸς ap. Demosth. Atque ut a κρητίζειν quoque erat κρητισμὸς, sic ab αἰγυπτιάζειν, et λεσβιάζειν, et δωριάζειν, non dubium est quin dicta fuerint αἰγυπτιασμὸς et λεσβιασμὸς et δωριασμός. Verum a nomine πατὴρ non tantum πατριάζειν dixerunt, (sicut et πατρίζειν in aliquo usu fuisse existimo,) sed etiam πατρώζειν. Scimus autem Latinos suum Patrissare ad hujus exemplum finxisse. Quæri igitur possit an non in verbo κρητίζειν et aliis hujusmodi, in iis item verbis quæ ex scriptorum nominibus efficta fuerunt, vel effingi possunt, et studium imitandi s. æmulandi declarant, illam verbi Patrissare formam sequi possimus: nimirum tam in κρητίζειν, et ceteris ἀπὸ τῶν ἐθνικῶν itidem deductis, quam in δημοσθενίζειν, in θουκυδιδίζειν, in ὁμηρίζειν, in πινδαρίζειν: quorum ultimo nostra lingua, dicens *Pindarizer*, de iis utitur non qui grandiloquentiam Pindaricam æmulantur, sed qui et sermonis forma et vocis modulatione utuntur ad ostentationem composita. Licet quidam ad vocem duntaxat referant, quæ sc. resonet, s. tinnulum quiddam habeat: qualis ea est, quam vocamus *Voix éclatante*. Quæri possit, inquam, an non Cretissare, an non Demosthenissare pariter dici queat pro δημοσθενίζειν, itidemque in ceteris. Meo quidem certe judicio, qui primus Patrissare protulit, illo uti minime dubitasset. Sed quod dixi, verbis illis Imitandi s. Æmulandi studium significari, nolim sic accipi quasi non alium etiam usum habere interdum possint. Nam si dicatur aliquis πλατωνίζειν, non jam de illa imitatione intelligendum fuerit, sed potius de eo qui Platonis dogmata sequitur: quo sensu dictum fuisse creditur, Ἦ Φίλων πλατωνίζει, ἢ Πλάτων φιλωνίζει. Sic tamen ut videatur posse dici πλατωνίζειν is quoque, qui non omnino, sed ex parte tantum Platonis adhæreat placitis, et cujus animus ad Platonicam philosophiam aliquo modo sit inclinatus. Commodum autem hic recordor verbi ἐπικτητίζειν, quod inveni appositum margini libri Eusebii quem adversus Hieroclem scripsit, Apollonium Tyaneum cum Christo servatore nostro comparantem. Ubi enim scribit Euseb., Φυσικοῖς νόμοις καὶ φιλοσόφων δόγμασιν ἐκδιδάσκων ὡς ἄρα τῶν ὄντων τὰ μέν ἐστιν ἐφ' ἡμῖν, τὰ δὲ οὐκ ἐφ' ἡμῖν, margini veteris cujusdam libri ascriptum legitur, Ἐπικτητίζεις, βέλτιστε Εὐσέβιε, νῦν. Denique eo licentiæ tandem ventum est ut hujusmodi verbis (aut saltem eorum nonnullis) præpositio κατὰ præfigeretur: veluti cum dicitur καθομηρίζειν. Sed hoc καθομηρίζειν alium habere usum sciendum est quam simplex ὁμηρίζειν, et accusativo jungi. Neque enim sine exemplo dixisse puto Greg. Naz., Ἵνα τελέως αὐτὸν καθομηρίσω, ubi existimat et Bud. καθομηρίσαι esse Homericis versibus describere s. celebrare. At quidam hunc præpositionis usum in isto verbo non animadvertens, (vir alioqui hujus linguæ peritissimus,) καθομηρίζειν perperam pro simplici ὁμηρίζειν posuit.

Verumenimvero longius jam in isto sermone progressus sum quam statueram, meorum etiam atticismorum fines prætergrediens: ideoque hoc unum addam, Atticos Comicos aliquid præterea circa nomina propria καινοτομῆσαι: veluti cum πεφιλιππιδῶσθαι dicebat Alexis pro λελεπτύσθαι s. ἀπισχνῶσθαι: illud enim verbum ex isto Comico affert Athen., circa finem libri 12. Sed ap. eum πεφιλιππῶσθαι perperam scriptum est: pro quo audacter πεφιλιππιδῶσθαι repono, quod ipsemet Athen. e nomine Φιλιππίδης deductum esse doceat: afferens ex Menandro, Φιλιππίδου λεπτότερον· ex Aristophonte, Ἰσχνότερον Φιλιππίδου. Quin etiam aliis modis in hujusmodi de-

ductionibus, quæ a propriis nominibus erant, lusisse, vel ex Menandreo vocabulo ἀλεξανδρῶδες, (cujus et supra obiter facta mentio fuit,) discere possumus. Eo enim usum esse Menandrum docet Plut. in ipsius Alexandri Vita: Δηλοῖ δὲ καὶ Μένανδρος ἐν Κωμῳδίᾳ, παίζων πρὸς τὸ παράδοξον· Ὡς Ἀλεξανδρῶδες ἦὸη τοῦτο· κἂν ζητῶ τινα, αὐτόματος οὗτος παρέσται· κἂν διελθεῖν δηλαδὴ διὰ θαλάσσης δέῃ τόπον τινὰ, οὗτος ἔσται μοι βατός. Perinde est autem, ut opinor, ac si diceretur, ἐνταῦθα ἡ ἐμαυτοῦ τύχη ἀλεξανδρίζει, ut quendam locutum esse, antea dictum a me fuit. Jam vero et ex nominibus quæ vocantur ἐθνικὰ, aliis modis verba finxisse Atticos, ac præsertim Comicos, vel ex illo ἐντεθετταλίσμεθα apparet, quod a Polluce affertur, et exp. χλαμυδοφοροῦμεν.

Ad eas voces Atticas tandem venio, quæ Atticæ quidem linguæ sunt peculiares, sed Atticis scriptoribus inter se communes; aut, si mavis, quæ Attico sermoni, sed non item certis quibusdam scriptoribus, sive certo cuidam scriptorum generi, peculiares sunt, ut præcedentes.

Auspicabor autem (quod faustum felixque sit, vel potius, quod non nisi faustum felixque esse potest,) a nomine εὐαγγέλιον. Hoc enim quidam Atticum esse tradiderunt. Extat quidem certe ap. Atticos scriptt., et nominatim ap. ἀττικώτατον Comicum Aristoph.; sed si Atticis nomen hoc ascribere nolimus, saltem ab eo deductum verbum εὐαγγελίζεσθαι ascribendum erit: assentiendo scholiastæ illius Comici, qui in hunc l. Eq. [643]: Κἀναχανὼν μέγα, Ἀνέκραγον, ὦ βουλή, λόγους ἀγαθοὺς φέρων Εὐαγγελίσασθαι πρῶτον ὑμῖν βούλομαι, hæc annotat, εὐαγγελίσασθαι δὲ, εὐαγγέλια λέγειν, Ἀττικῶς. Ex hac autem expositione colligo, (ut in meo Thes. L. Gr. docui,) eum εὐαγγελίσασθαι cum accus. λόγους non conjunxisse, sed absolute positum existimasse, cum alioqui soleat accusativo jungi: ut ibi Demosth. et Antiphontis loci ostendunt.

Σπερμολόγος illi εὐαγγελίου appellationi subjungam, non alia de causa quam quod ex Atticis vocabulis unum sit cujus aliquem in Evangelicis scriptis usum habemus, et quidem ex ipsorummet Atheniensium ore, aut saltem quorundam qui Athenas incolebant. Legimus enim Act. 17,[18]: Τινὲς δὲ τῶν Ἐπικουρείων καὶ Στωϊκῶν φιλοσόφων συνέβαλλον αὐτῷ· καί τινες ἔλεγον, Τί ἂν θέλοι ὁ σπερμολόγος οὗτος λέγειν; De hujus autem vocabuli significatione magnam mihi dubitationem oriri fateor. Interpretari enim Seminator verborum vel Funditator verborum, plane alienum esse videtur ab ea quam habet compositionis forma. Siquidem σπερμολόγος non ex verbo et nomine λόγος factum est, sed ex nomine σπέρμα, et verbo λέγω, accipiente signif. τοῦ συλλέγω (veluti cum dicitur κοπρολόγος et ἀργυρολόγος). Alioqui enim dicendum fuisset non σπειρολόγος (ut putavit Erasmus), sed σπορολόγος, vel potius λογοσπόρος, ut dicitur παιδοσπόρος, τεκνοσπόρος, φυτοσπόρος. Sed ab altera parte non parum Hesychii et Suidæ auctoritas me movet: quorum ille σπερμολόγος primo loco exp. φλύαρος: hic εὐρυλόγος et ἀκριτόμυθος: quæ expositiones cum Latinis illis conveniunt, et ita vocabuli hujus significationem exprimunt quasi ex verbo et nomine λόγος sit conflatum. Adde quod ea expositio, quam tribuit Eust. verbo σπερμολογεῖν, scribens dici ἐπὶ τῶν ἀλαζονευομένων, κτλ., talis est ut conveniat cum ea, quam duo illi lexicographi dant nomini σπερμολόγος. Quid igitur putandum est? an hos non animadvertisse quod dixi, an potius existimasse, non tam ipsam compositionis formam, quam rem de qua ageretur, considerari debere? et vel quendam in significatione abusum esse credidisse, vel a verbo σπερματόω aut σπερμαίνω, non a nomine σπέρμα, deduxisse? Horum certe alterutrum censuisse illos persuasum habeo, et quomodo alioqui signif. istam admittere potuerint, non video: licet et illi Lucæ loco et cuidam Demosthenico convenire videatur, non minus quam altera: quam in Thes. una cum illo Demosthenis loco videndam lectoribus reliqui. His autem quæ dixi, et Budæi auctoritas (quæ non parvi est ponderis) adjungi potest: quamvis nullam ille hujus expositionis rationem reddat: ad quam ibid. lectores remisi.

Ἰακχαγωγὸς tanquam Atticorum proprium, sicut κουροτρόφος et δαειρίτης, ap. Polluc. legimus, inter alia nomina eorum qui mysteriorum celebrationi vacabant. Hesychio autem teste Ἴακχος in Attica nomen erat Herois, nec non Templi, et Statuæ.

Ἱεροποιοὶ, Ὀργεῶνες, Μειαγωγοὶ, aliæque nonnullæ id genus voces commode præcedentibus posse subjungi videntur, utpote ad sacra et ipsæ pertinentes. Ac primum ad vocab. illud ἱεροποιοὶ quod attinet, ad verbum quidem sonat i. q. Latinis Sacrifici: neque hac in signif. dicendum fuerit Atticum: cujus signif. exemplum videtur suppeditare hic Aristotelis locus, Polit. 6, non procul a fine. Postquam enim suo περὶ τῶν πολιτικῶν ἀρχῶν sermoni subjunxit, Ἄλλο δ' εἶδος ἐπιμελείας, ἡ περὶ τοὺς θεούς· οἷον, ἱερεῖς τε καὶ ἐπιμεληταὶ τῶν περὶ τὰ ἱερὰ, τοῦ σώζεσθαι τὰ ὑπάρχοντα, καὶ ἀνορθοῦσθαι τὰ πίπτοντα τῶν οἰκοδομημάτων, καὶ τῶν ἄλλων, ὅσα τέτακται πρὸς τοὺς θεοὺς, addit, Συμβαίνει δὲ τὴν ἐπιμέλειαν ταύτην ἐνιαχοῦ μὲν εἶναι μίαν, οἷον ἐν ταῖς μικραῖς πόλεσιν· ἐνιαχοῦ δὲ πολλὰς, καὶ κεχωρισμένας τῆς ἱερωσύνης· οἷον ἱεροποιοὺς, καὶ ναοφύλακας, καὶ ταμίας τῶν ἱερῶν χρημάτων. At vero ubi Demosth. suum Midian exagitans, clamat [p. 570, 5]: Ὑμεῖς γὰρ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ἐχειροτονήσατε τοῦτον τῆς παράλου ταμίαν, ὄντα τοιοῦτον, οἷός ἐστι· καὶ πάλιν ἵππαρχον, ὀχεῖσθαι διὰ τῆς ἀγορᾶς ταῖς πομπαῖς οὐ δυνάμενον· καὶ μυστηρίων ἐπιμελητὴν, καὶ ἱεροποιόν ποτε, καὶ βοώνην, καὶ τὰ τοιαῦτα δή· ibi ex schol. cognoscimus hanc vocem Atticis aliud sonare quam quod sonat prima fronte, et cum respicimus ad voces ex quibus componitur. Dicit enim ita vocari Eum qui victimas inspiciebant, num mutilæ aut alio modo minime essent idoneæ. Et in alium ejusdem Orationis locum annotat, ἱεροποιὸν vocari Eum qui in sacrificiis animadvertat atque observet num quidpiam fraudis circa ea committatur. Observandumque est ex ipsis etiam Demosthenis verbis, Eumenidibus datos fuisse hos ἱεροποιούς: scribit enim, Περιεῖδε δὲ ταῖς σεμναῖς θεαῖς ἱεροποιὸν αἱρεθέντα ἐξ Ἀθηναίων ἁπάντων τρίτον αὐτόν. Ubi schol. dicit ab Areopago solitum τὸν ἱεροποιὸν eligi, ἐπειδὴ ἐν Ἀρείῳ πάγῳ τὰ τῶν ἱερῶν τῶν Εὐμενίδων ἐπετέτραπτο· ubi præp. ἐν abundare, et nihil aptius quam articulum τῷ in ejus locum posse reponi existimo. Pollux autem scribit ἱεροποιοὺς fuisse Decem qui sacra quinquennalia facerent: nimirum τὴν εἰς Δῆλον θυσίαν, τὴν ἐν Βαυρῶνι, τὴν εἰς Ἐλευσῖνα. Apud eund. lexicographum, nec non ap. Harpocr. videnda lectori relinquo duarum vocum reliquarum signif. In certis quibusdam sacris utebantur etiam virginum ministerio, quæ γεραραὶ vocabantur, in aliis, earum quæ κανηφόροι nominabantur. Harum autem frequentior est ap. scriptt. quam illarum mentio. Ceterum ex Aristot. verbis proximis ei loco quem paulo ante attuli, discimus, ut Athenienses sua vocabula habebant, ita et alios Græcos sua habuisse. Illum enim ejus locum, in quo τῶν ἱεροποιῶν et ναοφυλάκων mentionem facit, proxime sequuntur hæc verba, Ἐχομένη δὲ ταύτης ἡ πρὸς τὰς θυσίας ἀφωρισμένη τὰς κοινὰς πάσας ὅσας μὴ τοῖς ἱερεῦσιν ἀποδίδωσιν ὁ νόμος, ἀλλ' ἀπὸ τῆς κοινῆς ἑστίας ἔχουσι τὴν τιμήν· καλοῦσι δ' οἱ μὲν ἄρχοντας, τούτους· οἱ δὲ, βασιλεῖς· οἱ δὲ, πρυτάνεις. Quin etiam non multo ante dixerat itidem, Ἐπεὶ δὲ ἔνιαι τῶν ἀρχῶν, εἰ καὶ μὴ πᾶσαι, διαχειρίζουσι πολλὰ τῶν κοινῶν, ἀναγκαῖον ἑτέραν εἶναι τὴν ληψομένην λογισμὸν, καὶ προσευθυνοῦσαν, αὐτὴν μηδὲν διαχειρίζουσαν ἕτερον· καλοῦσι δὲ τούτους, οἱ μὲν, εὐθύνους· οἱ δὲ, λογιστάς· οἱ δὲ, ἐξεταστάς· οἱ δὲ, συνηγόρους. Pollux tamen non solum εὐθύνους, sed etiam λογιστὰς inter Atheniensium magistratus recenset; sed εὐθύνους quidem esse dicit ὥσπερ παρέδρους τοῖς ἐννέα ἄρχουσι: at λογιστὰς ait παρακολουθεῖν τοῖς διοικοῦσι. Harpocr. autem eodem quo Aristoteles modo hæc exp., eandem utrique signif. tribuens; sed idem utrumque Atheniensibus ascribit, non autem diversis, ut Aristoteles. Quin etiam nominativum facere videtur ille non εὔθυνος, sed εὐθύνης: quamvis in edd. typographicis scriptum sit εὐθύνη, præcedente plurali εὐθύναι: dicitque fuisse decem: quod et in Λογισταὶ tradit: scribens, Εἰσὶ τὸν ἀριθμὸν δέκα οἳ τὰς εὐθύνας τῶν διῳκημένων ἐκλογίζονται ἐν ἡμέραις τριάκοντα, ὅταν τὰς ἀρχὰς ἀποθῶνται οἱ ἄρχον-

τες. At in Εὐθύναι scribit, Δέκα τὸν ἀριθμὸν ἄνδρες ἦσαν, παρ' οἷς ἐδίδοσαν οἱ πρεσβεύσαντες, ἢ ἄρξαντες, ἢ διοικήσαντές τι τῶν δημοσίων, τὰς εὐθύνας. A Plat. et εὐθυνταὶ et εὔθυνοι appellantur. Data est porro hæc appellatio istis censoribus a corrigendo : eodem prorsus modo quo Gallice dicimus *Redresser quelqu'un*, de eo etiam in quem censuram exercemus. Ad λογιστὰς vero quod attinet, fuisse Atticum vocab., ex Demosth. quoque et Æschine cognoscimus. Hæc autem cum ita sint, dicendum est Athenienses duplicem ejusdem magistratus appellationem habuisse, et ap. Aristot. οἱ μὲν, οἱ δὲ, non tantum de diversis populis, sed etiam de diversis in eodem populo hominibus intelligi.

Σεισάχθεια numerandum esse inter Attica vocabula, negare nemo potest : cujus nominis elegans est compositio, sonantis Excussionem oneris, vel Onus excussum : sive Solon sive alius hanc χρεῶν ἀποκοπῆς, i. e. Novarum tabularum speciosam et honestam, aut saltem minus invidiosam appellationem excogitarit. Plut. [Mor. p. 807, D] de Solone loquens, Ἐπεὶ γὰρ ἐν νῷ λαβὼν τὰ ὀφλήματα κουφίσαι, καὶ τὴν σεισάχθειαν (τοῦτο δὲ ἦν τὸ ὑποκόρισμα χρεῶν ἀποκοπῆς) εἰσενεγκεῖν, ἐκοινώσατο τοῖς φίλοις. Sed legimus ap. Eund. in ipsius Solonis Vita [c. 15] quosdam (et in his Androtionem) scripsisse, non de novis tabulis, sed duntaxat de moderatione circa usuras introducta fuisse dictam σεισάχθειαν. Ejus verba sunt, Οὐκ ἀποκοπὴ χρεῶν, ἀλλὰ τόκων μετριότητι κουφισθέντας ἀγαπῆσαι τοὺς πένητας, καὶ σεισάχθειαν ὀνομάσαι τὸ φιλανθρώπευμα τοῦτο, καὶ τὴν ἅμα τούτῳ γενομένην τῶν τε μέτρων ἐπαύξησιν καὶ τοῦ νομίσματος τιμήν. At de aliis vocabulis quæ a Solone aut alio Atheniensi ficta non fuerunt, sed ex linguæ communis usu in alium traducta, dictum antea fuit, in Tmemate II.

Ἀμφαρίστερος Atticum esse censet idem Pollux : quod tamen nec Hesych. nec Eust. perhibent. Ac dubitari etiam possit an in alterutra duntaxat signif. sit Atticum, an in utraque : i. e. tam in propria quam in metaphorica.

Ἐπιδέξια in hoc Atticarum vocum albo ponere possumus : quam mihi proxime præcedens ἀμφαρίστερος in memoriam revocavit. Sed ἐπιδέξια in certa quadam signif. duntaxat esse Atticum arbitror. Scribit enim Eust., Σημείωσαι δὲ ὅτι ἐπιδέξια παρὰ τοῖς ὕστερον Ἀττικοῖς καὶ τὰ καίρια καὶ ἐπιτήδεια τοῦ σώματος· πληγῆναι γοῦν τις λέγει τὰ ἐπιδέξια. Quod autem dicit τοῖς ὕστερον Ἀττικοῖς, ad Hom. referendum est, et subaudiendum Ὁμήρου cum ὕστερον.

Ἐπίκωπος inter Attica vocabula censeri debet, teste Eust. : qui ἐπικώπους ab illis vocari tradit τοὺς ἐν ταῖς τριήρεσι κωπηλάτας. Apud Thuc. autem legimus et προσκώπους.

Ἐπιβάτης itidem pro Attica voce habebitur, non in ea signif. quæ passim ei datur, sed in alia. Idem enim grammaticus postquam dixit Atticos ἐπικώπους appellare κωπηλάτας (i. e. Remiges), Eos qui sunt in triremibus, subjungit, ἐπιβάτας ab iisdem appellari τοὺς μαχητάς.

Ἐπίκληρος item Atticum esse vocab. testatur Eust.; at Pollux ipsum explicans, non addit esse Atticum. De hujus autem vocabuli significatione fuse in meo Gr. L. Thes. disserui. Harpocr. vocem ἐπικληρῖτις ex Isæo affert, tanquam idem declarantem. At Pollux [3, 33] ex Eodem, nec non ex Solone, habet non ἐπικληρῖτιν, sed περικληρῖτιν, si non mentiuntur ejus exemplaria; sed vix fidem illis habeo.

Ἐπίπροικος quoque et Ἐπίδικος pro Atticis habentur, quæ de Virgine, vel potius generaliter de Muliere dicuntur : simulque cum illo ἐπίκληρος ab Harpocr. recensentur, tanquam ad eandem rem pertinentia. A Polluce cum ἐπίκληρος mentio fit et τῆς ἐπιδίκου, nec non τῆς ἀνεπιδίκου : at τῆς ἐπιπροίκου non item, eo quidem in loco. Sed non procul inde νύμφην ἐπίπροικον esse ait τὴν σὺν προικί : ut ἄπροικον, τὴν ἀχρήματον. Equidem de voce ἐπίπροικος potius dubitarim an sit Attica, quam de ἐπίδικος : quoniam si ἐπίπροικος inter Atticas voces numeremus, videtur numerari inter eas debere et altera illa, ἄπροικος.

Ἁπληγίδες quoque et Διπλησίδες erant vocabula Atticorum; nam ex lænis alias ἁπληγίδας, alias διπλησίδας vocabant, si credimus Polluci [7, 47], vel potius ejus exemplaribus. Ego certe parum illis fidei in posterioris vocabuli scriptura tribuo; nam διπληγίδας reponi debere contendo : ut διπληγίδες respondeat τῷ ἁπληγίδες. Non dubito autem quin et illa scriptura ἁπληγίδες alicui esse suspecta possit, et ἁπλοΐδες in ejus locum reponi debere crediturus sit, itidemque διπλοΐδες pro διπληγίδες. Sed is et Suidæ, (in vet. quoque exemplari,) et Etym., et cujusdam veteris Lexici mei testimonio eam scripturam confirmari sciat : et quidem afferentium itidem ἁπλήγιος ex Eupolide in signif. nominis ἁπλοῦς : ideoque potius Hesychii exempll. suspecta habeat, et in iis ἁπλῆγις, aut ἁπληγὶς, pro ἁπλῆτις, eodemque modo ἁπλήγιος pro ἁπλήτιος reponi debere existimet. Ceterum τὰς διπληγίδας ab iisdem Atticis nominatas etiam fuisse διβόλους, idem lexicographus tradit.

Ὁμογάλακτες, si Polluci credimus, est itidem Atticum : Οἱ δ' ὁμογάλακτες, inquit, ἴδιον τῶν Ἀττικῶν. Aristot. tamen de nomine isto ita loquitur tanquam non valde usitato, ne ap. Atticos quidem. In Polit. enim I, 1, scribit, Μάλιστα δὲ κατὰ φύσιν ἔοικεν ἡ κώμη ἀποικία οἰκίας εἶναι· οὓς καλοῦσί τινες ὁμογάλακτας παῖδάς τε καὶ παίδων παῖδας. Hesychio autem teste, appellatione ὁμογαλάκτων significantur οἱ ἐκ τοῦ γένους, vel ἀδελφοί.

Διώβολον et Τριώβολον, esse et ipsa linguæ Atticæ fatendum est, sicut ea numismata, quæ his vocabulis significantur, Attica erant, i. e. in usu apud Atticos. Ἦν δὲ, inquit Pollux [9, 62], καὶ τριώβολον καὶ διώβολον εἶδη νομισμάτων Ἀττικῶν. Additque diobolo insculptam fuisse ab una parte noctuam, ab altera faciem Jovis : triobolo autem hanc faciem itidem, sed binas noctuas. Verum in typographicis Pollucis edd. τετρώβολον perperam legitur pro τριώβολον, hoc quidem loco : cum enim dioboli et trioboli mentionem fecisset, non tetroboli, subjunxit, notam utrique insculptam declarare volens, Τὸ μὲν διώβολον, ἐντετυπωμένην ἔχον γλαῦκα, καὶ τὸ ἑκατέρου πρόσωπον Διός· τὸ δὲ τριώβολον κτλ. Natum autem suspicor errorem ex proxime sequenti loco, ubi τετρωβόλου quoque mentionem facit : dicens τετρώβολον quidem et τριώβολον usu trita fuisse : at pro διώβολον plerumque dicere solitos δύο ὀβολούς. Affertque locum Demosth., ubi legitur δυοῖν ὀβολοῖν : sed ei subjungit Aristophanicum, in quo habetur illa vox composita διώβολον. Eust. de Æolico nomine πεμπώβολον disserens, inter alia scribit, Εἰ δέ τις εἴπῃ πεντώβολον, παρήγαγε μὲν τὴν λέξιν ὥσπερ καὶ τὸ πεμπώβολον· οὐκέτι δὲ ἀφῆκεν αὐτὴν Αἰολικὴν εἶναι, ἀλλὰ διαλέκτου Ἀθίδος αὐτὴν ποιεῖ, καὶ δηλοῖ τοὺς πέντε ὀβολούς· eodem modo, inquit, quo τριώβολον, Tres obolos, διώβολον Duos significat.

Atque ut ὀβολὸς, sic et δραχμὴ sua compp. habet, quæ an itidem Attica censeri debeant, dubium est. At vero γλαῦκα fuisse nomen Atticum certi numi constat, quemadmodum et βοῦν : nimirum ab insculpta noctuæ effigie uni, bovis alteri. Quidam jam inde a priscis Atticis illam βοὸς appellationem manasse tradunt, quidam vero Deliorum potius quam Atheniensium fuisse scribunt. Hoc nemini dubium esse potest, quin ut magistratuum, sic etiam numismatum sua populi singuli nomina habuerint. Sed Atticos hic quoque in appellationibus, quæ alioqui communes illis erant cum ceteris, aliquid sibi peculiare habuisse videmus; nam χαλκίον eos, sicut ἀργύριον et χρυσίον, dixisse potius quam χαλκόν : et κέρματα multitudinis numero potius quam κέρμα dicere solitos fuisse, Pollux quoque testatur : licet Antiphanes et alii quidam in illo quoque singulari numero voce hac usi fuerint.

Λυχνοῦχος quoque hic commemorandum erit, cum unum sit ex illis compp. quæ non tantum significatione sunt Attica, (i. e. signif. quandam Atticis peculiarem habent, ut δημιουργὸς, ut ἀδηφάγοι, cum περὶ τελείων ἵππων dicitur, ut etiam quædam alia,) sed suam illis originem debere existimantur. Λυχνοῦχος, inquit Hesych., ὁ φανὸς, λαμπτήρ· οἱ δὲ, ἐφ' ὃν ὁ λύχνος ὀχεῖται. Et hic quidem tacet vocem esse Atticam; sed in nomine φανὸν scribit, Φανὸν, τὸ φαινόμενον· φωτεινὸν καὶ λαμπρόν. Ἀττικοὶ δὲ λυχνοῦχον ἐκάλουν ὃ ἡμεῖς

νῦν φανόν. Hanc autem vocem in Thes. meo explicavi quidem, sed Atticam esse non admonui, quod aut nondum legissem, aut me legisse non meminissem. Hoc etiam addo, non posse dubitari de prima et propria nominis λυχνοῦχος signif. ab iis, qui in Gallia viderint quod ibi appellatur *Phalot*, voce ab illo Hesychiano φανὸς parum detorta. Imo vero alicubi *Phanot* auditur, quod quamvis melius dicatur, (utpote retinendo integram scripturam Græci φανὸς,) irrideri tamen ab aliis solet.

Δᾳδοῦχος aptissime illi λυχνοῦχος, tum propter significationis vicinitatem, tum ob compositionis similitudinem, subjungetur, quod ejusdem esse dialecti constat. Estque animadvertendum, compositum hoc δᾳδοῦχος ex eorum numero esse, quæ aliam signif. habent quam haberent seorsum voces ex quibus sunt composita; idque docte annotavit Eust.: Ἰστέον δὲ ὅτι, ὥσπερ διαφέρει ὁ δᾷδας ἔχων ἁπλῶς, καὶ ὁ ἐν τοῖς κατ' Ἐλευσῖνα μυστηρίοις δαδοῦχος· καὶ ὁ ῥάβδον ἁπλῶς ἔχων, καὶ ὁ ταξεωτικὸς ῥαβδοῦχος, οὕτω καὶ ὁ σκῆπτρον ἁπλῶς ἔχων, (κατὰ τὸν ἐν Ὀδυσσείᾳ πτωχὸν Ὀδυσσέα, καὶ εἴ τις ἄλλος τοιοῦτος,) καὶ ὁ σκηπτοῦχος, ὃς βασιλεὺς εἶναι ἰδιάζεται. Legimus quidem δᾳδούχους fuisse dictos Qui in Cereris sacris noctu faces portabant, tanquam ipsius factum Persephonen quærentis imitantes; sed an de Sacerdotibus tantum diceretur, vel potius an soli sacerdotes hoc officio fungerentur, dubitari potest. Eust. certe videtur ad eos non restringere, Ὡς δῆλον ἐκ τοῦ παρ' Ἀττικοῖς δᾳδουχεῖν, καὶ τῶν παρ' αὐτοῖς δᾳδούχων, οἳ δοκιμαζόμενοι ἐπεστάτουν ταῖς δᾳδουχίαις.

Θαλλοφόρος poni in hoc Atticorum compositorum albo meretur: et post δᾳδοῦχος aptum habere locum poterit, quod ut δᾳδοῦχοι, ita etiam θαλλοφόροι cuidam ἑορτῇ adhiberentur, (sed non eidem,) ut illi facem, ita hi frondem oleaginam portantes s. gestantes: Καὶ θαλλοφόροι δέ τινες ἦσαν ἐν Ἀθήναις, τοιοῦτοι δὲ ἔν τισιν ἑορταῖς οἱ γεραίτατοι, inquit Eust. Intellige autem ἐν τοῖς Παναθηναίοις. Verum quod ap. eum alibi legitur, θαλλοφόρον dictum etiam fuisse τὸν μηδὲν χρήσιμον ἀλλ' ἢ βοσκήμασι θαλλὸν παραβάλλειν, parum fidei apud me obtinet. Primum enim θαλλοφόρος non de quovis dictum fuisse qui ad nullum opus habilis esset, sed tantum de Sene; deinde θαλλὸν eandem ibi signif. habere existimo, quam habet cum θαλλοφόροι vocantur illi, qui τῇ τῶν Παναθηναίων ἑορτῇ adhibebantur: i. e. peculiariter περὶ τοῦ τῆς ἐλαίας κλάδου dici. Hesychii autem locus, ubi explicatur hoc vocab. θαλλοφόρος, mendosus est simul et imperfectus: adeo ut ejus de hac metaphorica signif. sententia perspici non queat. Postquam enim dixit, Θαλλοφόρος, ὁ πομπεύων Ἀθήνῃσι, καὶ ἐλαίας κλάδον φέρων, addit, Λέγει δὲ καὶ γέροντας θαλλοφόρους, πρὸς οὐδὲν ἄλλο χρησίμους ἢ πρὸς τὸ θάλλειν. Duobus autem modis posse expleri hunc l. docebo paulo post. Prius autem Aristophanis locum afferam, ex quo ille usus nominis θαλλοφόροι cognoscitur: nimirum convicio jactatum fuisse in senes inutiles. Is extat Vesp. [540]: Οὐκέτι πρεσβυτῶν ὄχλος χρήσιμος ἔστ' οὐδ' ἀκαρῆ. Σκωπτόμενοι γὰρ ἂν ἐν ταῖσιν ὁδοῖς ἅπάσαις Θαλλοφόροι καλοίμεθ', ἀντωμοσιῶν κελύφη. Ubi ad vocem θαλλοφόροι hæc annotantur in scholiis: Ἐν τοῖς ὑπομνήμασιν οὕτω γέγραπται, Θαλλοφόροι ἀντὶ τοῦ Ἐργάται· Θαλλόν τ' ἐρίφοισι φορῆναι· οἱ γὰρ γέροντες τὰ τοιαῦτα ἐν ἀγρῷ οἰκονομοῦσι. Quæ verba videntur alicujus esse, qui eandem illius signif. rationem redderet quam Eust.; hæc enim verba, θαλλόν τ' ἐρίφοισι φορῆναι, sumpta sunt ex Od. P,[224]: Τόν κ' εἴ μοι δοίης σταθμῶν ῥυτῆρα γενέσθαι, Σηκοκόρον τ' ἔμεναι, θαλλόν τ' ἐρίφοισι φορῆναι, Καί κεν ὀρὸν πίνων, μεγάλην ἐπιγουνίδα θεῖτο. Fortassis igitur inter ἐργάται et illa Homeri verba desunt quæpiam. Credibile enim est scripsisse illum, quicunque est hujus scholii auctor, θαλλοφόρους dici qui non amplius essent vel esse possent ἐργάται, nec jam ad aliud opus apti quam πρὸς τὸ φέρειν θαλλὸν τοῖς βοσκήμασι: sicut sc. dixit Hom. θαλλόν τ' ἐρίφοισι φορῆναι. Sed illud scholium proxime sequuntur hæc verba, Εὐχερεῖς δέ εἰσι περὶ ὧν μηδὲν ἔσχον εἰπεῖν σαφὲς, ἀποσχεδιάζοντες. Quæ verba sunt alius cujuspiam scholiastæ, præcedentem illam expositionem reprehendentis. Subjungit autem, Θαλλοφόρους γὰρ ἔφη, βουλόμενος τοὺς γέροντας δηλῶσαι· ἐπειδὴ ἐν τοῖς Παναθηναίοις οἱ γέροντες θαλλοὺς ἔχοντες ἐπόμπευον· ὡς οὖν εἰς οὐδὲν ὄντων χρησίμων αὐτῶν ἔξω τοῦ θαλλοφορεῖν, οὕτως αὐτοὺς ἐπέσκωψεν. Nunc igitur quam expositionem secutum esse Hesychium dicemus? Ad me quod attinet, non dubito quin posteriorem, quæ est melior, vel potius quæ sola est bona et vera. Quod si ita sit, fuerit hoc modo emendandus ejus locus, Πρὸς οὐδὲν ἄλλο χρησίμους ἢ πρὸς τὸ θαλλὸν ἐν παναθηναίοις φέρειν· aut simpliciter, πρὸς τὸ θαλλὸν φέρειν.

Πατραλοίας et Μητραλοίας sunt itidem Atticorum composita, quod non minus quam de quoquam alio affirmari potest, cum uno ore omnes gramm. id fateantur. Neque solum compositio est illorum, sed ipsum etiam verbum ἀλοᾶν, (pro quo his nominibus inest ἀλοιᾶν,) illis in ea signif. ascribitur, nimirum pro τύπτειν, cum πατραλοίας et μητραλοίας nihil aliud sonent quam πατροτύπτης et μητροτύπτης. Scribitur autem et πατραλῴας, itidemque μητραλῴας, ut ex Suida pariter et Eust. discimus. Quamvis autem manifesta sit nominis πατραλοίας s. πατραλῴας compositio ex πατὴρ et verbo illo ἀλοιᾶν, (sicut τοῦ μητραλοίας s. μητραλῴας ex μήτηρ et eodem verbo ἀλοιᾶν,) et passim etiam usitata sit signif. huic compositioni respondens, Aristoph. tamen in Nubibus ita usus esse creditur, ut ambiguum sit an πατὴρ an πάτρα eo includatur. Qua de re et in meo Thes. monui: de hoc vero non item, Hesychium velle, πατραλοίαν dici etiam τὸν ἀτιμάζοντα τὸν πατέρα. Sed hujus signif. exemplum desidero.

Ὑβριστοδίκαι ab Atticis dicebantur οἱ μὴ θέλοντες εἰσάγειν τὰς δίκας, ut Hesych. et Pollux testantur; sed ille Atticum esse verbum tradit, quod hic tacet.

Παράσιτος item videri Atticum, docebo in v. Παρασιτεῖν, cum venero ad eorum vocabulorum enumerationem, quæ verba appellantur.

Σκοτόμαινα in Atticarum vocum numero poni debet, si Hesychio credamus; at si Eustathio, in numero Atticarum pariter et Doricarum. Addit autem, e nomine μὰν pro μὴν, non e μαίνεσθαι, compositum esse.

Περίστοον ab iisdem Atticis vocari tradit Pollux τὸν περίστυλον τόπον, s. περιχίονα.

Τρίπυλον Atticos dixisse scribit Hesych., non τρίθυρον.

Ὑπόχολον Pollux Attico sermone appellari tradit τὸν μελαγχολῶντα.

Νεώσοικος ex Atticorum compositorum est numero, sed nihil Atticum præter compositionem habens, cum a ceteris eadem verba de eadem re, sed separatim, usurpentur. Est autem animadvertendum Atticos in quibusdam appellationibus vocabulis separatis uti maluisse quam compositione, in hac autem contra. Nam ἄκρα πόλις eos dicere maluisse quam ἀκρόπολις: itidemque οἰκίας δεσπότης, quam οἰκοδεσπότης, et γυναικὸς ἀδελφὸς quam γυναικάδελφος, docui in superioribus, nimirum in Tmemate II. Quo magis mirum videri possit compositionem illis in hac appellatione placuisse; sed hoc Ælii Dionysii testimonio ap. Eust. confirmatur. Cujus nisi tanta esset auctoritas, aliquos Aristoph. locos illi posse opponi dicerem, in quibus non συνθέτως, s. ἓν ἑνὶ μέρει λόγου scriptum est νεώσοικος, sed νεὼς οἶκος, ἐν παραθέσει, ut loquuntur. Sed ut illi potius credam, et typographica Aristoph. exemplaria suspecta in eo vocab. habeam, faciunt etiam quidam Thuc. et Dem. loci, in quibus illam compositionem observavi. Cetérum νεὼς οἶκον s. νεώσοικον, ab Ionibus νεῶνα, ab Atticis alio nomine νεώριον appellari, idem Dionysius testatur. Latini Navale appellant.

Ἐπίχαρις in eundem catalogum referendum fuerit, si ap. Hesych. ita legamus, Ἐπίχαρις παρὰ Ἀττικοῖς ἡ ἄβρα: quæ lectio nullam ne unius quidem literæ mutationem habet, sed tantum articuli ἡ trajectionem. Alteram autem lectionem retinendo, ἄβρα inter Attica vocabula ab eo numerabitur: quod minime simile vero est. Quomodo enim Attica erit vox ea, quæ inter illas quidem quæ pure Græcæ sunt, sed inter ἐθνικὰς recensetur?

Venio a compositis vocabulis ad simplicia : et quidem a nominibus adjectivis incipiens, quibus substantiva subjungam. Atque ut quoad fieri potest, huic classi minime immisceantur ea quæ ad eam non pertinent, non quæ significatione tenus Attica esse videbuntur, sed ea duntaxat quæ afferri putabo tanquam suam Atticis originem debentia, hic recensebo : et quidem si non omnia quæ occurrerint, at saltem præcipua. Quamvis autem a compositis ad simplicia transitum faciam, quæ interim composita occurrent præter illa quæ jam annotavi, non excludam : ut vicissim cum superioribus compositis irrepsisse quædam simplicia non ignoro.

Σαυλὸν teste Hesychio est ἅβρὸν, κοῦφον : quibus addit, ἅβρὸν, τρυφερὸν, Ἀττικοί : ubi non dubium est quin vel priore vel posteriore loco pro ἅβρὸν aliud reponendum sit vocabulum : aut certe quin priore loco tolli debeat; nam in posteriore cum τρυφερὸν optime convenit. Verum Hesychio de hujus nominis expositione non assentitur schol. Aristoph. Is enim explicans verbum σαλαχωνίσαι, tradit σαῦλον (ita enim ap. eum scriptum est) vocari τὸ φαῦλον καὶ διερρῡηκός. Verum quod ibi præcedit, cum Hesychii expositione potius convenit, si σαλάκωνα originem ab illo adjectivo habere dicamus.

Σκνίφος Atticos vocasse τὸ σκότος, auctor est Hesych. : Σκνιφὸν, ἀμυδρὸν βλέπον. Ἀττικοὶ γὰρ καὶ τὸ σκότος σκνίφος λέγουσι. Apud Polluc. autem habemus σκνιπὸς, non σκνιφὸς, ex Simonide, in hac ipsa signif.: ita ut vel hi duo lexicographi inter se dissentiant in hujus vocis scriptura, vel alterius eorum exemplaria fide digna hoc loco non sint.

Μινυὸν, (a quo est verbum μινύθω, unde esse Lat. Minuo, persuasum habeo,) in Atticorum vocabulorum numero, ex Eustathii (inter alios) auctoritate ponere possumus. Sic Dores vocem ejusdem signif. peculiarem sibi habent. Ut enim Attici μινυὸν appellant Parvum, sic Dores μικκόν. Quamvis Eust., vel potius Ælius Dionysius ap. Eust., non Doribus, sed Ionibus vocem hanc ascribat, Atticis vero ζμικρὸν et μικρόν. Legimus enim ap. illum schol., Αἴλιος δὲ Διονύσιός φησιν ὅτι ζμικρὸν, καὶ μικρὸν, οἱ Ἀττικοί· μικκὸν δὲ Ἴωνες.

Τυννοῦτον, ut ejusdem signif., ita eorundem Atticorum est. Cujus vocabuli usum Thes. meus fuse tibi explicabit.

Σκοίθης inter Attica vocabula locum sibi poscit, si Hesychio credimus : scribenti, Σκοίθης, διάβολος· Ἀττικοὶ λάλος, στωμύλος.

Στηλῖται est item ex earum vocum numero, quas sibi Attici vindicant. Vocarunt autem στηλίτας eos, qui ἐπ' αἰτίαν τινὰ ἐστηλογράφησαν.

Λακοσχέας ab Atticis dictus fuit ᾧ τὸ ὀσχέον πάντοθεν ἐστὶ καθειμένον, s. ἀεὶ χαλαρόν ἐστι. Vide Polluc. et Hesych.

Οὐλὰς τρίχας dicunt Attici, ut testatur Pollux. Sed cum magnus fuerit illius adjectivi usus, (unde etiam facta sunt composita, οὐλόθριξ et τρίχουλος, nec non οὐλοκόμος, s. οὐλοκόμας, et οὐλοκέφαλος, et οὐλοκάρηνος,) dubitari potest utrum ab Atticis originem habeat hoc vocab., quamvis ejus usus sit Atticus. Quæ dubitatio et de aliis quibusdam vocabulis oriri potest.

Ἄττα et in quodam Epigr. Græco et a Luciano locis aliquot ponitur inter vocabula, quæ inculcabant qui videri Attici volebant.

Ἄστε cum illo ἄττα ab eodem Luciano simul recensetur.

Γαστροοίδης ab Atticis vocatur qui Latine dicitur Ventriosus. Esse autem Atticum vocabulum testatur Eust.

Ὠμοίδης et Πεοίδης eadem prorsus forma dicuntur qua proxime præcedens γαστροοίδης. Incertum est tamen an Eust. hæc duo esse Attica censuerit, sicut illud proxime præcedens γαστροοίδης. Poterant certe hæc tria in compositorum classe locum habere, sicut et quæ sequuntur.

Ἀκόρητος ex iis unum esse arbitror, quæ plane Attica censeri queunt, quod ἀκόρητος quidem dictum sit et ab aliis qui fortassis dialectum Atticam nihil curarent, sed ab alio verbo. Legitur enim ap. Hom. ἀκόρητος, sed pro Insatiabilis, Insaturabilis, (veluti cum dicit Il. H, 117 : Εἴπερ ἀδεινής τ' ἐστὶ, καὶ εἰ μόθου ἔστ' ἀκόρητος· M, 335 : Ἐς δ' ἐνόησ' Αἴαντε δύω πολέμου ἀκορήτω Ἑσταότας· N, 621 : Τρῶες ὑπερφίαλοι, δεινῆς ἀκόρητοι ἀϋτῆς,) nimirum a verbo κορέω significante Satio, Saturo : quod a nomine κόρος originem habet. At vero ἀκόρητος, quod inter Attica vocabula recensendum dico, longe aliam habet non signif. solum, sed etiam originem. Nam ἀκόρητος est ἀκαλλώπιστος, a verbo κορεῖν significante Verrere, Scopis purgare, Mundare, ut ap. Aristoph. Nub. [44] : Ἐμοὶ γὰρ ἦν ἄγροικος ἥδιστος βίος, Εὐρωτιῶν, ἀκόρητος, εἰκῇ κείμενος. Unde est etiam compositum ἐκκορεῖν, ut ἐκκορεῖν Ἑλλάδα dictum est in Comœdia itidem, τὸ ἐκκενοῦν καὶ καθαίρειν, ὡς εἰ καὶ ἐσαροῦτο κατὰ τὰς φιλοκαλουμένας οἰκίας.

Ἀπηνὴς, quamvis sit et ipsum ap. priscos quoque scriptt. usitatum, poterit tamen, ut opinor, locum hic obtinere, nimirum inter Attica vocabula; quoniam non solum signif. diversam habet ab ea quæ passim ap. alios scriptt. occurrit, sed originem quoque habere aliam videtur, veluti cum dicit Aristoph. Nub. [974] : Ὅπως τοῖς ἔξωθεν μηδὲν δείξειαν ἀπηνές. Sic et Eust. : Ἀπηνὴς δὲ κοινῶς μὲν, ὁ σκληρὸς, καὶ ἐναντίος πρὸς τὸν ἐνηῆ· Ἀττικοὶ δὲ ἀπηνὲς καὶ τὸ ἁπλῶς ἄπο αἴνου ἔλεγον, ἤτοι ἀπαίδευτον.

Ἀφυὴς autem quia licet ab Atticis dicatur peculiariter περὶ τοῦ σκωπτικοῦ, cum diversa signif. diversam originem non habet, cum exemplis Tmematis primi ponendum potius fuit. Idemque et in aliis hujusmodi factum oportuit.

Substantiva etiam nonnulla Atticæ linguæ a lexicographis Gr. atque aliis scriptt. commemorantur : ex quibus aliqua priscis Atticis duntaxat in usu fuisse arbitror; (quod fortasse et de nonnullis superiorum vocabulorum dici potest;) sed quoniam nihil certi hac de re habeo, a ceteris ea minime separabo.

Θησεῖον Atticam fuisse Carceris appellationem ex Hesych. discimus : qui tamen non παρ' Ἀττικοῖς dicit, sed παρὰ Ἀθηναίοις. Credibile est autem Certi carceris nomen, (et fortasse quod ap. priscos Atheniensis extiterit,) de Quovis carcere tandem usurpatum fuisse. Scimus alioqui Θησεῖον sonare Thesei templum, ut etiam ipse Hesych. exp. νεὼν Θησέως : plurali autem numero Θησεῖα esse dicit Θησέως ἑορτήν. Sic Ἀναχεῖον s. Ἀνάκειον Attice dicebatur Dioscurorum templum, i. e. Castoris et Pollucis : qui ἄνακες vocabantur, (quo in usu Atticum et hoc vocab. videri queat,) Ἀναχεῖα autem s. Ἀνάκεια, eorum ἑορτή. Mirum est autem, Θησεῖον ad Carceris appellationem transivisse, cum alioqui illis, qui digni carcere essent, perfugium esse soleret. Scribit enim idem lexicographus, Θησεῖον, νεὼς Θησέως, ἐφ' ὃν οἱ ἀποδιδράσκοντες κατέφευγον. Ideo autem κατέφευγον, quia ibi ἀσυλίαν εἶχον, ut schol. Aristoph. in quodam Eq. loco testatur. Sed dicit οἱ καταφεύγοντες τῶν οἰκετῶν, quem genitivum οἰκετῶν, aut certe δούλων, synonymum, ap. Hesych. ne quis librarii incuria omissum suspicetur, sciat Philochorum ap. Etym. tradere, non solum servis, sed et aliis quibuslibet supplicibus fuisse perfugium. Apud eund. lexicographum extat et Θησειότριψ, quod exp. ὁ ἐν τῷ Θησείῳ διατρίψας. Quamvis autem Aristophanem eo usum esse tradat, pro Attico vocabulo afferri non puto. Ibid. est etiam θησομύζειν quod explicat, τὸ ἐν αὐτῷ λέγειν : sc. τῷ Θησείῳ. Pro quo θησομύζειν facile crediderim reponendum esse Θησειομυθεῖν.

Θεσμοφορεῖον et Πρυτανεῖον ejusdem cum præcedenti sunt formæ : quæ fuisse Athenis συσσιτίων nomina testatur Hesych.

Νουμηνία Soloni ascribitur a Plutarcho in ejus Vita.

Ἄξονες et Κύρβεις esse nomina ab Atheniensibus orta, ex Eodem discimus.

Ἐργάωνες, teste Hesychio, Atticis dicti sunt οἱ ἐν τοῖς ἀγροῖς τόποι, ἔνθα οἱ οἰκέται κοιμῶνται : a Cretensibus autem ἐργάτωνες.

Ἐργάται fuerunt ab Iisdem appellati qui tempore Hesychii ἐργαστικοὶ vocabantur : at qui tum ἐργάται

appellabantur, ad illis μισθωτοὶ dicti sunt. Hoc enim videtur velle ipse Hesych. : cujus alioqui verba aliter accipienda existimabit, qui non ea prope intuebitur. Ἐργάδεις præterea pro Attica voce affertur a Plutarcho in Solone : de cujus significatione dicam in proxime sequente vocab. Τελέοντες.

Τελέοντες et Αἰγικορεῖς vocabula sunt priscæ Atticorum linguæ, quæ a Plutarcho recensentur in Solone [c. 23] : Καὶ τὰς φυλὰς εἰσὶν οἱ λέγοντες οὐκ ἀπὸ τῶν Ἴωνος υἱῶν, ἀλλ' ἀπὸ τῶν γενῶν, εἰς ἃ διηρέθησαν οἱ βίοι, τοπρῶτον ὠνομάσθαι· τὸ μὲν μάχιμον, ὁπλίτας· τὸ δ' ἐργατικὸν, ἐργάδεις· ὂυοῖν δὲ τῶν λοιπῶν, τελέοντας μὲν, τοὺς γεωργούς· αἰγικορεῖς δὲ, τοὺς ἐπὶ νομαῖς καὶ προβατείαις διατρίβοντας. Sed pro ὠνομάσθαι legitur etiam ὀνομάσαι in vet. exempl., ut sc. Solon hæc nomina illis imposuisse intelligatur. Verum aliud multo majoris momenti hic animadvertendum est, de quo in meis etiam Annotationibus lectores admonui : nimirum γεωργοὺς non esse unum ex illis nominibus, (ut crediderunt Interprr.,) sed id esse quo exp. τελέοντας. Nam (ut ibi docui) articulus τοὺς præfixus nomini γεωργοὺς, eodem modo quo et participio διατρίβοντας, aperte declarat non vocem γεωργοὺς sed τελέοντας pro una ex illis antiquis appellationibus afferri. Alioqui enim cum ita scripserit Plutarch., τελέοντας μὲν, τοὺς γεωργοὺς, dicendum fuisse contra, γεωργοὺς μὲν, τοὺς τελέοντας. Sic enim articulos ab illo videmus præfigi ceteris vocabulis, quibus cetera nomina exp., non ipsis nominibus quæ exponuntur. Atque ita gramm. quoque passim ac præsertim lexicographi articulo in expositione vocabulorum utuntur : quod tamen apud hos quoque non animadversum a nonnullis, in errorem eos impulit. Sic certe ap. Polluc. non animadversus hic articuli usus fecit, ut etiam interpunctionis notula non animadverteretur esse perperam posita : adeo ut quod de uno verbo tradit Pollux, de altero tradere creditus sit. Pollucis enim [2, 78] verba sunt hæc, postquam scripsit quosdam Comicos verbo ἀπομύττειν usos esse pro ἐπὶ κέρδει ἐξαπατᾷν, (quod imitatus Terent. dixit, Emunxi argento senes,) μυκτηρίζειν δὲ Λυσίας καὶ τὸ μυσάττεσθαι, ἀπὸ τοῦ τῷ μυκτῆρι ἐνδείκνυσθαι τὸ δυσχεραίνειν. Ubi Pollucem exponere velle non verbum μυσάττεσθαι, (cujus expositio ab hoc loco plane aliena est,) sed contra μυκτηρίζειν explicare per illud μυσάττεσθαι, ex illo etiam articulo τὸ manifestum esse potuit : ut omittam, convenire ea quæ sequuntur, non cum μυσάττεσθαι, sed cum μυκτηρίζειν. Verum simul ille articuli usus non animadversus, simul etiam interpunctionis notula quæ post Λυσίας obrepserat, fecerunt ut quidam etiam eruditissimus vir crediderit tradi a Polluce de verbo μυσάττεσθαι (quo exponit) ea quæ contra de μυκτηρίζειν (quod exponitur) tradere eum voluisse, nemo mihi negare possit. Post Λυσίας autem subaudiendum relinqui verbum εἶπε, aut aliud id genus, minime novum ei videri debebit, qui eandem ἔλλειψιν in quamplurimis non hujus solum, sed aliorum quoque lexicographorum locis observarit. Et quoniam in hunc sermonem deveni, et cautum lectorem alienis periculis reddere cupio, addam et aliud exemplum erroris eadem in re admissi, et quidem apud eundem lexicographum : eumque ex meo libro De Origine Mendorum, (quem ante aliquot annos promissum, in lucem edere non permiserunt variæ occupationes, ac præsertim longi circa Thes. L. Gr. labores,) tanquam ex penu quodam deprompsi. Sed inter hoc exemplum quod proponam et proxime præcedens, id est discriminis, quod in illo et articulus τὸ non intellectus, et interpunctionis notula supervacanea in errorem induxerint, at in hoc sola interpunctiuncula errandi ansam præbuerit, in re alioqui plane simili. Scribit enim Pollux 4, c. 25 [§ 178] : Τὸ δὲ κενῶσαι διὰ καθάρσεως, καὶ ἐξινῶσαι λέγουσι· καὶ ἐξινωμένον ἡ κωμῳδία τὸν κεκαθαρμένον, ὡς ἐκ τῶν ἰνῶν φερομένης τῆς χολῆς· τὸν δ' αὐτὸν καὶ ὑπερινωμένον φασὶ, καὶ ὑπέρινον. Quibus subjungit, Κατευθῦναι τὸ ἐκχωρῆσαν ἄρθρον, ἠπίως, πράως. At ecce, furtim contextum subiens interpunctiuncula, et post ὑπέρινον se insinuans, fecit ut quidam Pollucem ὑπέρινον junxisse cum κατευθῦναι putarint, cum huic verbo nihil prorsus cum illo nomine commune esse queat. Nam præterquam quod satis aliunde notus esse potest usus verbi hujus κατευθῦναι, (ut manifestum sit convenire cum sequentibus verbis duntaxat, nimirum τὸ ἐκχωρῆσαν ἄρθρον, non item cum illo præcedente nomine,) legitur apud eundem lexicographum, pag. illam sequente, Καὶ ποδοστράβη δὲ, τὸ τὰ στρέμματα κατευθύνον, ἐν τῇ κωμῳδίᾳ, ἐργαλεῖον ἰατρικόν. Et vulgata quidem Lexx., (i. e. ea quæ ante meum Thes. prodierunt,) hujusmodi erroribus infecta esse non valde miror, (cum alii prope infiniti ibi cernantur, qui longe crassiores sunt illis, ut multis exemplis docui,) at quosdam etiam doctos viros hic lapsos esse, id vero mihi mirum videtur.

Ἀσκάντης Attice dicebatur qui et σκίμπους, ut quidam testatur ap. Eustath. : addens, κράββατον non itidem exemplis scriptorum confirmari.

Κίστη quoque, unde Latinis Cista, Atticæ linguæ ascribitur ab Eustath. Meminerunt autem hujus nominis et alii, sed non itidem addentes esse Atticum.

Γλωσσόκομον Atticam esse vocem tradit Hesych., ubi per eam exp. λακηθμόν : scribens, Λακηθμὸν ὃν οἱ Ἀττικοὶ γλωσσόκομον καλοῦσι. Potuisset autem inter compp. vocabula et istud collocari.

Νάπυ pro σίνηπι vel σίναπι, Atticorum esse, tradunt cum alii, tum vero Eustath. Apud Athen. tamen affertur et σίναπι ex Aristoph.

Βρύτεα Athenienses vocabant quæ alii στέμφυλα dicebant, nimirum τὰ ἐκπιέσματα τῆς σταφυλῆς : at στέμφυλα illis erant τὰ ἐκπιέσματα τῶν ἐλαιῶν, s. αἱ τετριμμέναι ἐλαῖαι. Testis est Athen. 2. Apud Hesych. in voce στέμφυλα perperam τὰ πταίσματα τῶν ἐλαιῶν pro πιέσματα s. ἐκπιέσματα scriptum est.

Φρύκτος Atheniensibus i. erat q. κύαμος, ut testatur Hesych. in Διάφρυκτος.

Ψιττία Attici vocabant quæ alii ψωμία, ut scribit idem lexicographus.

Λίσφοι Attice dicta fuerunt τὰ ἰσχία, sc. παρὰ τὸ λείπεσθαι σαρκῶν. Sed possunt dici et λέσφοι. Hæc partim ex Etym., partim ex meo Lex. vet. Polluci non λίσφοι, sed λίσποι, et ὑπόλισποι, sunt οἱ ἐνδεῶς πυγῶν ἔχοντες : qui et λισπόπυγοι.

Κρώβυλος Atticum fuisse testantur Pollux et Hesych. Κοσύμβη δ' οὐκ Ἀττικὸν, ἀλλὰ μᾶλλον ὁ κρώβυλος, inquit Pollux; Hesych. autem non in illa ipsa voce id tradit, sed in alia quadam. Satis notum esse potest Thuc. hoc vocab. esse usum initio sui Operis.

Λόγιον, quod significat χρησμῳδημα, Atticam esse vocem, cum alii tradunt, tum Eustath.

Κόρυζα inter Attica vocabula numerandum est, si Polluci credimus. Τὸ δὲ ῥεῦμα, inquit, μύξα κατὰ Ἱπποκράτην, κόρυζα κατὰ Ἀττικούς.

Κύμβη et Κάλπις tanquam Atticæ quorundam poculorum appellationes recenseri videntur a Philemone ap. Athen. Ab eodem Philemone fit mentio et ποτηρίου, quod dictum sit ἔφηβος : ut docui supra, cum agerem de vocabulis quæ significatione tenus sunt Atticis peculiaria.

Σπονδύλλη ab Atticis appellata fuit ἡ γαλῆ, teste Hesych. At σφονδύλη eidem lexicographo, nec non Eustath., est Quiddam silphio simile. Pro quo σφονδύλη invenitur scriptum et σπονδύλη. Est vero et Insecti cujusdam nomen σφονδύλη ap. Aristoph. [Pac. 1077.]

Στίλβη Atticis est ἔσοπτρον, cum aliis alia significet. Ita enim Hesych. : Στίλβη, αὐχμὸς, ἐλλύχνιον, ἔνιοι φανόν. Ἀττικοὶ δὲ ἔσοπτρον. Subaudiendum est enim, οὕτω καλοῦσι, vel aliquid ejusmodi.

Εὐδάνεμος, (ut tradit idem lexicographus, Hesychius,) ἄγγελος παρὰ Ἀθηναίοις. Sed in hujus vocis scriptura parum fidei ejus exemplaribus tribuo.

Ἱστριάνιδες ap. eund. Hesych. extat; sed hanc vocem in certa tantum signif. pro Attica habere videtur.

Πλαγγόνιον Unguentum dixerunt Attici, (ut Idem auctor est,) non Quodvis, sed Certum quoddam.

Χολοβαφίνη tanquam Atticum vocab. affertur a Polluce, ubi recenset derivata a nomine χολή : sed ei loco aliquid mendi subesse videtur. Quæri etiam pos-

sit an sicut χολοβαφίνη, sic χολοβάφος, quod proxime præcedit, Atticum esse velit.

Ἀποδόντωσις ex eodem Polluce affertur, tanquam ab eo inter Attica vocabula numeratum; sed hoc mihi valde dubium est. Eadem enim ratione multas voces Atticas esse diceremus, quas tamen in eo numero minime ponendas esse constat. Cum enim dixisset Pollux, Καὶ προσωποῦττα δέ τι παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς ὠνομάζετο χαλκοῦν ἀγγεῖον, ἐχίνῳ παραπλήσιον, περὶ τὸ στόμα ἔχον πρόσωπα λεόντων, ἢ καὶ βοῶν· ἀφ' ὧν καὶ ὠνόμαστο· subjungit, Τὸ δ' ἀποκεφάλισμα, κάθαρσιν κάρας, ῥύψιν ὀδόντων, ἀποδόντωσιν ἔλεγον, ἐξομμάτωσιν, νίψιν ὀμμάτων ῥύπου. Si igitur repetendum esse hic dicamus nominativum Ἀττικοὶ, (vel potius sumendum ex præcedente dativo Ἀττικοῖς,) nihilo magis ἀποδόντωσιν a Polluce inter Atticas voces recenseri dicere possumus quam ceteras quæ illi hic conjunguntur. Atque adeo in aliis plerisque locis de Atticis locutus Pollux, aliquanto post subjungit illud ἔλεγον vel εἶπον, aut aliud hujusmodi, cum tamen non jam de Atticis tantum, sed de quibusvis scriptoribus loquatur.

Προσωποῦττα vocabatur ab Atticis Quoddam χαλκοῦν ἀγγεῖον, teste Polluce.

Μελιττοῦτα item et Οἰνοῦττα Atticis ascribuntur: quorum meminit inter alios Eustath.: dicens ex μελιττόεσσα et οἰνόεσσα esse facta per contr.: additque, μελιττοῦτα dici ἐπὶ μελιπήκτων.

Ἱερεῖον esse vocem Atticam ἐπὶ τοῦ σφαγιαζομένου ζώου, s. θυομένου, scribunt cum alii, tum Eustath.

Πάλληκες Atticorum fuisse vocabulum, ex Eustath. discimus; sed videtur Atticis sui temporis ascribere. Dicens enim adolescentem vocatum πάλλακα, subjungit, Ἴσως δὲ καὶ οἱ νῦν Ἀττικοὶ πάλληκες ἐντεῦθεν καλεῖσθαι διεδέξαντο.

Κόνδυλος esse Atticorum, sicut κόλαφος aliorum, ap. Eustath. legimus. Frequentem saltem ap. Atticos hujus nominis usum esse constat.

Κόῤῥη quoque Attica vox est, sicut κόνδυλος qui illi incutitur. Præsertim vero ἐπὶ κόῤῥης dicere, Atticum esse censetur: sicut ὑπὸ μάλης.

Ὀπαίαν Attici τὴν κεραμίδα vocabant, eam sc. quæ habebat ὀπὴν, ut scribit Pollux.

Νεᾶνις Atticis tribuere videtur Clem. Alex. in loco quem in calce hujus capitis, circa initium sc. ultimi Τmematis, afferam.

Πρατίνιον Attici vocarunt τὸ ὕπερον, ut testatur Hesych.

Πατριώτης apud Athenienses dicebatur ὁ βάρβαρος et ὁ πολίτης, teste Hesychio. Meminit hujus vocab. πατριώτης et Pollux; sed fortassis inter ea potius fuerit ponendum, quæ in certa duntaxat signif. sunt Attica.

Μάμμη et Μαμμαία vocabula sunt quibus Attici Matrem appellabant. Affert enim Eustath. hoc quorundam, quos minime nominat, testimonium: Τήθην οἱ Ἕλληνες, τὴν πατρὸς ἢ μητρὸς μητέρα· οἱ δὲ παλαιοὶ ἀκύρως μάμμην καὶ μαῖαν· μάμμην γὰρ Ἀττικοὶ καὶ μαμμαίαν, τὴν μητέρα καλοῦσιν· ἣν δὲ οἱ πολλοὶ τήθην, τηθίδα. Dixerat autem paulo ante Ælius Dionysius, de nomine τήθη loquens, Ἣν ὀκνοῦσιν οἱ Ἀττικοὶ μάμμην καλεῖν, ὡς τῶν πολλῶν οὕτω τὴν μητέρα καλούντων. Verum non μαμμαίαν, sed μαμμίαν (eadem sc. forma quam habere videmus παππίαν) in alio Eustath. loco legimus. Ubi animadvertendum etiam est vocem istam in iis numerari, quæ ἐκ προσώπου tantummodo dicuntur. Nam ex Rhetorico Lexico annotatur, ex nominibus, quæ συγγενικὰ nuncupantur, nonnulla esse omnibus communia: ut πατὴρ, μήτηρ, ἀδελφὸς, et similia, (dicimus enim hunc esse illius πατέρα, vel υἱὸν, vel ἀδελφὸν,) quædam vero ἐκ προσώπου dici peculiariter: οἷον, ἄπφαν τὴν ἀδελφὴν Ἀττικῶς μόνη ἡ ἀδελφὴ εἴποι ἄν· καὶ πάππαν τὸν πατέρα μόνος ὁ παῖς, ὥσπερ καὶ μαμμίαν τὴν μητέρα· καὶ τὰ ὅμοια. Habeturque hæc scriptura in alio ejusdem paginæ loco, ubi ex veterum auctoritate scribit, infantes solitos patrem compellare vocabulo πᾶς, ut matrem vocabulo μᾶ: unde per reduplicationem facta sint, ex πᾶς quidem πάπας et παπίας (ita enim hic scribuntur unico π), ex μᾶ autem μαμμία. Atque hic observandum etiam est obiter, ut Græciæ infantes vocabula communia cum aliarum regionum infantibus habuerint. Quamvis enim πᾶς duntaxat tribui illis Græcis hic audiamus, non dubito quin plerique reduplicatione usi sint: sicut utentes quotidie nostros in Gallia puerulos audire est, dicentes sc. *Papa*, compellando patrem: itidemque *Mama*, compellando matrem. Neque tamen omnes inter se in hujus posterioris vocabuli usu consentiunt; sunt enim qui potius mammam poscant hac voce *Mama* s. *Mamam*, eam signif. ei tribuentes, quam præter alteram habere videmus idem apud Latinos vocabulum. Apud Aristoph. autem videmus a puerulo voce μαμμᾶν posci Panem, sicut voce βρῦν, Potum, Nub. [1382]: Εἰ μέν γε βρῦν εἶπῃς, ἐγὼ γνοὺς ἂν πιεῖν ἐπέσχον. Μαμμᾶν δ' ἂν αἰτήσαντος ἦκόν σοι φέρων ἂν ἄρτον. Κακᾶν δ' ἂν οὐκ ἔφθης φράσαι, κἀγὼ λαβὼν θύραζε Ἐξέφερον ἂν καὶ προὐσχόμην σε. Ubi observa itidem verbum κακᾶν, in quo Græci suos puerulos imitati sunt, cum κάκκην pro Stercore dixerunt: sic certe et Latinos Cacare dixisse satis notum esse potest. Latinos tamen puerulos dixisse itidem Caca, nescio an ullo satis locupleti testimonio confirmari queat. At nostrates passim, sicut et Græci, illo vocab. utuntur. Nec dubium est quin rectius unico κ, ap. Aristoph. κακᾶν scribatur, quam κακκᾶν duplici, (ut habetur in quibusdam exempll., atque ut in κάκκη geminari eam literam videmus,) cum Latini primam verbi Cacare syllabam corripiant, et minime verisimile sit puerulos in Græcia vehementiore sono vocem hanc pronuntiasse quam Galli pueruli pronuntiant. Ceterum ut Græci suos hac in voce secuti sunt, non itidem secuti nostros sumus; maxima enim Galliæ pars utitur alio vocab., quod ex Græco χέζω factum est. Cum autem in illius vocabuli puerilis mentionem inciderim, nimirum κακᾶν, addam ex eodem Comico et alium locum, in quo vox illa jungitur verbo ποιεῖν: eodem plane modo, quo apud nos pueri vel potius pueruli jungunt suum *Caca* cum verbo *Faire*, significante ποιεῖν. Siquidem ποιεῖν κακᾶν periphrastice, (si hic quoque periphrasis est,) dicitur pro Cacare, eodemque pacto dicitur ab illis *Faire caca*, ea ipsa signif. Ille Comici illius locus, nimirum Aristophanis, extat itidem in Nubibus, et quidem contiguus loci præcedentis verbis: Σὺ δέ με νῦν ἀπάγχων βοῶντα καὶ κεκραγόθ' ὅτι χεζητιῴην, οὐκ ἔτλης ἔξω γ' ἐνεγκεῖν, ὦ μιαρέ, θύραζέ μ'· ἀλλ' ἀποπνιγόμενος αὐτοῦ ποίησα κακᾶν. Ubi quidam illud puerile genus loquendi non intelligentes, putarunt esse κακᾶν infinitivum: et significari, Feci cacare: quæ expositio nihil minus quam huic loco convenire potest: cum Strepsiades de seipso loquens dicat se, cum foras non efferretur, coactum fuisse ibi alvum exonerare. Quamobrem viderit schol. hujus poetæ cur in alio ejus loco κάκκην (s. κάκκην, ut ibi scribitur,) exposuerit κακίαν, cum illius κακᾶν signif. sequi hoc nomen manifestum sit, et nihil aliud esse quam Merdam, s. Stercus, ut antea dixi. Locus is est Pac. [162]: Ἀπὸ μὲν κάκκης τὴν ῥῖν' ἀπέχων. Hic enim ille exp. κακίας: quæ expositio ne cum iis quidem, quæ subjungit, convenire potest: adeo ut suspicari quis possit depravatam fuisse hic scholii scripturam. Apud Suid. legitur, Κάκκη· ἔχει δὲ καὶ τὸ κακέμφατον ἡ ἀκαθαρσία, καὶ μάλιστα τὸ δύσοσμον ἀποπάτημα. Sed puto, quod ibi dicitur, ἔχει δὲ καί τι κακέμφατον (ita enim rectius legitur), referri ad præcedentia. Cum enim jam locutus esset de altera vocabuli κάκη signif., de hac loqui volens, dixit istam vocem habere præterea τι κακέμφατον, vel τὸ κακέμφατον: utpote significantem etiam τὴν ἀκαθαρσίαν, καὶ τὸ δύσοσμον ἀποπάτημα. Sed κάκκη interjectum fuit ab aliquo, indicare volente vocabulo isti accedere alterum κ in ista signif. Ad κακᾶν autem quod attinet, ridiculum videtur quod ab Eustath. scribitur: nimirum vocem hanc derivatam esse a nomine κακὸς, et quidem ab ea hujus nominis signif., qua dicitur περὶ τοῦ δειλοῦ: quoniam sc. τοῖς δειλιῶσιν ἕπεταί τοιοῦτόν τι πάσχειν. Imo vero credibile est, sicut παπα et μαμα (geminando μα, quod ap. Eustath. habetur), ita etiam κακα et κακαν, voces esse, ob pronuntiationem faciliorem quam aliarum sit, ideoque linguæ puerili aptiorem, jampridem in Græcia sive a nutricibus, sive ab aliis excogitatas. Potestque vel hinc conje-

ctura fieri, quod lingua nostra non iisdem vocibus solum, sed etiam quibusdam aliis ejusdem omnino formæ utitur, i. e. eodem modo geminatam syllabam habentibus; nam ut puerulos docet dicere *Faire caca* pro Cacare, sic *Faire dodo* pro Dormire. Sic etiam docentur pueruli lac s. suum ex lacte et farina cibum appellare *Lolo :* sic nutrices somnum illis conciliare volentes, accinunt *La, La :* quod ipsimet interdum imitantur, ad somnum se componentes, atque adeo jam dormitantes. Sic denique docentur equum vocare *Dada.* Quin etiam alia quædam vocabula finxit, licet non itidem geminationem syllabæ habentia, linguæ tamen puerili faciliora quam sint alia ejusdem signif. : quorum ex numero est *Minon* pro Fele : qui alioqui vocatur *Chat,* et Picardice *Cat,* a nomine Catus : unde est proverb. Gallicum, *Il entend bien chat sans dire minon.* Quæ cum ita sint, nemo (ut opinor) Eustathio assentietur, illud κακᾶν vel κακὰν (ut apud eum scriptum est) a κακὸς deducenti. Jam vero mirum istud videri possit, quod in illo Aristoph. loco μαμμᾶν dicenti puero vel puerulo porrigatur panis, præsertim cum Eustath. primam hujus nominis syllabam, vel potius duas primas literas, alteram illam signif., matris sc., apud infantes habuisse testetur. Sed fieri potest ut apud Aristophanicum illum utramque vox illa significationem habuerit : fieri etiam potest ut apud quosdam unam, apud alios alteram signif. id vocab. obtinuerit : sicut ex nostratibus puerulis quosdam voce *Mama,* vel *Maman,* non matrem compellare, sed mammam poscere docui. Illa autem vocula βρῦν, qua idem puerulus s. infans potum sibi dari petit, mihi suspecta est. Quomodo enim verisimile est puerulum balbutientem, (ut scimus puerulis omnibus commune id esse vitium, et nominatim de isto audimus, Αἰσθανόμενός σου πάντα τραυλίζοντος ὅ,τι νοοίης,) literam illam ρ pronuntiare, præsertim post β, potuisse? Legimus quantum negotii exhibuerit Demostheni hæc litera, non solum puero, sed jam viro : non ignoramus et Alcibiadem vix ac ne vix quidem gratiam cum litera illa inire potuisse : adeo ut Aristophanes illum ita balbutientem induxerit, Ὅλᾷς Θέωλον; τὴν κεφαλὴν κόλακος ἔχει, pro Ὁρᾷς Θέωρον; τὴν κεφαλὴν κόρακος ἔχει. Quod si Demosthenem et Alcibiadem in illo oris vitio sui similes habuisse non credamus, ex iis qui jam ad virilem ætatem pervenissent, at certe ex puerulis multos (ne dicam omnes) eodem vitio laborasse credendum est. Siquidem ne magis disertam linguam habuisse Græcos puerulos existimemus quam vulgus nostratum habet, facit illud τραυλίζειν, quod iis tribuitur, uti dixi. Quæ cum ita sint, in eam opinionem venio ut βῦν scrib. esse censeam, et Latinorum puerulorum vocem Buas cum vocula Græcorum conciliari posse existimem.

Et quoniam hunc quoque de isto puerulorum apud Latinos vocabulo sermonem semel ingressus sum, me longius eum persequi et de aliis quoque vocabulis una eademque opera disserere, nec injucundum nec inutile lectoribus fore arbitror : sumpto ab illa vocula Buas initio. Affertur ergo ex Varrone in Catone vel de liberis educandis, Cum cibum ac potionem, Buas ac Papas vocent : et matrem, Mammam, et patrem, Tatam. Ubi Buas de potione, Papas de cibo intelligi debere, ostendit verbum Pappare ap. Plaut. et Pers. Apud illum enim legitur, Novo liberto opus est quod pappet. Apud Persium autem, Sat. 3 : At cur non potius teneroque palumbo Et similis regum pueris, pappare minutum Poscis, et iratus mammæ lallare recusas? Haud enim dubito quin Pappare hic quoque signif. illam sequatur : et ab illo nomine Papas s. Pappas, signif. istam habente, ortum sit vocab. *Papet,* cujus in nonnullis Galliæ locis, ac præsertim in Sabaudia, receptus est usus, pro Cibo puerulorum ex lacte et farina. Habuisse tamen et aliam signif. hoc vocab., vel Juvenalis locus indicat Sat. 6 : Timidus prægustet pocula pappas. Quod si ei, qui Etymologici est auctor, fidem adhibere vellemus, non Latinos a Græcis, sed hos ab illis hanc vocem mutatos esse diceremus. Παππίας, inquit, παρὰ τὸ πάππα· ὃ σημαίνει τῇ τῶν Ῥωμαίων φωνῇ τὸν πατέρα. Sed contra fidem illi hac in re, sicut et in aliis quamplurimis, derogandam esse constat. Neque vero Pappas duntaxat Latini a Græcis sumpserunt, sed etiam Pappus, ex πάππος. Jam vero et vocabulum Mamma illis, i. e. illorum puerulis, fuisse in usu pro Matre, præter eum locum qui modo fuit allatus, ostendit aperte Martialis distichum,

> Mammas atque tatas habet Afra; sed ipsa tatarum
> Dici et mammarum maxima mamma potest.

In illo quoque Persii loco qui modo allatus fuit, non dubium est quin Mammam de Matre etiam intelligere possimus. At de voce Tata quid dicemus? eam certe in quodam Græco Epigr. [Myrini Anth. Pal. 11, 67] reperio, quod subjungendum putavi, præsertim cum non parvam ei convenientiam cum illo Martialis esse viderem : in eo sc. quod ibi quoque vanum decrepitæ cujusdam anus studium in dissimulandis annis irrideatur.

> Γ τετρακόσι' ἐστίν· ἔχεις δὲ σὺ τοὺς ἑνιαυτοὺς
> Διὸς τόσσους, τρυφερὴ πεντακόρων' Ἑκάβη.
> Σισύφου ὦ μάμμη, καὶ Δευκαλίωνος ἀδελφή·
> Βάπτε δὲ τὰς λευκὰς, καὶ λέγε πᾶσι ΤΑΤΑ.

Habet certe et Festus vocem illam pro Græca, ubi scribit, Avus, patris matrisque pater : dictus a Græco vocab., quod est apud eos πάππος, mutatis quibusdam literis. Alii volunt quod ex ea voce appelletur quod apud eosdem Græcos τάτα appellatur, significatque Magnum, cum veluti magnus pater sit avus. Ex duobus autem quæ hic a Festo dicuntur in posteriore hujus loci parte, unum est quod aliunde confirmare possum, alterum autem non item. Nam quod dicit, avum esse veluti magnum patrem, non solum Gallici sermonis consuetudini est consentaneum, (in quo *Grand-père* vel *Père-grand* dicitur avus, itidemque *Grand'-mère* vel *Mère-grand,* avia,) sed etiam cum Græco sermone convenire comperio. Legitur enim ap. Hesych. Μεγαλομήτηρ, ἡ τῆς μητρὸς μήτηρ. Est autem verisimile, ut Avia dicta fuit a quibusdam μεγαλομήτηρ, sic quoque Avum appellatum fuisse μέγαν πατέρα. At vero quod de τατα scribit, Græcis significare Magnum, aliquod hujus signif. testimonium me desiderare fateor. Istud saltem ex horum locorum collatione manifestum est, Tata fuisse vocem qua pueruli aut adolescentuli ætate majores compellarent. Atque ita τατᾶ quemadmodum scriptura parum differt ab Homerico ἄττα, ita significatione idem fuerit, nisi quod ἄττα non tantum puerulorum aut adolescentulorum est, sed aliorum etiam, ad eos qui seniores sunt. Sed ab illo τατᾶ manifestum est esse Gallicum *Tante,* quod Materteram significat. Jam vero Persianum illud Lallare, quam bene cum illo nostro *Lolo* conveniat, nemo non videt. Cum βῦν denique et cum Buas comparare possumus *Bubu.* Ita sibi mutuas operas hæ tres linguæ ad intelligendum puerulorum sermonem tradunt.

Verba Attica in hunc locum reservavi : ea dico, quæ itidem plane Attica esse existimantur, non significatione duntaxat : i. e. non tantum habere quandam signif. Atticis peculiarem; nam illorum aliquot in superioribus enumerata fuerunt.

Εὐαγγελίζεσθαι Atticum esse verbum docui supra, ubi de vocc. Atticis inter scriptores communibus disserui, auspicatus a nomine εὐαγγέλιον.

Μυεῖν si non primam, secundam saltem meretur sedem : propter eum, quo Eustath. ipsum dignatur, honorem : quippe qui non tantum dicat esse Ἀττικὸν, sed etiam ἱερὸν appellet. Ἐκ δὲ τοῦ μύειν, inquit, ἐστὶ καὶ τὸ μυεῖν, ἱερὰ λέξις αὕτη Ἀττική· ἀφ' ἧς καὶ ὁ μύστης καὶ ἡ μύστις.

Πατριάζειν δέ τι ἔλεγον Ἀθηναῖοι, τὸ πράττειν τὶ ἐκ πατρίων ἐθῶν, inquit Pollux. Feci autem et antea hujus verbi mentionem.

Ξυρμεύεσθαι esse Atticis ἀδιακρίτως λαλεῖν, καὶ καυχᾶσθαι, scribit Hesych.

Νυκτερεύειν Atticis est quod alii dicunt ἀγρυπνεῖν. Ita enim Hesych. : Νυκτερεύειν, ἀγρυπνεῖν, Ἀττικοί.

Ὀλούφειν Atticis significasse τὸ τίλλειν, tradit He-

sych. : Διαλουφῶν, διατίλλων. Ὀλούφειν γὰρ οἱ Ἀττικοὶ τὸ τίλλειν· οἱ δὲ, τὸ ἐκλέγειν τῶν σπορίμων τὴν πόαν. Ubi aut διαλούφων scribendum est, ut conveniat cum seq. ὀλούφειν, aut potius ὀλουφεῖν, ut convenire possit cum præcedente διαλουφῶν.

Ἀπανθρακίζειν Attici dicebant quod alio verbo dici solet ὀπτᾶν, ut annotat Eustath.

Κακκάζειν dicere solebant Attici τὰς ὄρνις τὰς πρὸς τὸ τίκτειν φθεγγομένας, ut scribit Hesych., ubi suspicor ὄρνις peculiariter de Gallinis dici. At Pollux κακκάζειν dicit τὰς μελεαγρίδας. Verbum autem κακκαβίζειν perdicibus tum ab eo tum ab aliis tribuitur.

Ἀΐδειν apte illi κακκάζειν subjungetur, cum de avis itidem voce ab Atticis usurpatum fuerit, nimirum Galli gallinacei. Hesych. : Ἀΐδειν ἐπὶ τῶν ἀλεκτρυόνων λέγουσιν Ἀττικοί· κοκκύζειν δὲ οὔ φασιν ἐπ' αὐτῶν, πλὴν μοιχώμενοί τινα ξένον. Possit autem suspecta esse fides exemplarium Hesychii in scriptura hujus verbi ἀΐδειν.

Ἐξοστρακίζειν Atticum esse constat, cum ea etiam res quæ hoc verbo declaratur Athenis tantum in usu esset; aut sicubi præterea usitata esset, Atheniensium exemplo fieret. Meminit Plutarch. Aristide [c. 1] et in Alcib. [Comp. cum Coriol. in fine] hujus moris : qui etiam dicit τὸ ὄστρακον ἐπιφέρειν. Sed qui ἐξοστρακίζειν Atticam vocem esse dixerunt, mirum ni ἀποστρακίζειν quoque, ac præsertim simplex ipsum ὀστρακίζειν, eidem dialecto ascribenda censuerint.

Παρασιτεῖν in hac verborum Atticorum enumeratione minime prætermittendum est. Plutarch. enim in Solone [c. 24] verbum istud ei ascribit : Ἴδιον δὲ τοῦ Σόλωνος καὶ τὸ περὶ τῆς ἐν δημοσίῳ σιτήσεως· ὅπερ αὐτὸς παρασιτεῖν κέκληκε. Verum quæstio hic orietur an παράσιτος posterius illo verbo παρασιτεῖν fuerit et aliquis exemplum verbi παρασιτεῖν in illo nomine παράσιτος sibi proposuerit, cum alioqui si seriem grammaticam spectemus, ordine prius esse nomen illud videatur. Equidem παράσιτος ante Solonem in usu Atticis fuisse, ex iis quæ ap. Athen. leguntur, affirmari posse existimo : afferentem hoc verbum ex Cratetis libro 2 Ἀττικῆς Διαλέκτου : item ἐκ τοῦ Νόμου βασιλέως : nec non ex iis quæ columnæ cuidam inscripta erant in templo, quod Ἀνάκειον appellabatur. Cetera autem, quæ de hoc verbo dicenda sunt, et de mutata ejus signif., Thes. meus tibi suppeditabit.

Σκορδινᾶσθαι Atticum esse existimatur. Aristophanem quidem certe in Vesp. et alibi eo uti videmus.

Σκύλλεσθαι et Τευτάζεσθαι, verba sunt quæ Lexiphanes inter aliquot alias voces Atticas evomere jubetur ap. Lucian. [c. 21] : simulque et proxime præcedens Σκορδινᾶσθαι.

Ἀντιβολεῖν esse Atticum credibile est : frequentem certe ejus usum esse apud Atticos, ac præsertim Comicos et Tragicos, videmus.

Εἰσήῤῥησεν Atticum esse vocab. scribit schol. Aristoph. Eq. init. : Ἐξ οὗ γὰρ εἰσήῤῥησεν εἰς τὴν οἰκίαν. Sed εἰσέφρησεν in quibusdam exempll. pro eo legi tradit.

Ab εἰσφρέω et ἐκφρέω deducta quædam tempora inveniuntur, quæ Atticæ et ipsa dialecto ascribuntur, ut modo dictum fuit, in illo Aristoph. versu quædam exempll. habere εἰσέφρησεν εἰς τὴν οἰκίαν. Sic εἰσφρήσομεν ap. Eund. Vesp. [892]; et εἰσέφρουν ap. Demosth. [p. 473, 5.] Inveniuntur etiam εἴσφρες et ἔκφρες, tanquam ab εἴσφρημι et ἔκφρημι.

Adverbiis quoque suus tandem dandus est locus; nam et eorum nonnulla sibi peculiaria habuerunt Attici, si Polluci, Hesychio, Eustathio, et quibusdam aliis credimus, apud quos quæ sparsim visuntur, hic tibi proponam.

Ἀνέκας et Ἀνέκαθεν a Plutarcho Solone [Theseo c. 33] afferuntur tanquam Attica pro ἄνω et ἄνωθεν. Sed priscæ Atticorum linguæ ascribenda existimo.

Ἀναξῶς ab Eodem affertur ibidem, ubi disserit de etymo appellationis τῶν ἀνάκων, quam apud Athenienses habuerunt Tyndaridæ : Ἀναξῶς γὰρ ἔχειν, inquit, τοὺς ἐπιμελουμένους ἢ φυλάττοντας ὁτιοῦν.

Ἐπιζάξ fuit item Atheniensibus usitatum adverbium, teste Hesychio, si modo eum ita scripsisse credendum est, ad quem te remitto.

Κατωκάρα non dubium est quin Atticorum fuerit, A cum etiam κάρα extra compositionem illis ascribatur. Aristoph. Ach. [945] : Εἴπερ ἐκ ποδῶν κατωκάρα κρέμαιτό γε· Pac. [153] : Ὡς εἰ μετέωρος οὗτος ὢν ὀσφρήσεται, Κατωκάρα ῥίψας με βουκολήσεται, ubi schol. κατωκάρα exp. κατωφερῶς, addens, τὸ ἐπὶ τῆς κεφαλῆς πεσεῖν, κατωκάρα λέγεται Ἀττικῶς ὑφ' ἕν. Fuisse autem illud κάρα in usu Atticis et extra compositionem, discimus ex Hesychio : Κάρα, κεφαλή· τοῦτο Ἀττικοὶ διὰ τοῦ α λέγουσιν, Ὅμηρος δὲ Ἰακῶς κάρη. Sed priscæ Atticorum linguæ potius fuisse existimo, et apud posteros remansisse illud adv. κατωκάρα. Fit autem hujus adverbii mentio et a Corintho, sed scribente κατακάρα, et testimonium illud afferente ex Pindaro : cujus sermonem sc. habere pro Atticæ linguæ norma debemus.

Ἄληθες accentum habens in prima, est itidem Atticum adverbium, sed Comicis aut Tragicis magis quam aliis usitatum : pro Revera, Profecto, Sane, vel Sane quidem.

Ἀμέλει, quod ex verbo in adverbium transiit, (ut B proxime præcedens factum fuit ex nomine,) Atticorum et ipsum esse existimatur. Solet autem reddi Certe, Nimirum. Habet et alios usus, quos in meo Thes. vide.

Πώμαλα Atticis adverbiis annumerari debet, sicut et antea dixi, cum de iis potissimum agerem quæ ex nominibus facta sunt, in Capite XIV; sed Comicis magis quam aliis scriptoribus (nam et Demosth. eo utitur aliquoties) usitatum esse sciendum est : eodem modo quo apud Latinos Comicorum est potiús quam aliorum dicere Minime gentium. Atticum autem esse testatur schol. Aristoph. in quendam Pluti locum.

Τηνάλλως hic a me omitti non sinit schol. Aristoph., scribens Atticos τηνάλλως dicere pro ἄλλως. Loquens enim de ἄλλως, quod ponitur pro ματαίως, addit, Οἱ δὲ Ἀττικοὶ εἰώθασι προστιθέναι τὴν την, λέγοντες τηνάλλως. Ut porro hoc adv. syllabam præpositam habet, sic ναίχι postpositam : de quo paulo post dicetur.

Ἀτεχνῶς quoque Atticorum esse creditur, ut antea C obiter admonui, in eodem illo Capite XIV. Ubi et τοῦ μῶν mentionem feci.

Ἀμηγέπῃ omittendum nobis non fuerit, cum ejus mentionem faciat Lucianus inter Attica vocabula, in quibus nonnulli nimium sibi placebant. Alioqui certe videri posset in eorum potius numerum referendum, quæ terminatione tenus sunt Attica, tanquam sc. ex ἀμωσγέπως factum, mutata duntaxat terminatione : quam etiam ob causam facta illius aliqua mentio fuit et supra. Luciani locus est hic in libello qui Ῥητόρων Διδάσκαλος inscribitur [c. 16] : Ἔπειτα πεντεκαίδεκά που ἢ οὐ πλείω γε τῶν εἴκοσιν Ἀττικὰ ὀνόματα ἐκλέξας ποθὲν, καὶ ταῦτα ἀκριβῶς ἐκμελετήσας, πρόχειρα ἐπ' ἄκρας τῆς γλώττης ἔχε· τὸ ἄττα, καὶ κᾆτα, καὶ μῶν, καὶ ἀμηγέπῃ, καὶ λῶστε, καὶ τὰ τοιαῦτα. Scribitur autem et ἁμηγέπῃ, aspirata prima syllaba.

Κᾆτα quoque, (sequendo proxime præcedentem Luciani locum,) ponendum hoc in numero fuerit, quamvis et καὶ et εἶτα (ex quibus per contractionem factum est) linguæ communis esse certissimum sit.

Μῶν autem esse Atticum, docui jam antea, nimi- D rum in Capite XIV, quodam etiam Epigr. Græci versu id confirmans. Sed et a Luciano cum aliis recensetur. Manet autem in Gallico sermone hoc adverbium, veluti cum dicimus, *A scavoir mon si cela est bien faict.*

Δήπουθεν ex eorum est numero, quæ tanquam Attica ab eodem Luciano recensentur, et tanquam solita inculcari ad nauseam usque ab iis qui timebant ne non satis Attici viderentur. Est enim ex iis quæ Lexiphanes evomit [c. 14]. Eo certe usos esse Atticos scriptt. constat.

Ἴκταρ quoque unum est ex iis quæ ibi evomuntur : et quidem multo majori cum ratione, (meo quidem judicio,) quam ullum ex præcedentibus. Existimo enim ἴκταρ Atticis Tragicis in usu magis quam aliis ullis scriptoribus fuisse. Alioqui et in soluta oratione aliquem ejus fuisse usum, colligo ex proverb. quod Eust. affert, Οὐδ' ἴκταρ βάλλει, pro οὐδ' ἐγγὺς τοῦ σκοποῦ γίνεται. Scribit autem aspirari, et esse

adverbium ejusdem formæ cum ὕπαρ. Consentanea certe est illa scriptura etymo quod affert et Hesych.; deducit enim a verbo ἱκνεῖσθαι.

Ἧττον quoque potest etiam Atticis adverbiis annumerari, sed iis quæ duntaxat in certa quadam signif. sunt Attica. Nam ἦττον apud Atticos interdum invenitur positum pro οὐδαμῶς, ut testatur et Eust. Apud quem in alio loco habetur eodem modo μείων λόγος pro οὐδεὶς λόγος.

Ναίχι minime omittendum esse censeo, quod ap. Hesych. extat, nec non ap. Eust., et Suid.: verum ex his tribus solus Hesych. Atticum esse tradit. Ναίχι, inquit, ναὶ, Ἀττικῶς. Suidas ait esse adv. συγκαταθέσεως. Suspicor autem ναίχι dictum fuisse exemplo τοῦ οὐχί. Est tamen aliquid discriminis; nam οὐχὶ habet literæ ι duntaxat adjectionem, (cum χ sit pro κ, quæ est in οὐκ,) at in ναίχι est adjectio utriusque literæ. Eust. minus etiam aptum hujus ἐπεκτάσεως exemplum afferre videtur: Δοκεῖ δὲ τὸ ῥηθὲν εἶα παροξύνεσθαι, ὡς κατ' ἐπέκτασιν ἔχον τὸ α· ὁποῖόν τι καὶ ἐν τῷ ναίχι γίνεται. Ceterum quamvis hoc adv. non plane sit Atticum, sed ex parte tantum (ut ita dicam), nimirum quatenus habet illam ἐπέκτασιν: hic tamen ipsum quoque ponendum censui, sicut et τηνάλλως, (quod itidem syllabæ duntaxat adjectionem Atticam habet,) quod Capite XIV nullam eorum mentionem fecissem.

Hic tandem isti Atticarum vocum enumerationi finem imponere decrevi, si prius lectorem monuero, multa insuper extare, ap. Hesych. præsertim, Attica vocabula, quæ sint partim Deorum nomina, sive cognomina, partim festorum. Ibi enim est Jupiter παγκρατὴς et ἐπωπετὴς, (si modo ipse lexicographus ita scriptum reliquit, ac non potius ἐπωπητὴς, a verbo ἐπωπᾶν, cujus meminit,) est item Ἕρκειος, est Ὑμήττιος. Ibi invenitur Neptunus Κυνάδης, Apollo Ἐρισαθεὺς, Hercules Μηνυτὴς, Bacchus Θεοίνιος, (unde Θεοινία, ejus sacrificium,) ibi et Pan Ἀγρεύς: nec non Juno Θελξινία, Hecate Ζόα, Ceres Σίφνος: quæ duo posteriora vocabula seorsum fortassis usurpabantur, non tanquam cognomina s. epitheta. Ἑορτῶν autem ap. Athenienses nomina (ut quidem ibi leguntur) sunt, Πάνδια, Παναθήναια, Πυανέψια, Πιθοίπα, Πλυντηρία, Ἰλίεια: item quædam ἑορτὴ πένθιμος quæ dicebatur Ὑδροφορία. Sunt et nonnullæ θυσιῶν Atticarum appellationes: ut Θεοινία, cujus memini modo in nomine Θεοίνιος: item Προηροσία, nec non Ὀγδόδιον. Οἰνιστήρια autem dicit fuisse σπονδήν. Quin etiam ibi commemorantur nonnullæ voces, quarum unaquaque nominabatur Athenis unumquodque genus ἰθαγενῶν. Ex quibus sunt Ἡσυχίδαι, et Θαυλωνίδαι, et Ζευξαντίδαι: nec non Λαξάδαι, quamvis huic vocab. adjungatur duntaxat Ἀθήνησι. Suspicor enim deesse hæc duo verba, γένος ἰθαγενῶν: ut dicit alibi, Θαυλωνίδαι, γένος ἰθαγενῶν Ἀθήνησι. Sic Ζευξαντίδαι, γένος ἰθαγενῶν παρὰ Ἀθηναίοις. Ibid. habemus et duas duorum τιμημάτων (quæ in Atheniensi republica quatuor erant) appellationes; unum enim, ζευγήσιον appellatum fuisse legimus, alterum (quod postremum erat) θητικόν: sicut ap. Plut. Solone ζευγίτας et θῆτας legimus: et illos quidem, tertii τιμήματος fuisse ait, hos quarti et postremi: in secundo numeratos fuisse τοὺς ἱππάδα τελοῦντας, in primo τοὺς πεντασιομεδίμνους. Quasdam insuper ad judicia pertinentes voces ap. eum legimus, quæ ap. alios non extant. Sed cum earum quæ ap. alios reperiuntur bonam partem consulto omisissem, ex illis tibi petendas relinquens, (quod et in magistratuum appellationibus feci,) de his itidem ad eum remittendos lectores censui. Quæ autem partim ex illo, partim ex aliis excerpta lectori proposui ad dialectum Atticam pertinentia, si cui desiderium afferent addendi quæ omissa fuerint, hic saltem classes habebit, ad quas et illa referre nullo negotio possit. Sed eum simul monitum velim ut quæ vocabula inter se copulare soleant Attici observet. Nam et hic quandam esse illis communem consuetudinem comperiet. Verbi gratia, δεινὸν cum σχέτλιον ab Aristoph. conjungi videbit, eodemque modo illa ap. Demosth. conjuncta inveniet. Certe ap. illum δεινὸν καὶ σχέτλιον, eodemque modo ap. hunc δεινὰ καὶ σχέτλια legimus. Sic duo verba τετρεμαίνω et πεφόβημαι conjungi videbit non ab Aristoph. solum, sed etiam ab alio Comico. Ab Aristoph. Nub. [294]: Οὕτως αὐτὰς τετρεμαίνω καὶ πεφόβημαι. A Xenarcho autem, hoc in versu, Ἀεὶ δὲ τετρεμαίνοντα καὶ φοβούμενον. Quod vero attinet ad genera loquendi Attica, sciat, iis, quorum mentionem in superioribus feci, adjici itidem nonnulla posse una eademque opera; sed quædam præ ceteris fuisse, quæ ita pro Atticis haberentur, ut interim tanquam affectatum aliquid habentia notarentur et irriderentur. Ex his erat πολλοῦ δεῖ, item οὐδὲ γρῦ. Legimus enim πολλοῦ δεῖ in Ammiani Epigr., inter illa quæ irridentur in iis qui ex certis quibusdam vocabulis aut loquendi generibus captarent Atticæ eloquentiæ famam: et quidem statim initio, Πολλοῦ δεῖ, καὶ σφὶν, κτλ.: ultimus autem versus habet particulam γρῦ. Est enim hic, Προσθήσει δ' αὐτοῖς γρῦ, φάθι, καὶ μὶν ἔτι. Ubi quidam falso existimant φάθι jungi cum γρῦ, cum Atticos hac particula usos esse constet præfixo adverbio οὐδὲ, vel μηδέ: dicentes οὐδὲ γρῦ, vel μηδὲ γρῦ. Aristoph. Pl. init.: Καὶ ταῦτ' ἀποκριναμένου τοπαράπαν οὐδὲ γρύ. Dicitur vero et de rebus, sicut de verbis: cujus usus exemplum ap. Antiphanem extat, Ὄψου δὲ μηδὲν εἰσπλεῖν, μηδὲ γρῦ. Quin etiam tanquam proverbialia usurpantur illa duo verba de re quoque, ut legimus ap. Julianum Imperatorem in Epistola ad Athenienses: Ἐμοί τε, ὅπερ φασὶν, οὔτε γρὺ μετέδωκεν αὐτῆς. At vero Lucianicus Lexiphanes aliter etiam usus est hac particula, et quidem adjungens ei et aliam, sc. φνεὶ, (ne sc. parum esset Lexiphanes,) dicens [c. 19], Οὐδ' ὅσον τοῦ γρῦ καὶ τοῦ φνεὶ φροντιοῦμεν αὐτοῦ. Observandum est autem alicubi circumflexo, alibi acuto accentu notari. Sed de Lexiphane et Lexiphani similibus a me dicetur et in sequentibus. Hoc unum addo antequam huic tmemati finem imponam, fuisse proverbia quoque quibus Attici lubenter uterentur, atque adeo quæ Attica censerentur: cujusmodi est Σκυτίνη [Συκίνη] ἐπικουρία. Legimus enim ap. Hesych.: Σκυτίνη ἐπικουρία, Ἀττικοὶ, ἐπὶ τῶν ἀσθενούντων βοηθημάτων. Sed inter Atticos et Comici certa quædam proverbia in frequenti usu habebant: cujusmodi est Ἀγαθῶν ἀγαθίδες. Scribit enim Pollux, ᾗ πλείστῃ κέχρηνται οἱ Κωμικοί· subaudi παροιμίᾳ.

CAPUT XVII.

In quo ἀνακεφαλαίωσις quædam proxime præcedentis, et aliquot ejus Locorum velut Supplementum habetur.

Alia illis additurus eram vocabula, si Attica, omnia, ac non potius ex omni eorum genere aliqua proferre mihi propositum esset : et quidem ea quæ saltem ad faciendum de ceteris judicium satis esse possent. Quoniam autem valde prolixum est hoc caput, (ita cogente materiæ et amplitudine, ut ita dicam, et varietate,) quandam singulorum ejus tmematum ἀνακεφαλαίωσιν hic exhibendam censui, lectori non ingratam fore sperans, et magnum ejus studiis fructum allaturam esse confidens, præsertim cum eadem opera quorundam locorum, qui ἐλλιπεῖς videri possunt, supplementum aliquod sim adjecturus. Poteram certe et in iis, quæ Caput illud præcedunt, idem præstare, sed minus necessarium illis hanc operam esse arbitror. Non parum certe fuerit habere jam in promptu certos locos et velut certas classes, ad quas ea, quæ de atticismis leget, referre poterit : ea dico, quorum nullam hic mentionem factam esse inveniet, aut ita factam ut aliis insuper exemplis confirmari et magis testata reddi queant. Sed eum simul monitum volo, ut non temere et sine exemplis pro atticismis habeat quæcunque a quopiam grammatico vel schol. in eorum numero ponentur. Veluti cum dicit Eust. ἡμεῖς ἕκαστος esse Ἀττικώτερον quam ἡμῶν ἕκαστος, meminerit ἐπέγειν tantisper dum exempla proferantur. Nam ὑμεῖς ἑκάστη pro ὑμῶν ἑκάστη in exemplum afferre ex Hom., non satis est, cum magna quidem sit Homeri auctoritas, sed ita ut aliorum potius quam atticismorum auctorem eum habere debeamus, sicut et alibi docui. Quædam etiam esse sciat a me prætermissa quod an Atticis peculiaria essent ambigerem, quamvis esse illis familiaria scirem. Sic in eo ipso Capite tacui de dativis αὐτῷ et αὐτοῖς pro genitivis αὐτοῦ et αὐτῶν : quamvis frequens sit ap. Thuc. præsertim, hic illorum usus. Talis est 3, [98] : Μέχρι μὲν οὖν οἱ τοξόται αὐτοῖς βέλη εἶχον. Perinde est enim ac si dixisset οἱ τοξόται αὐτῶν. Sic 4, p. 130 meæ ed. [c. 24] : Μίαν ναῦν αὐτοῖς ἀπώλεσαν. Sic 8, p. 271 [c. 24] : Καὶ ὅσῳ ἀπεδίδου ἡ πόλις αὐτοῖς ἐπὶ τὸ μεῖζον, τόσῳ καὶ ἐκοσμοῦντο ἐχυρώτερον.

Quædam præterea esse fateor, quorum afferri plura exempla possint, sed quæ magis etiam in dubium vocari queant fortasse quam ulla eorum quæ a me allata fuerint. Verbi gratia, præter illa nomina in quorum genere Attici a ceteris dissentiunt, inveniri et alia poterunt; sed de quibus ipsimet gramm. inter se, ut opinor, dissensuri sint, aut saltem de quibus minor quam de iis, quæ protuli, consensus eorum futurus sit. Ac ne illa quidem omnia tanquam ex communi omnium sententia traduntur. Exemplo erit vox τάριχος : nam de hac quod sit aliorum judicium, in Capite VIII vides : Pollux tamen ita de hoc vocab. scribit : Καὶ οὐδετέρως μὲν τὸ τάριχος οἱ Ἀττικοί· Ἴωνες δὲ καὶ Δωριεῖς, καί τινες τῶν Ἀττικῶν, ἀρσενικῶς. Nec vero tanti momenti est Atticorum a ceteris discrepantia hac in re quam in plerisque aliis, et ejusmodi etiam ut vix eorum usum aliorum usui certa cum ratione aliquis anteferre queat. Recte enim Sextus philosophus, in ea sui libri parte qua Adversus grammaticos disputat, Eadem nomina, inquit [§ 148], non omnibus sunt eadem; sed quibusdam masculina, aliis feminina, aliis neutra. Ac volens exemplis quod dixit confirmare, subjungit, Athenienses quidem στάμνον feminino genere efferunt, masculino Peloponnesii : hi τὴν θόλον, illi τὸν θόλον dicunt : B hi τὴν βῶλον, illi τὸν βῶλον : neque tamen alterutri peccare dicuntur : quoniam, inquit, ἕκαστος ὡς τεθεμάτικεν, οὕτως χρῆται. Nam et iidem duobus modis aliqua efferunt, veluti cum et τὸν λιμὸν et τὴν λιμὸν dicunt. Ex quibus infert, Οὐκ ἄρα φύσει, τῶν ὀνομάτων τὰ μὲν, ἀῤῥενικὰ, τὰ δὲ θηλυκά· ἀλλὰ κατὰ θεματισμὸν, τὰ μὲν, τοιαῦτα γίνεται, τὰ δὲ τοιαῦτα. Jam vero quod attinet ad ea nomina quæ iidem Attici forma potius diminutiva efferunt, invenio quidem aliquid magis etiam observatione dignum quam sit in exemplis quæ vulgo afferuntur; sed de quo non satis constat. Οὔ μοι δοκεῖς, inquit Clem. Alex. [p. 105], Ἀττικῆς ἐπαίειν φωνῆς, παρ' ἧς ἐστὶν ἐκμαθεῖν τὰς καλὰς, καὶ ὡραίας, ἔτι δὲ καὶ ἐλευθέρας νεάνιδας, παιδίσκας καλουμένας· παιδισκάρια δὲ, τὰς δούλας· καὶ νεάνιδας δὲ καὶ αὐτὰς πρὸς τὸ εὐθαλὲς τῆς παιδικῆς ἡλικίας ὑποκοριστικῶς τιμωμένας. Si enim Clementi hic assentiamur, dicemus παιδισκάρια quidem de Ancillis usurpasse Atticos, at παιδίσκας ab iis appellatas fuisse Adolescentulas ingenuas, quæ maturæ viro ac simul etiam formosæ essent. At ecce, reclamant grammatici, et τὰς δούλας s. δουλίδας, appellari παιδίσκας affirmant : quamvis Pollux incertum esse dicat an παιδίσκην Lysias ἐπὶ ἡλικίας, an ἐπὶ τύχης usurparit. Hesych. quidem certe de voce παιδισκάριον nullam dubitationem relinquit, sed C aperte pronuntiat dici ἐπὶ τῆς ἡλικίας. Quem hic sistemus judicem? Atticorum certe scriptorum usum in variis locis observatum pro judice nobis esse oportet. Hoc interim non dissimulabo, nimium angustis terminis a Clemente circumscriptam mihi videri nominis παιδίσκη signif. : si necesse sit eam quæ nomen istud habitura sit, non solum esse ἐλευθέραν et ὡραίαν, sed etiam καλήν. Contra vero pro iis qui παιδίσκην significasse δούλην s. δουλίδα tradunt, fecit quod nonnulli scripserunt de ipso nomine παῖς, (unde ortum est illud,) nimirum eum ejus usum, quo dicitur de servo, ab Atticis profectum esse. Ex iis est Pollux, tradens παῖδας ab Atticis vocari Servos, etiamsi provecta sint ætate. Ceterum ab eodem Clem. annotatur, diminutivum παιδάριον ab Atticis utroque genere usurpatum fuisse : profertque feminini exemplum ex Menandro. Legimus certe ap. Lucian. in extremo Lexiphane de duobus diminutivis neutrius generis quæ huc pertinent, nimirum de χιτώνιον et de δουλάριον : hoc, de femina tantum, illud item de muliebri duntaxat veste dictum fuisse. Ibi enim scribit, D Οἷον ἐκεῖνα, πῶς οἴει κατὰ γῆς ὀῦναι ηὐχόμην, ἀκούων σου ἐπιδεικνυμένου· ὅτε χιτώνιον μὲν, καὶ τὸ ἀνδρεῖον ὥρου λέγεσθαι, δουλάρια δὲ καὶ τοὺς ἄῤῥενας τῶν ἀκολούθων ἀπεκάλεις· ἃ τίς οὐκ οἶδεν ὅτι χιτώνιον μὲν, γυναικὸς ἐσθῆς, δουλάρια δὲ, τὰ θήλεα καλοῦσι; Quod vero et de nomine νεάνιδες in verbis paulo ante allatis scribit idem Clem., lectori considerandum relinquo : et ad illos quos dixi Capitis XVI locos venio.

Primo igitur tmemate de iis vocibus disserui, quæ in Attico sermone aliam atque in communi signif. haberent, aut certe aliam quoque præter eam quæ linguæ communi usitata esset. Poterat quidem catalogus vocum quæ ibi habentur (nec non earum quæ adduntur in Tmemate IV) magno aliarum numero locupletari : quas partim Hesych., partim Suidas, partim Eust., partim etiam Pollux suppeditasset. Atque adeo ex hoc ipso attuli paulo ante nomen παῖδες, tanquam unum ex iis quæ in vocum Atticarum album referri debent, in certa quadam signif. : ea ni-

mirum, qua de servis dicitur. Ut autem παῖδες, cum eum usum obtinet, Atticum a Polluce censetur, sic ἀντίπαις ab Hesych. pro Attico habetur, in explicatione nominis παιδνός. De illo autem vocab. παῖδες ita scribit, Τὸ πάλαι μὲν τέκνα ἀρσενικὰ καὶ θηλυκά· μεταπεσούσης δὲ τῆς χρήσεως νῦν καὶ οἱ δοῦλοι· quæ verba minime videntur esse ejus qui itidem Atticam hanc vocem existimet. Sed ut ad alia vocabula transeam quæ illi tmemati addi possunt, θαλλὸς in certa quadam signif. est Atticorum : si Eustathio credimus, dicenti illos θαλλὸν ἰδιάζειν ἐπὶ μόνης ἐλαίας. Itidemque ab Hesych. (quamvis θαλλὸν non dicente esse Atticum in illa signif., sed κυρίως esse κλάδον ἐλαίας, ἢ φοίνικος βλάστημα,) scribitur, θαλλοφόρος esse ὁ πομπεύων Ἀθήνησι καὶ ἐλαίας κλάδον φέρων. Atque ut restringitur hic signif. τοῦ θαλλὸς ab Atticis, sic etiam τοῦ εὐφυὴς, cum peculiariter dicitur περὶ τοῦ σκωπτικοῦ. Restringitur et signif. nominis δημιουργὸς, præsertim cum hæc appellatio tribuitur mulieri ἢ ἐν τοῖς γάμοις πέμματα πέσσει : estque observandum, vocem hanc, ut ap. Atticos, sic etiam ap. Dores peculiarem quandam signif. habere. Restringitur et signif. nominis ἀδηφάγοι, cum περὶ τῶν τελείων ἵππων ab Atticis pariter et Bœotis dicitur. Τοὺς τελείους ἵππους, inquit Hesych., οὕτως ἔλεγον Ἀθηναῖοι καὶ Βοιωτοὶ, πρὸς τὴν τῶν κώλων διάκρισιν, ubi pro κώλων arbitror reponendum πώλων, vel κυλλῶν. Atque ut hujus vocis et quarundam aliarum ab Atticis restringitur signif., ita vicissim nonnullarum protrahunt, et multo latius quam alii extendunt. Quarum ex numero est μουσική : si modo verum est quod idem Hesych. scribit, (ut antea quoque docui,) μουσικὴν Atticis declarasse πᾶσαν τέχνην. Sic certe extenditur nominis ἐθνικοῦ Βαβυλώνιοι signif., cum de quibuslibet barbaris dicitur. Atque ut pergam in enumeratione quarundam vocum quæ quovis modo signif. in Attica lingua mutant, στρουθοὶ ab illis dicebantur αἱ στρουθοκάμηλοι, teste eodem lexicographo. Quin etiam κριὸς, quod proprie est itidem nomen animalis, quandam aliam signif. apud Atticos habuisse ex Eodem discimus. Quibus addi ex superioribus potest et τέττιξ, quod cum sit itidem Animalis nomen, (vel potius Animalculi,) aliam quoque signif. ap. Atticos accepit. Attica sunt Eidem in certis quibusdam signiff. vocabula, στρέβλαι, et ἰκρία : item τειχίον, aliaque itidem formæ diminutivæ, ut νεόττιον, ut δακτυλίδιον et σφραγίδιον : atque alia ejusdem formæ : de quibus dicam paulo post, inter ea quæ Tmemati secundo addi possunt. Atticum est et ὀχεῖον, nec non σήματα pro μνημεῖα : item ἐργάται et θυρίδες. Adjiciemus et ῥιπὶς, nec non σίμβλοι ex Eod. : item ἀφρὸς, dictum περὶ τῶν ἀφυῶν. Adjectivorum autem nominum classi addere possumus cum alia, tum Atticum μακρὰς pro μεγάλας, teste Polluce, cum dicitur μακρὰς διδόναι συμβολάς. Addere item possumus μείων λόγος pro οὐδεὶς λόγος. Verbis denique signif. Atticis peculiarem habentibus, (loquor autem de vocabulis quæ grammatici verba nominant,) adjicere licet κόπτειν. Scribit enim Eust. κόπτειν κοινῶς μὲν declarare διαίρεσίν τινα, sicut et κατακόπτειν : verum Attico, inquit, κόπτειν i. est q. κρούειν et πλήττειν : ut, Τίς ἔσθ' ὁ κόπτων τὴν θύραν; Apud Eund. occurret ξαίνειν Atticum pro τύπτειν : nec non verbum ἐνθέσθαι ea in signif. a qua ἔνθεσις dicitur ἐπὶ τροφῆς, vel potius ψωμοῦ. Quod si ab illo schol. discedentes ad lexicographum Hesychium veniamus, occurret inter alia verbum σείειν, quod est quidem linguæ communis, sed pro ἐξαπατᾶν est Atticum. Inveniemus item ζητεῖν Atticis vocabulis annumerandum, in ea sc. signif. qua ponitur pro βούλεσθαι. Legemus item non ap. eum tantum, sed et alios, προβάλλεσθαι, Atticis usum quendam peculiarem obtinere. Habet Eidem verbum ἀνασύρομαι, vel potius σύρω, aliquid Atticum in certa quadam signif.

Tmemate secundo voces quasdam Atticas proposui non quidem easdem omnino cum iis quæ communi linguæ sunt in usu, sed non valde diversas.

Illi vocabulorum classi accedere potest ἀραχνία pro ἀράχνη, ex Hesych. : item θριδαχίναι pro θρίδακες, ex Eod., et aliis quibusdam. Scribit autem ille ita vocari et quoddam εἶδος μάζης. Legimus ap. Eund. Ὁμούρησιν, τὴν δμήρυσιν, Ἀττικοί. Apud Eust. habemus et ἀχυρὸς Atticum pro eo quod ἀχυροβολῶν communi lingua nominatur. Apud Eund. τιγγάβαρι est Atticum pro κιννάβαρι communi linguæ usitato.

Diminutivis quæ ibi recensentur, addi cum alia possunt, tum vero λύχνιον pro λυχνία, et τύλιον pro τύλη, τειχίον pro τεῖχος : sic tamen ut proprie τειχίον sit Atticis ὁ περίβολος τοῖς χωρίοις, teste Hesychio. Ex Eod. afferri potest et νεοττὶς (si hæc terminatio in ista voce ὑποχοριστικὴ existimanda est) pro νεοττός : at νεόττιον est iisdem Atticis τοῦ ὠοῦ ἡ λέκυθος.

Nominibus quæ vel in sing. vel in plur. tantum usurpant, addi potest κέρματα : cujus et supra memini.

Tmemati tertio, (quod est de vocabulis quæ non tantum immutata sunt aliquantum a vocibus linguæ communis, sed plane sunt alia, et quorum quædam, licet in hac quoque usurpentur, ab Attica tamen originem habere existimantur) varia quidem variis locis adjungere possem ; sed contentus ero appendice ad eam partem qua de Comicorum vocabulis dissero.

Illis quidem quæ terminatione duntaxat differunt, sive creverit numerus syllabarum, sive minutus sit, addere possumus καθάρυλλος forma diminutiva, pro καθαρὸς, ut ap. Plat. comicum, Ἄρτους ἦκε πριάμενος Μὴ τῶν καθαρύλλων, ἀλλὰ μεγάλους κιλικίους. Adjungi queat etiam λεπύχανον pro λέπυρον, ex Theopompo comico. Adjici possit et φειδὸς, factum ex φειδωλὸς, minuendo contra syllabarum numerum. Alicubi vero talis fit mutatio ut terminatio minime mutetur, veluti in προτεραίτερος pro πρότερος : comicum enim illud esse testatur Hesych. Habuisse præterea Comicos sua quædam vocabula in ρος sive ρον terminata, ex νοσακερὸς colligere possumus; nam νοσακερὸν Pollux esse ἐσχάτως κωμικὸν tradit, ut antea dixi. Ad eandem autem classem pertinere arbitror adv. Ἀττικηρῶς, quo Alexis utitur ap. Athen. : Μέλλοντα δειπνίζειν γὰρ ἄνδρα Θετταλὸν Οὐκ Ἀττικηρῶς, οὐδ' ἀπηκριβωμένως, Αἰμῶ παρελθεῖν. Quin etiam est quædam terminatio in αξ, quæ comica posse appellari videtur, in quibusdam nominibus, veluti in νέαξ et πλούταξ ap. Polluc. Ac fortassis terminatio hæc in πλούταξ omnino respondet Gallicæ terminationi quam habet *Richard*, cum dicitur (verbo itidem comœdiæ potissimum conveniente), *C'est un grand richard.* Ad horum autem exemplum fictum fuisse crediderim nomen στύγαξ, quod Eucrati Atheniensium imperatori impositum fertur, quoniam ἐστυγεῖτο ὡς δωροδόκος καὶ προδότης.

Iis autem quæ eadem sunt cum illis quæ communis lingua usurpat, sed aliam signif. assumpserunt, adjungi potest λιμὸς de Homine summe avaro : item κριθὴ dictum ἐπὶ τοῦ γυναικείου αἰδοίου : item ἐρείδειν γυναῖκα pro βινεῖν : ut κόπτεσθαι pro περαίνεσθαι, similiter κακέμφατον. Sic μισεῖν, ἐπὶ μίξεων ἀσέμνων : itidemque λορδοῦν, ἐπί τινος ἀσέμνου σχηματισμοῦ σώματος. Sic εὖστρα, περὶ τοῦ γυναικείου αἰδοίου : ad quam signif. alia quamplurima traduxerunt. Ab Iisdem ἁλίσπαρτοι dicebantur οἱ δεινῶς δυσθεράπευτοι τὰ σώματα.

At vero iis vocabulis quæ ab illis ficta existimantur, accedere cum alia possunt, tum ea quæ in avaros jactarunt, κίμβιξ et λιμοκίμβιξ, nec non κυμινοκίμβιξ : item κυμινοπρίστης, et ῥυποκόνδυλος, et συκοτραγίδης, et τρυσίβιος, et θυμβρεπίδειπνος. Hæc enim fere omnia (si non omnia) excogitata fuerunt a Comicis. At Pollux κίμβιξ (ita enim scripsisse eum dico, non βέμβιξ) et κυμινοπρίστης, dicit non esse ἀνεκτά : ceterorum autem mentionem nullam facit. In compositionibus certe potissimum conspicitur Comica licentia : ut in nomine παρακρουσιχοίνικος, et in verbo στρεψοδικεῖν, et aliis plerisque a me annotatis vocabulis. Sed Aristophanem alios omnes antecellere arbitror, ex quo etiam allata fuerunt a me quædam exempla : quibus addi potest vocab. κυμινοπριστοκαρδαμογλύφος, ex Vesp. [1357.]

Sed lectoris est videre quæ Comici ita dixerint, ut in iis Atticæ linguæ dignitas servata videri possit, quæ contra nihil aliud quam σκῶμμα aut παίγνιον

κωμικὸν redoleant. Obiter etiam monebo lectorem, ut in Comicorum lectione, præsertimque Aristophanis, meminerit plerisque vocabulis quandam δριμύτητα subesse: veluti subest voci ἄγριος, Nub. [347]: Κἂν μὲν ἴδωσι κομήτην ἄγριόν τινα τῶν λασίων τούτων, οἷόν περ τὸν Ξενοφάντου. Attici, inquit Eust., ἀπηνὲς vocabant καὶ τὸ ἁπλῶς ἄπο οἴνου: sc. τὸ ἀπαίδευτον, ὡς ὁ Κωμικὸς ἐν Νεφέλαις παραδηλοῖ. Quibus subjungit, φράζων τι καὶ δριμὺ ἐκεῖνος, διὰ τὸ καὶ ἀγρίους τοὺς τοιούτους καλεῖν. Sic schol. hujus poetæ in quendam ejusdem Comœdiæ locum scribit, δριμέα γὰρ καὶ ἀστεῖα τὰ τῆς κωμῳδίας σκώμματα. Et interdum quidem sub una eademque voce duplicem sensum nobis proponunt, ut Aristoph. sub illo ἄγριοι. Itidem sub verbo σπαθᾷν, Nub. [55]: Ὦ γύναι, λίαν σπαθᾷς. Interdum vero sub uno eodemque vocab. solitos fuisse Comicos, atque hunc potissimum, duarum rerum signif. nobis proponere, perinde ac si duplex scriptura esset, ex aliquot ejus locis manifestum est. Alicubi enim κηρύλου avis mentionem faciens, simul tonsorem quendam taxat, perinde ac si κειρύλον, non κηρύλον, scriberet, nimirum a κείρω pro κουρεύω. Alicubi [Eq. 1225] dicit ἐστεφάνιξα κἀδωρησάμην, ubi cum prima fronte videatur velle significare δώροις ἐδεξιωσάμην, interim παραλαλεῖ καὶ τὸ Δωρικῶς εἰπεῖν· ὡς τοῦ ἐστεφάνιξα, διαλέκτου ὄντος Δωρικῆς, inquit Eust. Sic et Pl. [589] de Jove loquens,

Φειδόμενος γὰρ, καὶ βουλόμενος τούτου μηδὲν δαπανᾶσθαι,
Λήροις ἀναδῶν τοὺς νικῶντας, τὸν πλοῦτον ἐᾷ παρ' ἑαυτῷ.

Nam et hic, ut ille ait, cogimur in uno vocab. γραφὰς διαφόρους νοεῖν: quoniam dicitur quidem λήροις, inquit, ὡς τῶν νικώντων ἐν Ὀλυμπίοις φλυάρῳ καὶ κενῷ κόμπῳ θελγομένων· βούλεται δὲ λέγειν καὶ ὅτι λειρίοις, ἤγουν ἄνθεσι, τοὺς νικῶντας ἀναδεῖ.

Cum vero in proxime præcedente Capite de censura Pollucis, quam in quædam Græca vocabula exercet, facturum me verba sim pollicitus, et hic aptum illi sermoni locum invenisse mihi videar, non amplius differendum existimavi. Sic igitur de illa censura censeo: eum, antequam tanta cum libertate hæc vel illa scriptorum Græcorum vocabula damnaret, et quædam Attica esse negaret, quædam ne inter Græca quidem numeraret, sed barbara esse diceret, debuisse diligenter et accurate omnes eos scriptt. Græcos evolvere, quorum auctoritate, ceu locupleti testimonio, harum vel illarum vocum usus confirmari posset. Hoc autem eum non fecisse ex locis plerisque constat. Interdum enim aliquam vocem pro recentiore ab eo videmus haberi, quam esse compériatur, veluti cum ἀνάδελφον tanquam Xenophonteam [Mem. 2, 3, 4] nobis affert, cum sit Euripidea. Legimus enim ap. Eurip. Iphig. T. [475], Οἷων στερηθεῖσα [στερεῖσα] διπτύχων νεανιῶν Ἀνάδελφος ἔσται. Potissimum vero ex vocibus quas reprehendit, cognosci potest quod dixi, veluti cum scribit, Οἱ δὲ Ἀττικοὶ οὐ ῥᾳδίως λέγουσιν ἀγῶνας μουσικοὺς, ἀλλὰ μουσικῆς. Si enim Aristophanem diligenter excussisset, apud ipsum, (quem esse Atticum fateri cogebatur,) ἀγῶνας μουσικοὺς invenisset. Legimus enim ap. eum Pl. [1163], Πλούτῳ γάρ ἐστι τοῦτο συμφορώτατον, Ποιεῖν ἀγῶνας μουσικοὺς καὶ γυμνικούς. Sed aliquis fortasse, Polluci patrocinari volens, genuinam in nostris exemplaribus non extare scripturam respondebit, quæ contra extiterit in iis quibus ille usus est. Quod etiam pro Eustathio, vel potius Ælio Dionysio ap. Eust., responderi poterit, dicente νεώσοικος composita voce ab Atticis scribi. Legimus enim in hujus Comici Ach. [96], Ἢ περὶ ἄκραν κάμπτων, νεὼς οἶκον σκοπεῖς. Ubi etiam credibilius fuerit quod modo dixi de exemplaribus, quam in altero illo ejusdem loco, cum hæc scriptura ne unius quidem literæ mutatione ab illa differat. Esto igitur Ælium Dionysium itidem in meliora nostris exemplaria incidisse et fide digniora: ac νεώσοικος dixisse Atticos, non νεὼς οἶκος credamus, (quamvis contra ἄκρα πόλις quam ἀκρόπολις, et οἰκίας δεσπότης quam οἰκοδεσπότης, γυναικὸς ἀδελφὸς quam γυναικάδελφος, nec non alia quædam eodem modo maluisse dicantur,) et in Pollucis aliis quoque locis, ubi similia leguntur, i. e. in quibus scripturæ duntaxat diversitas ejusmodi spectatur, exemplarium nostrorum potius quam Pollucis fidem suspectam habeamus; at de vocabulis quæ rejicit, et tamen ap. fide dignissimos scriptt. inveniuntur, quid dicemus? Atque adeo ipsemet uno in loco aliquam vocem damnat, quam in alio auctoritate alicujus ex primæ notæ scriptoribus confirmat. Exemplum habemus in σκολύθριον. Vult enim alicubi, σκολύθριον (nam pro σκελύθριον, ubique reponendum est illud, ex alio etiam ipsiusmet loco,) esse ὑπομόχθηρον: et tamen alibi Plat. Euthydemo usum eo esse scribit. Incidit igitur in id peccatum Pollux, quod in Menandro reprehendit, (cujus etiam verba pleraque repudiat,) cum dicit eum existimasse, vocabulum κοιτὼν esse βαρβαρικὸν, et tamen Aristophanem, τὰ τοιοῦτα πιστότερον αὐτοῦ, eo esse usum. Videmus enim hic eum rejicere vocab. quo Plato usus est, τὰ τοιαῦτα πιστότερος αὐτοῦ. Jam vero et ex iis, quæ in ipso Menandro damnat, aliqua apud eos inveniri poterunt, quorum ipse auctoritatem non itidem elevare possit: ut antea ostendi ἀκουστὴς ap. Isocr. legi, cum tamen ille scribat, Φαῦλον ὁ Μενάνδρου ἀκουστὴς, ἀντὶ τοῦ ἀκροατής.

CAPUT XVIII.

DE ATTICIS VOCABULIS,

IN QUIBUS POTISSIMUM AFFECTATIO QUORUNDAM REPREHENSA OLIM FUIT.

Quemadmodum divites a philosophis non existimantur qui, cum bonis abundent, iis uti nesciunt; ita eloquentiæ Atticæ peritus dici nequaquam is debet, qui Atticismis uti non novit, i. e. qui ignorat quæ vocabula aut quæ loquendi genera hic vel illic locum habeant, et quibus potissimum ita sit utendum, ut nihil affectationis appareat, nec moneri proverbio illo oporteat, Τῇ χειρὶ δεῖ σπείρειν, ἀλλὰ μὴ ὅλῳ τῷ θυλάκῳ. Ita certe hodie plerique, dum Ciceroniano sermone sic utuntur ut frigidam ac puerilem affectationem in suo imitandi studio prodant, ea scripta edunt, quæ risu potius quam admiratione excipiuntur ab iis qui Ἀττικὸν μυκτῆρα ad Latinum etiam sermonem afferunt. Ac quemadmodum irridet ipse Cicero nonnullos qui, cum mutila quædam et hiantia locuti essent, (quod vel sine magistro facere potuissent,) germanos se Thucydidis (vel germanos Thucydidas) esse putabant: ita certe illi simulatque Ciceronianis quibusdam vocabulis sermonem suum farciunt, Ciceronianæ eloquentiæ æmulos se esse existi-

mant. Sed hoc eo minus mirari debemus, quod jam ætate Quintiliani quorundam animos hæc vesania invaserat. Noveram, inquit, quosdam, qui se pulcre expressisse genus illud cælestis hujus in dicendo viri sibi viderentur, si in clausula posuissent, Esse videatur. Idemque et apud Tacitum vel alium legisse mihi videor. Verum ut ad linguam Atticam me referam, cum apud Lucian. variæ extent illius quam dixi ignorantiæ reprehensiones, operæ pretium facturus mihi visus sum, si, quos huc pertinentes ejus locos haberem, in medium proferrem. Prius tamen Ammiani afferam Epigramma [Anth. Pal. 11, 142], quo rhetorem quendam irridet aliquot voculas Atticas pueris, quos docendos susceperat, inculcantem :

Πολλοῦ δεῖ, καὶ σφὶν, καὶ τρὶς παρ' ἕκαστα Δικασταὶ
Ἄνδρες· καὶ, Λέγε δὴ τὸν νόμον ἐνθάδε μοι,
Καὶ Ταυτὶ, καὶ Μῶν, καὶ Τετταράκοντα, καὶ Ἄττα
Σκεψάμενος, Καίτοι, Νὴ Δία, καὶ Μὰ Δία,
Ῥήτωρ ἐστὶ Κρίτων, καὶ παιδία πολλὰ διδάσκει.
Προσθήσει δ' αὐτοῖς Γρῦ, Φάθι, καὶ Μὶν ἔτι.

Crito, inquit, est rhetor, et pueros multos docet hæc vocabula, Πολλοῦ δεῖ, καὶ Σφὶν, et Δικασταὶ ἄνδρες, κτλ. Omnino enim existimo pendere orationem ad illum usque versum Ῥήτωρ ἐστὶ Κρίτων. Perinde ac si dictum esset, Πολλοῦ δεῖ, et Σφὶν, et Δικασταὶ ἄνδρες, et cetera, ea sunt quæ Crito, qui est rhetor, multos pueros docet. In ultimo versu sunt qui γρῦ cum φάθι jungant; sed illis assentiri non possum, cum is usus hujus particulæ (quem supra declaravi) id non admittat. Satis autem est notum, Demostheni frequentia esse illa ἄνδρες δικασταὶ, et λέγε δὴ τὸν νόμον. Cetera non magis illius quam aliorum esse dici possunt : nisi quod νὴ Δία quoque et μὰ Δία sæpe in ore habet. Quod vero attinet ad particulam μιν, quæ est in postremo versu, persuadere mihi non possum adjunctam aliis fuisse tanquam Atticam; sed Ammianum jocantem eam addidisse : perinde ac si diceret, eum tandem vehementi καινοπρεπείας studio incitatum, alias etiam aliunde voculas conquisiturum, cujusmodi est μιν : neque tandem magis dubitaturum uti particula μιν, quam illa vocula σφίν. Extat vero et hoc Cerealii Epigramma ibid. [144], huc itidem pertinens :

Οὐ τὸ λέγειν παράσημα καὶ Ἀττικὰ ῥήματα πέντε,
Εὐζήλως ἐστὶν καὶ φρονίμως μελετᾶν.
Οὐδὲ γὰρ εἰ Κάρκαιρε, καὶ εἰ Κοναβεῖ, τό,τε Σίζει
Καὶ Κελάρυζε λέγεις, εὐθὺς Ὅμηρος ἔσῃ.
Νοῦν ὑποκεῖσθαι δεῖ τοῖς γράμμασι, καὶ φράσιν αὐτῶν
Εἶναι κοινοτέραν, ὥστε νοεῖν ἃ λέγεις.

Reprehendit certe itidem Cerealius hoc Epigrammate rhetores, quorum præcipuum erat in Atticis aliquot vocibus inculcandis studium, et ita novitati τῆς λέξεως studentium, ut interim τὰ τῆς διανοίας negligerent, ac sonum sine mente darent. Hæc enim postremo disticho innuit. Quod autem attinet ad vocem παράσημα, ea significatur quod Lucianus dicit, eadem metaphora utens, Τὸ καθεστηκὸς νόμισμα τῆς φωνῆς παρακόπτειν. Nam παρακεκομμένα et παράσημα conjuncta ap. Aristoph. inveniuntur.

Ut autem ad Luciani locos veniam, primum in libello qui Ῥητόρων Διδάσκαλος inscriptus est, docetur is qui instituitur ut tandem aliorum similis, i. e. non minus ineptus, evadat, semper in promptu voces aliquot Atticas habere : non quaslibet, sed certas quasdam potissimum; nominatim enim illi præscribuntur, his verbis [c. 16] : Ἀλλὰ σχήματος μὲν τοπρῶτον ἐπιμεληθῆναι χρὴ μάλιστα καὶ εὐμόρφου τῆς ἀναβολῆς· ἔπειτα πεντεκαίδεκά που ἢ οὐ πλείω γε τῶν εἴκοσιν Ἀττικὰ ὀνόματα ἐκλέξας ποθὲν, καὶ ταῦτα ἀκριβῶς ἐκμελετήσας, πρόχειρα ἐπ' ἄκρας τῆς γλώττης ἔχε, τὸ Ἄττα, καὶ Κᾶτα, καὶ Μῶν, καὶ Ἀμηγέπη, καὶ Λῷστε, καὶ τὰ τοιαῦτα· καὶ ἐν ἅπαντι λόγῳ καθάπερ τι ἡδυσμα ἐπίπαττε αὐτῶν. Quibus ex vocabulis illud ἄττα præcipue illi commendat, tanquam præ quovis alio speciosum quiddam habens. Siquidem aliquanto post mentionem ejus iterum facit, adjungens ei δήπουθεν. Et quoniam dixerat in proxime præcedente loco, Καὶ ἐν ἅπαντι λόγῳ καθάπερ τι ἡδυσμα ἐπίπαττε αὐτῶν, ad illud ἐπίπαττε respiciens jubet eum illa ἐπίπαστα vocabula inculcare, et orationis velut superficiem illis tanquam quibusdam floribus ornare. Inculcare autem sive illis opus sit, sive futura sint supervacanea : pulcra enim esse tum quoque, cum temere proferuntur, et ita ut nullum in oratione usum habeant : Καὶ ἐπίπαστα ὀλίγα ἐκεῖνα ὀνόματα ἐπιπολαζέτω, καὶ ἐπανθείτω· καὶ συνεγὲς τὸ Ἄττα καὶ τὸ Δήπουθεν, κἂν μηδαμοῦ αὐτῶν δέῃ· καλὰ γάρ ἐστι καὶ εἰκῇ λεγόμενα. Atque adeo illius ἄττα tertio etiam meminit : scribens non multo post, Οἱ πολλοὶ δὲ καὶ σχῆμα καὶ φωνὴν καὶ βάδισμα καὶ περίπατον, καὶ μέλος, καὶ κρηπῖδα, καὶ τὸ ἄττα σου ἐκεῖνο θαυμάσονται. Jam vero et hoc ex præclaris præceptis unum est, ut quodvis aliud vocabulorum genus illis Atticis intermisceat, etiamsi nullam omnino cum illis convenientiam habeant. Postquam enim dixit, Καὶ ἐν ἅπαντι λόγῳ καθάπερ τι ἡδυσμα ἐπίπαττε αὐτῶν, addit, Μελέτω δὲ μηδὲν τῶν ἄλλων, ἐὰν ἀνόμοια τούτοις, καὶ ἀσύμφηλα, καὶ ἀπῳδά. Satis est enim, inquit, si oratio tua in fronte aliquid speciosi habeat. Ἡ πορφύρα μόνον ἔστω καλὴ καὶ εὐανθὴς, κἂν σισύρα τῶν παχειῶν τὸ ἱμάτιον ᾖ. In qua comparatione respicit ad genus id vestis, quæ περιπόρφυρος dicebatur. Quod vero ibi dicit, μελέτω δὲ μηδὲν κτλ., reprehendit alibi in quodam, qui, quamvis Thucydideus in suæ historiæ scriptione videri vellet, Atticis tamen vocabulis Latina inseruerat. Καί μοι ἐννόησον, inquit, ἡλίκον τὸ ἀξίωμα τῆς ἱστορίας, καὶ ὡς Θουκυδίδῃ πρέπον, μεταξὺ τῶν Ἀττικῶν ὀνομάτων τὰ Ἰταλιωτικὰ ταῦτ' ἐγκεῖσθαι. Atque ibi itidem voces illas Atticas πορφύραν appellat; subjungit enim, Ὥσπερ τὴν πορφύραν ἐπικοσμοῦντα, καὶ ἐμπρέποντα, καὶ πάντως συνάδοντα. Sunt autem hæc ex Commentario cui titulum fecit, Πῶς δεῖ ἱστορίαν συγγράφειν [c. 15]. In alio ejusdem opusculi loco [c. 21] quendam reprehendit qui ὑπὲρ τοῦ κομιδῇ Ἀττικὸς εἶναι, καὶ ἀποκεκαθάρθαι τὴν φωνὴν ἐς τὸ ἀκριβέστατον, Latinorum quorundam nominum formam mutare non dubitavit. Apud Eundem Lexiphanes, ut antea dixi, Attica hæc jubetur evomere, Μῶν, Κᾶτα, Ἦ δ' ὅς, Ἀμηγέπη, Λῷστε, Δήπουθεν, Ἄττα, atque alia. Ex his autem atque aliis Luciani locis, magno quidem in pretio fuisse ejus quoque sæculo Atticum sermonem, et multos ejus studiosissimos extitisse, sed paucos eo uti scivisse cognoscimus. Siquidem ἐν Ῥητόρων Διδασκάλῳ sub illis quæ dantur præceptis irridetur stulta multorum affectatio et κακοζηλία : præcipiuntur enim quæ observare eos oporteat qui similes illis, i. e. pariter inepti, evadere cupiant. Adeo ut ea ipsa sint quæ contra fugere deceat omnes qui non κακοζήλως, sed εὐζήλως (ut locutus est supra Cerealius in suo Epigrammate) sermone Attico usuri sint. Quem autem invenies, cum ab antiquis scriptt. discesseris, qui felicius id ipsomet Luciano præstiterit? Equidem nullum inveniri arbitror. Neque tamen de terminatione aut scriptura Attica in unoquoque vocabulo magnopere est solicitus, aut Atticas quasdam voculas (cujusmodi sunt illæ, quarum modo facta fuit mentio,) inculcat, sed (quod majoris est momenti) insignia loquendi genera ex scriptt. Atticis excerpta, tam bene suis quæque locis accommodat ut a se illa, non aliunde habere videri possit.

Ceterum cum apud eundem scriptorem, in commentariolo quem Ψευδοσοφίστην et alio nomine Σολοικιστὴν inscripsit, extent quorundam solœcismorum exempla in Attico sermone commissorum, (i. e. ab iis qui alioqui Attice loqui sibi videbantur,) una cum censura cujusdam, quem Socratem τὸν ἀπὸ Μόψου appellat; et magnam ex eorum lectione utilitatem posse percipi sciam : ea hic sermonis Attici studiosis legenda propono. Postquam igitur aliquot illius Socratis reprehensiones attulit solœcismorum in sermone Græco commissorum, subjungit, Εἰώθει δὲ καὶ πρὸς τοὺς σολοικίζοντας Ἀττικῶς, παίζειν ἀνεπαχθῶς. Cujus rei ibidem sequuntur exempla.

Ei qui ita locutus erat, νῶϊ τοῦτο δοκεῖ, dixit, Σὺ καὶ νῶϊν ἐρεῖς ὡς ἁμαρτάνομεν.

Cum alius quidam, ἡ δὲ τῷ Ἡρακλεῖ μιχθεῖσα dixisset, Οὐκ ἄρα ὁ Ἡρακλῆς ἐμίχθη αὐτῇ, inquit.

Cum quidam καρῆναί δέομαι dixisset, Τί γὰρ, inquit, σοὶ δεινὸν εἴργασται καὶ ἄξιον ἀτιμίας;

Cuidam utenti verbo ζυγομαχεῖν, dixit, Πρὸς τὸν ἐχθρὸν ζυγομαχεῖς;

Cum dixisset quidam puerum suum, qui ægrotabat, βασανίζεσθαι, excepit, Ἐπὶ τῷ; ἢ τί βουλομένου τοῦ βασανίζοντος;

Cum quidam hoc loquendi genere usus esset, προκόπτει ἐν τοῖς μαθήμασιν, Plato, inquit, hoc vocat ἐπιδιδόναι.

Cum quidam interrogasset εἰ μελετήσει ὁ δεῖνα, respondit, Πῶς οὖν ἐμὲ ἐρωτῶν εἰ μελετήσομαι, λέγεις ὅτι ὁ δεῖνα;

Cum ἀττικίζειν volens quidam dixisset τεθνήξει, in tertia persona, Βέλτιον, inquit, ἐνταῦθα μὴ ἀττικίζειν καταρώμενον.

Eum qui dixerat στοχάζομαι αὐτοῦ pro φείδομαι αὐτοῦ, interrogavit, Μήτι διήμαρτες βαλών;

Uno dicente ἀφιστᾶν, altero ἀφιστάνειν, dixit, Ἄμφω μὲν οὐκ οἶδα.

Cum quidam πλὴν εἰ μὴ dixisset, Ταῦτα διπλᾶ χαρίζῃ, inquit.

Cuidam utenti verbo χρᾶσθαι, dixit esse ψευδάττικον τὸ ῥῆμα.

Utenti cuidam adverbio ἔκτοτε, dixit, Καλὸν τὸ εἰπεῖν ἐκπέρυσιν· ὁ γὰρ Πλάτων εἴστοτε λέγει.

Ei qui τῷ ἰδοῦ usus erat pro ἴδε, dixit, Ἕτερα ἀνθ' ἑτέρων σημαίνεις.

Cum verbo ἀντιλαμβάνομαι pro συνίημι quidam usus esset, dixit se mirari πῶς ἀντιποιούμενος τοῦ λέγοντος, φησὶν ἀντιποιεῖσθαι.

Ei qui usus erat vocab. βράδιον, dixit non esse simile τῷ τάχιον.

Cum βαρεῖν dictum esset a quodam, Οὐκ ἔστιν, inquit, τὸ βαρύνειν, ᾗ νενόμικας.

Cum λέλογχα dixisset, significare εἴληχα volens, dixit, Ὀλίγον καὶ παρ' οἷς ἁμαρτάνεται.

Multis verbo ἵπτασθαι utentibus ἐπὶ τοῦ πέτασθαι, dixit, Ὅτι μὲν ἀπὸ τῆς πτήσεως τὸ ὄνομα σαφῶς ἴσμεν.

Cum περιστερὸν quidam dixisset tanquam Atticum, Etiam τὸν φάττον dicemus, inquit.

Cum quidam dixisset se φακὸν ἐδηδοκέναι, dixit, Καὶ πῶς ἂν φακόν τις φάγῃ;

Quid autem Socrates in nonnullis harum reprehensionum sibi voluerit, et quo respexerit, in meo Thes. Gr. L. docui. Ceterum cum Lucianus enumeratis aliquot solœcismis ab eo reprehensis, subjungat illa verba, Εἰώθει δὲ καὶ πρὸς τοὺς σολοικίζοντας Ἀττικῶς παίζειν ἀνεπαχθῶς, ea quæ ad hunc usque locum sequuntur, (qui clauditur his verbis ταῦτα μὲν τὰ Σωκράτεια,) videtur ascribere τοῖς σολοικίζουσιν Ἀττικῶς: quamvis postea in uno loco addat ἀττικίζοντος. Præcedunt quidem certe ibidem et aliæ solœcismorum reprehensiones, sed ad sermonem communis linguæ pertinentium: ex quibus una est ejus qui dixerat τῶν φίλων ὁ κορυφαιότατος. Irridens enim Socrates fertur dixisse, Χάριέν γε τὸ τῆς κορυφῆς ποιεῖν τι ἐπάνω. Ubi ejus reprehensio valida ratione nititur; cum enim κορυφὴ Verticem s. Cacumen significet, satis esse videtur dicere κορυφαῖος positivo gradu. Nam si voce κορυφαῖος intelligimus aliquem ad summum pervenisse, quippe qui in vertice sit, quid amplius dici potest? nisi quod ipso etiam vertice altius esse dicamus. Et tamen multi non ignobiles scriptt. hoc superlativo utuntur. Legimus enim ap. Plutarch., Τῶν ἄλλων Περιπατητικῶν ὁ κορυφαιότατος Στράτων, in lib. Πρὸς Κολώτην, p. 2044 meæ ed. [1115, B.] Legimus item ap. Herodian. 2, [15, 13], Τὰ κορυφαιότατα καὶ συντέλειαν ἔχοντα τῶν κατὰ μέρος πεπραγμένων Σεβήρῳ. Extat denique et ap. Synes. (cujus accuratiorem quam illorum esse stylum scimus), in libello De insomniis, Τοῦτο ἂν εἴη τὸ ἐν τοῖς οὖσι κορυφαιότατον φύσεως ὑπερκύψαι. Quod vero magis miror, ipse Lucianus, qui hoc a Socrate fuisse reprehensum commemorat, et huic reprehensioni sicut et aliis assentiri videtur, ex eorum tamen est numero qui hoc superlativo uti non dubitarunt. Nam in Commentario Περὶ τοῦ πῶς δεῖ ἱστορίαν συγγράφειν [c. 34] scribit, Φημὶ τοίνυν τὸν ἄριστα ἱστορίαν συγγράφοντα, δύο μὲν ταῦτα κορυφαιότατα οἰκοθεν ἔχοντα ἥκειν, σύνεσίν τε πολιτικὴν, καὶ δύναμιν ἑρμηνευτικήν. Haud memini certe alius vocabuli, in quo itidem extet talis ἐπίτασις ὑπερθέσεως. Nam habent quidem ἐπίτασιν et ista, λαλίστατος, κλεπτίστατος, κυδίστατος, facta ex λάλιστος, κλέπτιστος, κύδιστος: sed hæc ἐπίτασις in ipsa vocabuli forma est, non in signif., ut in illo superlativo κορυφαιότατος. Perinde est autem omnino ac si ex Supremus fieret Supremissimus.

CAPUT XIX.

DE QUIBUSDAM, QUÆ

ATTICÆ LINGUÆ VETERI PECULIARIA FUERUNT, ET DE SCRIPTORIBUS QUI ILLA USI SUNT.

Atticam linguam, s. dialectum, fuisse duplicem; unam, veterem, alteram, novam, minime silentio a me prætereundum est, ut Joannes Grammaticus et Corinthus (s. Corytus) prætierunt, nec non alii, qui de atticismis scripserunt, cum tamen hujus rei ignoratio dubitationes multas afferre Græcos scriptores versantibus possit. De hoc quoque admonere debuerant tum illi, tum alii quotquot idem argumentum tractarunt, Atticorum linguam, sed veterem potius quam novam, multa cum Ionica communia habere. Sed de illa quidem Atticæ linguæ cum Ionica communione et velut societate, sicut et de Doricæ cum Æolica, verba tum faciam, cum ea, quæ singulæ propria sibi habent, exposuero; at de illa veteri Atticorum lingua hæc sunt quæ in præsentia occurrunt. Attica lingua veteri usi sunt Thuc. et Plato, si Dionysio Halicarnasseo credimus, cum alioqui de Platone non perinde ac de Thucydide plurimi hoc sibi persuasuri sint. Dionysii verba hæc sunt in Lysiæ Vita, non procul ab initio [§ 2] (loquitur autem de ipso Lysia): Καθαρός ἐστι τὴν ἑρμηνείαν πάνυ, καὶ τῆς Ἀττικῆς γλώττης ἄριστος κανών· οὐ τῆς ἀρχαίας, ᾗ κέχρηνται Πλάτων καὶ Θουκυδίδης, ἀλλὰ τῆς κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον ἐπιχωριαζούσης· ὡς ἔστι τεκμήριον [τεκμήρασθαι] τοῖς τε Ἀνδοκίδου λόγοις, καὶ τοῖς Κριτίου, καὶ ἄλλοις συχνοῖς. Atque ut hic dicit, Γλώττης τῆς κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον ἐπιχωριαζούσης, ita in Isocr. Vita, Ἔπειτα τὴν ἀκρίβειαν τῆς διαλέκτου τῆς τότε συνήθους, καὶ ταύτην ἑώρων ὁμοίαν παρ' ἀμφοτέροις, de ipso Isocrate et Lysia. Idem in Epist. ad Cn. Pompeium [c. 2] hæc de Platonica phrasi seu dictione scribit: Ὅ,τε πῖνος αὐτῇ καὶ χνοῦς ὁ τῆς ἀρχαιότητος ῥῆμα καὶ λεληθότως ἐπιτρέχει, χλοερόν τέ τι καὶ τεθηλὸς καὶ μεστὸν ὥρας ἄνθος ἀναδίδωσι. Quemadmodum autem hic legimus τὸν τῆς ἀρχαιότητος πῖνον et χνοῦν, sic alibi χνοῦν ἀρχαιοπινῆ: nimirum in libro quem de Dictione Demosthenica scripsit, et Ammæo suo dica-

vit : qui liber cum in lucem nondum prodierit, illius etiam loci verba proferam, alioqui lectorem ad ea remissurus. Πολλῆς δέ τινος, inquit [c. 28], ἐνταῦθα δεῖ τῆς τεχνήσεως, ἵνα μὴ κακόφωνοι, μηδὲ ἀηδεῖς, μηδὲ ἄλλην τινὰ ὄχλησιν ἐνεγκάμενοι ταῖς ἀκοαῖς λάθωσιν αἱ τοιαῦται συζυγίαι, ἀλλ' ἐπανθῇ τις αὐταῖς χνοῦς ἀρχαιοπινὴς, καὶ χάρις ἀβίαστος. Eo autem lubentius et hunc tertium locum attuli, quod ex eo, sicut ex proxime præcedente, etiam significationem vocabuli πῖνος, quod antiquæ linguæ tribuitur, (et quidem Atticæ præsertim, ut opinor,) obiter perspicere possimus. Habet enim quiddam tam sibi proprium ut retinendum Marcus Tullius censuerit.

Ceterum quæ fuerint illi Atticæ linguæ veteri peculiaria, haud certius aliunde quam ex diligenti utrorumque scriptorum inter se collatione, cognosci posse existimo. Extant alioqui nonnulla ejus ἰδιώματα a grammaticis annotata : et quidem ab Eust. potissimum, quantum quidem meminisse possum : quædam ab Ælio Dionysio et Herodiano ap. illum. Sunt autem duorum generum, cum non solum orthographiam quorundam vocabulorum sibi peculiarem, sed etiam vocabula quædam peculiaria habeat. Et veteres quidem Attici vocantur οἱ παλαιοὶ Ἀττικοί : at novi, s. posteriores, appellantur interdum οἱ νεώτεροι, nonnunquam οἱ ὕστερον. Utunturque his nominibus ap. eum et ambo illi veteres, quos modo nominavi, grammatici. Legimus enim quodam in loco Commentariorum in Il. B, Δοκεῖ δὲ, φησὶ (sc. Αἴλιος Διονύσιος, qui tamen eo in loco contra quam in aliis plerisque Διονύσιος Αἴλιος vocatur), τῶν παλαιῶν Ἀττικῶν εἶναι περισπᾶν τὰ τοιαῦτα, Ὁμοῖον, Ἑτοῖμον, Γελοῖον. Idem in quendam locum libri A scribit, ἤδειν, significans ἠπιστάμην, habere η cum ι subscripto, κατὰ τὴν παλαιὰν Ἀτθίδα, sicut et alia quædam vocabula. Idem Ἀθηναία veteribus Atticis velle se ascribere ostendit, cum jubet nos observare, non solum Homerum Ἀθηναίαν dicere pro Ἀθηνᾶν, sed multos etiam Atticos, ex iis scriptt. qui post ejus tempora oratione soluta usi sunt. Scribere enim Demosth. Or. adv. Aristocr., Οἱ σύμμαχοι ἀριστεῖον τῇ Ἀθηναίᾳ ἀνέθεσαν. Et Plat. Euthyd. [p. 302, D] : Ἑρκεῖος Ζεὺς καὶ Φράτριος, καὶ Ἀθηναίη Φρατρία. Additque, annotasse veteres, ex quo cœpissent Athenienses mulieres appellari Ἀθηναῖαι, (ut ap. Pherecratem, Ἀθηναίαις αὐταῖς τε καὶ ταῖς συμμάχοις,) cum prius appellarentur Ἀττικαὶ et ἀσταὶ, tum venisse in usum illud Ἀθηνᾶ. Hinc enim cognoscimus, Ἀθηναία, quod ap. Plat. et Demosth. legitur, esse veteris linguæ Atticæ, cum postea dictum fuerit Ἀθηνᾶ. Quod autem de illa mulierum Atheniensium appellatione scribit, ex alio Ejusdem loco apertius nobis esse poterit. Is enim in quendam locum libri A Iliadis, annotat, dictum quidem fuisse ἀνὴρ Ἀθηναῖος, sicut dicitur ἀνὴρ Θηβαῖος : sed non item Ἀθηναία γυνὴ, sicut Θηβαία γυνή : sed ἑτερωνύμως fuisse vocatam Ἀττικήν. Atque istam rei hujus rationem a Metaclide reddi affert ap. Pausaniam et Ælium Dionysium, (nimirum cur appellatio illa Atheniensibus mulieribus non daretur,) ἵνα μὴ τὴν ἄγαμον αἱ γαμούμεναι τῇ προσηγορίᾳ καταισχύνωσι. Ex iisdem subjungit illud, quod et in præcedenti loco tradit, Ὅτε δὲ ἤρξαντο αἱ ἀσταὶ ἤτοι Ἀττικαὶ γυναῖκες, Ἀθηναῖαι λέγεσθαι, τότε δὴ ἐπενοήθη καὶ τὸ τὴν θεὸν μηκέτι Ἀθηναίην καλεῖσθαι, ἀλλὰ κατὰ συναίρεσιν Ἀθηνᾶν. Verum alia quorundam veterum grammaticorum verba subjungit, quibus traditur esse omnino ἀνάττικον, dicere Ἀθηναίαν γυναῖκα : minimeque illud additur, receptam tamen hanc appellationem tandem fuisse, quæ apud veteres nequaquam in usu fuisset. Ne tamen de hoc dubitare possimus, facit Pherecratis testimonium, quod in illo priore loco affert. Testimonium autem Pherecratis appello, usum illius vocabuli in ea signif., quem ex eo proferri videmus, dicente sc., Ἀθηναίαις αὐταῖς τε καὶ ταῖς συμμάχοις. Enimvero aliud hic a me minime prætermittendum fuerit, quod non parvi est momenti : credibile nimirum esse multas scripturas veteris linguæ Atticæ in iis, quæ nostris manibus passim teruntur, exemplaribus non amplius extare. Conjecturam facio ex eo quod scribit Eust., Platonem dixisse Ἀθηναίη, (quod certe convenit cum Dionysii Halicarnassei testimonio, Attica veteri usum esse Platonem perhibentis,) cum tamen in eo Euthydemi loco non Ἀθηναίη, sed Ἀθηνᾶ habeant quæ quotidie in manibus habemus exemplaria. Atque ut editt. typographicas omittam, fortassis et ex iis codd. scriptis, qui usquam extant, vel paucos vel nullos inveniemus, in quibus illa scriptura linguæ veteri consentanea, ex Plat. ipsius autographo servata fuerit. Quod vero attinet ad exemplum ab eo ex Demosth. allatum, idem omnino de ipso dicendum est : nimirum nullius ponderis nobis futurum, si exemplaribus quæ passim extant fidem adhibeamus. In eo enim quem affert loco, non illa scriptura vetus Ἀθηναίᾳ, sed Ἀθηνᾷ habetur : Οἱ σύμμαχοι ἀριστεῖον τῇ Ἀθηνᾷ ἀνέθεσαν· et quidem in Or. adv. Timocr. [vide infra], non autem in ea quæ adv. Aristocr. est scripta : unde tamen Eust. eum locum affert. Sed de hac scriptura dicetur a me et in sequentibus : nunc ut ad ipsum Eustathium redeam, is in illa Homeri verba, Τὼ δ' αὐτὼ μάρτυροι ἔστων, morem jungendi dualia nomina verbis pluralibus, et pluralia singularibus, nec non versa vice, ἀττικισμὸν ἀρχαῖον esse tradit. Jam vero ut nonnullorum mentionem facit, quæ veteribus Atticis ascribit, ita quædam ab eo annotantur tanquam novis s. posterioribus ascribenda, veluti cum dicit, Σημείωσαι δὲ ὅτι ἐπιδέξια παρὰ τοῖς ὕστερον Ἀττικοῖς καὶ τὰ καίρια καὶ ἐπιτήδεια τοῦ σώματος· πληγῆναι γοῦν τις λέγει τὰ ἐπιδέξια. Sed hic non parva equidem oriri dubitatio potest, quosnam scriptores illo vocabulo ἐπιδέξια usos fuisse credere debeamus, quandoquidem τοῖς ὕστερον Ἀττικοῖς peculiare fuisse tradit. Nam et quod Dionys. H. Demosthenem veteri Atticorum lingua usum tradit, mirum non immerito alicui videbitur, cum τὴν νέαν Ἀτθίδα contra nonnulli a Demosth. et Æschine initium sumpsisse scripserint. Quid quod illam ἔκφυλον ἀρχαίαν Ἀτθίδα, cujus meminit Synes. in suo De insomniis libello [p. 150, B] quidam Gorgiæ Leontino ascribendam putarunt? Verba Synesii sunt hæc : Ἤδη δέ ποτε καὶ τὴν ὅλην κατασκευὴν τῆς γλώττης ὑλομανοῦσάν τε καὶ φλεγμαίνουσαν ὀνομάτων καινότητι, ζήλῳ τῆς ἐκφύλου τῆς ἀρχαίας Ἀτθίδος, ἥδε διὰ θεοῦ νουθετήσασα, τὸ μέν τι εἰπόντος, τὸ δὲ τί ἐστιν εἰπόντος, τὸ δὲ δείξαντος, ὄχθους τινὰς ἀπολεαίνειν ἐκπεφυκότας τῆς γλώττης, ἐπανήγαγέ τε ἐς τὸ σῶφρον καὶ τὸ οἰδοῦν ἐκόλασε. Hic enim schol. ἀρχαίαν Ἀτθίδα ab illo dici ait τὴν ἀπὸ Γοργίου ἀρξαμένην, ἧς ἀρχηγὸς αὐτὸς ὁ Λεοντῖνος Γοργίας : usum enim fuisse poeticis etiam vocabulis διὰ σεμνότητα καὶ παραδοξολογίαν. Addit vero et illud, quod modo de Demosthene et Æschine aliunde retuli, Ἡ δὲ νέα Ἀτθὶς ἤρξατο ἀπ' Αἰσχίνου καὶ Δημοσθένους· ἦν δὲ αὕτη λειοτέρα, καὶ τῇ ἀκοῇ προσηνής. Ego certe Dionysio Halicarnasseo, potius quam isti, et aliis vel alii unde hoc sumpsit, (alibi enim me legisse memini,) assentiendum esse dicerem, si alterutri assentiri cogerer. Alioqui certe si tertium quoddam genus constituere licet eorum qui inter utrosque essent, nimirum inter veteres et novos, in eo Demosthenem lubenter ponerem. Sic videmus tres Comœdiæ ætates a gramm. (et nominatim a Polluce) statui, primam, τὴν ἀρχαίαν : secundam, τὴν μέσην : tertiam, τὴν νέαν appellantibus. Sed nonnulli ex duabus istis, nimirum ἐκ τῆς μέσης καὶ τῆς νέας, fecisse unam videntur; quippe qui duas duntaxat recenseant, veterem et novam. Quidam vero eorum qui in Aristophanem nonnulla de Comœdiæ scriptione præfati sunt, fatetur quidem fuisse Comœdiæ μεταβολὰς τρεῖς, sc. τὴν μὲν, ἀρχαίαν· τὴν δὲ, νέαν· τὴν δὲ, μέσην : sed ex poetis τῆς μέσης κωμῳδίας duos tantum nominat, Antiphanem et Stephanum : quamvis quinquaginta septem fuisse dicat. Ab Eodem Comici veteres, vel potius inter veteres Comicos maxime insignes, recensentur, Epicharmus, Magnes, Cratinus, Crates, Pherecrates, Phrynichus, Eupolis, Aristophanes. Atqui, ut de ceteris taceam, Pherecratem non videtur Eustathius in hoc ordine collocasse, ubi tradit eum Ἀθηναίαν appellasse Atheniensem mulierem, cum antea hoc nomen usu receptum non esset. Sed alius quidam ibi (nimirum in scriptis quæ scholiis in Aristoph. præfixa sunt) inter veteres Comicos tres commemorat, quos et ab Horatio conjungi videmus : Ἐπὶ

τῶν Ἀριστοφάνους καὶ Κρατίνου καὶ Εὐπόλιδος χρόνων, τὰ τῆς δημοκρατίας ἐκράτει παρὰ Ἀθηναίοις, κτλ. Ita enim et Horatius:

Eupolis, atque Cratinus, Aristophanesque, poetæ,
Atque alii, quorum Comœdia Prisca virorum est.

Eupolidis meminit et M. Tullius 6 ad Att. [ep. 1]: Εὔπολιν τὸν τῆς ἀρχαίας quis non dixit ab Alcibiade navigante in Siciliam dejectum esse in mare? Ubi observandæ sunt obiter duæ ellipses elegantes, nimirum accusativi ποιητὴν et genitivi κωμῳδίας. Nam ut oratio esset ἐντελὴς, dicendum erat τὸν τῆς ἀρχαίας κωμῳδίας ποιητήν. Hunc certe cum ceteris duobus audacter ut inter veteres Comicos, sic etiam inter eos qui veteri Atticorum lingua usi sunt, collocare debemus. Idem porro ille, quem aliquot alios inter veteres Comicos numerare dixi, et nominatim Pherecratem, inter novos Comicos, (quos fuisse scribit sexagintaquatuor,) recenset hos, tanquam ἀξιολογωτάτους, Philemonem, Menandrum, Diphilum, Philippidem, Posidippum, Apollodorum. De mediæ autem comœdiæ poetis major equidem quam de aliis esse possit quæstio; ac fortasse Pherecrates, de quo dictum modo fuit, in hoc ordine ponendus fuerit. In eo certe poni Antiphanem ab eo cujus modo memini, (unde sc. hæc quoque novorum Comicorum enumeratio petita est,) paulo ante docui. Astipulaturque Suidas, scribens fuisse κωμικὸν τῆς μέσης κωμῳδίας. Quin etiam ap. Athen. mentio fit libri a quodam Dorotheo Ascalonite scripti, cui titulum fecerat, Περὶ Ἀντιφάνους, καὶ περὶ τῆς παρὰ τοῖς μεσωτέροις Κωμικοῖς Ματτύης. Ubi observa μεσωτέρους Κωμικοὺς comparativi forma appellari τοὺς μέσους. Ex alio Ejusdem loco discimus eum ætate Alexandri regis vixisse ac floruisse, et quidem apud ipsum etiam Alexandrum; ita enim librum 13 inchoat: Ἀντιφάνης ὁ κωμῳδοποιὸς, ἑταῖρε Τιμόκρατες, ὡς ἀνεγίνωσκέ τινα τῷ βασιλεῖ Ἀλεξάνδρῳ τῶν ἑαυτοῦ κωμῳδιῶν, κτλ. Quin etiam Alexis ad hanc classem referendus videri possit, hujus etiam scriptoris testimonio. Postquam enim nominatus est Alexis ἐν Ἀσωτοδιδασκάλῳ, additur, Ὡς Σωτίων ὁ Ἀλεξανδρεὺς ἐν τοῖς περὶ τῶν Τίμωνος Σίλλων· ἐγὼ γὰρ οὐκ ἀπήντησα τῷ δράματι, πλείονα τῆς μέσης καλουμένης κωμῳδίας ἀναγνοὺς δράματα τῶν ὀκτακοσίων· καὶ τούτων ἐκλογὰς ποιησάμενος, οὐ περιέτυχον τῷ ἀσωτοδιδασκάλῳ. Cum enim dicit se inter mediæ comœdiæ fabulas illam Alexidis non nactum esse, Alexin pro poeta mediæ comœdiæ haberi á se ostendit. Aperte vero in hoc ordine ab illo ponuntur Nicostratus et Epicrates. Hoc quoque observatione nobis dignum est ap. eum, quendam Antiochi Alexandrini librum inscribi Περὶ τῶν ἐν τῇ μέσῃ Κωμῳδίᾳ κωμῳδουμένων ποιητῶν. Hoc enim optime convenit cum iis quæ scribuntur ab eo, unde et quorundam poetarum enumerationem attuli. Legimus enim ap. eum, Ἡ δὲ μέση κωμῳδία ἀφῆκε τὰς τοιαύτας ὑποθέσεις, ἐπὶ δὲ τὸ σκώπτειν ἱστορίας ῥηθείσας ποιηταῖς ἦλθον· ἀνεύθυνον γὰρ τὸ τοιοῦτον· οἷον διασύρειν Ὅμηρον εἰπόντα τι, ἢ τὸν δεῖνα τῆς τραγῳδίας ποιητήν. Neque vero quædam poetarum duntaxat dicta ab illis irrisa fuisse putandum est, cum legamus Antiphanem in quoddam Demosthenis dictum itidem jocatum esse, his versibus, Ὁ δεσπότης δὲ πάντα τὰ παρὰ τοῦ πατρὸς Ἀπέλαβεν, ὥσπερ ἔλαβεν· ἠγάπησεν· ἂν Τὸ ῥῆμα τοῦτο παραλαβὼν Δημοσθένης. Jocatur autem in eum Demosthenis locum, cujus et Æschines meminit; et in quo dicit eum περὶ συλλαβῶν διαφέρεσθαι: scribit enim, Ἀλόνησον ἐδίδου (Φίλιππος), ὁ δ' ἀπηγόρευε μὴ λαμβάνειν, εἰ δίδωσιν, ἀλλὰ μὴ ἀποδίδωσι· περὶ συλλαβῶν διαφερόμενος. Atque adeo Alexis affert illa ipsa verba διδόναι et ἀποδιδόναι, in Comœdia quam Ἀδελφοὺς inscripsit: Ἐγὼ δέδωκα γάρ τι ταύταις; εἰπέ μοι. Οὔκ· ἀλλ' ἀποδέδωκας, ἐνέχυρόν που λαβών. In alio ejus loco hæc duo composita, pariterque illa duo priora leguntur, in Comœdia cui Στρατιώτης est titulus: Ἀπέλαβες· τουτὶ δ' ἔστι τί; ὃ παρ' ὑμῶν ἐγὼ Παιδάριον ἔλαβον, ἀποφέρων ἥκω πάλιν. Πῶς οὐκ ἀρέσκει σοι τρέφειν; οὐκ ἔστι γὰρ Ἡμέτερον, οὐδ' ὑμέτερον· ἀλλ' ἐδώκατε Ὑμεῖς ἐμοὶ τοῦτ'· οὐ δεδώκαμεν· τί δέ; Ἀποδεδώκαμεν τὸ μὴ προσῆκον ἐμοὶ λαβεῖν. Sic et alius Comicus, nomine Anaxilas, in iisdem verbis lusit. Verum ut ad id revertar quod in hac quæstione præcipuum est, hos μέσης Κωμῳδίας poetas utra lingua usos esse dicemus? Idem certe lubenter de illis, aut saltem de quibusdam illorum, dicerem quod paulo ante de Demosthene dixi. Vereor enim ut pauci Dionysio H. (aut alii, quicunque est,) assentiantur, eum veteri Atticorum lingua usum esse scribenti. Neque vero movere nos debet illud veteris linguæ vocabulum Ἀθηναία, quod Eust. ex eo afferre dixi: nisi et aliis exemplis idem confirmetur. Esto enim, in bonæ fidei exempll. extitisse scripturam illam; at ibi non Demosthenis, sed cujusdam inscriptionis antiquæ sunt verba. Locus enim Orationis in Timocr., (nam falso Eust. Oratione in Aristocratem ea legi tradit, uti dixi [imo legitur in Or. c. Androt. p. 616, 5],) est hic: Οἶμαι γὰρ ὑμᾶς ἅπαντας ὁρᾶν ὑπὸ τῶν στεφάνων ταῖς χοινικίσι κάτωθεν γεγραμμένα, Οἱ σύμμαχοι τὸν δῆμον τῶν Ἀθηναίων ἀνδραγαθίας ἕνεκ' ἐστεφάνωσαν καὶ δικαιοσύνης· ἢ, Οἱ σύμμαχοι ἀριστεῖον τῇ Ἀθηνᾷ ἀνέθεσαν. Verum Eust. minime hoc animadvertit, sed ita hanc Demosthenis affert, tanquam ejus, non aliorum verba ibi legantur. De aliis autem locis, in quibus hic orator deæ ejusdem mentionem facit, potuisse idem dicere Eustathium, vix mihi persuadere queo. Alioqui scripturam illam veterem in omnibus locis mutasse librarios dicendum esset, (ut opinor,) quod quidem ad ea exempll. attinet, quæ ab aliquot annis jacere in tenebris desierunt. Neque enim dubito quin Ἀθηνᾶν ubique, non Ἀθηναίαν habeant. Verisimile est autem librarios, cum in eo loco Orationis in Timocratem, aliam quam in ceteris scripturam viderent, ex his illum emendandum putasse, atque adeo emendasse: non animadvertentes verba illa minime esse Demosthenis: sicut et Eustathium non animadvertisse, dictum paulo ante fuit. At vero de Platone quid dicemus? an Eustathium eum locum in exemplum ex illo protulisse, quasi et alibi passim ita scribere soleret? Equidem nisi hoc sensisset, aliter locuturus aut aliquid fuisse additurus, aut saltem aliter loqui, vel quidpiam adjungere debuisse videtur, quo lectorem moneret. Non dubium est enim quin de hoc loco idem quod de illo Demosthenico dici possit: et hoc non tanquam a Plat., sed tanquam ab alio dictum considerari oporteat: ac profecto vel illa terminatio Ionica indicio esse potest. Alioqui non Platoni solum et Demostheni, sed aliis quoque scriptoribus quædam fuisse in suo sermone peculiaria, ex locis variis Pollucis cognoscere possumus, ubi Platonem hoc vocabulo, Thucydidem illo, Demosthenem alio quopiam, alios aliis uti tradit. Nec solum in nudis vocabulis, sed etiam in loquendi generibus exempla hujus rei ap. eum extant. Hæc autem ita illis peculiaria, eorum ἰδιώματα vocari posse dixerim; quemadmodum videmus Dionysium H. ea quæ Thucydidi peculiaria essent, ejus ἰδιώματα nominasse: ac profecto nullum tot habuisse crediderim, (ac præsertim tam insignia,) quot Thucydidea esse videmus. Neque vocabula omnia aut loquendi genera, quæ lexicographus ille uni cuipiam Græcorum scriptorum ascribit, apud eum duntaxat in usu fuisse mihi persuadeo, cum aliquot locis aliter se rem habere compererim. Sed eum alicubi voces vel φράσεις, quas apud quempiam esse frequentissimas videbat, ejus tantum testimonio confirmare voluisse: alicubi etiam usum illarum peculiarem illi falso credidisse existimo. Sic Eust., veterum auctoritatem sequens, ex Demosth. affert usum quendam nominis ὁδὸς eundem cum Homerico. Cum enim legamus ap. Hom. Il. A, [151], Πῶς τίς τοι πρόφρων ἔπεσιν πείθηται Ἀχαιῶι Ἢ ὁδὸν ἐλθέμεναι, ἢ ἀνδράσιν ἶφι μάχεσθαι; annotat ille schol., Homerum ibi duo genera prælii agnoscere, unum, ὁδὸν ἐλθεῖν, alterum, ἶφι μάχεσθαι. Esse autem ὁδὸν ἐλθεῖν, τὸ τοὺς ἀριστεῖς εἰς λόχον ἀπελθεῖν: additque ita exponere veteres: grammaticos nimirum intelligens. Quin etiam afferri ab illis ejusdem usus exemplum ex Demosth. Or. adv. Aristocr. Eum enim itidem dixisse ἐν ὁδῷ καθελὼν pro ἐν λόχῳ. Jam vero et circa orthographiam eos, aut saltem eorum nonnullos, aliquid peculiare sibi habuisse, ostendit

quod ab hoc ipso schol. de nomine Ἀσκληπιὸς scribitur, nimirum : Ἀσκληπιὸς esse receptam passim scripturam, sed Demostheni placuisse scribere Ἀσκλήπιος proparoxytone. Postquam enim dixit, Ἐκλήθη δὲ, φασὶν (ita enim scribendum est, non φησὶν), Ἀσκληπιὸς, ἢ διότι Ἄσκληπον Ἐπιδαύριον ὀφθαλμιῶντα ἰάσατο, ἤπιος ἐκείνῳ φανείς· ἢ πλεονασμῷ τοῦ λ, παρὰ τὸ ἀσκεῖν ἠπίως τοὺς νοσοῦντας, ὅ ἐστιν ἐπιμελείας ἀξιοῦν· ἢ παρὰ τὸ μὴ σκελετεύεσθαι αὐτοὺς ἐᾶν, ἠπίως προσφερόμενον· subjungit, Ἡ δὲ ὀξυτόνησις τοῦ ὀνόματος ἀπορίαν ἔχει· εἴπερ καὶ ἄλλως αἱ συνθέσεις τοὺς τόνους ἀναβιβάζουσι. Ideoque recte fecisse Demosthenem ait, qui (ut fertur) Ἀσκλήπιος maluerit proparoxytone scribere. Verum etiamsi ut in hujus vocabuli, sic etiam in aliorum quorundam scriptura orthographiam sibi peculiarem habuisset, et quidem eam quæ veteri Atticorum linguæ usitata erat, non tamen ideo Attica lingua veteri usus esse dicendus esset. Sed de his hactenus.

Thucydidem saltem ex illo veterum Atticorum esse numero, negare nemo queat : quem tamen et sua quædam habere ἰδιώματα, minimeque omnia quibus utitur, esse veteri linguæ Atticæ ascribenda, docui Capite XVI, Tmemate III. Eorum alioqui quæ ex veteri habet lingua, quod ad scripturam attinet, exempla statim initio hujus Appendicis, vel potius harum Animadversionum, proposui. Equidem Joannem Grammaticum et Corinthum non majore in delectu auctorum, quam circa reliqua, judicio usos esse puto. De Corintho quidem certe affirmari id potest, quippe qui quamvis in sua præfatiuncula elocutionis Atticæ regulam se sibi proposuisse dixerit Aristophanem et Thucydidem, afferat tamen exempla et ex valde recentibus scriptt., quique Ἀττικισταὶ potius quam Ἀττικοὶ, vocandi, aut etiam ne illo quidem nomine digni videri debeant. Neque enim ex Philostrato duntaxat, sed ex Aphthonio quoque, nec non Greg. Naz. (neque enim dubito quin is sit, quem Theologum κατ' ἐξοχὴν nuncupat), petitis exemplis utitur. Imo vero nec illud ipsum, quod inter hasce duas appellationes Ἀττικῶν et Ἀττικιστῶν est discrimen, cognovisse videtur, quippe qui Articulo s. Tmemate XXIV, ubi de usu accusativi pro dativo loquitur, scribat, Καὶ ἄλλα εὕροις ἂν μυρία τῶν λεγομένων παραδείγματα καὶ παρ' Ὁμήρῳ καὶ πᾶσι τοῖς Ἀττικισταῖς. Ubi certe et Homerum in numero Ἀττικιστῶν ponere videtur : quod valde ineptum fuerit, cum hæc appellatio, ex tribus scriptorum generibus, qui tribus diversis ætatibus scripserunt, tertiis duntaxat conveniat. Sed nec Atticum scriptorem vocandum Hom. censuerim, imo potius Ionicum. Quædam enim ex Attica dialecto sumpsisse illum haud inficior, sed multo plura ex Ionica habere dico : qua de re et alibi disserui. Sic etiam Corinthus κατακάρα (ita enim ab eo scribitur pro κατωκάρα) probare volens Atticum esse pro ἐπὶ τὴν κεφαλήν, non aliunde quam ex Pind. exemplum affert. Jam vero et hoc sciendum est, Atticæ dialecto nonnulla ascribi a Corintho præsertim, quæ in solutæ orationis scriptoribus quærenda non sunt, cum poetis peculiaria esse constet, et quidem aliis potius quam Comicis. Tale est παρθενικὴ pro παρθένος, Homero et Hesiodo usitatum. At de tribus illis atticismorum collectoribus s. excerptoribus quid dicam? Promittunt quidem omnes Atticarum vocum ἐκλογὴν, sed tam magnum Atticorum scriptorum constituunt numerum, ut non tam qui sint Attici, quam qui non sint Attici, quærendum esse videatur. Neque enim eorum duntaxat qui vigente adhuc Græco sermone vixerunt, quemlibet sine ullo discrimine pro Attico habent, sed eorum quoque qui χθὲς καὶ πρώην extiterunt. Sæpe enim ibi Libanii quoque auctoritate, tanquam locupletissimi testis, vocabuli alicujus usum confirmant, quod pro Attico habendum esse tradunt. Sed hac de re plura in Capite vigesimo primo, ubi de sermone τῶν Ἀττικιστῶν disseram.

CAPUT XX.

QUALIA FUERINT EORUM SCRIPTA,

Qui potissimum Atticorum nomine digni existimati sunt. Item, de Scriptis quæ Atticum thymum redolere, aut πῖνον s. μυκτῆρα Atticum habere dicuntur.

Atticum dicendi genus quantis laudibus ipsi etiam Latini extollere soliti sint, dici vix potest. In eo certe M. Tullius vim et suavitatem aliaque multa sic admiratur, ut bene dicere velit esse Attice dicere. Non enim jam quærimus, (inquit in Commentario de Optimo Genere Oratorum,) quid sit Attice, sed quid sit optime dicere. Ex quo intelligitur, quoniam Græcorum oratorum præstantissimi sunt ii qui fuerunt Athenis, eorum autem princeps facile Demosthenes, hunc si quis imitetur, eum et Attice dicturum et optime : ut quoniam Attici nobis propositi sunt ad imitandum, bene dicere, id sit Attice dicere. Sic etiam Fabius post eum, Melius (inquit) de hoc nomine sentiant, credantque, Attice dicere, esse optime dicere. Neque tamen ita hoc interpretandum est quasi fieri non posset quin bene diceret quicunque Atticus esset. Unde ap. Eund. legimus in Bruto, Ita fiet ut non omnes qui Attice, iidem bene, sed ut omnes qui bene, iidem etiam Attice dicant. Sed hoc sciendum est, eorum scripta, qui præ aliis Atticorum nomine digni existimati fuerunt, ἰσχνότητα quandam habuisse. Atque id vel hinc perspicere licet, quod Lysias, qui præ ceteris hoc dicendi genus sectatus est, præ ceteris etiam Atticus fuit existimatus. Verum eos variis in locis M. Tullius reprehendit, qui tantum huic tenui generi dicendi tribuebant ut vix aliud pro Attico habere vellent. Putant enim, (inquit in Oratore,) qui horride inculteque dicat, modo id eleganter enucleateque faciat, eum solum Attice dicere. Errant, quod solum; quod Attice, non falluntur. Istorum enim judicio, si solum illud est Atticum, ne Pericles quidem dixit Attice, cui primæ sine controversia deferebantur. Qui si tenui genere uteretur, nunquam ab Aristophane poeta fulgurare, tonare, permiscere Græciam dictus esset. Dicat igitur Attice venustissimus ille scriptor ac politissimus Lysias, (quis enim id possit negare?) dum intelligamus hoc esse Atticum in Lysia, non quod tenuis sit atque inornatus, sed quod nihil habeat insolens aut ineptum. Ornate vero et graviter et copiose dicere, aut Atticorum sit, aut ne sit Æschines neve Demosthenes Atticus. Et paucissimis verbis interjectis, quem hic tenuem dixit, appellat subtilem : scribens, Nam qui Lysiam sequuntur, causidicum quendam sequuntur, non illum quidem amplum atque grandem, subtilem et elegantem tamen, et qui in forensibus causis possit præclare consistere. Hujus tenuitatis Lysiæ mentionem facit et in libello de Optimo Genere Ora-

torum, scribens, Quod cum faciemus, si modo id ipsum assequemur, (est enim permagnum,) imitemur, si poterimus, Lysiam, et ejus quidem tenuitatem potissimum. Est enim multis in locis grandior; sed quia et privatas ille pleràsque et eàs ipsas aliis, et parvarum rerum causulas scripsit, videtur esse jejunior, quoniam se ipse consulto ad minutarum genera causarum limarit. Aliquanto post videtur adverbio Summisse id declarasse quod Græci ἰσχνῶς dicerent. Ita fit, (inquit,) ut Demosthenes certe possit summisse dicere, elate Lysias fortasse non possit. Aliquanto post, utitur adverbio Subtiliter: ut supra Subtilem dixit quem alibi Tenuem vocarat. Sed qui dici a nobis Attico more nolunt, ipsi autem se non oratores esse profitentur, si teretes aures habent, intelligensque judicium, tanquam ad picturam probandam adhibentur, etiam inscii faciendi, cum aliqua solertia judicandi. Sin autem intelligentiam ponunt in audiendi fastidio, neque eos quicquam excelsum magnificumque delectat, dicant se subtile quiddam et politum velle, grave ornatumque contemnere: id B vero desinant dicere, qui subtiliter dicunt, eos solos Attice dicere, i. e. quasi sicce et integre. At si ample et ornate et copiose, cum eadem integritate, Atticorum est, cui dubium est utrum orationem nostram tolerabilem tantum an etiam admirabilem esse cupiamus? Ex Fabio quoque discimus, Atticos nonnullis eos demum visos fuisse, qui illo tenui dicendi genere uterentur. Scribit enim 10, 1: Alii pressa demum et tenuia, et quæ minimum ab usu quotidiano recedant, sana et vere Attica. Item 12, 10: Quid est igitur quod in iis demum, qui tenui venula per calculos fluunt, Atticum saporem putent? ibi demum thymum redolere dicant? Et aliquanto ante, Quapropter mihi falli multum videntur, qui solos esse Atticos credunt tenues et lucidos et significantes; sed quadam eloquentiæ frugalitate contentos, ac semper manum intra pallium continentes. Iis autem quæ subjungit, eundem quem et Cicero oratorem, ut certum illius dicendi generis exemplar, proponit: nimirum Lysiam. Nam quis, inquit, erit hic Atti- C cus? Sit Lysias; hunc enim amplectuntur amatores istius nominis modum. Non igitur jam usque ad Coccum et Andocidem remittemur. Interrogare tamen velim an Isocrates Attice dixerit; nihil enim est tam Lysiæ diversum. Negabunt? at ejus schola principes oratorum dedit. Quæratur similius aliquid. Hyperides Atticus? Certe: at plus indulsit voluptati. Transeo plurimos, Lycurgum, Aristogitona, et iis priores, Isæum, Antiphontem: quos ut homines inter se genere similes, differentes dixeris specie. Quid ille, cujus modo fecimus mentionem, Æschines? nonne iis latior et audentior et excelsior? Quid denique Demosthenes? non cunctos illos tenues et circumspectos, sublimitate, vi, impetu, cultu, compositione superavit? Non insurgit locis? non figuris gaudet? non translationibus nitet? non oratione ficta dat tacentibus vocem? Et paucis interjectis, Lysiæ ἰσχνότητα, Gracilitatem appellat. Quid Periclea? similemne credimus Lysiacæ gracilitati, quem fulminibus et cœlesti fragori comparant Comici, dum D illi convitiantur? At supra, dicens quandam eloquentiæ frugalitatem, vocem Græcam λιτότητα videtur voluisse exprimere: siquidem illud dicendi genus, quod ἰσχνὸν passim appellatum fuit, alicubi λιτὸν etiam vocatum invenitur. Ceterum quod ad Demosth. attinet, Cicero quoque eum potissimum in exemplum affert, quo illam de Atttica tenuitate seu gracilitate opinionem refellat: non in eo tantum qui allatus fuit loco, sed etiam alibi. Nam in Oratore, hanc de illo sententiam ferentem audimus: Hoc nec gravior extitit quisquam, nec calidior, nec temperatior. Et paulo post de eodem, Quo ne Athenas quidem ipsas magis credo fuisse Atticas. Et tamen Lysiæ fuisse dissimillimum, cum alibi tum in hoc Bruti loco testatur. Atticos, inquit, volo imitari. Quos? nec enim est unum genus; nam quid est tam dissimile quam Demosthenes et Lysias? quam idem et Hyperides? quam omnium horum Æschines? Denique Atticis propriam maxime fuisse tenuitatem A seu subtilitatem ubique fatetur. Atque hanc, quam a Fabio Gracilitatem dici modo vidimus, Exilitatem quoque appellat, veluti cum Brutum inducit dicentem, Atticum se Calvus noster dici oratorem volebat: inde erat ista exilitas, quam ille de industria consectabatur. Et aliquanto post, Exiliter et Anguste copulat: Quare si anguste et exiliter dicere, est Atticorum, etc. Quin etiam hoc vocat Summisse dicere, ut antea ostendi, cum docerem hoc quoque adverbio declarari quod Græci ἰσχνῶς appellant: non tamen ita intelligens quasi hoc Latinum illi Græco in eodem metaphoræ genere respondeat: alioqui certe ταπεινῶς dixissem, sicut et ὑψηλῶς de altero illo Elate. Ceterum vocabulis illis non contentus, et quiddam etiam tenuitate tenuius, ut ita loquar, significare volens, jejunitatem appellat, nec non siccitatem et inopiam: scribens in Bruto, Sin autem jejunitatem et siccitatem et inopiam (dummodo sit polita, dum urbana, dum elegans,) in Attico genere ponit, hoc recte duntaxat; sed quia sunt in Atticis alia meliora, videat ne ignoret et gradus et dissimilitudines, et vim et varietatem Atticorum. Sic autem et in loco qui allatus ex eo fuit in fine paginæ præcedentis, adverbio Sicce hac ipsa de re usus est, et quidem ei Integre adjungens. Ibid. Integritatem dicit: eademque signif. huic nomini dederat antequam Jejunitatis et Siccitatis atque Inopiæ vocabulis uteretur. Dixerat enim, Nam si quis eos, qui nec inepte dicunt, nec odiose, nec putide, Attice putat dicere, is recte nisi Atticum probat neminem. Insulsitatem enim et insolentiam, tanquam insaniam quandam orationis, odit, sanitatem autem et integritatem, quasi religionem et verecundiam oratoris probat: hæc omnium debet oratorum eadem esse sententia. Sic voce Incorruptum significare videtur i. q. Integrum, in Oratore, ubi dicit Atheniensium semper fuisse prudens sincerumque judicium, nihil ut possent nisi incorruptum audire et elegans. Quibus subjungit, Eorum religioni cum serviret orator, nullum verbum insolens, nullum odiosum ponere audebat. Ubi observa, quod dicit Demosthenem suorum religioni servisse, convenire cum ea verecundia et religione, cujus mentionem facit in loco quem proxime attuli.

Cum autem ex his Ciceronis et Fabii locis satis patere possit quod dicendi genus, vulgus esse putaret Atticum, quæ contra Ciceronis de illo sententia esset, plures, quamvis in promptu habeam, non addam. Sed potius unum ex Ciceronianis quos attuli, simulque quendam quem afferam, mecum examinare lectorem jubeo. Is quem attuli, est hic, circa hujus Capitis initium, ex Oratore [c. 9]: Putant enim, qui horride inculteque dicat, modo id eleganter enucleateque faciat, eum solum Attice dicere. Errant, quod solum; quod Attice, non falluntur. Hic enim merito dubitaturus esse quispiam videtur, quomodo qui horride et inculte dicat, eleganter enucleateque id facere possit. Quid si igitur priora quidem illa duo de ipsis verbis accipiantur, altera vero duo ad sententias ipsas referantur? Alioqui priora ad sermonem horridum et incultum, posteriora ad verborum aptam collocationem et quandam in tota orationis structura concinnitatem videri queant pertinere. Potest enim horridus esse ejus sermo, i. e. horrida quædam verba habere, (qualia videbantur ea potissimum quæ prisca erant,) qui tamen alioqui apte dicat, et quidem ita ut ab Atticorum regula minime absit: ut de quibusdam Asiaticis oratoribus loquitur in eodem opusculo. Quin etiam hæc ibidem leguntur, Quantum autem sit apte dicere, experiri licet, si aut compositi oratoris bene structam collocationem dissolvas permutatione verborum; corrumpetur enim tota res, etc. Aliquanto post, Videsne ut ordine verborum paulum commutato, iisdem tamen verbis stante sententia, ad nihilum omnia recidant, cum sint ex aptis dissoluta? aut, si alicujus inconditi arripias dissipatam aliquam sententiam, eamque ordine verborum paulum commutato, in quadam redigas, efficiatur aptum illud, quod fuerat antea diffluens ac solutum? Ex illis autem vitiis quod maximum est, (aut certe quod non est

minimum,) in Hegesia bis reprehenderat in superioribus, cum diceret, eum, dum imitari vult Lysiam, incidere particulas; neque minus sententiis peccare quam verbis. Ceterum cum voci Eleganter addit Enucleate, ad illam perspicuitatem respicere videtur quæ elegantis structuræ orationis comes esse solet. Possumus etiam fortasse illa verba, Modo id elegan-ter enucleateque faciat, ita accipere quasi dixisset, Modo nihil habeat insolens aut ineptum : sicut ipsum Lysiam inornatum esse, sed nihil insolens aut ineptum habere dicit. At de Hegesia contra, peccante in illis quæ diximus, (cum tamen imitari Lysiam vellet,) Ut non quærat, (inquit,) quem appellet ineptum qui illum cognoverit. Et de illo quidem loco ita sentio. Ille alter, quem allaturum me sum pollicitus, est hic ex eod. libro [c. 67] : Quam (numerosam comprehensionem) perverse fugiens Hegesias, dum ille quoque imitari Lysiam vult, alterum pene Demosthenem, saltat, incidens particulas. Quomodo enim Cicero Lysiam dicere potest esse alterum pene Demosthenem, cum alibi (in eo nimirum qui recitatus a me fuit loco, ex Bruto,) nihil tam dissimile quam Demosthenem et Lysiam esse scribat? An eum hac in re sibi non constare dicemus? Imo vero vel tacente Cicerone manifestum cuilibet esse potest magnum quod est inter Lysiam et Demosthenem discrimen : adeo ut Lysiam, alterum pene Demosthenem appellasse credi non possit quin simul judicio destitutus fuisse credatur. Ego certe aliquando locum non satis integrum esse suspicatus sum, atque ob aliqua verba, quæ omissa essent, ad Lysiam referri, quæ Cicero de Hegesia dixisset : eum sc. non tantum imitari Lysiam, sed etiam alterum pene Demosthenem velle haberi. Verum doctissimus quidam vir et acutissimo judicio præditus, a me hoc de loco consultus, in interpunctione errorem latere censuit : qua sublata intelligendum esse, dici Hegesiam, translatione ab histrionibus sumpta, alterum pene Demosthenem saltare, i. e. inepta imitatione studere illum repræsentare. Postea autem comperi et Sebastianum Corradum suo in Brutum Commentario, hunc l. ita afferre, ut dicatur Hegesias, dum imitari Lysiam vult, alterum pene saltare Demosthenem.

Jam vero cum in iis, quæ de Attico dicendi genere habuimus, Oratorum duntaxat fiat mentio, quæri merito possit an Comicos alio quam eo usos fuisse putandum sit. Ad me quidem certe quod attinet, nunquam hoc mihi persuaserim : neque Fabius in ea opinione fuisse videtur, quippe qui 12, 10, cum dixisset, Neque enim si tenuiora hæc ac pressiora Græci melius, in eoque vincimur solo, subjungit, Et ideo in comœdiis non contendimus. Quæ enim tenuiora ac pressiora dicit, ea esse ad Atticum dicendi genus referenda, ex hoc Ejusdem loco apparet, 10, 1 : Alii pressa demum et tenuia, et quæ minimum ab usu quotidiano recedant, sana et vere Attica putant. Quin etiam alibi cum Latinos in comœdia maxime claudicare fassus fuisset, paucis interjectis, Vix levem, inquit, consequimur umbram : adeo ut mihi sermo ipse Romanus non recipere videatur illam solis concessam Atticis venerem : quando eam ne Græci quidem in alio genere linguæ obtinuerint. Vinci autem Romanum sermonem ab Attico fatetur et alibi. Siquidem legimus l. 12, Quare qui a Latinis exigit illam gratiam sermonis Attici, det mihi in loquendo eandem jucunditatem, et parem copiam. Ac non ita longo intervallo hæc præcedunt, Latina mihi facundia ut inventione, dispositione, consilio, ceterisque hujus generis artibus similis Græcæ ac prorsus discipula ejus videtur, ita circa rationem eloquendi vix habere imitationis locum. Idem in fine l. 10 : Non tamen mirabor Latinos magis indulsisse compositioni quam Atticos, quamvis minus in verbis habeant varietatis et gratiæ. Et tamen scribit eodem l., Oratores vero vel præcipue Latinam eloquentiam parem facere Græcæ possunt. Si igitur Græcis Comicis potius quam Oratoribus Latini cedunt, quomodo Græcorum Comœdias Atticum dicendi genus habere negabimus? Equidem qui in Aristophane (ut de ceteris nunc ta-

A ceam) Atticum dicendi genus non perspiciet, is merito cæcutire dicetur. Sed Atticum dicendi genus simpliciter nunc Atticam ἰσχνότητα appello, potius ad illam Attici sermonis venerem, cujus paulo ante facta fuit mentio, quam ad eloquentiam referens. Alioqui certe late fuerit extendendum eloquentiæ nomen : ut extenditur a M. Tullio, cum in Oratore scribit, Sejunctus igitur orator a philosophorum eloquentia, a sophistarum, ab historicorum, a poetarum, explicandus est nobis qualis futurus sit. Sic quoque Fabius late extendit, cum omnem eloquentiam habere aliquid commune scribit. Dixerat enim, Id quoque vitandum, (in quo magna pars erat,) ne in oratione poetas nobis et historicos, in illorum operibus oratores aut declamatores imitandos putemus. Sua cuique proposita lex, suus decor : nec comœdia in cothurnos assurgit, nec contra tragœdia socco ingreditur. Equidem si verum esset quod nonnulli (teste eodem Fabio) censuerunt, nimirum nullam esse naturalem eloquentiam, nisi quæ sit sermoni quotidiano simillima, quo cum amicis, conjugibus, liberis, servis, B loquimur, contenti promere animi voluntatem : hanc laudem sola comœdia mereri jure optimo dici posset; nam apud Comicos, nisi quod versiculi sunt, nihil est aliud quotidiani dissimile sermonis, ut scribit in suo Oratore Cicero. Ac de Comicis hactenus : ex iis autem quæ hic de illis, deque variis eloquentiæ velut formis dicta fuerunt, colligi poterit quid de philosophis quoque et historicis, quod attinet ad genus dicendi Atticum, judicare oporteat.

Duo addam, antequam ad alteram hujus Capitis partem veniam : quorum unum est, quamvis Fabius Latinum sermonem ab Attico vinci fateatur, in iis quos attuli ex eo locis, fuisse tamen et ex Latinis s. Romanis oratoribus qui Attici vocarentur. Legimus enim apud eum, l. 12, Non Scipio, Lælius, Cato, in eloquendo velut Attici Romanorum fuerunt? Cicero autem de Calvo, non velut Atticum, sed plane Atticum eum suo judicio fuisse, vel potius dici voluisse, C tradit : scribens, in Bruto, vel potius inducens Brutum dicentem, Atticum se Calvus noster dici oratorem volebat : inde erat ista exilitas, quam ille de industria consectabatur. Ubi observa hunc quoque oratorem in Attico dicendi genere præcipuam laudem esse putasse τῆς ἰσχνότητος, cum Cicero scribat, eum, quod se Atticum oratorem dici vellet, exilitatem consectatum fuisse. Fabio tamen aliud quiddam esse Exilitas quam Tenuitas s. Gracilitas, cum eos, qui sunt exiles, in illorum numero ponat, qui in pejus declinarint : scribens 10, 2, Et cum iis felicissime cessit imitatio qui verbis atque numeris sunt non multum differentes, vim dicendi atque inventionis non assequuntur; sed plerumque declinant in pejus, et proxima virtutibus vitia comprehendunt, fiuntque pro grandibus tumidi, pro pressis exiles, etc.

Alterum, quod additurum me dixi antequam ad alteram hujus Capitis partem transirem, est discrimen Atticorum oratorum ab Asiaticis, s. Asianis, et Rhodiis : de quibus cum a Cicerone et Fabio multa dicantur, incipiam ab eo Fabii loco, quo de origine D Asiatici generis dicendi disserit, 12, 10 : Et antiqua quidem illa divisio inter Asianos atque Atticos fuit, cum hi, pressi et integri, contra inflati illi et inanes haberentur : et in his nihil superflueret, illis judicium maxime ac modus deesset. Quod quidam (quorum et Santra est) hoc putant accidisse, quod paulatim sermone Græco in proximas Asiæ civitates influente, nondum satis periti loquendi, facundiam concupierint, ideoque ea, quæ proprie signari poterant, circuitu cœperint enuntiare, ac deinde in eo perseverarint. Mihi autem orationis differentiam fecisse et dicentium et audientium naturæ videntur, quod Attici limati quidem et emuncti nihil inane aut redundans ferebant : Asiana gens, tumidior alioqui et jactantior, vaniore etiam dicendi gloria inflata est. Tertium mox, qui hæc videbant, adjecerunt genus, Rhodium : quod velut medium esse atque ex utroque mistum volunt. Neque enim Attice pressi, neque Asiane sunt abundantes : ut aliquid habere

videantur gentis, aliquid auctoris. Æschines enim, A qui hunc exilio delegerat locum, intulit eo studia Athenarum, quæ, velut sata quædam cœlo terraque degenerant, saporem illum Atticum peregrino miscuerunt. Lenti ergo quidem ac remissi, non sine pondere tamen : neque fontibus puris, neque torrentibus turbidis, sed lenibus stagnis similes habentur. Nemo igitur dubitarit longe esse optimum genus Atticorum. In quo etc. Idem Fabius de M. Tullio scribit, Quem tamen et suorum homines temporum incessere audebant ut tumidiorem et Asianum et redundantem, et in repetitionibus nimium, etc. Cicero quoque Asiaticorum et Rhodiorum ita meminit ut multo magis Rhodios probet. Scribit enim in Bruto, At vero extra Græciam magna dicendi studia fuerunt, maximique huic laudi habiti honores illustre Oratorum nomen reddiderunt. Nam ut semel ex Piræeo eloquentia evecta est, omnes peragravit insulas, atque ita peregrinata tota Asia est, ut se externis oblineret moribus, omnemque illam Atticæ dictionis quasi sanitatem perderet, ac loqui pene dedisceret. Hinc Asiatici oratores, non contemnendi illi quidem nec celeritate, nec copia; sed parum pressi, et nimis redundantes : Rhodii, saniores, et Atticorum similiores. Legimus apud Eundem in Oratore, Itaque Caria, et Phrygia, et Mysia, quod minime politæ minimeque elegantes sunt, asciverunt aptum suis auribus opimum quoddam et tanquam adipatum dictionis genus : quod eorum vicini, non ita lato interjecto mari, Rhodii nunquam probarunt, Græci autem multo minus, Athenienses vero funditus repudiarunt : quorum semper etc. In alio ejusdem libri loco legimus, Quonam igitur modo audiretur Mysus aut Phryx Athenis, cum etiam Demosthenes exagitetur ut putidus? Cum vero inclinata ululantique voce, more Asiatico, canere cœpisset, quis eum ferret? at quis potius non juberet auferri? De iisdem hæc in eodem l. scribit, Apud alios autem, et Asiaticos maxime numero servientes, inculcata reperias inania quædam verba, quasi complementa numerorum. Quin etiam in opusculo de Optimo Genere Oratorum ista leguntur : Eos imitemur, si possumus : sin minus, illos potius qui incorrupta sanitate sunt, (quod est proprium Atticorum,) quam eos quorum vitiosa abundantia est : quales Asia multos tulit. Idem in Bruto Asiaticæ dictionis genera duo constituit, scribens, Sed si quærimus cur adolescens magis floruerit dicendo quam senior Hortensius, causas reperiemus verissimas duas : primum quod genus erat orationis Asiaticum, adolescentiæ magis concessum quam senectuti. Genera autem Asiaticæ dictionis duo sunt : unum, sententiosum et argutum, sententiis non tam gravibus et severis, quam concinnis et venustis : qualis in historia Timæus, in dicendo autem pueris nobis Hierocles Alabandeus, magis etiam Menecles frater ejus fuit : quorum utriusque orationes sunt in primis, ut Asiatico in genere, laudabiles. Aliud autem genus est non tam sententiis frequentatum, quam verbis volucre atque incitatum : quali est nunc Asia tota : nec flumine solum orationis, sed etiam exornato et faceto genere verborum : in quo fuit Æschylus Cnidius, et meus æqualis Milesius D Æschines. In iis erat admirabilis orationis cursus, ornata sententiarum concinnitas non erat. Hæc autem, ut dixi, genera dicendi aptiora sunt adolescentibus, in senibus gravitatem non habent. Hæc ibi Cicero. Meminit autem illorum Asiaticorum fratrum et alibi, nimirum De orat. 2 : Ut hodie Alabandensem illum Meneclem et ejus fratrem Hieroclem (quos ego audivi) tota imitatur Asia : sic semper etc. Alibi autem eos Asiaticorum rhetorum principes vocat : addens etiam, sua sententia minime esse contemnendos. Siculorum etiam oratorum meminit Cic. in suo Oratore : Sunt etiam, inquit, qui illo vitio, quod ab Hegesia maxime fluxit, infringendis concidendisque numeris in quoddam genus abjectum incidant, Siculorum simillimum. Eorum, sicut et Byzantiorum, meminit et l. 2 De oratore : Inveni autem ridicula et falsa multa Græcorum; nam et Siculi in eo genere et Rhodii et Byzantii et præter ceteros Attici excellunt. Videtur enim hic quoque de oratoribus intelligere.

Ad alteram autem hujus Capitis partem (i. e. quam huic Capiti promisi) ut tandem veniam, videndum est qualia fuerint illa scripta, quæ Atticum thymum redolere, aut πῖνον s. μυκτῆρα Atticum habere dicuntur. Ut igitur περὶ τοῦ θύμου et περὶ τοῦ πίνου prius dicam, (nam τῷ μυκτῆρι minus affinitatis est cum istis,) non dubito quin horum utroque Atticum dicendi genus s. Atticam eloquentiam significarent; sed eam quæ nativa esset, nihilque nisi domo petitum, nihil aliunde accersitum haberet, et ab omni affectatione aut etiam affectationis suspicione longissime abesset. Verum cum Thymum dicebant, ad gratiam et jucunditatem quæ tali eloquentiæ inerat respexisse, simulque πρὸς τὸ αὐτοφυὲς, (perinde ac si Hymettii mellis dulcedinem resipere eam dixissent,) at cum πίνου mentionem faciebant, Horridam et incultam simplicitatem quæ illi vetusto dicendi generi inerat, tanquam situ vetustatis obsitam, voluisse exprimere videntur. Atque hæc de istorum verborum significatione dixisse B contentus, ad exempla veniam. Lucianus igitur quendam ineptum Thucydidis imitatorem deridens, scribit in libello quo docet Πῶς δεῖ ἱστορίαν συγγράφειν [c. 15], Ἕτερος δὲ, Θουκυδίδου ζηλωτὴς ἄκρος, οἷος εὖ μάλα τῷ ἀρχετύπῳ εἰκασμένος, καὶ τὴν ἀρχὴν ὡς ἐκεῖνος, σὺν τῷ ἑαυτοῦ ὀνόματι ἤρξατο χαριεστάτην ἀρχῶν ἁπασῶν, καὶ θύμου τοῦ Ἀττικοῦ ἀποπνέουσαν. Qui locus, quamvis illa verba θύμου τοῦ Ἀττικοῦ ἀποπνέουσαν per ironiam dicta habeat, meam tamen expositionem aperte confirmare videtur. Sic Quintil. 12, 10 : Quid est igitur quod in iis demum, qui tenui venula per calculos fluunt, Atticum saporem putent? ibi demum thymum redolere dicant? Scripserat autem aliquanto ante, Æschines enim, qui hunc exilio delegerat locum, intulit eo studia Athenarum : quæ, velut sata quædam cœlo terraque degenerant, saporem illum Atticum peregrino miscuerunt. At Cicero Redolere sine adjectione dixit, quamvis idem fortasse declarare volens, cum in Bruto scribit de Phalereo Demetrio, Mihi quidem ex illius orationibus redolere ipsæ Athenæ videntur. C

Vox autem illa πῖνος, de qua nunc dicendum est, Dionysio H. est frequens : qui etiam alicubi χνοῦν ei addit : et quod uno in loco πῖνον καὶ χνοῦν τὸν τῆς ἀρχαιότητος appellat, in altero χνοῦν ἀρχαιοπινῆ vocat. Utrumque autem locum cum attulerim initio hujus Capitis agens de Attica lingua veteri, eo te remittendum putavi, ac monendum duntaxat, ut in posteriori considerares, verbis illis χνοῦς ἀρχαιοπινὴς, addi χάρις ἀβίαστος. Sic usus est Damascius apud Suid. : Ὁ δὲ ἦν καὶ λέγειν ἱκανὸς, οὐ τοὺς νεωτέρους ἐκμιμησάμενος σοφιστὰς, ἀλλὰ πρὸς τὸν ἀρχαῖον πῖνον τῆς λογογραφίας ἁμιλλώμενος. Ciceronem quoque vocabulo isto tanquam aptissimo uti videmus in Ep. ad Att., nec non participio verbi passivi ex eo deducti. Legimus enim 14, 7 : A Cicerone mihi literæ sane πεπινωμέναι, et bene longæ. Cetera autem vel fingi possunt : πῖνος literarum significat doctiorem. Sed pro πεπινωμέναι in quibusdam exempll. perperam scriptum est πεπυκνωμέναι. Quod vel ex adverbio πεπινωμένως probari potest, quo in sequente libro utitur, nimirum 16, 15 : Tandem a Cicerone tabellarius, et mehercule literæ πεπινωμένως scriptæ : quod ipsum προκοπὴν aliquam significaret.

Μυκτὴρ autem Atticus iis scriptis, ut opinor, inesse dicebatur aut iis verbis quæ aliquam δριμύτητα haberent. Lucianus Πρὸς τὸν εἰπόντα, Προμηθεὺς εἶ ἐν λόγοις, in principio : Εἰ δὲ ὑπερεπαιγῶν τοὺς λόγους ὡς δῆθεν εὐμηχάνους ὄντας, τὸν σοφώτατον τῶν Τιτάνων ἐπιφημίζεις αὐτοῖς, ὅρα μή τις εἰρωνείαν φῇ καὶ μυκτῆρα οἷον τὸν Ἀττικὸν προσεῖναι τῷ ἐπαίνῳ· non multo post, Καὶ εἴγε σοὶ τοῦτο βούλεται εἶναι ὁ Προμηθεὺς, πάνυ εὐστόχως ἀποτετόξευται καὶ ἐς τὴν Ἀττικὴν δριμύτητα τῶν σκωμμάτων. At vero Longinus Hyperidi tribuit μυκτῆρα πολιτικώτατον. Neque tamen μυκτὴρ Atticis tantum, sed aliis quoque scriptoribus tribuitur. Atque adeo ut Longinus Hyperidi μυκτῆρα πολιτικώτατον inesse dicit, ita Plutarch. Herodoto μυκτῆρα πολιτι-

χόν. Ceterum ille Luciani locus, quo εἰρωνείαν et μυκτῆρα Ἀττικὸν conjungit, in memoriam mihi revocat quod a Polluce scribitur, nimirum μυκτῆρα vocatum fuisse τὸν εἴρωνα. Atque adeo id convenit cum ea signif. quam habet verbum μυκτηρίζειν, cum sc. ponitur pro Subsannare, sicut Latine Ovid. Suspendere [naso]. Sed de his plura meus Gr. L. Thes. docere po- A terit. Omittendum certe non est, Fabium itidem Atticos appellasse Emunctos, 12, 10. Est alioqui Latinis frequentius Emunctæ naris homo quam Emunctus. Horat. de Lucilio : Emunctæ naris, durus componere versus. De Eodem Plinius in sua Præfatione, Qui primus condidit stili nasum. Notum autem esse potest et illud Martialis, Nasutus sis usque licet, sis denique nasus.

CAPUT XXI.

ATTICISTÆ POTIUS QUAM ATTICI,

QUI SCRIPTORES VOCARI DEBEANT.

In quæstione valde odiosa me hic versaturum esse scio, sed quam tamen nisi tractaro, minime officio meo vel potius instituto satisfecero. Videndum est enim quinam scriptores Ἀττικισταὶ appellari, minimeque Ἀττικῶν nomine digni haberi debeant. Ubi certe non tam eos, qui Atticistæ vocandi sunt, exauctorare, quam Atticis auctoritatem suam conservare volo. Ac primum de injuria querendum est, quæ fit Atticis, cum Atticistæ vocantur : non minor certe quam si quis Platonem, summum omnium consensu philosophum, Philosophastrum appellaret. Ex iis autem qui hanc injuriam illis faciunt, esse et nostrum Corinthum antea ostendi : quem errorem (sic enim appellanda est illa injuria) in eo, multo magis quam in illis qui Ἀττικῶν ὀνομάτων ἐκλογὰς nobis dederunt, miror. Quinam igitur sunt Atticistæ? qui non Attici sunt, sed Atticorum, quibus successerunt, imi- C tatores. Hoc in numero sunt, (ex iis quidem quorum aliqua scripta nostras ad manus pervenerunt,) Aristides, Lucianus, Philostratus, Synesius; jam enim τοὺς κορυφαίους enumerare contentus ero : et ita quidem ut ea quæ dicturus sum, non tam de Luciano quam de reliquis tribus intelligi velim. Quæ autem illa sunt? an eos non satis Attice loqui? imo vero nimis Attice : vel potius, ideo non satis Attice loqui quod nimium Attice loquantur. Hic enim meminisse oportet eorum quæ a Quintil. scribuntur, 8, 1 : Multos enim, quibus loquendi ratio non desit, invenias : quos curiose potius loqui dixeris quam Latine. Quomodo et illa Attica anus Theophrastum, hominem alioqui disertissimum, annotata unius affectatione verbi hospitem dixit : nec alio se id deprehendisse interrogata respondit, quam quod nimium Attice loqueretur. Neque tamen hunc ita in exemplum affero, quasi in eodem illos gradu ponendos esse, atque hunc pari affectationis vitio laborasse existimem; (quomodo enim illos huic comparare audeam, in quo tam D divinus eloquendi nitor fuisse perhibetur, ut ex eo nomen quoque traxisse dicatur?) sed contra lectores hoc secum reputare velim, si Theophrastus eo sæculo quo lingua Græca velut in ætatis suæ flore erat, et in ea urbe ubi multo magis quam alibi usquam Græca eloquentia vigebat, in affectationem reprehensione dignam incidit : quam multa esse in illis quos dixi scriptoribus, senescentem Græcam linguam nactis, existimandum sit, quæ Lysias, Demosthenes, Æschines, Hyperides, ceterique, si reviviscerent, ineptæ affectationis accusarent. Equidem vel ipse Theophrastus, ut ab anu illa reprehensus fuit, ita vicissim illorum in plerisque reprehensor esse posset. Quod si ne ii quidem omnes qui Attici fuerunt, et Atticæ linguæ alumni, ad πῖνον illum, de quo antea dictum fuit, pervenerunt, quam procul ab eo abfuisse recentiores illos putare debemus? Si enim nos, qui peregrini omnino sumus, et vix tenuem germanæ et inaffectatæ B Atticorum eloquentiæ gustum habemus, affectationem tamen in quibusdam illorum locis animadvertimus, quam multa veteres illos animadvertere posse credemus? Nimirum quantum est discriminis inter feminam naturæ dotibus nativoque decore formosam, et eam quæ mercato cultu (ut Propertianis utar verbis) pulcra est, aut saltem quæ formam alioqui mediocrem pigmentis et fucis adjuvat, tantum Atticistas illos ab Atticis differre, primo statim aspectu deprehenderent. Usque adeo magnum est vitium, (et a quo tamen cavere difficillimum,) affectatio, et ambitiosa eloquentiæ ostentatio. Laudandus sane Quintil., quod ab ea passim nos deterreat. Verba, inquit, a vetustate repetita, non solum magnos assertores habent, sed etiam afferunt orationi majestatem aliquam, non sine delectatione. Et paucis interjectis, Sed opus est modo, ut neque crebra sint hæc, neque manifesta : quia nihil est odiosius affectatione. Quod autem de verbis a vetustate repetitis hic Quintil. scribit, de aliis quoque omnibus orationis ornamentis persuasum nobis esse debet. Denique quanta sit orationis virtus, dicendi genus affectatione carens, vel ex ea laude, quam Xenophonteæ elocutioni tribuit, perspicere possumus : Quid ego commemorem Xenophontis jucunditatem illam inaffectatam, sed quam nulla possit affectatio consequi? ut ipsæ finxisse sermonem Gratiæ videantur. Nimirum hæc inaffectata jucunditas, est illa χάρις ἀβίαστος, cujus antea facta fuit mentio. Adhibet quidem certe et Xenoph. orationi suæ varia ornamenta, sed modum tenere, et locorum, qui ea poscunt, rationem habere novit. Idem et ceteri scriptores antiqui faciunt, illi proverbiali præcepto parentes, Τῇ χειρὶ σπεῖρε, ἀλλὰ μὴ ὅλῳ τῷ θυλάκῳ. Ita pigmentis utere, ut pyxides ipsas effundere velle non videaris. Quemadmodum enim non bene olere dictus est, qui semper bene olebat, ita fortassis inelegans dici potest, qui semper elegantias curiose consectatur. Nam ut ille odore externo naturalem tegere volebat, ita naturali eloquentiæ diffidere videtur, vel potius nullam a natura habere, cujus ubique artificiosus est sermo; præsertim si anxium quoddam artificium in eo appareat. Illud igitur Ovidii præceptum in mentem nobis semper veniat, Quæ latet ars prodest : alio quidem apud eum spectans, sed non minus huc pertinens. Eatenus enim arte utendum est quoad artem perspicere nemo, at certe non quilibet, possit. Eademque fortassis lege possumus interdum aliquid affectationis nobis permittere. Nam et ipse Quintil., affectationis acerrimus alioqui reprehensor, scribit l. 12, Quapropter ne illis quidem nimium repugno, qui dandum putant nonnihil esse temporibus atque auribus, nitidius aliquid atque affectatius postulantibus. At contra minime cautionem illam adhibuisse, nullumque prorsus modum tenuisse nonnullos in usurpandis certis quibus-

dam Atticorum vocabulis, sed ea temere inculcare solitos fuisse, ex iis quæ scripsi Capite XVIII patere omnibus potest.

Verum ut de inepta illa et crassa (ut ita loquar) affectatione taceam, potiusque aliquid de ea dicam, cujus exempla apud eos quos nominavi scriptores, Aristidem, Philostratum, Synesium, inveniri queunt; diversa ejus esse genera sciendum est. Ac primum alii in nimia nimisque curiosa certi cujuspiam scriptoris imitatione affectationem suam produnt, alii velut flosculos ex variis decerptos inculcant: deinde sunt qui rara potissimum vocabula aut loquendi genera consectantur: (sicut nonnullis ea magis placent, quibus vix semel atque iterum usus esse comperitur Cicero, quam ea quorum usum apud eum frequentem esse scimus:) sunt contra qui vocab. aliquod aut loquendi genus, quod frequentissimum apud aliquem scriptorem est, frequentissime et ipsi usurpant: sicut Quintil. de Cicerone loquens, Noveram, inquit, quosdam qui se pulcre expressisse genus illud cœlestis hujus in dicendo viri sibi viderentur, si in clausula posuissent, Esse videatur. De hujusmodi autem imitatoribus κακοζηλίαν dixerunt Græci; nam κακοζηλία, ut docet Lucianus, est eorum qui ὑπερβαίνουσι τὸ μέτρον τῆς μιμήσεως, καὶ πέρα τοῦ δέοντος ἐπιτείνουσι. Quintil. 8, 3, κακόζηλον vocat: scribens, Κακόζηλον, i. e. Mala affectatio, per omne dicendi genus peccat; nam et tumida et exilia, et prædulcia, et abundantia, et arcessita, et exultantia sub idem nomen cadunt. Denique κακόζηλον vocatur Quicquid est ultra virtutem: quoties ingenium judicio caret, et specie boni fallitur: omnium in eloquentia vitiorum pessimum; nam cetera cum vitentur, hoc petitur: est autem totum in elocutione. Nam rerum vitia sunt, stultum, commune, etc. Animadvertendum certe est, eum affectationis significationem initio hujus loci latius extendisse, nimirum ad imitationem usque. Fuisse porro illam vocem Græcam non valde antiquam, ex libello Περὶ ἑρμηνείας, qui falso Demetrio Phalereo ascribitur, nec non ex Longino discimus. Quin etiam Lucianus, in eo cujus mentionem feci loco, dicit, ἡ ὑπὸ πολλῶν λεγομένη κακοζηλία. Cicero Putidum appellare id videtur, in quo κακοζηλία deprehenditur. Atque ad hanc pertinere arbitror, quod de ineptis quibusdam Thucydidis imitatoribus dicit, in Oratore, Hujus tamen nemo neque verborum neque sententiarum gravitatem imitatur; sed cum mutila quædam et hiantia locuti sunt, (quæ vel sine magistro facere potuerunt,) germanos se putant esse Thucydidas (vel Thucydidis, ut in aliis exempll. legitur). Sed enim valde diversa circa imitationem esse judicia sciendum est, atque interdum quod uni placet, alteri displicere. Observavi enim, illum, cui Demetrii Phalerei nomen tribuitur, nec non Longinum quædam reprehendere, quæ, aut certe quibus similia apud magnæ auctoritatis scriptores inveniri possunt. Atque ut aliquod etiam exemplum insigne illius judiciorum discrepantiæ proferam, quod in Timæo reprehendit et irridet Longinus, nimirum quod Xenophontis dictum tanquam egregium stulte imitans, (quamvis in iis quæ extant hujus exempll. alia sit quam apud Longinum lectio,) dixerit, Ὅ τίς ἂν ἐποίησεν, ἐν ὀφθαλμοῖς κόρας, μὴ πόρνας, ἔχων; Contra enim videmus Plutarcho placere eandem oratoris cujusdam imitationem: qui nimirum eodem modo dixerit de homine impudente, eum in oculis non habere κόρας, sed πόρνας. Nimirum quod κακοζηλίαν Longinus esse putat, Plutarchus εὐζηλίαν judicasse videtur. Sed de his alius erit dicendi locus. Nunc autem ut ad tres illos quos nominavi redeam, in affectatione peccantes, cum, ut diversa sunt affectationis genera, (potius autem de ea loquor quæ versatur circa verba, quam de ea quæ est in rebus, s. in sententiis,) ita diversa extent apud eos quos proposui exempla: ap. Philostr. tamen, (utpote καινοπρεπείας amatorem supramodum,) plura quam apud ceteros me invenisse, docebo in Thesauri Corollario. Atque ut apud illum plura quam apud ceteros affectationis exempla extare dico, sic ap. Lucian. pauciora. Quid pauciora dico? Imo vero an ulla reperiantur, (nisi ubi suum Lexiphanem vel aliquem alium, cujus sermonem risus gratia profert, loquentem inducit,) dubitare me fateor: et Ἀττικιστὴν quidem ipsum quoque, si ad ejus sæculum respiciamus, esse appellandum: sin ad genus dicendi, Atticum vocari posse arbitror. De quo hic adderem nonnulla, nisi et aliqua jam in superioribus dixissem, et in ejus Operum editione aptiorem plura dicendi occasionem habiturum me sperarem. Neque tamen vel ex iis quorum mentionem feci Atticistis, vel ex ceteris quenquam exauctorare, ut præmonui, propositum mihi est, sed tantum auctoritatem suam Atticis hac comparatione conservare.

FINIS.

DE GRÆCÆ LINGUÆ DIALECTIS,

EX SCRIPTIS JOANNIS GRAMMATICI,

QUÆ *TEXNIKA* FUERUNT INSCRIPTA.

Διάλεκτος est linguæ ἰδίωμα, i. e. Proprietas. Sunt autem dialecti quinque, Attica, Dorica, Æolica, Ionica, Communis. Et Attica quidem vocata est ab Atthide Cranai filia; Æolica vero, ab Æolo Hellenis filio; Dorica, a Doro Hellenis filio; Ionica, ab Ione filio Xuthi, qui fuit Hellenis et Creusæ Erechthei filiæ; Communis autem, quæ ex his quatuor constat. Habet autem unaquæque dialectus proprium idioma.

DE IONICA DIALECTO.

Ionica dialectus illa est, qua usi sunt Ioues : hæc autem illis antiqua esse videtur. Proprium illius est, pro α uti η, et circumflexas syllabas in duas partes dividere; et pro π, accipere κ : et pro aspiratis collisionibus tenues proferre; et e quibusdam dictionibus ι eximere.

Utuntur igitur η pro α : ut (cum dicunt) θύρην pro θύραν, et ἡμέρην pro ἡμέραν, et ὠφελείην pro ὠφέλειαν. Circumflexas autem syllabas in duo dividunt, cum pro ποιεῖν dicunt ποιέειν. Pro π, κ accipiunt; πῶς enim κῶς dicunt. Pro aspiratis synalœphis tenues proferunt, cum dicunt pro ἐφίππων ἐπίππων, et pro ἐφορᾷν ἐπορᾷν. Quibusdam dictionibus ι auferunt, pro πονεῖσθαι, πονέεσθαι dicentes. Dicta est autem Ionica ab Ione filio Apollinis et Creusæ Erechthei filiæ.

DE ATTICA DIALECTO.

Attica vero dialectus est, qua usi sunt Athenienses. Peculiare autem ipsius est, affatim uti contractionibus, et dictiones indivisim proferre. Præterea vero τ et ρ pro σ sumere : et υ pro ε : et σ pro ξ.

Contractionibus igitur abunde utuntur, cum dicunt θοιμάτιον pro τὸ ἱμάτιον, et φροίμιον pro προοίμιον. Indivisim vero nonnullas dictiones proferunt, cum dicunt πατρῷον pro πατρώϊον, et Νηρῇδα pro Νηρηίδα. Accipiunt præterea ρ et τ, pro σ : nam θάλασσαν efferunt θάλατταν, et πράσσειν, πράττειν. Rursus pro θαρσαλέως, ἄρσενα, θαῤῥαλέως, ἄῤῥενα dicunt. Pro ε sumunt υ, ut τοὔνδυμα, pro τὸ ἔνδυμα : τοὔγκλημα, pro τὸ ἔγκλημα : τοὔλαιον, pro τὸ ἔλαιον : τοὐπίσημον, pro τὸ ἐπίσημον : τοὔργον, pro τὸ ἔργον. Pro σ vero ξ usurpant, quando dicunt ξύμπας pro σύμπας : et ξυμφορὰν pro συμφοράν : et ξυνέηκεν pro συνέηκεν : et ξύμβολον pro σύμβολον : et ξυνθήκη pro συνθήκη. Vocata autem est Attica, quæ Atticorum est, ab Atthide Cranai filia.

DE DORICA DIALECTO.

Dorica autem vocata est dialectus, qua usi sunt Dores. Ejus proprium est, pro η, α uti : et pro ω, α : et pro femininis nominibus singularibus, plurales casus proferre; et pro ου diphthongo ω uti, et pro ει diphthongo υ assumere; et interdum pro θ, σ : et quibusdam dictionibus ι detrahere.

Pro η igitur α utuntur, cum dicunt ἅλιον pro ἥλιον, pro ἡμέραν, ἁμέραν : et pro ἡ Κύπρις, ἁ Κύπρις : et ἁδὺ, pro ἡδύ. Pro ω autem α utuntur, cum dicunt pro μουσῶν, μουσᾶν : pro θυρῶν, θυρᾶν. Pro singularibus autem femininis nominibus plurales casus proferunt, dicendo pro καλὴν καλὰς, σοφὴν σοφάς. Pro ου autem diphthongo ω utuntur, dicendo pro μούσας μώσας. Pro ει autem diphthongo η utuntur, cum dicunt pro ἰδεῖν, δραμεῖν, λαβεῖν : ἰδῆν, δραμῆν, λαβῆν. Sed et λάβεν [λαβέν etc.] pro λαβεῖν, et δράμεν pro δραμεῖν, et ἔλθεν pro ἐλθεῖν dicunt. Dorica autem appellata est a Doro Hellenis filio.

DE ÆOLICA DIALECTO.

Æolica autem dicitur dialectus, qua usi sunt Æoles. Proprium autem ipsius est acutas dictiones invertere, et quibusdam nominibus femininis accusativi casus ι addere; et aliquando pro υ, ω uti, et pro ο, ω : et incipientia a vocabulis tenuiter proferre; et pro ει diphthongo η ponere; et collocare in dictionibus ante ρ, β : pro gemino μμ, geminum ππ assumere.

Invertunt igitur acutas dictiones, pro ποταμὸς, πόταμος dicentes, et pro καλὸς, κάλος. Quibusdam autem nominibus femininis accusativi casus ι apponunt, ut cum dicunt pro καλὰς, καλαῖς : pro σοφὰς σοφαῖς. Pro ου vero ω utuntur, ut cum dicunt λιπῶσαι pro λιποῦσαι, et ἰδῶσαι pro ἰδοῦσαι, et λαλῶσαι pro λαλοῦσαι. Pro ο, ω utuntur, cum dicunt ὥμοιον pro ὅμοιον. Inchoantia vero a vocalibus, tenuiter proferunt, cum ἠμέρα attenuant, ἥλιος et ὑμεῖς. Pro ει autem diphthongo utuntur η, pro Κυθαίρειαν Κυθαίρηαν dicentes, et pro μαθεῖν et ἐλθεῖν, μαθῆν et ἐλθῆν. Ponunt in quibusdam dictionibus ante ρ, β : pro ῥόδα βρόδα dicentes, pro ῥάκη, βράκη. Pro gemino autem μμ geminum ππ accipiunt, τὰ ὄμματα, ὄππατα dicentes. Sunt et quædam, quæ peculiariter apud eos formantur; nam κατὰ pro μετὰ præpositione accipiunt. Aliquando et pro βουλὴν βωλὴν dicunt, et pro γῆν, γᾶν : et pro ἀγῶνα, ἄγωνον, ac pro Πρίαμον, Πέῤῥαμον. Appellata est Æolica lingua ab Æolo Hellenis filio.

DE COMMUNI DIALECTO.

Qui nolunt communem dialectum annumerare prædictis quatuor, hanc rationem afferunt. Neque enim ajunt habere proprium, sed sicut quadripharmaca vis e quatuor pharmacis constans, quadripharmacum dicitur, nihil proprii habens : sic et communis dialectus e quatuor conflata, non debet his annumerari. Ex iis autem qui communem dialectum

introducunt, alii dicunt quod omnibus immixta est dialectis ejusdem vocis, ut φίλος, νὺξ, et hujusmodi: alii inquiunt non habere formam, sed e variis dictionibus esse congregatam. Mutationes autem ipsius non inveniuntur. Ionica scripsit Homerus, Attica Aristophanes, Dorica Theocritus, Æolica Alcæus, communi Pindarus.

ALITER DE DIALECTIS.

Dialectus est dictio propriam formæ notam ostendens, vel dictio peculiarem vel communem ostendens notam. Dialecti autem sunt, si et Communem quis annumerarit, quinque, Ionica, Attica, Dorica, Æolica, Communis. Nam quinta propriam non habens notam, Communis nominata est, vel quia communiter omnium notis utitur, et ex quatuor constat; vel quia communiter ea omnes utuntur; vel quia eæ omnes ex hac tanquam subjecta incipiunt. Remittere autem oportet hanc quidem quasi ad regulam, reliquas vero ad proprietatem. Barbaras quidem certe, cum sint multæ, eæque comprehendi nequeant, non est facile tradere; atque adeo dicendæ non sunt dialecti, sed linguæ. At vero Hellenicas inde contigit appellari, quod cum Hellen Jovis quidem filius, cognomento autem Deucalio, loca per Græciam occupasset, omnes quidem contigit dici Hellenicas voces, sigillatim vero denominationes ab illius filiis accepisse. Dispersis enim iis in plura loca atque eandem vocem non amplius servantibus, sed cum locorum mutatione una vocem quoque mutantibus, accidit dialectos dici. A Doro ergo Deucalionis et Pyrrhæ filio, qui migrarunt in loca circa Parnassum et Asopum, Dores ab ipso appellari omnes contigit, et dialectum Doricam, qua valde utuntur Rhodii et Cretenses, et Peloponnesii, et Siculi, et Libyci, et antiquæ Epiri incolæ.

Ab Æolo autem Hellenis filio et Pyrrhæ, Æolica vocata est. Hic enim cum decem urbes condidisset, et regionem Æoliam, dialectum Æolicam nominavit.

Ionica autem ab Ione Xuthi filii Hellenis et Creusæ Erechthei filiæ vocata est. Hic enim linguam, quæ eadem atque Attica videbatur, cum commigrasset et condidisset tredecim urbes, a se Ionicam appellavit: urbes autem hæ sunt, Clazomenæ, Lebedus, Phocæa, Priene, Miletus, Mycale, Erythra, Titus, Samus, Colophon, Ephesus, Chius, Smyrna.

Attica autem vocata est, vel ab Atthide Cranai filia, (fuit autem is Atticæ rex,) vel eo quod ad litus esset, quasi ἀκτικῆτιν dixeris.

Intelligitur autem Dialectus trifariam: per totius nominis immutationem; per mutationem quæ est in parte quadam; per immutationem quæ est per accidens. Per totius nominis immutationem, ut cum Æoles muliebre indumentum καταγωγὴν vocant, Attici autem, ἀλευρότησιν, quod nos τηλίαν, et similia. Per immutationem quæ est in parte quadam, vel per Prosthesin, ut Æoles pro ῥόδα βρόδα dicunt, vel per Aphæresin, ut Dores φέρεν et λέγεν pro φέρειν et λέγειν efferunt, vel per Metathesin, ut pro ὄῖφρον dicunt ὀρίφον. At ex immutatione quæ est per accidens, vel in accentu, vel in spiritu, quem appellamus. In accentu, ut Attici quidem dicunt, ἱκάνω, ἵκανον: et ἐλαύνω, ἔλαυνον: Dores autem pro πάντως dicunt παντῶς, et οὐτῶς pro οὕτως: et similia, quæ dividimus per singularum dialectorum proprietates. In spiritu autem, ut Attici, quod apud nos tenuiter est, ipsi aspirate proferunt.

DE SINGULIS QUÆ ATTICÆ DIALECTO PROPRIA SUNT.

Attica Dialectus mutat σ, modo in τ, modo in ξ: nam pro θάλασσαν, θάλατταν dicit: et pro σεῦτλον, τεῦτλον: et pro συμφορὰν, ξυμφοράν: et pro σύμβολον, ξύμβολον. Vertunt autem σ in ξ, in præpositione σὺν, etiam seorsum.

Semper in εις plurales nominativos a masculinis in ευς factos, per η profert: ut γονῆς pro γονεῖς, et βασιλῆς pro βασιλεῖς.

In αος desinentia masculina antepen. vel ultima acuta, per εως profert, ut Μενέλεως pro Μενέλαος: et λεὼς pro λαός: et νεὼς pro ναός.

Dictionibus addit ιωτα: ut νυνὶ, οὑτοσὶ, τουτονὶ, πρινί: nos autem νῦν, οὗτος, τοῦτον, πρίν.

In ευς nomina, per ω in genitivo effert: ut Ἀριστεὺς, Ἀριστέως: simili modo, Πηλεὺς, Πηλέως.

Synalœphæ Atticorum sunt propriæ; ut τῷ ἐμῷ pro τῷ ἐμῷ: sic ἔρχομ' ἔχων pro ἔρχομαι ἔχων.

Ablationes literæ ιωτα Atticorum sunt propriæ, et Dorum, et Æolum; ut ἔταρον pro ἑταῖρον: et ἐς Χρύσαν, pro εἰς Χρύσαν.

Sumere vocativos pro nominativis Atticorum est proprium: ut νεφεληγερέτα Ζεὺς pro νεφεληγερέτης: et ἱππότα Νέστωρ pro ἱππότης: et εὐρυόπα Ζεὺς pro εὐρυόπης. Nominativi enim pro vocativis, et vocativi pro nominativis. Hæc autem solum Atheniensium figura.

Defectus partium orationis, Atticorum sunt, et Dorum, et Ionum: ut in κόπτων ἀμφοτέρῃσι, deest χερσίν.

Accipere accusativos casus pro genitivis, Atticorum est: ut, Μήτε σὺ τόνδ' ἀγαθὸς περ ἐὼν ἀποαίρεο κούρην, pro τούτου.

Semper passivis verbis pro activis utitur, ut γράφομαι pro γράφω: et ποιοῦμαι pro ποιῶ.

Item Atticorum est ποιείσθων et νοείσθων dicere pro ποιείτωσαν et νοείτωσαν.

In ως desinentia adverbia qualitatis, in ον terminat: nominibus enim pro adverbiis utitur, ut δέον et πρέπον, pro δεόντως et πρεπόντως.

In ονες desinentes nominativos comparativorum nominum in ους terminat: ut μείζους, et χείρους, et καλλίους, pro μείζονες, et χείρονες, et καλλίονες.

Synalœphis immodice utitur; nam pro τὸ ἱμάτιον, θοιμάτιον: et pro τὸ ἔλαιον, τοὔλαιον dicit.

Σ pro ρ utitur: nam pro θάῤῥος, θάρσος dicit: et pro θαῤῥαλέον, θαρσαλέον: et ἄρσεν, pro ἄῤῥεν.

Ου pro οε usurpat, cum dicit, τοὔνδυμα, et τοὔγκλημα, et τοῦπος: pro τὸ ἔνδυμα, et τὸ ἔγκλημα, et τὸ ἔπος.

Nominativis pro vocativis sæpe utitur, ut ὦ φίλος pro ὦ φίλε.

Superlativis pro comparativis sæpe utitur, ubi dicendum esset θηριωδέστερος πάντων, dicens θηριωδέστατος.

Η pro ε usurpat; vertit enim ε in η, velut cum dicit ἠδυνάμην, et ἠβουλόμην.

Attica Dialectus licet mutationes acceperit pro temporum varietate, tamen antiquam formam refert: nam dualibus videmus uti et Comicos poetas, et Atticos scriptores: dicentes τὼ πόδε, et τὼ χεῖρε, et νὴ τὼ θεὼ, et Διὸς κούρω. Dicit et Plato philosophus in Gorgia, Τὼ γὰρ ξένω τώδε, Γοργίας τε καὶ Πῶλος, σοφὼ μὲν ἀμφοτέρω ἐστὸν, καὶ φίλω ἐμώ. Item δυοῖν ὀβολοῖν, et δυοῖν χαλκοῖν, et ταῖν θεαῖν.

Quæcunque in ος desinentia habent α in penultima, ea per ω et ε efferunt: ut ἵλεως pro ἵλαος, et per obliquos sequendo nominativi formam: ut Μενέλεω pro Μενελάου: et in dativo similiter, cum ι subscripto Μενέλεῳ: additione ν, τοῖν Μενέλεῳν. Accusativum, Μενέλεων. Pluralem autem rectum, æque atque singularem dativum, Μενέλεῳ. Genitivum Μενέλεων: Dativum autem cum ι, τοῖς Μενέλεῳς. Accus. τοὺς Μενέλεως.

Item Atticæ est Dialecti, pro εὐφυῆ et ὑγιῆ, εὐφυᾶ et ὑγιᾶ dicere: et pro Εὐβοιέα et Πειραιέα, dicere Εὐβοιᾶ et Πειραιᾶ. Hoc autem consuevere facere, in quibus ultima syllaba in purum η desinit, penultima autem habet ε vel α, ut in propositis. Minime vero in quibus cum consonante desinit, ut εὐμενῆ, εὐτυχῆ: non enim dicent εὐμενᾶ aut εὐτυχᾶ. Neque rursum in quibus consonans præfixa est literæ ε quæ habetur in penultima: ut βασιλέα, δρομέα.

In hujusmodi verbis ἐδυνάμην, et ἐβουλόμην, et ἔμελλον, ε in η mutant, dicendo ἠδυνάμην, et ἠβουλόμην, et ἤμελλον. Etiam in ἀνὰ præpositione mutant α in η, ἠνειχόμην dicentes pro ἀνειχόμην.

In verbis secundam personam passivam habentibus desinentem in η, eam per ει diphthongum efferunt;

βούλει enim dicunt pro βούλῃ : cum vero fuerit subjunctivum, dicunt quemadmodum nos ἐὰν βούλῃ. A

Optativa sumunt pro subjunctivis, ἐὰν ἕλθοις pro ἐὰν ἕλθῃς, et ἐὰν ἕλθοι pro ἐὰν ἕλθῃ.

Auferunt autem sæpius et ι, pro κλαίειν dicentes κλάειν, et μύαν pro μυῖαν : et μητρυᾶν pro μητρυιᾶν : et ποεῖν pro ποιεῖν : et πόημα pro ποίημα.

Et loco πρὸς præpositionis, ὡς usurpant : ubi dicimus πρὸς τὸν βασιλέα, et πρὸς τὸν φίλον, dicentes ὡς τὸν βασιλέα et ὡς τὸν φίλον.

Proprium autem ipsorum est et in α desinentes singulares accusativos masc. per η proferre : ut Εὐρυσθῆ pro Εὐρυσθέα, et Πηλῆ pro Πηλέα, et Τυδῆ pro Τυδέα.

Utuntur et passivis pro activis, ut Λοιδορούμενος, pro λοιδορῶν : Φαινόμενος pro φαίνων : Φαινακιζόμενος pro φαινακίζων : Διακονούμενος pro διακονῶν : Διαβαλλόμενος pro διαβάλλων : Μισούμενος pro μισῶν.

Interdum vero activa ponunt pro passivis : ut πολιτεύειν pro πολιτεύεσθαι : et γράφειν pro γράφεσθαι, et similia. B

Indefinita tempora, et futura integra passiva ipsi in communia sæpe mutantes, dicunt pro μισηθήσεται, μισήσεται, et pro ζητηθήσεται, ζητήσεται, et pro τμηθήσεται, τμήσεται, ac similia.

Ab ίζω autem futura, abjicentes σ, circumflectunt : ὀνειδιῶ dicentes, pro ὀνειδίσω : et ῥαντιῶ, pro ῥαντίσω : et μυκτηριῶ, pro μυκτηρίσω.

Delectantur etiam plerumque syncopa ; nam pro Νηρείδας, Νηρίδας dicunt, et pro Ἀπόλλωνα, Ἄπολλω, et pro ἀμείνονα, ἀμείνω, et pro κρείττονα, κρείττω.

Mutant præterea tonos, et sonos, et tempora. Tonos quidem, cum pro πολέων et ταξέων dicunt πόλεων et τάξεων. Sonos autem, cum pro στάφιδα et στάχυς dicunt ἀστάφιδα et ἄσταχυς. Tempora vero cum in βασιλέα producunt α, et Ἀτρέα, et ἱμᾶντα, et ἀνδριᾶντα.

Dicunt etiam Ἀθήναζε πορεύομαι, pro εἰς Ἀθήνας : et Ἀθήνῃσι σοφιστεύω, pro ἐν Ἀθήναις : et Ἀθήνηθεν pro ἐξ Ἀθηνῶν, et ἄγροθεν ἔρχομαι pro ἐξ ἀγροῦ. Et pro εἰς οἶκον, οἴκαδε : pro ἐξ οἴκου, οἴκοθεν : pro ἐν οἴκῳ, οἴκοι. Item pro ἐξ οὗ χρόνου, ἐξ ὅσου χρόνου. C

Et ρ pro λ utuntur : nam pro κλίβανον, κρίβανον dicunt.

DE SINGULIS QUÆ IONICÆ DIALECTO PROPRIA SUNT.

Ionica Dialectus in ας desinentia nomina in ης mutat, si non sint Dorica, ut pro Ἑρμίας, Ἑρμίης : et pro Σωσίας, Σωσίης. Tunc enim Iones vertunt, cum non fuerint versa ex Doribus, ut dictum est, pro Ἑρμίας, Ἑρμίης : nam Dores non vertunt ea.

Omne in ης desinens, cujus genitivus in ου terminatur, ap. eos in εω desinit, pro Πέρσης, Πέρσου, Πέρσεω : pro Ξέρξης, Ξέρξου, Ξέρξεω : pro Πηληϊάδης, Πηληϊάδου, Πηληϊάδεω.

In ης masculina, quorum genitivus in ους, per εος proferuntur : ut Δημοσθένης, Δημοσθένεος : et ἀμαθὴς, ἀμαθέος. Accusativum autem in εα faciunt, ut Δημοσθένεα, ἀμαθέα.

In ους desinentes genitivos, qui a neutris in ες rectis fiunt, dividit, ut εὐσεβὲς, εὐσεβέος : itidemque εὐγενέος, δυσγενέος, δυσσεβέος. D

Omnis nominativus in ευς, per ηος profertur in genitivo apud Ionas, ut βασιλεὺς, βασιλῆος.

Neutra genitivum in ους habentia, per εος terminant Iones, ut πλῆθος, πλήθους, πλήθεος.

In εις rectos plurales a singularibus in ευς factos, in ηες dividunt Iones, ut βασιλῆες pro βασιλεῖς.

In αι pluralia dividunt in genitivo per ε, ut Πέρσαι, Περσῶν, Περσέων : et νύμφαι, νυμφῶν, νυμφέων. At vero νυμφάων, Æolice.

Omnis dativus pluralis in οις desinens, assumit ι in fine, ut καλοῖσι pro καλοῖς : et σοφοῖσι pro σοφοῖς, ac similia.

Omnis dativus pluralis in αις desinens mutat α in η apud Ionas, subscripto quidem ι, sed non pronuntiato : ut pro καλαῖς, καλῇσι : pro νύμφαις, νύμφῃσι.

In α rectos, in η vertunt Iones : ut pro Ὥρα, Ὥρη : pro χώρα, χώρη.

Οὖν conjunctionem Iones dicunt ὦν.

Verborum compositiones per tenues consonantes proferunt Iones, ut κατορῶ, κατορᾷς, κατορᾷ.

Præpositivis articulis Iones pro subjunctivis utuntur : ut τὸν θέλω, pro ὃν θέλω : τὴν θέλω pro ἣν θέλω.

Κ pro π in interrogativis et relativis, ut pro πόσα, κόσα : et pro ὁπόσα, ὁκόσα : et pro ὅπως, ὅκως.

Ω pro α aliquando usurpant Iones, dicentes ὤνθρωπον et ὥριστον, pro ἄνθρωπον et ἄριστον.

Ωυ pro αυ diphthongo utuntur, θωῦμα pro θαῦμα dicentes.

Sectiones sunt Ionum propriæ : ut Πέλοπος νῆσος, pro Πελοπόννησος : ἄγριον ἔλαιον, pro ἀγριέλαιον : et ἄγριον αἶγα, pro αἴγαγρον : et συὸς ἀγρίου, pro συάγρου.

Sumere infinitivos pro imperativis, Ionum est : ut, Πάντα μάλ' ἀτρεκέως ἀγορευέμεν, pro ἀγόρευε. Sic, Πειρᾶν δ' ὥς κεν Τρῶες, pro πείρα, et infinita alia.

Masculinis dare locum femininorum, Ionum est, ut, Τοῖσι δὲ τερπομένοισι μέλας ἐπὶ ἕσπερος ἦλθεν, pro ἑσπέρα.

Nominativis dare locum genitivorum, Ionum est : ut, Οἱ δὲ δύο σκόπελοι, ὁ μὲν οὐρανὸν, pro τῶν δὲ δύο σκοπέλων, ὁ μὲν, ὁ δέ.

In ω desinentia feminina in accusativo, in ουν terminant : ut pro Ἰὼ, Ἰοῦν : pro Λητὼ, Λητοῦν : pro Σαπφὼ, Σαπφοῦν.

E quibusdam dictionibus ι aufert Ionica ; nam pro πονεῖσθαι, πονέεσθαι dicit, unde πονέοντο.

In ις desinentia feminina, nunquam per ω declinant Iones, sed per ο : ut πόλις πόλιος, et ὄφις ὄφιος.

Divisiones singularium dativorum in ει desinentium, Ionum sunt propriæ : ut βέλεϊ pro βέλει : et ἔγχεϊ pro ἔγχει.

Reduplicationes peculiares sunt Ionum, ut λελάχωσι pro λάχωσι : κέκλυθι pro κλύθι.

Transpositione elementorum Ionica Dialectus utitur, ut κραδίη, pro καρδία.

Ex ει diphthongo Iones auferunt ι, ut Ἑκτόρεος, χρύσεος, pro Ἑκτόρειος, χρύσειος.

In εις desinentes plurales Iones semper dividunt, si a nominativo in ευς sint : per η et per ε pronunciantes, ut pro βασιλεὺς βασιλεῖς, βασιλῆες. Si autem sint a nominativo in ης vel υς, pronuntiantes per εε : ut ἀληθὴς ἀληθεῖς, ἀληθέες : ὀξὺς ὀξεῖς, ὀξέες.

Adjectiones τοῦ ι ad ε, sequente vocali, vel una immutabilium, Ionum sunt : ut εἶος, κεινὴ, pro ἕως, κενή.

Immutatio οι diphthongi in syllabam ες, Ionum est : ut ἐρίηρες pro ἐρίηροι : υἷες pro υἱοί : ἐρυσάρματες pro ἐρυσάρματοι.

In η pluralia neutra, in εα dividunt Iones, ut pro τεύχη, τεύχεα : pro ὄρη, ὄρεα. Similiter et genitivum per έων.

Semper υ adjiciunt dictionibus Iones, ut pro ὄρος, οὖρος : pro νόσος, νοῦσος : pro ὄνομα, οὔνομα.

Geminum σσ in ξ vertunt Iones ; nam pro δισσὰ, διξὰ dicunt.

E dictionibus Iones sæpe ι auferunt. Nam pro δείξω, δέξω, et pro ἀπόδειξιν, ἀπόδεξιν dicunt.

Ου in participiis passivis Iones dividunt : ut pro λυπούμενος dicentes λυπεόμενος.

In ων desinentia participia a prima conjugatione circumflexorum facta, quorum imperativus in secunda persona in ει diphthongum desinit, dividunt Iones : ut pro φρονῶν, φρονέων : est enim φρόνει imperativus : sic νοῶν, νοέων : est enim imperativus νόει. At βοῶν non vult dividi. Nam quæ sunt secundæ, divisionem non patiuntur. Sed tamen quæ dividunt, pauca sunt.

Mutationes η in α breve, Ionum sunt : ut μεμαχυῖα, pro μεμηχυῖα : et λελασμένος, pro λελησμένος : et ἄλαστος, pro ἄληστος.

Immutationes α longi in η, Ionum sunt : ut pro Ὥρα, Ὥρη : et pro στείρα, στείρη.

Immutationes α brevis in η, recentiorum sunt, ut pro ἀλήθειαν, ἀληθείην.

Ablationes earum quæ sunt in principio consonantium, Ionum sunt : ut εἴβειν pro λείβειν : et εἰνὸς, pro ἐεινός.

Semper ὧν syllabam supervacaneam ponunt inter præpositiones, ut ἐξ ὧν εἶλον, et ἀπ' ὧν ἔδοντο, pro ἐξεῖλον et ἀπέδοντο.

Primas literas dictionum Iones auferunt, ut pro ἐκεῖνος, κεῖνος : et pro ἑορτὴ, ὁρτή. Similiter et ε præteritorum, ut pro ἐνόει, νόει : pro ἔτευχε, τεῦχε : pro ἔτικτε, τίκτε.

Π pro φ utuntur : pro ἀφικόμην enim ἀπικόμην dicunt.

Composita verba dissolvunt et interponunt : ut, λέων κατὰ ταῦρον ἐδηδὼς, pro κατεδηδώς : et, κατὰ δ' ἔκτανεν Ἑτίωνα, pro κατέκτανεν.

Anastrophæ et hyperbata, Ionum sunt. Anastrophæ, ut, δῶρ' ἀπὸ αἱρεῖσθαι, pro ἀφαιρεῖσθαι. Hyperbata autem ut, Νήπιοι, οἳ κατὰ βοῦς ὑπερίονος ἠελίοιο Ἅσθιον, pro κατήσθιον.

Divisiones in ως desinentium adverbiorum a masculinis in ης desinentibus, et neutris in ες, Ionum sunt : ut ἀτρεκέως, pro ἀτρεκῶς.

Ionica dialectus est eadem quæ antiqua Attica. Hac plerumque Homerus et Hesiodus et Archilochus usi sunt, et Anacreon et Herodotus. Sunt autem ejus proprietates, α pro η ponere : ut θύραν pro θύρην : Ἥραν pro Ἥρην : ἑστίαν pro ἑστίην. At pro καλαῖς καλῇσι, pro σοφαῖς, σοφῇσι : pro πύλαις, πύλῃσι. Et ut ι suo in loco manere sinunt, sic η, ut dictum est, pro α Iones ponunt.

Utuntur et correpto α pro η Iones, Dores autem producto.

Fit autem in Ionica dialecto, Prosthesis, Aphæresis, Syncope, Parenthesis, Pleonasmus, Diæresis.

Prosthesis igitur fit apud eos, si in principio orationis alia assumatur litera, ut εἵνεκα ῥιγεδανῆς pro ἕνεκα. Sic Ἴλιον εἶσω, pro ἔσω. Et μοῦνος ἐὼν, pro μόνος. Et, ξεῖνος ὅδ' οὐκ ἐθέλει, pro ξένος. Et, ἄρτον οὖλον ἑλὼν, pro ὅλον, et alia innumera.

Aphæresis contrarium patitur quam Prosthesis; nam Prosthesis in principio assumit extrinsecus aliam literam, Aphæresis autem abjicit eam etiam quæ posita est : cum Iones pro ἑορτὴν, ὁρτὴν dicunt, et pro ἱερὸν, ἱρόν.

Syncope, cum mediæ literæ in nominibus conciduntur : ut, μώνυχας ἵππους, pro μονόνυχας : et κάππεσον, pro κατέπεσον : et φέρτε pro φέρετε : et κακκείοντες pro κατακείοντες.

Parenthesis contrarium patitur quam Syncope. Illa enim demit, hæc assumit literam extrinsecus : ut ἐρίγδουπος, pro ἐρίδουπος, ubi redundat γ. Sic pro ὑμέων, ὑμείων : pro σφέων, σφείων.

Enallage fit, cum aliud elementum assumitur loco proprii : ut ποτὶ pro πρός : et ξερὸν pro ξηρόν : et, Ἧ δεύρω μὲν ἔποντο, pro δεῦρο. Et, τιθήμενον ἔντεα καλὰ, pro τιθέμενον. Sed et κ pro π juniores utuntur, ut ὅκως pro ὅπως.

Metathesis fit, cum quædam transponuntur in eodem nomine; et vel prima litera propriæ syllabæ, vel secunda, ut κραδίην pro καρδίαν, et τέτρατον ἦμαρ pro τέταρτον, et κρατερὸς Διομήδης, pro καρτερός : ac similia.

Pleonasmus est, cum in pluralibus dativis masculinis casibus in οις desinentibus, vel femininis in ης, assumunt ι : ut pro ποταμοῖς, ποταμοῖσι : pro καλοῖς, καλοῖσι : et pro σοφῇς, σοφῇσι.

Diæresis fit non solum apud ipsos in disyllabis nominibus, sed etiam in monosyllabis et appellativis, ut pro βοῦς, βόος : pro χνοῦς, χνόος. Sed in nominibus unam syllabam excedentibus, et appellativis masculinis singularibus in ης desinentibus, quorum genitivus in ου desinit, ipsi ου in εω dividunt : pro τοξότου, τοξότεω efferentes : et pro Ἀτρείδου, Ἀτρείδεω : pro Λαέρτου, Λαέρτεω. Et per parathesin, Πηλειάδεω, Λαερτιάδεω, et similia. In οὺς autem desinentes genitivos in εος dividunt : ut pro Σωκράτους, Σωκράτεος : pro Διομήδους, Διομήδεος. Et dativos solos dividunt, Σωκράτει dicentes, et Διομήδεϊ, et Πηλέϊ : pro Σωκράτει, Διομήδει, Πηλεῖ. Idem et in neutris, ut ἔγχεϊ, τείχεϊ, etc. Et in αι desinentia pluralia nomina, quorum genitivus apud nos desinit in ῶν circumflexe, illi per άων proferunt penacute : ut pro κρῆναι κρηνῶν, κρηνάων : pro πυλῶν, πυλάων : pro μουσῶν, μουσάων.

In verbis tollunt augmentum : ut Ἄγω, ἄγον : Φέρω, φέρον : Ἐλαύνω, ἔλαυνον : Ὀρχοῦμαι, ὀρχούμην : Τρέχω, τρέχον : Λέγω, λέγον.

Utuntur infinitivis pro imperativis : ut τανύσαι pro τάνυσον, et κεῖσθαι pro κεῖσον.

Habent et formas elocutionis tales : pro τετραμμένοι εἰσὶ, τετράφαται : pro τεταγμένοι εἰσὶ, τετάχαται : sic pro κέκλινται, κεκλίαται.

Etiam verba, quæ in ultima circumflectuntur, dividunt : ut pro φρονῶ, φρονέω : pro λαλῶ, λαλέω : pro νοῶ, νοέω : pro χρυσῶ, χρυσόω : pro ἀργυρῶ, ἀργυρόω. Et participia ipsorum similiter dividunt : ut φρονέων, λαλέων, ποιέων.

Dualium autem diligens observatio apud eos servatur. Vetus quidem Ionica degeneravit ob habitantium diversitatem : permansit autem usque ad ea tempora in quibus fecerunt Iones colonias, et tunc sparsi sunt in plura loca.

Dicitur autem apud eos, pro κλέπτης, κηττάλης : pro δύναμις, κράτος : pro λόγος, μῦθος : et pro ὑγιαίνειν, οὐλεῖν : unde τὰ ὑγιῆ τῶν τραυμάτων, etiam nunc οὐλὰς dicimus, et pro αὐτῶν et αὐτοῖς, σφέων et σφίσι, proferunt : pro σῶν autem, ἑῶν : et pro αὐτὸς, ὠυτός. Pronomina dividunt sic : pro σφῶν, σφέων, et interjiciendo ι, σφείων : sic ἡμέων, ἡμείων, ὑμέων, ὑμείων, et similia.

DE SINGULIS QUÆ DORICÆ DIALECTO PROPRIA SUNT.

Dorica Dialectus α pro η utitur; nam pro ἥλιον, ἄλιον dicit, et pro ἡμέραν, ἀμέραν : et pro μητέρα, ματέρα : et hujusmodi.

A pro ω utitur in genitivis pluralium casibus; nam μουσᾶν dicit, et θυρᾶν, et θεᾶν, pro μουσῶν, θυρῶν, θεῶν.

In ους desinentes genitivos, a rectis ης factos, in ευς vertit, ut Διογένης, Διογένευς, pro Διογένους.

Ω litera pro ου diphthongo utitur; μώσας enim pro μούσας dicit.

Η pro ει diphthongo utitur, veluti cum dicit, ἰδῆν pro ἰδεῖν.

Σ pro θ utitur; nam pro θεοὺς, σεοὺς dicit; et pro θεὸν, σεόν.

Ε dictionibus semper ι aufert; nam λαβὲν et ἐλθὲν dicit pro λαβεῖν et ἐλθεῖν.

Item reduplicationibus earundem consonantium utitur, ut ὅττι, ὁππόθι, et ὅσσον, pro ὅτι et ὁπόθι et ὅσον. Æolica quoque his utitur.

Productiones ancipitum proprie sunt Doricæ linguæ : ut, Ἶσος Ἐνυαλίῳ.

A pro ε sæpe utuntur : pro ἕτερος, ἄτερος dicentes : et pro Ἄρτεμις, Ἄρταμις.

Apocopæ, Dorum sunt propriæ : fiunt autem in fine : ut ἡμέτερον δῶ pro δῶμα.

Parenthesis syllabæ με in iis quæ apud nos in ναι desinunt infinitivis, Dorum est : ut βήμεναι, pro βῆναι.

Ablationes δ et τ ex obliquis singularium casibus, Dorum sunt : ut Πάριος pro Πάριδος : similiter κέραος pro κέρατος.

Doricæ linguæ multæ sunt subdivisiones locales; aliter enim Cretentes loquuntur, aliter Rhodii, aliter Argivi et Lacedæmonii. Generales vero ipsorum sunt proprietates; pro η enim α ponunt, pro πύλην dicentes πύλαν.

Et pro genitivis casibus circumflexis, apud nos in ων desinentibus, αν proferunt servantes eundem accentum, ut pro πυλῶν, πυλᾶν : pro καλῶν, καλᾶν : pro σεμνῶν, σεμνᾶν. Et similiter in participiis, pro γελῶν, γελᾶν : pro ἑλῶν, ἑλᾶν : et pro ναῦν, νᾶν dicentes : pro κλήδας, κλάδας : et pro νίκην, νίκαν.

Monosyllaba nomina acuunt : similiter autem qualitatis significativa adverbia, ut κάλως, σόφως, κόμψως, ἅπλως. Quæ autem apud nos gravitona sunt, illi circumflectunt : ut οὕτως, παντῶς, αὐτοματῶς.

In οι desinentia pluralia nomina, in penultima tonum habent, ut φιλοσόφοι. Idem et in participiis : ut πωλουμένοι, καλουμένοι,

Simili autem modo et in ες desinentia feminina A nomina pluralia, recti casus penultimam acuunt : ut γυναίκες, χείρες, νάες, ὀρνίθες.

Item indefinita tempora in αν desinentia, in penultima acuunt : ἐστάσαν, ἐφάσαν, ἐλύσαν, ἐδείραν, ἐκράξαν. Etiam in ον desinentia, in penultima acuunt : ἐλάβον, ἐφάγον, ἐλέγον, ἐτρέχον.

Circumflectunt vero ejusmodi, παιδῶν, Τρωῶν, παντῶν. Itidem quæ in ω desinunt verba gravitona, in futuro tempore circumflectunt : δασῶ, θεραπευσῶ, νοησῶ, λαλησῶ, μενησῶ. Etiam et tertiam personam gravitonorum verborum in ει desinentem futuri temporis circumflectunt : ut δωσεῖ, πεσεῖ, θεραπευσεῖ, λαλησεῖ. Dicunt et pro δώσουσι, δωσοῦντι : pro λέξουσι, λεξοῦντι : et pro ποιήσουσι, ποιησοῦντι.

Corripiunt autem et in ας desinentes plurales accusativos, in nominibus appellativis, et similiter in participiis : ut νύμφας, κρῆνας, νοῆσας, πρᾶξας.

Et quæ per ειν efferuntur infinitiva, per ablationem ι efferunt, ut pro φρονεῖν, φρονέν : pro ἰδεῖν, ἰδέν, pro φαγεῖν, φαγέν.

In ου autem desinentes genitivos efferunt per ω : ut οἴνου, οἴνω : pro σοφοῦ, σοφῶ : pro καλοῦ, καλῶ. Et accusativos plurales masculinos in ους desiuentes, per ως proferunt : τὼς καλὼς, σοφὼς, ἀνθρώπως, ἵππως : pro τοὺς καλοὺς, σοφοὺς, ἀνθρώπους, ἵππους.

Et imperativa verba quæ pronuntiantur per ε, per ον pronuntiant : ut pro λάβε, λάβον : pro θίγε, θίγον : pro δράμε, δράμον.

Siculi dicunt pro χύτραν, κύτραν : pro χιτῶνα, κιτῶνα : et pro γυναῖκα, γυνήν.

Ἀλλ' ἐπειδή τινες οὐχ ὁλογραμμάτως, ἀλλὰ διὰ χαρακτήρων ταῦτα σημαίνουσι, βέλτιον ἂν εἴη τοῖς παλαιοῖς κατακολουθοῦντα, πρῶτον τοὺς χαρακτῆρας αὐτοὺς διασαφηνίσαι. Πρῶτον μὲν οὖν τὸ χ στοιχεῖον ἔχον ἐπικείμενον αὐτῷ τὸ ἄλφα, χαλκοῦν σημαίνει, καθὼς ὁρᾷς, Χ. εἰ δὲ ο ἔχει τὸ χ, χόα, Χ· εἰ δὲ ν, χοίνικα, Χ· εἰ δὲ η, χήμην, Χ. Τὸ δὲ κ, εἰ μὲν ἔχει ε ἐπικείμενον αὐτῷ, καὶ λοξὴν εὐθεῖαν γραμμὴν τέμνουσαν τὴν κάτω κεραίαν αὐτοῦ, κεράτιον δηλοῖ, Ⱪ. εἰ δὲ τὸ υ ἔχει τὸ κ, κύαθον σημαίνει, Ⱪ. ἡ δὲ ἀπερίστικτος εὐθεῖα γραμμὴ πλαγία τεθεῖσα κατὰ πᾶν, \, ὀβολὸν δηλοῖ· αἱ δὲ δύο ἀπερίστικτοι, \\, δύο ὀβολούς· οἳ ποιοῦσι τὸ γράμμα, δηλούμενον ὑπὸ τοῦ γ πλησίον ἔχοντος τὸ ρ τεμνόμενον ὑπό τινος εὐθείας γραμμῆς, Γ. αἱ δὲ δύο γραμμαὶ συνάπτουσαι κατὰ θάτερον πέρας, ὥστε γωνίαν ποιεῖν, ἐμφερῶς ταῖς τοῦ κ δύο κεραίαις ταῖς πρὸς τῇ ὀρθῇ γραμμῇ, δραχμὴν συμαίνουσι, <, τὴν συνωνύμως καὶ ὁλκὴν καλουμένην. ἰδίως δὲ παρὰ παλαιοῖς τὴν ὁλκὴν τὸ λ δηλοῖ, ἔχον μέσον τὸ ο, Λ· εἰ δὲ τὸ ι ἔχει τὸ λ, λίτραν σημαίνει, Λ. τινὲς δὲ τὴν ἑτέραν τοῦ λ γραμμὴν λοξῶς τέμνοντες, δηλοῦσι τὴν λίτραν, λ. τὸ δὲ Γ, ἔχον ἐν ταῖς ἑαυτοῦ γωνίαις τὸ ο, οὐγγίαν δηλοῖ, Γο. τὸ μ δὲ, κατὰ τὸ μέσον αὐτοῦ ἔχον τὸ ν, μνᾶν σημαίνει, Μ. εἰ δὲ τὸ υ ἔχει τὸ μ, μύστρον σημαίνει, Μ. εἰ δὲ τὸ ε, μέδιμνον, Μ. εἰ δὲ τὸ ο, μόδιον σημαίνει, Μ. τὸ δὲ τ, ἔχον ἔμπροσθεν αὐτοῦ τὸ ρ, καὶ υ ἐπικείμενον, τρυβλίον δηλοῖ, Τρ. τὸ δὲ ξ, εἰ μὲν ἔχει ἐπικείμενον τὸ ε, ξέστην σημαίνει, Ξε. εἰ δὲ ο ἔχει, ὀξύβαφον, Ξ°. τινὲς δὲ τὸν ξέστην διὰ τοῦ ξ, τεμνούσης αὐτὸ εὐθείας γραμμῆς, δηλοῦσι, Ξ. τὸ δὲ η ἔχον ἐπικείμενον τὸ μ, ἡμίναν δηλοῖ, Ημ. εἰ δὲ κ καὶ ρ ἐπικείμενον ἔχουσι μ, κεράμιον δηλοῦσι, Ⱪμ.

Περὶ σταθμῶν. Κεφ. γ'.

Ἡ μνᾶ ἡ Ἀττικὴ καὶ ἡ Αἰγυπτία ἔχει Γο ις'. ἡ μνᾶ ἡ Ῥωμαϊκὴ ἔχει Γο κ'. ἡ λίτρα ἔχει Γο ιϐ'. ἡ δὲ Γο, δραχμὰς η'. αἵτινες καὶ ὁλκαὶ λέγονται. ἡ δὲ ὁλκὴ, ἤτοι ἡ δραχμὴ, κεράτια ἔχει ιη'. ἄλλοι δὲ λέγουσι γράμματα γ'. τὸ δὲ γράμμα, ὀβολοὺς β'. ὁ δὲ ὀβολὸς, κεράτια γ'. τὸ δὲ κεράτιον, ἔχει σιτάρια δ'· ἄλλοι δὲ χαλκοῦς δύο ὁίμοιρον. ὁ γὰρ ὀβολὸς ἔχει χαλκοῦς η'.

Περὶ μέτρων ὑγρῶν. Κεφ. δ'.

Τὸ Ἰταλικὸν κεράμιον ἔχει χόας η'. ὁ χοῦς, ξέστας ς', κοτύλας δύο· αἵτινες καὶ τρυβλία λέγονται. ἄλλοι δὲ λέγουσιν· ἔχει ὁ ξ σταθμὸν Λ α', S. τὸ δὲ τρυβλίον, Γο θ'. τὸν αὐτὸν δὲ σταθμὸν ἔχει τὸ κοχλιάριον καὶ ἡ κοτύλη· ταυτὸν δὲ εἰπεῖν τὸ τρυβλίον. τὸ τρυβλίον δὲ τὸ μικρὸν ἔχει μύστρα μεγάλα τρία, ὀξύβαφα δὲ ὅ'. τὸ γὰρ μέγα μύστρον ἔχει ὀξύβαφα τρία. τὸ δὲ ὀξύβαφον ἔχει

κύαθον α′, S. ὁ δὲ κύαθος ἔχει χήμας μικρὰς, ἤτοι μύστρα μικρὰ, β′. Εἰ δὲ βούλοιο καὶ τὸν σταθμὸν τῶν ὑγρῶν εἰδέναι μέτρων, πάμπολλαι μὲν αἱ τῶν ὑγρῶν οὐσιῶν εἰσὶ κατὰ τὴν ροπὴν διαφοραὶ, ὡς ἐπὶ παραδείγματος ἐλαίου τε καὶ οἴνου καὶ μέλιτος λέξομεν. Τὸ μὲν οὖν μέλι τοῦ οἴνου βαρύτερόν ἐστι τετάρτῳ μέρει, καὶ προσέτι δεκάτῳ· ὅπερ ἐστὶ τὸ ὅλον σύνεγγυς τρίτῳ. ἔχει γὰρ ὅλον τὸν τοῦ οἴνου σταθμὸν καὶ προσέτι τὸ τρίτον αὐτοῦ. τοῦ δὲ ἐλαίου τὸ μέλι τῷ ἡμίσει μέρει βαρύτερόν ἐστιν. ἔχει γὰρ ὅλον τὸν τοῦ ἐλαίου σταθμὸν, καὶ προσέτι τὸ ἥμισυ αὐτοῦ. ὁ δὲ οἶνος τοῦ ἐλαίου ἐννάτῳ μέρει ὑπερέχει. ὅλον γὰρ αὐτὸ ἔχει, καὶ τὸ ἔννατον αὐτοῦ. πρὸς σαφήνειαν δὲ πλείονα καὶ ὡς ἐν διαγράμματι τῶν κατὰ μέρος μέτρων τὸν σταθμὸν ὑπετάξαμεν, ὅῆλον καθεστῶτος ὡς κατὰ κοινοῦ πάντων τῶν ὑποκειμένων αὐτοῖς κατὰ τὸν στοῖχον, τό, τε ἔλαιον καὶ ὁ οἶνος καὶ τὸ μέλι κατηγορούμενα κεῖται.

Τὸ Ἰταλικὸν	ἐλαίου,	οἴνου,	μέλιτος,
κεράμιον ἔχει	λί οϐ′.	λί π′.	λίτρας ρη′.
ὁ χοῦς	λί 0′.	λί ι′.	λίτρας ιγ′ S.
ὁ χεστὴς	Γο ιη′.	Γο κ′.	Γο κζ′.
ἡ κοτύλη	Γο 0′.	Γο ι′.	Γο ιγ′, S.
τὸ μέγα μύστρον	Γο γ′.	Γο γ′, τ̃ η′.	Γο δ′, S.
τὸ ὀξύβαφον	ὁλκὰς ιη′.	Γο β′, τ̃ ιϐ′.	Γο γ′, τ̃ 0′.
ὁ κύαθος	ὁλκ. ιϐ′.	Γο α′, S, τ̃ δ′	Γο ϐ′, ολκ. β′.
τὸ μικρὸν μύστρον	ὁλκ. ς′.	τ̃ κ′.	ὁλκὰς 0′.

Ὁ δὲ Ὀρειβάσιός φησι κατὰ Ἀδαμάντιον, τὸν ξ̃ τὸν Ἰταλικὸν τοῦ οἴνου μέτρῳ μὲν, ἔχειν Γο κδ′· σταθμῷ δὲ, λ̃ α′, Γο η′. τὸν δὲ ξ̃ ἐπὶ μέτρου τοῦ μέλιτος ἄγειν σταθμῷ λίτρας β′, S.

Περὶ μέτρων ξηρῶν. Κεφ. ε′.

Ἡ Αἰγυπτία ἀρτάβη ἔχει μ̃ ε′. ὁ δὲ μόδιος ὁ Αἰγύπτιος καὶ ὁ Ἰταλικὸς, ἔχει χοίνικας ῆ′. ὁ δὲ χοῖνιξ, ξ̃ β′. ὁ δὲ ξ̃, ἡμίξεστα δύο· ἃ δὴ καὶ ἡμίνας προσαγορεύουσιν. ἡ δὲ ἡμίνα, ἔχει κυάθους η′. ὁ Ἀττικὸς μέδιμνος ἔχει ἡμίεκτα ιϐ′· τὸ δὲ ἡμίεκτον, ἔχει χοίνικας δ′· ὥστε τὸν μέδιμνον ἔχειν χοίνικας μη′, ξ̃ζγ′. τούτων δὲ τὸν σταθμὸν εἰπεῖν οὐκ εὔκολον, ὅτι τῶν ξηρῶν οὐσιῶν ἄπειρός ἐστιν ἡ κατὰ τὴν ροπὴν διαφορὰ κατὰ τὴν τῆς ἰατρικῆς τέχνης διδασκαλίαν, καθὼς οἱ πρὸ ἡμῶν σοφοὶ ἰατροί τε καὶ διδάσκαλοι ταῦτα ἡμῖν διεσάφησαν.

ΠΕΡΙ ΣΗΜΕΙΩΝ ΚΑΙ ΧΑΡΑΚΤΗΡΩΝ ΤΩΝ ΕΝ ΤΑΙΣ ΣΥΣΤΑΘΜΙΑΙΣ· ΚΑΙ ΠΕΡΙ ΣΤΑΘΜΩΝ ΚΑΙ ΜΕΤΡΩΝ.

Κεφ. α′.

Τὴν τῶν σημείων καὶ χαρακτήρων διδασκαλίαν ἀναγκαιοτάτην οὖσαν, οὐ πάρεργον ἀναγράψασθαι, ὅπως ἐν ταῖς τῶν φαρμάκων σκευασίαις συμβολικῶς εὑρόντες κείμενά τινα, αὐτίκα γνωρίζωμεν τὴν ἐξ αὐτῶν σημαινομένην συσταθμίαν. Τὴν οὖν μνᾶν σημαίνει τὸ μ στοιχεῖον ἐπικείμενον ἔχον τὸ ν, μ̃. τὴν δὲ λίτραν, τὸ λ ἔχον ἐπικείμενον τὸ ι, λ̃. τὴν δὲ οὐγγίαν, τὸ Γ ἔχον ὑποκείμενον τὸ ο, Γο. παρ' ἐνίοις δὲ εὗρον τὸ ν ἐπικείμενον ἔχον τὸ ο, ν̂. μ δὲ ἔχον ε ἐπικείμενον, μέρος δηλοῖ, μ̃. πλάγιον δὲ Λ εἰς μὲν τὰ δεξιὰ ταῖς κεραίαις νεῦον, δραχμὴν δηλοῖ, <· εἰς δὲ τὰ εὐώνυμα, ἡμίσειαν, >. τὸ δὲ Ῥωμαϊκὸν σίγμα, παρ' ἐνίοις μὲν τριώβολον· παρ' ἡμῖν δὲ παντὸς σταθμοῦ τὸ ἥμισυ, S. πλάγιον δὲ, ἓν μὲν, ὀβολὸν, ↄ· δύο δὲ, διώβολον, Ↄ. ἔσω δὲ ἐστραμμένον τὸ Ἑλληνικὸν σίγμα, ἡμιώβολον, Ↄ. ξ δὲ ἐπικείμενον ἔχον ε, ξέστην δηλοῖ, ξ̃ε. τὸ δὲ κ ἐπικείμενον ἔχον τὸ υ, κύαθον, κ̃. ὑποκείμενον δὲ τοῦ ο τὸ λ, ὁλκὴν σημαίνει, ℒ, τὴν καὶ δραχμὴν συνωνύμως καλουμένην.

Περὶ μέτρων. Κεφ. β′.

Ἡ μνᾶ πρὸς τὸ Ἰταλικὸν ἔχει δραχμὰς ρμδ′· πρὸς δὲ τὸ Ἀττικὸν, δραχμὰς ρκϐ′. ὥστε τὴν Ἰταλικὴν μνᾶν εἶναι λίτραν μίαν ἡμίσειαν· τὴν δὲ Ἀττικὴν, λ̃ α′, Γο γ′, δραχμὰς δ′. ἡ οὐγγία ἄγει παρὰ μὲν τοῖς Ἀττικοῖς δραχμὰς ζ′, παρὰ δὲ τοῖς Ἰταλικοῖς δραχμὰς η′. ἡ δὲ δραχμὴ γράμματα ἔχει γ′. ἡ δὲ Γο, κδ′. ἡ λίτρα ἔχει οὐγγίας δώδεκα, ὁλκὰς δύο. τὴν δὲ ὁλκὴν συνωνύμως καὶ δραχμὴν λέγουσι. τὸ δὲ γράμμα ἔχει ὀβολὸν α′, χαλκοῦς τέσσαρας. ὁ δὲ ὀβολὸς, χαλκοῦς ς′. ὁ δὲ χαλκοῦς καὶ τὸ κεράτιον, παντὸς γράμματός ἐστι σμικρότατον πρὸς ἐκπλήρωμα τιθέμενον τῶν σταθμῶν. ὁ μέδιμνος ἔχει ἡμίεκτα ιϐ′. τὸ ἡμίεκτον, χόας μὲν β′, χοίνικας δὲ δ′. ὁ δὲ χοῦς, χοίνικας β′, ξ̃ η′. ὡς ἔχειν τὸν μέδιμνον χοίνικας μη′, ξέστας ρκϐ′. ὁ δὲ χοίνιξ, κοτύλας γ′, ξέστην α′, S· ὁ δὲ ξέστης, κοτύλας β′, κυάθους ιϐ′. καὶ διὰ τούτων οἱ πλεῖστοι τῶν Ἑλλήνων μετροῦσι· παρὰ δὲ τοῖς Ἰταλοῖς εὑρίσκεται ὁ χοῦς μέτρῳ μὲν ἔχων ξέστας ς′, κοτύλας ιϐ′· σταθμῷ δὲ, ὕδατος ὀμβρίου (ὅπερ ἐστὶν ἀψευδέστατον) δραχμὰς ψκ′. ὁ δὲ χοίνιξ ἔχει ξ̃γ′, κοτύλας ς′. καὶ οὗτος δὲ παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς τρυβλίον ὀνομάζεται. τὸ δὲ ὀξύβαφον, τέταρτόν ἐστι τῆς κοτύλης. ἔχει δὲ ὁ ξέστης σταθμῷ δραχμὰς ρκ′. ἰδίως δὲ Ἑλληνικὴ κοτύλη ἡ ἐλαίου, ἕλκει λ̃ α′. ὁ δὲ ξέστης, λ̃ β′. ὁ δὲ Ἰταλικὸς, λ̃ α′, Γο η′· τοῦ δὲ οἴνου, Γο 0′. εἰδέναι δὲ δεῖ ὡς τὰ μέτρα κατὰ τὸν σταθμὸν οὐ μετρίως ἐξαλλάσσεται κατὰ τὴν τῆς ὕλης διαφοράν.

ΕΚ ΤΩΝ ΚΛΕΟΠΑΤΡΑΣ ΚΟΣΜΗΤΙΚΩΝ, ΠΕΡΙ ΣΤΑΘΜΩΝ ΚΑΙ ΜΕΤΡΩΝ.

Ἡ μνᾶ, ὄνομα σταθμοῦ, ἔχει οὐγγίας ις′, > ρκη′, γράμματα τπδ′, ὀβολοὺς ψξη′, θέρμους ,ανϐ′, κεράτια ,βτδ′, χαλκοῦς ,σρμδ′. ἡ Ἀττικὴ μνᾶ ἔχει Γο ιϐ′, S, < ρ′, γράμματα τ′, ὀβολοὺς χ′, θέρμους ϡϑ, κεράτια ,αω′, χαλκοῦς ,γχ′. ἡ Πτολεμαϊκὴ μνᾶ ἔχει Γο ιη′, δραχμὰς ρμδ′, γράμματα υλϐ′, ὀβολοὺς ωξδ′, θέρμους ,ασζς′ κεράτια ,βφιϐ′, χαλκοῦς ,ϛϑιϐ′. Ἡ λίτρα ἔχει Γο ιϐ′, δραχμὰς ζς′, γράμματα σπη′, ὀβολοὺς φος′, θέρμους ωξδ′, κεράτια ,αψκη′, χαλκοῦς ,γχη′. Ἡ οὐγγία ἔχει δραχμὰς η′, γράμματα κδ′, ὀβολοὺς μη′, θέρμους οϐ′, κεράτια ρμδ′, χαλκοῦς τπδ′. καλεῖται δὲ ἡ Γα τετράσσαρον Ἰταλικόν. Ἡ δραχμὴ ἔχει γράμματα γ′, ὀβολοὺς ς′, θέρμους 0′, κεράτια ιη′, χαλκοῦς μη′. τὸ Ἰταλικὸν δηνάριον ἔχει δραχμὴν α′. δραχμὴ δὲ καὶ ἄλλη ὁμωνύμως καλεῖται Αἰγυπτιακὴ, ἥτις ἕκτον μέρος ἐστὶ τῆς Ἀττικῆς δραχμῆς, ἄγουσα ὀβολὸν α′. τὸ γραμμα ἔχει ὀβολοὺς β′, θέρμους γ′, κεράτια ς′, χαλκοῦς ις′. ὀβολὸς ἔχει θέρμον α′, S, κεράτια γ′, χαλκοῦς η′. τὸ ἡμιώβολον, ἔχει κεράτια α′, S, χαλκοῦς δ′. θέρμος ἔχει κεράτια β′, χαλκοῦς γ′. Ἀττικὸν δὲ ἡμιώβολον ἡμιωβόλου τέσσαρα πέμπτα. τὸ κεράτιον ἔχει Ἀττικοὺς χαλκοῦς β′, καὶ χαλκοῦ δύο πέμπτα. χαλκοῦς ἔχει ἡμιωβόλου τὸ δ′. ὥστε τοὺς τέσσαρας χαλκοῦς ἄγειν ἡμιώβολον. ὁ στατὴρ ἄγει < δ′. καλοῦσι δὲ αὐτὸν τετράδραχμον. καὶ τὸ διπούντιον δὲ ὁμοίως ἄγει < δ′. καὶ τὸ βασιλικὸν κάρυον ὁμοίως ἄγει < δ′. χήμη ἡ μεγάλη ἔχει < γ′· καὶ ἡ μικρὰ, < β′. ἀσσάριον ἔχει < β′. κοχλιάριον ἔχει < α′. ὁ κύαθος ἔχει < ι′, Γο α′, καὶ τὸ τέταρτον, τ̃ λ, ὀβολοὺς ξ′, θέρμους ζ, κεράτια ρπ′, χαλκοῦς υπ′. ἔστι δὲ κύαθος κοτύλης τὸ ς′. ἡ κοτύλη μέτρῳ μὲν ἔχει κυάθους ς′, σταθμῷ δὲ, < ξ, Γο ζ′, S, τ̃ ρπ′, ὀβολοὺς τξ′, θέρμους φμ′, κεράτια ,απ′, χαλκοῦς ,βωπ′. τὸ τρυβλίον τὸ αὐτὸ μέτρον χωρεῖ τῇ κοτύλῃ. ἔχει γὰρ μέτρῳ μὲν κυάθους ς′, σταθμῷ δὲ, < ξ′. Ὁ ξέστης μέτρῳ μὲν ἔχει κοτύλας β′, σταθμῷ δὲ, < ρκ′· καλεῖται δὲ παρὰ Αἰγυπτίοις ὁ ξέστης ἵνιον. τὸ ὀξύβαφον ἔχει κοτύλης τέταρτον, κύαθον α′, S· σταθμῷ δὲ, δραχμὰς ιε′. ἡ κόγχη ἡ μεγάλη τὸ αὐτὸ μέτρον σώζει τῷ ὀξυβάφῳ. ἔχει γὰρ μέτρῳ μὲν, κύαθον α′, S, σταθμῷ δὲ, δραχμὰς ιε′. ἡ δὲ ἐλάττων κόγχη, ἔχει μέτρῳ μὲν, ἡμικύαθον, σταθμῷ δὲ, < ε′. μύστρον τὸ μέγα ἔχει κοτύλης τὸ ἑκκαιδέκατον, ὃ γίνεται δραχμαὶ γ′, S, τέταρτον. τὸ δὲ μικρότερον, κοτύλης τὸ κϐ′, ὃ γίνεται δραχμαὶ δύο, τ̃ β′, κεράτιον α′ καὶ κερατίου τὸ ἑνδέκατον. Ὁ χοῦς ἔχει μέτρῳ μὲν κοτύλας Ἀττικὰς δώδεκα, ξέστας δὲ ἥμισυ, χοίνικας δὲ δ′· σταθμῷ δὲ ἔχει ὁ χοῦς δραχμὰς ψκ′. Ὁ χοῖνιξ ἔχει μέτρῳ μὲν κοτύλας τρεῖς, σταθμῷ δὲ, δραχμὰς ρπ′. ἐν δὲ τοῖς γεωργικοῖς εὗρον τὴν κοτύλην τρίτον ἢ τέταρτον ξέστου, τὸν δὲ χοῦν ξεστῶν 0′, κοτυλῶν δὲ ιϐ′, καὶ τὸν ἀμφορέα ξεστῶν λς′, κοτυλῶν μη′. τὸν δὲ μετρητὴν, ξεστῶν οϐ′, κοτυλῶν ζς′. τὸν δὲ μέδιμνον, ξεστῶν ρϐ′, κοτυλῶν ρλς′. ὁ δὲ κατὰ Σύρους μετρητὴς, ξ̃ ς′· Ἰταλικῶν, ρκ′. τὸ τρυβλίον καὶ τὸ ὀξύβαφον ὁμοίως ἔχουσι κοτύλης τὸ δ′· ὁ δὲ κύαθος, κοτύλης τὸ ς′.

Ἄλλως περὶ τῶν αὐτῶν.

Ἡ μνᾶ ἡ Ἀττικὴ ἔχει ⟨ιβ′. ἡ δὲ ἑτέρα, ⟨ις′. ἡ δὲ Πτολεμαϊκὴ, ἔχει ⟨ιη′. ἡ λίτρα ἔχει ⟨ιβ′. ἡ ⟨ ἔχει δραχμὰς η′. ἡ δραχμὴ ἔχει ℈ γ′. τὸ γράμμα ἔχει ὀβολοὺς β′. ὁ ὀβολὸς ἔχει θέρμον α′, S. ὁ θέρμος ἔχει κεράτια β′, χαλκοῦς δὲ γ′ ἢ ε′. Ἀττικὸν δὲ ἡμιώβολον ἡμιωβόλου τέσσαρα πέμπτα. τὸ κεράτιον ἔχει Ἀττικοὺς χαλκοῦς β′ καὶ χαλκοῦ β′ πέμπτα· ὁ χαλκοῦς ἔχει ἡμιωβόλου τὸ τέταρτον· ὥστε τοὺς τέσσαρας χαλκοῦς ἄγειν ἡμιώβολον. ὁ στατὴρ ἄγει δραχμὰς δ′. καλοῦσι δὲ αὐτὸν τετράδραχμον. καὶ τὸ διπούντιον δὲ < δ′. καὶ τὸ βασιλικὸν δὲ κάρυον ὁμοίως ἄγει < δ′. ἡ χήμη ἡ μεγάλη ἔχει < δ′· ἡ μικρὰ, β′. τὸ < ἀσσάριον ἔχει < β′· τὸ κοχλιάριον, < α′.

ΠΕΡΙ ΜΕΤΡΩΝ ΚΑΙ ΣΤΑΘΜΩΝ ΙΠΠΙΑΤΡΙΚΩΝ.

Οὐγγία ἔχει < η′. ἡ δραχμὴ ἔχει γράμματα γ′, ὀβολοὺς ς′. ἡ κοτύλη ἔχει ⟨ιβ′, ὀξύβαφα β′. τὸ δὲ ὀξύβαφον, κυάθους γ′. κύαθος ἔχει μύστρα δ′. κοχλιάριον δέ ἐστι μύστρου τὸ ἥμισυ. τὸ δὲ ὀξύβαφον ποιεῖ ⟨ς′. ὁ κύαθος ποιεῖ ⟨β′. τὸ μύστρον ποιεῖ οὐγγίας τὸ ἥμισυ. τὸ κοχλιάριον ποιεῖ ℈ ς′. ἡ δραχμὴ ποιεῖ ℈ γ′. ὁ ὀβολὸς ποιεῖ γράμμα. τὸ σικλίον ἔχει ⟨ τὸ S. ὁ κύαθος μύστρα ὀ′. ὡς εἶναι τὸ μύστρον ⟨ τὸ ἥμισυ. τὸ δὲ μύστρον κοχλιάρια β′. ὡς εἶναι τὸ κοχλιάριον ⟨ δ′. ἡ μνᾶ ἔχει ⟨ιε′, ὁλκὰς ριβ′, S. ἡ λίτρα ἔχει ὁλκὰς ζ′. τὸ δηνάριον ἔχει γράμματα δ′.

Περὶ μέτρων ὑγρῶν.

Τὸ Ἰταλικὸν κεράμιον ἔχει χόας η′. ὁ χοῦς ἔχει ξέστας ς′. ὁ ξέστης κοτύλας β′· αἳ καὶ τρυβλία λέγονται. ἡ κοτύλη γὰρ τὸ αὐτὸ ἔχει καὶ τὸ τρυβλίον, μύστρα μεγάλα γ′, ὀξύβαφα δὲ δ′. τὸ γὰρ μέγα μύστρον ἔχει ὀξύβαφα γ′. τὸ ὀξύβαφον ἔχει κυάθους α′, S. ὁ δὲ κύαθος ἔχει χήμας μικρὰς, ἤτοι μύστρα μικρὰ, β′.

Ἰταλικὸν	ἐλαίου,	οἴνου,	μέλιτος.
τὸ κεράμιον ἔχει	λί οβ′.	λί π′.	λί ρκ′.
ὁ χοῦς	λί θ′.	λί ι′.	λί ιγ′, S.
ὁ ξέστης	⟨ ιη′.	⟨ κ′.	⟨ κζ′.
ἡ κοτύλη	⟨ θ′.	⟨ ι′.	⟨ ιγ′, S.
τὸ μέγα μύστρον	⟨ γ′.	⟨ γ′ ℈ η′.	⟨ δ′, S.
τὸ ὀξύβαφον	< ιη′.	⟨ β′, ℈ ιβ′.	⟨ γ, S.
τὸ μικρὸν μύστρον	< ις′.	℈ κ′.	< ιθ′.
ὁ κύαθος	⟨ α′, S.	< ιβ′.	< ιγ′.

ΔΙΟΣΚΟΡΙΔΟΥ

Περὶ μέτρων καὶ σταθμῶν.

Ἐγὼ, φίλτατε, περὶ σταθμῶν καὶ μέτρων οὕτως ἠκρίβωσα· ἀπὸ τῶν ἐλαχίστων ἀρξάμενος ἐπὶ τὴν μνᾶν πολλαπλασιάζων ἀνῆλθον. τὸ κεράτιον τὸν αὐτὸν σταθμὸν ἔχει τῷ χαλκῷ. ὁ δὲ ὀβολὸς χαλκοῦς ἔχει τρεῖς. ὅθεν τὸ ἡμιωβόλιον ἔχει σταθμῷ κεράτιον ἓν ἥμισυ. γράμμα ἄγει ὀβολοὺς δύο, τουτέστι χαλκοῦς ἓξ. ἡ δὲ δραχμὴ, ἡ καὶ ὁλκὴ, ἄγει γράμματα γ′, τουτέστιν ὀβολοὺς θ′. ἡ δὲ ⟨ ἔχει < η, ℈ κδ′. ἡ λίτρα δὲ ἔχει ⟨ιβ′, δραχμὰς δὲ ζς′. ἡ μνᾶ κατὰ μὲν τὴν ἰατρικὴν χρῆσιν ἄγει ⟨ις′, τουτέστιν ὁλκὰς ρκη′· κατὰ δὲ τὴν Ἰταλικὴν, ⟨ιη′, τουτέστι λίτραν μίαν ἡμίσειαν, δραχμὰς δὲ ρμδ′. ἡ δὲ Ἀλεξανδρίνη μνᾶ, ἄγει ⟨ κ′, τουτέστιν ὁλκὰς ρξ′.

Περὶ μέτρων ὑγρῶν· Οἴνου.

Τὸ κεράμιον ἄγει λ π′. ἡ οὖρνα, λ μ′. ὁ χοῦς, τουτέστι τὸ κόγγιον, ἔχει λ ι′. τὸ ἡμικόγγιον ἔχει λ ε′. ὁ ξέστης ἔχει λίτραν μίαν, ⟨ η′. ἡμίνα, τουτέστιν ἡ κοτύλη, ⟨ ι′. τὸ ὀξύβαφον, ὅπερ ἐστὶ τέταρτον κοτύλης, ἄγει ⟨ β′, S. ὁ δὲ κύαθος, ὅπερ ἐστὶν ἕκτον κοτύλης, ἄγει ⟨ α′, ἡμίσειαν, ℈ δ′. ἡ δὲ χήμη, ἐστὶ κυάθου τέταρτον, ἄγει δὲ δραχμὰς γ′, γράμμα ἕν. Ὁ αὐτὸς δὲ σταθμός ἐστι τοῦ ὕδατος καὶ ὄξους· φασὶ δὲ τοῦ ὀμβρίου ὕδατος πληρωθῆναι ἀψευδέστατον εἶναι τὸν σταθμὸν, ἄγειν δὲ ὁλκὰς ψκ′ τὸν χοῦν.

Περὶ Ἐλαίου.

Τὸ κεράμιον ἔχει λ οβ′. ἡ οὖρνα λ λς′. τὸ κόγγιον ἔχει λίτρας θ′. τὸ ἡμικόγγιον λ δ′, S. ὁ ξέστης ἔχει λ α′, S. ἡμίνα, τουτέστιν ἡ κοτύλη, ⟨ θ′. τὸ τέταρτον ἔχει ⟨ δ′, S. τὸ ὀξύβαφον, ὅπερ ἐστὶ κοτύλης τέταρτον, ἄγει ⟨ β′, S. ὁ δὲ κύαθος, ὅπερ ἐστὶ κοτύλης ἕκτον, ἄγει ⟨ α′, S. ἡ χήμη, κυάθου τέταρτον, ἄγει δραχμὰς γ′.

Περὶ Μέλιτος.

Τοῦ μέλιτος τὸ κεράμιον ἔχει λ ρκ′. ἡ οὖρνα ἔχει λίτρας ξ′. τὸ κόγγιον ἔχει λ ε′. τὸ ἡμικόγγιον ἔχει λ ζ′, S. ὁ ξέστης ἔχει λ β′, S. ἡμίνα ἔχει λ α′, ⟨ γ′. τὸ τέταρτον ἔχει ⟨ ζ′, S. τὸ ὀξύβαφον ἔχει ⟨ γ′, S, < β′. ὁ δὲ κύαθος ἔχει ⟨ β′, S. ἡ δὲ χήμη, ὅπερ ἐστὶ κυάθου τέταρτον, ἄγει < ε′.

ΑΛΛΩΣ ΠΕΡΙ ΜΕΤΡΩΝ.

Μέδιμνος ἔχει ἡμίεκτα ιβ′. τὸ δὲ ἡμίεκτον, χόας ὀύο. ὁ δὲ χοῦς, χοίνικας τέσσαρας. ὁ δὲ χοῖνιξ κοτύλας Ἀττικὰς ἄγει τρεῖς, σταθμῷ δὲ ἔχει ὁλκὰς ρπ′· ὁ δὲ χοῦς ἐστὶ μὲν μέτρῳ κοτυλῶν Ἀττικῶν ιβ′, σταθμῷ δὲ ἄγει δραχμὰς ψκ′. ὁ δὲ ξέστης μέτρῳ μὲν κοτυλῶν δύο, σταθμῷ δε < ρκ′. ἡ δὲ κοτύλη ἔχει κυάθους ἓξ, σταθμῷ δὲ < ξ′. τὴν δὲ κοτύλην οἱ Ἀττικοὶ καὶ τρυβλίον ὀνομάζουσι. τὸ ὀξύβαφον μέτρῳ μὲν κοτύλης τέταρτον, ὅπερ ἐστὶ κύαθος εἷς ἥμισυ· σταθμῷ δὲ ἔχει δραχμὰς ιε′. ὁ κύαθός ἐστι δραχμῶν δέκα. ἡ δὲ χήμη ἐστὶ κυάθου τέταρτον, < β′, S. τὸ μέγα μύστρον κοτύλης ἐστὶν ὀκτωκαιδέκατον, ἄγει δραχμὰς τρεῖς, ℈ α′· τὸ δὲ μικρὸν, κοτύλης εἰκοστὸν τέταρτον, ἄγει δραχμὰς δύο, S. τὸ δὲ δικαιότατον μύστρον γράμματα ἔχει ὀκτώ. τὸ δὲ κοχλιάριον γράμματα ἔχει τρία τοῦ βασιλικοῦ καρύου τὸ μέγεθος < ἄγει ἑπτὰ, τοῦ δὲ Ποντικοῦ, < α′· τὸ δὲ τῆς βαλάνου, δραχμῆς ἥμισυ. τὸ δὲ τοῦ Αἰγυπτιακοῦ κυάμου ἔχει ὀβολὸν καὶ ἥμισυ· τοῦ ὀράβου, χαλκοῦς β′.

DE MENSIBUS, ET PARTIBUS EORUNDEM.

Duodecim apud omnes gentes nationesque comperiuntur fuisse menses; sed eorum ut nomina, ita et ratio fuit diversa. Id quod in Atticorum præsertim et Romanorum mensibus verum est. Nam etsi Græci et Latini suos menses a novilunio, seu conjunctione solis et lunæ auspicabantur, tamen iis inter se minime convenit: ita ut præcise inter se componi nequeant, ne si constaret quidem de ordine omnium utrimque. Cujus rei causam fuisse existimant inprimis astronomicarum rationum ignorationem atque incertitudinem: quam intercalandi etiam importunitate haud raro auctam apparet. Plutarch. certe in Romulo affirmat nihil convenire inter Græcorum et Romanorum novilunia: ubi Romæ natalem, qui in ipsum

trigesimum mensis diem inciderit, celebrari a Romanis a. d. XI Kal. Maii ostendit. Atque Idem in Aristide de Plataicæ pugnæ die loquens, fatetur, quanquam suo tempore accuratius cœlestium corporum motus supputarentur, tamen alios aliter suos inchoare menses. Porro ut ad Atticos menses veniam, Suidas Γαμηλιῶνα interpretatur Januarium. Ἐλαφηβολιών, Februarius ex Gazæ auctoritate creditur, demonstrantis hybernum esse eum mensem, et quidem Gamelione posteriorem, priorem Munychione. Μουνυχιῶνα Martium esse, aut ei proxime respondere, æquinoctii etiam ratione demonstravit Gaza. Leginusque apud Harpocr. et Suidam, Μουνυχιῶνα fuisse decimum apud Athenienses mensem. Est autem Martius decimus ab Junio, a quo incepisse ordinem (quippe a solstitio æstivo) mensium, ipsumque adeo annum, perspicue docuit Gaza. Θαργηλιὼν Aprili respondere existimatur, ex hac conjectura : dictus Θαργηλιὼν παρὰ τὰ Θαργήλια, quod erat festum quoddam ex eo nominatum, quia in eo primitiæ earum frugum, quas calor solis θέρων καὶ θάλπων τὴν γῆν produxerat, diis offerrentur. Eam Plin. confirmat. Is enim hæc Theophrasti H. Pl. 4, 18 : Περὶ γὰρ τὴν βλάστην ἐλάτης καὶ πεύκης, ὅτε καὶ λοπῶσι, τοῦ Θαργηλιῶνος ἢ Σκιροφοριῶνος, ἄν τις περιέλῃ, παραχρῆμα ἀπόλλυται, sic vertit, 17, 24 : Abieti enim et pino si quis detraxerit sole taurum vel geminos transeunte cum germinant, statim moriuntur. Ita ut ejus auctoritate Θαργηλιῶνα Aprili opponere queamus, et Σκιροφοριῶνα Maio; nam Aprili mense sol taurum transit, Maio geminos. Sed et Dionysii Halicarnassei auctoritate comprobari potest, sic scribentis Rom. Antiq. 1, p. 39 : Ἴλιον μὲν γὰρ ἥλω τελευτῶντος ἤδη τοῦ θέρους, ἑπτακαίδεκα πρότερον ἡμέραις τῆς θερινῆς τροπῆς, ὀγδόῃ φθίνοντος μηνὸς Θαργηλιῶνος, ὡς Ἀθηναῖοι τοὺς χρόνους ἄγουσι· περιτταὶ δ' ἦσαν αἱ τὸν ἐνιαυτὸν ἐκεῖνον ἐκπληροῦσαι μετὰ τὴν τροπὴν εἴκοσι ἡμέραι· nam vigesimatertia die mensis Θαργηλιῶνος captam fuisse Trojam ait, septendecim diebus ante solstitium, quod tunc incidebat in sequentis mensis, sc. Σκιροφοριῶνος, diem decimum : post quod tempus reliqui erant dies 20, ad complendum et mensem et annum. Ubi etiam innuit solstitium eo anno non (ut solebat) in kalendas s. plenilunium Hecatombæonis, verum in decimum diem præcedentis mensis Scirophorionis incurrisse. Σκιροφοριὼν sequitur Θαργηλιῶνα, et Maio respondet, ut ex antedictis apparet. Huic porro proximum esse Ἑκατομβαιῶνα, diserte in Agesilao Plutarch. docet, ubi refert dies viginti intervenisse inter fœdus Spartæ, exclusis Bœotis, ictum die XIIII Scirophorionis, et inter cladem quam apud Leuctra quinto Hecatombæonis die acceperunt Spartani. Primus hic fuit mensium Atticorum et anni initium, ut ex Dionysii paulo ante citatis verbis patet, ideoque a sacrificiis majoribus, hecatombis sc., quæ tunc fiebant, nomen accepit. Adhæc solstitium æstivum in eum incidebat plerumque; nam et in præcedentem Scirophoriona nonnunquam incurrisse, ex Dionysii loco paulo supra allato, constat. Antiquitus dictus fuit Κρόνιος, i. e. Saturnalis, a Bœotis Hippodromus, a Macedonibus Lous, ut refert Plutarch. Theseo, et Camillo, et Alexandro. Respondet vero Latinorum Junio. Sequitur hunc Μεταγειτνιών, quemadmodum Suidas quoque post Harpocrationem hunc mensem fuisse secundum annotavit. Quinctili s. Julio eum conciliemus, quanquam hac in re Plutarch. nobis refragatur, qui in Poplicola scribit, Εἰδοῖς οὖν Σεπτεμβρίαις (ὃ συντυγχάνει περὶ τὴν πανσέληνον μάλιστα τοῦ Μεταγειτνιῶνος) ἠθροισμένων ἁπάντων εἰς τὸ Καπετώλιον· comparans mensem hunc non cum Julio, cum quo conferendum antedicta declarant, sed cum Septembri : id quod valde mirum est, nec facile quispiam vel locum illum esse depravatum, vel auctorem errasse deceptumque fuisse dicere audeat. A Syracusanis Carnium fuisse dictum, Panemum a Bœotis, Idem in Camillo et Nicia refert. Proximus est Βοηδρομιών, ut ex eodem Plutarcho Aristide colligitur, ubi de pugnæ Plataicæ tempore loquitur : Ταύτην τὴν μάχην ἐμαχέσαντο τῇ τετράδι τοῦ Βοηδρομιῶνος ἱσταμένου κατ' Ἀθηναίους· κατὰ δὲ Βοιωτοὺς, τετράδι τοῦ Πανέμου φθίνοντος. Bœoti enim præcedentem mensem Panemum vocabant, quem serie contigua sequitur hic Βοηδρομιών. Respondet porro hic mensis Latinorum Sextili s. Augusto. Contiguus est Μαιμακτηριών, Bœotis Alalcomenius dictus, ut idem Plutarch. docet paulo post verba jam allata : Τοῦ Μαιμακτηριῶνος μηνὸς, ὅς ἐστι παρὰ Βοιωτοῖς Ἀλαλκομήνιος, τῇ ἕκτῃ ἐπὶ δέκα πέμπουσι πομπήν· quo etiam ex loco non levi conjectura colligitur Boedromioni eum successisse. Opponitur nostro Septembri. Quintum hunc fuisse mensem Atheniensium tradit Harpocr. et ex eo Suidas, qui etiam addit esse Latinorum Januarium. Quorum neutrum cum Gazæ opinione convenit : imo si quintus sit, nullo modo Januarius esse potest. Arrianus certe in Exp. Alex. 2, hoc mense scribit victum ab Alexandro Darium, Issica pugna : quam finita æstate et jam incipiente autumno commissam fuisse, veritati non videtur dissentaneum. Proximus huic, qui ad Octobrem nostrum quadret, est Πυανεψιών : quem fuisse mensem autumnalem ipsum declarat nomen; dictus enim a festo Πυανεψίων, quod agitabatur frugibus terræ jam collectis atque conditis, ut ex Plut. Theseo colligere est. Idem Plut. De Iside et Osiride hunc Atheniensium Pyanepsionem declarat esse Bœotorum Damatrium, Ægyptiorum Athyr : nimirum circa occasum pleiadis cosmicum, i. e. autumnalem. Novembri Latinorum Gaza opponit Ἀνθεστηριῶνα Atticorum, hybernum esse mensem ex etymo colligens, quod sc. ἀνθέων στερεῖ τὴν γῆν. Contra tamen Philostr. vernum esse mensem scribit, denominatum ita παρὰ τῶν ἀνθῶν : quemadmodum Ister quoque ap. Harpocr. eum sic vocatum tradit διὰ τὸ πλεῖστα τῶν ἐκ γῆς ἀνθεῖν τότε. Et Plutarch. Sylla, Ἑλεῖν δὲ τὰς Ἀθήνας αὐτός φησιν ἐν ὑπομνήμασι, Μαρτίαις καλάνδαις· ἥτις ἡμέρα συμπίπτει μάλιστα τῇ νουμηνίᾳ τοῦ Ἀθεστηριῶνος μηνός. Cui astipulatur Appian. B. C. 2, memorans τελευτῆσαι τὸν Καίσαρα ἐν ἡμέραις αἷς καλοῦσιν εἰδοῖς Μαρτίαις, Ἀνθεστηριῶνος μάλιστα μέσου. Quin et Macrob. Saturn. 1, 12, cum dixisset Aprilem dici quasi aperilem, subjungit, Sicut apud Athenienses Ἀνθεστηριὼν idem mensis vocatur, ab eo, quod hoc tempore plura florescant. Rursum tamen Plutarch. in fine sui Arati ait, Ἡμέρα πέμπτῃ Δαισίου μηνὸς, ὃν Ἀθηναῖοι καλοῦσιν Ἀνθεστηριῶνα· quem Macedonum Δαίσιον s. Δέσιον, Suidas Junium esse dicit. Utut sit, omnes illi auctores Gazæ refragantur, existimanti Ἀνθεστηριῶνα esse Novembrem, et mensem hybernum : quanquam et Harpocration, cum dicat esse eum octavum mensium Atticorum, inter hybernos eum referat : innuens eum esse eundem cum Januario, cui Γαμηλιῶνα supra opposuimus. Alius itaque quærendus erit, quem cum illo Latinorum Novembre componamus, cum omnium suffragiis constet Ἀνθεστηριῶνα ei nullo modo respondere. Postremus in Gazæ serie est Ποσειδεών, quasi Neptunium diceres. Suidas Decembrem hunc interpretatur, ut et Gaza. Januario tamen eum comparat Plutarch. in Cæs. his verbis, Χειμῶνος ἐν τροπαῖς ὄντος, ἱσταμένου μηνὸς (οὗτος δ' ἂν εἴη Ποσειδεὼν Ἀθηναίοις), ἀφῆκεν εἰς τὸ πέλαγος. Qua in re nihil inesse absurdi videtur, cum olim solstitium id in finem Decembris inciderit.

Hæc quambrevissime fieri potuit, collegi ex Græcorum commentariis, et viri cujusdam nostra memoria celebris libello De mensibus Atticis. At in Lexico quodam meo veteri alius ordo mensium Atticorum est, et alia interpretatio Latina, ut deinceps videbis. Sic enim in eo legitur (omisso Græco et Lat. nomine Novembris) : Ὀνόματα Μηνῶν κατὰ Ἀθηναίους. Ἑκαβαιὼν (ὁ καὶ Κρόνιος), ὁ Σεπτέμβριος. Μεταγειτνιὼν, ὁ Ὀκτώβριος. Πυανεψιὼν, ὁ Δεκέμβριος. Μαιμακτηριὼν, ὁ Ἰανουάριος. Ληναιὼν (ὁ καὶ Ποσειδεὼν), ὁ Φεβρουάριος. Γαμηλιὼν, ὁ Μάρτιος. Ἀνθεστηριὼν, ὁ Ἀπρίλλιος. Ἐλαφηβολιὼν, ὁ Μάϊος. Μουνυχιὼν, ὁ Ἰούνιος. Θαργηλιὼν, ὁ Ἰούλιος. Σκιροφοριὼν, ὁ Αὔγουστος. In eodem Lexico hæc τῶν καθ' Ἕλληνας Ὀνόματα Μηνῶν leguntur : Γορπιαῖος, ὁ Σεπτέμβριος. Ὑπερβερεταῖος, ὁ Ὀκτώβριος. Δίος, ὁ Νοέμβριος. Ἀππελλαῖος, ὁ Δεκέμβριος. Αὐδοναῖος, ὁ Ἰανουάριος. Περίτιος, ὁ Φεβρουάριος. Δύστρος, ὁ Μάρτιος. Ξανθικὸς, ὁ Ἀπρίλλιος. Ἀρτεμίσιος, ὁ Μάϊος. Δέσιος, ὁ Ἰούνιος. Πάνεμος, ὁ Ἰούλιος. Λώϊος, ὁ Αὔγουστος. Quoniam vero et Ægyptiacorum mensium crebra apud Græcos occurrit mentio, placet et ipsos inde cum in-

terpretatione sua apponere : Ὀνόματα Μηνῶν κατὰ Αἰγυπτίους. Φθὼ, ἢ Θωθὶ, ὁ Σεπτέμβριος. Παμφοὶ, ἢ Φαωφὶ, ὁ Ὀκτώβριος. Ἀθὺρ, ὁ Νοέμβριος. Χυὰκ, ὁ Δεκέμβριος. Τυβὶ, ὁ Ἰανουάριος. Μεχεὶρ, ἢ Βεχεὶρ, ὁ Φεβρουάριος. Φαμενὼθ, ὁ Μάρτιος. Φαρμουθὶ, ὁ Ἀπρίλλιος. Παχὼν, ὁ Μάϊος. Παυνὶ, ὁ Ἰούνιος. Ἐπιφὶ, ὁ Ἰούλιος. Μεσσορὶ, ὁ Αὔγουστος. Eadem nomina in alio quoque libro manuscripto legi, sed quædam paulo aliter scripta, sc. Θὼθ pro Θωθί : Μεχὶρ pro Μεχείρ : Παϋνὶ pro Παυνί : Ἔπιφι pro Ἐπιφί : Μεσορὶ pro Μεσσορί. In quibus tamen parum est discriminis. Præterea ibidem habentur Ὀνόματα Μηνῶν κατὰ Ἰουδαίους : quæ et ipsa recensere hic visum est, cum apud Ecclesiasticos scriptores et Historicos nonnunquam eorum fiat mentio. Sic igitur ibi legitur : Τισερὶ, ὁ Σεπτέμβριος. Μαρχασουὰν, ὁ Ὀκτώβριος. Κισθλὲβ, ὁ Νοέμβριος. Τηβὴθ, ὁ Δεκέμβριος. Σεβὰτ, ὁ Ἰανουάριος. Ἀδὰρ, ὁ Φεβρουάριος. Νισσὰν, ὁ Μάρτιος. Ἰὰρ, ὁ Ἀπρίλλιος. Σιβὰν, ὁ Μάϊος. Ταμοὺζ, ὁ Ἰούνιος, Ἄβ, ὁ Ἰούλιος. Ἐλοὺλ, ὁ Αὔγουστος. Ceterum barbara hæc addidi Atticis et Græcis nominibus, quoniam in VV. LL. quoque ea habebantur, quibus thesaurum hunc pauperiorem esse nolui. Sed in iis horum Hebraicorum mensium nomina aliqua aliter scripta sunt, sc. Θερσὶ pro Τισερί : Μαρσοναὴ pro Μαρχασουάν : Χασλεὺ pro Κισθλέβ : Σαβὰτ pro Σεβάτ : Νισὰν pro Νισσάν : Σιεθοναὴ pro Σιβάν : Θαμνὶ pro Ταμούζ. In manuscripto etiam libro veteri paulo aliter scripta nonnulla reperi : sc. Μορσαὰν pro Μαρχασουάν : Θαμὶ pro Ταμούζ : Ἐβλὰδ pro Ἄβ : Ἐλοὺρ pro Ἐλούλ. Sed mendosæ eæ scripturæ sunt, at genuinæ et Hebræis nominibus consentaneæ, quas ex Lex. meo veteri attuli, ideoque illis, non his, nitendum erit. In VV. LL. præterea Macedonica mensium nomina, Bithynica, Cappadocica, Cypria : quæ et ipsa, ne quid omisisse videamur, ascribemus. Macedonica : Αἰγόκερως, Ὑδροχόος, Ἰχθῦς, Κριὸς, Ταῦρος, Δίδυμοι, Καρκίνος, Λέων, Παρθένος, Ζυγὸς, Σκορπίος, Τοξότης. Bithynica : Ἥρεως, Ἕρμιος, Μητρῶς, Διονύσιος, Ἡράκλειος, Δίος, Βενδιαῖος, Στρατεῖος, Ἄρειος, Περιέπιος, Ἀφροδίσιος, Δημήτριος. Cypria : Ἀφροδίσιος, Ἀπογονικὸς, Αἰνικὸς, Ἰούνιος, Καισάρειος, Σεβαστὸς, Αὐτοκρατορικὸς, Δημαρχεξάσιος, Πληθύτατος, Ἀρχιερεύς. Cappadocica : Τίριξ, Μάτα, Ξανανθηρὶ, Μιθρὶ, Ἀπομεναμὰ, Ἀρθρὰ, Τετουσία, Ὡσμωνία, Σόνδαρα, Ἀρτανία, Ἀρταεστὶν, Ἀραιότατα. Sed ista plane barbara sunt, et nescio quibusnam scriptoribus Græcis Latinisve usitata.

[Ὀνόματα Μηνῶν in Matth. Gloss. Gr. Min. 1, p. 86. Mosquæ 1774 :

ΜΗΝΕΣ ΡΩΜΑΙΩΝ.	
Μάρτιος	Σεπτέβριος
Ἀπρίλλιος	Νοέμβριος
Μάϊος	Δεκέβριος
Ἰούνιος	Ἰαννουάριος
Ἰούλιος	Φευρουάριος
Αὔγουστος	

ΑΘΗΝΑΙΩΝ.	ΕΒΡΑΙΩΝ.
Σκιῤῥοφοριὼν	Ψιθεδὼ
Ἑκατομβαιὼν	Θαμνὶ
Μεταγειτνιὼν	Ἄβ
Πυανεψιὼν	Ἐλοὺλ
Μαιμακτηριὼν	Θερσὶ
Ἀνθεστηριὼν	Μορσουᾶν
Ποσειδιὼν	Χασαλεῦ
Γαμιλιὼν	Τιβιβὶ
Ἐλαφηβολιὼν	Σαβὰτ
Ληναιὼν	Ἀδὰρ
Μουνιχιὼν	Νισὰν
	Ἰὰρ

ΕΛΛΗΝΩΝ.	ΠΕΡΣΩΝ.
Δύστρος	Φαρουαρτὴς
Ξανθικὸς	Ἀρτιπεετὸς
Ἀρτεμίσιος	Χορτὰτ
Δέσιος	Τυρμὰ
Πάνεμος	Μερτὰτ
Λῶος	Σαχριοὺρ
Γορπιαῖος	Μέ/ερμα
Ὑπερβερεταῖος	Ἀπάνμα
Δίος	Ἄδερμα
Ἀπιλλαῖος	Σῆμα
Ἀδυναῖος	Πε/μὰν
Περίτιος	Ἀσφαντὰρ
	Μασιαρχὰ

ΜΑΚΕΔΟΝΩΝ.	ΒΗΘΥΝΩΝ.
Σούδαρα	Ἄρειος
Ἀρτανία	Περιέπειος
Ἀρτιεστίνα	Ἀφροδίσιος
Ἀρετότατος	Δημήτριος
Τίριξ	Ἥρεος
Ματὰ	Ἕρμος
Ξανθηρὶ	Μητρῷος
Μιθρὶ	Διονύσιος
Ἀπομεναμὰ	Ἡράκλειος
Ἀρθρὰ	Δίος
Τεθουσία	Βενδιαῖος
Ὀσμονία	Στρατήϊος

ΑΙΓΥΠΤΙΩΝ.	ΚΥΠΡΙΩΝ.
Φαμενὼθ	Ταηθύπατος
Φαρμουθὶ	Ἀρχιερεὺς
Παχὼν	Ἄεσθιος
Παϋνὶ	Ῥωμαῖος
Ἐπιφὶ	Ἀφροδίσιος
Μεσωρὶ	Ἀπογονικὸς
Θὼθ	Αἰνικὸς
Φαωφὶ	Ἰούνιος
Ἀθὺρ	Καισσάριος
Χοιὰκ	Σεβαστὸς
Τιβὶ	Αὐτοκρατορικὸς
Μεχεὶρ	Δημαρχεξούσιος.]

Hæc de nominibus mensium : quorum supra dictum est non esse eandem apud omnes gentes rationem, et inprimis Atticos menses non convenire cum nostris, quod illi, sicut et Hebræorum menses, tantum ad lunæ cursum computarentur, luna auspicante et finiente mensem; nostri vero ita descripti sint, ut in conficiendo anno magis ad solis cursum quadrarent. Apud Atticos primus mensis a solstitio æstivo inchoabat annum : quod cum fere incidat in medium mensem Junium apud nos, mensem qui illi exacte respondeat, opponere non possumus, cum videamus eum partem sibi ex Junio capere, partem ex Julio : quæ ratio eadem deinceps est in ceteris. Itaque non abs re futurum existimo, si ad ostendendam istam diversitatem, ex veteri quodam Calendario manuscripto ascribam quoto Romanorum mensium die Græcus quisque mensis suum sumpserit initium. In eo itaque Januarii mensis die xv, inchoat κατὰ Τυρίους Αὐδοναῖος, ἡμερῶν λ'. xiiii Februarii, κατὰ Τυρίους Περίτιος, ἡμερῶν λ'. xviii Martii, κατὰ Τυρίους Δύστρος, ἡμερῶν λ'. xvi Aprilis, κατὰ Τυρίους Ξανθικὸς, ἡμερῶν λα'. xviii Maii, κατὰ Τυρίους Ἀρτεμίσιος, ἡμερῶν λα'. xxii Junii, κατὰ Τυρίους Δέσιος, ἡμερῶν λα' : ubi etiam statuuntur θεριναὶ τροπαί. xxi Julii, κατὰ Τυρίους Πάνεμος, ἡμερῶν λα'. xviii Augusti, κατὰ Τυρίους Λῶος, ἡμερῶν λ'. xix Septembris, κατὰ Τυρίους Γορπιαῖος, ἡμερῶν λ'. xix Octobris, κατὰ Τυρίους Ὑπερβερεταῖος, ἡμερῶν λ'. xviii Novembris, κατὰ Τυρίους Δίος, ἡμερῶν λ'. xviii Decembris, κατὰ Τυρίους Ἀπελλαῖος, ἡμερῶν λ'. ὁμοῦ σελήνης ἡμέραι ς' ἐπακταί. Hactenus in Græco isto Calendario, ubi ortus etiam occasusque siderum et ventorum erant annotati, solstitia etiam et horarum rationes. Quod vero in eo est κατὰ Τυρίους, in Lex. meo veteri et apud alios est καθ' Ἕλληνας.

DE PARTIBUS MENSIS.

Dividunt Græci mensem suum in tres decadas seu τρία δεχήμερα, ut Pollux nominari posse ait. Primam

vocant μηνὸς ἱσταμένου sive ἀρχομένου : secundam, μεσοῦντος μηνὸς, vel ἐπὶ δεκάδι : tertiam, φθίνοντος μηνὸς, sive παυομένου, aut λήγοντος : vel etiam ἐπὶ εἰκάδι. Utuntur igitur in diebus numerandis, nominibus ordinalibus, πρώτη, δευτέρα, τρίτη, τετάρτη, seu τετρὰς, πέμπτη, sive πεντὰς, ἕκτη, sive ἕξὰς, et sic deinceps : nisi quod prima cujusque mensis dies vocetur νουμηνία (quoniam in ea erat novilunium), decimaquinta peculiariter ab Hesiodo μέση, quoniam medium obtinet locum ; ultima, ἕνη καὶ νέα : quæ et Δημητριὰς in honorem Demetrii dicta aliquamdiu fuit. Hoc porro est discriminis, quod in ἱσταμένου et μεσοῦντος μηνὸς diebus numerandis recto ordine progrediuntur, in φθίνοντος autem decade utuntur ordine retrogrado, quali Latini in suis nonis, idibus et calendis, ut ex sequenti diagrammate patebit.

1	Νουμηνία		Calendæ.	
2	δευτέρα	ἱσταμένου μηνὸς, s. ἀρχομένου μηνός.	IIII	Nonas.
3	τρίτη		III	
4	τετάρτη		Pridie	
5	πέμπτη		Nonæ.	
6	ἕκτη		VIII	
7	ἑβδόμη		VII	
8	ὀγδόη		VI	
9	ἐννάτη		V	
10	δεκάτη		IIII	
11	πρώτη		III	Idus.
12	δευτέρα		Pridie	
13	τρίτη		Idus	
14	τετάρτη	μεσοῦντος μηνὸς, vel ἐπὶ δεκάδι, seu δεκάτῃ.	XVIII	
15	πέμπτη		XVII	
16	ἕκτη		XVI	
17	ἑβδόμη		XV	
18	ὀγδόη		XIIII	
19	ἐννάτη		XIII	
20	εἰκὰς, s. εἰκοστή.		XII	
21	δεκάτη	φθίνοντος μηνός. πρώτη	XI	Kal.
22	ἐννάτη	δευτέρα	X	
23	ὀγδόη	τρίτη	IX	
24	ἑβδόμη	τετάρτη	VIII	
25	ἕκτη	πέμπτη	VII	
26	πέμπτη	ἕκτη	VI	
27	τετάρτη	ἑβδόμη	V	
28	τρίτη	ὀγδόη	IIII	
29	δευτέρα	ἐννάτη	III	
30	ἕνη καὶ νέα, seu τριακάς.		Pridie	

Ita vero numerandum esse, tum ex Polluce constat, tum ex Scholiis in Aristoph. scriptis. Ibi enim in expositione horum Strepsiadis verborum, Πέμπτη, τετρὰς, τρίτη, μετὰ ταύτην δευτέρα· Εἶθ' ἣν ἐγὼ μάλιστα πασῶν ἡμερῶν Δέδοικα καὶ πέφρικα καὶ βδελύττομαι, Εὐθὺς μετὰ ταύτην ἔσθ' ἕνη τε καὶ νέα· inhorum inquam verborum expositione scholiastes hæc annotat : Οὕτω δὲ ἠρίθμουν Ἀθηναῖοι· τὰς μὲν ἀπὸ νουμηνίας ὁμοίως ἡμῖν λέγοντες, πρώτη ἱσταμένου, δευτέρα ἱσταμένου, μέχρι τῶν δέκα· μεθ' ἣν, πρώτην ἐπὶ δέκα, εἶτα δευτέραν ἐπὶ δέκα, καὶ ἑξῆς ἄχρι εἰκοστῆς. ἡ αὐτὴ δὲ καὶ εἰκάς. μεθ' ἣν ἑνδεκάτην φθίνοντος, ἢ δεκάτην, ἢ ἐννάτην, ἢ ὀγδόην, ὡς ἔτυχεν ἔχων ὁ μήν· καὶ ἑξῆς ἀναλύοντες ἄχρι δευτέρας. οὕτω γὰρ Ἀθηναῖοι ἠρίθμουν, οὐ προστιθέντες, ἀλλ' ἀφαιροῦντες, καὶ ἀναλύοντες μέχρι τριακάδος, Σόλωνος ἡγησαμένου πρὸς τὰ τῆς σελήνης φῶτα οὕτω μειούμενα. μετὰ δὲ δευτέραν ἀκτέον ἕνην, τουτέστι τὴν τελευταίαν τοῦ μηνὸς ἡμέραν. Ubi etiam nota, si accideret ut mensis esset dierum XXXI, dictum fuisse post εἰκάδα seu εἰκοστὴν, ἑνδεκάτη φθίνοντος, vel etiam ἑνδεκάτη ἐπὶ εἰκάδι aut μετὰ εἰκάδα : sin vero XXVIII tantum, ut in Februario, eos dixisse ὀγδόη φθίνοντος, sive ὀγδόη ἐπὶ εἰκάδι aut μετὰ εἰκάδα. Alius vero scholiastes clarius etiam hæc de φθίνοντος retrogrado ordine explicat; nam exponens eadem verba, Πέμπτη, τετρὰς, subjungit, Οὐ προσέθηκε τὸ Φθίνοντος. οὕτω γάρ φασιν Ἀθηναῖοι μετροῦσιν, ἀπὸ πρώτης ἕως δεκάτης προστιθέασι τὸ Ἱσταμένου. ἀπὸ ἑνδεκάτης ἕως ἐννεακαιδεκάτης τὸ Ἐπὶ δέκα. εἶτα ἡ μεγάλη εἰκάς. ἀπὸ εἰκοστῆς πρώτης ἕως εἰκοστῆς ἐννάτης, τὸ Φθίνοντος· τὴν οὖν εἰκοστὴν δευτέραν, ἐκάλουν ἐννάτην φθίνοντος· τὴν εἰκοστὴν τρίτην, ὀγδόην· τὴν εἰκοστὴν τετάρτην, ἑβδόμην· τὴν εἰκοστὴν πέμπτην, ἕκτην· τὴν εἰκοστὴν ἕκτην, πέμπτην· τὴν εἰκοστὴν ἑβδόμην, τετάρτην· τὴν εἰκοστὴν ὀγδόην, τρίτην· τὴν εἰκοστὴν ἐννάτην, δευτέραν· εἶτα τὴν τριακοστὴν, ἕνην τε καὶ νέαν. ἐπεὶ ἐν αὐτῇ συντελεῖται ὁ μὴν, καὶ ἀρχὴν ἔχει τοῦ ἑτέρου μηνὸς τῆς σελήνης. Nec solum ex scholiastis illis hæc φθίνοντος μηνὸς dierum numeratio cognoscitur, verum etiam ex ipso Plutarcho in Solone p. 168, ubi etiam ἕνη καὶ νέα cur vocata sit, declarat : Συνιδὼν δὲ τοῦ μηνὸς τὴν ἀνωμαλίαν, καὶ τὴν κίνησιν τῆς σελήνης οὔτε δυομένῳ τῷ ἡλίῳ πάντως, οὔτ' ἀνίσχοντι συμφερομένην, ἀλλὰ πολλάκις τῆς αὐτῆς ἡμέρας καὶ καταλαμβάνουσαν καὶ παρερχομένην τὸν ἥλιον, αὐτὴν μὲν ἔταξε ταύτην ἕνην καὶ νέαν καλεῖσθαι· τὸ μὲν πρὸ συνόδου μόριον αὐτῆς τῷ παυομένῳ μηνὶ, τὸ δὲ λοιπὸν, ἤδη τῷ ἀρχομένῳ προσήκειν ἡγούμενος· πρῶτος ὡς ἔοικεν, ὀρθῶς ἀκούσας Ὁμήρου λέγοντος, Τοῦ μὲν φθίνοντος μηνὸς, τοῦ δ' ἱσταμένοιο. τὴν δὲ ἐφεξῆς ἡμέραν νουμηνίαν ἐκάλεσεν, τὰς ἀπ' εἰκάδος οὐ προστιθεὶς, ἀλλ' ἀφαιρῶν καὶ ἀναλύων, ὥσπερ τὰ φῶτα τῆς σελήνης ἧς ἑώρα μέχρι τριακάδος, ἠρίθμησεν. Quin et certissima exempla horum φθίνοντος dierum numerandorum ex ipso illo habemus; hæc enim (sed brevitatis causa aliquantum truncata), ex ephemeridibus refert sub finem Vitæ Alexandri : Ὀγδόῃ ἐπὶ δεκάτῃ μηνὸς ἐκάθευδεν ἐν τῷ λουτρῷ. τῇ δὲ ἑξῆς λουσάμενος, εἰς τὸν θάλαμον μετῆλθεν. τῇ εἰκάδι λουσάμενος πάλιν, ἔθυσε τὴν εἰθισμένην θυσίαν. τῇ δεκάτῃ φθίνοντος ταυτὰ ποιήσας μᾶλλον ἀνεφλέχθη. ἑβδόμῃ σφόδρα πυρέττων, ἔθυσεν ἐξαρθεὶς πρὸς τὰ ἱερά. τῇ ἕκτῃ, σμικρὸν ὕπνωσεν. ὁμοίως δὲ τὴν πέμπτην. τῇ δὲ τρίτῃ φθίνοντος πρὸς ὀείλην ἀπέθανεν.

Alioqui in manuscriptis quoque ephemeridibus nulla facta nec ἱσταμένου nec μεσοῦντος, nec φθίνοντος sive λήγοντος μηνὸς mentione, una serie dies mensium numerantur, recta ab ipsa τῇ πρώτῃ usque ad τὴν τριακάδα, vel τὴν τριακοστὴν πρώτην, aut εἰκοστὴν ὀγδόην, prout mensis fert, progrediendo : quemadmodum apud Latinos quoque fieri interdum videmus. Qui vero Latinis mensium nominibus apud Græcos utuntur, Latinorum quoque supputationem sequuntur. Dicunt enim πρὸ δ' νοννῶν Ἀπριλλίου, πρὸ ἡ' εἰδῶν Ἰουνίου, πρὸ καλανδῶν ιθ' Σεπτεμβρίου. Id quod in manuscriptis quoque ephemeridibus visitur. Sic enim apud Latinos quoque legimus. Plinius : Qui dies XV ante Aug. Kal. est. Item, Is dies sextus est ante Februarias Idus. Et Cic. Ep. ad Att., Ut Athenas a. d. VII Kal. Quinct. veneram. Et rursum, Actium venimus a. d. XVIII Kal. Quinct. Ita enim scribendum esse, a. d., id est Ante diem, non Ad, doctissimi quique censent, et Græca consuetudo confirmat.

Porro ut nihil desit complendo huic de Mensibus et eorum Partibus tractatui, ascribenda duxi hæc Macrobii de intercalatione, Saturn. 1, 13 : Cum ergo Romani ex hac distributione Pompilii ad lunæ cursum sicut Græci annum proprium computarent, necessario et intercalarem mensem instituerunt more Græcorum. Nam et Græci cum animadverterent temere se CCCLIIII diebus ordinasse annum, quoniam appareret de solis cursu, qui trecentis sexaginta quinque diebus et quadrante Zodiacum conficit, deesse anno suo undecim dies et quadrantem, intercalares statuta ratione commenti sunt, ita ut octavo quoque anno nonaginta dies, ex quibus tres menses tricenum dierum composuerunt, intercalarent. Id Græci fecerunt, quoniam erat operosum atque difficile omnibus annis undecim dies et quadrantem intercalare. Itaque maluerunt hunc numerum octies multiplicare, et nonaginta dies, qui nascuntur, si quadrans cum diebus undecim octies componatur, inserere, in tres menses (ut diximus) distribuendos. Hos dies, ὑπερβαίνοντας, menses vero ἐμβολίμους appellabant. Hunc ergo ordinem Romanis quoque imitari placuit; sed frustra : quippe fugit eos, diem unum (sicut supra admonuimus) additum a se ad Græcum numerum in honorem imparis numeri. Ea re per octennium convenire numerus atque ordo non poterat. Sed nondum hoc errore comperto, per octo annos nonaginta quasi superfundendos Græcorum exemplo computabant dies, alternisque annis binos et vicenos, alternis ter-

nos vicenosque intercalares expensabant intercalationibus quatuor. Sed octavo quoque anno intercalatores octo affluebant dies ex singulis, quibus vertentis anni numerum apud Romanos super Græcum abundasse jam diximus. Hoc quoque errore jam cognito, hæc species emendationis inducta est : tertio quoque octennio ita intercalandos dispensabant dies, ut non nonaginta, sed sexaginta sex intercalarent, compensatis vigintiquatuor diebus pro illis qui per totidem annos supra Græcorum numerum creverant. Omni autem intercalationi mensis Februarius deputatus est, A quoniam is ultimus anni erat. Quod etiam ipsum de Græcorum imitatione faciebant. Nam et illi ultimo anni sui mensi superfluos interserebant dies, ut refert Glaucippus, qui de sacris Atheniensium scripsit. Verum una re a Græcis differebant. Nam illi confecto ultimo mense, Romani, non confecto Februario, sed post XXIII diem intercalabant, Terminalibus scilicet jam peractis : deinde reliquos Februarii mensis dies, qui erant quinque, post intercalationem subjungebant, credo vetere religionis suæ more, ut Februarium omnino Martius sequeretur.

FINIS.

APPENDIX

AD HENRICI STEPHANI

THESAURUM GRÆCÆ LINGUÆ.

PRÆFATIO.

Thesauro Græcæ linguæ Henricus Stephanus plura partim ab se partim ab aliis scripta præfixit, alia in Appendice volumini quarto adjunxit. Quorum index hic est.

I. In aversa tituli voluminis primi pagina 1° H. Stephani de Thesauro epigrammata duo, alterum Græcum, alterum Latinum. 2° Summa privilegiorum huic Thesauri editioni concessorum, quæ prodiit a. 1572. Calendis Martiis.

II. Epistola dedicatoria ad Maximilianum II imperatorem aliosque principes p. 3—6, quæ finitur epigrammatis Latinis duobus.

III. Catalogus autorum Græcorum ex quorum scriptis petita sunt vocabula in Thesaurum recepta, additis in fine iterum epigrammatis duobus Latinis in Thesauros linguæ Græcæ ab Henrico Stephano et Latinæ ab Roberto Stephano constructos, p. 7, 8.

IV. H. Stephani ad lectorem Epistola seu Præfatio in suum Thesaurum linguæ Græcæ, p. 9—20.

V. Scipionis Carteromachi Pistoriensis oratio de laudibus literarum Græcarum, ad Danielem Renerium, Patricium Venetum, p. I—IX.

VI. M. Antonii Antimachi de literarum Græcarum laudibus oratio in Ferrariensi Gymnasio publice habita, p. X, XI.

VII. Ex Conradi Heresbachii oratione in commendationem Græcarum literarum Excerpta, p. XII—XX.

In Appendice *libellorum ad Thesaurum Græcæ linguæ pertinentium*, quæ volumini quarto, quod indicem Thesauri alphabeticum continet, præfixa est,

VIII. De Græcæ linguæ dialectis ex scriptis Joannis Grammatici quæ τεχνικά fuerunt inscripta p. 5—14.

IX. *De dialectis a Corintho* [i. e. Gregorio Corinthio] *decerptis*, p. 15—32.

X. Ex Plutarcho Excerpta De dialectis et Homerico eorum usu; De tropis et Homerico eorum usu; De schematis et Homerico eorum usu; De passionibus dictionum ex Tryphone grammatico p. 17—30 (numeris his per errorem positis pro 33—46).

XI. Συναγωγὴ τῶν πρὸς διάφορον σημασίαν διαφόρως τονουμένων λέξεων κατὰ στοιχεῖον, p. 31—44.

XII. Ἀμμωνίου περὶ ὁμοίων καὶ διαφόρων λέξεων, p. 45—76.

XIII. Τάξις παλαιὰ καὶ ὀνομασίαι τῶν ἀρχόντων et Ὀρβικίου περὶ τῶν περὶ τὸ στράτευμα τάξεων, p. 75—80.

XIV. *Verborum quorundam themata, quæ magna ex parte vel sunt anomala vel poetica, aut certe ejusmodi ut non obviam cuilibet habeant originem*, p. 81—204.

XV. Ἡρωδιανοῦ περὶ τῶν ἀριθμῶν cum ipsius H. Stephani de eodem argumento observationibus, p. 205—214.

XVI. Γαληνοῦ περὶ μέτρων καὶ σταθμῶν, p. 213—222.

XVII. H. Stephanus de mensibus et partibus eorum, p. 223—228.

Hæc omnia repetita sunt in editione Thesauri Londinensi cum aliis accessionibus non paucis, inter quas præter alia, quæ enumerare nihil attinet, sunt (XVIII) Excerpta ex H. Stephani Epistola a. 1569, scripta *de typographiæ suæ statu deque Thesauro linguæ Græcæ* ab Almeloveenio edita in Dissertatione de vitis Stephanorum (Amstel. 1683) et (XIX) H. Stephani liber de dialecto Attica. Nos in hac editionis nostræ Appendice delectum quendam habuimus, omissis quorum hodie usus aut nullus est aut vix ullus, servavimus vero quæ hodie quoque cognitu utilia sunt de Thesauri compositione deque H. Stephani studiorum ratione. Exclusimus igitur quæ supra numeris notata sunt Prolegomena V, VI, VII, et quod ad Appendicem attinet IX, X, XII, XIV. Nam Excerpta ex Gregorio Corinthio Ammoniique de affinium vocabulorum differentia librum nemo hodie desiderabit, quum editiones Gregorii Corinthii ab G. Koenio et G. H. Schæfero, Ammonii ab L. C. Valckenario paratæ in omnium manibus versentur, illa autem quæ ex Plutarcho et Tryphone excerpsit in horum scriptorum editionibus legi possint. Porro quæ de thematis verborum scripsit (XIV) non fuerunt hoc loco iteranda, quum in Thesaurum ipsum suis quæque locis sint recepta. Tanto magis vero operæ pretium visum est Commentationem de Atticæ linguæ seu dialecti idiomatis repetere, quam H. Stephanus proximo post Thesaurum anno (1573) edidit, Glossariis duobus Græco-Latinis *e situ vetustatis erutis* adjunctam (p. 1—247) et quam ipse supplementum eorum esse voluerat quæ in Thesauro dixerat. Quum tamen major libri eximia pro temporibus illis et doctrina et sagacitate scripti pars non tam in investigandis quæ librariorum suæ ætatis linguæ adsuetorum imperitia in omni scriptorum genere millenis in locis obscuravit Atticis vocabulorum formis quam in explicanda syntaxi variisque loquendi generibus illustrandis versetur, novam et plenam de dialecta Attica ejusque vicissitudinibus ab antiquissima ætate usque ad medii ævi tempora commentationem ab G. Dindorfio scriptam in primo Supplementorum Thesauri fasciculo exhibebimus.

Reliquum est ut lectoribus in memoriam revocemus Thesauri partes quasdam bis ab Henrico Stephano esse excusas, primum Parisiis, deinde Genevæ : quæ duæ editiones tamen τυπογραφικῶς tantum inter se differunt, nullis usquam vel correctionibus factis vel additamentis insertis : de qua quæstione olim multum agitata, ut apud Harlesium videre licet in Fabricii Bibliotheca Græca vol. 6, p. 657—668, accuratissime et intelligentissime dixit AMBR. F. DIDOT in commentatione quæ voluimini primo novæ hujus Thesauri editionis est adjecta.

ΘΗΣΑΥΡΟΣ ΤΗΣ
ΕΛΛΗΝΙΚΗΣ ΓΛΩΣΣΗΣ,
THESAVRVS
GRÆCÆ LINGVÆ,
Ab Henrico Stephano constructus.

IN QUO PRÆTER ALIA PLVRIMA quæ primus præstitit (paternæ in Thesauro Latino diligentiæ æmulus), vocabula in certas classes distribuit, multiplici deriuatorum serie ad primigenia, tanquam ad radices vnd pullulant, reuocata.

THESAVRVS LECTORI,

Nunc alii intrepidè vestigia nostra sequantur :
Me duce plana via est quæ salebrosa fuit.



ANNO M. D. LXXII,
excudebat Henr. Stephanus.

CVM PRIVILEGIO CÆS. MAIESTATIS, ET CHRISTIANISS. GALLIARUM REGIS.

HENRICUS STEPHANUS
lectori, de suo Thesauro.

Θησαυρὸν γλώσσης Ἀσκραῖος ἔειπεν ἄριστον,
Πασῶν δ' Ἑλλαδικὴ γλῶσσα ἀρίστη ἔφυ.
Ἀλλ' ὅ με θησαυροὺς θησαυρὸς ἀπηῦρεν, ἄριστος
Πᾶσιν ἐὼν ἑτέροις, ἐστὶ κάκιστος ἐμοί.

IDEM DE EODEM.

Thesauri momento alii ditantque beantque,
Et faciunt Crœsum qui prius Irus erat.
At Thesaurus me hic ex divite reddit egenum,
Et facit ut juvenem ruga senilis aret.
Sed mihi opum levis est, levis est jactura juventæ,
Judicio haud levis est si labor iste tuo.

SUMMA PRIVILEGIORUM HUIC THESAURI
editioni concessorum, quæ prodiit anno M. D. LXXII, CAL. MART.

Diplomatis duobus MAXIMILIANI II, Romanorum imperatoris semper augusti, cautum est Henrico Stephano nequis in universis ditionibus ipsius Cæsareæ majestatis, locis atque civitatibus tam sacro Romano imperio, quam cæteris regnis, dominiis et provinciis ejus mediate vel immediate subjectis, nisi ipsius Henrici Stephani aut hæredum permissu, hunc Thesaurum linguæ Græcæ, vel quicquam eorum quæ in hanc ejus editionem contulerit, excudere ante octennium, a die qua finita fuerit computandum: vel ea quæ excusa fuerint exemplaria vendere atque distribuere publice vel occulte aut quovis alio prætextu, ausit. Alioqui sibi præter amissionem librorum, mulctam decem marcharum auri puri, irrogatam esse sciat, imperiali fisco et ipsi Henrico Stephano, vel ejus hæredibus, aut ab illis mandatum habentibus, ex æquo persolvendam.

Diploma unum datum fuit Pragæ, die XV Febr. Anno M. D. LXX.

Subsign.

MAXIMILIANUS.

Ad mandatum sacræ Cæs. majestatis proprium,

A. ERSTENBERGER.

Alterum datum fuit Spiræ, die XVII Sept. eodem anno.

Subsign.

MAXIMILIANUS.

Ad mandatum sacræ Cæs. majestatis proprium,

M. GERSTMAN.

Diplomate CAROLI IX, Galliarum regis Christianiss., cautum est eidem Henrico Stephano in eandem formam, ad decennium. Et edictum hoc violanti, præter amissionem librorum, mulcta arbitraria irrogator, atque ut omne damnum eidem Henrico præstare sarcireque teneatur.

Datum fuit apud sanctum Germanum, Parisiorum suburbium, Julii die XIII, Anno M. D. LXI.

Subsign.

DELORENIE.

Θ Η Σ Α Υ Ρ Ο Σ
ΤΗΣ ΕΛΛΗΝΙΚΗΣ ΓΛΩΣΣΗΣ,

T H E S A U R U S
G R Æ C Æ L I N G U Æ,

AB HENRICO STEPHANO CONSTRUCTUS.

IN QUO, PRÆTER ALIA PLURIMA, QUÆ PRIMUS PRÆSTITIT
(PATERNÆ IN THESAURO LATINO DILIGENTIÆ ÆMULUS)
VOCABULA IN CERTAS CLASSES DISTRIBUIT,
MULTIPLICI DERIVATORUM SERIE AD PRIMIGENIA,
TANQUAM AD RADICES UNDE PULLULANT, REVOCATA.

THESAURUS LECTORI,

DE EA QUAM FECIT QUIDAM EJUS EPITOME,

Quidam ἐπιτέμνων me, capulo tenus abdidit ensem:
Æger eram a scapulis, sanus at huc redeo.

DE MAGNO QUOD IDEM COMPENDIUM AFFERT DISPENDIO AGITUR IN EA QUÆ PROXIME SEQUITUR EPISTOLA.



HENR. STEPHANI OLIVA.
CUM PRIVILEGIO CÆS. MAJESTATIS, ET CHRISTIANISS.
GALLIARUM REGIS.

HENRICI STEPHANI ADMONITIO

DE THESAURI SUI EPITOME,

QUÆ TITULUM LEXICI GRÆCOL. NOVI PRÆFERT.

Prævideram, lector, quum Græcæ linguæ Thesaurum construxi, fore ut, nisi præmonerem, aliquis ei manus afferre πρὸς τὸ ἐπιτέμνειν (*id est, ut eum incisum rediger et in epitomen*) *minime dubitaret. Hoc adeo quum Thesauro meo posse accidere jam tum prævidissem, operam inter fabricandum ejus corpus dedi, ut alii quam mihi fabro talis ejus incisio periculosa esset : quippe qui (ut architectus ille apud Herodotum) aliquid secreti in mea structura mihi reservassem. Ac sperabam fore ut hoc periculum (nam ipsa etiam in præfatione mentionem ejus feceram) a tentanda ejusmodi incisione plurimos deterreret. Nec vana certe mea spes omnino fuit : quum aliquot viri docti, insidiis quas Epitomes structoribus struxeram animadversis, admotas manus statim removerint (nam hoc unus eorum fateri mihi non erubuit) : at quidam, quod a Thucydide scriptum est,* IMPERITIA EST AUDAX, *confirmare volens (quasi vero testibus id egeret) manus Thesauro meo* πρὸς τὸ ἐπιτέμνειν *admotas, non prius removit, quam de vivo multis in locis resecuit. Quid dico? imo vero quam omnes propemodum venas nervosque incidit. Jam igitur cogita qualem Epitomen, si ejus anatome fiat, sis inventurus : et dum hic* ἐπιτομολεξικορράφος *crumenæ tuæ vult consulere, quam male studiis tuis consuluerit. Atqui quum illius Epitomes specimen, ab ipsomet ad me aliquot post Thesauri mei editionem annis allatum, multa reprehensione digna habere ostendissem, ita suam agnoscere inscitiam videbatur, ut quemadmodum meam pecuniam meliores in merces velle me collocare dicebam, ita illum jam de collocandis melius suis horis cogitare crederem. Nunc quum in opere illo, contra, quo pede cœperat perrexerit, monere te saltem de eo quod accidit, officii mei esse existimavi : minimeque celare, tibi, dum Thesauri mei Epitomen habere te putas, proverbiale illud contingere,* θησαυρὸς ἄνθρακες. *Ad me quidem certe quod attinet, quum assuetus sim eos tolerare qui ex meis laboribus literariis et famam et utilitatem aucupantur (cum aliis tum vero iis quos in Herodotum et Thucydidem non exiguos contuli) hoc etiam aucupium tolerandum esse duxissem, nisi sub hoc fucum tibi fieri vidissem.*

Sed nonne et tu (dicet aliquis) hoc alioqui fateberis, si tuus Thesaurus a quopiam ἐπιτμηθῇ *qui et cognitione Græcæ linguæ abunde sit instructus, et judicio valeat, fore ut tali Epitome sumtui simul et labori emtoris parcatur? Equidem de sumtu potius quam de labore id concedam. Nam quemadmodum sæpe usuvenit, ut via brevior longiore ac publica difficilior sit et salebrosior (unde fit ut dicatur* ἡ ῥᾴστη *semper esse* ταχίστη, *at non semper* ἡ συντομωτάτη) *sic etiam quæ in compendium sunt contracta, sæpe propter obscuritatem (brevitatis, in hoc præsertim scriptorum genere, comitem) plus negotii lectori facessunt, dum lecta, sed non intellecta, decies relegere cogitur. Ac certe, quo majus est compendium, eo magis hoc accidat necesse est.*

Quod autem majus simulque magis dispendiosum quam illius Epitomes esse compendium potest? Ejus enim auctor diversas multorum locorum expositiones, nec non ipsorum expositorum, qui etiam diversi sunt, nomina prætermisit : sæpe vero ea quoque ex Græcis scriptoribus petita exempla, ad quæ, tanquam aurum ad Lydium lapidem, examinari mea expositio poterat atque hoc examine a lectore perspici cur a Budæo, aut Erasmo, cur ab Adriano Turnebo, vel a Petro Victorio, aut Joachimo Camerario, aut Conrado Gesnero, aut alio quopiam eorum qui ejusdem sunt notæ, discedere auderem. Quinetiam voces plurimas, quas Græca lingua ex aliis est mutuata, exclusit : adeo ut quid sit φαινόλης (*exempli gratia*), *quid sit* φαίκλη, *quid* λέντιον, *quid sit* κῆνσος, *atque ab eo deducta* ὑμόκηνσος *et* ὑπόκηνσος, *ex alio Lexico discere oporteat : aut certe divinare, tam felici scilicet divinatione quam ea est qua ipse illum Evangelistæ* σπεκουλάτωρα, *esse Speculatorem in sua Præfatione dicit : quod tam verum est quam dici vere potest Spiculatorem Latinos a speculando appellasse.*

Plurima omisit præterea quæ in vulgaribus superioris temporis lexicis leguntur : in Thesauro meo sæpe signata hisce duabus literis, v. l. quoniam multa quæ non probabam, propter pauca quæ non displicebant, iis immixta, tanquam pauculas rosas inter multas spinas, conservari debere censebam. De multis vero prætermissis, quæ meus Thesaurus Græcis accepta fert lexicographis, tantum abest ut querendum non sit, ut etiam queri oporteat non adjectas esse multas voces quæ in Glossariis a me post editum Thesaurum excusis inveniuntur : quorum utilitatem doctissimos viros Josephum Scaligerum et Adrianum Turnebum atque alios passim prædicantes audimus, et locos etiam quos eorum ope tam feliciter restituerunt, hanc testari videmus. Denique ea etiam missa fecit quæ quum ad secretiorem Græcæ linguæ cognitionem pertineant, primus tamen et solus et in eo solum libro tractasse dici possum. Atqui cum maxima Græcæ linguæ studiosorum jactura hanc quoque partem resectam fuisse, aperte ostendam quum illa Græcæ linguæ arcana pergam patefacere : sæpe enim ad ea quæ in Thesauro meo ad illud argumentum pertinentia leguntur, lectorem cogar remittere. Huic autem tractatui συναγωγὴν *quandam Græcarum vocum (partim quæ a me et ab amicis post editionem Thesauri observatæ, partim quæ in lexicis illa posterioribus inventæ fuerint) subjungam : et, si opus sit, in nonnulla quæ ex aliis (non dissimulatis illorum nominibus) habet, in quædam pariter quæ mea sunt, severam censuram agam. Hæc enim omnia non huic posteriori Thesauri editioni inserere, verum seorsum edere visum est, ne ei qui jam priorem emisset, posterior etiam, si habere illa quoque vellet, comparanda esset : sed in illa ejusque corollario divitiarum Græcarum cumulum et ipse possideret. Vale.*

MAXIMILIANO II, ROM. IMP. SEMPER
AUGUSTO, GERMANIÆ, HUNG.
BOHEM. DALM. CROATIÆ ET
SCLAVONIÆ REGI, etc.
Ac nobilissimis ejus academiis, Viennensi et Pragensi:

CAROLO IX, GALL. REGI CHRISTIANISS.
Atque omnium ejus academiarum antiquissimæ nobilissimæque, Parisiensi:

ELISABETHÆ, ANGLIÆ, FRANCIÆ,
HIBERNIÆQ. REGINÆ SERENISS.
Et celeberrimis ejus academiis, Oxoniensi et Cantabrigiensi:

ITEM,

ILLUSTRISS. PRINCIPIBUS AC DOMINIS,
FRIDERICO, COMITI PALAT. AD RHENUM, IMPERII ELECTORI
PRIMARIO, etc.
Et clarissimæ ejus academiæ Heidelbergensi:

AUGUSTO, SAXONIÆ DUCI, IMPERII ELECTORI, etc.
Et celeberrimis ejus academiis, Lipsiensi et Vitebergensi:

JOANNI GEORGIO, MARCHIONI
BRANDEBURGICO, IMPERII
ELECTORI, etc.
Inclytæque ejus academiæ, quæ est Francofurti ad Viadrum,

HENR. STEPHANUS S. D.

Isocrates, summus et orator et philosophus, eos qui regibus vestes vel æs aurumve cælatum afferrent, vel aliud quidpiam eorum quæ sibi deessent, illis contra superessent, mercaturam majore quodam artificio exercere ajebat quam qui aperte institores se profiterentur. At ego sacræ tuæ Cæsareæ majestati, itemque vestris regiis MM. et Augg. DD. offero quæ mihi contra supersunt, illis desunt. Offero enim Thesaurum quem antea (invidia dicto absit) nusquam gen-

tium ne venalem quidem thesauris vestris invenistis. Neque vero meum istud munus ejusmodi est ut ejus utilitas ad vos tantum aut vestros aulicos pervenire queat, sed quam late ditionum vestrarum fines patent, ejus utilitas ad omnes Musarum cultores dimanabit. Quum autem major eorum in academiis quam alibi sit numerus, et has vobis non secus ac patribus filias, charas esse constet, rem vobis longe gratissimam facturum me existimavi si eas quoque compellarem. Minime enim verendum mihi fuit (opinor) ne, si vobis eas consociarem, tantum illarum honori addere, quantum vestro detrahere judicarer : quum illæ non solum honorem vestrum amplificare, sed etiam immortalem vobis gloriam comparare possint. Hujus autem comparandæ studium præ quovis alio principes decere, jam olim Ptolemæo regi cecinit Syracusanus poeta, his versibus (quantum quidem Musa mea Latina Græcam assequi potest),

. . . . . quid enim mage principe dignum,
Quam decus immortale sibique suisque parare?
Hoc manet Atridis salvum : caligine contra
Nunc adoperta latent (nullus datur unde regressus)
Quæcunque obtigerant Priami populantibus urbem.

Ubi quod de Atridis canit, nihil aliud illis quam decus immortale salvum manere, idem de reliquis omnibus heroibus (ut alios innumeros fortes viros omittam), ac nominatim de Achille, canere poterat : cujus ad tumulum quum Alexander astitisset, O fortunate, inquit, adolescens, qui tuæ virtutis Homerum præconem inveneris. At vos in academiis vestris non solum certum vestrarum laudum præconium repositum habetis, sed etiam in illis, non secus ac patres in liberis, vobisipsis quodammodo superstites esse potestis : quandoquidem tanta vicissim in earum alumnos liberalitas ac munificentia vestra extitit, ut vobis, secundum deum, omnia debere dici possint. Ubi vero insigniorem et principibus convenientiorem liberalitatis materiam invenietis quam iis in locis quæ (ut M. Tullius domum Isocratis, officinam eloquentiæ vocavit) omnium liberalium artium velut officinæ quædam sunt? quæ literariis rebuspublicis seminaria esse dici possunt? quæ denique cæteris ditionum vestrarum locis non aliter quam animæ corporibus inclusæ videri queunt? Cyrum minorem narrat Xenophon, quum Lysander Lacedæmonius ad eum venisset Sardis, eique dona a sociis attulisset, et cæteris in rebus comem erga illum atque humanum fuisse, et ei quendam conseptum agrum ac diligenter consitum ostendisse. Lysandrum autem, admirantem proceritates arborum, et directos in quincuncem ordines, et humum subactam atque puram, et suavitatem odorum qui afflarentur e floribus : dixisse, mirari se solertiam ejus a quo illa dimensa et descripta essent. Cyrum autem ei respondisse, Atqui ego ista sum omnia dimensus : mei sunt ordines, mea descriptio : multæ etiam istarum arborum mea manu sunt satæ. Quanto major et principe dignior gaudii materia est, posse de eloquentibus et sapientibus viris dicere, Hos academia mea jam inde a pueritia; tanquam teneras plantas, educavit et excoluit : hos formavit, hos omnibus quibus excellunt artibus instituit atque perpolivit. Athenæ ob literarum studia, quæ ibi florebant, Græcia Græciæ dictæ fuerunt : quidni et vos aliquam Germaniam Germaniæ, Galliam Galliæ, Angliam Angliæ habere dicemini? Ex Isocratis ludo, tanquam ex equo

Trojano, innumeri principes exiere : nimirum qui in dicendo et scribendo principes extiterunt : quid? nonne itidem ex eorum scholis qui academiis vestris præsunt, prodire solent ii quos a consiliis ad latus semper habetis, aut legatos in exteras regiones mittitis? nonne inde prodeunt et illi qui velut vicariam in soliis vestris sedem obtinent, sive jus tanquam ex ore vestro dicant, sive alia in urbibus, quarum gubernacula illis commisistis, administrent?

Neque tamen academiæ eos tantum homines vobis suppeditant qui domi, sed eos etiam qui belli præclaram vobis operam navaturi sint. Longe enim falluntur qui Musarum cultoribus non posse martia pectora inesse, et ipsi persuasum habent, et aliis persuadere conantur. Literas quidem certe inter arma silere (sicut de legibus dictum fuit), minimeque gratam inter illa sedem aliud literarum genus quam poeticam Tyrtæi alicujus tubam, habere fateor : sed tantum abest ut eundem et literarum et armorum laude posse excellere negem, ut contra, quemadmodum Græci vulgari senario eos qui literas didicerant duplo oculatiores esse ajebant quam cæteros, ita ego imperatores literarum peritos duplicem quendam artis imperatoriæ usum habere contendam. Etenim si Agamemnon merito decem Nestores, non decem Ajaces sibi optabat, idemque et vos in bellicis vestris rebus optare debetis : nonne ex quatuor quibus imperatorium munus demandare voletis, si duo literati sint, duo illiterati (cæteris alioqui in rebus pares), illorum magis quam horum prudentiæ confidendum vobis existimabitis? Monumenta historicorum evolvant qui fortitudinem cum doctrina copulari posse non putant : et ex illis discant quales viri apud Græcos fuerint (ut alios quamplurimos silentio prætream) Pericles, Themistocles, Epaminondas, Agesilaus, Philolaus, Xenophon : quales viri apud Romanos, duo fulmina belli Scipiadæ, C. Lælius, L. Furius, Fab. Maximus, M. Crassus, uterque Cato : quales innumeri alii. Vel unius certe Luculli exemplum eos qui in illa opinione sunt, magnam literis injuriam facere ostendit. Is enim tantus imperator in omni genere belli erat, præliis, oppugnationibus, navalibus pugnis, totiusque belli instrumentis et apparatu, ut Mithridates, rex post Alexandrum maximus, hunc a se majorem ducem cognitum quam quenquam eorum quos legisset, fateretur : et tamen cum omni literarum generi, tum philosophiæ ita deditus erat, ut in bello etiam et sub ipsis pellibus aliquid temporis illis impertiretur. Verum quid externis exemplis opus est, quum vestræ Germaniæ, Galliæ, Angliæ, suos itidem Pericles, suos Agesilaos, suos Scipiones, id est, homines et armorum et literarum simul laude præstantes, et habuerint jam olim, et nunc quoque habeant? Unde vero illi doctrinam nisi ex academiis vestris hauserunt? Quemadmodum igitur dicebat ille,

Sint Mæcenates, non deerunt Flacce Marones :

ita certe quo plures vobis similes, nimirum sui itidem amatores atque fautores, academiæ habebunt, eo fœcundiores talium hominum esse poterunt.

Hæc autem quum ita sint, et quum academiis quas illis de causis charas vel potius charissimas habetis, gratificari modis omnibus cupiatis, gratiam me a tua S. C. M. et vestris tum RR. MM. tum AA. DD. initurum putavi, si munus offerrem quo illas, non secus ac patres filias, munerari vicissim possetis : et quod illis non solum utilitas, quam ex eo percepturas spero longe maximam, sed et ipsæ manus vestræ (quæ alio etiam omni munificentiæ genere demereri jampridem

earum amorem cœperunt) commendarent. Deus opt. max. huic meo Thesauro omnes suæ erga vos beneficentiæ thesauros comites addat.

IISDEM DE HOC THESAURO.

Hic thesaurus, hic est, tua quem Germania, Cæsar,
Hic quem Carle optat multis tua Gallia votis,
Hic est, Elisabeth, tua quem sitit Anglia dudum.
Hic illis thesauro Arabum pretiosior omni,
Pactoli auriferis fuerit mage charus arenis,
Gratior eoo venientibus æquore gemmis.
Germanos ergo hic Gallosque beabit, et Anglos :
At me, cujus opes tandem consumpsit opimas,
Vestrum est (sic vobis sint regna beata) beare.

DE EODEM.

Insperata alios thesauros lucra videmus
Ferre repertori ; tristemque repente fugari
Pauperiem, vilemque casam mutarier arce.
At me contra inopem meus hic ex divite fecit
Thesaurus, gazasque omnes exhausit avitas.
Si tamen hic animum vestrum pectusque benignum
Conciliare mihi (quod ait se posse) valebit,
Tum vero haud aliter quam quondam Pelias hasta,
Fecerit id vulnus, factoque medebitur idem.

CATALOGUS AUTORUM GRÆCORUM,

EX QUORUM SCRIPTIS VOCABULA ET LOQUENDI GENERA,
EORUM ITEM UNDE EXPOSITIONES VOCABULORUM AUT LOQUENDI GENERUM PETITÆ SUNT IN HOC

THESAURO GRÆCÆ LINGUÆ.

Indicatur autem in quibusdam, etiam ex qua editione sint, in iis videlicet quorum locis nonnunquam paginæ numerus, in poetis autem, versus numerus interdum adscribitur.

POETÆ.

Homerus,	
Hesiodus,	
Orpheus,	
Callimachus,	
Aratus,	
Nicander,	
Theocritus,	*Ex editione Henr. Steph.*
Moschus,	
Bion,	
Dionysius Alexandrinus,	
Coluthus,	
Tryphiodorus,	
Musæus,	
Theognis,	
Phocylides,	
Pythagoræ aurea carmina,	
Epigrammata Græca,	
Apollonius Rhodius,	*Ald.*
Oppianus,	
Nonnus,	
Aristophanes,	
Æschylus,	*Henr. Steph.*
Sophocles,	
Euripides,	*Ald.*
Lycophron,	
Pindarus, et cæterorum lyricorum fragmenta.	*Henr. Steph.*

HISTORICI.

Herodotus,	*Ald.*
Thucydides,	*Henr. Steph.*
Xenophon,	
Diodorus Siculus,	
Dionysius Halicarnasseus,	*et Rob. Steph.*
Dion,	
Appianus,	
Herodianus,	
Polybius,	*Germ. an.* 1530.
Arrianus,	*Germ.*
Strabo,	
Pausanias,	
Philostratus,	
Plutarchus, nisi numero pag. adjungantur hæc verba, Meæ editionis.	*Ald.*
Athenæus,	
Ælianus,	*Rom.*
Diogen. Laertius.	*Germ.*

ORATORES.

Isocrates,	*Ald.*
Demosthenes,	
Æschines,	
Demades,	
Lysias,	
Antiphon,	
Andocides,	
Isæus,	
Dinarchus,	*Ald.*
Lycurgus,	
Gorgias,	
Lesbonax,	
Herodes,	
Alcidamas,	
Antisthenes,	
Aristides,	*Flor.*
Lucianus, *Ald.* Sunt tamen hujus et historica quædam scripta.	

RHETORES, SEU SOPHISTÆ.

Aphthonius,	
Theon,	
Libanius.	

PHILOSOPHI.

Plato,	*Ald.*
Aristoteles,	
Themistius,	
Epictetus,	
Philo,	
Porphyrius,	
Iamblichus,	
Proclus.	

II EX QUORUM EPISTOLIS ALIQUI PROFERUNTUR LOCI.

Heraclitus,	
Democritus,	
Hippocrates,	
Euripides,	
Isocrates,	
Æschines,	
Demosthenes,	
Plato,	
Aristoteles,	
Chion,	
Diogenes,	
Crates,	
Anacharsis,	
Lysis,	
Musonius,	
Apollonius Tyaneus,	
Philostratus,	
Alciphron,	
Ælianus,	
Theophylactus,	
Procopius,	
Phalaris,	
Brutus,	
Synesius,	
Basilius,	
Gregorius Nazianzenus,	
Libanius,	
Julianus imp.	

JURISCONSULTI, AUT SCRIPTA AD JURISPRUDENTIAM PERTINENTIA.

Pandectæ juris Græcæ,	
Justiniani novellæ,	
Theophili interpretatio Institut. Just.	
Harmenopulus.	

MEDICI.

Hippocrates,	
Dioscorides,	
Theophrastus,	
Galenus,	
Oribasius,	
Paulus Ægineta,	
Aetius,	
Alexander Aphrodisianus,	
Alexander Trallianus,	
Hippiatriæ autores.	

GRAMMATICI, AUT QUI AD GRAMMATICAM PERTINENTIA SCRIPSERUNT, SCHOLIASTÆ ET LEXICOGRAPHI.

Julius Pollux,	
Harpocration,	
Hesychius,	
Suidas,	
Etymologus, qui Etymologicus vulgo,	
Ammonius,	
Joannes grammaticus,	
Thomas Magister,	
Phrynichus,	
Moschopulus,	
Theodorus Gaza,	
Eustathius schol. Hom.	*Rom.*
Didymus, qui putatur autor brevium in Homerum scholiorum,	
Scholiastæ, seu enarratores: Hesiodi, Arati, Apollonii Rhodii, Nicandri, Callimachi, Æschyli, Sophoclis, Euripidis, Aristophanis, Pindari, Demosthenis, Thucydidis, Dionysii Areopagitæ.	

Nondum autem editi libri, sunt hi, Xenophontis Ephesii historia, Charitonis historia, Statii historia, Eustathii historia, Longi Pœmenica, Juliani imperatoris varia opuscula, Sextus philosophus, Scholia in Oppianum, Lexica duo Græca; item Lexica vetera Latinogræca, et Græcolatina, quæ recentiores Glossaria vocarunt.

SACRA SCRIPTA, AUT QUI SCRIPSERUNT QUÆ AD EA PERTINENT.

Testamentum vetus, ex interpret. ea quæ LXX interpretum vocatur,	
Testamentum novum,	
Canones conciliorum,	
Josephus,	
Justinus martyr,	*Rob. Steph.*
Dionysius Areopagita,	
Basilius Magnus,	
Gregorius Nazianzenus,	*Ald.*
Gregorius Nyssenus,	*Ald.*
Chrysostomus,	*Ver.*
Damascenus,	*Ver.*
Clemens Alexandr.	*Flor.*
Eusebius,	*Rob. Steph.*
Theodoritus,	*Rob. Steph.*
Socrates scholasticus,	*Rob. Steph.*
Sozomenus,	*Rob. Steph.*
Euagrius,	
OEcumenius,	*Ver.*
Arethas.	*Ver.*

IN THESAUROS LINGUÆ GRÆCÆ ET LATINÆ.

Ausonias quondam Musas Robertus egentes
Excepit grato providus hospitio:
At nunc Henricus, patris vestigia sectans,
Errantes Grajas excipit hospitio.
Illæ autem memores accepti muneris, ecce
Æternas Stephanis constituere domos.
Vos æternum igitur Stephani nunc vivite: nanque
Æternum præstant vivere Pierides.
Et vos cum Stephanis æterno fœdere pactæ
Et Graiæ et Latiæ vivite Pierides.
Tu quoque musarum cultrix, Musis Stephanisque
Communes colito sedula turba domos.

IN THESAURUM LINGUÆ GRÆCÆ.

Eruit ille Argos Agamemnoniasque Mycenas
Romanus Trojæ Mummius ultus avos.
Quinetiam longum Romanis fracta tyrannis
Græcia, mox Turcæ est dilaniata cani.
Sic periit Sparte, sic vos periistis Athenæ:
Sic nihil infelix Hellados Hellas habes.
Quorsum ergo novus hic populator tertius (inquis),
Quæ solæ superant qui rapit unus opes?
Immo o te tandem isto prædatore beatam,
Quas sparsere alii qui legit unus opes.
O te, inquam, Henrico Hellas prædatore beatam.
Nam te eadem ditat quæ populata manus.

IN EUNDEM.

Quid Graiis inhias spoliis nunc barbare miles?
En Graias Gallus congerit unus opes.
Immo istas Gallus quas veras somniat (inquis)
Possideat, reliquas dum mihi linquat opes.

ROBERTO STEPHANO ET HENRICO ROBERTI filio,

Illi quidem, Latinarum, isti vero, Græcarum Musarum fautori et alumno,

Th. B. V. dicavit.

HENRICI STEPHANI AD LECTOREM EPISTOLA,

SEU

PRÆFATIO IN SUUM THESAURUM LINGUÆ GRÆCÆ.

Γλώσσης τοι θησαυρὸς ἐν ἀνθρώποισιν ἄριστος
Φειδωλῆς, πολλὴ δὲ χάρις κατὰ μέτρον ἰούσης,

ut Ascræus olim vates cecinit : at ego, non ut ᾠδὸς, sed ut παρῳδὸς, canere de Græca lingua non dubitarim,

Γλώσσης θησαυρὸς γλῶσσαν παρὰ πᾶσαν ἄριστος
Ἑλλαδικῆς, πασῶν χαρίτων πᾶν μέτρον ἐχούσης.

Ecquis enim dici vel fingi præstantior et major thesaurus possit quam is qui ad alios etiam maximos thesauros, vel potius ad eos qui soli vere sunt thesauri, quosque possessorum quilibet et facile et tuto portare secum potest (ut Prienensis ille Bias se omnia sua secum portare aiebat), nimirum ad omnes liberales et ingenuas artes, viam nobis aperit? Quæ vero χάριτες non comitantur eum sermonem qui ipsas etiam deas quæ ὁμωνύμως appellantur Χάριτες, reddit χαριεστέρας? Si enim alio quam Græco sermone loquantur, non itidem χαρίεσσαν ὅπα fundere poterunt. Adeo ut quemadmodum ait Hecuba apud Euripidem,

— λόγος γὰρ ἔκ τ' ἀδοξούντων ἰὼν
Κἀκ τῶν δοκούντων, ὡὐτὸς οὐ ταυτὸν σθένει :

ita dici possit (si et hic παρῳδεῖν mihi liceat)

— λόγος γὰρ Ἑλλάδος τὶς ἐξιὼν
Γλώσσης τε κ' ἄλλης, ὡὐτὸς οὐ ταυτὸν σθένει.

Et merito : quum Græcus ille sermo dulcior melle fluat. Nam quod de Nestorea lingua testatus est Homerus,

Τοῦ καὶ ἀπὸ γλώσσης μέλιτος γλυκίων ῥέεν αὐδή :

id generatim etiam de Græca (si aliæ cum ea comparentur) dici posse videtur. Sed hæc lingua (quæ est ejus miranda felicitas) quamvis suapte natura sit μέλιτος γλυκίων, valet etiam, quum res postulat, verba fundere νιφάδεσσιν ἐοικότα χειμερίῃσιν. Quid quod unum idemque vocabulum et λεαίνειν et τραχύνειν hæc lingua potest? annon hoc non miræ solum sed propemodum incredibilis felicitatis existimari debet? Enimvero quoniam vereor ne, si ulterius orationem meam in hujus linguæ laudes provehi sinam, latissimum illum campum ingrediatur unde non facile abduci possit, jam nunc eam alio convertendam censeo : præsertim quum ab aliis scripta illius encomia hic additurus sim, et hoc argumentum ipse quoque scripto illi peculiari et pauca cum aliorum encomiis communia habente, tractare aliquando decreverim.

Equidem, si quadam amoris vehementia *Res minime pulchræ, pulchræ tamen esse videntur*, vel (ipsissimis Syracusani poetæ verbis) τὰ μὴ καλὰ καλὰ πέφανται : non erit quod quisquam miretur si linguam hanc, quam nemo pulcherrimam esse vel negat vel negare potest, insitus mihi a teneris propemodum unguiculis ejus amor, aliquid amplius quam pulcherrimam videri coegerit. Sed in hoc meo amore verum non comperitur quod poetarum Latinorum ποιητικώτατος testatur, — *ignoti nulla cupido*. Linguæ enim Græcæ cupido jamtum me incessit quum vix de nomine mihi nota esset, vixque ipsas elementorum ejus notas a Latinis possem discernere : ita ut oculi in hoc amore, sicut in eo quem elegiaci poetæ decantant, duces fuisse minime dici queant. Ac nihilo magis de auribus dici hoc potest (ut illorum canit unus, *Pro lena multis vox sua sæpe fuit*), quandoquidem hæc lingua me in sui amorem jamtum pellexit et rapuit quum aures ne de modulatione quidem ejus (etiamsi eas quodammodo titillare videretur) ullum ferre judicium possent, quin potius ejus auditor tanquam ὄνος πρὸς λύραν essem. Fecit denique hic non solum

inusitatus sed præproperus etiam et præcox amor ut Græca lingua discenda mihi ante Latinam esset. Hoc autem quo miraculo contigerit, quoniam alibi scripsi, nimirum in iis quæ editioni poetarum heroici carminis principum præfixi (ibi enim quum iis quæ de poetices laudibus scribere institueram, aliquid περὶ τῆς ἐμῆς φυσικῆς φιλομουσίας ab eo argumento non alienum præfari vellem, ad narrationem illam mea delapsa est oratio), siqui jam ibi legerint, minime repetendum illis nunc fuerit : at iis qui nondum lectum legere cupient, locum indicasse contentus ero.

Sed vide obsecro lector quomodo in meo illo præcoci (uti dixi) Græcarum literarum amore providentia Dei optimi maximi jam tum semina quædam hujus tam operosæ πραγματείας includeret. Quid enim amor ille fecit? vel potius quid non fecit? Eo accensus, Herculeum quendam laborem, qui exantlandus in ea erat, eluctari potui : eo inflammatus, tantam laborum asperitatem tanta voluptatis dulcedine temperavi, ut quemadmodum Prometheus et Pelopis parens dulci sono decepti laborum feruntur, ita ego sæpenumero Sisyphei quod volvebam saxi oblitus fuerim, atque id a me volvi minime senserim. Quot enim quantasque difficultates objectas mihi fuisse putas? quam confragosa et salebrosa, quam prærupta per loca perrumpendum mihi fuisse credis? Quoties tantis difficultatibus deterritum pedem referre voluisse arbitraris? Verum ut de Ænea cecinit Maro, *Vicit amor patriæ* : ita de me affirmare possum, Vicit amor linguæ. Quinetiam cum eo amore cujus ex poetis elegiacis mentionem feci, meum comparare in multorum malorum tolerantia possum. Apud eum qui omnium ingeniosissimus non immerito censetur, legimus,

Quis nisi vel miles vel amans et frigora noctis
Et denso mistas perferet imbre nives?

Alius quidam hoc de se, ut amatore, profitetur,

Non mihi sæva nocent hybernæ frigora brumæ :

Proh quam aspera frigora non dicam mihi non nocuerunt, sed tanquam non nocentia, patienter a me tolerata fuerunt! Possum illi amanti simulque illi militi in eo item me adjungere quod ab eodem poeta canitur, *Pervigilant ambo*. Magna enim ex parte vigiliæ appellari mea hæc scripta possunt. Quid de inediæ tolerantia dicam? In ea me et milites et amatores quoslibet superantem non domestici mei solum sed etiam quicumque domum meam frequentarunt, non sine admiratione sæpenumero viderunt. Unum addam, in quo itidem multos me id genus amatores vicisse, nemo negaverit. Canit de amica sua quidam,

Quinetiam sedes jubeat si vendere avitas,
Ite sub imperium sub titulumque lares.

Quam paucos in animum inducere putamus ut idem propter amicas faciant? At ego propter amicam meam linguam Græcam et præ ardenti construendi ejus θησαυροῦ desiderio, pæne universas meas divitiolas paulatim ἀποτεθησαυρισμένας repente me ἐκτεθησαυρικέναι, utinam non tam vere dicere possem. Et hæc quidem sunt quæ cum illo amatorum genere, partim cum eorum multis, partim cum paucis communia habeo (quorum commemoratio nequaquam mira videbitur ei qui celebris illius versiculi meminerit, Ἡδύ τι τῷ σωθέντι μεμνῆσθαι πόνων), at vero quod in eorundem malorum tolerantia commune cum illis non habeo, id demum est quod me solatur : nimirum fructus quem ex meis qui cum tantis malis conjuncti fuerunt laboribus, non a me tantum sed a multis hominum millibus perceptum, ingentis thesauri loco futurum spero.

Ut autem et ipse de hac spe mea deque opinione quam concepi judicium ferre possis, audi obsecro quæ in hoc opere præstiterim, et in quibus potissimum præstandis sudaverim. Primum quidem mea est nec prius audita vocum Græcarum dispositio, qua earum maxima pars ad suas origines, tanquam rivi ad suos fontes, vel stirpes ad suas radices, revocantur : qua derivata nonnunquam ducenta, interdum trecenta ad unum primitivum ita reducuntur ut interim ne ipsa quidem permixtim collocentur, sed in certos ordines distribuantur. Hæc autem series (propter quam indice opus huic Thesauro fuit, ut etiam in præfatione illi præfixa docui) vix dici potest quam multa hujus linguæ studiosis afferre commoda et adjumenta possit. Tria quidem certe affert longe maxima : quod lector magno labore quærendi per diversos sparsa locos, et eadem in diversis legendi, levetur; quod a primitivis derivativa dignoscat, et quomodo factæ sint derivationes, primo aspectu intueatur; quod uno eodemque loco et in promptu habeat quæ mutuam quodammodo lucem sibi afferant, et sese mutuo explicent. Adde quod hæc series ditiores (ut ita dicam) reddere videtur Græcæ linguæ divitias : et quæ antea locupletissima verborumque omnis generis fœcundissima esse visa est, facit ut multo etiam locupletior fœcundiorque quam credita sit comperiatur : ut etiam dixi in epistola ante biennium excusa, qua ad multas multorum amicorum, de meæ typographiæ statu, nominatimque de meo Thesauro linguæ Græcæ, respondi : ubi et alia pleraque non solum hac de re sed etiam de aliis ad hunc Thesaurum et ad vulgaria lexica pertinentibus disserui quæ in hac præfatione (quam et properans et animo minus quam in ulla operis parte tranquillo scripsi) non immerito desideraturus sis. Cæterum tu

quoque pulchram esse hanc meam vocabulorum antea permixtorum et confusorum dispositionem, fateberis, sat scio : sed ad καλὴν, addito χαλεπήν : et Græcum proverbium hac in re, non minus quam in alia ulla earum quæ ad linguam Græcam pertinent, ἀληθεύειν existimato. Atque utinam non tam expertus loquerer : utinam dispositionem illam mihi asserere non possem : utinam mihi nihil deberet; nec me viæ ducem esse, sed monstratam ab alio quopiam sequi oportuisset. Vix enim ullis exprimi verbis potest cum quibus mihi difficultatibus luctandum fuerit, et quoties de me dici illud potuerit,

Ut stat et incertus qua sit sibi nescit eundum,
Quum videt ex omni parte viator iter.

Quum enim omni ex parte viam vel potius viarum inexplicabilem errorem et labyrintheo similem cernerem, quomodo non hæsissem? sic autem hærens animus quî potuisset in varias sententias non distrahi? Nec vero mihi in his labyrinthis aliquod Ariadneum filum, tanquam alteri Theseo, auxilio erat : sed idem quod Terentiano Getæ usuveniebat, ut in me omnis spes esset mihi. Lexicographos omnes, scholiastas, grammaticos, cunctos denique qui aliquid ad Græcæ linguæ cognitionem pertinens scripsissent interrogabam : sed in maxima parte eorum quæ sciscitabar, magis muti quam pisces erant : sicubi autem sententiam suam proferebant, idem mihi contingebat quod Demiphoni apud eundem comicum, quum ab advocatis quos consuluerat, incertior quam antea reverteretur. De plerisque enim derivationibus aut tacere aut inter se dissentire veteres quoque grammaticos, de nonnullis vero eosdem diversa diversis locis, aliquando etiam contraria, sentire comperiebam. Scio autem fore multos qui et hujusmodi dissensionum et aliarum quas dixi difficultatum exempla requisituri sint : sed ea in Thesauri hujus corollarium jam inchoatum reservanda censui; ubi etiam plurima ad reconditiorem linguæ Græcæ cognitionem pertinentia, nec adhuc a quoquam tractata (inter alia autem, ea quæ ad Atticam dialectum et cæteras pertinent) Deo favente tractabuntur. Sed interim siquis hoc ipsum opus evolvere non gravabitur, suo desiderio aliqua ex parte satisfactum esse dicet. In aliquot enim locis, et illius discrepantiæ et multorum quæ lexicographi vel scholiastæ vel alii grammatici nobis pro oraculis obtrudunt mendaciorum mentionem simul et reprehensionem inveniet. Quod si verum est illud, — *in magnis et voluisse sat est*, mihi æquus esse debebis lector, qui omnes propemodum difficultates oppugnavi, plurimas vero oppugnatas, etiam expugnavi.

Illum tantum circa talem vocabulorum dispositionem laborem excipiebat alius non minor, vel potius multo major, disponendi itidem ordine certo significationes, et singulas quoad fieri posset aptis exemplis confirmandi : quinetiam eas quæ in superioribus lexicis turmatim (ut ita dicam) collocatæ essent, examinandi, et veras a falsis dijudicandi. Quod enim ad ordinem attinet, plerumque una significatio primum locum certis de causis mereri videbatur : sed ecce statim aliam, quæ de primatu cum ea contendebat, et cui itidem rationes suæ deesse non videbantur : adeo ut subinde usurpare illud possem,

Et magis hæc nobis et magis illa placet.

Quid? an levem hanc difficultatem fuisse existimas, quum animus meus, quamcunque se in partem verteret, nihil nisi varias dubitandi causas intueretur? Quid certi, quæso, statuere poterat qui vagabatur et errabat, — *ut a ventis discordibus acta phaselus?* Expectandum certe erat dum utrisque rationibus, quæ prima fronte ἰσόῤῥοποι esse putabantur, in utraque lance positis, alterutræ præponderarent. Siquando autem in æquilibrio manere eas videbam, lectores admonebam. Vulgaria enim lexica ne hîc quidem ullo mihi adjumento erant : utpote in quibus tam parva vel potius adeo nulla hujus ordinis significationum habita fuerit ratio, ut linguæ hujus mediocriter periti multa ibi præpostera esse animadvertere possint, et caput plerumque ibi poni ubi ponendi pedes erant; nonnunquam vero in magna permixtarum significationum turma sive caterva nec caput nec pedes apparere. Adde quod sæpe in iisdem contingit ut ex duabus significationibus una plane falsa sit, et quam aliquis ex male intellecto quopiam loco somniaverit : altera, vera quidem sit, sed falsum quod ad confirmationem ejus subjungitur exemplum : id est, falso (utpote nihil commune cum illa habens) afferatur.

Ad alia multa incommoda hoc accedebat, quod quum vulgaria illa lexica, non πολλὰ μὲν ἐσθλὰ μεμιγμένα, πολλὰ δὲ λυγρὰ, sed contra παῦρα μὲν ἐσθλὰ, πολλὰ δὲ λυγρὰ, habeant (idque potissimum in significationibus recensendis), vel utraque sint ἀδέσποτα, vel τῶν λυγρῶν potius quam τῶν ἐσθλῶν autor nominetur. Cui enim adscribenda hæc essent divinandum mihi erat, deinde ad investigationem veniendum. Mihi siquidem propositum hoc erat, ut quoad fieri posset, nihil quod alicujus momenti et minime vulgare foret, sui autoris nomine careret : ut nimirum hoc modo ab alienis mea discernerem, ac neminem honore suo fraudarem. Sed paulatim ita me divinationi illi assuefeci, ut quid Budæi, quid Erasmi, quid Petri Victorii, quid Joachimi Camerarii, quid aliorum esset, conjectura facile assequerer. Unde fiebat ut in plerisque locis, unoquoque eorum quos nominabam, suas repetente plumas, furtivis coloribus bella illa lexica nudarentur. Interim tamen non dissimulabo me autores non invenisse quorundam quæ

non contemnenda erant, quorundam etiam quæ erant ejusmodi ut si non omnino vera, saltem aliqua ex parte verisimilia viderentur. Sed quum minime prætermittenda censerem, quamvis de iis ἐπέχειν cogerer (præsertim quum nullis confirmarentur exemplis, aut ejusmodi quæ non facilia inventu apud ipsos scriptores essent : præterquam quod ne quærere quidem semper vacabat), hanc rationem inii, ut saltem in vulgatis seu vulgaribus lexicis ea legi indicarem, eorum nomen pro autoris nomine quod celant, afferens, simulque fidem penes ea esse volens. Ipse autem non solum multas significationes ab aliis omnibus prætermissas, aut omissa earum exempla addidi, vel aliis aptioribus confirmavi, sed etiam quoties in alicujus vocabuli significatione, aut alicujus loci interpretatione, vel a doctissimo Budæo, vel ab alio quopiam dissensi, id minime dissimulavi (quippe qui in nullius magistri verba jurassem), sed semper aut certe plerumque rationem cur ab aliis dissentirem adjunxi. Ac istorum quoque omnium exempla in eo cujus paulo ante memini Thesauri corollario habebis. Quinetiam quod attinet ad ea in quibus a doctissimi Budæi sententia discessi, spero fore ut si iis quas illic attuli rationibus tibi non satisfeci, vel in eodem Corollario, vel quum edam illius in linguam Græcam commentarios satisfaciam. Cogito enim de libri illius editione quæ habeat cum alia quibus multo quam antea utilior reddatur, tum vero meas in quosdam locos annotationes.

Hæc sunt, lector, quæ ad illustrandam Græcam linguam, præsertimque ad discutiendas tenebras quas ei lexicorum vulgarium consarcinatores offuderant, primus ego præstiti : parentis mei Roberti Stephani (cujus tot tantaque in rempubl. literariam merita extant) exemplum sequutus. Eum enim in suo Latinæ linguæ thesauro multas itidem errorum nebulas quæ in præcedentibus dictionariis erant, discussisse, nemo est qui ignoret. Spero autem fore ut paternis vigiliis meas aliquando addens, illud Thesauri Latinæ linguæ opus cum aliis rebus tum vero vocum dispositione ei simili qua in Græcis usus sum, luculentius reddam.

Sunt quidem certe et per hoc ipsum opus sparsa nonnulla quæ obiter de quorundam Latini sermonis vocabulorum aut loquendi generum significationibus annotavi, non prius (quod quidem sciam) a quoquam indicata. Quinetiam animadverti, dum ipsum conscriberem, multo plura Latinos a Græcis sumpsisse vocabula, et plura etiam ex Græca phrasi mutuatos esse, sive pluribus modis linguam Græcam esse imitatos, quam vulgo existimentur. Ex vocabulis quæ a Græco sermone sumpsisse mihi visi sunt (a nemine tamen adhuc annotatis, quod sciam), sunt Bifarius et Trifarius. Nec enim dubito quin hæc Bifarius et Trifarius (unde sunt adverbia Bifariam et Trifariam : ad quorum formam fictum fuit Multifariam) originem habeant a Græcis διφάσιος et τριφάσιος, ut nimirum ita hîc mutarint σ in *r*, ut in quibusdam aliis quas ex eodem sermone in suum transtulerunt vocibus : veluti in Valerii et Furii, pro antiquis Valesii et Fusii, in Muses et Plusima et Asena, pro Mures et Plurima et Arena, aliisque quorum Varro et Fabius meminerunt. Nihilque nos talis mutatio literæ unius movere debet, quum videamus in aliis quoque mutatione esse usos : et ita quidem ut alicubi hanc literam in illam, et vicissim illam in hanc verterint; veluti quum pro μελετῶ dixerunt Meditor, λ in *d* mutantes : vicissimque Lacryma seu Lacruma pro δάκρυον (licet Livium Andronicum Dacruma dixisse testetur Festus), itidemque Ulysses vel Ulyxes pro Ὀδυσσεὺς, ex δ facientes *l*. Verum ut ad alia veniam exempla illorum quæ dixi vocabulorum (quæ nimirum a Græcis orta mihi visa sunt, quamvis hanc illorum originem a nemine observatam invenerim), nomen Cachinnus Latinos ex Græcis et quidem comicis habere comperi : nimirum ex voce illis usitata καχήνη. Nec dubito quin Æmulor sit ab ἁμιλλῶμαι : quin Pronus sit a προνεύω (hinc enim deducere malo quam a πρηνής), quin Spolia sit a σπόλια, quod fortasse γλωσσηματικὸν est, significans τὰ παρατιλλόμενα ἐρίδια ἀπὸ τῶν σκελῶν τῶν προβάτων, teste Hesychio. Ex κολώνη non solum Collis, sed etiam Columna deduci existimo. Atque ut ex γιγνώσκω seu γινώσκω fit Nosco, aphæresi prioris syllabæ, et ex ἀμέλγω, Mulgeo : sic ex νόμος factum esse puto nomen Mos, ex κυκλοτερὴς factum esse suspicor Teres. Ad particulas item nonnullas quod attinet, ut In præpositio est ex ἐν, ita En pro Ecce, esse ex ἦν (unde est ἦν ἰδοὺ dictum ἐκ παραλλήλου, sive ἠν' ἰδού), et Dum, in Ehodum et Agedum, esse Græcum δὴ, quo utuntur itidem in ἄγε δὴ, propemodum persuasum habeo. Quinetiam unum idemque vocabulum in una significatione Græcam originem habere puto, in altera non item; ut Ita : hoc enim adverbium, quum adjunctam habet particulam Ne, ex εἶτα esse arbitror, sed eo quod indignationi servit. Animadverti præterea quædam esse vocabula quæ ab alia voce Græca deducenda sint fortasse quam deduci soleant. In exemplum afferam nomen Forma (quod meliora quædam et certiora exempla in mentem non veniant) : quamvis enim rationi consentanea sit derivatio a μορφὴ, sic inverso syllabarum ordine ut in Tæda ex δαιτὴ (licet et δετὴ inveniatur), aliquis ex φορμὸς potius sumptum esse suspicetur, quamvis hujus derivationis ratio ignota sit. Observavi insuper, ex iis etiam vocabulis quæ apud priscos Latinos in usu erant, pleraque originem Græcam habuisse. Quo in numero est Cluere, a κλύειν : item Clepere a κλέπτειν (neque enim dubitare debuit Varro essetne hoc a Clam, an ab illo Græco verbo : potuitque fortasse et κλέπειν dicere). Item Calare a verbo καλεῖν : unde Calata comitia, et Nomenclator : pro quo alii scribunt Nomenculator. Necnon Antlare et Exantlare, ab ἀντλεῖν et ἐξαντλεῖν : quod non animadvertentes quidam, dubitarunt an altera scriptura, Anclare et Exanclare, rejicienda esset. In hoc numero est etiam Dædala (quo et Virgilius usus est) pro Græco δαιδαλόεντα. Quibus quum alia plurima possunt addi, tum vero præpositio Endo, pro In : nam Endo ex ἔνδον esse, per-

suasum habeo : licet et simpliciter pro In accipiatur, sicut εἴσω apud Homerum legitur pro εἰς. Hujus autem præpositionis usum apud Lucretium quoque non uno in loco habemus. Sed quum ejus significatio ignoraretur, et vox corrupta esse crederetur, e quibusdam locis ejecta fuit, in quibusdam superiorum editionum, et alia in ejus locum reposita, nimium audaci (ut in aliis plerisque locis) conjectura. Sic et apud Lucilium,

> Quam lepide lexeis compostæ ut tesserulæ omnes
> Arte pavimento atque emblemate vermiculato,

pro *Endo pavimento*. Neque Endo tantum, verum etiam Indu dicebant, sed potius in compositione.

Jam vero et comici multa e Græcis mutuati sunt, e quibus nonnulla cæteri itidem scriptores post eos usurparunt, quorundam vero parvus apud alios aut etiam nullus usus fuit. Neque enim quædam duntaxat composita in Latinam linguam introduxerunt comici quæ apud Latinos appellationem non habebant, aut non tam significantem : ut Sycophanta, et ab eo deducta Sycophantia, Sycophanticus, Sycophantiosus (unde et adverbium Sycophantiose apud Plautum), Sycophantari. Quibus adde Parasitus, Parasitor, necnon Parasitaster. Adde et Asymbolus (quamvis enim Donatus hoc nomen inter parasitos confictum atque compositum esse tradat, in eo compositionis Græcæ analogiam servari, et apud Græcos quoque inveniri constat. Sed et substantivum Symbola, unde illud adjectivum factum est, vocabulis quæ comici Latini e Græcis primi sumpserunt, annumerare possumus : et in plerisque eorum locis ubi Symbolum legitur, hoc reponere debemus). Quibus adjici possunt hæc, OEnopolium, Thermopolium, Myropolæ, et alia quamplurima. Non, inquam, comici talia duntaxat vocabula in Latinum sermonem introduxerunt, sed etiam Danista, et Machæra, et Phylaca, necnon Astu, de Atheniensium urbe dixerunt, et alia non pauca, palliatæ comœdiæ convenientia. Dicam autem pro Græco δίκη, non illi solum, verum alii quoque post eos dixerunt (inter quos est Cicero), sed duntaxat in certis quibusdam loquendi generibus. Quinetiam credibile est singulis comicis certa quædam vocabula Græca præ aliis placuisse, ideoque usum eorum apud hunc vel illum magis quam apud alios frequentem fuisse. Sic videmus voce Basilicus Plautum identidem uti : dicentem, Basilicus victus, Basilicus status, Basilica facinora : eundemque usu hinc deducti adverbii Basilice gaudere. Apud eundem extat verbum Harpagare, et passivæ vocis participium Harpagatum. Idem Architectonem alicubi dicere maluit, declinatione Græca, quam Architectum. Neque vero mirum est comicos hisce Græcis nominibus sub terminatione Latina esse usos, quum etiam voces quasdam Græcas nihil immutatas suo sermoni intermiscerent : et quidem in iis etiam locis interdum ubi Latinis idem significantibus uti poterant. Id videmus apud Plautum in verbo οἴχεται, in Trinummo, — *ratio quidem hercle apparet*, *Argentum* οἴχεται. Quinetiam alicubi dicit λῆροι λήρων, quum alibi Nugæ et Meræ nugæ dicere soleat. Apud eundem legimus Vendere λόγους. At Terentius dixit λόγοι ea significatione qua alibi Verba : ubi scribit, Verba isthæc sunt. Neque tamen Plauto suam in usurpandis quibusdam Græcis rationem defuisse existimo, quæ nobis sit incognita.

Verum ut ad vocabula e Græcis sumpta revertar, hoc quoque observatione dignum est, quædam habuisse linguam Latinam in quibus terminationem Græcam in suam mutavisset : quæ a nobis ignorentur. Conjecturam facio ex nomine Auliones pro Aulœdi. Nam in veteri lexico Latinogræco, cui Glossarii nomen a recentioribus datum fuit, scriptum est, Auliones, αὐλητaί. Enimvero hujus lexici mentio quædam verba mihi in memoriam revocavit quæ superioribus possunt adjungi. Unum est, Gnetonsum, quod ibi exponitur ἀμαυρὸν et σκοτεινόν : quum Cnephosum apud Festum legatur, ita scribentem, Cnephosum antiqui dicebant tenebricosum. Græci enim κνέφας appellabant obscurum. De quo vocabulo Gnetonsum hoc tantum dico, dubium esse posse debeatne mutari in illud Cnephosum, an in Gnophosum, a γνόφος. Alia autem sunt de quibus major et difficilior moveri quæstio potest, quod ad significationem attinet. Ecce enim, verbum Andruare Festus exponit Recurrere, a Græco verbo ἀναδρᾶν (pro quo repono ἀναδραμεῖν) : at in Glossario illo Andruare exponitur Græco verbo ἀνδρίζεσθαι. In eodem legimus, Auxillæ, μικρόπτερα, ὡς Βάῤῥων, quum Festus scribat (si modo non mentiuntur quæ extant ejus editiones typographicæ), Auxilla, Olla parvula. Illam quidem certe Glossarii expositionem, si μικρόπτερα pro μικρὰ πτερὰ aut per imprudentiam aut etiam consulto scriptum esse dicamus, confirmat quod ibidem legitur : videlicet, Auca, πτηνόν : adeo quidem ut verear ne pro Olla in illo Festi loco reponi debeat Auca. Inveni porro apud eundem scriptorem quædam Græca vocabula secus etiam quam a lexicographis Græcis exposita. Eorum unum est μῶραρ, quod Siculis stultum significare dicit : at Hesych. exponit μέμψις, ὄνειδος, αἶσχος : itidemque apud Lycophronem pro μῶμος positum extat.

Ne hoc quidem tacebo, quod vocibus quibusdam ex earum numero quas sermo Latinus e Græco mutuatus est, peculiare esse observavi : nimirum eas non ex communi Græcæ linguæ usu, sed ex aliqua dialecto sumptas esse : qualia vocabula ipsi Græci γλωσσηματικὰ nominant. Neque enim quum hîc dialectum dico, unam tantum ex illis quatuor generalioribus, sed etiam quamlibet intelligo. Ac possunt fortassis illa duo nomina διφάσιος et τριφάσιος (unde Latinos

sumpsisse Bifarius et Trifarius dixi) exemplum primum horum vocabulorum esse. Neque enim dubito quin Ionica sint. Equidem præterquam quod in Ionicarum vocum collectione quadam (a me subjuncta libello Galeni qui inscribitur τῶν Ἱπποκράτους γλωσσῶν ἐξήγησις) inter illas recensetur τριφάσιοι, Herodotum aliquot locis utrumque usurpare constat. Præsertim vero ex Dorica dialecto multa vocabula in suum sermonem Latini transtulerunt : quos etiam in iis quæ Dores cum cæteris Græcis habent communia, Doricam scripturam amasse videmus, veluti quum Fagus dixerunt, η quod est in φηγὸς, mutantes in α. Sic in Fama maluerunt φάμα quam φήμη : non illud tantum α quod terminationis est, sed alterum etiam ex Dorico sermone accipientes. Sic in Garrio videmus γαρύω magis illis placuisse quam γηρύω. Sic Ganeum dixerunt, non ἀπὸ τῆς γῆς, sed ἀπὸ τῆς γᾶς derivantes : si tamen verum est quod scribit Donatus, Ganeum dictam esse meretricum tabernam, quod sit in terra. Dubitationem enim movet quod scribit Hesychius γανιταὶ, δάπανοι, ἄσωτοι. Pro quo fortasse scribendum aliquis putet γανυταὶ, a γάνυμαι. Sic et in aliis plerisque Doricam scripturam imitati esse comperiuntur. Nam et pronomen Tu ex Dorico τὺ, non ex σὺ, esse videmus. Eodemque modo Pratum ex Dorico πρατιὰ sumpsisse literam τ existimatur. Atque adeo vocem Bos esse ex Dorico βῶς, non ex βοῦς, non absimile vero est. Alias autem ejusmodi observationes, et quidem his etiam insigniores (quæ mihi nunc in mentem non veniunt) hoc in opere invenies : quamvis Fabius non Doricæ rationi sed Æolicæ sermonem Latinum esse dicat simillimum. Verum quod ad voces attinet quæ non scriptura tenus seu terminatione sed omnino sunt Doricæ, incipiam a nomine Cubitum. Dicunt enim Latini Cubitum eadem significatione qua et κύβιτον apud Græcos legimus : verum hoc Græcos omnes commune inter se non habuisse, sed Dores sibi vendicasse, et quidem eos qui Siciliam incolebant, cum aliunde tum ex Polluce discimus. Ejus verba sunt, καὶ κύβιτον εἴποις ἄν, ὡς Ἱπποκράτης. δοκεῖ δὲ εἶναι Δωρικὸν τοὔνομα, τῶν ἐν Σικελίᾳ Δωριέων. Quibus addit, Hinc factum esse ut Epicharmus κυβιτίζειν dixerit, significare volens παίειν τῷ ἀγκῶνι. Eustathius tamen, doctissimus alioqui scholiastes, hoc ignorans, κύβιτον pro Latina voce habuit. Horum Siciliensium Dorum est etiam Nummus : quod alioqui nemo non putet Latinum esse vocabulum : præsertim quum Suetonius apud Suidam a Numæ nomine deductum esse tradat. Pollux l. 9, ὁ δὲ νοῦμμος, δοκεῖ μὲν εἶναι Ῥωμαίων τοὔνομα τοῦ νομίσματος· ἔστι δὲ Ἑλληνικὸν τῶν ἐν Ἰταλίᾳ καὶ Σικελίᾳ Δωριέων. Sed ὁρίων apud eum legitur, pro quo repono illud Δωριέων. Ex eodem discimus, Unciam Siculorum fuisse vocabulum. Varro illud quidem prius nomen, videlicet Nummus, a Siculis ortum esse et ipse testatur, sed hoc posterius pro Latino habet : quippe qui scribat, Uncia ab uno. Atque his annumerari potest et nomen Libra, ex Polluce, vel potius ex Aristotele apud eum : quamvis Galenus Romana vocabula λίτραν et οὐγγίαν esse dicat, sicut et ξέστην : sed cur illi potius fidem adhibendam esse dicemus? Quinetiam nominis Campus origo Siculis tribuitur. Κάμπος (inquit Hesych.), ἱππόδρομος, Σικελοί. Huic subjungo vocem Allia : siquidem hanc quoque a Doribus manasse arbitror, quum ἄγλιθας eorum esse scribat Corinthus. Si autem vera sit hæc mea conjectura, dicta fuerint Allia quasi Aglia. Quinetiam Ruta Latinum non est, si scholiastæ Nicandri credimus, vel potius ei quem producit testem. Nam ῥύτην Peloponnensium vocabulum esse tradit, significans πήγανον. Dicunt autem Syracusanæ mulieres apud Theocritum, — πελοποννησιστὶ λαλεῦμες. Δωρίσδεν δ' ἔξεστι, δοκῶ, τοῖς Δωριέεσσι. Hoc porro in memoriam mihi reducit et Σαυκὸν, quod Hesychius exponit ξηρὸν, Syracusanum vocabulum esse tradens. Ex illo certe nemo non suspicetur manasse Latinam vocem Siccum. Verum ut aliqua ex aliis etiam dialectis sumpta recenseam, quis verbum Ridere a Græcis oriundum esse credat? Strattis tamen apud Athen. lib. 14, Thebanis ἐκριδδέμεν esse ait γελᾶν. Ne Capra quidem Latinorum est, si Hesychio fides adhibenda est : tradit enim esse Tyrrhenorum. Sed nec Verres Latinum esse videtur : quum ἔρρας extet apud eundem lexicographum, sed exponentem κριός (sic autem Caper aliud Latinis esse videmus quam Græcis κάπρος, quamvis hinc esse credi possit). Quoniam tamen non addit e qua dialecto sit sumptum, dubitare quis possit an superioribus annumerari debeat, an potius inter illa poni quæ Græci quipiam scriptores pro Latinis attulerint. Sunt certe et alia quædam Latina vocabula, quæ licet in Græco sermone inveniantur, aliquid dubitationis nobis relinquunt, donec inveniatur annotata dialectus cui adscribi debent. Ex iis est Caballus : invenitur enim καβάλλης de vili itidem equo dictum. Sunt præterea quæ a Græcis quidem profecta esse constat, sed dubiam apud illos ipsos originem habent. In hoc numero est Sanna, unde factum est Sannio. Nam Σάννας de quovis stulto dicitur, sive a cujusdam stulti nomine, ut quidam arbitrantur : sive (ut alii volunt) a nomine cujusdam gentis Asiaticæ : sive (ut nonnullis placet) a verbo σαίνειν. At Hesychius scribit Σάννορος significare μωρὸν Tarentinis, usumque ejus extare apud Rhinthonem. Simul autem observandum hîc est quomodo Latini a significatione aliquantum deflexerint.

Hoc etiam observavi, habere Latinam linguam vocabula ex Græcis sumpta, sed qui ea et ipsi aliunde mutuati essent. Tale est Cadus : hoc enim est a Græco κάδος, istud ab Hebraico כד esse constat. Eodemque modo Saccus ex σάκκος, hoc ex Hebraico שק profectum est. Sic etiam Mitra Latini a Græcis, Græci a Syris habent. Sic Arrhabo Latina lingua sumpsit e Græca, hæc e Syriaca (nisi potius Hebraicæ adscribi debet : in qua sententia plerosque esse scio). Idemque et de nomine Turris dici potest. Quinetiam vocabula quædam inveniuntur quæ Latini a Græcis, Græci a Persis, vel aliis, hi quoque aliunde sumpserunt. Quamvis autem aliquot hujusmodi

in construendo Thesauro observarim, unicum nunc occurrit, Paradisus. Cujus mentionem minus libenter facio, quod a nostræ duntaxat religionis hominibus usurpatum (in Latino quidem sermone) existimetur, et quidem significationem ejus restringentibus. Paradisus enim vox est e Græcis sumpta : Græci ex Persis, Persæ ex Hebræis sumpserunt : nimirum ex eorum vocabulo פרדס.

Observavi præterea in construendo hoc Thesauri opere, Latinum sermonem in multis aut saltem in pluribus quam vulgo credamus, ad imitationem Græci (ut ita loquar) se composuisse. Verbi gratia (ut ex multis exemplis pauca proferam) sicut Græci ἄνους, ex α privativo et nomine νοῦς (ex qua voce ἄνους Festus nomen Anus ortum videri posse existimat : eademque est et in synonymo ἄφρων compositionis forma), ita et ipsi Amens dixerunt, ex litera α privandi vim habente, et nomine Mens. Atque ut illis ἔξαιμος, ex præpositione ἐξ privandi itidem vim habente, et nomine αἷμα : sic istis Exanguis dicere placuit, in quo præpositionem eadem vi præditam et nomini Sanguis itidem præfixam habemus. Item, verba quæ apud Græcos impersonalia sunt, apud hos quoque magna ex parte talia sunt. Necnon quæ apud illos in præterito significationem præsentis habent, ut οἶδα, μέμνημαι, apud hos quoque, qui pro illis dicunt itidem Novi, Memini. Omitto terminationem primæ et secundæ personæ verborum in utroque sermone eandem : id est, in eandem literam : omitto et alia, eodem pertinentia, sed levia; et ad verba quæ desiderativa vocantur, venio : cujusmodi est Bellaturio. Dico enim me suspicari, Latinos in hac terminatione imitari Græcos voluisse, sed vertentes literam *s* in *r*, nam ut in Bellaturio (ea forma dicto qua Empturio, Vomiturio, et alia) habes terminationem in RIO, ita πολεμησείω, quod eam significationem habet, in σειω desinere videmus. Quinetiam metaphoras Græcas in plerisque verborum et simplicium et compositorum significationibus imitati sunt : veluti quum dixerunt Conferre pro Prodesse : plane exprimentes Græcum συμφέρειν : sic quum Seducere pro Decipere usurparunt. Ut enim Seducere est seorsum ducere, sic ἀπατᾷν est quasi abducere ἀπὸ τοῦ πάτου. In nominibus quoque permultis metaphoras Græcas servari non obscurum est : sed in multo pluribus, ut opinor, eas inveniremus, si non tot veteres scriptores, ac præsertim comicos, desideraremus. Sunt vero et apud eos quos habemus nonnullæ quæ plerosque latent : ut ῥυπαρὸς apud Platonem, eodem plane modo quo Latine Sordidus, de avaro. Sic ῥυπαρία de avaritia, ex Critia Pollux affert. Nonne Sordes et Sordidus horum exemplo dixisse Latinos de avaritia et avaro credere debemus? Verum alicubi translationem Græcam non ad verbum expresserunt, sed potius alia simili usi sunt, veluti quum pro σχολὴ (quod proprie otium significat) ludum vel ludum literarium dixerunt. Non dubito autem quin hujusmodi omnia sint ab iis orta qui Græca in Latinum sermonem convertebant : præsertim quum ipsum etiam Ciceronem, in iis quæ interpretatur, quædam usurpare videamus quorum nullus alibi apud eum est usus. Jam vero præter illa quæ attuli imitationis exempla, omnibus obvia, aliaque id genus varia, hoc in opere observata : quædam sunt vocabula in quibus Latinam linguam omnino Græcam exprimere, non itidem facile nec a quolibet animadverti potest. Exempli gratia, quis in adverbio Denuo repræsentari sermonis Græci formam existimet? Inclusa tamen sunt in eo duo hæc verba ἐκ νέης, expresse (ut ita dicam) reddita : quæ in ista significatione apud Herodotum leguntur. Eodemque et nos modo dicimus *De nouveau* pro Rursus, πάλιν. Huic autem vocabulo apte adjungetur aliud quod itidem ex adverbiorum numero est, nimirum Sedulo. Minime enim dubium est quin hoc fingentes Latini ad Græcum ἀδόλως respexerint, atque adeo ipsum exprimere voluerint : dicentes nimirum Sedulo quasi sine dolo.

Et quoniam nihil te eorum quæ ad institutum sermonem pertinent celare volo (nisi quid meipsum memoria celaverit), aliud addam, quod dum Thesaurum hunc construerem animadverti : linguam Latinam, quamvis a Græcæ divitiis longissime absit, in multis multo esse quam credatur ditiorem : et (quod majus est) aliquam nobis relinqui eam ditandi novis quibusdam vocabulis, ac præsertim compositis, artem : qualia nonnulla memini me aliquot hujus operis locis finxisse. Non immerito certe dicit Fabius, Latinos adversus seipsos esse iniquos judices, ideoque paupertate sermonis laborare. Verum quod Fabius de Latinis generatim dicit, non tam de priscis quam de eorum posteris dici potest. Quid enim in fingendis vocabulis non ausos esse putabimus eos qui arietem reciprocicornem, lanicutem, vestitrahum vocare non dubitarunt? qui testudinem terrigenam, tardigradam, domiportam appellarunt? Quinetiam ipsemet Fabius repandirostrum et incurvicervicum affert ex Pacuvio. Sed paulo post, Quum κυρταύχενα (inquit) mirati sumus, incurvicervicum vix a risu defendimus. Possumus certe vel ex his conjecturam facere quam audaces fuerint prisci Latini in imitandis hujusmodi compositis vocibus linguæ Græcæ; aut saltem quanto posteris suis audaciores : ut omittam quæ apud Lucretium doctæ hujus audaciæ exempla habemus. Quinetiam Catullus, veterum poetarum imitator potius quam vetus poeta dicendus, cum alia ejusmodi protulit, tum vero Falsiparens : ut Græcum Herculis epithetum ψευδοπάτωρ assequeretur. Illa certe audacia multa illis alia epitheta suppeditavit, quæ ad sequentis ætatis poetas non transierunt, aut certe transîsse non existimantur. Possumus tamen interim aliqua nobis permittere, et ea quidem præsertim quæ cum usitatis comparata analogiam servare videmus. Ecce enim, quum de usu compositi Dulcisonus non dubitemus, cur non itidem Argutisonus ad exprimendum Græcum λιγύθροος, dicere audebimus? Si Monticola dicere fas est, cur non et Rupicola? Si ποντοπόρους νῆας pontigradas naves appellare possumus, cur non

πετροβάμονα rupigradum vocabimus? Neque vero hîc consistendum est : sed si Tardigradus etiam admitti dicemus, cur Tardivorus rejiciemus? Equidem multo etiam audaciora istis fingi posse existimavi (ut aliquot hujus Thesauri loci docebunt) ad exprimendam Græcorum vim. Sic certe in vertendis quibusdam versibus talia nonnulla mihi permisi : veluti illud Tardivorus in interpretatione horum,

Εἰ ταχὺς εἰς τὸ φαγεῖν καὶ πρὸς δρόμον ἀμβλὺς ὑπάρχεις,
Τοῖς ποσί σου τρῶγε, καὶ τρέχε τῷ στόματι.

Hoc enim epigrammation ita verti,

Tardipes es nimium, nimiumque es dentibus acer :
Tardivorus pede sis, denteque tardigradus.

Præsertim vero hîc locum habere videtur, utpote inter duo ejusdem generis composita collocatum. Verti alioqui idem epigramma et aliis viginti modis, quædam alia pluribus etiam : atque adeo unum plusquam trecentis modis interpretatus sum. Ex qua exercitatione Latinam linguam non tam esse pauperem quam vulgo creditur, et ipse didici et alios docui. Multo tamen ditiorem olim fuisse et multo etiam plura ejus vocabula quam putemus, nobis periisse, ostendent et vetera quædam lexica, partim Latinogræca, partim Græcolatina, quæ propediem ex mea officina (ut spero) prodibunt. Eorum unum est id quod Glossarii nomine appellari antea dixi.

Jam vero quoniam multa Græci habent loquendi genera quæ Latinæ linguæ sunt negata, quum Gallica contra non adumbret ea tantum, sed ad vivum (ut ita loquar) exprimat : me, Gallum hominem, et vero in ipsa Galliæ Gallia, id est Parisiis, natum atque educatum, patriæ ac linguæ meæ injuriam facturum existimabam nisi latentes has sermonis ei familiaris divitias in apertum proferrem, et exteris etiam nationibus conspiciendas præberem. Ideoque in multis hujus operis locis, quum Latinismis destituerer, Gallicismorum auxilium imploravi, aut saltem ad eos qui a me commemorati fuerant in libello de Gallicæ linguæ affinitate cum Græca (qui inscriptus est, *De la conformité du langage François avec le Grec*), lectorem remisi.

In eo quoque tuis studiis, lector, consului, quod quorumlibet scriptorum Græcorum, sed præsertim lexicographorum, Pollucis, Hesychii, Suidæ, Etymologi, multos locos qui mendosi erant proferens, eadem opera emendavi, aut saltem quomodo emendandi viderentur, admonui. Sed ad Suidam quod attinet, quædam in eo ex veteris etiam codicis autoritate restitui. Sæpe autem et vetusta quædam incertorum autorum lexica, quæ ex Italia attuli, in consilium adhibita, cum ad alia tum vero ad quorundam in illis lexicographis locorum emendationem profuerunt.

Præstiti denique, lector, in hoc opere, vel potius præstare conatus sum, quæ ipsum Thesauri nomine non indignum reddant. Eum quidem certe titulum mihi præripere jam olim conati erant quidam, quum me de hoc opere aggrediendo cogitare obaudiissent : sed illi θησαυροῦ eorum appellationi merito aliquis ex proverbio depromptum vocabulum ἄνθρακες adscripsisset. Foris enim et titulo thesaurus erat : intus autem nihil aliud quam vulgaris consarcinatio, quæ antea lexici Græcolatini recogniti nomine appellabatur, novis aliquot suturis aucta : aut (si mavis) quædam interpolationum accessio, ut vel ex ipsa collatione perspici potest : adeo ut perinde esset acsi personatus Irus Crœsum se mentiri sub ejus persona vellet. Quodsi me roges an hoc opus ita numeris omnibus esse absolutum existimem, ut in eo nihil desiderari possit, quidvis potius quam hoc persuasum mihi de illo esse, vel aliis persuadere velle, quin potius me jam nunc plura in eo desiderare quam quisquam fortasse desideraturus sit, respondebo. Primum enim quod ad vocabulorum numerum attinet, quamvis multo magis hac una thesauri editione quam multis illorum de quibus dixi lexicorum editionibus fuerit auctus, et multa vocum millia accessisse comperturus sit quicunque cum aliis conferre voluerit : insuper tamen extare aliqua in libris qui quotidie manibus teruntur, scio, necnon in iis qui nondum in lucem prodierunt, latere multa suspicor, ex nonnullis nondum luce donatis, qui apud me sunt, conjecturam faciens. Deinde si ad significationes veniendum sit, esse vocabula plures habentia quam quæ traditæ sint, negare nolim. Atque adeo non circa hæc solum, sed et circa quædam alia, esse quæ desiderari hoc in opere possint, ac potuisse majora præstari, ingenue fateor. Nam, ut de aliis me doctioribus taceam, majora ipsemet præstare potuissem, si majore cum otio singula expendere licuisset. Falleris enim, lector, si hoc opus (exceptis paucis quibusdam ejus locis) aliter quam ad clepsydram (ut loqui soleo) typographicam scriptum fuisse putas : id est, ut quemadmodum typographicæ operæ certo quotidie penso obnoxiæ sunt, ita et ipse certo certaque hora exhibendo scriptionis meæ penso obnoxius essem. Adde quod ne id quidem conficiendi pensi tempus, licet breve, liberum ab aliis occupationibus et negotiis erat, sed ita vario eorum genere et circa rem typographicam et circa rem familiarem districtum atque implicitum, ut unius interdum horæ spatio decies illa mihi scriptio intermittenda esset. Verum occupationum istarum nonnullas in

tuum commodum cessisse, et ejus temporis quod illi operi elaborando defuit, partem aliquam me tibi alibi impendisse, satis superque illi testantur libri quos mea officina, dum opus illud excudebatur, subinde in publicum proferebat. Hæc autem quum ita sint, quam dura et difficilis a me suscepta provincia fuit, tam faciles in danda mihi erratorum venia fore spero quibuscunque pectus non livore contaminatum sed candore refertum erit : præsertim quum in illo cujus antea mentionem feci Thesauri hujus corollario, non solum multa huic operi adjecturus sim, favente Deo opt. max. (eorum potissimum quæ ad reconditiorem linguæ hujus cognitionem pertinent), sed etiam eorum in quibus hîc peccaverim locorum plerosque sim emendaturus. Caveant interim siqui in hoc opere meo ingeniosi esse cupient (vel in epitomen redigendo, vel in certos usus quædam excerpendo, vel alio quovis commento), ne contra mei operis ingenium (quod nulli tam bene quam mihi perspectum esse potest) ingeniosi fuisse comperiantur : et in quibusdam ejus locis suæ temeritati insidias tendi non ignorent. Præcipue autem quod ad compendium attinet, vix alium quenquam sine sui pariter meique honoris dispendio id conficere posse arbitror : et quemlibet, ne eum periclitetur, non solum hortor, sed etiam oro atque obsecro.

Verum enimvero quoniam quem impendi huic Thesauro laborem, cum Herculeo comparavi, atque adeo Herculeum vocavi, nequis hoc dictum arrogantiæ damnet, duplicem hujus appellationis sensum esse, ac si non uno, altero saltem verum comperiri sciat. Herculeus namque labor meus hac saltem ratione vocari possit, quod aliquid in suo genere cum Augiæ stabulo comparandum repurgaverim. Quidni enim infinita errorum portenta quæ in illis vulgaribus Lexicis Græcolatinis toties interpolatis accumulata erant, sic appellem? Eorum tamen aliquot exempla statim proferre, deinde nomen illis dignum judicio lectorum relinquere, satius fuerit. Quum autem varia sint illorum errorum genera, in varios itidem locos et velut classes digeram.

Primus autem locus tribuetur iis vocabulis quæ in illis præclaris Lexicis linguæ Græcæ affinguntur, vel potius quæ illi repugnanti et invitæ adscribuntur : idque diversis modis : utpote errore ex imperitia quidem ubique, sed quæ varie allucinaretur, orto.

Κυμῆνα (ut scriptum est in novissima illorum Lexicorum editione, omnium emendatissima atque locupletissima) *vocabulum est castrense, ad significandum militum seriem fluctuum instar gradientem.* Non credis lector, sed rides? At ecce tibi Arriani locum, qui adversus tuum risum testis producitur : ἦγεν βάδην, τοῦ μὴ διασπασθῆναί τι ἐν τῇ ξυντονωτέρᾳ πορείᾳ κυμῆναν τῆς φάλαγγος. At κυμῆναν hîc non est accusativus nominis κυμῆνα (quod nunquam visum fuit οὐδ' ἐν ὀνείροις), sed participium aoristi 1, a verbo κυμαίνω : inquies. Ita quidem usum esse Arrianum longe manifestissimum est, sed novissimus λεξικοῤῥάπτης, sive λεξικοῤῥάφος, aliquid novi hîc somniavit, ac novam linguæ Græcæ vocem, quam ne unus quidem veterum scriptorum (si omnes reviviscant) intelligat aut agnoscat, suo mirifico somnio excogitavit.

Συνηλλοία dignum est quod illi κυμῆνα subjungatur. Eadem enim illa editio novissima (nam præcedentes hoc insigni vocabulo, sicut et illo, indignæ fuerunt) hæc tradit, Συνηλλοία, ας, ἡ, *Strues et congeries*, συνάθροισις. Συνηλλοία τῶν νεκρῶν, *Strages*. Hîc quoque rides, et monstra tibi narrari dicis? Vide ne risum tuum Josephus ridiculum reddat, ex quo istud illius συνηλλοία exemplum ibi afferatur : πολλοὺς δὲ συνηλλοία περὶ ἀλλήλους πεσόντας ἐμπηδῶν. Imo vero (inquies) συνηλλοία apud Josephum esset verbum præteriti imperfecti temporis, a themate συναλλοιάω : sed reponendum est συνηλοία, unico λ, a συναλοιάω : ut simile sit simplici ἁλοιάω. Fateor, et idem fateantur omnes necesse est : sed Josephus et quicunque illi assentimur, nihil novi, nihil nisi vulgare et tritum dicimus : at λεξικοῤῥάφος qui hoc annotavit, minime vulgaria, sed nova et ingeniis non investigata priorum (ut dixit Naso) loquutus est.

Ἀγάγης, ου, ὁ, tertium locum tenebit, novum certe nomen et ipsum atque inauditum. Rogas quid ἀγάγης sit? *Sua sponte subjectus*, *Adducens*. Quomodo (inquies) ἀγάγης nomen esse, quomodo hoc significare potest? Immo ab ἄγω est ἤγαγον, in subjunctivo modo, ἀγάγω, ἀγάγῃς, ἀγάγῃ. Id quidem et Suidas docet, scribens, ἀγάγης, αὐθυπότακτον : sed debuit scribere quæ λεξικοῤῥάφος intelligeret, et quæ nullam errandi occasionem illi præberent.

Ὑθλεῖς quoque et φλυαρεῖς, verba secundæ personæ, indicativorum ὑθλέω et φλυαρέω, nomina ibi fiunt. Ita enim ibi scriptum est, Ὑθλεῖς, *nugatores*, φλυαρεῖς : *Suidas*. Scilicet ὑθλεῖς et φλυαρεῖς Suidas a nominativis ὑθλεὺς et φλυαρεὺς esse putavit. Et hæc quidem sint μεταμορφώσεως in quibusdam vocabulis exempla, qua videlicet verba in nomina transformantur.

Alicubi autem vocabula sunt, nova quidem et ipsa, prorsusque inaudita, sed ex alio erroris genere profecta, veluti quæ sequuntur.

Ζυθμίζειν, *Ad normam libellamque dirigere*, *Corrigere*, *Emendare*. Hanc quoque vocem explodis? Attamen ne ipsa quidem est ἁμάρτυρος. Hæc enim ibi subjunguntur, *Lucianus* ὑπὲρ εἰκόνων, *de Phidia*, ἑαυτὸν ἐπανορθοῦν καὶ ζυθμίζειν τὸ ἄγαλμα πρὸς τὸ πλείστοις δοκοῦν. Lucianum dices ῥυθμίζειν scripsisse, non ζυθμίζειν : et manifestissimum vel puero (ut proverbii verba usurpem) fuisse hîc mendum. Sed quid si quæ aliorum omnium judicio mendosa erant, λεξικοῤῥάφος ille emendata judicabat?

Εὐθυμίζειν proximum ab illo tenebit locum, quod ibidem legatur. Nam verbo illi ζυθμίζειν subjungitur, *Idem quod* σταθμίζειν, ἢ εὐθυμίζειν. Quibus adjicitur lepida illa interpretatio, *Ad*

normam libellamque dirigere. Miraris hujus verbi εὐθυμίζειν novitatem? At ego in eo cujus ignorantia infinitis aliis erroribus perspecta sit atque explorata, nihil tale admiratione dignum judico. Equidem vel proxime præcedens verbum ζυθμίζειν ne εὐθυμίζειν miremur facere potest. Quomodo enim sciverit εὐθύνειν dici, non εὐθυμίζειν, qui ῥυθμίζειν, non ζυθμίζειν, dici ignoravit? Sed ad aliud transeo.

Ῥωμέη λέξις, *perpetua elocutio vertitur ab Aquila.* Hîc mendacii socium sibi Aquilam adjungit λεξικοῤῥάφος. Illi tamen ignoscendum est, quia mentiri se ignoravit, quum ῥωμέη pro εἰρομένη diceret.

Aliud erroris genus, vel potius alia errorum genera sunt in istis, Μεθύω et Μεθύομαι, Ἀμύω, Ῥάγνω, Χερσωμένος. Siquidem μεθύω et μεθύομαι perperam afferri, tanquam significantia Inebrio et Inebrior, sicut μεθύσκω et μεθύσκομαι, nulli nisi valde hujus linguæ imperito ignotum esse potest. At vero in Ἀμύω non tantum thema unum pro alio statui, sed vocabulum suppositititium genuini locum occupare dicendum est. Ibi enim scribitur, Ἀμύω, *Inclino, Cado,* καταπίπτω. *Submitto. Apollon.* 2 *Argon.* ἤμυσαν λοξοῖσι καρήασι, id est, ἔκλιναν κεφαλὰς, *capita inflexerunt.* Atqui ἤμυσαν non est ab ἀμύω (quod nusquam legitur), sed ab ἠμύω. Eodemque modo καταμύω perperam pro κατημύω in iisdem lexicis habetur. Sic ῥάγνω ibi thema statuitur præteriti ἔῤῥαγκα: quum tamen non dicatur ῥάγνω, sed ῥαίνω. At in χερσωμένος more novo omitti augmentum quilibet videre potest.

Atque ut verbis plerisque thema unum pro alio, sic nominibus una declinatio pro alia datur: veluti quum ἀμφοραὶ scribitur pro ἀμφορεῖς: quasi videlicet hoc nomen ad formam Latini Amphoræ refingendum esset. Rectius autem fortasse vocabulum unum pro alio (nimirum adulterinum pro genuino), non tantum declinationem pro declinatione poni dicemus. Sic certe ῥαφία Græcis incognitum pro usitatissimo ῥαφὴ ibi scribitur. Quum enim κακοῤῥαφία legisset unus quispiam ex lexicorum interpolatoribus, etiam ῥαφία pro sutura dici existimavit: eamque vocem Græcis lexicis assuere non dubitavit, eam scilicet autoritate illius compositæ κακοῤῥαφία confirmans. Ejusdem cum hoc ῥαφία est farinæ nomen ῥησία, quod exponitur colloquium. Quia enim in quibusdam compositis terminatio ista invenitur, ut in ἀῤῥησία et παῤῥησία, existimavit idem ille non ῥῆσις solum sed etiam ῥησία dici. Vel potius ne hoc quidem cogitavit, sed ῥησίας inveniens apud Hesychium ὁμιλίας expositum, ῥησία, tanquam singularem ejus nominativum, interpretatus est colloquium.

A simplicibus vocabulis ad composita, simulque a simplici inscitia ad compositam quandam (ut ita loquar) transeo. Quæ enim audisti, licet fœdæ ignorantiæ plena, levia esse præ his quæ audies videri poterunt. Jam enim producere libet Ῥινοτορωκυθέρεια, et Ἰόνανθος, et Ἀβραδούλη, et Ἀκονήλιθος, et Φειδωποιούμενος, et Χαλκοκεκαυμένος, et Ἀμφιθερμοπύλας, et Ἀναυλατίοντες, et Ἀπυρωτροφὴ, et Ἀρεικάτοχος, et Σφιτεθῆναι, et Πολυνικῶ. Quid? annon hîc O monstrosam inscitiam exclamabis? Sed monstrificam potius appellato, quæ tot verborum monstra nobis fingit: quorum quædam poetis, quædam oratoribus, quædam historicis, quædam medicis, quædam lexicographis affingit. Suidæ quidem certe et Hesychio lexicographis affinguntur illa duo, ἀκονήλιθος, et ἀβραδούλη. Neque enim talem compositionem agnoscunt, sed hic quidem scribit, Ἄβρα, δούλη: ille autem, Ἀκόνη, λίθος. Primum autem illud ῥινοτορωκυθέρεια Hesiodo poetæ affingitur: est enim ex isto ejus loco sumptum, — αὐτὰρ Ἀρηϊ Ῥινοτόρῳ Κυθέρεια Φόβον καὶ Δεῖμον ἔτικτεν. Sed quidnam esse ῥινοτορωκυθέρεια tradunt illa lexica Græcolatina? Nomen proprium fictitium. Mentiuntur sane, si vocem Fictitium ex eorum sensu interpretemur: at si aliter, verissima dicunt. Est enim ῥινοτορωκυθέρεια vocabulum quod inscitia finxit et commenta est, sicut cætera quæ illi adjunxit, et alia permulta quæ adjungere potui. Sed eorum quædam non solis lexicis Græcolatinis, ut illa, verum etiam depravatis exemplaribus imputanda sunt. Cujusmodi est ἀπολαιμότομος, quod Euripidi falso adscribitur. Quum enim ita legendus sit locus illius in Hecuba, Μόσχον δειλαία δειλαίαν ἐσόψει χειρὸς ἀναρπαστὰν Σᾶς ἄπο, λαιμότομόν τ' ἀΐδᾳ Γᾶς ὑποπεμπομέναν σκότος: perperam disjuncta præpositio a suo genitivo in vulgatis editionibus, erroris illius occasionem præbuit. Talia autem pleraque annotavi in iis quæ meæ editioni Homeri aliorumque poetarum heroicorum præfatus sum, exempla videlicet vocum in quibus præpositiones cum aliis vocibus perperam coaluerunt. Cujusmodi sunt istæ, Ὑπέμβρυον, Ὑπότρομος, Ὑπονηλεὲς, Ὑφίμερον, Ἐπικτέρεα, Ἐνάσπετον, Περικάμμορε, Καταδέμνια, Ἐπαύλειος, Πολυκέρδιον. Quod postremum simile omnino est illi Πολυνικῶ supra commemorato. Sed his addi permulta possunt quæ Lexicis illis peculiaria existimari queant. In illis enim currum Homerus tantum ἀπήνην vocat, sed etiam ἐπαπήνην ex isto loco, Iliad. Ω, Σὺν δ' ἔταροι ἧειραν ἐϋξέστην ἐπ' ἀπήνην (aut ex alio quopiam, ubi eidem nomini eadem præpositio præfixa est). Atque ita videmus Homerum tali præpositionum usu magnam laudis materiam istis lexicorum locupletatoribus præbuisse, et in posterum etiam fortasse præbiturum esse: ut enim ex loco illo ἐϋξέστην ἐπ' ἀπήνην, factum fuit novum vocabulum ἐπαπήνη, fieri poterit ab aliquo novo locupletatore ὑπαπήνη, ex isto, — ζεῦξάν θ' ὑπ' ἀπήνη. Itidemque ἀπαπήνη, ab alio, hinc, — οἵ ῥ' ἀπ' ἀπήνης Ἡμιόνους ἔλυον. Quin etiam illa ἐπαύλειος et πολυκέρδιον ab iisdem fortasse Lexicis originem habuerunt. Præbere tamen potuit et Hesychii mendosum exemplar talium errorum occasionem: sed illis duntaxat qui crassa ignorantia laborarent. Cæterum qui multo plura exempla novarum vocum, quas inscitia variis modis allucinata produxit, et aliarum quæ ita depravatæ sunt ut vix ab ipsis scriptoribus Græcis agnosci

queant, videre cupiet, ea in epistola mea cujus antea mentionem feci, extare sciat. Utinam autem huic meo in examinandis istis labori idem non contingat quod paterno. Quum enim ille Thesaurum Latinæ linguæ construens, vocabula itidem multa consulto prætermisisset quæ in præcedentibus dictionariis erant, utpote ab ignorantia varie errante invecta, aut ex scriptoribus qui plane barbari suo in sermone essent, deprompta, ea tandem sedem suam in sequentibus editionibus velut postliminio receperunt. Atque hoc Venetiis primum non sine magno dolore fieri vidit. Quum enim quandam officinam typographicam ingressus esset, sumpta in manus una sui Thesauri, qui ibi excudebatur, charta, continuo vocabulum quoddam in ejus oculos incurrit quod se olim rejecisse recordabatur. Tunc eum qui editioni illi præerat, interrogare quo consilio id vocabulum Thesauro adjecisset. Hic vero non aliud respondere quam se non hoc solum sed alia ejusmodi multa addidisse : quod certo consilio fuisse omissa ignoraret. Hoc autem narrasse, saltem ad reddendum lectorem cautiorem, profuturum spero. Neque enim ab iis tantum vocabulis quæ commemorata sunt cavere sibi debet, aliisque ejusdem generis, sed ab aliis propemodum infinitis in quibus alia errorum genera et quidem varia commissa sunt : sic tamen ut series alphabetica certo judicio (si tantæ inscitiæ aliquod judicium inesse dici potest) ita scripta fuisse ostendat. Talia sunt, Ἀπαναβαίνω, Ἀπανορθόω, Ἀπαμφοτερίζω, Ἀπαρήγω, pro Ἐπαναβαίνω, Ἐπανορθόω, Ἐπαμφοτερίζω, Ἐπαρήγω. Sic etiam Ἀπάρατος pro Ἐπάρατος, et Ἀπαλλὰξ pro Ἐπαλλάξ. Hæc enim duobus in locis ibi ponuntur : cum α quidem inter vocabula quæ a litera α initium habent, cum ε vero inter illa quorum prima litera est ε. Neque vero illud duntaxat ε quod est præpositionis ἐπὶ (ut in præcedentibus verbis) mutatum fuit in α : sed alibi etiam idem mutationis erratum contigisse videmus; ut in Ἀπαλαιώθη pro Ἐπαλαιώθη, in Ἀκάσασθαι pro Ἀκέσασθαι, et quibusdam aliis. Atque ut in superioribus illis præpositioni ἐπὶ suum ε in α mutatur, sic in Ἀπακρούομαι ο præpositionis ἀπὸ perperam in eandem vertitur. Vicissimque ο pro α habent in Ἀπομύνω. In iisdem est Κατεσκευάζω et Κατεσκεύασμα : necnon Ἀπελίμπανος pro Ἀπολιμπανόμενος. Plura autem exempla in illa quam dixi epistola inventurus es : ubi etiam falsorum thematum, quorum paulo ante mentionem feci, insignia quædam sunt exempla : Διαπαρεὶς, *Transfixus*, *Trajectus*, a Διαπαρίημι : et Ἐπαληθεὶς ab Ἐπαληθέω : et Διαδραμοῦσα a Διαδράσκω. Quibus addere potes Ἐρέμβομαι, et Ἐπλημμυρεῖν. Ut autem hîc perperam præfigitur ε, ex augmento sumptum, ita nominibus quibusdam perperam præfixum est τ, quod est articuli τὸ, vel τὰ, tanquam ipsorum sit. Sic enim τανάφορον pro ἀνάφορον, et τανθρήνια pro ἀνθρήνια in illis scriptum est. Vicissimque litera in capite quarundam vocum perperam omittitur : ut in ταsθαλία. Sunt vero et quædam vocabula quorum falsæ scripturæ falsa itidem derivatio, sed illi scripturæ consentanea, adjungitur; ut συνεχμάλωτος, quum manifesto errore scriptum sit pro συναιχμάλωτος, dicitur esse ab ἔγχμα. Sed transeo ad exempla erratorum quæ in tradendis significationibus illi lexicorum interpolatores commiserunt : ex multis, vel potius prope infinitis, pauca diligens, et a nominis αὐτόματος interpretatione initium sumens. Quum enim Gellius caput primum libri decimitertii verbis hisce clausisset, Quod Cicero fatum atque naturam videtur dixisse, id multo ante Demosthenes τὴν πεπρωμένην καὶ τὸν αὐτόματον θάνατον appellavit. Αὐτόματος enim θάνατος, quasi naturalis et fatalis, nulla extrinsecus vi coactus venit : quum inquam hæc Gellius scripsisset, interpretationem istam quæ ab illo tribuitur nomini αὐτόματος dicto de morte, vulgarium lexicorum interpolatores et consarcinatores ei tribuerunt ubi dicitur de conviva. Allato enim hoc versu Homeri ex Il. libro B, Αὐτόματος δέ οἱ ἦλθε βοὴν ἀγαθὸς Μενέλαος, subjungunt, ἄκλητος : deinde hæc verba, *Quasi naturalis et fatalis, quique nulla extrinsecus vi coactus venit, autore Gellio.* Quid vero de interpretationibus dicemus quæ plane contrariam significationem nonnullis vocabulis tribuunt? ἀπαναισχυντῶ esse Inverecunde me gero, vel impudenter, Impudentia utor, satis notum est : at ibi contra redditur Verecunde facio. Sic παραθαρσύνω quod est Hortor, ibi contra dicitur significare Dehortor. Sic δίωξιν ποιούμενοι, quod est Persequentes, redditur contra Fugæ se mandantes. Quinetiam quibusdam locis falsæ et stultæ interpretationes, expunctis vulgaribus quæ verissimæ sunt, tribuuntur. Ut videmus in novissima illorum lexicorum editione tradi, verbum φρονεῖν esse Pati, in hoc divi Pauli loco, ἐγὼ πέποιθα εἰς ὑμᾶς ἐν Κυρίῳ ὅτι οὐδὲν ἄλλο φρονήσετε, et significari, Nihil aliud mali vos passuros esse. Præsertim vero in reddendis Latine lexicographorum Græcorum expositionibus varie peccatum est : ut in illo cujus antea memini hujus Thesauri corollario docebo, ubi de quibusdam quæ lexicographorum et scholiastarum sermoni peculiaria sunt, disseram. Interim tamen et in illa cujus mentionem aliquoties feci epistola, talium quoque erratorum, aliorum item quæ variis modis lexicorum interpolatores atque consarcinatores peccarunt, exempla, necnon alia quædam legere hunc Thesaurum volentibus profutura inveniri poterunt.

Vale, et meis vigiliis fave.

LECTORI HUJUS THESAURI


HENR. STEPHANUS.

[Indici in Thesaurum hæc præmittens.]

Quum in hoc linguæ Græcæ Thesauro alphabeticum ordinem minime servassem, sed aliam quendam qui quantum laboris molestiæque mihi attulit (utpote viam per avia patefaciente), tantum voluptatis utilitatisque tibi allaturus est: indicem qui illum quoque alterum ordinem alphabeticum ostenderet, huic operi addere necesse habui. Siquidem ut ordo ille a me servatus, nova omnino et inusitata res est, ita et hoc nove faciendum fuit ut indicem libro, qui alioqui indice opus habere non solet, adjungerem. Neque tamen ad hanc rem duntaxat usui tibi fore indicem illum putandum est, sed alius præterea fructus ex eo tibi sperandus. Quæcunque enim vocabula in ipso opere vel consulto prætermissa fuerunt, vel me subterfugerunt, ea suis locis (id est quos series alphabetica illis assignat) tibi exhibiturus est. Cujusmodi autem sint ista vocabula partim consulto prætermissa, partim quæ me subterfugisse dico (quod mirum non fuit in tanta tam variorum derivatorum multitudine), intelligere potes (nisi jam intellexisti) ex iis quæ appendici Tomi primi præfationis loco præfixi.

Cæterum quum ea vocabula quæ isti indici inserta sunt, (de iis loquor quæ certo consilio reservata ei fuerunt,) magna ex parte in iis qui extant scriptoribus aut parum usitata aut prorsus inusitata sint, et ex aliis potius, ac præsertim poetis, deprompta, aut etiam γλωσσηματικὰ, nonnulla vero et omnino extra Græcæ linguæ limites sita (habet enim Hesychius non solum Laconica quædam, Argiva, Arcadica, Bœotica, Cretensia, Salaminia, Macedonica, Thessalica, Pamphyliaca, Sicula, Syracusana, Tarentina, aliaque plurima: sed etiam Ægyptiaca, Persica, Lydia, Scythica, Celtica, aliaque aliarum gentium vocabula, quæ nihil omnino cum Græca lingua commune habebant, sed ei barbaræ erant): mirum tibi videri non debebit, lector, si horum interpretatio nullo exemplo confirmata, quorundam vero non solum brevis, sed jejuna etiam fortassis erit. Ut enim unum ex innumeris exemplum afferam, et quidem vocis quæ inter primas tuis oculis se offeret, quid aliud de Ἀαναίμα (pro quo est Ἀάνεμα apud Varinum, sed ejus qui descripsit incuria, ut opinor) dici a me pro tempore potuisset quam quod apud Hesychium legitur. Est certe Ἀαναίμα illi πολλαχὴ χάρις: at hæc expositio Latine reddita fieri non potest quin divinatione opus habeat; sed has divinandi partes doctioribus OEdipis relinquere malui. Illud quidem certe mihi persuasum esse dico, vocem illam Ἀαναίμα aut minime ab Hesychio ita scriptam esse, aut illum non tanquam Græcam, sed omnino peregrinam, (fortasse vero simul quoque aliter scriptam,) attulisse. Plurimas enim peregrinas esse præter eas, de quarum peregrinitate ille nos admonet, nemo mihi negare possit. Ecce enim circa principium verbum Ἄβεις, quod exponit ἔχεις, nihil addens. Quis tamen istud Ἄβεις peregrinum esse non fateatur, et in eo vestigia Latini verbi *Habes* non agnoscat? Idem dicendum et de Ἄβιν, quo ἐλάτην sive πεύκην significari ait. Quis enim vocem *Abies* illic non agnoscit? Atque adeo Varinus (qui alioqui raro ullius vocis scripturam immutat, et in pejus potius quam in melius mutare aliquas solet, errore, ut opinor, ex ejus amanuensi orto) non scripsit Ἄβιν, sed Ἄβιες. Quid quod Hebraicas etiam voces apud eundem lexicographum, Hesychium inquam, legimus? Siquidem (ne longe abeam) paucis interjectis habes Ἄβελ, πένθος. Verumenimvero ut de his dicendi finem faciam, cogitare debes, lector, sicut multarum vocum huic indici insertarum cognitio parum tibi prodesse potest, ita earum ignorationem non multum damni posse afferre. Quo magis æquum est ut impensam his quoque operam qualiscumque est, (in multis enim vocabulis quicquam illis quæ habebant vulgaria lexica προσεξευρίσκειν pigebat,) boni consulas. Vale.

TUUS



EXCERPTA

EX

HENRICI STEPHANI EPISTOLA*

A. 1569 EDITA,

Qua ad multas multorum Amicorum respondet, *de suæ Typographiæ Statu*, nominatimque de suo *Thesauro Linguæ Græcæ.*

Nunc vero ut de meo *Thesauro Græcæ Linguæ* A aliquid dicam, poscit is ordo quem in recensendis tenui vestrarum literarum argumentis. Quamvis enim extremam ei manum a me brevi impositum iri sperem (uti dixi), quoniam tamen vereor ne antequam ad colophonem veniam, variis literis de eo, sicut antea, multa sciscitantibus respondere sigillatim necesse sit, et quantum illis scribendis impendam temporis, tantundem operis illius progressum remorari; præterea vero quoniam alios plerosque esse scio qui eadem cognoscere, licet non interrogent, summopere cupiunt: semel munere illo defungi, nec duos una fidelia (ut est in proverbio) sed multos parietes dealbare, commune omnibus responsum dando, operæ pretium fore existimavi. Ut autem a rumoribus quos de opere illo circumferri scio, initium sumam: sunt qui *Thesaurum Linguæ Græcæ* a me expectent, in quo Græcæ voces Græcis, non autem Latinis exponantur. Sunt contra qui et expectent eum in quo Latinis, sicut in superioris temporis lexicis Græcolatinis, exponantur, et non aliud sibi quam ejusdem generis Lexicon, B sed multo locupletius polliceantur. Sunt denique qui, quod vocabula in meo Thesauro, longe alio quam alphabetico ordine digesta esse audierint, quisnam is esse possit, valde mirentur, ac ne iis duntaxat qui in linguæ Græcæ cognitione veterani sunt (ut ita loquar), non item tyronibus labor meus utilis futurus sit, vereantur. En qualem a me Thesaurum plerique expectent: nunc qualis expectandus sit (si modo dederit Deus ut uno eodemque laboris quasi tenore in eo pergam), superest ut vobis patefaciam.

Primum igitur in opere illo Græca vocabula ubique Latinis reddi, alicubi et Græcis exponi dico: sed quod in vulgatis lexicis Græcolatinis fieri videmus, ut ad unius Græci vocabuli expositionem, quindecim, viginti, atque adeo triginta etiam alicubi vocabula serie continua subjungantur, id vero a me aut factum esse aut fieri debuisse nego. Nam etiamsi tot Latinis reddi Græcum unum posset, (quum ibi contra quædam in magno illo numero sint quæ longe diversam significationem a vocis Græcæ significatione, quædam C etiam quæ contrariam habent,) tamen quid hoc aliud esset quam lectorem obruere indistincta et confusa significationum varietate? Et quoniam de his disserere non prolatis exemplis, fuerit de re per se clara, tanquam obscura, loqui, parumque utilitati studiosorum linguæ Græcæ, qui hæc legent, consulere: non committam ut ea invidisse, tanquam illorum progressibus simul invidens, dici possim: præsertim quum ad ea inveniendа sit duntaxat aperiendus liber. Ecce igitur verbum Βαίνω, quod eo aperto primum in oculos incurrit, duas et viginti interpretationes continua serie subjunctas habens: videlicet, Vado, Sedate gradior, Eo, Ire facio, Adeo, Provenio, Intro, Tendo, Ambulo, Ingredior, Insisto, Gradior, Accedo, Induco, Ineo, Supervenio, Incedo, Ascendo, Ascendere facio, Descendo, Amo, Adulor. Ex quibus interpretationibus pleræque aut falsæ sunt, aut certe non satis aptæ: sed etiamsi convenirent omnes, nonne sigillatim potius, id est singulæ cum singulis exemplis collocandæ forent? Ego igitur in meo *Thesauro Linguæ Græcæ* ita: Βαίνω, Fut. βήσομαι. Pr. βέβηκα, a Βάω. Aor. 2 ἔβην, a Βῆμι, Gradior, Incedo, Eo; ut Hom. Il. ρ: Βῆ δὲ διὰ προμάχων. Et in quodam oraculo, Βαῖνε δίκης ἄσσον· μάλα τοι κακὸν ἀνδράσιν ὕβρις. In prosa quoque hunc usum habet: unde μεγάλα βαίνειν et ἁβρὰ βαίνειν, illud de incessu superbo, hoc de incessu molli, etc.—Hinc autem ad reliquos, quos habet istud verbum, usus venio, sigillatim de iis ibi disserens. Sed libet et aliud exemplum proferre. Βάλλω ibi exponitur Mitto, Vulnero, Jaculor, Jacio, Insector, Prosterno, Admolior, Fundo, as: Incesso, Ferio, Proruo, Impeto, Immitto, Statuo, Conjicio, Abjicio. At ego ita: Βάλλω, Jacio, Jaculor. Quod posterius existimo primæ et primariæ verbi βάλλω significationi respondere: ut enim dicitur Jaculari saxa, Jaculari ferrum, Jaculari fulmen, et Jaculari aliquem saxis, ferro, fulmine: eodem modo, βάλλειν λίθον, et βάλλειν τινὰ λίθῳ dicunt Græci. Sed posterior hæc constructio verbi βάλλω nihilo etc.—Prolatis deinde utriusque constructionis exemplis, tandem addo, Sciendum est autem, interdum βάλλω per se poni, ut Jaculor. Demosth. Philipp. 3: κἂν μήπω βάλλῃ, μηδὲ τοξεύῃ. Xenoph. Hellen. 2: ἠκόντιζον, ἔβαλλον. Sic et apud Thucydidem lib. 3: τοὺς ἐπιβοηθοῦντας καὶ κάτωθεν καὶ ἄνωθεν εἶργον βάλλοντες, Jaculantes, vel Missilibus petentes, etc. — Βάλλω, Attingo, Ferio, Figo, Saucio. Hom. Il. ε: οὐδ' ἔβαλ' αὐτόν. Ubi Eustathius scribit, βάλλειν aperte pro ἐπιτυγχάνειν accipi. Sic et in ænigmate quodam Clearchi, quod ab eodem grammatico post Athenæum refertur, pag. 713: λίθῳ τε κοὐ λίθῳ βάλοι τε κοὐ βάλοι· ubi docet βάλοι priore loco esse pro ἁφήσοι, πέμψοι, ῥίψοι: at posteriore pro οὐκ εὐστοχήσοι, sive οὐκ ἐπιτύχοι. Hoc autem sensu, etc. — Paulo post, At Βάλλω pro Ferio, Vulnero, Il. β: Βεβλήκει, etc. — Βάλλω, Jacio, Projicio, ῥίπτω, ut Odyss. ι: Οὔτ' εὐνὰς βαλέειν, id est, ἀγκύρας κατὰ βυθοῦ ῥίψαι, Eust. Sic Il. β: ποτὶ δὲ σκῆπτρον βάλε γαίῃ,

* Epistola integra occurrit in Theodori Janssonii ab Almeloveen *De Vitis Stephanorum Dissertatione Epistolica ad J. G. Grævium.* Amstelodami 1683, 12mo edita, et in *Stephanorum Historia* a Michaele Maittaire conscripta et Londini a. 1709, 8vo edita.

sceptrum in terram projecit: id est, ἔῤῥιψε, seu κατέῤῥιψε. Et Il. η: Τὸν μὲν παρ πόδ' ἐὸν χαμάδις βάλε. — Paulo post, Βάλλω autem pro Abjicio, ut βάλλειν τοὺς ὀδόντας, de quo vide in Ηρωτόβολος. — Βάλλω, Emitto, ut Hom. βαλέειν τ' ἀπὸ δάκρυ παρειῶν. Sic Euripides Hippolyto, ἀπ' ὄσσων δ' οὐ θέμις βαλεῖν δάκρυ. Latini quoque non solum Emittere lacrymas et Profundere, sed et Projicere lacrymas interdum dicunt. — Βάλλω, Immitto, Pono, Impono. Il. ρ: Πάνθῳ ἐν χείρεσσι βάλω καὶ Φρόντιδι δίῃ. Et Il. η: κυνέῃ βάλε (omissa præpos.) pro ἐν κυνέῃ ἔθετο, etc. — Usurpatur Βάλλειν pro Ponere in metaphoricis etiam loquendi generibus: ut apud eundem poetam βάλλειν ἐν θυμῷ, ad verbum, Ponere in mente, pro Versare in mente, seu In animo cogitare. Ut Odyss. α, v. 201, 202: ὡς ἐνὶ θυμῷ Ἀθάνατοι βάλλουσι, καὶ ὡς τελέεσθαι ὀΐω. Id est, ἐνθυμοῦνται, uno verbo, ut scribit Eustathius: addens etiam, βάλλειν significare vel νοεῖν ἐπιτυχῶς, καὶ ὡς εἰπεῖν ἐπηβόλως, vel τιθέναι. Quam posteriorem expositionem admitto, priorem, ut nimium subtilem atque adeo commentitiam, rejicio. Neque enim βάλλειν per se declarare potest νοεῖν, sed junctum cum ἐν θυμῷ, aut ἐν φρεσὶ, aut alio hujusmodi. Ut si dicas ἐν νῷ seu ἐν νοὶ βάλλειν, non dubium fuerit quin βάλλειν sit simpliciter θεῖναι, quum habeamus factam inde vocem compositam νουθετεῖν. Qua forma dicuntur a Virgilio, Mente alta repostum, et, Sensibus imis reponas. Ceterum frequentius voce passiva βάλλεσθαι utitur Homerus (si bene memini) quam activa, in hoc loquendi genere, etc. — Nam cetera longum esset adscribere, ideoque in id tempus reservabo quo totum opus luce donabitur.

Quantopere autem fallantur qui non aliud a me quam unum ex vulgatis illis lexicis, sed multo locupletius expectant, vel ex duobus illis quos jam protuli locis, fieri conjectura potest. Verum præterea is labor me indignus, et alienus a fidelitate paterna, cujus vel maxime hæredem me a se relinqui existimavit, (fidelitate inquam in iis quæ ad typographicam artem pertinent,) faciam ut aperte intelligatis. Iis quæ circumferuntur lexicis Græcolatinis primam imposuit manum monachus quidam, frater Joannes Crastonus, Placentinus, Carmelitanus: sed quum is jejunis expositionibus (in quibus vernaculo etiam sermone interdum, id est Italico, utitur) contentus fuisset, perfunctorie item constructiones verborum indicasset, nullos auctorum locos proferens ex quibus illæ pariter et significationes cognosci possent, multi postea certatim multa hinc inde sine ullo delectu ac judicio excerpta inseruerunt. Donec tandem indoctis typographis de augenda lexicorum mole inter se certantibus, et præmia iis qui id præstarent proponentibus, quæ jejunæ, et (si ita loqui licet) macilentæ antea erant expositiones, adeo pingues et crassæ redditæ sunt, ut in illis passim nihil aliud quam Bœoticam suem agnoscamus. Nam pauca ex Budæo, aliisque idoneis auctoribus, et ea quidem parum fideliter descripta (utpote parum intellecta), multa contra ex Lapo Florentino, Leonardo Aretino, aliisque ejusdem farinæ interpretibus (ut similes haberent labra lactucas) in opus illud transtulerunt. Ex iis quidem certe locis in quorum interpretatione felix fuit Laurentius Valla, paucissimos protulerunt: sed pro perverso suo judicio, perversissimas quasque ejus interpretationes (quales prope innumeras a me annotatas in Latinis Herodoti et Thucydidis editionibus videbis) delegerunt egregii illi Lexicorum seu consarcinatores seu interpolatores, quibus, tanquam gemmis, illa insignirent. Quod si non quam multa, sed duntaxat quam multorum generum errata ibi sint, commemorare velim, merito certe exclamabo, τί πρῶτον, τί δ' ἔπειτα, τί δ' ὑστάτιον καταλέξω; Vix enim ullum errati genus posse a nobis cogitari aut fingi existimo, cujus ibi aliquod exemplum non extet. Quæ igitur frequentiora sunt, indicasse satis fuerit. Quo in numero poni a nobis poterunt (ne longe abeamus) quæ in duobus illis quos attuli paulo ante habentur locis. Quis enim (ut cetera omittam) non dico, cognitione aliqua linguæ Græcæ, sed vel sensu communi præditus, non animadvertat, rationi minime consentaneum esse ut unum idemque verbum βαίνω per se ac sine ulla adjectione, et Ascendo et Descendo significare dicatur? Quod autem idem verbum exponitur Amo et Adulor, hujus tam insolentis et absurdæ expositionis occasionem præbuit mendosum in eo verbo Hesychii exemplar. Sed hæc non valde mirabitur (mirari certe non debebit) qui ibidem inveniet Αὐθαίρετος expositum Simplex, Verus, Manifestus, Brevis: et Ἡμιδαμὴς, Securi domitus: et Σύναινος, Laudis particeps: de quo dicam et infra. Imo vero ne hæc quidem valde mirabitur qui fœdiora etiam (si fœdiora esse ulla possunt) ibi legerit: ea nimirum quibus vocabulo cuipiam plane contraria significatio datur ei quam habet. Ut quum Παραθαρσύνω, quod est Hortor, exponitur Dehortor: quum Ἀπαναισχυντῶ, quod est Inverecunde seu impudenter me gero, aut Impudentia utor, exponitur ibi Verecunde facio. Quum Δίωξιν ποιούμενοι, quod est Persequentes, exponitur Fugæ se mandantes. Sed quod non errati genus (uti dixi) in illis spectatur! Unius autem generis mentionem feci in iis quæ præfatus sum in meam editionem poetarum Græcorum: ita scribens, Verum ex omnibus mendis in quibus extirpandis laboravimus, nulla frequentiora sunt in superioribus editionibus quam quæ orta sunt ex præpositionibus quæ cum aliis vocibus incuria imperitiaque librariorum coaluerunt. Hinc certe factum est ut Homero multa vocabula adscribantur, (et quidem nonnulla in bellis etiam istis et tam pulchros titulos mentientibus Lexicis,) quæ, si reviviscat, non intellecturus, nedum pro suis agniturus sit. Talia sunt, Ἐπικτέρεα, et Ἐνάσπετον, et Ὑφίμερον, et Ὑπότρομος, et Ὑπονηλεὲς, et Ὑπέμβρυον, et Περικάμμορε, et Καταδέμνια, et Καταβουκολέοντο, et alia denique plurima. Hæc ego ibi. Sed his addi posse dico non pauca ex iisdem Lexicis sumpta, ut Ἐπαπήνη, Currus: nato errore ex hoc versu Homeri, Il. ω: Σὺν δ' ἔταροι ἧειραν εὐξέστην ἐπ' ἀπήνην, aut certe ex alio quopiam versu, in quo habetur itidem hoc nomen præcedente præpositione. Non dubito autem quin aliquis ex consarcinatoribus lexicorum, inter ea vocabula quibus ipsa locupletabit, adjecturus sit etiam Ὑπαπήνη pro curru itidem, ex isto Homeri versu, Od. ζ: Ἡμιόνους θ' ὕπαγον, ζεῦξάν θ' ὑπ' ἀπήνη. Ἀπαπήνη, ex isto loco, Od. η: οἵ ῥ' ἀπ' ἀπήνης Ἡμιόνους ἔλυον. Errore equidem his omnino simili legitur in illis Ἐπαύλειος factum ex ἐπ' αὐλείου, quod extat apud eundem poetam, Od. α: Στῆ δ' Ἰθάκης ἐνὶ δήμῳ, ἐπὶ προθύροις Ὀδυσῆος, Οὐδοῦ ἐπ' αὐλείου. Horum in numero ponendum et Πολυκέρδιον, ex illis ejusdem poetæ locis in quibus legitur πολὺ κέρδιον. Ut Iliad. η: πολὺ κέρδιον εἴη. Et Il. ε, atque alibi, ἦτ' ἂν πολὺ κέρδιον ἦεν. Sed ne putemus eos ex solis Homeri verbis occasionem arripuisse commiscendi nova hæc vocabula, ac novo more non lexica solum, sed linguam Græcam locupletandi: en tibi et alia multo magis monstrosa atque prodigiosa, quæ in iis leguntur: Πολυνικῶ, et Ἀβραδούλη, et Ἀκονήλιθος, et Ἀμφιθερμοπύλας, et Ἀπυρωτροφὴ, et Ἀρεικάτοχος, et Ἀναυλατίοντες, et Σφιτεθῆναι, et alia quæ longum omnia foret recensere. Quod si Homerus superiora illa vocabula ex suis depravata intellecturus non esset, quid de his dicemus? an esse ejusmodi quæ ille intelligere posset? Imo vero prodeant cum Homero Hesiodus et Orpheus, prodeat Theocritus, prodeat doctus Callimachus, prodeat mirus ille vocabulorum fabricator Nicander, prodeant denique quicunque olim extiterunt poetæ, et cum illis oratores, historici, quoscunque denique in ullo genere scriptores habuit unquam Græcia: ad ista vulgarium Lexicorum Græcolatinorum centies reconsarcinatorum vocabula obstupescent, atque obmutescent. Quid? annon magnæ hoc laudi dandum est illis reconsarcinatoribus quod sibi peculiaria quædam vocabula habeant, ad quæ intelligenda celeberrimis illis scriptoribus eorum schola petenda sit? Quid? nonne optime de lingua Græca merentur, qui eam alioqui verborum inopem tam multis vocibus ditant? Verum ut serio potius de re seria loquar, addam unicuique harum vocum significationem quæ in Lexicis illis habetur, simulque quo sit modo in unaquaque erratum, ostendam. Prima vox est Πολυνικῶ, quæ ibi affertur

ex Thucydide pro Longe vinco, Facile supero. Erratum autem hic ortum est ex adverbii πολὺ cum verbo νικῶ permistione, eodem prorsus pacto quo in illo πολυχέρδιον, cujus paulo ante memini, errarunt commiscendo πολὺ cum κέρδιον. Secunda, Ἀβραδούλη, dicitur significare Pellex, sive Concubina. Natum est autem hoc vocabulum ex vocis ἄβρα expositione, confusa cum hac ipsa per errorem. Quum enim Hesychius ἄβρα exposuisset δούλη, id est Serva, et vox hæc ἄβρα et ejus expositio in unum conflatæ, novum hoc et inauditum seculis prioribus vocabulum fecerunt, ἀβρἀδούλη. Tertius datus fuit locus voci Ἀχονήλιθος, quæ exponitur Cos, cotis. Originem autem vox ista habet ex errore omnino simili ei qui in secunda commissus est, nimirum in Ἀβραδούλη : est enim itidem ex nomine ἀκόνη, et λίθος, quod pro expositione subjungitur a Suida. Quarto loco numerata fuit Ἀμφιθερμοπύλας, id est Apud Thermopylas. Perperam videlicet juncta præpositione ἀμφὶ cum accusativo Θερμοπύλας. Quinta est Ἀπυρωτροφὴ, quam tradunt significare Crudus cibus. Qua in voce major quam in proxime præcedentibus est depravatio : quum non solum permista sint duo vocabula in unum, sed etiam mutata litera ο in ω, et omissa litera σ. Scribendum est enim ἄπυρος τροφή. Sexta est Ἀρεικάτοχος, quod exponitur ἐν τῷ ἄρει ἐνθουσιῶν, et affertur ex Euripide : perperam scriptum pro ἄρει κάτοχος. Septima est Ἀναυλατίοντες quæ exponitur Sine tibiis sacrificantes : non solum perperam confusis duobus vocabulis in unum, sed et perperam scripto τίοντες pro participio θύοντες. Non dubium est enim quin ex ἄναυλα θύοντες facta sit vox illa. Octava est Σφιτεθῆναι, quæ exponitur Conditam esse legem. In qua expositione, sicut et in ipsa voce Græca, erratum est : quum sit σφιτεθῆναι pro σφὶ τεθῆναι, id est Ipsis aut sibi positum esse, seu positam. Sed ex illa mendosa expositione conjicere possumus, in eo loco unde sumptæ sunt voces illæ σφὶ τεθῆναι (quæ postea perperam conflatæ in unam fuerunt) scriptum fuisse νόμον σφὶ τεθῆναι. Hæ nimirum sunt illæ vulgarium lexicorum Græcol. divitiæ, tam raræ videlicet voces (si tamen quæ nusquam extant, ac commentitia sunt, seu potius orta ex errore in quem ignorantia impulit, rara vocari debent) et prorsus inauditæ compositionum formæ ac monstrosæ (ut antea dixi), adeo quidem ut ex compositis illis vocibus quasdam centauriformes appellare quis possit. Cujusmodi alias si fingere liceat, non multum posthac in locupletandis lexicis laborandum fuerit : si nimirum quælibet vox cum qualibet putetur posse tali compositionis forma coalescere. Sed audite obsecro quis animo meo sæpe obversetur metus. Metuo certe ne miseri isti βαρβαρολεξικοσυῤῥαπτάδαι et voces illas et alias quamplurimas, itidem commentitias aut quolibet modo mendosas, quas ego relegavi, vel potius ἐς κόρακας amandavi, tanquam per incuriam a me prætermissas, in meum etiam illum Thesaurum intrudant. Quod quum accidet, idem prorsus mihi quod patri meo, Roberto Stephano, id est, idem meis quod ejus laboribus, usuveniet. Quum enim ille Venetiis agens quandam officinam typographicam ingressus esset, in qua excudebatur ejus Thesaurus Latinæ linguæ, sumpta in manus charta, oculos statim in quoddam vocabulum conjecit, quod se olim rejecisse, dum opus illud construeret, recordabatur. Miratus ergo, suum exemplar afferri ad se jussit, quod suæ memoriæ non omnino fidendum putaret. Ibi certe vocabulum illud non invenit, sed margini adscriptum, ut insereretur, videt. Tunc eum cujus manu adscriptum erat convenire : et quo id consilio fecisset, interrogare. Hic vero non aliud respondere quam se non vocabulum hoc solum, sed aliquot alia itidem adjecisse. Quæ quum patri meo ostendisset, ea ipsa esse comperit quæ itidem olim rejecerat. Qua ex re tanto dolore exarsit, ut continere se non potuerit, quin illum aliosque qui ad ditandum præclaris hisce divitiis Thesaurum operam suam itidem locarant, asinos Arcadicos vocaret. Verum hæc obiter. Quod si libeat ulterius in excutiendis illis Lexicis pergere, et aliud quodpiam erratorum genus, quod summam illorum consarcinatorum reconsarcinatorumque doctrinam testetur, in medium producere : de iis vocibus dicendum censeo quæ commentitiæ quidem sunt itidem, ex alio tamen erroris genere ortæ. Ibi igitur legimus, Ἀπόπημα, ατος, τὸ, Stercus. Quid hoc vocabuli est? (dicet quispiam paulo plus in lingua Græca quum illi, versatus) unde prodiit? Ego certe ejus originem subodorari mihi videor. Solent nostræ typographicæ operæ, quæ compositorum nomine vulgo appellantur, syncopis plerumque uti, nonnunquam contra reduplicationibus, dum in propositum sibi exemplar non satis intentos oculos habent. Credibile est igitur quempiam ex ἀποπάτημα per sycopen fecisse ἀπόπημα. Aliquem deinde ex illis Lexicorum interpolatoribus, incidentem in eum libri locum in quo ἀποπάτημα syncopen hanc passum erat, non arte grammatica, sed arte typographica (id est incuria ejus qui hanc artem profitebatur), et mutatum in ἀπόπημα, nihil tale suspicantem, et stercoris appellationes alioqui studiose colligentem, Lexicon suum statim adiisse, et quum hanc ibi non inveniret, diligenter addidisse. Earundem certe operarum (typographicarum inquam) operâ aucta fuerunt illa Lexica plerisque vocibus, in quibus α pro ε ponere libuit : ac præsertim pro ε præpositionis ἐπὶ, in quibusdam compositis : habemus enim in illis Ἀπαναβαίνω, Inscendo, perperam scriptum pro Ἐπαναβαίνω ; et Ἀπανορθόω, Emendo, Corrigo : incorrecte certe scriptum pro Ἐπανορθόω : et Ἀπαμφοτερίζω, Sum naturæ ancipitis, nihilo certe emendatius scriptum quam præcedentia, pro Ἐπαμφοτερίζω : et Ἀπαρήγω, Juvo, nec non Ἀπαρωγὸς, Opitulator, mendose pro Ἐπαρήγω, et Ἐπαρωγός : item Ἀπάρατος, Execrabilis, Execrandus, corrupte pro Ἐπάρατος. Ne autem putemus, huic tantum voculæ quæ ex præpositionum numero est, illos suum ε invidisse, ideoque in α mutasse : en tibi Ἀπασσύμενος (vel potius Ἀπασσήμενος, ut genuina illorum scriptura retineatur) pro Ἀπεσσύμενος : item Ἀπαλαιώθη pro Ἐπαλαιώθη ; et Ἀπαλλὰξ pro Ἐπαλλὰξ, necnon Ἀκάσασθαι pro Ἀκέσασθαι. Ut autem præpositioni illi ἐπὶ suum ε invidentes, in α mutarunt, sic et præpositioni ἀπὸ suum ο invidisse videntur : quippe quod in α itidem mutandum censuerint in quibusdam compositis : quorum unum est Ἀποκρούομαι : pro hoc enim ibi legitur Ἀπακρούομαι, in eo quidem loco ubi post Ἀπακριβόω ponitur. Vicissim tamen alicubi irati literæ α, eam suis e sedibus extruserunt, et ο in eas imposuerunt : ut quum Ἀπομύνω pro Ἀπαμύνω scripserunt. Sed quæ literæ aliæ pro aliis (ut tandem finem dicendi de hoc erratorum genere faciam) in lexicis illis positæ non fuerunt? Ibi est Διατὺς pro Διαδὺς, et quidem exemplo etiam confirmatum, scilicet : διατὺς τὴν δίκην. Ibi legitur Ἀθηρόγλωσσος, cum η, manifesto quidem errore pro Ἀθυρόγλωσσος, sed cum expositione ei non conveniente : exponitur enim Eloquens. In iisdem extat Συνεχμάλωτος, quod itidem mendose scriptum esse liquet, pro Συναιχμάλωτος : sed operæ pretium est animadvertere quantum auctus sit hic error, derivationem quæ mendosæ scripturæ congrueret, comminiscendo. Postquam enim Συνεχμάλωτος expositum fuit Concaptivus : additur, ab ἔχμα, quod vinculum significat. Quum alioqui notissimum sit αἰχμάλωτος dici quasi αἰχμῇ ἁλωτός : et ab illo esse συναιχμάλωτος, præfixa præpositione σύν. Quid, quod etiam ε quod ex incremento erat, præsenti, necnon verbali nomini datum fuit? veluti ubi Κατεσκευάζω dicitur significare Paro, Gero, Ædifico : et Κατεσκεύασμα, Ædificium : quum vel pueri sciant præsens seu thema esse Κατασκευάζω (unde κατεσκεύαζον et κατεσκεύακα, etc.) et verbale itidem Κατασκεύασμα. Sed hoc tamen falsum thema multo propius abest a vero quam alia quædam quæ in iisdem occurrunt : ut Ἐπαληθέω, ῶ, Fut. ήσω, Divagor, Oberro, ἐπαληθεὶς ἄστεα, Per urbes vagatus, errans ; πλανηθεὶς, Jactatus. Hom. Multo, inquam, propius abest a vero illud thema Κατεσκευάζω quam hoc, quum in illo una litera mutata verum thema efficiat : contra autem non sine magna mutatione ex falso themate Ἐπαληθέω, facere possis verum Ἐπαλάομαι. Idem dicendum et de Διαπαρίημι, pro Διαπείρω, seu potius Διαπείρομαι. In iisdem enim Lexi-

cis Διαπαρεὶς, Transfixus, Trajectus, dicitur esse a themate Διαπαρίημι : quum esse a Διαπείρομαι ii soli ignorare possint qui eadem qua illi Lexicorum consarcinatores, ignorantia laborant. Idem denique dicendum et de participio Διαδραμοῦσα, cui dant thema Διαδράσκω. Hæc enim ibi habentur totidem verbis, Διαδιδράσκω, ἀποδιδράσκω, Diffugio, Aufugio, Evito, Effugio, Elabor, διαδραμοῦσα γενεὰ, Decursa ætas, Politianus. Διαδραμούσης τῆς νυκτὸς, Nocte exacta. Hæc autem tam fœda ignoratio thematum in his verbis, facit ut minus mirer eam quæ ibi est, permistionem compositorum quæ sunt a themate εἶμι, cum iis quibus thema est ἵημι. Adeo quidem ut etiam scriptum sit, Παρίημι videri duplicem habere derivationem : nimirum vel a παρὰ et εἶμι, vel a παρὰ et ἵημι : quum contra ex παρὰ et εἶμι fiat πάρειμι, non παρίημι. Quam boni autem thematum in quibusdam verbis indices, tam boni nominativorum in quibusdam nominibus fuerunt. Verum ut ad commentitia verba revertar, in iisdem Lexicis inveniri dico Παραπλάσιος pro Πολλαπλάσιος, et Ἀπελίμπανος pro Ἀπολιμπανόμενος. Hæc autem, sicut et præcedentia, aliaque quamplurima, non ita posita sunt ut errores typographici vocari possint, id est operarum typographicarum : quum habeantur seorsim, et suo in loco, sequendo ordinem alphabeticum : qui in illis non observaretur, nisi mendose ut scripta sunt, scriberentur, (quum tamen alioqui habentia alteram etiam scripturam alibi ponantur). Præterea vero non in prioribus tantum Lexicis hæc verba, sed et in posterioribus, atque adeo in omnium novissimo legi sciendum est. Quo magis vereor ne hæc, sicut et illa monstrosæ cujusdam formæ composita, quorum antea memini, aliquando in meum etiam Thesaurum intrudantur. Sed magnam illi hac in re factum iri injuriam, hæc saltem epistola testabitur. Hoc certe affirmare possum, si omnia omnis generis errata quæ ibi sunt, colligere velim, sicut præcedentia collegi, libro tantæ molis quantæ meus Thesaurus futurus est, haud comprehensum iri. Nam et loci scriptorum infideliter sæpe citantur, infidelius autem exponuntur. Quin etiam ipsa eorum nomina interdum depravata sunt. Sed (quod multo majoris momenti est) verba quibus Græci lexicographi ad vocabuli alicujus expositionem usi sunt, duas pluresve significationes habentibus, præpostere interpretantur, et in alium omnino sensum quam ipsi intellexerint. Et quod fœdius est, etiam Latinæ Budæi expositiones sæpe aut non fideliter descriptæ, aut non suo loco positæ, nec ei verbo datæ cui eas ille tribuit. Ad locos infideliter citatos quod attinet, multis id modis fieri dico : interdum enim depravati afferuntur, nonnunquam perperam truncati, interdum duo in unum confusi. Truncati, ut in Ἐπιβάλλω, ex Plutarch. Apophth. ὡς ἐπιβάλλων τῇ βοιωταρχίᾳ etc.— nam ut significatio pariter et constructio cognosci posset, addenda fuerunt hæc verba, παρὰ τὸν νόμον τέσσαρας μῆνας. Duos autem locos in unum confusos habes in verbo Παρακολουθῶ : ibi enim affertur ex Luciani Anacharside, ἡ δὲ παρακολουθοῦσα τούτοις δόξα τοῦ παντὸς ἀξία τοῖς νενικηκόσι, ἐνίους δὲ καὶ παρακολουθεῖν ἀναστρέψαντας. Hæc enim ἐνίους δὲ, etc. hujus loci non sunt. Quum apud Lucianum post νενικηκόσι, sequantur hæc verba, ὑπὲρ ἧς καὶ λακτίζεσθαι καλῶς ἔχει τοῖς θηρωμένοις τὴν εὔκλειαν ἐκ τῶν πόνων· οὐ γὰρ ἀπονητὶ προσγένοιτο ἂν αὕτη. Ἀλλὰ χρὴ, etc. Quædam præterea afferunt a re de qua agitur aliena omnino, et quibus nihil minus quam ea significatio aut constructio quæ confirmanda est confirmatur : quum videlicet casus quem cum uno verbo jungi putant, jungatur cum altero. (Omitto verba Latina aut etiam loquendi genera quæ ex probatis quidem aut etiam primariis Latinæ linguæ scriptoribus petita sunt, sed valde alium apud eos habentia usum, quam sit is qui ipsis datur, ut respondere his vel illis Græcis vocabulis aut loquendi generibus possint.) Quinetiam non unus invenitur locus ex quopiam Græco scriptore allatus, in quo vox de qua agitur, et propter quam is affertur, illa ipsa desideratur. Peccatur autem et alio modo in proferendis auctorum locis, quum nimirum mendosa lectio quæ affertur, ea est cujus auctoritate ad probandum quidpiam nituntur. Quod in locis Græcorum sæpe contingit. Ut in nomine Εὐδιαίρετος, dicitur eo significari Facile scissilis, Citissime penetrans, Pellucidus, Qui facile aperitur, Qui facile dividitur. Quibus additur, εὐδιαίρετος ἄνεμος, Xenoph. Ventus apertus. Extat autem is unde hæc petita sunt locus, Hellen. libro 1, p. 262 meæ editionis, circa finem : verum ibi εὐδιαίτερος, non εὐδιαίρετος habetur. Ita enim legitur, Κόνων δὲ καθελκύσας τὰς ναῦς, ἐπεὶ οἵ τε πολέμιοι ἀποδεδράκεσαν, καὶ ὁ ἄνεμος εὐδιαίτερος ἦν, ἀπαντήσας τοῖς Ἀθηναίοις, etc. Fateor tamen quædam exemplaria habere εὐδιαίρετος : sed qui vel minimo præditus judicio fuisset, alteram illam lectionem sequendam esse, facile animadvertisset : præsertim quum et multorum veterum exemplarium auctoritate confirmetur, et easdem servet literas, alio tantum ordine eas collocatas habens : quinetiam bene cum re de qua agitur conveniat, ut cuivis manifestum esse potest : est enim ab εὐδία. Idem porro dicendum et de isto Herodoti loco quem Lexica illa in nomine Εὐαγὴς proferunt, εὐαγέϊ πνεύματι χρησάμενος, pro Secundo vento usus. Nec enim dubium est quin veterum codicum lectionem sequi debeamus, in quibus εὐαέϊ habetur, ab εὐαὴς, quod est ab ἄω, significante Flo, Spiro. Locus est in Euterpe, εὐαέϊ τε πνεύματι χρησάμενος καὶ θαλάσσῃ λείῃ. Quod si hanc lectionem non haberemus, tunc aliqua fortasse ejusmodi interpretatio nominis εὐαγέϊ ibi excogitari posset, qualem attuli in Thesauro. Ceterum non in Græcorum tantum scriptorum locis interdum lectiones mendosæ afferuntur, (et quidem mendosæ in eo ipso vocabulo de quo agitur,) sed in Latinorum quoque nonnullis : atque adeo commentitiæ etiam fortasse : ut in Κῆπος novissima editio, postquam tradidit κῆπον esse etiam τὸ ἐφήβαιον τῶν γυναικῶν, Hesychio : pectinem, muliebremque pubem, inguina et verenda mulierum (hic enim scilicet ostentandæ erant Latinæ linguæ opes) ; quibus subjungit apud Diogenem Laertium, Stilponem negare Minervam deum esse, quia fœmina esset. Quem ita irrisisse Theodorum Cyrenaicum : πόθεν δὲ τοῦτ' ἤδει Στίλπων ; ἢ ἀνασύρας αὐτῆς τὸν κῆπον ἐθεάσατο ; an retecta et sublata veste ejus hortum contemplatus est? his addit, Hortum enim in hac significatione honesta metaphora (ut et genitale arvum Virgilius) usurpavit Ovidius in Metamorphosi, Fœmineos hortos in olentes vertere menthas Persephonæ licuit. Atqui hoc in loco non vocem *hortos*, sed vocem *artus* præter Aldinam editionem (quæ emendatior est quam alia cujusquam poetæ ab eo profecta) aliæ quæ apud me sunt plurimæ, necnon vetus exemplar scriptum, habent. Et seu quis lectionem illam somniarit, seu ex codice quopiam sumpserit, non solum fœtidam hoc in loco, sed ab eo etiam alienam esse, nemo, nisi qui judicio careat, negarit : si quidem qua de re agatur expenderit. Aliqua vero afferuntur ex auctoribus, quæ apud eos quidem inveniuntur, sed quovis potius quam eo pertinentia quo pertinere dicuntur, et in alium omnino sensum ab auctoribus scripta. Cujus erroris et paulo ante mentionem obiter feci. Exemplum autem ejus habemus in vocabulo Αὐτόματος : quum enim Gell. in fine capitis 1 lib. 13 scripsisset, Quod Cicero fatum atque naturam videtur dixisse, id multo ante Demosthenes τὴν πεπρωμένην καὶ τὸν αὐτόματον θάνατον appellavit. Αὐτόματος enim θάνατος quasi naturalis et fatalis, nulla extrinsecus vi coactus venit. Quum, inquam, his verbis Gellius primum libri 13 caput clausisset, interpretationem hanc quæ ab illo tribuitur nomini αὐτόματος juncto cum θάνατος (quæ vox mortem significat), vulg. lexicorum consarcinatores huic ipsi nomini tribuerunt, dicto de conviva. Allato enim hoc versu Homeri ex Iliad. β : Αὐτόματος δέ οἱ ἦλθε βοὴν ἀγαθὸς Μενέλαος, subjungitur ἄκλητος : deinde, Quasi naturalis et fatalis, quique nulla intrinsecus vi coactus venit, auctore Gellio. Quod erratum adeo monstrosum est (quis enim, nisi qui communi sensu omnino aut etiam sana mente destitutus sit, non animadvertat absurde dici de conviva, eum esse naturalem et fatalem, et nulla vi extrinsecus coactum venire?) ut vix meis ipse oculis illud intuentibus

credam. Nec vero contenti fuerunt, quos proferunt auctorum locos modis omnibus depravare, decurtare et mutilare, duos in unum confundere, quæ ab iis dicuntur in alium omnino usum convertere, aut in alium prorsus sensum interpretari quam eum quo scripta sunt : sed eo audaciæ proruperunt, ut quædam etiam illis auderent affingere. Cujus audaciæ exemplum habemus in Ἀνέφικτος. Ibi enim affertur ex Lucianica Alc.. ἀνέφικτος ἀνθρώποις ἐστὶν οὐρανός : quum tamen illa ibi non legantur, sed ista, ἐπεὶ τὸν ὅλον οὐρανὸν πόσῳ τινὶ σαυτοῦ δοκεῖς εἶναι μείζω, φράσαις ἄν; Χ. Τίς δ' ἀνθρώπων, ὦ Σώκρατες, δύναιτ' ἂν ἢ ὀνομάσαι τὶ τῶν τοιούτων; οὐδὲ γὰρ εἰπεῖν ἐφικτόν. Hæc autem verba quam pulchre et quam fideliter in illam epitomen redacta sint, vestrum esto judicium. Hic certe Lexici locus, ut multos alios ejusdem audaciæ suspectos habeam, facit. Venio ad id quod multo majoris momenti esse dixi, nimirum ubi verba quibus Græci lexicographi ad vocabuli alicujus expositionem usi sunt, binas pluresve significationes habentia, præpostere interpretantur, et in alium omnino sensum quam illi intellexerint. Cujus errati exemplum habemus in Σύναινος, cujus antea mentionem feci, quum falsarum significationum exempla proferrem. In illis enim Σύναινος redditur, Laudis particeps. Unde autem orta est falsa ista interpretatio? Ex Hesychii expositione, cui σύναινος est ὁμόδοξος. Quum enim ὁμόδοξος (utpote a δόξα, quod non solum opinionem seu sententiam significat, sed etiam gloriam) existimarent debere significare Laudis particeps, de altera illa nominis δόξα significatione nihil cogitantes, præclaram illam interpretationem tribuerunt nomini σύναινος : quum alioqui debuissent interpretari, Qui ejusdem est opinionis, Qui idem sentit, Qui assentitur. Sicut Συναινεῖν est Assentiri. Libet autem duo non minus insignia hujus erroris exempla proferre, a me annotata in verbo Ἀνήκω. Ita enim ego ibi : Apud Thucydidem autem ἀνήκουσι vulgo exponitur Rediguntur, in hoc loco libri 3 : εἰς τὸν θάνατον αἱ πολλαὶ ἀνήκουσι· ubi tamen scholiast. exponit ἀνέρχονται. At Suidas, quum dicit ἀνήκουσι poni a Thucydide pro τελευτῶσι, λήγουσι, non dubito quin de illo similive ejus loco intellexerit. Sed vulgarium lexicorum consarcinatores, imperitissimi et ineptissimi, et stiva vel flagris potius dignissimi homines, quum Suidas dicit τελευτῶσι, putarunt eum accipere pro τελευτῶσι τὸν βίον, Moriuntur, (non animadvertentes subjungi ab eo λήγουσι,) atque ita scripserunt, Ἀνήκουσι pro Decedunt, Moriuntur, apud Thucydidem. Itidem quum tradat Suidas a Demosthene ἀνήκοντος sumi pro διαφέροντος, scripserunt illi Demosthenem ἀνήκοντος pro Excellentis dixisse (quasi vero διαφέρειν significet duntaxat Excellere) : cum tamen Demosthenis locum in exemplum attulerunt in quo ipse Suidas ἀνήκοντες dicit significare ἀνελθόντες. Is est quem antea citavi, τῆς μὲν ἐν τῷ λέγειν δυνάμεως οὐκ ἐπὶ τοσοῦτον ἀνήκοντες. Hactenus quæ in Thesauro scripsi huc pertinentia. Fœdius autem peccarunt in eo quod plerumque ne Latinas quidem Budæi expositiones fideliter descripserunt, nec suo loco posuerunt, eique verbo non dederunt, cui ille eas tribuerat. Cujus peccati exemplum vobis suppeditabit vocabulum Ἀνυπόστατος. Ibi inter alia significare dicitur Sedimentum, et Quod ex urina subsidit. Quæ expositio sumpta quidem est ex Budæo, sed eam tribuente nomini Ὑπόστημα, non autem nomini Ἀνυπόστατος, ut videbis Comm. pag. 497 editionis patris mei : quum enim Budæus de Ὑπόστημα loqui cœpisset, dicens poni pro hypostasi, et interjecisset aliqua de Ἀνυπόστατος, revertens ad nomen illud Ὑπόστημα, addidit, significare etiam Sedimentum, et Quod ex urina subsidit. Sed fingamus, tale quid apud Budæum aliumve legi de Ἀνυπόστατος, nonne hoc aut librario aut typographo imputandum esset? Quis non videat, ἀνυπόστατος, quod et adjectivum est, et præfixum habet α privativum, non posse Sedimentum significare? Huic similis commissus est error in voce Αὐλαῖον, et quidem in excerpenda ex Budæo itidem expositione. Quum enim scripsisset in suo Lexico Budæus, Αὐλὴ apud Athenæum pag. 242, pro triclinio prægrandi, id est œco, in quo nuptiæ in regia celebrabantur : hodie sallam dicimus. Quum inquam hæc ibi scripsisset, et vocem Αὐλαία illi alteri proxime subjunxisset cum expos. Hesychii, quispiam ex consarcinatoribus Lexicorum, cui aliquid inde excerpendi cura demandata erat, quæ a Budæo pro expositione nominis Αὐλὴ dicta erant, ad expositionem nominis Αὐλαία pertinere putavit, atque adeo suo judicio utens, huic non illi eam tribuit, sed decurtatam : ut ibi videbis. Hoc autem inde contingit (nam et hoc crassæ ignorantiæ specimen silentio prætereundum non est) quod Budæus inter hæc verba Triclinio prægrandi, et illud OEco, interjecisset notam quandam habentem punctum duabus transversis lineolis interclusum, qua significabat Id est : ut certe plerisque hic est ejus usus. Verum hoc a me velut obiter dictum esto. Libet autem, quandoquidem in mentionem hujus nominis αὐλαία incidi, quis præterea circa ipsum commissus sit error, admonere, aliosque item ejusdem generis (licet diversi a proxime præcedentibus) ei adjungere. Quum αὐλαία Græci dicant fœminino genere, Latini autem Aulæum potius neutro, (sicut in aliis plerisque vocibus, quas hi ab illis mutuati sunt, idem genus non retinuerunt,) ideoque Bud. Annot. postt. in Pand. Latinis scripsisset literis pluralem numerum Aulæa, (afferens alioqui et Curtii locum in quo aulæam dixit,) illi diversas illas in diversis linguis nominis hujus terminationes confundentes, scripserunt, Αὐλαῖον, Stragula, Plagæ, Velum picturis intertextis variegatum, παραπέτασμα, περίστρωμα, τάπης : quibus falso nomen Budæi tanquam testis subjunxerunt. (Sed eadem opera addam quid miseræ huic voci præterea contigerit, licet alio errati genere, et potius referendo ad quandam eorum, quæ supra commemorata fuerunt, classem. Quum scripsisset Hesychius, Αἱ αὐλαῖαι, τὰ καταχαλύμματα, sed forte a typographo omissus fuisset apex spiritus index, qui primæ nominis αὐλαία syllabæ superponendus erat, unam illi vocem ex nomine et ejus articulo ei præfixo facientes, Αἰαυλαῖαι scripserunt, et exposuerunt, Opercula, καταχαλύμματα.) Ut porro in voce Αὐλαῖον peccatum est ab istis Lexicorum consarcinatoribus, in eo quod vocabulum Græcum legi Latinæ voluerunt subjicere, sic et alibi idem fecisse comperiuntur. Ut quum pro ἀγχέμαχα scripserunt, ἀγχέμαχαι, volentes videlicet ἀγχέμαχαι convenire cum nomine Latino Hastæ, quod fœmininum est, quum alioqui Græci ἀγχέμαχα scripserint, ad suum nomen δόρατα, seu ὅπλα, quæ neutra sunt, accommodantes, et de Latina illa nihil pensi habentes : idque merito. (Neque tamen errore hoc contenti fuerunt, sed vocem alio insuper modo corruperunt, ἀγχέμαλαι pro suo illo ἀγχέμαχαι scribentes.) Itidem vero, quum apud Pollucem legatur θήριος αὐλὸς (nisi forte θήρειος potius legendum existimemus), boni illi viri ex masculino θήριος fecerunt fœmininum θηρία, ut conveniret non cum αὐλὸς, sed cum Tibia, quod Latinis id sonat quod Græcis αὐλός. Imo vero gravius etiam peccarunt : quippe qui θηρία per se quoque significare tradiderint tibiam ex hinnulorum ossibus. Verumenimvero quamvis ego non singula errata, (quod et infiniti laboris esset, et librum immensæ molis requireret,) sed singulorum duntaxat generum, vel potius eorum quæ in his sunt præcipua, paucula exempla colligere velim, vel horum numero me obrui sentio. Quare duobus duntaxat generibus præterea enumeratis, finem huic tam molesto ac tædioso sermoni imponere statui, cetera aut alii aut mihi ipsi in aliud tempus reservans : si tamen a magis seriis, quod huic rei impendere possim, supersit. Quinam igitur sunt lapsus illi? Activa pro passivis, et vicissim passiva pro activis plerisque in locis posita. Quanta enim licentia in hisce confundendis usi fuerint, vel inde patet quod Græcis etiam lexicographis sua activa in passiva, aut passiva vicissim in activa commutaverint. In quodam autem loco cujus recordor, ulterius etiam progressa est illa sive licentia sive vecordia : quum enim Hesychius scripsisset Ἐπιδικάζομαι, et exposuisset ἀντιποιοῦμαι, itidemque Suidas ἐπιδικάζεται exposuisset ἀντιποιεῖται, illi Ἐπιδικάζω activa, non passiva voce

scripserunt : deinde ut Hesychii et Suidæ expositionem accommodare illi possent, vocem quoque quam ei adhibuerant ex passiva activam fecerunt, scribentes ἀντιποιῶ. Quasi vero ut passiva vox ποιοῦμαι multos usus sibi peculiares habet, ita etiam ejus composita suos non habeant, præsertim vero illud ἀντιποιοῦμαι. Alterum autem errati genus de quo verba facere institui, est earum vocum quarum scriptura aliquid dialecto cuipiam peculiare habet cum iis quæ communis linguæ sunt permistio. Contingit autem hæc in iis potissimum quæ ex dialecto Ionica petitæ sunt, utpote quarum major sit numerus. Veluti quum μετιέναι quod est apud Herodotum pro μεθιέναι a μεθίημι (ex Ionicæ linguæ proprietate usurpantis tenuem τ pro aspirata θ) dicitur esse a μέτειμι. Sic quum διαθέωνται, quod est Ionice itidem scriptum pro διαθῶνται, a themate διατίθεμαι, dicitur habere thema διαθέω. Hic finem facturus eram (ut modo pollicebar), nisi calamum e manu deponens, recordatus fuissem mendi cujusdam inter ridicula maxime ridiculi, inter inepta ineptissimi, vel potius inter monstrosa monstrosissimi : de quo admoniti isti Lexicorum consarcinatores ac locupletatores, si et Metamorphosin Ovidianam locupletare velint, aliquid jam paratæ materiæ habebunt. Est enim in eo de quo loquor vocabulo mira quædam facta Metamorphosis, ex ea videlicet parte orationis quæ Verbum a grammaticis appellatur, in eam quæ Nomen ab iisdem vocatur, nimirum ex Verbo Κυμαίνω, κυμαίνεις, in Nomen Κυμῆνα. Quoniam autem rem quæ multorum fidem superatura sit, narrare me scio, totum locum in quo pulchram illam Metamorphosin habemus, proferendum censeo. Hæc sunt igitur illorum verba, Κυμῆνα, vocabulum castrense, ad significandam militum seriem fluctuum instar gradientem. Arrianus in expeditione Alexandri : ἦγεν βάδην, τοῦ μὴ διασπασθῆναί τι ἐν τῇ ξυντονωτέρᾳ πορείᾳ κυμῆναν τῆς φάλαγγος, ne phalangis undatim incedens series aliqua ex parte divelleretur. Hanc fluctuantem seriem intelligit Virgilius in Georgicis, ubi, Ut sæpe ingenti bello quum longa cohortes Explicuit legio, et campo stetit agmen aperto, Directæque acies ac lato fluctuat omnis Ære renidenti tellus. Atqui κυμῆναν esse participium aoristi temporis a κυμαίνω, non autem nomen accus. casus, a nominativo κυμῆνα, vel hæc docuisse debuerant quæ a Budæo traduntur in Græcæ linguæ commentariis, Κυμαίνω, κυμαίνομαι. Plut. de acie fluctuante : τῆς δ' ὑφ' αὑτὸν στρατείας ἰδὼν τὸ πλεῖστον οὐκ ἀτρεμοῦν, ἀλλὰ κυμαῖνον ὑπ' ἀπειρίας καὶ θορυβούμενον. Affert exemplum et compositi verbi ἐκκυμαίνω, eandem habentis significationem apud Xenoph. ἀναβ. I : ὡς δὲ ἐξεκύμαινέ τι τῆς φάλαγγος τὸ ἐπιλειπόμενον, ἤρξατο δρόμῳ θεῖν. Quod si itidem aut participio ἐκκυμῆναν, aut infinitivo ἐκκυμῆναι usus hic esset Xenophon, magnum certe et huic loco ab illis consarcinatoribus periculum impendebat, ne videlicet ei suum verbum itidem rapientes, in nomen ἐκκυμῆνα converterent. Sed quid ego hic de consarcinatoribus loquor? præclaræ illius Metamorphosis totam laudem, quantacunque est, unus sibi consarcinator vendicat, is nimirum cui adscribitur novissimæ editionis consarcinatio atque locupletatio. Ea inquam illi soli debetur, quam tamen ego paulo ante cum aliis eum communicare volui. Sed ignoscat mihi, rogo : non enim id a me malevolo animo et debita cum laude fraudandi cupido factum est, sed memoriæ in colligendis tam multis hujuscemodi gemmis occupatæ culpa. Quod si vero potius suum is erratum animadvertens (dicere autem supersedeo quam bene interpretatus sit vocem illam suam verbinominem, aut nominiverbem, ut in nova barbaraque grammatica novis barbarisque verbis utar) ut sibi ignoscatur petat, ac dicat, si quidem in κυμαίνω aut aliud tempus servans αι incidisset, nequaquam se fuisse erraturum : sed illud κυμῆναν in errorem eum impulisse, ob affinitatem quam cum forma nominis habet : quid illi respondendum fuerit? Ad me certe quod attinet, non habeo quid respondeam potius quam Horatiana ista (si modo unicam in uno ejus verbo literam immutare liceat) — quod medicorum est Promittant medici. Nisi forte gratius illi futurum est proverbium, Ne sutor ultra crepidam.

Ex hac (ut ita dicam) anatome vel minimæ alioqui partis corporis tam vitiosi ac morbidi, de ceteris partibus judicium fieri posse existimo : et siqui miserati sunt antea Thesaurum ante multos annos a patre meo Roberto Stephano promissum, nondum prodiisse, futurum ut mirari desinant, quum totus velut a fundamentis construendus fuerit. Dignum enim sciliceť sua existimatione opus, dignum superioribus laboribus, ac præsertim suo Latinæ linguæ Thesauro, edidisset, si Lexicon et ipse auctum duntaxat et locupletatum dedisset, aut etiam ementitum Thesauri nomen ei tribuisset : ut a quibusdam unum ex illis tam miserè corruptis ac vitiatis Lexicis inscriptum est Thesaurus (quum debuissent addere vocem Carbones, utpote quod introspicientibus, vere comperiatur esse quod veteri proverbio objici solitum est, Thesaurus carbones), dignum inquam ea fide quæ in variis ejus variorum librorum editionibus perspecta erat, edidisset tandem opus, si ceterorum more, non in emendandis vulgatis lexicis, sed duntaxat in locupletandis operam posuisset. Atqui hoc ipsum erat de quo potissimum querebatur : adeo ut quoties aliqua nova Lexici editio prodibat, aucti et locupletati, Semperne (diceret) veterem hanc cantilenam audiam? nunquamne aliqua Lexici editio emendati etiam et correcti sive repurgati prodibit? Ac profecto ab hac repurgatione initium sumere olim ei in animo fuit, et tanquam veteres ædes instaurare ac resarcire, dum novas ædificandi facultas esset : sed postquam ibi Augiæ stabulum esse, postquam omnia ruinam minari comperit, sui illum incepti puduit pariter et pœnituit. Parata autem jam bona materiæ quæ ad novum ædificium requirebatur parte, mors illud nobis invidit : in qua tamen hoc ipsum opus mihi commendavit. Quæ quum ita sint, nonne et a fidelitate paterna descivissem ac degenerassem (cujus potissimum hæredem me a se relinqui existimavit, ut antea dixi) et privatim etiam fidem illi datam violassem, ejusque manes lædere dictus merito fuissem, si et ipse Lexicon vulgatum, licet auctum, locupletatum, interpolatum, reconcinnatum, reconsarcinatum, emendatum denique passim et correctum, edidissem? Habetis, viri carissimi, cur a me hæc opera minime expectanda fuerit, et cur quidvis potius expectare debeatis. Sed quid de iis dicemus qui lexicis illis freti, ac tantum non pro oraculis habentes ea quæ in illis traduntur, interpretes agunt, et quidem librorum omnis generis? aut de illis qui hujusmodi Lexicorum ductu et auspiciis, provinciam Græcas profitendi literas suscipiunt? Quid aliud hoc est, obsecro, quam cœcos cœcis viam velle monstrare? Et tamen hæc sunt hodie præcipua non paucorum interpretum et Græcæ linguæ professorum arma, quibus scilicet adversus quantumvis implicitos scriptorum Græcorum nodos acriter dimicant. Et miramur, tam pueriles, tam ineptas, tam ridiculas, tam falsas prodire quotidie eorum interpretationes? Sed hæc εἰδόσι λέγω.

Superest ut eos metu liberem qui (uti dixi), quoniam vocabula in meo Thesauro longe alio quam alphabetico ordine digesta esse audierunt, quisnam is esse possit, valde mirantur : ac, ne iis duntaxat qui in linguæ Græcæ cognitione velut veterani sunt (ut ita loquar), non item tyronibus labor meus utilis futurus sit, verentur. Sciant igitur illi qui hoc timent, eam contra quæ in meo Thesauro habetur vocabulorum seriem, tantum commodi vel iis qui Græcam linguam discere incipiunt, afferre posse, quantum alphabeticus ille ordo affert incommodi. Hoc tamen ingenue fateor, si initio, quum illa serie uti cœpi, rem tot difficultatibus esse implicitam, quot postea sum expertus, existimassem, et fore ut nullus mihi quicquam ad eas auxilii afferret, neque ex priscis neque ex iis qui eos secuti sunt ad nostra usque tempora grammaticis, sed futurum ut eas Marte meo perrumpere cogerer : quodvis onus potius quam illud suscepissem. Sed hac in re profecto, si alia in ulla, locum habet vetus proverbium, quod difficilia esse

prædicat quæ pulchra. Reddit enim series illa multo ditiores (ut ita dicam) Græcæ linguæ divitias, et quæ hactenus locupletissima fœcundissimaque esse visa est, facit ut multo etiam locupletior fœcundiorque quam credita sit, comperiatur. Quemadmodum enim opulenta domus longe opulentior videbitur si in unum tota supellex comportetur locum, quam si dispersa sit : eademque hominum multitudo, major multo, quum conferti sunt, quam quum dispersi, videtur : sic etiam vocabuli unius, tanquam stirpis numerosa propago et soboles minime dispersa divulsaque et in varios locos distracta, sed in unum ita collecta, ut uno propemodum aspectu contemplari universam possimus, multo certe numeriosor nobis videbitur. Quod autem studiosorum linguæ Græcæ magis interest, seriem illam tyronum etiam studiis esse perutilem, res equidem ipsa clamat : quum plerumque mutuas operas in sese vicissim velut exponendis tradant, quæ ab eadem stirpe ortum habent vocabula, et interdum per varia quæ derivata vocantur, tanquam per gradus quosdam ad cognitionem significationis vocabuli illius unde manarunt, ascendamus. Sed tam multa sine exemplis, frustra fortasse : ut igitur te non diu morans, ad illam veniam : en tibi in illis vulgatis Lexicis, Ἀείδω quidem (quod est Cano) in litera prima totius alphabeti : at vero ᾠδή, Cantus, et ᾠδός, Cantor, in litera ultima. Quinetiam inter illud verbum ἄδω et verbale ejus ᾆσμα interjecta sunt aliquot vocabulorum millia. Præterea compositorum unumquodque seorsum positum est, dispersa et ipsum sua derivata habens. Duo vero magis etiam reprehensione digna sunt hac in parte : unum est, quod passiva vox ab activa semper sejungitur, et quidem non parvo intervallo nonnunquam, multis aliis vocabulis (ut poscit alphabeticus ordo) interjectis : alterum, quod de uno eodemque verbo in diversis agatur locis : nimirum non solum in ejus præsenti, sed etiam infinitivo. Interdum vero et in diversis temporibus, nimirum futuro, præterito, aut alio : et quidem interjectis itidem aliquibus vocabulis. Exemplum autem habemus cum in aliis pluribus verbis, tum vero in Αἱρέω, ῶ; cum eo enim posita non sunt, sed seorsum, ista omnia, Εἷλον, Ἕλον, Ἑλοιμι, Ἑλω, Ἑλέειν, Ἑλεῖν, Ἑλὼν, necnon Ἠρήκει : seorsum vero et passiva vox Αἱρέομαι, sejuncta habens et participia Αἱρεθεὶς atque Ἡρημένος : tantum abest ut verbalia suo verbo adjuncta sint. Quinetiam quum unum idemque verbum ex Atticæ quidem linguæ consuetudine in ττω derivetur, ex communi autem in σσω (ut quidem tradunt grammatici, qui tamen aliquid his verbis addere debebant), nihilque ex diversa terminatione mutetur significatio : interdum tamen alio in loco, quod in σσω terminatum est, in alio, quod in ττω, collocant. Quinetiam (quod non minus quis miretur) interdum duobus in locis idem ponitur thema, prius quidem, contractionem non passum, postea vero contractum, aliis inter illa interjectis : ut in Θεωρέω et Θεωρῶ, factum esse vides. Verum satius esse existimo cetera quæ his addenda forent, in ipsis Lexicis videnda relinquere, quum ea passim prostent : et aliqua potius exempla ejus serici, qua me in meo Thesauro usum esse dixi, spectanda proponere.

En igitar seriem verbi Ἄδω, cujus mentionem initio feci, vel potius Ἀείδω quidem primum, dein vero Ἄδω.

ΑΕΙΔΩ,
Ἀοιδὴ,
Compos. Ἀοιδοπόλος,
Ἀοιδὸς,
Ἀοιδοσύνη,
Ἀοίδιμος
Ἀοιδιάω.

ΑΔΩ,
Ἄστεον,
Ἆσμα,
Ἀσμάτιον,
Ἀσματοκάμπτης,
Ἀσματοποιός.

¶ Ὠδὴ,
Ὠδὸς,
Ὠδικὸς,
Ὠδικῶς,
Ὠδεῖον.

COMPOSITA.

C. ΑΝΤάδω,
Ἀντωδὴ,
Ἀντωδός.
C. ΑΠάδω,
Ἀπωδός.
C. ΔΙάδω,
C. ΕΞάδω,
C. ΕΠάδω,
Ἔπασμα,
Ἐπωδὴ,
Ἐπῴδιον,
Ἐπωδὸς,
c. 2. Κατεπάδω,
c. 2. Συνεπάδω,
C. ΚΑΤάδω,

C. ΠΕΡΙάδω,
C. ΠΡΟΣάδω,
Προσωδὸς,
Προσωδία,
Προσῴδιον,
C. ΣΥΝάδω,
Συνωδὸς,
Συνωδία,
C. ΥΠάδω.

Ex compositis aliis, quæ non ex ᾄδω sed ex ejus verbali deducta sunt, Κιθαρωδὸς et Κιθαρωδέω, in Κιθάρα, ut Λυρωδὸς et Λυρωδέω in Λύρα, et Ὑμνωδὸς atque Ὑμνωδέω in Ὕμνος, itidem Μαγωδὸς in Μάγος, et Μονωδὸς ac Μονωδέω et Μονωδία, in Μόνος. Idemque in quærendis ceteris, quæ hîc posita non fuerunt, observandum erit. At Ἀρνωδὸς et Στιχωδὸς habebis inter proxime sequentia, post Ῥαψωδῶ, et ejus derivata. Sequuntur autem cetera.

B
C. Παλινωδέω, ῶ,
Παλινωδία,
C. Παρωδέω, ῶ,
Παρωδὸς,
Παρωδία,
Παρωδικὸς,
C. Περιωδέω, ῶ,
C. Ῥαψωδέω, ῶ,
Ῥαψωδὸς,
Ῥαψωδία,
c. 2. Ἀπορραψωδῶ,
c. 2. Ἐπιῤῥαψωδῶ.

C. Ῥαβδωδοὶ pro ῥαψωδοὶ, et ῥαβδωδία pro ῥαψωδία,
C. Στιχωδὸς,
C. Ἀρνωδὸς,
C. Προωδικὸς,
ΑΗΔΩΝ, όνος, ἡ,
Ἀηδὼ, όος, et οῦς, ἡ
Ἀηδονὶς, ἰδος, ἡ,
Ἀηδονιεὺς, έως, ὁ,
Ἀηδόνειος, ου, ὁ et ἡ.

Huic verbo subjungam id quod ipsum in eodem Thesauro excipit, nimirum Ἅζω, id est verbi Ἅζω seriem; in qua sequor eos grammaticos qui ἅγος ab eo deduxerunt, licet et ἄγος spiritu tenui scriptum inveniatur, ut ibi copiose docui.

C
ΑΖΩ,
Ἅζομαι,
Ἅγος, εος, τὸ,
¶ Ἁγὴς, έος, ὁ et ἡ,
Ἁγίζω,
Ἁγιστεύω,
Ἁγιστεία,
C. ΚΑΘαγίζω,
c. 2. Συγκαθαγίζω,
C. Ἐναγὴς,
Ἐναγῶς,
Ἐναγικὸς,
C. Ἀναγὴς,
C. ΕΝαγίζω,
Ἐναγισμὸς,
C. Εὐαγὴς,
Εὐάγιστος,
C. Πανάγης,
C. Ἐξάγιστος.

ΑΓΙΟΣ,
C. Ἁγιόγραφος,
D C. Πανάγιος,
Ἅγιος,
Ἁγιότης,
Ἁγιοσύνη,
et Ἁγιωσύνη,

Ἁγιόω, ῶ,
Ἁγιάζω,
Ἁγιασμὸς,
Ἁγιαστία,
Ἁγιαστήριον,
C. ΚΑΘαγιάζω.

ΑΓΝΟΣ,
C. Ἅναγνος,
C. Πάναγνος,
C. Ἁγνοπόλος,
Ἁγνὴς,
Ἁγνότης,
Ἁγνεὼν,
Ἁγνεύω,
Ἁγνεία,
Ἄγνευμα,
Ἁγνευτικὸς,
Ἁγνευτήριον,
Ἁγνίζω,
Ἁγνισμὸς,
Ἁγνιστικὸς,
Ἁγνιστήριον,
Ἁγνίτης,
C. Ἀφαγνίζω,
¶ Ἄγνος, ου, ἡ, Frutex, etc.

Et quoniam ut sunt diversæ verborum naturæ, ita etiam diversa habent derivata, quæ sunt eorum velut soboles, proferam et alia exempla. Ecce igitur verbum Ἀγείρω cum universa sua propagine et sobole, aut certe bona ejus parte : fieri enim potest ut aliqua derivata me subterfugerint, sed quæ alibi addi possint.

ΑΓΕΙΡΩ,
Ἀγερμὸς,
Ἀγερέθω,
Ἠγερέμην, σάμην,
Ὁμηγερέες,
Ἀγρόμενος,
Παλιναγρετος.
C. ΕΙΣαγείρω,
C. ΕΠαγείρω,
Ἐπάγερσις.
C. ΣΥΝαγείρω,
Συναγρόμενος.

ΆΓΟΡΑ,
Ἀγορήνδε,
Ἀγορῆθεν,
C. Ἀγορανόμος,
Ἀγορονομία,
Ἀγορανομικὸς,
Ἀγορανομέω, ῶ,
¶ Ἀγοραῖος,
et Ἀγόραιος,
Ἀγοραίως,
¶ Ἀγοράζω,
Ἀγόρασμα,
Ἀγορασμὸς,
Ἀγόρασις,
Ἀγορασία,
Ἀγοραστὴς,
C. ΈΞαγοράζω,
C. ΠΡΟαγοράζω,
Ἀγορασείω,
¶ Ἀγοράομαι, ῶμαι,
Ἀγορητὴς,
Ἀγορητὺς,
Ἀγορητὸς,
¶ Ἀγορεύω,
C. ΆΝΑγορεύω,
Ἀναγόρευσις,
c. 2. Προσαναγορεύω,
C. ΆΠαγορεύω,
Ἀπαγόρευμα,
Ἀπαγόρευσις,
C. Διαγορεύω,
C. Ἐξαγορεύω,
Ἐξαγόρευσις,
C. ΚΑΤαγορεύω,
Καταγόρευσις,
C. ΠΡΟαγορεύω,
Προαγόρευσις,
C. ΠΡΟΣαγορεύω,
Προσαγόρευσις,
Προσαγορευτικὸς,
c. 2. Ἀντιπροσαγορεύω,
C. ΣΥΝαγορεύω,
C. Ὑπαγορεύω,
Ὑπαγόρευσις,
¶ Ἀγορέω, ῶ,
C. ΆΠηγορέω, ῶ,
Ἀπηγόρημα,
C. ΚΑΤηγορέω, ῶ,
Κατηγόρημα,
Κατήγορος,
Κατηγορία,
Κατηγορικὸς,
c. 2. Εὐκατηγόρητος,
c. 2. Ἀντικατηγορέω, ῶ,
Ἀτικατηγορία,
c. 2. Προσκατηγορέω, ῶ,
c. 2. Συγκατηγορέω, ῶ,
C. ΠΑΡηγορέω, ῶ,
Παρηγόρημα,
Παρηγορητὸς,
c. 2. Ἀπαρηγόρητος,
et Ἀπαρηγορήτως,
c. 2. Δησπαρηγόρητος,
et Δυσπαρηγορήτως,
Παρήγορος,
Εὐπαρηγόρως,
Παρηγορία,
Παρηγορικὸς,
c. 2. Ἀντιπαρηγορέω, ῶ,
C. ΠΡΟΣηγορέω, ῶ,
Προσηγόρημα,
c. 2. Ἀπροσηγόρητος,
Προσήγορος,
Προσηγορικὸς,
c. 2. Ἀπροσήγορος,
c. 2. Εὐπροσήγορος,
Εὐπροσηγορία,
c. 2. Φιλοπροσήγορος,
C. ΣΥΝηγορέω, ῶ,
Συνήγορος,
Συνηγορία,
Συνηγορικός.

Hactenus composita cum præpositionibus : sequuntur cetera.

C. Ἀλληγορέω, ῶ,
Ἀλληγόρημα,
Ἀλληγορητὴς,
Ἀλληγορία,
Ἀλληγορικὸς,
C. Εὐηγορέω, ῶ,
Εὐήγορος,
Εὐηγορία,
C. Ἰσηγορέω, ῶ,
Ἰσηγορία,
C. Κακηγορέω, ῶ,
Κακήγορος,
Κακηγορία,
C. Μεγαληγορέω, ῶ,
Μεγαληγόρος,
Μεγαληγορία,
C. Ὑψηγόρης, vel Ὑψηγόρας,
Ὑψηγορία.

Sunt vero quædam verba multo etiam opulentiora atque fœcundiora, et admirabilem quandam derivatorum varietatem habentia : atque adeo tantam quæ nonnisi multis paginis capi possit : ideoque nullum ex iis proferre libet. Ceterum si quid vel a vobis, viri doctissimi, vel ab aliis reprehensione dignum in hac serie inveniatur, veniam me tribus nominibus

A consecuturum spero : primum quod hanc viam primus omnium ingrediar, et in ea (quum alioqui cæca sit et latebrosa, vereque flexuosa et anfractibus plena, ac non paucis erroribus implicita) mihi ipsi tamen dux esse cogar. Sed unde tibi tantum audaciæ, ut vel de tentanda hujusmodi via cogitaris? Imo vero non audaciæ id, sed credulitati potius tribuendum est. Magnam enim spem ostentabant de hac via mecum indaganda veteres grammatici : verum eam spem prorsus esse vanam, magno meo malo comperi. Deinde veniam ideo mihi polliceor, quod simul et in vocabulis hac serie collocandis, et in significationibus certo etiam quodam ordine disponendis laborandum fuerit. Nec enim ignoratis quanta earum in vulgatis Lexicis (ut falsas et commentitias omittam) perturbatio sit atque confusio : utpote in quibus aut omnium rarissimæ aut etiam metaphoricæ significationi primus detur plerumque locus. Postremo, quod ad typographicam clepsydram (ut alibi quoque locutus sum) hæc scribere (id est, scriptionem meam typographicarum operarum penso obnoxiam habere) cogar : et quod ab
B infinitis curis et occupationibus quas secum ars ista trahit, temporis superest, ne id quidem universum huic operi possim impendere, sed ejus partem in lectionem typographicam eorum quos interim excudo auctorum (ex quibus nunc est Plutarchus) necesse habeam conferre. Hæc, inquam, sunt propter quæ futurum spero ut mihi et a vobis et ab aliis venia detur, et quidem non eorum duntaxat quæ in hac serie, sed et eorum quæ in ulla ejus operis parte peccaverim. Absit enim ut sibi quisquam persuadeat, ita me aliorum errata proferre, quasi ipse sim ἀναμάρτητος, et hominem me esse non meminerim, id est, eum cujus sit labi, errare, nescire, decipi. Imo vero me et colloco in hoc numero, et jam nunc, in meo opere esse in quibus lapsum me existimem, ingenue fateor. Sed inter eos qui aliquando, et eos qui identidem ac subinde errant, discrimen statuendum esse dico. Quinetiam minime dubium est quin varii sint erratorum in hoc etiam genere velut gradus : et,
C ut quædam veniam merentur, ita quædam flagris potius quam venia digna censeri debeant. Illa porro tot tamque fœda Lexicorum errata lectorem celare, præterquam quod religio mihi fuisset, utpote qui silentio meo falsam multorum de illis opinionem aucturus eram fortasse; tum vero, ne et ipse Lexicorum consarcinator existimarer : ea patefacere necesse habuisse videor. Quomodo enim quid inter meum et illorum opus discriminis sit, et cur velut a fundamentis construendum mihi fuerit Thesauri mei ædificium, ostendere potuissem, nisi qualis esset eorum structura ostendissem? Ut porro eos in ceteris imitatus non sum, ita nec in prætereundis silentio eorum unde aliquid mutuatus sum nominibus. Non enim nomina veterum duntaxat scriptorum et Græcæ linguæ auctorum adscribo, ex quibus exempla locutionum (ut vulgus vocat) a me petuntur : sed et interpretum, aut expositorum, aliorumve quicunque aliquid ad expositionem alicujus vocabuli pertinens scripserint, siquid ex iis in opus meum transferam.

FINIS.

DATE DUE

GAYLORD PRINTED IN U.S.A.

GTU Library
2400 Ridge Road
Berkeley, CA 94709
For renewals call (510) 649-2500

All items are subject to recall

GTU Library
3 2400 00289 0402